Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala / Estante / Plúteo /

3916

Universidad de Deusto
Biblioteca

TOMVS
PRIMVS OMNIVM
OPERVM DIVI IOANNIS
CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI

Constantinopolitani, locis penè innumeris ad collationem exemplariorum vtriusque linguæ nunc primùm natiuæ integritati magno cum fœnore restitutorum:

IN QVIBVS, QVID HAC POSTREMA EDITIONE & multarum partium accessione sit primo, secundo, & quinto Tomis præstitum, ex præfatione Philippi Montani ad Lectorem, & Catalogo singulorum Tomorum illic proximè addito, columna ab hinc clxxxix. licebit cognoscere.

Esta conforme al Expurgs. de 1707.
Por comission del 1.º Off.º
Fran.co de Olague.



BIBLIOTECA COLLEGII LOJOLAE SOCIETATIS JESU

PARISIIS,
Apud Gulielmum Merlin in ponte Numulariorum.
ET
Sebastianum Niuellium sub Ciconiis, via Iacobæa.

1570.

Es del Coll.º R.l de Loyola i in libreria

Cum Priuilegio Regis.

fr n. Ig

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDISSIMO ET Illustri laude nominéque conspicuo D. Petro Gondy Parisiorum Antistiti domino & patrono suo singulari, Ioann. Ferrerius Pedemontanus, S. P. D.

BIBLIOTECA

DEcreueram toto superiore anno cessare à librorum castigationibus, qui prelo subiicerentur, quòd ea res, vt certò constat, plurimum habeat negotij, & minimum apud homines commendationis. Non tamen potui ita pertinaciter inhærere sententiæ meæ, quin precibus amicorum multorum ab eadem interdum abducerer. Res enim eiusmodi tunc, qua de nunc loquor, à permultis tractabatur, & conferebant singuli in medium quod studiosis vniuersis vtile futurum arbitrarentur. Cumque variũ illud esset argumentum, vt non nisi à permultis eruditis hominibus tractari dignè posset, simul cum aliis me longè doctioribus interdũ & ego rogatus manum operi admoui. Ac cùm non semel placuisset meus labor his qui me ad hoc vnum obeundũ inuitabant, non sum deinde veritus cum aliis atque aliis meis castigationibus quater, aut ad summum quinquies, vbi res ipsa exigere videbatur, argumẽta nostra seu præfationes quasdam ad lectorem, nostro minimè expresso illic nomine, apponere. Postremò tandem cùm typographus ad tam magni operis calcem festinaret, ne hîc quoque minus diligẽter quàm cęteris in omnibus versari putaretur, commodùm iudicauit si aliquot doctorum virorum eorúmque perueterum commentationes de vita & moribus beatissimi Io. Chrysostomi statim in initio præsentis editionis appẽderet. Hoc suũ igitur consiliũ vbi studiosis non paucis cõmune fecisset, & omnes fieri id maximè debere cõprobassent, ad me quoque vẽtum est. Qui meũ in hac parte calculum etiam cum aliis protinus admoui. Tantùm hærebat hîc typographus quem ordinem sequeretur in excudẽdis eiuscemodi vitis. Cui respondi, eum rectè facturum, si temporis rationem complecteretur, quo iidem singuli scriptores floruissent. Deinde pergit rogare me, vt aliqua rursus mea prefatione idipsum testatum posteritati traderem. Ego verò, ne in hoc vltimo eximij operis actu amico homini deesse voluisse iudicarer, protinus arrepto calamo, nescio quid de eo quod postulabar cœpi in commentarium referre. Verùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquliantulum digreſſus ſcribendo,multa in animum ſubibant meum digna quæ notarentur, non ſolùm de ipſo Chryſoſtomo eiúſque parentibus, & aliis propè infinitis rebus,quæ à viris biographis commemorari conſueuerunt: ſed potius de vniuerſo genere docendi ipſius, cum ſuis quoque partibus: oratione præterea atque verè attico ſcribendi ſtylo.Quæ quidem ſingula bene animaduerſa multum ei commodare poſſunt, qui magno cum fructu in lectione operum beatiſsimi viri Chryſoſtomi aſsiduè verſari concupiſcat. Hãc partem nos ex aliis doctiſsimis pariter & diſertiſsimis viris fuſiſsimè variiſque in locis ſparſam breuiſsimè collegimus,& quadã veluti methodo expreſsimus, vt pleriſque ſimul & citiſsimè prodeſſe valeret:nemini autem obeſſet.Quod quidem deſyderium bene de hominibus merendi, ſemper fuit omnibus bonis optabile & cum humanitate noſtra coniunctiſſimum. Id ego vtrum hîc ſim adſequutus, alij iudicabunt:maximè tamen conatus ſum facere. Veruntamen,quomodocunque huic noſtro labori ſucceſſerit,tibi imprimis Reuerendiſsime & Illuſtriſs.Domine Petre Gondy qui noſtris Muſis ocia facis,hîc maximè gratulari voluimus, ob id potiſsimùm quòd in principe ciuitate totius regni Gallici munus ampliſſimum recenter in te ſuſceptum, ídque Apoſtolicum vigilanter & magna cum tua apud omnes bonos laude ſapienter exerces. Quapropter Deum optimum max. iugiter precari non deſino, vt qui ſuo gregi ampliſſimo Antiſtitem moderatiſsimum te præeſſe voluit,ita in longã ætatem ſanum & incolumem conſeruet: vt ſic per te iſto genere, iſtis opibus, iſto ingenio natum vniuerſus hic populus tuæ fidei traditus, & nos cum illo iandudum tui multo iam ſenio grauati, ab omni vitæ incommodo perpetuò ſubleuemur. Bene Vale. Lutetiæ Pariſiorum anno Domini, 1570. Calend. Maij.

PRAEFATIO.

DE HIS QVI B. IOANNIS CHRYSOSTOMI VITAM OLIM LITERIS MANDARUNT, DÉQUE EIUS PARENTIBUS, NATIUITATE, INSTITUTIONE, DOCENDI GENERE & PARTIBUS, ORATIONIS SPECIE & STYLO, EXILIO ATQUE OBITU:

Io. Ferrerio Pedemontano concinnatore.

ANNO ſuperiore honeſti viri mercatores in hac vrbe Pariſiorũ admodum celebres Gulielmus Merlin & Sebaſtianus Niuellius D. Ioannis Chryſoſtomi Opera multis partibus doctiſsimorum virorum indefeſſis laboribus meliora & auctiora facta ad prelum reuocarunt. Quæ quidem rerum ſacratarum actio non paucos ſtudioſos homines inuitauit, vt ſi quid domi reconditum haberent quod huic parti aliquo modo prodeſſe poſſe arbitrarentur, in medium proferre non detrectarent. Sic igitur inuitati perplures, ſubiiciebant alij quæ nondum æneis typis fuerant vſquam gentium tradita: nonnulli, quæ de Græcis plenius & elegantius recenter conuerſa ferebantur: Alij autem annotationes & ſcholia magni momenti: Similia plerique, & diſſimilia quoque, quæ ſunt in D. Chryſoſtomo ſatis multa, diſerti homines, nõ ſine fructu eorum qui aſſiduè populum docent, in libellos coaceruarũt. Caſtigationes item præteritarum editionum innumeras ſubdere viri ſagaces & induſtrij, quibus in hac parte plurimum ab eruditis tribui conſueuit. Ac ne infinita perſequar,ipſe etiam, qui aliàs ab huiuſmodi librorum caſtigationibus mihi quietem imperauerã, poſtremus ad hanc Spartam excolendam vocatus, aliquoties manum operi admoui,& non inuitus quod potui, ſi quando res ipſa poſtulabat in medium protuli.Iam verò, ne defuiſſe & huic poſtremo actui dicar, quod iandudum animo concepi meo & opportunũ arbitror his qui familiariter in ſcriptis D. Chryſoſtomi verſari die noctúque volunt, quódq; mihi vſui perſæpe fuit, id ipſum totum hîc breuiter expreſſum literíſque conſignatum volui,vt ſi quid tamen mea qualicunque eruditione ſtudioſis commodare poſſum, inuidiſſe poſteritati ne videar, de qua ſemper bene mereri ſtudui.Et vt ſingula,quæ hîc me facturũ recipio, ordine tradam:Primùm quodam compendio veteres ſcriptores potiſsimùm, qui D. Chryſoſtomi vitam ſuis Encomiis celebrarunt, iſti meæ commentationi attexam, & quo quiſque ſeculo floruerit. Subiiciam quoq; breuiſsimè quos parentes nobilitate inſignes habuerit Chryſoſtomus, quóſque Doctores in ſuis ſtudiis ſimul acceperit, & quãtos progreſſus in bonis literis,potiſsimùm in di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinis effecerit. Proximè, Doctrinæ Genus, quo idem Chrysostomus perpetuò in docendo vtitur, paucis attingemus, vt minus à proposito deerrare queant, qui in illius homiliis fœcundissimis assiduè versantur. Postremò, verborum ratione & eiusdem dictionis genus, ex Græcis autoribus tãquam maiorum virorum pręiudicio conformatũ, hîc paucis indicare tentabimus. Quibus tãdem absolutis, finem capiet ista nostra cõmentatio. Iam ad id de quo primùm dicere instituimus, accedamus. Bene & feliciter rebus humanis (vt quidem arbitror) consuluerunt iam olim viri permulti boni & docti, qui grauissimorum hominum res prudenter susceptas atque moderatè gestas in commentarios retulerunt: vt sic non ignaua posteritas maiorum exemplis excitata, ad ea, quæ ciuiliter probari maximè cernimus, complectenda, sapienter induceretur. Porrò autẽ in confesso est quòd sine huiusmodi scriptoribus, quorum beneficio maiorum fortia facta tenemus, non paucis careremus admodũ necessariis custodiendæ Reipublicæ præsidiis, atq; in obeundis humanæ vitę negotiis propè infinitis multũ laboraremus. Id quum sit ita per se notum, vt nemo inficiari vlla ratione queat, illi tamen maiore laude cumulandi veniunt, qui res diuinas potius quàm humanas complexi sunt, quíq; studiosè ac perinde verè priscorum Christianorum vitas prolixa oratione eáque grauissima cõtextas nobis, vt eorum vestigiis insistentes ad bene beatéque viuẽdum raperemur, tradiderunt. Horum autẽ biographorum quum ingens sit numerus, mihi de omnibus nõ est hîc suscepta commemoratio. Tantum volui ad hoc nostrum institutum, & quidẽ obiter pauculos quosdam, eósque potissimùm veteres Encomiastas sanctimonia atque eruditione clarissimos, qui beatissimum Ioãnem Chrysostomum, os inquam illud verè aureum, quantum in ipsis fuit gratiosis & luculentis apud omnes gentes Encomiis celebrare studuerunt, in medium producere, vt sic minore negotio tandem perueniamus ad id conficiendum quod in animo de genere doctrinæ & orationis stylo D. Ioannis Chrysostomi cùm ex nobis tum ex aliis probatissimis scriptoribus comprensum habemus.

Inter præcipuos igitur & qui vitæ totius serie cõmodáve, simul & incõmoda omnia D. Ioan. Chrysostomi quandiu vixit fusissimè expresserit vnus supereſt Palladius eius olim discipulus & Helenopolitanæ Ecclesiæ Episcopus. Huius ergo viri Dialogum cum his ipsis operibus recenter adpressum, quem cum Theodoro Ecclesiæ Romanæ Diacono susceptum & in vrbe Roma conformatum habuit, diligenter versẽt necesse est, qui etiam minutula quæque de beatissimo Ioan. Chrysostomo scire concupiscit. *Vixit Palladius anno domini 427.*

Cum hoc ponè recẽsendus venit M. Aurelius Cassiodorus, qui vitam D. Chrysostomi ex scriptis verbísq; Socratis, Theodoreti, Sozomeni, & propriis scitissimè cõtexuit: quam hodie lib. 10. Tripartitæ, eius historiæ, cap. 1. legimus, & est etiã his operibus addita. Obiter attingendus est & Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui disertè & prolixè ex Palladij Episcopi Dialago ad Theodorum Romanæ Ecclesiæ Diaconum, & aliis elegantissimis viris, qui res maiorũ in sacrosancta Dei Ecclesia olim gestas suis scriptis tradiderunt, ita D. Io. Chrysostomi singula in eius vita cõplexus est, vt vix supersit quod amplius in eadẽ re desideres. Georgij hoc opus versum de Græcis excusit Lutetiæ seorsum in folio generosus vir dominus Iacobus Keruer. *Vixit hic anno domini, 514.* *Vixit hic anno domini, 620*

Huic adiiciatur Leonis quoque Imperatoris huius nominis (sic enim coniicio) Quinti cognomento Pacifici Encomiastica de D. Chrysostomo Oratio multis dicendi luminibus atque rhetoricis ornamentis cõtexta, quæ sola magni quidem viri auream linguam ita repræsentare contendit, vt quæ dictione fortè non assequitur, maiestate tamen Imperatoria qua pollet ea Lectori meditanda relinquat, quæ vix cogitatione vllus vnquam consequi posse videatur. Idẽ Encomium cum operibus D. Chrysostomi adpressum legitur. Suidas etiã, vel vnus eorum potius qui Lexico Suidæ incrementum longo post tempore dedit, more suo, hoc est compendio vitam D. Chrysostomi perstringit maxima quæque delibans, vt qui perspicaci sunt ingenio, reliqua omnia quæ breuitatis gratia sunt omissa, nullo ferè negotio haurire & cognoscere valeant. Et hæc simul cum Chrysostomo excuduntur. *Vixit hic annodomini, 813.*

Hîc

Hic præterea sequitur D. Ioannis Chrysostomi vita, partim ex ipsius scriptis partim ex aliis à Simeone Metaphraste tanta dicẽdi copia & orationis vbertate contexta, vt si quis amplius de ea re postulet curiosus plus satis & abditarum actionum intimus scrutator meritò diiudicari possit: hæc etiã appendet excusa ad Chrysostomum. *Vixit hic anno domini. 1300.*

Hæc ferè vniuersa in vitis patrum de D. Chrysostomo fusissimè notata reperies, quas Aloysius Lipomanus Antistes Veronensis doctissimus ex variis & peruetustis vtriusque linguæ scriptoribus in octo tomos digessit, ac potissimùm ex quinto tomo, qui est de Simeone Metaphraste decerptus.

Si plura tamẽ adhuc nosse cupis de natiuitate scilicet, moribus, totius vitæ progressu, statu, dignitate, laboribus, scriptis propè infinitis, exilio, morte D. Ioãnis Chrysostomi, & quid post eius fatum subsecutũ sit, à nullo plenius & significantius haurire poteris, quàm ab vno præcipuùm Nicephoro Callisto, qui in historia sua Ecclesiastica res singulas de eodem Chrysostomo cognobiles prolixa & venusta oratione, vndecimo, duodecimo, tertiodecimo, & quartodecimo libris complexus est. *Vixit hic circa annum domini, 1300.*

Hactenus de his, qui D. Chrysostomi vitam suis scriptis euulgarunt, dixisse sat sit. Nunc tandem properemus ea reddere, quæ secundo loco nos facturos recepimus, paulò altius repetito principio ab ipso diuino Antistite, quo de nũc agimus. Ioãnes igitur Constãtinopolitanæ vrbis Archiepiscopus, (inquit Predicatoriæ familię insignis Theologus Sixtus Senẽsis in Bibliotheca sua sancta) ob auream sermonis præstantiam Chrysostomus, hoc est aureum os, appellatus, patria Antiochenus, & Antiochenæ quondam ecclesiæ presbyter, Secundo & Anthusa nobilibus parentibus ortus, in eloquentiæ studiis Libanij Sophistę, in philosophia Andragathij clarissimi philosophi, & in diuinis scripturis Diodori episcopi Tarsensis auditor ac discipulus, Basilio & Gregorio magnis arctissima familiaritate coniunctus, edidit in sanctas literas plurima tam commentariorum, quàm homiliarum volumina. Quanquam ex commentariis, vt arbitror, nihil extet præter fragmentum expositionis in octo prima capita Esaiæ, & integram in epistolam ad Galatas explanationem. *Vide Nicephorum Callistum lib. 13. cap. 2. per totum.*

In homiliis (inquit idem Sixtus) vsus est docendi genere, ecclesiastici præceptoris officio & audientium vtilitati accommodatissimo, diuidens omnes sermones suos quandoque in duas partes, hoc est Exegeticen, & Ethicen: aliquando verò in tres, hoc est Parasceuen, Exegeticen, atque Ethicen. In Parasceue, id est præparatoria parte, nunc argumentum, quod tractaturus est, cõmendans, nunc auditorum docilitatem, frequẽtiam, alacritatem, & audiendi cupiditatem collaudans: nunc ea repetens, quæ prídie dixerat, auditorum animos ad ea, quæ dicenda sunt præparat iocundis & sæpe fortuitis exordiis, sed interdum prolixioribus, quàm optaret auidus auditor moræ omnis impatiens, & ad præpositæ lectionis intellectum festinans. Quod & ipse Chrysostomus sentiens in præfatione sermonis De ferẽdis reprehensionibus excusat, inquiens: Reprehendunt nos amicorum quidam, quòd productiora sermonum initia faciamus: quibus siue iniustè taxent, siue iustè sententiam ferant, ob hanc reprehensionem gratiam habemus. In secunda homiliæ parte, quæ Exegetica, id est, Expositoria dicitur, Chrysostomus versatur in explicatione diuinæ scripturæ iuxta historicam, siue literalem intelligentiam, quam semper pro fundamento substernit, atque ita purè, apertè, germanè, rectè, & appositè exponit, vt alius nemo, expendens singulas quasque allatæ scripturæ voces, eásque dilucidis illustrans paraphrasibus: nec vnquam ex ignorãtia historici sensus literam aut detorquet durius, aut ea relicta, confugit ad remotas quasdã allegorias, ad quas diuini summíque viri fateri non erubescunt se aliquando ex inopia historici intellectus fuisse coactos: sed in vera propriáque literæ sententia continuò persistens, ad imitationem Eusebij Emeseni Episcopi, & Diodori Tarsensis episcopi, quos præcipuè in explicandis sacris voluminibus sectatur, vsque adeò allegoricis abstinet inuolucris, vt in omnibus eius explanationibus allegorias, siue anagogias, quæ idem sunt apud eos viros magnos, non reperias, nisi in paucis rarísque admodum locis, in quibus id vrgentissima diuinæ scri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pturæ neceſſitas vehementer efflagitat. Ediſſerit autem in ſingulis penè homiliis vulgatam ſuorum temporum tranſlationem, lxx. interpretũ, Aquilę, Symmachi & Theodotionis verſionibus concinnatam. Vnde & multa ſcripturæ veteris loca ſæpè aliter explicat, quàm in noſtris nunc vulgatis codicibus legantur.

Quæſtiones curioſas, & ad plebis ædificationem inutiles (inquit Sixtus) pugnas diſputationum, & conflictationes de rebus ſubtilibus & obſcuris ſummo ſtudio deuitat, &, quæ nonnulli expoſitores in diuinis literis ad oſtentationem eruditionis, quæſita diſputãdi occaſione, ſolent de induſtria obſcurare multis magníſq; dubitationum difficultatibus, ipſe paucis iiſdémque nudis ac ſimplicibus verbis expedire ſolet. Cuius rei qualemcunque vel exiguum guſtum poſſumus exempli gratia ſumere ex elucidatione illius ſententiæ diui Pauli ad Romanos, Nõ eſt volẽtis, neque currentis, ſed Dei miſerẽtis. quam cùm accutiſſimus & diuinus Auguſtinus multis inuoluat ſubtilibus & abſtruſis de Prædeſtinatione ac Reprobatione, de Gratia & Libero arbitrio diſputationib⁹, Chryſoſtomus duobus penè verbis omnibus ſe quæſtionum ambagibus exoluit, inquiens, primùm eam ſententiam fuiſſe à D. Paulo non ex perſona affirmantis, ſed ex perſona opponentis prolatam: Deinde ſic Apoſtoli dictum eſſe intelligendum, vt cùm dicit, Non eſt volentis, neque currentis, ſubaudiamus, tantum: ſed Dei miſerentis ſimul ac magis. Nam cuius potior maiórque eſt in negotio aliquo pars, illius totum dicimus eſſe negotium. Verùm ſi quandóque contingat. D. Chryſoſtomum in difficultatem aliquam non diſſimulandam, ſed neceſſariò diſcutiendam incidere, non prius eam aggreditur, quàm oſtendat ſe diſputationis eius neque occaſionem inueniſſe, neque inuentam ſponte aſſumpſiſſe, ſed coactum hæreticorum perfidia ad refellendas illorum calumnias in eam deſcendere, hac ſcilicet dexteritate ſe accommodans imbecillitati imperitæ multitudinis: in qua licet eſſent nonnulli, qui altiores etiam diſputationes poſſent intelligere, plurimi tamen aderant, qui doctrinæ ſubtilitatem non caperent, vtpote homines indocti, atque artifices, & negotiis vilibus occupati, & mulieres in eiuſmodi diſciplinis mininè exercitatæ, & puerorũ turba, ætatéque prouecti ſenes, qui omnes oratione facili inſtituendi recreandíque erant. Interdum tamen ad excutiẽdum torporem audientium, quæſtiunculas quaſdam nõ admodum magni momenti proponit, eáſque de induſtria inſolutas relinquens, illud ſtatim addit: Cur autem, & quomodo id ſe habeat, vobis inueſtigandum relinquo. Neque enim vos oportet à nobis omnia diſcere, ſed & ipſos vos elaborare, & exquirere, ne ſegniores efficiamini. Atque hæc in Secunda parte homiliarum perpetuò ſeruat D. Chryſoſtomus.

Rom. 9. d

In tertia verò parte, quæ ſemper Ethice, ſiue Moralis eſt (inquit Sixtus) digreditur non ſolùm ad locos illos ethicos, omnibus pro concione loquẽtibus communes, nempe de diuitiarum contemptu, de luxu, crapula, ira, arrogantia, cæteríſque vitiis fugiendis: Sed expatiatur ſæpiſſimè in ſelectis quibuſdã moralis inſtitutionis paradoxis, ſibi vni propriis, quorum hæc præcipua ſunt.

Virtutem nec eſſe rem moleſtam, neque acquiſitu difficilem.

Multo facilius eſſe bene viuere, quàm malè.

Parua leuiáque peccata maiori ſtudio vitanda eſſe, quàm magna.

Nullum ſupplicium mala conſcientia atrocius.

Neminem lædi poſſe niſi à ſemetipſo.

Melius eſſe iniuriam pati, quàm inferre.

Multos iniuſtè lædere, neminem verò iniuſtè lædi.

Ignominiam huius mundi eſſe gloriam, gloriam verò mundi ignominiam.

Vitam hanc non eſſe vitam, ſed mortem.

Mortem eſſe vita meliorem.

Maximum fieri in tribulationibus & tentationibus lucrum.

Quòd omnia ſupplicia, mortalib⁹ à Deo immiſſa, magna ſint diuinæ pietatis beneficia.

Eleemoſynam eſſe artem omnium quæſtuoſiſſimam.

Solitudinis & monaſticæ vitæ commoda omnibus felicitatibus potiora.

Quòd regno Dei priuari peius ſit, quàm gehennæ ſupplicium.

Quòd

Quòd nolle omnia ſcire, ſumma ſapientia ſit.

Quòd Chriſti diuinitatem etiam abſque vllis diuinarum literarum teſtimoniis clariſſimè ac fortiſſimè aduerſus omnes gentes demonſtrare poſſumus.

His atque eiuſmodi aureis digreſſionibus auditorum animos mirum in modum inflammans, rapiens, eleuans in amorem diuinarum rerum, & elatos in Deum transformans, denique omnes ſermones concludit in breues precationes, gratiarum actiones, & laudes benignitatis, & miſericordię Chriſti, cui ſimul cum patre & ſpiritu ſancto honorem, gloriã & imperium precatur. Amẽ.

Quanquàm autem in cunctis penè homiliis eadẽ moralia loca ſæpius repetita inculcet: ea tamen verborum & ſententiarum varietate eaſdem cogitationes tractat, atque retractat, vt noua ſemper ac diuerſa dicere videatur. Hactenus dicẽdi modus D. Chryſoſtomo proprius.

Vide Nicephorum Calliſtũ, lib. 14. cap 53. eccl. hiſto.

Quantum verò ad verborum rationem, & genus dictionis attinet, de quo tertio loco paulò antè nos dicturos ſuſceperamus, omnes ei tribuunt (inquit Sixtus) natiuam, nudam, ac venuſtam Attici ſermonis puritatem, admirabili docendi facilitate coniunctam, qualem nulli vnquam vel Græcorum eloquentiſſimo contigit. Hanc eius diſcipulus Iſidorus, Peluſiaci montis abbas, in epiſtola ad Ophelium grammaticũ deſcribens, ſic loquitur: Ioannis linguam, dictioníſque venuſtatem, non aliis dico (parum hoc enim fortaſſe apud multos eſſet) ſed ipſi Libanio, qui apud omnes in eloquentia præclariſſimus habetur, magnæ admirationi fuiſſe indicio eſt Libanij ipſius epiſtola, ad illum etiã tum iuuenem, cùm orationem in Imperatorum laudem habuiſſet, ſcripta, ea ſic habet.

Libanius Ioanni. Orationem tuam prolixam & pulchram accepi, & viris, qui & ipſi orationes conſcribũt, legi. Nullus in eis fuit, qui non exiluerit, & vociferatus ſit, eáque omnia fecerit, quæ per ſtuporem conſternati ſolent. Me illud delectat, quòd dicendi artem, quam agendis in foro cauſis exhibere potuiſti, ad huius genus orationis conferre malueris: téque beatum iudico, qui tantopere principes laudib⁹ ornare potueris. Nec minus fortunatos illos eſſe puto, quòd laudatorem talem ſint cõſecuti. Hæc Libanius.

Plutarchus verò orationem dilucidã & facilem, verè & germanè Atticam eſſe cenſet. Sic enim, inquit ille, priſci oratores dixerunt. Gorgias autem Leontinus primus vitium ambitionis & oſtentationis in orationes ciuiles induxit. Quod etiam vitium admirandum Platonem ſæpè contingit. Quòd ſi Plutarcho in hac re credendum eſt, multis modis omnes alios oratores præclarus ſuperat Ioannes, qui in orationibus ſuis ſic Atticiſmum refert, & perſpicuitatem ſermonis retinet, vt neſciam, an alius quiſquam magis retineat. Hucuſque Iſidorus. Cui conſentiẽs Anianus, peruetuſt⁹ Chryſoſtomi interpres, collaudat in eo æqualem dicendi mediocritatem, leniter ſponteque ſua fluentem, ſic ad Horuntium epiſcopum ſcribens: Chryſoſtomus illud quaſi peculiare cuſtodit, ac proprium, quòd cùm ſemper ſollicitus ſit, ſemper vigilans, & noxij ſtuporis inimicus, nuſquã tamẽ eius oratio in pompã eleuatur dicenti, ſed tota ad vtilitatẽ aptatur audientis. Eſt enim ſtylus ipſe eccleſiæ auribus accommodatus, priſcum illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus ab omni incuriæ culpa, pompáque luxuriæ: non ſqualidus quidem, nec tamen floridus, non impolitus, ſed neque nimia ſublimitate limatus, non aſperitate horridus, nec tamen amœnitate laſciuus, maximam vbique copiam, admirabilémque indicans facultatem, nuſquam tamen ambitionem loquẽdi. Eo fit, vt illum magis ſimplex lector intelligat, & laudet diſertus. Denique & S. Baſilij admirabilem illam curam loquendi, & plauſibilem Antiochi pompam, & ſublimem illum Gregorij cothurnũ facilè intelligas hac Ioãnis mediocritate ſuperata. Solæ ab eo forſitã adoleſcẽtulorum minus blandè mulcẽtur aures quibus in ludo poſitis literarũ non tam placent ſolida, quàm picta, quique pulchra potius, quàm vtilia ſectantur, nec tam agentia diligunt, quàm ſonantia, magíſque gaudent florum amœnitate conſpergi, quàm frugum vbertate nutriri. Hæc Anianus.

Solet etiam D. Chryſoſtomus, vt in eius ſcriptis apparet (inquit Sixtus) ſupra omnes eccleſiaſticos ſcriptores abũdare Similibus, Diſſimilibus, collationibus, & metaphoris ad illuſtrationem & delectationẽ rerum explicandarum admirabili artificio concinna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis. Nusquam tamẽ delectandi gratia vtitur vel sententiarũ argutiis, vt D. Ambrosius, vel poëtarum illecebris, & mimorũ salibus, vt D. Hieronymus: vel facetiis & iocis, quẽadmodum Tertulianus: sed affectu potius paternæ charitatis, & pio quodã iuuãdi studio mirificè delectat auditores: quos vt maiori cũ attentione detineat, orationis cursum frequentibus dialogismis, percõtatiunculis, & excitatiunculis interrumpit, sæpe repetens huiusmodi voces, Quid nam est hoc? Cuius rei gratia hæc dicta sunt? Audistis quæ hîc locutus est? Vidisti, quomodo nihil præcipit graue? Vidisti continentẽ eius animũ? audisti fiduciam? audi etiã ingentem charitatem. Perspexisti celsitudinẽ philosophiæ? perspice fidem. Intuere, quæso, hominis virtutem. Vides, quomodo hoc facillimũ est? Cogita, obsecro, hæc verba. Inspice, quòd nõ simpliciter, ac temerè hęc dicta sint. Papę qualis est hæc doctrina, & quàm est omnibus mortalibus necessaria. Papę quot bonorũ plena est hæc sentẽtia. Magna nobis in his verbis prudentia & attẽtione opus est. Cõsidera mihi beatos illos viros ô dilecte. Disce hîc quãta sit virtus. Vbi nunc sunt qui hęc irridẽt? Audiant hæc qui nõ credunt. Vellem hîc adessent omnes, qui nostra vituperant. Libenter interrogarẽ eos, qui hæc non credunt, num, &c. Ne te cõturbet, ô dilecte, quæ audis. Ne mireris dilecte quòd hoc dixerit. Ne mihi dixeris te hæc nõ intelligere. Age & hoc etiã cõsideremus. Quod dicere semper soleo, id nunc quoque inculcare non desinã. Quibus sanè tropis attentionẽ renouãs, tardos excitat, fessos adiuuat, & ad finem vsq; orationis sustẽtat. Atq; hęc de D. Chrysostomi doctrina, & orationis habitu dicta sint satis. De numero autem lucubrationũ D. Ioannis Chrysostomi nõ ingrediar nunc verba facere, vel nouum contexere Catalogũ, quid ipse olim scriptũ reliquerit, quídq; iniuria temporum ad hãc vsq; ætatẽ non peruenerit. Tum etiã, de his quæ supersunt, quę sint ab ipso authore profecta & verè γνησία, quæ autẽ suppositа & notha. Idipsum vix ab vllo, quantũuis diligẽter perquiratur, dignè cõmõstrari posse putẽ. Cùm Nicephorus Callistus in hist. Lib. 13. cap. 2. ad finem. oria sua ecclesiastica de D. Chrysostomo sic scriptum tradiderit. Ego verò (inquit) supra mille eius viri lucubrationes legi, ineffabili quadam suauitate diffluẽtes. Iam enim inde ab adolescẽtia amore eius flagraui, atque in illius perinde atq; Dei ipsius vocibus acquieui. Atque si quid mihi est eruditionis, id ei acceptum fero. Suidas quoque, vel vnus eorum potius qui Suidæ Lexico incrementũ dedit, affirmat D. Chrysostomum tot exarasse volumina, vt ea ne percensere quidem numerando possibile sit.

Atque hæc sunt, vt paucis absoluã, quæ in initio huius meæ scriptionis de D. Chrysostomo in vniuersum mihi dicẽda proposueram. Nẽpè, de his obiter quidẽ primo loco cõmemorationẽ suscepi, qui D. Chrysostomi vitã perelegãter & copiosè literis consignarũt, seruato etiã ordine ac tempore quo quisq; eorũ in viuis fuerit, vt sunt, Palladius Helenopolitanæ ecclesiæ Episcopus, Chrysostomi olim discipul⁹: Magn⁹ Aurelius Cassiodorus: Georgius Patriarcha Alexãdrinus: Leo Imperator eius nominis, vt arbitror, Quintus cognomẽto pacificus: Suidas, siue alius quispiã ex his qui Suidæ Lexicum suis additionibus amplificarunt: Symeon Metaphrastes: & postremò, Nicephorus Callistus in historia sua ecclesiastica. Proximè docuimus qui fuerint Chrysostomi parentes, & quãtũ in literis promouerit, quósque suæ institutionis habuerit doctores. Deinde cõplexi sumus doctrinæ genus cũ suis partibus, quibus in docendo vsus maximè videtur. Postremò tandem adiecimus de genere orationis & stylo eiusdẽ Chrysostomi magnorum virorũ præiudicia: nempè Libanij Sophistæ, Isidori Pelusiotæ & Aniani perueteris Chrysostomi interpretis, quæ omnia & singula variis ex locis de Nicephoro Callisto in sua ecclesiastica historia copiosè discẽs. Tandẽ eò deducti cõmentando sumus, quò quidẽ properabamus, & ritè susceptum negotiũ Deo opt. max. fecũdãte peregimus, si prius tamen D. Chrysostomi obitũ tribus verbis hîc cõsignauerimus. Moritur (inquit Sixtus) beatissimus hic vir, factione Theophili Alexandrini, & Eudoxiæ Augustæ in exiliũ actus, apud Comanas oppidulũ in finibus Ponti, anno, vt refert Socrates, à Christo nato, ccccv. die, 14. Septẽbris, consulatu Honorij VII. & Theodosij, II. Eius Exegetica scripta abbreuiarunt Theodoretus Cyrensis Episcopus, Theophylactus Bulgariæ Episcopus, Euthymius Zigabenus, & Oecumenius. Sed de his iam satis.

al. anno 407. die 14. Nouembr. vt in Ponticum, Imperatorũ, & consulum fastis habet Onuphrius Panuinius Veronensis.

Finis.

ΕΙΣ ΑΓΙΟΝ ΙΩΑΝΝΗΝ
ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ
ωδὴ τὸν ἀναγνώστην.

Ἤποτε τῶν Κελτῶν θελοθρησκείη θεράπευε
Θεῖον θ' Ἡρακλέους κ' εὐεπίλω δυναλόγ.
Ὅτε χρεμαθεῖσι γλώτ[ι]ης αὐτοῖό γε χρυσοῖς
Ἅμμασιν, ἀνθρώπους ὦζε δεδεέτας ἄγει·
Ἀλλά συ δῖον ἔχ[ι]ς Χρυσόστομον, ὄνομα τοῖον
Ὧ τέκεν ἐκ χρυσοῦ ῥῆμα χυθὲν στόμαθ'.
Ἀνθρώπων ἱεροῖς ψυχὰς, ὅδε δεῖ ἑπέεσσι,
Σύρ[ι]ς τ' ὡς σφετέρῃς ὠδὲν ἀθανάτου·
Τοῦ γε ἄκουε σε δεσμοῖσι χρυσοῖσιν ἑφέλξει·
Καὶ αὖ μὴ καθαθλᾷς, μέλλει πόλυ σε συρεῖ.

IDEM LATINE.

NVmina facundo Alcidæ sermone potentis
Gallorum coluit, prisca superstitio:
Ex auro vinclis lingua pendentibus ille
Ducebat vinctos auriculas homines.
At tibi dius adest Chrysostomus, ore loquutus
Aurato, vnde sibi nominis id peperit.
Hic hominum mentes sacris sermonibus arctat,
Et trahit, vt vinclis, numen ad æthereum.
Hunc audi, aurata rapiet te nempe catena,
Quam nisi dissoluas, ducet aduſque polos.

IN DIVVM IOANNEM
CHRYSOSTOMVM, AD
LECTOREM.

MAximus ille opifex vsus animantia bruta
Edocuit linguæ, non minus atque homines:
Nempe suos (quanuis diuersè) exponere possunt
Motus: natura hæc, hi ratione duce.
Illa indistincta, sempérque vtuntur eadem:
His vox distincta est, & polienda data.
Culta igitur lingua nihil est pretiosius: vt cui
Cultior est, brutis differat ille magis.
Exoritur tandem terso Chrysostomus ore,
Cui nitidis labris aurea verba fluunt.
Exoritur sanctos Doctores inter, vt alto
Flammiferis surgens gurgite Phœbus equis.
Hic linguæ cultus, animæque alimenta, lepore
Condita hic pietas, & pietate lepos.
Huc propera, an pateris (si te premat acris egestas)
Hunc tantas frustra fundere diuitias?

AD LIBRVM DISTICHON.

QVòd pius es totus, quòd & aureus, haud ego miror,
A pio & aurato fusus es ore, Liber.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIVILEGII TENOR.

CAROLI IX. Galliarum regis singulari priuilegio cautum est, ne quis opera D. Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Gregorij & Bernardi, ex collatione veterum librorum in celeberrimis bibliothecis conquisitorum recognita & aucta, ante nouennium à die primæ editionis cuiusque numerandum, præter Gulielmum Merlin, & Sebastianum Niuellium typographos, bibliopolásque, ad eorum castigationis exemplum imprimat, néve alibi impressa diuendat. Secus qui faxit, pœnis ex sanctione priuilegij, quam literæ vberiores ab eius maiestate Lutetiæ, 14. Aprilis, 1568. impetratæ continent, multabitur.

DE VITA DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI DIALOGVS,

Ambrosio Monacho Camaldulense interprete.

PALLADIVS CHRYSOSTOMI DISCIPVLVS, Episcopus Helenopolitanus, & THEODORVS Romanæ Ecclesiæ Diaconus, colloquuntur.

Primùm editus est in lucem Venetiis anno 1533



VM venisset aliquando Romam Palladius, Helenopolitanæ Ecclesiæ venerãdus Antistes, Ioannis illius sanctissimi viri, Cõstantinopolitani Episcopi, iam vita functi, discipul⁹, susceptúsque fuisset cùm honorifice à Põtifice Romanæ sedis Zosimo beatissimo, tũ à clero vniuerso deuotissimè, inter cæteros, quibus ille familiarius est vsus, Theodorus fuit ecclesiæ Romanæ diaconus. Is enim sancti viri doctrina casta, & vitæ sanctitate delectatus, frequẽs illi aderat, imò, quoad licebat, nunquam à latere ipsius discedebat. Quadam autem die dum essent ambo simul, B otiúmque à curis omnibus mortalibus agerent, orta ex more collatione spirituali, hoc sermoni suo initiũ dedit Episcopus. PALLADIVS. Diuina, inquit, munera, Theodore charissime, partim communia sunt, & inseparabilia, partim communia quidem, sed separationem admittentia. Tertio ab his loco sunt, quæ neque communia, neque separabilia, seu inseparabilia, sed propria sunt, his, qui digni fuerint gratiæ priuilegio singularis, indulta.

THEODORVS. Perge, vt cœpisti, Pater, & nobis edissere cuiusque generis ordinem. Neque enim, vt abs te impetrem, altiore vtar exordio. PALL. Quæ per naturam bona sunt, & sine quibus, nisi scelerate, non viuitur, communia, & inseparabilia dicimus.

THE. Quænam, oro, ista sunt? PALL. Primùm C quidem omnium Deus, vnà cum vnigenito filio suo, & sancto spiritu, communis est, atque inseparabilis. Licet enim volẽti totum ipsum speculando complecti, dum tamen, omissis occupationibus reliquis, vni huic rei totus insistat. Post hunc scripturæ diuinæ, virtutésque cœlestes, & præterea cœlum, sol, & luna, omnísque stellarum chorus, & ipse postremo aer cõmunia sunt, & inseparabilia. Hactenus de inseparabilium genere. Fuit aliquando & terra communis, & aquarum itidem fluenta communia. Postquam verò cupiditatis rabies, & habendi ardor immodicus pectoribus humanis insedit, grauiora ista elementa humoris, atque humi separationem admisere. THE. Nihil verius dici potest. Age verò iam, & de secundo genere separabilium dissere. PALL. Necessario id quidem, vt suo ordine cœpta decurrat oratio. Aurum igitur, & argentum, omnísque metalli natura, ligníque materia, & vt breuiter dixerim, quæque media dicimus, cõmunia sunt quidem, sed tamen separabilia. Neque enim cuique, vt libitum fuerit, cuncta proueniunt. THE. Verissimè omnino, sed quæso tertium quoq; genus absoluas, quod quia plus difficultatis habere videtur, vereor, ne in ipsius probatione deficias. Dixisti enim esse quædã, quę neque communia sint, neque separabilia, sed eorum propria, qui ea ex dono gratiæ specialis acceperunt. Hæc verò vbi pari ratione digesseris, aduentus tui causam, & eorum, quę scire cupimus, veritatem, vt exponere digneris, te etiam atque etiam obsecro. PALLAD. Si quidem istud in me est, vt vestris bonis desideriis queam satisfacere, morem vobis geram libentissimè, nihílque ex his, quæ mihi comperta sunt, subtraham. si tantũ me prius à debito, quantum Dominus vires dederit, absoluere, & expedire tentauero. Virginitatis nempe, & castimoniæ reliquę separationem inuenies nullam. Non enim sunt ex communium, aut separabilium genere. Nam profectò non omnis, qui cupit, assequitur etiam, vt virgo sit, sed qui potest. Plurimi nanque ex his, qui matrimonio iuncti sunt, cùm eius rei desiderio, & quidem vehementi, teneantur, quòd fuerint præoccupati coniugio, voti sui cõpotes esse non possunt. Sicuti & in Olympicis certaminibus aduocat quidem præco quósq; certare cupiẽtes, victores autẽ solos coronis donat. Ita fermè fit & de certamine castitatis. Nam, cùm, teste Euangelio, Petrus Saluatori respondisset, si ea causa est viri cũ vxore, non expedit nubere. Dominus ad hoc: Non omnes, inquit, capiũt verbum istud, sed quibus datum est. THEO. Putabam, haud facile, quæ proposueras de singularibus, ac pręcipuis donis, probari abs te posse, verùm tu ista quoque validè profectò de scripturis docuisti. *Matt. 19.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

PALL. Quandoquidem ista sic sese habere tibi persuasum est, age reliquis item testimoniis vtamur ex abundanti, vt peruersi quique, corruptæque sententiæ homines his admoniti, desistant tamen captare, quæ accipere nequeunt. Inuenimus nempe Sacerdotium quoq; in scripturis sanctis, neque cõmune esse, neque separabile, sed illorum propriũ, atq; præcipuũ, qui digni sunt: sicuti corripiens Hebræos Paulus ait: *Heb. 5.* Non enim sibi quispiam honorem sumit, sed qui vocatur à Deo. Ita & Aaron inquit, non se ipsum clarificauit, vt Pontifex fieret. Nam cùm sexcenta fermè essent hominum millia, multíque ex his zelum haberent dei, vnus tamẽ ex omnibus Aaron electus, cuius planè perspicuum electionis indicium virga, profe- *Num. 17.* rens nuces, multitudinem induxit, vt crederẽt à Deo assumptum fuisse Pontificem. At plerósque tunc videas per imperitiã rei inanis gloriæ studio concitatos dum sacerdotium inter communia computarent, ac per id se ipsos venerandis officiis impudenter ingererent, dignum vesaniæ suæ finem inuenisse, ipsámq; *Num. 16.* synagogæ humum temeritatis suæ testem reliquisse. Dathan denique, & Abiron, cùm rem nihil ad se pertinentem auidè nimis, atque impudenter appeterent, *Psal. 105.* cum his, qui sibi adhærebãt, repente parierunt. Aperta est enim terra, inquit, & deglutiuit Dathan, & opeta est super congregatio Abiron. Post hos Oza, præce- *2. Reg. 6.* dentium immemor huiusmodi improbo amore correptus est. Cùm enim die quadam Arca in via plaustro veheretur, contingit, vt lasciuiens vitulus motu suo cõmoueret arcam. Ozas itaque subsequens manu illam apprehendit, ne caderet. Displicuit id factũ deo, & ne ex eo licentia daretur improbis, sibi vsurpandi non licita, percussit Ozam vsque ad mortem: per id admonens, posteros huiusmodi cauere vesaniam. Longo pòst tempore cum iam Christi aduentus radiasset in terris, Simon Magus de castello Get- *Act. 8.* thon, inuentor eorum dogmatum, quæ sunt contraria veritati, cùm esset vehementer astutus, veritus præcedentium pœnam, ne si eadem serere pergeret, paria itidem meteret, sese artibus armat. Blanditiis itaque circunuenire Apostolos quærit, & ouina pelle lupum tegẽs, pecunias offert, vti ne rapere videretur, quæ pessimè studebat emere, ea loquens, quæ illum, & omnes imitatores suos loqui decet. Sumite, inquit, pecunias istas, & date mihi vestri ordinis potestatem, vt cuicunq; imposituero manus, accipiat Spiritum sanctũ. Erat autẽ baptizatus in nomine IESV. Cui respondit Apostolorum chorus, Absit hoc à nobis homo. Gratia dei non venditur pretio. Et cum ille precibus importunis insisteret, dixerunt ad illum secundò, Quid emere queris, quod, si dignè vixeris, gratis inuenies? Ille labores vitæ melioris, mentísque suę segnitiem, & incertum rei euentum secum cogitans, sacculæ produxit aurum, hac se illecebra fallere posse Christi discipulos putans. Indignatus ad hæc ille, qui comprehendit sapientes in astutia sua, per os Petri locutus est, dicens. Pecunia tua sit in perditione, quia donum Dei existimasti pecuniis possidere. Imposuítque illi pœnitentiæ medicamentum. Age inquiens pœnitentiam, si forte dimittatur tibi nequitia cordis tui. In felle enim amaritudinis, & vinculo iniquitatis te esse video. Neque enim vult perditionem peccantium, amator animarũ Deus. His itaque pro viribus expositis, Theodore charissime, sacramentorum veritatis minister, percontare iam, quæ discere à nobis cupis: THE. Vnde quæso ad nos aduenisti Pater? PALL. Ab oriente Frater aduenj, núncque primum Romam vidi. THE. Quæ nam te maximè aduexit causa? PALL. Vnicus pacis vestræ amor. THE. Est enim alia nostra, quàm vestra? PALLA. Non alia plane, sed eadem, quam de cœlis Saluator adduxit, deditque sanctis Apostolis, dicens: Pacem meam *Ioann. 14* do vobis: Quod ait Do, suum id esse aperte signauit. porrò Relinquo, ad sanctum spiritum retulit, vt in spiritu sancto per Christum cognitionem patris gentibus reuelarent. Verùm sicuti in resolutis membris fit, vt operationes animæ ad valentiores membrorum redeant partes, ita ferè & in Orientali misera Ecclesia contingit. Dissolutis quippe ipsius infeliciter membris, neque, ob fugatam inde concordiam, pacémque violatam, officia sua implere valentibus, complures nudi, atque expediti, ipsius desiderio patriæ liquimus fines, cùm tuto, & quieto animo illic pro defensione veritatis habitare nequaquam liceret, diuertimúsque ad vos, si fortè vel paucos hos dies, qui vitæ meæ reliqui sunt, secundum Euangelium, viuere in pace possim. THEO. Vt video, mirabilis Pater, diuina ad nos prouidentia destinatus. Dolorem enim tuum inuenio nostris congruere, & consentire mœroribus. Puto enim te esse ex Ioannis Cõstantinopolitani episcopi sociis. PALL. Ita est. THE. Precor igitur, nobis ea, quę cupimus scire, sub Deo teste signata veritate, narrare digneris, id profectò non ignorans, q̃ si quid à veritate alienum adnũtiaueris nobis, Deum non effugies iudicem, atque nostræ quoque sententiæ eris obnoxius, qui aliud fortasse, & aliter, quàm ipse prosequeris, accepimus. Nõ enim vnus, aut duo, aut tres, aut decem, aut cuiuscunque generis homines quæ Constantinopoli contigere, nuntiarunt nobis, sed porrò plures. Ex quibus alij Episcopi sunt, alij Presbyteri, atque alij Monachi. Et si nosse cupis, quæ comperta sunt nobis, paucis expediam. Primus omnium profectus est ad nos Alexandrinæ ecclesiæ Lector, cùm Papæ Theophili literis, quibus indicabat Ioannem à se fuisse depositum. Eas literas cùm legisset Beatissimus Innocentius, Romanæ sedis Antistes, exhorruit temeritatem, fastúmque Theophili, ægrè ferens, & quòd solus scripserat & quòd rei totius seriem referre omiserat, cuius scilicet rei gratia, quibúsve adiunctis sibi sociis, illum deponere ausus fuisset. Inter hęc manſit admirans, nihilque rescribere voluit, rei indignitate cõmotus. Dum Eusebius quidã Diaconus Constantinopolitanæ ecclesiæ, qui tunc Romę erat, ecclesiasticæ vtilitatis gratia, Innocentium adiit, libellísque traditis adiurauit, sustinerent vt modicum temporis. Fore enim breue, vt sibi totius scænæ facies patesceret. Post triduum aduenerunt Episcopi quatuor à Ioanne missi, reuerentissimi profectò viri, Pansophus Pisidiæ, Pappus Syriæ, Demetrius Galatiæ secundæ, Eugenius Phrygiæ, tres Innocentio epistolas deferentes, vnam quidem Ioannis episcopi, secũdam verò Episcoporum quadraginta de communione Ioannis, reliquam scripserat Ioãnis clerus, omnes indisciplinatum tumultum, & seditionem pariter significantes. Erat autem epistolæ Ioannis huiusmodi series.

Domino venerabili ac beatissimo Episcopo Innocentio Ioannes in Domino salutem.

ET ante literas nostras ad aures pietatis vestræ peruenisse putamus præsumptum hîc facinus. Quippe

Quippe magnitudo sceleris fecit, vt nulla orbis pars reliqua sit, quam non huius horrendæ cladis rumor impulerit. Imò ad ipsa quoque extrema terræ gestorum fama pertingens, ingentem vbique gemitum, luctúmque excitauit. Verùm, quia ista non modò lugere, & planctibus prosequi, sed emendare pro viribus conuenit, & cautè prospicere, quo pacto hæc sæuissima ecclesię procella sopiatur, necessarium existimauimus, Dominos meos honoratissimos ac reuerentissimos præsules Demetrium, Pansophum, Pappum, atque Eugenium hortari, dimissis vt ecclesiis suis, sese pelago traderent, & emensa peregrinatione longinqua, ad vestram currerent charitatem, omnibúsque lucidè expositis, maturè tantæ cladi remedium dari salubre postularent. Quibus etiam charissimos Diaconos Paulum, & Cyriacum itineris comites dedimus, qui & ipsi vice epistolæ charitatem vestram, quæ hîc gesta fuere, docebunt. Theophilus enim Alexandrinæ ecclesiæ præsul, cùm à quibusdam apud Piissimum Imperatorem insimularetur, solus ad crimina diluenda venire iussus, magna Aegyptiorum multitudine sociatus aduenit, id fermè initio docere volens, ad bellum se, ac prælium instructum aduenisse. Inde regiam ingressus vrbem, non ad ecclesiam ex more, & antiqua consuetudine venit. non congressus est nobis, nõ verbum nobiscũ fecit, non simul orauit, non communicauit, sed vbi naui descenderat, valuis ecclesiæ prætermissis, extra vrbem morabatur. Et cùm multis precibus ageremus, vt apud nos tam ipse, quàm hi, qui cum eo aduenerant, hospitarentur (omnia enim præparata erant, & diuersoria, & quæque necessaria) neque ipse, neque illi acquieuerunt. Nos vbi ista comperimus magna admiratione tenebamur, nullam huiusce simultatis causam probabilem inuenientes. Nostrarum tamen partium munus implere curabamus, id facere instituentes, quod esset conueniens nobis, ipsúmque iugiter orantes, vt nobiscum colloqui vellet, & cuius rei causa ab ipsis exordiis, tam apertas inimicitias præferret, tantámque vrbem scandalizaret, exponere. Cum verò ne sic quidem causam eloqui vellet, accusatorésque illius vehementer insisterent, accersitis nobis, Piissimus Imperator iussit, vbi ille morabatur ire, atque illic, quæ contra illum dicerentur audire. Nam & seditiones, & cædes, & alia illi obiiciebãtur innumera. Verùm nos & patrum decreta reueriti, & virum honorare cupientes cum ipsius quoque literas teneremus, quibus cauetur non oportere iudicia extra terminos fieri, sed in suis quæque prouinciis iudicare, nequaquam acquieuimus, sed vehementer obstitimus. At verò ille, quasi aliqua priora crimina nostra præcessissent, aduocato Archidiacono meo, nimia cum auctoritate, veluti profectò iam vidua esset Ecclesia, neque haberet Episcopum, per illum clerum omnem ad se transtulit. Desertæ indies fiebant ecclesiæ, dum vniuscuiusque clerici adducerentur, & libellos aduersum nos dare, & in accusationem nostri nominis conspirare inducerentur. His ita gestis mittit, & nos ad iudicium aduocat, qui necdum proposita contra se crimina diluisset, quod contra canones, & præter omnes leges fieri nullus ignorat. Enimuero nos rebus certis admoniti, quòd non ad iudicem euocaremur. Alioquin millies iuissemus, sed ad inimicum, atque hostem, sicuti & priora & posteriora testantur, misimus ad illum Demetrium Pisinuntis, Eulusium Apamiæ, Lupicianum Apiariæ episcopos. Presbyteros verò Germanum ac seuerum, respondimúsq; modestè ex nostro instituto, dicentes, nos non declinare iudicium, sed apertum hostem, & inimicũ manifestum. Qui eṁ libellis nondum susceptis, initio statim talia gessisset, & seipsum ab ecclesia, & cõmunione segregasset, accusatores parans, & clerum ad se transferens ecclesiásque desertas constituens, hic qua ratione iudicis sedem, nihil ad se pertinentem ascendere dignus censeatur? Neque enim consentaneum rationi esse, vt Aegypto præfectus Thracię causas cognosceret, ipse criminibus obnoxius, & inimicus, & hostis. His ille nihil mitior factus, nihilque veritus, & quod instituerat, perficere cupiens, nobis asserentibus paratos esse, præsentibus & centum, & mille episcopis, crimina obiecta refellere, mũditiámque nostram asserere, sicuti sumus profectò mundi, passus non est. Sed absentibus nobis, & Synodum conuocare volentibus, iudiciúmque flagitantibus, neque cognitionem causæ fugientibus, sed inimicitias manifestas, accusatores tamẽ admittebat, & quos ipse ligaueram, soluebat, quíque crimina sibi obiecta, necdum diluisset, eorum libellos accipiens commentaria scribebat. Quæ præter ius, & fas omne, in iniuriam sanctorum canonum fiebant. Et quid me multis immorari necesse est? Non destitit omnia & facere, & moliri, quoad nos per summam vim, nimia autoritate, & vrbe, & ecclesia deturbauit, & profundo iam vespere, cum plebs omnis nos lamentatione miserabili prosequeretur, tractus in medio ciuitatis, & violenter adductus, iniectúsque in nauim, noctu nauigabam, quia Synodum ad iustum iudicium vocare voluerã. Quis ista sine lacrymis audire possit, quantumlibet sit lapidei cordis? Sed enim, quia, vt diximus, ista non modo deflere, verum & corrigere oportet, charitatem vestram precor, vt excitetur, atque condoleat, & omnia faciat, vt huiusmodi calamitatibus tandem sit finis. Non hactenus steterit iniquitas, sed prioribus quoque noua succedunt. Nam vbi piissimus Imperator iniustè & imprudenter ingressos ecclesia expulit, plurimíque episcoporum iniquitate illorum cognita ad ecclesias suas redierunt, furorem illorum atque impetum, veluti flammam cuncta vastantem, fugientes, nos in vrbem rursus euocati sumus, ecclesiáque restituti, de qua iniustè fueramus eiecti. Cùm verò triginta nos episcopi, & Clementissimi Imperatoris Notarius ad hoc missus, reduxissent, ingressi ad Regem, orauimus, vt ad vlciscenda facinora Synodum cogeret. Quod ille vbi comperit fugæ præsidiũ sumpsit, veritúsque iudicium, cum iam Regiæ literæ vbique disseminatę omnes, omnibus ex partibus conuocarent, noctis medio fragili se cymbæ commisit, atque ita fugiens suos omnes secum duxit. Nos conscietiæ nostræ fiducia, nihilo segnius institimus apud piissimum Imperatorem, vt Concilium congregaret. Qui suæ pietati consona faciens rursus ad illum misit, mandans, vti ad se tã ipse, quàm omnes, qui cũ illo fuerant, ex Aegypto ascendere maturarent, rationem facti sui reddituri, neque arbitrarentur, quæ adeò nequiter ex vna tantum parte, & absentibus nobis, ac præter patrum canones, gesta fuissent, sibi ad excusationem quicquã suffragari posse. At verò ille sic quoque Regiis conuentus literis obtẽperare non ausus, sese continuit domi, seditionẽ plebis allegans. Agebat id de quorundam sibi fauentium consilio. Et certè,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cũ hic ipſe populus ante has Imperatoris literas innumeris eum maledictis aſpergeret. Sed non iſta modò diſcutimus. Hæc tãtum idcirco dixerimus, vt oſtẽderemus, quæ eſſet viri modeſtia. Verum nos ne poſtea quidem quicuimus, ſed inſtabamus, iugiter orantes, iudicium fieri, in quo audiri, diiudicaríque poſſemus. Parati enim eramus nos ipſos docere inſontes, illos è contra nocentiſſimos, & magni in nos ſceleris reos. Erant autem & ex Syria quidem, qui illi tunc ſemper aſtiterant, & cum illo communiter omnia geſſerant. Aduerſus iſtos quoque parati eramus ſubire iudicium, ſæpiúſque importunè rogauimus, aut commẽtaria aut accuſatorũ libellos nobis tradi aut criminũ naturas aperiri nobis, aut certè accuſatores ipſos in conſpectu dari. Nihilque ex his conſequi meruimus, ſed rurſus pulſi eccleſia ſumus. Quomodo iam, quæ ſequũtur, exponam omnẽ excedẽtia tragœdiã? Quis ſermo ad ea explicanda ſufficiet? Quænam auris abſq; horrore percipiet? Nobis enim hæc ipſa, quæ antea dixi, prætendentibus, repente multitudo militum ipſo magno ſabbato, cùm iam in veſperam vergeret dies, eccleſias ingreſſi clerum omnem, qui nobiſcum erat, per vim eiecerunt, armíſque veneranda obſidebantur altaria. Mulieres, quæ intra eccleſiam, vt baptizarentur, ſeſe veſte nudauerãt, per id temporis nudæ fugiebant, metu acerbiſſimæ huius commotionis impulſæ, neque ſexus verecundiæ, & honeſtati permittebantur præ pauore conſulere. Plurimæ tunc, acceptis vulneribus, eiectæ. Ita cruore piſcinæ replebantur, atque ex huiuſmodi vulneribus ſacri latices colore immutato in ruborem tranſibant. Neque hactenus ſtetere clades, ſed, vbi Sancta condita ſeruabantur, ingreſſi milites, ex quibus, vt poſtea didicimus, quidam necdum initiati erant, omnia ſpectabant intus recondita, ſanctiſſimúſque CHRISTI Sanguis in tanto tumultu in militum veſtimenta fuſus eſt, omniáque non ſecus quàm in captiuitate Barbarica, facinora paſſim admiſſa. Populus ad ſolitudinem migrare, plebſque omnis extra vrbem excubare cogebatur. Vacuæ fidelibus eccleſiæ in tanta ſolennitate relictæ, pluréſq;, quàm quadraginta Epiſcopi communionis noſtræ cũ populo fruſtra, & ſine cauſa pulſi. Vlulatus, & gemitus, eiulatus item, & lamenta, & lacrymarum fontes, plateas, & domos, & deſerta ipſa compleuerant, & planctu cuncta reſonabant, nulláque vrbis pars huiuſce calamitatis vacua relinquebatur. Fecerat enim calamitatis magnitudo, vt non modò, qui patiebantur, verum ipſi quoque, qui nihil eiuſmodi perpeſſi erant, vnà nobiſcum lamẽtarentur, neq; Catholici modò, ſed ipſi quoque Hæretici, & Iudæi, ac Gentiles vices dolerent noſtras. Et vti ciuitas per vim in ditionem hoſtium veniſſet, ita tumultu, & perturbatione, & eiulatu plena erant omnia. Porrò iſta, ignorante piiſſimo Imperatore noctis initio Epiſcoporum factione gerebantur, qui exercitus duces, diaconorum vice, ſecum habere præuios non erubeſcebant. Vbi verò illuxerat dies, ciuitas omnis extra vrbis mœnia migrarat, ſub arboribus, & frondibus, veluti diſperſæ oues, feſtiuitatem celebrantes. Hinc iam poteſtis cætera æſtimare. Neque enim fas eſt omnia perſequi, vt ante iam dixi, neq; per ſingulos cõtingere. Nempe id acerbiſſimum eſt, quòd tanta incommoda, tot clades finem necdũ acceperũt, nulláq; ſpes quietis ſupereſt. Verùm indies augetur peſtis, factíſq; ſumus in deriſum multis. Imò ridet quidem nullus quantumlibet perditis moribus ſit, ſed ploratu proſequuntur, vt dixi, malorum omnium culmen, nouam hanc iniquitatẽ, & facinus execrandũ. Quis verò reliquarum eccleſiarum perturbationes, ac preſſuras eloqui poſſit? Neq; enim hîc modò inualuit lues, verùm ad orientalem quoque peruenit Eccleſiã. Quẽadmodum enim à capite dum noxius humor effunditur, reliqua membra læduntur, ita nunc quoque poſtquã ex hac vrbe magnifica, veluti ex fonte quodam incommoda fluxere, cœperunt turbæ, ac tumultus occupant omnia, & vbiq; dominantur, omnibúſq; fermè in locis clerici cõtra Epiſcopos inſurgunt. Populi partim abſciſi ſunt ab eccleſiæ corpore, partim præcidenti expectantur. Vbique peſtis hæc pullulat, & orbis vniuerſus euertitur. Hæc igitur omnia cogitantes, Domini Beatiſſimi, ac Reuerentiſſimi, dignum veſtræ conſtantiæ, & congruũ robur, ac ſtudiũ ſumite, & hanc perniciem, quæ inuaſit eccleſias, oramus, auertite. Nam ſi hæc inualuerit conſuetudo, & licitũ fuerit cuiq; ex adeò remotis partibus in alienas prouincias prout voluerit, ingredi, & eiicere quoſcunque libuerit, & pro voluntate omnia gerere, nõ ignoratis, maturè cuncta peritura, bellúmq; ſæuiſſimũ occupaturũ orbẽ vniuerſum, omnibus laceſſentibus inuicẽ. Ne igitur immanis iſta confuſio cuncta percurrat, & vbiq; dominetur, ſcribite, precor, & autoritate veſtra decernite, huiuſmodi iniquè geſta, nobis abſentibus, & iudicium non declinantibus, nullius eſſe roboris, ſicut per ſuam naturam ſunt profectò & irrita, & nulla. Porrò qui talia geſſere, eos eccleſiaſticæ cenſuræ ſubiicite. Nos autẽ inſontes neque conuictos, neque deprehenſos, neque vllius criminis reos comprobatos, eccleſiis noſtris iubete reſtitui, vt charitate frui, ac pace cũ fratribus noſtris cõſueta poſſimus. Quod ſi modò quoq; voluerint autores ſceleris aperire crimina, quorum gratia nos iniuſtè eiecerunt, dentur nobis commentaria, libelli proferantur in medium, veniant accuſatores mei, ſedeat incorruptum, intemeratúmque iudicium, non recuſo, non renuo, imò & conſtanter hoc expeto. Iudicemur, crimina profectò diluemus, nóſque oſtendemus innocentes, néque criminibus vllis obiectis obnoxios. Nam quæ ab eis modò geſta ſunt, omni prorſus ratione carent, extra omnem ordinem, omnémque legem, ac regulam eccleſiaſticam ſunt. Nunquam id facinus ne in extremis quidem iudiciis, imò neque apud Barbaros ipſos admiſſum eſt. Non Scythæ, non Sarmatæ, vnquam vna ex parte iudicarunt, abſente reo, neque iudicium, ſed odium, & apertam ſimultatem declinante, ac mille appellante iudices, & ſeipſum innocentem aſſeuerante, & paratum, præſente orbe vniuerſo, quæque obiecta diluere, ac ſe in omnibus inſontem declarare. Hæc ergo cuncta cogitantes, & à dominis meis venerandis Epiſcopis manifeſtius, planiúſque cuncta diſcentes, quod eſt partium veſtrarum munus, ſtudium veſtrum, & operam, ac diligentiam, quæſo, inferre dignemini. Ita enim non nobis tantum, ſed eccleſiis quoque vniuerſis gratificabimini, & à Deo mercedem percipietis, qui ob Eccleſiarum pacem ſemper omnia facit. Scripſimus iſta & ad Venerium Mediolanenſem, & ad Chromatium Aquilegienſem Epiſcopum. Vale in Domino.

Ad hæc reſcripſit beatiſſimus Papa Innocentius, communionémque vtriuſque partis admiſſa, Theophili iudicium caſſum, atque irritum eſſe decreuit,

decreuit, dicens, oportere conflari aliam irreprehenſibilem Synodum occidentalium, & orientalium ſacerdotum, cedentibus concilio amicis primum, deinde inimicis. Neutrarũ quippe partiũ, vt plurimum, rectum eſſe iudicium. Paucis pòſt diebus aduenit Petrus quidam Theophili presbyter, vnà cum Martyrio eccleſiæ Conſtantinopolitanę diacono, ipſius epiſtolas deferens, & quædam ſimul commẽtariola, in quibus videbatur Ioannes à triginta ſex damnatus Epiſcopis, ex quibus viginti nouem Aegyptij, ſeptem reliqui ex aliis regionibus erant. Ea commentaria cùm legiſſet Papa Innocentius, comperiſſétque, neque culpas eſſe graues, neque præſentem Ioannem fuiſſe, neque in faciem reprehenſum, inſaniam Theophili magis ac magis exhorruit, quòd contra abſentem adeò ſæuam, immitémque ſententiam euomiſſet. His igitur à ſe dimiſſis, cum literis grauibus, temeritatem illius laceſſentibus, ſe ſe ad orationis ſtudiũ contulit, indictóque eccleſiæ ieiunio, cum lacrymis diuinam precabatur clementiam, vt huiuſmodi ſeditiones, & ſcandala, ſciſſuræque tollerentur, & pacis, ac fraternitatis amor, integra membrorum compage redderetur. Fuit autem Epiſtolæ iſta ſententia.

FRater Theophile, nos & te, & fratrem noſtrum Ioannem communionis noſtræ eſſe decreuimus, ſicuti & in prioribus literis apertè ſatis expreſſimus. Et nunc in ſententia noſtra, & voluntate perdurantes, rurſus eadem ſcribimus. Et quotienſcunque ſcripſeris, niſi debitum ſequatur, conueniénſque iudicium, propter ea, quæ magno cum dedecore ſunt geſta, poſſibile non eſt, nos à Ioannis communione diſcedere. Itaque ſi conſcientiæ confidis tu quoq; iudicio accure ad Synodum proximè in Chriſto celebrandum, & illic iuxta Niceni conſilij canones, & decreta contende. Alios quippe canones Romana non admittit Eccleſia. Quod ſi obtinueris, euidens, & irrefragabilis erit ratio tua.

Modicum temporis fluxerat, cum Theotecnus Cõſtantinopolitanus presbyter venit, literas concilij Ioannis viginti quinque Epiſcoporum, aut paulo plurium ferens, quibus docebant Ioannem militum auxilio vrbe depulſum, & Cucuſſum in exiliũ miſſum, Eccleſiámque incẽſam fuiſſe. Cui & ipſi communionis literas, & ad Epiſcopum Ioannem, & ad omnes communicantes ſibi epiſcopos tradens, orabat cum lachrymis, vt patienter tolerarent, cùm opem ipſe ferre non poſſet, eo quòd nonnulli obſiſterent potentes aduerſarij, eccleſiaſticæ pacis inimici. Poſt paulum rurſus applicuit homunculus aſpectu fœdus, animo perditus, Paternus nomine, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſe presbyterum dicens, qui & ipſe totus elatus, & faſtu turgidus, & ipſo geſtu inimicitias præferens, plurima contra Ioannem Epiſcopum maledicta vomebat. Hic literas paucorum Epiſcoporũ Acacij, Pauli, Antiochi, Cyrini, Seueriani, & aliorum quorundam Innocentio reddidit, quibus Ioannem calumniabantur, quaſi incendiſſet Eccleſiam. Mendacium apertè deprehenſum eſt, cum eius rei, quippe quæ illi non fuiſſet obiecta, mentionem In Synodo nullam feciſſet Ioannes. Eum Innocentius cum indignatione abiiciens, ne reſcribere quidem voluit.

PALL. Quæſo mihi aurem parumper accommodes, vt tibi per ſingula rei ordinem pandam. Nimis enim, vt ait Heliu ad Iob, anguſtat me ſpiritus ventris, Ventris nomine mentem ſignificans ſermonibus ple-

nam. THE. Neceſſe eſt, Pater optime, me omnia diligentius proſequi, quæ peruenerunt ad noſtrã notitiam, vt ita demum, quæ inſtitui, rogare abs te poſſim. Paucis poſt diebus aduenit Epiſcopus Cyriacus, nullas quidem habens literas, ſed is planè, cui fides meritò habenda videbatur, eadem proſequens, quæ ab Epiſcopis de Synodo Ioannis fuerant ſcripta. Aiebat enim ſe fugiſſe propter comminationem regalis edicti ita continẽtem. *Si quis non communicat Theophilo, Arſacio, & Porphyrio, hic epiſcopatu quidem arceatur. Amittat vero, ſi quam videtur habere ſubſtantiã, pecuniarum, ſiue prædiorum.* Poſt Cyriacum aduenit Eulíſius Apamiæ Bithiniæ Epiſcopus, afferens literas à quindecim Epiſcopis de Ioannis concilio, & à præclaro ſene Anyſio Theſſalonicenſe Epiſcopo, in quibus illi quidẽ & præcedentẽ, & quæ tunc erat, Conſtantinopoleos totius deprædationem, vaſtitatémque ſignabant. Anyſius verò Romanæ ſe Eccleſię iudicium ſequi fatebatur. Porrò Euliſius ipſe conſona Cyriaco per omnia dixit. Vix menſis fluxerat, cùm Palladius quoque Epiſcopus Helenępoleos abſq; literis venit, qui & ipſe fugiſſe dicebat veſaniam principum. Expreſſius autem, ac ſignantius enarrauit omnia, ipſúmque exemplar edicti propulit in hãc ſententiã. Quicunq; occultaſſet Epiſcopum, ac clericum, ſiue in ſua domo ſuſciperet, qui Ioanni communicaret, eius domum publicãdam. Poſt Palladium Germanus presbyter, Caſſianúſque diaconus Ioannis, viri magnæ Religionis, literas ab omni clero Ioannis attulerunt, continentes eccleſiam ſuam tyrãnidem perpeſſam eſſe, Epiſcopo per vim militum eiecto, & in exilium miſſo, agentibus id Acatio Beroenſi, Antiocho Ptolomaidis, Seueriano Gamalenſi, Theophilo Alexandrino. Oſtenderunt & Breuiculum memorati viri, vbi ornamẽta, ſub iudicibus teſtibus tradũt, ſubſcriptum manu Studij præfecti vrbis, Eutychiani prætoris, Ioannis comitis theſaurorum, & Euſtachij quæſtoris, ac tabularij, in auro, & argento, & vaſis, vt Ioannis Epiſcopi calumniam diluerent. Poſt iſtos venit ſecundò Demetrius Epiſcopus Piſinuntis, qui, peragrato oriente, prædicauerat communionem Eccleſiæ Romanę cũ Epiſcopo Ioanne, teſtibus Papæ Innocentij literis, afferẽs epiſtolas ab Epiſcopis Curię, in quibus Ioannis amplectuntur cõmunionem. Ab Antiochenę itidem eccleſiæ presbyteris, vbi Romanorũ ſequuntur diſciplinam, laudantes integritatem iudicij, & ordinationem apud ſe factam de Porphyrio, vt illicitam, ac nefariam execrantes. Poſt hos omnes venit Domitianus ſacerdos Cõſtantinopolitanæ diſpẽſator Eccleſiæ, & Vallagas quidam Niſybius presbyter, exponens monaſteriorum Meſopotamiæ gemitum, & eiulatum. Simul & commentaria Optati cuiuſdam præfecti reddiderunt, vbi honeſtæ mulieres ex genere conſulari publicè ad eum adductæ memorantur, Cõſtantinopolitanæ Eccleſiæ diaconæ, ita vt cogerentur, aut Arſacio cõmunicare, aut fiſco ducentas auri libras applicare. Quid autem de Monachis, & Virginibus dicere oportet? Oſtendebat ſecta in ligno latera, terga cæde cõſciſſa. Nõ tulit vltrà Innocẽtius Põtifex, indignitate ſummo permotus, ſcripſitq; ad Honoriũ Imperatorem, literarũ huiuſmodi ſenſum diſtinctè ſubiiciẽs. deſunt literę. Motus his literis princeps præcepit Synodũ occidẽtaliũ Epiſcoporũ congregari, & cùm in vnã ſummũ concurriſſet, ad ſe referre. Congregati Italiæ Epiſcopi Imperato-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem orant, vt scriberet Arcadio fratri suo, vt iuberet Thessallonicæ Concilium fieri, quò facilius possent vtræque partes orientis, occidentisq; cõcurrere. Addentes perfectã Synodũ, non numeri quantitate, sed qualitate sententiæ, certã, & irrefragabilem tulisse sententiã. His inflãmatus Imperator, Episcopo quidem Romano scribit, vt mittat Episcopos quinq;, Presbyteros duos Romanæ ecclesiæ, diaconum vnum, qui ipsius ad fratrem epistolas ferrent. Erat autem hic tenor Epistolæ.

TErtiò iam scribo ad mansuetudinem tuam, orans, vt quæ contra Ioannem Episcopum Constantinopolitanũ malignè essent gesta, corrigeret. Verùm id hactenus, vt video, factũ non est. Quocirca rursus per sanctos Episcopos, & Presbyteros scribo, pacis ecclesiasticæ auidus, & ingenti cura solicitus (pacatis enim ecclesiis Imperio quoque nostro pax peruenit) vt episcopos orientales iubeas Thessallonicæ conuenire. Nostri quippe occidentales Episcopi electos viros miserunt, seuerę cõstantię, & qui neutram in partem inclinentur amore, vel odio, Episcopos quinque, Presbyteros Romanæ ecclesiæ duos, vnúmque diaconũ, quos vt omni cum honore suscipias, quæso, vt siquidem illis persuasum fuerit Ioãnem iustè fuisse expulsum, doceant me ab eius communione discedere. Sinautem deprehenderint sponte malignatos orientis Episcopos, ab illorum te itidem cõmunione secernant. Quæ nam verò sit occidentalium de Episcopo Ioanne sententia, ex omnibus fermè epistolis constat, quas ad me frequẽtes dederunt. Ex his duas idem continentes, quòd reliquæ subdidi, scilicet Romani, & Aquilegiensis Episcopi. Hoc autem ante omnia de tua mansuetudine postulo, vt Theophilum Alexandrinum, inuitum etiam adesse, præcipias. Per hunc enim mala omnia emersisse memorantur, vt aduenientium Episcoporum Synodus in nullo impedita congruam temporibus nostris afferat pacem.

Acceptis igitur Sancti viri Aemilius, & Cythegius, & Gaudentius Episcopi, vnà cũ Valentiano, Bonifacióq; Presbyteris, Imperatoris Honorij, & Papæ Innocẽtij, & Italię Episcoporũ, Chromatij Aquilegiẽsis, & Venerij Mediolanensis, ac reliquorũ epistolis, vnà & cõmonitorio cõcilij totius occidentis, conditionibus publicis Constantinopolim concessere, erat autẽ cõmonitorium huiusmodi: Non oportere Ioannem iudicium ingredi, nisi illi prius ecclesia, communióq; redderetur, vt omni dilationis occasione sublata, sua sponte Consilium ingredi posset. Profecti igitur Cõstantinopolim, post quatuor menses redierunt, nuntiantes nobis Babylonias res. Cùm præter nauigaremus Græciam, aiebant, detenti sumus Athenis ab infesto quodam Tribuno militũ, qui idem nobis centurionem adiecit vnũ, qui Thessalonicæ propinquare minimè permitteret. Illic enim intendebamus primũ Anysio Episcopo literas reddere. Iniectos igitur in duo nauigia emisit. Irruente autem austro vehementi, tribus diebus absque cibo, Aegeum pelagus, & angusta traiecimus. Tertia tandem die, hora duodecima ante vrbem applicuimus prope Victoris suburbana. Quo in loco detẽti ab his, qui obseruant portus, retrò discessimus, cuius id iussione pateremur, ignorantes. Concluſique intra castellum Thraciæ maritimum, quod Athyram vocant, illicque cruciati, atque abinuicẽ diuisi, Romani quidem in cellula vna, Cyriacus verò, & qui cum illo erant, in pluribus morabamur, ne vno quidem puero nobis in ministerio relicto. Cúmque, vt literas daremus exigeretur à nobis, nõ acquieuimus, dicẽtes minimè esse cõueniens, vt qui senes eramus, ipsi Imperatori Imperatoris itidem literas, Episcoporúmque redderemus. Cùm igitur obstinatè recusaremus, neque aduenienti ad nos Patricio Notario, neque aliis quibusdam, qui ad hoc venerãt, eas dare vellem⁹: postremò accessit quidam ex Cappadocia Tribunus militũ, Valerianus nomine, perfractóq; Episcopi Mariani pollice, per vim abstulit signatam regis epistolam cum literis reliquis. Postridie verò miserunt ad nos, siue regis Aulici, siue Atticus, nescimus, ipse enim ferebatur Ecclesiæ inuasisse thronum, qui tria millia numismatum darent, orantes, vt communicaremus Attico, & de Ioannis iudicio omnino taceremus, quibus minimè obtemperare volumus. Permansimus igitur orantes, vt quandoquidem nihil pacificum peragere possemus, tutò saltẽ redire ad ecclesias nostras permitteremur. Mouebat enim nos nimia immanitas hominum. Hoc & Saluator noster variis reuelationibus nobis antè mõstrauerat. Adeò, vt & diacono sancti Emmelij Paulo viro mitissimo, & pudicissimo in naui apparuerit Apostolus Paulus, dicens illi: Videte, quomodo ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes, scientes, quoniam dies mali sunt, significante somnio multiplicem fallaciam, quæ ad euersionem veritatis nobis insidiaretur donis, atque blanditiis. Assistens igitur idem ipse Tribunus Valerianus iniecit nos in nauim vetustam, & putrem, datóque, vt ferebatur, pretio nauclero, vt perderet nauigantes, simul & militibus adiectis viginti ex ordinibus variis, continuò Athyris expulit. Emensis igitur stadiis plurimis, cùm iam iam perituri videremur, applicuimus Lampsaco. Inde mutata naui, vigesima tandem die ad Calabriæ Hydruntem peruenimus. Neque nobis edicere vltrà potuerunt de beato Ioanne aliquid certius, neque vbi modò sint Demetrius, Cyriacus, Eulisius, & Palladius, qui cum nostris Epistolis legati fuerant missi, & Athyris, vt antè iam diximus, detenti.

PALL. Age iam Sacratissime minister Christi, mihi intende animum, & quæ à me dicuntur, ausculta. Aperiam deinceps tibi totius tragœdiæ Satyricos in medio tumultus, & vnde ebrietati dederit manus, & quatenus cessare visa sit, necdum verò desierit. Omnium quidem malorum, vt iam dixerim, fons, atque initium Dæmon est, boni totius inimicus: qui semper, lupi in morẽ, aduersatur Christi rationalib⁹ gregibus, peritos quóque pastores persecutionibus variis atrociter vastans, non secus, quàm ille quondã Aegyptiorum rex, masculos Iudæorum, terrenarúmq; voluptatum illecebris stolidos quosque, falsósq; pastores illaqueans. Porrò pessimi huiusce fontis riui, vt toto terrarũ orbe percrebuit, Acacius, Antiochus, Theophilúsque, & Seuerianus sunt, qui, cùm id dicuntur, quod non sunt, dici, quod sunt, ferre non possunt. Sunt autẽ ex omni clero Presbyteri duo, Diaconi quinque, partim ex impuro, partim ex noxio numero congregati. Quos ignoro equidem, an tutũ sit Presbyteros, seu Diaconos appellare. Cæterùm ex aula Regis duo tãtum, aut tres sunt, qui etiam Theophilo neruos addiderunt, militari manu opem ferentes. Mulieres præterea, quæ celebres sunt, tres, viduæ quidẽ, sed opulẽtę, in perniciem salutis suæ pecunias ex rapina possidentes, quæ virorum quoque constantiã perturbare possint,

possint, atque concutere, Marsa Promoti vxor, Castricia Saturnini, & Eugraphia quædam, nimia insania feruens. Cætera eloqui verecundia prohibet. Istę, atque isti cùm infideli corde sint segnes, veluti fallanx furore ebria, in vnam sententiam odiosam concurrentes, aduersus ecclesiasticam pacem torrẽtem perditionis per summam insaniam concitarunt.

THE. Perge Pater, & coram Deo causam odij istorum aduersus tantum virum nobis edissere, quæve fuerit Episcopi Ioannis ratio, vt cõtra tot potestates decerneret stare. Et illud simul expone, quódnam vitæ ipsius initium fuerit, & quo pacto fuerit ad Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ prouectus sedem, quanto eam tenuerit tempore, cuiusmodi vixerit moribus, quo etiam fine defecerit, si tamen mortuus est, vt fama vulgauit. Quamuis enim apud omnes fermè inualuerit mira de virtutibus, & Sanctitate illius opinio, consueui tamen ipse non facile rumoribus credere, priusquam ab his, qui ritè vel vituperare, vel laudare nouerunt, certior fiam.

PALL. Laudo equidem diligentiam tuam, amicissime, ac veritatis studiose Theodore, sed minimè iudicium probo. Oportuit enim te ipsa nostra canitie, vt de me interim loquar, & dignitate ipsa, vt vera crederes, quæ à nobis dicerentur, in duci. Quoniam verò istuc minimè fecisti, & iam secundò coram Deo conueniſti cõscientiam nostram, saltem post hac fideles mihi aures accommoda, ne incassum sermo decurrat. Scio enim scriptum: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Et Apostolus Ioannes, Qui mendaciũ loquitur, inquit, nõ est ex Deo. Et Dauid rursum, Quia obstructum est os loquentiũ iniqua. Reuera enim iniquè agit, qui fallit eum, cui persuadet. Iniquè item & qui auscultat, mentienti facilè credens. Cùm igitur æqualiter vterque peccet, neuter nostrum iniuria afficiat proximum. Est enim hæc virtus, vt is quidem, qui dicit, vera prosequatur, qui verò audit iniqua diiudicet. Estote enim, inquit Scriptura, probabiles trapezitæ, falsum aurum, & argentum à vero, & probato secernentes, non vt passim mulcentem aures sonum admittamus, sed & diuino timore, & conscientia, quæ dicuntur, aut scribuntur, ponderãtes, rerũ testimonia suscipiamus. Auriũ quippe, ac linguæ ingens periculum est. Idcirco & pręstãtissimus rerum opifex Deus hanc geminis labiis seruare constituit, cùm interius quoq; dentium eam vallo cinxisset, vt huius facilitatẽ huiusmodi munitione coërceat, secundũ quod scriptura dixit. Pone Domine custodiã ori meo, & hostiũ munitionis circa labia mea, vt non delinquam in lingua mea. Porrò cauernas auriũ flexuosas, atque tornatiles fecit: ex ipso habitu admonens, non citò in eas irrũpere debere sermonem, vt dum maiori temporis mora circũ foramina vertitur, mẽdacij materiam cum malitiæ sordibus ponat, ad ripas ipsas, & auriũ margines tenuiter excollatus. Non modò autẽ istiusmodi instrumẽtorum, vt quę sola delinquant, curam habuit, verum pupillis quoque, veluti fenestris, velamina posuit, ne impudicitiæ intus admitterent mortẽ, de qua Propheta testatur, dicens: Mors intrauit per fenestras vestras.

THE. Si quidẽ de rebus quibuslibet non magni ponderis mihi esset inquirendũ, sufficeret profectò, Pater beatissime, vel aspectus ipse tuus verbis fidem facere. Quoniam verò, & ea requiro, quæ sunt maxima, mendaciũ verò non modicam in præsentiarum quidem confusionem, postmodum verò etiam damnationem affert, quando ante tribunal illud terribile & principes, & populi simul assistent. De veritate autem est quæstio, da veniam Pater, neque mihi iam velim canos obiicias, & mali enim sæpe senuerunt, non animam virtute canam, sed corpus æui diuturnitate rugosum præferẽtes. Cuiusmodi & illi fuerunt in Babylone presbyteri, & in Samaria Effraim, in cuius probrum propheta clamat: Effraim columba seducta, nõ habens cor. Cani aspersi sunt, ipse autem ignorauit. Iterato item seuerius dicit, Factus est Effraim subcineritius, non conuersus, & alieni comederunt robur eius. Et illud etiam addam, licet fiat sermo prolixior. Quis ornatior canis, si ætatem aspicias? quis aspectu modestior Acacio illo, quem modò culparis, & seditionis autorẽ, & sceleris eorum ducem, qui nouitatibus gaudent. Cuius ipsæ quoque nares canos attraxerant, quando Romam profectus est, ordinationis Episcopi Ioannis decretum ferens?

PALL. Nunc planè cognoui, probarum te esse trapezitam, dum non cutis tabernaculo credis, sed inhabitãtis inquiris disciplinam. Nempe enim, & Aegyptiorum templa, cùm vastæ magnitudinis sint, & speciem lapidũ præferant, Simias habent intus, Deorũ vice, & Ibices, & Canes, & infinita portenta. Deus autẽ noster ac Dominus cùm Samueli de constituendo Israeli principe responsa daret, admonuit, ne statum lutei corporis, ac formam attenderet, dicens. Non sicut homo, videt Deus, homo enim in facie, Deus autẽ in corde. Quocirca imitatores Dei in rebus omnibus altiora quæque, & astrusiora scrutantur. Ideo promptè accedo tibi, statęrámque tuam, nunquam in alteram partem inclinantem, libenter amplector. At verò Babylonij senes quidem corpore, sed animo præ stoliditate nimium paruuli, si mortuorũ resurrectioni credidissent, primum quidem sapientia validi nequaquam Susannam alterius vxorem amauissent. Deinde autem, siquidem Dei timorem habuissent, nunquam impudicitiæ suæ calumniam quoque innocentis coniunxissent. Id verò summæ ignominiæ, & dedecoris indicium est, quòd seniores iuuenilẽ speciem violare voluissent. Sed his omissis, ad ea, quæ de Sancto viro inquisisti, enarranda pergamus.

IOannes Genere Antiochenus fuit. Natus ex parentibus nobilibus, & qui in Syria inter militares maximè Illustres essent. Mater eius cùm filiam primo partu ædidisset, secũdo hunc loco enixa est. Cùm autem, emensis infantiæ rudimentis, ad pueritiæ peruenisset annos, & magna ingenij præ se ferret indicia, literarum studiis traditus est, insecutúsque ardenter disciplinas liberales, iam tunc se ad sanctarum scripturarum ministerium comparabat. Inde cùm octauum decimum ageret ætatis annum, Oratoriæ operam dans, adulescentiæ lubricum perpetua exercitatione declinauit. Vbi verò virilẽ induerat sensum, sanctarum literarum amore correptus est. Regebat autem per id temporis Antiochenã ecclesiam vir totius sanctitatis Meletius confessor, Armenius genere. Is cũ adulescentis indolem solers explorator intenderet, ad se accitum secum iugiter esse permisit, sibíq; familiariter adhærere. Amabat enim cordis illius pulcritudinem, propheticis oculis præuidens, quorsum indoles tanta esset euasura. Cùm verò assidẽtem sibi fide, sacrísque dogmatibus diligẽter instrueret, post trienniũ fermè lauacri regeneratione mũdatum Lectorem ordinauit. Verùm, stimulante conscientia, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

contentus esset laboribus ciuitatis, in ipso iuuentutis flore, sensu planè integro, vicinos occupata montes, ibique congressus seni cuidam Syro, continentiæ in primis studioso, sese illi sociũ dedit, imitatus vita cõtinẽtiam, duritiámq; propositi. Mansit autẽ apud illũ annos quatuor, incentiua naturalis ardoris diuinarũ literarum studiis superans. Vbi verò motus omnes iuuenilis ætatis non tam labore, quàm ratione superauit, desiderio delitescendi, solus remotiorem heremum petiit, illicque spelũca inclusus biennium fermè peregit. Quo in tempore iugiter fermè sine somno persistẽs, scripturas sanctas penitus edidicit, earũq; perpetua meditatione ignorantiã à se longè fugauit. Verùm cùm toto biennio nunquã cubuisset, non nocte, non die, subiectas ventri partes omnino mortificat, frigore virtutes renum feriente. Quod ille vbi animaduerteret, ecclesiasticũ rursus occupat portum. Id autem diuina prouidentia factum scimus, quæ hunc ad ecclesiæ vtilitatem ab exercitatione immodica infirmitatis occasionibus repellit, vt impeditus ægritudine speluncis renuntiare cogeretur. Hinc iam à Meletio Diaconus ordinatus, quinq; annis venerãdis ministrat altaribus. Sed cùm doctrinæ illius gratia cũctis innotuisset, populiq; fideles vitę illius continentia, veluti sale, condirentur, Presbyter à sanctæ memoriæ Flauiano Episcopo consecratur, Inuitus licet, ac multum renitens. Notatur id ex his libris, quos de sacerdotio adhuc solitarius scripsit. Permansit autem bis senis annis in officio presbyterij, Antiochenã Ecclesiam vitæ munditia illustrans, partim vndis spiritus recreans. Agebat episcopi vices in prædicatione verbi dei, omniúmque corda mirabili facundia, scripturarũ dulcedine ornata, ad se rapiebat. Quàm multos, quàm pulchros, quàm necessarios, plenósque vtilitatis tractatus ediderit, quis referre sufficiat? Sed omitto ista, tuóque, Theodore, iudicio examinanda relinquo. Neq; enim sunt, aut esse possunt obscura, quæ scripsit. THE. Mirabilis planè gratia viri in docendo fuit, atq; ex his, quæ ad manus nostras peruenire potuerunt, magna ipsius excellẽtia noscitur. Sed perge quæso, seriémq; narrationis exequere. PALL. Dum hæc agerẽtur, & Christo gubernante, prospero cursu cuncta succederent, moritur Beatus Nectarius, Constantinopolitanæ sedis Episcopus. Hinc iam plerique sponte concurrunt, ecclesiæ præfici cupientes, viri planè non viri, sacerdotalis quidem ordinis, sed nihil habentes dignũ sacerdotio. Qui, dũ meritis diffidunt suis, Pontificis solium electione fideliũ desperantes posse adipisci, partim palatij obseruant fores, alij munera potentibus tribuunt, alij populis genu posito supplicãt. Ad hęc plebs fidelis indignãs, regem pia intentione solicitat, pastorem peritum sibi dari suppliciter postulãs. Agebat in rebus Eutropius spado, præfectus cubiculi regij. Cupiens igitur Ioannem Præsulem fieri, cuius illi virtus erat notissima, cuiúsque tunc periculum fecerat, cùm in causa regia interiora penetrasset orientis, suadet Imperatori, scribat vt ad Antiochiæ Comitem, mandans, vt absque strepitu vllo, & perturbatione Antiochenæ ciuitatis mitteret Ioãnem. Acceptis literis, Comes mandatum ita exequitur. Rogat Ioannem, vt secum extra vrbem pergat vsq; ad Martyria, propè portã, quæ Romana appellatur, impositúmq; rhedæ publicæ, misso eunucho vnà, & magistro militum, tradit. Adductus hoc modo, Cõstantinopolitanæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus. Initio igitur Theophilus, Alexandrinus Episcopus, ipsius constantiam, irreprehensibilémque fiduciam intuens, ordinationem eius impedire conatus est. Ex ipso quippe aspectu callet interiorem hominis voluntatem, sententiámq; dignoscere. THE. Sustine quæso, Pater, dum te interrogo. PALL. Tu verò interroga, quæ vis. THE. Et si eiusmodi Theophilus est, tantóque viget acumine, quomodo non præuidit fore, vt, pulso illo, orbem perturbaret vniuersum? PALLAD. Non istuc mirare Fili. Nam & Dæmones, cùm aduentum Christi non ignorassent, nescierunt tamen futurum, vt vna credentium illi insufflatione ligarentur. THEODO. Vbinam illi Saluatoris aduentum cognouerunt? PALLAD. Cùm clamarent. Scimus te, quis es sanctus dei. Quid venisti ante tempus torquere nos? Vides, vt illi præscierunt, nõ modò quòd sanctus, verum etiam quòd iudex esset. Quid autem de dæmonibus loquar? Infelicia scorta ex ipso oculorum motu pudicos agnoscunt, ac fugiunt viros, non secus, atque infirmus oculus solis iubar, & vultur vnguentum. Vnde verò peccantibus execrationi pietas est, si ipsam minimè nouerunt? Ita & Theophilus ex quo id, quod erat, infirmis oculis suis gratum non inuenit in Ioannis aspectu, coniectura, non veritate scientiæ, quod erat sibi contrarium, comprehendit. THEO. Mirificè respondisti, Pater. Sed cur ille quæso ordinationi reluctatus est? PALL. Mos sibi fuit bonos, ac sensatos viros non ordinare, sed duntaxat, qui defectu aliquo insignes essent, vt omnes veluti insipientes obtineret. Maluit enim superare stolidos, quàm sapientibus accommodare aurem. A salutari tamen prouidentia, vellet, nollet, superatus est. Ordinatus itaque Ioannes, pastoris officium diligenter exequitur, rationali fistula experimentum ouium facere aggressus. Rarò autem, sed tamen necessariò virga correptionis vtens, sermonem exacuit aduersus fictam, nõ fraternã, vt eam appellant, sed planè fœdam, atque inhonestam vitam eorum sacerdotum, qui mulieres, quas subintroductas vocant, secum habere vellent. Asserens, comparatione mali, tolerabiliores esse lenones. Illi enim longè à medicinæ taberna separati, seorsum habent, qui sua sponte infirmi esse delegerunt. Hi autem intra salutis officinam habitãtes, sanos ad morbum euocant. Hinc iam pars impia cleri eo pressa morbo, eáque febre correpta, ægrè ferebat. Hac ergo peste propalata, & curata orationis iacula intorquet contra iniustitiam, acrémque malorũ cupiditatem euertit, ac destruit, vt iustitiæ ædificium construat. Id quippe sapientis architecti proprium est, prius mendacij diruere molem, postea fundamentũ iacere veritatis, ita & Propheta dicente. Constitui te super gentes, & regna, vt euellas, & plantes, & destruas, & ædifices. Illud quidem agricolæ, hoc autẽ cõgruit architecto. Ex hoc rursus offenditur pars obseruantium sacculos. Post hæc victum quoque castigat cleri diligenter, orans, & exhortans, vt cõtenti stipendiis suis, nidores diuitum non sequerentur, ne fumum huiusce insequentes libidinis flammæ traderentur, assentatorum, ac parasitorũ instituto viuẽtes. Hinc Lurcones plurimi pulsati, atque irritati autoribus calumniæ se coniungunt. Post hæc Dispensatoris ecclesiastici scripta relegẽs, inutiléq; ecclesiæ sumpt' deprehendens, amputari hos protinus iubet. Accessit & ad solennes Episcopi sumptus inspiciendos, inueniénsq;

Episcopi electio.

Luc. 4.

Hier. 1.

uenienſque immodicam profusionem, transferri hãc magnificentiam ad infirmorum solatia præcipit. Et cùm supereſſent pecuniæ, noua quoq; infirmorum receptacula constituit, præficiens his duos ex sacerdotũ numero religionis summæ viros, & medicos, & coquos, & ministros, qui sine vxoribus essent, eis ad obsequium statuens, vt aduentantes hospites, morbo deprehensi, & eo maxime, qui Sacer appellatur, curarentur, & ob ipsum bonum, & pro gloria Redemptoris. Dehinc viduarum aduocat agmen, solertè explorans, quæ non rectè conuersarentur inter illas, inuenienſq; nonnullas carni deditas, admonebat, aut ieiuniis studerent, balneisque & exquisitis abstinerent vestimentis. Aut repetere maturatò connubia, ne diuina lex, & nomen Dominĩ per illarum intemperantiam blasphemaretur. Ad hæc fideles quoſque Laicos hortabatur, vigiliis nocturnis in ecclesia insistere, vxores autem horum domi manere, interdiu orantes, ideo quod viris die ocium non esset. Hæc omnia quoſq; negligentiores de clero contristabant, totis noctibus dormire consuetos. Post hæc autẽ aduersus diuites linguę exacuens gladium, animi pustulas scindere aggreditur, fastum eos turgidum ponere admonens, & hominibus cæteris se existimare pares, iuxta illud Apostoli ad Timotheum: Diuitibus huius seculi præcipe, non altum sapere, neq; spectare in incerto diuitiarum. Dum hæc itaque gerũtur, Ecclesia quotidie in melius proficiente, & ciuitate omni mirificè ad religionis studium conuersa, animabúsque fidelium pudicitia, & psalmorum cantu exultantibus, non tulit bonorum inimicus Dæmon eos per Ioannis doctrinam eripi sibi, quos dudum tenuerat captiuos, vt erant, qui Circo, & Harenę, ac Theatro eatenus dediti, omissa Diaboli scæna, ad Saluatoris currebant ouile, attracti amore dulcis fistulæ pastoris eximij. Ex hoc iam mercenariorum, non planè pastorum, animas occupat liuor, quos pastoris industrij collatio reddebat obscuros. Quam ideo vincere non valentes, quia profligatorem inuidię. Dominum non inuocabant, aduersum Ioannem calumnias struunt, sermones ipsius quosdam assumentes, & vt dictos in probrum Reginæ, & quorundam de aula Regis inuidiosè, diuulgantes. Per id autem temporis contigit, vt Acacius episcopus Beroę adueniens honesto, vt dicebat, careret diuersorio. Qua ex re indignatus ira excandescebat, quasi fuisset à Ioanne contemptus. Victus autem cogitationibus improbis, ex abundantia cordis, verbum plenum stultitiæ protulit, dignum ipsius animo, præsentibus quibusdam Ioannis clericis, dicens, Ego ipsi ollã condio. Ex eo Seueriano coniunctus, & Antiocho, & Isac Syrulo circunforano; falsorum monachorum duci, qui tempus omne contriuerat in maledictis, linguam semper aduersus Episcopos instruens, tractans quo pacto aduersus Ioannem, imò contra Dominum Saluatorẽ, sese armare queant. Mittunt primum Antiochiam adulescentiæ illius crimina studiosè inquirentes. Vbi autem defecerunt scrutantes scrutationes, nihilque inuenerunt, quo illius fucarent gloriam, Alexandriam ad Theophilum mittunt, cuius nouerant versatile ingenium, ad huiusmodi sapienter vicissim machinanda. Is postquam literas iuxta cor suum legit, oblatam sibi malignandi materiam amplexus perlibenter, horrido silentio scrutabatur, inquirens occasionem aliquam, vel leuem contra Ioannem. THE. Cohibe paulisper orationis impetum, Pater, vt antequam obliuio subrepat, eloquar tibi causam, quæ ex Alexandria ad nos vsque manauit. Aiunt enim, quòd depositos à Theophilo clericos Ioannes ad communionem susceperit, ac per id illum contristauit, quod non oportuit fieri, ortáque ob id simultate, contra Ioannem ille insurrexit. PALL. Vt demus vera esse, quæ sermo iactauit, est ne Episcopi, malum malo curare? Et vbinam euangelicum illud est, quod ait? Sol non occidat super iracundiam vestram. Vbi item Apostolicum illud? Vince in bono malum. Vbi Propheticum quoque elogium? Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quanto erat rectius, coram religiosis Episcopis illum insimulare, & ita versare. Frater Ioannes, cur hoc, atque hoc fecisti? vt Ioannes respondere posset, se istud ignorasse. THE. Verum dicis, si quid fuisset in illo bonæ voluntatis, & nõ, vt iræ suę satisfaceret, obtenderet clericorum causam. PALL. Per timorem Dei, qui timoribus cæteris dominatur, & prævalet, non tibi aliter, quàm se habet res, de his, quos modò memorasti, clericis loquar. Isidorus quidam Presbyter à beato Athanasio, magno illo viro, ordinatus, octogesimum agẽs ætatis annum, quem nouerunt Romanorum plurimi, Ecclesiasticorum enim negociorum gratia ad hanc vrbem venit, dum esset peregrinorum Alexandriæ susceptor: nosti & ipse virum, quando cum Acacio profectus, Flauiani ad Theophilum communionem detulit, quæ viginti annis segregata fuerat, beati Euagrij gratia, qui multa certamina in laboribus Ecclesiasticis pertulit. Huic itaque Isidoro Vidua quædam ex principalibus ciuitatis mille aureos dedit, adiurans eum ante altare venerandum, coemptis vt vestibus pauperculas Alexandriæ mulieres indueret, ignorante Theophilo, ne, si sciret, acceptos lapidibus emendis impẽderet, quædã enim ædificandi rabies, Pharaonis instar, illum obsedit, minimè ecclesiæ necessaria. Verum ista missa facio, quod autem de Isidoro magis vrget, attende. Acceptam pecuniam Isidorus pauperibus impendit, ac viduis. Hoc comperto, Theophilus (nihil enim ipsum latebat ex his, quę vbiq; aut gererentur, aut dicerẽtur, q, haberet rerũ, atq; operũ exploratores, ne aliter dicam) Isidorum aduocat perturbatus modicè, &, an ita se res habeat, scisciatur. Nihil ille cunctatus, rei seriem pandit. Quod ille audiens, habitum mutat, & qui ante paululum modestus, ac mitis interrogando videbatur, paulopost intumuit totus, Isidori accepto responso, effigiémque mutauit. Ac parumper se intra silentium continens, veluti canis clàm impetitus, post duos mẽses congregatis Sacerdotibus, Isidoróque præsente chartulam profert, hanc, inquiens, Isidore, contra te accepi, iam decimus octauus annus euolutus est. Et quoniam occupatus fui, rem interim obliuioni tradideram. Nunc verò cum alias requirerem chartas, inueni hanc de te chartulam diu latitantem. Quid ergo ad eam respondes? Continebat autem illa Sodomorum crimen. Ad hæc Isidorus respondit Theophilo, Concedamus verum esse, quòd & chartulam accepisti, & memoria excidit, non fuit, qui libellum dedit, euocandus? Ad hæc Theophilus. At puer non aderat, nauigabat enim. Et Isidorus, Non aderat tunc, vt dicis, Episcope. Post nauigationem non aderat? Secundo anno non aderat? non tertio? Et nunc, si adest, adstare hominem iube. Theophilus cum ipsa veritatis euidẽtia vinceretur, in diem alteram iudicium differt, deprecatúsque adulescentulum quendam promissionibus multis ad accusandum Isidorum instruit, datis illi, vt

Hospitale.

Ephe. 4.
Rom. 12.
Psal. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi,vt aiunt,aureis quindecim. Ille,hæc omnia retulit matri. Mater id minimè probauit, partim integritate iudicij,partim legum metu dissuasa. Cogitansque, ne fortè calumniam passus Isidorus ad Principem iudicium prouocaret, accedens omnem scænam pandit Isidoro, aureos quoque illi ostendens, quos à Theophili sorore,mercedis nomine,contra insontem accepisse dicebat. Quæ cùm ob alia plurima, tum ob hoc præcipuè dignas persoluit pœnas mortua,cũ illi mammillas medicus curandi causa ferro tentaret. Ad hæc Isidorus mansit domi Dominum deprecans. Adulescens verò,hinc leges metuens,inde Theophilum magis irritandum non ignorans,ad vtilem recurrit ecclesiæ murum, venerandáque apprehendit altaria. Ita Theophilus muto iudicio Isidorum ecclesia eliminat, grauia illum deliquisse pronuncians, honestásque faciem iniustitiæ imponens. Ad hæc veritus Isidorus,ne fortè grauiore indignatione concitatus,saluti quoque suæ Theophilus insidiaretur(Et ista enim,vt aiunt,moliri consueuit)cursu rapido contendit ad Nitriæ montem, repetens monasticum ordinem, in quo iuuenis fuerat nutritus,ibique intra cællulam residens orabat, patientissimum Dominum interpellãs. Interea Theophilus sibi conscius, quàm indecenter egisset,incertámque victoriam suspectam habens, literas ad vicinos Episcopos mittit, mandans, quosdam de monte ex primoribus abici, atq; interiore eremo monachos pelli. Qui vnà cum senioribus descendentes Alexandriam,orabant Theophilum,vt diceret, quam ob causam damnati,abiectique fuissent. Ille sanguineos contorquens oculos,limis, & tauri in morem illos intendebat,aliquando tumenti ore, aliquando in pallorem verso,interdum præ intemperata iracundia carneo,& pleniore,monstri varij in morem insaniens: Hammonij æqualis sui ceruicibus torquem innectit ferreum propriis manibus, maxillásque illius crebris ictibus pulsans,& intensis digitis nares impetens, atq; cruentans,ac voce fremebundus,& minitans,Hæretice,aiebat,anathematiza Origenem,cùm aduersus Origenẽ nihil esset propositum,solúmque intercederet Isidori odium. Huiusmodi quippe furores qui sunt, canum instar,cęca gignunt & opera,& verba. Sic itaq; cruenti absque responso vllo ad suas reuersi cellulas propositæ austeritati vitæ insistebant, ingenium exacuentes disciplina, per quam salus proculdubio prouenit, eo ipso minus illius vesaniam curantes, quòd nihil sibi mali essent conscij. Non quieuit sic quoque Theophilus,sed vicinos Episcopos euocans, concilium conflat aduersus monachos. Cúmque illos neque vocasset ad respondendum pro se, neque fuisset allocutus, tres ex illis viros præcipuos damnat,veritus simul contra multitudinem ferre sententiam, dogmatum peruersitatem illis impingens. Quósque antea sæpe, plusquam episcopos,honorauerat, vt magistros, vitæ merito,& doctrinæ,ætatísque ratione, eos veritus non est appellare Magos,quòd Isidoro affecti viderentur. Vbi verò illos mõte fugauit,comparat homunculos quinque,nunquam in cœtu seniorum eremi visos, qui (piget dicere)neque foribus Ecclesiæ præfici meruissent. Ex his vnum Episcopum ordinat, oppidulo cuidam, cum ciuitas nulla super esset,Pontificem statuens. Passim enim,& huiusmodi nouitates præsumebat, se ipsum Mosen alium nominans,alium verò Presbyterũ, reliquos tres Diaconos ordinat. Non enim erãt Ægyptij, sed variis ex locis aduenerant. Erat vnus ex eis Libycus,alius Alexandrinus,alius Pharanites: idcirco & facilè illius vanitati consenserunt. Eos monet aduersus tres illos seniores libellos dare calumniæ, quos tamen ipse texuerat. Hoc enim solum illi ex se intulerunt,quòd se subscripsere. Post hæc sumptis ab eis in conspectu ecclesię libellis, ingreditur ad Augustalem, & contra illos ex persona propria proponit accusationem Aegyptiæ diœcesis Pontifex, qui & libellos calumniæ conscripserat, orátque, vt militari manu viri illi tota Aegypto pellerentur. Sumpto igitur milite, vnà & præcepto,multitudinem eorum coëgit,qui facilè contra dignitates insurgerent, noctúque repente monasteria inuadit,cùm ante pueros,qui secum erant, vino multo perluisset. Ac primum quidem Dioscorum sanctum illorum fratrem montis Episcopum, throno deponi iubet, trahíque à seruis Aethiopibus, & ipsis fermè necdum baptizatis, auferens parochiã, quam iam tunc ab aduentu CHRISTI Dioscori ciuitas semper habuerat. Postea prædatur montem, parua quælibet monachorum pueris inter se partienda permittens. Expilatísque cęllulis, tres illos solicita indagatione perquirit,quos in puteum submiserant, imponentes ori putei psiathum. Non inuentis illis incendit eorum cællulas stipula, vnà cum libris intus reconditis, singularis meriti, ac pretij,& puerulo vno, sicut,qui viderunt,attestati sunt, & sacramentorum signis. Hunc igitur immodum irrationabili sopita ira, Alexandriam rediit, fugæ locum sanctis illis viris tribuens. Qui sumptis continuò melotis suis in Palæstinam concedentes, Aeliam occupant. Secuti sunt illos cum Presbyteris, ac Diaconibus montis trecenti monachi, virtute præcipui: alij verò per varia loca dispersi sunt. Non tulit horum consilium tortuosus Coluber. Mouet rursus contra illos Theophili zelum. Qui succensus iracundia, literas ad Palæstinæ scribit Episcopos, dicens. Non oportebat quidem,vt præter sententiam meam hos in vestris vrbibus susciperetis. Quia verò per ignorantiam feciſtis,ignosco vobis. De cætero igitur curate ne ipsos,neque in ecclesiasticum, neque in priuatum aliquem locum admittatis, non modò dicens, verum etiam præ timoris magnitudine Deum se esse putans. Ingenti illi necessitate loca in dies mutare compulsi, tãdem Regiam ad vrbem peruenerunt,in qua diuina manu ad curam indigentium Ioannes ordinatus Episcopus: procumbentésque ad eius genua,orabant,vt opem ferret animabus calumniam passis, atque vastatis horum studio, qui hoc potius,quàm benefacere, consueuissent. Stetit Ioannes, vt vidit quinquaginta electorum hominum canitiem venerandam,sacris sudoribus infectam,compunctúsque,iusta Ioseph,pro fraternitatis studio in lachrymas soluitur, percontatus ab eis quisnam aper de sylua,aut singularis fera, huic fœcundissimæ, ac lætissimæ viti inuidisset. Ad hæc illi, Sede, inquiunt, Pater, nósque non vtcunque vulneratos Theophili Papæ vesania curare stude,si tamẽ valueris nostrorum tumoribus vulnerum obducere cicatrices. Nam si ipse quoque nos despicis,aut reuerentia,aut metu Theophili,iusta Episcopos reliquos,nihil iam supereſt nobis, nisi vt profecti ad Imperatorem, ipsius opera pessima ad iniuriam Ecclesiæ publicemus. Itaque si opinionis ecclesiasticæ tibi cura est, persuade illi, vt nobis permittat in Aegypto remorari. Nihil enim peccauimus, neque in Dei leges, neque in illum ipsum. His Ioannes auditis, ratus facilè Theophili aduersus illos iram in gratiam

gratiam transferre posse, libenter hoc negocium sumit. Admonensque viros,vt aduentus sui causam silentio tegerent,donec ipse ad Theophilum scriberet, & mansiones illis in Ecclesia, quæ Anastasia dicitur,ad requiem tribuens, ipse quidem necessaria victui non suppetebat,sed eis religiosæ mulieres ministrabant,ipsis quoque ex opere manuum necessitates suas ex parte supplentibus. Contigit etiam per idem tempus Theophili clericos in ea vrbe esse, magistratuum, qui ad Aegypti prouinciam mittendi erant, beneuolentiã Theophilo comparantes in eorum pernitiem, qui illi aduersati essent. His itaque Ioannes euocatis, interrogat,an præsentes monachos nossent. Illi verum testimonium perhibuere viris,dicentes,se & viros nosse,& magnam illos iniuriã perpessos esse. Si placet,inquiũt, Domine,spiritualis communionis nondum illis consortium trade, ne Papam contristes: cæterum in aliis omnia in eos officia humanitatis exerce. Id enim tibi Episcopo conuenit. Ita illos Ioannes ad communionem minimè admisit. Scripsit autem Theophilo, supplicans,& hanc sibi,vt filio,ac fratri,postulãs gratiã,vt viros illos pacificè ad se reuocaret. Ad hæc Theophilus gratiam quidem Ioanni denegauit,misitque quosdam ad huiusmodi certamina exercitatos, de quibus superius diximus, libellos vt porrigerent, admonens, quos more solito ipse dictauerat, aptum quidem, & expressum mendacium continentes, variis calumniis opertum,& adumbratum. Et cùm non posset illorum vitæ derogare,facit, vt intra Palatium quasi Magi digito notarentur. Monachi vbi aduerterunt se nihil profeciſſe,verùm & in maioris iræ præcipitium illum declinasse, pleróque in dignitatibus constitutos adducunt secum,omnésque anathematizantes hæresim,libellos Ioanni tradunt, in quibus viri iam tyrannidem notant, quibusdam capitulis adiectis, quæ referre coram infirmioribus piget, & pudet, ne & ab ipsius fidei eos liminibus arceam. Mihi certè ea recitanti perfectior quidem fides fortassis haberetur. Rursus & per se ipsum, & per Episcopos alios Ioannes hortatur viros,vt ab huiusmodi accusatione desisterent. Theophilo iterum scribens, In tãtum mœroris impulsi sunt viri isti,vt te,datis etiam libellis,accusent. Iam,quid tibi videtur,rescribe. Non enim me audiunt, vt hac intentione discedant. Ad hæc Theophilus maiore inflammatus ira,monachorum fratrem Dioscorum Episcopum,qui in ecclesiasticis rebus consenuerat,ab ipsa Ecclesia prohibet. Episcopo Ioanni ita scribens.

ARbitror te non ignorare, quid præcipiant Niceni concilij Canones, sancientes, Episcopum non iudicare causam citra terminos suos. Si autem ignoras, disce,& libellos contra me susćipere desine. Nam & si iudicari me opus sit, ab Aegyptiis magis, quam abs te id fieri oportet, qui septuaginta quinque dierum itinere à nobis separatus es. Accepta Ioannes Epistola,& lecta,eam quidem seruauit sibi: Monachis verò vtriusque partis ea dixit, quæ ad pacem sunt. Audientes vtræque partes exasperatæ sunt: illa quidem, quòd quasi vi tyrannidis pressa videretur: hæc autem quòd absque Theophilo pacem inire non præsumerent,cuius iussu libellos dederant calumniæ plenos. Ita Ioannes eos allocutus ab se dimisit,atque ab animo amouit suo. Profecti dehinc monachi partis violatæ,libellos multorum versuum scribunt, monachos quidẽ accusantes calumniæ: Theophilo verò impingẽtes,ne aliter dicam,quæ Theophili erant,talia, & tanta,qualia, & quanta quisque nouit. Augustísque primum congressi, Reginam deinde adeunt in Ecclesia sancti Ioannis orantes,vt aduersantium monachorum libelli contra se apud Præfectos vrbis examinarentur, tum vt Theophilus, vel inuitus adductus, Ioannis iudicio subiiceretur,tum demum,vt Theophili monachi, aut probarent crimina, quæ sanctis senioribus obicerant, aut pœnæ talionis subderentur. Sic itaque Alexandriam Elaphius, qui modò est, à Principibus mittitur, vt Theophilum ducat. Sententiam reliquam Præfecti exequuntur. Cùm verò ventilaretur causa, reis deprehensis,instabant leges, gladium ad vindictam exerentes. Infœlices autem illi metuẽtes, omnia in Theophilum referunt,qui illos subornasset,libellósque calumniæ dictasset. Ita rationis ordo illos carceri mancipat, vsque ad Theophili aduentum reseruandos. Ex his alij moriuntur in custodia,diutius remorante Theophilo: alij post ipsius aduentum (pecuniis enim iudicum seueritatem emollierat) Proconessum ire in exilium iussi. Ita calumnię rei à legibus damnati sunt. Appulit vel secundo Theophilus adstans veluti Thebanus simo oneratus eis,quos ex Aegypto, & India ipsa conduxerat,& pro fœtida inuidia flagrantiam spirans, Cõstantinopolim ingreditur sexta hora quinta Sabbati,à nautico detentans agmine, fœdam referens gloriam, de qua dicit Apostolus, Quorum gloria in confusione eorum,subinferens,qui terrena sapiunt. Hospitatúrq; non in tabernaculis iustorum, Ecclesiæ fugitans, oblitúque Dauitici illius,Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis,quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Sed profecto arcebat hunc Ecclesia conscientia crudelis. Remoratus illic tres hebdomadas dierum, neq; Episcopo Ioanni congressus est, vt solent Episcopi, neque omnino propinquauit Ecclesiæ, sed perstitit certans nocte,atque die,nouúmque odium veteri copulans, vt Episcopum Ioannem non modò Ecclesia pelleret,sed vita ipsa quoque priuaret, partim profusione auri contra veritatem superstitionem potentium redimẽs,partim lautioribus epulis gulæ deditos quosque sub iugũ mittens,partim assentatione, & spe maioris dignitatis fallaces ex clericis quoslibet inducens. Hos igitur omnes absque funiculo voluptatibus vinciens,veluti planus quispiam Dæmon, animarum excantato iudicio, ad Scænæ ministerium personã Dæmoniacam inquirebat,quam etiam est assecutus. Pulsi à Ioanne fuerant duo,& pro sceleribus suis separati ab Ecclesia. Horum ille abusus leuitate, hortatur, vt aduersus Ioannem libellos darent, pollicitus eos restituere in ministerij sui locum (Erãt autem hæc illorum scelera,alterius quidem homicidium, alterius verò adulterium) quod & fecit. Eos enim post Ioannis exilium locis restituit suis,datis scilicet libellis, quos ipse ille dictauerat,nihil veri continentes,pręter id solum, quod monere ille consueuerat, vt post communionẽ, aut aquam,aut pastillum degustarent, ne contra volũtatem vna cum saliua,siue pituita,quicquam sacramẽti excrearent, ipse prius id faciens, religionémque piè sentientibus augens. Cùm verò libellos suscepisset,cõuersatur apud Eugraphiam vnà cum Seueriano,& Antiocho,& Acacio, ac reliquis Ioanni propter eius castissima monita infensis. Mos enim erat illi, iusta Paulum, publicè, & per domos honestatẽ edocere, & eas huiusmodi maximè verborum castigatione cõpescere,quæ,cùm iam anus per ætatem essent, iuuenes tamen apparere vellent. Quid inquiens cogitis corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

rursum iuueneſcere,cincinnos in frõte ferentes,inſtar meretricum,ad deceptionem intuentium,& congredientium vobis, idque cùm ſitis viduæ? Congregati autem requirebant, quo pacto iudicium inchoarent.

Vnus verò ex aſſiſtentibus monuit, porrectis vt libellis Imperatori,ipſum etiam inuitum ad concilium traherent.Factũ eſt igitur hoc,ſicuti ſub Iudæis quondam, auro illis per omnia ſuffragante. Eramus cum Ioanne quadraginta Epiſcopi, tunc in Epiſcopatus triclinio ſedentes, admirantéſque quomodo, qui ſolus venire iuſſus erat,ac pro nefariis reſpondere crimi nibus,tot ſociatus Epiſcopis venerat,quo item modo ſententias Principum immutarat, & complures de clero peruerterat. Sic autem ſermocinantibus nobis, afflatus Spiritu ſancto Ioannes repente omnibus ait,Orate Fratres,ac,ſi quidem diligitis Chriſtum,mei
2.Tim. 4. gratia ſuam nullus eccleſiam deſerat. Ego enim iam delibor,& tempus reſolutionis meæ inſtat, iuxta ſententiam Pauli. Multas,vt video,preſſuras primum patiar,atque ita demum excedam è vita. Scio enim verſutiam Satanæ, quòd iam non ferat ſe meis quotidie ſermonibus laceſſiri. Atque ita demum mihi præſtate miſerationis affectum,vt in orationibus veſtris memineritis mei. Mœrore igitur ineffabili detenti, alij quidem effundebamus maximam vim lachrymarum:alij verò concilio egrediebantur, oculos eius,ſacrúmque caput,vnà & os illud precioſum, ac beatiſſimum exoſculantes, neque ſe à fletu, & ſingultibus continere valentes.Hortatus redire ad conceſſum huc, atque illuc vagantes in morem apum, circum alueare crebro murmure perſtrepentium, Sedete, inquit, Fratres, & flere deſinite, ne me amplius affligatis: mihi enim vi-
Philip.2. uere Chriſtus eſt, & mori lucrũ. (Iam enim fama vulgauerat,ob fiduciæ illius magnitudinem, capite truncandum eſſe)Et,ſi tenetis,ait,memoria,reminiſcimini quomodo ſemper dixerim vobis:Via eſt vita præſens, cuius & triſtia, & læta pertranſeunt. Nundinæ ſunt, quæ cernimus omnia. Vendidimus, emimus, modò diuertimus. Num Patriarchis meliores ſumus? Prophetiſque, & Apoſtolis antecellimus, vt immortalis hîc nobis permaneat vita? Ad hæc ingemiſcens quidam ex præſentibus dixit: At vices lugemus noſtras, noſtrámque deſolationem, qui pupilli relinquimur, eccleſiæ viduitatem, confuſionem legum, ambitionem non timentium Dominum, & gubernaculis eccleſiæ ſeſe importunè ingerentium, deſtitutos paupe-
res, deſertámque doctrinam. His ille auditis, indice dexteræ manus læuæ nodum ſæpius pulſans (conſueuerat enim vir Dei,inter animi curas,atque æſtus hoc facere) ita ſe alloquenti ait: Sufficit Frater, noli plura proſequi. Verùm, vt dixi, veſtras eccleſias non dimittatis. Neque enim à me doctrina Chriſti cœpit initiũ, neque item in me deſitura eſt. Nónne Moſes mortuus eſt?nunquid Ieſus inuentus poſt illum non eſt? Nónne Samuel obiit?nónne Dauid vnctus eſt? Exceſſit vita Hieremias? nónne reliquit Baruch. Aſſumptus eſt Helias? nónne prophetauit Heliæus? Capite cæſus eſt Paulus?nónne poſt ſe dimiſit Timotheum,Titum, Apollo, & innumeros alios? His dictis, Euliſius Apamiæ Bithymiæ Epiſcopus ait, Neceſſariò ſi Eccleſias tenuerimus,communicare cogemur,atque ſubſcribere. Ad hæc ſanctus Ioannes communicare quidem ait,ne ſcindatis eccleſiam, verum nolite ſubſcribere. Nihil enim mihi conſcius ſum,propter quod deponi, aut deici merear. Cùm inter eos iſta referuntur, nuntiati ſunt aſtare pro foribus hi, quos Theophilus miſerat.Iubet eos protinus ingredi:ingreſſis, cuius nam eſſent gradus interrogat.Epiſcopos eſſe vbi didicit,orat, vt ſedentes, quam ob cauſam aduenerint, dicant. Illi autem, breue tantum habemus, inquiunt. Iubete illud legi. Quod ille vbi annuit, mandant Theophili puero vt legeret,legit.Erat autẽ hic textus: Sancta Synodus ad quercum congregata (erat autem locus trans mare ſic vocatus, Rufini ſuburbium, in quo illi conuenerant)Ioanni,neque addentes,id quod profectò erat, Epiſcopo (Solet enim fermè obcæcatus animus non ritè aſpicere,ſed ea voluere,& cõſpicari,quæ paſſio dictat) Libellos contra te accepimus mala continentes innumera. Occurre igitur,Serapionem,& Tigrim Presbyteros aſſumens tecum,eſt enim illis opus. Erant autem qui miſſi ſunt ad eum Dioſcorus,& Paulus, & Libya, iuuenes admodum. Poſtquam lecta eſt pagina,contradicunt hi, qui cùm Ioanne erant, Epiſcopi, ita Theophilo per Epiſcopos tres, Lupicinum, Demetrium,& Euliſium,& Presbyteros duos Germanum,& Seuerum reſcribentes, Noli eccleſiæ negocia ſoluere,noli cõfundere ordinem, & ne ſcindas eccleſiam,propter quã Chriſtus deſcẽdit ad terras.Quod ſi impatiens ſoluis Niceni concilij canones,cauſáſq; citra terminos tuos cognoſcere vis, ipſe ad nos tranſi in bene inſtitutam ciuitatem, neque inſtar Cain Abel in campum prouoces,vt nos te primum audiamus. Habemus enim contra te libellos capitum ſeptuaginta, apertas,atque nefarias actiones continentes. Pluréſq; per Dei gratiam ſumus,quàm ſynodus tua,congregati non ad euerſionem eccleſiæ, ſed pacem. Nam tua quidem ſynodus triginta & ſex habet Epiſcopos ex
C vna prouincia,nos autem quadraginta ſumus ex prouinciis variis,in quibus & ſeptem ſunt Metropolitæ,& neceſſariò conuenit pauciores à pluribus, ac præſtantioribus ſecundum canones iudicari. Habemus enim & epiſtolam tuam,per quam admones coepiſcopum noſtrum Ioannem, nec oportere citra terminos ſuos Epiſcopum iudicare. Quocirca eccleſiaſticis obtemperans legibus, accuſatores tuos ora, vt à tua accuſatione deſiſtant. Ad hæc motus Ioannes, Epiſcopis ſuis ait,Vos quidem,quod videtur vobis,ſcribite: me autẽ cõuenit ad ea,quę mihi ſunt ſcripta,reſcribere. Sic itaque Theophilo mãdauit,dicẽs, Ego,an aliquis dicere contra me quippiam poſſit hactenus neſcio. Porrò ſi quis propoſuit contra me, vultíſque veniam, manifeſtos inimicos meos,quos mihi negligentia ſua fecit infeſtos, conuentu veſtro primum abiicite:neq; iam de
D loco contendam,vbi me oporteat iudicari,& ſi id maximè in ciuitate fieri oportuit.Sunt autem,quos,vt ſuſpectos,renuo, Theophilus,quem & in Alexandria, & Lycia dixiſſe certum eſt,In comitatum proficiſcor,vt Ioannem deponam. Id ex eo verum probatur, quòd aduenies,neque congreſſus eſt mihi,neque communicauit. Qui ergo ante audientiam inimicus comprobatus eſt,quid poſt iudicium facturus putatur? Acaciũ itidem abiici poſtulo,qui dixit,Ego ipſi ollam condio. Quid autem de Seueriano,& Antiocho dicam, quorum facinora ſeculi quoque theatra canunt? Itaque ſi me reuera venire vultis, hos quatuor, ſi quidem iudices ſunt,conſilio pellite, ſinautem accuſatores, eos ad iudicium ſiſtite,vt ſciam,quo mihi ordine certandum ſit: vtrum quaſi contra aduerſarios, an aduerſus iudices ſtandum: omninóque non ſolum ad charitatem veſtram,verum & ad omnem quoq; vniuerſalem Synodum

nodum venire paratus ſum. Scitote igitur,quòd ſi milies miſeritis ad me,nullum aliud reſponſum à me reportabitis. Illis exeuntibus, notarius edictum habens Regium,per quod iuſta illorum poſtulata inuitus traheretur ad iudicium,eueſtigio ingreſſus vrgebat. Vbi notario reſponſum fuerat, nunciantur duo Ioannis presbyteri,Eugenius quidam,qui factionis contra Epiſcopum Ioannem mercedem accepit Heradiæ Epiſcopatum,& Iſaac monachus,ne aliter dicam,ita nuntiantes. Mandat tibi Synodus, vt tranſeas ad nos reſponſurus ad crimina. Contrà verò Ioannes per Epiſcopos alios ita reſpondit. Quánam,oro, conſequentia,quo ordine iudicatis, qui neq; inimicos meos vultis abiicere, & me per Clericos meos accerſitis? Ad hæc illi,Epiſcopis captis, alterum cæciderunt, alium conſciderunt,alteri ferrum collo impoſuerunt, quod Sancto viro preparauerant,vt ita iniectus in nauim,ad
B loca mitteretur ignota,Dæmone illos, leonum inſtar, in ferociam excitante. Comperta illorum immani impudentia,Sanctus ſe ipſum cohibuit. Fortiſſimi autem illi viri,contextis commentariolis,quæ aranearum telis infirmiora ad probationem erant, contra Sanctum ſententiam proferunt, cuius neque faciem viderant, neque audierant vocem, die conficientes nequitiam, quam longè antè texuerant. Neq; enim cohiberi poteſt Diabolicus impetus,conſilij ſemper, ac morarum impatiens. Miſſáq; relatio eſt ad imperatorem ita exordiens. Quoniam accuſans Ioannes quorundam criminum, conſciúſque ad ea diluenda occurrere noluit,huiuſmodi verò deponunt leges, id quod & paſſus eſt, continent autem libelli & læſæ maieſtatis crimẽ,iubeat hunc Pietas veſtra expelli,vel inuitum, daturum tanti criminis pœnas. Nobis enim iſta non li-
C cet inquirere. O infœliciſſimi,quæ ſentitis, & facitis, ea erubeſcitis facere. Non deum planè, ſed homines reueremini,ſiue metuitis. Erat autem id crimen,maledictum in Reginam,quam,vt illi detulerunt,Iezabel appellauerat. Atque boni illi viri ferro cædi Sanctum videre cupientes,ita detulere. Deus autẽ & eorum penitus inſitam nequitiam patefecit, & Principum cor-
Dan.6. da molliuit, ſicuti Danieli dudum in Babylone contigerat. Illic enim leones in manſuetudinem conuerſi, homines verò effrenati ſunt,non parentes Prophetæ, Corrupítque Deus eos,qui poſt naturam efferati erãt, his contra naturam in manſuetudinem verſis. In hunc modum Ioannes Eccleſia pellitur,miſſo ad id Comite cum auxilio militum, non ſecus,quàm ad Barbaricum prælium. Pulſus autem agellos ad Bithyniæ Prę-
netum occupat.Media verò tranſierat dies, cùm mo-
D tum quendam fieri in ſuburbio contigit. Perterriti ex hoc, Ioannem miſſo notario reuocant,& proprio pau cis pòſt diebus reſtituunt ſolio. Ita Theophilus, cum Epiſcopis Aegyptiis, ſalutem fugæ committit ſuam, quærebat enim eum ciuitas marinis vndis immergere. Poſt duos iterum menſes, à plaga inflicta modicè reſpirantes, ſecundò aduerſus Ioannem fremunt,initiúmque probabile minimè inuenientes,Alexãdriam ad huiuſmodi rerum peritiſſimum ſophiſtam mittũt, ita ſuggerentes, Aut iterum veni dux noſter aduerſus Ioannem futurus,aut ſi hoc populi cauſa vereris, modum nobis aliquem ſuggere, ex quo ſumamus initiũ.

Acceptis Theophilus literis,ipſe quidem venire noluit,ſciens,quo pacto effugiſſet. Miſit autem tres illos Epiſcopos, Paulum, & Pemenem, & aliũ nuper ordinatum, mittens vnà & canones quoſdam, ab Arianis contra beatiſſimum Athanaſium factos, quibus vtentes,Ioanni calumnias ſtruerent, quòd poſt depoſitionem ſuam ſine epiſcopali decreto redire auſus eſſet. Eſt enim ille natura feruidus, & temerarius, & audax, ac ſupra modum contentioſus. Nihil eſt autem, ad quod non citius debito feratur:& dum ſibi viſum fuerit, neque iudicium, neque concilium ſubſtinet: irrationabiliq; vtens motu, id agere inordinatè ſatis pergit:ac decretæ ſententiæ firmiter nitens,omnibus,qui ſe opponere voluerit,conſtanter, & contentioſè reluctatur, id in primis ſtudens, vt iudicium ſuum, atque ſententia vincat ſemper,ac ſuperet. Faciunt illi, quod admoniti fuerant, illius conſuetudinem non ignorantes, accerſitíſque ex Syria, & Cappadocia, & Ponto, ac Phrygia Metropolitis,& Epiſcopis omnibus, Conſtantinopolin conuenere. Aduenientes autem, iuxta canonis ſeriem, Ioanni communicarunt, ne eadem, quæ prius,incurrerẽt.Ea re comperta Principes ægrè tulerunt. Et Theodorus quidem Tyaneus epiſcopus, virſummæ grauitatis, vbi ex his, quæ venerant ad aures eius,quid ageretur,aduertit, ne Theophili temeritatem ſequeretur, relictis omnibus, ad ſuam remeauit eccleſiam,vale faciens comitatui, ſuámque prouinciã vallans pietatis muro,& ad finem vſq; in communione perſiſtens fidelium Romanorum, de quibus Paulus teſtatur, & dicit, Fides veſtra adnuntiatur in vni- Rom.1.
uerſo mundo. Faretrius verò Cæſariæ,quæ Argeo adiacet,præſul,nimium formidans, non ſecus, atque infantes laruas, neque vrbe egreſſus ſua, per literas conſenſit aduerſariis,& quidem non vocatus in medium: imperitè omnino, quippe qui eſſet omnino ruſticus, ac ſtultus. Leontinus autem Ancytæ galatię,Hammonio Laodiceæ aduſtę adiunctus,aduſtam fecerunt eccleſiam,non modò victi Principum minis, ſed contrà ſpe numerum ſeducti regalium, in ſancta ſynodo ſententiam nequiſſimam vnà cum Acacio, & Antiocho ferunt,obtinere ſanciantes Theophili indiſcretum iudiciũ, vt locus purgandi ſe Ioanni nullus omnino daretur,vigore ſcilicet canonum eorum,quos Theophilus miſerat,à quadraginta complicibus Arij editos,atque ita continentes.Si quis Epiſcopus, aut presbyter iniuſtè, ſiue iuſtè depoſitus ex ſe ipſo abſque ſynodo in eccleſiam redierit,hic iam excuſationis non habeat locum,ſed omnino expellatur.Et iſta quidem regula, vt nequam,& à nequiſſimis edita,in Sardicenſe concilio à Romanis,& Italis,Illyriiſque,& Macedonibus,& Græcis,vt ipſe melius noſti,optime Theodore, eliminata eſt, quando Liberius, aut Iulius ſub Conſtantis
D imperio Athanaſium, & Marcellum Galatam admiſit ad communionem, quorum gratia etiam canon ille fuerat editus.Et duo illi quidem Ammonius,ac Leontius coniuncti Acacio,& Antiocho,& Cyrino Calcedonenſi, ac Seueriano, ingreſſi ad Regem dicebant, decem Epiſcopos ex parte Ioannis euocandos, erant enim plures quadraginta,pro canonum autoritate ſtatuenda:aliis aſſerentibus,eos à Catholicis editos: aliis è contrà docentibus ab Arianis fuiſſe compoſitos.

Ingreſſus autem Elpidius Laodiceæ Syriæ Epiſcopus,vir vitæ merito,& canitie ipſa venerandus, vnà cũ Tranquillo, ſuadebant Regi, non oportere Ioannem irrationabiliter eiici, neque enim prius depoſitus, ſed pulſus à Comite fuerat, neq; à ſeipſo remearat, ſed ex præcepto pietatis ſuæ,notario ad hoc miſſo. Præterea,quos proferrent, Canones hæreticorum eſſe,quod apertis indiciis oſtendi poſſet. Cùm verò perſiſterent

Ioannis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannis aduersarij indiſciplinatè contendere, & alij quidem clamoſa voce perſtreperent, alii verò improbis geſtibus, præſente Imperatore, tumido pectore, & ſpiritu turgido inſanire viderẽtur, modeſtè canonum ſcientiſſimus Elpidius, modico impetrato ſilentio, ſic Regem alloquitur. Non diutius mãſuetudinem tuam vexemus Imperator, ſed iſtud fiat. Subſcribant Fratres noſtri Acacius, & Antiochus, & cæteri ſe illorum eſſe fidei, qui illos expoſuerunt canones, quos ipſi obtendunt, & ſoluta controuerſia eſt. Imperator, vbi ſimplicitatem propoſitionis aduertit, ſubridens dixit Antiocho, Nihil afferri vtilius poteſt. Erat autem in omnibus, quæ fiebant, Imperator innocens, aliis, quæ benefuerant inſtituta, mutantibus. Anxij igitur, atque ancipites Seuerianus, & ſocij, & in ſeipſos, inſtar aquæ inconſtantis, remeantes, ad id, quod fuerat prudenter obiectum, & ad Regis iudicium reſpondere nil poterant, facie tota in liuorem tranſeunte, loci tamen anguſtiis deprehenſi, inuiti licet, ſe ſubſcribere pollicentur. Ita egreſſi promiſſionem quidem, vtpote inconſultè factam, implere detractant, cõuinci metuentes. Conſultabãt autem, quonam modo Ioannes pelleretur. Dum hæc aguntur, & alij ſic, alij aliter ſentiũt, nouem, aut decem fluxere menſes, cùm epiſcopus Ioannes, adiunctis ſibi quadraginta duobus epiſcopis, ageret in dies, quæ Dei ſunt, & populi magna cum iucunditate ipſius doctrina fruerentur. Solet enim animus à vanitate gloriæ remotus, inter caſus gratius, atque potentius Dei verba profundere. Interea *Quadrageſima.* aduenit quadrageſimale ieiunium, quod annis ſingulis, inſtar veris, efflorет. Ingreſſi rurſus Antiochus, & ſocij, ſeorſum ad Regem perſuadebant, vti Ioannem, quaſi conuictum, imminente paſcha, iuberet expelli. Imperator eorum improbitate fatigatus, veluti Epiſcopis credidit, qui enim veraciter aut presbyter, aut Epiſcopus eſt, mendacium neſcit. Hæc quippe nomina de ſupernis deriuantur. Nihil enim Deo antiquius, nihil quod magis proſpiciat omnia. Deus enim eſt, cuius proſpectum nihil effugit. Itaque & epiſcopus, & presbyter, vt eſt nominum conſors, ita & operum eſſe ſocius debet. Mandat itaque Ioanni, vt eccleſia exeat. Et Ioannes ita reſpondit. Ego à Deo ſaluatore noſtro hanc ſuſcepi eccleſiam, vt ſalutem populi curem diligenter, neque illam deſerere poſſum. Quòd ſi fieri id omnino vis, quia ciuitas diſcutit à te, vi mecum age, vt excuſationem habeam, quòd autoritate tua pulſus, reliquerim ordinem meum. Ita cum quadam verecundia mittentes ex Palatio, depulerunt illum, mandantes, vt interim in Epiſcopatus habitatione moraretur, expectantes ſimul aliquod diuinæ indignationis iudicium, vt ſi quid illius aduerſariis, aut ſibi triſte contigeret, maturatò illum in eccleſiam reducentes, Deum reconciliarent ſibi. Alioquin illi rurſus inſidia- *Magnum Sabbathũ.* retur, vt Pharaò Moſi. Inter hæc aduenit Magni Sabbati dies, in qua crucifixus Saluator expoliauit infernum. Rurſus illi mandant, vt eccleſia exeat, quibus ille iuſta reſpondit. Veritus itaque Rex diei ſanctitatem, & commotionem ciuitatis, accitos, Acacium, & Antiochum alloquitur, dicens: Quid facimus? Videte ne fortè non rectè conſulueritis. Tunc fortiſſimi illi, & nimium magnanimi dixerunt Regi. Super caput noſtrum ſit, Imperator, Ioannis depoſitio. Quod reliquum erat auxilij, hi, qui cum Ioanne aderant, Epiſcopi, ſacri ieiunij numero æquales, Regem, & Reginam adeunt, in Martyriis, orantes cum lachrymis, vt Chriſti eccleſię parcerent, maximè propter imminens Paſcha, & eos, qui regenerandi erant, iam plenè eruditos, eíque redderent Sacerdotem. Sed auditi illi non ſunt, ita vt Sanctus Paulus Epiſcopus interritus, plenúſque fiducia Eudoxiæ diceret, Deum time, filiiſque tuis miſerere, neque ſanguinis effuſione ſanctam Chriſti violes ſolennitatem. Reuerſi autem Epiſcopi vigilias intra ſua diuerſoria celebrarunt, alij fundentes perpetuas lachrymas, alij dolore detenti, atque alij mente fermè in ſtuporem verſi, prout ſingulis paſſio dictabat. Ioannis nempe presbyteri, quibus Dei aderat timor, in publico lauacro, quod Conſtantianum appellatur, coactis populis, vigilias inchoarunt, partim diuina eloquia legentes, partim eos, qui inſtructi erant in fide, baptizantes, vt eſt moris in Paſcha. Hæc ipſa Antiochus, Seuerianus, & Acacius, perditę mentis homines, & antiqui ſeductores, ſuis pręceptoribus referunt, orantes, vt populi impedirentur, nec in eo loco fierent collectæ. Repulit eos, qui tunc erat, magiſter militum, & ait, Nox eſt, & turbæ multæ conuenerunt, ne quid impedimenti oriatur, cautè prouidendum eſt. Illi ad hæc reſpondent: Nemo in eccleſiis remanſit, veremúrque, ne ingreſſus eccleſiam Imperator, & neminẽ inueniens, aduertat populi ad Ioannem beneuolentiam, nóſque iam inuidiæ denotet, & fraudis accuſet, maximè cum illi dixerimus, neminem omnino ſupereſſe, qui illum diligat, vtpote ſeductorem. Ita magiſter militum conteſtatus eis, quæ euentura erant, tradit illis Lucium quendam tribunum militum, Gentilem, vt dicebant, mandans, vt honeſtè pergens populum in eccleſiam reuocaret. Profectus ille cum minimè auditus eſſet, ad Acacium redit, vires, ac frequentiam populi nuntians. Poſt hæc illum ſuppliciter orant, aureis verbis deprecantes, & ſpe, ac promiſſione maioris gradus prouocantes, vt impediret Domini gloriam, mandantes ei, vt vel oratione perſuaſos abduceret in eccleſiam populos, aut ira, & vi militum perturbaret, & collectæ tantæ celebritatis imponeret finem. Qui è veſtigio ſumptis ſecum partis Acacij clericis, ſecunda vigilia noctis pergit exequi, quod ei fuerat iniunctum. Excubat enim populus in partibus noſtris ad primum vſque galli cantum, ſecum habens nuper ad militiam electos dictis gladiis Thraces, inſtar Eſau, quadringentos, omnino impudentes, inſiliítque nocu, ſubitóque vnà cum Acacij clericis, & militibus, in Dominicum gregem, veluti lupus, fulgente ferro ſibi iter faciens, ac populos dirimens. Conceſſit autem intra Beatas Aquas, vt eos, qui initiabantur, prohiberet: ac diacono quidem procaciter imminens, veneranda myſteria, quæ ille tenebat, manibus fudit. Presbyteros verò iam & ætate, & ordine, æqualéſque ſuos fuſtibus in capite feriẽs, piſcinam cruore perfudit. Videre erat tunc illam Angelicam noctem, in qua etiam Dæmones corruunt ſupplices, in labyrinthum fuiſſe conuerſam. Nudæ enim mulieres vnà cum viris fugę ſe committebãt, metu cædis, aut inhoneſtæ fœditatis fœdum hunc curſum amplectentes. Alius manu vulneratus abibat plorans, alius virginem conſciſſam verberibus trahebat. Omnes ad prædandum conuerſi, ornamenta, & recondita omnia ſibi applicabant. Ita presbyteri quidem, ac diaconi, qui fuiſſent comprehenſi, in carcerem coniiciebantur, qui autem ex populo alicuius erant dignitatis, vrbe pellebantur. Edicta repetitis vicibus per loca ponebantur, varias minas continentia, niſi quis Ioannis communionem abnegaſſet. Cùm tamen iſta fierent, & plura etiam hi, qui dicebantur Epiſcopi, extrinſecus molirentur, collecta tamen doctrinæ cœleſtis, imò diuinæ gratiæ ſtudioſis non euacuabatur, ſed iuxta illud exodi, Quanto illos occidebant, tanto plures fiebant. *Exod. 1.* In craſtinum autem egreſſus Imperator in adiacentem campum exercitij gratia, vidit humum non ſatam ad quintum fermè lapidem candore veſtitam. Stupefactus ad ſpeciem, & gratiam floris nuperrimè baptizatorum, erãt enim ad tria millia, ſatellites interrogant, quænam eſſet acies illic concurrentium. Illi gratis mentiti, vt furorem Regis excitarent, dicunt eſſe alterius ſectæ homines. Ea re cognita, autores negotij, & inuidiæ præceptores atrociores quoſque ex ſequentibus mittunt, vt auditores diſſiparent, doctoréſque comprehenderent. Profecti illi rurſus paucos ex clericis, plures ex laicis tenẽt. THE.

Quidnam eſſe dicimus, Pater Beatiſſime, quod, cùm tam multi eſſent, vt ad tria millia ſoli baptizati pertingerent, pauciſſimi eos milites obtinerent, cõuentúmque diſſoluerent? PALL. Iſtud non paucitatis indicium, neque zeli nullius argumentum, ſed copioſioris religionis, doctorúmq; diligentiæ certa probatio eſt, qui ſententiæ firmitatem perpetuo ſtudio prædicationis dirigunt, atque cuſtodiunt. THE. Rectiſſimè omnino. Neque enim decebat, vt, qui prudentiam, & manſuetudinem à ſancto Ioanne didiciſſent, inſipienter, ac perturbatè aliquid agerent. PALL. Quandoquidem virorum te oblectat modeſtia, queſo ne interrumpas ſermones, quos peſſima facta genuerunt. Solent enim vt plurimũ à factis verba deriuari. Cum his igitur clericis, ac laicis, qui detenti fuere, comprehenſæ ſunt, & virorum nobilium coniuges. Quibuſdam ex his maphoria quoque abſtulerunt, alij inaures cum aurium ſummitate detraxere. Ea re conſpecta, Eleutheri cuiuſdam vxor opulentiſſima, pallio relicto, ancillęque habitu aſſumpto, curſu ciuitatem ingreſſa eſt, vt pudorem ſeruare inuiolatum poſſet. Erat enim in flore ætatis formoſa nimium, & incredibili decore veſtita. Hunc igitur in modum impleti magiſtratuũ ferè omnium carceres in eccleſiæ faciem tranſiere. Et hymni quidem, & oblationes myſteriorum in cuſtodiis agebantur, flagra verò, & tormenta, & iuramenta terribilia in eccleſiis reſonabant, cùm ad execrationem Ioannis ſinguli impellerentur, qui vſque ad mortem nequitię Diaboli aduerſatus obſtiterat. Completa verò quinquageſima, poſt quintum diem ingreſſi Acacius, & Seuerianus, Antiochúſque, & Cyrinus ad Imperatorem, dicunt ei, Rex tu à Deo nobis datus es, nemini ſubditus, omnibus dominans, licet tibi, quodcũque vis, facere. Noli eſſe Presbyteris mitior, & Epiſcopis ſanctior. Diximus tibi, præſentibus omnibus. Super caput noſtrum ſit Ioannis depoſitio. Noli igitur vni homini parcere in pernicię omniũ noſtrũ. Iudaicis ſanè & verbis & rebus perſuadẽtes Regi. Miſſo itaq; Rex Patricio notario ſuo, iſta Ioanni mãdat: Acacius, & Antiochus, & Seuerianus atque Cyrinus, damnationem tuam ſuper caput ſuum poſuerunt. Te ipſum ergo commendans Deo, eccleſia egredere. Ita epiſcopus Ioannes poſt apertam, nihílque adumbratam iuſſionem, Epiſcopio deſcendens, vnà cum Epiſcopis, dixit omnibus. Venite, oremus, & angulo eccleſiæ congrediamur, lætus quidem de ſe, ſed de populi mœrore, & afflictione ſubtriſtis. Protinus quidam ex primariis ciuitatis vir fidelis Ioanni ſignificat, Quoniam Lucius vir audax, & facie impudens, paratus eſt in lauacro publico cum militibus ſuis, ſi fortè contradicas, aut differas, etiam inuitum trahere, & expellere. Fit autem magna in plebe commotio, feſtina clàm egredi, ne in tuum auxilium confluens populus, bellum cum militibus conſerat. Tum verò Ioannes oſculatus cum lachrymis ex epiſcopis quoſdam, cæteros enim oſculari non ſinebat ingens miſerationis affectus, orauit, reliquis, qui intus erant in ſacrario, dicens, Manete hic interim, vt profectus modicum requieſcam. Ingreſſus autem Baptiſterium, Olympiadem vocat, quæ ab Eccleſia non diſcedebat, vnà & Pentadiam, & Proculam diaconas, Siluinámque Beati Hebridij cõiugem, quæ viduitatem ſuam præcipua virtute, & honeſtate decorabat, dicítque eis, Venite huc filiæ, audite me: quæ de me ſunt, vt video, finem habẽt: curſum meum conſummaui, neque vltrà fortè videbitis faciem meã, hoc vnum rogo, hoc deprecor, ne qua ex vobis ſolitã ad eccleſiam beneuolentiam deſerat, & quicunq; non ſponte fuerit ordinatus, neque id vllo quæſierit ambitu, de conſenſu omnium, ei caput veſtrum inclinate, vt Ioanni, per omnia. Non enim eſſe eccleſia ſine Epiſcopo poteſt. Atque ita miſeremini mei, vt in orationibus veſtris ſemper memineritis mei. Ad hæc illæ profuſæ cum gemitu, & eiulatu, ante ſacra eius veſtigia volutabantur. Tunc ille cuidam ex honeſtioribus presbyteris annuens, tollite, inquit, eas hinc, ne multitudinem perturbent. Sic ergo impeditæ modicum, locum illi dedere abeundi. Ita demum egreſſus eſt ad orientalem partem, nihil enim apud illum occidentale erat: iumentum, cui ſedere conſueuerat, ſtare ante occidentalem portam iubens, vbi atrium erat, vt ita ab ſe amoueret populos, ea ex parte profecturum præſtolantes. Egreſſus eſt cum illo Angelus quoque eccleſiæ ipſius ſolitudinem non ferens, quam principatus mali, atque poteſtates effecerant, theatri facie profectò rebus impoſita. Erat enim theatri in morem clamor, & impiorum laſciuientium ſibilus, dum eos culparent omnes, & Iudæi ipſi, atq; Gentiles exhorreſcerent. Nam veluti in carcere plagæ, illic ac viſcerum cruciatus à militibus inferebantur, deficientibus omnibus animæ viribus, tum ob magiſtri amiſſionem, tum ob blaſphemiam in Deũ. Vbi enim peccatorũ ſolet eſſe remiſſio, ibi ſanguinis erat effuſio. Poſt ineffabiles illas tenebras, immenſámque caliginem, flamma de medio throno, in quo Ioannes ſedere conſueuerat, & veluti medio in corpore poſitum cor, eloquia Domini cæteris membris exponere, repente proſiliens, verbi Dei doctorem requirebat.

Quem vbi non inuenit, ſedem totam depaſcebatur, ac ſpeciem arboris præferens, & per catenas in ſublime ſe porrigens, ad tectum vſque ſerpebat, Atque viperæ in morem ventre exeſo in dorſa tectorum eccleſiæ ferebatur. Deo mercedem iniuſtitiæ iam hinc, veluti deſtinatam huius autoribus ſceleris pœnam reddente, ad eorum correptionem eſſe emendationem, qui ex huiuſmodi prodigiorum facie corripi neſciũt, neque ob id ſolum, verùm vt eſſet feralis illius ſynodi perpetuum monumentum. Nec mirum de eccleſia, cùm ſenatus quoq; ipſius ſedem, è religione licet eccleſiæ ſitam, multis tamẽ diſiunctam paſſibus, die media ignis ille interiectam populi multitudinem, pontis inſtar, per medium innoxiè tranſiliens, attigerit, atque violauerit, non prius partem eccleſiæ propinquã, ne huiuſmodi caſum propinquitati adſcribamus, ſed partem aulę regiæ proximam, vt miraculum diuinitus illatum

Universidad de Deusto Biblioteca

illatum per id ambigeret nemo. Vidiſſes inter duos ignium mõtes vulgus innocuũ ad ſua miniſteria pertranſire. In hunc modũ ignis ille circunuolans, & tanquam mare inundans, auſtrinis flatibus concitatum, veluti condicto quodam pergebat, adiacẽtia tecta demoliens, ſolique pepercit ædiculæ, in qua ſacrorũ vaſorum multitudo fuerat condita, non auri, & argenti materiam reueritus, ſed ne obtrectatoribus præberet mẽdacij locum, vt ſanctum inſimulare virum poſſent, ꝙ precioſæ ſupellectilis aliquid aſportaſſet, Ita ignis impetu in anteriora cohibito, retrò redire incœpit, eorum fermè inuidiam inquirens, qui id ſcelus admiſerant, ad inſaniam Theophili perpetuo dedecore notandam, qui illum, ob aſportata præcioſa quæque, eccleſia eiectum autumat. Nulla ignis illo impetu animę amiſſio contigit, non hominum, non brutorum, cæterum ſordes illic ſcelerate conuerſantium vis illa incẽdij diluebat, ab hora ſexta vſq; ad nonam igne dominante: ita tribus horis tanti operis moles abſumpta eſt. THE. His ita geſtis, vbi nam quæſo te, Pater, Ioannes ſanctus remoratus eſt, aut epiſcopi reliqui? PALL.

Epiſcopi partim quidem incluſi tenebantur, partim trahebantur ad cuſtodias, partim etiam deliteſcebãt. Ioannes autem vnà cum Cyriaco, & Euliſio à præfecti militibus iuncti in Bythiniam ducebantur, non ſine comminatione ſupplicij, quòd eccleſia fuiſſet incenſa. Poſtea verò Cyriacus, & Euliſius, cum reliquis clericis, vincti, adducti, atque innocentes comprobati, dimiſſi ſunt. Ioannes verò beatiſſimus ad reliquam fiduciam poſtremum hoc addidit conſtantiæ documentum, ſcribens illis in hunc modũ: Et ſi in aliis locus pro me reſpondendi mihi datus non eſt, vel in facto eccleſiæ audiam, ſi quid, vt dicitis, autor incendij fui. Ne in hoc quidem auditus, à militibus in Armeniæ oppidum remotiſſimum ducitur, vt ab Iſauris, qui illud noctu, & interdiu obſidebant, necaretur, Cucuſus id appellatur. Arſacius autem beati Nectarij frater Ioannis viri per omnia probati, diſertíque ſubſtituitur loco, homo, quem & piſces facundia, & † actu ranæ ſuperarent. *† fortè, cantu.* Interdum enim & actio loquitur, maximè cum bona, & honeſta fuerit. Qui cum anno vno, & duobus menſibus vixiſſet, mortuus eſt, ipſa Dei euangelia in fine vitæ conteſtatus, ſe fratri Nectario ſub iureiurando fuiſſe pollicitum, nunquam in ordinationem epiſcopatus admiſſurum, cùm illi exprobraret, quòd noluiſſet Tarſenſi eccleſiæ præfici. Fuit illi periurij cauſa primum quidem vanitas ſua, per quam deſpondebat ſibi, vt ſic dicam, vxorem fratris ſui. Deinde confuſio quoque, cùm frater ſuus hac de re quodammodo propheticè illum arguiſſet. Subſtituitur Arſacio Atticus presbyter, totius contra Ioannem machinationis architectus. Qui cùm animaduerteret oriẽtalium ſibi Epiſcoporum communicare neminem, neq; ipſius ciuitatis populum, propterea quæ adeò iniuſtè, ac nefariè admiſſa fuerant, agit diuinarum ſcripturarum imperitus, vt qui non communicarent, reſcriptis conuenti cogerentur. Habebat autem reſcriptũ aduerſum Epiſcopos huiuſce minas. Si quis Epiſcopo Theophilo, & Porphyrio, & Attico nõ communicat, eccleſia pellatur, & à ſuis facultatibus proiiciatur. Hinc iam alij plus æquorum grauati pondere, inuiti quoq; communicant. At verò pauperiores quique, & in fide ſana imbecilliores muneribus quibuſdã ad communicãdum attrahunt. Qui verò genus, & patriam, & corruptibilem gloriam, corporúmq; preſſurã

A contempſerunt, fuga ingenuitatem animi ſeruauere. Euangelicum illud crebra memoria repetentes: Si vos *Matt. 10.* in vna ciuitate perſecuti fuerint, fugite in aliã. Et prouerbiorũ illud ſibimet dicentes: Non proderunt ſubſtantiæ in die iræ. Profecti autem ſunt alij quidem Ro *Prou. 11.* mam, alij ad montes, alij in monaſteriis ſeruorum Dei à Iudaica iniquitate ſeruabantur. Continebat autem reſcriptum contra laicos, qui in dignitatibus erant cõſtituti, vt magiſtratu, & dignitate omni priuarentur, milites, vt baltheum amitterent, populares, & artifices reliqui, perſoluto graui auri pondere, ſubiiceretur exilio. Verùm dum iſta geruntur, preces à fidelioribus quibuſque ſub † cliuo, magna cum afflictione ſua, *† fortè ſub dio.* quotidie fiebant, ſaluatoris ſtudio, & amore, qui dixit: Ego ſum via, & veritas, & rurſus: Confidite, *Ioan. 14.* ego vici mundum. *Ioan. 16.* Et Beatus quidem Ioannes Cucuſi remoratus annum vnum, plurimos Armeniæ pauperes B pauerat non tam frumento, quàm verbo: per id enim temporis fames valida totam illam prouinciam preſſerat cùm inuidia concitati interfectores fratrum illum in Arabiſſum transferunt, variis iniuriis ſubiicientes, vt eum vita etiam pellerent. Ibi rurſum maxima præferens virtutum indicia: non poteſt enim ab- *Matth. 5.* ſcondi ciuitas ſuper montem conſtituta, neque lucerna clarè radians modio ligneo contegi: excitauit veluti ex ignorantiæ ſomno ad diuini ſermonis radium ex omni circum regione eos, qui graui infidelitatis ſopore preſſi erant. Hinc vehementiori liuoris flamma ſtimulati Seuerianus, & Porphyrius, & alij quidam ex Syria epiſcopi, inde quoque illum transferendum curant. Grauis enim eis erat non modò in his, quę putantur felicitates: verùm multo magis in calamitatibus ip C ſis. Erant enim ignauiter affecti erga tentationum naturam, diuini ad Apoſtolum oraculi immemores, cùm in preſſuris eſſet. Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim *2. Cor. 12.* mea in infirmitate perficitur. Inſpiciẽtes enim Antiochenam eccleſiam in Armeniam commigraſſe, & inde rurſus Antiochię Ioannis gratiſſimam Philoſophiã prædicari, diſrumpebantur, vitæque illos iam tędebat, huiuſmodi rumoribus non ſecus quàm flagris, cruciatos. Eſt enim ea inuidiæ natura, vt eos, quos inuaſerit, ſemper exagitet. Eo miraculo perculſi plerique clerici aduerſæ factionis, aiebant: Videte mortuum terribilem, viuos, victoréſque pauefacientem, non ſecus, ac paruulos laruæ deterrent. Papæ, ſeculares poteſtates, eccleſiaſticáſque opes ammicti, cum ipſa poteſtate ſua, & principatu, ſacerdotem, ſolum, ciuitate priuatum, infirmum carne, exulem, trepidantes, metum pal D lore teſtantur. Non iam igitur ferentes ſcæna occultare ſerpentem, ad exercitum mittunt, reſcriptúmque aliud vehementius cum adiectione pœnæ procurantes, transferri ſcilicet eum intra loci cuiuſdam anguſtias, vnde non liceret progredi, in Pityuntem locum penitus deſertum, extorrem agunt, ripæ Pontifici maris imminentem. Porrò milites præfecti prætorij, qui illum ducebant, maximè per viam vrgebant, id ſe habere in mãdatis apertè aſſerẽtes, maiori ſe gradu promouendos, ſi per viã ille moraretur. Atq; vnus quidem ex ipſis præſentis militiæ negligẽs, nonnihil humanitatis in illũ clàm oſtẽdebat, alius adeò infeſtus erat, & atrox, vt blanditias, quę ſibi ab occurrẽtibus, vt ſancto parceret, fiebãt, iniurias exiſtimaret, id ſolũ curans, vt Ioannes moreretur. Deniq; cũ imber eſſet vehemens, adeò vt dorſum, ac pectus inundatio illa percelleret, nihil curãs egrediebatur. Ingentẽ rurſus ſolis æſtũ pro

delitiis

delitiis habebat, ſciens hoc affligi ſancti viri caput, inſtar Eliſei caluum. In vrbe verò, aut caſtello, vbi lauacri eſſet vllũ refrigeriũ, ne punctum quidem temporis remorari infelix ille tolerabat. Cùm inter hæc omnia trimeſtre tempus difficillimũ illud conficiens iter. Sanctus veluti ſydus radiãs perſtabat, corpuſculum habens, inſtar mali ſummis in ramis, ſolis feruore rubicũdum. Vbi verò Comanæ propinquarunt, ipſam veluti pontem tranſeuntes, in templo quodam quinq;, aut ſex millibus paſſuum remoto manſerant. Ipſa nocte Martyr ipſius loci Baſiliſcus nomine, qui Nicomediæ ſub Maximiano paſſus, cum Luciano Antiochiæ preſbytero fuerat, dum eſſet Comanẽſis epiſcopus, apparuit ei, dicens. Cõfide frater Ioannes, Cras enim ſimul erimus. Aiunt presbytero quoque eccleſiæ prius apparuiſſe Martyrem, ac dixiſſe: Præpara Ioãni fratri locũ: venturus eſt enim. Ille nihil de oraculo dubitãs, in craſtinum orabat milites, vt illic vſq; ad quintam horam permanerent: qui minimè acquieſcentes perurgebãt. Profecti verò quaſi ſtadios triginta, rurſum ad memoratum templum, vnde exierant redierunt, ipſo iam febribus laborante. Illuc vbi rediit, vitæ ſuæ digna candida veſtimenta quæſiuit. Exutúſq; prioribus, ea ſe inquit, omnibus vſque ad calciamenta mutatis, reliqua pręſentibus ipſe diſtribuit, ſumptíſq; cœleſtibus ſacramẽtis, coram aſtantibus, extremã orationem fudit, dicens more ſuo: Gloria ſit Deo, omnium cauſa, Conſignanſq; ſe in fine orationis, extẽdit ſpecioſos illos pedes, qui cucurrerant in ſalutem eorum, qui elegere pœnitẽtiam, & illorũ probrum, qui peccata abundè meſſuerunt. Quod ſi nihil malis probra profuere, hoc non imbecillitas conſtantiſſimi viri, ſed illorum impudentia fecit, qui ea tolerare noluerunt. Adiectus eſt itaque ad patres ſuos, excuſſo puluere mortalis vitæ, atq; migrauit ad Chriſtũ, ſicut ſcriptum eſt. Venies autem in ſepulchrum tuum, veluti frumentum maturum, quod ſuo tempore metitur. Iniquorum autem animæ immaturæ morientur. Tanta verò multitudo virginum, tantúmque monachorum, & honeſtioris vitæ teſtimonio inſignum ex Syria, & Cilicia, & Ponto, & Armenia agmen accurrit, vt putarent plurimi, ex condicto eos aduenilſe. Ita ſepultus, laudibúſque, veluti athleta victor, honoratus eſt, corpuſculo vnà cum Baſiliſco in eadem eccleſia condito. Ad hæc admirãs Theodorus percontatus eſt, dicens. THE. Quoniam ſcriptũ eſt, ne frauderis narratione ſeniorum. Et ipſi enim à pluribus ſuis didicerunt, impigrè nobis expone, quæ fuerit cauſa, vt comedere ſolus, vt eſt fama, ſit ſolitus. PAL. Certum quidem eſt, ſolum edere ſolitum. Sed ægrè fero, diligentiſſime Theodore, ea te rogare, quæ ſolent paruuli, ac ſtulti gulæ dediti. Vir enim cum ſis, virorũ debes virtutes inquirere, quo pacto eſſet interritus, de pecuniarum contemptu, de ſobrietate, manſuetudine, iuſtitia, miſericordia, ſapientia, & fortitudine, & obliuione, vel memoria ipſius: eſca enim nos *Rom. 14.* Deo non commendat, neque ſi abſtineamus à cibo, placere Deo poſſumus, niſi id cum pietate facimus. Ipſe autem ſolus edebat, vt ex parte noui, ob iſtiuſmodi cauſas. Primò quidem ob calorem capitis abſtemius erat, niſi quòd in æſtu eo, quod Diarhodon, appellatur, vtebatur. Secundò, quoniam infirmitatis cuiuſdam gratia, ſtomachus eius ordinem deſiderabat, adeò vt ſæpius, quæ fuerant parata ingrata viderentur, & quæ non aderant, inquiri oporteret. Deinde plerunque cibi oblitus ad veſperam vſque ieiuna-

A bat, partim occupatus eccleſiaſticis curis, partim ſpiritualibus intelligentiis abſtractus. Cõtendebat enim, vt nihil eum ſacrarum literarum præteriret. Solet autem huiuſmodi cogitatio aut inediam, aut leuem omnino refectionem operari. Eſt præterea conſuetudo conuiuis, niſi ſecum quis & ſudet, & vomat, & fœdo riſu cachinnet, ſummis digitis tepidum calicem ferens, humanitatem ſuſceptionis, atq; communitatẽ in maledicta cõuertere. Vt autem totum, quod reor equidẽ verius, explicẽ, frugi erat nimium, delitiarúmq; omnino aduerſarius, ſacrilegium exiſtimans, ſi quid in huiuſmodi impẽderetur. Simul vt diſpẽſatoribus quoq; furti occaſiones amputaret, ne obſoniorum precia in breuibus ſuis multiplicantes, quæ erant in vſus pauperum deputata, ſibi ipſis vindicarent. Præterea ciuitatis ingenia cogitans, conſiderabat oportere ſe, vt Chriſti diſpenſatorem, aut dignitates omnes ex æquo hono- B rare aut ſe ſubiicere nemini. Inſpiciens autẽ diligẽter & menſæ tumultus, & impẽſarum magnitudinem, exhorruit rem. Et vale dicens maledictis huiuſmodi, illud de actibus apoſtolorum ſibi ipſi ſuccinebat: Viri fratres, non licet nobis miniſtrare menſis, ſed conſti- *Act. 6.* tuamus viros religioſos ad hunc vſum, nos autem vacemus verbo, & orationi. Quemadmodũ enim equus ad certamen ſtadij exercitatus, cùm viribus deficit, ad molam conſtituitur, infinitúmque peragit girum, ita & doctor, quem piget de virtutibus diſputare, ſolet menſæ commoda prætendere. Atque vtinam vel eſurientibus, & egenis impẽderet, ex quo illa Domini be *Matt. 25.* nedictio prouenit. Eſuriui, & ſatiaſtis me. At nunc ſolis diuitibus exhibet, ſiue laudis, & gratiæ, ſiue inanis, & marceſcentis gloriæ cauſa, ſiue vt ipſe ſimiliter ab C illis inuitetur, vt ſi nihil horum, metu certè, ne maledictis impetatur. Non meminit infelix exprobrationem illam Domini, qua dixit: Væ vobis, cùm bene vobis *Luc. 6.* dixerint homines, nõ dixit pauperes, ſed homines. Similiter enim faciebant prophetis Patres eorum. Non igitur quæramus, Theodore, ſicut inanis gloriæ cupidi, falſi prophetæ gloriam. Venit enim Ioannes nõ *Luc. 7.* manducans, neq; bibens in via iuſtitiæ, & dicunt, Dęmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, & potator vini, amicus publicanorum, & peccatorum. THE. Non ſtudio vituperandi continentiam huiuſmodi, mi pater optime, hac percontatione vſus ſum. Sciebam enim, & ex fama ipſa, & ex illius ſcriptis, ſiue Homiliis ſiue Epiſtolis, quæ ad nos peruenire potuerũt, animam viri, ſed D vt intentione explorata, queam imitari tantum virum. Quis enim ita hebes, ac ſtolidus ſit, quin ſciat maius eſſe detrimentum menſæ, quàm lucrum, niſi fortè is vſus ſuſcipiendis hoſpitio ſanctis exhibeatur? PALL.

Iſtuc & ego dixi, ſtudioſiſſime Theodore, non præcipuam hoſpitalitatis virtutem euacuare quærens: Eſt enim vna ex virtutibus reliquis maximè ad pietatem pertinentibus, per quam & Patriarchæ, alij quidem *Geneſ. 18. & 19.* dominum Saluatorem ad menſam ſuſceperunt, alij Angelos hoſpites habere meruerunt, mercedémque tanti operis alius in ſenectute filium, alius liberationem ex Sodomis vnà cum filiabus inuenerunt. De quibus & Apoſtolus ait, nos prouocans ad imitãdum hoſpitalitatis gratiam, nolite obliuiſci: per hunc enim quidam dum neſciunt, Angelos hoſpitio ſuſceperũt. *Hebr. 13.* Oportet autem hoſpitalem virum, & prudentiam ſerpentis, & ſimplicitatem habere columbæ, duobus *Matt. 10.* ſcripturæ monitis obtemperantem. *Luc. 6.* Et omni pe-

ẽ tenti

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenti te tribue, & non omnem hominem inducas in domum tuam, ne pro oue lupum suscipiens, aut vrsum pro boue, lucrum detrimento commutes. Debet autem quisque primo locum probare, in quo positus est, desertus sit, an turbis frequens, deinde ingenium suum indagare diligentius, an idoneus sit alienos tolerare mores, tuncque dignoscere, cui bene faciendum est, diues sit, an pauper, infirmus, an sanus, veste egeat, an cibo: in his enim solet misericordia perfici. Nam beatus Abraham non consules, non duces, non primarios huius seculi viros suscepit hospitio, qui equis camo, aut freno fulgentibus, faleráque ære insignes & superbiæ sonitũ procul edentes, præferentibus vtuntur, sed desertum inhabitans locum, transeuntes humaniter fouebat. Porrò qui deserta pertranseunt, aut virtutis gratia Patriarchæ adibant sedes, aut adacti paupertate summa, & inopia. Est enim inopia inter abundantiam, & defectum media: abundantiam diuitias, defectum paupertatem intellige. Similiter & Lot, cùm deteriorem deserto vrbem habitaret, rectè suscipiebat aduentantes hospites, propter improbos inhabitantium mores. Enimuero qui ciuitatem optimis legibus instructam habitat, cuiusmodi Constantinopolis est, in qua omnes ferè hospitales sunt, si Sacerdos est, superfluo satis verbi relinquit ministerium, vt obsoniorum computet sumptus, seque imprudens cauponem pro doctore arbitratur, cogitationibus, aquæ instar, insipidis, puram, & meraciſſimam scientiam abolens, prophetæque probro se subdens. Caupones, qui miscent vinum aquæ. Quantò enim imbecillis vinum aqua præstantius est, tantò est doctrina hospitalitate sublimior. Illa enim presentibus tantum, hęc autem futuris quoque vtilis est. Atq; altera eos tantum, qui coram sunt, altera etiam absentes emeretur, præsentes quidem linguę officio, absentes verò literis erudiens. Eiusmodi fuit Saluator in carne, qui panibus quinque hominum millia pauit, non in ciuitate, sed in eremo. Cúmque docuerit præsentes lingua, saluauit orbem vniuersum per scripta Euangelia. Huiusmodi quippe verba sunt eorum, qui spiritu sancto pleni euasere. Neque mireris, Theodore, si quis esurientem impleat cibis, sed si quis ex animo cuiusquam ignorantiã pellat. Nam qui ventrem pecuniæ, vel panis munere, siue oleribus satiet, inuenitur facile: qui autem enutriat verbo, raro quidẽ inuenitur, inuento verò aut non creditur, aut difficile creditur, iniquis spiritibus animarũ saluti semper obsistentibus. Hanc verbi Dei, & doctrinæ famem supplicij loco Deus intentat, dum per prophetam dicit: Inducam super eos famem, non famem panis, & aquæ, sed famem audiendi verbum Dei. Et temporalis quidem famis incommoda mutatione loci euitare licet, afflictam fame ciuitatem, aut regionem fugiendo, atque ad aliam ea lue immunem transeundo, exemplo sanctorum Patriarcharum, qui de Palæstina in Aegyptum descenderunt. At verò de fame animorum, quæ non aliunde, quã ex defectu magistrorum demolitur ecclesias: rursus Propheta alius dicit. Circuibunt ab oriente vsque ad occidentem, quærentes verbum Domini, & non inuenient. Quid enim boni ex doctrina non prodit? quid item incommodi ex ciborum, & conuiuij improbitate non nascitur? Morbi, rixæ, cõtumelię, & quæ ex ventre suffarcinato proueniunt cætera. Quando Eua paradiso pulsa est? Nónne, cùm ad vocem serpentis comedit ex ligno, statuto cibo minimè contenta? Cain quando fratricidij scelus admisit? Nónne, cùm primitias degustauit primus, gulæ suæ præcipua quæque custodiens? Filij Iob quando mensam, paratam inuenere sepulchrum? Nónne cùm manducarent, ac biberent? Quando Esau benedictione priuatus est? Nónne, cùm deceptus lenticulæ amore ventri obsecutus est? Quando Saul excidit regno? Nónne, cum opimas oues, preter mandatum, voracitati seruauit suæ? Quando Israeliticus populus irritauit Deum? Nónne, cùm Aegyptiam cõcupiuit mensam, carnes, & lebetes à duce sui itineris postulans? Ofni, & Finees fili Aeli, quare morti traditi sunt in bello vna hora? Nónne, quòd raperent forcipibus sacrificij carnes? Iacob ille execrabilis, quamobrem recalcitrauit? Nónne, quoniam impletus, impinguatus, incrassatus, ac dilatatus est? Quare Sodomitæ, præter naturam, in rabiem excessere libidinis? Nónne, quia peruetus conuiuiis sensum perdiderunt? quorum Ezechiel contumelioſè meminit, dicens. In abundantia vini, & in satietate panis lasciuiebant ipsi, hoc est, ciuitas, & filiæ ipsius, id est, villæ ciuitatis iure, & lege viuentes. Pudoris item ratio quando à populo illo prisco defecit? Nónne, cùm in stratis consenuerunt? Propheta eis ita exprobrante: Qui comedunt hœdos de gregibus, & vitulos de armento lacteolos, qui bibunt precioſum vinum, primis vnguentis delibuti, qui lasciuiunt in stratis suis, & nihil passi sunt super contritione Ioseph. Quibus Isaias item exprobat? Nónne his, qui ad conuiuia manè surgebant? Væ, inquiens, qui manè surgitis, ebrietatem persequentes vsque ad noctem. Vinum enim comburet eos, cum cithara enim, & psalterio vinum bibũt, opera autem Domini non aspiciũt. Quando sacerdotes Belis à Daniele cõfusi sunt? Nõne, cùm ipsos esse arguit cinis, qui cibos, potúsq; consumerent? Et quid me dicere opus est de his, qui latã viam incedere delegerunt, anguſtámque insectantur maledictis? Sufficit mihi ad arguendos nidoris studioſos Saluatoris sermo, qui sine nomine diuitem, quotidie splendide epulantem in hac vita, ostendit micas, & stillam pauperis Lazari cupiisse, & impetrare nequiuisse. Inspiciamus autem & cœtum antiquorum Patrum, & videamus, quo doctrinæ genere sunt vsi: vitæ ne honestioris, rectíque sermonis, an conuiuiorum, & epularum secuti sunt tramitem? Enoch primus fide translatus est, an conuiuio? Noë quomodo humanum genus, cum orbis totus conuiuiis, & immundis operibus fœdatus diluuij inundatione lauaretur, fide lignũ seruauit, nisi ieiunio, & perpetuis precibus? Nónne, vt parũ ab hac tempestate vini haustu requiesceret, ignominiam illius, non gloriam scripturæ prædicant? Abraham sanctus quinque reges fide, ac iustitia, an verò cibo, & potu superauit, quando Loth, qui vinctus trahebatur, reuocauit? THE. Si Abraham adducis in medium, audi quid inferam. Dicet enim tibi quispiã, bellum quidem illum fide superasse, Deum verò mensæ gratia emeruisse, vt ipse quoque paulo ante narrasti. PALL. Mirum profectò, quòd Abraham Dominum emeruerit mensa. Omnes igitur, fide relicta, & virtutibus reliquis, cõuiuia studioſè sectemur, cauponibus nullo meliores, aut stabulariis, qui ob hoc ipsum itinera publica, vt lucrẽtur, obsederũt. Et virgines itẽ, quæ in laudem Dei & corpore, & spiritu sanctæ esse contendunt, quoniã Maria genuit Christũ, & ipsæ gignere pergãt. Quod si fecerint, nihil abiectissimis meretricibus differrent. Eadem enim est ratio, vt si quidem doctores Abrahæ exemplo mensas præparent, virgines

Ioan. 6.
Esa. 1.
Amo. 9.
Genes. 3.
Ibid. 4.
Iob. 1.
Gen. 25.
1. Reg. 15.
Exod. 16.
4. Reg. 11.
Deut. 32.
Gen. 18.
Amos. 6.
Esa. 5.
Dan. 14.
Matth. 7.
Luc. 16.

virgines quoque Mariæ gratia gignant. Sed absit, amantissime, vt, quæ suo tempore bene vel sunt facta, vel fiunt, vituperemus. Nam profectò cuiusque conscientia sibi quod expedit, dictat. Iacob præterea ille luctator, exercitatione, an conuiuio auunculi substantiam tulit? qui ait, Factus sum solis aduſtus ardoribus, & gelu noctis: & discedebat somnus à me: qui nihil aliud, quam panem, & vestitum in oratione poscebat, dicens, Si dederis mihi panem ad edendum, & vestimentum, quo operiar, omne quodcunque dederis mihi, decimas offeram tibi: non ait mensis absumam. Moses ille Dei contemplator, fidelíque famulus, qua instructa mensa populum duxit ad montem? quos crateres? quæ pocula habuit? qui propter incredulitatem populi, petram virga percutiens, inde aquas elicuit? Qui sexcenta hominum millia regebat, legísque tabulas ad correptionem populi acceperat, phialás ne æreas, membranásque porcorum, & phasidis auem, atque piscem de pelago, vinúmque de Tyro precioſum, & siligineos panes, his, quos imbuebat, an salutis monita ædebat? THE. At hoc in loco quispiam ita fortassis occurret, da mihi, inquiens, manna illud, & aquam, & nihil amplius quæram. PAL. Et quis adeo infelix sit, vt spirituali doctrinæ manna visibile preferat, fluxámq; aquam? Samuel populi doctor, qui in Ramatha viginti quinque annos requieuerat, quem vnquam mensæ apparatu magis, quàm prædicatione auertit ab Idolis. Quãdo item rex ille & Propheta, & Psalmista deliciis instruxit mensam? qui ait. Cinerem, tanquam panem manducabam, & poculum meum cum fletu miscebam. Helias ille Thesbites ieiunij vniuersalis autor, qui annos tres, & menses sex gulæ deditos, vel inuitos assuefecit inediæ, quibus epulis peccato eripuit? Quos item habuit coquos, cui corui victum necessarium ministrabant? Sapiens Daniel, & futurorum inspector, qua mensa erudiuit Assyrios? Nónne ieiunio, & oratione draconem interemit, & Bel destruxit, leonésque frenauit, persuasitque regi, vt confessione veri Dei patrios abnegaret Deos? Quibus item epulis, quibúsve deliciis vsus est, & reliquus Prophetarum, & Apostolorum chorus? Non erant illi magistri? nõ orbis totus illis cura credita est? Nónne istis ipsi succedimus? Nónne istos imitari ex diuina institutione nos conuenit, morũm inhærendo vestigiis, Paulo ita admonente, Quorum intuentes conuersationis exitum, imitamini fidem. Quænam delicata cibaria habuit in eremo, pœnitentiæ preco Baptista Ioannes, qui ad se venientibus non modò non parabat prandia, verum acri illos inuectione castigabat, neque solum inquinatam ipsorum conscientiam seueritate quatiebat aspectus, verùm ipsa quoque habitus specie, multóque magis verbo, quo veluti gladio animarum secabat purulentiam. Genimina viperarum, inquiens, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, neque soli baptismo, generíque nobilitati confidatis. Quid autem gẽtium doctor, qui circũcisionem soluit, vt fidei statueret gratiam, vos electionis Paulus? num vacasse deprehenditur mensis, qui id maximè omnium debuit, & incredulis gentibus prius sese insinuaret officiis? Quid ille Timotheo scribit Episcopo Ephesi? Vacáne liberaliori mensæ, an verò lectioni, exhortationi, doctrinæ? Quibus profectò in rebus impiger erat, vt constans Ioannes beatissimus? Importunè, oportunè insta, inquit, Argue, increpa, obsecra. Nemo autem obiiciat,

cur duo aspera, vnũ blandũ, ipsúmq; vix, & cunctando posuerit, Argue enim, & increpa, cùm sint vehemẽter acria, ex eo quod additur obsecra, & non blandire, nihil amisere virium. Id quippe scitè factum voluptati deditis, & laxè viuentibus acrius est eis quoque increpationibus, quæ grauiores, & molestiores esse putantur. Illic enim fortassis indignatione quadam obsistẽs anima, quæ in reprehensionem dicuntur, minimè sentit. Hic verò sensim, atque paulatim modestiis, versíq; sermonibus, quasi admoto lento quodam igne, peruritur, atque dissecatur. Quid verò illum etiam admonens memorat, conuiuiáne, & epulas, an pressurarum illa honestissima nomina? Tu vero, inquit, assecutus es meam doctrinam, institutum, quo pacto instituerim omnia ad Dei gloriam facere, persecutiones pro repre hẽsione scilicet erroris, num vsquã mẽsæ sit mentio? Tito rursus Cretẽsi Episcopo quid scribat, audiamus. Num de cibis, & potibus differat, an de reprehensionibus, & doctrina. Huius, inquit, rei gratia reliqui te Cretę, vt quæ desunt, suppleas, persuadeásq; illis non aliter docere, neque attendere fabulis, & genealogiis infinitis, reprehensionum quoque adiiciens modum, Cretenses, inquit, semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Dicant nobis ventris serui, gygantes mensarum, prędonésq; mulierculorũ, qui Ioannis continentiam culpant, vbínam inuenerint conuiuium in laudẽ poni, etiam si euoluant vetus totum, & nouum instrumentum, nisi fortè fiat de alienigenis sermo, & hoc ad fœderandam pacem lege cõuiuij, per quam ferę molliuntur, ac barbari. Quando conuiuia peccati materia non fuere? Quid autem dico peccati? Ipsius quoque maioris Idolatriæ, & parricidij causam prẽstitere, sicut scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: fuerat autem ludus ab ebrietate profectus, Venite, inquiunt, faciamus Deos, qui nos præcedant. Qui enim motum vini causa pertulerant, mobiles inquirebant Deos, eo dimisso, qui est immobilis, & impleat omnia, nusquam incedẽdo. Quid autem dicit Propheta, Labia Sacerdotis meditabuntur conuiuia, quia cœnas, & prandia requirent ab eo. An labia Sacerdotis custodient sciẽtiam, & legem ex ore eius requirent? quoniam Angelus Domini est, & non cocus. Et turris illa in Chalane quando ædificata est, ante vinum, an post vinum? Nõne p̃ost vini vsum, quãdo Noe, plantata vinea primus opprobrium retulit. Si quidem non potus, aut plantationis gratia, sed desideratione modi inebriatus est. Ioseph quando venundatus à fratribus est? Tunc ne, cum oues studioſè pascebant, an cùm opima quæque iugulantes, & comedentes in ocio, inuidiam in conuiuio aduersus illum exacuerent? Baptistæ Ioannis caput in disco vbi nam dederunt meretriculæ? in sapientiæ cœtu, an in conuiuio iniquitatis? Beatus Paulus, bibens & comedens vsque ad medium noctis protendit sermonem, an ieiunãs, & docens, & ignorantes Deum ad fidem ducens? Summus ille pastor, & doctorum, & sapientium princeps Christus Iesus, humanorum depulsor errorum, vbi nã reperitur in ciuitate comedere, nisi Pascha, quod erat mysteriorum adimpletio? Quid autem solicitis discipulis ait? de cibis, an de lectionibus mandare inuenitur? Operamini, inquiens non pereuntem, sed permanentem cibum. Dicat ergo cum Domino suo & beatus Ioannes, Meum conuiuium est verbi magisterium, & distributio, ad aquam etiam in populi salutẽ electus sum. Esca enim nos non commendat Deo, neq; si co-

Esal. 101.
Hebr. 13.
2. Tim. 4.
Exod. 31.
Mala. 7.
Tit. 1.
2. Tim. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

medamus, neque si non comedamus, placere illi pos-
sumus, nisi id cum pietate faciamus. Est enim genti- A
lium ista consuetudo, eos, quos volunt fallere, men-
sis allicere, cùm verbo persuadere non possunt, qui di-
cunt, Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.
In quos Apostolus vehemèter inuehitur, castigátque,
1. Cor. 15. dum dicit: Nolite errare: corrumpunt bonos mores
colloquia mala, colloquia appellans mala verba, quæ
in istiusmodi consumuntur. THE. Veraciter tu qui-
dem omnia, doctissiméque prosecutus es, atque ita est
Esa. 5. omnino. Væ enim, qui dulce amarum dicit, & ama-
rum dulce. Væ ponenti lucem tenebras, & tenebras
lucem. Sed dicet quispiam: Ne nos quidem dicimus
ipsum huiusmodi mensis expositum esse debuisse. Est
enim immodica ista profusio, voluptatis occasio, &
obtusio nimia, segnitiæq;, ac vecordiæ certa demon-
stratio. Poterat certè vel solos inuitare Episcopos, &
eos maximè, qui religione præstarent, aut si hos nol- B
let, vel proprium clerum, imitans Dominum, quem
cum Duodecim Apostolis manducasse certum est.
PALL. Sapientissimè omnino, si quidem passi essent
clerici cum illo extra horam, aut noctu prandere. Si
autē quàm celerrimè illi multo cum apparatu exqui-
sitas epulas sectarentur, iniquum, & indignum erat,
infirmorum, aut pauperum cibos, eorum, qui sani es-
sent, libidini exponere. Quænam verò lex ista est, quæ
statuat præceptorem à discipulis eruditi oportere, cu-
rari ab infirmis medicum, gubernatorem à nectoribus
dirigi, cùm semper & infirmos medicus sanet, & do-
ctor discipulos corrigat, & gubernator nauigantibus,
quod expedit, dictet? Et medico quidem, ac guber-
natori obtemperantes, qui sub illis sunt, amore vitæ
dolorem omnem, ac molestiam ferunt, cùm tamen C
sæpenumero, quod cupiunt, non consequantur, in-
certúsque sit exitus. At verò præstantissimo præceptо-
ri, qui morbos, & ægritudines vt curet, assumit, volu-
ptatúmque procellas transmittere nouit, effrenato isti
ore, & spiritu turgido detrahunt, illotis, vt aiunt, pedi-
bus cuncta miscentes. Nempe enim si se ipsum deuo-
uisset mensis, quando tam multis dignitatibus quiuis-
set satisfacere tantæ vrbis habitator, singulis aut be-
nedictionis, aut inopiæ, aut gulæ causa poscentibus
cibos? Vbinam ad diuina speculanda, aut recrean-
dos sermone populos, ad scripturarum scientiam, ad
prouidentiam viduarum, ad solatium virginum, ad in-
firmantium curam, ad oppressorum opem, ad conuer
sionem errantium, ad contritorum consolationem, ad
vinculatorum visitationem, vel quando ocium suppe-
ditare potuisset, quomodo exprobrationem illam Dei D
Ezec. 34. quiuisset effugere, per Ezechielem dicentis: Væ pa-
storibus, qui se ipsos pascunt, & non oues, quod er-
rauerat, non conuertistis, quod perierat, non requisi-
stis, quod infirmum fuit, non visitastis, quod cōtritum,
non alligastis, quod pingue erat, mactantes comedi-
1. Cor. 11. stis. De quibus scribit & Paulus. Sustinetis enim, si
quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis
accipit. Et lanas quidem induistis, oues autem non pa-
scebatis. Et in Ieremia de occisis pastoribus ait. Pasto-
res multi corruperant vineam meā. Poterat hos quo-
que suo tempore curare, & ecclesiæ curas non negli-
gere, ne in hoc illi derogaretur, qui esset in cæteris ad-
mirandus. PALL. Hoc est nempe, quod quæritur,
ne sibi derogetur, vt verbum Dei affatim fundat soli-
citudinem, zelum, & reliquam sacerdotalem beneuo-
lentiam præferat. An verò ignoras chariſſime Theo-
dore, quòd irrationabili maledicto beatitudo promit-
titur, Domino inter beatitudines cæteras dicente.
Beati estis, cum vos exprobrauerint, & dixerint omne Matth. 5.
malum aduersum vos, mentientes. Væ autem vobis, Luc. 6.
cùm vos benedixerint omnes homines. Secundum
hoc enim faciebant prophetis patres eorum. Quando
autem & os diuinis eloquiis exercitatum, & auris o-
raculis subiecta diuinis, mensæ loquacitatem tolera-
set? dicente Domino, Nemo potest duobus Domi- Matt. 6.
nis seruire. Ac deinceps, Non potestis Deo seruire,
& Mammonæ. Quæramus ergo, quid sit Mammo-
na, ne fortè inueniamur non duobus seruire Dominis,
sed soli Mammonæ. Nunc enim Mammonam non
Diabolum dicit, sed inanem huius mundi curam, à
qua discipulos sermo diuinus auertit. THE. Redi
iam, Pater sanctissime, ad narranda reliqua. Satis enim
mihi factum est de ratione mensæ, neque feras graui-
ter me ista fuisse percontatum. Maioris enim scientiæ
studio peritiam tuam exactius interrogaui. PALL.
Hoc tibi equidem apertius dixerim, Theodore stu-
diosissime. Vnus enim fui ex his, qui turbas sibi mēn-
sæ appositione conciliare pergunt, quòd Episcopus
magnæ præsertim vrbis. Qui relicto verbi Dei mini-
sterio, nocte, ac die non meditatur in lege Dei, & pau-
perum curam non per se ipsum, sed per alios exequi-
tur, longè erit ab his, qui dixerunt, Ecce nos relinqui- Matt. 19.
mus omnia, secutique sumus te, quid ergo erit nobis?
Et cum eis numerabitur, qui dicent, Domine, nónne ibid. 7.
in nomine tuo hæc, & illa fecimus? Audiétque cum
ipsis. Discedite à me maledicti: nescio vos vnde estis: ibid. 5.
non enim recognoscit verbum operarios mutos. Est
quippe mundus ipsius oculus, ne videat mala. Multi
nanque ex his, qui dicuntur Episcopi, rationabile ip-
sorum odium, quo morum suorum gratia inuisi sunt,
& spiritualium, ac diuinarum rerum negligētiam am-
putare dum volunt, vitium vitio commutant, cupidi-
tatem scilicet vanitate, manu quidem altera turpe lu-
crum studiosè insectantes, altera verò instruētes mēn-
sas, & sublimium ædificiorum moles erigentes, vt ex
hoc studio boni, & industrij esse videātur, ac pro igno-
minia honorem consequantur, Ecclesiastis imme- Eccl. 2.
mores, qui ista & constituxit, & odit, atque ea manife-
stè interdixit, dum scriberet. Feci mihi domos, & po-
maria, & cætera, & ecce omnia vanitas, & odiui omnē
laborem meum, quo ego laboro sub sole. Nō ait supra
solem, ne spirituales labores improbaret. Hæc autem
dixerim, non vt eos denotem, qui probabiliter, & ne-
cessariò ecclesias aut condunt, aut reparant, sed illorū
causa, qui pauperum opes in hortos pensiles, in aquæ
ductus aërios, in communia virorum, ac mulierum la-
uacra parum pudica consumunt, siue vt maiores con-
quirant opes, siue vt ab indignis quibusque diligātur,
qui in hoc ipso huiusce studij gratiam reddunt, quòd
omnia ad voluptatem peccātium faciunt, gnathones,
& assentatores nocentissimi. Absit autem à me, Theo-
dore magni possessor nominis, vt malis vnquam pla-
cere velim. Nō enim aliūde illis placere potero, quàm
ex his, quæ Christo Domino displicent. Ad hæc ad-
mirans Theodorus interrogauit, dicens. THE. Cùm
hæc naturaliter omnino abs te dicta sint, & irrefraga-
biliter, si qua nosti à beato Ioanne, de quo nunc sermo
est, per Asiam vtiliter instituta, quęso pādere digneris.
PAL. Et multa quidem. THE. Ipse adfuisti, an ab
aliis ea didicisti? PALL. Atqui ne punctum quidem
tēporis in omni hac illum causæ prosecutione deserui.

THE.

THE. Quænam igitur sunt subsecuta, quémve ac- A
ceperunt finem, & vnde habuere principium, adamus-
sim scire desidero, ob id in primis, quòd Theophilus
in libro suo temeritatem suam honestare, siue operire
cupiens, ait beatum Ioannem dominandi libidine cō-
citatum sexdecim Episcopos deposuisse die vna, suós-
que illorum vice ordinauisse. PAL. Nihil à suis mo-
ribus dissonum fecit, quòd & contra Ioannem, & falsò
scripsit. Ex quibus enim turpitudinem suam celare se
putat, ex his illam maximè publicat, &, velit, nolit, Io-
annis innocentiam ornat, more Balaan illius. Nam vbi
illum deposuerat, quid libris opus erat, aut exilio? cùm
depositio ipsa sufficiat ad eorum cōfusionem, qui de-
ponuntur. Quoniam verò deponi non potuit vir ille
virtutis, &, dum superatus est, vicit, manet inuidia, pro-
strationē irrationabilis victoriæ referēs, bullæ in mo-
rem turgescens, & in seipsa deficiens, illúdq; prophe- B
tæ Esaiæ perpetiens, dum scribat: Væ enim, inquit, qui
scribunt: nequitiam enim scribunt. De his autem, qui
in Asia depositi sunt, non sexdecim, sed sex tantum E-
piscopis, quasi diuino assistens iudicio loquar, nihílq;
de quantitate numeri subtraham, vel rerum adiiciam
qualitati, sed vt sese habeant, singula tibi explicabo.
Tertiadecima distributione venerūt Constantinopo-
lim Asiæ Episcopi, necessitatum ecclesiasticarum gra-
tia, nobiscū remorati sunt, præsentibus & aliis Episco-
pis, ex Scythia quidē Theotimo, ex Thracia verò Am
mone Aegyptio, & ex Galatia Arabiano, metropolitis
omnibus, ac senibus, qui vigintiduorum Episcoporum
implebant numerum. Conuenientibus autem omni-
bus, & communicātibus, obseruato Eusebius quidam
Valentinopolitanus episcopus congregato concilio
vna sabbati astitit, libellósque tradidit synodo, præpo-
sito, vt decuit, Ioannis nomine, contra Antoninum e- C
piscopum Ephesi, septem capitula continētes. Vnum
quidem, quòd, fusis sacris vasis, argentum in nomine
filij deposuerat. Secundum, quòd sumptum de ingres-
su baptisterij marmor, in suo balneo posuit. Deinde
columnas ecclesiæ, plures annos iacentes, intra suum
erexit triclinium. Quartum, quòd puer eius homici-
dium perpetrauit, quem habet in ministerio irrepre-
hensum. Quintum, quòd prædia relicta ecclesiæ à Ba-
silina Imperatoris Iuliani matre vendidit, sibíque de-
tinuit precium. Sextum, quòd cùm vxori propriæ ab-
renūciasset, rursus illi congressus est, filiósq; ex ea pro-
creauit. Septimū, quòd pro lege, ac decreto habet, or-
dinationes Episcoporū vendere pro modo reddituū.
Adsuntq; & qui dederunt, & ordinati sunt, & ipse, qui
accepit. Eorúmq; omnium probationes se habere as- D
serebat. THE. Quæso te Pater huiusmodi narration-
nem missam facias: lædunter enim præsentes, Episco-
pis ista narrantibus, vt nō dicā gerentibus. PAL. Me
miserū, qui diebus his reseruatus sum, quibus pecunia
Sacerdotium venditur, si tamē id sacerdotium est. In-
sipiēter autem feci, qui ista retuli, obtrectatoribus Io-
annis nobis hanc imponentibus necessitatem. Verùm
patiēter feras obsecro, vt ex his quoq; Ioannis mode-
stiam admireris, qui zelo interim mitigato dixit Euse-
bio: Frater Eusebi, quoniam sæpe fit, vt accusationes,
quæ fiunt perturbato animo, probationibus idoneis
careant, desine, quæso, Antoninum fratrem accusa-
re. Nobis curæ erit, tristitiæ causas amouere. Ad hæc
ille exasperatus durioribus vtebatur verbis, aduersus
Antoninum totus efferuens, atque in accusatione per-
sistens. Hortatur itaque Ioannes Paulum Heracliæ
episcopum, qui Antonino studere videbatur, vt eos A
in amicitiam copulare contenderet. Surgensque ec-
clesiam ingressus est vnà cum Episcopis: erat enim sa-
crificij tempus. Pacem verò populo ex more impre-
catus, sedit cum Episcopis reliquis. Clàm autem in-
trogressus accusator Eusebius coràm populo omni, &
Episcopis libellum alium porrigit eadem continen-
tem, adiurans Ioannem sacramentis horrendis, qui-
bus salutem quoque principum addidit, tanto cum
tumultu, vt putarent populi eius impudentia territi,
eum à Ioanne petere, vt vitam sibi à Rege impetra-
ret. Ioannes vbi viri aduertit instantiam, ne in po-
pulo perturbatio vlla oriretur, libellum sumpsit, le-
ctísque diuinis eloquiis, Pansophium orat Pisidiæ E-
piscopum diuina offerret vt munera: ipse cum Episco-
pis reliquis exiit. Cauebat enim omnino turbido,
iusta euangelium, sacrificia offerre, Si obtuleris, in- Matth. 5.
quit, munus tuum, & reliqua. Vbi verò dimissus est
populus, sedens in baptisterio, cum Episcopis reli-
quis, accusatorem coràm omnibus aduocat, dicens
ei, Rursus tibi eadem dico, Plurimi tristitia, vel ira
compulsi, multa & dicunt, & scribunt, quæ proba-
re non possunt. Si igitur apertè nosti, de quibus illum
accusare vis (neque enim valentem repellimus, neque
trahimus non valentem) antequam legatur libellus,
elige, quod expedit tibi. Postquam enim fuerit le-
ctus, & in aures omnium venerit, confectis commen-
tariis, non iam licebit tibi, cùm sis episcopus, absolu-
tionem flagitare. Ad hęc ille in proposito durat. Iubēt
itaque libellum recitari, lectáq; sunt memorata capi-
tula. Postea dicunt Ioāni seniores episcopi, & si vnum-
quodque capitulum per se impium est, & vndique sa-
cris legibus interdictum, ne tamē videamur, in his quę C
suggesta sunt nobis, omne studiū ponere, ab eo, quod
est horribilius dictu, fiat inquisitionis initium. Si enim
illud inuentum fuerit verum, nulla de capitulis reli-
quis erit controuersia, cùm capituli illius radix om-
nem præ se iniquitatis speciem ferat, iusta illud, qui
ait: Radix malorum omnium est cupiditas. Qui enim 1. Tim. 6.
super innocētem accipit munera, & sancti spiritus lar-
gitionem pecunia se vendere putat, quo pacto iam
parcet ornamentis, aut lapidibus, aut fundis ecclesię?
Tunc Ioannes examen inchoans Antonino ait, Quid
ad hæc dicis, Antonine frater? Negauit ille necessa-
riò. Quando enim ab his ipsis initiis confusionem con
fiteretur suam? Interrogati, qui dederant, negarunt
& ipsi. Cum hoc examen ad horam vsque octauam
diligentius agitur, ex argumentis quibusdam iudi-
cium formabatur. Postremò venitur ad testes, qui-
bus adstantibus, & illi dederant, & ille susceperat.
Non aderant testes, qui necessariò citandi erant. Dif-
ficultatem rei intuens Ioannes pro ecclesiæ purgatio-
ne, & vt testes facilius adhiberentur, per se in Asiam
ire consentit, perficiendi examinis gratia. Antoni-
nus vbi vidit Ioannem impigrè exequi paratum,
quod instituerat, neque corrumpi posse iudicium,
mali sibi conscius, adiit quendam ex principibus,
cuius prædia, quæ habebat in Asia, sibi curæ e-
rant, orans, vt Ioanni impedimento esset, ne abi-
ret in Asiam, promittens se adhibiturum testes.
Protinus ex palatio mandatur Ioanni in hæc ver-
ba. Indignum est te, cùm sis episcopus, & nostra-
rum animarum pater, in tanta tumultus expectatione
dimissa ciuitate, peregrinationem in Asiam subire
velle, cum facilè testes adhiberi possint. Erat autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumultus causa Gainas barbarus. Quid multis immorer? Manere illi persuasum est, ita tamen, vt iudicij non committeret curam, testésque maturè adesse mandaret. Optata fuit accusato ipsa dilatio vel modica testium, quos aut pecunia, aut potentia fugare posse confideret. Præuidit ista Ioannes, cõsilióque synodi præsentis habito, quosdam ex præsentibus Episcopis in Asiam mittit, ad testes interrogandos. Tres ex omnibus electi sunt, Syncletius metropolitanus, Hesichius Oparienſis, & Palladius Helenopolitanus episcopus. His dederat synodus in mandatis, vt qui intra duos menses non occurrisset Hypæpis Asiæ ciuitati, ad sua tuenda iura, quòd vicini essent, & qui arguebantur, & Episcopi reliqui à Syncletio, sociisque iudicandi, excommunicatus esset. Descẽderunt igitur Smyrnam prænominati Episcopi Syncletius, & Palladius: Hesichius enim, quòd faueret Antonino, finxit se valetudinarium, significarúntque continuò per literas vtrisque artibus aduentum suum, vt cõcurrentes in memoratam ciuitatem, implerent, quæ polliciti fuerant. Illi ante iudicum aduentum amicitias inierant, partim persuasi auro, partim iureiurando constricti. Congregati igitur in ipsa ciuitate, iudices ludere se posse putabant, dilatione testiũ, quasi peregrè profecti essent ob varias causas. Ad hæc iudices accusatorem rogant, intra quos dies adducturus esset testes, se expectaturos pollicentes. Ratus ille eos aëris inclementiã ferre grauiter, ac per id velle discedere (erat enim feruor æstiui solis) intra quadraginta dies producturum promittit testes, alias pœnæ canonum sua sponte se subiicit. Expectauere iudices quadraginta dies, cùm ille ad inquirendum dimissus testes, omisit hoc interim, & Cõstantinopolim venit, illícque delituit. Vbi verò nusquam comparuit, scripsere iudices omnibus Asiæ Episcopis denunciantes excommunicatum, siue vt desertorem, siue vt detractorem. Post hæc alios quadraginta dies persistentes, cùm ille minimè appareret, Constantinopolim rediere. Illic inuento Eusebio, ei, quæ gesserat, exprobrabant. Rursus ille infirmitatem corporis allegans, pollicetur testes exhibiturum. Per hanc temporis moram moritur Antoninus, cum quo erat Eusebio controuersia. Continuò ex Asia partim à clero ciuitatis Ephesinæ, partim ab Episcopis, decretum ad Ioannem venit, omnibus pauendo cum iuramento orantibus, vt periclitanti ecclesiæ opem ferret. Erat autem hic textus. Quoniam priori tempore confusè, & contra iura, & statuta patrum gubernati sumus, oramus venerationem tuam, vt descendas, & formam aliquam Ephesinæ imponas ecclesiæ, diutissimè afflictæ: hinc Arianis instantibus, inde nostris cupiditati, auaritiæque studentibus. Permulti enim insidiantur, vt lupi graues, sacerdotalem sedem rapere pecuniis festinantes. Itaq; Ioannes, licet corporis mala valitudine teneretur, & inclementia obstaret aëris (erat enim hyems) nihil huiusce incõmodis territus, vt negotia ecclesiæ Asianæ componeret, rebúsque nutantibus, vel absentia, vel imperitia pastoris opem ferret, instituit pergere, spiritúq; roboratus, ingressus nauim vrbe discedit. Irruentibus autem sæuis aquilonibus, metuentes nautæ, ne in Proconessum eicerẽtur, positis velis, Triconis mõtem præteruehuntur, ibíq; iactis ancoris, manserunt, austrum expectantes, vt Apamiæ applicarent. Cùm igitur biduũ ieiuni in naui perstitissent, lacessiti fluctibus, tertia demũ die memoratæ vrbi appulerunt. Illic enim expectabant aduentũ eius Palladius, Cyrinus, & Paulus episcopi, Ioannis socij. Pedibus itaque iter agentes, Ephesum veniunt. Congregatis Lydiæ, & Asię, & Cariæ Episcopis, ad septuaginta viros pertingentibus, ordinationem faciunt. Complures sua sponte concurrerunt, maximè ex Phrygia, vt oris illius facundia, & sapientiæ suauitate frueretur, iuxta illud. Sapientia in exitibus laudatur, videlicet in loquentibus: in plateis verò fiducialiter agit, hoc est in cordibus, quæ variis pressuris dilatata sunt, iuxta illud: In tribulatione dilatasti me. Angustatur enim sapientia in his, qui zizania seminant, & suffocant verbum. *Psal. 4.* Dum hæc geruntur, accessit ille, qui nobis prolixæ huius narrationis est autor Eusebius ad omnes Episcopos, reliquorum sex Episcoporum accusator, orans, vt ad communionem admitteretur: obstant ex ipsis quidam non oportere admitti, quippe calumniæ reum asserentes. Adiecit ille preces, & ait. Quoniã causa ista biennium iam magna ex parte ventilata est, soláque dilatio testium obstitit, obsecro pietatem vestram, vt testes (nam modo præstò sunt) examinare dignemini. Etsi enim Antoninus diem obiit, qui accepto auro ordinauit, viuunt tamẽ, qui, dato precio, sunt ordinati. Placuit Synodo rem diligentius discuti. Recitantur omnia, quæ prius gesta fuerant, ex cõmentariis. Ingressi sunt testes, ingressi & qui dato auro fuerãt ordinati. Negare primum. Perstistentibus tamen testibus, partim laicis, partim presbyteris, quibus antea cõ fidere videbantur, mulieribúsque quibusdam, & munerum species, & loca, & tẽpora qualitatémq; recensentibus, cum eos conscientia quoque criminis vrgeret, sua sponte non vsque adeo coacti confitentur. Dedimus, aiebant, hanc esse consuetudinem existimantes, vt videremur à curia liberari. At nunc, siquidẽ honestum est, oramus, vt in ministerio ecclesiæ simus: sin autem, vel aurum, quod dedimus, recipiamus: quidam enim ex nobis vxorum nostrarũ aurum, & variam supellectilẽ dedimus. Ad hæc Ioãnes synodo pollicitus est: ego, inquiẽs, instabo apud Regem, vt absoluamur: vos autẽ mandate, illos ab Antonini hæredibus recipere, quod dederunt. Præcepit itaque synodus ab Antonini hæredibus eis aurum restitui: eos verò intra altare communicantes à Sacerdotibus fieri, ne si ista passim permitterentur, consuetudo Iudaica, vel Aegyptia fieret, vendendi sacerdotium, & emendi. Aiunt enim eum, qui apud Iudæos Patriarcha falso nomine dicitur, vt pecunias cumulet annis singulis, & intra annum quoque sæpius Archisynagogos mutare. Similiter & Aegyptiorum Patriarcham hunc imitando peragere, vt impleatur Propheticum illud, Sacerdotes eius cum muneribus responderunt, & prophetæ eius cum pecunia diuinabãt. Horum omnium extant commentaria, & supersunt iudices, neque vna die discussio facta est omnium, vt gratis Theophilus mentitur, sed biennnio integro. Satisque fuit his, qui depositi sunt, futuro iudicio liberari, vnúsque ex his ipsis negotiis publicis obnoxius fuit. In eorum autem locum substituti sunt alij virtute clari, & vita simul, & gratia diui sermonis ornati. Verùm enim fortissimi isti, & nimium contentiosi, post Ioannis exilium, accepto eo, quod acceperunt (nõ enim habet malitia nomẽ, sicuti ne substantiã quidem) huiusmodi abiectos ante quadriennium in ecclesiã reuocãt: pulsis illis, qui legitimè fuerant surrogati, in summã ouium Christi perniciẽ, & singulare detrimẽtum. Quod autẽ est ridiculosissimũ omnium, imò lamentatione dignissimum, si audieris,

Mulieres testes in causa Simoniæ, etiam meretrices. Extra de Simo. cap. Tanta laebes.

Theodore

Hier. 19. Theodore chariſſime, tinnient iuxta prophetam ambæ aures tuæ, pietatísque affectu deflebis Episcoporum vesaniam, terra manu Christi dona vastantium. Quas enim cũ ieiunio, & prece, & approbatione cleri, ac timore Petrus, & Ioannes ordinationes faciebant, isti contrà post crapulam, & ebrietatem, cum miserabilibus donis, abortiua hominũ ordinantes, quæ neq; porcis, aut canibus digna cẽsentur, iusta sententiá Iob, qui ex persona Domini Saluatoris de ipsis prophetauit dicens: Quos indignos arbitratus sum canibus gregum meorum, qui sub stipula morabantur. His igitur cum Mimis, ac ludęis, tanquã Christi amicis, à sapientibus sacerdotij arcana creduntur: quorum gratia, ipsa quoque oratoria fugiunt fidelium populi. Peruenit ad vos quoq; nouũ hoc Ephesinæ ecclesiæ, inauditúmq; facinus. Quidni enim? Est nanq; maritima, vnde facile rumores emanant, & remotiora etiam penetrant. In loco enim Ioannis illius, qui euangelium scripsit, qui supra sapientiæ pectus fideliter, & fidenter accubuit, de quo scriptum est, quem diligebat Iesus, cui Pauli discipulus Timotheus, ad quem duę ipsius feruntur epistolæ, successit, abominatio desolationis stat. Ordinantes enim tribuni Victoris eunuchum in sede Episcopi collocarũt: eum verò, qui à septuaginta Episcopis fuerat ordinatus, carceri hactenus incluſum seruãt, virum apprimè liberalibus disciplinis imbutũ, & qui post vitam solitariam, ac diuinarum literarum peritiã singularem, accersitus ex eremo, triennium diaconi fuerat perfunctus officio. Atq; vtinam ordinatus eunuchus vitæ honestate polleret: esset id malum fortasse tolerabile. At nunc terræ intestinum est, qui ordinatur, ventri subditum, in fœminas insaniens, impudens, ebriosum, scortum emptitium, illiberale, cupidũ, ab ipsa statim natiuitate ferro obnoxium, neque vir, neque fœmina, vesanum, & qui, vt fama est, inter Satyrica conuiuia theatricas humeris puellas gessit, capitéque coronato edera, craterem ferens manu, in morem fabulosi Dionysij, vina fudit. Hæc autem omnia non ante baptismum, sed postquam baptizatus est, gessit: ex quibus sanè colligitur illum resurrectioni non credere. Qui enim resurrectionis fundamenta concussit, quomodo hic ei credere possit? Porrò, qui resurrectionis abnegat fidem, quo pacto resurrectionis præco erit? Quomodo enim prædicabũt, nisi crediderint? Hic nulla quidem mercede castus est, ferro sectus: cæterùm insanit frustrà ob suam turpitudinẽ. Hæc sunt, quæ in Asia gesta fuere, de quibus interrogasti literis Theophili prouocatus, qui ait, sexdecim Episcopos à Ioãne fuisse depositos. Scito igitur in veritate sex tantum fuisse: harum rerum commẽtaria seruantur apud nos subscripta à viginti duobus Episcopis, qui initio causam audierunt, & à septuaginta, qui deposuerũt, & iudiciũ terminarunt. THE. Ignosce mihi Pater, ista omnem ebrietatem, & insaniam, & ludibrium superant. Nam & insani, & ebrij, & pueri quandoque resipiscunt, & horum gratia, quæ turpiter, & inordinatè gessere, aut dixere, erubescunt: hi autem & ætate, & sensu, vt videntur, integro, non modò super his, quæ gessere, non pœnitent, sed firmam, & ratam persistere suã nequitiã cupiunt. Qui enim nõ exhorruerunt euãgelium scelesto imponere capiti, super quod immites saltauere mulierculæ, quibus aliis cõnumerandi sunt, nisi his, qui spineam coronam Dei filio imposuerunt? Cæterùm vt ista omittamus interim, plena dedecoris, quæso, si nosti, quo pacto Porphyrius Antiochenę ecclesiæ sit constitutus Episcopus, aut à quibus constitutus antiquam hominis vitam, insignis, an obscura fuerit, & dogmata ipsius vera, an falsa sint, diligenter doceas nos, ob id maximè, quòd & Romanæ scripsit ecclesiæ, neque rescripta accipere meruit. Eadem erit mihi, quæ fuit hactenus, ratio veritatis. Non enim obliuiscar vocem dicentis Domini mei: De omni verbo ocioso rationem reddent homines in die iudicij. *Matt. 12.* Ego id quoque audacter adiecerim: Et de omni auditu ocioso. Itaque & te ipsum tuere cautius, si quid me non veraciter prosequi animaduertis. Neq; velim canis cedas nostris, sed rerum naturæ, veritatiq; consentias. Quid enim vtilitatis mihi prouenit ex his, quæ vel heri, vel hodie dixi, si mentiar in perpetuum coram discreto iudice confundendo? Quomodo feram molarem detractionis lapidem, ceruici mentis impositum, eorum gratia, qui scandalum ex mendacio modò passi sunt: me in gehennæ profunda demergere? Porphyrius iste in ecclesia diutius versatus, & diaconi, & sacerdotis perfunctus officio est. Sed planè nihil habuit in moribus grauitatis, & in nullo vnquam ecclesiæ spiritualiter contulit. Cæterùm vicinis, & religiosis Episcopis infestus iugiter, quòd ex maxima esset ciuitate, & amicos haberet principes, iudicia vitiabat. honestíque ordinationibus insidias tendens, morum astu, versutiáque tempestiuè Episcopis subrepebat, inuitos quoque, vt ita dixerim, ad leues ordinationes, ac noxias pertrahens. Est enim iuxta comicũ Menãdrum, acris admodum assentatio peruersitati coniuncta. Ait quippe: Durum est, Pamphile, mulieri liberæ aduersus scortum rixari: plurima nouit, plura malignatur, erubescit neminem, blanditur magis. Iusta Salomonem verò: Sermones adulatorum molles, ipsi verò feriunt intima ventris. Castimoniæ itaque, & aduersus carnales voluptates cõtinentiæ, inimicus est nõ secus, ac vultur vnguenti, adeò vt etiã Sodomitico crimini obnoxiũ fama vulgauerit. Cùm enim & leges, & mensuræ, & muri voluptatibus sint à natura cõstituti, calcato, vt multi aiunt, muro, contrita mensura, lege violata, huiusce de se suspicionem genuit, Magorum, & Aurigarum, & eorum qui veteres fabulas in honesto motu, & obuerso crure præferrent, principem, ac socium esse. Magis nanq; opem ferre, atq; amicè congredi, vsq; adeò non declinauit, vt etiã in cõmentariis variorum magistratuũ hoc illi crimini datum sit. Non legerat infelix sapientis dictum illud: Quæ facere minimè oportet, ea neq; puteris dicere. Aiunt illũ prẽter cætera scelera, sacra quoque vasa post ordinationem suam fudisse, principibúsque largitum, vt planè perspicuum sit, eũ non ratione, sed tyrannide obtinuisse eos, qui infelici sorte sibi sunt subditi. Nam quo tempore Ioannes in Armeniam extorris actus, Flauianus quoq; Antiochenus Episcopus migrauit ad Christum. Animaduertit Porphyrius populũ omnem in Constantiũ presbyterum coniecisse oculos, virósq;, & mulieres ex eo pendere, qui à teneris, vt aiunt, vnguiculis seruierat ecclesię, vir, iuxta historiã Iudicum, ambidexter, quippe, quæ putabatur illius lęua, dextrã aliorum facilè superabat. Fuerat enim is primũ ab epistolis, quo munere perfunctus, absq; turpis lucri suspicione vlla, lector deinde, ac postmodũ diaconus est ordinatus. Regnãtem verò mortalibus voluptatem, & incẽtiua libidinis sine dolore superauit, vt ait Salomon. Electorũ manus facilè superabit. Nam superare quidem ista & illi fortasse possint qui sunt admodũ mali, dum aut metu, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

verecundia corporali se actione coercent, magnam A sibi inferentes vim. At verò cœlestium amore superare infima omnia, illorum est solum, qui Deum affectu intimo diligunt, quos etiam Electos scriptura nominat, dicens: Electorũ manus facilè superabit. Est quippe Constantius ipse supra cæteros mitis actu, & contemplatione singularis, celeriter conspicatur omnia, magna cum grauitate exercet, sapiens, strenuus, misericors, cupiditatis inimicus, in iudicio iustus, ad iniurias patiens, in persuadendo potens, qui, vt afflictos liberet, ieiuniis sæpius ad vesperum vsque persistit, honestatem ipsa facie præ se ferens, seuerus aspectu, maturus incessu, virgo purissimus, & qui florem, & gratiã vultus in ipsis quoque infirmitatibus seruet. Hunc igitur tanti meriti virum pecuniis hoc modo fugandum curat. Scripsit ad principes, eúmque vt nouarum rerũ, ac seditionis autorẽ obtinuit in Casum exilio relegari. B Hoc ille vbi didicit, amicorum auxilio Cyprum contendit, ibíq; seruatus est. Ipse verò Porphyrius Cyriacum, & Diophantum presbyteros, & clericos cæteros vexans, obseruabat tempus, in quo ciuitas omnis ad suburbana procederet. Erant secum Acacius Seuerianus, & Antiochus, & eorum complices, in abdito tamen. Agebatur tunc celebritas Gẽtilium, insignis certaminibus Herculis, quæ Olympia appellãt, in qua mulieres quoque, cum turbis populorum, Daphnem ad certamina spectanda properabant. In hac solitudine ciuitatis, ecclesiam vnà cum memoratis Episcopis, & clericis paucis irrumpẽs, ordinatur clã, ianuis clausis, adeò raptim, vt metu ne deprehenderentur, ne orationem quidem perficere quiuerint. Huiusmodi quippe adulterij natura spuria & gignit, & facit. Porrò Seuerianus, & socij, accepto precio, per montes, & inuia fugere, humanum quidem effugientes metum, sed diuinam planè indignationem diuini timoris ignari incurrentes. Vbi verò soluto spectaculo, populisque in vrbem regressis, quid factum fuisset nunciatum est, summo dolore concitati die illa, quòd iam in vesperã declinasset, quieuerunt. In crastinum verò accepta tam immani clade, confluxere simul omnes, ignem, ac stipulam ferentes, vt Porphyrium, vnà & domos eius incenderent. At verò Porphyrius non ignorãs, quàm esset exosus omnibus, relicto Deo, sese ad ducem exercitus contulit, implensque illi manus, contra Saluatoris discipulos in aciem ducit auersum ab Isauricis bellis. Atque Isauri quidem ferociſſimi Rœssum, Seleuciámque vastabant. Porphyrius verò, & Valentianus comes cum exercitu catholicorum ecclesiam prædabantur. Crucis signum venerabile, quod illi ferentes D in humeris, litanias in campo agebant, pedibus suis cõculcantes. Modicum fluxerat tempus, cum ille ad exercitum solicitè mittit, agítque apud Ducem, vt suus quidam senex atrox, peruersisque moribus, nocturnis præficeretur excubiis, vt licentius bonos quosque, ac fideles vexans, caperet ciuitatem: alius profectò Nero, cuius & mores imitari studebat. Non enim nouit ille persuadere dictione, sed summa vi, & iniquitate vexare: qui Deo minimè placere intendens, non errãtes ad illum animas, reuocare, sed Serpentis implere ventrem super pectus gradientes curat. Pergunt igitur vel inuiti populi, metúque verberum congregati vidẽtur ad ecclesiam, re autem vera vitam suam execrantes à Deo patientiæ suæ præmia se percepturos sperãt. Ad hæc stupefactus Theodorus ait: Vt video, Pater prẽter naturæ ordinem ista contigere: solent enim inanis gloriæ cupidi, vt hominibus placeant, assentari, mensásq; instruere exquisitissimè, atq; vt amentur, boníque appellentur, conuitia quoq;, & sputa ipsa interdum tolerare. Porphyrius itaque, siue alius quispiam, quo pacto supplicia, & exilia intentet, ignoro. At id quidẽ admiratione dignũ est, Theodore, quòd hi ad tantam nequitiæ vesaniam proruperunt, vt nõ modò hominibus placere non studeant, verum facinorũ quoq; suorum confusionẽ omnino non sentiant. Malitia quippe malitiam in malitia promouet. Tunc enim malitia inanẽ gloriam profert, cùm blanditiis capere stultos querit. Sinautẽ & adulatione, & mensę luxu superiores offenderit, quos obtinere studeat, minas iam, ac supercilia profert, vt quos blãditiis deliciísq; non potest illicere, immanitate, metúq; deterreat, sicuti in martyribus cõtigit. Et ibi enim vtraq; arte pugnabatur, donorúmq;, & honorũ laqueo illi tentabãtur, qui gloriolas quærebant. Porrò fortes, & amici Dei, per cruciatus, & minas, & sartagines, & eculeos, ac feras, & cętera, quę vehementer excruciãt, genera pœnarũ agebãtur. Clerus itaq; Antiochenæ Ecclesiæ insignior occultè conueniens, ne ipsis quidẽ Ecclesiæ parietibus propinquat, vnà & illustrium matronarũ multitudo clàm cõuenit, quarũ in primis gratia stulti facti sunt cupidi quiq; pastores. Quid verò de Constãtinopoli dicã? Quanta illic multitudo, deserta Ecclesia, sub † diuo cõgregatur ad preces? Nõ habẽt, qui ecclesię tractãt negocia, tam multos auditores silentij sui: nullus enim apud eos sermo est. THE. Amouisti ab animo meo scrupulũ, quo tenebatur, Pater, oculis, quæ dixeras, cernenda subiiciẽs. Nam verborũ consonãtia, & narratio verax, certiorẽ me fecerũt vera esse, quæ gesta sunt. Impossibile C enim est sibi cõgruere, & cohærere mẽdaciũ. Oro itaque nobis & de Olympiade, si qua nosti, enarrare pergas. PAL. Quam tu Olympiadẽ dicis? sunt enim huius nominis plurimę. THE. Diaconã illã Constãtinopoleos, Nebridij quondã à prẽfectis sponsam. PAL. Illa verò mihi notissima est. THE. Cuius meriti mulier est? PAL. Ne quæso mulierem dicas, sed virum. Est enim, prẽter sexum corporis, vir. THE. Quonammodo? PAL. Vitæ sanctimonia, laboribus, scientia, passionúmq; tolerantia. THE. Cur ergo illam Theophilus maledictis incessit? PAL. Quis nam ille est? THE. Alexandrinus Episcopus. PAL. Videris mihi Theodore, quæ diutius versauimus oratione, oblitus esse. THE. Cur obsecro? PAL. Qui veritati nõ pepercit, sed hanc, vt ante docuimus, conculcauit, qui ecclesiã omnẽ, quæ sub cœlo est, cuius liberandæ gratia vnigenitus Dei filius descendit ad terras, nõ honore, sed contumelia affecit, is mulieri viduę, quæ in orationibus vitam consumit omnem, qua ratione pepercisset? Mente cuncta pertracta, si quem vnquã bonorum omisit, quem non suis maledictis impeteret, cui omnis est odiosa religio. Cur hoc & ex epistolis illius non cõiicis, sibi inuicem repugnantibus? Sanctũ enim Epiphanium, Constantiæ Cypri Episcopum, qui triginta & sex annos ecclesię præfuit, sub Damaso, & Syricio, cum hæreticũ, & autorem scismatis appellasset, in epistola ad Innocentiũ, postea in Ioannem maledicta contorquens, sanctissimũ vocat Epiphaniũ. Quoties ille huius, cui nunc detrahit viduæ genua spe accipiẽdę pecuniæ exosculatus est, illa vicissim humi procumbente, & lachrymas, quòd sibi Episcopus hæc faceret, profundente? In quo tamẽ ei derogat? THE. In eo, quòd proiectos ab se monachos susceperit hospitio.

† Forté dio.

PAL.

PAL. Et licet Episcopo, aut conuenit omnino abiicere quemcunque discipulum, ne dixerim monachum? THE. Quid si illum prouocarunt, aut maledixerunt? PAL. Num iræ suæ satisfacere debuit, aut sua curare maledicta? Quomodo hic iam Christi iniurias curabit, qui gloriam propriam quærit? Cur potius non imitatus est Paulum dicentem: *Ioan. 5.* Maledicimur, & benedicimus. THE. Quid si alterius sectæ monachi erant? PAL. At illos corrigere suadendo debuit, non abiicere. THE. Et si ille hoc fecit, ipsi verò, vtpote, contentiosi, minimè paruerunt. PAL. Apostolicum illud oportuit exequi: Hęreticum hominem post vnam, & alteram correptionem deuita, sciens quòd peruersus est huiusmodi non abiicere, & prædari, & adiectis principum minis, agere extra patrium solium. THE. Perfecti hoc fuerat viri, Deóque dilecti, & patientissimi. PAL. Atqui magna laus non est, deteriorem ferre. Verùm, si perfectus, vt constat, non est, quomodo Episcopus? Imperfectus enim imperfectorum salutem qua ratione curabit? Quam item impropriè Theophilus dicitur, qui à Dei amore desciuit, cuius gratia facilè iniurias hominum debuit ferre. Quod si Deum non diligit, ne seipsum quidem. Qui verò suimet inimicus est, quomodo iam alios diliget? Nihil igitur mirum, si Olympiadem, quòd monachos susceperit, vituperare contendit. THE. Constat quidẽ Theophilum iracundiæ nimis obsecutum, illos abiecisse, qui cùm tãdem illi fuerint siue hæretici, siue catholici, non tamen eos Olympias suscipere debuit. PALL. Bene illa, an malè tibi fecisse videtur? THE. Malè, vt dixi. PAL. Vnquám ne beneficentia culpatur? THE. Et sæpe, cùm scilicet in malos, & non merentes emanauerit. PAL. Qui nã igitur erant illi quinque milia, quos ex quinque ordeaceis panibus Saluator pauit, boni, an mali? THE. Boni scilicet, quippe qui pasci à Saluatore meruerunt. PALL. Cur ergo ordeaceis pasti sunt, si boñi fuerint? THE. Quia fortè triticei non aderant, fame dominante. PALL. Incredulitatis denotantur elogio, vt boni, an verò vt mali? THE. Constat, quia vt mali. PALL. Possunt illi ipsi & boni esse, & mali. THE. Ita sanè. PALL. Quonam modo? THE. Deteriorum quidem comparatione boni, præstantiorum verò collatione mali censentur. PALL. Ritè tu quidem sentis: hoc ita que modo monachi etiam & boni erant, & mali. At enim fideliſſima mulier eos suscepit, vt bonos: Theophilus verò, quod non debuit, abiecit, vt malos. THE. Sed obiecit ille, quòd ad se contristãdũ inimicos suos susceperit. PAL. Id quidẽ magnũ defectus indiciũ est, quòd vel appellat inimicos, qui, vt Christi discipul', gloriari iniuriis debuit. THE. Vbi nam verò quinq; milia viri à Saluatore exprobrantur vt dicis? neque enim apparet. PALL. Quando secũdò congregati accesserunt ad Iesum, atque ab illo audierunt: Quæritis me non quia vidistis signa, & prodigia, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis. THE. Manifestum est. Quid verò perfidus, ipse & malus est. THE. Ita sanè. PALL. Malos igitur an bonos pauit Saluator? THE. Liquet, quoniam malos (non enim sani opus habent medico, sed infirmi.) *Matt. 5.* PALL. Quid ergo mali fecit Olympias, imitata Dominum suum, qui pluit super bonos & malos, & super iustos, & iniustos solem suum oriri facit? Exprobrant & Pharisæi discipulos domini dicentes: Quare cum Publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magister vester? THE. Vt video, præter multorũ sententiam honesta carpuntur, & fœda diliguntur.

PALL. Quare istuc dicis, Theodore chariſſime? THE. Quia nisi tu ista planius aperuisses, & syllogismo euidenti comprobasses, in solidam issem opinionem: non intentioni liberè, sed Theophili scriptis obsecutus. PALL. Quid si sancti viri illi probati fuerint, non modò nõ mali fuisse, sed plurimos quoque à malitia ad bonam virtutis frugem reuocasse, nonne videbitur horum insectator non persecutione, sed planè miseratione dignus, qui bonos semper violare, malos autem suscipere pergit? THE. Ita est, vt dicis. Nam licet illi, vt est opinio multorum, sapientes, ac sancti non fuerint, aget præteritus syllogismus, vt Olympias extra culpam sit, quæ Saluatorem studuit imitari. PALL. Quodnam, oro, fidelius testimonium existimas, euangelij, an Theophili? THE. Perge quæso. habetur enim id pro confesso apud omnes, illum & sanctos viros nimis ira proiecisse, & hanc ex superstitione, & inimicitia, sub prætextu monachorum, maledictis fuisse insectatum. Nã cùm secerneret seruilibus illis, & blãdis obsequiis nihil proficisse, nihilque ab ea, præter cibos, & xenia suscipere, ad maledicta ex more conuersus est. PAL. Audi igitur, humaniſſime Theodore, video enim te posteritati profuturum, quippe tuæ adolescentiæ indoles honorabilem fore in senectute pollicetur. Viri isti ex Christianis orti parentibus, & à teneris vnguiculis Deo subditi, nunquam passi sunt, neque cùm essent multum adolescentes, seruire vanitati, neque cum turbis inuersari, sed occupantes, quæ ad meridiẽ est, solitudinem, lõgè ab omni hominum habitatione semotam, sibi facere tuguria, quibus & solis incendia, & cæteram aëris intemperiem declinarent. In his perpetuò viuentes, tempus omne in orationibus, lectionibúsque contriuere, tantum operi manuum operam dantes, quãtum sufficeret eis ad tenuem victum, melius esse arbitrantes, cum capreis, & volatilibus, & bubalis versari, quàm inter homines Deum ignorantes epulari. Horum natu maximus, emẽsis iam nonaginta annis, conuersus est diutius cum Beato Antonio, Hierax appellatus, quod illi nomen hactenus proprium est. Alius Ammonius, cum duobus fratribus monachis, & vno Episcopo, qui etiam sub Valente ferro colla vincti exilio relegati sunt, vt omnis Alexãdria nouit, annos natus. lx. tanto scientiæ donati munere, vt nihil ex his, quæ plerisque de scripturis viderẽtur obscura, eos penitus fugerit. Ex his duo migrarunt ad Christum, Cõstantinopoli defuncti, Ammonio quidem, vt Aurelius & Sisinius narrauerunt, circa finem vitæ prophetante, magnã persecutionem, & scisma deterrimum ecclesiis imminere, auctoréque cladis turpissimo fine consumendos, atque ita demũ vniendas ecclesias. Quod ex parte iam factum cernimus, futurúmque speramus. Hinc enim quorundam corpora Episcoporum, & laicorum morbus assumens variis cruciatibus agitat, lenta febre intestina depascens, pruritúsque intolerabili, totam superficiem vnguibus lanians: longi quoque intestini perpetui dolores, & collica passio. Cuiusdam pedes, intercutanei morbi instar nimia inflatione turgescunt. Alteri nimia humoris redundantia ad manus vsque deriuans, eos, qui malè subscripsere digitos mixto frigori incendio cruciat. Alium aqualiculi tumor, & putredo

ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex secretiore parte corporis in longum se intendens, & vermes gignens, acriter vexat. Ad hoc respirandi difficultas, omnium intentio membrorum, imaginésque nocturnæ in canes rabiosos, & destrictis gladiis barbaros, & vocem horrendam transeuntes, insomnem somnum plerisque faciunt. Alius equo lapsus dextro perfracto crure, continuò moritur. Alius, amissa voce, octo mensibus iam marcescit in lecto, qui
Confiteri scripto. nec manus ad os apponere potest. Alius viuens crura sensim vsque ad genua per triennium vritur erysipeli molesta fatigatus. Alius inflata, vt aiunt, lingua, cum febre vehemēti, nec valens eam intra præstitum à natura locum continere, in pugillari scribens, confitebatur scelus suum. Erátque videre diuinitus illatam irā,
Psal. 87. variis in autores mali sæuire modis. Qui enim animarum medicum irritauerant, eiúsque discipulum de salutis officina proiecerant, corporum medicis ad incēdendum, ac cædem tradebantur: qui dolorem quidē solennibus medicamentis acuebāt, salutem verò nullam penitus præstare poterant. Et meritò sanè. Quis enim eum sanabit, qui à Deo cruciatur? Sicut propheta ait. Nunquid medici resuscitabunt, & confitebuntur tibi? In hunc modum omnes ecclesiasticę pacis aduersarij peribant. Fertur autem ad sepulchrum Ammonij monachi plurima miranda fieri. Sepultus est autem transmare, in basilica apostolorum. Porrò Episcopus Dioscorus, vt aiunt, cùm perpetuis à Domino precibus poscoret, vt aut moreretur, exaudiri meruit, & quia mundus dignus pace non erat, mortuus est, ac sepultus in martyrij ecclesia, quæ est ante portam. Videas hodie complures mulieres per nomē Martyris iurare solitas, omisso priore iuramento, per orationes iurare Dioscori. Enimuero de monachis reliquis multa, quæ dicam, habeo, nisi fortè festināti tibi, Theodore, molestum sit ea audire. THE. Et quis adeò infelix est, vt de virtutibus loquenti non libenter det locum, & aurem intentè subiiciat? Perge igitur quæso, & quacunque narratione probabili animum nostrum à curis secularibus, & cogitationibus auoca.
PALL. Est & alius Hierax, Gentili appellatione sic dictus, spiritualibúsque insignibus virtutis ornatus. Is primò quidē extra omnē Aegyptum in Porphyritem secedens montem, absque vllo humano refrigerio quatuor annos perstitit, sola virtutum recreatione cōtentus. Deinde ad Nittię loca contendens viginti quinque annos vnà cū memoratis patrib⁹ vixit, huic absentes dęmones, vt ipse nobis referebat, ,pmissione diuturnioris vitę, apposita spe, in Angelos lucis se trās figurantes eum amouere curabant. Quinquaginta dicebant adhuc annos habes viuere, quomodo persistere eremo poteris? Ille per fidē intelligens è cōtra loquebatur. Contristatis, inquiens, me, breuius, quàm putabam, tempus instituti mei fore asserentes. Ego enim ducentos annos acturum in eremo existimabā, atque ad hoc me stadium comparaueram. Hoc illi audito cum vlulatu ingenti discessere. Hunc ipsum tamen, quem dæmones mouere nequiuerunt, prolixa vitæ spatia pollicentes, vt in acidiam præcipitarent, Theophilus per edictum expulit, atque in huiusmodi necessitatem impulit, vt castra quoque adire cogeretur. Qui nunc post Ammonij mortem, rursum ad deserta contendit, euangelici aratri parabolam veritus.
Alius item presbyter Isaac nomine, Macarij discipu-
Luc. 9. lus illius, qui Antonio magistro vsus fuerat, deserti studiosus admodum, quinquagesimum agens ætatis annum, omnem scripturam tenet memoriter, cerastas serpentes tuto manibus ferens, qui ex matris vtero virgo cum septennis eremum occupasset post annos quadraginta solitariæ quietis à Papa Theophilo, cum memoratis viris, extorris agatur. Alius item Isac, & ipse presbyter, Cronij presbyteri discipulus, ac successor, qui & ipse discipulus Antonij fuerat, scripturarum eruditione præstantissimus, ac supra modum fermè hospitalis, adeò vt præ eximia benignitate Xenodochium in eremo constituerit, in refrigerium & ægrotantium monachorum, & peregrinorum, ad visendos sanctos patres confluentium. Hic omni felle iræ vacuus, cùm trigesimū in vita solitaria egisset annum, cum cæteris quoq; versatus est. Ex his prior ille Isaac centum quinquaginta sub cura sua monachos habuit, cuius ad septem, siue octo discipulos Episcopos Theophilus statuit, cùm adhuc esset Theophilus.
B Alius dicentem decem, cuius etiam discipuli plurimi Episcopis connumerati sunt. Hi sunt, quos suprà memorauimus, Isidori presbyteri causa, fuisse à Theophilo papa pulsos eremo. Hi sunt, quos sacerdotes, & leuitæ despexere, quos ad confusionem virorum virilis susceptit mulier, Atq; ad Episcoporum damnationem, Diacona fœmina hospites habuit, cuius laus in ecclesiis canitur, quæ Samaritanum illum, quicunque tandem fuit, est imitata, qui vulneratum à latronibus *Luc. 10.* semiuiuum inueniens, cum descenderet Ierico, proprio illum imposuit iumento, & vsque ad stabulum tulit, & oleum clementiæ cum seueritatis vino permiscens, vulneribus adhibuit curam. Sed hæc hactenus. Quantam hæc pecuniarum copiam, quanta villarum pretia egenis distribuerit, non est nostræ facultatis euoluere. Illi ista prosequantur, qui experti sunt.
C ego enim nullius horum indigui. Audi maiorem ipsius quoque virtutem. Pupilla nanque cōiuncta viro, permissa non est à præscio omnium Deo, qui hominum præuidet exitus, carnis seruire voluptati viginti integros menses viro, eius matūrè subtracto. Fertur autem virgo esse. Nam apostolicæ legi renuit seruire dicenti: Volo adulescentiores viduas nubere, matres familias esse, & quidem cum & genere, & opibus, & *1.Tim.5.* eruditione singulari, & ingenio liberali, & forma, & ætatis flore præcelleret, sed, dorcadis in morem, seculi connubij laqueos constanti voluntate transiliens. Iusto em̄ lex posita non est, sed non subditis, prophanis, & qui corruptelæ inexplebiliter inhiant. Contigit autem, diaboli inuidia, vt huius immatura viduitas ad aures Theodosij principis peruenirent. Qui hāc
D Elpidio cuidam, cognato suo Hispano coniungere in matrimonium cupiens, cum post plurimas preces id obtinere nequiuisset, tristabatur. Ad quem illa, si, inquit, me vellet Rex meus copulari viro, nunquam priorem mihi abstuliſſet. Quoniam autem me parum idoneam coniugali vitæ cognouit, viróque placere minimè valentem, & illum iugali vinculo absoluit, & me grauissimo iugo virilis seruitutis eripuit, suaue cōtinentiæ iugum ceruicibus meæ mentis imponens. Hoc responso accepto, Theodosius, præfecto Vrbis mandauit, vt omnem eius substantiam custodiret, quousque trigesimum ætatis impleſſet annum. Ille accepta procuratione regia, eam adeò vexabat ab Elpidio submissus, vt nullam haberet facultatem vel insignibus Episcopis congrediendi, vel ecclesiam ipsam ingrediendi, vt his angustiis coacta, præ angore animi cōiugalem eligeret vitā. Illa è contra his oblectata

ctata magis, & Deo gratias referens, Imperatori ista
A rescripsit. Et Imperatori debitam, & congruam Episcopo virtutem in me humilem ostendisti, mi Domine, mandans graue onus meum custodiri, cuius me despensationis cura macerabat. Erit autem gratius, si iusseris id pauperibus, & ecclesiis diuidi. Ego enim iam dudum à vanitate, quæ solet ex hac largitione subsequi, metuebam, ne terrenis implicita negligerem diuitias naturales. Ita postmodum reuersus à bello, contra Maximum feliciter gesserat, cùm illius tolerantiam, laborémque comperisset, in sua eam libertate esse iussit. THE. Iustissimè sanè hunc Ioannes in honore habuit ita laborantem. PAL. Abstinet illa quidem animatis omnibus, balneásque nunquā adit. Quod si infirmitatis necessitas vrgeat, crebris enim passionibus, ac morbis atteritur, induta camisia descē dit in aquas. Veretur enim, vt aiunt, & se ipsam. THE.
B Dicitur & sanctum Ioānem valde curasse, & refecisse. Et quidem ipsius virtute dignum conferre in eum potuit, nisi vt quotidiani victus illi sollicitudinē demeret, quodquidem minimum non est Christi operariis, qui noctu, & interdiu, quæ Christi sunt, curant, sicuti
Rom.16. Paulus ait Persidam salutans, quæ forsitan Olympiadis laboribus par erat. Salutate, inquiens, Persidam
Philip. 2. dilectissimam, quæ multum laborauit in Domino. Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Scio hanc sanctum Nectarium plus fuisse admiratum, adeò vt in ecclesiasticis quoque rebus mulieri obtemperaret. Amphilochium verò, & Optimum, & Petrum Basilij fratrem & Epiphanium Cypri sanctos viros quid memorem? quibus illa & pecunias donauit, & villas. Optimo certè, dum Constantinopoli moreretur, oculos suis manibus clausit.
C Ad hæc miserabiles quoq; illos non modicè refrigerauit in omnibus, Antiochum scilicet, Acacium, & Seuerianum, & omnes prorsus aduentantes sacerdotalis ordinis viros, monachorum item, ac virginum infinitam multitudinem. Ioannes tamen, quoniam, vt ita dixerim, formam se venturis Episcopis missum existimabat, quo pacto viuere debeant, & iusta beatū
1.Cor.9. Paulum, mercede propria prædicare pœnitentiam, nihil de ecclesiasticis attingens, solius diei capiebat cibaria, deuitans semper huiusmodi curas. Aiunt illum, dum carnalem sumeret cibum, mira verecundia detineri solitum. Quemadmodum enim mala, cum ad supremam venerint maturitatem, diutius in ramis permanere non sustinent, sed Domini requirunt manū, ita & in sanctis fieri videas, cùm cœlestis pulchritudinis desiderio, & amore ardent, ante præ-
D finitum sui obitus diem, frui promissione festinat. Sic & in paruulis fit. Illi enim sæpenumero dum oblita melle cibariola auidè præstolantur, seruandi appetitus gratia propositos cibos minimè attingunt, vt expectata suauitate satientur. Agnoscunt, quæ dicimus, qui eadem vestigia viæ spiritualis incedunt. Sermonem enim prudentiæ, laudabit eum, & adiiciet super ipsum. THE. Consolatus es me, Pater eximie, dum singula mihi diligentius exposuisti, quæ prætendens fama vulgarat, gratia quadam, & suauitate, quæ dicta sunt, condiens. Hoc tamen dixerim non graue futurum, si de ecclesia victum sibi sanctus Ioannes vindi-
Matt. 10. casset, secundum Domini verba dicentis: Dignus est
1.Cor.9. enim operarius cibo suo. Et illud item: Quis pascit gregem, & gregis lacte non vestitur? Quis autem plantat vineam, & de illius non percipit fructu? Nón-

ne scripturæ verba sunt hæc? & alia plurima. PALL. Congrue tu quidem, sapientérque prosequeris ista, Theodore, sed iunge præteritis etiam sequentia verba. Cùm enim sacra lex tribuat facultatem, vt, qui sacra operantur, de sacris comedant, bonorum æmulator Paulus quid addit? Non sum vsus hac potestate in corporibus, vt consors euangelij in spiritualibus sim, neque offendiculum ponam infirmis, dicente iterum Paulo. Si quis enim te viderit habentē scien- *1.Cor.8. Rom. 14.*
tiam in infimitate recumbere, nónne conscientia eius, qui infirmus est, ædificabitur ad imitandum infirma? Nam si res ad nos vsque subsisterent, nullúsque nobis in populi regimine, & cura succederet, dicere delinquendo possemus: Viuamus, vt volumus, vtamúrque, vt placet, secularibus rebus. Quoniā verò hi, qui post nos futuri sunt, nobis quasi magistris vtentur, nostrā-
B que lege, atque more viuent, necesse est, vt non solùm nobisipsis, sed ei, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, viuamus, plebisque infirmitatem excitantes exemplo, atque verbo, ad frugaliorem, & castiorem victum reducamus, nos ipsos corripientes, iusta illū, qui ait: Quis est homo, qui timet Dominum, legem *Psal. 24*
statuet ei in via, quam elegit. Nam temerariis quidē, ac miserabilibus, imprudentérque peccantibus legē Dominus ponit, quasi seruitutis amantibus spiritum, vt item ait Dauid. Legem ponet Dominus delinquē- *Ibid.*
tibus in via, puniétque prævaricantes. Verum enim iustus mensuras seruilis legis, modosque transiliens, & eo, quòd diligat Dominum, ad sortem adoptionis, libertatisque festinans, sibi ipsi legis est autor, cuius- *Ieb. 31.*
modi & facto, & verbo fuit Iob. Testamentum, inquiens, statui oculis meis, vt non sentirem in virgine.
C Quod nam verò id fuit testamentum. nisi vt lasciui- *Psal. 118.*
entes, ad pudicitiam cogeret? Ita fermè & Dauid ait. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ: ancipitem, dubiámque sententiam iureiurando deuinciens. Tantorum patrum imitator Ioannes, vt legitimus planè, non spurius filius, lasciuium, & publicum mortalium gregem, & variis concupiscentiis oberrantem curare desiderans, atque ad austeriorem partem vitæ transferre, suimet & iudex, & legifer erat, se ipsum constanti iudicio muniens, atque à conuiuiis, & conuentibus scurrarum, & ridiculosorum, ac inania loquentium hominum penitus remouens, atque animę oculum spirituali armatura corroborans, ne cōuiuij, aut improbi sermonis gratia, stultitia inueniens aditum pudicitiam, frugalitatémque corrumperet. Cor- *1.Cor. 15.*
rumpunt enim, inquit, mores bonos colloquia mala.
D Quo circa etiam insidias passus est. Grauis enim eis erat ad videndum non secus, ac lucerna lippientibus oculis. Huiusmodi Ieremias quoque miscricors fuit, *Hier. 1*
qui infidelitatem Principum, & Sacerdotum planctu, lacrymísque prosequitur. Quis dabit, inquiens, capiti meo aquam, & oculis meis lacrymarum fontes, & lugebo populum meum die, ac nocte? Et rursum. Quis dabit mihi mansionem in deserto nouissimam, & derelinquam populum meum, & discedam ab eis? Omnes enim adulterantur. Huiusmodi profectò conuē-
tum pseudoprophetarum, & sacerdotum malorum collegium nominat. Item & alio in loco ad Dominū clamat, non quòd ille ignoret, sed vt nos imitari debeamus: Domine, inquit, si sedi in concilio impiorum ludentium, sed reuerebar à facie tua. Sedebam solitarius, quia amaritudine repletus sum. Consona his & Dauid loquitur, dicens: Non sedi cum cōcilio vani- *Psal. 25.*
tatis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Apertiúsque,quid vellet,exponit,dum addit,Odiui ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Lauabo inter innocentes manus meas, & circundabo altare tuum Domine. Qui verò minus altaris curam habent, dorsáque illi dederunt,non modò illotis manibus,& donorum expectatione, & perceptione, falsáque inscriptione cruentis, verum & infectis luto pedibus, illud calcitrando conculcat, de quibus &
Ezech.9. Propheta Iezechiel signanter ait.Et introduxit me ad ingressum atrij, & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis, fodi. Et perfodi, & vidi, & ecce porta vna. Et dixit ad me. Ingredere, & vide iniquitates pessimas, quas faciunt hic. Et ingressus sum, & ecce omnis similitudo serpentium, ac iumentorum,& idola mala,& abominationes. Et dixit mihi:Vidisti fili hominis,quæ faciunt seniores do
B mus Israël in tenebris, in cubili suo occulto. Impurã illorum significans mentẽ, quoniam dixerunt. Non videt nos Dominus. Dereliquit dominus terram. Et dixit ad me.Adhuc videbis iniquitates maiores,quas isti faciunt.Et introduxit me in alium locum, & ostẽdit mihi.Et ecce ibi mulieres sedentes,& flentes Tambuz. Et rursus induxit me in domum Domini interiorem,& ecce illic viginti quatuor seniores,&.vultus eorum peruersi, & dorsa eorum ad altare. Et dixit ad me.Num parua ista sunt,quæ domus Israël facit?Coacti sumus propheticæ lectionis mentionem facere, propter eos, qui se esse aliquid existimantes, seipsos decipiunt,& ecclesiasticam pacem confundunt, eóque mensæ Domini terga dederunt. Quibus iudiciũ
Iudæ Apost. locus. ociosum non est, & eorum non dormitat perditio, qui terrena sapiunt, de quibus & Iudas frater Iacobi
C ait. Hi sunt in epulis suis malè conuiuantes, sine timore se ipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, fluctus feri mari despumantes suas confusiones, sydera errãtia,quibus procella tenebrarum in æternum seruata est. Nempe dum nubes sine aqua vocauit,iniquam ipsorum grandinem signat,viti inimicam : dum verò sydera dicit errantia,insidias significat nauis.Porrò nauis, & vinea ecclesia est.Quæ nam verò sunt,quæ istos sequuntur necessariò. Audi eundem rursus Prophetam Iezechielem : Et ostendit mihi,& ecce viri egrediebãtur de via portę sublimis, quæ respicit ad Aquilonem. Et vniuscuiusque securis in manu eius, & vir vnus in medio eorum indutus talari tunica, & zona saphiri super lumbũ eius. Et ingressi sunt, & steterunt iusta altare æneum. Et gloria Dei Israël ascendit cherubin, quæ erat super eis in subdiali domus. Et vocauit virum, qui in-
D dutus erat talarem tunicam, qui habebat super lumbum suum zonam, & dixit Dominus ad eum:Transi per mediam ciuitatem Ierusalem, & da signum super frontes viro rũ gementium, & dolentium super omnibus iniquitatibus quæ fiunt in medio eorum, & ipsis dixit,videlicet sex, qui secures habebant, audite me. Ite in ciuitatem post eum scilicet,qui imponebat in frontibus, & percutite, neque parcatis oculis vestris, neque misereamini senioris, & adulescentis, & virginis, & infantes, & mulieres occidite in exterminium.Super omnes autem, in quibus est signum, ne appropinquetis,& à sanctis meis incipite,& ceperunt à viris senioribus, qui erant in domo Domini. Quod si quis de Iudæę prophetis hæc prædici autumat : hic saluatoris quoque ignorare videtur aduentum. Non enim ante captiuitatem, sacerdotio functus est Iezechiel,quippe, qui puer adhuc in captiuitatem abductus., per dispositionem Dei trigesimo anno visione diuina,& futurorum reuelatione dignus est habitus, sacerdos in ipsa captiuitate consecutus, vt ipse ait: Et factum est in trigesimo anno,in quarto mense, quinta mensis, & ego eram in medio captiuitatis super fluuium Chobar.Item post pauca, Factus est sermo Domini ad Iezechielem filium Buzi,sacerdotem in terra Caldæorum super fluuium Chobar. Nempe si quis angustatus hinc dicat præcedente Saluatore, qui & crucis signum in frontibus dedit, neque Saluatore credito, subsecutum esse Romanorum regnum sub Vespasiano,qui quadragesimo anno concidit synagogam,quæ iniqua patrauerat:suscipimus quidem ita sentientem, sed ipsum, vt noui testamenti filium, oramus, Paulo horum magistro vt credat, de omni-
B bus huiusmodi libris dicenti: Hæc autem in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines seculorum deuenerunt. Hoc autem dico : non quòd ferream romphæam super inimicos Dei venire cupiam:absit. Neque enim Propheta de ferro loquitur,sed de alia quadam cruciante virtute,de qua idem Iezechiel dicit. Terra super quam gladium inducam. Inducam vero pro eo, quod est permittam, ait. Et acceperat populus terrę virum vnum, & posuerint sibi in speculatorem, & viderit speculator gladium venientem, & tuba insonuerit, & significauerit populo,& audierit,qui audit, & non se obseruauerit. Veniens autẽ gladius acceperit aliquẽ, sanguinẽ eius ab eo requirã, quia nõ audiuit vocem tubæ.Et rursum.Si autẽ & speculator viderit venientem gladium, tuba non insonuerit, neque significauerit populo , veniens autem gladius apprehenderit quempiam,sanguinem eius de manu speculatoris exquiram,quia cùm videret gladium,tuba nõ cecinit. Istiusmodi periculum,nequaquam dormiens infidelitatis somno , neque voluptatis pigritia signis B. Ioãnes ante oculos habuit,& tuba sublimis,nequaquam obscurum edebat somnum, sed apertam planè scientiam ingerens diabolici gladij pericula fugere omnes hortabantur. Et hi quidem, qui conscientiam mundam veluti signum in animæ fronte gessere , per gratiam Christi , cum ipsis fidelibus Romanis seruati sunt: qui verò inquinatam habere conscientiam,sacerdotes, ac populos ad contentionis mutuæ studia concitauerunt,vt omnibus malis sua incommoda obumbrarent. THE. Mirabili ordine ista prosequeris, Pater. Verum cùm pro confesso habeatur perdifficile,
D in hac vita mortali hominem inueniri absolutè perfectum, dicente scriptura : Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis fiduciam habebit mundum se esse à peccato? videtur beatus Ioannes nescisse vti tempore:potentibus enim aduersari minimè oportet. PAL. Videris mihi, optime Theodore, nimium esse astutus. Nam,cùm initio congruum miserationis affectum nobis, non sine gratia quadam compunctionis, ostenderis , paulatim obiurgatorem te aperuisti. Neque enim hi, qui putantur inimici , tam aciter illi inquam detraxerunt. THEODO. Quid, oro, indignaris , Pater, si dixi beatum Ioannem tempori non esse obsecutum?cùm scriptura dicit:In locis potentum ne steteris. Et rursus,Redimentes tempus, præcipuè in his, qui monita , vtilitatémque non capiunt. PALL. Felices vos, qui scripturas ita disseritis.

Ezechiel quãdo sacerdos.

Ezech. 1.

Prou.21.

Ephe.5.

tis. Nam, quod apud Ecclesiastem dicitur: In locis A potentum ne steteris , aduersus indignos sacerdotio dicitur,ne illi rapere studeant. Potentes enim virtutis magistros intellige , Apostolos primum , qui potentes virtutis induerant spiritum,deinde imitatores eorum. Porrò quod tempus redimere monemur , non simulationi inseruire debemus,vt cum furibus curramus,aut cum adulteris ponamus partem nostram,sed peccati tempus virtute redimere, non illud venundare peccato. Qui autem hoc modo sensim redimit tẽpus,totam redimet vitam suam , vt omissis omnibus vitæ iucundis, cœlesti suauitate fruatur.Ità & Martyres fecere, qui vitam exponentes mortalem , immortalitatem sunt consecuti, reuera tempus redimentes. Certè,nisi ista ita intelligantur, necessariò & Moysen, & Heliam , & Micheam , & Danielem , & Ioannem Baptistam,& Isaiam,& Petrum,& Paulum , ne plures
Moyses. Elias. B enumerem,tempus suum ignorasse fatebimur. Ex his enim alius salutem sibi fuga mercatus est, Gentilis viri oues in montibus pascens. Alius dolore fatigatus præcipitatur in somnum, neque parietis, aut saxi vllã inueniens vmbram , sed sub iuniperi virgulto requiescens,ad vmbrã minimè idoneo: Alius sectus, Alius,
Esaias. Daniel. Micheas. ne pietatem violaret, in leonũ missus est lacum: Alius adulteri in morem vinctus, seruabatur in carcere, panem doloris , & aquam angustiæ accipere iussus, vt lõgo tempore maceratus, vi abrumperet vitam, quoniam aduersus Regem constantia, & libertate vsus erat. Quid memorem Ioannem,quo inter natos mulierum maior nemo est natus ? Num ille tempore nesciuit vti,quoniam ob apertam adulterij Regis increpationem capitè cęsus est,dum morbum Herodis insanabilem, tanquam peritus medicus , aut intendere C moliretur,aut scindere? Eadem profectò ratione Ioãnes quoque noster misericordia, & dilectione arguebat errantes. Quod si Baptista tẽpus non nouit, quomodo seculorum opificem, & cognitionem agnouit,
Ioan.1. dicens:Ecce agnus Dei,ecce , qui tollit peccata mundi? Quomodo item Petrus, & Paulus ecclesiæ columnæ tempus ignorauerunt,qui etiam post mortem volentibus , atque pulsantibus aperiunt , & claudunt pœnitentiæ tempora? Quorum alius quidem cruci suffigitur, pedibus in cœlum versis , vt cœleste signaret se iter ingredi : Alius propter singularem in Christo confidentiam capite plectitur, ne verò excideret capite. Noli ergo suscipere , qui sanctorum clàm detrahunt confidentiæ. Gẽtilium enim,& eorum,qui se existimant sapientes,ista consuetudo est,qui vitę prę-
D sentis studio martyrum pergunt vituperare constantiam. Neque enim vel gladium obtusum , vel confidentiam esse inefficacem dicet. Quemadmodum verò ab vnguento flagrantia , ita & à confidentia beniuolus non secernitur animus. At si quidem in famulis priuatim,aut amicis,aut necessariis reprehẽsio fieret, in quibus erubescere molestum est , fortassis huiusce confidens crimini esse obnoxius , quòd tempus , aut locum ignoraret. Quod si in ecclesia & proborum laudes, & negligentium vituperationes fiunt, quî exasperamur, causásque disquirimus ? dum , suppresso nomine, vtiliter arguimur , nec Paulo obtempera-
1.Cor.10. mus dicenti : Quæ in macello veneunt , edite , nihil disceptantes. Quod nisi fiat,dicemus iterum sanctos arguendos scandalizasse ciuitates quasdam, atq; prouincias,& alias item laudibus eneruasse. Primus namque sanctus Iob Phœniciam quandam regionem insimulat, quasi ea Satan immiserit aduersarium suum dicens: Partiuntur autem illum Phœnicum gentes. Deinde Moyses, & Prophetæ Aegyptum culpant, fornacem ferream appellantes, ac tenebras. Palæstinam è contra laudibus extollunt , repromissionísque terram eam vocant, cùm constet , virtutum studiosis Aegyptũ esse repromissionis terram. Palæstinam verò negligentibus non modò fornacem ferream , sed & tenebras exteriores esse perfidiæ gratia. Neque eũ loca probro,aut laude sunt digna,sed studia.Quid autem pluribus immorari opus est?Nũquid Paulus Cre-*Tit.1. Gal.3. 1.Cor.8.* tenses mendaces appellans , & insensatos Galatas, & Corinthios inflatos,& alios aliter, his solis hæc applicuit vitia,hoscéque reprehendit solos,ante etiam omnes?Siue rursus cùm Romanos fideles vocat,& Ephesios intelligentiæ laudat , quibus & sublimius scribit,
Rom.1. Eph.1. Thes.5. & Thessalonicenses amatores fratrum dicit,num his solis has laudes adscribit? Minimè id quidem,sed spiritu sancto plenus , & probra , & laudes aposuit,vt qui dignus esset laudibus, ea in seipso recognoscens, promptior fieret,qui verò vituperari mereretur , admonitus doleret , & probari deponeret causam. Neque ergo soli Galatæ insensati , neque soli mendaces Cretenses, neque Corinthij superbi soli. Vbiq; enim omnia sunt, eo quòd vna quoque natura sit, quæ vel peccet, vel virtutibus studeat , & propriæ voluntatis arbitrio,aut hoc, aut illud eligat. Hoc igitur modo in ecclesia confidenter agebat Ioannes , imò esurientibus virtutis partiebatur edulium, peccatum reprehẽsionibus manifestis eliminans,& Paulo obtemperans
1.Tim.5. dicenti:Peccantem coràm omnibus argue, vt & cæteri metum habeant. Porrò si qui in id stultitiæ , ac superbiæ deuenerunt,vt suas quoque voluptates laudari velint , huiusmodi consuetudinẽ Dei serui non habent. Nam qui cupiditatem, & fornicationem , & aliam quamlibet obscœnam voluptatem vituperari indignè ferunt , nihil aliud dicunt , quàm oportere huiusce pernicioſum virus admittere. THEO. Ingentes habeo gratias huic ad nos profectioni tuæ,Pater optime , atque sanctissime. Fuit enim illa nobis vtilis profectò,& salutaris, vitæque monumentum. Cúmque post prolixã laudationem, ac digna senis præconia Theodorus tacuisset, vnus ex adsistentibus erupit in vocem, Quónam,inquiens,modò, cum tot insignibus sanctitatis Ioannes excelleret , superbus tamen erat. PAL. Ipse illum præsens superbum dicisti,an ab alio audisti? Respondit ille. Non noui ego virum, sed coriarium quendam audiui , dum diceret: Rarò illi, præter ecclesiam collectam, posse quempiam congredi , quòd molestè ferret volentibus diutius colloqui. Hoc autem superbiæ , ac fastus apertum documentum est, consortia se quærentium, & alloqui volentium fugere. PALL. Et cuius alterius erat,Ioannis vituperare philosophiam,quàm coriarij, qui etiam fœtorem sui ministerij contubernalem perlibenter haurit? Si enim superbiæ indiciũ est vitare turbas,erit & Ioannes Baptista superbus , secũdum rationem tuam, qui ad deserta secessit. Saluator
Matt.3. item non effugiet crimen, qui videns turbas , vt scriptum est,ascendit in montem, & cùm sedisset, accesserunt ad eum Discipuli eius,& non turbæ. Et rursus, cùm vidisset turbas, recessit seorsum : cuius exemplũ Ioannes quoque noster pro viribus imitatus , fugiebat turbas, eíq; maximè delectabatur , qui veraciter discere aliquid vellent. DIACONVS, Præclarè

tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu quidem scripturæ exemplis persuades. Quid verò dicere ad id potes, quòd non modò turbas, sed vnũ quoque, vel duos declinabat. PALL. Et vnus quoque, si nugator, & inutilis fuerit, turba est. Denique eiusmodi ille fuisse videtur, qui, cum Saluatori diceret: Magister, sequar te, quocunque ieris, audire metuit: *Matt.8.* Vulpes foueas habent, & reliqua. Nónne hunc Dominus similiter fugit, vt turbas? Num verò dicere poteris, Ioannem, ex quo baptizatus est, aut iurasse vnquam, aut periurasse, aut esse oblocutum, aut fuisse mẽtitum, aut maledixisse quempiam aut scurrilia verba tolerasse? DIA. Nihil equidem huiusmodi dixerim, sed iniuriosum tantum fuisse coniecto. PAL. Quæso te, qui nihil horum, quæ præmisimus, fecit, is quomodo linguæ intemperans fuit, vt passim cuiquam inferret iniurias: Est em̃ in paruo, & in magno par facinus, & eadem inquinatio. DIA. Quid ergo est quæso, quòd ita homines loquuntur, & quando ab huiusmodi locutione cessabunt? PALL. Audi igitur, & noli vltrà sequi vulgares ineptias: neque enim erit vlla excusatio. Qui rectè non viuunt, ne recta quidem opinari possint, semper loquentes inania, atque ad id solum vacantes, & nunc maximè, cùm nemo contraire audet. Quippe & de Saluatore nostro Deo, cùm supra hominem viueret, prophetæque merita excederet, miraque loqueretur, & faceret, monstruosa tamen de eo loquebãtur, porcorũ instar, aut muscarum, ista de illo colligentes: hoc enim illa tunc tempora requirebant. Alij nanque dicebant: Decipit mũdum, Alij In Beelzebut principe dæmoniorum eijcit dæmonia. alij, Ecce homo vorator, & vini potator. Alij Samaritanus est, & dæmonium habet. Et quid me illorum conuitia colligere necesse est? Hoc *Matt.16.* Saluator minimè ignorans dicebat apostolis: Quem me dicunt homines esse filium hominis? Cui respondentes discipuli honestiores de illo opiniones nuntiarunt, dicentes. Alij quidem Heliam, Alij verò Hieremiam, Alij autem Ioannem Baptistam, malorum hominum verba reticentes. Quos ille rursus interrogat, *Ioan.1.* eos ab hominibus segregans (Non em̃ iam erant homines, sed filij Dei, Dedit em̃ nobis verbũ potestatẽ, filios Dei fieri) Vos autẽ quẽ me esse dicitis? Responderunt non omnes, sed solus Petrus, ex prima tamẽ & ex sententia omniũ: Tu es Christus filius Dei viui. Cuius responsionis rectitudinẽ Saluator admittens, sententiam protulit, dicens: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Ad hanc igitur lineã nunc quoque reperies non modò in Ioanne, sed in omnibus etiam probra, atque laudes. Et sicut per id tẽporis malè de Christo, & Apostolis dicebatur, cla- *Act.19.* mantibus Ephesiis: Hi sunt, qui peruerterunt orbem. Nunc autem ea opinio transiuit in gloriam. Ita inuenies Ioannẽ quoque apud posteros, vt martyrem honorari, cùm illi defecerint, qui laudibus illius aduersantur. Et quique porcorum, aut canum viuentes vitam, dicent: Decipit mundum, & reliqua. Porrò discipuli, qui illum studiosè, & cum amore inquirunt, dicent: Tu es Christus filius Dei viui. Qui si sub Saluatore Christo, inter tot millia hominum, duodecim initio inuenti sunt, qui IESVM agnoscerent, cum plurimi de illo hodiéque delirent, quid de Ioanne miramur, qui ad Christi saluam non attingit? Et quid dico saluam? ne ad fimbriam quidem. Omnes enim gentes, vt Isaias ait, quasi stilla de fistulla, & vt

A saliua reputatæ sunt. Is est autem modus iniuriæ, quã illi obiecisti. Primum enim nunquam ille consueuerat ex instituto suo cuiquã blãditi, ne iniurias quidem inferre: Sin autem ex discipulis charissimis suis aliquos siue clericis, siue Episcopis vidisset, de abstinẽtia cuiusB libet rei, seu de executione virtutis corporalis insolescere, ac superbire, contraria eos per iurgium appellatione compescebat: vtputa, qui aquam biberet, ebriosum, nudum rebus omnibus, cupidum, eleemosynas facientem, furem vocans. Est enim & hæc grata doctrinæ species ad chariores quosque discipulos, per id, quod non adsit, roborare quod adsit. Re autẽ vera honorabat pudicum adulescentem, plusquã intemperantẽ senem, & senẽ studiosum discendi, plusquam imperitũ iuniorẽ, & pauperẽ imperitũ, plusquã auarum eruditum, secularem probum, plusquã ociosum monachum. Hæc fortassis illi iniurias appellant, qui honores quærunt. Et quidem cùm scriptura cõtumelias quoque contineat, Ioanne quidem ad illos, qui se docendi veniebãt, dicente: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? *Matt.3.* Et Paulo in actis Apostolorum dicente Pontifici: Percutiet *Act. 23.* te Deus, paries dealbate. Saluatore item ad Iudæos *Matt. 12.* nunc quidem: Generatio mala, & adultera signũ quærit, dicente. nunc autem apostolis omnibus, O stulti, *Luc.24.* & tardi corde: Alias verò Petrum Satanam appellante, cùm dicit: Vade post me Satanas, scandalum enim mihi: cum grauis certè nulla subesset causa, per quam *Matt.16.* hisce contumeliis agerentur. Silentio itaque amplectamur disciplinam, cum spirituales diiudicare nequeamus. Neque enim odio habentes iniurias irrogant, neq; inflati solitudini student, sed charitate omC nia faciunt: huius rei gratia & omnes, quorum nobis virtus in sacris literis traditur, declinasse imperitorum gregem, atque aduersatos esse comperies, ne lapsu tẽporis facta consuetudine, aut aliquid virtutis amitterent, aut quippiam illorum malignitatis haurirent. Sara prima monuit virum Abraam ancillæ vt filium, puerum licet, communib⁹ arceret laribus, ludere illũ cum filio suo Isaac indignè ferens, ne fortè huiusce *Gen.21.* familiari consuetudine, illius mores, ac studia traherentur. Iacob ipse fuga salutem adipiscitur, in Mesopotamiam peregrinando profectus. Loth, adhortantibus angelis, à Sodomitis impiis separatur. Moyses ille magnus effectus, vt dixi, & filius filiæ Pharaonis dici non substinens à tyranno, eiúsque satellitibus, Deo prouidente, disiungitur, sibíque cõsentientes ad fugam, exitúmque sollicitat. Prophetæ nequissimoD rum hominum vulgus linquentes in solitudinibus fermè vixere. De quibus & Apostolus ait: In solitudinibus, & montibus, & speluncis oberrantes: ne scilicet *Heb. 11.* iniquorum permixtione aliquid sordis attraherent, non ignorantes, quantum consuetudo valeat ad fallendum, vtque familiari conuictu soleat ad eadem prærupta, & præcipitia trahere. Neque id modò, verùm quia ipsa quoque per se malorum familiaritas, probrum simul, & perniciem infert, præterea & fœda, & inhonesta est. Non enim per naturam habet aliquid, quod non oblectet, substinere, vel ad modicum illi immorari. Semper enim simile simili charum est: cuius etiam rei gratia dicitur: Omne animal diligit simile sibi: Quod verò dissimile est inimicum, a- *Eccl.13.* lienúmque censetur. Quis enim vnquam inducet columbam, aut turturem legentem semina, miluis, coruisve inuersari, carne vescentibus? Quis anserem, aut gruem

gruem herbas edentem, vulturibus congredi? Quæ A
2.Cor.6. enim communio luci ad tenebras? Aut quæ societas virtuti cum iniquitate? Quod consortium bon, ac malis? DIA. Quomodo igitur dicit Apostolus: Om*1.Cor.9.* nia omnibus factus sum, Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer: his, qui sine lege sunt, tanquam sine lege essem, vt eos, qui erant sine lege, lucrifacerem. PALL. Testimonium istud, virorum optime, nihil ad ea, quæ dicta sunt, confert. Non enim ait Paulus, factus sum negligentibus negligens, aut nugantibus nugax, aut cupidis cupidus, aut huiusmodi aliquid, sed factus sum quasi hoc, aut hoc, non definitè hoc & hoc: non enim idẽ est alterum, quod alterum. Eius profectò generis est, quod ab Apostolo, aut dicitur, aut geritur, cuius condescẽsio & si magna emolumẽta non affert, nulla tamen inuehit detrimenta. Factus sum enim inquit Iudæis tanquam Iudæus, vt Iu- B
dæos lucrifacerem, cùm certè ex Iudæis esset, circuncisionémq; suscepisset. Cur ergo dicit, tanquam Iudæus, & non absolutè Iudæus? Sabbata nempe celebrasse vnà, vnáque ieiunasse sæpe deprehenditur, nõ vt Saluatoris decreta violaret, sed vt huiusce consuetudine illos ad perfectiorem scientiam traheret, dum se ad illorum declinabat infirma, medicorum instar, qui infirmorum voluntatibus interdum condescendunt, cùm neque semper eis assideant, neque eiusdẽ morbi participes sint, neque eisdem desideriis macerentur. Congruit enim hoc profectò doctori institutum, non inuersari diutius turbis, sed sibi quiescere, ac sollicita indagatione scrutari morborum, ingeniorúmque varietates, vt faciunt peritissimi medici. Illi nanque multum temporis in libris conterunt, vt & infirmitatum causas prædicere, & remedia præC stare possint, tantum infirmis propinquantes, quantum satis sit ad cognoscendum morbum, adhibendúmque remedium. Non vnà ludunt, aut prandent simul: neque enim profitetur medicinæ virtus infirmis concœnare, atque colludere, sed eos ad sanitatem reuocare. Define igitur obsecro, neque eadem vltrà disquirere, Virtus enim nunquam probris garrulorum, & illoto ore loquentium vincitur: Magisque suscipe sententiam meam, tuisque auribus hostiarium admoue, ne omne suscipiant verbum, atque intus admittant, quod postea perturbet animum tuũ. Mihi verò permitte, vt ea, quæ restant narranda, absoluere possim. Festino enim cœptum exequi iter, Ad hæc Theodorus ait. Quid quæso de Episcopis illis actum est, qui cum nostris missi sunt, Eulysio scilicet, Palladio Cyriaco, atque Democrito? Id enim D
solum de illis audiuimus, quod exilio relegati sunt.
PALL. Si priora illa, quæ de beato Ioanne memorauimus, absque vlla sunt suspicione mendacij, eáque memoria retines, hæc etiam, quæ percontaris, exponam. THE. Adeò hæc pro certis habeo, ac si ea ipse coràm geri vidissem. Volo autem id sit tibi meæ credulitatis argumentum, quæ ea intentissimè audi-
Hinc colligunt nõ à Palladio sed Theodoro scriptum hũc dialogum. ui, quæ dicta sunt, memoriæque altius infixa teneo, scripturæ fortè tradẽda per me, si Deus iuuerit, in memoriam generationis nostræ, & eorum vtilitatem, qui Episcopatum desiderant, vt Ioannis imitatores, aut vestri sint, qui amore veritatis viam sanctorum Martyrum æmulati estis, aut certè id onus ferre velle desistant, quod virium suarum excedit modum, humiliorem quidem, sed tutiorem laicorum amplectẽtes vitam. Præstat enim apud peritos gubernatores, dato naulo, vectores fieri, atque seruari, quàm assumpto gubernatoris loco, nauẽ vnà cum mercibus perdere, atque submergere. His igitur de beato Ioanne decursis, quę ad eius initia, atque incremẽta pertinere videbantur, quemadmodũ scilicet in ecclesiis Antiochena, Constantinopolitanáque floruerit, vtque promotus sit, atque insidias passus, emensis item, quæ in medio contigere, cladibus, quas perditi homines studiosè concitarunt, & de Porphyrio itidem, ac de Ephesinæ ecclesiæ Eunucho, annuntia nobis, precor, & reliqua, qui nam scilicet in carcere mortui sunt, quíve de Ioannis communione in exilium acti. Est enim planè iustissimum, talium virorum memoriam excequi pro alacritate, & consolatione viuentium. Nã si in seculi rebus, serui, qui pro Dominis concludun- B
tur, aut cæduntur, aut excarnificantur, beneuolentiã ab illis, libertatémque consequuntur, quanto magis, qui Christi amore cruciantur, honores ab ecclesia, beneuolentiámque promerentur? De quibus & Apo- *Heb.11* stolus ait: Vinctis quasi simul vincti, his, qui affliguntur, quasi afflictionis socij simus: vtpote & ipsi in corpore constituti, & casibus mortalis conditionis obnoxij. Pretiosa enim in cõspectu Domini mors sanc- *Psal.115.* torum eius. PALL. Præclarè tu quidem, Theodore. Igitur audi, quæ cupis nosse. Episcopi, vt initio quidem fama vulgauit, in mare præcipitati, vt autem veritas continet, in exilium ad remotiora, & barbara loca ducti sunt, ibique à satellitibus nunc vsque seruantur. Reuersus enim diaconus quidam, itineris ipsorum comes, retulit Cyriacum quidem Emisenum octoginta millibus passuum Palmyrã Persarum oppidum adductum esse: Eulisium verò Bostræ Arabrũ C
in castellum, quod Nusphas appellatur, Saracenis adiacens, relegatum: Palladium Blemmiorum, siue Aethiopum episcopum seruari prope locum, qui Syene vocatur: Demetrium intus in Oasum Mazicis proximam: sunt enim & aliæ Oases. Seraphionem autem post inumeras absque vlla probatione, calumnias, cũ atrocitate iudicium violassent, in patriam, vt fama est, propriam relegarunt. Hilarius vir sanctus, & senex, post plagas non à iudicibus sibi, sed Acro impositas in interiorem Pontum missus est, qui decem & octo annis panem non gustauit, soláque olera, vel legumina in cibum habuit. Antonius intra Palæstinæ speluncas se inclusit. Timotheus Maroniæ, & Ioannes Lydiæ Episcopi in Macedonia esse memorantur, Rhodon Asiaticus. Mitylenem profectus est. Gregorius Lydius esse in Phrygia dicitur. Brisso Palladij fra- D
ter, ecclesia sua sponte derelicta, in agello suo degit, terram propriis manibus fodiens. Lampetius verò, vt aiunt, in agro Lydiæ à quodam fouetur Eleutherio, lectionibus vacans. Eugenius in patria est. Elpidius magnus ille Laodiceæ Syriæ Episcopus, vnà cũ Pappo, tres anni sunt, ex quo gradus domus nunquã descenderunt, orationibus insistentes. Heraclidas Ephesius quadriennium iam Nicomediæ carceri inclusus est. Reliqui de communione Ioannis, partim quidem Attico communicarunt necessitate cõpulsi, & ad alias ecclesias Thraciæ translati, partim nescimus vbi sint. Aiunt Anatolium in Gallias concessisse, Presbyteri vero in Arabiam, & Palæstinam exultarunt. Tigrius in Mesopotamiam relegatus est. Philippus fugiens in Ponto diem obiit, Theophilus in Paphlagonia versatur. Ioannes Aethrius Cæsariæ constructo monasterium. Stephanũ in Arabiam relegatum, à

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum, à carnificibus Isauri abstractum in Taurum dimisere. Salustium Cretæ immorari fama est. Philippũ monachum, atque presbyterum Scholarum audiui infirmari in Campania. Sophronius diaconus Thebaidę seruatur in custodia. Paulus diaconus dispensateris adiutor in Aphricam profectus memoratur.

Alius Paulus Hierosolymis est. Elladius palatij presbyter Bithyniæ in agello proprio degit. Plurimi Cõstantinopoli delitescunt. Alij verò in sua quisque discessere. Syluanus autem sanctus Episcopus Troade piscatu sibi victum quærit. Stephanus monachus, qui Romanorum epistolas detulit, huiusce rei gratia Cõstantinopoli cæsus, atque in carcerem coniectus est, cúmque oblatam sibi communionem, vt admitteret, induci non posset, latera, & pectus nimia immanitate dissectus, vt ego hisce oculis hausi, & Christi gratia fortassis ad secunda certamina reseruatus, post decimum curæ suæ mensem Pelusium extorris agitur. Prouincialis quidam inter scholares alas militans, q Ioanni studeret, accusatus, post varias plagas, & atrocissima tormenta, in Petram exul agitur. Elpidij presbyteri famulus, quinquaginta, vt aiunt, numismatibus, vt Ioannem dolo interficeret, mercede conductus, deprehensúsque, quòd tres haberet gladios, eos, qui se deprehenderant, septem singulatim percussit. Ex his quatuor continuò sepulti sunt: tres diutissimè curati, sanati sunt, homicida illo absoluto. Eutropius beatissimus, virgo, purus, cantor cæsus, & latera, ac frontem vsqueadeo sectus, vt supercilia quoque vellerentur: lampadibus postremò ad latera, ossibus iam nudatis, vtrinque admotis, in ligno moritur, mediáq; nocte ab his, qui hoc egerant, sacerdotalis ordinis viris sepellitur, Deo illius morti dignum testimonium perhibente, quòd passionem Redemptoris esset imitatus. Audita enim psallentium cœlitum vox, angelicas patefecit excubias. Retulit autem is, qui ab episcopis redierat, diaconus, eos à ductoribus suis immissione quorundam in tantum vexatos, vt tæderet etiam viuere, mortémque sibi imprecarentur omnes. Nam pecunias in sumptus necessarias eis auferẽtes, inter se partiti sunt, nudisque imponẽtes iumentis, bidui iter vna conficiebant die, profunda iam nocte diuertentes, & nocturnis item tenebris ad iter exurgentes, vt neque infelices escas continere stomachus posset. Turpibus præterea, obscœnisque sermonibus impetere illos non desistebant. Palladio autem etiam seruum tulerunt, cogentes ipsum literas quoque exponere, quas habebat. Demetrium vnus ex militibus adeò afflixit, vt profunda iam vespera illum etiam percuteret vomere. Qui continuò corruens expirauit, multis doloribus maceratus. Prædixerat enim Palladius, vt ex commilitone veniente didicimus, Aliud iter non cõficies, sed miserabiliter morieris. Ecclesiæ namque omnino propinquare non sinebant hospitãtes aut in stabulis, vbi scortorũ erat multitudo, aut in Samaritanorũ, vel Iudæorum synagogis: quibus illi angustiis pressi, noua semper animo versare cogebantur. Dixit autem vnus ex Episcopis: Quid de diuersoriis querimur? Num enim in nobis est morari vspiã, vt voluntate propria, & electione lasciuientes pœnas expendamus: An ignoratis hæc omnia & contigisse prius, & futura etiã postmodũ, per quæ oĩa glorificatur Deus? Quã multæ istiusmodi meretrices, quæ vel obliuionẽ Dei cœperãt, vel illũ semper ignorauerant, cõspectis nobis, in timorem Dei, cogitationémque, venerunt, fortassis in melius conuertendæ, siue certè ad deteriora non prolapsuræ. Non parum autem est rationali animæ, quæ à perturbatione vexatur, respirare vel modicum, quod est pudoris fomẽtum, adeò vt dixerit, qui hæc sustinuit, magister gentium Paulus: Christi bonus odor sumus in his, qui seruantur, & in his, qui pereunt, eo quòd spectaculum facti sumus angelis, & hominibus. In tantam verò acerbitatis insaniam Episcopi oẽs de communione Theophili, per totũ Orientẽ, sicuti monachus rediẽs retulit, deuenerunt, vt ex his plerique nõ modò debitam humanitatem nõ exhiberent, verũ milites, datis muneribus, inducerent, vt eos ocius ciuitatibus pellerent. Sunt autẽ, q ista gessere, Tarsensis, & Antiochenus, & Cęsariẽsis, atq; ante oẽs Ancyranus, & Pelusiẽsis Episcopi, partim donis, partim etiã minis militũ animos cõtra eos ita efferãtes, vt ne laicos quidem eos excipere hospitio cupientes permitterent, sicut in epistolis canonicis Caio contra episcopum quendam scribit beatus Ioannes. Hospitalitatẽ Caij maximè susciens, eúmque admonens, ne malos imitetur Episcopos. Est autem hic fermè textus epistolæ. Caio dilectissimo, quẽ ego diligo in veritate. Dilectissime, in omnibus te rectè incedere cupio, & bene valere, sicut rectè incedit anima tua. Gauisus sum enim vehementer venientibus quibusdam, & nuntiantibus mihi, quoniam in veritate ambulas, & in quibus requiescere sanctos fecisti. Maius hoc gaudium non habeo. Et addit: Scripsi ecclesiæ, sed ambitiosus horum primarius Diotrephes non suscipit nos, verbis malis nugax, & non cõtentus his, neque ipse suscipit fratres, & volentes prohibet, atque ecclesia eiicit. Deinde rursus admonet, dicens: Dilectissime, noli imitari malum. Qui enim bene facit, ex Deo est, qui autẽ malè, non videt Deũ. Antiquæ nequitiæ totum apposuimus testimoniũ, vt eorum, qui nunc sunt huiusmodi sentẽtiam agnoscamus. Laudabat autem, atque admirabatur secundæ Capadociæ Episcopos, vt qui actis in exiliũ Episcopis, magnum ostendisset miserationis affectum, & in primis Theodorum Tyaneum mitissimum virum, Bosporiúmque Coloniæ, qui quadragesimũ in Episcopatu agebat annum, & Seraphionem Ostracinæ quadragesimum & quintum annum in Epistolari officio supergressum. Ad hæc stupefactus Theodorus, cum diutius in eorum admiratione tacuisset, ait.

THEO. Quid igitur ad hæc dicemus, Pater? Num hora iam nouissima est, & discessio, iuxta Pauli vocẽ, per ista susciepit initium? vt iam reueletur filius perditionis, qui aduersatur? Nam quia mali prosperentur, & in huiusmodi operibus persistendo præualeant, boni verò è contra præmantur, atque vastentur, illũ propè esse cum horrore me admonet.

PAL. Est quidem proximus finis, sapientissime Theodore, secundum illũ, qui ait: Pueri nouissima hora est, illúdq; de Euangelio: Exiit autem Paterfamilias circa horam vndecimam operarios conducere in vineam. Nouissima verò duodecima horarum extrema est. Si autem ante quadringentos annos dictum est ab Apostolo, nouissimam horam imminere, multo magis nũc. Sed enim ab initio ista contigere, Deo ad exerendos iustos permittente, quando illos Diabolus examinat, vt Saluator ait: Simon Simon, expetiuit vos Satanas, vt cribraret, velut triticum, Ego autem oraui pro te, vt nõ deficiat fides tua. Neque verò pro solo Petro orauit IESVS, verum & pro omnibus, Petri habentibus fidem,

fidem, nihil aliud significante cribro, quàm mortalẽ voluptatum, ac dolorum circulum plenum foraminibus, per quę terreni quilibet à vero tritico in infernum cadunt, dum alij quidem per gulæ foramen decidunt, quorum Deus venter est. Alij per voluptatis, de quibus ait Propheta: Spiritu fornicationis seducti sunt. Neque enim fornicatores, neque adulteri, neq; molles regnum Dei possidebunt. Alij item per auaritiæ foramen dilabuntur, hi scilicet, qui Idolatriæ sibi coniugem desponsauere. Alij verò per iræ, ac furoris, quíque ferales tenebras amauerunt. De quibus Ioannes ait: Qui odit fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc. Ira enim, vt in Prouerbiis legitur, perdit etiam sapientes. Alij per acidiæ, atque obliuionis cauernam ruunt, qui in animi vigilantia non perdurant, illúdque Psalmistæ dicunt: Dormitauit anima mea præ tædio, quibus exprobrans sermo diuinus: Væ, inquit, vobis, qui perdidistis patientiã. Et quid facietis, cum visitauerit Dominus? Alij per irrationabilẽ gloriã, de quibus Psalmista prædixit: Quoniã dissipauit Deus ossa hominibus placẽtium. Alij per iactantiã, & fastum, id est, arrogantiam, quos, veluti desertores, Propheta insimulat, dicens: Superbi inique agebãt vsquequaque, à lege autem tua non declinaui. Vnũquodque autem horum vitiorum complura comitantur. Fastum inuiuidia sequitur: auaritiam odium: illiberalitas, atque mendacium, furorem: ira, siue iracundia, contumeliæ, inuidentiæ: fornicationem obliuio, priuatio timoris, pigritia, Zeli boni defectus, inutilésq; vigiliæ. Inanem gloriam curiositas, perceptio munerũ, apparatúsque magnifici, simulationes, acceptiones personarũ, atque fallaciæ. Superbiam arrogantia, crudelitas, demẽtia, & alia, ne plura enumerans, prolixior sim, cùm ea quæ dixi, sufficiant ad probationem. Singulis autẽ eiusce modi vitiis contrariam virtutem obiecit Deus: Puta luxuriæ castitatem, gulæ continentiam, cupiditati iustitiam, iracundiæ mansuetudinẽ, tristitiæ gaudium, obliuioni memoriam, acidiæ tollerãtiam, stultitię sapientiam, formidini fortitudinem, vanitati humilitatem, & aliis alias: omnibus verò scripturam sanctã. Soli fastui virtutẽ contrariã non dedit, seipsum illi ob nimiam malitiam seruans, sicut scriptũ est: Deus superbis resistit. Sicut itẽ Propheta ait: Leua manus tuas in superbias eorum in finem. Et rursus: Redde retributionem superbis. Et quemadmodũ ex fructu arbor agnoscitur, dicẽte Domino: Ex fructibus eorum cognoscetis eos: ita vnusquisque hominum, siue sint sancti, siue dicantur. Sic autem sunt semper malorum felicitates diuturnæ, Deo illos æquanimiter toletãte. Ita enim illi conuenit, vt sancti hoc ipsum ex persona eorum, qui premuntur, prænuntiauerint ad consolationem nostram, qui modo patimur. Primus tolerantiæ filius Iob quid ait post multa? Quid enim? Nũquid ex homine reprehensio mea? sine querela se esse significans: Aut quare non irascar, si aspiciẽtes in me admiramini, manúmq; super maxillã ponitis, siue eũ memor fuero festinaui, habent enim carnes meas dolores. Quare impij viuunt, atque inter diuitias consenescunt? Semen eorum iuxta animũ, filij autem eorũ in oculis sunt. Domus eorum abundant: metus autẽ nusquam est. Flagellum Domini super eos non est. Bos eorum non abortiuit: seruatus est autem ab æstu. In ventre habens non est frustrata: manent autem veluti oues perpetuæ. Filij eorum alludunt, sumentes psalterium, & citharam, & lętantur ad vocem Psalmi:

Consummauerunt in bonis vitam suã, & in requiem inferni dormierunt. Dicit autem Domino, discede à me, vias tuas scire nolo. Consona huic & diuinorum iudiciorum præco, iusta illud: Misericordiam, & iudicium cantabo tibi Dñe, Dauid ait: Quã bonus Deus Israël rectis corde. Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Vt quid? Quia zelaui super iniquos, inquit, pacẽ peccatorũ vidẽs. Et alibi rursus, opibus illorũ detrahens, Boues inquit, illorũ crassæ, Oues eorũ fœtosæ, abundantes in egressibus suis. Promptuaria eorũ plena, eructãtia ex hoc in illud. Filiæ eorũ compositæ, circumornatæ, vt similitudo tẽpli. Pessimã quoque illorum concordiã, & pacem admirans addit: Non est clamor in plateis eorum, nec ruina maceriæ in domibus eorũ. Deinde vituperans corruptã vulgi opinionem ait. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: & addit. Beatus populus, cuius est Dominus Deus Iacob adiutor eius. Et ne, omissis testimoniis aliis, putet de ratione nostræ perfectione diffidere. Audi rursus Prophetã Habacuc sub quadã tunsione pectoris in huiusmodi indignantem, ac dicentem. Vsquequo Domine clamabo, vim patiens, & non exaudies? Suas enim proximi iniurias appellauit, & studio fraternitatis adiecit: Vociferabor ad te, & nõ saluabis? Quare ostẽdisti mihi labores, & dolores, aspicere in erumnã, & impietatẽ? Ex aduerso mei factum est iudicium, & iudex accipit. Idcirco dissipata est lex, & non adducetur in finem iudiciũ, quia impius præualet contra iustum. Eodem spiritu & misericordissimus Ieremias sanctus hæsitans clamat: Iustus es Dñe. Verũtamen iudicia loquar ad te. Quare via impiorũ prosperatur? abundant omnes irritantes irritationes. Plantasti eos, & eradicati sunt, pro eo, quod est licenter viuunt. Et fecerunt fructũ, non spiritus planè, propinquus es ori eorum, & longe à renibus eorum. Eadem fermè sapiens propheta Sophonias, maledicos homines culpans Dei, quidentiã accusantes, sanctósq; miseros dicentes ex persona Dei ait: Ingrauastis super me sermones vestros, dicit Dominus, & dixistis in quo oblocuti sumus cõtra te? Dixistis, Vanus est, qui seruit Deo. Et quid amplius? quia custodiuimus præcepta eius, & quoniã ambulauimus supplices ante faciem Domini omnipotentis. Et modo nos beatificamus alienos, & ædificantur omnes, qui faciũt iniustitias, & restiterũt Deo, & saluati sunt, Hęc oblocuti sunt, qui timent Dominum, vnusquisque ad proximum suum. Consentientia his, & pietatis præco Paulus loquitur dicens: Nequaquam autem homines & magis indeteriora proficient, falsi, ac fallentes. Deinde Sanctorũ vilitatẽ designãs ait. Existimo enim, q Deus nos Apostolos nouissimos demõstrauit, quasi morti destinatos. Quoniã spectaculũ facti sumus mũdo, & Angelis, & hominibus. Vsq; in hãc eũ horã, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, corporales erũnas enumerãs. Maledicimur, inquit, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Tanquã purgaméta huius mundi facti sumus omniũ peripsema vsq; adhuc. Deus quippe bonus, & iustus, secretissima ratione sua stadij in morẽ porrigit mundũ, nósq; liberos fecit, vt propriæ voluntatis arbitrio in omnibus vtẽtes, iustas persoluamus, si malè gesserimus pœnas, sicut lex ait. Posui ante faciem tuã vitam & mortem. Elige, quod vis. Cur autem ita posuerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

posuerit,non est neque modi nostri, neque temporis A dicere,nisi quod posuit solum. Neque enim sapientiæ fuit,nos inconuertibiles facere, nullis propositis præmiis, nullâque sententia voluntatis rectè operante. Quippe soli diuinitati,& æternitati inconuertibile congruit. THE. Præclarè tu quidem, atque sapientissimè occurristi, Pater, præsentium illuminas animos, qui per scripturarum imperitiam in his semper offendunt. Profectò enim gymnasium per longa tempora ecclesia fuit, victores suos viros, ac mulieres ostendens,non frustra Christi carnes eatenus comedisse. Contristat autem nos vestra inconstantia, Ecclesiarúmque desolatio. PAL. Admiror equidem te, virorum prestantissime Theodore,quòd,cùm vtilitatem rei confessus sis, contraria è vestigio loqueris. Nam qui nuperrimè,vt victores,beatos prædicabas, modò, vt lapsos,miserabiles putas, quoniã Ecclesiasticis locis excidimus. Idem autem mihi pati videris, B quod rustici,qui Olympia spectant. Illi cùm perlibẽter ad brauium inhiantes aspiciant, lacrymãtur miserabiliter ad certãtiũ vulnera. At mihi præstat valles, & deserta,& maria persequi, veritatem tenenti, q̃ insigni gloria præsentis felicitatis amictũ inhærere mẽdacio. Veritatis enim compos habebo omnia,quippe cùm veritati omnia seruiant, mendacium possidens, neque me ipsum habiturus sum. Porrò veritatem habens, non vtrunque habere illam volo ,quasi dominam,aut ancillam,aut propinquam,sed vt sororem. Si autem possibile fuerit, vt coniugem etiã, ipsius voluptate fruens,& postmodũ, vt vxorẽ propriã possidẽs. Est enim filia veræ profectò veritatis, cuius vir probus,virtutísque studiosus est gener. Nam qui istud sigillũ habet,reuirescit,insenescibilis,atque immarces- C cibilis fit,zelũ habens igne feruentiorẽ, sermonẽ gladio acutiorem,leuiorẽ aquila vitã. Impigrè currit ad scripturarum meditationẽ, veluti ad indulgentissimã matrem,tranquillitate animi perpetuò floret, nõ capitur metu,exultat certo robore,& afflatu diuinę gratiæ suauiter agitatur. Odit neminẽ,miseretur eos, qui malè vtuntur seculo: beatos ducit eos, qui remoti à turbis quietem insectantur, & ocium: spirituali tristitia meret in negligentia sacerdotum, de quibus ait
Ephe.4. Apostolus:Et Spiritum sanctum nolite contristare,in quo signati estis in diem redemptionis. Cõtristat autem spiritum,qui terga ei per negligentiã dat. Et quid reliqua memorem? Cum fiducia moritur, nemine lęso,præter Dæmones,& eos,qui proximi dæmonibus sunt:abundat illi tempus,neq; dies suos malignis vio- D lauit operibus. Duplicauit traditam sibi pecuniã, bonorúmq; operum præmisit vsuras. Tempore modico longæua impleuit debita. Testamentum materiale non scribit,qui terram omnem viuens, ac sentiens ab se excussit. Pulsauit mors ianuas carnis,priusquam illã videat,clamat. Eamus hinc, illúdq; propheræ psallit
Psal.119. intẽtius: Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus est. Ac nisi Domini mittẽtis obstaret autoritas,ab ea, quòd serò venisset,etiam pœnas exigeret. Gratulatur postremò carnis nexibus, & perturbationibus liber, tanquam fragilis, ruiuamque minantis hospitij. Au-
Matt.25. rem erexit ad eum,qui ait:Euge serue bone,& fidelis
Matt.12. auditurus & reliqua. Sit autem tibi eorum, quæ dicimus,certum argumentum verborum copia. Ex abundãtia enim cordis,os loquitur. Porrò qui mẽdacij familiaris est,vitam habet perturbatam, aliquando immodicè gaudens,siue de incremento pecuniæ, seu de propagatione gloriæ, siue de consuetudine meretricis,siue de aduersitate inimici. Aliquando verò tristatur vsque ad mortem,dum subitas mutationes, & incertos euentus pauidus cogitat, noctésque insomnes ducens, aut malè dormiens, suspectas habet charorũ etiam insidias, neque sibi ipsi confidens, ex omnibus, tanquam mendacibus, derogans fidem,cùm ipse huiusmodi sit. Timidus est,veluti Lepus:audax, vt Porcus:fallax,vt Chamelęo:deceptor,vt Perdix:immitis, vt Lupus:sui ipsius inimicus,indesinenter inuidus,semet necessariò sensu perdito inclementer exagitans. Cùm enim malũ contra alium cogitat, seipsum prius pessimè cruciat. Pulsauit mors,omnia dabit,vt modicum adhuc duret in vita. Indultum sibi vitæ spacium frustra consumpsit. Pecuniam neque duplicauit,neq; integrã custodiuit. Tremit, vt foliũ iugiter, senescere nolens,& quæ senum sunt, delirando iam subs- B tinens. Mortem timet, vt Deum. Deus illi est visibilis mundus. Et quid vltra? Pallescit, horret, anxius est, diuinúmque iudicium præueniens, seipsum punit, conscientia illum atrociter torquente,& delictorum singulorum iugiter admonente. Acriora patitur, quàm hi,qui corpora sua verberibus atterunt. Seruili animo temporales magistratus alloquitur:mũdo fœda adulatione substernitur. Pro vno domino habet innumeros, vt non seruiat veritati. Vt timeatur,studet,qui metuit omnes. Ista tibi pro captu nostro, & pro viribus diximus. Si quis autem verius sentiens,saniore,& vberiore doctrina imbecillitatem emendauerit nostram,& hunc gratè,ac libenter admittemus, vt correctorem, & fraternitatis amatorẽ, Saluatorísque per omnia gratias referemus. Verum enim tu C quoque mihi occidentalis synodi, quæso, vt sententiam pandas,meáque consignes verba, si quidem tibi placuere,veluti vtiliter dicta.

VT autem cessauit Episcopus loqui, Theodorus intulit, dicens: Det tibi Dominus misericordiam in die illa inuenire, tum quia ab huiusmodi cõmunione discessisti, tum quia nobis hæc apertè, lucidéque narrasti. Meminerit item omnis sacrificij sancti Ioannis,quia vsque ad mortem confidentiam tenuit. Est autem hæc Romanæ Ecclesiæ sententia,non cõmunicare in finem vsque orientalibus Episcopis,maximéque Theophilo, donec Dominus vniuersalis synodi tribuat locum, ac per eam curet putrida membra eorum, qui ista gessere. Et si enim dormit beatus Ioannes,vigilat tamen veritas,de qua est facienda discussio. His autẽ,qui huiuscemodi facinus admisere in Ecclesia, libentissimè congressus essem, vt eis in faciem dicerem. Vbi nam,oro,sacerdotiũ est ? vbi sanctitas?vbi modestia?communióque naturæ? Vbi mãdatũ Domini Saluatoris:Si offeres munus tuũ, & re- *Matth 5.*
cordatus fueris, quòd habet aliquid frater tuus aduersum te,vade prius reconciliari fratri tuo, & ita offer munus tuum? Vbi illud : Si te percusserit in vnam maxillam,verte illi & alteram? Vbi scripturarum meditatio. Ecce quàm bonum, & q̃ iocundum habitare fratres in vnũ? Vbi illud:Fratres in necessitatibus vtiles sint? Cur autẽ immutantes illud,Frater qui à fratre adiuuatur,vt ciuitas munita,opere dicitis : Frater qui à fratre violatur, siue expoliatur, vt ciuitas miserabilis,& muris destituta. Quid igitur nõ modò infelices, sed infelicissimi sanctum virum persequi conati estis? Qua tandem ratione contra illum, ac si contra inimicum, armari odiis non detrectastis? Quomodo,vt

aduersus

aduersus inuicem ita efferaremini,venire in mentem A potuit? Vnde tantam mutationẽ ostendistis, vt à blãdo,mitíque ingenio,in durum, atque immite transiretis? Admiror,ac stupeo, fateor, eiusce peruersionis causam, omnia intuens huius rei gratia commota. Cur obsecro tantæ elationis fastu turgidi, nutricẽ vestrã ecclesiam Dei,quæ vos à pueris aluit, veluti fœcundam vuluã conscindentes,iniuriis violastis,vt impleretur in vobis Propheticum illud:Pro eo quia persecuti sunt in gladio fratrẽ suum, & vuluam corruperunt in terra. Hinc profectò cõgressus vuluæ diuinus, ac salutaris sermo,vos & illum seminauit,atq; plantauit in bonis innumeris,& vtilibus rebus. Nam vt vobis mutuò opem ferretis conditi,tacere,aut quiescere in his,quę vtilia iudicaretis,nũquã debuistis. Ad vsum igitur,& auxilij commodum creati,quid eam fraudastis gratiam, non modò labore non leuantes fratres, B verùm & repellentes, atque à propria cognatione
Malac.1. scindentes, cùm Propheta clamet ad vos: Nónne pater vnus omnium nostrum? Nónne Deus vnus condidit nos?Sed dicturi estis:Peccauit in legem:quã legem, nisiquam ipsi calcastis per summam nequitiam dissipantes? Vbi itaque naturæ lex est, benignè corrigere admonens? Quid, oro, lege hostium abutentes,persequimini vestra consilia,& agitis,quæ contraria sunt, & inimicitiis digna ? Quanto melius fuerit,vt simul habitantes, atque in vnum viuentes, communia, & bona consilia communicaretis, inuicem, in gloriam, & gratiam patris vestri ? Filiorum enim virtus, gratiarúmque concordia parentibus gratissima est, nihílque fermè aliud à natis requirit suis. Et istud profectò rite nostis quàm sit necessariũ amicitiæ, ac beneuolentiæ vinculum, stu- C diosè cuncta gerere,quæ placeant patri & generationis, atque educationis, & conseruationis autori, quem, vt delirum, contemnentes bella in Ecclesia susscitastis, iusta propheticum illud : Insaniam in domo Domini finxerunt, ac pro excitatione & exhortatione mutua, contra volũtatem, & sententiam patris, bella in alterutrum crudelia geritis. Addo, quòd & Deum & omnes,qui illi virtutis merito proximi sunt,ipsius quidem filios, vestros autem fratres, vehementer stupefacit & mouet, neq; tacere permittit vestra ista vesania. Neque enim ille filiorum salutis negligens esse,vel non sollicitus potest. Vestram ergo dementiam grauiter ferens, & eorum iniuriam, qui opprimuntur à vobis, impunè vos transire iniquum putat. Neque enim id vel sibi decorum est, vel vobis tutum. Vestra præterea passio tolerabilis non est, & D cura non modica indiget. Cernit nempe vos per verbera ipsa, & plagas innumeras deteriores euadere. Amisistis enim sensum omnem, flectíque nescistis. Fratres denique charissimos, & contubernales,& cõfœderatos, & mensæ eiusdem, lectíque participes, vnius, eiusdémque cognationis consortes, à Deo in odium inimicissimum conuersi, execrati estis,vt eos à finibus suis,& à domo communi pelleretis, & procul ageretis extorres à sedibus,atq; vrbibus propriis. Neque contenti qualicunque fuga illud ad tempus exegisse,pro viribus egistis, vt fine nullo id clauderetur exiliũ,nimia crudelitate,atq;immanitate agitati. Hoc & in beato Ioanne feciſtis,dũ clausum diutius odium in flammã repente excitantes,linguãq; veluti acutum gladiũ,aduersus illũ exerentes,irę satisfacitis,maledicta vitæ doctrinæ salutaris, ad peruersionem audien-

tium in ecclesia fundẽtes. Et hæc illis interim sint dicta, quibus retribuet Dominus iuxta illorum opera, misericordia, & benignitate seruata. Enimuero tibi Ioannes beatissime, quæ nam ego sermonum, veluti immarcessibilium florum,serta contexam? Nẽpe eũ post excessum vitæ nihil est, cur laudare te timeam. Superasti namq; procellam Mosaicarum legum illarum,quas dedit,benedicens actiuum Ioseph, & contemplatiuum Leui sacerdotem:In te denique vtranq; *Deut. 34.*
video. In benedictione Domini terra tua,& à mõtibus cœli,& roris, & abyssius fontium inferius, & iuxta tẽpus germinum,solis conuersionum, & à conuentibus mensium, à vertice montium principij, & à vertice sempiternorũ colliũ,erũt in vertice Ioseph, si quis tamẽ est Ioseph,& in vertice fratrũ,quibus prę fuit glorificatus inter fratres primogenit⁹. Tauri pulchritudo B eius, & cornua Vnicornis cornua ipsius. In ipsis ventilabit gentes simul vsque ad extremũ terræ. Ad Leui autem, & imitatores eius dixit:Date Leui manifestos eius,& veritatem eius viro sancto, quẽ tentauerunt in tentatione,maledixerunt eumad aquã contradictionis. Qui dicit patri,& matri,nõ nouite, & fratres suos non cognouit. Custodiuit eloquia tua, & seruauit testamentum tuum. Manifestauit iustificationes tuas Iacob,& legem tuam Israël. Ponet semper incensum in festiuitate tua super altare tuum. Benedic Domine robur eius, & opera manuum illius suscipe. Percute supercilium inimicorum insurgentium illi, & qui oderunt eum,non resurgant. Ego autẽ & istud addiderim. Qui diligunt eum domine Iesu Christe,non cõfundantur. Tuũ est enim imperium in secula seculorum. Amen. PAL. Et hoc tuæ sapientiæ fuerit,sen- C suum spiritualiũ scrutator solers Theodore, iuxta Saluatoris sententiam,proferre de thesauro mentis tuæ noua,& vetera. Vetera quidẽ humanę sapientię disciplinas:noua autem sancti Spiritus eloquia. Ex quibus profectò thesauris, vtrique parti quod erat congruũ, reddidisti,de tua quidem prudentia criminosis, quæ oportuna fuerant,locutus,de benedictione verò Mosaica contextam Ioanni offerens debitam coronam. Qui sacerditio summa integritate perfunctus,re vera patrem, aut matrem ignorauit, aut mortale omnino genus feruore iustitiæ,sed solos diuini verbi studiosos operarios nouit. Porrò nostri qui viderunt Episcopi, luteum quidem genus redditibus, & militiis,ac dignitatibus prouehunt, præuaricatores manifesti legis, quæ ait: Non dabunt sacerdotes filios suos in principes, & obambulãtes regi. Quæ verò sunt spiritus insidiis fraudibus, custodiis,exiliísque cõsumunt, merámque bibunt ignorantiam, dum ex his putant se virtutis amicos affligere. De quibus prædixit Sal- *Ioan. 16.*
uator: Veniet dies, in quibus putabunt, qui occiderint vos, obsequium se præstare Deo. Quod profectò nequaquam de Gentilibus ait. Dixisset enim diis, plures enim,quàm vnum,illi colunt. Ex eo autẽ, quòd vnũ,& solum appellauit, signauit eos, qui modo nos Ecclesiæ prætextu insectantur. Peruersos nãque mores suos, inuidiásque occultantes, ecclesiã se tueri sermonibus fingunt, quam demoliuntur operibus. Verũ illi quantumlibet simul etiam, verum illos *Psal.10.*
exitus arguet,illi obsecutos esse, qui gloriatus est, dicens:Non mouebor à generatione in generationem sine malo. Inuentor nãq; iniquitatis,& pessimę cõcupiscentię agricola serpens, cùm iã nouæ hæreseos nõ inueniret speciem, Ecclesiæ presules ambitionis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

primatus vitio, cõtra se inuicem, & immutuam concitauit cædem. Cuius etiam rei gratia schisma fecerunt. Nam si esset inter Episcopos concordia spiritus, & Ioannes vt criminis auctor, aut indignus sacerdotio, siue, vt Theophilus ait, Superbiæ obnoxius abiici meruisset, poterat omnipotens Dei sapientia iure illũ arcere sacerdotio, aut modum inuenire, per quem sine turbis, ac gentibus eiiceretur, siue illum morte, siue resolutione membrorum, siue amissione vocis plectens, vt & quosdam passos iam nouimus, & alios passuros, qui Deo aduersantur, non ambigimus. Ex quo autẽ tam multa indigna Saluatore facinora sunt subsecuta, ipséq; non depositus, sed in exilium actus est, constat profectò Diaboli fuisse opus, cuius regnũ sancti viri doctrina destruebatur. Scio ego Ioannem, sex meritò depositos Episcopos dignitatis sacerdotalis emptores, de quibus superius dixi. Quis, oro lacrymatus est? cuius è naribus stillauit sanguis? quę vel aranearum tela conscissa est? Quis sua pulsus est domo? Quis vel oboli damnum sustinuit? Quis per totam Asiam, aut opifex, aut agricola, aut plebeius, aut coriarius, aut cuiuscunque conditionis homo: quod pro vlciscendis sacris legibus fuerat factum, non libenter amplexus est? illud Dauidicum continens.
Psal. 91. Quàm magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti. Vbi enim Deus operatur, omnia fiũt in sapientia, vbi verò bonorum hostis Diabolus, omnia itidem in insipientia. Porrò insipientiam è vestigio monstruosæ res subsequuntur, inuidię scilicet, homicidia, cõtentiones, æmulationes, furores, rixæ, dissentiones, fragores, imperitorum turba, magistratuum feruor, eculei laniatus, lamen, lãpades, sanguinum riui, intollerabilia detrimẽta, publicationes bonorum, solutiones diuinarum sanctionum, contemptus legũ, pudoris ac frugalitatis aspernatiões, orbis, schisma, terrę marisq; obseruatiões nauticę, equestres, pedestrésque machinæ, & ingenia varia ad eos impediendos, qui peregrinãtur veritatis causa. Quomodo igitur dicere præsumunt dispensatione Dei Ioannem iectum fuisse? Dicant quęso, qui sunt huiusmodi. Nõ poterat omnipotens Dei sapientia, inuisibili virtute, vt dixi, Ioannem, si erat indignus, amouere, aut persuadere sine graui necessitate principum leniter ferre eos, qui rem indignam tulerunt? Si enim idem Deus est, qui Moysi cooperatus est in salutem Israëlitici populi, Pharaone palàm vociferante: Deum nescio, & Israël non dimittam, quomodo hic auxilio indiguit principum terrenorum, quasi senuerit, aut debilitatus vires amiserit? Qui item aliorum adulteria, aliorũ stupra, magisque aliorum publicauit, is Ioannem arguere nequit? aut è contra qui huius linguam in tumorẽ vertit in modicum, vt scriptura confessione vteretur, aliúmque in morbum letalem permisit incidere, aliũ scaturire vermibus, mutúmque iacere, in lectulo annum fermè integrum fecit, alterique terrores immisit, illum exagitantes, cum podagra vernacula. Qui item, cuius voluit, crura acri morbo intendit, alium fœda morte citius rapuit, quem norunt omnes, hic in Ioanne, vt dicitis, sacrilego aliquid eiusmodi patrare non potuit, sed huius, atq; illius indigebat auxilio, vt Ioannem cum ignominia pelleret, ex quo ille plus gloriæ reportauit? Erant igitur per mandata diuina.
Sacrilegus Sacrilegus enim propriè ille est non qui aurũ, aut argentum, aut sericum, tinearũ cibum, pauperibus elargiatur, sed qui pecunia & assentatione, ac mẽsæ apparatu dogmata pietatis, & Saluatoris venundat leges. Ille item sacrilegus, qui sanctum virum verbo, & vita decoratum, per quem Saluator, veluti per pateram, aut aureum scyphũ amatoribus verbi propinat pocula æternæ salutis, violare pergit. Illi itaque sacrilegi dicantur, qui apostolicam Ecclesiam impiè prædati sunt, huiusmodi destituentes magistris, ordinationésque pecunia vẽdentes, quos iam diuina percellet vltio, ad ipsorum nequitiam corrigendam. Si enim hi, *Ioan. 2.* qui Mosaican legem negligendo præuaricati erant, flagello ex funiculis facto Saluatoris manu pelluntur à templo, quia Columbas intus venderent, quid illi *Psal. 2.* passuri sunt, qui noui testamenti sacerdotium violant, nisi vt à pastorum principe virga ferrea conterãtur? Sicut Apostolus dicit. Violans aliquis legem *Heb. 10.* Moysis absque miserationibus sub duobus, aut tribus testibus moritur, quãtò putatis acerbiore dignus censebitur pœna, qui dei filium conculcauit, & sanguinem testamenti communẽ existimat, in quo sanctificatus est, & spiritum gratiæ afficit iniuriis? Scimus enim quis ait: Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit *Rom. 12.* Dominus. Terribile est incidere in manus Dei viuẽtis. *Heb. 10.* Deus autem qui pium hunc, sanctúmq; pastorem, & iustitiæ luminare præcipuum glorificare dignatus, Ipse nobis partem, & hæreditatem tribuat inuenire cum illo in terribilis, iustique iudicij die: cui est gloria, honor, maiestas, & magnificentia, Patri & Filio, & Spiritui sancto, nunc & semper, & secula seculorum. Amen.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI, PER CASSIODORUM SENATOREM SCRIPTA.

SOCRATES. Defuncto Theodosio, in imperium filij successerunt, Arcadius in Oriente, Honorius autem in Occidẽte. Hoc tempore in Romana Damasus præsidebat Ecclesia, in Alexandria Theophilus, Hierosolymis Ioannes, Flauianus Antiochenam tenebat sedem, Constantinopolitanámque Nectarius. Igitur circa octauum diem Nouemb. mensis eodem Cõsulatu, corpus Theodosij delatum cum solenni honore ab Arcadio filio sepulturæ traditur. Post paucos verò dies, id est, vicesimoseptimo eiusdem mensis die etiam exercitus qui cum Imperatore Theodosio fuerat contra tyrannum, reuersus est. Et cùm Imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui redeunti, tunc milites Ruffinum præfectum Imperatoris peremerunt. Erat enim suspectus, quasi tyrannidem posset assumere. Dicebatur autẽ Hunnos ipse in Romanorum prouincias euocasse, qui tunc Armeniam, & partes Orientis valde vastabãt. THEODORETVS. Honorius itaque suscipiens Occidentis imperiũ, monomachias, quę iã olim Romæ celebrabãtur, huiusmodi de causa remouit. Quidã Telemachus cõuersationis monasticę, hac de causa ab Oriente venit Romã. Cúmq; nephandũ illud spectaculũ ageretur, etiã ipse intrauit stadium, & descendens nitebatur pugnãtes inter se gladiis, separare. Cúmque spectatores aduersus eum sæuirent, & in effusione sanguinis grassarentur,

sarẽtur, prouisorẽ pacis lapidibus occiderũt. Hoc vbi cognouisset mirabilis Imperator, illũ quidẽ inter victores martyres numerauit, nephandũ verò spectaculum prorsus sustulit. SOCRAT. Cùm verò modicũ tempus transiisset, etiã Nectarius Constantinopolitanus episcopus defunctus est, consulatu Cæsarij & Attici, septimo & vicesimo die Septemb. mensis. Mox ergo studia generantur in episcopatũ, aliis aliũ ordinare cupientibus. Nouissimè verò placuit, vt ab Antiochia Ioannes euocaretur, Ecclesiæ presbyter. Erat enim doctrinæ eius fama mirabilis. Intra modicũ ergo tempus cõmuni decreto omniũ clericorũ & Laicorũ Imperator Arcadius euocauit eum. Et propter dignitatẽ ordinis cùm adessent ex imperiali iussione plurimi Episcopi, etiã Theophilus venit Alexãdrinus, qui studebat quidẽ Ioannem detrahere, & Isidorum suum presbyterũ ordinare. Diligebat enim eũ, ꝙ aliquãdo sustinuisset pro ipso tale periculũ. Cùm Imperator Theodosius aduersus maximũ tyrãnum decertaret, Theophilus per Isidorũ xenia misit Imperatori, & duplices misit epistolas, mãdans vt alteras non vinceti daret: porrò victori & munera, & alteras porrigeret literas. Has cùm Isidorus portasset, Romã veniens victoriam expectabat. Sed non diu latuit. Quidam enim lector rapiens epistolas demonstrauit Imperatori. Quamobrem Isidorus terrore correptus, in Alexandriam fugit, celare volens quod fuerat ei mandatum. Ob quã causam Isidorũ Theophilus diligebat. Verùm palatij iudices præposuere Ioannẽ. Cúmque multi Theophilum accusarent, libellos aduersus eum pro diuersis causis præsentibus Episcopis obtulerunt. Tunc præpositus palatij Eutropius nomine, sumens accusationes scriptas, ostẽdit Theophilo, dicens: Aut ordina Ioannẽ, aut accusationes istæ venient ad examen. Hinc perterritus Theophilus, Ioannẽ ordinauit episcopum: qui susceptit Episcopatum sextodecimo die Februarij mensis, Consulatu Honorij Imperatoris, & Eutychiani præfecti. Quòd verò Ioannes vir fuerit omnino præclarus, ex libris quos reliquit, cognoscitur. Cuius vitam, genus, conuersationem, & quemadmodũ sit depositus, & post mortẽ magis honoratus, exponã. Ioannes itaq; fuit Antiochenus, filius Secundi & Anthusę nobilium personarum, discipulus Sophistæ Libanij, & auditor Andragatij philosophi. Cúmq; se ad aduocationem præpararet, considerãs molestias litigantiũ, iniustúmq; vitæ propositum, potius elegit quietẽ. Et hoc fecit æmulatus Euagrium, quoniam & ille cùm iisdem studiis esset vsus, quietã magis sequutus est vitã. Mox ergo mutato cultu pariter & incessu, diuinis lectionibus incumbebat, & frequentiùs ad sanctã concurrebat Ecclesiam. Hęc agens persuasit etiam Theodoro & Maximo, qui fuerant condiscipuli ipsius apud sophistam Libaniũ, vt pomposam relinquerent vitam, & simplicem sequerẽtur. Quorũ Theodorus postea Episcopus Mopsuestienſis ordinatur Ecclesiæ: Maximus autẽ Seleuciæ Isauriæ. Tum itaque isti fiebant discipuli in lectione diuina Diodori atque Carterij, qui eo tempore sacris monasteriis pręsidebãt. Sed Diodorus postea Tharsi ordinatus Episcopus, multos conscripsit libros, sacras ad literam intuens scripturas. Porrò Ioannem degentem cum Basilio, qui tũc à Meletio factus erat diaconus, & postea Cæsareę Cappadociæ præsule constituto, Zeno episcopus à Hierosolymis reuertens, lectorem in ecclesia Antiochena constituit. In quo adhuc officio positus librũ edidit contra Iudęos. Post modicum verò tempus etiã diaconatum à Meletio promerens, de sacerdotio aliũ fecit librum, aliósq; plurimos explanauit. Postea verò Meletio in Constantinopolitana vrbe defuncto, recedens Ioannes à Meletianis, & neque Paulino communicans, tribus annis continuè sub quiete degebat. Mortuo verò Paulino, ab Euagrio eius successore presbyter ordinatur. Ante Episcopatum itaq; hoc modo cõuersatus est. Fuit enim vir, vt aiunt, propter zelum castitatis seuerior, & amplius q̃ *habebat à iuuentute sua furori magis q̃ reuerentiæ se præbebat, & propter vitę rectitudinẽ incautus prospicere de futuris. Propter simplicitatem verò, oris libertate profusus, apud colloquẽtes non mediocriter vtebatur. Docẽdo præcipuus erat, vtilis ad corrigendos audientium mores. In confabulatione verò arrogans à nescientibus putabatur. Cùm ergò talis moribus esset, Episcopatu susceptо, maiori fastu q̃ debuerat, vtebatur, clericorum suorũ corrigere vitã volens. Mox igitur in ipso initio cùm clericis asper videretur Ecclesiæ, erat plurimis exosus, & veluti furiosum vniuersi declinabãt. Compellebat enim eum, vt velut omnes offenderet, Serapio diaconus eius, qui aliquando præsentibus clericis hunc protulit magna voce sermonẽ: Nunquã poteris, ô Episcope, hos corrigere, nisi vno baculo pcusseris vniuersos. Quo dicto maiora contra eũ odia concitata sunt. Non post multum verò temporis plurimos clericorum pro diuersis exemit causis. At illi conspirantes aduersus eum, etiã derogationibus apud populũ vtebantur: quarum rerum faciebant maximam fidem, eo ꝙ nec vllum secũ comedere pateretur, nec ipse ad aliũ inuitatus accederet. Dicunt enim quidã propterea noluisse eum cũ quoquã comedere, eo ꝙ turpiter manducaret escásque perciperet. Alij verò propter excellentẽ ciborũ abstinentiam, hoc eũ facere prædicabant. SOZOM. Ego tamen, quodã viro veraci referente audiui, quod propter abstinentiam capite & stomacho sæpe dolebat, & ideo prandiorum epulas euitabat. SOCRAT. Porro populus propter sermones quos in ecclesia faciebat, diligebat eum, paruipendens accusatorum voces. Quales verò sint eius libri, * non oportet nunc dici: quoniã legentibus poterunt indicari. Igitur cùm clero tantummodo esset exosus, machinationes contra eum non omnino voluerunt. Cùm verò etiam plurimos procerum obiurgare cœpisset, tunc inuidia cõtra eum maior accensa est. Et plurima quidem aduersus eum dicebantur: multa quoque faciebant audientibus fidem. Eius derogationibus dedit augmentum homilia contra Eutropium tunc prolata. Eutropius enim eunuchus prępositus Imperatoris, & habẽs Consulis dignitatẽ, volens in quosdã, qui ad ecclesiã confugerant, animaduertere, operam dedit, vt ab Imperatoribus lex poneretur, iubens vt nullus ad Ecclesias cõfugeret, imò qui dudũ cõfugerant, traherẽtur. Sed Dei sequutũ est repẽte iudiciũ. Erat ergo ppositа lex. Post paucos verò dies cùm ipse Eutropius offendisset Imperatorem, inter refugas erat apud Ecclesiã. Episcopus verò Eutropio sub altari iacente, nimióq; percusso timore, residens super ambonẽ, vbi solebat pri° facere cõsuetẽ sermonẽ, homiliã increpatoriã fecit aduersus eũ. Vnde plurimos magis offendebat, eo ꝙ hominẽ in infelicitate positũ nõ solũ nõ misereret, sed etiã ne obiurgare quidẽ desisteret. Igitur Eutropij tũc cõsulatus dignitatẽ habentis, propter quædã crimina

non attinet iam dicere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mina caput Imperator iussit amputari, & ex ordine Consulũ eius nomen penitus aboleri. Quamobrem Theodori solũmodo,qui cũ eo Consul fuit, nomen adscriptũ est. Pro diuersis igitur causis multos sæpius liberè obiurgabat,& plurimis erat exosꝰ. Vnde Theophilus Alexandrinæ ciuitatis episcopus,mox post ordinationẽ causas eius deiectionis quæsiuit,& quibusdã præsentibꝰ de eo latẽter obloquebatur,multis etiã lõgè positis scribebat. Cõtristabat eñ nõ solũ ꝓpter libertatẽ illã,sed ꝙ etiã Isidorũ presbyterũ suum episcopũ Cõstãtinopoleos ordinare nõ valuisset. THE. Sacerdotibus igitur Ioãnes episcopus supplicabat, vt secundũ ecclesiasticas viuerẽt sanctiones,quas quicũque prẽuaricari prẽsumerent,eos ad templũ prohibebat accedere. Dicebat eñ,ꝙ nec deberẽt frui honore sacerdotij,qui eorũ vitã contemnerent imitari. Nõ solùm autẽ prouidentiã vrbis Constãtinopoleos habebat,sed etiã totius Thraciæ,quæ sex prẽfecturis est diuisa,& Asiæ totius,quæ ab vndecim prẽsidibus regitur. His legibus ornabat etiã Ponticã regionẽ, quæ totidẽ iudicibꝰ gubernari dignoscitur. Cúmq; cognouisset in Phœnice adhuc dæmonibus sacrificia ministrari,electos monachos & imperialibus sanctionibus coarmatos aduersus cultores destinauit idolorũ, dãs pecunias templorũ destructoribus erogandas,non ex ærario publico,sed quas à fideliſſimis mulieribꝰ oblatas liberaliter excipiebat sic ab ipso persuasis. Videns verò etiã cohortẽ Scythicã Arianis retibꝰ illaqueatã, & cogitans de eorũ capienda salute, consiliũ huiusmodi venationis inuenit. Eiusdẽ nãque linguæ presbyteros,diaconos atque lectores fecit, & vnã eis Ecclesiã dedit. Qua occasione multos eorũ cepit,cùm & ipse frequenter illuc iret,& per interpretẽ Scythicum diuinas lectiones exponeret. Hæc ergo intra ciuitatẽ crebrò faciens,& plurimos eius gentis Arianorũ ad Apostolica dogmata reuocauit. Apud Scythas autẽ accolas Histri quidã erãt salutis desideriũ habẽtes,quòd nõ poterãt puenire. Quod Ioãnes cognoscẽs, quęsiuit viros Apostolico zelo feruẽtes,eósq; misit,& desiderãtibus salutis gratiã ministrauit. Ego autẽ etiã literas eius legi ad Leontiũ Ancyræ prẽsulẽ: quibus indicauit Scythas fuisse conuersos in nostra prouincia. Et cognoscens in quibusdã vicis Marcionis creuisse languorẽ,scripsit eius loci pastoribus, vt eos pellerent. Insuper etiam principis pro hac causa proferri petiit sanctionẽ. Quod igitur ecclesiarũ curã in animo habuerit,secundũ diuinũ Apostolũ,satis hæc docuerint. Licet autẽ etiã aliũ de illius libertatẽ intelligere. Gainas quidam genere Scythicus,consilio barbarus, studio tyrannico vehementer elatus, eo tẽpore cùm esset magister militũ, multos suæ gentis, multos etiã Romanorũ sub suo magisterio habens,terrorem plurimis, etiã ipsi principi meditatione tyrãnidis inferebat: erátq; Arianus. Is ergo rogauit Imperatorem, vt intra ciuitatẽ ei vnam daret ecclesiam. At ille cum se placare promisit. Tũ euocans Ioãnes,eíq; potentiam illius meditatámq; tyrannidẽ dicens, petebat vt data ecclesia,eius refrenaret intentionẽ. At ille virtute fortissimus: Noli,inquit,ô Imperator, hæc ꝓmittere neque sanctũ canibus dare. Non eñ potero Deo benedicentes expellere,& sanctum templũ blasphemantibus iniustè cõtradere. Neq; hũc Barbarũ metuas Imperator,sed ambos nos iube vocari,& sub silentio inter nos quę dicuntur audi. Ego namq; linguã illius sic frenabo,vt non præsumat petere,quæ dari non expedit. Hoc audiẽs Imperator gauisus est, & vtrũque altero die vocauit. Tunc Gainas petitionem suã poscebat,Ioannes cõtradicebat,dicens: Non licet Imperatori pietatem custodienti aliquid contra mandata diuina tentare. Cúmq; respõderet ille, ꝙ oratoriũ & ipse habere deberet, Ioãnes ait: Vbiq; tibi diuina domꝰ aperta est,& nullus te vetat orare. At ille: Sed ego, inquit, alterius sectæ sum, & cũ meis vnũ templũ habere depoſco. Multos eñ pro Romana republica labores assumpsi,& nõ debeo in mea petitione cõtẽni. Cui Ioannes: Plurima,inquit,præmia,& quę transcẽdunt tua certamina percepisti,magister militũ factus, Consulari toga insuper exornatus. Et oportet te cõsiderare, quis pridẽ fueris, & qualis modò cõspiciaris, & quæ prisca paupertas, & quæ præsens substantia: quibus vestibus vsus fueris antequã Histrũ transisses, & quibus nunc vtaris. Considera igitur paucos labores maxima tibi præmia contulisse, & circa honorantem te nõ sis ingratus. His sermonibus tantus ille doctor obstruxit os Gainæ, eúmq; compulit vt taceret. SOZOM. Igitur cùm Gainas adipisci desideraret imperium,qui pridem de sua fide apud B. martyrẽ Euphemiam in Chalcedone Imperatori Arcadio promisisset,diuersa consilia reuoluebat, & in sua intentione semper instabat. Cúmq; per diem nihil in vrbe Constantinopolitana agere potuisset, machinatus est vt noctu Barbaros mitteret, qui palatium cõcremarent. Tunc verò apertè monstratum est, quomodo Deus custodiat ciuitatẽ. Missis enim ab eo Barbaris ad incendium atque prædas, Angelorum turba apparuit armatorũ ingentia corpora habentiũ. Illi verò putãtes esse milites,abscesserunt. Cúmq; hoc Gainæ fuisset nuntiatum, incredibile visum est. Nouerat enim omnem exercitum per ciuitates constitutum. Quapropter denuò sequenti nocte alios destinauit. Cúmque idẽ ei renuntiatũ fuisset (denuò enim Angeli eãdem visionẽ Barbaris ostẽdebãt) nouissimè ipse egressus cum multitudine, miraculi sumpsit experimentũ, arbitratus revera,ꝙ per diem quidẽ lateret exercitus, noctu verò pro eius custodia poneretur. Et ita cùm intra vrbem nihil posset implere, egressus ad Thraciam,apertè hostilem monstrauit intentionẽ. THE. Cùm igitur aliquantũ transisset tempus, diu meditatam tyrannidem Gainas patefecit. Collecto namque exercitu,per Thracias vniuersa vastabat. Hoc cognoscentes & iudices & populi,terrebantur: & neque repugnare illi quisquã audebat, neque apud eũ legatione fungi,dum asperitatẽ Barbaricã formidarent. Tũ ergo alios omnes tanquã metuentes relinquẽs Imperator, Ioanni viro sanctissimo onus legationis imposuit. At ille neque illius insultationis memor,neq; inimicitiarũ, quæ hinc exortæ videbantur, alacriter est profectus ad Thraciã. At ille cognoscens Legatũ,eiusque fiduciã pro pietate animosẽ assumptã, occurrit ei longo itinere, eiúsq; dexterã suis oculis circũposuit: insuper etiã suos filios sacra eius genua osculari prẽcepit. Huius ergo virtutis Ioãnes fuit,vt etiã valde terribiles humiliari cogeret,& timere. SOC. Ioãnes itaq; episcopus Cõstantinopolitanus doctrina florebat, & apud cunctos fauorabilis habebatur. Auxítq; primus in nocturnis hymnis orationes ob huiusmodi causã. Ariani(sicuti dictũ est)extra ciuitatẽ collectas agebãt. Sabbatho autẽ atq; Dominica intra portas & porticꝰ cõgregati,hymnos & antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant. Et hoc maxima noctis

parte

parte faciẽtes, diluculo cum ipsis antiphonis per mediã ciuitatẽ egressi portã,ad suã ecclesiã concurrebãt. Cúmq; hoc crebrò quasi ad vituperationẽ Orthodoxorũ facere non cessarent,frequẽter eñ etiã hoc cantabant: Vbi sunt qui dicunt tria virtute vnum? Tum Ioãnes metuens ne simplices huiusmodi cãtibus traherentur,instituit suũ populũ, vt & ipsi nocturnis occuparentur hymnis, vt & illorum obscuraretur opus, & fideliũ professio firmaretur. Studium ergo Ioannis valde vtile,cum turba periculisque finitũ est. Nã cùm clariores hymni homousianorũ noctu apparerent (fecerat enim etiam cruces argenteas, quæ cũ argenteis cereis portabantur, expensas ad hæc Eudoxia Augusta præbente) tum Ariani zelo tracti, vsq; ad cædem insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est* Brisõn eunuchus Augustę, qui ad hymnos exercendos fuerat deputatus. Sed etiam quidam ex populo vtriusque partis extincti sunt. In his motus Imperator,prohibuit Arianos hymnos publicè decantare. SOZOM. Fertur,verò, ꝙ inter alia Ioannes etiã propter Seuerianum Gabalensem episcopum,odium Augustæ sibi conflauerit. Is enim Seuerianus & Antiochus Ptolemaidos,ambo eloquentissimi erant,& coram ecclesia docere instructi. Veniens ergo prius Antiochus Constantinopolim eloquẽtia promotus, atq; pecuniis ditatus, in suã reuersus est ciuitatẽ. Quẽ æmulatus Seuerianus postea venit,videns ꝙ Ioannes frequenter in ecclesia sermone facto mirabilis apparebat. Erátque honorabilis apud multos Proceres,& apud ipsum Imperatorem pariter & Augustã. Itaque cùm Ioannes profectus fuisset in Asiam, huic commẽdauit ecclesiam. Credebat enim eius blandimẽtis,quòd se reuera diligeret. At ille magis se auditoribus commẽdabat. Quod cùm Ioannes audisset,Serapione nuntiãte,ęmulari cœpit. Reuersóque ab Asia Ioanne,contigit transeunte Seueriano,vt studio nõ assurgeret Serapio. At ille exasperatus clamauit: Si Serapio clericus mortuus fuerit, Christus inhumatus non est. Ob hanc rem accusatus à Serapione velut iniuriosus & in Deum blasphemus, ciuitate pulsus est à Ioanne. Quod Augusta cognoscens per familiares Seueriani,mox eum à Chalcedone fecit reuocari. Porrò Ioannes multis rogantibus, eum videre refugiebat,donec in Apostolorum ecclesia in eius genibus poneret Augusta Theodosium filium suum supplicans & sæpe adiurans, vt Seuerianum ipsius reconciliaret affectui. SOCRAT. Interea monachi ab eremo Cõstantinopolim veniunt cum Dioscoro & fratribus,cum quibus Isidorus,qui Theophilo amicissimus pridem, ob huiusmodi causam postea fuerat inimicus. Petrus quidam archipresbyter Alexandrinæ fuit ecclesiæ. Hunc Theophilus ab ecclesia ex odio proiecit,culpans eum,quasi mulierem quandam Manichæam, non prius abrenuntiantem hæresim, in communionem sacram susceptisset. Cúmque Petrꝰ diceret se eã iussu Theophili susceptisse, illo negante,Isidori testimonium Petrus implorabat, quòd hoc actum non ignorasset episcopus. Eo tempore Isidorus Romæ agebat, à Theophilo missus ad Damasum, vt ei Flauianum Antiochiæ recõciliaret episcopum. Verùm reuersus Isidorus Petri responsionem veram esse firmauit, dicens quòd mulier Manichæa cum episcopi fuisset iussione susceptа. Hinc accensus Theophilus,ambos expulit ab ecclesia. Ob hanc ergo causam Isidorus cum Dioscoro & reliquis Constantinopolim venit, vt principi & Ioanni eius facta narraret. Hæc Ioannes cognoscens honorabat principio viros, eorumque fruebatur orationibus. Communione verò sacra cum eis ante causæ cognitionem participare nõ voluit. His ita gestis,peruenit ad Theophilũ sermo falsus, tanquã Ioãnes illis cõmunicasset, vt eis ferret auxiliũ. Parabátque vt nõ solùm de Dioscoro & Isidoro sese vlcisceretur, sed etiam Ioannem episcopatu deponeret. Misit ergo ad singularum episcopos ciuitatum epistolas,celans intentionem suam, culpans tamẽ Origenis libros. deinde Epiphaniũ Cypri fecit amicum,cùm prius eius fuisset inimicus,tanquã de Deo minus bene saperet,eúmq; formã hominis habere iudicaret. Tunc ergo quasi ex pœnitentia, eius se ꝓfessus est sequi sectã, egitq; vt synodus Episcoporũ Cypri celebraretur, vt libri dãnarentur Origenis. Porrò Epiphanius propter nimiã sui reuerentiã atq; simplicitatẽ circunuentus,constituta synodo lectionẽ librorũ Origenis interdixit. Misítq; literas ad Ioannẽ,monẽs vt ab Originiana lectione abstineret: & synodo congregata quæ placuerãt, etiã ipse firmaret. Theophilus igitur famigeratũ illũ Epiphaniũ circunueniens,& cognoscens sua vota proficere, etiam ipse collectis Episcopis libros dãnauit Origenis, qui penè ante ducentos defunctus erat annos: non ꝙ huiusmodi haberet intentionẽ,sed studẽs Dioscoro eiúsque nocere sequacibus. Ioãnes autẽ paruipendẽs quę ab Epiphanio & Theophilo fuerant nuntiata, in doctrina Ecclesiastica laborabat,& in ea quidẽ florebat. Nihil tamen de his quæ contra eũ cogitabãtur sæpe, curabat. Cúmq; Theophilus iam manifestè studere videretur,vt Ioannẽ episcopatu deponeret: tunc etiã inimici Ioannis Theophilum sunt sequuti: & multi clerici,multi procerũ palatij tempus inuenientes opportunũ, nitebantur vt synodus Constantinopoli fieret contra Ioannẽ, & hoc tam per epistolas sibiipsis, ꝙ per verba mandabant. Auxit igitur odium Ioanni causa Seueriani & Antiochi episcoporum quæ suprà relata est. Post paucũ verò tẽpus episcopus Epiphanius Constantinopolim venit,portans damnationem librorum Origenis. Quibus non quidẽ ipsum Origenem excommunicatum decreuerant,sed libris tantũmodò derogauerant. Egressus ergo ad Basilicam S. Ioannis milliario ab vrbe septimo constitutã: & collecta ibidẽ celebrata,ordinatóq; diacono rursus venit in ciuitatẽ,& inuitationẽ quidẽ Ioãnis declinauit causa Theophili: in propria verò mansione habitare magis elegit. Et vocans tunc præsentes episcopos damnationẽ librorũ Origenis legebat eis. Et quidã habẽtes Epiphanij reuerentiam subscribebant,plurimi autem hoc facere recusabant. Quorum fuit etiã Theotimus Scythiæ præsul, qui ita respondit: Ego, inquit, ô Epiphani,neq; ei,qui pridem bene requieuit, iniurias infero,neque rem blasphemam tẽtare præsumo, damnans ea quæ priores nostri respuere noluerunt. Proinde neq; malam doctrinã in libris Origenis esse cõspicio. Tũ proferens libros Origenis legit,& ecclesiasticas expositiones ostẽdit, ac postea procedẽs dicebat: Qui his cõtumelias inferunt, nescíunt seipsos. Hæc ergo Theotimus vitæ rectitudine nobilissimus Epiphanio respõdisse fertur. Ioannes igitur Cõstantinopoleos indignatꝰ nõ est,ꝙ prẽter regulas in ipsius ecclesia ordinationẽ feciſſet Epiphanius, sed tamen rogabat vt inter episcopos cum eo maneret. At ille nec manere se cum eo,nec orare respondit, nisi Dio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scorum & qui cum eo erant, vrbe depelleret,& ipse in librorum Origenis damnatione subscriberet. Ioanne hæc facere differente & dicẽte,non oportere ante catholicã cognitionẽ aliquid facere petulanter: ad hoc consilium ib inimicis Ioannis Epiphanius instigatur. Cùm esset in Apostolorum ecclesia celebranda collectio,procedere faciũt Epiphaniũ, & corã omni populo Origenis dãnare libros, & adiudicare Dioscorũ eiúsq; sequaces, simul quoque derogare Ioanni velut eorũ defensori. Hæc Ioanni nuntiantur. Altero verò die cùm iam venisset Epiphanius ad ecclesiã,hæc per Serapionẽ verba mandauit: Contra regulas multa gessisti,ô Epiphani: Primùm quidem q̃ ordinationẽ feci-sti in ecclesia sub meo iure constituta: deinde quia me non iubente, in ea authoritate propria sacra celebrasti: rursus q̃ inuitatus excusasti, & nunc denuò in teipsum confidis. Quaproprer obserua ne turbatio nascatur in populo, & huius rei periculum ipse suscipias. Hęc cùm audisset Epiphanius,ab ecclesia formidans abscessit.Cúmq; reuersurus esset ad Cyprum, ferunt quidam hæc eum mãdasse Ioanni:Spero quòd non moriens episcopus. At ille remandauit: Spero te ad tuam patriam non rediturum.Hæc vtrum verè dicta sint, nescio: ambo tamen hunc habuêre finem. Nam nec Epiphanius viuus peruenit ad Cyprum,sed in naui defunctus est: & Ioãnes paulò pòst ab episcopatu depositus est. Cúmque Epiphanius discessisset, perlatum fuit ad Ioãnem, & quòd Eudoxia Augusta eum contra Ioannem armasset: & hinc accensus,linguæ vbertate sermonem fecit ad populum cũctarum mulierum vituperatione plenum. Hunc sermonem populus omnis arripuit quasi contra Augustam prolatus esset, & ita peruenit ad aures Imperatoris.Quod Augusta cognoscens, velut iniuriam suam narrauit Imperatori, dicens illius magis esse contumeliam, quæ ipsius vxori fieret. Quamobrem factum est, vt Theophilus contra eum per quàm velociter synodum celebraret. Quod etiam Seuerianus simul agebat:erat enim adhuc inimicus,Inter hæc Theophilus venit,multos simul episcoporũ mouens. Confluebãt igitur plurimi Ioannis inimici, aderãt etiã quos ab episcopatu remouerat. Omnes ergo concorditer in Chalcedone cõuenerunt,vbi tunc erat episcopus Cyrinus,multa contra Ioannem loquens, impium eum superbúmque vocans.Episcopi verò delectabãtur talibus.Porrò Maruthas Mesopotamenus episcopus,inuitus Cyrini calcauit tunc pedẽ. At ille dolore constrictus Constantinopolim cum episcopis transire nõ potuit:alij verò sunt transuecti. SOZOM. Postea verò cùm dolore laboraret eius crus continuò, est abscissum:quia putredo penè omne corpus eius inuaserat, & in pedẽ aliũ iam serpebat. Is ergo post paululum temporis est defunctus. SOCRATES. Theophilo autẽ ab Alexandria venienti nullus occurrit,nec solẽni honore potitus est. Erat enim apertissimus inimicus. Sed Alexandrini nautæ, qui tunc venerant cũ frumentis,occurrentes eum fauorabiliter susceperũt. Cúmq; venisset Cõstantinopolim,refutauit in ecclesiam introire,sed in vna domo Augustarum,vocabulo Placidiana, tunc habitauit. Hinc ergo cœperunt contra Ioannem mouere causas: & non iam de libris Origenis mentio ferebatur, sed has accusationes illicitas excitabãt. His ita præparatis,conuenientes episcopi in suburbano Chalcedonensi, quod Rufini nomine vocitatur, vbi est in honore Petri & Pauli Apostolorum basilica constituta, euocauerunt Ioannẽ satisfacturum pro quibus accusabatur: iusserũntque vt cum eo venirent Serapion,& Tigrius eunuchus presbiter,& Paulus lector. Isti enim simul accusabantur. Cúmque Ioãnes euocãtes velut inimicos refugeret, vniuersalem synodum fieri proclamauit. At illi nihil morati quater eũ euocarunt. Qui cùm noluisset occurrere, sed synodum fieri proclamaret, damnauerũt eum:in nullo culpantes, nisi q̃ vocatus noluisset obedire. Cúmque hoc fuisset circa vesperam nuntiatum, populus ad seditionem maximã excitatus est: & noctu concurrentes,eum trahi ab ecclesia non sinebant, sed clamabant,vt apud maius concilium de eo agitaretur examen. Porrò iussio Principis vrgebat,velociter eum eiici,& in exiliũ deportari. Hoc cognoscens Ioannes tertio damnationis die circa meridiem seipsum populo ignorante contradidit. Cogitabat enim ne vlla propter ipsum seditio nasceretur.Et ille quidẽ in exilium ducebatur.In populo autẽ seditio enormis est exorta, ita vt etiam multi inimicorum eius misericordia mouerentur, dicentes eum calumniã passum, quem paulò antè desiderabãt videre depositũ. Quãobrem clamabant omnes contra Principem atque concilium sacerdotum, & maximè contra Theophilum. Non enim eius machinatio iam poterat latêre, quæ multis quidẽ indiciis apparebat, maximè quòd Dioscoro eiúsque fratribus mox post Ioannis deiectionẽ cõmunicauerat.Tum igitur etiã Seuerianus in ecclesia docens Ioãni derogabat,dicens: Etsi in nullo alio vituperandus Ioannes est,eius tamẽ superbia crimen est ad damnationẽ sufficiens.Omnia namq; pec cata remittuntur hominibus, superbis autẽ deus resistit, sicut sanctæ scripturæ docent.Orta igitur immẽsa seditione,populo discurrẽte,& ad ipsa regalia proclamãte,Augusta permota rogauit Imperatorẽ, vt eũ reuerti præciperet.Misso igitur tunc eunucho*Bresone,etiã necessitas Ioanni inuito,vt in ciuitatem ingrederetur,imposita est. Cùm verò rediisset, cũ multo ei⁹ honore ad ecclesiã plebs occurrit.Et mox vt Ioannes ingressus est,rogabant vt in episcopali sede resideret, & populo orationem pacis impenderent.Quod cùm refutaret, atq; diceret, q̃ hoc oporteret iudicio fieri synodali, & eos qui damnauerant, suam sententiam reuocare,accendebãtur omnes eũ videre in loco prio residentẽ,& verba doctoris audire. Qui licet diu tardaret, præualuit tamen populus, & eũ in sede residere episcopali coëgit,& consuetæ orationẽ præbere pacis.Coactus etiã sermonem fecit ad populũ. Hæc causa aliam præbuit inimicis occasionẽ. Et primùm quidem de Heraclidæ ordinatione contra eum mouere dicebatur Theophilus quęstionem, vt Ioannem huius rei occasione deponeret.Verùm Heraclides nõ aderat:indicabatur autẽ veluti præsens, quasi quosdã iniuste cæcidisset, catenísq; vinctos misisset in pompam Ephesi per mediam ciuitatem.Cúmque pars Ioannis diceret auditorium debere iustè constitui, Alexandrini contendebant,vt Heraclidis accusatores susciperentur.Hinc ergo seditio & cædes inter Constãtinopolitanũ populũ & Alexandrinum vehemens est exorta. Ob quam rem plurimi vulnerati,pauci etiam mortui sunt. Hæc videns Theophilus,repente diffugit Alexandriã.Quod etiã alij fecerunt episcopi, prẽter paucos,qui personã Ioannis amplectebantur. His ita gestis, reprehensibilis Theophilus est inuentus. Cuius auxit inuidiam, quòd rursus Origenis libris incumberet.

*Brisone.

incumberet. Qui cùm à quodam fuisset interrogatus, quomodo ea quæ damnauerat rursus amplecteretur, ita respondit:Origenis libri similes sunt prato floribus vniuersis pleno: quicquid ergo in eis bonum inuenero, hoc decerpo. Si quid verò spinosum occurrerit, hoc quasi pungat, omitto. Hæc ergo Theophilus ait, non considerans Salomonis sapiẽtissimi verba dicentis,quòd verba sapientum sicut aculei sunt. Ob hanc ergo causam apud omnes Theophilus reprehensibilis videbatur. Porrò Dioscorus Hermopoleos episcopus paulò post fugam Theophili mortuus est, claráq; sepultus in Basilica apud Ilicem constituta. Vbi propter Ioannem synodus fuerat celebrata. THEODORETVS. Missus ergo tunc Ioannes in exilium, apud ostium habitabat Ponti,quod vocatur Hieron. Cúmque per noctem terræ motus ciuitatem regiam inuasisset, Legati manè mittebantur ad eum, rogantes vt velociter reuerteretur ad ciuitatẽ, & orationibus suis pericula remoueret.Sed & alij post illos, & rursus alij destinati sunt, ita vt legatis Bosphorus repleretur. Quod cùm fidelissimus populus cognouisset, fluctus Propontidos nauibus est opertus. Omnes enim occurrerunt cereos & lampades accẽdentes pro reuersione pastoris. SOZOMEN. Interea cùm Theophilus nauigio Hierapolim aduenisset, mortuo eius ciuitatis episcopo, Nilammonem monachũ elegerunt ciues. At ille cùm crebrò refugeret, ei Theophilus suadebat, ne sacerdotiũ refutaret. Tum ille promisit, dicẽs:cras quod Domino placet,implebitur. Altero verò die venientes ad cellam eius cogebant eum. Tum Nilammon,prius, inquit, oremus. Quod cùm Theophilus laudasset,simul orabat. Nilammon autẽ repente finem vitæ cum illa oratione suscepit. SOCRAT. Ioannes itaque doctrinis occupabatur, ordinauítque Serapionem Heracliæ Thracensis episcopum. Vnde contra eum maius odium excitatur. Nam paulò pòst hæc cõtigisse noscuntur. Augustæ Eudoxiæ statua argentea constituta est in columna Porphyretica chlamyde circumamicta: erátque posita nec proximè nec longè ab ecclesia Sophia,quam plateæ tantummodò diuidebat iter. Illic ergo consuetè ludus publicus occurrebat. Porro Ioannes iniuriam hoc arbitratus esse ecclesię, consueta fiducia rursus suam armauit linguã. Et cùm oporteret principes supplicationis verbo deflectere,vt à tali ludo recederetur,hoc nõ fecit,sed impetu suæ vsus eloquentiæ,iubentes fieri talia obiurgabat.Augusta verò rursus ad suam hęc trahebat iniuriã, & denuò præparabat, vt aduersus eum synodus celebraretur Episcoporum.Hoc sentiens Ioannes,illã notissimam in ecclesia protulit homiliam, cuius initium est: Rursus Herodias insanit,rursúsq; turbatur:denuò saltat, denuò caput Ioannis in disco concupiscit accipere. Quod factum amplius ad iram accendit Augustam. SOZOMEN. Interea quidam homo comprehensus est, qui Ioannem volebat occidere, traditúsq; ad supplicium præfecto,à Ioanne ne perimeretur ereptus est.Postea verò Elpidij presbyteri seruus,cursum episcopũ irruens, eum interimere nitebatur. Et dum à quodam teneretur,& ipsum repente percussit,simul & alium adstantem, & tertium. Tum clamore facto, & multis cõuenientibus, plurimos interemit: nouissimè tentus & traditus est.Ex illo tempore Ioannem populus custodiebat die noctúque eius circunsidens domum. SOCRATES. Paulò post aderant episcopi, Leontius Ancyræ Galatiæ, Ammonius Laodiceæ, † Breson Thraciæ Philippensis, Acacius Berœæ Syriæ,& alij quidã. His præsentibus accusatores priores denuò mouebantur.Ioannes itaq; confidebat in talibus,rogans vt accusatio decenter flagitaretur.Cúmq; superuenisset festiuitas Natalis Saluatoris, Imperator solenniter ad ecclesiam nõ venit, sed mandauit Ioanni,quòd ei non communicaret, nisi criminibus prius exueretur. Cúmq; pro securitate Ioannis accusatores eius valde terrerentur, præsentes episcopi nihil aliud requirebant,nisi quòd post depositionem,non decreto concilij resedisset in sede. Cúmq; ille responderet, quòd sexaginta quinq; episcopi cõmunicantes ei decreuissent,Leontius & alij reclamabant,dicentes: Sed plurimi te, ô Ioannes deposuerunt. Cúmque denuò Ioannes hanc regulam non orthodoxorum ecclesiæ, sed esse firmaret Arianorum: nam in Antiochia congregati pro damnatione fidei de consubstantialitate prolatæ,odio Athanasij hanc regulã protulerũt:Tum illi non recta satisfactione condemnauerunt eum,non intelligentes,quòd dum hac regula vterẽtur,Athanasium quoq; deponerent.Hæc acta sunt circa festiuitatem Paschæ. Mandauítque Imperator Ioanni, non se posse ad ecclesiam venire, quòd eum duo concilia cõ demnassent.Vacabat ergo Ioannes, & nequaquam in ecclesiam descendebat. Móxq; omnes ei fauentes ab ecclesia recedentes, Pascha quidem in Thermis quæ Constantinianæ vocantur,celebrauerunt. Cũ quibus plurimi episcoporum,presbyterorum & sacri ordinis clericorum commoti sunt, collectiones seorsum per loca diuersa celebrantes: vnde etiam Ioannitæ vocati sunt.Porrò Ioannes duobus mensibus nusquam processit,donec princeps eum duci iuberet in exiliũ.Et ille quidem tractus ab ecclesia,ducebatur. Quidã verò Ioannitarum eo die ecclesiam incenderunt. Qua ardente flans ventus etiam basilicam Senatus pariter cõ prehendit.Quod actum est vicesimo Ianuarij mensis, Cõsulatu Honorij sexto & Aristhenis. Ob quam rem Optatus præfectus vrbis,cũ Paganus esset,odio Christianorum plurimos Ioannitarum diuersis tormentorum generibus laniauit. THEODOR. Ioannes igitur non solùm è ciuitate pulsus est,sed etiam in quoddam exiguum oppidum atq; desertum Armeniæ Cucuson destinatus est.Inde rursus ad Pitymitem,vbi fines sunt Ponti imperiiq; Romani,quæ loca crudelibus Barbaris sunt vicina.Sed clemens Dominus nõ permisit victorẽ athletã per loca talia diu morari. SOZOMEN. Inter hæc Innocentius Romanus Antistes audiens de Ioanne & molestè ferens,volensq; generale celebrari Cõcilium,scripsit Ioanni & clero Cõstantinopoleos, quòd non oporteret Ioanni successorem dari,ne eius clerum alij parêre pontifici, quas prolixitatis causa nõ transtuli. Aiunt verò Ioannem cùm in exilium duceretur, per visionem cognouisse diem, quo moriturus esset,ostẽsum sibi à Basilico martyre in Comanis: vbi cùm esset itinere fatigatus, dolorem capitis non ferẽs & ardorem solis, vitam languore finiuit: SOCRAT. Quartodecimo die Septẽbris mensis, Consulatu Honorij septimo,& Theodosij secũdo. THEODORET. Huius igitur iniustitię causas abominati sunt præcipuè Europæ Pontifices:ab eorum namq; se suspenderunt communione:pariter omnes Illyrici eius partis effecti sunt.Oriẽtales autem plurimi quidem iniustitiam declinauerunt, corpus tamen ecclesiæ diuidere noluerunt.Verùm mortuo illo omnium doctore terrarum, non prius Occidẽtales episcopi Aegyptiorum & Orientalium,

†al. Briſon

Universidad de Deusto
Biblioteca

entalium, Bosphorentium atque Thracensium sunt amplexi communionem, quàm illius sacratissimi viri nomen inter prædecessores poneretur episcopos. Et Arsacium quidem, qui post eum ordinatus est, ne alloquio quidē dignati sunt. Atticum verò Arsacij successorem, legationem crebrò mittentem, & pacis pignora postulantem, in Ναυλόχοις scripto Ioannis nomine postea susceperunt. SOCRATES. Transactis itaque diebus paucis, Arsacius Constantinopoleos ordinatur episcopus, Nectarij frater, valde longæuus, & plusquam octoginta annos habens, qui mansuetissimè admodum regebat Episcopatum. SOZOMENVS. Cuius opinioni derogauit postea, q; cum Ioannis fautoribus agebatur. Nam cùm Arsatio cōmunicare nollet, nec orationem habere communem, sed (sicuti dictum est) seorsum per loca secreta vltima ciuitatis, sacra celebrarent, hæc ille renuntiauit Imperatori. Cūq; iussisset vt eos manu militari turbaret, lapidibus atque fustibus populum conuertit in fugam. Nobiliores autem & magis propensos in amorem Ioannis coniecit in carcerem. Porrò milites (vt fieri solet) accepta licentia prędam circa mulierum ornamenta faciebant, zonas aureas, dextralia, monilia, † lauatoria, annulos, diademata, & cum ipsis auribus earum auferentes inaures. Ob quam rem turbatio maxima & gemitus in ciuitate prouenit. Nec sic tamen illi affectum deposuēre Ioannis, verùm publicè plurimi conuenire, nec in platea, nec in balneo præsumebant. Quibusdā etiam erat domi quoq; manere periculosum, ita vt ciuitatem declinarent: multi siquidem viri, plurimæque mulieres nobili genere procreatæ, virginitate atq; virtute vitæ laudabiles fugerunt. SOCRAT. Eo tempore etiam grando vehemens Constantinopoli & circa eius suburbana descendit. Quod factum est Cōsulatu eodem Honorij sexto & Aristenæti, die trigesimo Septembris mensis, quod dicebant Dei ira factum, eo quòd sine iudicio Ioannes fuisset cōdemnatus. Quibus verbis incrementum dedit mors Augustæ continuò subsequuta. Quarto nanq; die post grandinem est defuncta. SOZOM. Tum verò Cyrinus Chalcedonensis episcopus, qui Ioannem crebrò lacerauerat, secto pede defunctus est. SOCRAT. Alij tamen dicebant, Ioannem hoc iustè perpessum, eo quòd multas ecclesias Nouatianorum, Quartodecimanorum, & aliorū tulisset hæreticorum. SOZOMEN. Eo tempore quidam lector Eutropius est detentus, quasi & ipse in ecclesiam misisset ignem. Qui cùm multa fuisset tormēta perpessus, & coniectus in carcerem, paulò pòst est defunctus. Quid autem de eo contigerit existimo esse memorādum. Quidam vidit in somnis adstitisse altari virum pulchritudine & magnitudine decoratū, quasi in honore martyris Stephani consistentem & quasi cogitantem, eo quòd boni viri nusquam inuenirentur, atque totam se circumire ciuitatem, & nisi Eutropium nullum penitus inuenisse. Cúmque is qui viderat, experrectus fuisset, somnium retulit fidelibus viris. Deinde requirens eos qui à præfecto comprehensi fuerant, & verberibus macerati, inuenit Eutropiū, eíq; retulit visionem. At ille flens, orationem sibi dari ab eo qui viderat, implorauit. Cúmq; diuersos præfectus torqueret, nec personas incendij reperiret, etiam mulieres quasdam tenens suadebat, vt episcopi communionem amplecterentur Arsacij: & multę quidem declinauerunt. Olympias autem iniustum credens malitiæ satisfacere, dixit: Adiice mihi calūniatores, & violentiam maiorem impone: mihi verò fas non est communicare, & ea facere quæ piis non licet perpetrare. Quam cùm nequisset flectere præfectus vt communicaret Arsacio, tūm demissam & paulò pòst tentā, multo nudauit auro, hoc modo credens ipsius frangi constātiam. Eo tempore Tigrius presbyter veste nudatus, & dorso cæsus, ita tensus est, vt pedum eius ac manuū articuli soluerentur. SOCRATES. Arsacius itaque cùm modicum vixisset tempus, defunctus est, Consulatu sequenti Stilliconis secūdo, & Anthemij, vndecimo die Nouembris mensis. Quo mortuo, de episcopatu Constantinopolitano magna cœpit esse contentio. Et propterea cùm quatuor vacassent menses, sequenti Consulatu Arcadij sexto, & probi, Atticus ordinatur episcopus, genere Armenius, habitu monachus, à iuuentute sua naturali sapientia decoratus. THEODORETVS. Ea tempestate Cyrillus Theophili consobrinus, Alexandrinū susceepit episcopatū. Hierosolymorū ecclesiæ præsidebat Ioannes vir mirabilis successor Cyrilli. Antiochiæ autē Alexander, vir sermone doctus, & virtutem ostendens magnis operibus. Is enim Porphyrio succedens, qui post flauianum fuerat ordinatus, multa reliquit monimenta clementiæ. Flauianus equidem sapientiæ subtilitate florebat. Porrò sacratissimus Alexander cōuersione summóque philosophiæ eloquio, & plurima donorū copia abundabat. Is namq; etiam partem Eustathij (quā pridem Paulinus flectere non potuit, nec post illum Euagrius) precibus vsus reliquo corpori copulauit, egítque festiuitatem, cuius similem nemo potuit aliquando videre. Nam cùm omnes fideles sumpsissent sacerdotes simul & populum, venit ad locum, vbi Eustathiani congregabātur. Apprehendensq; psallentes & vnum canticum sub quadam congruentia prædicantes, à porta vltima ciuitatis vsque ad maiorem ecclesiam, totam plateam compleuit hominibus, & ostendit fluuium rationalem ad instar fluminis decurrentis. Hæc Iudæi videtes & Ariani, & paruæ reliquiæ paganorum, ingemuerūt, videntes alios fluuios in mare ecclesiæ cōcurrentes. Is ergo Pontifex, Ioannis magni vocabulum ecclesiasticis Ναυλόχοις primus inseruit. Huius doctoris reliquiæ sequēti tempore in regiā deuectæ sunt ciuitatem. Rursúmque fidelissimus populus per pelagus quasi per terram currens, vndas Bosphori lampadibus & cereis obuelauit. Hunc ergo thesaurum in illa ciuitate recondidit Imperator, qui sui aui & vocabulum sortitus est & pietatem seruat inuiolabilem. Is in eius loculum defigens oculos atq; frontem, pro Arcadio & Eudoxia genitoribus supplicauit, vt ignoranter delinquentibus veniā condonaret. Pridem enim mortui sunt eius parētes hunc orphanum relinquentes. Sed patrum & progenitorum Deus, experientiam pupilli eum sentire nō pertulit. Nam & piè nutrire fecit, & sine concussionis metu custodiuit eius imperium, atq; tyrannorū consilia refrenauit. Is enim beneficiorū semper memor, honorabat beneficij largitorem, habebátq; participes hymnorum sorores seruantes cōuersatione virginitatem, & delitias maximas iudicantes sacrorum meditationes eloquiorum, thesaurum inauferibilem existimantes manus egentium. Verum ipse princeps multis etiam aliis adornatur, maximè verò clementia, mansuetudine, animi tranquillitate, nunquam recipiens tempestatem in fide vera atque probabili. Cuius iudicium nos cōuenit ostendere manifestum. Quidam vir conuersationis quidē monachicæ,

† *libatoria.*

nachicæ, sed asperior consilio, adiit Imperatorem pro quadam causa rogans. Cùm hoc crebrò fecisset, nec ea quæ postulauerat impetrasset, eum ab Ecclesiastica communione prohibuit, & impositio ei vinculo, discessit. Verùm fidelissimus Imperator ad palatium reuersus, tempore prandij præsentibus conuiuiis ait, non se sumpturum cibum, nisi prius eius vinculum solueretur. Ob quam rem misit ad ciuitatis episcopum, rogans vt iuberet ei qui ligauerat, vt ipsius vincula solueret. Cúmq; dixisset episcopus, non debere à quolibet obligationem recipi, & mandasset quòd solutus esset: ille tamen eius non susceepit solutionem, donec qui ligauerat multo labore requisitus, ei communionem quam prohibuerat, reddidisset.

LEONIS IN CHRISTO AETERNO REGE IMperatoris, Oratio encomiastica de magno Dei Pontifice & communi orbis terræ portu Ioanne Chrysostomo.

VIRI virtutem laudare iussus, viri, inquam, cui cognomen est os aureum, puto à me exigi vt flāmeos curras ascendam, aut miracula ostentem Mosaïca. Perinde est enim, vt ego sentio, illa quempiā audere aggredi, & lingua laudare, linguam illam verè auream, & quæ vniuerso mundo seipsam prebuit pretium redemptionis. Sic autem mihi cœpti audaciam cogitāti, cùm res videatur eiusmodi, prohibita est omnino obedientia, arbitranti tutius esse pręponere inobedientiam, cùm formidabilis sit obedientia periculosáque & supra vires. Quid verò, quoniam est periculosum, an ne eo vsque quidem tacendum est, vt non dicamus quàm multorum causa cernatur obedientia: an iuueniliter ab initio aggredientem dicere, propter fidei ardorem, aut illius viscerū benignitatem, immittere se oportet in mare encomiorum? Et quisnam cernitur virum illum adeò ignorare, qui non solùm vt mutus & surdus sit loquacissimus, sed etiam vt lapides clamorem emittant, creditur posse efficere? Horum enim fidem faciunt flammæ desiderij, quas spes in altum sublata conciliat, quomodo etiam magnus Apostolus præcipit scribens. Multum valet iusti oratio operans, hoc est, Quæ operationem consequitur ex eo quòd non dubitant qui accedunt. Quamobrem mittenda quidem est periculosa existimatio: paternum autem iussum curare oportet, ei qui ante omnia omnium est bonorū causa patri luminū, ex quo omnis datio bona hominibus, vt sacris scribitur litteris, & omne donum perfectum, mentem dedicando, & sic incipiendo. Atque si magno quidē Chrysostomo videretur deesse vitę splendor, dogmatum cœlestium tonitru, miraculorum terribilium fulgur, & alia omnia, quibus vir diuinus in terra etiā priusquam hinc migret, describitur & exprimitur, opus haberet cōuenienter legi encomiorum, cerea claritate, diuitiis, inquam, & patria, & gloria, & aliis omnibus quæ in bonam adducunt existimationem, quibus eius parentes in Antiochia cœles Syriæ insignes, omnes illo tempore facile superarunt. Quoniam autem magnitudo eorum quæ illi insunt bonorum, non minus tegit ea quæ sunt corporis, quàm emissio radiorū solarium fulgorem astrorum pulchritudinis, cauendum est ne propter rei humilitatem & abiectionem, in eiusmodi argumentis versetur oratio. Et ad ea eundū est ad quę cupio pro viribus. Par est autem mihi animum adhibere, dicenti eius honestos & compositos mores in tenera ætate, de his audire maius esse putātes, quàm cuiuis alij quæ expetitur se dedere operationi. Nam hoc quoq; est expetendum nosse motum communis luminaris. Is cum adhuc ventitaret ad eos qui Antiochiæ pueros erudiebant & exercebant, erat magister virtutis, non solum æqualibus, sed etiam ipsis magistris, & viris & patribus & seruis moribus inimitabilis, in consuetudine moderatus, quæ excelsum reddit humilitate ornatus. Ludos suorum æqualium ludum plane existimans & ab aliis sordibus expurgatus etiam ante diuini lauacri expiationem. Post diuinum autem lauacrum, quod Meletius magnus Pontifex Antiochenus, primùm quidem dat magno Ioanni, postea verò eius quoque parentibus, nondum enim eis illuxerat lux diuina, vt qui paternarum traditionum, quomodo magnū quoque Paulum audimus, essent æmulatores, ad solidiorum eorum quæ sunt ex verbo alimētorū participationē Ioānes adducitur, ingenij dexteritate se illis cōformem reddens, quibus diuinus qui inest timor, scit largiri præceptorum obseruationem, carnis purgationem, diuinam illuminationem, & quē diuinæ dicunt litteræ finem desiderij. Ante omnia autem imitans Iesu humilitatem, cuius breuis quędam detur narratio ad id quod dicitur cognoscēdum. Audite vos pueri qui vos iactatis parentum gloria, fastu & diuitiis, & imitemini. Curæ erat parentibus vt ei esset equus, famuli & magnus comitatus, eunti ad disciplinam. Ille autem omnia contemnebat. Persuadebat omnibus vt imitarentur Iesu humilitatem specioſos pedes præparans, vt leuiter currerent ad Euangelium. Danielem, pueros, Dauidem, verbis exemplum proponens. Illos quidem, quòd per ipsam ab eis ea præclarè gesta sunt quæ sunt supra hominem. Hunc verò quod cum aliis est etiam disciplina Dei iustificationū, dum dicit. Bonum mihi quod humiliasti me, vt discā iustificationes tuas. Cum ipse in his resplenderet, breue effluxit tempus, & Secundo, hoc enim erat nomen patri, contigit vitæ exitus. Quid verò mater, ætate florens & nomine, Anthusa enim dicebatur quod est florens? Simul florens & simul oriens habebat ipsa id quod erat omnium bonorum speciosissimum. Ipsa eū aliis solicitudinibus quæ sunt multæ viduitatis magno amore curam gerebat vt filius incrementum acciperet, vt quæ verè esset illius mater, ipsa quoque illi rursus se formam præbens & resplēdens. Qua ratione speciosē quoque fructus prębent coniiciendā causarum nobilitatem. Cum autem teneretur amore philosophiæ & dicendi facultatis, ventitat ad primos doctores ex iis qui erant Antiochiæ. Libanius autem tūc erat & Andragathius. Qui breuissimo tēpore ea percepit, quæ lōgis annorum & noctuum curriculis aliis vix tandem percipiunt, sedens optimus iudex eorum quæ percipiuntur intelligentia, & ea quidem quæ erāt vtilia sua confirmans sententia, quæ autem à nugantibus aut oscitantibus fabulosē confícta fuerant, iubens multum valere. Post eos, quoniam satietatem non poterat capere ingenium quod tenebatur amore cōtemplationis

Universidad de Deusto
Biblioteca

plationis meliorum, migrat ad magistros qui erant Athenis matre doctrinæ. Quo etiam in loco cum quę sunt optima capacissimo ingenio, citius quàm spongia humorem, hausisset, erat magnæ omnibus admirationi. Hinc aduersus eum locum occupat inuidia excitata eius bonis excellentibus. Modum autem significet oratio, etiam si maximè curet & vitet satietatem.

Anthemius sacerdos quidam Mineruæ, tunc Athenis in tanta habebatur admiratione, vt etiam ei fecerint statuam quæ omnes trahebat ad admirationem. Sed is quidem celebratus euadit arrogantia. Ioannes autem mãsuetudine & humilitate & moderatione spiritus. Veniũt hæc ad aures Demosthenis qui erat Prę fectus vrbis. Et vt fit in rebus eiusmodi, capitur Præfectus amore faciendi periculum, vt cognosceret eum qui excellit virtute. Congregat omnes, accersit Ioannem. Curru eum honorans iubet venire. Ille verò hoc B quidem recusat, venit autem suis pedibus. Hoc efficit vt Ioanni quidem cresceret honor cum admiratione, & in gradu & in honore cathedræ: Anthemij autem aperiretur, quæ latebat inuidia. Nam cùm ipse vidisset honorem quem adeptus erat Ioannes, & quod in cathedra esset ei superior, cum se non posset amplius cõtinere, hæc quidẽ dixit. Ciuitatis mores sunt, vt video, innouati nouæ leges sunt propositæ. Quæ sunt antiquorum, quæ sapientum, quæ familiarum priuilegia, ea tradita sunt hospitibus & aduenis. Nõ animaduertit autem se per hæc seipsum veteri honore priuare, cũ venisset omnibus in suspicionem quòd hæc dixerit propter inuidiã. Has iure pœnas de eo sumit iniustissima inuidia, quòd eam genuerit ei reddens alimẽtum. Vide autem quæ consequuntur. Non oportebat te, inquit præfectus, qui te iactas de philosophia, tanquam C vnum ex vulgo aut ex agro feras venantem, aut aliquẽ ex iis qui latrocinantur, ita clamare & tumultuari. Nã multa sunt propter quæ Ioannes dignus est qui honoretur. Nempe quòd & sit filius Secundi magni ducis exercitus. Et quòd canos homines superauit disciplinis. Quinetiam quòd à nobis coactus accepit hunc honorem. Et ante omnia humilitas, est ei eorum causa & conciliatrix. Sed hæc quidem præfectus. Quid verò Ioannes qui mansuetudine contemperauit iustitiã? primum quidem respondet iis quæ ei obiecit Anthemius. Deinde se Iesu disciplinæ & iis quæ illa liberè profitetur, se totum esse deditum paucis ostendens, plausu omnium excipitur. Licebátque videre oculis orationem Ioannis refulsisse illuminatione sancti spiritus, adeò vt diceret hoc videns vrbis præfectus. Reuera Græcorum disciplinæ cum doctrina Christianoru- D rum nihil omnino conuenit, cum illi quidem laborẽt insana gloriæ cupiditate: hi autem ingrediantur via illis contraria. Post hæc sequitur Ioannes & ardore mouẽtis eum spiritus publicè, liberè profitetur pietatem: in gentes inuehitur, eorúmque Deos & dęmones, Saturnum, & Iouem, & Mineruam, & Apollinem, & reliquam Deorum gentilium seriem, serpentésque & bestias quę ab eis coluntur qui eis debetur honorem afficiens. De quibus ij etiam qui habẽtur sermones, aiebat, ætherem inficiunt. Quid præterea? veram etiam lucem pergit prædicare sanctæ trinitatis, quæ in patre & filio & sancto spiritu in vna diuinitate & tribus personis, sine principio, & sempiternè, à Christianis contemplatione cernitur & adoratur. Hæc quidem Ioannes. Lætata est autem vniuersa turba quæ sequebatur partes Christi, dolore autem affecti gentiles, ira fuere perciti. Vt paucis absoluam, vnà cum eis mouetur quoq; præfectus, iubens Ioannem cessare Deos ludificari. Anthemio rursus datus est dicendi locus. Et primum quidem se blandis verbis insinuat prefecto, valde autem & prolixè nugatur in Ioannem & eius religionem, illa blaterans quæ cõsentaneum est eum qui colit talia. Sic dixit. Sed ex quo Imperatores, cõtra dixit prefectus, Christo nomen dederunt, in altum sublatum est eorum imperium, cum vbiq; Christiani longe latéq; creuissent, cum quibus fui ego quoq; societate coniunctus, & in hunc locum sum deductus. Rursus ergo Anthemio iniectus est camus & tristitia. Eius autem orationem excipit Ioannes, & hæc adiicit, dicens. Vera dicit prefectus ô viri. Nullus est enim locus ab extremis vsque ad extrema orbis terrarũ, vbi Christus non honoratur & colitur, & si quis studiosus hæc velit discere, sciat de Iudæis qui exilierunt ab Hierusalem, quòd postquã Christus reuixisset à mortuis, à Romanis bello obsessi, ad tantas redacti sunt angustias, vt suorum infantium carnes pro pane comederint. Qui ergo mihi creditis, ecce Episcopus, accedite ad ipsum, & baptizemini quoniam autẽ diuinum zelum solet etiam metus quidam cõsequi: Quibus enim animi socordia obsidetur à molli & eneruato spiritu, vtiliter eis metus obiicitur. Eos ergo terret, zelo percitus ille Elias. Qui dicens? Nisi mihi parueritis consulẽti quę dant salutẽ, ecce vos deferã ad Imperatores & statim moriemini. Est enim mors melior q̃ vita quæ blasphemiis & maledictis incessit vitę datorẽ, & min⁹ habere sensus quã canes & volucres & ferę, quę iis cedunt quæ eas mansuefaciunt mitesque reddunt & cicures. Cum hæc liberè diceret Ioannes, Anthemius grauiter quidem insurgit aduersus Christum, cadit autem grauius. Iam enim os sceleratum nondum cessarat. Christum maledictis incessere: & protinus ab immundo spiritu correptus Anthemius, afficiebatur sicut dęmoniaci, horrorem & fugam immittẽs iis qui aspiciebant. Deinde quid? Misericordia mouetur Ioãnes: & Anthemium, & si malo adhuc vexaretur, magnis clamoribus confessum non esse alium Deũ nisi Christianorum à malo liberat. Cúmque esset redactus in extasim, omnes quidem afficit admiratione, propter repentinam mutationem, repente autem baptizatur cum tota domo, & sic confirmata baptizatur multitudo. Nec hoc solum, sed etiam ex iis qui audierũt, omnes filij lucis regenerantur diuino baptismate. Communis hinc omnibus gaudij & lætitiæ exultatio, adeò vt reipsa liceret intueri quod canitur, lætantium omnium habitato est in te. Huius lætitiæ causam ignorabat Antistes Athenarũ. Deinde cùm intellexisset, eũ statuit adducere ad ordinationem. Quod cum resciuisset Ioannes, clam aufugit & se reddit patriæ. Hinc vbiq; terrarum fama & sermone erat celebratus Ioannes, cùm ad illud tempus venisset quo lanugo solet genas vestire, vt qui annos ageret decem & octo. Quo tempore cùm insignem esse Ioannẽ magnus animaduertisset Meletius, persuadet vt ad se veniat frequentius. Quo tempore dicitur suis cõdiscipulis, Theodoro qui fuit postea Episcopus Mopsuestiæ, & Maximo Seleuciæ Isauriæ, persuasisse, vt relicta vita augendæ pecuniæ dedita, vitam eligerent tenuem & solitariam. Hinc cum magno Basilio, qui ab ipso Meletio Diaconus fuerat ordinatus, magna iungitur amicitia, & tãta, vt mutuo amore nullus ei esset ęqualis ex iis qui à principio fuerant ei familiares. Quomodo enim ab artificibus

ficibus coniunguntur harmoniæ: aut cum iis quæ in A cœlo æquali celeritate mouentur luminaribus inconfusus ordo coniungitur coitionũ: aut vt melius dicam, quomodo lux visui, & visus luci coniunctim præbet vt videatur: aut quomodo mentis cum anima, & animæ cum mente nota est cognatio: aut vt dicam conueniẽtius, quo spiritus ignis in specie linguarum, cum verbi discipulis cognoscens coniungitur: ita etiam in his: Homines. n. spiritus, sancto spiritu coniuncti vnam in Christo charitatis perfectam effecerunt conspirationem. Quodnam autem esset amoris inter eos vinculum, sic ostendit oratio. Basilius qui iam vitam susceperat monasticam, secum attrahebat Ioannem. Eum autem contra attrahebat materni rursus amoris plena lachrymis oratio. Cùm verò clementis & misericordis Ioannis non esset animæ & sapiẽtię, tã multas matris lacrymas, prolixámq; orationẽ & viduitatẽ despicere, tunc retrahitur, & matri se inuitum tradidit, B persuasus nõ tõderi ante eius exitũ. Cũ materna ergo cura & prouidentia insignis esset Ioannes, Zeno Episcopus ascendit ex Hierosolymis: & populo Antiochenæ ecclesiæ Ioannẽ constituit lectorẽ. Tunc autẽ dicunt eum cõposuisse sex libros aduersus Iudęos perpetuum recti sui ad meliora cursus tenorem vita & oratione conseruantem. Post hæc cum mater in Dei manus suum tradidisset spiritum, sacrosancto filio concedit libertatem. Atque magnus quidem Dauid in his virum iustum exprimens, dicit. Disperfit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum. Ioannes autem cùm matri vt decebat iusta fecisset, non solum omnes diuitias, partim quidem pulchre dispergit, partim autem Deo pulcherrimè consecrat: sed etiam suum in notos & amicos & alioqui familiares, amorem postpo C nens, à vero & qui solus non diffluit pendet amore, & cum vitam suscepisset monasticam, qui etiam ante se vllus alius erat solitarius, tanquam tunc incipiens dat se monasteriis, quotidie ad anteriora sicut Paulus, inquit, se extendens. Cum talis autem cerneretur, rogatur quidem vt fratrum suscipiat prefecturam: sed minime id sustinet. Decreta autem & ordinẽ omnis bonæ monasticæ exercitationis diuinus hic Zelotes conscripta eis tradit. Sed quid hæc & si magna sint, si conferantur cum futuris? Quæ de eo quidem spargebatur fama, cogebat omnes lubenter ad eum confluere. Ipse autem tanquam fons quidam perennis, discernẽdarum scripturarum aquam effundens minimè perturbatam, eam affatim suppeditabat omnibus. Licebátque videre omnes qui æstu & egestate & siti diui- D norum exiccabantur eloquiorum, ex eius libris tanquam ex vasis, eius claras & perspicuas haurientes interpretationes, & & lætos reuertẽtes in patriam. Cùm ad hunc locũ peruenerim, statui silere: rerũ enim mearum testis est conscientia. Quænam autem est ratio silẽtij? Quod hinc rerum magnarum exoritur narratio, quarum admirabilitatem narrare, aut laudibus, vt par est, celebrare non possum. Sed quod mihi in principio procœmij, id rursus quoque venit in mentem. Et mihi primum quidem ignoscat hic vir diuinus diuinæque clementiæ imitator & fideiussor. Ignoscite autem ex vobis quoque quicunque eius philosophiæ laudatores estis, & in ea vos oblectatis. Beatus es Simon, dicitur in Euãgeliis, hæc autem vox est Christi ad magnũ inter apostolos Petrum. Alium quoque Apostolum testatum est super Christi pectus recubuisse & quæcunque fuerunt vtriusque post hæc beatitudines & re-

uelationes, & postremò claues regni cœlorum. Num ergo si eodem honore & gloria cerneretur hic quoq; Ioannes dignatus, ei deesset aliquid quominus & esset & nominaretur par beatæ illi dignitati & ordini Apostolorum? Nequaquam. Quomodo autem & quanam ratione iam dicam. Cum Ioanne versabatur Syrus quidam senex, nomine Hesichius, virtute tantus, vt is quoque dignus sit habitus qui assequeretur magnum donum præscientiæ, cuius conuersationis & vitæ agẽdæ honestatem imitabatur Ioannes. Huic seu aliquando oranti apparent duo senes, induti candidis vestibus, adstantes vbi precabatur Ioannes. Quorum vnus quidem librum scriptum, alter verò gestabat claues. Licebat autem videre Ioannem, cum eos vidisset, adorare, illos autem dicere, Confide, & noli timere. Illum verò verbo rogasse quo appellamus Dominos, quinã essent quòd dignati essent venire ad suam humilitatẽ, & eos rursus dicere, Ne timeas vir desideriorum noue Daniel, in quo habitat spiritus sanctus. Rex magnus Christus noster magister nos misit ad te nuncios gaudij, gaudij inquam, quo per te fruẽtur omnes Dei ecclesiæ. Hæc dixisse, & ei tradidisse, alterum ex his quidem librum, alterum verò claues, subiungendo. Ego quidem Ioannes qui in mystica cœna super Christi pectus recubui, & illinc hausi fluenta Theologiæ. Ego autem sum Petrus qui Christum Dei viui filium sum confessus. Deus verò tibi quoque dat meam potestatem. Fac ergo omnia quæcunq; tibi iubemus, & cùm in diuinorum præceptorum mysteriis eum instituissent: & futurorum ei bellorum & afflictionum, quę iustis hic multæ esse solent, prædixissẽt euentum, tandẽ cum vniuersa eius membra obsignassent, eúmq; amplexi essent, bonóque & forti animo esse iussissent, recedunt. Hæc cùm ille verè admirabilis vidisset & audiisset senex, apud se mirabatur. Iis autem qui eum sic videbant causam rogantibus, dixit. Regis ô fratres arcana propalare, & Dei aperire miracula, per atq; adeo maius affert periculum, & incipiens, totam narrauit visionem. Cui cum data esset fides nõ sciturum id Ioannem, is mentes omnium impleuit admiratione. Ioannes autem tunc scripsit libros de monastica exercitatione. Hinc ei ascendenti ad fastigium in primis regiæ virtutum contemplationis & subiicienti audaciam animi perturbationum, diuinitus in eas datur potestas, quæ principatum obtinet mente supernum adiuuante auxilium, & subiungente illarum feritatem. Operæpræcium est autem de omnipotentis quoque in eum in his munificentia, contrahendo orationem quo ad eius fieri poterit, breuiter differere. Dominicã fimbriam sicut audiuimus, necessitate morbi adacta illic quidem mulier fide tangẽs, accipit tactu salutem. Ergo hic quoque imitatur magistrum. Hic enim vir quidam laborabat tãto dolore hemicranij, vt mali vehementia exiliens eius oculus cerneretur pendere à maxilla. Is cum in cassum in Medicos suas omnes consumpsisset facultates, accedit aliquando ad diuinum Ioannem, rogans vt sanaretur. Ille autem dicit ei. Hunc morbum tibi conciliarunt tua animi peruersitas & pauca fides in Christum Seruatorem. Ille verò qui laborabat, simulátque hoc dixisset Ioannes, se totum traducens ad firmam & infractam fidẽ Christi, tangit Ioannes tunicam: & cum eam locis affectus imposuisset, dicto citius fuit curatus. Post hunc quidã facie leprosus, qui erat ex proceribus, nomine Archelaus, accessit ad Ioannem, & quomodo Zachæus

ille,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ille,ad dominum magnanimo motu fidei,hic quoque dicens & accedens,cum leprosæ animæ deformitatẽ, Ioannis eloquiorum quę maximè expurgabat abluisset aqua,Iubet eum quoque aqua putei, qua fratres vtebantur lauari, & cum lauasset, eius quoque corpus mũdatur protinus.Deinde propter summam in Christum fidem quam ei conciliarat illud os verè aureum & sanctum,tondetur,&cum sanctè fuisset monachus, insignis euadit & consummatur. Multi ex iis qui tunc erant fuerunt eius imitatores,varia quidem cogitationum vulnera medico aperientes, simplicem autem & facillimam & copiosam assequẽtes curationem. Vbique tunc de cætero monasteria charitatis abundantia duplicitatis expulsio, redundantia humilitatis, diluuium superbię vita in virtute se exercens,oratio pacifica, ciborum contemptio, doctrina verorum dogmatum.Non licebat tunc videre compotationum temulentiam,non risus insolentiam,non lites,non æmulationem,non aliquam aliam nubem,quę obstat quominus videatur splendor solis. Quorum omnium est caput vnum,benigna cura Ioannis prouidentiæ.Quid alia miracula? Nunc quidem Eucleus ille, qui inuidia diaboli, alterius oculorum lucem dicitur perdidisse, credit Christo,accedit,tundetur:tãdem Ioannis præcibus lucem rursus accipit.Nunc autem illa quę laborabat sanguinis profluuio, septem annos sic affecta, persuadet coniugi,& per eum rogat quidem Ioannẽ: ab eo autem docetur causam, quod propter peccata permissum fuit vt puniretur. Quænam autẽ ea? Summam inhumanitatem,pauperum contemptionem,ingluuiem & omnem nugacitatem. Ad hæc, quid opus est dicere multiplicia medici medicamẽta,quę in mulierem excogitauit? Quæ cum omnia per coniugem didicisset,& se ea omnia esse correcturã fideliter promisisset,celerrimè accipit sensum curationis.Quid verò de immani quoq; illa fera,quę multos quidem deuorauit ex iis qui transibant, ex finitimis autem multos egit in fugam? Dominica arma diuinus ille Imperator obiicit belluæ, & cum decreuisset vt ea figerentur ante speluncam, facit vt ille terribilis & sæuus hominum occisor leo,ante preciosam crucem mane humi inueniretur morte affectus. His armis & moribus liberat quidem eos qui capti erant à captiuitate cultus simulachrorum, animum autem confert ad alia Deo grata consilia & contemplationes. Nam quoniam illud diuini Dauidis singulariter & solum esse valde amplectabatur,aduersus id autem contendebat benignitas voluntatem reprimens, optimo & prudenti consilio vtrunque recte administrat.Nam cum sciret, seorsum quidem esse, esse tutius & magis vacuum perturbatione: à multis autem id existimari non carere fastu & arrogantia: vti autem multorum consuetudine & se eis communicare, turbulentum quidem & periculosius,sed non carere mercede &vtilitate, sapientissimè vtraque commiscet, aliquando quidem versans cũ omnibus,vt omnes lucrifaceret Paulus hic nouus, aut complures,aliquando autem seorsum latens in caligine,& purus cum puro versans, nouus Moses, animarum & mentium quæ Deum vident legislator & dux. Hinc cum amor diuinus superasset, is magnum hunc decertatorem deducit ad quandam speluncam habitandam:in quo biennium in somnis ferè peragẽs, diuinæ scrutabatur scripturæ tam veteris quam nouæ quæ sunt profundissima. Cùm autem robur corporis voluntati animæ non suffecisset, imus venter morte afficitur, & cùm haberet renes frigore consauciatos, tanquam in portum venit ad ecclesiam Antiochenã. Deinde ordinatur diaconus. Quo in ordine se quinq; annos præclare gerens, scripsit sex libros de sacerdotio,tres ad Stagirium,eos qui sunt inscripti de incomprehensibili & dissimili,& sex prꝛterea de introductiis. Sed iam magni Ioannes in presbyterum ordinationem nos vocans oratio,modum enunciet.Cùm Constantinopoli mortuus esset Meletius, qui cò venerat ad constituendum magnũ illud luminare, nempe Gregorium cognomento Theologum, Flauianus Meletio succedit Antiochiæ. Is autem cum vigilaret, vt consueuerat,quadam nocte videt diuinum accessisse angelum qui ei iubebat ordinare Ioannem, dicens futurum Ioannem nouum vas electionis. Ecce dicens ego ei de hoc mandatum dabo,& obediet. Ad quem quidem cum accessisset Angelus, ei mandauit, prius narrauit futura, & quæcunque par est facere eum qui diuinus sit futurus minister. Et vt pluribus prætermissis veniat oratio ad id quod est maxime mirabile, hoc faciat. Cùm magnus, & hostia, & Pontifex Iesus Christus filius Dei aquis mihi purgaretur, pater apparet ab alto, voce testificans eum germanum esse filium,& spiritus in columbę specie vocem illam confirmat,& licet alicui audax videatur oratio propter ea quæ audet dicere iuueniliter, illa proponimus ad recordationem. Quænam? Illud ego dixi, dij estis,& illud rursus si vultis. Et filij altissimi omnes, & ante ea, verbum quod est ad imaginem & similitudinem, & quæcunque ad honorem eorum qui seruant quæ sunt imaginis copiosa prouidet gratia. Mihi autẽ hic quoque considera. Cùm adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius assisteret multitudo innumerabilis,& Angeli desuper intuerentur: manum imponente Episcopo & preces dicẽte consuetas,dicitur factum esse illud maximè nouum spectaculum. Alba columba repente deuolans, quomodo illic supra Iesum meum & Deum, in honorem eius cui manus hic imponebatur, stetit supra eius caput.Hoc admiratione quidem afficit & stupefacit eos qui tunc aderãt, simul attrahit autem eos quoque qui audiunt. Admiratur vniuersa non solum quæ circumcirca sita est regio, sed etiam vniuersa quæ extra fines procul remota est Syria. Sic omnes apud se cogitabant.Quidnam ergo erit Ioanni,quòd ab initio ei apparuit gloria domini? Atque ex iis quidem quæ dicta sunt,rerum est demonstratio admirabilis,eo quòd suũ ministrum honorat rex cœlestis qui facit admirabilia, ad honorem & gloriam suorum ministrorum. Cùm hic autem orationis cursum propter satietatem parũper stiterimus,ea quę deinceps consequuntur peragemus alacrius. Quoniam orbis terræ creandus erat magnus Antistes & Iudex, his quoque bonis & honestis prius exercetur. Nam cùm duodecim annos transegisset Presbyter in ecclesia Antiochena, puritate vitæ decorat Sacerdotium, eorum qui videbant animas expurgans, & verbi splendores mentes omnium illustrans & sanctificans, multus in docendo, magnus ad vtilitatem eorum qui audiebant, morum potius seueritati quàm pudori seruiens. Leonis fiduciam ostendens in iustitia. Qua de causa hebetioribus existimabatur arrogans & insolens. Quæ mens, Quæ oratio, ostenderit vias quæ ab illo inuentæ sunt ad salutem omnium? Quarum plurimam partem dicunt in hodiernum vsque diem seruari Antiochiæ. Cogitur aliquando

quando ab Antistite flauiano ascendere suggestum,& ex tempore populo exponere.Et vix tandem quidem sed vi persuasus, cùm dicendi cepisset argumentum, Cùm nunc primum mihi sit dicẽdum,& Episcopi loco cuius est munus, num vera sunt quæ mihi acciderunt?affecit omnes admiratione. Ab eo tempore omnes propterea attrahebat,omnes affluebant,relinquebãt agriculturam,artes,potestates, omnes administrationes, quas multas affert hominibus laboriosæ vitæ varia & multiplex conditio. Ad Arcadij Imperatoris aures peruenit etiam eius fama,& tenetur eius animus magno illius videndi desiderio. Sed inter hæc breui oratione assumatur quæ ex magna cautione emersit castigatio,communis quidem omnibus, maximè autem animis eorum qui sunt sub iugo.Operæ prꝛcium autem est attendere. Mulier quædam prima ex iis quæ erant Antiochiæ, filium vehementer febricitantem, & plane deploratum adducit adhuc sapientem medicum,instãs vt eum curaret.Ille autem dixit. Hoc quidem est dei viuificantis. Tu verò ô mulier, abstine à tuis prioribus delictis. Scias enim cæteros quoque tuos quatuor filios propter peccata tua & mariti tui esse mortuos ad vestram disciplinam. Erat autem hic quoque moriturus.Sed surgite & resipiscite, & nõ solum filium viuum, sed etiam cœlorum regnum accipietis.Hæc cum tanquam ex ore dei accepissent, & se esse correcturos sanctè essent polliciti,protinus filium quoque sanum accipiunt, & effectum reddunt quod promiserant. Sed hucusque quidem procedat cursus orationis. Hinc autem eorum qui Marcionis morbo laborabant,dicatur quodnam diuinum fuerit iudiciũ. Atq; qui hoc quidem morbo tunc laborabant, quanam quidem fiducia freti multos attraherent iamiam dicetur. Quomodo autem à via quæ tẽdit ad mortem liberata sit tota ciuitas, restabit dicendũ ad verbi gloriam. Eodem morbo quo ciuitas laborabat etiam Prꝛses ciuitatis,& hæc erat causa quòd malum cresceret.Quid ergo facit Deus,qui animarum semper saluti prouidet?Vxorem præsidis ferit morbo dysenteriæ. Et ea quidem omnes accersit, nihil autem ei prodest. sed omni ex parte auxilio deficitur.Deinde quid?Cõfugit ad hæreticos. Ii quoque aggrediuntur ad trium dierum vsque precationem.Nec quidquã proficiunt. Nescit rursus quid agat mulier:tandem statuit ad virũ diuinum consurgere.Deinde id dicit suo marito,persuadet.Postremò venit ad dei seruum. Ioannes de his disceptat cum Episcopo,eis procedit obuiam, ex ecclesia arcens tanquam indignos,arguit hæresis,petunt ipsi veniam, assentiuntur veritati,maximè autem mulier.Cum sanctus aquam attulisset, rogat Episcopum vt facto signaculo mulieri aquam aspergat. Hoc cum factum esset, statim mulier accipit sanitatem, reuersa suis pedibus, & pulchrè effecta reddens quæcunque erat pollicita. Hoc fuit hæreticis dedecori,probro & afflictioni: & causa vt virum diuinum maledictis incesserent. Ille autem omnia quidem despiciebat, vni solum rei intentus,nempe illorum saluti.Sed non persuadebat. Dolore autem affectus propter vniuersam ciuitatem, lamentabatur, dicens: Si seruator maledictis incessabatur, idque cum Deus esset, ab ingratis: quid hoc magnum in nos seruos?Spero tamen fore vt illorum casu Deus vniuersam castiget ciuitatem. Nõdum autem nox prꝛterierat, & terræ motu tota concutitur ciuitas. Tenebris inuoluitur concilium hæreticorum, ad solum vsque deiicitur, & quæuis domus hæretici,& domus eorum fiunt eorum sepulchra,nulla læsa domo orthodoxorũ.Propter hæc confirmabatur ciuitas, & augebatur fides, & Deus laudabatur. Quid prꝛterea? Post hanc admirabilẽ omnipotentis prouidentiam & iudicium, non longum effluxit tempus, & decessit Nectarius Antistes Constantinopolitanus, quærebat autem quilibet eum qui esset dignus. Cùm alius verò ab aliis prꝛferetur aut etiam intruderetur, Imperatori visum est post longam de re consultationem,Ioannem deduci Antiochia, omnibus communiter suffragãtibus & rei & litteris.Hęc cognouit Antiochia, & quæ deinceps quidem sequuntur aggredi veretur oratio,aggredietur tamen quoad eius fieri poterit.Cùm cogitaret vnusquisque se sui boni facere iacturam, ad tantam excitantur seditionem, vt timore affectus Antistes,dato iureiurãdo persuaserit omnibus se rem esse prohibiturum. Sicq; vix tandem sedat seditionem:ad Imperatorem autẽ scribit de seditione. Diuini itaque stimuli & mirabili desiderio feritur cor Imperatoris & senatus,cùm hæc audiuissent,& erecto trophæo sacrum illud bellum declinantes, cùm rem quæ desiderabatur plane aureã ex Antiochena ciuitate surripuissent,donant Constantinopoli. Quomodo?Comiti Antiocheno iubet Imperator,vt ignorantibus omnibus Ioannem ad se accerseret. Quod cùm fecisset comes,& vsque ad martyria quę sunt extra ciuitatem, sapienter admodum traxisset Ioannem, & equo impositum celeri cursu abduxisset, dedit iis qui desiderabant.Cum autem multi conuenissent Episcopi,Imperatoris parati solicitudine,cum Episcopis erat etiam Alexandrinus ille Theophilus,qui inuidia motus conabatur Ioannis glorię detrahere,quòd nulla in eum caderet reprehensio tabescens, & eum recusans manu imposita consecrare. Vincitur tamen vel inuitus.Semper enim vincit spiritussanctus. Sic autẽ vincitur. Multi ex iis qui diuino erãt zelo incensi, Theophili malorum Iliadem scriptis satis pulchrè mandarunt.Quam quidem tunc manu tenens qui in imperatorio primas partes obtinebat gynecæo, is autem erat Eutropius,Theophilo ostendit, dicens: Alterũ duorũ elige,vt vel horum conuincaris,vel impositis manibus Ioannem consecres. Aduersus eum ergo qui talia ausus fuerat,Eutropij verborum producta acies, vi expugnat, maleficum periculoso & præcipiti studio. Quo quidem cum in Theophilum acres iam fierent incursiones in triuio cogitationum,vt est in prouerbio, telis appetitur,& ad manuum quidem impositionem,cùm esset tempus extendit manus, ad quas postea extendendas in eum cur eas imposuerat minime obtorpuit. Deinde post consecrationem,benedicitur à Pontifice fidelis Imperator simul cum suis omnibus, qui in maximo honore & verbis & modis omnibus habebat Pontificem.Ille autem pie,vt solebat,sentiebat & disserebat. Qui etiam hanc vltimam tunc dedit admonitionem.Aliæ quidem administrationes,dicẽs,ô Imperator & omnes qui adestis, proportione conueniẽtia habent & prꝛmia & pericula. Sacerdotum autem & Pastorum quantum sit periculum & quanta prꝛmia, eorum quæ bene vel male gesserint in administratione,plena est vniuersa scriptura & noua &vetus.Si quis ergo quotidie opus habeat curatione, non parcam, & his adiiciebat quæ scriptura dicit de Dauide & Nathan,in exemplum.Ea lubenter audit Imperator fidelissimus: gratáque fuerunt toti cateruæ Imperatoris. Tunc autem tunc in docendo prolixa vtebatur oratione,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione, quonammodo oporteret omnes omnia aggredi: & proferebat historiam dignam quæ & in admiratione haberetur, & mandaretur memoriæ, dicens. Titus Imperator Romanorum, sæpe tale quid apud se dictitabat. Hodie non imperauimus, seu non viximus, vt qui nihil fecerimus dignum Imperatore. Cùm autem adhuc verba continuaret Pontifex, ecce vir quidam dæmoniacus, illa faciebat & clamabat in medio omnium, quæ vexans cogit genus dæmonum, rogatur Medicus vt curet laborantem. Quem quidem curat signo præciosæ crucis, & inuocatione sanctæ & viuificæ trinitatis, ei dicens. Ecce sanus factus es, ne Deum amplius blasphemes, ne deterius quid tibi contingat. Hoc ille qui erat omnibus perfectum firmamentum confessionis & fidei in Christum. Sed hæc quidem sunt quæ auditorem deducunt ad tantam admirationem. Ostendet autem procedens oratio his quoque magis admirabilia. Cùm iam nauis orbis terræ clauum accepisset à spiritu sancto motus gubernator, & aduersas considerasset tempestates quæ multæ exoriebantur in mari mirabili ecclesiæ, quid non facit: quam non salutis excogitat machinam donec perueniretur ad portum superiorem qui est tranquillus & valde expetendus: vt qui hominum omni genere morborum laborantium esset medicus admirabilis. Age verò animæ antidotorum quæ sunt ab illo sapienter excogitata, dicatur breuis quædam particula. Fuerit enim ea iis qui opus habent medicis, non contemnenda quædam causa salutis. Ille reprehẽsionum antidoto, sic enim conuenit dicere, in primis vtitur aduersus eos qui mulieribus vtuntur introductitiis, qui in electione aut comparatione malorum sunt omnino deterioris lenonibus. Nam his quidem morbus procul est ab officina Medici: illis autem intra officinam salutis, & sibi & ij qui sunt sani, multo magis augetur morbus. Quos sapiẽtissimus medicus, vtens reprehensione sicut magnus qui erat eiusdem nominis prę-cursor, validissimæ orationis viribus à tali liberauit pernicie. Deinde aduersus arcem vitiorum, auaritiam inquam, dirigit aciem. Deinde procedit aduersus eos qui secant crumenas, quibus comprehensa est etiam belluonum & assentatorum lues. Et iis quidem se applicat oratio, vt par est eius qui medetur. Quorum autem Deus est venter & gloria, quomodo sanari potuerint cura verborum humanorũ? Non solum certè non sanantur, sed etiam ab eis aduersus medicum excogitantur accusationes. Visitat libidinosos & intemperates oratio medici, adeò tangens primũ affectam mentem eorum qui sua sponte laborant libera sui arbitrij voluntate, vt idem nequaquam vllo modo permiserit. (Quis enim conuenienter Paulo, magis honorauit honestum & venerandum matrimonium?) ab eo abstinere multas propter insignem animaduersionem & obedientiã. Ante omnia autem docendo alendos esse pauperes, alebat eorum qui ipsos nutriebant animas. Nouus ille frumenti dator, vt pote quod omnium bonorum operationem contineat & comprehendat eleemosyna, quę etiam docuit, Quod vni horum feciſtis, sic omnia comprehendens. Diuini itaq; viri audientes orationem, adeò trahebantur omnes ad ea obseruãda, vt in dispergendis opibus, ij qui eis abundabant, fierẽt pauperiores iis qui erant olim pauperes: perfectè autem fierent in Christo diuites, & thesaurum cœlestem acquirerent. Propter quæ iis qui hæc bona introduxerat, nominabatur Ioannes eleemosynæ.

Quid verò Sycophantis & calumniatoribus? Quid autem iis qui insolescunt fastus elatione & inani superbia? Quid verò iis qui prodiga & luxuriosa vita grauiter peccant in corpus proprium, aut etiam mentis inopia animæ suæ afferunt exitium? Quid ergo his ille magnus excogitauit medicus? multiplicia opem ferentia medicamenta, à perturbationibus animi liberationem, per pœnitentiam salutarem operationem. Mitto dicere fructum charitatis & hospitalitatis: quo effecit vt omnes onerati pingueſcerent, suaui rore suorum verborum, pro musicis canticis, in omnibus operibus ad quæ hæc vita cogit homines diuinum canticum iubens canere. Sed fortè hæc solum faciebat in sua ecclesia & ciuitate & finitima regione: earum autem quæ procul erant remotæ nullam gerebat curam, satis habens dare salutem propinquorum multitudini. Mente mihi persequere totius Thraciæ, Asiæ, Ponti, Phœniciæ, Celtarum latitudinem, & Scythas, Nomadas qui sunt vltra Danubium: Quis locus fuit absconsus à radio eius verborum? Re vera nullus, Sol quidem à magno Dauide laudatur & in admiratione habetur, propter magnitudinem, illuminationem, egressum, occursum: quòd non sit absconsus locus aliquis ab illius calore & splendore. Bona autem eius eximia sunt solari radio operatione longe præstantiora, nempe quantum præstant iis quæ aliter illustrantur, ea quæ ratione illuminantur. Præterea hoc dicam. Densa caligo Marcionis exaltationum tegebat orientem. Cùm eam autem Dei gratia suorum verborum, splendore Sol noster dissipasset, extendit album diem Orthodoxæ fidei. Quid opus est vt ea dicam quæ sunt procul remota? Scrutatur quantum frumenti redderet Episcopatus ad victum sustentandum: & iis quæ redundabant ad sumptus, supplet defectum nosocomiorum. Se autem volens posteris præbere exemplar, sua mercede sicut Paulus contendebat viuere. Sed tamen necesse est eum aliis quæ sunt ecclesiæ, idque est consentaneum. Dignus est enim operarius sua mercede. Quis verò pascit ouem, & non lacte eius nutritur? aut quis qui plantauit vineam, fructus eius non est particeps? Ille autem cum nemine comedebat, & inuitatus recusabat. Quanam de causa? Quòd primumquidem vinum bibere renuebat, prætexens calorem capitis. Nonnunquam enim vtebatur solum æstate eo quod dicitur Diarodon. Secundum autem, quòd ex quadam imbecillitate eum male habebat stomachus, & nequaquam suo fungebatur munere: adeò vt sæpe cum cibum sumeret, propter stomachi fastidium, minime omnino aleretur. Non ea autem solum, sed hæc quoque efficiebant vt cibi omnino obliuiscerentur. Quænam ea sunt? studium doctrinæ in spiritu contemplatio. Verbi curatio, scripturarum cognitio, cura viduarum, aliorum quibus Sacerdotum corona contexitur, meditatio perpetuè & solicitudo. Erant tum quædam viduæ carnis amantes, quibus assiduè suadens, studet vt alterum eligant è duobus vt vel vitam agant quam decet viduas: vel se ad secunda cõferant matrimonia, vt lex diuina maneat illæsa & inuiolata. Iis qui erant ex populo suadebat noctu & interdiu vigilare in precibus & supplicationibus, fœminis quibus non licet foras progredi, domi præcari. Diuites apostolice admonebat ne nimis altos spiritus conciperent: neque in incertis instabilibúsque & diffluentibus diuitiis omnino spem haberent. Sed hæc quidem pauca ex multis

tis volubiliter recensuit oratio. Hinc autem aliud quoddam existit in quo sumus principium.

Eum quidem qui manu & imagine Dei primum fuerat honoratus nõ ferens aduersarius videre ita frui nullo labore partis delitiis & victu, effecit vt à Deo, paradiso & honore expelleretur, serpente, & cibo, & muliere, & dolo, ignominiosam vitam & mortem ei machinatus. Ille etiam aduersus Deum se impudenter gerit Iob postulans. Idem non amplius sustinens videre ecclesiam quæ erat speciosa instar paradisi, & suorum fructuum, nempe filiorum, resplendebat pulchritudine: & agricolam qui & præcepti & imaginis conseruabat dignitatem, rebellibus quæ sub ipso sunt potestatibus eum curat comprehendẽdũ, machinis & insidiis suscitans bellum aduersus bonum Agricolam & Pastorem. Quomodo autem narrabo, ab alto repetens. Quidam nomine Sarapion, qui erat Diaconus sub hoc egregio Pastore, inuidia diaboli & mulieris impulsu, indicabit autem eam quoque oratio, cùm esset callidus & malitiosus, pastori verò familiaris, mouet omnem, vt dicitur, lapidem, vt odium & offensionem excitet aduersus diuinum Pontificem. Et primũ quidem hoc facit. Cum Seueriano Episcopo colloquens, aut aliquid eorum dicens quę dicuntur quotidie, fretus ea quæ apud Pontificem ei erat fiducia & loquendi libertate, sedens cum eo differebat. Vt autem solet in his accidere, quodam die non ferens dedecus Seuerianus, suam attendens dignitatem & gradum Diaconi, dicitur aliquando tale quid dixisse. Si Sarapion mortuus fuerit Christianus, Christus nõ fuit homo. Hoc cùm audiuisset vafer ille & plane factus ad malitiam, cum dictum diuisisset, apud sanctum accusat Seuerianum, vt eius & Christi inimicum, vt qui dixisset; Christus non fuit homo, è sua caterua huius dicti testes producens. Quid ergo oportebat facere Zelotem illum Eliam, ô per ipsam iustitiam, Detur enim sic inter laudes dicere, dimittere id quod sibi fuerat renunciatum, non credere ea quæ dicta fuerant à testibus, procul amandare eis qui loquũtur pro Christo? Et quis non ægretulisset & reprehẽdisset Pontificem, cum callidus horũ artifex, etiã si tũc ignoraretur malitia, propterea quòd actus esset peruersus, esset claturus aduersus iudicem & Pastorem? Sed sicut audio iudico, inquit Christus, cùm adhuc esset in hac vita & carne. Cuius discipulus iustam sic ferens sententiam, è ciuitate expellit Seuerianum, vt qui blasphemauisset. Quem cum quæ tunc imperabat, erat autem Eudoxia, hæc audiuisset esse passum, tollens filium Theodosium plane adhuc infantem eum ponit ante sancti pedes, & plurimis adacto sacramentis persuadet Pontifici vt cum Seueriano ineat amicitiam. Seuerianus verò amicitiam quidem simulat, belluam autem inimicitiarum agni pelle contegit, & aduersus Pastorem facta conspiratione, non leues apud populum dispergit calumnias, de omnium amore in Pontificem moliens plurimum detrahere. Ille autem calumnias quidem quæ in eum struebantur parum aut nihil omnino curabat, fama verò suæ in dicendo gloriæ & alterius vtilitatis, efficiebat vt totæ ciuitates & insulæ confluerent & conuenirent. Nam nec Romæ quidem magnus Episcopus Innocentius, erat bonorum eius ignarus: sed eum in magna habebat existimatione, ad eum scribens & litteras vicissim accipiens. Volo paululum immorari in iucunda narratione, quomodo Paulus qui est & mysta & eruditor arcanorum mysteriorum, Pontificem initiarit in mysteriis.

Cùm diuinas eius epistolas earum interpres & expositos percurreret, erat, vt est verisimile, dubia & suspensa cogitatione, dicens: Quis scit an Deo grata mea sit interpretatio? Hæc cogitans, rogabat vt de ea re à Deo fieret certior, quod etiam cito hoc modo factum est. Quidam ex iis qui Imperatori erant familiarissimi, offendit Imperatorem, qui mortem minatur. Et mittitur qui apud diuinum Pontificem intercederet, vt noctu ad eum veniret propter metum Imperatoris, & sua ei exponeret. Quibus assentiens sanctus, per Proclum iubet vt veniat. Nox aderat, & simul etiam aderat is qui erat supplex. Vt eum admoneat dat operam Proclus. Deinde primum aspicit per quoddam foramen: & videt Pontificem vt consueuerat, in sede sedentem & scribentem. Ea autem erat interpretatio diuinarum epistolarum. Tunc autem tunc illo terribili dignus habetur spectaculo. Videt enim Proclus diuinum Apostolum Paulum inclinatũ post sedem ad caput Pontificis, & os admouentem auri eius dexteræ & cum eo colloquentem. Proclum incessit stupor & admiratio quanam ingressus esset qui cernebatur. Ignorabat enim quis esset, & rogat hominem vt parum expectet. Rursus Paulo post aspicit & semel & bis, & erat idem spectaculum. Reprehenditur Proclus ab illo Optimate qui dixit. Non oportebat te cùm videres mortem quæ mihi expectatur, alium ad sanctum adducere. Ille autem is affirmat se de eo nihil cogitasse. His adhuc dubitantibus, Præco ad matutina cantica excitat ligni pulsibus. Homo itaque reuertitur, in secundam noctem spem reiiciens. Accessit secunda nox & tertia, & erat rursus simile spectaculum. His obstupefactus vix tandem sensit Proclus, nemine videnti à Deo missum esse eum qui loquebatur. Dicítque illi Optimati. O optime, Deo resistente studiis omnibus, labor est inutilis. Roga ergo Deum vt tibi opem ferat.

Dies aderat & cùm suppliciis recordatus esset pontifex, rogauit an accessisset, De eo ergo ei significat Proclus, qui hæc etiam dixit. Cùm tu præteritis noctibus seorsum esses cum alio, statui non temerè accedere. Cùm sanctus autem rogasset quisnam is esset, incipiens Proclus, verbis quidem totum persequitur miraculum, digito autem per imaginem euidentissime probans eum fuisse Apostolum, totam narrat seriem miraculi. Quibus cum adhibuisset mentem hic vir diuinus, aperte intellexit spectaculum, & factus certior se suam accepisse petitionem, Deo egit gratias. Deinde sic rursus accersit supplicem: & eum conuenit: & pro eo intercedit apud Imperatorem: & priori restituit magistratui, implétque promptius & alacrius quæ restabant ex diuinis epistolis. Hæ sunt partes meæ narrationis. Tu autem, dic mihi tuum loxiam, vatem aurei tui tripodis qui me persequeris: & vocem ex lauri voro gutture tuę Phœbadis: responsa, nugas ex quercubus. Orphei mysteria, illos Tiresias, illos qui sunt illotis pedibus, tuos veros prophetas. Mitto enim dicere Phœbi tui magnificentiam qui honore tuã afficit stultitiã, & tibi præbet præscientiã per vaticinationẽ, quã nemo potest reprehendere: quæ fit ex talis & hordeo, & thure: & præterea per lateres & lucernas & folia & cubos. Vereor dicere quę per insecta fiũt, & pelles, & reliqua mẽbra, ex diuersis animalibus, per viásque & mortuos, mysticas præscientias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quorum omnium quod est re vera præclarissimũ, est
A incredulitas & contumelia id quod creditur. Sed illi
quidẽ negentur, nobis autem ad rectũ deducatur ora-
tio, deducatur nostra quoq; vita vniuersa melius illius
intercessionibus. Post hæc cognoscitur ab accusato-
ribus, quæ per Pontificẽ data est salus ei qui confuge-
rat, & regressus ad priorem dignitatem, eosque incen-
dentes flammæ inuidiæ, faciunt rabie agitari & furore
aduersus eum qui dedit salutẽ, huius furoris præcipuũ
accipientes ministrum, Diaconum quem prius di-
ximus Sarapionem. Quæ cognoscit quidem bonus
Pastor: ea verò nihil curat. Cùm autem videret multos
seruire auaritię, Ipsam autem præ cæteris Imperatricẽ,
in eos producit in aciem gratiam suorum sermonum.
nullus quidem personam publicè nominans, commu-
niter autem procurans salutem omnibus. Quod qui-
dẽ eos qui illo vitio laborabant, faciebat medico suc-
censere & efferari. Iam autem venit ad caput oratio.
B Theodoricus ille qui tunc erat Patricius, cum esset di-
tissimus, ab Imperatrice appetitur insidiis. Quid ergo
facit vir ille? Confugit ad communem portum, & ser-
uatur quidem ab iis quæ ei parabantur insidiis. Serua-
tur autem meliori quoq; & permanente salute modo
alio. Dispersit, dedit omnia pauperibus: Quomodo?
Magistri cõsiliis & suasionibus. Qua ex re quid lucra-
tur? Thesaurum cœlestẽ, cum esset ei persuasum Cor-
nelij eleemosinæ eius quoque esse ex æquandam elee-
mosynam. Hæc cùm resciuisset Imperatrix, nõ potuit
amplius contineri. Impudẽtiam autem & aliam teme-
ritatem suam absq; vllo robore sancto indicat, eũ bo-
na Patricij lucratum esse nugabatur & obiiciebat. Eius
enim qui erat mundus propter benignitatem admo-
nitio, erat inquinatæ sordida existimatio. Augetur er-
C go, quid enim opus est in singulis immorari, in sanctũ
inuidia, ex ea autem odium, ex eo maledicta, ex male-
dictis verò calumnię, ex calumniis concilia. Transmu-
tant, quòd viderentur, non quòd essent, sermones in
nugas prolatas aduersus Imperatores. Fiunt hæc rur-
sus alioqui validiora sermone habito aduersus Eutro-
pium. Dicatur autem modus, vt sit multorum doctri-
na & vtilitas. Hic Eutropius cum peruersis esset mo-
ribus & clemens, ad malefaciendum autem malitio-
sus, talem laqueum, ô nouum inuentum, fabricatur in-
humanitatis. Persuadet imperatori, apud Imperatorẽ
enim multum poterat, vt legem ferret ne cui liceret
confugere ad diuinam & sacram mensam. Non multũ
autem interceßit temporis, & suis laqueis, O iustã pœ
nam & celeritatẽ, capitur qui fabricatur. Cadet enim,
& ad eam quam aliis studuit prohibere cõfugit eccle- D
siam. Propter hæc iusta reprehensione ea quæ fecerat
Eutropius suo sermone sapiens persequetur Medicus,
& hoc fuit accusatoribus alia iniustitiæ occasio & in-
surrectio, vt qui eum non solum illius nõ misereri, sed
illum etiam reprehensionibus flagellare dicerent. Et
huius quidẽ insurrectionis dux erat & princeps Theo
philus Alexandrinus. Ei autem qui accusabatur nulla
horum erat cura, sed solum cultus omnipotentis. Cùm
eius autem solius curam gereret perpetuam, cognou-
isset verò eos qui morbo laborabant Arrij, in cœtus
congregari, primum quidem precibus, deinde studiis
omnibus expellit è ciuitate. Sed non multũ proceße-
rat tẽpori, & rursus deducti Arriani a quibusdã ex se-
natu, liberè versantur in ciuitate. Et tacẽda quidẽ sunt
grauia mala quæ hinc sunt consecuta. Quinetiam quę
per ea quæ dicuntur Antiphona Arrianis acciderunt
& Orthodoxis, his quidem claris hymnis celebranti-
bus homousion, deiectis autem & superatis Arrianis,
cum vtrisque ex contentione veniissent in periculum
prætermittens oratio, dicat modum primæ ab initio
traditionis antiphonarum. Hic est autem. Ignatius
qui fuit tertius Antiochenus Episcopus, post magnum
& summum Apostolorum ornamentum Petrum, qui
etiam versatus est cum ipsis Christi discipulis, dicitur
esse dignatus diuina Angelorũ visione per antiphona
laudãtium sanctã & eiusdẽ essentiæ Trinitatẽ. Ex quo
Antiochiæ, & illinc omnibus Ecclesiis, antiphonorũ,
qua etiã cruces argenteæ in antiphonis figuntur, data
est traditio. Sed hoc quidẽ sic enunciauit oratio. Quo-
niam autem occurrit aliud argumentum historiæ de
Gallo, inquam Gaina Arriano, eam quoque lubens
prætermittet oratio, studiosos vel potius eos qui igno
rant remittens ad à Deo datam historiam ecclesiasti-
cam, quæ hoc multis suppeditabit, quomodo sancti
labore & dicendi libertate os ei obstruitur: & tunc pa-
cem agit vir ille barbarus. Hinc sequuntur aduersus
Ephesiorum Episcopum libelli Antonini: & Pontificis
Ephesum migratio: & iusta multorum depositio, qui
deprehensi sunt auro esse adepti Episcopatus. Dein-
de Paulacij à quadam vidua apud Imperatricem ac-
cusatio. Largiamur verò nonnihil narrationi. Conti-
nebat autẽ accusatio, quod debitor esset circiter quin-
gentorum aureorum. Eum ducit Imperatrix, nec prius
eum remisit quàm ab eo exegisset quantitatem centũ
librarum auri: reddidit autẽ accusatrici solum xxxvj.
aureos nummos. Quid ergo facit quæ accusabat mu-
lier? Confugit ad communem defensorem. Ille autem
producendum curauit eum qui accusabatur: & ab eo
exigebat id quod reliquum erat debiti. Hoc quoque
resciuit Imperatrix, quæ significauit Pontifici vt eum
dimitteret, cum ipsa ab illo exegisset pecuniam. De
hac re inter vtrunque vehemens exoritur contentio,
& postremò res eò deducitur vt per impudentiam
procedatur aduersus sanctum. Mittit enim duos cen-
turiones cum suis cohortibus, vt eum qui accusaba-
tur à sancti manibus abstraherent. Hæc auara mens
imperatricis. Quid autem qui glorificat eos qui ip-
sum glorificant, nihil autem pendit eos qui ipsum
contemnunt, Deus? Angelum eis mittit terribilem
in rhomphæa. Quem cùm illa vidisset multitudo
horribiliter stantem in vestibulis & eis occurrentem
minaciter, timet quidem & metu afficitur: reuertitur
autem cum tremore & magna admiratione.

Et cùm hæc similiter restituisset Imperatrix, me-
tu quidem afficitur: seruat autem inimicitias, & ar-
matur ad vindictam. Anima enim semel victa pe-
cuniis, & vehementia oppressa auaritiæ, non po-
test coerceri freno mentis temperantis. Diligen-
ter ergo quærit Imperatrix quasnam insidias inue-
nerit aduersus Pontificem, aliquando quidem mi-
nantis, aliquando vero blandientis personam su-
scipiens. Ille autem manet inuictus firmusque &
immobilis, ab vno solo pendens, nempe à com-
muni omnium salute. Non possum autem satis ad-
mirari, cogitans hunc magnum & diuinum Dei
seruum, os vere aureum, præconem diuinæ beni-
gnitatis, quòd propter omnium salutem adeò e-
rat solicitus & adeò incendebatur: & omnia pro-
uidens quæ mens Deum dignata videre, potest
inuenire ad salutem, non destituebat ille eos qui
erant

erãt eiusdẽ generis, adeò vt quod est maximè admira-
A bile, vel inuiti multi per ipsum salutem sunt assecuti.
Sed cùm hæc ita se haberent, & ecclesia diuinæ fidei
illustraretur splendoribus, & illuminatione pietatis
vita fidelium refulgeret, non tulit hominum inimicus:
sed sicut à me dictum est superius, conuocat rebelles
quæ sunt sub eo potestates: & omnia confundit &
peruertit susque deque permiscens, & multos cogens
& compellens vt suam terrenam reducerẽt malitiam.

Et primum quidem instrumentis, quomodo olim
serpente malitiæ vsus Theophilo & Seueriano Aca-
cio & Antiocho & Presbyteris quibusdam & Diaco-
nis, & prẽterea è senatu fœminis quę sunt antiqua eius
arma, locupletissimis viduis & sceleratissimis, parauit
mortem sancto. Dicat aliquis Acacij Beroæ Episcopi
temerarium & inconsideratum sermonem, qui ad
tantam peruenit amentiam, vt diceret: Sine, ergo ei
B parabo ollam, de Sancto id dicens scelestissimus. De-
inde mittit etiam aliquis Antiochiam, & post ipsam
Antiochiam. Quid facturos? vt scrutarentur Sancti
delicta à iuuentute. Quid dicis, in ciuitatem cœlestis
illius ciuis quæ verborum & morum illius fragrantia
bonum emisit odorem vsque ad cœlestem & super-
nam ciuitatem Hierusalem, quam intuentes etiam
meretrices sanctificantur? Sed defecerunt scrutantes
scrutationes, & euanuerunt in cogitationibus suis, vt
dicamus cum Psalmista. Conuersus est enim labor
eorum in caput eorum, vt procedens dicet oratio, &
iniustitia eorum descendit in verticem eorum, hæc
callidè machinante & procurante Theophilo. Qua-
les autem & quàm sophisticæ huius Dei hostis malitię
vanæ & inanes nugæ fuerint aduersus dominum &
aduersus Christum eius, superuacaneum est dicere.
C Quomodo autem se gesserit in fideles & sanctos Mo-
nachos & in ipsum Pontificem, studiosis significabit
lectio. Nec id solum, sed ea etiam quæ fecit cum esset
Alexandriæ, iam sunt prætereunda: quæ quidem pu-
blicabuntur in eo quod illic futurum est iudicio. Nos
autem procedamus ad nostras. Cognoscit ergo Im-
perator à quibusdam Monachis quę ab accusatoribus
facta sunt & Theophilo. Is autem magna celeritate &
vi iubet adduci Theophilum. Scribit verò ad Pontifi-
cem Rom. Innocentium pulchrè & sapienter cùm
alia, tum vt cito Roma proficiscerentur qui de Theo-
philo cognoscerent. Prætera autem ad suum quo-
que fratrem & Imperatorem honorium, vt efficeret
vt Papa exequeretur ea quę ad ipsum scripta fuerant.
Qui cum ea accepissent, se parant quidem ad ea im- D
plenda. Cùm autem dubitassent, ne si cito mitterentur
tempus tererent Constãtinopoli, & alioqui operien-
tes dum reliqui quoq; congregarentur, expectant se-
cundas litteras. Quid ergo vafer ille & astutus Dei ho-
stis? Hæc cum resciuisset, insurgit sceleratius aduersus
Pastorum principem & illum gregem, qui Imperatori
nefaria eius facta exposuerant, & cum in eos confixis-
set errores Origenis, magnũ Epiphanium Cypri Epi-
scopum ad se attrahit, & cùm eo init amicitiam, vt cõ-
gregata synodo scripta reprehenderet Origenis. His
inducitur Epiphanius & fert opem Theophilo. Cuius
vniuersus studij scopus non alio spectabat quàm ad-
uersus sanctum & eos qui dicti sunt Monachos. Post
hæc quid? Persuadet Epiphanio vt scribat ad Ioannẽ,
vt abstineat à scriptis Origenis, & cum eis minimè sen
tiat. Ille autem vere magnus Chrysostomus, cùm hæc
accepisset, sententiæ suæ fretus puritate, non curabat
eos qui insultabant: sed de communi salute solum erat
A perpetuo solicitus. Sed hæc quidem rebus cõsequen-
ter persequens declarauit oratio. Inter hæc autem
celebratæ illius viduæ vineæ accessit narratio ad quã
peruenimus. Theognostus pius ille & fidelis, erat ipse
quoq; vnus ex iis qui erant familiares Imperatori Ar-
cadio. Inuidia autem diaboli & Gaii qui morbo labo-
rabat Arrij, apud Imperatorẽ accusatur Theognostus,
& iniusta bonorum publicatione cũ relegatione dam-
natur, simul cum vxore & liberi, & vt paucis absoluã,
priusquam peruenisset ad locum in quem erat relega-
tus, in itinere via vitæ peracta migrauit ad Deum.

Huius vxor reuersa accedit ad virum diuinum & de
se omnia docuit. Hic autem misericors & Christi
imitator, corde dolorem accipit ob ea quæ acciderant
& ob fœminæ viduitatem: & pulchrè quidem conso-
latur & quæ par erat ei suadet: rursus verò considerat
B quemadmodum viduæ sua restituantur. Cum is au-
tem de eo esset sollicitus, aliud malum excitauit ma-
lignus aduersus mulierem viduam. Erat enim tem-
pus vindemiæ propter quam Imperatrix egressa erat
ex vrbe, & nescio quomodo prius ingressa fuit in vi-
neam viduæ, & sua manu exectum botrum comedit.
Deinde docetur vineam esse alterius. Inducunt legis
quod est in rebus eiusmodi auxilium, quæ vineam
Imperatrici adiudicat si quid tale contigerit: & do-
mino aliquod prẽcium vel aliquid iubet reddi, & ius-
su Imperatricis refertur vinea in numerum suorum
suburbanorum. Hoc autem non temerè & simpliciter iubebat, sed hæc duo meditata. Vnum quidem,
propterea quòd irasceretur viduæ vt eam magis af-
fligeret. Alterum autem & cuius maiore studio tene-
C batur, vt acciperet occasionem vexandi Pontificis,
cogitante illa fore vt resisteret, & in legem incideret,
& offenderet imperium.

Sed illa quidem ita se habebat. Pontifex autem
quomodo? Suadebat, supplicabat, vt decebat eius
Philosophiam. Quid illa contra? Ea dabat respon-
sa quæ erant plena impudentia. Romanæ legis auxi-
lium, & quæuis alia, quam ex aduerso obiiciebat, va-
na phantasia suæ arrogantiæ. Rursus ergo temperat
Medicus medicamenta salutis. Quod autem labora-
bat, curari non poterat. Alia est prætereа species cu-
rationis, soluens causas per quas videbatur id quod
male erat affectum laborare grauius: soluens iniustos
prætextus, nempe quod hæc lex quidem lata esset
ab Imperatoribus, sed qui fortè erant à fide alieni.
D Tu autem es aiebat lex, & tibi obtigit vt imperares.
& est tibi conscientia quæ cogit, & quæ rem optime
nouit & intelligit. Ne permittas vt multi coacti te no-
uam vocent Iezabel, & quæ de Nabuthe scripta sunt
in veteri testamento. Hæc sapientis medici quæ per-
petuo adhibebat medicamenta, male affectam fœ-
minam magis inflammabant, adeò vt nec medicum
quidem admitteret, imò verò repelleret, & quam ne-
farie conceptam celabat bilem apertè in lucem pro-
deret. Sic quidem repellitur medicus. Quid verò quæ
deinceps consequuntur? Aderat dies festus & celebris
Crucis in altum elationis, & iusserat Pontifex vt por-
tæ Ecclesiæ clauderentur soli Imperatrici. Ecce ergo
primus ingreditur Imperator & fideliſſimi populi
vniuersa multitudo cum ipso & circa ipsum. Cùm au-
tem incœpisset sanctus de more concionari, vis san-
ctissimi quæ eũ illuminaret spiritus, reddidit elegãtio-
rem verborum pulchritudinẽ cum eo qui loquebatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quid opus est dicere,ad quantã admirationẽ veniẽs multitudo,applausit exultationibus sacræ dilectionis? Cum hæc autẽ fierent intra templũ ecce etiã imperatrix cũ reliquo qui eã stipabat comitatu & aliis quidem omnibus ingressum seruabant liberũ: ipsam vero prohibebãt.Ira adhuc inconsideratã possidebat Imperatricem.Mitto dicere quantũ in diuinũ Pontificem, idem est autẽ dicere in deũ,contumelijs inuecta est & infremuit. Deinde cogitat quidã ex iis qui cum ipsa erant,& tentat portã gladio percutere: eius autẽ manus statim arescit,Timet ergo Imperatrix &statim reuertitur.Ille autem cuius manus exaruerat, accedit ad sanctũ,pœnitentia ductus,& supplicãs,statim curatur: & deus per suũ seruũ magnificatur & glorificatur. Estne aliquid his iustius,aut benignius,& prõptius ad cõuertendam animã,cui iustũ abundẽ suppetit?Sed nihil iuuit eam, quæ improba volũtate sequi deteriora miserè statuerat.Vide autẽ hic mihi Imperatoris insignẽ virtutis abundantiã.Nam cùm res eius resciuisset,tam iis quæ illa exposuerat Imperatori,quàm iis quæ alios fecerat renunciare,omnia despicit & nullã eius ducit rationẽ,amori in Pontificem & reuerentiæ iustæ nihil præponẽs: maximè cùm illius morum acerbitatẽ sciret & importunitatẽ. Atq; illa quidem magnopere contendebat bonũ illum Pastorem expellere, promptum autẽ & alacre animi studiũ eorũ quæ prohibebant:diuinorũ verò canonũ accurata regula, & ciuitas quæ ab eo illuminabatur, & greges Monachorũ omnia resistebãt tyrãnidi Imperatricis.Quæ cũ tam multa essent,suã tamen expleuit cupiditatem,aut vt verius dicam,cædẽ fecit Imperatrix. Atq; magnus quidem Paulus vas electionis dicit: Qui volunt piè viuere in Christo Iesu,persecutionem patientur. Quinetiã ante eum magnus ille Dauid affirmat esse multas iustorum afflictiones: omnis quoq; diuinitus inspirata scriptura multis in locis his concinit.Quædã autem sit ratio cur iustis multæ inferãtur hic molestiæ & difficultates,honestũ enim est hic parũ philosophari propter multorũ vtilitatẽ, audiamus tonitru Gregorij Theologi. Quid verò is dicit?Si.n.iugum suaue est & onus Christus est leue, at hoc est propter spẽ & remunerationẽ, significante verbo q̃ quæ sunt summæ in vita præsenti molestiæ,si spectetur spes quę illic est & remuneratio,sunt similes rebus lætis & fecũdis.Quinetiã q̃ hæc tormẽta corporis sunt tuis seruis lætitiæ,audiui sapientissimũ ad deũ dicentẽ.Quamobrẽ cum iustũ qui nunc habetur in admiratione, audieris tradi manibus iniquorũ, ne perturberis,eũ enim nihil tangit, sed ægreferas voluntatem eorũ qui ipsum traduut. Sed eo redeat vnde digressa est oratio. Non multũ interim effluxit tẽporis,& venit Cypri Episcopus Epiphanius.Quẽ cũ rursus attraxisset Theophilus, tũ q̃ esset callido & vafro ingenio, tũ q̃ esset moribus præditus aptis ad alliciẽdum persuasit vt & ea faceret quę sanctũ molestia afficiebant,& ipsum reddebant Epiphaniũ canonũ contemptorẽ.Quænã autẽ ea sunt? Quæ prope ciuitatem factę sunt cõgregationes,ordinationes.Origenis dogmatum dãnationes cum pars vna solũ adesset: & vniuersa denique ab eo vsurpata auctoritas,& temeritas. Qualẽ autẽ contra hæc se gessit Pontifex.nã ea quoque scire est operepræciũ? Patientẽ, fratrũ amantem, canones accurate sequentẽ,& in cæteris ita se gerentẽ, vt & prudentia & voluntate se homine esse superiorẽ apertè indicaret. Quibus motus Epiphanius aliquantulum quidẽ cessit & deflexit,magna autẽ affecit molestia eos qui ipsum impellebant.Ipsi verò quã potuerunt citissime ad Imperatricem hæc retulerunt. Ipsa autem Epiphanium celerrimè trahit ad suas partes,ea docens & suggerens quę eius iniquam explebant libidinem, & quæ sanctum deponebant, adiiciens etiam arcanum. O hominum audaciam, ô diuinam lenitatem, hæreticum esse dei seruum & famulum. Quid autem contra sapiens dixit Epiphanius, audiamus.Si est tibi quidem, inquit, ô Imperatrix, ratio cur hæresim suspiceris, adsit, & causam suam agat Ioannes in pœnitentia. Sin autem hæc verba profers causa contumeliæ,tibi minime assentitur Epiphanius.Tunc cõmota illa hostis erupit in hanc execrandã vocem.Si ô Epiphani,sis impedimento quominus Ioannes mittatur in exiliũ,Ecce aperiã templa idolorũ, & contendã vt ea adorẽtur.Nõ amplius ergo ferẽs Epiphanius aures suas pollui cœno inimicæ fœminæ, totus perfusus fuit lachrymis,& se eorũ esse innocentẽ pronuncians, fugam omnino arripuit. Hæc autem nescio quomodo aliter iactabantur externorũ sermonibus.Quomodo? Quòd vocatus Epiphanius sua decreuit sententia Ioannẽ esse deponendũ.Hæc cùm audiuisset Ioãnes, ad eum scribit.Sapiens Epiphani, Tu meo consensisti exilio.De cætero non videberis amplius sedens in tua sede.Ille autẽ ad hęc rescribit,Athleta Ioannes, feri & vince,ad locũ autem ad quem mitteris in exilium minime peruenies.Sic scripserunt,& sic factum est.Nam inter nauigãdum mortuus est Epiphanius, & Ioannes cum nondum peruenisset ad locum in secundo exilio, vt iam declarabimus migrauit ex hac vita. Cùm autem postquam enauigasset,resciuisset Ioannes quemadmodum propulsasset Imperatricem,profert cõmuniter vituperationem aduersus omnẽ malam fœminã. Quam tanquam dictam enigmaticè aduersus Imperatricem,arripuit examẽ accusatorum. Id itaq; per eam deferũt ad Imperatorẽ. Cui cùm nescio quas nec quã multas adhibuisset ad eum inclinandum rationes, incitat vt bellum suscipiat aduersus Ioannem, & vt coacta synodo damnaretur exilio.Neq; tamen sine Theophilo constitutum fuit hoc certamen. Sed quam primum ad eum missis litteris curat vt veniat cum Episcopis Indicis & Aegyptiis, & iis qui tunc propter iustas causas merito depositi fuerant à Pontifice,& vt semel dicam, confluunt omnes Chalcedonem, in qua prius parati, veniunt omnes in vrbem regiam. Cum autem tardarent qui erant Roma venturi, Imperator Arcadius nullo modo volens aspicere Theophilũ,dubitabat,& variis distrahebatur cogitationibus,ignorãs quod Romanus Episcopus secundas, vt à me prius dictum est, expectabat litteras. Quid ergo Eudoxia? Clam accersit Theophilum & eos qui cum ipso erant, & eos amplis ac magnificis prosequitur muneribus, pollicetúrq; se persuasuram Imperatori vt eis pareat.

Hæc cùm cognouisset noster Elias & magna tuba ecclesiæ Chrysostomus, vsus tuba orationis & non timens aciem quam in eum direxerant aduersarij tanquam alius Moses aut Phinees aut Iesus, aut ille terribilis & diuinæ armatus princeps militię,stricta rhomphæa terret aduersariorum audaciam, in concione dicens. Congregate ad me Sacerdotes dedecoris, comedentes mensam Iesabel, vt dicam eis. Quousque claudicatis ambabus vestris ribiis? Si est Deus, ambulate post ipsum. Si autem ipsa mensa Iesabel est deus,comedentes euomite. Præterea apertè publicans, inuictam Theophili malitiam, & tenebrosarum

sarum eius machinationum impudentiam, proponit omnia cognoscenda ab omnibus. Cum hæc regiæ & generosę dixisset leo pietatis,vulpes improbitatis,verba fraudulẽter diuidũt:& cum iisdẽ verbis Imperatori dedissent exemplũ,coẽgerunt eũ irasci,& effecerũt vt Imperatoris indignatio in Theophilũ,cõuerteretur in Pontificẽ.Qui etiã iussi sunt in eũ facere conciliũ, & cum tẽpus accepissent libertatis & ad luctã se fortiter instruxissent ac muniissent:consiliis Imperatricis, donis,verbis,promissis,minus,& omnibus modis omnes cõgregant,& alios quidẽ qui resistebant plano & improborũ architecto consiliorũ mittebãt in exiliũ,alios autẽ vanis promissis miserè redactos in seruitutẽ,adeò armabãt aduersus Pontificẽ, vt eã vel sacrificaturi essent & perdituri.Hinc magnũ existit certamen Eudoxię & Theophilo,dum mensis,auro,blandiciis & modis omnibus suos socios ad bellum instruunt. Deinde quid?Adornãtur & contexuntur libelli,& mittũtur ad Imperatorẽ, qui cõtinent omnes vanitates & insanias falsas.Postremũ verò erat, q̃ post cõmunionẽ hic Ioannes faceret omnes gustare aquã aut pascillũ propter sputum:& ante omnes ipse. De cætero autẽ non amplius procedũt per ea quæ ipsi in eũ intendebant crimina nẽpe quod sectaretur errores Origenis, sed per cõtumelias & maledicta. Cũ hæc sic nescio quomodo strueretur:neq; enim fieri potest vt structas ei insidias sigillatim persequamur,quæ ad vnũ finẽ spectabant,nẽpe ad cædẽ principis Pastorũ & mortẽ, accedit ad Pastorẽ id quod è grege nõ fuerat correptum à feris illis immanibus,nẽpe quadraginta duo Episcopi numero. Qui pastorẽ circundãtes admirabãtur repẽtinam & diuersam mutationẽ,nẽpe quod Theophilus qui erat inter reos relatus,repẽte sit constitutus Iudex aduersus sanctũ & iustũ Chrysostomũ. Quid ergo pastor ille bonus, magni Principis Pastorũ nempe Iesu imitator?Sed cùm ad hunc locũ peruenit oratio, memini sacrorũ dierũ.Dominum venientẽ ad passionem discipulos qui tunc erant,nouũ testamentũ,inter se inuicem charitatẽ,& omnia quæ illic mistice facta sunt, edoctos sigillatim apud me cogitaui: & eũ qui modo erat discipulus,similiter atq; magistrũ & dominũ, eos qui sub se erant initiantẽ mysteriis.Nam cũ omnes dolore cruciarentur propter magistrũ, dicit eis ille vir sapiens in diuinis & humanis, ô quomodo fieri potest vt sine lachrymis eorũ memoriam tibi tradat oratio? Orate ô filij & amici & viscera quæ mihi ex omnibus præcipuè estis viciſſim dilecta, & Deo agite gratias. Nullus autẽ cernatur ex vobis se separasse ab ecclesia. Ego enim iam libor & instat tempus meę resolutionis. Sathanas nõ fert meas aduersus ipsum orationes. Sed ne obliuiscamini sacræ meæ in vos dilectionis.Cũ hęc & his lõge plura dixisset, quid opus & dicere lachrymas & dolorẽ quibus sunt repleti? Tandẽ omnes cõplexus, rogauit omnes vt irent in cõciliũ,malebat eñ mortẽ subire gladio,hoc lucrũ esse existimãs pro cõmuni omnium securitate & salute, & rursus dicit. Vos omnino recordamini vitã prẽsentẽ esse viã, & transite quæ in ea sunt bona & molesta,nec hoc solum, sed eũ etiã nundinãe,emimus itaq;,vendidimus,diuersamur. Num sumus nos meliores Patriarchis, Prophetis, aut Apostolis?dicit ei quidam cum eiulatu. Sed deflemus nostrã orbitatẽ,rerũ confusionẽ,statũ ecclesię,& alios honores quibus affecti sumus, & ignominias quibus afficiemur.Sed ne vestras, inquit, relinquite ecclesias. Nõ enim à me principiũ,neq; ad me vsq; est finis.Nõ enim post Mosem surrexit Iesus? Non fuit Dauid successor Samuelis:Hieremiæ Baruch:Eliæ Elisæus? Post Paulũ autẽ quis?Non Timotheus,Titus,Apollo. Non alij innumerabiles?Sed si tenemus,dicit quispiam, nostras ecclesias,omnino cõmunicare necesse est & subscribere.Cõmunicate,inquit,vt non perturbetur neq; scindatur ecclesia,sed ne subscribatis, quonammodo hoc iubes?Quoniã,inquit,nullius mihi culpæ sum cõscius propter quã deponar.Cũ his sacrã illã turbã magnus inter Patriarchas cõfirmasset Chrysostomus,iam conciliũ quod extra vrbem in Ruffini prædiis inania in eũ statuerat, accersit eũ respondsurũ iis quorũ accusabatur.Quæ autẽ ei significata sunt, erant huiusmodi sancta synodus cõgregata Ioãni.Libellos cõtra te accepimus plenos malis innumerabilibus.Veni ergo eis respõsurus.His lectis hęc rescribit sanctus ecclesiã,pter quã deus verbũ factũ est ne scindas,nec dissoluas; neq; extra terminos iudices, repugnãs trecentis & octodecim patribus,& ne Abel & Cain, dolosè in agrũ aduoces:sed tu veni potius. Septuaginta enim capita aperte cõtinent qui aduersus te scripti sunt libelli. Sumus autẽ nos ex diuersis &plures Dei gratia.Et vt quę postea sequebãtur in pauca contrahã cùm sapiẽs Pontifex præterea scripsisset & ostendisset nullã esse eorũ quæ ab ipsis fiebant cõsequentiã, optimè & iustissimè eos repellebat præscriptione,optans vt in se fieret potius œcumenica synodus. Hæc cùm accepissent & didicissent conciliũ illud per lectionẽ irruunt tanquam leones:& ex iis qui missi fuerant,aliũ quidẽ eciderũt: alium verò cõprehenderunt: alium autẽ coniecerunt in vincula,& ferreos cõpedes quos illi bacchantes Pastori parauerant. Quid ergo post hæc faciunt? cũ aranearũ telis imbecilioribus scriptis eum damnassent, quem neq; viderant,neq; huius vocem audiuerãt,deponunt Pontificem,& hæc referunt ad Imperatorem. Quid dicentes?Quod cùm nõ ausus esset accedere, q̃ esset sibi conscius:eum autẽ leges deponant,hoc etiam sustinuit.Iussu ergo vestræ potẽtiæ aiebant vel inuitus relegetur,& det pœnas q̃ maledictis insectatus sit Imperatricẽ,eam dicẽs Iezabel, vel in eo morte ab occisoribus accelerata propter verbi asperitatẽ.Eis itaque credit Imperator tanquã Sacerdotibus,& absque vlla examinatione, missa manu militari iubet Sanctũ relegari.Hæc cognouit fidelis populi multitudo,fideique feruore & abũdãtia,victo &deiecto metu Imperatoris vi restiterũt.Hoc autẽ cũ animaduertisset vir diuin°,& quæ ex eo oriebãtur dãna & pericula cõsiderasset,oẽs latet,& ad cędẽ,Sic enim ego voco illorum cõsiliũ & impetũ,existimo autẽ vos quoq;,tãquã ouis sua spõte accedit.Eũ verò cũ cõprehendissent, vsq; ad Euxeni propontidẽ tunc trahũt. Post hæc quid?Quidã ex iis ducti pœnitẽtia dicebãt fuisse Ioãnẽ appetitũ calũniis & iniuria affectũ.Nec hoc credebatur à multis, fidem autẽ res ipsę magis fecerũt. Quomodo? Ex honore & emolumẽtis quibus sunt affecti accusatores. Sed profanũ os dedecoris,respõdebat his nugis,dicẽs.Etiamsi nihil aliud,ac arrogãtia& superbia Ioãnis eũ deposuit, suæ malitiæ improbus veterator scripturam applicãs, nẽpe qđ superbis resistit domin°.Deide scribit persecutor ad Romanũ Põtificẽ Innocẽtiũ, quã in pastorẽ fecerat iniq̃tatẽ trãsformãs & variãs.Sed Theophilus scribit quidẽ,cõdẽnatur autẽ cũ Papa apertè res sancti cognosceret.Quorũ varios ac multiplices conat° mirãs Roman° Episcopus,ad deũ cõfugit,& petit vt illic soluãtur machinationes offẽsionũ.Maxima itaq; celeritate

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritate illinc accipit ſolutionẽ. Canina Theophili impudentia adhuc inquirebat aduerſus innocentẽ. Hinc A adirã irritat fideliũ multitudinẽ. Innumerabiles ex eo exiſtunt ſeditiones & plagę & diuerſa pericula & contremiſcũt improbi. Vir impius celerrimè fugit Alexãdriã, cũ vix euaſiſſet eos qui quæſierãt eũ mari obruere. Sic pater ſcandalorũ, malus malè ex regia amandatur, cũ ipſis accuſatoribus & iis qui erant eiuſdẽ ſententiæ. Hęc Roma audiit etiã Imperator Honorius: & qđ vt gratũ facerent Eudoxię, Ioannẽ ſunt calũniati. Dolore ergo affectus, valde enim amabat Imperator & cupiebat videre Pontificẽ, ſcribit ad fratrẽ Imperatorẽ Arcadiũ, cũ eo expoſtulãs & exprobrãs, q̃ Theophilo quẽ reum tenebat, locũ dederit deponẽdi Ioannẽ, ídq; ſine Romanis. Hæc cũ cognouiſſet Imperator Arcadius, magna ductus pœnitentia, de Põtifice reuocãdo cogitabat, & ecce noctu venit terrę motus, & cadit pars cubilis Imperatricis. Fuitq; hoc, nã quę interceſſe B runt lubenter prętermitto, cauſa reuocationis. Rurſus ergo Paſtor bonus, oportet. n. paucis dicere, præcipit gregẽ, cũ Imperator longe ſplẽdidi⁹ quã prius ei proceſſiſſet obuiã: & ille quidẽ prius cõtenderet vt res ſuę examinarẽtur: omnes verò planè violẽtia fidei motione eũ adduxiſſent, in ſede collocaſſent, & vt pacẽ ageret, effeciſſent. Hæc ſuorũ ſeruorũ deus, qui reſiſtit ſuperbis & humilibus reddit gratiã. Hinc adeſt quę hoſpitalitate & tẽperantia, ſciẽtibus loquor, Sarã & Suſannẽ exprimit Olympias. Paucis autẽ eã quoq; declaret oratio, quę voluptaté ſimul & adhortationẽ ad virtutẽ præbet iis qui laudãt ea quę ſunt honeſta. Olympias erat, quę tẽperantia, hoſpitalitate, & doctrina Diſciplinarũ, nõ minus erat clara, quã ſplendore generis, opũ, & pulchritudinis proptérq; antecellebat omnib⁹ quæ tunc erãt. Hæc marito quidẽ fuit cõiuncta legitimè, non eſt autẽ experta, vt quæ parũ cũ eo vixerit. Eã Imperator Theodoſius vi poſtea trahebat vt nuberet cuidã ſuo cognato, nõ quidẽ dedignantẽ, ſed cõtra ea quę par erat ſignificãtem. Dicebat enim. Si Rex meus Chriſt⁹ voluiſſet me viuere cũ marito, primũ omnino non abſtuliſſet. Et quid opus eſt orationẽ extendere, quæ cõtendit ad ea quę deinceps ſequũtur exponẽda illius verba ſapiẽtia? Ei enim qui ſapit, licet ex fimbria vt eſt in prouerbio, id quod eſt cõtextum intelligere. Iuſſu ergo Imperatoris auferuntur ei facultates gratia cuſtodię. Illa autẽ ea re valde eſt lætata, & dictũ ꝓtulit Imperatori, quod dignũ eſt quod habeatur in admiratione & mãdetur memorię. Dixit eñ ne ea cuſtodiantur ô Imperator, ſed dẽtur potius pauperibus. Iã olim enim deprecor quę ex hac diſtributione accedit vanã D gloriã. Statim ergo lætatus fuit Imperator cũ hæc audiiſſet, & ei ſua rurſus reddit. Illa autẽ cũ ea accepiſſet, pulcherrimè quidẽ adminiſtrauit, ſeq; exuit ac parauit ad exercitationẽ: & paulopoſt referẽ in numerũ Diaconiſſarũ eccleſię. Sed ne ſic quidẽ potuit euadere gra uia retia Theophili, cũ illius hoſpitalitatẽ ignominiæ materiẽ acceperit iſte, diis inuiſus. Ipſa poſt multos cu rã quoq; geſſit Nectarij, vt quę ſuis manibus, quãdo ad deũ exceſſit, eius texit oculos ipſa hoſpitio quoq; magnũ accipiebat Chryſoſtomũ, ei libũ exhibẽs, ꝓpterea q̃ non poſſet auelli à ſtudiis. Ipſéq; eã in ſecũdo ſuo exilio duabus epiſtolis eſt proſequutus. Sed hęc quidẽ poſtea: veniat autẽ oratio ad id quod eſt propoſitum.

Poſt põtificis ſecundã in ſedẽ ſuã reſtitutionẽ, cũ nõ multũ pręter fluxiſſet tẽporis, incidit aliquid quod neceſſario opus habebat correctione, & ſuo ꝓ virib⁹ offi-cio funct⁹ eſt, his qui erat rerũ huiuſmodi corrector, & rurſus Imperatrix fuit valde irata paſtori. Si quis veſtrũ ſcit argenteã ſtatuã, & qui illic fiebãt ludos publicos, & diuinã ædẽ cõtumelia affectã, ſcit quod dico. Rurſus ergo certamina ex certaminibus, & ſynodi aduerſus Pontificẽ. Hæc cognoſcit is quẽ perſequebãtur & celebratũ illum & inſignẽ habet ſermonẽ. Rurſus furit Herodias. Hoc accẽdit iram imperatricis: & rurſus liberè ac conſidenter agunt accuſatores. Et Theophilo quidẽ ſignificatur vt veniat Alexandria, ſed adhuc timens differt infœlix. Arriano tamen canone tanquam arcu vſus, audet eũ ferire iaculis ex atramento. Certus autẽ quẽ afferebant erat hic ictus, quod abſq; ſynodo qui erat depoſitus irrupiſſet & in eccleſiam. Quos cũ cõueniſſet hic vir diuinus & ab eis interrogaretur, reſpõdit. Expulſus fui ab Imperatore, fui etiã reuocatus ab ipſo Imperatore. Quod placebat quidẽ iis qui erãt recti iudicij & ſentẽtiæ, & Imperator iis aſſentiebatur, corã Imperatore autẽ aduerſus eum decertans malignorũ illorũ fucorũ examen, ſtrepitu obtũdebat illius ſimplicitatẽ. Tunc autẽ profert quidã, is verò erat Elpidus Laodiceæ quæ eſt in Syria Epiſcopus ſententiã plane admirabilẽ. Ne tumultuemur, inquit, in conſpectu Imperatoris: nefas eſt enim, ſed ſubſcribãt accuſatores ſe eſſe eiuſdẽ fidei cuius ſunt qui illũ ediderunt canonẽ, & ſoluta eſt dubitatio. Cùm ergo intellexiſſet Imperator facilitate propoſitionis ſolui id de quo agebatur, lætus & ſubridens dixit, nihil eſt hoc melius. Id autẽ quod erat ꝓpoſitũ cũ eſſet anceps, effecit vt calligarẽt accuſatores. Et tunc ſummis quidẽ labris pollicentur, re autẽ infecta tunc exeunt. Cùm hæc alias aliter machinarẽtur accuſatores & teſſeris quodãmodo luderent, menſes decẽ prætulerũt. Paſtor autẽ ne C tantillũ quidẽ prætermittebat ex conſuetis: imò verò quotidie magis ac magis augebatur eius ſtudiũ. Solet enim neſcio quomodo mens quæ caret vana gloria, iucundius affici & ſe magis rationis cõpotẽ oſtendere in caſibus qui accidũt. Illi autẽ nõ dederunt ſomnũ oculis, nullis abſtinuerunt machinationibus. Imperatoris mentẽ obſidẽtes, vt eã funderẽt & captiuã abducerẽt. Imperator verò aliquãdiu quidẽ fortiter reſtitit & repugnauit. Quãdo autẽ omni ex parte tuta fuerũt omnia accuſatorib⁹, nec vll⁹ fuit qui aduerſus talẽ inſurrectionẽ poſſet amplius Imperatoris mentẽ fulcire & ei opẽ ferre, ipſe quoq; eſt mollitus: & humanũ quid paſſus ab inſidiis hoſtis eſt circũuentus. Dicã autẽ apertè quomodo. Erat dies maximus Chriſti ortus. Imperator autẽ, vt mos eſt, nõ ſimul aderat. Significauit autẽ Pontifici ſe nõ prius cõmunicaturum, q̃ ipſe crimina diluiſſet. Sic præteriit etiam quadrageſima, & die vno ante Paſcha, rurſus Imperator violẽto motu accuſatorum, eadẽ ſignificat, addens, Duæ te condẽnarunt ſynodi, nõ poſſum tibi communicare. Quid verò paſtor bonus, qui aſpiciẽs aduenire beſtias, nõ fugit & dimittit gregẽ. Mihi, inquit, ô Imperator à deo fuit credita eccleſia, nec ab ea recedã. Sinautẽ hoc tibi viſum ſit, vi expellar, ne accuſari poſſim⁹ ordines deſeruerim. Qđ verò Imperator in quẽ tyrãnidẽ obtinebat vis inimicorũ, cùm eũ cũ metu ſeparaſſet ab eccleſia, iuſſit degere in Epiſcopatu, illud cogitãs q̃ ſi quid rurſus eueniſſet inopinatũ, facilius eſſet eũ inuenire apud Deum placãdũ. Sic magnũ luminare ꝓhibetur lumẽ prębere eccleſię, & cũ rurſus Imperatori exhiberẽ moleſtia ab accuſatorib⁹, ipſe eis totũ permittit cõſiliũ, vt qui venerandũ diẽ ſabbati & Pontificis virtutem reuereretur.

Quid

Quid ergo dicunt iij quibus fuerat permiſſum. In noſtrum caput ô Imperator, ſit Ioannis depoſitio, ſolum cito expellatur. Rurſus ergo nulla interrogatio & rurſus ſuffragia & latæ ſententiæ. Quę agebat, ſciebant omnes, confunditur vniuerſus populus, confunditur etiam dies feſtus, metus in fugam coniicit. Et fugientes clerus, & quidquid erat fidelis populi, & eorum qui gerebant magiſtratus, diuinum Paſcha in publico quodam lauacro quod Conſtantinianæ dicitur celebrarunt, vigilãtes in illius noctis glorificationibus, & eos qui erant catecheſi inſtituti baptizantes, & ea quæ tẽpori conueniunt munera obeuntes. Hæc quoque citò deferunt ad Imperatorem qui ad mala erant audaces, partim quidem timentes, ne ſi fuiſſet ingreſſus & ſolam inueniſſet eccleſiã Imperator, populi quidem cognoſceret beneuolẽtiam, eum autem damnaret inuidię, partim verò hoc agentes vt omnes qui illic erant vlciſceretur Imperator. Hinc aſſumpto Lucio B qui erat ſecta & ſentẽtia gentilis, & eo quem ſub ſe recens habebat exercitu, nempe Thracibus armatis circiter quadringentis, ſecunda noctis vigilia, ô quæ illic ſunt per ſummam perperata audaciam, quæ quiſnam digne fuerit lamentatus? repente impudenter irruperunt, & per medias turbas ad ſanctas vſque aquas procedunt, prohibent diuinorum myſteriorum celebrationem, aciem ſtruunt contra miniſtros, licebátq; videre effuſa diuinorum ſymbolorum myſteria, clauiſq; percutiunt capita Sacerdotum. Sanguine permiſcent ſacram piſcinam. Deinde quid? fugiũt omnes, miſerabile ſpectaculum iis qui illic erant detẽti. Nam ex militibus quidem alius virginem trahebat tanquam prędam bello captam, alius autem tunicas, alius verò diuina myſteria & vaſa prætioſa. Sacerdotes coniiciebãtur in carceres, expellebãtur magiſtratus frequẽtia, C proferebantur edicta, & minę intentabantur frequentiores, quæ iubebant abnegari Ioannis communionẽ. Sed ſic quoque non ceſſabat, imò verò magis inualeſcebat & corroborabatur fides: & quomodo dictũ eſt de exitu Iſrael. Quo magis eos occidebant, eo magis creſcebant. Hinc eos Ioannitas nominarunt cacodæmones. Egreditur poſt hæc Imperator è regia cauſa exercitationis, & videt procul cãpum albeſcentem candidis veſtibus eorum qui recens erant illuminati. Eo autem ſpectaculo afficitur admiratione, vt qui terræ florem putaret eſſe id quod cernebatur, erãt enim recẽs illuminatorum ad tria milia: rogat quidnã hoc ſit. Vide autem malæ linguę deceptionem. Eſt, inquiunt, diuerſa à recta fide ſentientium multitudo valentinianorum. Quod ſimul atque dixiſſent, ex inſidiis D in eos impetum faciũt viri armati. Quæ verò poſt hęc ſunt conſecuta, quęnam oſtenderit oratio? Rurſus plagæ: rurſus tormenta: rurſus vincula carceres erant eccleſiæ plenæ hymnis & glorificationibus, eccleſiæ verò deteriores carceribus, pœnis, flagellis, & tormentis pleniſſimæ. Duo adhuc menſes interceſſerunt & Imperator vi perſuaſus, ſignificat Pontifici: dicens. Multitudo tuorum aduerſariorum, in ſe attraxit id quod in te fuit cõſtitutum iudicium. Tu ergo res tuas Deo cõmittens egredere ex eccleſia. Hoc cùm apertè ſibi ſignificatum ſacroſanctus intellexiſſet Athleta, poſt quã admonuit, confirmauit, ædificauit, omnibus quæ ſunt optima conſuluit, omnéſq; eſt oſculatus ſancto & vltimo oſculo, eos valere iuſſit. Prętерea autem cùm quę cum admirabili Olympiade erant diaconiſſas cuidam valde pio ac religioſo Presbytero cõmendaſſet, egreditur ex eccleſia, ſimul cum ipſo quoque egreſſo angelo qui cuſtodiebat eccleſiam, vt qui non ferret hãc videre ſolitudinem. Nihilo enim melius erat tunc affecta quàm theatrum, cum diſcurrerẽt, tumultuarentur, exibilarent, irriderent, maledictíſq; ſanctum inceſſerent. Sunt hæc horrẽda & digna lamentationibus, à quibus ſimul etiam afficitur oratio quæ eorum meminit per inciſa. Quę deinceps conſequuntur ſunt magis horribilia. Eo ipſo die perſecutionis ſiue occaſus luminaris, fit tale quid maximè horribile. Terribiliſſima apparens flamma ex medio throno, in quo verbi interpres ſolebat interpretari ſcripturas, per vniuerſam diffunditur eccleſiam: & cateruatim aſſurgit in altitudinem vſq; ad tectum comi. Et perinde ac vipera quæ exedit vterum, fertur ſuper tergum eccleſiæ, caſtigãs, admonens & omnes terrens, palam oſtentans audaces homines ea auſos quæ non debebant. Quid deinceps B eſt conſecutum? Exoritur ventus ſubſolanus: & dicto citius depaſcit curiã. Deinde ignis perinde ac ſi eſſet ratione prædituſ, tranſit ad aulam regiam. Licebátq; videre maximum miraculũ, veluti inter duos igneos montes, populum quidem qui erat intus non lædi, domos autem quæ illic erant conſumi: & ignem non audere ſacra vaſa tangere: & inuehi in aliam ſycophantarum audaciam, qui auſi erant dicere q̃ propter ablatas prætioſas materias & vaſa ſacra eiectus fuerat Põtifex. Nec hoc ſolum, ô hominum audaciam, ô omnipotentis tolerantiam, ſed adhuc improbè & impiè à malignis ſparſa eſt fama, quod in Ioannem amabant exuſſerant eccleſiam, ſepulchrum reuera patens guttur eorum. Audiuntur hæc quoque à prętecto. Ille autem vt qui ſecta eſſet & ſententia gentilis, ea de cauſa C multos quidem ex paſtoribus, Sacerdotibus, & aliis ex populo, qui erant dedicati principi paſtorum, tormẽtis ſubiicit. Procedit autem etiam aduerſus Pontificẽ: & eum vinctum tradens militibus, ſolum relegat in Bithyniam, & cum eſſet ſolus, ô miraculum, profitebatur liberè pietatem, vt finiam orationẽ, in quoddam oppidulum cui nomen eſt Cucuſos Athleta tranſmittitur. Et doloſè quidẽ hoc factũ eſt & de induſtria, vt illic interimeretur ab Iſauris qui eã obſidebãt. Sed enim non dimiſit eũ Deus qui cuſtodit eos qui ſperant in ipſum. Illic enim quidam nomine Philadelphius, diuina viſione dignatus, excepit athletam. Erat autem totus ille locus plenus cultu ſimulacrorum & impietate: mutantur autem. Quomodo? Habebant qui illic erant hominem quendam paralyticum, Quem cũ adduxiſſent, Neque enim fieri poterat vt abſconderetur quæ ſupra montem ſita erat virtutum magna ciuitas, eum rogant, vt ipſum curet. Ille autem accepta cõ D uerſione & fide eius qui patiebatur cùm eum cito curaſſet, per eum vniuerſam regionem, erat verò multa & innumerabilis, attrahit, baptizat, docet pietatem. Et poſtremò illic collocat omnem ordinem Sacerdotalem. Propterea ineffabili gaudio afficitur vir diuinus, & multos qui venerant aut allati fuerant, curat ab omnibus morbis. Sed cũ iter quidẽ confecerit, maneat oratio. Poſt exilium autem Principis Paſtorum, hoc enim ego ſolũ narrabo, qualia in gregem ſunt machinati immanes illi laniatores, & quæ ab eis facta ſunt, quomodo dixerit & expoſuerit aliquos multiplices cruciatus. Quinã autẽ hi ſunt? Exilia, aſperę tractationes, publicationes, tranſlationes, acerbæ mortis machinationes, non in hac aut illa ciuitate, ſed fere per vniuerſum orbem terrę. Peruenit hoc ad aures Romani

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pontificis, ex eo fit vt nouas excogitant rationes, & accusatrices litteras mittant accusatores. Sed ille quidem tunc parum patienter tolerat. Eligitur autem Constantinopoli quidam nomine Arsacius, qui erat vel ipsis piscibus magis mutus, amentibus amentior, senio confectus, condemnatus, inutilis. Ex quo quid acciderit? Omnes omnino recedunt ab ecclesia. Quid ergo mali horum iudices? Persuadent Imperatori, & omnes cogunt inuitos assentiri Arsacio. Et alios quidem ducebat timor, alij autem contra decertantes martyrio suscepto coronabantur. Alij verò fuga salutem sibi quærebãt. Interceßit totus annus, & parum amplius, & moritur Arsacius. Ei autem succedit Atticus. Quænam autem ab eo fiebant? Accusationes, ordinationes, Metropolitani indigni qui mandentur memoriæ. Quidam viri boni non ferentes hæc videre, eunt Romam. Ex quibus cùm resciuisset Antistes, B singula refert Imperatori Honorio. Imperator autem cùm Imperatorem & fratrem scriptis ad eum litteris acriter arguisset & reprehendisset, comparatasque insidias, & machinationes, ei pulchre exposuisset, increpat, admonet, adhortatur, & postremo consulit vt reuocetur Sanctus. Non latuerunt hæc Eudoxiam quæ orationis vtens probabilitate, erat enim in rebus huiusmodi ingeniosa artifex, persuadet Imperatori, vt iis qui Romæ erant expectatis, vt res essent vacuæ omni perturbatione, ô iniquum prætextum, tunc non reuocaret Antistitem. Clam autem mittens, occupat qui tunc erant portus, Abydonque & omnem transitum, iubens ascendẽtes quidem Romanos male multatos & contumeliis affectos amandare, eorum autem epistolas eis ereptas auferre. Sciebat enim apertè, sciebat callida in malis mulier, quod si res examinarentur, C esset reuocandus Pontifex. Hæc & machinata est Imperatrix: eáque finem acceperunt. Detinentur enim qui Roma illuc venerant, coniiciuntur in custodiam, Malè multantur, litteræ ab eis petuntur. Illi fortiter resistunt. Resistentia autem desinit in periculum. Nam cùm fregisset quidam pollicem Episcopi, cùm litteris rapit etiam ea quæ afferebant. Deinde impudentes audent & audaces homines eis blandiri, auro misericordiam moliuntur sibi comparare, & omnem quidem dolum contexunt, non autem persuadent. Quomodo & quánam ratione pulchrum est hoc quoque dicere. Paulus diuinus Apostolus ad eos accedens prædixit. Videte quomodo ambuletis, tanquam sapientes, non tanquam insipientes, scientes quod dies mali sunt per ea quæ tunc fiebant, ea quæ nunc fiunt tacitè innuens. Quo quidem confirmati non admise- D runt escam quæ aëri venatorum Eudoxiæ erat imposita. Post sextum ergo mensem ad suos reuersi, significarunt omnia. Et hæc quidem hucusque, & ita se habent. Ad ea autem quæ deinceps consequuntur procedens oratio, persequatur ea quæ sunt proposita.

Cùm iam qui à diuina gratia est denominatus, toto anno in oppidulo Cucuso se præclarè gessisset, & aluisset eos qui fame & siti laborabant verborum domini, fames panis & rerum necessariarum terram inuasit & cùm hanc vrbem regiam deficere cognouisset Pastor ille bonus eam epistolarum & orationum consolatur auxiliis. Et primùm quidem eam quæ est per epistolam orationem, auditorum animas nutrientem admirabiliter, suppeditat frumenti verborum suppeditator: quæ continet vigintiquatuor capita. Ad eos autem qui vitæ offenduntur iniquitatibus, habet ar- A gumẽtum oratio. Quodnam est autem principiũ orationis? Medici quidẽ, & quæ deinde sequũtur. Præterea autẽ duas ad Quiriacũ, & ad Constantinũ Presbyterũ varia scripta, & ad ipsam admirabilẽ Olympiadẽ. Sed non sic eũ dimisit inuidia, Iam enim vexationes, iniurias, afflictiones nescio quã multas perpessus trãsmittitur Arabissum. Et rursus in eo eadẽ facit quæ in alio oppidulo. Rursus verò inuidia se obstetricẽ præbens accusatorũ metui, eos impellit & incitat ad pariendã cædẽ. Adeò vt ex accusatoribus quidã duxerit suis sociis. Videte mortuũ terribilem, qui viuos terret & rerum potientes, Quomodo laruæ mortuos? Quis hæc facit? Ille imbecillus: ille relegatus, qui non habet qui eum defendat. Illi autem serpentis insidias in se adhuc ostentantes iusserunt eum iaci in quendam locum omnium desertissimum. Scientibus dico. Pythiuntem qui dicitur, finitimum accolis Tzannorum.

Adhuc autem antequam perueniret sanctus in loci solitudinem, hoc enim ego narrabo paululum interstistens, ab eo rursus videntur sicut Antiochiæ diuini Apost. Quid dicentes? diuinam gratiam afferentes, confirmantes & corroborantes, vngentes. Laudantes eum propter puritatem conscientiæ, postremò annunciantes eius ad Deum excessum, foreque vt ad eorum peruenirent honorem & gloriam. Eudoxię fœtidem & infamem mortem, eámque ante mortem ipsum sæpe à se requisisse. Nihil prætermittunt quod faceret ad eum docendum. Postremò eum pascunt Ambrosia, dicẽtes. Hac tibi opem ferente, nullo alio opus habebis nutrimento. Quam cùm accepisset, comedit coram duobus qui eum fideliter sequebantur. Qui etiam digni habiti sunt sermone & C contemplatione Dei Præconum, implerique gaudio & exultatione quę illinc proficiscitur. Tres ergo posthęc menses interceßerunt & augebantur mala quibus eum afficiebant milites, quod ipsum quoque meditatum & de industria procuratum fuerat à persecutoribus. Quæ autem ab eis meditata fuerant, Deo nõ permittente, cito interrupta fuerunt & rescissa. Quisnam autem modus? data enim sit hæc quoq; postrema narratio summo miraculo. Nondum Comanam appropinquarat sanctus: ecce autem noctu ei apparent Basiliscus & Lucianus martyres, dicentes. Bono esto animo, & gaudio exulta ineffabili frater Ioannes. Cras enim simul erimus. Hoc ipsum quoque dixerunt sui templi Presbytero, vt se pararet ad iusta faciẽda & debitas exequias diuino Pontifici. Venit ergo ad locũ diuinus Pontifex. Quærit vestẽ splendidã quæ tẽpori & D dignitati conueniat, mutat autẽ ea quę gestabat, & illa distribuit iis qui aderãt. Deinde sacrũ celebrat mysterium, cõmunicat sacramẽto gratię. Fũdit vltimas preces. Deinde cũ de more dixisset hic inter Patriarchas diuinus & re vera magnus Chrysostomus, gloria Deo propter omnia & facto signo crucis subiũxisset, amen, & recubuisset, requieuit decimo quarto mẽsis Septẽbris. Licebat autẽ post hęc videre tanquã signo dato cõcurrentes, ex Syria, Cilicia, Põto, & Armenia omne genus hominũ & omnẽ ętatẽ propter vtilitatẽ cõmunem & salutẽ. Et sic deponitur patiẽtissimũ & sanctissimũ illud corpus cũ martyrũ quę illic sunt corporibus: beatissima autem & diuinissima anima, excipitur intemeratis manibus immortalis omnium Regis, Domini & Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi. Quem decet omnis gloria, honor, potentia, maiestas, & magnificentia, nunc & in secula seculorum. Amen.

Epitome

EPITOME VITAE SANCTI Ioannis Chrysostomi.

Hic sanctus erat quidem genere Antiochenus. Pater autem eius erat dux exercitus Syriæ, nomine Secundus. Mater verò eius cognominabatur Anthusa. Præclarè autem & piè educatus cùm is fuisset decem & octo annos natus, recessit à Libanio Sophista, & iuit Athenas matrem eloquentiæ. Deinde reuersus ad suos à Meletio Archiepiscopo Antiocheno baptizatus, ordinatur postea lector à Zenone archiepiscopo Hierosolymitano. Et cùm permãsisset tres annos in ecclesia, illinc recessit, vt qui in magnum incidisset monasticæ vitæ exercitatorẽ. & cùm apud eum mansissent annos quatuor, & in vnam secessissent speluncam, mansit solus annos duos. Deinde rursus venit ad ecclesiam, & ordinatur Diaconus. Cùm se in eo quinque annos prę- B clarè gessisset, ordinatur presbyter à Flauiano. In quo cùm duodecim annos clarus fuisset & illustris, illo autem tempore è viuis excessisset Nectarius archiepiscopus Constantinopolitanus, ab imperatore Arcadio Antiochia accersitus ordinatur archiepiscopus Constantinopolitanus, mense decembri, quarta indictione. Cùm autem munus Episcopatus functus esset annos quinque, propter inuidiam fuit relegatus in ciuitatem Contanorum, prope Armeniam. Transegit autem in exilio locum loco mutans, & male habitus à militibus, annos tres, menses duos. Fit totum simul eius vitæ tempus anni lij. menses viij. Mortuus est autem xiiij. Septemb. & sepultus est cum sanctis & gloriosis Christi martyribus, Basilisco & Luciano. Portatæ sunt autem venerandæ & sanctæ eius reliquiæ C Constantinopolim, triginta tribus annis postea, imperante Theodosio iuniore, & pontificatum gerente Proclo. & id rursus efferentes cum Psalmodia luminibúsque & vnguentis quæ verbis exprimi nequeũt, deposuerunt in templo sanctorum & benedictorum Apost. mensis Ianuarij xxvij.

VITA D. IOANNIS CHRYSOSTOMI PER *Suidam scripta, Alberto Lino interprete.*

Ioannes Antiochensis cognomento D Chrysostomus, presbyter inter præcipuos Antiochiæ fuit, Eusebij verò Emeseni philosophi, & Diodori sectator. Hic multa scripsisse dicitur, ex quibus libri de sacerdotio tum propter argumẽti excellentiam & stylum, tum propter verborum facilitatem atque elegantiam, cæteris eius scriptis excellunt. His autem proximè accedũt & orationes in Psalmos Dauidicos, & explanatio in Euangelium Ioannis. Necnon commẽtaria in Matthæum, Marcum & Lucam. Reliqua verò ipsius monimẽta plura sunt, quàm vt ea quis numero complecti queat. Siquidem vniuersam Iudaicam Christianámque scripturã ille commentariis sic illustrauit, vt alius ante ipsum nemo. Martyrum verò laudationes adauxit, cùm eas ipse nullo negotio ex tempore componeret, oratióque ex A eius ore celerius quàm Nili cataractæ, defluebat. Nemo itaque post hominum memoriam simili orationis copia abundauit, qua quidem ipse solus diues fuit, solúsque iure & aureum & diuinum adeptus est nomẽ. Cæterùm opera ab eo cõscripta nõ est hominis percensere numerando, sed Dei potius, cui nota sunt omnia. Hic sanctus Ioãnes Chrysostomus summus cõtinentiæ cultor fuit ac vigilantissimus & quietis amantissimus, temperantiæq; zelo valde in castigando liber atque iracundus. Excandescentiæ enim magis quàm modestię indulgebat: qua quidem libertate loquẽdi immodicè aduersus familiares vsus est. Atque in docendo quidem multum operæ ponebat, vt prodesset. In collocationibus verò arrogans & contemptor ab iis qui eum haud ita bene norant, existimabatur. Quocirca creatus Episcopus maiore grauitate erga subiectos est vsus, & mores & verba ad cuiusque B correctionem & salutem mutans. Nequaquam igitur vt quis adulator non est, hic superbus est habendus. Neque rursus si quis adulator & nequam fuerit, hic continuo moderatus dicendus sit. Verùm eum qui ordinem & decorum ingenuis consentaneũ vult cõseruare, magnanimum esse conuenit non superbum, fortem non audacem, humanum non abiectum, modestè de se sentientem, nequaquam autem humilitatem animi simulantem, liberalem nõ seruilem, quemadmodum & ipse dicit: Idcirco pastorem & magistrũ varium esse oportet: varium autem appello non subdolum neque adulatorem & petulantem, sed multa libertate & fiducia plenum, qui etiam norit quotiescunque id res postulare videatur, sese vtiliter demittere, simulque benignum & austerum esse. Neque C enim subiecti vno & eodem modo omnes tractandi sunt, quando nec à medicis vna atque eadem ægrotantibus omnibus medicina est adhibẽda, neque nauis gubernatori vna sequenda ratio pugnandi cum ventis. Perpende igitur qualémnam illum esse oportet, qui tantæ tempestati atque eiusmodi iactationi, támque magnis fluctibus resistere debeat, vt fiat omnibus omnia, vt omnes lucrifaciat. Etenim grauem esse oportet talem virum & minimè inflatum, terribilem & comem, qui & dominũ & socium agere sciat, muneribus incorruptũ & pronum ad obsequia, summissum & inuictum, alacrem & placidum, vt aduersus hæc facilè valeat expugnare. Cauendum est ergo homini qui in oculis omniũ versatur, ac prudentia præditus est, ne aut aliis ipse aduletur, aut adulatoribus aures patefaciat: néve glorioſus sit aut assentator, D sed vtrorúmque horum vitiorum excessum corrigere oportet & liberum esse, nec ad pertinaciam declinare, neque ad seruilem summissionem se abiicere. Nam erga probos humilem esse oportet, erga audaces verò elatum. Quandoquidem illi modestiam virtutem esse arbitrantur, isti verò audaciam, fortitudinem. Quocirca aduersus illos humilitate est vtendũ, in istos verò fortitudine, quæ eorum spiritus ab audacia sumptos extinguat: vt iis quidem prosis, horum autem fastum deprimas. Tempus enim est omni negotio, inquit Salomon. Hoc est tempus humilitatis & potestatis, redarguendi & consolandi, parcè & liberè loquendi, lenitatis & asperitatis ac denique omnium. Quapropter interdum quidem præ se ferenda est humilitas, puerique in humilitate iuxta Dominicam vocem imitandi: interdum verò potestas exercenda, quando res ita fert, quam Christus dedit ad ædifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad ædificationem, nequaquam autem ad destructionem. Ac sanè tempore consolationis suauitas est adhibenda: tempore verò seueritatis zelus præ se ferendus. Atque in vno quoque aliorum similiter recta & iusta cogitatio suscipienda: cogitationes enim iustorum iudicia sunt. Isidorus autem dicit: Principem & iustum & terribilem esse oportet, vt qui rectè viuunt securo animo sint: qui verò peccant, metuant. Nam alterum sine altero est disciplinæ dissolutio potius quàm imperium. Si enim omnes dicto audientes & virtutis amantes essent, sola benignitate esset opus: Si verò omnes improbi & flagitiis dediti, metu. Verùm cùm & boni sint & mali, vtraque principi & præfecto sunt vsurpanda.

VITA S. IOANNIS CHRYSOSTOMI PER Simeonem Metaphrastem.

OMnium quidem eorum, qui se ex Deo gessere, vita est piis vtilissima: vt quæ sit non solùm exemplar & forma, sed etiam adhortatio ad virtutem. Immittit enim stimulum bonæ æmulationis, & accendit piam animam ad imitationem. Vita autem patris Chrysostomi, est auditu quidem aliis iucundior: ad imitandum autem salutaris & vtilis. Nam ille quidem vir non solum habebat linguam conducibilem iis qui audiebant: sed etiã vitam multò magis vtilem iis qui eam imitãtur. Imò verò si verum dicere oporteat, quomodo illam in dicendo habebat inimitabilem: ita etiam hãc quam in agendo nemo potest assequi. Verum enimuero res illius sunt omnino narrandæ & imitandæ pro viribus. Nam pictoribus quoque non sunt despicienda pulcherrima exemplaria, quatenus facilem non habent imitationem: sed quod sperent fore, vt si ea tandem assecuti fuerint, clari & insignes reddantur, id imitatores excitat ad æmulationem. Mihi autem oratio media quadam via est ingressura, vt nec quæcunque ab eo facta sunt persequatur: neque prætermittat ea quæ sunt præcipua. Nam illud quidem ferè est eiusmodi, vt fieri non possit: hoc verò nõ est vtile. sed illa quidem dicat, quæ dicta auditoribus plurimùm afferent vtilitatis, prætermissa autem damni plurimùm: alia vero relinquat aliis. Hic ergo verus homo Dei, & germanus, si vllus alius, post eum qui erat eiusdem nominis præco pœnitentiæ, qui lingua simul & voce & ore & in omnibus aureus: imò verò lõgè auro pretiosior, genus quidem ducebat ex Antiochia, Antiochia, inquam, quæ sita est in Cœle Syria. Cùm tam claram autem haberet patriam, nec parentes quidem habuit minus nobiles. Fuerunt enim hi quoque suspiciendi, & splendore vitæ paucis secundi. Erat enim ei pater Dux exercitus & qui multis abundabat opibus. Nomen autem patri quidem erat Secũdus, matri verò Anthusa, qui primum quidẽ erant religione gentiles & tenebantur profundis tenebris ignorantiæ: etiamsi postquam eis natus esset filius & diuino baptismate regeneratus, fuerunt ij quoque veritatis luce illuminati. Ex his ille ortus, cùm esset adhuc puer ætate nequaquam habuit puerile ingenium. Neque enim faciebat aliquid indecorum, neque erat occupatus in ludicris & lusibus: sed qualis procedens futura esset planta, ipsa omnino se ipsam indicabat. Deinde diuinum assequitur baptismum corpore adhuc valde tenero & molli. Oportebat enim eum, cuius vita ad Christũ inclinabat, non manere amplius Christi signaculo non signatũ. Qui eum autem baptismo tinxit fuit Meletius, qui optimè administrauit sedem Antiochenam, sede virtutis longè altior. Postea autem eius quoque parentes diuino tradit Lauachro. Neque enim par erat, vt cùm ad lucem gratiæ accessisset filius, qui ei causæ fuerant, vt in lucem ederetur, non eiusdem cuius filius, essent splendoris participes. Deinde grammatico traditus vt primas disceret disciplinas, erat fax iniecta in ignem: neque vllo omnino opus habebat stimulo, nec aliquo qui eum esset incitaturus. Quanquam disciplina & diuturna in vno loco mora, & assidere occupatum, sunt omnino iuuenibus ingrata & iniucũda; quomodo contra saltationes & translationes, curlúsque & motiones sunt ei gratissima. Ille autẽ se totum dedebat disciplinis. Cum bono itaque ingenio simul concurrens studium effecit, vt breui plurima disceret. Cùm autem ab ineunte ætate tenuitatem amasset, & à fastu alienationẽ erat superior omnibus blanditiis & rebus superfluis: neq; comitum multitudinem secum ducens ad ludum litterarium, neque equo vectus iter ingredi sustinens. Sed nec aliud quidquam delicatum aut splendidum, vt qui esset ex tanta domo, ostentare contendens. Itaque cùm parẽtes quidem valde instarent, & eam rem esse sibi probro ducerent, nec ij soli sed etiam pædagogus & condiscipuli eadem facerent & ei exprobrarent, quòd esset nimis vilis & abiectus, multùm aberat vt ille persuaderetur eorum verbis, & sibi congenitam & gratam repelleret moderationem. Quamobrem cùm eum aliquando conuenirent parentes, & causam rogarent, cur eis dedecori esse vellet tam tenuiter viuẽs, & instar cuiusdem plebeij, ille re vera sapiens & lingua plane inuictus. O cur mihi, inquit, frustra vultis exhibere negotium, perinde ac si nos primi vitę tenuitatem & moderationem statuissemus colere, ægreferentes? Deinde statim adducebatur in exemplum Daniel & tres pueri. Ex quibus ille quidẽ, inquit, propter animæ contritionem & spiritus moderationem ab ore Leonum adiri non potuit. Illi autem coniecti in fornacem ignis, tantum abfuit vt ab ipso vincerentur, vt etiam propemodum viderentur ministro igne vtẽtes: & in inimicos qui circunsistebãt eum absque vllo immitterent impedimento. Alioqui autem vbique inuenio diuinam scripturam, hanc quæ apud vos iudices habetur contemptui humilitatem vbique magnifacere, & vt nihil magis commẽdare: fastum verò & honoris studium reprehendere: idque pusilli & abiecti esse potius animi quàm excelsi & magni ducere. Quamobrem non ego ignoranter pluris facio hanc mediocritatem. Deum enim didici his delectari (solet enim simul cũ externo habitu affici anima) & gratiam quidem præbere humilibus: is autem qui contra se habent aduersari. Hæc illo dicente parentes obstupuerunt. Consecuta est autem omnino quæ à verbis, vel potius quæ à factis procedebat vtilitas: adeo vt talem eis daret mercedem suæ in vitam productionis: & qui ab eis quidem solùm acceperat vt esset, vt bene essent eis munificè redderet. Vix tandem autem à parentibus persuasus, in hoc eis paret, qui alioqui se in aliis præbebat obedientissimũ, vt

vt nequaquam quidem cum pluribus, sed vno ex famulis eum comitante iret ad ludum literarium. Non multum interiectum est temporis, & pater quidem excessit è vita præsenti: mater autem, vt quæ præmaturam subiisset viduitatem, & propter puerũ adhuc teneræ ætatis, vitæ fluctibus agitata multis & variis quotidie vexabatur casibus & molestiis, quas eæ solæ apertè sciunt quæ illas sentiũt. Quorum quidem paruam illa ducens rationem, duo ex omnibus maximè curabat: nempe vt & post sui mariti decessum nullius amore caperetur: poterat enim eius ætas adhuc capi his laqueis, & filiũ sic educere, vt nulla alia ostẽderetur mater talis filij. Postquam autem ille didicisset grammaticam & orbẽ disciplinarum, deinde etiã peruenit ad summum dicẽdi facultatis atque philosophiæ: vt qui illam quidem quàm optimè acceperit à Libanio, cuius erat insignis fama in arte dicendi: hãc autem ab Andragathio diligenter audiuerit. Quid fit? Desiderium maioris eruditionis, in pluribus eũ bonis assequendis laborabat cupiditate, efficit vt veniat Athenas: & illic simul versans cum præstantissimis Rhetoribus & Philosophis, sic & mentem locupletauit, & linguam summè exercuit, vt nulli facilè concederet, vt esset cum eo conferendus. Hinc factum est, vt breui esset insignis non solùm Athenis, sed etiam in vniuersa Græcia. adeo vt ipsi quoq; præfecto Prętorio res videretur esse digna magno studio, vel solũ venire in conspectum Athenarum. Cum ergo quodam tempore haberet concionem, & eos conuocaret ex Athenensibus qui & gloria & dicendi facultate tenebant primas partes, ei curæ fuit vt sanctũ quoque officiosè vocaret & honorificè: statimq; missum fuit vehiculũ & alius qui ad hoc expedit comitatus. Sed ille hæc tanquam superuacanea & inutilia & veluti inane itineris adiumentum repellens, solus viam est ingressus suis vtens pedibus. quod quidem sibi faciendum constituit is qui est sanus, & non propter arrogantiam & vanam gloriam ea sustinet facere quæ ægroti. Quamobrem magis stupentes eius moderationem, & eam quæ apparebat constitutionẽ ducẽtes esse imaginẽ animæ quæ non apparebat, ipse primus Prætorio præfectus & qui cũ eo aderãt, ei accedenti lubenter assurrexerunt, & eũ aspexerũt oculis reuerẽtia plenis & beneuolẽtia. Deinde etiã vi attrahentes, resistebat enim propter vehementẽ amorẽ moderationis, primo loco eum dignati sunt, publicéque ornarunt eloquentiæ laudibus & aliis priuilegiis. Fieri autem non poterat vt toleranter hæc ferret inuidia, nec sine dolore hæc aspicerent inuidorum oculi. Nã cùm vanam gloriam summè sibi vendicarent, existimabant illius honorem illorum honori detrahere. Quomodo accidit vt tũc quoque afficeretur Anthemius, qui non parui quidem fuit nominis propter studium eloquentiæ, gentilis autem erat religione, & alioqui lingua profusus, & volens ei nimium indulgere. qui sancti laudibus non minus morsus quàm si ipse fuisset summa affectus contumelia, in eum vehemẽti spiritu inuehebatur: & iniustũ vocabat id quod factũ fuerat. & dicebat esse nefariũ, hospitẽ aduenã primos sic honores cõsequi: & maximè, aiebat, eũ qui à nobis plurimũ differt religione. Propter quę primũ inuidiã ægreferens Præfectus, quidnã, dixit, fuerit præter rationẽ, si vir qui est & tali genere ortus, tantáq; & doctrina & modestia præditus, fuerat iudicatus à nobis honore dignus: cùm etiã præter alia, ipsum honorẽ fugere, honorem acquirat apud eos qui sapiunt & rectè sciunt iudicare. Deinde autem Ioannes quoque placidè eius sermonem excipiens, Non oportebat, inquit, ô Anthemi, eum qui sibi vendicat philosophiam ita superari ab honore hominum: & eum persequi tanquam rem magnam & magna contentio ne appetendam, qui non solùm nobis prodesse, sed etiam plurimum potest, lædere, quod attinet ad virtutẽ. Quid enim fuerit re vera homo ex eo seipso melior? Quòd verò dixisti me esse dissimili vobis religione, erubescerem si viderer tacere, ducens hoc esse pudendũ. Ego enim Deos neque noui, nec me eos vnquam esse adoraturum professus fuerim. Absit vt adeò desipiam & sit mihi lingua tam temeraria. Sed vnus mihi Deus est Christus qui cognoscitur in patre & in spiritu: qui & omnia ab initio produxit ex nihilo, & nunc ineffabili ea virtute continet, & annuos nobis fructus suppeditat, & manũ aperiẽs, omne animal implet benedictione. Sed non Christus, dixit interpellãs Anthemius, producit hos fructus annuos, sed elemẽta mundi suis temporibus producunt Deorum prouidentia. Nondum finem acceperat eius sermo, cùm à maligno spiritu possessus & terræ allisus miserè iacebat rugiens, lachrymarum & timoris simul causa iis qui aderant, peruertens quidem oculos, stridens autẽ dentibus, spuma verò ex ore turpissimè expuens. Hæc cùm aspexisset Præfectus & qui circa illũ erant, eos subiit admiratio & stupor, & erant pleni tumultu. Deinde ad beatum Ioannem accedentes, fiunt ei supplices, & rogant vt velit opem ferre affectioni. Ille autem, quis enim fuit illo benignior, vt qui benigni Christi esset imitator, & calamitatis hominis est misertus, & cùm pro eo rogasset eum qui vel solus potest opẽ ferre, ei qui iacebat duplicem affert curationem. Nam cùm iste liberatus à Dæmone sensisset in quanto malo esset versatus, arbitratus non sufficientem iam esse curationẽ, causam quoque propter quam venerat ad tantam calamitatem, rogabat curari, ne eadem ei rursus euenirent. Ille autem, sciebat enim veri Dei ignorationẽ eius esse causam, consuluit vt prompto & alacri animo quàm primùm adiret Pontificem ciuitatis: & rogaret vt in diuinis catechesi ab eo initiaretur: & quo latentiũ animę vibicũ veniret curatio, & à Dæmonibus quos colebat omnino liberaretur, assequeretur lauacrũ regenerationis. Paret eius dictis Anthemius, & citò accedit ad ecclesiam, & cum Domino credidisset, baptizatur: & fit multis exemplum vt credant in Christum. Clarorum enim & magnorum virorum in melius aut deterius mutatio solet multis esse causa ad idem mutationis. Hinc factum est vt Athenarum Episcopus cùm aspexisset quantam eius ecclesiæ accessionem fecisset Ioannes ille aureus, verbis & monitis crebrò eum sibi insinuaret, & vt sibi esset successor, iam enim erat grauis ætate, procuraret. Aliter autem Dei prouidentia de eo statuerat, in maiori omnino & excelsiori candelabro magnam illam lucem positura. Cùm verò in Athenienſiũ doctrina plurimùm profecisset, viscerum maternorũ & patriæ rursus est recordatus: & rursus Athenis rediit Antiochiã. Deinde hæc parua esse putans, nępe orationes & conciones, & quæcunque ad superuacaneam pertinent ambitionem, Angelicã seu monasticã vitam statuit suscipere: ad hoc consultore & instituti socio vtens Basilio quodã suo familiari, & qui erat vnius animę & fraterni cum eo spiritus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus. Non is autem erat ille qui & patriã & ſedem ornauit Cappadocum, vt quidam exiſtimant, decepti à ſimilitudine nominis. Siquidem ad fidem huius rei faciendam hic ipſe ſufficit lingua aureus, qui ſatis illud oſtendit in libris de Sacerdotio. Dicit enim eum eſſe ipſum ſecutum toto tempore, & eaſdẽ attigiſſe diſciplinas, & eoſdem habuiſſe pręceptores. Quod autem maximè omnium prohibet nõ hunc eſſe magnũ illũ Baſilium, eſt, quod ipſum quidem oſtendit eiuſdẽ patriæ, fuiſſéque & genere pares & diuitiis. Quomodo verò ſtatues hæc eſſe magno & huic maximo communia quæ ſunt maximè diuerſa? Siquidẽ plurimùm inter ſe differunt Antiochia & Cappadocia. Sunt autem multa quoque alia, per quæ coniici poteſt non eſſe hunc magnum Baſilium: ſed quendam alium ortum Antiochiæ. Cæterùm ab hoc inſtituto tunc ſapientem abducunt & ciuitas & mater multò magis, ad perſuadendum efficacia ei temperans lacrymarũ medicamenta. Nam ciuitas quidem tanquam fretum proprium & à ſe educatum eum amplectebatur, & eum perpetuò volebat retinere. ea enim valdè mouebatur ſuauitate eius orationum, quarum maximã partem conſumebat in iudiciis, aſſiduè illic ventitans, & partem defendens inferiorem, & eum qui habebatur contemptui recreans. Mater autem, vtpote mater, magis germane eum adiens, doloréſque partus & lactationem ei in memoriã reuocans, & mala viduitatis, & quæcunque poterant attrahere filium vt matris miſereretur, arcebat à propoſito. Sed ſatiſ eſt, vt illi ipſi hanc relinquam narrationem. Neq; eum omnino fas eſt nec conueniens, vt cùm ei liceat ſua per ſe dicere, nos illis relictis ex nobis ipſis faciamus narrationem. Dicit enim ipſe in libris de Sacerdotio, induens amicum qui eum erat abducturus ad id cuius ſtudio tenebatur. Deinde matrem quæ hoc reſciuerat miſerabiliter acceſſiſſe & id prohibuiſſe. Sic autem habet.

Poſtquam enim ſenſit conſilium quod à nobis capiebatur, me dextera accepto, & in domo ei attributa ad ſedendum collocato prope lectum in quo nos pepererat, emittebat fontes lacrymarum: & adiungebat verba lacrymis miſerabiliora, ſic apud nos lamentãs. Mihi, inquit, ô fili virtute tui patris diu frui non licuit cùm Deo ita viſum eſſet. Nam dolores in partu propter te acceptos mors illius conſecuta, tibi quidẽ orbitatem, mihi autem viduitatem, attulit ante tempus, & mala viduitatis, quę eæ ſolæ demum quæ illa paſſę ſunt ſcire apertè potuerint. Nulla enim oratio potuerit conſequi tempeſtatem illam & fluctus illos quos ſubit puella, è domo quidem paterna nuper egreſſa, & rerum imperita, qui cohiberi non poteſt repentè luctu oppreſſa, & neceſſe habens maiores ſuſcipere ſolicitudines, quàm pro ætate & ſexu. Oportet enim, vt famulorum ſocordiam animaduertere & corrigere, & maleficia obſeruare, cognatorum inſidias propulſare, publicanorum iniurias & inhumanitatem in exigendis vectigalibus magno & excelſo animo ferre. Quòd ſi relicto etiam infante deceſſerit qui eſt mortuus, ſi ſit quidẽ fœmina, magnã quidẽ ſic quoq; matri prębebit ſolicitudinem, à ſumptibus tamen & metu liberam. Filius autem eum quotidie implet timoribus innumerabilibus & pluribus ſolicitudinibus. Mitto ſumptum pecuniarum quem neceſſe habet facere, ſi eum educare cupit liberaliter. Nihil horum tamen mihi perſuaſit, vt ſecundum inirem matrimonium, neque alium ſponſum introducerem in domũ patris tui. ſed manſi in tempeſtate & tumultu, & nõn effugi ferreum fornacem viduitatis, primum quidem adiuta à ſuperno auxilio. Afferebat autem mihi nõ paruã malorum conſolationem, & quod tuum vultum viderem aſſiduè, & mortui animatam ſeruarem imaginẽ, ad illi⁹ effigiem accuratè expreſſam. Propterea cũ eſſes adhuc infans, & necdũ loqui didiciſſes, quando parentes maximè delectãt pueri, mihi magnã prębebas conſolationẽ. Atqui nec illud mihi potueris obiicere, quòd viduitatem quidem fortiter tulerimus: patrias autem facultates tibi minuerimus propter neceſſitatem viduitatis. quod quidẽ ſcio accidiſſe multis, qui in orbitatem inciderant. Nam eas quoque vniuerſas reliqui integras: & quæ debebant expendi vt vir bonus & probus euaderes, non ceſſaui ea ex meis & quas domo attuli expendere pecuniis. Nec exiſtimes me hæc tibi nunc dicere exprobrantem. Sed pro iis omnibus vnam à te peto gratiam, ne me in ſecundam iniicias viduitatem. Sed expecta meũ deceſſum. Fortaſſe breui pòſt tempore decedã. Nam ſpes quidem eſt adoleſcentes eſſe ad longam venturos ſenectutem. nos autem qui cõſenuimus, nihil aliud quàm mortem expectamus. Quando verò me terræ mandaueris & cum oſſibus patris tui miſcueris, longas ſuſcipe peregrinationes, & mare nauiga quodcũque volueris: tunc nullus eſt prohibiturus. Quandiu autem ſpiramus, ſuſtineas nobiſcum habitare: neque Deum offendas, non temere in tanta mala coniiciens, quæ te nulla affecimus iniuria. Nam ſi me quidem potes criminari, & te attraho in huius vitæ ſolicitudines, & cogo te rerum mearũ curam gerere, nõ leges naturæ, non educationem, non familiaritatem, nec aliquid deniq; aliud reueritus, fuge tanquã hoſtes & inſidiatores. Si autem omnia facimus, vt magnum tibi paremus otium, ad hoc vt hoc vitæ iter ingrediaris. Si nihil aliud hoc ſaltem te noſtrũ retineat vinculum. Nã etſi dicas te amari ab innumerabilibus, nemo tibi præbebit, vt tanta fruaris libertate. Nemo emẽ eſt cui tua bona exiſtimatio ſit æquè curæ atque eſt mihi.

Hæc refert lingua illa egregia: & quemadmodum Baſilius quidẽ ſubiit iugum Diaconatus, ſperans fore, vt eum haberet eius ordinis ſocium. Hic autem gradum dubitans ſuſcipere, pulchre eum promiſſo impellit, tanquam ipſe quoque iam futurus eſſet eiuſdẽ particeps. Et tunc quidem recuſat ordinationem victus à ſua in eam reuerentia. Cùm aliquanto autem pòſt tempore vix ſuſcepiſſet ordinem lectoris, non libros ſacros legebat ſolummodo: ſed etiam ſpiritu ſapientiæ eos interpretabatur: & magna verbi luce & bono euidẽtiæ vtebatur in expoſitione. Quanuis autem tanta eſſet gratia præditus, & vniuerſus populus penderet ab eius lingua, ægre tamen ferens tumultus qui erant in ciuitate, & vitans quidquid facit ad oſtẽtationem, vt qui arceretur à deſiderio quod ab initio animo concipiebat, quod erat ſub Deo viuere & ei ſoli fieri manifeſtũ, triſtitia afficiebatur: angebatur animo: plurimi faciebat ſolicitudinem: & tanquam illic abſconſum inuenturus theſaurum, ad eam feſtinabat. Cùm hoc ergo animo verſaret, opportuno tempore obſeruato, iubens omnes valere cognatos, amicos, familiares, plauſus ciuiles, oſtentationes, quinetiam eorum quibus fiebat iuiuria defenſiones: & nec viduitatem matris cogitans, nec ſororis curam reputans, quę iuuenili corpore ſubierat iugum virginitatis, opúſque habebat vt ei diligenter prouideretur: atque adeò ipſam

ſam quoque domum parum curans, relicta ciuitate, relictis omnibus, toto pede ad vitam quietem tranſfugit. Deinde cùm eſſet ætas adhuc iuuenilis, & ſi eſſet ei corpus natura male affectum & valetudinariũ, ſe tradit monaſteriis in quibus vita agebatur accuratior & aſperior quàm in aliis. & cùm totam veſtem exuiſſet cum ſapientia carnis, aut vt verius dicam, illã prius exuiſſet, induit amictũ ex pilis contextum, corpus adhuc affligens, & veluti quandam nubem attenuans: & lumine mentis bræbens libertatem. Maximum autem ponebat ſtudium in legendis libris diuinarum ſcripturarum. Quod quidem faciebat tam diligenter, vt vim eorum quæ in eis inſunt nihilominus in mente imprimeret: deinde manu propria & labore digitorum eas interpretaretur vt dictum eſt: & quæ ſunt comprehenſu difficilia aperta redderet ſtudioſis: & quam ſententiam ipſe collegerat cum labore præberet iis qui volebant accipiendam citra vllum laborem. Si ergo propriis laboribus panem præbere, conciliat mercedem: eſurientes animas ſic exatiare, quãtæ fuerit cauſa remunerationis? Sic ergo diuinas ſcripturas interpretãs, deinde etiam eas exornat eo quod ad mores pertinent. vt illud quidem eſſet ad mentis illuminationem: hoc autem ad morum curam gerendam. aut ſi mauis, illo quidem illuſtraret ſolum diuitias ſpiritus quæ iacent in profundo: hoc verò etiam apertè deduceret vt eius eſſemus participes. In hac grata quiete & ſilentio componuntur ab eo libri de ſacerdotio: in quibus quanta quidem ſit dignitas ſacerdotij, qualem autem eſſe oporteat eum qui hoc eſt dignatus, accuratè oſtendit. Tunc etiam ſcribit orationẽ ad quandam illuſtrem mulierem, quæ paulò ante viderat noctẽ viduitatis, & magno luctu graubatur, Eam leniter recreans: & oſtendens viduitatẽ non eſſe rem vilem & abiectam, ſed magnam & venerandam eſſe eius dignitatem, eámque magnis laudibus eſſe dignam: quæ ſuam in defunctum integrã conſeruauit conſcientiã: ſe ſecundis nuptiis non reddidit infamem, vt quæ beneuolentiam mentita ſit in maritum. Deinde etiã de virginitate ſcribit alium librum, diuinam eius oſtendens pulchritudinẽ & magnum eius ornamẽtum. Stagirio quoque ſcribit pulchras orationes & valdè præclaras. Hic vir erat ei valdè familiaris: fuerat autẽ poſſeſſus à maligno Dæmone, qualia ſunt Dei iudicia. Liber verò illum quidem accipit ſcribendi occaſionem: per vniuerſam autem procedit philoſophiam: eum dixeris eſſe commune documentũ virtutis grati animi & tolerantiæ, vt qui compoſitus ſit tanta in dicendi probabilitate, tã multíſque neceſſariis Rhetorum argumẽtis, aut vt melius dicã diuinis & ſpiritalibus gratiis, adeò vt hoc ipſum quod inciderit in Dæmonem exiſtimaretur non eſſe abominandum, nec auerſandum, vt quod fuerit argumentum maximè vtilitatis. Tunc etiam compoſiti ſunt ab eo duo libri de compunctione: quorum vnus quidem fuit inſcriptus ad Demetrium, alter autem ad Stelechium: eum qui eſt ſtudioſus virtutis accuratiſſimè elaborantes, & acrem ſtimulum compunctionis piis immitentes animis. Sed hos quidẽ ſcripſit libros ne caderent illi ad quos ſcripti fuerant: neque maligni laqueis pius implicaretur: ſed ſtaret firmiter in bono proficiens. Alium autem ſcribit ad eum, qui, proh dolor, iam erat lapſus ſeu percuſſus telo peccati. ei verò qui lapſus fuerat nomen fuit Theodorus, vt non concideret neque deſperaret ſalutem, tanquam benignam manum ei porrigens orationem & iacentem erigens: & non concedens vt omnino permaneret in peccato. Sed ſic quidem erat eius per libros doctrina, cum voluptate magnam habens vtilitatem.

Multò autem magis ex factis adhibuit doctrinam: vt qui perpetuo quidem vacaret orationi, & omnem exerceret virtutem, ad eam futurus aliis tanquam exemplar. Humilitatem verò ita erat amplexus, tãquam in ea alio modo vellet primas partes obtinere, in eo quod nulli alij cederet extremum omnium. Partem quoque diei ſibi deputabat ad viſendos ægrotos, è domo quidem omnia illis præbens pro viribus, maximè autem conſolationem eis afferens oratione: & omnibus modis eis oſtendens benignitatem. Quid autem, modeſtia quidem, vt diximus, cedebat neminí: in caſtitate verò aut continentia, aut alia virtute eſt ex omnibus aliquis cui cederet? Et quis illũ vel adeò non nouit, vel neſcit eſſe verax, vt ei quod dicitur aſſentiatur? Sed ſic quidem ille ſe pulchrè geſſit in omni virtute, melius quàm vt eum quis poſſet imitari. Porrò autem hæc quoque illi tribuunt tanquam eximia, quod neque ipſe vnquam iurauerit poſtquã aufugit à mundo: neque vlli iuſiurandum detulerit: nulli detraxerit: nunquam ſit mentitus: nulli ſit malè precatus: faceta ac ſcurrilia neque ipſe ſit locutus: neque alium dicẽtem ſuſtinuerit. Dicunt autem ipſum quoque mediocrem ſomnum ſumpſiſſe, cùm eſſet opus: ſic autem ſumpſiſſe. Funis ex alto demittebatur alligatus extremis, cui & manibus & barba ipſe innitens, quendam modicum neque ipſum firmum, ſed imbecillum & ementitum ſomnum guſtabat. Cùm ſic vitam ageret, valde quidem ſtudebat latere: & neminem habere, qui eſſet eius cõſcius. Nulli enim eorum qui mala fecerant, vt illi omnino curæ fuit latere. Hoc autem erat difficile, cùm & virtus ſic ſe habeat natura, & eum qui ipſam exercet ſoleat facere manifeſtum: & Deus præterea velit cultorem ſuum glorificare. Itaq; illũ quoq; ſic in præſentia aperit. Vir quidẽ genere Syrus, nomine Heſychius, ætate quidẽ iam prouectus, tempore autem fere quoque æqualem habebat exercitationem, qui ipſe quoq; erat vnus ex illis qui in ſacro illo exercebantur monaſterio: cuius veſtigijs inſiſtere cupiebat magnus ille Ioannes, dum nondum eſſet virtute ſummus. Et nocturnas preces Deo offerenti, apparet quiddam diuinum & fortius quàm vt id intueri humani poſſent oculi, quod & veretur lingua in medium adducere: & quod eſt auditu in primis horribile. Sed eſt adhibendus animus. Etenim non minus metu, quàm voluptate mixta eſt narratio. Viri quidam veſte candidi, aſpectu terribiles, è cælo quidem viſi ſunt ad eum deſcendere. Ioanni verò lingua aureo, qui ipſe quoq; noctu precabatur venire in conſpectum. Viſi ſunt autem, vnus quidem librum, alter autem claues habere in manibus. Deinde Ioannes noua illa eorum forma obſtupefactus, timore fuit correptus, & ſe ſimul humi deiecit. Illi autem eum manu apprehendentes erigunt & metu ſoluunt: & iubent cum eſſe bono animo. Cùm verò rogaſſet magnus Ioãnes, quidnam eſſent, qui cùm tanti eſſent ad eum venirẽt: ſed ne timere, illi dixerunt. Nos enim venimus ad te miſſi à Chriſto. Sic dixerunt: & ſtatim alter eorum manus porrigẽs, dicit, Hoc accipe. Id autem erat liber. Ego enim, inquit, ſum Ioannes, cui Dei ſapientia pectus dimiſit & permiſit, vt ſuper ipſum recumberem nihil veritus. Quæ tibi quoque per nos faciet

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciet ſcripturas comprehenſu faciles & deducet ad illius cognitionem. Similiter autem alter quoq; manũ porrigens, Accipe, dicit, has claues. me autem ſcias eſſe Petrũ, cui eæ fuerunt à Deo traditæ. Quem nunc quoq; credo per me eadem te dignari gratia: adeò vt quemcunq; ligaueris aut ſolueris ſuper terram, ita etiam ſe habeat in cœlis. Ad hęc cùm beatus ille erubeſceret & cõſternaretur animo, & tanta gratia ſe eſſe iudicaret indignũ, diuini illi viri eũ recreãt & implent audacia. Deinde cùm eum crucis figura obſignaſſent & viſi eſſent eum oſculari, reuolarunt in cœlos. Hæc cùm vidiſſet vir ille inſignis, diu manſit plenus metu & ſtupore, adeo vt cum Monachi eum viderent ſic affectum, & rogarent quænam eſſet cauſa, vix eam aperuerit, indicens eis ſilentium, & vt hæc celaretur, Ioannes. Ne demus enim, inquit, ei occaſionem, vt hinc recedat. Illi ergo his quæ dicta ſunt obſtupefacti, hinc deinceps futuram eius vitam coniiciebant: quod ſcilicet eſſet facturus magna & admirabilia. Et facta quidem ſunt re vera innumerabilia, Deo glorificante magnum illum in operibus. Nobis autem pauca & paucis ſunt narranda pro viribus. Vir quidam Antiochenus, illuſtris genere, vita ſplendidus & magnificus, morbo quodam magnum ſentiebat dolorẽ in media parte cranij. Tanta autem erat vis morbi & adeò intenſa, vt oculus ſua ſede eſſet emotus, vt qui vi mali non potuiſſet reſiſtere: & ita videretur omnibus res lachrymabilis. Is cum veniſſet ad monaſteriũ in quo degebat magnus Ioannes, multum quidem rogabat: multas autem emittebat voces, ad mouendam miſericordiam, petens curationem. Is verò fuit quidẽ miſertus. Quidni enim, cum eſſet omnium hominum clementiſſimus? Dixit autem hæc eſſe præmia ſceleratorum factorum & in Chriſtum incredulitatis. Si ergo, aiebat, toto animo ad eũ acceſſeris: & deĩde prioribus relictis ſtudiis, vitæ rationem aggreſſus fueris ei gratam & mundam, nihil erit quod obſtet quominus ſequatur curatio eius quod te cruciat. Cùm is autem & ſe fateretur credere, & polliceretur, vitam mutare in melius, & illius caſtiſſimas manus deoſcularetur, & dolenti parti veſtem admoueret non ſolum fuit caput liberatum à dolore: ſed etiam oculus qui vi ab eo fuerat exturbatus, fuit loco priori reſtitutus: Satis erat hoc quod dictum eſt vt eſſet ſignum cuidẽs fidei ſancti, & vt ſignificaret magnum gratię adiumentũ quod à Deo erat affatim conſecutus. Vult autem oratio alterum quoque adiicere nihilominus præcedente, quod nequaquam ſe patitur mandari ſilentio. Cuiuſmodi enim fuerit id quod Archelao acciderit ſcitis vtique, & quódnam in eum factum fuerit miraculum: qui erat quidem præſes Antiochiæ, & obtinebat primas partes in ciuitates: arcano autem caſu lepra quędam quæ in eius fronte effloruerat, eum magna afficiebat moleſtia, vt quæ eum pudore afficeret & efficeret, vt omnium vitaret oculos. Cùm itaq; multum vſus eſſet medicina vt quæ poſſet ei opem ferre, nihil aliud fructus ex ea accepit quàm vt ſpe blanda illuderetur, donec cõſtitit eam eſſe fallacem. Cùm autem ſanctus vix tandem ei veniſſet in mentem, & ad eum veniſſet feruentiori ſpiritu, tetigit ſanctos illos pedes: & morbum oſtendit. & petiit vt conſequeretur curationem eius quod illum male habebat. Is autem & miſertus, & calamitatis vt qui eſſet clementiſſimus, & flexus fuit precantis vocibus. Deinde cum eo pactus eſt vt à malis declinaret operibus, de cętero petens etiam vt priora peccata corrigeret. Quod quidem cum eſſet pollicitus, præbuit ei curationem, dicens, In nomine Chriſti laua te aqua vbi fratres ſolent bibere. Quod cùm factum eſſet, fecit ſimiliter atque ſiloe. & conſequuta eſt lepræ ſanatio adeò purè, vt nec morbi quidem remaneret veſtigium. Quanta Archelaũ proper hoc inceſſit lętitia? Quantum perfudit gaudiũ? Quantas effecit hoc vt Deo ageret gratias? Quid non dico quod eſt maius & perfectius? Quanti fuit ei ſtudij cauſa vt ad animę aſpiceret curationem? Sancti enim verbis adeò fuit captus, & adeò ſtuduit reuera exequi id quod ei promiſerat, vt nihil differret, neque rei daret vllam moram temporis: ſed iis quę habebat ſtatim diſtributis pauperibus, aliorum deinceps eſſe ſtatueret verſari in iis quæ ad hanc vitam pertinent: & eius ſectari omnia ex iis ſtulte illudi: Ipſe autem veniens ad monaſteriũ in quo erat illius medicus, voluerit eſſe in numero illorum qui illic exercebantur: & ſub eo præceptore vitam eligens perfectiſſimam, illic vſque ad finem ſtudere placere Creatori. Hoc multos ex iis qui erant illuſtres Antiochiæ excitauit ad ſimilem æmulationem: & adiunxit numero eorũ qui ſalui fiunt. Similiter eum Deo ſuas propter egentes dedicantes facultates, alij quidem relati ſunt in numerum huius ſancti monaſterij quomodo etiam aiunt illum Theodorum qui fuit vnus ex valde illuſtribus: alij verò vẽtitabant ad alia quę in ciuitate erant monaſteria. Omnes autem intuebantur ad vitam Ioannis: tanquam vnum exemplar. Nam etſi erant apud ſingulos qui vita & ordine præſtabant aliis: is tamen erat omnium primus eruditor & magiſter. Verum enim vere vult oratio aliorum quoque meminiſſe eius miraculorum: & ea non dari obliuioni quę reuera nõ ſunt digna quę dentur. Nam vir quidam nomine Eucleus cui inuidia dæmonis exciſus erat oculus, ſtatuit vitam ſuſcipere monaſticã in eo monaſterio in quo erat ſanctus, cúmque acceſſiſſet & habitum mutaſſet & vitam, magnum Ioannem attrahit ad miſericordiam. Audit itaque illum ſic ad verbum orantem: & magno feruore conmiſerationis ſic animum inflamantem, Deus ô frater, tibi medebitur, & illuminabit tuos oculos, & cordis & corporis. Simul cum hoc dicto concurrit etiam curatio: & illuminatus erat oculus & eo vtebatur ſimiliter atque alio. Simpliciter & leuiter à me narrantur miracula, dum ad orationis aſpicio longitudinem, & nihil volo fuſè ac prolixè perſequi. Sed nullo opus eſt ornamento externo, & iis quæ ea poſſunt extollere: ſed ſufficiet eis ſua pulchritudo & magnitudo. Quocirca ſunt etiam nihil alia eodem modo narranda.

Mulier quædam, ciuis Antiochena, nomine Chriſtina, profluuio ſanguinis ſeptem iam annos grauiter laborabat. Cùm ea ergo diu vſa medicis agnouiſſet eos vana ſpe ducere & mora inutili, vehitur à iumentis, & viro ſequente defertur ad hoc ſanctum monaſterium: & proiicitur in veſtibulo. Ille autem ad ſanctum ingreſſus cum dixiſſet cauſam aduentus, à ſancto reprehenditur quod non fecerit, vt erat conſentaneum, & quod ignoraret id quod erat ſibi futurũ conducibile. Cur enim, inquit, eo præterito qui hæc poteſt curare, acceſſiſti ad virum qui eſt obnoxius iiſdẽ affectionibus. ab eo poſtulans ea quæ facere non eſt in eius poteſtate. Sed tamen hæc dic vxori. Si aſperis & peruicacibus his moribus eiectis, te moderatam & benignam ancillis præbueris: & manum quidem largam & diuitem pauperibus aperueris, pręcationemq; & con-

& continentiam obliuioni non mandaris, animæ curationem cito conſequetur curatio corporis. Accipit hęc mulier, & ſignificat ſe nihil omiſſuram eorum quę iuſſerat. Poſtquam autem audiuit ille à marito vxoris promiſſionẽ. Abite, inquit, iã enim curata fuit à Chriſto vxor tua. Hoc cum ipſe abiens reuera ita eſſe vidiſſet, ſtatim cum vxore linguam quidem mouit ad gratiarum actionem, pedes autem ad iter. Cum vnũ iis quæ dicta ſunt adiecero, aliorũ rurſus ſuo tempore faciam mẽtionem. Leo magnitudine maximus, & cuius vires ſuſtineri nõ poterant, & qui erat viſu maximè terribilis, & ad inuadẽdum acerrimus, illo tempore verſabatur in locis quæ ſunt circa Alexãdriam. Is erat Agricolis quidem malus vicinus: viatoribus autem graue ſpectaculum & occurſu formidabile. Magno enim impetu in eos irrumpens, plurimos occidebat & ſimul in ventrem tranſmittebat, erátque ex ęquo & damno perniciоſiſſimus & ad eum de medio tollendum difficillimus & cum magna & viuida manus eorum qui prope habitabant in ipſum inuaſiſſet, agnouit ſe ſuo malo hoc eſſe auſam. Celerrimè enim in omnes incurrẽs, alios quidẽ ſolo rugitu loco motos vertit in fugam, alios autem ore diſceptos exedit. aliorum verò cùm corpus dilaceraſſet vnguibus reddidit miſerabiles. Quid enim aliud niſi ſauciatos à Leone? Hinc quid accidebat? Neglectos quidẽ agros relinqui ab agricolis: ad loca autem in via diuertere viatores, propterea quod beſtia ſuſtineri non poſſet. Poſtquam iam autem ad extremã redacti dubitationem, vix tandem recordati fuerunt hominis Dei, frequentiſſima multitudine ad ipſum venientes, narrabant ipſa mala quibus leo eos affecerat, & ab ipſo petebant vt eos ſolueret hac calamitate. Ille verò cum paucam fidem eis prius exprobraſſet: & quod eis viſa eſſet beſtia inexpugnabilis cauſatus eſſet cõtemptionem diuinorum præceptorum. Vobis quidem, inquit, omnibus eſt Deus placandus in templum ſimul conuenientibus, id autem quod do vobis, erat verò crux, ponendum eſt in iis locis per quæ tranſit leo. & abſit quidem omnis metus. ſit autem perfecta fides. & haud ita multo poſt manifeſta vobis quoq; erit mei Chriſti virtus. Cum hanc illi crucem accepiſſent, & ſicut eis fuerat imperatum feciſſent, & die ſequẽti illuc veniſſent, ô Domine & Deus omnium, & admirabilium operum effector ineffabilis, belluam vident iacentem mortuam ad ipſam baſim crucis. Sed miſſis in præſentia quidem miraculis, tranſeamus ad orationis ſeriem. Cum ille ergo beatus ſic quatuor annos vixiſſet in hoc monaſterio, partim quidem iis quæ dicebat, partim autem & magis, iis quæ faciebat inducens ad virtutem, euaſit clarus & omni ex parte celebratus, omnibuſque & linguis & auribus magnam afferebat voluptatem, aliis quidem dicere, aliis verò ea quæ dicebantur attendere ex æquo amantibus. Cùm hæc illi non modo grata eſſent, ſed ea etiam ægreferret (Non minus enim q̃ ex Deo viuere, ſtudebat ſic viuendo latere, vt antea diximus) rurſus conſtituit aufugere & ſe ab oculis hominum ſubducere. Cùm itaque clanculũ aufugiſſet & ſeorſum viuere ſtatuiſſet, totos duos trãſegit annos, viuẽs ſolitariè, & ſoli Deo apparens. Non erat ei lucerna, non lectus, non menſa, neque aliquid huiuſmodi quod faciat ad miniſterium corporis. Solum autem erat ei parum panis quod præbebatur ab aliquo ex vicinis. algori verò & æſtui & omnibus iniuriis aëris erat expoſitus & cũ eis contendebat. Quoniam autem oportebat ipſum quoque cum eſſet homo, oſtendi eſſe obnoxiũ naturæ infirmitatibus, quid fit: & quomodo res illius diſpenſantur: & qualibus ſępe ſolet Dei ſapientia vti occaſionibus, alia per alia contexans & varians, faciléque & magno artificio diſpẽſans? In imo ventre accipit ſenſum doloris: & eius renum ſoluuntur vires, vt qui fuiſſet ſuperatus à nimis frigoribus. Compulſus ergo ab hac neceſſitate, vel potius deductus ab eo quo ducebatur ſpiritu, vt eſſet multis cauſa ſalutis, ad Eccleſiam præter ſpem venit eius luminare. Et cum omnibus quidem, pręcipue autem magno Meletio, fuiſſet cauſa magnæ lętitiæ, & ab eo fuiſſet iucundiſſimè acceptus & recreatus, deinde etiam ab eo accepit ordinem Diaconi. Cùm autem in hoc gradu pulchertimè, & vt Deo gratum erat, totos quinq; annos ſe geſſiſſet, tam eis orationibus quas propter ſummam ingenij copiam habebat ex tempore, q̃ iis quas per otium componebat, & meditatione maiori elaborabat aurea lingua, imbris inſtar effundens, pulchrè rigabat faciem Eccleſiæ. Cùm poſtea autem Meletius veniſſet ad Epiſcoporum ſynodum quæ congregata fuerat Conſtantinopoli. vt eos quidem deponeret qui cum ſpiritu ſancto pugnabãt non in ſpiritu Dei: Gregorium autem illum Theologum in ſede collocaret: & illic quæ ſunt caduca & ad tempus, permutaſſet manentibus, hic verè aureus, ſimul quidem vitans omnem excellentiam, & bonum amplectens ſilentij & quietis, reuertitur in primum monaſteriũ. Sed cùm illinc rurſus receſſiſſet, reuertitur Antiochiam, non migrans temere nec ſine Dei numine, vt alius duce vtens ſua ratione: ſed Deo eum mouente & vocante, modo quodã diuiniore & pręſtantiori ratione. Magno enim Flauiano qui Meletio paulò ante in ſede ſucceſſerat, Deo in aurora canenti ſacros hymnos apparens Angelus in monaſterium in quo erat Ioannes iuſſit ire quàm citiſſimè: & eum ducere ad Eccleſiam & conſecrare Sacerdotem, futurum ei vas electionis quomodo Paulus: & verbo comprehenſurum vniuerſum orbem terræ. Eadem autem hora ad Ioannem quoque venit ſimilis viſio. Nam illi quoque oranti adſtans Angelus cum magna gloria & ſplendore, iubet apertè Flauianum ſequi ad Eccleſiam, & accipere ordinem Presbyteratus. Ille autem cùm non ignoraſſet quidem viſionẽ eſſe diuinam: reuereretur autem alioqui & dubitaret facere quod ei fuerat imperatum propter moderationem, dicitur vocem audiuiſſe diuiniorem. Quæ Deus ſtatuit, quis poterit vitare? Cùm ſic reſponſum accepiſſet beatus, & ſimul intellexiſſet grati & prudẽtis famuli, nõ repugnare Domini voluntati, accerſit Monachos: & cum eis dixiſſet ſe eſſe abſceſſurum, affert eis dolorem qui non poteſt verbis exprimi. Poſtquam autem eos verbis ſatis eſt conſolatus, deinde de eo quoque quod erat illis vtile futurũ, ſollicitus, electis duobus ex omnibus, qui erant & vita & ſermone reliquorum omnium præſtantiſſimi, fratrum curam eis committit. Interim autem dum hæc fierent accedens Flauianus, cum maxima voluptate beatum allocutus. Diu quidem, inquit, deſideraui te conuenire ô vir ſapientiſſimè & in primis venerãdè. Non licuit autem vſque in hodiernum diẽ cum vacarẽ curis Eccleſiaſticis. Nunc verò cùm Deo ita viſum ſit, ad te venimus chariſſimam animam. Deinde ei etiam diuinam apparuiſſet viſionem, quoniã ſtatuerat magnus Ioannes, ſicut diximus, Dei nutui omnino non repugnare, & maximè cum diuina viſio

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per vtrumque fuisset confirmata, rogat illum ipsum Pontificem vt illo ipso die sacrum peragat mysteriũ, vt sint omnes participes sanctificatorum: & ij qui fratrum curam susceperunt, consequantur illius benedictionem. Post hęc autem, inquit, quo Deo visum est sequar ipse quoque prompto & alacri animo. Facta sunt hęc, & cum sequenti die esset abiturus simul cum Põtifice, fit res lachrymabilis piis animis si vel solum audiatur. Eum circunsistens vniuersus chorus Monachorum, perinde ac si eo ꝙ ille simul cum eis esset viuerent, & diuisione simul quoque essent eis auferendę animæ, quid ad mouendam misericordiam non dicebant & faciebant? Quam non vel summam edebãt lamentationem? Eum demulcebant: amplectebantur. se membris illius implicabant. Desipere eos faciebat animi perturbatio. existimabant se cum liceret vel ipsa esse corpora coniuncturos. reditu sibi interdicebant. fugiebant monasterium, tanquam fieri non posset vt amplius suis aspiceretur oculis. Cùm autem secante oratione, partim quidem magni Ioannis, partim autem Pontificis admonentis & aliquando etiam acerbius increpantis, sunt ab eo auulsi, alij quidẽ inuiti redierunt, crebro ad eum se ipsorum conuertentibus oculis, & pedum iter interrumpentibus quòd diuisio esset inuoluntaria. alij cum magno Ioanni iter ingressi sunt recta cõtendentes ad ecclesiam. Omnes autem vndique confluebant & currebant vt ei fierẽt obuiam. Non minus ad ipsum Antiochia, quàm prius ad Baptistam in Iordanem Israël. Cùm autem eum ordinaturi essent vt Deus iusserat, & dies adesset præstiturus, aderat quidem omnis cętus fidelium, & simul etiam aderat vniuersus chorus Pontificũ. Cùm ad aram verò sacram accessissent, & ipse quidẽ, vt fas exigit, caput Pontifici submisisset: ipsi autem eius manus fuissent impositæ, Miraculum quoddam hic quoque facit Deus: & ostendit eum qui initiabatur esse dignũ, & ex sua sententia illum dignatum fuisse Sacerdotio. Colũba enim & colore alba, & specie valde pulchra, templum superius circumuolans, illico descendit & insidet capiti eius qui ordinabatur. Superuacaneum esset omnino immorari in interpretandis iis quæ sunt manifesta. Cui enim non est manifestum hoc esse signum sancti spiritus? Cùm itaque copiosè ad eum affluisset spiritus sapientiæ, licebat quidem videre frequentiores congregationes, & populum ad eum audiendum, conuenientẽ eius autem linguam quæ mouebatur assiduè & orationis fluento inundabat. Quo tempore cùm sermonem extolleret altius q̃ vt id vulgi ingenium caperet, mulier quædam quæ prompto quidem & alacri animo concurrerat, eorum autẽ quæ dicebãtur altitudinem assequi non poterat. ne dubitauit quidem eius orationem apertè reprehendere, & eam vocare infrugiferam. propterea quòd non adepta esset id quod desiderabat. Hoc cùm ad aures illius peruenisset, efficit vt intellectu faciliorem & apertiorem componeret orationem. Tunc autem quidam ex iis qui tenebantur, amore eloquentiæ, valde delectati melle illius linguæ: considerantes illius orationes esse & vtiles & veras, sensisq; diuinis plenas claraſque & apertas, & cum quanta gratia & quanto dicendi flumine, quantoq; artificio & quàm pulchra compositione proferrentur, alij quidem eum os Dei & Christi: alij autem, quod magis inualuit, eum Chrysostomum vocabant, id est, os aureum. Post hæc Flauianus quidem, arbitrans fore vt eum post se haberet Antistitem Ecclesię Antiochenę, eum ad hoc inducebat & rerum curam ei volebat tradere. Cum autem turba solicitudinem, & in eiusmodi rebus distrahi animum, & minime esse gratum, id quidem lubenter repulit: soli verò doctrinæ & infirmorum visitationi vacandum esse censuit. Quo quidem factum est, vt Christi quod omnia potest nomine, ab infirmitate multos liberauerit. Eum enim rursus insignem voluit reddere spiritus. Satius autem fuerit iterum paucorum meminisse sicut sunt polliciti. Illustri quidam mulieri Antiochiæ nomen erat Euclia. Ei verò erat dilectus filius, qui ardenti febre laborabat & veniebat in mortis periculum. Quid igitur mater imitatur Chananeam: & non minus quam filius suis inflammata viscerib⁹, accedit ad beatum, emittens voces illi similes: & non similiter vt illa in filia, sed in filio miserabiliter rogans vt conseqꝛueretur misericordiam. Sed oportet animum attendere & considerare, quemadmodum egregio illi viro erat animus animas etiam curare. illásque multo magis, quoniam vt malè paterentur corpora, has inueniebat causas. Et hoc quidem iam euasit manifestum per ea quæ præcesserunt: à nobis autem rursus quoq; ostendetur. Videntur enim pueri parentes fuisse in vita agenda socordes & negligentes, Cùm enim cõcitatè & insanè admodum ferretur mulier ad supplicandum, habebat enim maximam lamentandi occasionem, vt quæ post quatuor filios iam mortuos, ipsum quoque visura esset mori, ille cum spiritum in eo habitante vidisset ea quæ latebant, & cognouisset quod peccata parentum filiis mortem conciliauerant cum ea publicè accusasset, Hunc quoque, inquit, quintum, nisi eorum quæ feciſtis vos subierit pœnitentia, videbitis cuestigio mortuum & exanimẽ. Cùm autem parentes his auditis veram & sinceram promisissent pœnitentiam: & quæ facilè moueri poterat animam incitassent ad misericordiam, ille misertus calamitatis, aquam iubet afferri. Quam cum ter quidem signasset in nomine sanctæ Trinitatis, & ter ea asperſisset illum qui ægrotabat, sanum & à morbo liberum reddidit ei quæ genuerat. Atque ij quidem vt qui vellent referre gratias ei qui curauerat, magna vi auri sanctum donabant. Cùm autem dixisset se ne minimum quidem velle accipere eorum quæ dabantur, dicens se nolle Dei donum pecuniis venale proponere. Sed si, inquit illis, vobis curæ sit manifestum reddere, ꝙ Deo vere agitis gratias pro curatione, Ostẽdite esse veram promissionem. & relicta omni improbitate bona opera exercete. Sic ei qui vestri est misertus referetis gratiã. Sed hoc quidem est huiusmodi. Quod autem nunc est dicendum nihilo est eo minus, & ad animæ vtilitatem, & ostendẽdam gratiam quæ in magno Ioanne habitabat. Qui illo tempore erat Præses ciuitatis, laborabat morbo dogmatum Marcionis, & fauebat illius sectatoribus: & ideo patri orthodoxæ erat causa malorũ innumerabiliũ. Huius vxorẽ is qui arcane & benigne hæc variat, dimisit laborare morbo torminis intestinorum. Illa autem à malo superata, omnẽ quidem refellit medicinæ artem. omnes verò qui eadem sentiebant, vocantes adorationem, non eam melius affecerunt, imo verò deterius, mali tempus ei producentes vana spe curationis. Vix tandem autem Ioannis gratię recordati, cum hoc apud se statuissent, quod si per ipsum fieret à morbo liberatio, simul etiam desisterent à morbo dogmatis qui est longe grauior. Cum sic sibi persuasissent in lecto decumbẽtem afferunt

runt mulierẽ, & eã statuũt pro foribus tẽpli, desiderãtes inuenire Flauianũ & beatũ vultũ Ioãnis. Sancti ergo ad eos egrediũtur. Neq; em̃ par esse neque honestum censebant vt eis templũ pateret, quorum anima non patebat dogmatibus pietatis. Primus autẽ eis dixit verus ille homo Dei, beata, inquam, illa & suauis lingua. Quid vos mouit vt statueritis venire ad tẽplũ Christianorũ, qui Christũ quidẽ aduersamini: Marcionẽ autẽ plurimi facitis & habetis in magno honore? Quod quidẽ planè satis ostẽdit, quod illius cultores conuocaueritis ad morbi aut alicuius molestiæ liberationẽ: & ꝙ cùm illi precati essent, nõ assecuti sitis curationẽ, qđ quidẽ vobis accidit prætet expectationẽ. Discedite ergo ab hoc sacro templo. quoniã nec vos poteritis omnino Christũ tentare. ne hoc stultè putetis. Illi autẽ dicebãt se parentũ errore esse captos, & vsque in hodiernũ diẽ fuisse superatos à mala consuetudine. Sed per Christũ, aiebãt, vos rogamus, miseremini pœnitentiũ. Sic em̃ cũ eo quod corpus rectè afficietis, efficietis etiã vt sana sit anima. Sciatis enim fore vt nos nequaquã amplius abstineamus à cõmunione vestra, quæ est ex vera pietate. His flexus magnus Ioannes iussit aquã afferri. cui cũ diuinũ signaculũ iniecisset Pontifex, sic em̃ illic ei persuasit, mulieri infudit in Christi nomine. Quod quidẽ cũ factũ esset, quæ in lecto decũbebat statim surrexit sana. & cũ marito & ciuib⁹ vna voce vnanimes Christũ magnificabant. Deinde etiã ad Sanctorũ genua ꝓcidentes petierunt veniã prioris ignorãtiæ & domum redierũt, & cum multas quidẽ pecunias egenis distribuissent, triginta verò libras auri, partim quidẽ ad sumptũ peregrinorũ, partim autẽ ægrotorũ, partim vero egentiũ, Xenodochio tradidissent: & ab illo tẽpore à Marcionistarũ cõmunione omnino abstinuissent, insaniam & amentiã res illorũ vocãtes, Christi sacrosanctæ assidebãt ecclesię. Cùm autẽ illi omni adhibito studio, & omni, vt dicitur, rudẽte moto nihil omnino perfecissent, & desperassent fieri posse vt ipsi ad eos redirent, Pręstigiatorẽ & Magũ Ioannẽ appellabãt: & plurimis aliis cõtumeliis ciuitatẽ obeũtes, eũ afficiebãt. Ille verò tantũ abfuit vt vel minimũ curaret cõtumelias, vt eis potius similiter atq; Dñs gloriaretur. Alioqui autẽ diuinitus immissã calamitatẽ ad eos mox esse venturã ille prędixit. Paucis em̃ post diebus cũ magnus terę motus fuisset Antiochię, ipsa Dom⁹ quę Marcionistarũ susceperat cõgregationẽ, corruẽs, & dom⁹ quoque plurimę cũ iis qui eadẽ sentiebãt labefactatę, perdiderũt quãdã incredibilẽ eorũ multitudinẽ, & quod est maximè admirabile, & qđ apertè ostẽdebat eam diuinitus immissam fuisse calamitatẽ, cũ tãta periisset multitudo eorũ qui malè sentiebant, nullus ex eis qui rectè sentiebant simul cũ iis periit. Hoc cùm ita factũ esset, & pios corroborauit, & correxit multos ex iis q malè sentiebãt, & licebat videre in vniuersa regione ciuitatis, domos quidẽ oratorias Deo excitari, tẽpla autẽ simulachrorũ, si quod remanserat, dirui funditus & in terrã deiici, viros autẽ qui philosophiæ curã gerebãt & virtutis, magnaq; ornati erant intelligẽtia & acumine ingenij à magni huius viri prouidẽtia emitti ad multorũ salutẽ. Certũ autẽ eius quod dicim⁹ testimoniũ, sunt ea quę facta sunt in monte Ammano. vbi eos qui habitabãt qui erãt impij & immansueti, & nihil differebãt à bestiarũ immanitate, ille ad tantam mansuetudinẽ deduxit & pietatẽ. vt à patribus quidẽ datam neglexerint religionẽ, rem valde difficilem, & quæ si vlla res alia multos vincit absq; ratione: prompto autẽ & alacri animo transfugerint ad lucem veritatis. & nec hactenus stiterint, sed etiã multi ex iis pietate vsi munificẽtius, viri, inquã, & mulieres, illi quidẽ Monachorũ, hæ virginũ iugũ subierint. Quæ autẽ in Casio monte & in tẽplo quod illic erat gentilium ab illo viro facta sunt, quis est adeò inuidus aut negligens aut desesse, vt id sustineat prætermittere? Quo in loco cùm tantus error prius esset diffusus, & multitudo quidẽ assiduè veniret innumerabilis, fieret autem immensum animaliũ sacrificiũ propter cultum, proh dolor, Dæmonũ, perierũt illa omnia & extincta sunt zelo illius magnæ & quæ à Deo mouebatur animæ. Neque hæc sunt digna quæ mandentur silentio, quæ facta sunt in fastigio ciuitatis in templo Veneris. & quod non solũ studuerit vt id diueretur: sed etiã vt in eo loco viri sancti habitarent, terribiles iis qui eo subibant Dæmonibus, adeò vt illi quidem procul expulsi fuerint, tanquã armis quibusdã terribilib⁹ intentatis eorũ virorũ precibus. homines autẽ qui circũ circa habitabant, nõ solũ à lęsione illorũ liberarẽtur: sed etiã maximã acciperẽt vtilitatẽ, cùm possent versari cum Monachis qui perfecti erant in Dei timore. Illius mẽtis & studij etiã est opus, quę fuit in arce Beli qui dicitur: profani tẽpli destructio & ad solũ vsq; demolitio. Potest etiã quæ circa Seleuciã habitatur regio, gloriari præclaris factis illius viri. Nam & simulachrorũ tẽpla illic diruta, & diuinas ædes extructas, & viros virtutis studiosos illic ad habitandũ collocatos inuenies. Quis enim zelũ sigillatim enũtiauerit illius Apostolicæ & solicitæ animæ? Ne ergo in immensum nobis crescat oratio, reliquis omnibus prætermissis quę rectè gesta sunt in hoc presbyteratu, ea ꝓcedet ad tẽpus Episcopatus. Non multũ em̃ intercessit tẽporis, & Nectarius quidẽ præsul Cõstantinopolis, migrat ad Dominũ. Protinus autẽ quęrebatur quis piã qui esset dignus ea sede. Cũ alij ergo aliis, vt fieri solet in eiusmodi rebus, primas partes tribuerent. (Fit em̃ in iis maxima ex parte examinatio, nõ ex virtute eorũ qui ascisc̃untur, sed ex eorũ qui sunt potentes in eos beneuolẽtia, quę vel est pura ac sincera, vel accessit munerib⁹) oporteret autẽ sanctũ spiritũ vincere: & eum præfici qui ad quod ipsum erat ab eo prædestinatus: & superari omnes ab Ioannis virtute & eloquẽtia, & ei primũ locũ cedere in ecclesia: & alioqui eius fama plenæ essent oẽs aures, adeò vt etiã bona illius auditione accepisset Imperator, is verò erat Arcadi⁹. Cũ hęc ita se haberẽt, tandẽ cũ & q ecclesiã regebãt, & qui rẽpublicã administrabãt, cũ Imperatore in vnã cõueniss̃ẽt sentẽtiã, mittũtur litterę ad Flauianũ Põtificẽ Antiochię: quę simul quidẽ & Nectarij mortẽ ei significabãt: & aureũ Ioãnẽ, qđ terrã & mare cõtinet miraculũ, atq; adeò ipsum etiã cœlũ tangit, ad ipsum accersebãt. Pontificẽ autẽ cùm in manus sumpsisset epistolã & eã perlegisset, aiũt tradidisse Ioãni, eũ verò cũ legisset multũ quidẽ ingemuisse, ꝓpter ea quę scripta fuerãt & multas etiã lacrymas emisisse ex oculis ꝓpter cõtritionẽ spiritus, dicentẽ se esse indignũ, & q lõgè abesset vt tãta rectiõis cura debeat ei cõmitti. Nã paruę naui, aiebat, nõ est tutũ magnũ on⁹ imponere. Cũ sic diceret, eũ cõsolabaꝫ Flauian⁹ & apte erigebat verbis, ꝓ medicamẽtis spargẽs eius animi ęgritudinẽ. Ciuitas autẽ postquam sensit hoc damnũ, damnũ em̃ non ferendum iudicabat vnusquisque Ioannis priuationem, id ægre & intoleranter ferebant. Deinde etiã

Universidad de Deusto
BibliotecaDeusto

tanquam violentũ aliquid & tyrannicum paſſuri, & aliis ceſſuri ea quę ad ipſos pertinebant,clamabãt aduerſus eum qui miſit. Quid verò adeó ne eſt infœlix Conſtantinopolis iactantes, adeo ne expers virorum bonorum? Ad tantã ne virtutis inopiam venit vrbs maximè regia? Eſt ne adeò inops in iis quę ſunt principalia,quam oportebat in omnibus ſuperare,vt à nobis opus habeat eo qui ſit illorũ præfuturus eccleſiæ? Sed nos nec tam ſtulti,nec tam negligentes, nec tantopere erimus proditores, vt eis noſtro bono tam facile cedamus. Caput prius nobis auferent quam illũ à volentibus nobis ſint accepturi. Hæc dicentes, deinde etiam ſuũ conſiliũ confirmant iureiurando, non permittere iis qui miſſi fuerant: ſed eſſe potius paratos ad patiendum, ſi quid eſſent facturi. Cùm itaq; Epiſcopus habuiſſet concionem & verba feciſſet apta ad perſuadendum, vt efficeret ne populus contradiceret,illis ea erant inanis ſtrepitus,& vana auriũ moleſtia. Quid em̃ dicendo poſſet perſuadere, cum eos lingua eſſet priuaturus: lingua quæ tam pulchrè quidem canebat,& cuius cantus erat adeò vtilis & ſalutaris: quam non audire, damnum eſt nõ mediocre, ſed vel ad ipſam vſque peruadens animã? Deinde cũ qui miſſi fuerant pararent vim afferre & trahere Ioãnem,ipſe ingreſſus,emiſſis iis qui erant præcipui ciuitatis,rogabat plebem ne quid noui moliretur: neque res aggrederetur nimis acriter & inconſideratè. affirmans ſe non ſua ſponte ſe traditurũ iis qui miſſi fuerant. Cùm ſic dixiſſet, vix magnum repreſſit eorum impetum. Neque enim ſe cura omnino liberarũt:ſed etiam per vices cuſtodiã adhibebant, ne aliqua in eũ fieret proditio. Hæc Imperatori ſignificantur litteris, & qui miſſi fuerant affirmabant Antiochenorum cõſtantiam ſe nihil remittere. Ei ergo & ciuibus vehementius accenſus fuit amor in Ioannem. Solet enim negligi quod facilè capitur. Quod autem aliquã moram affert & dilationẽ prouocat deſideriũ. Cùm ergo apud ſe cõſideraſſet quẽadmodum poſſet & id quod deſiderabat aſſequi,nec ideò res eſſet in vllum ventura periculum, ſcribit per arcana ad comitẽ Antiochiæ. Ipſe autem cũ Ioannẽ accerſiuiſſet extra ciuitatem, tanquam de quibuſdã rebus neceſſariis cum eo communicaturus, cum licet valde reluctantem & repugnantem multis quos habebat paratos impoſuit: & ſic nullo omnino animum aduertente ipſum iis qui miſſi fuerant traditum emittit. Cùm ergo ille verus homo Dei,toto illo confecto itinere,iam eſſet prope vrbem regiam,hoc primũ honore afficitur in ingreſſu voluntate Imperatoris. Quidquid erat clarũ & illuſtre non ſolum in eccleſia, ſed etiã ex magiſtratibus, ſex miliaria progreſſum extra ciuitatem, ridentibus oculis & læto vultu ſignificantes animæ lætitiam ei fiunt obuiam: & eum ſplendidiſſimis afficiunt honoribus. Sic & iis à quibus diſceſſit ardens immiſit deſiderium illa deſiderabilis & maximi facienda anima: & iis ad quos acceſſit maximam attulit voluptatem. Erant autẽ vtraq; multiplicis Dei ſapientiæ,& benignitatis quæ omnem intelligentiam vincit & orationem,vt & illius oſtenderet virtutem & q̃ ſit amabilis: & efficeret vt ipſe vtriſq; mercedem conciliaret. Ambos em̃ honeſti amore teneri fuit cognitũ. illos quidẽ quòd cum dolore dimiſerint. hos autem q; cum lætitia exceperint. Cũ verò eſſet ingreſſus & interceſſiſſet paruum ſpatiũ temporis, aderat dies conſecrationis, & cum adeſſent quidẽ Epiſcopi prouincię. adeſſet autem etiã Theophilus Alexandriæ. qui primus ex aliis feſtinauit vt intereſſet beati Ioannis cõſecrationi: & eſſet quidẽ Februarij dies viceſim⁹ ſextus: liceret autẽ coniicere q; cum ſimul lætaretur chorus ſanctorũ ne Angeli quidem abeſſent ab hoc diuino feſto,qui erat in terra Angelus, ſacro criſmate conſecratur: & in excelſo loco eccleſiæ collocatur, qui erat re vera ſtella lucidiſſima,& iucundiori luce hominũ illuſtrabat animas. qui & habebat vitam orationi conuenientem: & orationem quæ decebat talẽ vitæ puritatem. cui perſuadere non minus erat facilè quàm cuius alij ſolummodo dicere. Cuius vox quidem erat lenis,lenis autẽ congreſſio. oratio verò quæ adeò placidè & iucundè fluebat in animam, & tam benignè eam attingebat, vt nullum eſſet huiuſmodi medicamentum corporis, quod cum iuuaret plurimum, nihil afferret in vtendo moleſtiæ: quomodo illa abſque vllo morſu maximã afferebat vtilitatẽ. Deinde die ſequenti ipſe Imperator,& quicunq; erãt in ciuitate honorati & aliis ſuperiores,ad beatum virum accedentes,hoc enim omnino volebant, eius preces & benedictionẽ iucundiſſimè ſunt conſecuti. Deinde ille iniecta oratione ſic dixit. Cùm is laudabilis qui prius,me inuaſiſſet metus & eſſem ſummus imitator Ieſu humilitatis, terribilis mihi viſa eſt ô Imperator, terribilis, & maior q̃ vt meę vires ferre poſſent,inſignis dignitas huius põtificatus. quod me etiam reddebat timidũ, cunctantẽ ad eius ſuſceptionem. q; & ad meã intuerer abiectionẽ,& ad magnitudinẽ eius quod meæ fidei committebatur. Quo eſt em̃ dignitas ſublimior,eo magis op⁹ habet iis qui ſunt excelſi viribus, & qui confidere poſſunt in miniſterio. Cũ autẽ nos etſi indignos & abiectos, iis quibus ſcit rationibus, is cuius iudicia ſunt abyſſus multa,ad hanc deduxit ſpeculam: & ratione præditi ſui gregis Paſtorẽ conſtituit, rogo ô Imperator,per eam ſpem quam omnes habemus (neq; enim mihi tutum fuerit deinceps ſilere,neque quod meum eſt ſolum ſpectando,mercenarium eſſe & non Paſtorem) rogo ergo vt principaliter quidem vos Dei verbis aurem præbentes attentam,ſuper fundamentũ fidei, aurum & argentũ & lapides prætioſos,bonas,inquã actiones,ædificetis. Si qui autẽ præoccupati fuerunt, aut quod abſit,ſint præoccupandi humanis delictis, ea ſunt pœnitentia & ſtudio expurganda. Ad eam ſit nobis pulchrum exemplum magnus ille Dauid. Qui cùm in peccatum vt homo incidiſſet, & ab homine fuiſſet reprehenſus, nõ vt homo ſolũmodo, neque ſimiliter ac vulgus ſe geſſit gratiſſima illa anima. neq; cõtumelia reprehẽſionẽ pauperi Rex repulit. Sed magna moderatione & animi cõtritione ipſam tulit reprehenſionẽ. & cum ſe peccaſſe non eſſet inficiatus citius q̃ fecerat conſecutus fuit remiſſionẽ. Atqui labi quidẽ eſt facile. Surgere autẽ, & in ſtatum priorẽ reſtitui,eſt operoſũ ac difficile. Adeò erat mitis,adeò moderatus: tã magnũ fructũ fuit cõſecut⁹ ex diuina humilitate. Et nos ergo q; ineffabilib⁹ Dei rationib⁹ ideò ad vos venimus vt volũtatẽ eius teſtificemur,hoc primũ verbũ à Chriſto & diuino ei⁹ præcurſore accipiẽtes,vobis annũciam⁹ & ſuadem⁹. Pœnitẽtiã agite, ppe eſt em̃ regnũ cœlorũ. Hęc autẽ non dubitabo vobis aſſiduè reuocare in memoriã. vobis autẽ timendum eſt ne ſi fueritis contẽptores Dei teſtimoniorum, ab eo rẽi deprehendamini in die viſitationis. Nihil enim noſtrum, neque ex noſtro ventre ſeu cogitatione annuntiabimus, ſed quæ hauſimus ex diuino

diuino fluento ſcripturæ diuinitus inſpiratæ. Hæc autem neminem reuerentes, neque dies, vt hoc dicam diuini Dauidis,timentes ad vos loquemur. Si vos ergo intelligatis & aures attentas verbo doctrinæ præbeatis,vobis quidem ipſis,ſalutis,gaudij verò Angelis qui ſunt in cœlis, magnæ autem meo quoque ſpiritui cauſæ eritis lætitiæ. Si autem mea verba neglexeritis, & doctrinæ non patuerint aures cordis veſtri, quod abſit, moleſtia quidem afficietur ſpiritus ſanctus: moleſtia afficietur meus quoque ſpiritus. Quod autem reſtat auditu quidem eſt moleſtum,ſed tamen eſt verum, nempe me quidem futurum vobis ad conturbationem, aut vt apertius dicam, ad condemnationem: vos verò mihi,proh dolor,ad luctum & animæ dolorem ineffabilem & immediabilem.

His lætati Imperator & qui cũ eo erant,& teſtimonio conſcientiæ credentes quod quæ dicta fuerant rectè ſe habebant,Deo magnas agebãt gratias, quod à tali patre & paſtore ei placuiſſet paſci ſuum gregem rationis participem. Sancto autem adhuc ſuauiſſimã contexente doctrinam, aureáſque ac muſica lingua canente pulchrè ac modulatè, Deo volente ipſum glorificare, Vir quidã repentè poſſeſſus à maligno ſpiritu ſeipſum intrudit in mediam eccleſiam, ſpumam ore emittens,& linguam adeò vt viſu eſſet tetrum dimittens. Omnibus ergo rogantibus ſanctam illam animam vt miſereretur calamitatis,& vt oraret pro curatione eius qui patiebatur, ipſe cùm eum iuſſiſſet propius accedere,& benignè appropinquans,vir benignus manu eum obſignaſſet,& effatus eſſet nomen ſanctę Trinitatis,malignum Dęmonem iubet egredi. Protinus autem licuit videre factum cõſequi orationem: & hominem momento temporis fuiſſe liberatũ à tam graui afflictione. Deinde cum magnus eum feciſſet ſurgere,admonuit vt vaccaret eccleſiæ, & ſanctificatorum diuinæ communioni, & operam daret ieiuniis & orationibus. Si enim, inquit, ſic feceris, nõ te amplius capere poterit inimicus: neque eius irretieris laqueis. Hinc animæ incipit curationem, qui hac arte alios longè antecellebat. Melle autẽ miſcens orationem, & mitioribus medicamentis vt iam ante diximus, ſi quid aliquando iniecciſſet amari & pungentis q; morbi vſus ita poſtularet, tunc oſtendebat quantum eſſet artis peritus. Nam ſic ſæpe mordens & incidens oratio,& vrens ea quæ nõ apparent, non modo ſit moleſta ei qui ægrotat,ſed etiam auditu potius iocunda & ſuauis auréſque deliniens & demulcens. Primùm ergo aduerſus eos qui prætextu cognationis mulieres introducebant, acutam & muſicã mouet linguam: & oſtendit eos longè grauius peccare,quam eos qui apertè exercent quæ ſunt flagitioſa. quandoquidem illi quidem ſoli & per ſe ſunt impudici & ſuam corrumpunt animam. Hi autẽ qui in clero verſantur,totum corpus corrumpunt eccleſiæ. verberantes vt dicit Paulus, eorum conſcientiam, & ſe præbentes commune monimentum intemperantiæ. Sed vel abſque his,quantũ illi damnũ afferant cohabitatione harum quæ introducuntur mulierum, rectè ſciet qui eam orationem legerit vt oportet. Deinde aduerſus iniuſtam plura habendi cupiditatem, & eos qui grauem manũ immittunt alienis & effundunt in dolia, vt dicitur, inexplebilia, grauius inuehitur. planè maiorem curam gerens eorũ qui faciunt iniuriam quàm eorum qui patiuntur. quandoquidẽ illis quidẽ damnum affertur in aliquo eorum quę intereunt: ipſis autem qui faciunt iniuriã, in anima quæ eſt punienda immortaliter. Deinceps vitam reprehendit prodigorum,qui in mẽſis,in ędificiis,in tali faſtu & talibus delitiis gloriãtur,& vt vulgò dicitur,ſeipſos melle aſpergunt. Nunc accuſat ſuperbiam. Nunc vanã gloriam inſectatur. Nunc expellit calumniam tanquam dignã quæ vituperetur. Vaniloquium rurſus tollit de medio pro viribus. Periurium adeò prohibet,vt nec ſolum iurare etiamſi vere, dimiſerit abſque reprehẽſione: ſed etiam aduerſus id multas eáſque præclaras habuerit orationes, ita elaboratas vt mixtæ eſſent verò & probabili: & ita ſtuduerit id de medio auferre tanquã manifeſtã in Deum contumeliã, & omnibus ineffabilis & venerandi nominis coinquinationẽ. Quomodo enim præſtantiſſimus & diligentiſſimus quiſpiam Agricola, qui vult de virtute ſeminare orationes, ſtatuit prius oportere excindere radices vitij & ſemina maligni: & nihil dimittere eorum quę poſſent omnino lædere aut offendere. Deinde cum terra ſic fuerit complanata & manſuefacta, quod quidem eſt humanarum animarum,virtutis & philoſophię depo nere ſemina. Poſt hæc de eleemoſyna orationes, tanquã imbres aliquos oportunos effundit in animas hominum: & vſque adeò colit benignitatem, vt multorum quidem dexteram promptã reddiderit & alacrẽ ad ſuccurrendum pauperibus, quæ prius erat parca & illiberalis,ne dicam auida rapiendi aliena: & alios quidem effecerit eſſe munificos & ſua lubenter communicantes,ex pleno,vt dicitur,in inane vtriſque effundentes manibus,alios autem præferre nihil habere: & cum omnes ſuas diuitias pauperibus magnifice piéque diuiſiſſent, vitam monaſticam & ſeparatã eligere. Ex quo omnia habere alio modo ad eos rediit, vt qui Deo pro omnibus iis ditati fuerint, à quo dependebat tota ſpes eorum vitæ: & ad quem ſolum dilexerunt intueri: ex quo factum eſt vt cor diuitiis nõ apponerẽt,neq; omnibus rebus materialibus. Humilitatem autẽ & moderationẽ adeò extulit, & tantam eius eſſe oſtendit in humili excellentiam, vt nulla alia virtus poſſit cum ea conferri: ſed ea ſit mater & cuſtos aliarum omnium: imò verò ſine qua alię nihil habent quod ſit certum & fide dignum: ſed ſint, proh dolor, vanus quidem labor & inanis. Temperantiã autem & vere pulchram virginitatem quis ſic vel amauit, vel alios qui ſunt honeſtiores magnique & excelſi animi ad eius inſignẽ incitauit pulchritudinẽ. Vt eã propemodũ oſtenderit eſſe maiorẽ & ſublimiorem q̃ vt ad eam poſſit humana natura peruenire: ſuperare ipſam legem: liberalitatiſque & magnificentię potius locum tenere q̃ præcepti? Charitatẽ verò quę eſt omniũ virtutum maximè regia, quis illo magis amauit aut laudauit, vt dubitetur maior ne fuerit laudatio an eius in eam amor? Quis eſt enim adeò plane lapis aut ferro in corde frigidior, vt audiẽs eius de illa orationes, nõ fiat mitis & hilaris, & ad dilectionẽ ꝓximi excitetur: & nõ Pauli expreſſam effigiẽ putet eſſe illius animã? Quòd ſi Paulus optauit vt vel à bonis quæ illic ſunt excideret: & apertè oſtendit ſe hoc magis velle quàm eos qui ſunt ex Iſraël eſſe extra partẽ Chriſti: & ei cor omnino vrebatur aliorum offenſionibus: ipſe quoq; Ioãnes nihilominus inflãmabatur amore in ꝓximũ: & fratrum ſalutis ardebat deſiderio. ſi illi ipſi eſt credendum in morali 24. in Actus homeliæ ſic dicens.

Vellem ſi fieri poſſet veſtris oculis oſtendere quam in vos habeo charitatem. Nihil eſt enim mihi vobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iucundius & desiderabilius, ne hæc ipsa quidem lux. Milies enim optarem ipse esse cæcus si per hoc liceret vestras animas conuertere. Adeò ipsa luce mihi est vestra salus iucũdior. Quid enim me iuuât solares radij, quando quæ propter vos accipitur animi ægritudo oculis meis magnas offundit tenebras? Lux enim tunc est bona quando apparet in lætitia. Animam enim quæ mœrore est affecta, videtur etiam molestia afficere. Quòd autem non mentiar, absit quidem vt vnquam faciam periculum. Sed si quando contigerit ex vobis peccare aliquem, accedite ad me dormientem. Si non sum similis paralyticis. Si non iis qui à se discesserunt. & vt dicam cum propheta, Et lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum. & nisi iudicaret quispiam me esse supra modum ambitiosum & laudis cupidum, videres me quotidie fontes lacrymarum emittentem. Horum autem est mihi conscia domuncula & solitudo. Credite enim mihi, spẽ quidem abieci meæ salutis. dum verò vestra desleo, nunquã est mihi otiũ mea mala deflendi. Adeò mihi omnia vos estis. Si sensero vos proficere, præ gaudio mea mala non sentio. Si videro non proficere, præ animi ægritudine rursus mea dimitto, vt qui lætus sim vestris bonis, & si mala habeã innumerabilia. tristis autem propter vestra mala, etiam si innumerabilia sint mihi rectè facta. Quænam enim nobis est spes si vos non proficiatis? Quænam autem tristitia, si vos rectè geratis? In altum extolli videor quando aliquid boni de vobis audiuero. Implete gaudium meum, liceat vobis salutem assequi, me autem propter vos reddere rationem. Vobis dari salutem, me verò accusari q̃ meum munus non impleuerim. Non enim curo vt per me salui fitis: sed vt solum salui fitis quacunque ratione. Hoc solum in votum cõtuli, q̃ vestrũ profectum desidero: quòd vos amo: q̃ vos complector. q̃ vos estis mihi omnia, & pater. & mater & fratres & filij. & si liceret cor nostrum rumpere & vobis omnibus ostendere, videretis in magna latitudine intus esset & vxores & filios & maritos. Eiusmodi enim est virtus charitatis: facitque animam vel cœlo ipso latiorẽ. Hæc autem non solum faciebat in vrbe regia: neq; eos solos exercebat ad virtutem: sed per omnem terrã extendebatur & illi curæ erant omnes ecclesiæ. eiusque curæ vuus finis erant terræ termini. Ioanni enim curæ non erant mensæ & epulæ, agrósque possidere & crumenas replere, & si quid est aliud quorũ studio vulgus tenetur. sed hoc erat ei cura quæ extingui non poterat, & ossium tinea, œstrúmq; quod eius cor subibat, perpetuum eius bellum aduersus hostem nostrum. & vt suis ad nos orationibus, & frequẽtibus admonitionibus arceret eius insidias, & insultus prohiberet. & quantum quidem ad ipsum spectaret, nullum sineret ex vocatis, non ex iis qui tunc erant, non ex iis qui postea, excidere à sorte electorum, & esse partis sinistræ. Propter hæc sermones perpetuo habebat & docebat: & nunquam cessabat diserta illa & modulata lingua nostras incãtare animas. Propterea sunt pulchræ illæ verborum Sirenes innumerabiliũ illud mare bonorum. animarum lautissimæ quæ cõsumi minimè possunt epulæ. panis Angelorum. mensæ totius orbis. Quòd si ij qui alimentorum sensilium curam gesserunt quæ possunt longo tempore sufficere egentibus, quæ appellare solent Gerocomia, ipsi existimant se opus feciſse laude dignum & ita reputãtur ab aliis: qui hoc diuturnum & permanens nutrimentum, suauissimas inquam orationes, assiduæ suppeditabat, vt non solum cùm esset superstes, sed etiã cum sursum esset translatus, sitiẽtes impleret animas, & inexitabilia per ipsos solueret vincula, & à manu Tyranni captiuas liberaret animas, & iis qui saluifiebant magnam afferret accessionem: qui hæc abunde præbebat & liberaliter & in vniuersum tempus hoc donum extẽdebat, quamnam potuerit assequi linguã, quæ ei dignam contexat laudationẽ. Imo verò quasnam & quot linguas? Sed tali quidem anima & lingua ne ipse quidem est dignus mundus, vt dicam cũ diuino Paulo. Quod autem non ij soli qui habitabant Constantinopolin illi essent curæ, sed omnes ferè quos sol intuetur, hinc potes intelligere. Cùm intelexisset Phœniciã simulachris adhuc & Dæmonibus & sceleratis templis esse deditam, regiam manum habens adiutricem, & magnam aliam manũ qui persuaserat vt in id quod oportebat impenderent, secum ducens, execranda quidem illa templa humi euertit: eorum autem loco sacras ædes excitat: & immittit Monachos qui feruentem zelum quodammodo spirabant, & fidem tenebant optimè & accuratissimè. Præterea cùm audisset Celtas implicatos esse laqueis Arrianismi, ille aduersus improbitatem cõtra sic machinatur Presbyteros simul & Diaconos, & eos qui diuinos libros legunt, qui similem quidem & cognatam habebant linguam, sana autem erant fide, accipiens, & eos veluti quendam, vt aiunt magnetem, iis qui se non rectè habebant admiscens, sic illos quoque comiter attrahit ad pietatem. Cùm autem aliud quoque genus Scytharum qui habitabant ad fluente Danubij, accepisset sitire quidem fluentum pietatis, opus vero habere eo qui esset potaturus, hæc significat Leontio Ancyræ Episcopo: & quoniam ille opus habebat viris ad hæc idoneis, cum tales illinc accepisset, & ad eos quos diximus Scythas, veluti quasdam stellas misisset ad occidentales deducit ad veritatem. Præter hæc cum Marcionis hæresim resciuisset serpere in quosdam vicos Orientis, & multos corrumpere, non tulit toleranter, neque dilationibus & temporibus protraxit correctionẽ. sed statim simul quidem regia potentia, simul autem sua quoque vsus auctoritate, & litteris ad hoc simul vicinos excitans Episcopos, tãquam morbum aliquem pestiferum qui poterat non mediocre importare detrimentum, efficit abesse procul ab ecclesia. Sed quemadmodum ille quidem, sicut diuinus Paulus, erat sollicitus de omnibus ecclesiis, sicut à nobis mediocriter, ita etiam verè fuit ostensum. Oportet autem aliorũ quoque meminisse, in quibus ille, lingua eius tacente, erat occupatus, & quænam aggrediebatur opera. Cùm considerasset impensans ecclesiæ, & inuenisset earum plurimas nequaquam consumi in ea quæ oportebat, eum quidem sistit sumptum tanquam motum quempiam inconsideratum: & traducit ad vsum vere pium & humanum. & cum peregrinis ædificasset nosocomia is qui Deo appropinquabat, effecit vt illic etiam affluerant quæ sunt necessaria: eis Presbyteros præficiens valde pios & coniugij expertes & medicos quoque probatissimos ad curam gerendam ægrotorum. Erat autem hoc quoque eius opus & cura non mediocris, nempe ordo viduarum. Nam cùm eas vidisset vir præclarus non rectè & ordine, sed praue se gerere, pulchrè quidem diuidit, non minus autem pie dispensat & administrat id quod

quod ad eas pertinebat. Quæcunque enim ex iis erant ætate iuuenes, & ideò propensæ ad voluptates, iubet secundis vti nuptiis. melius esse arbitratus id quod est in tuto humile, quàm sublime quod non est sine metu. Iis autem quæ erant vitæ melioris, & ætatis aliis prouectioris, vt quæ non essent natæ minus quàm sexaginta annos, eis suadet vt vacent ieiuniis & precibus: abstinent autem à lauacris & maximè conuiuiis, & à sumptuosis vestibus. Habes studiosè auditor aliud quoque cuius studio tenebatur, quod non est vile nec mediocre. nempe ad sacram synaxim aduentum virorum & mulierum. Nam nec hoc quoque relinquit inordinatum nec in periculum adductum, nec defectum dispensatione quæ fit ex ratione. Sed hic quoque pulchre & tutò distribuit pro viribus. & viros quidem iubet noctu simul ventitare & in multitudine vt voluerint. mulieres verò noctu quidem seruare domum: interdiu autem venire prõpto & alacri animo. Sic faciens & in talibus versans operibus & solicitudinibus, studebat, sicut Paulus, esse omnibus sine offensione. & sicut ille, omnibus sine sumptu præbebat Euangelium. Sic autem ipse quoque nullo ex iis quæ erant ecclesiæ, & quibus securè licebat omnibus Episcopis, nullo modo est vsus. vt qui nunquam aspexerit ad delitias & recreationes. Quomodo enim, qui vix solum attingebant nutrimentum: conuiuia autem & compotationes, ita fugiebat sicut prius diximus. vt cum nullo vesci induceret in animum. Quamobrem? Satius enim fuerit dicere causam. visum est enim hoc multis asperum & ingratum & affine reprehensioni. Primum quidem, quòd cum ab ineunte ætate assueuisset ieiunio, idque esset ei veluti coalitum & vsitatum, à vinóque & quouis alio quod est ventri gratum omnino abstinuisset, adeò vt solo ordei succo viueret, & carne superior cibique & potus expers propemodum videretur. cum ille stomachum hac aspera & quæ nihil hilarè habebat viuendi ratione, valde corrupisset, & effecisset vt ad nullum aliud sumendum nutrimentũ esset idoneus, ægre poterat aliquid admittere ex iis quæ aliis sunt grata & solida. Et ideò non lubenter aspiciebat aliquid quod esset gratum gutturi & cum voluptate sumeretur. Atque hæc quidem est vna causa cur fugeret mensas & cum aliis iniret conuiuia. Deinde etiam quod cùm apud se iudicasset, quod si induxisset in animum vt communiter vesceretur cum iis qui vel amicitia antecellunt aut dignitate, necesse habebit id etiam facere cum aliis: Nam quomodo conseruari potuerit vt nulli sit offensioni neque cuiquã afferat molestiam? Sicque res ad multos transiens, non solum illi futura esset laboriosa & molesta, vt qui non esset versatus in rebus huiusmodi: sed etiã interrupturum esset necessaria & ea quibus ipse vacare consueuerat, orationem, inquam, & meditationem & rerum honestarum doctrinam. quibus adeò erat deditus, vt hoc sæpe paruum negligeret nutrimentum. tantum aberat vt posset vacare mensis & aliis inutilibus & superuacaneis. Quamobrem satis aptè poterat dicere aliud apostolicum. Non licet nobis relicto verbo Dei ministrare mensis. Alioqui autem si visum ei esset hoc facere, necesse erat omnino vt duorum alterum eueniret. Nempe vt aut consueto alimento relicto cogeretur vesci crassioribus & iis quibus vescebantur conuiuæ. quod quidem non modo ei eonueniebat, sed nec omnino id facere poterat, cum male, vt diximus esset ei affectus stomachus: aut si hoc fugeret & tenui victu vteretur, iis qui conuiuabãtur grauis videretur & molestus: & quid aliud existimaretur q̃ hoc facere superbiæ causa & vanæ gloriæ? Sed de his quidẽ satis. oratio autem deinceps reliqua ordine persequatur. Maximum ergo in hoc ponebat studium vt assiduè versaretur in oratione & meditatione & rerum honestarum, doctrina & Dei laudatione. Sed neque communes negligebat congregationes & ea quæ tempus habent constitutum vt pote nocturnam, & matutinam, & quæ fit vesperè glorificationem. Quinetiam contendebat Ioannes noctu procedens alios præuenire, & templi portas primum aperire. Hæc autem cuiusmodi? Erat enim egregius Ioannes acutissimus non solum ad intelligendas scripturas quæ à vulgo non possunt comprehendi: & ad dicti coniiciandam germanè sententiam ingeniosissimus: & vt dicit Solomon, ad cognoscenda dicta sapientum & ænigmata: sed etiam ad id quod intellexerat facilè interpretandum & illustrandum, & vt dicitur ad id vel cæco apertè ostendendum, eorum qui fuerunt ex omni seculo facundissimus & maximè idoneus. Eius erat quidem magnus amor in omnes qui cum eo quòd pij fuerunt, ex Deo etiam vitam egerunt. Prophetas, inquam, & apostolos, & quibus oratio per spiritum promanauit. in eorum certe libris versabatur assiduè, & in eorum verbis maximam capiebat voluptatem. Simile enim, vt aiunt, simili delectatur. Paulo autem Præconi totus adhærescebat & ineffabili quodam desiderio ei erat coniunctus: & viuebat illius sermonibus. Nam apertè multis in locis verborum eius meminit: idque magnas ducit esse delitias & internæ flammę consolationem. Propter quam causam, ille quoque similiter atque ij qui amant insanè & sunt valde inflammati, fatetur se ab eo esse superatum & non posse ab eo diuelli. & alicubi quidem in ipso impetu orationis, cum ille ei veniisset in mentem, captus fuit veluti à quibusdam vinculis: & plurimum cum eo morari magni facit & non facile potest ab eo discedere. Tam magnus & tam ineffabilis fuit eius amor in Paulum, vt qui sic dicit, vere dicat, hoc Ioanni esse Paulum, quod Paulo fuit Christus, imò verò Ioanni quoque fuit Christus sicut Paulo. Nã tantus quoque illius propter Christum fuit amor in Paulum. Cum eius autẽ epistolas legeret hic magnus Ioannes, & in earũ conuenienti meditatione magnum studium poneret: quinetiam quoad eius fieri posset qualis esset animus Pauli scire cuperet: eum subiit desiderium earum explicãdi intelligentia, & afficiendi vt peruenire posset ad eius profundum, quod à multis nondum rectè cognoscebatur. Rem itaque aggressus & illas ad verbum interpretans, apud se quodammodo dubitabat & differebat. Id autem ex eo oriebatur, quòd illum valde diligeret & ei vellet omnino placere. Id vero de quo dubitabat, erat, num Paulo gratus esset eius labor: an rectè assequeretur mentem eius quem diligebat, & num longe à veritate abesset & à scopo. Hoc cùm in mente versaret & dubitaret, & Deum valde rogaret, vt id de quo dubitabat ei notum fieret, non diu abfuit solutio, Modus autem qualis? Est enim re vera Deo dignus & illius sapientia. Sed est attendendum. Habet enim varium quiddam & admirabile. Vir quidam qui magistratum gesserat & erat mundi splẽdore insignis, inuido oculo conspectus &

Universidad de Deusto
Biblioteca

per calumniam delatus ad Imperatorem, ô acerbam A inuidiam & inimici improbitatem, à regia simul & honore expellitur. Cùm autem vidisset se magna laborare inopia eius qui esset opem laturus, intelligens se esse infœlicem & dominum habere aduersum, & se ideo nemini curæ futurum, quoniam amicos nihil esse dicit tragœdia, si sit infœlix quispiam, præterquam beatæ illi animæ, & quæ huiusmodi casuum moueri solet misericordia: & nulli alij similiter atque illi liberè loqui apud Imperatorem, neque largiri mores, nec ipsam dignitatem petit per aliquem intermedium venire in beati conspectum. Quod cùm resciuisset, noctu permisit vt veniret, vtpote quod interdiu non futurum esset tutum eum alloqui. Iussit autem Dei cultori Proclo qui erat ad hoc constitutus, vt cum venisset, ad eum facilem illi prebeat aditum. Sed enim rursus est attendendum. afferet B enim oratio voluptatem simul cum admiratione.

Cum ille venisset & esset portas ingressus, vadit Proclus annunciatum. Cùm autem iam accessisset ad cubiculum in quo labori magnus vacabat Ioannes & attentus erat interpretationi, ostio statim admouens oculos, & vt licebat per foramen aspiciens, videt Ioānem qui pergebat quidem scribere, & in eo erat diligenter occupatus. virum autem quēdam, capite caluum, qualis est Elisæi effigies, cui densa quidē erat promissa barba, super humeros sensim cum beato congredi, & cum illo loqui in aurem. Hæc cùm vidisset Proclus, existimabat aliquem se non sentiente esse ingressum: & ipsum esse qui cum sancto loquebatur. Cùm itaque illi significasset id quod fuerat suspicatus, rogabat vt expectaret. Cùm autem multum interessisset temporis. & is cuius præstolabatur exitum, nondum adesset, rursus vadit Proclus cum vrgēte homine vt si vidisset cessare colloquium, statim annuntiaret. Cùm vero ille rursus per foramen aspiciens, vidisset esse attentam & seriam collocutionem, importunum & impudens esse arbitratus interpellare orationem, reuertens dubitabat quisnam esset qui loquebatur, & quonammodo esset ingressus cum non fuisset ei prius annunciatum. Cùm autem parum substitisset, vadit rursus: & cum rursus vidisset tam diligentem & tam seriem collocutionem, lignum verò iam pulsatum vocaret ad congregationem, accedens ad hominem, dixit eum, de cætero non posse ipsum conuenire vsque ad finem matutinæ glorificationis, & protinus eum emittit, iubens eum redire postridie. Venit itaque homo ille: & Proclus statim vadit nihil cunctatus. & eadem rursus vidit nihil cessante il- D la collocutione. Propterea ergo non ausus illū adhuc admonere, reuertitur, tristis tristi vero apparēs, & qui hoc nomine merito esset accusandus, quòd homini qui in mala talia inciderat & tam graue tempus erat perpessus, non se benignum præbuisset, neque quam poterat opem ferre ei tulisset: sed aliis potius ad magnum Ioannem præbens aditum, dilationibus eum sic protelaret. Proclo autem affirmante nihil esse huiusmodi: sed se non sentiente nec sciente hoc accidisse, cùm iam magna pars noctis esset transacta, nequaquam autem minueretur illa collocutio, lignum rursus pulsatum, plenum dolore & animi ægritudine amandat hominem. non tamen ita vt futuri reditus spem abiiceret. Proclo verò admirari quidem vt par erat veniebat in mētem: sed neminem habebat quem reprehēderet. sed de se potius quærebatur, vt qui sua negligentia hoc putaret accidere. Quamobrem apud se omnino constituit, non cibum sumere, non somno ne minimum quidem cedere. neque à foribus omnino discedere, donec vel ipse primus homini daret aditum: aut saltem sciret quisnam is sit qui præcedentibus diebus clanculum fuit ingressus. Cùm autem arrectis oculis & auribus staret pro foribus, & totum animum adhiberet, hæc quidem erat nox tertia, & homo iam aderat. Statim ergo Proclus ei factus obuiam. Esto, inquit, bono animo. ego enim modo tibi fui custos diligens. neque vllus hucusque ad magnum ingressus fuerit. sed tibi primo & soli ad eum erit ingrediendum. & eum per otium conuenies quātum voles. Hoc cùm dixisset, accedit quamprimum & cum foramini oculum admouisset, & vidisset similia prioribus. illum quidem os admouentem alteri ex auribus, & tanquam arcanum quodpiam ei cōmunicantem & submurmurantem: hunc autem chartam habentem in manibus, & qui videbatur scriptis mādare ea quæ dictabantur, intellexit Proclus non sine Dei numine hanc fieri visionem: neque humanum quidpiam esse quod apparebat, sed rem diuinam & quæ sit supra hominem. Conuersus ergo, homini dixit. Abi & mane apud te Deum rogans. Consentaneum enim est eum nolle vt tu ingrediaris, & te ideo prohiberi. Hoc enim pro certo habeas, nullius omnino ex iis qui sunt corporati, sed diuiniorem quandam & quæ est supra nos esse sermocinationem. Habet enim rursus se similiter, sicut duæ præcedentes noctes iam mihi ostenderunt. Et ille quidem sic abiit graui dolore oppressus & plenus dubitatione. Cùm autem iam esset dies, neque enim finit ille bonus con C turbatum animum sic manere absque consolatione, recordatus sanctus iubet accersi Proclum. & vbi est, ille, inquit, qui tribus ante diebus ad nos cupiebat accedere? Quod quidem à nobis haud grauatè impetrauit. Ille autem, Ter, inquit, tribus deinceps noctibus accessit: & permansit vsque ad matutinum. Sed quoniam alius tecum loquebatur, existimauimus futurum esse nimiæ arrogantiæ, si accedentes interrumperemus tuam collocutionem. Is autem admiratus, Et quis, inquit, noctu ad nos accesserit, & quis nos conuenerit? Deinde Proclus. Est quidem, inquit, omnino mihi ignotus, qui autem te alloquebatur, inquit, erat huic similis. Ostendens Pauli imaginem quæ perpetuo stabat ante Ioannem, & quam solebat assidue intueri. qui etiam videbantur tibi sedenti & scriptioni incumbenti sensim in humeros inclinare & tecum loqui in aurem. Vt autem ego opinor, erat ille ipse re vera. Cognouit itaque magnus Ioannes se à Deo fuisse exauditum, de iis quæ cupiebat scire, an Paulo grata esset epistolarum expositio: & ideo ostendisse illum ipsum Paulum qui cum eo versabatur, & ei tanquam discipulo opem ferebat in oratione: imò verò qui nihil amplius afferebat, nisi quod iis quæ dicebantur solum seruientem porrigebat dexteram. Cum sic sibi persuasisset Ioannes, iussit quidem Proclum parum recedere. Ille autem inclusus procidit in genua: & lacrymis plenos habens oculos, Deo magnas egit gratias, quòd soluisset ea quæ erant dubia. Deinde iussit Proclo ne eum negligeret qui petierat vt eum conueniret: sed iuberet, vt nocte sequenti accederet. Dicit enim nihil tale amplius ab eo visum iri. Is autem vocatus accessit & rogauit de iis quæ erant proposita. Deinde Ioannes

nes nihil differēs, Quomodo enim qui in talibus erat A igni ardore similis? Imperatori quidem de eo significat: & ille quidē statim cessit: hic autē fuit reuocatus, priorem honorem rursus fuit assecutus. Aureus verò Ioānes prompto & alacri animo repletus ex eo quòd illam diuinam accepisset visionem, & tanquam discipulus in magistro haberet fiduciam, cùm quæ restabant sacratum illius epistolarum ad finem deduxisset & explicasset, dat ecclesiæ diuitias quæ nunquam consumuntur. Hæc ergo insignis & clara stella ecclesiæ, & doctor accuratus virtutis, accensus zelo pro ecclesia, & arguens sacerdotes qui iniquè se gerebāt: quinetiam eos qui non admittebant correctionem à sacris arcens vestibulis: & non solis verbis castigans, sed etiam cautionibus ecclesiasticis in tempore puniēs improbitatem, visus est aliquando gratiis, qui erat valde mitis & clemens. Quid enim si mel quoq; mor- B ret Dei iustitiam & leges prouidentiæ: & audaciam det vulnerā in quibus inest vlcus? Visus est autem iis hominū frāgeret arrogantiam: & vt illum in tempore qui erant omnino immedicabiles, & quorum curatio admoneret quantum hominibus bonum sit clementia. Hæc non bonis ratiocinatoribus & qui eius spiritum non nouerant, videbātur extra tempus cecidisse: erat omnino desperata. Nam quis aut curandarum animarum peritior: aut in medicamentis quæ pertinēt & importunus, proh dolor, existimabatur qui erat ad curationem, nempe in oratione & in modis administrationis ac dispensationis initior ac benignior, sicut etiam iam antea ostendimus? Cæterum quandiu mitissimus: & accusabatur sæuitiæ qui erat omnium circa solum quidem clerum consistebat reprehensio, humaniss^m. Id autē erat omnino humanitas, & pro & erat intra ecclesiam quæ videbatur grauitas, non ea zelus vel oportunissimus vt cognoscerant qui erāt erat nimius dolor, nec in eum erat odium agreste & omnino duri & creduli animo & homines, vel ab hufurioſum, sed remissum & tolerabile, nec procedebat mana victi infirmitate: & cū in fratrū delictis ignoraextra labra cōcepta molestia. Cùm autem in multos rint benignitatē, eam discerēt in suis. Et cùm dedicisquoque qui gerebant magistratus processisset reprehensio. Oportebat enim propter splendorem personarum, & quod & se, & alios posset valde lædere, vt non esset remissa improbitas tanquam impetus aquæ facile fluentis & quę fertur per plana, eam eius verbis tanquam propugnaculis interrumpi. ne si esset absq; vllo metu & liberè se iactaret, fusè per omnia procederet & multos induceret ad æmulationem propter libertatem eorum quæ perpetrabātur. Cum sic faceret, & studeret, vt ij vitam suam corrigerent quæ malè & nequiter se habebat. partim quidem, rapina & auaritia, partim autē aliis quoque affectionibus & vitiis maximis, non erat amplius tolerabilis: sed lingua acerbus & mordax, & plane non ferendus non sanatura. Quomodo enim qui vel melle erat dulcior. sed ex morbo & malignitate eorum qui reprehendebantur. Porro autem quædam etiam causa opem tulit iis qui temerè volebant ei esse inimici. Eutropius enim qui tunc præerat cubiculo Imperatoris, volens suo arbitratu iram exercere in quosdam qui eum qui- D dem offenderant, ad ecclesiam autem confugerant, pro lege habet suam animi perturbationem: & Imperatori persuadet vt legem ferat, non licere vlli reo cōfugere ad ecclesiam, aut si confugiant, licere eos securè expellere. Hæc ille studens statuere, ignorabat se gladium in seipsum acuere: & legem ferre de venia ei non danda: & portum claudere quo ipse magis opus erat habiturus quàm alij. Diuina enim iustitia, & si magna ex parte soleat differre, sequens leges benignitatis, & quod quærat pœnitentiam, at in hoc quidem certè rectè faciens, eum inuasit ueestigio. Etenim ille non multo interiecto tempore cùm offendisset Imperatorem, solam Ecclesiam quam affecerat iniuria agnouit auxilium. & ad eam confugiens, & tanquam sacram anchoram apprehendens, ab ea quærebat salutem, quàm ipse stultè seruare prohibuerat.

Qui ergo sanæ mentis & sciens benignitatis tempus & iustitiæ, cum iudicauerit dignum misericordia, qui, vt dicitur, captus erat suis pennis, & bos ex se prębebat flagellum? Nec ergo ille magnus homo dei, qui & sciebat misericordiam tribuere vbi oportet, & sustinere quando oportet & differre commiserationem. Sciebat enim eo aperte spectare illud diuini Esaiæ. In stateris & mensuris sitam esse apud Deum iustitiam. Cum is ergo iaceret ad aram & timore prope esset moriturus, hic vir diuinus zelo motus pro ecclesia, quam omnino videbat fuisse affectam contumelia ab illius legibus, ad id vocante occasione conscendens suggestum vt esset omnibus manifestus, cum oportunè arguit & iussit præclarè suæ legis facere periculum? Cur autem hoc faciebat vir sapientissimus? Simul quidem vt extolleveritati sermonis annuisset, Quid vero inquit non existimas vniuersorum regem irasci, si in pia ciuitate & quæ omnino rectè se habet, pars quæ malè sentit sinatur habitare. cum oporteat vel ab ipsis exigere vt conuertantur: vel si perseuerant, protinus expellere? Hæc cùm audiisset Imperator, non distulit nec est cunctatus: sed primos eorum statim accersiit, & ex eis scire voluit an in animū inducerēt à fugienda desistere opinione, minatus exilium & bonorum suorum priuationem iis qui non parerent. Cùm autem vidisset eos esse immedicabiles minas deduxit ad effectum: & iussit eos expelli è ciuitate. Hoc effecit vt multi errorem dediscentes se recte adiungerent opinioni, quod nollent corporis sustinere afflictionem, animæ vitium eiicientes: & quod laboriosum fugerent exilium, se improbi potius dogmatis laudabili exilio cōdemnantes: & vtraque recte fugientes. Qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque autem fuerunt omnino incurabiles, ij perpetuo damnati exilio, versabantur extra regiam ciuitatem, suæ animæ morbo se oblectantes: & eum deponere, non autem habere miserabiliter erubescentes.

Deinde cùm tempus aliquod effluxisset, ab iis qui intra aulam Imperatoris eadem sentiebant latenter congregati, sic eis paulatim aperta dicendi libertate, ausi sunt illi in quibusdam diebus insignibus in quibus solent cœtus conuenire, ipsi quoque ingredi ciuitatem & cogi in porticibus, & libere quædam antiphona ipsi canere cantica composita conuenienter eorum opinioni: & quod quæuis pia auris abhorruerit paulatim processerunt eo impudentiæ, vt etiam Orthodoxis psallentibus exprobrarent homousion, & id execrandi in cantico ponerent. Vbi sunt, dicentes, qui tria vnam defendunt esse virtutem? Hæc cùm audiisset ille magnus, eum pietatis zelus magis incendit. verebatur enim ne malum sic rursus loquendi libertatem assecutum, esset aliis causa exitij. Machinatur itaque virtus contra vitium: & cùm ipse antiphona composuisset cantica, & dedisset populis canenda in matutino, effecit vt sic euanescerent inanes voces Hæreticorum. Quid deinde consequitur? Fuit accensa Hæreticis inuidia & ira agrestis. ex qua lis orta est, ex ea autem pugnæ, & præter eas plagæ. Deinde insidiæ. & postremo cædes ex vtrisque. adeò vt vnus quoque ex Eunuchis Imperatricis, nomine Brison, fauens cantoribus Orthodoxis, in fronte fuerit percussus lapide. Quod quidem cùm peruenisset ad aures Imperatoris, vetuit Hæreticis ne amplius hymnos publicè facerent. Satius autem fuerit de antiphonis quoque canticis dicere, quisnam fuerit auctor eorum inuentionis. Dicũt enim diuinum & Martyrem Ignatium hoc tradidisse primum Antiochenis. non domi suæ & à se inuentum: sed diuiniore quadam visione, vt ille cum Deo magnam habebat familiaritatem, acceptum. vt qui viderit Angelos sic inter se contra psallentes & hymnum offerentes adorandæ trinitati.

Porrò autem ex iis quæ de Ioanne traduntur hoc minime est prætermittẽdum. Dicitur enim & multorum sermone celebratur, quòd cum diuinum panem consecrans extolleret, totus à Deo afflatus, Quid autem horum est incredibile in tam sancta anima? quibusdam signis videbat Dei spiritum ad dona proposita descendere. Cùm autem vnus ex ministris qui ei assistebant, in quandam mulierem ex iis quæ desuper solebant despicere, ô tuam omnia peruadentem, ô maligne improbitatem, oculum coniecisset & eam curiose aspiceret, sic quidem magno Ioanni fuit depulsa visio sancti spiritus. Ille autem non ignorauit: sed ministrum quidem statim mouit è sua statione: ipse verò consueta visione ne sic quidem est frustratus. Deinde futuri quoque curam gerens. iussit velis superiora muniri tabulata. Quomodo autem iustum fuerit hoc quoque præterire, quod est quidem vnum ex iis quæ de eo dicuntur, piæ verò animæ potest esse valde gratum & eam accendere ad hymnum Creatoris? Sic autem habet. Vir erat quidem illo tempore, qui ipse quoque idem sentiebat cum Macedonistis, & habebat vxorẽ quæ eandẽ quã ipse habebat opinionẽ. Eũ magnus Ioannes sapienter & artificiose aggressus, sua lingua cœperat & adiunxerat ecclesiæ fideliũ. Deinde ille rursus conabatur persuadere eius vxori vt eandẽ teneret sententiã. mulier autẽ, vt quæ esset mulier & attenderet magis falsum quã veritatẽ, dicebat, se quidem eadem sentire quæ maritus: & ea quæ Orthodoxi similiter atque ille tenere, cor autem minime habebat idem loquens quod lingua. nolens sicut prius cum marito errori, ita veritati postremo communicare. Cùm itaque à quodam ex Pneumatomachis panis partem accepisset, eam quidem latenter credit ancillæ fidei. ad fidelium autem sacrum accedit cum marito, præse ferens se participem fore sanctificatorum. Deinde cum panem diuinum accepisset, eum quidem rursus latenter tradit ancillæ. eius verò loco accipit eum quem habuerat ab hæreticis. Postquam autem eum ori admouit, ô stupendum miraculum, ô quam aperta & expressa fuit imago mentis eorum qui dederant, vidit eum mutatum in naturam lapidis. Atque ipsa quidem cùm enunciasset id quod factum fuerat & credidisset, ipsa quoque fit è numero piorum. Lapis autem reponitur in quadam domo ex iis quæ sacra seruant. Aggreditur nunc oratio, res Gainæ quemadmodum se habeant, tradere auribus fidelium. qui erat quidem genere Gallus, nihilominus autem mente quoque barbarus. Cùm esset vero Romanis subiectus, & relatus in numerum exercitus, & deinde paulatim progrediens, maiores gradus esset assecutus, postremo creatur etiam Dux exercitus Romanorum, tam equestriũ inquam copiarum quàm pedestrium. Is cum acriter defenderet opinionem Arrianorum, ausus est ab Imperatore petere vnum templum iis qui erant eiusdem cuius ipse opinionis, ex iis templis quæ erant in ciuitate. Arcadius ergo protinus, ille enim tunc tenebat sceptra imperij Romanorum, Dei homine accersito, rogabat vt petitio eius exaudiretur, eius virtutem illi reuocans in memoriam: & tacitè significans tyrannidem quam ipsum videbat affectare. Vt sic, aiebat, barbari mansuescat animus. Et sic quidem Imperator. Ille autem lingua plane aureus, statim ostendit se etiã habere aures quæ linguæ nihil crederẽt, & quæ possent iudicare quibusnam rationibus parere oporteat, & quibus non. Statim ergo renuit, diuini metus non oblitus & eius quam habebat dignitatis, & dicit se non esse id permissurum quodcũque acciderit. Quomodo enim sustinuerit qui non & à mente & à pietate procul discesserit, vt qui ingrediuntur rectum tramitem veritatis & Christum defendunt esse vnum venerandæ illius trinitatis, amandentur extra sacra vestibula: ij autem qui se magnifice iactantem & audacem linguam in eum mouent, ij inquam, ô profanos pedes, intra domũ illius introducantur? Sed si quid cũ veneris ô Imperator, cum tu mihi eũ deduxeris in conspectum, omnẽ curã depone, ea solum quæ dicuntur auscultans. Ego enim cum eo differens persuadebo, ne ille velit ea à te petere quæ non est fas omnino præbere. Lætatus est his auditis Imperator. & die sequenti cum simul etiam adesset vir diuinus, accedit quoque Gainas, ipse quidem sicut heri & nudius tertius petens ab Imperatore vnam ex sacris domibus. Ioannes autẽ dixit, non licere imperatori audere aliquid in rebus ecclesiasticis, si velit omnino esse pius. Quid verò, non mihi quoque, inquit, barbarus, vna ædes oratoria permittetur ad precandum. Nullum est templum, inquit magnus Ioannes, quod non tibi pateat: nec est quisquam te prohibiturus si velis orare. Sed sum, inquit, alterius sectæ, & ideo volo seorsum cum ea versari in ecclesia. Non est mea petitio reprehendenda & quæ non iustam habeat

beat occasionem, cum belli pericula quotidie adeam, & reipublicæ vtilitatem vitæ meæ præferam. Sed habes ô optime, inquit sanctus, laborum non minores remunerationes, siquidem es dux exercitus, & consularem honorem es assecutus. Satius autem fuerit hoc quoque considerare, quàm antea quidem esses obscurus & ignobilis, quantus verò sit nunc tuus splẽdor & quanta gloria, & quanta quidem esset antea paupertas, quantis autem nunc abundes diuitiis. Hoc te cogitantem oportet esse beneuolum, & non esse ingratũ in imperium quod te sic honorauit, & non ab eo petere quæ non licet. Cum ad hæc nihil haberet Gainas quod aptè responderet, prætulit silentium, vt qui pulchrè reipsa didicisset, se in virũ incidisse, qui nõ minus posset versare linguam, quàm ipse gladium. Admiratus est autem Imperator & qui aderãt, quòd tam paucis barbaricæ temeritatis refrenata fuisset loquacitas.

Cùm autem aliquantum effluisset temporis Gainas quam iam diu parturiebat tyrannidem apertè edens in lucem in Thracia & Macedonia faciebat incursiones eas & populares & prædas ex eis agens. Aduersus quem cùm nemo auderet nec bellum fortiter suscipere, nec apud eum fungi legatione, generosa illa anima & diuino metu armata, neque timens priorem illius cum ipso contentionem, neq; quidquam eorum quæ solẽt animum frangere & perterrere, ad eum statuit proficisci, homo in summa quiete educatus, & qui nullum vnquam tale viderat periculũ, nec talem perturbationem. Atque egreditur quidem valde alacri animo, ipse legatione functurus pro omnibus. Cùm vero iam accederet, ambularet autem terram intuens, gestu quidem graui & honesto, incessu verò tardo & tranquillo, manifesta virtutis vestigia in vultu significans, Barbarus hoc aspiciens, non amplius erat barbarus: sed statim & iram remisit & placidè aspexit, tumore animi & quodammodo compresso tam moderato & tranquillo spectaculo. Quinetiam eum quoq; inuasit timor, recordatum illius dicendi libertatis, & qui perterreri minime potest spiritus & verborũ quæ vires habẽt ex veritate, & quæ valde possunt animum sauciare. Propterea ergo ei processit obuiam & ad pedes procidit: & assumens eius dexteram, imponebat oculis tanquam sanctificaturam. Præterea autem filios quoq; fecit, pcedere ante sanctos eius pedes. Deinde cum verba & valde suauem audiisset admonitionem, facilè persuadetur, & sublatis inimicitiis sic Romanis sicut prius fœderatus & amicus. Ita sæpenumero venerandus vultus, & opportunitas & prudentia orationis quæ vis belli non potuit facilè effecerunt, & visa est plus potuisse oratio quàm gladius. Sed nunc quidem sic victus à virtute & lingua Ioannis, depositis armis pacem est amplexus. Non multo post autẽ illa valde dulcia & aurea verba, erant, vt cum diuina scriptura dicam, inaures aureę in aure porci. Et Aethiops quidem mutauit pellem, & felis crocoti oblita persecuta est ea quæ consueuerat, & ipse quoque priorem complectens improbitatem, rursus cum aliis obibat Thraciam res nouas moliens, donec in Romanorum exercitum incidit cum aliis seditiosis, & sic malus ille malè perit. Sed res quidem Gainæ sic se habuerunt, & hæc quidem diximus pauca ex multis, quantum satis fuerit ad significandam eius peruersitatem & magni illius viri virtutem. Similiter autem pro ecclesiasticis quoq; regulis studium, & quem pro ipsis habebat zelum, singulatim quidem nemo potest explicare. Sed tamen hoc quoque paucis, quoad eius fieri conabimur ostendere, tanquam vniuersam aquam fontis per modicum fluentum. Cùm enim Constantinopoli Asiani Episcopi numero viginti duo cum hoc magno Pontifice considerent, repente vno sabbatorum Episcopus quidam Valentinopolis, nomine Eusebius, ex odio ad illum accedens, porrexit libellos Synodo, qui erant aduersus Antoninum qui tunc Ephesinam sedẽ administrabant. Deinde etiã maximo sacramẽto adigit magnum Christi Pontificem, ea quæ data fuerant non leuiter & in transitu tractaturum: sed ad examinationem quamprimum deducturum. Septem autem capitibus comprehensa erat tota accusatio. Sic autem habebat. Sacris vasis preciosis transmutatis, eorum materia vsum esse ad vasa quæ eius & filij sui fuerunt nuncupata. Marmor rursus accepisse ex aditu baptisterij, & audaci manu & mẽte in balneo suo deposuisse. Columnas quæ lõgo ante tempore intra templum fuerant repositæ, in suo collocasse triclinio. Suum filium cædis reum, non diuina nec humana reueritum, cum sua nimia auctoritate conseruare, adhuc immotum in Diaconatu. Prædia, inquit, à Basilina, quæ erat mater Iuliani abominandi Imperatoris, ecclesiæ consecrata vẽdidisse, & pretium sibi vsurpasse. Cum vxori sua sponte prius renunciasset, cum ea rursus coiuisse, & ex ea filios suscepisse. His omnibus malis accedebat hæc coronis, quòd tanquam sit licitum & permissum auro vendat Episcoporum ordinationes, adeò vt maiores fiant qui plus præbent pecuniæ. Ad hæc homo Dei placidè admodum & trãquillè, frater, inquit, Eusebi, Is quæ propter animi dolorem fiunt accusationibus maxima ex parte non sunt faciles probationes. Mittamus ergo in scriptis accusare Antoninum, cum doloris causas possimus curare facilius. Cùm is autem repente verbis vteretur acrioribus: & impudentissime affirmaret se nulla animi perturbatione motum, sed veritate omnia accusare, dat beatus Ioannes locum iræ, arbitratus inimicitias esse causam accusationis, & cum Paulum Heracleæ Episcopum, videbatur enim is bene velle Antonino, rogasset vt inter vtrunque pacem conciliaret, surgens ingressus est in templũ, tempus enim vocabat celebrandi diuini mysterij. Sed hęc ne minimum quidem placebant Eusebio, neque cessabat ab inimicitiis: sed vehementer inuehebatur in Antoninum: & magno in eum ferebatur impetu. Incertum autẽ quomodo fuisset in eum motus, & quónam animi motu fuisset incitatus, Itaque accedens, alterum magno Ioanni tradit libellum, cuius erat eadẽ cum priori sententia. Præterea autem rursus quoque horrendis adigit sacramentis, ipsam etiam adiungens salutem Imperatorum, non hoc quidem Episcopaliter, sed fortasse ciuiliter, ne id præteriret citra examinationem. Cùm ergo vidisset illius impetum minime posse cohiberi: & eam rem ad omnium aures iam peruenisse, alios quidem iubet diuina dona offerre, nõ iudicans esse sanctum, cum aures incubuerint, in taliũ rerum cogitationem, assistere sanctificatis. Ipse autem libello in manus sumpto egreditur. Deinde tanquam volens Eusebij impetum reprimere. Ne existimes inquit, postquam lecta fuerint ea quæ sunt in manibus, & tradita auribus omniũ, te facile posse effugere eorum probationem. Neque enim nos eum qui potest probare arcemus: neque eum qui non potest vi trahimus. Cùm ille autem acerrimè instaret & vrgeret vt statim legeretur, præbuit legẽdum. Cùm vero omnia

visa

Universidad de Deusto
Biblioteca

visa essent grauia,ij ex Episcopis qui erant ætate proue-
ctiores, ab eo quod eis iudicatum fuerat esse dete-
rius,id autem erat venditio ordinationum,statuerunt
esse faciendam examinationem. Sic enim dicebant
sibi facilem & breuem futuram esse diiudicationem.
Si enim ostensum fuerit hoc esse verum, superuaca-
neum fuerit alia examinare. Qui enim sancti spiritus
gratiam nõ est veritus venalem proponere,is vix præ-
ciosis vasis aut lapidibus aut prædiis ecclesiæ pepercerit. Hæc sancto quoque visa sunt. Cum ergo inter-
rogatus is qui accusabatur negaret: & qui aurum insi-
mulabantur præbuisse, ipsi quoque se dedisse inficia-
rentur,sic mansit & producta est quæstio vsque ad diẽ
iam inclinantem. Cùm ergo quæ mota fuerant sol-
ui aliter non liceret,nisi testes producerentur, quibus
præsentibus datum fuit & acceptũ, quoniam accusa-
tor quidem dicebat esse sed non adesse neque in ea
versari regione, intuens beatus ad difficultatem inuẽ-
tionis & considerans quàm arduum futurũ esset opus
& quàm multorum dierum,productio testium,ô Apo
stolicam illam animam,& quę propter socordiam,ni-
hil omittebat eorum quæ erant necessaria, statuit ipse
venire in Asiam: & ea quæ mouebantur suæ ipsius fi-
dei credidit examinanda, in corpore tam liquefacto
& immensis laboribus confecto, tantam afflictionem
subire constituens propter negocia ecclesiastica. An-
toninus autem cùm animaduertisset nõ rectè ei cessu-
rum Ioannis,in Asiam aduentum. Sciebat enim quo-
modo seipsum plane esse reum, ita illum posse apertè
omnia conuincere, persuadet Imperatori quodam ex
magnis viri adiutore ad hoc vsus, cuius agrorum ipse
curam susceperat,vt sisteretur Ioanni exitus,prætextu
Gainę tyrannidis quæ adhuc conturbabat. Propter
quam causam necessariam esse eius præsentiam.Et sic
quidem arcetur beatus ille à suo exeundi proposito,
sed ne sic quidem desistit à persecutatione eorum quę
dicta sunt,sed adscito vno ex illis viginti duob° Asia-
nis Episcopis qui erant in Synodo, & tribus ex iis qui
erant apud se Metropolitanis,eos mittit in Asiã,quæ-
situros de Eusebio & de eo quam ipse accusabat An-
tonino,cum hoc apertè dixisset & in actis posuisset,vt
qui non ad locum præstitutum intra duos mẽses per-
uenisset, cum iis quæ vterque habebat ad sua confir-
manda esset excommunicatus. Cùm ergo qui erãt
iudicaturi essent in regione,qui iudicio contendebant
priusquam venissent in iudicium, cùm inter se dedis-
sent,alter quidem aurum,alter verò iusiurandum & se
effecturum vt bono esset animo, dilatione temporis
cogitabant iudices fallere.Nam cùm accusatori visum
esset tempus producere,& sic eis afferre tædium, ma-
ximè cum eis anni tempus posset satis magnam affer-
re molestiam, erat enim ætatis calor vehementissi-
mus,dixit se non posse producere testes intra quadra-
ginta dies.Cùm sic dixisset, ipse quidem productio-
nem testium nihili faciens, venit Constantinopolim.
Iudices autem cum præter quadraginta alios non pau
ciores quàm triginta expectassent, neque adesset vllus
eorum quos sperabant, sed res esset fraus manifesta,
Eusebium quidem,scribentes ad eos qui vbique sunt
in Asia Episcopos,denũciant excommunicatum. Ipsi
autem post hæc ad sanctum reuerti decreuerunt.Quo
in loco cùm in Eusebium incidissent, accusabãt quod
pactis conuentis non stetisset. Ille vero causatus cor-
poris valetudinem adhuc pollicebatur se esse testes
producturum, ludens ille in iis in quibus non est lu-
dendum & nec manum reueritus quam graui affece-
rat iniuria,& quam habebat conscium eius improbi-
tatis. Sed interim proh dolor. Antoninus excedit ex
hac vita,& sic quidem præsens effugit iudicium quo-
modocunque potuit: futurum autem omnino expe-
ctat & quod non potest circumueniri. Quid post hæc
est consecutum? Litteræ mittuntur ad sanctum,quę
etiam erant preces ex Asia communes, tum omnium
Episcoporum,tum etiam Presbyterorũ, qui etiam eũ
rogabant & ei valde supplicabant, ne eum quidem in
scriptis parcentes adiurare,quò suam vehementiorem
redderent petitionem. Vt ad eos veniret, excogitatu-
rus aliquod remedium eorum ecclesiis, quæ & ab iis
qui partes sequuntur Arrij, & ab iis qui plura habendi
tenentur cupiditate, pessimè diuexantur. Dei itaque
homo & pastor bonus non corporis imbecillitatem,
non viæ longitudinem,non hyemis difficultatem,erat
enim tunc eius tempus,non aliquid aliud reputans ac
formidans, violenta illa & acerrima propter Christũ
anima,sed hæc omnia parua & nihili ducens pro cura
ecclesiarum,nauem conscendens tribus diebus venit
Apameam. Quo in loco Paulus quoque & Quirinus
& Palladius Episcopi eum expectabant,eos enim sta-
uerat secum ducere in peregrinationem, cum quibus
pedibus sine mora iter conficiẽs,venit Ephesum.Om-
nes ergo Lydorũ & Phrygum, quinetiam Carum E-
piscopi,non pauciores quam septuaginta, & quicun-
que ex Asiæ populo erant insignes læti ocius conflue-
bant, vultum illum videre cupientes, in quo florebat
magna virtutis gratia, & linguam audire cupientes,
quæ pulchrè & suauiter influebat in animas. Simul
autem aderat etiam ille Eusebius accusator Antonini,
rogans vt absolueretur à segregatione, & vt admitte-
retur deinceps ad communionem.Cùm Episcopi au-
tem contradicerent,dicentes non oportere admittere
calumniatorem,ipse dicit se non esse calumniatorem:
sed affirmabat se & momẽto temporis testes esse pro-
ducturum,& eos qui auro fuerant ordinati.Visum est
itaque synodo, etiam si è vita excessisset is qui pecu-
niam acceperat,satius tamen esse propter eos qui de-
derant,rem deduci ad examinationem.Productis ita-
que actis quæ iam fuerant composita, sistuntur quidẽ
Episcopi qui accusabantur, sistuntur autem etiam te-
stes consequenter,quibus notum erat arcanum nefa-
riæ propter pecunias factæ ordinationis. Atque pri-
mum quidem perfecta negatio eorum quæ obiicie-
bantur & quòd res esset aperta calumnia (ita enim di-
cebant ij qui accusabantur)quę nihil habebat sani nec
firmi ex veritate. Cùm autem probationibus eos te-
stes assiduè impeterent, eis loca & tempora reuocan-
tes in memoriam, & quantitatem eorum quæ soluta
fuerant, quinetiam species eorum quæ data sunt re-
ferrent. Cùm hæc ita esset valida,reueriti illi apertam
eorum quæ dicebantur veritatem: & deinde incuita-
bilem indicem pulsantem non ferentes conscientiã,
persuadentur & fatentur rem vere ita se habere, sub-
iungentes.Existimauimus talem esse consuetudinem,
vt liberaremur, aiebant, à curia cui eramus obnoxij.
Nunc autem si fas quidem sit, vt simus ex ministris
ecclesiæ:Sin minus,aurum saltem quod soluimus ve-
litis nobis reddere. Nonnulli enim dicebant id quod
solutum fuerat esse ex bonis vxorum.Ad hęc magnus
ille.Ego inquit dabo operam vt vos à curia liberemi-
ni,pro ea re petitione oblata Imperatori. Vobis autẽ
curæ erit omnino,dixit conuersus ad synodum, vt eis
conseruen-

conseruentur,ex Antonini scilicet hæredibus,ea quæ
ipsi soluerunt. Protinus ergo decretum est vt aurum
quidem illis redderetur: priuarentur autem sacerdo-
tio.Hoc solum eis datum est vt altare ingressi partici-
pes essent sanctificatorum.Ne res longe pessima veni-
ret in consuetudinem,vel sacerdotium, quod Dei do-
num dicimus,esset venale pecuniis,& Iudaicè eius fie-
ret cauponatio. Cum hæc pluribus diebus canoni-
cè iudicassent & scripta in acta retulissent eorum lo-
co constituunt in ecclesiis viros verbo & vita orna-
tos.Non hos autem solum qui erant sex numero, sed
alios quoque totidem cum magnus ille inuenisset pe-
cuniis inuasisse in ecclesias,eos ecclesiastica regula de-
posuit.Erat enim ille cùm in cęteris quidem rebus ec-
clesiasticis cautus & diligens, tum in ordinationibus
diligentissimus & accuratissimus,& diu producens ex-
aminationem, adeò vt qui coaptabantur, non solum
essent puri,sed auaritia quoque superiores, & vt semel
dicam nulli affines reprehensioni. Cùm autem esset
adeo diligens & accuratus, adhuc tamen abundãtio-
rem adhibens cautionem, muniebat eos qui ordina-
bantur, & eis suadebat, id quod rectè dictum est ab
Apostolo,vt nemini maius cito imponerent,neque a-
lienis peccatis communicarent. Et hæc quidem ita se
habebant. Cùm autem Antoninus,vt diximus è vi-
ta excessisset in eius sedem magnus ille, ea autem erat
Ephesus, ordinat Heraclidem, genere quidem Cy-
prium,suum autem Diaconum. Deinde cum multo-
rum quidem vitam sermone expurgasset, multis verò
Nouatianorum ecclesiis, & eorum qui dicuntur Tes-
sarescedocatitę,persuasisset à priori recedere opinio-
ne,& transire ad orthodoxam, alia fecisset plurima &
maximè Apostolica, dignáque eius mente & lingua,
ad vrbium Reginam reuertitur ille aureus erátque si-
cut prius orationum cœlesti nutrimento nutriens, &
consuetorum operum curam gerens.Ea autem erant,
cura viduarum, defensio orphanorum eorum qui erãt
neglecti & iniuriis facilè petebant auxilium, & quod
erat omnium maximum, vitæ deductio ad virtutem
& cura animarum, ad quod egregia illa lingua non
tanquam minutas roris guttas verba emittens, sed to-
tos fontes apte & numerosæ effundens, populum in-
citabat. Verum enimuero cum tam pulchrè se habe-
ret ecclesia & in magna ageret tranquillitate, grauis
irruens procella magnos ei fluctus excitauit. Nam cũ
ille homo Dei & vitiorum animæ medicus artificio-
sissimus, & alia quidem studeret magnopere curare
maximè autem pessimum & illiberalissimum, & alio-
rum omnium fere vitiorum causam,nempe auaritiam,
& in eam quotidie vehementer inueheretur,nõ æquo
animo tulerunt qui huic vitio seruiebant, suam & so-
lius plagam eam rem esse vnusquisq; existimans,etiãsi
ille non vllam personam priuatim perstringeret, sed
communiter & obscurè inferret reprehensionem.

Prima autem ex aliis,& prima ex iis qui eius amore
tenebantur,Eudoxia,quam ex auditu quidem omnes
scitis,cum esset, ô dedecus, pecuniæ ancilla Impera-
trix.Sed enim re vera magnas ad feriendum vires ha-
bet conscientia cum etiamsi nullus alius moueat, ipse
quidem vnusquisque per se, non possimus ferre illius
plagas. Hæc ergo tam miserè affecta,communes illas
reprehensiones,sui esse solius vt iam diximus, & non
alicuius alterius, esse existimabat. Accedit autem ali-
quid eiusmodi,quod ei materiam præbuit vlciscendi,
cum qui reprehendebat. Id verò sic habebat. Erat vir
quidam Constantinopoli nomine Theodericus, di-
gnitate Patricius,diuitiis autem valde abundans. Eius
ergo diuitias illa liberalibus oculis non intuens,eásque
suas facere valde cupiens, quærebat modum per quẽ
posset assequi quod desiderabat. Cùm ea autem du-
bia esset animi, ille enim nullam dabat ansam, quid
facit? Publicandi quidem eius bona capit consilium;
sed cùm hoc studeret facere non apertè, significat ei
qui possidebat.Cùm communi, inquit,dare possis mu
tuas pecunias,ne differas, quod ,ppter multas, inquit,
causas eis nunc opus habet. Ille autem nõ ad id solum
quod dicebatur, sed ad id etiam quod prætexebatur
intuens & intelligens eam velle ipsum priuare bonis,
quærebat aliquem qui susciperet eius defensionem.Is
autem quisnam esset alius nisi homo Dei.Ad quẽ qui-
dem cum protinus accessisset eum nequaquam suæ
spei pœnituit,neque enim eum inuenit solum socium
curarum, sed promptissimum etiam curatorem. Ille
namque nihil cunctatus scribit ad ipsam quomodo
oportebat,& quæ scopus requirebat propositus. Ipsa
autem statim mota iis quæ scripta fuerant, statuit ab-
stinere & desinere eum afficere molestia. Cùm res
ergo ei tam leniter processisset,dixit ei sanctus. Si Im-
peratrix fecisset quod animo agitabat, ipse & bonis
esses priuatus,& Deo nullam habuisses gratiam. Cùm
autem ipse obstiterit iis quæ cogitabat, quid est con-
sequens nisi vt non videamur omnino esse ingrati
& immemores accepti beneficij? Cùm sic dixisset
sanctus, is ita illum cepit, vt omnes diuitias, iis so-
lis exceptis quibus ipse & filij viuerent, consecrarit
pandocheo ecclesiæ.Hæc cum ad Eudoxiæ venissent
notitiam,eius animum vehementer sauciarunt. Cùm
ex præsentibus certe coniecisset, q, & quæ prius scri-
pta fuerant, & magna cura quam gerebat Theodori-
chi,ex auaritia potius existerent quam ex humanitate,
& quod vellet fieri Dominus pecuniæ, significat san-
cto quæ in animo habebat:& acri spiritu ei exprobrat
quòd accepisset pecunias, dicẽs.Oportebat te omni-
no sicut nos abstinere ab iis quæ pertinebãt ad Theo-
dorichum. Eam enim grauiter versabat & conturba-
bat cupiditas pecuniæ. Magnáque ducebatur pœni-
tentia, quod eorum quæ scripta fuerant cedens reue-
rentiæ,tam magnas non esset assecuta diuitias. Cùm
hæc autẽ audiisset beatus, ei literis significauit ea quæ
par erat eum qui veritatis curam simul gerit & pieta-
tis.Sic autem habebant ea quæ ad ipsam scripta sunt.

Existimo ô pia filia te non ignorare,quòd si ipse vo-
luissem habere pecunias,nihil mihi obstitisset. Habui
enim parentes qui & multum poterant & multa possi-
debant,sed diuitias lubens cessi egentibus,existimans
eas esse rem non dignam in quam meam curam con-
ferrem. Quomodo ergo quas & ipse magno studio
deposui,& quas omnibus communiter consulo despi-
cere,eas nunc non erubui videri concupiscere? Pecu-
nias autem Theodorichus mihi quidem non præbuit,
sed nec ipso præbente ipse accepi. Christo verò fœ-
neratus est eas præbens pauperibus ille quidem recte
faciens & sibi vtiliter,illinc enim multiplices habebit
remunerationes. Si autem tuus sit scopus hæc Christo
auferre,nos quidẽ nullo damno afficies, nec ideò nos
vlla afficies molestia,sed Christũ potius cuius eæ sunt:
& illi curæ erit earum ablatio. Hoc Eudoxiæ exist it
primum semen concepti in eum odij: hinc paulatim
in illum furorem parturiit, habens multos quoque a-
lios qui iram accẽdebant, & inimicitiis eius opem fe-
rebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebant. Quòd autem ille periculi nullam ducebat ra- A
tionem,& in ſe irritādi carbones,& mouendi eos qui
ipſum eſſent læſuri, in iis in quibus aliquid negligere,
erat Deum ad iram prouocare & excidere ab eius be-
neuolentia,iam eſt tempus docere,imò verò quomo-
do ira in eum eruperit ab iis qui oderunt reprehendi,
& quos auertere eſt difficile, vt qui lubenter, vt dici-
tur,ſe affricant. Mulier quædam vidua nomine Cal-
litrope,habitās Alexandriam, defertur ad Paulacium
Ducem exercitus, qui tunc quidem Alexandriæ Au-
guſtalem adminiſtrabat magiſtratum: pecuniæ verò
magno amore tenebatur. Defertur autem quod illa
abundaret pecuniis & eſſet valde diues, & ideò quin-
genti aurei à miſera exiguntur, quos non vt quæ poſ-
ſet dare,ſed vt quæ magno metu afficeretur,illi dat ſi-
tienti,omnibus bonis ſuis datis pignori, ab iis qui ha-
bebant mutuata. Cùm autem duo anni præteriiſſent, B
finémque eius accepiſſet magiſtratus, & ageret ipſe in
vrbe regia, & ab eo exigeretur ratio ſuæ adminiſtra-
tionis, mulier quæ inuenerat tempus eam adiuuans,
aſcendit cueſtigio. & accedit ad Imperatorem,in eum
qui iniuriam fecerat vociferans,& iniuſtā annuncians
ablationem. Cùm verò cauſa fuiſſet commiſſa præfe-
cto prętorio,& Imperator iuſſiſſet reddi mulieri quod
non fuerat recte ablatum, ille ſiue perſonas peccato-
rum acciperet vt dicit diuina ſcriptura,ſiue non rectè
ſe gereret manus neque liberaliter,malè effecit viduā:
& non vindicem ſed aduerſarium potius ſe præbuit
iudicem. Cùm ergo ab eo mulier deſperaſſet auxiliū,
accedit ad Imperatricem, mulier à muliere,quæ malè
affecta fuerat,ab ea quæ poterat opem ferre,ſe conſe-
cuturam eſſe miſericordiam vt par erat iudicans. Eu-
doxia ergo vt quæ inueniſſet venandi occaſionem, & C
muſtella vt dicitur,odorata fuiſſet pinguedinē, quàm
primum accerſit eum qui fecerat iniuriam. Deinde
cùm quæ viduæ feciſſet ei dixiſſet & eum eſſe iniuſtū
arguiſſet,eum quidem multat centum libris auri, tri-
ginta ſex autem ſolis numiſmatibus datis Callitropæ,
iuſſit eſſe contentam. Hæc auara illa & illiberalis, &
auro viuens, & aurum omnia videns ſicut Midas ille
in fabulis,aurum noctu & interdiu viſione apprehen-
dens,cuius in manibus iniquitas, vt dicit beatus Da-
uid, & dextera plena iniuſtitiæ. Quid ergo miſera-
bilis illa vidua & re vera calamitoſiſſima,quę talia qui-
dem paſſa fuerat ab ea à qua nō debebat,vt à qua ſpe-
raſſet potius defenſionem? Ipſa ergo cum omnem ſpē
abieciſſet,viro vtitur refugio communi illo viduarum
defenſore. Cui cùm rem renunciaſſet: & qualia pate-
retur à fœneratoribus: & quòd ſit vſuris omnino op- D
primenda. Hæc dicens, & lacrymas quæ ad perſua-
dendum magnam vim habent, effundens, euocat ad
miſericordiam eum qui ad ipſam erat propenſiſſimus:
& qui non minus erat promptus ad eos defendendos
qui paſſi fuerant iniuriam, quàm Eudoxia ad facien-
dum. Quamobrem nec ei quidem licebat cūctari: ſed
protinus quidem accerſit eum qui læſerat,forti autem
& generoſo animo ei exprobrat & arguit iniuſtitiam,
& aurum ab eo requirit,non quomodo Eudoxia, ſuū
morbum, non autem alienam plagam curans: ſed li-
bera & quæ odio malos habet mente mulierem de-
fendens. Cùm is autem adduceret multam centum
librarū quibus eum multauerat Imperatrix, & ſic nō
reddēdæ rationis quæreret ſubterfugium,beatus, Pro
delictis, inquit, publicis facta eſt illa exactio. Tu verò
non aliter effugies,niſi mulieri quingenta prius nume-
raueris. Cùm primum autē hoc veniſſet ad aures Eu-
doxiæ,illa mittit ad illum magnū, iubens eum qui de-
tinebatur abſolui à crimine,vt qui ſe ſaris defendiſſet.
Ille verò leonis pellem ſtatim induens, Imò verò non
dimittam, inquit, quoniam nec iuſtum eſt ô Dei le-
ges & præcepta, cum ante noſtros oculos ſit ea quæ
fuit affecta iniuria,eáque mulier externa & vidua,quæ
lacrymis operit,ait Malachias,altare domini, indigēs
eo qui ſit opem laturus. Quænam autē ſunt Deo tan-
tæ curæ quantæ hæc? Quod ſi me iubes eum dimitte-
re, at tu redde mulieri debitum ex iis quæ illius præ-
textu abſtuliſti amplius. Hæc quidem magnus ille.

Cùm autem illa ſemel & bis miſiſſet, neque quid-
quam proficeret, cum ipſe minoris faceret homines
quàm Deum offendere: & cognouiſſet rem ſibi eſſe
cum homine qui non cedebat temporibus, minas nō
formidabat, nec timebat ab vlla excidere rectione,
quæ quidem ſunt magna ex parte terriculamenta iis
qui ſunt parui & abiecti animi: ſed conſtanti & gene-
roſo ſpiritu fortiter vſque ad mortem reſiſtebat pec-
cato, & magis cauebat male facere quàm pati. Cùm,
inquam, cognouiſſet cum eiuſmodi viro rem eſſe ſibi
futuram, ira plena, videbatur enim minimè ferēdum,
vt quæ multos ſuperabat, videretur vno longè infe-
rior(eſt enim eiuſmodi res mulier,nempe leuis,& quæ
facilè mouetur, & plane inanis gloriæ ludibrium) iu-
bet extemplo, & duo quidem. Centuriones, eos ſe-
quente quę ſub eis erat manu,quam primum mittun-
tur,quibus fuerat imperatum ſtatim templum ingre-
di:& eum qui detinebatur vi illinc eripere. Et ſic qui-
dem Eudoxia:ignorabat autem ſe ea aggredi quę fie-
ri non poterant & bellum aduerſus Deum ſuſcipere.
Nam cùm illi veniſſent,& iam eſſent in foribus, & ir- C
rupturi eſſent,ô diuinum ſpectaculū, ô rem planè no-
uam, vident Dei Angelum ſpecie admirabilem, for-
ma terribilem,qui ſtrinxerat rhomphæam,& horribi-
liter arcebat ab ingreſſu. Hoc illi malum cùm vidiſ-
ſent, metu repletæ fuerunt illis animæ. Et protinus ni-
hil amplius facere decreuerunt,ſed quamprimum re-
uerſi ad eam quæ miſerat, ſtupendum hoc ſpectaculū
cum ſtupore narrarūt. Illa autem ſtupuit quidem ipſa
quoq; cùm audiiſſet, & de ſuo cepto aliquid remiſit
protinus. Solet enim quod mentis leuitate celeriter
ſuſcipitur,celeritate quoque ſimili excidere. Deinde
paulopoſt ad ſcopum priorem reuertitur & Frumen-
tio quodam ad eum miſſo, neque enim tam eſſe ne-
gligētem ſinebat amor pecuniæ,iuſſit perſuaſione po-
tius aggredi propoſitum. Magnus autem minime pa-
rens eius blanditiis dixit. Non quod delecter litibus,
neque quòd Imperatrici reſiſtere ſtatuerim, vobis,vi-
dear eſſe ſupramodum contentioſus, non per ſacras
leges & diuina eorum qui præceſſerunt dogmata &
diſciplinas: ſed ſimul quidem iniuria affectam defen-
dens viduam & quæ omni egebat auxilio, & Imperatricis animæ ſalutem procurans, ſic videar contradicere. Cùm ſanctus talem dediſſet reſponſionem,& oſtēdiſſet ſe nihil eſſe ceſſurum, qui autem fecerat iniuriam vidiſſet omnem ſpem eſſe ſibi irritam, & Imperatricis quam ſomniabat opem nihil habere momenti,& eſſe planè ficulneum, vt dicitur,auxilium,domum mittens aurum ex ſe ſoluit mulieri:& ſic liberatur ab obligatione. Paulopoſt autem Eudoxia, quęrebat enim faciendi quæ vellet libertatem, ſeu bene,ſeu ſecus ſe haberent,& neminem eſſe qui contradiceret, mittens ad ſanctum, & partim quidem minis, partim autem

autem blanditiis eum aggrediens, ſuadet vt deſinat
velle ei reſiſtere, dicens. Sed oportet te eſſe conten-
tum eccleſiaſticis: ciuilia verò omnino non ſubire,ſed
eis cedere Imperatoribus: quomodo ipſi tibi rurſus
eccleſiaſticis: ceſſare autem contra me conciones ha-
bere in eccleſiis. Nam ego quidem hucuſq; te obſer-
uaui vt patrem,& paternum, vt ſciunt omnes, honorē
tibi tribui. Tu autem niſi de cætero in nos fueris me-
lior,ſcias me non eſſe tolleraturam. His magnus Ioan-
nes magna affectus triſtitia,videbat enim cor eius par-
turire iniuſtitiam, & laborem improbè concipere, &
iniquitatem, vt dicit diuinus Dauid, parere, dixit iis
qui miſſi fuerant. Iubet me abſcedere à rebus ciuili-
bus. Tantum autem abeſt vt res attingam mundanas
& ciuiles,vt ſim ab eis tam alienus quàm ij qui diu an-
tè ſunt mortui,remoti ſunt à rebus quę ad victum per-
tinent: Sed cùm ſim Epiſcopus, & mihi commiſſa ſit
cura animarum,apertè ſcio eſſe periculum non argue- B
re iniquitatem. Vereor enim ne de nobis quoque di-
catur illud Oſee. Celauerunt Sacerdotes viam domi-
ni,ſi nos cùm iniuſtè aliquid admittatur,id feramus ſi-
lentio. Sed eum quoque qui peccat, iubet rurſus diui-
nus Paulus coram omnibus arguere,vt reliqui,inquit,
timorem habeant. Nos autem nihil illam in eccleſiis,
neque nominatim,neque apertè arguimus. Quocirca
nobis temerè ſuccenſet Imperatrix. Sinautem oratio
quæ inuehitur in eos qui ſunt obnoxij auaritiæ & aliis
vitiis,nonnullorum mordet conſcientiā,non illo nos,
ſed ſeipſos potius meritò reprehendant. Hæc & alia
his ſimilia cum audiiſſent ij qui miſſi fuerant, ſcriptis
mandarunt quæ dicta ſunt: & reuerſi dixerunt ſe nihil
efficere, conantes in cœlum iaculari, & radere leonē,
& aduerſus ſtimulos calcitrare,nebuláſque cædere,& C
tumulo prædicare: & alia quæ dicuntur de iis quæ nō
poſſunt fieri. Ille enim homo eſt metu ſuperior & mi-
nis,& aduerſus ipſam quoque mortem erigitur. Vnum
ſolum timet,nempe peccatum,& ne deum per ipſum
vel modicum offendat. Parua viſa ſunt hæc Eudoxiæ
acrique & effreni eius auri cupiditati. Quamobrem
ab ira & furore non deſiſtebat, ſed apud ſe habitātem
magis verſabat iram, expectās tempus & occaſionem
eius qui ipſam deſpiciebat vlciſcendi vſque ad ſatie-
tatem. Cùm ergo rectè ſe haberet eccleſia, & ædifica-
retur in dies ad pietatem,& reſpublica rigaretur quo-
tidie ab eius lingua, & vitam quæ eſt ex Deo ſuauiſſi-
mè produceret,etenim cum aliis malis hæc etiam quę
erant vſitata & familiaria incepit cōtemnere, nempe
equorum curſus & theatra,cœtúſque & orationes quę
nihil habebant vtile aut neceſſarium: & quod in ea po D
nebat ſtudium,conuertit ad currendum ad ædes ora-
tionis & ad templa Domini, adeò vt inter ſe conten-
derent, quis veniret prior in templum Domini, & in
eo verſaretur diutius,& maiorem perciperet vtilitatē.
Hæc quæ adeò pulchrè & piè ſe habebant inuidiam
magna afficiebant moleſtia,& ideo vehementem qui-
dem & periculoſam aduerſus eccleſiam excitat tem-
peſtatem: grauem autem & profundam ei offundit no
ctem,magno illo,proh dolor,luminari, & ſole anima-
rum,procul ab ea amandato & miſſo in exilium. Sed
cupitis ſcire,ſic ſcio,quoſnam habuerit grauis inuidia
qui celeres pedes ad hoc intulerunt. Nouit quidem
& alios ex Epiſcopis & Clericis quorum animus erat
aptus vt maligni ſuſciperet ſemina, Qui fecerunt con-
ſilium & non per me, Hæc dicit Eſaias differens in
perſona Domini: & pacta conuenta,& non per ſpiritū A
meum & nonnullos etiam qui erant ex ipſa aula Im-
peratoris. Ne mulieres quidem ſe ab hoc iniquo cœtu
abſtinuerunt: ſed eæ quoq; maligno fuerunt pars ger-
mana. Erant quædam mulieres quæ mundo delecta-
bantur & erant obnoxiæ vitiis. Quæ quidem quòd ab
illius lingua ſauciatæ fuerant,in eum vehementes con
cipiunt & effundunt ſpiritus. Quos autē habuit acrio-
res aliis aduerſarios ij fuerunt Alexandrię Theophilus:
Berrhææ Acacius: Seuerianus Gabalorum: & Antio-
chus Ptolemaidis. Præter hos duos Presbyteri, &
quinque Diaconi ſimul eruperunt. Cereopum impro-
bum quendam cœtum eo dixerit quiſpiam, aut viros
ſanguinum & fraudis, vt è diuina ſcriptura aliquid di-
catur potius. Sed ſatius fortaſſe fuerit oſtendere vn-
dénam bellum cœperit in eccleſia. Erat Alexandrię
Presbyter quidam nomine Petrus, qui in Presbytera-
tu ſuæ eccleſiæ primas partes obtinuerat. Is cùm ne-
ſcio quomodo in odium veniſſet Theophilo,quoniā
ad machinandum aliquid & ſtruendam calumniam,
erat eorum qui ex toto ſeculo fuerūt ingenioſiſſimus,
non parua labe per fraudem eum aſpergit,nēpe quod
mulierem quādam hæreſis Manichæorum, cùm eam
execrandam nondum repuliſſet opinionem, admiſiſ-
ſet ad communionem. Eo autem aſſerente, & ipſam
prius illam abiuraſſe opinionem, & admiſſam eſſe è
ſententia eius qui nunc eſt accuſatoris, tanquam hoc
non ſufficeret ad fidem faciendam, ab eo quoque ad-
ductus eſt teſtis Iſidorus Peluſiota,vir,& vita,& dicē-
di facultate vnus ex præſtantiſſimis, & præterea ab
ipſo quo magno Athanaſio relatus in numerum Preſ-
byterorum. Atque ipſe quidem tanquam ab Iſidoro
extrema affectus iniuria, & vt ab illo conuictus, pro-
pterea quod oſtendiſſet veritatem, Petrum quidem
præter rationem expellit è ſacerdotio, non propter
aliam cauſam niſi propter inimicitias. Deinde etiam
quærebat occaſionem, per quā ſuæ improbitatis tro-
phæum ipſum quoq; erigeret Iſidorum. Quod etiam
facit paulopoſt, aliūde ad iram incitatus, Hinc autem
fuit commotus. Iſidoro dantur mille aurei à Theo-
dote, quæ fuit vxor Theodori præfecti prætorio. Ea
verò mandauit Iſidoro, vt pauperibus quæ erant Ale-
xandriæ mulieribus emeret indumenta. Hoc Theo-
philo non communicatum, in eum peperit iram, mi-
nime tolerandam. Cauſa autem erat,ne ſi ille, inquit,
acceperit, conſumat in lapides vt ſolet & in ædificia.
Cùm autem interrogatus Iſidorus cōfeſſus eſſet,& di-
xiſſet ſe id feciſſe quod volebat quæ dederat,tūc qui-
dem nequaquam oſtēdit ſe fuiſſe iratum,ſed ſub Plu-
tonis,vt aiunt,galea celat iram, in cordis penetralibus
Pontifex fouens æmulationem. Paulopoſt autem eam
aperit,& grauiſſimam machinatus calumniam. Sciebat
enim ille ſicut prius diximus,optimè dolos ſtruere &
machinari inſidias,cùm illam mandaſſet litteris,& or-
dinem deinde ſacratum vocaſſet ad concionem, ipſo
præſente in quem erat adornata calumnia. Hanc, di-
xit, Oſſidore,oſtendans ſchedulam quam habebat in
manibus,ante decem & octo annos cōtra te mihi tra-
ditam, quoniam in aliis occupatus victus fui ab obli-
uione, nunc rurſus propter alia fortè perſcrutans, in-
ueni. Agebat autem tunc Iſidorus annum vitæ octo-
geſimum,vir qui exercitatione & laboribus lōgis iam
conſenuerat,& ipſum habebat vultum nuncium vir-
tutis, & qui eorum qui videbant animis poterat ma-
gnam afferre reuerentiam. Cùm ergo poſtquā hoc
ſic dixiſſet, peteret vt protinus de obiecto crimine
cauſam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauſam diceret, id autem erat Sodomiticæ libidinis, A
Iſidorus ſtatim placidè & vt ſe dignum erat. Eſto, inquit, chartam tunc datam latuiſſe: quomodo non rurſus proceſſit is qui dedit? attamen ſi ne tunc quidem aderat, at nunc adſit: & oſtendens quiſnam ipſe ſit, dicat in nos. Cùm ergo nihil haberet quo poſſet calumnia videri fide digna, quid facit? Quodam adoleſcente corrupto pecuniis, eum pulchrè inſtruit ad ſicophantiam. Deinde ille abiens rem matri communicat. Illa autem partim quidem Deum timens, partim autem ſuſpectum quoque habens quod erat in præſentia iudicium, ne fortè manifeſtum redderet id quod erat compoſitũ, Iſidoro rem ſignificat: & quod quindecim aureos accepiſſet eius filius quos ei dicebat dediſſe ſororem Theophili, mercedem cõparatæ in illum Sycophantiæ. Hęc cùm audiiſſet quidem Iſidorus, egit ſilentium, ſoli Deo relinquens vniuerſum, B
vt qui laudes quidem celare potius didiciſſet, non autem vituperationes. Adoleſcẽs verò ratus ſic ſibi rem in tuto magis futuram, in diuinum templum accedẽs, confugit ad altare. Cùm autem ſic magis in dubiũ veniret Theophilus, abdicat, proh dolor, ob tam leuem calumniam Iſidorum, & arcet ab eccleſia. Deinde ille cum hoc pro lucro habuiſſet & id ex eius ſucceſſiſſet ſententia, dans nullam rei dilationem, venit ei in mentem ad montem Netriæ proficiſci, vbi prius ab ineunte ętate egerat pulchram vitam exercitationis. Illic ergo rurſus vacabat cum Deo ſolo congrediens. Sed ne ſic quidem ei concedebatur eſſe extra teli iactum: neque erat euitaturus Theophili laqueos, vel potius cõmunis omnium hoſtis qui hæc mala Iſidoro intulerat, eius virtuti inuidens: & Theophilo auctor fuit vt Deũ offenderet, illum oppugnans per ea quæ ſe offerebãt. C
Tunc enim mota erat quæſtio in monaſteriis quę erãt in Aegypto. Vult autem oratio nobis rem paulo altius repetitã declarare. Quæſtio autẽ erat cum alij quidem corpus Deum eſſe dicerent, planéque indutum figura & perſona & forma hominis, ij ſcilicet qui erãt paulo rudiores & craſſiores, alij verò eum omnino ponerant incorporeum, ab omníque ſimilitudine & forma hominum liberum, hoc autem dicebant qui erant doctiores & acutiores ingenij. In hac verò ſententia cum eſſet Theophilus, eos qui Deum dicebant humanæ formæ ſimilem non leuiter ſed admodum vehementer abdicabat. Quod quidem cùm compertum habuiſſent qui erant in Aegypto Monachi minus participes rationis, id in eos immiſit tumultum, & illum de medio tollere vt qui eſſet blaſphemus, & non ſanæ D
opinionis, putabant eſſe maximum Dei cultum. Ille autem callido inuento rem quæ aderat aggrediẽs, Sic ego, inquit, vos intueor tanquam Dei faciem. Hoc cũ illi audiiſſent, repreſſerunt quidem protinus illum cædis impetũ: ei autem dixerunt. Si eadem quæ nos germanè ſentis, vnum tibi ſolum deeſt, nempe vt libros Origenis ſubiicias anathemati, qui maximè Deum eſſe corpus & faciem habere homini ſimilem, ſinũt quidem in aures cadere. Ad hæc Theophilus. Quid autẽ inquit, prohibet quominus hoc faciam, qui ab origine maximè diſſideo, & cum eo acriter bellum gero? Hæc cùm dixiſſet & eſſet pollicitus, iram ſedauit monachorum. Sic ille ſemper anceps, & facilè ad vtrunque annuens, & ſe temporibus accommodans, cum oporteret eum vt qui eſſet Epiſcopus, & cui commiſſæ erant animæ populi, non vti figmento & ſcena ad decipiendum, & ſic illos relinquere ægrotantes: ſed quàm fieri poſſet optimè diſtinguere & verbum veritatis rectè adminiſtrare. Et vtrique parti componere ſeditionem, paternè docentem, ſed non artificioſè diuerſum perſuadentem, dicere ipſum quidem per ſe Deum eſſe incorporeum & figuræ expertem, corpus autem & faciem & formam humanam vnigenitum Dei verbum accepiſſe arcanis rationibus ſuæ benignitatis. Deinde cum etiam rurſus ſurrexiſſet poſt mortem pro nobis ſuſceptam, in ſimili ſcilicet figura carnis humanæ, ſic in cœlum eſſe aſſumptum, hoc enim eſſe ſummæ vnionis & ineffabilis in ſuum figmentum beneuolentiæ: & ſic manere ſedentem ad dexteram patris. Nondum euaſit manifeſtum quod dictum eſt, ſed alia luce adhuc indiget oratio ad apertè declarandum id quod eſt propoſitum. Erant quatuor monachi, fratres corporibus, fratres animis, Monachorũ omnium qui erant in Aegypto & doctrina & vita longe excellẽtiſſimi. Eis erant nomina, Dioſcorus & Ammonius, Euſebiúſque & alius Euthymius, quos etiam longos vocabant ob ſtaturæ fortè proceritatem. Hi non ſolum ab Alexandrinis plurimi fiebant, ob mores & vitæ probitatem: ſed Theophilo quoque erant chari & in magno apud eum prætio habebantur: & eos amabat æquè ac ſuos oculos, & in medio cordis ſui habitabant. Hæc autem ita ſe habebant quandiu fuit ille Deo amicus, adeò vt perſuaſum Dioſcorum, vix enim attrahit honorem virtus, conſtituerit Epiſcopum Hermopolis. Ammonium autem & Euthymium honorarit Sacerdotio: & eis tradiderit eccleſiæ adminiſtrationem, & fecerit Oeconomos. Cur nõ dico quod eius in ipſos maximam ſignificat beneuolentiam? Elegit eos qui cum ipſo habitarent & eſſent toto tempore vitæ ei conuictores, vt eos nec à corporis C
ac animæ oculis pateretur diſcedere. Sed hæc quidẽ quandiu Theophilus erat, vt diximus, verè Theophilus, id eſt pius ac religioſus. Cùm autem eum vidiſſent declinaſſe ad auaritiam, & magna ex parte aurum magis amare quàm Deum, & vt pararet pecunias acerrimum ponere ſtudium, tanquam noxiam recuſantes cohabitationem, ſolet enim vitium mutare facillimè, elegerunt ſolitudinem & illic vbi prius verſari.

Hanc ille diſiunctionis cauſam cùm intellexiſſet eſſe ſui condemnationem, valde ægre tulit: ipſóſque manibus & pedibus, vt dicitur, cœpit moleſtia afficere, primum quidem illos criminãs apud Anthropomorphianos, dicebat eos conuenire cum Origene & eandem quam ille tenere opinionem: & decernere Deũ eſſe incorporeum, & ideo dicit oportere, eos tanquam male ſentientes, & quid aliud quàm hæreticos, expelli. Deinde finitimis quoque iuſſit Epiſcopis, vt nõnullos Monachos qui eadem quæ ipſi ſentiebant, & in ima habitabant ſolitudine, cum non prius ſignificaſſet cur hæc & quidnam fecerant, iubet è monte quamprimum deturbari præcipites. Monachi ergo illi fratres venientes Alexandriam conuenerunt Theophilum: & cauſam rogarunt propter quam eos ille ſic cõdemnaſſet. Ille autẽ protinus ira plenus & inſtar ignis micantibus oculis, natura enim ſubito mouebatur impetu, nec poterat vllo modo ſuis manibus temperare, Ammonij collum pallio comprehẽdit: Deinde etiam ſuis pugnis eius maxillas contundens, acclamat, Anathemati ſubiice Origenem. Erat autem Origenes quidem plane Patroclus: & eadem quæ ille ſentire, quæſitus prætextus. Vera autem cauſa apertè erat in illum & fratres odium. Sic extrema contumelia affectos, viros

ros magno honore dignos & reuerentia, dimiſit cum A
dedecore. Deinde vicinis cum nihil opus eſſet accerſitis Epiſcopis illos ſanctos cum nec adeſſent nec ſuã cauſam defenderent, quòd prauum & corruptũ dogma tenerent, criminatus, ipſos ſimul & diuinum Iſidorum datos Anathemati abdicat. Erat autem non extremè malum, neque ſic vt non eſſet piæ & religioſæ animæ, ſi hactenus repreſſiſſet impetum. Ille verò minime ſed cum quoſdam abiectos & nullius nominis homunculos quinq; numero, alium aliunde ex tenebris & angulis quomodocunque coẽgiſſet. Et alium quidem ex his, propter defectum ciuitatis in viculo conſtituiſſet Epiſcopum, in quo ne prius quidem erat nomen Epiſcopatus, alium autem Presbyterum, alios vero Diaconos eis tradidit libellos aduerſus diuinos hos viros compoſitos, quos ille, ô diuina iuſtitia & dei omnia intuẽtes oculi, latenter compoſuit. Iubens eos B
ſibi dari quando concionabatur. Acceptis ergo libellis, quorum ille erat pater, cum proceſſiſſet & Auguſtali eos communicaſſet, ab eo petit manum militarem: vt ſanctos viros vt qui malam tenerent opinionem, procul à tota Aegypto expelleret, & accipit quidem ad quingentos. Cùm autem ipſe quoque manũ non paruam adieciſſet, viros audaces & ad nouãdum aliquid egregios, & deinde etiam eorum impetus dato vino incitaſſet, vir ipſe acerrimus & cuius impetus non poterat cohiberi, noctu ducit exercitum in Monachos, contẽdens erigere trophæum. Quod quidem neſcio an vlli alij qui eſſet quidem Pontifex vel minimum conueniret. Alioqui autem ſi nulla alia de cauſa, & ſuæ quidem certè honeſtatis gratia à re tam vituperanda debebat abſtinere. Aut enim prȩcedentem quę ei cum viris interceſſit amicitiam, dixeris eſſe animi C
leuitatem quæ eligit ante probationẽ, aut quod poſtea exortum eſt odium, euidentem improbitatem, cui eſt etiam hoc magis adſcribendum. Eſt enim virtus eorum manifeſta, & eius qui illos oderat malignitas. Atque primum quidem Dioſcorũ expellit è ſede per quoſdam ſuos famulos Aethiopes. Oportebat enim illum vti talibus miniſtris. Deinde etiam tyrannice & per vim ei aufert ſuæ Eccleſiæ diœceſim, & montem ſpoliat, tanquam Imperator quiſpiam electus & præfectus bello gerendo contra Monachos: & eorum domos deripit, tres illos miſer diligẽter perſcrutans, Ammonium inquam cum aliis, quos ne Momus quidem reprehendiſſet, & qui erant omni ex parte fratres. Cũ autem non poſſet omnino inuenire, ſe enim ipſos in puteum demiſerant, viros non aſſecutus vir puſilli & abiecti animi, ſe protinus conuertit ad materiam: & D
tanquam inſaniæ nimiam oſtentans abundantiam, in eam effundit iram, domos illorum & omnem ſuppellectilem, erant autem nonnulli quoq; libri ſtudioſorũ, omnia ſimul igni mandans. Accidit huic improbo imperatori aliud quoque facinus, quod omnino quidem illi ſatis congruit nec eſt eo indignum, & autem dignum non paucis lachrymis. Infans enim qui incidit & ſacra quędam ſigna ſacramentorum, ea quoque ab igne conſumuntur. Cùm vix tandem ab ira ceſſauiſſet, reuertitur Alexandriam Pontifex cum talibus victoriis. Illi autem vix tandem ſecuri & à metu liberi, nudi exeunt è puteo, pudenda ſolum ſuccincti linteis: & obibant ſimul Alexandriam fugitiui, præda quam non potuerat aſſequi Theophilus & illius inſania, miſerabile iis qui videbant ſpectaculum, etiamſi virtute erant induti ſplendidè, & ab illa pulchrè ornati. Eos

cùm agnouiſſent Alexandrini, zelo & irâ ſtatim repleti, vt ſunt acres & vehementes, lampades in manus ſumentes, & Theophilum vbicunque eum eſſe putabant, publicè circumſiſtentes: nonnulli quidem cœperunt incendere: alij autem bona diripere. Cùm verò iam ad ſacra vaſa eſſent venturi, Præſes timens periculum, acceſſit eos liniens, & humanitate eorum iram volens ſedare. Illi autem magis efferebantur. Theophilum tãquam venatici quidam canes naribus indagantes, & vltricem in eum manum cupientes immittere. Atque Præſidi quidem ſuadebat metus eum iam tradere, propter concitatam illam eorum qui ipſum quærebant incurſionem. Sed ille cum ſolis pedibus ſibi quęſiiſſet ſalutem, in quodam loco ſecreto ſe infodit, timidus repentè apparens qui tanta erat audacia, & mus modo picem guſtans. Deinde cum Præſes accepiſſet Monachos & eos induiſſet veſtibus, ſic enim ſtudebat populũ ſedare ſicut diximus, & impetus eorum reprimere, oſtendebat præſentes. Cùm autem nihil proficeret, timens ne ipſe fieret iræ trophæum, & lueret pœnas furoris in Theophilum, accedens iurat Theophilum nequaquam ei oſtẽdiſſe cauſam cur eos viros quæreret: ſed dixiſſe quod eſſent corrupti in religione: & quòd non ſatis ducerent ſi ipſi ſoli ægrotarent: ſed alios etiam conarentur inducere ad ſuã communionem. Si enim ſciuiſſem, inquit, quod animo agitabat, non modo non præbuiſſem milites: ſed nec illũ ipſum quidẽ ſiuiſſem egredi. Cùm ſic dixiſſet, vix tandem eis perſuaſit vt recederent. Poſtea autem Theophilus, cum & ipſum Præſidem & quicquid erat clarum & illuſtre in ciuitate, erat enim res pecuniaria eis in magnas adducta anguſtias, donis expleſſet ad ſatietatem, in ſuam ſedem, quod vtinam non factum eſſet, reſtituitur. Atque alij quidem ex his ſanctis viris alibi ſunt diſperſi. Dioſcorus autem, & plures alij ex melioribus, non ſolum ex Monachis ſed etiam ex ſacerdotibus eum ſecuti, accedunt ad Siluanum Epiſcopum Hieroſolymitanum. Sed ne ſic quidem eos ſiuit quieſcere illa omni tumultu plena ſemper anima: ſed ſcribens ad Siluanum. Nõ oportebat, inquit, omnino præter meam voluntatem meos excipi fugitiuos. Ignorantiæ autem eſt ignoſcendum, ſi deinceps iſti non eccleſiaſtici non priuati loci fuerint omnino apud te participes. Sic cùm animo omni ex parte dubij & perplexi eſſent monachi, neceſſario quod intercedebat itinere confecto, veniunt Conſtantinopolim: & ad bonum hunc, ad quem enim alium poſſent? paſtorem accedentes, qui erat lingua quidem dulcis, magna autem miſericordia animam habebãt exhilaratã, rogabant vt eis ferret auxilium qui in malum virum inciderant, & ab eo ea paſſi ſunt mala quæ nullus fere homo ab homine: & quid enim aliud, inquiunt, vel ipſam modo inuidet vitam? Hęc cũ attẽdiſſet vir beatus, & vidiſſet viros, numero quinquaginta, vultu moderatos, ſermone eruditos, magna mẽbrorũ macerationę latentem magnam oſtendentes virtutem, miſertus eſt eorũ calamitatis. Quidni enim miſeretur ſic affectorũ qui erat humaniſſimus? Et quam domi habebat conſolationem, ante omnia eis prębuit lacrymas: & apertè oſtendit ſe ex eorum malis ſimul cum eis dolorem accipere. Deinde cum quemadmodum res eorum ſe haberent didiciſſet, eos quidem habuit in honore, & iuſſit eos in præſentia manere in templo quod vocatur Anaſtaſiæ, iuſſit autem eos linguam continere & nemini cauſam aperire cur veniſſent, communione

verò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò eos non impertiit, dicens non oportere quousque de eis scripsisset ad Theophilum. Cùm autem contigisset quosdam ex familia Theophili adesse Cõstantinopoli eos accersitos interrogat, an agnoscant eos qui nunc accessere Monachos. Illi autem dixerũt se & nosse, & se scire eos esse grauissima passos à Theophilo. Ad ipsum ergo scribit ille vir magnus & rogat vt his viris irasci desinat, eosque accipiat, & eorum conspectum admittat, qui nihil habet quod ei afferat tristitiam. Ille autem simulat quidem se exaudiisse: sed cor eius nequaquam consentiebat cum labris. Accersit enim illos circulatores, quibus Episcopatum & sacerdotiũ indigne crediderat: & eis traditis libellis quos ipse aduersus eos viros cõposuerat, mittit ad Imperatorem, in eos ementitus hæresim & præstigias qui erat ipse valde peruersa & ementita conscientia. Cum ergo his viris bonis esset euidẽs odium quod in ipsos cõceperat Theophilus minime posse curari, illi B præsentem necessitatem adhibentes in consilium, magno Ioanni tradunt scripta, in quibus sita erant multa Theophili facta minime honesta. Ille autẽ eos quidẽ rursus admonet vt eum nihil accusent, ad ipsum verò scribit, consulens vt eis quamprimum agnoscat, vt qui iam vincantur & aduersus eum dicere propositis scriptis sint incitati. Quod ergo tibi videtur quamprimũ significetur. Non possunt enim persuaderi vt à scopo desistat. Atque sic quidẽ se habebant litteræ. Eum autem protinus inuasit furor, non in illos, sed in eum potius qui curam gerebat vtriusq;. Ei enim dabat nimiũ reprehendendi studium, vt aduersus omnes cõtenderet. Protinus autem scribit in hunc modũ. Existimate non ignorare quæ decreta fuerunt à Patribus Niceæ, qui pronunciarunt non oportere Episcopum iudicare extra terminos suæ Diœcesis. Sinautem ignoras, inquit, disce, & abstine ab iis quæ ad me pertinẽt. Nam si iudicari oporteat, erit hoc apud Aegyptios, nõ apud te qui à nobis abes tam longo interuallo. Cùm tam acerbè scriptæ essent litteræ, viri illi desperantes se posse à magno Ioanne consequi auxilium, à re dubia & cuius exitum non poterant inuenire vincuntur: & à necessitate qua nihil fortius est, vt aiunt, persuadẽtur, aduersus Theophilum aut calumniatores, nihil quidem falsi sicut ille, sed veros libellos componere. Eos autem accedentes tradunt Imperatori. Ab eo verò profertur sententia. Calumniatorum quidem causæ cognitionem & examinationẽ esse Præfectis mandãdam. Theophilũ autẽ, oportebat enim maiori mandari iudicium eius qui erat maior vitio, vel inuitum sisti, & hoc magno viro Iudice reddere rationem. Lit- D teræ igitur Imperatoriæ, aliæ quidem statim missæ sunt ad Præsidem Alexandriæ, vt ad vrbem regiam quàm primum mitteret Theophilum, aliæ autem ad Episcopum Romanum, is erat Innocentius, præterea verò ad Honorium quoq; fratrem Imperatoris, hortantes vt mitterentur Episcopi & legati qui dici solent τοποτήρηται id est locum tenentes vt quæreretur de Theophilo & de Monachis Netrię. Atq; calumniatores quidem à Præfectis interrogati, quoniam fieri nõ poterat vt mendacium superaret veritatem. Confessi sunt omnia esse Theophili: illiúsque belluæ Aegyptię aduersus innocentes figmenta & machinationes. Cõdemnantur itaque coerceri in carcere donec ipse venerit. Theophilus autem cùm eum vidisset qui ad ipsum missus fuerat, cui etiam imperatum fuerat vt vel inuitum duceret, quoniam nõ bonã spem ei prænunciabat iudicium cõscientiæ, neq; veritatis poterat habere auxilium, quam aduersus se ad bellum valde prouocauerat, vt qui se maximè adiunxisset mẽdacio, ad thesauros aspexit & ad crumenas, quę quidem sciebat delinire & incantare multorum animos, & quibus intelligebat magna ex parte prodere veritatẽ: & non solum persuaderi, sed etiam seruos effici, eos qui lucrum existimant melius libertate. Cùm magnis itaq; muneribus & ipsius Præsidis dexteram ipse placasset, ei permittebatur manere securissimè. Videtur enim verũ esse quod vulgò dicitur, nullum malum facilè perire. Vt autem bene in eum affecti essent qui rerum potiebantur procurans, cõgestis Aceruis Arabicorum aromatum & cæterorum quæ erant rara & peregrina, se parat ad iter incundum. Episcopi vero Romę ad quos scriptum fuerat vt venirent cùm essent parati, expectabant vt mitterentur litteræ quæ instarẽt vt venirẽt, ne si ante tempus venissent, in externa regione diu frustra sederent. Dum hæc autem fierẽt, falsa fama aures scalpens Theophili quæ erant faciles ad credendum, quòd Ioannes Dioscorum admisisset ad communionem, eum ad insignẽ accendit insaniam. A mala enim conscientia omnino facilè creditur malus rumor, vt quæ ex suis moribus aliorum quoque mores metiatur. Ascendit itaque Theophilus Constantinopolim, non tam vt suam componeret controuersiam, quàm vt alij inureret labem & reprehẽsionem. Id autem erat vt vlciscereturquidem Dioscorum: Ioannem verò è sede deponeret. Verum enimuero hoc quidẽ prætextu, quod librorum Origenis propositurus esset interdictionem, statuit secũ assumere Episcopos qui erant suæ diœcesis. Cùm fuisset autẽ in Cypro, Deo charũ C Epiphaniũ, qui non solũ vita sed doctrina quoq; erat clarus, arte inducit ad amicitiam & si antea ei esset inuisus & malè audiret, vt qui cum hæreticorum cõueniret opinionibus. Cùm eo ergo & cũ Cypri Episcopis faciens concilia, prohibuit lectionẽ librorum Origenis. Epiphanius autẽ præ magna omnino simplicitate & moribus à malitia liberis, quę intra eũ qui apparebat habitum insidebat, Theophili astutiã non cognoscens, persuadetur ad insignem illũ scribere Ioannem, vt abstineat à libris Origenis. Ille autẽ non hæc solũ, sed alia etiam quæ aduersus eum facilè attendebantur parum curans, ex vno solo pendebat pro omnibus, nẽpe à spe in Deum. Sed vt & illius zelus in res honestas appareret clarius: & eorũ qui in ipsum temerè gerebant inimicitias nota esset improbitas, quædã res accidit, quæ sufficit ad vtrunque ostendendum, & valde grata erit auribus quæ oderunt improbos. Vir quidã illustris in hac regia ciuitate, vita pius, fide religiosus, nomine Theognostus, iis cum cuidam Arriano extitisset inuisus, per calumniã accusatur apud Imperatorẽ, & fit eius linguę certamen nõ laudabile. Accusatio autẽ erat, quod ipsum & Imperatricẽ clanculum maledictis insectaretur, & lingua calũniatrice in eum vteretur. Hinc factum est, vt & vniuersa eius bona publicarẽtur, & miser damnaretur exilio. Atq; ille quidẽ cũ proficiscereturad ciuitatẽ, in quã fuerat relegatus, ea verò erat Thessalonica, iámq; propè esset, abducitur ad eã quæ est longissimè remota, & à qua non licet expectare reuocationẽ, suo vitæ fine accepto in itinere. Eius autẽ vxor, quid enim aliud nisi esset lapis, nisi ferrũ? afflicta & perdita cõcursu malorũ innumerabilium, mariti priuatione, priuatione bonorũ, tam graui eius qui simul habitabat exilio, nõ à domo solum, sed etiam

etiã à vita separante, non poterat sedare luctũ, nec vnquam cessabat à lachrymis. Vnum ergo ipsa quoq; nouit solatiũ nempe ad magnũ illum virum refugium, & cũ accessisset & quomodo res suę se haberẽt renũciasset, inuenit ipsum diuinũ medicamentũ dolorũ suorũ longe acerbissimorum, nõ verbis tantũ medicans, sed factis vt oportebat curãs indigentiã. Quantũ enim satis erat frumẽti ei tribuit ex xenodochio ecclesiæ. De cætero autẽ expectabatur tempus quo pro ipsa intercederet apud Imperatorem. Sed quales sunt inuidię insultus, vitæq; iniqui & graues casus? Nam cum illa à prioribus malis nondum respirasset, rursus opprimitur pondere alterius calamitatis, adeò vt vna quidẽ effunderetur vt aiunt, altera verò influeret. Sic autem se habebat. Tẽpus erat vindemiæ, Eudoxia verò ipsa quoque egressa è ciuitate ambulabat in quodã agro Imperatoris, erat autẽ situs non procul à vinea viduæ, Cũ B autem botrum ex vinea viduæ sumpsisset Imperatrix, eo vsa est. Cùm quidã autem dixisset vineam esse alienam. Sed ipsa quoq;, inquit Eudoxia iam relata est in numerum agrorum Imperatoris. Hęc enim in vsu erat cõsuetudo longe improbissima, auaritia ne an execrãda adulatio hanc induxerit incertum, vt quæcunque agrum Imperator ascendisset & de eius fructu gustasset, is statim recẽseretur inter agros Imperatoris, Agri verò dominus vel eum cum alio permutaret, vel iustũ prætium assequeretur. Cum ipsa quoq; hanc attendisset consuetudinẽ, & maximè eius moribus cõuenientem, & iudicaret esse imperij propriũ facere iniuriam, & nõ posse aliter ostendi quid ipsa posset, aufert agrũ, simul etiam studens eam afficere molestia, acceperat enim ipsam ad beatã illam animã confugisse: & illum à sede deponẽdi quęrens occasionẽ: sciebat enim C ipsum non esse toleraturũ si veniisset ad eius cognitionem, sed omni ratione ei opem esse laturũ. Quid ergo consequitur? Ille quidẽ ab hac miserabiliter ciulante inflãmatus visceribus, scribit ad Imperatricẽ mouens ad misericordiam, patrum pietatẽ reuocans in memoriam, & Dei timorẽ, terribilisq; tribunalis cogitatione cõmouẽs eius animam. Sed incuruum lignũ nunquam feceris rectum: nec asperum erinacium vnquã leuem reddideris: nec effeceris vt cancer rectus ingrediatur. Mala enim consuetudo cum apprehenderit animã facilem ad improbitatem, facilè imprimitur & inuritur: neq; vllam audit omnino rationem, sed vix fieri potest vt deleatur, vt quæ tantum possit quantum natura immutabilis. Ipsa ergo dura & graui corde, & quid aliud quam mala mulier, non solum nihil, nõ litteras, nõ ipsam eius qui scripserat reuerita est omnino D dignitatem: sed visa est magnã acerbitatem celare in animo. Fuit enim hoc euidens ex iis quæ scripsit, magnum Ioannẽ vocans insolentem, & linguæ intemperantis: & qui eum quem par est honorẽ ei minimè tribuit: & qui ignorat eas quæ latæ sunt leges, ex quibus dicebat hanc vnam esse admirabilẽ & lõgè iustissimã, quæ prodigioso quodãmodo, agrum quem solum ingressi fuerũt Imperatores, eum protinus facit illorum, etiamsi is fuerit peregrinus & planè alienus. Hæc cũ legisset homo Dei, non fuit retardatũ eius promptum animi studiũ, cum statim primũ facto periculo non esset assecutus. Neq; quod suum erat à se esse censuit faciẽdum, aut aliquã attulit excusationẽ, interiecto tempore aliquo & dilatione, vt in rebus huiusmodi solet multis euenire, dum aut cedunt dubitãtes, aut tempora reformidant, sed nihil faciens quicquid posset ar-

A cere eius impetum, vt qui paratus esset toto pede currere, ille ipse accedit ad Imperatricem: & cum multa dixisset, & omnẽ lapidem, vt aiunt, mouisset, eã autem vidisset minimè cedere, sed improbã hanc consuetudinem tanquã inexpugnabilẽ & immobilem aliquam legem proferre, opus habet austeriore medicamento propter morbi repugnantiã. Redde ergo, inquit, mulieri quod suũ est. Quid enim te vxori Achab studuisti cõparare? Hæc postquam audiuit Eudoxia, ira magna incensa ignem spirabat: & veluti semi insana & emotę mentis, ne poterat quidem omnino contineri: sed clamabat & domũ implebat vociferatione, dicens: Ego me vlciscar: nec diu patiar me tãquã infamem fœminam affici contumelia. Viduæ autẽ non modo vinea, sed nec pro prætio quidẽ ei quidquã omnino soluetur. Sic magnus Ioãnes reuersus è regia præcipit tẽpli Ianitoribus, vt si accessisset Eudoxia, ei fores protinus B obserarent, neq; eam ingredi sinerent. Parum temporis interfluxit, & aderat dies festus quo diuinæ crucis lignũ in altũ tollitur. Vniuersus itaq; populus confluebat in templũ: neq; vllum genus aut vlla ætas aberat. Neq; enim dies festus solũ eis causa erat vt venirent, sed multo magis linguæ Ioannis auditio. Omnibus enim iniecerat tam vehemens audiendarũ orationum suarũ desideriũ vt sæpe cum cõcionaretur, essent adeo afflati auditores vt ab eius lingua quodãmodo penderent: eíq; sublimẽ tollerentur simul animæ & corpora: eiúsq; attenderent labra quæ mouebãtur, nõ tanquã dicentis sed emittẽtis quid poculentũ nectareúmq; & perspicuũ. Ea de causa studio erat omnibus ne abesset quisquã ab auscultatione: quinetiã vt ipsa quoq; verba nõ semel audita negligerẽt: sed omni stu C dio ea per veloces scriptores exciperent, & tanquam thesaurũ reponerent. Cũ ergo hæc ita se haberent, & Imperatrix veniret cum omnibus cũ magno comitatu & cũ fastu regio, Ianitores steterũt in foribus & fecerunt id quod eis fuerat imperatũ. Quod quidẽ ferens egerrimè Eudoxia, cœlũ terræ miscebat: & valde vociferabatur: & populũ qui aderat vocabat in testimonium vt conscios ei factæ iniuriæ. Deinde etiam cum fores vi truderentur, quidã ex iis qui aderãt, audacius aliquod factũ volens ostendere, strictum gladium intendit in sacram illã portam. Diuina autem fuit consecuta iustitia, nõ vt sæpe solet lento passu, sed euestigiò. Nam cum ille ensem sustulisset, simul quoq; temeraria dextera exaruit & extitit otiosa. Terret miraculũ Eudoxiam. Quinetiam quicunq; cum circumsistebant, magno timore sunt affecti. Quod enim à diuina lingua Ioannis fuerat imperatũ, non temere factum erat, neq; depẽdebat ab aliqua mente humana: sed diuino zelo apertè fiebat ad Dei gloriã. Quanã de causa, dicens. Ne sancta despicerẽtur, neq; multis sic paterent, aut potius indignis. Quomodo emẽ digna, ô Dei rationes & leges, quæ pecuniis furebant & rapinis & rerum alterius tanto amore tenebatur vt nõ verbis, nõ admonitionibus, maxime tanti viri cederet: & nõ solum non desisteret facere iniuriã, sed etiã insurgeret in eos qui volebant corrigere? Quid aliud faciens, quàm quod plane solent furiosi? & qui & medicis & eorũ qui alioqui ipsorum curam gerunt, non solum sæpe graues manus, sed sæuos quoq; dentes immittunt? Atque sic quidẽ Eudoxia à sacris exclusa vestibulis cũ nihil amplius facere nec se vlcisci potuisset, imò ne melior quidẽ euadere voluisset, reuertitur. Qui autẽ in manu acceperat disciplinã, cũ vt videtur non esset tam ob-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuſo ingenio, neque ſimililter atque illa malitiæ immedicabilis: ſed ſimulátque plagam accepit euaſiſſet cordatus, & oſtenderet latentem animę nobilitatem, accedit ad magnum Ioannem, & in conſpectu omniũ confeſſus eſt ſe peccaſſe, & oſtendit magnam pœnitẽtiam. Ille autem cum benignis oculis intuitus, & acceptionem præſentem habens pœnitentiã, quàm propter priorem iratus fuerat impudentiam, vt qui eſſet promptior ad beneficium humanè conferendum quã ad iuſtè puniendum, iubet ad templi lauacrum, volens imitari Chriſtum etiam in miraculis, abluere dexterã quę fecerat iniuriam. Quod quidem cum factum eſſet eam ſtatim habuit ſanam & robuſtam, & ad Deum ſepulchrè extollentem in confeſſione gratiæ. Non multo poſt autem Epiphanius cedens non honeſtis Theophili impulſionib⁹, aſcẽdit è Cypro, libros quos aduerſus Origenem conſcripſerat ſecum afferens. Cum vero è naue deſcendiſſet, & appuliſſet in templũ Prærurſoris, quod ſeptem miliaribus ad occidentem abeſt à ciuitate, ſacram peregit ſynaxim: & cum Diaconi ſecus atque oportebat feciſſet ordinationem, ingreditur ciuitatem. Deinde Theophilo agens gratias, hoſpitio quidẽ accipi apud beatum declinat tanquã nefarium, priuato autem quodam habitaculo non honeſte acceptus hoſpitio, & illuc peregrinos qui in ciuitate verſabantur aduocans eis legebat libros ſuos in Origenem. Quorum alij quidem, illius gratia perſuadebantur ea vel manu defendere, alij autem hoc facere recuſabant. Homo autem Dei Ioannes, Epiphanio nihil infenſus quòd intra terminos Eccleſiæ ſuæ non abſtinuiſſet ab ordinatione, hoc ſolum rogabat vt cum aliis vt par erat Epiſcopis ad ipſum diuerſaretur. Is verò reſpondit ſe nec ſimul quidem eſſe peccaturum, niſi ipſe prius Dioſcorũ expelleret è ciuitate: & libris quos ſcripſerat aduerſus Origenem ſua eſſet aſſenſus ſubſcriptione. Ad hæc dixit Patriarcha. Non oportet nos priuſquam accuratè diſcernamus aliquid temerè facere aut dicere.

Eudoxia cum primum intellexiſſet hanc inter eos eſſe veluti diſſentionem, & hanc quaſi arripuiſſet occaſionem, accerſito ſtatim Epiphanio, Vides, inquit, ô pater, quemadmodum omnia quidem Romanorum ſceptra mihi cedunt, & meæ ſubiecta ſunt poteſtati. Ioannes autem eſt adeò mihi infeſtus & tanta eſt in me arrogantia vt vel extrema afficiat contumelia. Dicitur autem etiam quandam tenere opinionẽ quæ diſcrepat ab Eccleſia. Tu verò, ego enim tibi do imperium in omnes eccleſias, vt nihil tibi ſit impedimento: vide vt aduerſus eũ congreges ſynodũ, & cum vt iuſtũ eſt & honeſtũ è ſede deponas. Hęc & dicebat, & vultu apertius oſtẽdebat iræ in ſanctũ veſtigia: & manifeſtè præ ſe ferebat ſe graue & nõ ceſſaturũ virus ſpirare in illum ſapientẽ: nec extincturã prius iracundiam, quàm quod animo agitabat deduxiſſet ad effectũ. Hæc cùm admirandus audiiſſet Epiphanius, nõ ſtatuit iis qui rerum potiebantur in iis quæ non oportebat gratificari: nec tãti eſſet faciendũ eis inſeruire vt aliquid fiat præter id quod Deo videtur. Et ideò ad eã propius accedẽs, Nõ irato animo ſed benigne ac placide ô filia, à te audiẽda ſunt quæ à nobis dicũtur. Si accuſetur quidẽ Ioannes alicuius hæreſis, & nõ accedat vocatus, vel ſe purũ oſtenſurus, vel pœnitentia correcturus ignorantiam, is mihi quidem videtur indignus ſacerdotio, & quod eſt imperatũ quamprimum fiat à vobis. Sinautẽ quod vobis malè dixit, propter hanc ſolã cauſam vi-

A ſum eſt abdicatũ eſſe Ioannem ab Eccleſia, Epiphaniũ non habebitis aſſentientem. Eſt enim maximè Imperatorum propter nihil eiuſmodi meminiſſe acceptæ iniuriæ: ſed ſe bonos & benignos in omnes oſtendere, ſiquidem vobis quoque eſt alius Rex in cœlis, quem cum vt homines peccatis, opus habetis benignam habere & propitium propter ſuam manſuetudinẽ in eos qui ſunt eiuſdem generis. Hæc verba cum audiiſſet Eudoxia non ex ſua ſententia, inconſideratũ quiddam planéque, quod nimiam arguebat vecordiam & præcipitationem propter nimium dolorem, vel vt verius dicam propter ſummã improbitatem, ſtolide eſt elocuta, dicens. Niſi Ioannes fuerit à ſede depoſitus & exilio, ô audacẽ linguã, fuerit condẽnatus, ipſa permit tam aperiri tẽpla ſimulachrorũ: nec erit qui nobis volẽtibus ſit impedimẽto quominus illa à quolibet adorentur. Quidnã habuit amplius Herodias quo tam in
B vitio ſuperaret, quæ magno ſtudio contendit vt fieret cædes eius qui erat eiuſdem nominis? Niſi quòd non erant vtriq; eadem vitia, quandoquidem illa quidem, inſigni libidine, hæc autẽ immoderata laborabat auaritia. Ambę autem, q⁹ effugere vellent reprehenſiones, ab ambobus ſitierunt magnopere liberari. Diuinus autem Epiphanius percuſſus abſurditate eorum quæ dicebãtur, cum dixiſſet, Ego iudicij quod ſic habet ſum inſons, protinus eſt egreſſus. Quædam autem falſa fama quę ex hoc ad omnium aures peruaſit: q⁹ ipſe quoque Epiphanius huic depoſitioni Patriarchæ ſit aſſenſus, ad magnũ vſq; Ioannem peruadit. Ille verò aut verum ignorauit, fortaſſe quod Deus eum celaſſet, diuina quadam prouidentia, vt alio modo efficeret ambos quæ vtriſque euenerunt prædicere, aut ſciuit quidem Ioannes non eſſe verũ quod fama ferebatur. Lubẽs autẽ aſſenſus eſt multorũ exiſtimationi, vt ſic Epiphanio futurum prędiceret. Fertur ergo Patriarcha ſic poſt hæc ſcripſiſſe ad Epiphaniũ. Scripſit autẽ ſimpliciter & familiariter. Frater Epiphani. Audiui te conſenſiſſe meæ relegationi. Scias autem nec te ipſum tuã ſedem viſurum eſſe amplius. Ad hæc ſacroſanctus Epiphanius ſimplicibus rurſus verbis reſcripſit, quibus ipſe quoque vtar. Athleta Ioannes, feri & vince, ſed nec ipſe peruenies ad videndum locum exilij. Vera autem fuerunt quæ dicta ſunt ab vtriſque. Nam & Epiphanius cùm ſtatuiſſet nauigare in Cyprum, decedit in nauigatione: & admirabilis Ioannes priuſquam peruenire ad locum ſecundi exilij, migrauit ad Dominum, hoc autem procedens oratio oſtendet apertius. Non multum interceſſit temporis, & ſtatim
D cum pluribus Epiſcopis Theophilus venit Conſtantinopolim, eum vrgente Eudoxia & ei præbente ingreſſum liberum ab omni metu, licebat autem tunc videre malorũ examen quod cõgregabatur & Theophilo opem ferebat ad ſapientis Ioannis depoſitionẽ. Quinam verò ij & vndénam ad hoc fuere commoti? Quænam animæ non paucis peccatis obnoxiæ, & quę erant planæ incurabiles, de quibus prius quoque diximus, quos cum incorruptus Ioannis calculus, veluti lapis quidem lydius, probaſſet eſſe indignos ſuggeſtu, mouerat Sacerdotio. Cùm multis ergo vt dictum eſt, Epiſcopis Theophilus conueniſſet Eudoxiam: ſeorſum cum ea collocuti, ab ea in ſecretum admittuntur: muneribus donantur: aduerſus ſanctum virum linguæ eorum conducuntur: ſe omnibus ſententiis iuſtũ eſſe cõdemnaturos pollicentur. Cum tam iniquã conuentionem iniiſſent egregij Paſtores & innocenti

ſanguine

ſanguine animas potius quam manus intinxiſſent, exeunt cũ nihil horũ adhuc veniſſet ad notitiã Arcadij. A Sed rurſus quoq; dantur occaſiones iis qui eas quęrebant, ei parturiebant improbitatẽ: ſed quæ ne vmbrã quidẽ habebant veritatis: materiã tamen præbebant igni malarũ actionum. Non multũ enim interceſſit temporis, cum partẽ quandã libri Regum, diuinæ ſcilicet ſcripturæ, cũ vſus ita poſtularet cõtexens magnus Ioannes inſtitutę orationi, concionatus eſt in eccleſia. Ea autẽ ita ſe habebat. Congregate ad me Sacerdotes dedecoris qui comedũt menſam Iezabel, vt dicam eis ſicut dixit Elias. Quouſq; claudicabitis vtriſq; poplitibus veſtris? Si Baal eſt Deus, ambulate poſt ipſum. Si autem Iezabel quoq; menſa ipſa eſt Deus, comedẽtes euomite. Hinc illi ſapientes in malitia, cũ verba quædam tanquam arma apprehendiſſent & validũ auxilium, accedũt ad Arcadiũ, duce huius improbæ Synagogæ Theophilo, alia quidem addentes, alia autem B perperam exponentes. Dicebant verò viri egregij & facilè perſuadebant, ſed quidẽ dictos fuiſſe ſacerdotes dedecoris, reuera enim erãt, Imperatricem autem eſſe apertè Iezabelem. Hinc factum eſt vt Imperatoris quidẽ in magnũ Ioannem cederet reuerentia, & deſideriũ tranſiret in dolorẽ. Datúrq; præda viris improbis. Eiuſmodi enim res eſt ſimplicitas, ne dicã leuitas & facilitas. Eſt facilis quidẽ adędificandum. Quæ autẽ ſunt iam ædificata, ſunt facillima ad deſtruendũ, & vt ſemel dicã, eſt omnino valde infidelis & ad ducẽdum facilis: vento campas, vt aiunt, & res optãda ſceleratis. Sic Eudoxia ex Epiſcopis quidem qui de Theophilo prius male dixerant, alios quidem bonis ablatis, alios autẽ illatis malis arcet à dicendo. Theophilus autẽ liberatus ab accuſatoribus, ei quæ prius non iuſto ip-
C ſum affecerat beneficio, voluit parem atq; adeò maiorem ei referre gratiã. Et cum alios quidẽ donis, alios verò minis, alios autem aliis modis, quos ſcit inuenire malitia conſecuta potentiã, perſuaſos ad ſuã traduxiſſet voluntatẽ, & effeciſſet vt toti à ſua penderent ſententia, ille tanta improbitate permiſcuit & confundit omnia, vt qui rerũ potiebantur ei permitterent cõgregare ſynodum maximã aduerſus Ioannẽ. Cùm inueniſſet autẽ duos Diaconos, quorum alter quidem erat reus adulterij, alter verò cædis, & ideò à magno Ioanne fuerant depoſiti: eos vir ille egregius cũ magna auctoritate ô ſacræ leges abſoluiſſet, libellos quorum ille rurſus fuerat opifex, exhibere facit aduerſus ſanctum, libellos qui erant pleni quidẽ calumniis, nullum autẽ habebant veſtigiũ veritatis, niſi quod hoc ſolũ moderatè attingebant, etiamſi non ab eis eadem diceretur D intelligẽtia quòd aquã, vel vinum vel paſtillum ſuadebat guſtare poſt communionem iis qui communicabant. Quid tum? erat enim hoc eius qui ſtatuebat vt adhiberetur cautio, & qui accurate tenebat ea quæ ſunt noſtræ fidei, ne cuipiam contingeret cum iis qui expuuntur etiã ex ſanctificatis aliquid excidere. Cũ itaq; nugaces hos libellos accepiſſet is qui dederat, & Acacium & Seuerianũ, & præterea Antiochum, inuictos vt ita dicã vitij propugnatores, cito in ſuã aſciuiſſet ſocietatẽ, extra ciuitatem, erat autem ager Ruffini, nomine quercus, ſitus ſub Calcedonæ, de ſancto deponendo execrandi cõferebant & cõtexebant conſilia. Ipſe verſans ſimul cum quadraginta Epiſcopis, valde mirabatur, quemadmodum talibus criminibus obnoxius Theophilus, & deinde adeſſe iuſſus & reddere rationem, tam repentè eorum qui rerũ potiebantur ani-

Tomus primus.

mos potuerit capere, vt non ſolum de ſuis cauſam nõ diceret, ſed aliorum etiam propemodum eſſet Iudex indicta ab eis omnino cauſa. Deinde hortabatur ne eſſent paruo & abiecto animo, nec triſtitia afficerentur: nec hoc quod erat præſens quidpiam magnũ eſſe ducerent, cogitantes quòd per multas afflictiones ſit intrandum regnum cœlorum ab iis qui ipſum diligũt. Deinde rogabat ne quis ſua cauſa vellet ſuam relinquere eccleſiam. Sed ſi vultis mihi, aiebat, gratificari, mementote noſtri in veſtris orationibus. Hæc dicens poſtquam vidit eos vinci lachrymis, eccleſiam autẽ, vt magis ita dicam, deflere, eos recreabat ſpiritaliter: & indice ſiniſtræ manus volam pulſans, vt ſolebat facere in curis animi, Satis, inquit, lamentationum. Quid enim vultis cor mihi frãgere? Sed videte ne relinquatis Eccleſias. Hoc enim ſicut prius dixi. Volo à vobis ſi quid aliud fieri. Cum autẽ dixiſſet quidã. Sed neceſſe eſt nos manentes in eccleſiis cõmunicare cum inſidiatoribus & dare manum iiſdẽ ſubſcriptionibus. Beatus autẽ protinus. Sed permitto quidẽ, inquit, vt communices, te omnino abſtinẽs ab Eccleſiæ ſciſmatibus: nequaquam autẽ ſubſcribas, nullius enim rei mihi ſum omnino conſcius cur deponar. Cum ij ſic communiter colloquerentur, accedunt quidam afferentes litteras à Theophilo, quarum erat inſcriptio. Sancta ſynodus in quercu cõgregata, Ioanni. Illum quidẽ adeò nudè & tam ignominioſè vt ne nomen quidẽ darent Epiſcopi, ſuam autẽ re vera improbam ſynagogã vocantes, ſanctam ſynodum. Videbãtur enim eum condemnaſſe vel ante dictam cauſam, infames ſcilicet & execrandi eum in quem non cadit reprehenſio éſtq; purus & mundus. Quidnam autẽ continebãt eæ litteræ? Libellos accepimus qui erant pleni multis cõtra te
C accuſationibus. Oportet ergo te venire de eis reddituram rationẽ. Ad hæc Chriſti diſcipulus & imitans illius mãſuetudinẽ, tres Epiſcopos cum duobus Preſbyteris ad eos ipſum defenſuros, ſicut ille ipſe ſcribit in Epiſtola ad Innocentium, Is autem erat Patriarcha Romanus: Miſimus ad ipſum dicẽs, Epiſcopum Peſſimuntis, Demetrium. Apameæ Eulyſium, & Apiareæ Lucipinum. Presbyteros autem Germanum & Seuerum, cum ea qua nos oportebat moderatione reſpondentes, & dicentes nos non recuſare iudiciũ, ſed apertum inimicum & hoſtem manifeſtum. Qui enim nondum libellos acceperat, & talia ab initio fecerat, & ſe ab eccleſia communione & precatione abſciderat: accuſatores adornabat: clerum tranſmouebat, & deſertas reddebat eccleſias, quomodo is iure potuerit aſcẽdere ſedem Iudicis quę ad eum minime pertinet? Neque enim erat conſentaneum vt qui ex Aegypto erat profectus, eſſet Iudex iis qui erant in Thracia, & qui ipſe erat reus, hoſtíſque & inimicus. Sed tamen nihil horum reueritus, ſed implerę ſtudens ea quæ ſtatuerat, cum nos ſignificaſſemus eſſe paratos diluere crimina vel mille & centum præſentibus Epiſcopis, & nos puros eſſe oſtendere ſicut nunc ſumus, non paſſus eſt, ſed nobis abſentibus & ſynodum inuocantibus, & iudicium requirentibus, & non auditionem fugientibus, ſed apertas inimicitias, admiſit accuſatores: & eos qui excommunicati à me fuerant abſoluit, & ab iis ipſis qui nondum crimina diluerant, accepit libellos, & exegit commentarios: quæ quidem erant omnia præter canonum conſequentiam. Sed hæc quidem & quæ deinceps ſequũtur egregia illa lingua recenſet: & ideò non opus eſt vt ea dicamus cũ illã audire liceat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verùm enimuero renũciata defensione iis qui erãt cũ Theophilo, ipsi non ferẽtes veritatẽ eorũ quæ dicebãtur. Quomodo enim qui spẽ posuerãt mendaciũ vt ait Beatus Esaias,& expectabant fore vt eo tegerẽtur? nã effuderunt in eos qui missi fuerãt: eósq; apprehensos vehemẽter verberarunt:& eorũ tunicas discruperũt:quinetiã ferro quod tunc pararãt in Patriarchã collũ vnius circũdederũt, quinetiã cum malignus eorum corda sic affecisset,eũ mittũt in exiliũ, in quendã locũ obscurũ & occultum,ferro sic circundatum. Illo ergo eos,vt diximus recusante tanquã aspectos inimicos, canonicũ autẽ inuocante conciliũ, qui erant veloces ad effundendũ sanguinẽ, etiam nõ præsentẽ aut aliquid respondentẽ condẽnant, cũ imbecilla quædã maledicta in vitã congessissent angelicã,visi potius ludere quã serio agere,& quæ longo tẽpore instructa & adornata fuerat malitia,vno die temerè studentes effectã reddere. Res est enim timida mendaciũ & quæ facilè potest terreri, & ideo actionũ executionẽ nouit accelerare,fugiens omnino ne cõuincatur. Deinde cũ cõsiderassent fore sibi vtile si haberẽt Imperatorẽ suæ defensorẽ sentẽtiæ,vt quod improbè faciebãt redderent validius, ad eũ mittunt litteras in hanc sententiã. Quoniã accusatus Ioannes, & sibi cũ aliorũ plurimorum conscius,tum etiam quod sit reus læsę maiestatis (læsam planè maiestatẽ nominantes,quæ ei cũ Imperatrice fuerat controuersiã)non potuit sibi persuadere vt veniret ad synodũ, propterea si exactè cõsideretur canones,iam est depositus, & nihil restat nisi vt vestra iubeat potẽtia eum vel inuitum mitti in exiliũ. Hæc sunt egregiorum illorũ Sacerdotũ,qui debebãt quidẽ esse tardi ad iram incitãdã, vrgere autẽ ad benignitatem,quibus ira ad similitudinẽ serpentis & lingua,rursus enim nobiscũ loquatur diuinus Dauid,gladius acutus. Deinde cùm iussisset Arcadius,eis enim credebat tanquã Sacerdotibus,nescíens in interiori homine,nõ esse Sacerdotibus sed potius sacrilegis similes. Quid fit?Mouetur quidẽ vniuersus populus, vt qui sensisset id quod erat faciendũ,& repente in magnã accẽditur seditionẽ,& partim quidẽ vociferatur aduersus Imperatorem:partim autẽ Theophili quoq; & multo magis arguit improbitatẽ. Multi enim etiã ex iis qui erãt ei infensi iã mutati,dicebãt fuisse sanctũ temere accusatũ incorruptũ testẽ habẽtes omnes cõscientiã,apertámq; & euidentẽ reuerentes veritatẽ. Tandẽ autẽ cũ valuisset improbitas, imò verò cũ iustus Ioannes hoc voluisset ne aliquod orirctur periculũ, vt solet accidere in talibus seditionibus, profundo vespere expellitur,sicut ipsam linguã aureã licet audire in epistola ad Innocentium quæ sic dicit. Quid enim multa opus est dicere?Non destitit omnia facere & moliri,donec nos cum multa potestate& auctoritate, è ciuitate eiecit & ecclesia,& profundo vesperæ attracto omni populo tractus à Magistratu ciuitatis per mediã ciuitatem,& per vim deductus sum & in nauem immissus,& noctu nauigaui quoniã inuocabam synodum ad iustã auditionem. Quis hæc audiuerit sine lachrymis, etiã si cor habuerit lapideum? Sed sic quidẽ expulsus appellit ad os ponti quod vocant sacrũ. Deinde eiam transit Prænetum,aut ab iis potius qui agebant transmittitur. Bonus autẽ Theophilus, postquam euenit vt ex animi sententia fierent quæ volebat, mittit etiam litteras ad Innocentium Romanum Episcopum,ei significans Ioannis depositionem. Qui cum legisset litteras, & in eis vidisset multam insidere peruersitatem, ne voluit quidem respondere, vt qui eum magnæ temeritatis damnasset & arrogantiæ,quòd & solus scripsisset,& q̃ non apertè scripsisset quanam de causa & cum quibus eum deposuisset. Huic causam Heraclidis, quam magnus ille Ioannes Ephesi constituerat Antistitem, tractans Theophilus,& ex eo illi beato tentans labem inurere, ipsum etiam iudicauit non præsentem, dicens quod aliquos iniustè verberasset, & per medium forum vinctos catena circumduxisset. Ciuibus autem contradicentibus nõ oportere absentes iudicare. Volentibus verò Alexandrinis attẽdere accusatores Heraclidis,ex eo orta est seditio:ex seditione autem ventum est ad manus,ex eo vero ad vulnera,ea autẽ mors quoq; est cõsecuta quorum omnium Theophilus dictus est & fuit causa. Hęc summe irritarũt Bizantinos: & eum quærebant perdere,& in profundũ maris mittere eum qui erat dignus. Ille autem postquam sensit persequentes, fuga statim sibi consuluit, & penetralia subiit Aegyptia. Quod autem neq; pius hic perturbator iure Dioscoro irascebatur: neq; veram & accuratam defendens pietatem erat infestus libris Origenis:sed hinc captabat occasionem deponendi Ioãnis, ostendit id quod est postea consecutum. Nam simul atque perfecit quod studebat, cum Monachis statim fœdus iniit. Libros autem admisit quos prius abdicarat synodicè. Sed vult etiam reliqua persequi oratio. Interim enim dum hæc fierent, Deus terræ motu terræfecit ciuitatem:communéque eam agitabant conquassationes: & graues imperatorio imminebant cubiculo,adeò vt populus tumultu impleretur,& magna voce clamãs, reuocaret Sacerdotem. Quinetiam ipse quoq; Imperator vehementi stimulo tristitiæ in corde sauciatus,mouetur pœnitentia:& litteris imperatoriis quàm primum magnũ illum reuocat. Brisonautẽ erat cui datæ fuerunt litteræ, vnus ex Eunuchis qui ministrabant Eudoxiæ. Qui cum peruenisset ad sanctũ qui Præneti asseruabatur in custodia,rogauit vt veniret & ciuitatem liberaret à periculo. Sed non ad Brisonem vsq; constitit eius reditus studium & acceleratio. Sed post ipsum alij:& post illos alij. Síque fuit Bosphorus plenus eorum qui mittebantur. Cùm itaq; eum redire agnouisset ciuitas, erat autẽ decimus tertius Nouembris, quemadmodum enumerarit quispiam multitudinem eorum qui exibant? quomodo explicarit studium in egrediendo? Quomodo expresserit voluptatem?Plane enim imitabantur fluenta fluuiorum, cum alij aliis agminatim succederẽt. Et erat quidem mare plenum nauigiis, plenum autem sonitu canticísque & hymnis qui Deo cum magna voluptate canebantur. Hoc potest insidens animæ viri desiderium,qui virtute quidem est ornatus,est autem sortitus populi administrationem & eum amat paternè. Hoc est euidens argumentum voluptatis,qua tunc fruebantur, qui iucundis se expectabant fluentis aureæ eius linguæ. Quod enim qui eum exceperunt adeo sunt lætati,id ostẽdebat priuationem fuisse causam magni doloris. Magnus autem dolor,post priuationem, testatur omnino ante fuisse parem antea voluptatem. Cum ergo reuertens esset proxime ciuitatem nolebat prius ingredi quam maiori iudicio res eius committeretur, sed populus ægre ferebat: & ad audendum iam se parabat:& in eos qui rerum potiebantur insectabatur maledictis, donec omnes in idem conuenientes,& partim quidem vtentes precibus, partim autem vim afferentes,audaciæ aliquid habet desiderium,vix tandem

tandem persuadent ascendere ciuitatem. Cùm verò essent eum in sede collocaturi, ipse rursus resistit vehementius,dicens oportere ea quæ prius sunt decreta examinari,& omnino magis generale assequi iudiciũ. Sed vicit populi iudicium quod erat fortius omnibus, & sic eum rursum in sedem reducunt Patriarchalem. Ille autem & omnes libenter aspexit,& vt mos est pacem eis est precatus. Et sic quidem ecclesia cum suũ sponsum accepisset, & quæ eam circumsistebat tunc soluisset tristitiam,florebat & germinabat irrigata suauissimis verborum eius fontibus. Sed ô inuidia malum inuictum,malum quod semper bonis insidiatur. Tibi enim omnino non licebat quiescere: neq; vlla te cœpit satietas continuorum insultuum, donec ô sæua & agrestis, eum valuisti omnino abrumpere & procul à grege remouere, heu heu bonum pastorem & qui vigilantibus oculis ei prærat. Sed quonammodo hæc euenerunt, & vnde nam rursus inuidiæ tanti mali occasio? Statua quædam argentea Imperatricis,prope templum cui cognomẽ est Sophia,erat super columnam. In ea de more fiebãt ludi quidam publici. Quod quidem cum magnus ille recte reputaret esse templi contumeliam. (Ad sacros enim qui canebantur hymnos confusè & inordinatæ voces contra resonabant) sæpe autem adhortatus non potuisset facere vt cessarent,linguam laxat in eos qui hæc iubebant fieri. Itaq; Eudoxia rursus ad se trahens ea quæ dicebãtur,& existimans omnia ad se referri,grauiori telo iræ sauciata, erat intolerabilis nec poterat cohiberi, quantum efficere poterat,vniuersum euertere aggrediens, & nihil aliud effectum reddere machinans, quàm opportune eum vlcisci qui visus fuerat eam afficere iniuria. Rursus ergo statim congregabatur synodus,& litterę mittebantur imperatoriæ, quæ & alios Episcopos & eos qui nuper accusatores fuerant euocabãt. Cum autem non esset eis honesta causa mouendi ea quorum iam fuerat accusatus,ars tamen nõ defuit malitiæ. Ad eum enim qui in rebus eiusmodi erat ingeniosissimus & ad hæc construẽda solertissimus,nempe ad Theophilum statuerunt scribere, vt vel veniret quàm primum, vel modũ eis rursus suggereret per quẽ possent aduersus Ioannis summam contendere veritatem. Ipse autẽ vt qui quomodo fugisset esset memor,venire quidem ad eos recusauit,vt quod non esset sibi cõducibile:mittit autẽ tres ex suis Episcopis,eis dato canone ad accusationem,quem prius proposuerũt Arriani aduersus validum ecclesiæ propugnaculum, nempe Athanasium, qui dicit. Si quis Episcopus aut Presbyter iustè aut etiam iniustè depositus, per se redierit absque synodo ecclesiæ,ei non detur amplius locus defensionis. Atq; sic quidem is cui nullus erat par improbitate, coclear ecclesiæ,Lybica planè fera ex Aegypto proteus iussit eos dicere qui ab ipso missi fuerant. nihil aliud volens efficere quàm vt sic sua esset firma ac rata sententia: & nec viro egregio daretur locus diluendi calumnias quæ ei obiectæ fuerant. Sed ille non vulpinam sed leoninam potius pellem induens nempe veritatẽ,dicit nec se in iudicio fuisse:neq; accusationẽ audiuisse: neque omnino habuisse tempus ad defensionem, ab Imperatore autẽ fuisse expulsum & ab illo rursus vel inuitum introductum, alioqui autem se scire hunc canonem fuisse compositum ab Arrianis, & quoniã non recte se habebat,à Sardicensi synodo fuisse abrogatũ. Deinde cum simul cum Acacio & Antiocho & aliis calumniatoribus ex parte quoque Ioannis decem ingressi fuissent ad Imperatorem:& illi quidem affirmarent dictum canonem esse firmum ac validum vt qui apertè factus esset ab orthodoxis: hi autem dicerent eum esse mentis & linguæ hereticæ, & maligne ab eis esse inuentum. Quamobrem sæpe ab ecclesia iniustè expulsus Athanasius, deinde occasionem nactus per se rediit, & quòd Ioannes ne prius quidem fuerit depositus: & neque per se rursus esset ingressus, sed tuo cedens Imperio, aiebant ô Imperator, imò verò per vim coactus. Postremo inscribantur, dicebant ij qui sunt Ioannis & Dei partis,& isti, Acacium dicentes & Antiochum, qui orthodoxum affirmant esse canonem:& fateantur se esse eiusdem fidei,cuius ij qui ediderunt. Et sic soluitur id de quo dubitatur, laudauit quod dictum fuerat Imperator vt quod rectè se haberet:& sic iussit eos facere. Illi autem se facturos quidem sunt polliciti,prę se ferentes se confidere: destiterunt verò vt qui sint suspicati rem minime esse tutam.

Cum res ita se haberent, & ille quidem anno integro optime administraret ecclesiam post reuocationem: isti autem quæ sibi erant propria facerent,ea verò erant artes & impostura: & quod non monerent vt sanctum è sede deponerent, etiamsi non potuerint eius spiritus deiicere: cum adesset festus dies Paschæ, à multis molestiis quas ei exhibuerunt isti victus Imperator,significat Patriarchæ vt excedat ex ecclesia, vt qui iam à duabus synodis sit condemnatus. Ad hæc magnus ille Ioannes,Ego,inquit,cui Deus & seruator ecclesiam tradidit regendam, ab ea mea sponte vereor recedere. Sinautem hoc ita tibi videtur ô Imperator, at me ex ea vi expelle, vt me possim omnino defendere quòd ordines veluti deseruerim. Ad eum itaque mittentes, prohibent quidem sacrificare: concedunt autem vt in præsentia quidem versetur in Episcopatu, timentes,vt opinor,ne Deus rursus de super ferat sententiam in eorum audaciam & vt propè eum habentes, Dei iram per ipsum reprimant. Sic ergo seorsum interim egit vir ille magnus, cessans à sermonibus & pulchris linguæ fluentis.

Cum autem esset dies magni sabbati, Imperator fecit quod non rectè se habebat, nec animi erat Imperatorij. Accersitis Acacio & Antiocho, rogauit quidnam oporteret & facere. Sed oportet, inquit, considerare an Deo grata sunt quæ à vobis fiunt. Illi autem, Quid enim erat eis Deus curæ? In nostrum inquiunt, redeat caput Ioannis depositio, similia iis qui dixerunt, Sanguis eius super nos, & non procul ab eorum sententia, elocuti. Sic absentem condemnant virum iustum, cum nec de iis quorum accusabatur dicendi potestatem ei permisissent, quod est commune omnibus qui iudicant sine vlla animi perturbatione, neque ab illo vllam accepissent defensionem.

Cum hæc autem audiuissent qui erant à partibus Ioannis Episcopi quidam se animi ægritudini dedentes & lachrymis,in angulis latebant & silentium agebant in habitaculis. Sacerdotes autem & quicunque erant ex clero,congregabãtur ad quasdam ædes oratorias, vocatur autem locus Constantianæ, & cum magna concurrisset multitudo, iis omnibus curæ erãt sacri hymni & consueta glorificatio, præterea verò eos quoque qui accedebant diuino dignabantur baptismo. Timentes ergo qui erant improbi cõcilij,ne si in templũ vt solebat venisset Imperator, & vidisset id vacuum populo,hinc quidẽ sentiret populi in magnũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioannem beneuolentiam,eorum autē,vt erat consentaneum, condemnaret inuidiam, efficiunt vt quidam Lucius dux militum numeri grauis armaturæ, quem etiam fama erat esse gentilem religione, vadens conuocaret populum ad ecclesiam, mansuetudine primū vtens & persuasione,lege,vt aiunt,bœotia.Sin minus, vim etiam inferret, lāceam miscens cum caduceo. Ille autem cum statim cum iis quos habebat quadringentis vespere irruisset,illa fecit quę par erat eos solos pati qui fecerant, dicere autem & explicare non nos oportet,sed id cōcedere illi linguæ omnium pulcherrimæ & eam audire narrantem. Ipse enim sicut fortiter sustinuit,ita etiam vere narrauit.Scribens enim ad Innocentium,& quæ ausi fuerant oratione persequēs, eum antea diximus Romanum fuisse Episcopum, sic rem tractauit. Quomodo quæ hic facta sunt deinceps narrauerim, quæ omnem superant tragœdiam? Quænam ea explicarit oratio?Quænam aures ea absq; horrore acceperint? Nam cum nos eadem sicut prius proponeremus repente multitudo militū in ipso magno sabbato, die iam inclinante ad vesperam, in ecclesias irruens, vniuersum clerum qui erat nobiscum expulit,armisque circundedit: & mulieres quæ se ad baptismum exuerant, ex ædibus oratoriis nudæ eo tempore euaserunt metu grauis huius irruptionis, ne eum quidem quem decet mulieres pudoris ornatum induere permissæ, multæ verò etiam acceptis vulneribus expulsæ sunt, & lauacra sanguine sunt impleta: & sacra fluenta sanguine euaserunt purpurea. Et nec hic quidem malum constitit, sed ingressi milites vbi sancta erant reposita,quorum sicut cognouimus nonnulli non erant mysteriis initiati, quæ intus erant omnia viderunt,& sanctissimus Christi sanguis, vt in tanto tumultu in prædictorum militum vestes fuit effusus,& tanquam in barbarica captiuitate ausi sunt illa omnia,& populus electus fuit in solitudinem, & vniuersus populi cœtus versabatur extra ciuitatem, & in tali festo ecclesiæ erant inanes populo, & plus quam quadraginta Episcopi qui nobiscum communicabāt, cum populo& clero temere expulsi sunt,gemitúsq; & planctus erant in solitudinibus, & quælibet pars ciuitatis erat plena his calamitatibus. Nam propter insignem iniquitatem,non solum qui patiebātur, sed etiā qui nihil tale sustinebant,per cōsensum nobiscum dolorem accipiebant,non solum qui erant eiusdem opinionis,sed etiam hæretici,& Iudæi,& gētiles, perinde ac si vi capta esset ciuitas. Sic in tumultibus perturbationibus & gemitibus erant omnia. Et hæc facta sunt præter sententiam pij Imperatoris,noctu hæc comparantibus Episcopis, & multis locis exercētibus munus ducis exercitibus. Qui non erubescebant pro Diaconis,campi ductores habere præcedentes.Cùm autem fuisset dies,tota ciuitas migrauit extra mœnia sub arboribus & nemoribus sicut dispersę oues festum celebrantes.Sed sic quidem lingua illa aurea.Hæc autē in festo Paschæ egregij pastores & cui animarum cura erat credita,obtulerunt ei qui surrexerat. Hinc etiam in omnem partem missa sunt edicta quæ prohibebant ab Ioannis communione.quæ tantam vim habuerunt perinde ac si præcepissent contrarium: & eos qui oppugnabantur magis sic confirmarunt, quem quidem modum solet tenere Deus in huiusmodi temporibus. ecclesiæ certè & numerus crescebat assiduè eorum qui illi adiiciebantur. Interim autem dum iam venisset Pentecoste,quoniam fieri non poterat vt occulto inimico hęc essent tolerabilia,accedentes ij quos ille inspirabat,& à quib' ipse valde obseruabatur. Tibi quidem,dixerūt Imperatori, rerum humanarum data est à Deo potestas:sed ecclesiarum res sunt nobis cōmissæ.Itaq; nec sacerdotibus sanctior,nec canonibus volens maiorem habere auctoritatem,hęc relinque Episcopis. Tibi quidem prius quoq; diximus ô Imperator,In nostrū redeat caput Ioannis depositio. Vide ergo ne vnum sic complectēs,omnes pergas afficere tristitia. Non amplius hæc sustinere poterat imperator, sed protinus apertè mittens, significat Patriarchæ in hunc modum. Accusatores tui iudiciū trium quomodocunq; se habeat,& quam depositionis tulerunt sententiam, trahunt in suum caput. Rem itaq; tuam Deo committens,recede ab ecclesia. Quid hoc ô virorum longe mutabilissime & Imperatorum in administrādo imperio ignauissime,quomodo cui tantum adhibuisti studiū eum accersens Antiochia,& Christi & credens ecclesiā,cuius virtutis non paruū feciſti periculū, eum non solū eiecisti ex ecclesia:sed eum etiā virum turpiter damnasti exilio, Christi gregem damno afficiens: quo quidē viro,vt cum magno dicā Paulo, ne dignus quidem erat vniuersus mundus?Sed te quoq; omnino cœpit mulier.Eua rursus tuas aures quę sunt faciles decepit miserabiliter,quomodo per illam serpens,ita ipsa per non bonos pastores cordis virus euomēs. Hęc cum magnus ille audiuisset nullo mœrore aut tristitia nec in corde affectus,nec vultu per se ferēs:sed virum ostēdēs in tētationibus, sicut in tēpestate gubernatorē,Adeste,inquit,suis Episcopis, iam valere iubeamus angelū ecclesiæ.Deinde post factas quas cōueniebat preces,de fide orthodoxa multa testificatur: & hortat vt eā sequātur immutabiliter.Prēterea verò eis quoq; prohibet omnes hæreses. Cū hæc autē verba faceret, accedit quidā nunciās Deo ſnuisum Luciū cū suo exercitu accedere ita paratū vt si qua fiat in exitu dilatio, nō fileat omnino nec mitigetur:sed manū quoq; protinus afferat,& cū cōtumelia expellat ex ecclesia.Porro autē cōmouetur quoq; populus qui ferre nō potest tui priuationē.Expedit ergo accelerare exitū,ne forte te nimiū defendens populus,quod absit vt videamus, manus cōferat cū militibus,& inducatur vt aliquid faciat nimis præceps & periculosum. Hęc cùm magnus audiisset Ioānes, Episcopísq; aliquot porrecta dextera,neq; enim vt omnib' porrigeret cōcedebat tēpus, & osculo miserabiles miscuisset lachrymas,propterea quod separaretur à familiaribus, deinde iussisset valere reliquos,præcepit vt ibi vtiq; manerent donec cū paululū absscessit reuerteretur. Hęc cū dixisset,sacrū ingreditur baptisteriū:& sanctā vocat Olympiadē,est autem omnino clara mulier vel solo nomine.Sed non fuerit fortasse deterius permittere orationi vt se paululū recreet eius bonorū delitiis.Ea cū & genere,&diuitiis & specie corporis & aliis eiusmodi valde resplēderet,cū viro quidē iūgitur matrimonio:sed nō amittit virginitatē:sed cū sic cū eo vixisset circa viginti mēses,ille autē excessit ex hominib',& si ea nō esset ętate cui pudori essent secūdæ nuptiæ, pulchra reuera amplexa tēperātiā,per totā vitā eā amare voluit: & licet Imperator eā vocaret ad matrimoniū suorū cognatorum,& eam magnis afficeret honoribus, illa omnibus relictis delitiis vt quæ cum ingenuis nihil haberēt commune,se oblectabat ieiunio non solum cibi, sed etiā somni,pulchrè exercens corpus,& id studens habere opem ferens, non autem insidians ad virtutem temperantiam

temperantiam ac pudicitiam complectens vsq; ad cogitationem non solū vsq; ad contractū. Postquā autē omnium bonorū fuit domina, ea in vsus sanctorū studuit effundere.Fuitq; Diaconissa totius ecclesiæ propter insignem eius pietatem & hospitalitatē.Eos enim maximè qui virtutem exercebant hospitio magnificè excipiebat, & quocunq; poterat officio hilariter prosequebatur. Quæ etiā Theophilum tāquam Dei amicum obseruans, suā in eum ostendit magnificentiam, etiāsi eius linguę impudentiā & maledicētiam ne ipsa quidem omnino potuit effugere, data ei occasione,q̄ quos ille fuerat persecutus,Ammonium scilicet & Isidorum vero Deo caros exceperit. Atq; omnium quidem, sicut dixi, virorum virtutis amantium magnam curā gerebat,& eis omnibus modis prouidebat, huic autē viro beato fuit etiā familiaris, quomodo Thecla Paulo,ab eius lingua tota vita dependens. Quoniam verò cum ea aliæ quoq; erant Diaconissæ,Procula, & Pentadia,& Siluana,quæ bonam partem elegerat cōuenienter diuino Christi verbo,cum ipsas quoq; tunc magnus ille conuocasset,Adeste huc,inquit,filiæ,animum mihi adhibete. Res enim nostræ vtiq; iam tendunt ad finem,nec me amplius videbitis in hoc mundo.Hanc autem à vobis extremam rogo petitionem, vt de vestra in Dei templum assiduitate & fide nihil remittatis:& quicunque hanc sedem ascenderit, fieri enim non poterit vt Ecclesia omnino careat Episcopo,ei vos sicut mihi capita inclinetis: & mei dilectionis in precibus memineritis. Post hæc cùm eas dolor vehementer inuasisset, & protinus fuissent confusæ lachrymis,& dicerent eius priuationem non futuram eis tolerabilem, & eius pedes prensarent eiulantes miserabiliter,ille, ne si populus id sensisset afferret tumultū, annuit vni ex presbyteris vt eas abduceret, & Iumentum quidem quod solebat ascendere, volebat enim latere, iussit statui ad portas occidētales: ipse autem per portam orientalem simul est egressus, & cum paucis ad littus deductus nauigauit. Sed qualem rem, & quam dignam quæ commemoretur ad plane arguendam improborum malitiam, festinans oratio propemodum prætermisit? Improbum enim illud concilium, cum oporteret cum aliis malis quæ sancto intentabant, ne ipsos quidem à cæde abstinere, sed etiam inique gladio cædem in eum parturire, famulus cuiusdam ex Presbyteris nomine Elpidius, quinquaginta nummis,proh dolor,ab illis conductus erat viro iusto paraturus insidias.Qui quidē deprehēsus.(Neq; enim quibus nouit rationibus fuit cū latere Dei prouidentia) nonnullos ex iis qui eum cōprehenderant iis quos habuit ensibus interfecit: alios autem grauiter vulnerauit.Sed ille quidem magnus sic nauigabat & abibat in exilium.Populus autem partim lætitia,partim dolore afficiebatur.Dolore quidē pij, qui priuati erant suauibus illius orationibus cum venerādo aspectu.Lætitia verò Iudæi & gentiles,quibus hæc res dies erat festus,vt qui illius linguæ reprehensiones omnino effugissent, reprehēsiones inquam,quæ tanquam tela in manu potentis vt cum diuino dicam Dauide,in corda eorum immittebantur,qui & irridebant & ludificabantur, in Principum stultitiam risum effundebant maximum, vt Christianorum calamitatis propemodum etiam misererentur. Fit autem statim res quędā terribilis si vel solum ad aures peruenīat,Deo hæc prouidente sicut etiam prius terræmotum,ad gloriam quidē suorum famulorum,metū autē & conscientiæ terrorē eorum qui sunt audaces & temerarij,qui etiā propemodū emittebat vocem Dauidis,Qui exarcebant,ne extollantur in seipsis.Eo enim die quo magna illa stella ecclesiæ,veluti ad quēdā occasum ibat in exiliū, Ignis diuinus ex illa sede in qua assidens sacrā effundebat doctrinā, à nulla manu accensus,per sacras catenas serpit in altum.Deinde cum tectū exedisset processit per summam superficiē venerandarum ædium.Hinc cū vehemens ventus flammā inuasisset,eam in domū Senatus euocat, quæ sita erat longo ab hinc spatio. Erat autē res valde admirabilis quemadmodū flamma tanquā animatum quidpiam, iis quæ erant intermedia pepercerit & ea transilierit, ne posset aliquis id quod factum fuerat ascribere vicinitati,& tam magnum opus & tam diuturnum, materia quidem prętiosissimum,pulchritudine autem speciosissimum,exustum triuīm horarum spacio redactū sit in nihilum.Sic autem ignis serpens & in orbem depascēs,soli rursus parcit domūculæ in qua seruabantur vasa sacra. Quod quidem non absq; Dei numine, nec casu factum est: sed ne sycophantis præberet occasionem ex sacrorum vasorum interitu, sancto viro inurendi calumniam. Quid ergo?Cum hinc oporteret improbos,tāquam percussum,vt aiunt,piscatorem sapere,illi male faciendi hinc maiorem sumentes occasionem,pergebant ea persequi quæ solebāt:& multos quidem ex Episcopis & Sacerdotibus: multos autem ex aliis quoq; qui fauebant partibus Ioannis, vehementer puniebant, dicentes ab eis ignem fuisse iniectum dum vellent facere rem gratam Patriarchæ. Sed persequatur oratio ea quę consequuntur,& quomodo se habuerit exilium figillatim declaret. Sic ergo magnus homo Dei & fortissimus Athleta veritatis,à sæuis militibus ducebatur in quoddam desertum Armeniæ oppidulum nomine Cucusum, multis tunc & assiduę Isauris id depopulantibus & incursiones facientibus.Fuit autem hoc factum cōsulto vt arbitror, vt cum aliis malis inimicissimis quoque eorum manibus traderetur. Quæ verò ille in via passus sit, & cum quam multis decertans malis, nec sic quidém abiecerit curam Dei ecclesiarum,quemnam alium aut iucūdius aut apertius aut verius dicētē audiemus quā illū? Hæc enim in vna epistola, quæ ab illo statim Niceæ scripta est ad Cōstantiū Presbyterū tractat lingua illa aurea. Quarto mēsis Panæmi Niceo soliturus,has scribo litteras ad tuā pietatē adhortās ad id quod nūquam cessauite adhortari, etiāsi hæc quæ nūc est orta fuerit tēpestas grauior & maiores excitētur fluctus,vt non cesses ea quę tua sunt implere,ad ea administranda quæ ab initio es aggressus,ad destruendā,inquam, gentiū superstitionem:ecclesiarū ędificationē:animarum curam gerendā.Ne te supinum reddat rerū difficultas,neq; enim gubernator videns mare sæuiens & agitatum recedet à clauo. Sed nec medicus ægrotum videns morbo teneri,relinquet curationem, sed tunc vnusquisq; eorum arte vtetur maxime & animi alacritate. Ne te supinum faciant quæ contingunt. Neque enim pro malis quæ alij nobis faciunt reddemus rationem, sed etiam mercedem accipiemus. Si autem ipsi quæ nos oportet ex nobis attulerimus, sed pigri & socordes fuerimus, nihil nos ad hoc defendet rerum tumultus. Nam Paulus quoque cum habitaret in carcere,& ligno esset alligatus,quæ sua erant faciebat. Et Ionas qui ferebatur in mari ventre piscis, & res pueri qui versabantur in fornace, neque vllum

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum fecerunt pigriorem hi varij carceres. Hæc ergo cogitans Domine mi, & Phœniciæ & Arabiæ, & earum quæ sunt in oriente ecclesiarum ne cesset curam gerere. Sciens fore vt maiorem accipias mercedem, cum etsi sint tam multa obstacula, tu quæ tua sunt conferas. Porro autem noli esse in scribendo ad nos negligens: sed scribe ad nos frequentissimè, Nam vt nunc cognouimus, nō amplius Sebasteam sed Cucusum abire iussi sumus, quem in locum erit tibi facilius ad nos dare litteras. Scribe ergo quod ecclesiæ hoc anno fuerint ędificatæ: & qui nam viri sancti migrarint ad Phœniciam: & an maior factus fuerit profectus. Etenim cum ex Nicæa inuenissem quendam Monachum inclusum, persuasi ipsi vt veniret ad tuam pietatem & abiret in Phœniciam. An ergo accesserit velis mihi significare. De fundo Salamis qui situs est in Cyro, qui obsidebatur ab hæresi Marcionistarum, conueneram quos oportebat & vniuersum effectum reddideram: sed fui prius expulsus. Si ergo sciueris dominum meum Quiriacum Episcopum agere Cōstantinopoli, de hac re ad eū scribe & poterit vniuersum efficere. Omnes, & eos maximè qui habent ad Deum fiduciam roga vt multis & intensis contendant precibus, vt cesset hoc naufragium orbis terrę. Mala enim intolerabilia & Asiam inuaserunt aliásque ciuitates & ecclesias, quę quidem ne videar esse molestus, mittens singula dicere, illud solum dicam, multis opus esse & intensis precibus. In alia rursus epistola sic scribit. Si enim carcerem habitatis, & catena vincti estis: & cum squallidis & sordidis inclusi estis, propterea quod non assentiamini eorum iniquitati, exultate & lętemini, coronemini & choros ducite, quod hæc sint vobis occasio copiosarum mercium. Nam nos quoque tabefacti & consumpti sumus, mortes passi sumus innumerabiles. Hæc autem possunt melius renunciare qui vel breui temporis momento nobiscum sunt versati, cum quibus ne potui quidem loqui cùm oppressus essem assiduis febribus. Quibus cum laborarem, & noctu & interdiu cogebar iter ingredi & æstu obsessus, & vigilia perditus & solitudine necessariorum, & ęgestate eorum qui mei curam gererēt. Iis enim qui me tala fodiunt & carceres habitant, grauiora passi sumus & patimur. Vix tandem autem perueni Cæsaream, tanquam qui venissem à tempestate in portum. Sed nec hic portus potuit recreare mala fluctuum, adeò nos omnino prius tempus confecerat. Sed tamen cùm venissem Cæsaream non parum respiraui quòd aquam bibi puram, quòd panem sumpsi nō olentem nec durum, quòd non amplius fui ablutus fragmentis doliorum, sed inueni balneum qualecunq;, quòd tunc mihi concessum fuit lecto affigi. Poteram his plura dicere. Sed ne nimiū sim molestus, hucusq; sisto, illud addens q, non cessetis exprobrare iis qui nos diligūt. Nam cū tam multos habeamus qui nos amāt, & quorū est tanta potentia, ne ea quidē assequimur quæ condēnati, vt in mitiorē & propinquiorē aliquē locum relegemur, sed cū & corpus nobis sit defessum, & metus Isaurorū omnia obsideat, hanc paruam & vilem gratiā non sumus assecuti. Deo propter hoc quoque sit gloria. Non cessamus enim eū glorificare in omnibus. Sit nomen eius benedictū in sęcula seculorū. Apertè enim scitis omnia esse plena tumultibus & perturbationibus. Nec oportet solū rogare pro Cōstantinopoli, sed pro vniuerso orbe terrarū, quando quidē malū quod huic cœpit sicut dictū est, vbiq; terrarū perdit ecclesias. Cū septuaginta itaque dies consumpsissemus in itinere, vix tandē venimus Cucusum, totius orbis terræ locū desertissimum. Quamobrē licet huic vestræ amplitudini ratiocinari quā multa mala passi simus, & cū febribus luctantes intolerabilibus, & obsessi metu Isaurorū. Et hæc dico non volens rogare aliquē vt nos hinc transmoueat. Perfecimus enim q, erat grauissimū, nēpe viæ molestiam. Sed hanc à vobis peto gratiam, vt assiduè ad nos scribatis & curā geratis ecclesiarum. Et rursus sic dicit. Nam nos quoq; qui tertium annū versamur in exilio, fame, peste, bellis, frequētibus obsidionibus, solitudine quę verbis explicari nō potest, morte quotidiana, gladiis Isauricis, non leuiter consolatur perpetua vestra & stabilis affectio, firmáq; & immota fiducia. Quamobrem etiam si à solo & mœnibus ciuitatis expulsi sumus: ab ea tamen quæ est proprie ciuitas nō migrauimus. Si enim vos estis ciuitas, nos autem semper vobiscum & in vobis: clarum est q, hic quoq; degentes, illam habitamus ciuitatem. In vestris enim degimus animis, & vbicunque fuerimus omnes vos qui vehementes estis nostri amatores, in cogitatione circumferentes abimus. Sed enim reuertendum est vnde discessimus. Atque sic quidem cùm vt diximus duceretur Cucusum quod est opidulum solitudinis, cum excipit Adelphius qui erat Episcopus Anabisi, non casu sed diuina quadam visione iussus eum excipere. Sed nec hoc erat extra diuinam prouidentiam, quod magnus ille exilio, illic esset cōdemnatus. Nam cum post illa, ex hominibus qui impietate & ignorantia omnino laborabant, simulachra autem & arbores & nemora per summam colebant iustitiam: qui autem paulo plus sapiebant, Sol ab eis adorabatur. Ex iis ergo quidam, de magno enim Ioanne acceperant auditione cum quendam adduxissent paralyticum in lecto decumbentem, rogabant vt eum curaret. Is verò cum tempus rogasset morbi & religionem, vbi audiuit tempus quidem esse octo annorum: ab eo autem coli solem. Oportet ergo solem tibi mederi, dixit parum subridens, si hic est Deus tuus. Sed nec ipse potest, inquit ille, absque Deo quem habet. Audimus enim soli quoque esse Deum quem colit. Quid ergo, dixit respondens sanctus, non illum potius Deum colitis quem sol quoque colit? Sed nos, inquit ille, non audemus, ille enim, inquit, est magnus & qui potest solo nomine horrorem afferre, & si quis non fuerit eo dignus & liber à peccato, simul atque accessit ad adorandum, igne diuino comburitur. Cùm autem sanctus hæc dixisset fabulas esse & artem magni, qui iis qui parent mercedem conciliat interitum: & Deum huius solis esse Deum eorum quæ sub aspectum cadunt, & quæ non cadunt, nec vllum ex iis qui ad eum accedunt reiici, etiamsi sit peccator, modò eum subierit pœnitentia eorum quæ præcesserunt. Solum itaque, inquit crede: & statim cum curatione corporis sequetur etiam curatio animæ. Cùm sic dixisset sacrosancta illa lingua, dixit ægrotus se credere & se nullum alium amplius Deum esse culturum. Tunc ergo beatus cum membra eius obsignasset, Domine, inquit, qui paralyticum quem per te rectum cum ipso lecto tibi demiserunt, solo verbo curasti, hunc quoque ad gloriam tuam & agnitionem tuo nutu cura. Hæc cùm dixisset, statim surrexit qui ęgrotabat & stetit sanus, vt qui fructū pietatis accepisset robur corporis: aut potius per morbū corporis deductus fuisset ad sanitatem animæ aut etiā vtriusque.

Hoc miraculū facit regionem cum toto cœtu credere: & innumerabiles accedere ad baptismū. Cū ergo septem Episcopos cū Presbyteris & Diaconis sufficientibus multitudini eorū qui crediderant eis ordinasset, inuenisset autē quosdā ex eis benè scire græcū sermonē, eis tanquā lingua vsus, diuinū Dauid & totū nouum testamentum per ipsos græcè interpretatur, & formam quidē tradit incruenti sacrificij: docet autem ea quoq; quæ sunt noui testamenti, deinde tradit etiā eis regulas psalmodię & orationum. Cùm ergo paucis diebus vidisset hanc recens structam ecclesiam multiplicari, quinetiam Christi præceptorū non paruam in eis fieri incrementū, Deo magnas agebat gratias & exultabat spiritu, iis qui ex eis erant infirmi medicas manus imponens, & id quod est omniū pulcherrimū gratis largiens. Sed ille quidem in his, eorū autem qui inimicitias temerè exercebāt, aut eorū qui Deo & Ioanni adhærebāt, res quomodo? Quicunq; ei cōmunicauerant, Episcopi vt semel dicā Sacerdotes, qui propter pro Christo zelū odio habebant Ecclesiam malignantium, ij omnes bonorū publicationes, relegationes, mortes, & varia supplicia subierunt. Etenim oportebat hic quoq; eū bonus Pastor ad imitationē primi venisset in manus impiorū, dispergi quidē oues, eas autem esse quoq; cū magistro molestorū participes. Licebat ergo videre alios quidē implere quę propè erāt custodias: alios autē condēnari habitare terras & insulas, pcul sitas, multis & grauibus tormētis prius confectos. Quæ autē fiebant in itinere, ea erant alia quædā tragœdia & planelias malorū. Nam cum nacti essent ſęuos & improbos eos qui ducebant, eis nihil omnino parcebatur: neq; in eos vlla ostendebatur clemētia & benignitas: nec cū eis ita agebatur tanquā fuissent homines cōmissi hominibus: sed tanquā feris potius aut Dæmonibus inanibus & homicidis, & ideò ducebātur acerbè & immisericorditer: alij quidē sic vexati in itinere, alij autē nudis & nō stratis mulis iniecti, nō secus q, si essent onera inanima. Sed quis insignē eorum dixerit insolentiā, quis probra, ludificationem, subsannationem, irrisionē, quæ plagis & fragris animā tangunt vehementius: & efficiunt vt mors acerba sit magis optāda iis qui patiuntur. Vt autē illorum dedecus haberent pro delitiis, non in domos orationū, non in aliqua alia habitacula in diuersoriis eos introducebāt: sed in fornicibus & prostibulis eos execrandi & scelerati includebant. Hæc autem omnia parua ducebant viri egregij, & malebant quidlibet potius pati, quàm ab Ioānis parte & cōmunione, hoc enim erat eis grauissimum, excidere. Quicunq; verò potuerunt effugere manus persecutorū, ipsi quoq; nihilo secius fuerunt sibiipsis tortores, vt qui se solitudine & extremis quibusdā finibus condēnarint, vt qui magis elegerint habitare cū feris q, viuere cū hominibus feris lōge agrestioribus. Non multi dies prę terierūt: & Arsacij fidei cōmittitur qui ordinatur Patriarcha Cōstantinopolitanus, proh dolor, quis post diē? Qualē virū, qualis annosus, vt ita dicā, truncus excipit, facilitate eorum qui rerū potiebatur? Vir qui vixerat plus q, octoginta annos, loculo magis aptus quàm throno: delirus & emotæ mentis, in dicendo quidē minimè facundus: ad aliquid autē quod oporteat excogitādum ineptissimus: ad agendū verò ignauissimus, inanimis nō multū dissimilis. Lecto dignus & angulo. Qui cū ex se esset inutilis: deinde etiā ex alia parte accepisset aduersariam populi in Ioannē beneuolentiam, erat plane omnibus inuisus & contēptus. Cùm itaq; quatuordecim mēses vixisset in sede, præ ipsa quidem naturæ hebetudine ignauiaque & quasi torpore, non minus q, si naturalis finis ei euenisset præmortuus: neq; vllū, vt ita dixerim viui opus interim effecisset, excessit. Post eū autem, viro cuidā educto ex Presbyteris nomine Attico traditur clauus ecclesiæ. Quo quidē tempore Ephesim cū nullo coercēte metu licentiā arripuissent, omnia mouere & transmutare sicut eis videbatur studebant, eos quidē qui rectè & vt deo placebat, in sedibus erāt collocati expellentes, quosdā autē sceleratos & prophanos ad animarū exitium collocantes, cum ordinationem nulla perscrutatio præcessit aut examinatio, sed perinde ac si esset res leuis & facilis, qui voluerat aut potius, qui dederat ad sedē perueniebat. Quo tēpore qui ab illa quoque beata anima iustè electi fuerant ab ecclesiis, rursus non difficiliter fuerunt introducti, sed hos contemptores aptè aggredientes, eas emerunt pecuniis. Qui quidem Heraclidem quoq; cui ab illo & septuaginta, scilicet Episcopis dignè commissus fuerat thronus Ephesi, cùm inclusissent & ab ecclesia expulissent, Tribuni Victoris Eunuchum, in sede virginis, male ô iustitia & Dei patientia, malè & indignè collocant, cùm non esset semi malus nec tolerabiliter improbus, sed apertè Cinædus & execrandus.

Porphyrij autem audaciam & insignem illam rei impudentiam quis lubens silentio prætermittat? Is senex, & in improbitate, vt qui in ea ab ineunte ætate esset eductus, accurate versatus: præter autem temporis longitudinem nihil remisisset de intemperantia, sed contendisset vel natura videri superior in rebus turpissimis, postquam magnum iam Flauianum eorum qui in cœlis festum agunt tenebat chorus captus desiderio in ecclesia Antiochena, exercendi tyrannidem, cùm obseruasset tempus in quo vniuersa ciuitas exierat, vt est mos ei antiquus, ad spectacula quæ fiunt in Daphne, Antiochum haberis & Seuerianum & Acacium qui erant apertè inimici veritatis, opem ferentes eius cupiditati, est enim simile simili amicum, inuadit sedem vt qui esset fur & non pastor: & ab his execrandis ordinatur, qui ei rei tantam adhibuerunt sceleritatem, vt nec quæ de more quidem solent fieri locum habuerint. Sed isti quidem consecratores cum hæc facta essent in tenebris, se statim in pedes coniicientes fuga sibi consuluerunt, astris viam notantes: & montibus in viis se committentes. Ciuitas autem eum quòd iam factum fuerat cognouisset, publicè omnes conuenientes, sarmentáque & ignem tenentes in manibus, ipsi quoque zelo non minus inflammati irruperunt ad Porphyrium. (Sciebat enim qualis esset eius vita quàm insolens & quàm execranda) cum ipsa domo Episcopatus eum volentes comburere. Is autem cum sensisset conceptum in se odiū, duce exercitus corrupto pecuniis, persuadet aduersus zelum fidelium pro pietate, iram armare dæmoniacam, statímque fuit congregatus in eos exercitus fæuus & immanis, & quem ne facile quidem potuissent aggredi qui aciem instruxissent.

Deinde excitata est magna persecutio aduersus ecclesias, & imperatoria edicta & decreta, suggestione Attici, nullus eum pius ei volebat communicare, proponebantur per ciuitates, quæ dicebant: Si quis Episcopus Theophilo nolit communicare Aticóque & Porphyrio, eiiciatur ex ecclesia, & priuetur bonis: ex Laicis autem, qui magistratus quidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

gerunt, ab honore excidant, militibus verò offerantur singula, communis autem multitudo & quæ est occupata in artibus, auro multata damnetur ex alio. Hæc faciebant multos vel inuitos communicare, à quibus iudicabatur quid magnum & minime tolerabile excedere à pecuniis & priuari gloria. Multi autem cùm voluntarium elegissent exilium, elegerunt potius solitudinem & Monachorum tuguria habitare quàm ciuitatem. Sunt etiam qui ex animi magnitudine omne periculum subire satius esse duxerunt, quàm facere aliquid quod discreparet, & esset indignum pio ac religioso vitæ genere. Hæc cum ita se haberent, nonnulli Episcopi & Clerici qui stabant à partibus Ioannis, pro Ioanne & quæ malè se habebat ecclesia zelo instincti: quomodo enim non oportebat eos qui vel mediocriter Dei metum in vtero concipiebant & parturiebant? ad veteram Romam veniũt: & cum ipsi Imperatori Honorio & Innocentio papæ in conspectum venissent, & illam grauem explicassent tragœdiam: quinetiam tres reddidissent epistolas, quarum vna quidem erat egregie illius animæ & linguæ, apertè omnia sigillatim persequens: altera autem communis cleri Constãtinopolitani. Tertia verò erat quadraginta Episcoporum qui cum Ioanne communicabant. Quas quidem cum communiter tradidissent, effecerunt vt qui eas acceperant, tantopere perturbarentur: & eorum animis tantum zelum immiserunt, vt ambo statim scriberent ad Imperatorem Arcadium, profundi somni eum arguentes in iis quę ab ipso gerebantur, & quod non honestè nec iustè sed planè nefariè fuit decretum Ioannis secundum exilium: & quod oportet omnino, si est ei aliqua honesti ratio & pacis ecclesiarum, Patriarcham quidẽ rursus restitui ecclesiæ: & Episcoporum synodum fieri Thessalonicæ, vt quæ sita sit in medio eorum, qui ab oriente veniunt & ab vrbe Roma, adesse autem etiam Theophilum, vt qui fuerit præcipua causa eorum quæ improbè facta sunt in hac relegatione. Et sic causam Ioannis ab animi perturbatione alieno & iusto iudicio decidere. Propterea, enim aiebant, aliquot Italię Episcopos, qui recta incedunt conscientia, & sunt acres iustitiæ defensores propter hoc ipsum emittere statuimus.

Cum has itaque litteras cum actis quæ propter hãc causam facta sunt à Synodo Episcoporum Italorum sanctus accepisset Aemilius, erat autem is Episcopus Beneuenti Categiusque & Gaudentius cum Valentio & Bonifacio Presbyteris, Roma inierunt iter versus Byzantium, sequente Quiriaco & Demetrio simul cum Palladio & Eulysio Episcopis qui cum Ioanne communicabant. Ii enim prius descenderent, & Romanorum auribus omnia apertè exposuerant. Cùm autem iam in Græciam nauigassent, comprehensi fuerunt à quodam Tribuno militum mente valde corrupto & deprauato. Qui cum eos cuidam ex suis tradidisset, non concessit vt viderant Thessalonicam, cum vellent illuc prius proficisci, & Anysio Episcopo tradere missus à Papa litteras. Cæterum hoc quoque erat inuentum & artificium mulierum omnium sceleratissimæ Eudoxiæ. Nam cum ipsa accepisset fuisse missos Episcopos Italos, & quanam de causa venirent, hæc prius est machinata, & obstitit menti eorum qui miserant. In duas itaque naues diuisi ab eo qui acceperat, decimo die appellunt in quendam locum non multum distantem à ciuitate, qui erat prope suburbana Victoris. Deinde cum illinc quidam alius nomine Marianus eos accepisset, nec ille quidem sine arte & malitia, sed ad hoc missus ab Imperatrice: cuestigio eos duxit & in custodia Thraciæ quæ vocatur Athyras, violenta mente & manu eos inclusit.

Seorsum ergo Romani & Quiriacus Episcopus cum suis inclusi acerbè torquebantur: grauiter examinabantur: afficiebantur malis innumerabilibus, & ab eis exigebantur epistolæ. Cùm autem dicerent se non daturos nisi vidissent Imperatorem cum essent legati, primum quidem vno misso ex patriciis, deinde aliis quoque viris illustribus & epistolas exigentibus, tandem quidam Valerius nomine, genere Cappadox moribus beluinus ex re impudentissima & violenta volens sibi nomen comparare, Vnius ex Episcopis, apud quem erant litteræ ad Imperatorem & ad alios, fracto pollice, eas aufert, & pugillares, & sacra vasa, & quidquid argenti erat eis vsui. Quod ipsum quoque malo consilio factum est, vt cùm eis deessent quę sunt ad vsum necessaria, cogerentur aliquid facere præter sententiam. Die autem sequenti, incertum an ex iis qui erant Imperatricis, An ex iis qui erãt Attici, quidam accedentes, volebant eos non gratis nec paruo prætio, sed acceptis tribus milibus aureorum, cùm Attico quidem communicare, Ioannis verò causam negligere. Cum ij autem id passi non essent, nã aliquid quoq; acciderat diuinitus. Aemilij enim Diacono Paulo nomine, qui erat moderatus & tẽperans, diuinus Paulus in somnis apparens. Videte, inquit, vt cautè ambuletis, dies enim mali sunt, tacitè significans fraudem ad quam muneribus & blandiciis eos studebant inducere. Cùm ergo non passi essent, sed hoc solum peterent vt liceret redire ad eos qui miserant, Valerius iste cuius insanum & violentum facinus fuit fractio pollicis, cum non solum esset audax & violentus, sed etiam ad maleficium, vt res ipsa indicabit, callidissimus, naui iam vetustate fatiscẽti & putridè, vt eos apertè perderet, committens, sceleratus iussit eos abire. Cum ergo parũ abfuissẽt quin inciderãt in periculũ, vix tandem euenit vt appellerẽt Lampsacum, & cum illic mutassent nauigium, post quatuor mẽses venere Romam. Innocentio itaque narrant quæ acciderant Quiriaco & Palladio, an aliquid eis factum esset ignorantes: sed nec de Ioanne valentes scire quid accidisset. Quæ quidem omnia obtusum latebant Arcadium vt postea scire licuit. Sed enim rursus reddeat oratio vnde est digressa: & narret ea quæ restant de illo magno Ioanne. Admirabilis ergo ille Ioannes cum Cucusum venisset, & in ædibus Adelphij, vt iam diximus degeret (illic enim eũ reliquimus) multos quidem pauperes aluit pane terrestri, tunc enim grauissima fames eum locum inuaserat: longe autem plures nutrimẽto quod à lingua suppeditabatur, quod & cor confirmat & mentẽ illuminat. Quã multas autem de multis necessariis habuit orationes? Quid enim ex iis quæ contingunt aspera & molesta, potuit linguam sistere quæ fluebat instar fluminum? Habuit etiam non paucas de patientia: & quod non solum oporteat non esse socordes, sed nec offendi molestiis quas contingit perpeti. Multæ quoque ab eo diuinæ scribuntur epistolæ ad sanctam Olympiadem, in quibus sæpenumero vnũ dicit esse terribile, nẽpe peccatum & ei recenset molestias quę euenerunt in itinere, & eam mœrentem propter eius priuationem studẽs recreare efficit vt non sit desperandum fore vt eũ rursus cõueniat. Quinetiã quemadmodum cum via moleste in summo

mo æstatis vigore peragretur, & vehemens eum febris inuasit & mala stomachi, & qui his lõge erat grauior, sceleratus Gallus cui fuit adducendum vir ille iustus commissus. Prætereà autem quemadmodum cùm ad quoddam venissent diuersorium, omnia illis molesta acciderunt, eorum qui ipsorum curam gerebãt solitudo, inopia rerum necessariarum. (Vtor enim illis eisdem verbis aureis) nullum adesse medicũ: metus irruptionis Isaurorum: & spes fore vt mox in eorum manus deuenirent. Quid vero qui præter omnẽ bestiarũ feritatẽ in eum furebant Monachi, minantes se eum cõbustores esse cum ipsa domo. & quemadmodum à febre malè affectum & de itinere valde fessum, qui eum abducebant, non modo eum nulla dignati sunt misericordia: sed eos etiam qui volebant, prohibebant, minãtes eis extrema & omnium maxime terribilia. Propter hæc autem qualem viam peregit, nempe arduam, lapidosam & difficilem. idque cum egro posset ingredi, vtpote quòd ei esset male affectum corpus, quantũ corpus, quantum ex eo scribente sciri potest, quando etiam rogat beatam vt ei curæ sit vt non sit relegationis via longior, dicens. Mihi mille exiliis est ingredi difficilius. Hæc & alia his plura quæ facta sunt post relegationẽ, inuenerit quispiam has epistolas referentes. Sed illuc rursus reuertor. Cum enim magnus ille Cucusi, & corporis nutrimento non paucos, & plures nutriret pane animæ, accensa ex eo inuidia facit eum rursus migrare Arabisum. Volebãt enim illi scelerati & planæ deploratæ improbitatis, cum ei maleficiendi nondum ipsos cœpisset satietas, eum tam frequentibus cedentem afflictionibus vitam sic amittere. Sed illuc quidem abductus maioribus afficitur vexationibus. sed aperte ostendit se à philosophia effectum superiorem quolibet quod possit accidere & ex his maioris virtutis sumere occasionem: & per ipsa lætus resplendere, perinde atque in igne lucem ei suggerente maiore materia. Sic ille qui erat reuera inuictus, & nec ab afflictione neque ab vlla alia modestia superatus, sic affectus afferebat potius molestiam Sycophantis. eiusque laus & fama valde angebat eorum animos. Quã admirabilis res est virtus magnique facienda & beata iudicanda ab iis qui sapiunt? Nam ille quidem tot malis appetitus, manebat inuictus & inexpugnabilis, & re quæ intentabatur qualibet superior. Ij autem in quorum potestate erat hæc facere, erant miseri & timidi, & quo non miseriores? pauperem, eronem, exulem formidantes & licet tanto esset interuallo disiunctus, efficiẽtes vt pluribus remoueretur finibus. vt nec eius quidẽ fama eo perueniens eorũ inuidos animos sauciaret. Hinc Pyeiuntẽ, eũ sic eis esset imperatum, traducitur ab iis qui eum custodiebant. est autẽ id oppidulum valide desertum, situ quidem ad dexteram in fine maris pontici. est vero finis Romanorum Imperij, contiguus Barbaris & crudelibus gentibus. Cum ergo iam esset in itinere & ad hoc vltimum duceretur exilium, iam ad Deum potius profecturo & cessaturo ab his magnis laboribus, paucis ante diebus noctu precanti, Petrus ille magnus & Ioannes, quos etiam viderat in principio vitę ex Deo agendæ, rursus ei apparent, & lubenter eum alloquũtur, recreantes à laboribus, & victoriam aduersus Dęmones suauissime annunciantes. Deinde cum ei gratum excessum prædixisset, & quæ eum quidem bona mox essent exceptura, mala autem Eudoxiam eius persecutricem, Comede dicunt, quendam ei cibum ostẽdentes. quem cum comederis, non erit tibi opus alio donec eum sumes nobiscum in quem non cadet interitus. Hęc & illi dixerunt & ipse sumens comedit. & sic illi quidem recesserunt. ipse autem satis recreatus lingua læta & florida, Christo qui eã tam pulchra impertiit consolatione, egit gratias, sed quis est qui hæc in lucem protulit? Dixerit quispiam acrioris ingenij. Clarum est enim quod nõ ille, qui res suas valde celare sciebat. In promptu est quòd respõdeatur. Duo enim Presbyteri & quidem ex Diaconis, qui magno capti eius desiderio elegerant peregrè cum eo proficisci, laborúmque & dolorum eius esse perpetuo participes, oculisque & auribus hæc diuina acceperant, & hæc aliis similiter tradiderunt. Cum autem quatenus iam finis appropinquabat, oporteret sceptra magis attoli conuenienter animi alacritati Athletæ, conduceretur in exilium, ij quibus commissus fuerat, eum tam longis & tam vehementibus vexabant ambulationibus, vt vellent eum morti tradere nimia sceleritate victum & afflictione. Itaque cum & imbres deciderant vehementes, & sol vreret ardentissime, tunc & prolixior erat eius deductio, & ab eo postulabatur vt intense ingrederetur. Vbi autẽ erat ciuitas aut locus aliquis, aut corporis defessi recreatio, aut lauacri solatium, aut aliqua alia breuis laborum remissio, ne parum quidem eum volebant illic manere, cum sic eis fuisset imperatum. Merces em̃ crudelitatis eis promissa fuerat, maiorum honorum consecutio. Sed cum ille hanc viam difficilem perageret ieiunus, vultum habuit longe lætiorem, iis qui assidue vacant deliciis & cõpotationibus. atque Pytiuntem quidem defunctum ei locum exilij, vt Dei Epiphanius prædixerat non peruenit. Sed cum esset ꝓpe Comanos & diuersati essent in martyrio Basilici, quẽ aiunt quidem fuisse Episcopum: tempore autem Maximiani in ciuitate Nicomediæ subiisse certamen martyrij & vicisse, & corona fuisse redimitum, ei apparens in somnis Basiliscus. Bono animo esto, inquit, ô frater & lætare, ambos enim coniunget dies crastinus. Dicitur autem ædituo quóq; Martyrij die præcedenti apparuisse & dixisse, para locum fratri Ioanni, venit enim. Cum autem simulatque illuxisset, viam rursus essent ingressuri, diem sciens magnus Ioannes tanquam ex responso, rogabat eos qui abducebant vt sinerent eum manere in loco. Cum illi autem non concessissent, sed instar volucris triginta stadia confecissent, ipse cuius voluntate omnia administrantur, ipse ô miraculum, effecit vt errorem subeuntes redirent in illum locum. eósque rursus habebat ædes Martyris Basilisci. Cum autem & tempus vocaret & iam adesset hora eius ad Deum migrationis, & egregia illa lingua esset tacitura, & claudendi essent oculi nuncij puræ illius animæ, & insignes temperantiæ summa pulchritudine. omnem quidem quam secum attulerat suppellectilem diuisit iis qui aderant. Deinde etiam cum exuisset ea quibus erat indutus, ea quoque donat. & cum se ad calceos vsque lætius & alacrius composuisset. vt etiam iis quæ apparebant liceret cum iis quę erant intus, celebrare diem festum eius excessus & migrationis, & cum sic ornatus diuina sumpsisset sacramenta, & consuetam effatus esset precationem, Gloria tibi Domine propter omnia: quinetiam se signasset signo crucis cum qua vixerat: & pedes extulisset, pedes inquam illos speciosos

&

& vere Apostolicos, beatum illud iter iniit, vt Christum videret: cũ Christo versaretur. Christi perpetuo exultaret pulchritudine. sibi quidem fœlix ob dicessum & migrationem: magnam autem afferens tristitiam iis qui res illius pulchre nouerant: Et quibus vel modicum sui mellis gustum præbuerat. Fuit autem dies eius decessus, qui fuit viuificæ Crucis quam ex re ipsa solemus vocare exaltationem, quæ vt omnes sciunt, celebratur quartodecimo Septembris. Oportebat enim eum qui se nulli rerum præsentium dediderat, sed se totum mundo omnino crucifixerat. & in nulla re alia gloriatus fuerat quàm in cruce Christi, eo ipso die festo crucis, cum ipsum quoque deponere puluerem quem habebat ex hac materia, & mũdum peruenire ad eam quæ est in cœlis conuersationem. Tunc autem existit quoddam manifestissimũ indicium omnium amoris in sanctum. Nam cum iam ad multorum aures peruenisset eum decessisse: & communis iactura in omnem partem peruaderet, multitudo innumerabilis, multitudo incredibilis virorũ simul & mulierum quæ pie exercebantur, ex ipsa Syria & Cilicia, ex Ponto & Armenia cõfluebat ad adorandum beatum tabernaculum. Quod quidem, cum ei de more sacri dicti fuissent hymni & psalmodia, & vix effugisset eorum manus qui ipsum tanquam viuum accipiebant & cum gaudio complectebantur, & id contendebant quidquid fieret non dimittere, deponitur prope Basiliscum martyrem. reuera dignũ omnibus laudibus, vt quod tali fuerit animę coniunctum, & talium laborum fuerit ei socium, & ministerij grati ei qui ipsum creauit ad laudem ipsius boni Dei nostri, ad cuius gloriam ipse omnia faciebat, & vnigeniti eius filij, & viuifici spiritus. Quæ est beata & principalis Trinitas, Quam decet gloria honor & adoratio, nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

CANDIDO LECTORI PHIL. MONTANVS ARMENTERIENSIS, DE RECOGNITIONIS VTILITATE AC NECESSITATE.

QVVM summa & caput veræ religionis in dei veri cognitione ipsiusque ac proximi dilectione contineatur, Candide lector, qui verbis aut scriptis, quoad homini licet, nobis exponunt summam illius potentiam, admirabilémque sapientiam atque bonitatem inexhaustam, tradúntque quomodo colendus is sit, & super omnia diligendus, proximus autem ipsius causa non aliter quàm nos ipsi diligendus: hi re vera de repub. quàm optimè mereri videntur. Inter quos etiam præcipuos semper à piis & doctis hominibus diuus Ioan. Chrysostomus numeratus est: idque meritò, vt qui ob diuinam illam & auream eloquentiam Chrysostomi, hoc est, oris aurei cognomine donatus sit. Verùm posteaquam temporis longinquitate atque iniuria partim multa subinde in alios atque alios codices transcriptione nec ea satis accurata, partim interpretum negligentia permultum de auri illius fulgentis splendore detractum fuerat. Nec solum rubiginis aliquid quibusdam in locis inductum, sed pleraque passim in ipsius libris loca fuerant corrosa & deleta, aut etiam abrupta & mutila, ea nunc, primum quidem in Matthæum duos codices græcos eosque vetustissimos è regia bibliotheca nacti, pro nostra virili restituere sumus conati: quos quidem conatus pro animi tui candore boni, vt spero, consules, candide lector. In tanta enim huius ætatis librorum multitudine, tantáque humanæ vitæ breuitate melius de studiosis mereri videntur, qui doctos illos iuxta ac pios auctores restituunt, & salebras quæ lectorem offendebant auferũt, quàm qui nouos nescio quos libellos identidẽ effundunt: quorũ lectione occupati plerique nouitatis auidi, à grauioribus illis ac solidioribus scriptis retardãtur, aut etiã prorsus auertũtur: adeò insulsa & præpostera sunt quorundã studia: qui veris vana, & seriis ridicula quædam præponunt. Sed illis omissis ad institutum nostrũ veniamus. Et quoniã plerique solent splẽdidis in speciẽ titulis emptoribus imponere, vt prudentiores intelligant in hac commentariorum Chrysostomi in Matthæum recognitione sibi fucum non fieri, quod in Theophilacto fecimus, id quoque iam facere operæprecium esse ducimus: vt loca quædam indicemus, ex quibus de recognitionis huius vtilitate atque etiam necessitate quid sentiendum sit coniicere liceat. Sed priusquam ad ea veniamus præmonendus es lector nõ omnia ad prædictos codices græcos immutata esse, ne quid videlicet temere. Fieri enim potuit, vt quibusdam in locis, interpretis græcus codex aliter habuerit & fortasse melius quàm nostri nunc habeant. Itaque cùm sensus à nostris codicibus græcis diuersus occurreret, qui tamen tolerari posset, eum è medio non sustulimus: sed huiusmodi notis †] inclusimus. Vbi præsertim plures erant dissidentes dictiones: nam vbi vnicæ dictionis erat diuersitas, prior hæc nota † sufficere visa est, ac diuersam nostrorum codicum græcorum lectionem illius loco, quæ dictis notis est inclusa, substituendam margini adscripsimus: lectori iudicium permittentes, vt vtram velit lectionem assumat. Atque ita fiet, vt hæc editio duarum instar esse poterit. De locis illis loquor qui fieri posse viderentur. nam quàm plurima alia manifeste corrupta prorsus sustulimus, ne lectorem frustra remoraremur. Quod verò in nostris manuscriptis græcis codicibus nõ habetur talibus notis [ ] intercipitur. Et vt minor esset latinorũ codicum varietas veteris interpretis versionẽ, quoad licuit, retinuimus: quam tamen in decem circiter priora Matthæi capita in postrema Basiliensium editione subinde mutauit Sebastianus Guldebec: meritò quidem quibusdam in locis, in quibus & nos illum sumus secuti. Miror autem cur in aliis nulla vrgente causa istud fecerit: ne dicam quòd quædam malè mutauerit. Vt homilia prima, ibi, vnde simul omnia arguta fuissent mendacij. cùm longe aliud dicat Chrysostomus. nempe, propterea & communiter multa dixerunt &c. Erroris causam fuisse suspicor, quòd ipse πάντα legerit, vt etiam habebat alter nostrorum codicum, quum legendum sit πολλά, vt in altero scriptum erat. quæ etiam lectio consentit cum priore Aniani versione, quam hoc loco malè inuertit Sebastianus. columna item.13.ibi. Hoc receptum fuisset, contraria est sententia. Item homi.4.col.46.ibi. Ita etiam eum qui gloriam desideret. contrariam rursum sententiam reddiderat. Homl. item.7.ibi. Adhuc stella committatur, manifestus est error. quum postea dicat non iam stellam sed angelum &c. Item col.76.ibi, adducit habitum huius mundi. cùm dicendum fuerit, præterit figura. Item col.79. integram sententiam omisit. Item col.88.ibi. Ante hoc verò erant oraculo moniti, contraria est sententia. & paulo ante, pro, cùm eò venissent, legendum est, cùm illinc redissent. Item homil.12. pleraque erant omissa & non pauca corrupta. homil. vero.13. plurima erant præposterè posita ac temere permixta: ita vt nullo modo vera Chrysostomi sententia colligi inde potuerit. quæ nos adiuti duobus prædictis græcis codicibus suo ordini reposuimus. Ac miror sanè correctorem Basiliensem id non animaduertisse, cùm in ea tam multa essent partim corrupta partim transposita: non de literis aut dictionibus aliquot loquor, sed de quàm plurimis versibus: quod facilè deprehendet qui hanc editionem cum prioribus,

ribus, cum postrema etiam Basiliensium editione conferre volet. Item homil.17.ibi, ostendens nequaquam veteribus contrariũ habentibus &c. pugnantia dicere videtur. Item in homil.30. etiam si parua sit, multa tamen erant deprauata, vt vbi agit de leni & moderata correctione peccatoris, locum Pauli.2.ad Timo.2. adeò deprauatè produxerat, vt vix quisquam eum agnoscere potuisset. & in homil.32. multa erant etiam deprauata, & contrariam nonnunquam præ se ferentia sententiam. Homil. verò 34. vbi de Iob loquitur, & locus adfertur ex libri Iob.31. capite ad hunc modum. Si recondidi aurum tanquam puluerem, interpres excusari potest cùm idem locus in græcis etiam corruptus fuerit. Nam pro, εἰς χοῦν, legi debet, ἰσχύν. habetur enim apud septuaginta interpretes, quos græci sequuntur, εἰ ἔταξα χρυσίον ἰσχύν μου. id est, si constitui aurum robur meum: quæ sententia pulchrè cum sequentibus conuenit. Scribæ itaque græco potius is lapsus est adscribẽdus. Quæ autem adhuc produximus, ea potissimum sunt quæ in recognitione Sebastiani deprauata etiam habebantur. ne quis posteriorem hanc recognitionem in prædictis homiliis superuacuam esse putet. Malam autem apud latinos homiliarum distinctionem non mutauimus, quam aut interpres aut typographus fecit in homilia 19. in cuius fere medio ad principium orationis Dominicæ vigesimam notauit homiliam, quum portio sit homiliæ præcedentis: homiliam scilicet vnam in duas malè diuidens. Eum tamen errorem apud latinos in homeliarum numero iam receptũ non mutauimus, quòd in sequentibus omnibus homiliis vnus detrahendus fuisset numerus. Nã quæ apud latinos est xxi. apud græcos est xx. & sic de aliis sequẽtibus. Qui ergo Chrysostomi locum ex his homiliis ab aliis auctoribus citatũ hìc requisiuisset, frustra id fecisset, quum in præcedente scriptũ esset quod quæreret. studiosorum itaque commoditati consulentes numerum non mutauimus: sed eo in loco ad marginem, malam ibi esse diuisionem notauimus. Ab homilia autem.35. vix quicquã emendauerat Sebastianus, quòd fortasse iam tum græco destituretur codice. In sequentibus porro homiliis plura sunt in hac editione emendata, quàm quæ hìc notaro possint. Si quis tamen nostrus verbis diffidat, videat si lubet xxxvij. & xliij. homil. in qua plurima inuersa erant, & sic transposita, vt sententia non cohæreret: in qua etiam versus græci codicis plusquam quinquaginta fuerant prætermissi. In homilia liij. simili negligentia multũ textus vna cũ sua glossa omissum erat, præter ea quæ in eadem fuerãt corrupta. In sequẽti quoque homilia multa vt in aliis fuerant deprauata, & quædam passim omissa, sine quibus constare omnino non poterat Chrysostomi sententia. sed nonnunquam etiam contrarium dicere ac sibi repugnare videbatur. Pleràsque autem clausulas aut versus etiam aliquot sæpiuscule præteritos deprehendi: quum in fine aut initio clausulæ aut versus bis eadem dictio poneretur. Dum scriba videlicet vel typographus aut fortasse interpres ipse non satis attentus, à priore ad secundam transilierit. Quòd vero ad finem libri plurima desiderarentur, totum videlicet Matthæi caput vltimũ cum portione penultimi capitis, homiliæ scilicet duæ integræ cũ portione præcedẽtis, mutilo codici potius quàm interpreti adscribendũ videtur: quindecim enim græci codicis folia nondum, quodquidem sciam, in latinam linguã versa fuerunt. quæ res imperfectũ nobis egregium hoc opus relinquebat, quod nunc fide quàm potuimus optima compleuimus. Possem & alia multa proferre: vt quòd initio xvij. capitis Iacobum & Ioannem fratres ambos primogenitos dicit, reclamante sensu communi. qui tamen error in postrema etiã Basiliensi editione habetur. Item quòd specialis posuerit, pro, spiritualis. & tempus fugitur, pro, templum fingitur, siue formatur: & liquidus, pro, liuidus: & legi satisfaciat, pro, legem cessare faciat: & susceptum, pro, suspectũ: & satanam, pro, semina: censentur, pro, cessemus: non vult, pro nullũ: nullã, pro multã. & paulopost, nullã, pro, nonnullã siue aliquã. &, temporũ, pro, ipsorũ vitiorũ, pro iudiciorum. corpus, pro, opus. iuxta, pro, mixta. cui certe, pro, cur terræ. volo, pro, nolo. Huic præcipi, pro hinc percipi. & anno, pro, annui, sine interrogatione: nã græce est ἐνιαυσιαῖοι. & omnia, pro, anima. coronam, pro, carnem. negligat, pro, vigilet. &, cum autem expiasse, pro, cùm Iudam expirasse. sed quia istud fortasse minus est credibile, vide homiliam 87. vbi græce habetur. τὸν ἰούδαν ἀποπνίξαντα, & paulopost molliores pro meliores βελτίους. in cuius etiam initio habebatur, volebant, pro, voluebãt, ἔστρεφον. & ibidem de maledictis, pro, de Amalechitis. & certas, pro, tertias. Sed ne innumera persequens molestus sim lectori, paucos versus legat qui volet sub finem homiliæ septuagesimæquartæ: vbi non dico interpretis, sed scribæ potius aut typographi vt & in precedẽtibus, quàm plurima corrupta fuisse deprehendet, vt quòd posuerit, decore, pro, dedecore. absit, pro, adsit. quidem, pro, quiddam. ibi, pro, tibi. stultum, pro vultum. sanitas, pro, suauitas. magno vt vides sententiæ incommodo & sensu plerunque contrario. Nec id tantum in editione Parisiensi, verumetiam in Basiliensi eàque postrema. vt interim sileam de aliis mendis, quæ eadem in columna eiusdem homiliæ 74. extrema habebantur, quæ non ita facilè typographo imputari possint. Id dico, vt si quis grauetur totum opus aut homilias hasce aliquot conferre, hos saltem pauculos versus conferat: vt vel inde colligat quantum commodi ex reliqua tanti operis emendatione consequi valeant sacrarũ literarum studiosi. quorum iuuare studia, atque per illos publicam vtilitatem sedulo certè pro nostra mediocritate conati sumus. Atque id sanè affirmare ausim, nullam omnino esse homiliam in qua non sint multa emendata. Sed vereor ne pluribus quàm deceat ista fuerim persecutus in his potissimum quæ typographo imputari debent: & quæ attentus lector suo marte facilè, vt videtur, emendauisset. Ideoque mihi fortè quis obiiciet temere istiusmodi pleraque fuisse producta. Sed quid dicet cũ videat ista in tam multos codices irrepsisse, támque pertinaciter hæsisse, vt in postrema etiam Basiliensium editione manifestissima hæc, & correctu, vt videtur, facillima errata, relicta tamen fuerint? in qua Sigismundus vir certe doctissimus profitetur se laborem haud vulgarẽ impendisse. Verum cuiuscunque tandem incuria plurimæ istiusmodi mẽdæ fuerint inuectæ: nulli dubium, quin lectores plerósque turbare, aut etiam prorsus à sanctissimis huius viri scriptis alienare possent. cui malo regiis illis codicibus adiuti occurrere studuimus. Et quod hic in commentariis istis in Matthæũ diximus, idem in Ioannem, & Genesim & Paulum dictum putato, Candide lector, ne eadem sæpius sint repetenda. Nam etiam si nunc ad clepsidram mihi dicendum non sit, ad chartæ tamen mensurã scribendum est. tres enim tantum huic epistolæ sunt relictæ paginæ. reliqua igitur paucis sunt perstringenda. Et quod ad Commentarios in Ioannẽ attinet, confer si lubet homiliã secundã aut quartã, in huius statim initio turpem, ni fallor, interpretis lapsum deprehẽdes: vbi contra illos agens qui spiritum sanctũ creatum esse dicebant, ait. ἄλλως δὲ θηρώμενοι τὸν λόγον τοῦτον &c. hoc est. Alioqui iuxta hanc rationem inueniemus &c. vbi prius habebatur. Præterea in hoc euangelio inuenimus &c. quæ illi loco non conueniunt, vt nec quæ paulo pòst addit ibi, verum & hæc omnino esse nata &c. cùm dicendum sit. Verum ipse homo omnino vita est &c. Aduersariorum enim absurda confutat dicta. Hic in eadẽ quarta homilia quædã fuisse omissa reperies, & non pauca corrupta & inuersa. sed prolixius ista persequi non licet. Quædã etiã mutauimus perspicuitatis gratia. vt quod homilia vigesima septima dicit. vt cum vita malitiæ studeant, pro, quoad viuant: nos pro his dictionibus, cum vita, posuimus, ad extremam vsque respirationem. nam grecè est εἰς ἐσχάτας ἀναπνοάς. eadem ratione margini nonnunquam clariorem sententiam adiecimus, vt cum dicit Christũ in lotione pedum omnia per se fecisse, nec cuiquam aliquid præcepisse: sic ponit. nemine iusso omnia fecit: nos in margine posuimus cũ nota diuersæ lectionis † nemini quicquã imperans] è regione harum dictionum † nemine iusso] explicantes potius quàm versionem illã damnantes. Quædã etiam corrupta aliter restituimus quàm suspicamur interpretem rectè posuisse, vt vbi habebatur. Qui præsentibus rebus & magnis inhiat, is vilis est & abiecti animi. nam pro, & magnis, suspicor interpretem scripsisse, vt magnis: nos vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vero, tanquam magnis substituimus: ne denuo locus facile deprauaretur. Sæpissime enim deprehendimus, &, pro, Vt, aut contra positum esse. facile quidem lapsu, sed magno, Vt hic vides sententiæ incommodo. Homilia vero xxviij. quædam detraximus, addita. quæ sententiæ multum officiebant. Vt cum dicit, in solennitatibus in ciuitatem veniebat Ioannes, Vt in &c. Ioannes, in græcis non habetur, nec de Ioanne baptista intelligi possunt quæ ibi dicuntur, cùm ipse nulla signa faceret Vt habetur Ioan. x. sed de Christo dicuntur. de suo igitur male addiderat illic complura de Ioanne. quæ tamen etiam habentur in postrema Basilien sium editione. item in eadem cùm declarare vult discipulorum Christi & Ioannis differentiam, perobscurè id exponebat. Quod autem paulo post plusquam viginti versus fuerint omissi, haud scio typographi ne culpa istud contigerit an interpretis. constat tamen malè fuisse omissos: quod & in homilia 32. factum est. homilia item. 33. ob quædam omissa, tota corrupta fuerat sententia, ita Vt repugnantia illic miscerentur & cõiungerentur. In homil. vero 44. nihil ausi sumus immutare quòd ea in nostris græcis codicibus vetustissimis deesset, in fine videlicet tomi primi aut in principio secũdi. in huiusmodi enim voluminibus priores & posteriores partes, nisi firmũ habeãt tegumẽtũ, plurimis sunt obnoxiæ periculis. Ex Basilien si illa postrema editione, quam vbique cum nostra contuli, priusquam quicquã ad græcorum fidem emendarem, nonnulla huc assumpsimus: & quædam margini cum diuersæ lectionis notã adiecimus, ad eius finem addendo particulam, ger. Vt lector intelligat illud non è græcis nostris codicibus, sed germanicis desumptum: si quando ad rem pertinere videretur. Nam quæ malè addere videbatur, reiecimus, Vt quod reciprocum, se, addiderit homil. lxv. Sed ista latius Vt dixi explicare non licet: Vt nec quod eadem homilia contraria habeatur sententia, cum dicit, hoc autem cognouerunt, pro, hoc autem non cognouerunt, negationem addendam facile attentus lector cognoscet, nunc certe cùm eam in græcis haberi nouerit. Si quis plura in Ioannem requirat, quamuis multa passim occurrant, conferat si lubet, homiliam. 23. & 33. vbi contraria prius habebatur sententia. Vt & homilia. 37. pro, vel contradicere cogebantur, legendum est: nihil contradicere poterant. Viden', Candide lector, fœdo lapsu plurima viciata fuisse? Sed ad Genesim properandum est. in qua similiter ad vetustissima duo volumina græca quàm multa restituerimus, quoniam paucis reliqua perstringere cogor, vide homil. 16. vbi præter alia multa emendata truncatum prius homiliæ finem restitutum comperies, vbi columna tota fuerat prætermissa ob vocis, opinor, repetitæ affinitatem. Hoc autem librarij ne aut typographi, aut interpretis negligentiæ tribuendum sit, aliorum esto iudicium. Quod verò ad voluminis initium aut finem nonnunquam aliquot desint folia, id codicum vetustati adscribendum videtur. quod in Matthæo prius contigisse arbitror, ac nobis nunc quoque in secundo in Genesim tomo euenisset, si vnicum exemplar habuissemus. In homi. 35. præter non pauca deprauata, multa etiã deerant, quæ nunc restituimus: quo in loco postrema etiam germanica editio codicem græcum ibi mutilum fuisse testatur. Hoc autem, Vti nec præcedentia, non ideo dico, Vt Basilien si typographo noceam, absit. sed Vt studiosis prosim: & veritatis patrocinium sumens auctoris tam celebris integritati consulam, quo & ipsi Basilienses si denuo hos excudant cõmentarios, istis, nisi meliora contingant, nobiscũ fruantur. Equidẽ vehementer miror cur ipsi editionẽ nostram in Paulum anni. 1543. non sunt secuti in commentariis præsertim ad Galatas & in secundam ad Corin. ab Erasmo ipso emendatis, Vt tunc etiam fueram testatus. Cùm enim Veronæ excusus esset in omnes D. Pauli epistolas Chrysostomus græcus, & ad illum contulissem prædictos cõmentarios, in eisque non pauca loca notassem quæ emendanda viderentur, ea ad Erasmum misi, nolui enim eo viuo & inconsulto in illis quicquam immutare aut addere: admonuique hîc nouam adornari editionem. Is paulo post mihi rescripsit & quæ immutanda iudicaret, remisit. quæ etiamnũ, si quis forte diffidat, apud me ipsius manu descripta conseruo. Ea tamen Basilienses forte non legerunt, nec Erasmum sua ad Veronense exemplar recognouisse animaduerterunt, sed videant, quæso, septimam saltẽ homiliã in secundã ad Cor. & in penult. col. versus. 17. in suis codicibus deesse cõperient. Vt interim de aliis quàm plurimis mendis sileã, quas hic proferre non licet. Vereor enim ne loci angustia quædã etiã ex suprà scriptis detrahenda sint. si tamen quid liceat, legat homiliã quintã ad Ephes. vbi in dogmatibus sitam, male distinxit, & dictionem, sitã cõtra Chrysostomi interpretationẽ, de suo addidit. Itẽ pag. 1067. quædã omisit & nõnulla malè vertit. Itẽ homi. 6. 2. ad Tim. eadẽ Basil. editio textũ à glossa non separando, & negationẽ, non, ante patientẽ, addendo totam corrupit sententiam. & ibidem pro, in vicio, posuit, in initio. Itẽ abiecti, pro, affecti. & huiusmodi alia infinita reperies si hanc cũ prioribus editionibus cõferre lubet. Quæ autem margini præfixa stella* ad loci maiorem explicationẽ addamus, ipse suo loco melius nosces optime lector. Vbi nonnunquam rationẽ diuersæ lectionis additam cernes. Vt nono capite ad Hebræos, vbi vulgata editio habet, quæ dicitur sancta, Eras. verò, quã vocant, sancta. nos autem in margine posuimus, quod dicitur sancta per relatiuum neutrum: Vt refera t antecedens tabernaculũ. & græca addidimus Vt ἥτις referat σκηνὴν, quod scilicet tabernaculum: quæ interpretatio illi loco aptior videtur ad mẽtem certè Chrysostomi. De hoc enim tabernaculo paulo post loquens, ait. Tabernaculum enim constructum fuit primum quod dicebatur sancta, in quo erat candelabrum & mensa &c. eodem modo & N. Lyranus eum locum intelligendum censet, Vir in explicando sacræ scripturæ sensu primario & literali, Vt vocant, diligens ac minime contemnendus. Vtcunque in dictionum græcarum interpretatione aut etymologia nonnunquam fallatur. Hoc quidem pluribus egi ne quis tum contra Vulgatam tum contra Erasmi versionem temere aliam me ibi annotasse clamet: frequenter etiam addimus quid legisse videtur interpres, & quid nos legamus aut legẽdum putemus. Largiatur deus opt. max. cuius ope freti istud qualecunque munus aggressi sumus, Vt hæc recognitio in ipsius cedat gloriam, & reipub. vtilitatem. huius autem vtilitatis quamcunque inde percipies Candide lector, gratias velim Vt in primis habeas Christianissimi regis liberalitati, qui magno ac verè regio sumptu vndecunque potuit optimos quosque libros conquirendos atque in suam, quam ad bellæ aquæ fontem instructissimam habet bibliotecam, comportandos curauerit: ex qua græci illi codices fuerunt deprompti. Bene vale & nostros conatus, si lubet, boni consule. ἀρκεῖ γὰρ ἐν μεγάλοις καὶ τὸ θέλημα μόνον Lutetiæ. xiiij. April 1556. ex musæo nostro Tornacensi

LECTORI

LECTORI.

QVORVM sint argumentorum singuli tomi operum D. Ioannis Chrysostomi, ex prima cuiusque facie & catalogo cuilibet præmisso satis licet cognoscere: sed ne aliquem librum vel homiliam inquirens vniuersos euolueres, cuiusuis sectionis argumentum, ordinem librorum vel homiliarum, ac titulos, numero columnæ qua quisque habetur cum litera adiecto, hîc in genere libuit indicare, vt statim inuenire posses quem peteres.

DISTRIBVTIO SINGVLORVM TOMORVM.

PRIMVS *ea complectitur, quæ ad explicationem faciunt veteris testamenti.*
SECVNDVS *habet quæ pertinent ad elucidationem Matthæi, Marci & Lucæ.*
TERTIVS *enarrationes continet in Ioannem, in acta Apostolorum & alia aliquot.*
QVARTVS *omnes D. Pauli epistolas fusissimè explicat.*
QVINTVS *mistus est quòd miscellaneam contineat argumentorum breuitatem.*

PRIMI TOMI CATALOGVS.

Huic tomo recèns præfixa est vita Diui Ioannis Chrysostomi, Per
- Palladium Diaconum j.
- Cassiodorum Senatorem lxxij.
- Leonem Imperatorem lxxxv.
- Suidam cxiij.
- Simeonem Metaphrastem cxv.

In Genesim Homiliæ. LXVII. 1.A
De ieiuniis & Geneseos lectione, sermo 449.A B
Quomodo primus Homo omni prælatus sit creaturę sermo 454.C
De Adam & Heua, Homilia 456.C
De Genesi & interdicto arboris esu ad Adã, sermo 460.B
De lapsu primi hominis, homilia 462.A
De lapsu primi hominis, sermo 463.C
De Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia, sermo 465.C
Superillud Geneseωs, Inimicitias ponam inter te & mulierem, sermo 467.C D
De fide Abraham & de immolatione Isaac, sermo 469.B
De habenda cura salutis proximi, & quare Abrã vocatus sit Abraham, Homilia 471.C
De Iacob & Esau, sermo 478.B
De Ioseph, vbi à fratribus venditur, sermo 480.B
De continentia in Ioseph, sermo 483.A
De Moyse, sermo 485.C
De eo quod scriptum est in lectione Iudicum capite vndecimo: Iepte perrexit ad pugnã, & votum vouit domino dicens: Si reuersus fuero in pace, &c. Homilia 487.B
De fide Annæ, déque philosophia, hoc est animi moderatione, de humanitate, de honore ferendo sacerdotibus, & quod tum in initio, tum in fine prandij sit orandum 489.A
De Anna, déque Samuëlis educatione, & quòd vtilis sit in pariendo tarditas, & quod periculosum sit liberos negligenter habere 496.A B
Super orationem Annæ: & quod vtilis est paupertas, & maiorem habet, quam diuitiæ voluptatem & securitatem Homilia 502.B C
De Dauid & Saüle, déque tolerantia, & quòd oportet inimicis parcere, nec de absent. male loqui Homilia 506.D
Quod magnum est bonum, nõ tantum exercere virtutem, verum etiam laudare, quódque Dauid magnificentius trophæum erexerit parcendo Saüli, q̃ prostrato Goliath: quódque hæc faciens magis profuerit sibi quàm Saüli, déque excusatione ipsius apud Saülem. Homilia 515.C D
Quòd periculosum est adire spectacula, quódque ea res adulteros perfectos facit, & hine socordia bellúmque nascatur: tum quòd omne tolerantiæ genus Dauid in his quæ fecit erga Saülem, superarit: postremò quòd rapinam æquo animo ferre, non non minor virtus sit quàm largiri elemosynam, Homilia 522.C
De Dauid vbi Goliath immanem hostem. deuicit, Homilia 534.B
De eo quod sanctus Dauid dixit, Quis sum ego, quòd talem gratiã inuenerim ante faciem tuam? Ego &c. Homilia 536.C
De Absalon, vbi patrem persequitur, & de prælio fugiens, obligato gutture, arboris ramo suspenditur: sermo 539.A
In Heliam prophetam, sermo 541.B
De Helia sermo 544.C D
De ascensione Heliæ Homelia 546.A
De Naaman Syro, ab Helisæo curato, sermo 548.C D
De Helisęo, & Syrorũ insidiis detectis, sermo. 550.D
De patientia Iob, Homiliæ. V 554.A
De beato Iob, Homilia 586.D
In beatos Iob, & Abraham, sermo 588.A
In Psalmos proœmia duo 593.A. & seq.
De Dauidicis canticis sermo 597.C
In Psalmos XIIII. primos interpretatio. 600.A
Expositio psalmorum XXII. & CXVI. 718.A
De loco psalmi XXIIII. Dirige me in veritate tua, & doce me, Homilia 722.B
De loco psalmi XXV. Redime me & miserere mei, Homilia 723.C
De loco psalmi XXVI. Dominus illuminatio mea, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

& salus mea quem timebo. Homilia 725.B
De loco psalmi. XXIX. Domine deus meus in æternum confitebor tibi, Homilia 726.A B
De loco psalmi. XXXIII. Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies honos Homil. 727.C
In psalmum XXXVII. & seq. alios ad quinquagesimum vsque enarratio. 729.D
Expositio in superscriptionem psal. quinquagesimi. 834.D
In psalmum quinquagesimum, Miserere mei deus Homiliæ duæ. 835.C
De loco psalmi. LXVIII. Exaudi me domine, quoniam suauis est misericordia tua, Homilia 857.A
De loco psalmi. LXXI. Descēdit sicut pluuia in vellus, &c. Homilia 858.A
De loco psalmi. LXXXIIII. Non in ęternum irascaris nobis, Homilia 859.C
Expositio psalmi nonagesimi, Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. 861.A B
De loco psalmi. XCIII. Quis exurget mihi aduersus malignantes? &c. Homilia 864.D
In psalmum. XCV. Cantate domino canticum nouum, Cantate domino omnis terra, Homi. 868.A B
Explanatio psalmi. XCVI. Dominus regnauit, exultet terra 877.B C
In psalmum. C. enarratio 880.A
De confessione super illud psal. Cōfitemini domino, quoniam bonus, &c. sermo 888.A
In psalmum. CVIII. & reliquos subseq. expositio 889. A
In Eutropium déque paradiso siue horto & scripturis in illud. item Adstitit Regina à dextris tuis. Homil. 1089.D
In illud proph eticum, veruntamen frustra conturbabitur omnis homo viuens Homilia 1106.C D
De illo prophetæ loco. Noli timere cum diues factus fuerit homo. Homilia 1110.D
Super illud sapientiæ, iustorum animæ in manu dei sunt, &c. sermo 1120.D
In enarrationem in Esaiam procœmium prius 1123.A
Alterum. 1131.A
Enarratio in eundem prophetam abusque principio ad medium octaui cap. 1132.C D
Super illud Esaiæ, si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, &c. sermo 1213.B
De verbis Esaiæ, Vidi dominum sedentem in throno excelso, &c. Homiliæ. V. 1215.A
De loco Esaiæ cap. IX. Potestatis & pacis eius non erit finis, Homilia 1245.A B
De loco Esaiæ, cap. XLII. Cantate domino canticum nouum; laus eius in extremis terræ, Homilia 1246. B
De loco Esaiæ. cap. XLII. Gaude Sion, Ecce rex tuus venit. Homilia. 1248.A
De Hieremia propheta, sermo 1249.B
De tribus pueris, Homilia 1251.B
De sancta Susanna, Homilia 1252.C D
De Iona propheta, Homilia 1254. A
De loco Zachariæ, cap. VI. Ecce vir, oriens nomen eius, sub vmbra eius orietur sol, &c. Homilia 1257.C D
De natiuitate septem Machabæorum, Homilia 1259.C D
De Publicano & Pharisæo ac de humilitate & oratione Homilia 1265.B
De preciosa cruce, & eiusdem veneratione media ieiuniorum hebdomada. Homilia 12688.A
Oratio qua docet non esse verendum confiteri sanctam crucem: de virtute etiam agit & de eleemosyna 1273.A

SECVNDI TOMI CATALOGVS.

Commentariorum Chrysostomi in euāgelium Matthæi, Homiliæ. LXXXIX. fo.1.A
Commentariorum in Euangelium Matthæi. Incerto authore. Homiliæ. LIIII. 631.A

FRAGMENTORVM EX EVANGELIO Matthæi Homiliæ. XXVII. hoc ordine digestæ.

Ex cap. II. Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudææ In Epiphania domini. 925.A
Ex eodem cap. super illud, Angelus domini apparuit in somnis Ioseph &c. In festo Innocentium. 998.A C
Ex eodem de Natali sanctorum Innocentiū 999.D
Ex eodem cap. In illud, defuncto Herode, ecce apparuit angelus &c. In vigilia Epiphaniæ, 101.B
Ex cap. IIII. Ductus est Iesus in desertum &c, In dominica prima quadragesimæ. 1002 C
Ex cap. V. Cum vidisset Iesus turbas ascendit in montem. fo.1006.A B
Ex eodem cap. Qui fecerit & sic docuerit, maximus vocabitur in regno cœlorum. 1011.C
Ex eodem, audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum &c. In festo sanctorum Ioannis & Pauli. 1012.D
Ex cap. VI. super oratione dominica, Pater noster qui &c. fo.1015.A
Ex eodem. cap. Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ. In feria quarta cinerum. 1017.D
Ex eodem cap. super eodem. 1019.D
Ex cap. VII. In illud, cauete à pseudoprophetis. fo. 1022. A
Ex cap. IX. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit &c. Dominica. XVIII. post Pentecostes. 1023.D
Ex eodem super illud, Transiens inde Iesus, vidit hominem sedentem, &c. De conuersione Matthæi. 1024. D
Ex cap. XIIII. Herodes apprehensum Ioannem posuit in carcere. In decollatione Sancti Ioannis Baptistæ. fo.1026.C
De eodem. fo.1031.C
Ex cap. XV. Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis &c. De muliere Chananæa. fo.1033.C
Ex cap. XVIII. Væ mūdo ab scandalis, necesse eū est vt veniant. fo.1040.B
Ex eodem, super illud, Domine si peccauerit in me frater meus, quoties dimittam ei. fo.1042.B
De eodem dicto euangelico. 1043.B
Ex cap. XIX. Si licet homini dimittere Vxorem suā quacunque ex causa, In inuentione sanctæ crucis. fo.1049.
Ex eodem cap. In illud, ecce nos reliquimus omnia &c. In cōmemoratione sancti Pauli. fo.1053.D
Ex cap. XXI. Cū appropinquasset Hierosolimā &c. Dominica

Dominica prima aduentus domini. fo.1057.D
Ex eodem cap. De arbore ficus à domino arefacta. fo.1062.D
Ex cap. XXII. Abeūtes phatisęi, consiliū inierūt &c. Dominica, XXII. post Pentecost. fo. 1065.C
Ex eodem cap. Accesserunt ad Iesum Pharisæi & interrogauit eum vnus &c. Dominica. XVIII. post Pentecostes. 1066.C
Ex cap. XXV. Quandiu feciſtis vni ex minimis meis &c. De diuite & paupere, & de Eleemosyna facienda. fo.1070. D

MARCVS.

In Euangeliū Marci, Homiliæ. XIIII. fo.1073.A.B

EX EVANGELIO LVCAE fragmenta.

De natiuitate sancti Ioannis Baptistæ, Sermo. Ex cap.I. fo.1107.A B
Ex cap. II. Et reclinauit eum in præsepio &c. De natiuitate domini Homilia 1114.A
Ex cap. X. De eo qui incidit in latrones. Sermo. 1117.A
Ex cap. XV. De patre & duobus filiis, Homil. 1119.B
Ex cap. XVI. De diuite, Homilia. 1124.A
Ex eodem cap. De Lazaro & diuite, Homiliæ. III. 1129.B
Ex cap. XIX. De Zacchæo. 1172.C

RECENS ADIECTA est huic Tomo,

Breuis enarratio in Matthæum 1175.

TERTII TOMI CATALOGVS.

Commentariorum Chrysostomi in euangelium Ioannis Homiliæ LXXXVII. 5.A

HOMILIAE ALIQVOT IN IOannem secundū ordinē capitum.

Ex cap. I. De fide in Christo, homilia 357.C
Ex eodem, De diuo Ioanne Baptista, homilia 359.B
Ex cap. 2. Contra Iudæos, Gentiles, & hæreticos, Sermo de euangelio, Nuptiæ factæ sunt, &c. 363.A
Ex cap. 4. in illud, Veniet hora, quando veri adoratores adorabunt patrem, in spiritu & veritate, homil. 367. D
Ex cap. 11. De Lazaro resuscitato, homilia 369.B
Ex cap. 15. in illud, Vos amici mei estis, si feceritis, quę mando vobis: homiliæ duæ. 370.C. & 372.C

QVAE SEQVVNTVR SVBIEcimus, vt ad iusti voluminis magnitudinem tomus excresceret.

In Acta Apostolorum homiliæ LV. 374.D
De laudibus sancti Pauli homiliæ VIII. 682.D
In cōmemoratione sancti Pauli, de charitate, Sermo 717. A
De ferendis reprehensionibus, & conuersione Pauli, homilia 719.B
De proditore & mysteriis cœnæ dominicæ, in quinta feria passionis, Sermones VI. 729.D
De proditione Iudæ, homilia 739.C
De latrone, Sermo. 746.C
De cruce & latrone, homiliæ duæ 748.A
De cruce dominica 757.A
De resurrectione, homiliæ IX. 761.C
De ascensione domini, Sermo 781.C
De Pentecoste, Sermo 787.D
De spiritu sancto, Sermo 792.C
De sancto & adorando spiritu. 798.D
De fide, & lege naturæ, & sancto spiritu, Sermo 811.B
De Trinitate, Sermo. 818.B
De Eucharistia in Encæniis. 827.A
De præmiis sanctorum, diuersisque honoribus Apostolorum, & de gehenna si sit, & vbi sit, Sermo 828.D
De martyribus, Sermones II. 832.A
De beato Philogonio oratio 836.A
In Iuuentinum & Maximū martyres, Sermo 842.C

QVARTI TOMI CATALOGVS.

In epistolam ad Romanos, homiliæ xxxij. 5.A
In locum Pauli ad Romanos, cap. xvj. Salutate Priscā & Aquilam & de colendis sacerdotibus 274.D
In epistolam Pauli ad Corinthios priorem homiliæ xliiij. 286.B
De Libello repudij, in dictum Pauli, 1. Cor. 7. Mulier alligata est legi, quanto tempore vixerit vir suus: si autem, &c. 590.B
In dictum Pauli 1. Cor. 10. Nolo vos ignorare fratres, quòd patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt 596.A
Homilia in dictum Pauli, 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse 604.B
Ex Apostolo, 1. Cor. cap. xiij. De fide, spe, & charitate, sermo 610.D
De eleemosyna, & collatione in sanctos sermo ex priore Pauli ad Cor. cap. xvj. 613.C
In epistolam Pauli ad Corinthios posteriorem homiliæ xxx. 622.A
In dictum Pauli, 2. Cor. 11. Vtinam tolerassetis paulum quiddam insipientiæ meæ, homil. 793.D
In epistolam Pauli ad Galatas enarratio 804.B
In epistolam ad Ephesios, homiliæ xxiiij. 863.B
In epistolam ad Philippenses, homiliæ xv. 1010.C
De profectu euangelij homilia, in dictum Apostoli ad Philippēses, 1. Siue occasione, siue veritate Christus annunciatur 1101.A
In epistolam ad Colossenses, homiliæ xij. 1109.A
In epistolam ad Thessalonicenses priorem homiliæ xj. 1188.B
In epist. ad Thess. posteriorem, homiliæ v. 1253.C
In epist. ad Timotheū priorē, homiliæ xviij. 1282.A
In epistolā ad Timoth. secundam, homiliæ x. 1372.B
In epistolam ad Titum, homiliæ. vj. 1427.C
In epistola ad Philemonem, homiliæ iij. 1464.A
In epistolam ad Hebræos, homiliæ xxxiij 1480.D
In illud Apostoli ad Hebræos, x. Sponte peccantibus, &c. homilia 1666.C
In illud Apostoli, 1. Cor. 15. Cùm autē subiecta, &c. homilia 1674.B

QVINTI

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVINTI TOMI CATALOGVS.

AD POPVLVM ANTIOCHENVM,

Homiliæ, LXXX. quarum argumenta sequuntur.

1 Vino modico vtendum columna 1.A
2 De Theodosij magni imperatoris pij imaginum subuersione, & in dictum apostoli, Diuitibus huius seculi præcipe &c. col. 15.B
3 De legatione Flauiani episcopi pro ciuitate & de detractione 26.A
4 De patientia, & tolerantia, & de de abstinentia à iuramentis 35.D
5 Quod mors non timenda, sed peccatum, & de iuramentis omni studio fugiendis 43.B
6 Quod vtilis est principum timor, & de iuramentorum custodia 53.B
7 Quod tristitia ad peccati destructionem vtilis, de creatione, & de fugiendo iuramento 61. D
8 Ad virtutem exhortatio, & de fugiendis iuramentis 66.B
9 De superstitione, & de non iurando, & de auscultatione verbi post cibum 70.B
10 Contra gentiles enarratio, & de euitando iuramento 76. D
11 Gratiarum actio ad deum. 83.C
12 De creatione hominis. 90.A
13 De mutatione tristium, & de hominis creatione 97.C
14 De populo liberato ab omni angustia, & de iuramentorum abstinentia 103.A
15 De calamitate ciuitatis Antiochiæ 111.B
16 De seditione eiusdem ciuitatis 118.A
17 Ad magistratus à Theodosio imperatore missos, pro inquirendis statuarum euersoribus 125.D
18 De ieiunio, & in illud apostoli, Gaudete in domino semper 132.C
19 Ad homines agros colentes 138 D
20 De regis cum ciuitate reconciliatione 146.B
21 Catechesis ad illuminandos, de mulieribus se sertis & auro ornantibus & vaticinia, & incantationes sectantibus 154.B
22 De pœnitentia, continentia, & virginitate 162.A
23 Quod Christianũ oportet vitam rectam habere 177. C
24 De optima conuersatione 182.D
25 De vita recta 186.D
26 Quod ex minimis incipienda virtus 191.B
27 De iuramentorum abstinentia 196.A
28 De fugiendis iuramentis 200.A
29 Contra irascentes 203.C
30 De ira 206.D
31 De ira, & longanimitate & mansuetudine 211.C
32 De eleemosyna, & misericordia. 214.C
33 Quòd ars est eleemosyna, & omniũ artium quæstuosissima 216.C
34 Quòd oportet multum circa dei desiderium studium habere, & de eleemosyna 221.A
35 37 De eleemosina & misericordia 226.B. & 234.C
36 Quod magnum est bonum dimittere peccata in nos peccantibus, & de eleemosyna 230.A
38 De humilitate & quiete 238.D
39 De humilitate, & quod præsentia, quasi non sint contemnenda 243.A
40 De pœnitentia, & quod non oporteat de seipso lapsum desperare 247.A
41 De pœnitentia, & quod magnum bonum est propria peccata agnoscere 251.D
42 Quomodo propriæ animę curam oporteat habere, de oratione, & pœnitentia 255.D
43 De vana gloria & ambitione 261.A
44 De liuore & inuidia 264.C
45 De inuidia & liuore 267.B
46 Quod semper oporteat peccatum habere in memoria 271.D
47 Quod supplicio peius est dei regno priuari, & de iudicio. 275. D
48 De tremenda iudicij die, & de dilectione dei. 280.C
49 De iudicio & auaricia, quæ non ex magnitudine, sed ex voluntate iudicatur, & de his qui gehennalem pœnam non credunt 284.B
50 De his qui gehennales pœnas credere nolunt, & de iudicio 289.A
51 De concordia & charitate, & de benefaciẽdo calumniantibus 294.A
52 In mansuetudine Christus imitandus, de malorũ obliuione, & quod in virtute positum lædere nihil potest 297.B
53 De charitate secundum deum, & inuido 301.A
54 Contra eos qui ebrietati & deliciis vacant. 306.D
55 Contra luxuriantes & deditos deliciis & de præsentis seculi consummatione 311.D
56 De monachorum vita 316.A
57 De eadem, & de iudicio 319.C
58 De vita monachorum, & scripturarum lectione 324. D
59 De beneficio quod indigentibus exhibetur, & de vita monachorum 128.A
60 De sumentibus indigne diuina sacramenta 331.D
61 De sacrorum mysteriorũ participatione, & quod communicare nolens nec orationi dignus est interesse 336.A
62 Vtiles esse tentationes, & de tribulationum sufferentia 341.C
63 Ob amorem Christi omnem oportere tribulationem sufferre 346. A
64 Maximum in tribulationibus lucrum gratiarum actio 350.A
65 Deo grarias agere debemus, & quod nihil graue præceperit 353.A
66 Regnum cœleste absque tribulationibus & laboribus acquiri non posse 356.A
67 Hic affligi, peccatorum exhibet remissionem 361.A
68 Infestantem magnanimiter ferre propter deum, maius est, quàm benefacere 365.C
69 Peccatores lugendi viuentes & mortui 368.D
70 Pro defunctis non lugendum, sed orandum potius 372.C
71 Nihil prodesse ieiunium, si reliqua desint merita, & de oratione 375.C
72 Dei beneficia cogitare maximum sacrificium, & de ieiunio 379.D
73 De sanctæ quadragesimæ ieiunio, & quod torpentibus nobis nulla excusatio 382.D
74 Vtilem esse paupertatem Tomo 1
75 In id Euangelij secundum Matthæum, cum vidisset Iesus turbas Tomo 2
76 In euangelicum illud, domine quoties peccabit in me frater meus Tomo 2
77 Quòd ad finem vsque stantem concidere non oportet, neque lapsum desperare 386.C
78 Melius esse iniuriam pati, quàm inferre 390.B
79 De oratione 393.B
80 De pœnitentia 399.D

DIDACTICA ET PARAENETICA.

De sacerdotio Lib. VI. 409.C
De compunctione cordis Lib. II. 478.D
De prouidẽtia dei ad Stagirium monachum lib. III. 505.A
De prouidentia vel fato, Sermones VI. 565.D
De orando deum, lib. II. 586.D
De laude dei sermo 596.B
De amore dei, & tolerantia in aduersis, Ser. 600.D
De gratiis deo reddendis, nõ solum verbis, sed etiam operibus, Sermo 603.C
De oratione dominica, Homilia. 607.A
In symbolum Apostolorum expositio, homiliæ II. 609.D
Ad neophytos, homilia 614.B
Ad baptisandos, homilia 618.D
De militia spirituali, homilia 625.B
De militia Christiana, homilia 628.B
De eruditione disciplinæ, homilia 631.A
De turturæ & Ecclesia, homilia 633.D
Quòd nemo lædit, nisi à semetipso, declamatio 637.B
De virtutibus & viciis, oratio. 653.C
De charitate, quæ cuncta dirigit & perficit, Sermo 663.B
De mansuetudine, Sermo 664.D
Diligamus omnes, etiam persequentes, Sermo 669.A
Vt benedicamus maledicentib⁹, Christi & sanctorum exemplo, Sermo 671.A
Ne scandalum cuiquam fratrum ponamus, Sermo 972.B
De malis à nobis euertendis, Sermo 675.B
De nequitia depulsa, & virtute inducta, Sermo. 678.C
De excludenda viciorum memoria 682.C
Carnis concupiscentias ne sectemur, Sermo 684.C
Virtutibus progenitorum ne confidamus, neq; viciis eorum trepidemus, Sermo 688.B
Contra desperationem & superbiam, Sermo 690.A
De tarditate bene operandi, ne desperemus, Sermo 691. D
De nulla regni spe vel honoris, sed amore & charitate ingenti, Sermo 694.A
De inanis gloriæ cupiditate, Sermo 696.A
Contra luxum & crapulam, Sermo 700.A
Contra gulam & cæteras voluptates, Sermo 703.D
De leuium peccatorum periculis, Sermo 707.C
De vanitate & breuitate præsentis vitæ Sermo 709.B
De pœnitentia, homiliæ. X. 712.B
De pœnitentia, Sermo 766.B
De pœnitentia & confessione, Sermo 769.C
De confessione peccati, Sermo 773.A
De ieiunio, Sermones duo 774.B
De eleemosyna & hospitalitate, Sermo 781.D
De misericordia, Sermo 784.C
De misericordia, & duabus mulieribus viduis, Homilia 788.D
De dispensatione rerum tuarũ per teipsum facienda, & vita monachorum, Sermo 791.A
Ne scrutemur pauperes curiose, Sermo 795.C
Oratio calendis habita contra eos qui nouiluniа obseruant, & in dictum apostoli: omnia in gloriam dei facite 798.A
Quum presbyter esset designatus Ioannes Chrysost. de se, ac de episcopo, déque populi multitudine, Sermo 805.C
De expulsione sancti Ioannis Chrysostomi, homilia 810.D
Post reditum prioris exilij, Homilia 813.A
De regressu sancti Ioannis de Asia Constantinopolim, homilia 814.D
Quum Sartoninus & Aurelianus acti essent in exiliũ, & Gainas egressus esset à ciuitate, & de auaritia, homilia 817.D
De recipiendo Seueriano 821.D
Seueriani episcopi de pace, Sermo. 823.A

EPISTOLAE SEPTEM.

Innocentio episcopo Romano 824.C
Ad eundem Innocentium 828.A
Cyriaco episcopo exuli 829.A
Ad episcopos & presbyteros ob pietatẽ carcere inclusos 831.D
Ad Theodorum lapsum paræneſis prior, vel, de reparatione lapsi 833.A
Ad Theodorum monachum 859.A
Ad Olympiam fœminam illustrem. 866.A

APOLOGETICA.

Contra Gentiles Babylæ episcopi & martyris vitam continens, Lib. I. 879.D
Aduersus Iudæos, Orationes. V 943.B
De incomprehẽsibili dei natura, contra Anomœos, homiliæ. V. 978.D
De anathemate, Sermo 1019.B
Aduersus Gentiles demonstratio, quòd Christus sit deus 1023.B
Contra Anomœos, Sermo 1043.A
Aduersus Hæreticos, Sermo 1047.D
Contra Iudæos, Gẽtiles & Hæreticos, Sermo 1051.C
De comparatione regis & monachi, Lib. I. 1057.B
Aduersus vituperatores vitæ monasticæ, Lib. III. 1063.A
In Eutropium, Sermo 1129.C
Quòd regulares fœminæ viris cohabitent, Sermo 1133.C
Contra concubinarios & eos qui fouent sorores adoptiuas 1148. B
Missa D. Ioannis Chrysostimi. 1165.A

RECENS ADDITA SVNT quæ sequuntur seorsum prius impressa.

De virginitate liber I. primùm editus est Romæ anno 1562. 1183.A
De prouidentia oratio 1245.A
De diuitiis & paupertate 1249.B
De auaritia oratio 1255.C
De ingluuie & ebrietate oratio 1260.B

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De non contemnenda ecclesia Dei & mysteriis oratio 1263.C
De anima oratio 1267.D
De humilitate animi oratio 1270.A
De aduersa valetudine & medicis oratio 1273.B
De muliere & pulchritudine oratio. 1276.D

NVNC PRIMVM EDITA.

In dictum D. Pauli, De dormientibus nolo vos ignorare, &c. 1280.D
De iuramento oratio 1289.A
Aduersus eos qui in deliciis agunt oratio. 1290.B
Quod vbi ira, ibi non sit spiritus sanctus. 1291. A
De oratione 1294.A
Dissimilia collecta ex D. Chrysostomo 1301.A

CATALOGI FINIS.

DIVI

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani, sermo admonitorius, sub initium sanctæ quadragesimæ, in qua opus sex dierum enarrare cœpit.

HOMILIA PRIMA.

GAudeo & lætor, videns hodie ecclesiam dei, suorum filiorũ multitudine ornari, vósq; omnes multa cũ iocunditate cõcurrisse. Nam quum alacres vultus vestros intueor, voluptatis quę in animabus vestris est, coniecturam capio maximã: quemadmodum & Sapiens dicebat, Prou.15.b Corde lætãte viret facies. Eapropter & ipse hodie ingenti alacritate surrexi, vnà vobiscũ lætitiæ illius spiritualis particeps futurus, & volẽs aduẽtus sanctę quadragesimæ, remedij, inquã, animarum nostrarum, vobis annunciator esse. Cõmunis enim nostri omnium dominus, veluti pater filios indulgẽter amans, cupiẽs ea quæ vnquam peccauimus nos abluere, hanc nobis quæ per ieiunium fit, curationẽ adinuenit. Nullus igitur sit mœstus, nullus etiã tristis appareat, sed omnes exultent & gaudeant, ac glorificent animarũ nostrarũ curatorem, qui hanc optimam nobis aperuit viã, accipiant multa cum iocunditate illius aduẽtum. Confundantur Gentiles, erubescant Iudæi videntes vestrã charitatẽ hilari promptitudine illius aduentũ salutantem ac excipientem, discantq; per experientiã, quantum inter nos sit & ipsos interuallũ. Et illi quidem ferias nominent, ebrietatem, omnémq; aliam intemperantiam, ac turpitudines, quas verisimile est inde ipsos attrahere: at ecclesia dei, ea quæ illis aduersa sunt, nẽpe ieiunium, ventris despectũ, & omnes alias virtutes illius comites, *ferias appellet. Hæ enim veræ feriæ *τοπρὸν. i. celebritatem, diem festum. sunt, vbi animarũ salus, vbi pax, & concordia est, vbi omnis huius vitę apparatus abigitur, vbi clamor & tumultus, & coquorum discursus, & pecudũ mactationes è medio tolluntur: quies verò omnis & tranquillitas, & charitas & gaudium, & pax, & mititas, & innumera bona pro illis in vsu sunt. De illo igit̃ pauca obsecro charitati vestræ colloquamur, idq; primũ rogamus, vt sermones illos nostros placide suscipiatis, quò domum, fructum quẽdam insignem assequuti, redeatis. Neque enim temerè & frustra huc conuenimus, vt vnus quidem loquatur, alius verò quæ dicũtur plausibus excipiat, & sic digrediamur: sed vt & nos frugiferum quiddam & saluti vestrę conducibile loquamur, & vos lucro è dictis nostris accepto, & amplæ vtilitatis fructum nacti, hinc exeatis. Ecclesia sanè locus quidam est medicinæ spiritualis: & eos qui huc veniunt, decet ne domum redeant, nisi cõgrua remedia acceperint, illáq; suis vulneribus adhibuerint. Audi enim quomodo audire solũ, & operibus nihil prestare, nihil Rom. 2.b valeat, beatũ Paulũ dicentẽ: Nõ enim auditores legis iusti apud deum, sed legis factores iustificabuntur. Et Matt. 7.c Christus concionando dicebat: Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorũ, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est. Igitur sciẽtes nullã porrò vtilitatẽ ex auditu esse, nisi & operum sequatur impletio, ne simus auditores duntaxat, sed etiã factores, quõ ipsa opera sermones sequentia, multæ nobis fiduciæ sint fulcimẽtum. Proinde explicitis vestræ mentis sinibus sermones de ieiunio suscipite. Et quemadmodũ castã quandã & ingenuã sponsam ducturi, thalamis vndiq; tapetibus ornatis, domóque tota purgata, & ingressũ omnibus inhonestis ancillis interdicto, in cubiculũ illã introducũt: pari modo vellem etiã vos purificata vestra mente, valéq; deliciis & voracitati dicto, matrẽ omniũ bonorũ, & pudicitiæ aliarúmq; virtutũ omniũ magistrã, ieiuniũ inquã, explicitis vestræ mẽtis sinibus suscipere, vt & vos maiori fruamini voluptate, & illud congruã vobis suã medicinã conferat. Nam si medici, pharmaca dare volentes, vt putridũ & corruptũ humorem expurgent, à corporali hac voluptate abstinere præcipiunt, ita vt pharmaci efficacię desit obstaculũ, & operari, suámq; vim illa declarare possint: multò magis nobis spirituale hoc remediũ, hoc est vtilitatem quæ ex ieiunio est suscepturis, tenuitate victus nostram mentẽ expurgare, & leuiorem reddere cõuenit, vt ne ebrietate demersa infrugiferã & inutilem vtilitatẽ quæ ex illo est, efficiat. Porrò scio quidem q; multis ea quæ hodie à nobis dicuntur, mira videtur: sed obsecro ne cõsuetudini temerè seruiamus, sed ratione res nostras instituamus. Nũquid enim lucri quidpiam ex quotidiana crapula, iugíq; ebrietate nobis accedit? Et quid dico lucrum? imò multum damnum & iactura intolerabilis inde expectatur. Quamprimum enim mens vinolẽtia multa fuerit obruta, statim & in ipso initio vtilitas quæ à ieiunio est, repellitur. Quid enim insuauius dic obsecro, quid item turpius, q̃ quando vsq; ad mediam noctem meracum sorbentes, sub auroram, Solis iubare oriente, vinũ quasi recens ingestum spirant, & occurrẽtibus quidẽ iniucundi, ministris verò contẽptibiles apparent: & deridentur ab omnibus, qui modo quid deceat vel leuiter intelligunt: & prę omnibus illis, quando propter nimiam illã & immodicam intempestiuámq; ac inutilẽ intemperantiam, in se diuinam prouocãt indignationem? Ebrij enim, inquit, re- 1.Cor.6.b gnum dei non possidebunt. Quid igitur illis miserius fuerit, qui ob paruam & pernicioſam voluptatẽ, à regni vestibulis eiiciuntur? Absit autẽ vt quis ex his qui hîc conuenerunt, hoc morbo implicitus sit: sed vtinã omni cum frugalitate & cõtinentia, etiã hoc die conuiuatit, & à tempestate ac procella quam ebrietas generare solet, liberati, in portum animarũ nostrarũ, ieiuniũ inquã, pertingere cõtingat, vt multa cũ vbertate illius bona cõsequi possimus. Enimuero sicut crapula humano generi innumerorũ malorum causa est & adductrix, ita etiam ieiuniũ ventrisq; neglectus omnium nobis bonorum semper causa fuit. Nam deus quũ ab initio hominẽ condidisset, & sciret q; hoc remedio ad animæ salutem multũ haberet opus: statim & in principio hoc mãdatum protoplasto dedit, dicẽs: De omni ligno quod est in paradiso, comedẽdo comedes, de ligno autẽ sciẽtiæ boni & mali ne comedatis de ipso. Iã dicere, hoc comede: hoc ne comedas: iejunij figura erat. Porrò hoc mandatũ seruare oportebat, quod tamen nõ fecit: sed vẽtris intemperãtia victus, & transgressionẽ operatus, ad mortẽ cõdẽnatus est. Quoniã enim malignus ille dæmon, & nostri generis inimicus vidit protoplasti in paradiso conuersationẽ, vitamq; illam miseriæ expertẽ, & q; is qui corpori sic annexus erat, tanquã angelus super terram ageret, volens illum † ampliꝰ supplantare & deiicere, † amplissimarũ promissionũ rum. Infr. 2.b

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpe illū etiam his quæ in omnibus habebat, deſtituit. Tantum eſt malū non ſe continere intra proprios limites, ſed maioribꝰ inhiare. Et iſtucipſum ſapiēs quidam manifeſtās dicebat: *Sap.2.d* Inuidia autem diaboli mors intrauit in mundū. Vides dilecte, quomodo ab initio ſtatim ex crapula mors ingreſſum habuit? Conſidera autē iterū & poſt hæc diuinam ſcripturā ſubinde delicias incuſantē ac dicentē, alicubi quidem, *Exod.32.d.* Sedit populus mādúcare & bibere, & ſurrexerūt ludere. Alibi verò, *Deut.32.b.* Et comedit & bibit, & impinguatꝰ eſt, & incraſſatus, & recalcitrauit dilectus. Quin & Sodomorum incolæ inexcuſabilē illā iram cùm ex aliis malis, tum hinc ſibi accerſerunt. Audi enim prophetā dicētem, *Eze.16.f* Hæc iniquitas Sodomorū ꝙ in ſatietate panum laſciuiebāt. Morbus enim ille, quaſi radix & fons quidam malorum omnium eſt. Vidiſti crapulæ nocumētum, vide etiā ieiunij pręclara facinora. *Exod.34.d. & Deut.9.d & 19.a* Quadraginta dies quū ieiunaſſet magnus Moſes, tabulas in quibus leges latæ, accipere potuit: & quoniā vt deſcēdit, vidit populi iniquitatē, quas cum * ieiunio tāto accipere potuit, eas abiectas cōtriuit, abſurdū eſſe cenſens, ebriū & pręuaricatorē populum leges à domino conditas accipere: quapropter denuò quadraginta dierū ieiunio opus habuit admirādus ille propheta: vt tabulas propter ipſorū iniquitatem contritas, iterū receptas ſupernè deportaret. *3.Reg.19.b.& 4.Reg.2.a* Tot dierū ieiuniū & magnus Helias egit: & fugata mortis tyrānide, & curru igneo in cœlum raptus, etiam vſq; in hunc diem mortem non eſt expertus. *Dan.9.a* Vir quoq; deſideriorū, peracto multorū dierum ieiunio, admirādam illā viſionem nactus eſt, & leonum furorem compeſcuit, & in ouium māſuetudinem vertit, non naturam cōmutans, ſed feritate manente appetitum mutatū cohibēs. *Iona.3.b.* Hoc ieiunio & Niniuitæ vſi, ſententiam domini reuocarūt, efficientes vt tam iumenta q̃ homines illud ſuſciperent, & ſic abſcedentes vnuſquiſq; à malis ſtudiis, ad clementiā vniuerſorū dominum prouocarūt. Et quid circa ſeruos vlterius verſor? Etenim poſſemus & alios plurimos cōmemorare & in veteri & in nouo teſtamento habitos per illud probatos. Verū operæpreciū eſt, vt ad cōmunē noſtri omniū dominū veniamus. *Mat.4.a.* Dominus enim noſter Ieſus Chriſtus & ipſe quadraginta dierū ieiunio declarato, ſic certamē contra diabolū aggreſſus eſt, omnibus nobis exēplar dās, vt per illud armemur, & ex illo robur ſumamus, ac ſi aciē in pręlio cōtra illū inſtruamus. Porrò hîc fortaſſis rogauerit quiſpiā eorū qui acutius vidēt, & excitatiore animo ſunt: Quare totidē, quot ſerui, dies dominus ieiunare cōſpicitur, & numerū illū non tranſcendit? Non hoc temerè, neq; fruſtra, ſed etiā hoc ſapienter & pro indicibili illius benignitate factū eſt: nēpe ne exiſtimetur, apparenter tantū aduenisse, & nō aſſumpſiſſe carnē, vel extra humanā naturā, propter hoc illū ipſum numerū ieiunat, & non apponit alios his diebus, ſic volens contentioſorū obturare impudentiā. Nam licet hoc factū ſit, ſunt quidē etiamnū iſta loqui audentes, iam ſi ſua prouidētia hanc illorū occaſionem non amputaſſet, quid nō attentaſſent dicere? propter hoc nōluit plures dies ieiunare, ſed totidē quot ſerui: vt re ipſa nos erudiat, ꝙ eadē cū nobis carne amictus, & à natura noſtra extraneus non fuerit. Cæterū quoniam nobis manifeſtū factum eſt, q̃ magna ſit ieiunij vis, & q̃ multiplex ex illo vtilitas, ídque per ſeruos ac dominū eſt oſtenſum: proinde obſecro charitatē veſtrā, vt ſcientes quantū ex illo ſit lucrū, ne vtilitatem

** προσεδρίας ſtudio, aſsiduitate, perſeuerātia.*

tantā quæ ex illo paratur, per deſidiā repellatis: neq; contriſtemini propter illius aduentū, ſed gaudete & exultate iuxta beatū Paulū dicentē: Quantò externus noſter homo corrumpitur, tantò internus innouatur. *2.Cor.4.d.* Ieiuniū enim animæ noſtræ alimentū eſt: & ſicut corporalis iſte cibus impinguat corpus, ita & ieiuniū animā habitiorē efficit & valentiorem. Leues ei pennas producit: vt in ſublime feratur, & ſumma cōtemplari queat, voluptatibúſq; & omnibꝰ quę in hoc mūdo habētur ſuauia, ipſa ſit ſuperior. Et quēadmodū leuiores naues maria velocius tranſeunt, contrà multis oneribus grauatæ ſubmergūtur: ita ieiuniū quidē leuiorē reddens mētem, efficit vt facilius huius vitæ pelagus trāſmittat, & in cœlū ac ea quę in cœlis ſunt reſpiciat, & nihili faciat præſentia, ſed vt vmbras & ſi quid minus, diffugere cēſeat. Verū ebrietas & crapula degrauās mentē & impinguās corpus, captiuā facit animā, vndiq; illam oppugnans, neq; ſinit rationis iudicium firmū conſiſtere, ſed impellit, vt in præceps feratur, & omnia contra propriā ſalutē operetur. Igitur dilecti, ne ſegniter inſtituamus ea quæ ad ſalutē noſtrā attinent, ſed ſcientes quāta mala hinc naſci ſolent, fugiamus damnū quod ex illa prouenit. Neq; enim in noua lege ſolū, vbi amplior frugalitas, & maiores labores, & magni ſudores, & multa brabia, & ineffabiles coronæ, deliciis nobis interdicitur: ſed etiā in veteri, quando Iudæi adhuc vmbræ aſſidebāt, & lucernæ erant affixi, & velut pueri lacte nutriebātur, ſic paulatim inducebātur, neq; tunc deliciis vacare permittebantur. Et ne exiſtimetis ꝙ nos temerè delicias accuſantes iſta dicamus, audite prophetā dicentē: Væ iis qui veniunt ad diē malū, dormiētes in lectis eburneis, *Amos.6.b.* & laſciuientes in ſtratis ſuis, comedētes hædos ex gregibus, & vitulos ex medio armentorū lactentes, bibētes defecatū vinū, & primis vnguētis vncti, tanquam ſtantia arbitrati ſunt, & nō tanquam fugiētia. Vidiſtis quantā accuſationē contra delicias afferat propheta, ídq; cū Iudæis diſſerens, inſenſatis, ingratis, & quotidie vētri deditis. Conſiderate enim verborū diligentiam. Cū enim illorū taxaſſet crapulā & immodicā temulentiā, tunc ſubdidit: Quaſi ſtātia arbitrati ſunt, & nō quaſi fugientia: tantū non oſtendens ꝙ gutturis & labiorū tenus eſt fruitio, & vltra nō progreditur. Veruntamē voluptas quidē breuis eſt ac tēporaria, dolor autē perpetuus & fine carens. Et hæc, inquit, quū experientia didicerint, quaſi ſtantia arbitrati ſunt, & manentia, & nō quaſi fugiētia, hoc eſt, auolātia, & ne ad monumētū quidē permanentia. Talia enim ſunt omnia humana & carnalia. Nondū rectè aduenerunt & auolarūt, tale quiddā ſunt deliciæ, & tale quiddā humana gloria & potētia, tale quiddā diuitiæ, tale quiddā vniuerſa huius vitę proſperitas nihil firmū habēs, nihil ſubſiſtēs, nihil fixū, ſed magis q̃ fluminū fluenta pretercurrit, nudóſq; ac ſolos relinquit eos qui illis inhiāt. Atqui ſpiritualia nō ſunt talia, ſed ſecus ac diuerſo modo habēt q̃ illa. Sunt enim firma, immobilia, viciſſitudinem nō accipiētia, ad omne ſeculum ſe extēdētia. Quantæ nō igitur fuerit deſipiētię, nutātia cum immobilibus commutare: temporalia cum his quæ in ſeculum duratura ſunt: perpetuò manentia cum his quæ auolant: & ea quæ nobis illic graue ſupplicium paritura ſunt, cum his quæ in futuro ſeculo fœlicitatem ſummam afferunt? Hæc obſecro omnia cōſiderantes dilecti, magnámq; ſalutis noſtræ curā habentes, aſpernemur delicias & inutiles & pernicioſas,

amplexemur

amplexemur ieiuniū, omnéq; aliā frugalitatē, & magnā vitæ faciamus nouationē, ac quotidie ad agenda bona opera feſtinemus: vt quū per omne tempus ſanctę quadrageſimæ, ſpirituales merces negociati fuerimus, & multas virtutū diuitias cōgeſſerimus, ſic mereamur & ad dominicū diē pertingere, & cū fiducia ad horrendā & ſpiritualē menſam accedere, participéſq; fieri cū bona conſcientia ineffabiliū illorum & immortaliū bonorū, ac impleri ea † quæ illic eſt gratia, precibus & interceſſione omniū qui deo placuerunt, ídque gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,] cū quo patri ac ſpiritui ſancto gloria, imperiū, honor, nūc & ſemper & in ſecula ſeculorū, Amē.

† quæ illic prouenit gratia, precibus & interceſſione eorū qui placuerunt ipſi Chriſto miſericordi deo noſtro]

De creationis principio Homilia ſecunda.

IN *principio fecit deus cœlū & terrā.* Veſtros ego hodie amabiles intuēs vultus, ingenti voluptate impleor. Etenim patres quanuis teneriter ſuos filios ament, nō tantū gaudēt ac lętātur circunſtātibus illis, & alio quodam decore, miniſterióq; voluptatem ſibi afferentibus, quātum ego nunc gaudeo, & lętor: quia video veſtrā ſpiritualem hanc congregationem tam compoſitis ornatíſq; moribus hîc adeſſe, & immodico audiēdi eloquia diuina deſiderio flagrare: contemptíſq; carnalibus epulis, ad ſpirituale conuiuiū contēdere, & re ipſa comprobare dictū domini, quod dicit: *Matt.4.a* Non in pane ſolo viuet homo, ſed in omni verbo quod egredit̃ per os dei. Proinde & nos quoq; agricolas imitemur. Quemadmodum enim illi ſicubi agrum repurgatū, & ab herbarum nocumentis liberū viderint, vbertim ſeminant: ita quoniam nunc ſpirituale hoc veſtrum aruum, dei gratia, purū eſt ab affectionibus, quæ interturbare ſolebant, ſublatū quoq; eſt è medio voluptatis ſtudiū, & nuſquā procella, nuſquam tempeſtas cogitationū: ſed * ſerenitas & magna quies mentis, quę ſpiritualia præ carnalibus ſibi proponēs & ſpectās, quaſi aſſumptis alis vſq; in cœlum ipſum, vt ita dicam, ſubuolat: ideo & nos paucis hodie apud charitatem veſtrā diſſerentes, deprōptas è diuinis ſcripturis nōnullas ſubtiliorū ſenſuū doctrinas proponere conabimur. Nā ſi nunc hoc non fecerimus, quando eſt ieiuniū & gulæ contēptus, & tanta bonarum cogitationum ſerenitas: quomodo talia veſtrę charitati apponere poterimus, quando delicię, comeſſationes, & magna deſidia? Quin tunc neq; ipſi vt par eſt hoc faciemus, neq; vos aliquid eorū quæ dicūtur, accipere poteritis: vtpote à tenebris, cogitationumq; fluctibus ſubmerſi. Nunc autē, ſi quod aliud, tempus hoc hiſce doctrinis maximè idoneū eſt: quando ſerua iā non inſurgit aduerſus dominā, ſed libēter fert habenas, facilè perſuadetur, multā præ ſe fert obedientiā, incōpoſitos carnis motus cōpeſcit, & intra ſuos manet terminos. Ieiuniū enim eſt animarum noſtrarum tranquillitas, ſenum decor, adoleſcentū pędagogus, cōtinentiū magiſter, quod omnē ętatem & ſexum quaſi diademate quodā ornat. Nuſquā hodie tumultus, vel clamor, vel carniū cōciſiones, vel coquorū diſcurſus: ſed omnia illa abierunt, & imitatur hęc ciuitas honeſtā quandā, continentē & ſobriam matremfamiliâs. Vnde quum mecū cogito repentinam mutationē, quæ hodie facta: & repeto memoria heſterni diei perturbationē: admiror & obſtupeſco ieiunij vires & potētiā, quomodo in ſingulorū ingreſſum cōſciētias, trāſformauerit cogitationes, purificauerit mentē, non magiſtratuum tantū, ſed & priuatorū, non liberorum tantùm, ſed &

** γαλήνη.i. ſerenitas, tranquillitas.*

ſeruorū: non virorum tantùm, ſed & mulierum: non diuitū tantùm, ſed & pauperum: non eorum tantùm qui Græcam linguā edocti ſunt, ſed & barbarorum. Sed quid dico magiſtratuum & priuatorum? etiā eius qui diadema geſtat, ſimiliter vt aliorum, cōſcientiam ad hanc obediētiam inflexit. Et hodie nullum diſcrimen inter mēſam diuitis & pauperis: ſed vbiq; frugalis victꝰ eſt, alienus à luxu & apparatu, maioriq; hodie voluptate ad menſam tenuem quiq; accedunt, q̃ pridē quū multa delicata edulia, vinúmq; meracū proponebantur. Vidiſtis dilecti, ex ipſis præludiis ieiunij virtutē & potētiam? Idcirco & ipſe maiori hodie alacritate, q̃ antea, ſermones aggredior: ſciens me in pingui profundóq; aruo ſeminaturū, quod nobis multifarios fructus pro ſeminibus cōcreditis protinus reddere poterit. Diſcamus igitur, ſi placet, quid velint ſibi verba beati Moſis hodie lecta. Sed attendite, obſecro, diligēter his quæ à nobis dicuntur. Non enim noſtra in mediū afferimus, ſed illa ipſa quæ nobis diuina gratia in veſtram conceſſerit vtilitatem. Quæ autem hæc ſunt? *In principio fecit deus cœlum & terrā.* Meritò hîc dubitatur, quā ob cauſam beatus ille propheta, qui etiam ipſe multis ſeculis poſt cōditionē mūdi vixit, hęc nobis exponat. Sanè nō temere hoc agit, nec fruſtra. Etenim deus humani generis cōditor, ab initio per ſeipſum hominibus loquebatur, quomodo hominibꝰ audire eū poſſibile eſt. Sic enim ad Adam venit, ſic Caïn increpauit, ſic cum Noë loquutus eſt, ſic apud Abrahā hoſpitatus eſt. At vbi in magnam malitiam omne hominum genus degenerauit, neq; tunc ſeſe totū ab hominum genere auertit opifex omniū: ſed quia ſua familiaritate poſtea indigni facti fuerūt, iterum ſuā erga illos amicitiā innouare volens, quaſi longe abſentibus literas mittit, cōciliaturus ſibi vniuerſam hominū naturam. Et has quidē literas dedit deus, attulit autē Moſes. Quid igitur dicūt hæ literę? In principio fecit deus cœlum & terram. Cōſidera chariſſime, q̃ admirabilis & eximius ſit ille propheta. Alij enim omnes ꝓphetæ dixerūt vel quæ multis poſtea tēporibus futura erant, vel † quæ in futuro ſeculo eueniēt.] Beatus autē iſte, natus quum iam multa mūdi trāſiſſent ſecula, & ducem & directricē ſortitus ſupernā dextram, dignus eſt habitus, vt illa nobis diceret, quæ ante ſuā natiuitatē omniū dominus formauerat. Idcirco & ſic incepit, dicēs: In principio fecit deus cœlū & terram. Quaſi ad omnes nos clara voce clamet, & dicat: Nū ab hominibus doceor, vt hæc loquar? Minimè. Sed qui hæc quū nō eſſent, fecit vt eſſent, hic & linguā meā ad iſthęc enarranda impulit. Igitur obſecro, ita auſcultemus, ita noſtris rationibus longū valere dicamus, quaſi hęc nō iā à Moſe, ſed per linguā Moſis ab ipſo omnium deo audiamus. Rationes enim hominū timidę ſunt, inquit, & parum ſecuræ adinuētiones eorū. Magna gratitudine accipiamus quę dicūtur, ne progrediamur vltra q̃ fert mēſuræ noſtræ tenuitas, néve curioſius quæ ſupra nos ſunt, indagemus: id quod veritatis hoſtibus euenit, qui voluerūt propriis rationibus vniuerſa expendere, non cogitantes ꝙ impoſſibile ſit humanæ naturæ dei opificium penitus ediſcere. Quid inquam dei opificium, quum neq; hominis, qui nobis natura cognatus eſt, artes vndiquaq; diſquiri poſſint? Dic enim, quæſo, quomodo per metallicā artē auri natura cōflatur? vel quomodo vitri puritas ex arena fit? Verum nō habes quæ dicas. Si igitur hęc, quæ ante oculos ſunt poſita, & quę per dei miſericordiā humana operatur ſapiētia, ediſci

† quæ ſtatim euentura eſſet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nequeũt:quæ à deo ipso facta sunt,curiositate tua,in- A quires homo?Quam assequêris veniã,qua te tueberis apologia,ita insaniens,vt quę supra naturę tuæ captũ sunt,speculeris?Dicere eũ ea quę sunt,ex* preiacẽte materia esse facta,& nõ cõfiteri quod ex nihilo creauerit ea omniũ opifex,desipientiæ extremę signũ fuerit.Beatus itaq; ꝓpheta iste, obturãdo insipiẽtiũ ora, auspicatur° librũ,sic cœpit:In principio fecit de° cœlum & terrã. Quum igitur audis,fecit,nihil aliud vltra curiosius quęre:sed humũ spectãs,crede ei qui dixit.Nã deus est qui omnia facit, & præparat, & iuxta voluntatẽ suã omnia aptè cõponit. Et vide quantum docendo nostræ paruitati se attẽperat. Nihil de inuisibilibus virtutib° disserit,neq; dicit,In principio fecit deus angelos vel archãgelos.Nõ simpliciter,neq; temerè hãc nobis doctrinę viã parauit.Iudæis enim loquebatur,qui toti prę sentib° rebus inhiabãt,neq; spirituale quicquã comprehendere valebant.Itaq; eos à B sensibilibus ad cognoscẽdũ vniuersi opificẽ inducit, vt ex creaturis fabricatorẽ mundi discentes, adorent creatorẽ omnium,& nõ in creaturis ipsis permaneãt & quiescãt.Nam quũ licet hæc ita facta sint,nõ intermiserũt ex creaturis deos facere, & diuinum honorẽ fœdissimis brutis exhibere:in quam nõ amentiã incidissent, ni tãta erga nos humilitate & attemperatione fuisset vsus?Nec mireris dilecte, ꝙ Moyses hac via incesserit,qui in principio, & in præludiis, crassioribus locutus est Iudæis:quãdoquidẽ Paulus quoq; tẽpore gratiæ,quum tantũ prædicationis esset incremẽtum, disputaturus cũ Athenien sibus, à visibilibus doctrinã
Act.17.e cœpit,& eis sic dixit:Deus qui fecit mundũ,& omnia quæ in eo sunt,hic cœli & terrę quũ sit dominus,nõ in C manufactis habitat tẽplis,nec humanis manibus colitur. Et ideo quia talem eis congruere sciebat doctrinam,hanc docendi viã arripuit. Ad eos enim qui suã susciebant doctrinã, à spiritu ita dirigebatur & docebatur.Et vt scias huius causam fuisse personarũ varietatem, & auditorũ crassitudinẽ, audi illum ipsum. Ad Colossenses enim epistolã scribẽs, nõ hac ambu-
Coloss.1.c. lat via,sed aliter cũ eis loquitur, & dicit: Quia in ipso creata sunt oĩa,quę in cœlis sunt,& quæ in terra, visibilia & inuisibilia,siue throni, siue dominationes, siue principatus,siue potestates,omnia per illũ & in illum creata sunt. Ioannes autẽ tonitrui filius clamabat, di-
Mar.3.b cens: Omnia per ipsum facta sunt,&sine ipso factũ est
Ioan.1.a nihil. At non sic Moses,& merito. nec enim erat consentaneũ,vt solido pascerẽtur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat.Nam quemadmodũ ludimagistri pueris qui à patribus ipsis cõmendãtur erudien- D di,prima tradũt elementa: quos qui ab illis postea suscipiũt,sublimioribus & perfectioribus doctrinis imbuunt:ita & beatus Moses,& doctor gẽtium, ac filius tonitrui fecerunt.Nam Moses quidẽ cùm primus omnium instituendã susceptisset humanam naturam, docuit auditores prima elementa: Ioannes autẽ & Paulus his quos à Mose acceperũt,postea perfectiora tradidere.Igitur iam quidẽ didicimus,quare ita se humiliarit ad nostrã tenuitatẽ:& ꝙ spiritui sancto loquẽs, prout auditoribus congruebat, exposuerit: verùm interim & omnes hæreses,quæ sicut zizania pullulaturę erant in ecclesia, eradicat per hoc quod dicit:In principio fecit deus cœlũ & terram. Vnde si Manichæus te accesserit,dicens materiã prę existere,vel Marcion, vel Valentinus, vel gentilis,dic ad illum:In principio fecit deus cœlum & terram.Sed quid si nõ credit ille scripturæ? Tu posthac ipsum auerseris, velut furibũdum & mente captũ.Nam qui omniũ opifici nõ credit,& veritatẽ mendacij arguit:qua vnquam dignandus est venia?Habet ille fucatum colorem,& mãsuetorũ personas induit,tegítq; sub ouilla pelle lupũ.Sed tu ne decipiaris,imò hac ipsa de causa illũ magis exosum habe,ꝙ mansuetudinem quidem erga proximũ conseruũ simulat, contra dominũ autem vniuersorũ, bellũ gerit,& cõtra suã ipsius salutẽ currit insensatus. Cęterum nos firmam teneamus petrã,& ad principiũ iterum regrediamur:In principio fecit deus cœlũ & terrã.Attende nunc,quomodo ex ipso opificij modo diuinæ naturæ dignitas enitescat. Nam deus præter humanũ morẽ, suum perficiens ædificiũ, prius cœlũ extendit,postea &terram substernit: prius culmen,& postea fundamẽtũ. Quis tale quid vidit?quis audiuit? In hominũ sanè operibus nihil tale vnquam fuit. Sed iubente deo, voluntati eius parent & cedunt omnia. Ne igitur humanis rationibus diuina opera curiosius excutiamus,sed ex operibus manuducti, admiremur artificem. Nam inuisibilia eius, inquit, ex creatione *Rom.1.c.* mũdi,dum per opera intelligũtur,peruidẽtur. Quòd si veritatis hostes adhuc dicũt,esse impossibile, ex nihilo aliquid fieri:interrogabim° eos, primúsne homo ex terra formatus est,an fortè aliũde? omnino dicent ac fatebuntur ꝙ ex terra.Dicant igitur nobis,quomodo ex terra facta sit natura carnis. Ex terra enim lutũ, & lateres & figulinum vas,& testa fieri solet: quomodo ergo natura carnis facta est?quomodo ossa,&nerui,& arteriæ,& adeps,& cutis,& vngues, & capilli,& ex vna præiacente materia diuersarũ subsstantiarum qualitates? Sed ad hæc ne mutire quidem poterunt. Quid autem dico de corpore nostro? Dicãt nobis de pane,quo quotidie reficimur, quomodo, quũ vnius speciei sit,transmutatur in sanguinem,& phlegma,& cholerã, & varios humores? Et panis quidẽ sæpe habet colorẽ frumenti,sanguis autẽ rufum vel nigrum. Si igitur hæc,quæ quotidie ante oculos videntur, nũquam nobis dicere poterũt, nullatenus & de aliis dei opificiis digna dicent. Quòd si post tantam demonstrationũ copiam,adhuc suã contentionem roborare volunt:& neq; nos desistemus sæpe eadẽ ipsis obiicere,dicentes,In principio fecit deus cœlum & terram. Hoc enim vnicum verbũ sufficit nobis ad subuertendas omnes aduersariorũ turres, & ad reuellendas ab ipsis fundamẽtis humanas rationes: atq; si vellent vel serò à sua contẽtione desistere,possent per hoc in veritatis viã manuduci. *Terra autem*, dicit, *inuisibilis erat,& inculta*. Cuius gratia,dic quæso, cœlum clarũ & absolutum creauit:terrã autem informẽ effecit?Neq; hoc temerè factũ.Sed vt cùm didiceris meliorẽ creationis partẽ ab eo formatã & absolutã, postea neq; de aliis dubites,neque putes tale quid virtutis infirmitate factũ. Ad hæc,& alia ratione deformem terrã creauit, quoniam ipsa est nutrix & mater nostra,& ex ea facti sumus,ac educamur,ipsáq; nostra patria est, & commune sepulchrum(reditus enim noster ad eam est)& variis per eam bonis fruimur.Ideo vt ne homines ob vsus necessitatem,plus quàm dignũ est,eam venerentur,ostendit primùm rudem, & absq; forma & inexpolitã:vt ne beneficia terræ, telluris naturæ imputes: sed ei tribuas,qui illã ex nihilo vt esset creauit,ꝓpter hoc ait: Terra autem erat inuisibilis & inculta. Fortè statim & ab initio mentem vestram subtilioribus sentẽtiis degrauauimus nimiũ, ideo hîc sermonẽ sistere congruit.

congruit.Rogamus autem charitatem vestram,vt dic- A tionẽ variam sententiarũ vim, & indicibiles diuitias torũ sitis memores, & semper horũ memoria vobis insonet.Et post sensibilẽ mẽsam quũ hinc abieritis,apponite & spiritualẽ mẽsam.Et dicat quidẽ vir aliquã eorũ, quæ nunc hîc sunt dicta:audiat autẽ mulier, discant pueri,discãt & familiares,fiátq; domus ecclesia, vt effugetur diabolus,in fugã vertatur malus ille dæmõ,& inimicus salutis nostrę.Requiescat autẽ ibi spiritus sancti gratia, & omnis pax & concordia muniat inhabitantes.Quòd si eorum quæ iam dicta sunt,memores eritis,prõptius etiã quę posthac seminaturi sumus,susciptetis. Et nos quoque maiori vbertate dicemus,quę nobis suppeditabit gratia dei, si germinare viderim° quę nũc à nobis dicta sunt. Quãdoquidẽ & agricola vidẽs semina nasci, maiori prõptitudine arua cõsiderat & excolit,parat° & alia seminare.Vt igitẽ alacriores nos reddatis, & iam dictorũ certam custo- B diam demõstrate,& cum rectæ fidei dogmatibus vi-
Matt.5.b. tam quoq; vestrã diligenter curate. Fulgeat enim,inquit,lux vestra corã hominibus,vt videãt vestra opera bona,& glorificent patrẽ vestrũ qui in cœlis est: vt & vita cõsonet fidei dogmatis, & dogmata prædicẽt
Iaco.2.d. vitã.Fides enim sine operibus mortua est, & opera sine fide mortua sunt.Nã tametsi sanam teneamus doctrinã,vitam autẽ negligamus: nihil nobis proderunt doctrinæ.Rursus,si vitæ curã diligentem gesserimus, in fidei autẽ placitis claudicauerimus, neq; sic nobis aliquid lucri fuerit.Ideo cõuenit vtrinq; ędificiũ hoc
Matt.7.d nostrũ spirituale cõmuniri.Omnis eñ,inquit, qui audit hos meos sermones,& facit eos,assimilabitur viro prudenti.Vide,quomodo nõ solũ audire nos vult,sed & facere,& operibus mõstrare obedientiam. Et hũc prudentẽ vocauit,qui operibus sermones subsequentibus consp icuus est:qui verò tantũ ad sermones peruenit,&nõ ad opera,eum stultũ vocauit:meritò:quia talis domũ suã super arenã ędificauit,propterea neq; ventorum vim ferre potuit, sed statim corruit. Tales enim sunt desides animę, nõ solidatæ super firmã petrã spiritualẽ.Nõ enim de ædificio, & de domo nunc est sermo:sed de anima,quę à tẽtatione quauis turbatur.Nã vẽti,pluuiæ, & fluuiorũ nominibus tẽtationes nobis insinuantur.Cæterũ constãs,& vigil,& sobrius hac ratione magis firmus euadit:&quãtò maiores intentantur afflictiones,tantò eius virilitas & fortitudo magis augẽtur.Deses autẽ &supinus,si vel tenuis quędam tẽtationũ aura afflarit, statim cõmouetur, & decidit,non ob naturã tentationum, sed ob voluntatis infirmitatẽ. Quocirca oportet sobrios esse, & vigiles, & ad omnia prępara tos: vt & in prosperitate modesti D ac nõ effusi,& in afflictionibus quæ nobis infligũtur, sobrij & prudẽtes,perpetuas gratias referam° misericordi deo.Si sic res nostras instituerim°,multũ gratię diuinæ assequemur:poterimúsq; & præsentẽ vitã securè transmittere, & in futurã vitam magnæ fiduciæ opes reponere.Quã nobis omnibus assequi cõtingat, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul & sancto spiritui gloria,imperium, honor nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

De iis quæ sequuntur hæc verba,In principio fecit deus cœlũ & terram,vsque,Et factum est vesperum,& factum est mane dies vnus. Homilia tertia.

MEritò thesauro cuipiã confertur diuinarum scripturarũ lectio. Nã sicut ex illo quisquis vel paruum frustũ capere valet, multas sibi parat diuitias:ita & in sacra scriptura, etiã in breui di-

Universidad de Deusto Biblioteca

aquis istis iuxta præceptū dei omniū conditoris producta sint: propterea auditorē hîc nunc docet, ꝙ non † solū aqua illa sit cōdita: & ꝙ moueatur, & discurrat, & omnia alluat. Igitur postquam diffusa fuit magna vniuersi visibilis informitas, præceptóq; suo de⁹, optimus ille artifex, & quæ informia erāt, dispulit, & immensam lucis visibilis pulchritudinē produxit: tunc tenebras fugauit palpabiles, illustratáq; sunt omnia. *Et dixit*, inquit, *deus, Fiat lux: & facta est lux.* Dixit, & facta est: mādauit, & tenebræ quidē fugatę sunt, lux autem producta. Vides ineffabilē potentiā? Verū qui errore præuenti sunt, nō attendētes ad dictorum cōsequentiā, neq; audiētes beatū Mosem, dicentē: In principio fecit deus cœlū & terrā: & mox subdentē, Terra autē erat inuisibilis ac inculta, eò ꝙ tenebris & aquis esset obtecta (sic enim visum fuit domino ab initio eā producere) dicunt, ꝙ antea fuerit materia & prius fuerint tenebræ. Quid hac amētia peius? Audis, ꝙ in principio fecerit deus cœlū & terram, & ꝙ ex nihilo quæ sunt, facta sint: & dicis ꝙ pri⁹ fuerit materia? Quis eorum qui mentē habent, tantā ferret insaniā? Nunquid homo est cōditor, vt opus habeat subiecto aliquo ad demōstrandā suā artē? Deus est cui omnia cedūt, qui verbo & pręcepto suo omnia cōdidit. Attende enim, dicit solū, & producta est lux, & abscesserūt tenebræ. *Et distinxit deus inter lucem & inter tenebras.* Quid est, distinxit? vnicuiq; locū proprium distribuit, cōgruúmq; tempus definiuit. Et postquā hoc factum, tunc suum cuiq; vocabulū indidit. *Vocauit enim*, inquit, *deus lucem diē: & tenebras vocauit noctem.* Vidisti optimā distinctionem, & admirabile opificiū: quomodo id quod omnē rationē transcendit, vno sermone & pręceptū factum est? Vidisti quantū se nostrorū ingeniorū paruitati attēperauerit beatus ille propheta, imò misericors deus per prophetæ linguā erudiēdo omne hominū genus: vt videat eorū quæ facta sunt ordinē, & quis vniuersi opifex, & quomodo vnumquodq; produxit? Quoniā enim adhuc imperfectius erat humanū genus, quàm vt perfectiora capere posset: propterea pro auditorū imbecillitate, prophetę linguā sanctus mouebat spiritus, inq; hunc modum nobis omnia edisserebat. Et vt discat, ꝙ propter mentis nostræ imperfectionem hoc enarrationis attēperamento fuerit vsus: vide ꝙ toni-
Mar.13.b trui filius cum iam creuisset ad virtutē hominū genus, nō iam hac via ingreditur, sed in sublimiorē eruditionem auditorē subducit. Nā vt dixit, In principio erat
Ioan.1.a sermo, & sermo erat apud deum, & deus erat sermo: mox subiicit: Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominē venientē in mundū. Nam quēadmodū hoc loco lux ista sensibilis pręcepto domini producta, & tenebræ illæ visibiles abscōditæ: sic & lux mētalis tenebras errorū effugauit, & ad veritatē errabūdos manuduxit. Suscipiamus ergo magna gratitudine à diuinis scripturis doctrinas, & ne aduersemur veritati, neq; in tenebris maneamus: sed ad lucē properemus, operemúrq; digna luce & die: sicut & Paulus admonet di-
Rom.13.d cēs: Sic vt in die honestè ambulemus, & ne operemur opera tenebrarū. Et vocauit, inquit, deus lucem diē, & tenebras vocauit noctē. Sed quod fermè nos præterierat, necessariū fuerit iterū repetere. Nā postquā dixerat, fiat lux, & facta est lux: subiūxit, Et vidit deus lucē, ꝙ bona esset. Vide, quæso hic dilecte, quāta verborū humilitas. Quid ait? Nū priusquā fieret lux, nesciebat ꝙ bona? sed postquā producta fuit, oculus primum ostendit opifici pulchritudinem & bonitatem

† simpliciter.

A productæ? Et quis cui cor est, tale quiddā diceret? Nā si homo qui aliquid per artē operatur, priusquā fabricet quod vult facere, & priusquā formet, scit vsum ei⁹ quod elaborare statuit: quātò magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo vt essent produxit, sciebat antequam lucē faceret, ꝙ esset bona? Quare ergo hac dictione vsus est? Demittit se, & iuxta humanam consuetudinē hæc omnia loquitur beatus ille propheta. Et quemadmodū homines cùm magnū aliquid magno studio elaborauerint, & finem laboribus suis imposuerint, tunc tandē per experientiam declarant ea quæ fecerint, & opus laudibus extollunt: ita & diuina scriptura solet, & nunc cū se ad nostrarū auriū infirmitatem demisit & dixit: Et vidit deus lucē, ꝙ bona: tunc subiecit, Et distinxit deus inter lucē, & inter tenebras: & vocauit deus lucē diē, & tenebras vocauit noctem.
B Et suā cuiq; regionem distribuit. Nam ab initio cuiq; suos terminos præfixit, quos perpetuò absq; impedimento custodiret: id quod cuilibet, qui mediocriter sapit, cōtueri licet, quomodo ex eo tempore vsque in præsens, neq; lux terminos suos transgressa sit, neque tenebræ suum ordinē prætererint confusione & deordinatione quadā introducta. Sanè hoc vnū ingratis sufficere deberet, vt credant & obediant his quę à diuina scriptura dicta sunt: ita vt vel elemēta imitentur, quæ cursum inoffensum perpetuò seruant, & mensuram suā non egrediuntur, sed agnoscunt propriā naturam. Exin postquā vtriq; suum nomen dedit, vtrūque in vnum coēgit: Nam dicit, *Et factum est vesperum, & factum est mane dies vnus.* Finem diei & finem noctis vnum signanter nominauit, vt ordinem aliquē & consequentiam statueret visibilium, nullaq; fieret confu-
C sio. Verùm scire & discere debemus à spiritu sancto per linguam beati huius prophetæ, quæ primo die cōdita sunt; & quæ aliis. Nam & istuc ipsum misericordis dei condescensionem declarat. Neq; enim inops erat omnipotens illius manus, & infinita sapientia, vt non posset vno die producere omnia. Quid inquam, vno die? & simplici momento poterat. Sed quandoquidem res non ob suam vtilitatem produxit (nullius enim rei indigus est, qui sufficiētissimus) sed ob suam benignitatē & bonitatem fabricauit omnia: idcirco non simul, sed successiuè & per partes condidit, & doctrinam nobis manifestā de rebus cōditis per linguā beati huius prophetæ tradidit, vt hæc exactè discentes, nō accedamus eorū sententiæ, qui humanis rationibus mouentur. Enimuero non desunt, qui fortuitò res omnes factas esse asserāt, quāuis hæc ita sint facta.
D Quòd si nō tanta cōdescensione, & docendi humilitate nos dignatus esset: quid non fuissent ausi, qui aduersus salutem suā quæq; & dicere & facere student? Quid enim miserius & insipientius his qui talia dicere attentant, & asserūt res per se fieri, fraudantq; omnem facturā diuina prouidentia? Quo pacto enim rationi congruū fuerit, dic oro, ꝙ tanta elementa, & tātus ornatus absq; aliquo moderatore, & omnia cōseruante gubernētur? Et nauis nunquā poterit absq; gubernatore maris fluctus trāsire: & miles nihil strenuū & egregriū absq; præfecti ductu & auspiciis gerit: & domus nō extruitur, nisi sit qui ædificet: mūdus autē ille immēsus, & elementorū illorum ornatus, fortuitò & temerè ferri poterit, nullo existente qui omnia quę oculis sunt subiecta, possit moderari, & per suam sapientiā sciat continere & cōseruare? Porrò quid contendimus illis monstrare ea quæ & cæcis, vt in pro-
uerbio

uerbio est, perspicua sunt? Verūtamen ne omittamus proponere eis doctrinas scripturarū, sed omne impēdamus studiū, vt ab errore liberati, ad veritatē reducātur. Nā licet in erroribus cōprehensi sint, * cognati tamen nostri sunt: & cōgruit, vt magnā eorū curā habeamus, nunquā torpescentes: sed diligentia summa facientes ea quæ in nobis sunt, vtilē illis medicinam adhibeamus, vt saltē tandē aliquādo ad verā sanitatē redeāt. Nihil enim ita gratū est deo, & ita curę, vt ani-
1.Tim.2.b marū salus, sicut clamat Paulus, dicens: Qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionē veritatis ve-
Eze.18.g nire. Et iterū deus ipse ait: Nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur, & viuat. Et propter hoc etiā creaturam hanc omnē produxit, & nos formauit, non vt pereamus, neque vt suppliciis nos torqueat: sed vt saluet, & ab errore liberatis, regno frui nobis cōcedat. Hoc eñi nobis præparauit, nō nūc postquā factū est, * sed ante
Mat.25.c iacta fundamēta mundi, sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei, & in hæreditatē accipite præparatū vobis regnū ab initio mundi. Vide misericordiā domini, quomodo antequā formaretur mūdus, & ꝓduceretur homo, infinita nobis bona præparauit: ostendens quātā nostri generis curā faciat, & ꝙ omnes vult saluari. Talē igitur habentes dominū, tam misericordem, tā benignū, tam mansuetū: cùm nostræ, tum fratrum nostrorū salutis curā geramus. Nā & hoc nostræ salutis argumentū erit & occasio, si nō solū pro nobis ipsis soliciti, sed & proximo vtiles fuerimus, ipsum ad viā veritatis manuducētes. Et vt scias quantū bonum sit, cū salute nostra & alios lucrari, audi prophetam ex
Hier.15.d persona dei dicētē: Qui educit preciosum à vili, quasi os meū erit. Quid hoc est? Qui ab errore ad veritatē, ait, manuduxerit, vel à peccato ad virtutē proximum induxerit: pro virili humano me imitatur. Etenim ipse quū deus sit, propter nihil aliud nostrā induit carnē, & alia humana omnia sustinuit, & crucē quoq; suscepit, nisi vt nos peccato obnoxios à maledicto liberaret. Et
Galat.3.b hoc quoq; Paulus clamat dicēs: Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictū. Si igitur ipse, qui deus est ineffabilis essentiæ, ob misericordiā ineffabilē hęc omnia propter nos & salutē nostrā suscepit: cur nō & nos erga fratres iusti sumus, agnoscētésq; eos vt mēbra nostra, & eripientes ex diaboli faucibus, in viam virtutis inducimus? Nam vt anima corpore melior est: ita his qui indigētibus pecunias & facultates suppeditāt, maioribus præmiis digni sunt hi qui admonēdo & cōtinuè docendo in viam rectā supinos & desides inducūt, monstrādo eis diuinarū virtutū fragrantiā, & vitiorū malcolentiam. Hæc omnia cū sciamus, prę omnibus aliis huius vitę curis, de salute animarū loquamur proximis, eandē illis solicitudinem ingerētes. Magnæ enim bonitatis est, animā cui hęc cōtinuò insonant, posse reduci ex abysso malorū, in quorū medio versamur: & cōpescere affectionū rebellionē, quæ perpetuò animā nostrā infestant. Idcirco nobis opus est & magna vigilātia, quoniā & continuum nobis est bellū, & induciæ nullę: propter quod
Ephes.6.b & Paul⁹ dicebat, Ephesiis scribēs: Nō est nobis colluctatio aduersus sanguinē & carnē: sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mūdi dominos rectores tenebrarū seculi hui⁹, aduersus spirituales nequitias in cœlestib⁹. Ne existimetis, ait, vulgare nobis certamē proponi. Non aduersus eiusdem generis aduersarios nobis est certamen, neq; ex ęquo exercitus noster instruct⁹ est. Nos eñi qui corporibus sumus an-

**ὁμογενεῖς. i. congeniti, eiusdē generis, cō sanguinei.*

** μετὰ τὸ γενέσθαι, quod de regno aut de nobis dici potest.*

A nexi, * præceptū accepimus, vt cū incorporeis virtutibus cōfligamus. Sed ne timeatis, nā licet inæqualis sit pugna: magna tamē armorū nostrorū virtus est. Subiungit eñi hęc, quasi diceret: quoniā nouistis bellatorum naturā, ne succumbatis, ne torpescatis ad pugnā: sed ꝓpter hoc suscipite armaturā dei, vt possitis resistere insidiis diaboli. Multæ eñi eius sunt insidiæ, hoc est viæ, per quas negligētiores supplātare nititur: quas diligēter cognoscere operępreciū est, ita vt effugiam⁹ eius man⁹, & nullū ipsi ingressum permittamus. Quin & linguæ diligens habenda est custodia, & oculi muniēdi sunt, & mens purgāda, & in perpetuo certamine viuēdū est, quasi fera aliqua nos inuadat, & lædere conetur. Propter quod cœlestis illa anima, doctor gētiū, lingua orbis, nihil omittēs pro salute discipulorū,
postquā dixit, Accipite armaturā dei: iterū subiicit, & *Ibidem.*
B nos vndiq; muniēs, & inuictos faciens, sic dicit: State *Ibid.c.* igitur accinctis lūbis vestris in veritate, & induti thoracē fidei, & calceati pedes vestros in præparatione euāgelij pacis. In omnibus assumite scutū fidei, in quo possitis oīa tela mali illius ignita extinguere, & gladiū spiritus, quod est verbū dei. Vidisti quomodo omnia mēbra muniuerit? Et quasi in pręliū egressuros, primū zona cingat, quò expeditiores simus ad cursum: dein induat nos thorace, ne à iaculis vulneremur. Sed & pedes muniuit, & vndiq; armauit fide. Hęc, ait, ignita tela hostis extīguere poterit. Quæ autē sunt tela diaboli? malæ cōcupiscentiæ, immūdæ cogitationes, perniciosi affectus, furor, inuidētia, inuidia, ira, odiū, opum cōcupiscentia, & omnis alia ignauia. Hæc, ait, omnia extinguere poterit gladius spiritus. Et quid dico, extinguere? etiam ipsum hostis caput amputare valebit.
C Vidisti quomodo roborauit discipulos? Quomodo eos qui cera molliores erāt, ferro fortiores effecit? Qm̄ enim nobis bellū est nō aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus incorporeas virtutes: ideo neq; carnalibus nos armis muniuit, sed arma nostra omnia spiritualia sunt, sic radiantia, vt eorū fulgorem dęmon ille malus ferre nequeat. Talibus armis induti, ne horreamus ob pugnā, ne fugiamus cōgressum: sed neq; ignaui simus. Nā sicut, nobis * sobriis, malignus dęmō nūquā armorū nostrorū virtuti pręualebit, imò si voluerimus, irritas faciemus eius machinationes: sic si desides fuerim⁹, nulla nobis vtilitas erit: Quādoquidē inimicus salutis nostrę nūquā dormitat, & omnia quę saluti nostræ obsunt, operatur. Vndiq; igitur armemus nosipsos, & à verbis & ab operibus abstineamus quæ nos offendere possunt: & cū abstinētia à cibis, cū alia-
D rum virtutū, tū liberalitatis in pauperes specimen exhibeamus: scientes quāta nobis merces ob curam illis exhibitā reposita sit: Nam, qui miseretur, ait, pauperi, fœneratur deo. Vide vsurę rarā naturā, & admirabilē. Alius est qui accipit, & alius qui se dandi fœnoris reū facit: & nō hoc solū nomine: sed quia in hoc vsurę genere non est locus ingratitudini, neq; vlli alij damno.
Neq; enim quemadmodū vulgo, simplex modo red- *Prou. 19.*
hibitio promittitur, sed centupla dantur, & nō solùm *Matt.19.*
centupla: nam aliqua dantur in præsenti vita, aliqua in futura, nēpe vita æterna. Et in præsenti quidē vita si quis nobis solū duplicia polliceretur pro his quæ à nobis dantur, parati essemus illi omnem nostram substantiā afferre. Tametsi ibi magna ingratitudo, multæ & stupēdæ auarorū fraudes: & multi qui boni habentur, fœnus nō soluūt, vel ob maleuolentiā nolētes, vel sæpe & propter inopiā non valentes. Quoniā autem

** προστετάγμεθα, onus accepimus, vel in acie collocati sumus.*

** νηφόντων, i. sobriis, vel vigilantibus, & attentis potius: * νήφοντας enim hic & alibi sæpe ignauis & desidibus opponit proinde idem talibus in locis notabis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihil tale,omniũ domino imputari potest(nã & capitalis summa in tuto est,& centuplum hîc promittitur eleemosynã expendẽtibus, & in futurum vita æterna reponitur:)quę igiť nobis defensio erit, si negligentes fuerimus,&nõ festinauerimus cẽtupla pro paucis accipere, & pro præsentibus futura, & pro tẽporalibus æterna? Atqui pecuniæ nũc ianuis & repagulis includũtur,& indigẽtibus nõ expendũtur, sed in vanũ dũtaxat ibi sine vsu iacẽt. Vt igitur in futuro seculo earũ subsidia inueniamus: Facite, inquit, vobis amicos ex mãmona iniquitatis:vt cũ defeceritis, recipiãt vos in tabernacula æterna.Iam scio,q; multi nõ adstipulãtur his,quæ à nobis nũc sunt dicta, sed ea vt deliriũ & fabulã audiẽtes,minime sunt attẽti ad orationẽ nostrã. Vnde ego crucior & doleo, q; neq; rerũ experientia, neq; tot & tales dei promissiones, neq; timor futurorum,neq; quotidianæ admonitiones nostræ apud tales proficiũt.Nõ tamẽ cessabo,etiã sic,ab hoc cõsilio, donec cõtinuitate importuna tandẽ victor resipiscere ipsos fecero:& à crapula & ab ebrietate, qua laborant,& à pecuniarũ auiditate, quæ mentẽ eorũ obtenebrat,eruere valuero. Scio enim, scio q; per gratiam dei,sermonũ nostrorũ frequẽtia, & ieiunij studiũ poterũt ipsos vel serò à difficili hoc morbo liberare,perfectęq; sanitati restituere:vt & ipsi à suppliciis,quę eis parata sunt,liberẽtur,& nos à tristitia eruamur, & pro omnibus gloriã referamus deo patri & filio, & spiritui sancto,nũc & semper, & in secula seculorũ, Amẽ.

Luc.16.c

Dixit quoque deus:Fiat firmamentum in medio aquæ,& diuidat inter aquam & aquam:& factum est ita.

Homilia quarta.

VIdens ego,dilecti,alacrẽ & quotidianum vestrum in hoc tẽplo conuentũ,magnã percipio voluptatẽ, misericordẽq; deũ in profectu vestro glorificare nõ cesso.Nã sicut esurire,corporalis sanitatis indiciũ: ita & studio magno audire diuina eloquia,bonæ animi valetudinis certissimum est argumentum. Propter quod & dominus noster Iesus Christus in suis beatitudinibus, quas in mõte promisit,dicebat:Beati qui esuriũt & sitiũt iustitiã, quoniam ipsi saturabũtur. Quis igitur dignè vos laudare valet, qui semel ab omniũ domino beatitudinẽ accepistis, & ab eo infinita bona expectatis? Is enim domini nostri mos est, vt quoties videt animã aliquã multo desiderio,prõptitudinẽq; intẽta spiritualibus inhiãtem, liberaliter illã gratia & opulẽtis donis suis locupletet. Vnde & ego in vestram vtilitatẽ, & ædificationẽ expecto,vt vberior & mihi doctrinæ sermo cõcedatur. Propter vos enim, & propter vestrũ profectũ, omnẽ hũc laborẽ toleramus:vt & vos citius ad ipsum virtutis fastigiũ ascẽdatis,futuri vitę diuinę magistri omnibus qui vos vidẽt:& nobis maior dicendi fiducia accedat,qui videmus non in vanũ,nec frustra nos laborare:sed quotidie semẽ spirituale in vobis crescere:& nõ sicut in euãgelio seminãti euenit, ita & nobis contingere.Ibi enim vna tãtum pars salua fuit, tres perierũt.Quia semẽ quod secus viã cecidit,sterile mãsit:& quod inter spinas,suffocatũ est: quod autẽ in petram, in superficie manens,fructum afferre nequiuit.Hîc in gratia dei spes est,omne semẽ in terrã bonã cadere,& alios facturos fructũ cẽtuplũ,alios sexagecuplũ, alios trigecuplũ.Hoc nostrã alacritatẽ fouet, hoc mentem excitat, q; scimus non in vanum,nec frustra sermones nos facere: sed sobriis auribus & intenta mente dicta nostra accipi.Atq; hęc non adulanter charitati vestrę dico,sed coniecto alacritatẽ ex his, quæ heri à nobis dicta sunt.Videbã enim vos omnes auidos doctrinæ, ab ore meo pendẽtes, & omnia faciẽtes, ne quid vos dictorũ præteriret. Præterea cõtinui plausus maximè testabãtur,q; dicta magna voluptate susceperitis. Qui autẽ aliquid volupe audit, certũ q; illud bene figit in animo:ibiq; altius reponẽs, facit ne eradi expungive queat.Quis igitur dignè nos beatos dicere,& vos laudare posset,qui in aures loquimur audientiũ? Beatus enim,ait,qui loquitur in aures audientiũ.Hoc pręclarũ opus iciunio acceptũ fero,hoc remediũ salutẽ operatũ est animarũ nostrarũ.Quòd si ab initio statim tãtum nobis robur ostẽdit, procedẽtibus diebus quãtã nõ expectamus vtilitatẽ affuturã? Vnũ hoc vos obsecro,In timore & tremore salutẽ vestrã operemini, & nullũ aditũ concedite inimico salutis vestræ.Quia videns nunc spirituales vestras diuitias, insanit & ferocit,& sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret.Verũ si sobrij fuerimus,nulli pręualebit per gratiã dei.Talia eñ sunt arma nostra spiritualia, quibus nos induit spiritus gratia:sicut heri charitatẽ vestram docuimus. Si igitur his continuò mẽbra nostra muniuerimus, nullũ telum ab illo emissum ad nos pertingere poterit,sed irrita ad ipsum reditura sunt. Adamante enim solidiores dei gratia nos effecit, & si volumus, omnino inuictos.Itaq; sicut qui adamantẽ tundit,nihil adamanti nocet, sed seipsum fatigat, & robur suũ imminuit:& qui contra stimulos calcitrat, suos pedes cruentat:in hunc modũ res se habent nostræ cũ salutis nostræ aduersario,si armis, quæ nobis spiritus sancti gratia exhibet,cõtinuò nos muniamus. Tãta enim illorũ virtus est,vt radios inde fulgurantes aduersarius sustinere non possit, sed illis oculi sui excæcentur.His oro armis semper nos muniamus, & sic muniti in forum nos conferamus:sic apud amicos simus,sic opera aggrediamur.Et quid dico in forũ? etiã in ecclesiam occurrentes,instructi illis simus & domũ redeũtes,& dormientes,& euigilantes, neq; vnquã per omnẽ vitam nostram illa deponamus. Commigrant enim no biscum,& post hanc vitam magnã fiduciã nobis præstabunt.Nõ enim sicut sensibilia arma corpus grauãt: sed leuius reddunt & expeditius ac sublimius,robúrque augent.Tantũ curę sit,vt ipsa quotidie abstergamus,ita vt fulgida sint,& radiis excæcent oculos maligni dæmonis omnia cõtra salutem nostram machinantis. Agè quoniã satis vos armis instruximus, consuetã nunc vobis mensam apponamus, & ea quæ hesternam lectionẽ sequuntur,deinceps charitati vestrę proponamus,rursum admirabilem illũ conuiuij exhibitorem beatum Mosem,magnum prophetam,bonę huius doctrinę ducem faciendo.Videamus igitur quę nam sint ea,quæ hodie nos docere vult, & diligenter dictis eius attendamus.Nõ enim sua virtute loquitur, sed quæcunq; illi spiritus sancti gratia insonat, ea per suam linguam docendo humanum genus, profert. Cõsummato igitur de die primo sermone, postquam formata luce dixit: Factum est vesperum, & factum est mane dies vnus: iterum dicit, dixitque deus, *Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit distinguens inter aquam & aquam.* Attende hîc chariſſime doctrinæ consequentiam. Quoniam antea nobis dixit, post cœli & terræ creationem, Terra autem erat inuisibilis & inculta: & causam appposuit, quòd propter hoc fuerit inuisibilis,quia à tenebris & aquis obtegebatur. Omnia enim erant aqua & tenebræ, & nihil præterea. Et postea,

Asimili.

Matt.5.a

Luc.8.a.

1.Pet.5.b

postea,q; præcepto domini producta sit lux, factáq; distinctio lucis & tenebrarũ: & illa quidẽ diei appellationẽ acceperit, hæ verò noctis.Iterum nos docere vult,q; sicut tenebras separauit,pducta luce, & vtrisq; congruũ vocabulũ indidit. ita & multitudinẽ aquarũ præcepto segreget. Et vide ineffabilẽ potentiam,quæ omnẽ humanã excedit rationẽ.Nam solùm iubet, & accedit aliud elementorũ,& aliud decedit.Dixítque, ait,deus: Fiat firmamentum in medio aquæ,& sit distinguens inter aquam. Quid est,fiat firmamentum? Quasi quis dicat humana lingua, Fiat paries quidã & interstitiũ in medio diuidens, & separationẽ faciens. Et vt discas magnã elementorum obedientiã, excellentémq; virtutẽ opificis,ait:Et factũ est ita. Dixit solùm,& opus sequutum est. *Et fecit*,ait,*deus firmamentũ, & diuisit deus inter aquam quæ erat sub firmamento,& inter aquã quæ erat super firmamentũ.* Dicit, Facto firmamẽto iussit aquas alias sub firmamentũ ferri, alias autẽ supra dorsum esse firmamenti. Sed quid tandẽ esse dicemus hoc firmamentũ? aquámne densatã,vel † aërẽ constratũ],vel aliã aliquã essentiam? Haud quis prudentiũ hoc temerè asseueranerit. Oportet enim magna modestia & gratitudine, ea quæ dicũtur à nobis accipi,& nõ vltra naturã nostrã progredi, & scrutari quę supra nos sunt:sed hoc solùm scire & tenere apud nos,q; præcepto domini productũ est firmamẽtum, separationẽ aquarũ faciens,quod valeat sub se continere,alias verò in dorso suo ferre. *Et vocauit*, ait, *deus firmamentum cœlum.* Vide quomodo eadẽ consequentia etiam nunc diuina scriptura vsa est. Nam sicut dixit heri,Fiat lux:& postquã producta fuit,tunc subiecit:Sit distinguẽs inter lucem & inter tenebras, & sic lucem diẽ vocauit: ita & hodie dixit:Fiat firmamentum in medio aquæ. Dein sicut de luce:ita & hic docuit nos vsum firmamenti,vt diuidat,ait,inter aquam & aquam.Et postquã hunc eius vsum declarauit,tunc sicut luci nomen dedit, ita & firmamento suũ nomẽ imposuit.Et vocauit,ait,deus firmamentũ cœlũ, hoc quod videtur.Et quomodo dicunt aliqui,factos multos cœlos?Non ex diuina scriptura hoc didicerũt,sed ex suis opinionibus,vt ita dicant impelluntur.Beatus autẽ Moses nihil his amplius docet:nam vt dixit, In principio fecit deus cœlũ & terram: & dein causam docuit quare terra sit inuisibilis, nempe q; obtecta à tenebris & aquis abyssi: post formationẽ lucis,ordine & consequẽtia quadã vtens,inquit: Et dixit deus, Fiat firmamẽtũ. Dein postquã docuit diligẽter vsum firmamẽti, & dixit, vt distinguat inter aquã & aquã: istucipsum firmamẽtum quod aquarũ separationem faciebat,cœlũ vocauit.Quis igitur post tantã doctrinam ferret eos qui ex suo capite loqui,& contra diuinam scripturã multos cœlos dicere audẽt? Porrò dicunt:Ecce beatus Dauid laudem deo offerens, dixit: Laudate eũ cœli cœlorũ. Ne turberis dilecte, neque putes sacrã scripturam sibiipsi alicubi aduersam: sed disce potius dictorũ veritatẽ, & tenens diligẽter illi⁹ doctrinã,obtura aures illis cõtraria dicẽtib⁹. Et quid hoc sit,quod dicere volo,audite magna attentione:vt ne facilè moueamini à volentibus violenta & aliena dicere. Omnes diuini libri veteris testamẽti Hebræorum lingua ab initio sunt cõpositi, & in hoc nobiscũ cõsentiunt omnes.Et nõ ante multos annos aduentus Christi, rex quidam Ptolemæus,in conquirendis libris admodum studiosus,operæpreciũ putauit,vt & hos libros colligeret: eáque de causa quosdã Iudæorum Hierosolymitarũ vocauit, qui eos in Græcã linguã verterẽt.Et perfectũ est hoc eius opus. Factũ autem est hoc diuinæ dispensationis opus, vt nõ solùm Hebraicæ linguę periti,sed & omnes qui totũ orbem inhabitant,ex eis vtilitatẽ perciperent.Est & rarũ miraculum, q; vir qui Iudaica non curabat,hoc fecit,sed idololatriæ deditus, & religioni damnatæ multũ faciens. Hoc eñ modo se habẽt omnia quæ à dño nostro dispẽsantur,vt per aduersarios semper crescãt veritatis præcepta. Hęc autẽ nõ temerè vestrę charitati narrauerim,sed vt scire possitis, q; nõ hac lingua, nostra inquã,sed Hebraica sint hi libri cõpositi. Dicunt igitur qui linguæ eius gnari sunt,Cœli nomen plurali numero ab Hebræis vocari, quod confitentur qui & Syrorũ linguã sciũt.Et nemo ea lingua dicit cœlũ,sed cœli.Et idcirco sic dictũ est quod à beato Dauid dictum,Cœli cœlorũ:non q; multi sunt cœli(non enim hoc nos docuit beatus Moses)sed quia mos est linguę Hebraicæ,vnã rem nominare plurali numero: quia si multi essent,non omisissẽt spiritus sanctus per linguã ꝓphetæ,quin & illorũ formationẽ nos doceret. Hæc diligẽter seruate obsecro,vt possitis obstruere ora eorũ qui cõtraria eccleſiasticis doctrinis afferunt.Et videatis virtutẽ eorũ quæ in scriptura cõtinentur. nam idcirco frequenter hîc conuenitis: & nos vberiorem doctrinã communicamus,vt parati sitis omni petenti vos rationẽ reddere. Sed ad consequentia & textũ redeamus,si placet. *Et vocauit*, ait, *deus firmamentum cœlum. Et vidit deus, quòd bonum.* Attende quanta verborũ humilitas, ꝓpter nostrã infirmitatẽ. Nã sicut de luce dixit,Vidit q; esset bona:ita & nunc de cœlo dicit, hoc est de firmamẽto.Et vidit,inquit,deus, quòd esset bonũ:docẽs nos per huius pulchritudinẽ, suam immensitatẽ.Quis eñ non obstupesceret ac admiraretur q; firmamentũ tanto tempore † vigescentem, & eandẽ seruat pulchritudinẽ:& quãdiu accedit tẽpus, tandiu & suã custodit pulchritudinẽ?] Quid eñ speciosius eo,quod laudẽ ab ipso opifice accepit? Nam si nos hominis opus vidẽtes absolutũ, admiramur figurã,sitũ,pulchritudinẽ,proportionẽ,elegantiã, aliáque omnia:quod factũ est à deo,quis dignè laudarit, præsertim quũ ab ipso domino laudem accepit? Hæc enim dicta ita sunt,vt se attẽperaret nostrę fragilitati. Videbísq; hoc per singulas facturas dici,& ita cõfundi,& multis antea seculis confici linguas eorũ, quæ acturæ se erant cõtra opificiũ dei, & dicturæ: Quare hoc & hoc factũ est?Talia igitur dicturos antè cõprimit,dicẽs:Et vidit deus quòd bonũ.Quãdo autẽ audis q; vidit deus,& laudauit:intellige dictũ prout dignũ est de deo loqui. Nam qui produxit cœlũ, etiam priusquã formaret,sciebat formãdi cœli pulchritudinem.Sed quia nos homines tãta sumus imbecillitate circũdati,aliter hoc intelligere nõ potuimus:ideo sic direxit spiritus beati ꝓphetę linguã, vt ad eruiendũ humanum genus, tanta verborum vteretur crassitudine.Quãdo igit subleuas oculos,& spectas cœli pulchritudinẽ,magnitudinẽ,vtilitatẽ:tunc inde ad opificẽ ascende,sicut & sapiens quidã dicebat:Ex magnitudine & pulchritudine creaturarũ, vniuersi cõditor decenter cõsideratur.Et vide domini tui virtutẽ, etiã ex horum elementorũ formatione, quanta sit. Nam cui sagax est animus, si voluerit per singula visibilia scrutari (& quid dico per singula quæ facta sunt?) suam solam formationem si accuratè voluerit considerare, videbit ex paruis illis indicibilẽ & ineffabilẽ dei po-

Hic supra 4.

† vigentẽ seruat pulchritudinẽ, & quantum crescit tẽpus, tantũ et pulchritudo?]

Sapi. 13.b

Universidad de Deusto Biblioteca

dei potentiã. Quòd si visibilia sola sufficiũt nobis ad docendã potentiæ cõditoris magnitudinẽ, vbi & ad inuisibiles veneris virtutes,& mentẽ extẽderis ad angelorũ exercitus,archangelorũ, supernarũ virtutum, thronorũ,dominationũ,principatuũ,potestatũ, Cherubim,Seraphim:quæ mẽs,quis sermo sufficiet enarrare magnificentiã eius inenarrabilẽ? Nã si beatus ꝓpheta Dauid,quũ dispositionẽ visibiliũ considerasset,
Psa.103.c exclamabat dicẽs: Quàm magnificata sunt opera tua domine. Si inquã vir tanto spiritu præditus, & cui incerta & occulta sapientiæ diuinæ manifestata sunt, sic
Ibid.50.b exclamabat: quid diceremus nos qui terra & cinis sumus? & debemus cõtinuò vultũ submittere, & obstupescere vniuersorũ domini indicibilẽ misericordiã. Et quid dico prophetã? Beatus ipse Paulus, anima illa cœlo vagari solita,corpore circũdatus, & cum incorporeis virtutibus certans in terra ambulãs, & mentis promptitudine in cœlo vagans, cùm in vnã partem dispensationũ dei incideret (de Iudæis & Gentilibus loquor, ꝙ illi quidẽ eiecti,hi autẽ introducti fuissent) & secum dubitaret,& internorũ oculorũ vertigine la-
Rom.11.d boraret, exclamauit dicens: O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & scientiæ dei, quàm imperscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius? Sed hic libenter rogarim eos, qui de natiuitate filij curiosius exquirũt,& sancti spiritus dignitatẽ imminuere attentãt: vnde vobis obsecro tantæ audaciæ
** παρανοίας, id est insipientia, superbia.* temeritas? à qua* insipientia in tantã ruistis insaniam? Nam si Paulus tãtus & talis,& iudicia eius (hoc est,dispensationes & gubernationes) imperscrutabilia esse dicit: & non dicit incomprehensibilia,sed imperscru-
Rom.11.d tabilia,ita vt scrutari ea nemo possit,& imperuestigabiles dicit vias eius: iterũ idẽ dicẽs vias, mãdata vocans & præcepta: quomodo vos essentiã vnigeniti ipsam curiosius explorare, & spiritus sancti dignitatem, quãtũ in vobis est,imminuere audetis? Videte dilecti, quantũ malũ sit non diligenter attendere ad ea quæ in diuinis scripturis sunt contẽta. Hi em̃ si cũ gratitudine doctrinas diuinę scripturę accepissent, & nõ sua ex ꝓprio capite excogitassent, neutiquã in tantã venissent amentiã. At nos neq; sic cessemus diuinæ scripturę testimonia ipsis obiicere,& aures nostras ad pestilẽtes eorũ doctrinas obsepire. Sed nescio quomodo iterũ ab impetu orationis in hęc euecti sumus,& à contextu excidimus, ideo iterũ ad priora redeat sermo. *Et vocauit*, ait, *deus firmamentum cœlũ, & vidit deus quòd bonũ. Et factum est vesperum, & factũ est mane dies secundus.* Appellatione indita firmamẽto, & laudato opere,finem imposuit diei secũdo, & dixit: Et factũ est vesperum,& factũ est mane dies secundus. Vidisti quãta diligẽtia nos docet,finẽ lucis vesperã vocãs, & finẽ noctis mane,& totũ illud diẽ? Vt ne erremus nos, neq; putemus vesperã finem esse diei: sed manifestè sciamus, quòd vtriusq; spacium vnum diem implet.
†Mane autẽ, hoc est finem noctis, cõplementum diei. Et vesperum finem lucis rectè quis dixerit,†mane autem finẽ noctis, cõpletionem autẽ diem]. Hoc enim vult diuina scriptura manifestare,dicens: Et factũ est vesperum,& factũ est mane dies secundus. Fortè prolixius sermonem extendimus nõ volẽtes, sed ab ipsa verborum consequentia quasi rapido quodã amne vi abstracti. Vósque huius causa estis,qui magna cum voluptate dicta nostra auditis. Nihil enim sic excitare potest dicentem, & sententiarum magnam copiam illi afferre,vt auditorũ alacritas. Et sicut supini & desides auditores etiam multum eloquio valentem red-

A dunt segniorem: ita vos per dei gratiã, etiam si magis muti essemus quàm lapides, possetis nostrũ stuporem emendare, & somnolentiã discutere, cogeréq; vt dicamus ea quæ vobis conducunt, & ad vestrã ædificationẽ pertinẽt. Quoniã igitur tales estis, & qui à deo docti,potentes,iuxta beatum Paulũ,& alios admone- *Rom.15.c.*
re: agè obsecramus vos,vt si per quod aliud, maximè per ieiunij tempus, magnam bene viuendi curam geratis: nec fiat vobis sermo fastidiosus, si quotidie de eisdem loquamur. Eadẽ enim dicere mihi quidẽ nõ *Phili.3.a.*
graue, secundum beatũ Paulũ,vobis autem securum. Opus enim habet anima segnis continua admonitione & suggestione. Et sicut corpus hoc quotidie opus habet corporali alimento, vt ne in magnã ægritudinem incidẽs,nihil facere possit: ita & anima opus habet spirituali cibo,& optima* diæta,vt in consuetudi- **πολιτείας, id est, cõuersatione vitæ ratione.*
B nẽ aliquã bonorũ,& virtutẽ perueniens, inuicta sit,& resistere possit maligni hostis insidiis. Quotidie igitur eius virtutẽ operosè curemus, & nosipsos iudicantes, nunquã deficiamus. Rationariũ quoque nobis faciamus eorum quę accipimus,& quæ expẽdimus: quidnam vtiliter & bene loquuti sumus, & quod ociosum verbum protulerimus. Et iterũ quid vtile per aures in animã intromiserimus, & quid quod nocere possit. Præterea & linguæ regulas aliquas & canones ponamus,ita vt prius ruminentur & librentur verba, & postea proferantur sermones. Mentẽ verò ita instituamus,vt ne quid nociuũ promat: & si forte aliquid taliter forinsecus inferatur,id statim vt superfluũ & damnosum amoueamus: & si intrinsecus nascitur, statim pia cogitatione illud effugemus, & ne existimemus inediã vsq; ad vesperã ad salutẽ nobis sufficere. Nã si
C peruersis Iudæis dicebat deus misericors per ꝓphetã: Ecce annis septuaginta nõ ieiunauistis mihi ieiuniũ. *Zacha.7.*
Et si comederitis & biberitis,nónne vobis comeditis *b.c.*
& bibitis? Hæc dicit dñs omnipotẽs: Iudiciũ iustũ iudicate,misericordiã & miserationẽ faciat vnusquisq; cum proximo suo: & viduã,& orphanũ, & aduenam, & pauperẽ non opprimite: & malũ vnusquisque erga fratrẽ suũ non cogitet in cordibus suis. Si igitur illis qui in vmbra mortis sedebant, & tenebris errorũ obuincti erant,nihil proderat solum ieiuniũ, quum cætera bona opera non facerent,& è corde malum erga proximum non eliminarent: qualem habituri nos sumus defensionẽ, à quibus maiora exiguntur: & non solùm hæc facere iubemur, sed & inimicos diligere, & eos demereri, & quid dico demereri? imò etiã pro ipsis dominum precari,& orare vt salutis illorum cu-
D ram gerat? Hoc em̃ nobis potisimũ in die illo ter- *Luc.6.c.*
ribili patrocinabitur,& redemptio maxima erit peccatorum nostrorũ, si sic affecti fuerimus aduersus inimicos nostros. Licet em̃ magnũ sit & arduũ pręceptũ, si tamen præmiũ cogites repositũ strenuè id exequẽtibus,nihil omnino videbitur, etiã si valde arduũ sit. Et quod est hoc? Si hoc feceritis,ait,similes eritis pa- *Matt.5.g*
tri vestro,qui in cœlis est. Et vt manifestius hunc sermonem nobis declaret, subdidit, quòd solem suum oriri facit super malos & bonos,& pluit super iustos & iniustos. Imitare igitur, dicit, pro humanis viribus deum. Nam sicut ille non solùm iustis, sed & his qui mala operantur, Solem oriri facit: & pluuiam & imbres annuos nõ bonis solùm suppeditat, sed & malis, sic & tu si nõ solùm diligẽtes diligis, sed & inimicos, pro virili dominum tuum imitaris. Vidisti quomodo in supremum culmen eduxit eum qui hanc operari va-

rari valet virtutẽ? Sed ne difficultatẽ rei solùm cogites,sed prius supputa tecũ quantũ honorẽ habiturus sis. Et hæc honoris occasio leue faciet quicquid graue est & onerosum. An non pro beneficio habendũ, ꝙ occasio tibi prębetur, dũ inimico benefacis,vt aperiantur tibi ianuæ fiduciæ veniendi ad deum,& redimendi peccata tua? An fortè de inimico vlcisci,& eũ qui malis te afficit,parib' vel maioribus plecti vis? Et quid inde cõmodi? neq; tu aliquid inde vtilitatis habiturus es,sed ꝓpter hoc iudicaberis apud horrendũ illud tribunal, ceu qui leges tãti iudicis obliteraueris & infregeris. Dic oro,si rex aliquis terrenus legẽ tibi posuisset,vt vel inimicorũ tuorũ curã geras,vel morte puniaris: an nõ metu mortis corporalis omnes accurrerẽt ad implendã legẽ? Quãta igitur accusatione dignus fuerit is qui ob corporalẽ mortẽ,quã alioqui naturæ necessitas afferet,omnia facere paratus? Proposita autẽ pœna mortis quæ nullã inuenerit consolationẽ,minus curat legẽ ab vniuersorũ domino latam. Sed mei oblitus sum dũ hæc loquor his qui nec benefaciẽtib' parẽ gratiã rependũt. Quis igitur posthaę è supplicio illo nos eripiet, quãdo nõ solũ ab hoc mãdato lõgè distamus, sed neq; ea facimus quæ pu-
Matt.5.g blicani? Si em̃ diligitis diligẽtes vos, ait, quid magni facitis? nónne & publicani hoc idem faciũt? Quũ igitur neq; hoc à nobis fit, quæ salutis nostræ spes? Ideo oro,ne simus immisericordes, sed nostras cogitationes domemus,& primùm quidem discamus vincere
Ad Phil.2.a ꝓximũ charitate: & iuxta beatũ Apostolũ,per animi humilitatẽ alium quisq; se pręstantiorẽ arbitrãtes nõ sustineamus vt vincamur, sed vincamus & superemus, & maiorẽ & feruentiorẽ erga diligentes affectionẽ demonstremus. Hoc em̃ maximè omniũ vitã nostrã continet & conseruat. Et in hoc bruta & feras antecellimus, ꝙ possumus, si volumus, congruũ in nobis cõseruare ordinẽ,& magnã in ꝓximos concordiã declarare. Quoniã autem strangulanda est nostra praua cogitatio, & mansuefaciẽda truculẽta illa fera (iram dico) & certamen, quasi ante tribunal terribile
†quòd, si inimicis recõciliabimur staremus, aggrediendũ: docẽdi sumus,† quòd, si fortiter hosti resistimus] magna nos expectant bona: sin minus,graue sustinebimus iudiciũ. Neq; em̃ temerè & inutiliter tẽpus expẽdere oportet: sed singulis diebus & horis ante oculos nostros ꝓponere dñi iudiciũ,& quę sint ea quę magnã nobis tunc fiduciã afferre queant,quę item quę pœnã inferant. Et ita hęc versantes in nostris cogitationibus, superabimus affectiones,& cõpescemus carnis lasciuias: & mortifi-
Colos.3.a. cabimus,iuxta beatũ Paulũ,mẽbra nostra quæ super terrã sunt, stuprũ, immunditiã, mollitiem, concupiscentiã malã,auaritiã,furorẽ,vanam gloriã, inuidentiam. Quòd si has affectiones in nobis mortuas fecerimus,ita vt in nobis nihil operari valeãt: poterimus accipere fructus spiritus,qui sunt charitas, gaudium, pax,longanimitas,benignitas,bonitas, fides, mãsue-
Galat.5.d tudo,continentia. Hoc Christiani ab infideli discrimen sit. His signaculis internosci possumus,ne sola appellatione ornemur,neq; habitu externo inflemur & superbiamus,imò si possideremus omnia quæ nũc enumeraui, superbiamus nunquã, imò magis nos hu-
Luc.17.c. miliemus. Nã, quũ omnia feceritis,ait,dicite, Inutiles serui sumus. Si ita soliciti nostrã salutẽ curauerimus, poterimus & aliis & nobis ipsis prodesse plurimùm, & à futuro supplicio eripi,& his ꝗ nos viderint, magistri esse rerum vtilium: vt diligenter exacta hac vi-

A ta,†assequantur eam, quæ in futuro seculo erit, misericordiã: quã nobis omnibus cõcedat gratia & benignitas domini nostri IesuChristi,cũ quo patri & sancto spiritui gloria,imperiũ,honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. *†assequamur*

Et dixit deus, Congregetur aqua quæ sub cœlo,in congregationem vnam, & appareat arida.

Homilia quinta.

AGè & hodie ex beati Moseos verbis cõuiuiũ instruam' vestrę charitati,& quæ à domino facta sint die tertio,diligẽter consideremus. Nã si hi qui in aurifodinis laborãt, vbi diuites venas quasdã conspicati fuerint, à fodiendo nõ desistunt, donec quæ obstãt amouerint, & in profundũ descẽdẽtes,copiã inde auri perceperint: multò magis nos non auri ramenta inquirentes, sed inenarrabilẽ the-
B saurũ inuenturos sperantes,decet quotidie illũ inuestigare,vt multis spiritualibus diuitiis in sinũ nostrũ collectis domũ redeamus. Nam illic quidem diuitiæ sensibiles dominis suis frequẽter multorũ periculorũ fuerunt authores,†multáq; ante voluptates pericula illis præstantes,] statim auolarunt,vel sycophãtis insidiãtibus,vel latronib' parietes effringẽtibus, vel custodibus famulis surripientibus, & fuga elabentibus. *† & pro periculis breuẽ voluptatem præbentes*
Hic autẽ nihil tale suspicari licet. Diripi enim spiritualis iste thesaurus nequit,& vbi in prõptuaria mentis nostræ recõditus fuerit,ab omnibus insidiis est securus: modò nõ per ignauiã locũ demus ei qui illum nobis auferre cupit. Quandoquidẽ inimicus noster, malignus inquã dæmõ,cũ videt vos spirituales collegisse diuitias,furit & dẽtib' fremit,multũq; vigilat, vt opportunũ tẽp' captet quo furari queat intus re-
C cõditas: nullũ autẽ accõmodũ illi tẽpus est præterquã dũ nos ignaui sumus. Ideo perpetua nobis vigilantia opus est ad excludendas illius insidias. Nã eos quos viderit sobrios & vigiles,& semel atq; iterũ frustra aggressus fuerit, relinquit tandẽ, se videns confusum, & sciens ꝙ nihil ꝓficit, si in custodia perstiterimus. Proinde quũ sciamus ꝙ per omnẽ hanc vitam nobis certandũ est,sic nos armemus, quasi assistentẽ semper habeamus inimicũ,qui absque intermissione obseruet num aliquãdo vel parũ dormitemus, insidiandi occasionẽ ei præbẽtes. Nõ vides,opulẽti cum hostiũ metuũt incursionẽ, quanta cura & prouidẽtia res suas custodiãt? nã alij seris & repagulis ianuas muniũt & occludũt: alij in terram abscondũt, ita vt nemo scire possit vbi lateat. Eadẽ diligentia & nos collectam virtutum gazam custodire cõgruit,& nõ ante
D omnium oculos proponere: sed in tutissimo mentis promptuario reponere,& omnes rapere volẽtis insidias excludere: vt quum indeprędabilem eam seruauerimus,sit nobis viaticum ad futurã vitã hinc migrãtibus. Etenim sicut hi qui in terra aliena sunt,& in patriã suã redire cupiũt, multo tẽpore paulatim student & curãt tantum corradere viatici, quantum ad viæ prolixitatem eis sufficere queat, vt ne fame seipsos perdãt: ita sanè facere & nos oportet, quia peregrini hic sumus & aduenæ,vt prouideamus & reponamus nobis spiritualiũ virtutum viatica: vt quando præceperit nobis domin' in nostram redire patriam, parati simus,& alia quidem nobiscum afferamus,alia autem iam præmissa habeamus. Horum enim viaticorum talis natura est,vt ea quæ per bonorum operũ actionem voluerimus ante nos pręmittere, quũ illuc nos præuenerint, ianuas nobis aperiant fiduciæ ad dominum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominũ,& introitũ facilẽ,& absq; pauore, & magnã apud iudicẽ beneuolentiam procurent. Et vt discas dilecte,ꝙ hæc in hunc se modũ habẽt,collige hinc,ꝙ qui liberaliter eleemosynã dispendit,& hîc bona cõsciẽtia versatur:vbi hinc transierit,magnã apud iudicem misericordiã inuenit, auditq; verba illa beata
Mat.25.c cum cæteris:Venite benedicti patris mei, accipite in hæreditatẽ regnũ, quod vobis præparatũ est ab origine mundi:quia esuriui, & dedistis mihi mãducare. Idipsum certè & in aliis virtutibus cõtingere inueniet quispiã.Sic & in confessione peccatorũ, & continuitate precum euenturũ est. Quando eñ in pręsenti vita per confessionẽ peccata abluere, & remissionem à
†illuc domino assequi poterimus:abibimus † hinc à peccatis puri,& magnã quę nobis donatur,fiduciã inueniemus. Neque eñ,qui in præsenti vita peccata non abluerit,postea consolationẽ aliquã illic inuenturus est.
Psal.6.b. In inferno eñ,ait,quis confitetur tibi?& meritò:hoc enim est cauearũ tempus, & cõflictuũ & certaminũ: illud verò coronarum, retributionũ, & præmiorum. Proinde certemus dũ adhuc in stadio versamur,ne in tempore,quo coronæ & laborũ retributiones sumũtur,confundamur.Hoc procœmio apud charitatẽ vestram non temerè,neq; in vanũ vtimur: sed quotidie de bonis operibus vos admonere cupimus,vt perfecti, consummati,virtutibúsque prędita vita spectabiles facti,sitis irreprehensibiles,& synceri,immaculati filij dei:& luceatis sicut luminaria in mundo, sermonem vitæ habentes in nostri gloriationẽ in die Christi:vt vel solo aspectu his prositis qui vobiscũ versantur,ac vestræ spiritualis fragrãtiæ,vestręq; optimę vitæ ac bonæ conuersationis fiant participes. Eteñ sicut mali cõsuetudine familiaribus suis multũ nocẽt,
1.Cor.15.d. quemadmodũ beatus Paulus inquit:Corrũpunt bonos mores colloquia praua: sic & bonorũ familiaritas appropiãtibus illis maxima cõmoda affert. Quã-
†permisit obrẽ & misericors dominus noster inter malos † voluit bonos viuere, vt mali lucrũ habeãt ex ea consuetudine,nec semper in sua permaneãt malitia: sed bonos cõtinuò ante oculos spectãtes,multum vtilitatis ex eorũ capiãt familiaritate. Tanta eñ virtutis potẽtia est,vt reuereantur & multũ laudent eam, etiã qui illa carent. Sicut & vitium etiã ab his qui mali sunt, subinde accusatur & carpitur. Adeò vitiũ omnib⁹ est manifestũ & perspicuũ, neq; vllũ vnquã facilè reperias qui liberè malũ se esse profiteatur:sed, quod mirũ est,mali ipsimet ea quæ operibus facere attentant, verbis mala esse fatentur, multísque occulta vellent. Quod & ipsum diuinæ misericordiæ est, quæ hominum generi concessit,vt vnicuiq; nostrũ insitũ sit indeprauabile iudiciũ conscientiæ,habentis iustũ inter bonũ & malũ discrimẽ,id quod potissimũ omnẽ nobis defensionẽ tollit,ꝙ non per ignorantiã in peccata incidimus,sed per animæ desidiã,& virtutis negligẽtiam.Hęc singulis horis nostro versemus animo, magnam salutis nostrę habentes solicitudinẽ,ne prætereunte tẽpore, ignorantes,nobis ipsis maximũ inferamus damnum.Sed procœmiorũ satis. Audiamus autem,si placet, quæ & hodie nos docere vult spiritus sancti gratia per beati Mosi linguam. *Et dixit*,inquit, *deus:Congregetur aqua,quæ sub cœlo, in congregationẽ ϒnam, & appareat arida.Et factũ est ita*. Vide hic, obsecro dilecte,ordinem & consequentiã optimam, quia dixe-
Hic supra a. rat in principio,Terra erat inuisibilis & inculta, eò ꝙ tenebris & aquis obtegebatur:& deinde iussit die secundo,vt esset firmamentũ, quod aquarũ separationem faceret,vocauitq; firmamentũ cœlũ:nunc iterũ docet nos, ꝙ præceperit in die tertio aquæ,quæ sub cœlo,hoc est firmamento,vt in vnã congregationem conueniat, & faciat apparere locũ aridę. Et factũ est sic.Quia eñ omnia impleta erant aquis, iussit in vnã congregationẽ,aquarũ multitudinẽ concedere,vt sic appareret arida.Vide quomodo paulatim illius nobis pulchritudinẽ & ornatũ ostendit. Et factũ est,ait, ita: quomodo? sicut præceperat dominus. Dixit solùm,& opus subsequutũ est. Hoc enim peculiare dei est,vt secundũ voluntatẽ suã facturas suas moderetur. Et congregata est,inquit,aqua quæ sub cœlo, in congregationes suas,& apparuit arida. Quemadmodũ de luce dictũ,quòd cùm essent vndequaque tenebræ, iusserit produci lucem, & separationem fecerit lucis ac tenebrarum, & hunc tribuerit diei, istas verò nocti:Similiter dictũ quòd cùm produxisset firmamentũ,aquarũ alias superiorẽ locũ occupare,alias autẽ sub firmamento esse iusserit:sic & nunc illas ipsas aquas, quæ sub firmamento erant, in vnam congregationẽ iubet coire,vt appareat arida,& tunc huic etiam suũ nomen imponat: sicut de luce & tenebris dictũ est.Congregatę eñ sunt,ait,aquę quę sub cœlo, in congregationes suas, & apparuit arida: & vocauit deus aridã,terrã.Vidisti dilecte, quomodo deus terram,quæ inuisibilis erat ac inculta,& aquis quasi velaminibus quibusdam obtegebatur,despoliauit,vt sic dicam,& faciem illius nobis mõstrauit, proprio etiã nomine impositio? Et cõgregationes, ait, aquarũ vocauit maria.Ecce & aquæ nomen suũ sortitę sunt. Nã quemadmodũ optimus artifex arte sua vas aliquod facturus,nõ antea illi nomen imponit, donec absoluat:ita & misericors dominus nomina elementis non antea imponit,donec ea in propria loca suo pręcepto ponat.Igitur postquam terra nomẽ suũ accepit, & ad propriã formã peruenit,etiã aquæ cõgregatæ ꝓprio vocabulo nominatæ sunt. *Vocauit enim*, ait, *congregationes aquarũ maria*. Subdidit iterum. *Et vidit deus quod bonum*. Nã quia humana natura imbecillis est, & opera dei dignè laudare nõ sufficit,diuina scriptura acceptã ab ipso opifice laudẽ nos docet. Igitur quando discis,ꝙ & ipso cõditori creaturę ꝓbantur, & bonæ apparent: habiturus quidẽ es quod maiorẽ in modũ admireris,nihil tamen ad laudẽ & encomiũ amplius afferre poteris. Talem enim sortitus es dominum, qui talia facit, quę à nobis neq; laudari satis possunt. Quomodo enim vnquam opus dei pro dignitatẽ laudare posset humana natura? Cęterùm per ea quæ subiunguntur, cõsidera ineffabilem dei sapientiam, quia postquam nobis apertã terræ faciẽ mõstrauit, consequenter suo pręcepto decentẽ ei cõcedens speciem,& seminũ varietate eius adornat faciẽ. *Et dixit*, ait,*deus.Germinet terra herbã fœni, seminantẽ semen secundũ genus & similitudinẽ: & lignũ frugiferum ,faciens fructum, cuius semen in semetipso secundũ similitudinẽ, secundum genus super terrã.Et factũ est ita*. Quid est qđ factũ est ita? Pręcepit,inquit,dominus,& statim terra suos partus maturans,ad germinanda semina seipsam solicitauit. *Et protulit terra herbã fœni*, inquit, *seminantẽ semen secundum genus, & secundũ similitudinẽ: & lignũ frugiferum faciens fructum,cuius semen suum in ipso secundũ genus super terram*. Hîc animaduerte dilecte, quomodo verbo domini omnia facta sunt super terram. Non enim erat homo qui operaretur,non aratrum, non boum cooperatio,

ratio,non aliud eiusmodi studiũ: sed solùm audiuit pręceptũ,& statim quod suũ erat,fecit.Ex quo discimus,ꝙ etiã nunc neq; cura, neq; labor agricolarum, neq; aliæ in colẽdis agris ærumnæ, fructuũ nobis ꝓuentus concedũt:sed præ his omnib⁹ verbũ dei,quod ab initio ad terrã factũ est.Quin & futurã hominũ ingratitudinẽ taxãs diuina scriptura,vt diligẽter omnia, ita etiã nobis ordinẽ factorũ narrat,vt cõpescat nugacitates & deliramenta eorũ, qui vanitates suorum figmentorũ cõmentãtur, & dicere audent, quòd Solis cooperatione ad fructuũ prouentum opus sit.Sunt & alij,qui hæc astris aliquibus asscribere nituntur. Propterea docet nos spiritus sanctus, ꝙ ante formationẽ horum elementorũ sermoni & præcepto dei obtemperãs tellus,omnia semina ediderit, nullo alio ad cooperationẽ opus habens. Satis eñ sufficiebat ei pro omnibus verbum illud dei,quod dicebat, Germinet
B terra herbã fœni.Quocirca diuinæ scripturæ vestigia sequamur, neq; feramus eos qui aduersa illis temerè blatterant.Etiã si homines terrã operentur, & iumentorum auxilio fruantur,& magnã terræ curã habeant, & magna sit cœli tẽperies, & omnia alia concurrant, nisi nutus domini accedat,omnia alia frustra & in vanum fierẽt:& nihil proficeret omnis labor & desudatio,nisi man⁹ domini supernè adiuuaret,& perfectionẽ his quæ fiunt,tribueret.Quis non obstupesceret ac admiraretur,cogitãs quomodo verbũ domini, quod
†in ipsum vterum dicit, Germinet terra herbã fœni: † in ipsa olera]terræ descendat,& quasi admirabili quodã peplo, terræ faciem variis florib⁹ adornet? Videre potuisses subitò terrã,quæ antea informis & inculta erat, decore suo & ornatu quasi cum cœlo certare. Nam sicut cœlum paulò pòst ornandũ erat astrorum varietate, & tellus florum multiiuga varietate ornabatur,ita vt & opifex
C in laudẽ eius prorumperet. Etenim vidit, ait, deus ꝙ esset bonum. Vidisti quomodo per singula quæ facta sunt, ostendit laudantẽ opificem, vt homines postea hæc discentes,ex facturis ad factorẽ recurrerẽt.Nam si creaturæ superiores sint,q̃ vt ab homine ꝓ dignitate laudari queãt:quid aliquis de opifice ipso dicere poterit?Et vidit,ait,deus ꝙ bonũ.*Et factũ est vesperũ,& factum est mane dies tertius*. Vide quomodo iterãdo frequenter doctrinã, menti nostræ dictorũ vim infigere vult. Oportebat enim dicere:Et fact⁹ est dies tertius. Sed vide quomodo de singulis diebus sic dicit: Et factum est vesperũ,& factum est mane. Non simpliciter, nec absque causa:sed ne ordinem confundamus, neque putemus vespero ingruente finẽ accepisse diẽ. Sed sciamus quòd vespera finis est lucis, & principiũ
D noctis: mane autẽ finis noctis, & impletio diei. Hoc enim docere nos vult beatus Moses dicẽs: Et factum est vesperũ,& factũ est mane dies tertius. Et ne mireris dilecte, si hæc sæpe & continuò dicit diuina scriptura.Etenim post tantã crebritatẽ adhuc sunt aliqui errore præoccupati Iudæi, qui excæcato corde contendunt, & vesperam initium sequentis diei esse opinantur,decipientes semetipsos,& adhuc in vmbra sedent, veritate omnibus manifestata: & ad lucernam assident,Sole iustitiæ totũ orbẽ vndique illustrante: nisi tanta diligentia docuisset,quis tam indociliũ cõtentionẽ ferret? At illi quidẽ malitię suę prędicta expectent:nos autẽ, quibus donatũ est Solis iustitiæ radiis illustrari,diuinarum scripturarum doctrinas auscultemus:& hunc canonem sequentes, salubres doctrinas in mentis nostræ promptuaria reponamus, & vnà cũ his magnã curã nostræ salutis facientes,ea quæ animę nostræ sanitatẽ lædunt,tanquã letale venenum fugiamus.Multò maius enim hoc damnum,& tantò maius damnum, quantò anima corpore melior. Illa enim venena corporalem hanc mortem inducunt:hæc autem sanitatem animæ offendẽtia,æternã nobis mortem afferunt.Quæ autẽ sunt,quę nos offendunt?multa & varia,maximè autẽ ad humanã gloriã spectare, & nescire eam cõtemnere:hoc enim multorũ nobis malorum causa fit: & si quas spirituales habemus diuitias, eas euacuat, & vtilitate quę ex eis capi potest, nos destituit.Quid igitur fuerit damno hoc perniciosius? Quandoquidẽ à nobis auolare facit etiã ea quæ nos habere putamus.Sic pharisæus ille publicano mi- *Luc.18.c.*
nor factus est,cò ꝙ linguæ suę imperare non potuit: sed per illam sicut per fenestrã aliquã omnes diuitias suas effudit. Tantũ est inanis glorię malũ. Dic obsecro mihi, & quare ita humana laude teneris? Nescis, quòd sicut vmbra,& si quid illa vilius,ita illorũ laus in aërem diffusa euanescit? Alioquin incõstans & mutabile est hominũ genus,& illiipsi eundẽ quẽ nunc laudant, non multò pòst vituperãt. Quod in sententia dei nunquã vsuenit.Ne igitur ita desipiamus, ne temere & absq; fructu fallamus nosipsos. Nã & si bonũ quiddã facimus, nõ autem propter hoc solũ agimus, vt mãdatũ domini nostri impleamus,eiq; soli cogniti simus,laborẽ nostrũ frustra suscipimus,priuabimúsq; nos fructu quẽ assequi liceret. Nã is qui vt ab hominibus gloriã venetur, quid boni operatur,siue ea frui poterit,siue non (sępe eñ& qui propter inanẽ gloriã, multa facit,etiã ipsa frustratur) siue igitur ea potiatur siue non, satis hic retributionis accepit, & alibi nihil
C accipiet præmiorũ. Quare hoc? quia præferens futuris presentia,& iusti iudicis calculo humanã gloriam & honorẽ sibiipsi tribuens, indignũ se facit qui à iudice honoretur. Cõtrà si propter hoc solũ operemur spirituale aliquod bonũ, vt placeamus oculo illi soli, qui sopiri nescit,& cui nuda & aperta sunt omnia: & thesaur⁹ noster indeprędabilis, & incorruptę retributiones,& suauis expectatio manebunt. Et hinc nobis multa consolatio erit, dũ in prõptuario, quod nemo diripere poterit,illa nobis salua custoditur retributio: sequet etiã vltrò gloria humana, qua tũc multò vberius fruimur,quãdo eam despicimus, quando eã non quęrimus,quãdo eã non sectamur. Et quid miraris,si hoc eueniat his q̃ spirituales philosophos agunt, quũ & hi qui huius mũdi studia sectãtur,hos maximè cõtemnant & despiciant,qui ab hominib⁹ quærunt gloriã:inueniésq; ab omnibus,cõuiciis inceſſi eos qui humanæ gloriæ inhiant?Quid igitur miserius nobis,qui
D spirituales videri volumus,si similes illis fuerimus,celebrari ab hominibus cupientes,& si nõ suffecerit nobis laus à domino?sicut & Paulus dicit: Cuius gloria *1.Thes.2.c.*
non ex hominibus, sed ex deo. Non vides dilecte,in equorũ ludis,quomodo hi qui equos agitant, nõ aduertunt plausum populi assidentis & celebrantis, neque ex eo plausu voluptatẽ capiunt:sed ad vnũ solùm spectant regẽ in medio sedentẽ, & ad nutũ illius attendentes,totã multitudinẽ despiciũt: & tunc solùm animo extollũtur, cùm ille eos coronauerit. Hos igit & tu imitaberis,non magni momenti facito hominũ famã, neq; ꝓpter eã exerceas virtutẽ: sed à iusto iudice sententiam expecta, & ad illius nutum intentus esto. Sic omnem vitam tuã dispensa, vt & hic continenter bona spe pascaris, & illic æternis fruare bonis. Vt

Universidad de Deusto Biblioteca

nis. Vt hęc nos omnes assequamur, faxit gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria & imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit deus, Fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminationem super terram, vt diuidant inter diem & inter noctem, & sint in signa & in tempora & in dies & in annos.

Homilia sexta.

VOlo solitã tractare doctrinã, & morã traho ac recuso. Mentē em̃ meã confudit & conturbauit superueniēs tristitię nubes: imò nō solùm tristitiæ, sed & irę, ita vt nesciã quid faciendũ: mentē em̃ tenet magna hæsitatio. Quoniã cùm cogito, ꝙ omnem illã nostrã doctrinã, & quotidianam admonitionem ad modicũ diaboli flatum obliuioni tradideritis, & ad satanicũ illũ equestrē ludũ omnes concurreritis: qua alacritate potero iterum de prædictis vos docere, quæ tam statim animo exciderũt? Hoc em̃ est quod potissimũ me cōtristat, & bilē mihi mouet, quòd cum nostra admonitione, reuerentiam etiam quam sacræ quadragesimæ debetis, ex animo vestro simul eiecistis, vósq; sic diaboli retibus inuoluistis. Quomodo quis poterit, etiã cui saxeum cor, tantum contemptũ nō grauatim ferre? Confundor, credite, & erubesco, cùm video nos frustra laborare, & in petra sementē facere. At mihi quidē, siue dicta mea auditis, siue audire cōtemnitis, merces mea integra erit. Nã omne quod meũ est, feci: pecuniã dinumeraui, admonitiones adhibui: timeo autē, & anxius sum, ne hoc vobis ad maiorē accusationē *Luc.12.f.* cedat. Seru⁹ em̃ ille, ait, qui scit volũtatē domini sui, & nō facit, vapulabit multis. Nullũ em̃ vobis ad ignorantiã erit refugiũ, cùm nos eadē quotidie insonam⁹, *† attenti* & ostendimus diabolicos laqueos, & magnã, si † sobrij esse voluerimus, virtutis facilitatē. An nescitis ꝙ qui sic suã salutē negligũt, & aliquãdo huc veniunt, *Prou.26.b. & 2. Pet.2.d.* aliquando autē in dęmonũ retia se iniiciũt, à scriptura diuina canibus assimilãtur? Homo em̃, inquit, qui conuertitur à peccato suo, & iterũ in idipsum redit, similis est cani ad vomitũ suũ redeunti. Vides cui similes facti sunt, qui ad illicitũ hoc spectaculũ cucur- *Matt.7.d* rerunt? Nō audistis Christũ, dicentē: Omnis qui audit sermones meos, & non facit eos, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenã, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ illã, & cecidit, & fuit ruina illius magna? At qui ad equestrē ludũ ierũt, illo lōgè deteriores facti sunt. Illius em̃ domus deiecta, sed post validã impulsionē: flumina em̃ & ventos tulit: quod dicit, non vt ventorum impetus & aquarũ multitudines doceat, sed vt tentationũ violentiã insinuet: & ruinam domus, non vt sensibilē domum imaginemur. De anima enim sermo est, quæ grauibus afflictionibus deiicitur: neque illis resistere potest. Vos autē neque vētus afflauit, neque in vos fluuij irruerunt: sed duntaxat tenuis quædã aura diaboli spirauit, & omnes vos subuertit. Quid hac insipientia deterius fuerit? Quæ ieiunij vtilitas, dic oro? Quod lucrum ex hac congregatione? Quis non & vos deploraret, & nos miseros diceret? Vos inquam, qui omnia quæ collegistis, simul effudistis: & ianuas mentis vestræ diabolo aperuistis, vt facilis ei aditus esset ad efferendas omnes vestras spirituales diuitias. Nos vero miseros quis iure dixerit, ꝙ tam mortuis aurib⁹ cōcionamur, & tantã iacturã facimus: quotidie seminamus, nullũ percipere fructum possumus. Nō em̃ hac sola de causa tã studiosi in dicendo sumus, vt aures vestras oblectemus, vel ꝙ laudari à vobis cupiamus: nisi lucrũ vobis sit ex sermonibus nostris, satius fuerit posthac silere. Nollē enim vobis maioris damnationis causa fieri. Enimuero sicut negotiator, qui cũ multis mercib⁹ & opib⁹ cōgregatis nauem impleuerit, subitò orta tēpestate, & præualente ventorũ violētia, † vacua in littus egreditur *† mersa cũ nautis naue* scapha,] fit omnibus miserabile spectaculum, nudus repētè apparens, & post plurimas indicibilésq; diuitias in extremã redactus egestatē: ita & vobiscũ diabolus nũc egit. Nã quia inuenit nauē vestrã † multis *† spirituale multis.* spiritualibus] diuitiis oneratã, & vidit grandē thesaurum, quē ex ieiuniis & continuis doctrinis colligere potuistis: quasi tempestate quapiã immissa, inutile & perniciosum illud, equestre certamē dico, omnibus vos diuitiis destituit & spoliauit. Scio ꝙ vehementiore increpatione vtor, sed ignoscatis oro. Ita em̃ dolēs anima solet. Neque enim ex inimico pectore hęc loquor, sed ex sollicita, vestríq; amãtissima anima. Propterea ex seueritate remitto aliquid: & quia vlcus serpēs cohibui, charitatē vestrã iterũ bona spe animare volo, ne desperetis, ne despōdeatis animũ. Nō em̃ sicut in sensibilib⁹ reb⁹, ita & hìc vsu euenit. Illic em̃ is qui ex diuitiis in extremã redactus fuerit inopiã, breui eas reparare nequit: hic autē per misericordiã dei (si modo cōdemnare facta nostra, & iam sistere ignauiã voluerimus) poterimus statim ad pristinã abundantiã redire. Talis enim est dominus noster, támq; magnificus & liberalis. Vnde & clamat per prophetã dicens: Nolo mortē peccatoris, sed vt cōuertatur, *Ezech.18.d.* & viuat. Scio quòd non stupidi estis, sentitis ruinam vestram. Non autē parua ad virtutis reditum via est, scire peccatorũ magnitudinē. Iam ne quis mihi iterum diabolici illius erroris verba afferat, dicēs: Quale peccatũ est, videre currētes equos? Si volueris prudēter omnia discere quæ ibi fiunt, inuenies nihil absque satanica operatione fieri. Non em̃ videntur soli equi currētes, sed & clamores & blasphemiæ, & multi intempestiui sermones audiuntur, & mulieres prostitutæ in medium prodeũt, & spectantur molles & effœminati. Num parua tibi hæc videntur, & quæ ad capiendas animas parũ faciãt? Nã cum fortuito occursu deiiciant, & supplantent, & in perditionis profundũ sæpe trahant non bene aduertentē: quid verisimile est accidere illis, qui illuc ea de causa veniũt, & oculos pascũt illicitis hisce spectaculis, & inde pfecti adulteri discedũt? Misericors em̃ dñs noster, sciēs naturã nostrã tentationi expositã, & dæmonis versutam & variam malitiã, bene nos muniens & inillaqueabiles reddere volens, legē hanc posuit, dicens: Qui in- *Matt.5.d* spicit mulierē vt cōcupiscat eã, iam adulteratus est eam in corde suo: adulteriũ consummatum vocando, aspectũ cum curiositate factum. Ne igitur dic vltrà: Quid mali ex illa frequentatione? Istuc ipsum enim videre equorũ certamen, sufficit ad inferenda animæ damna. Nã cum in inutilia, & ea quæ animę nihil cōducũt, sed & damnosa sunt, tempus insumimus, † & *† & contēdimus,* dilapidamus], & innumera verba, & quæ loqui non oportet, loquimur: quã habebimus veniam? quam excusationē? Et hìc quidē si paulò prolixius docemus, multi succēsent & ęgrè ferũt, & infirmitatem corporis & labores prætexunt, licet admirabile huius templi tectum multum soletur, prohibeátque frigus, plu-

gus, pluuias, & ventorũ asperitatē, illic verò, licet cōpluãtur, à ventis vexentur, & calore solis aliquãdo æstuēt, nō vnã, neq; duas tãtũ horas, sed bonã diei partē versantur. Et neq; senex canos suos reueretur: neque *† iuuenem pudet ad canorũ irritamenta ire: sed tãta.* † iuuenis ꝓpter canos senē erubescit. Et] tanta est hæc deceptio, vt cum voluptate hæc esca animarum proueniat. Nec cogitatur, damnosam hanc voluptatē breuē esse & tēporariã, dolorē verò ꝑpetuũ, & grauiter accusaturã conscientiã. Video enim nunc aliquorum facies, & cōiecto qualis animæ eorũ status, quantáq; nunc pœnitudine teneantur. Verùm ne iterũ in eadē recidatis, neq; post tantã nostrã admonitionē iterũ ad diabolica illa cōcilia & spectacula curratis, necessariũ est hęc testari. Neq; em̃ semper expedit pharmaca lenia adhibere: sed quãdo vlcus curationi resistit, oportet styptica & mordacia admouere, quò morbo occurratur citius. Sciãt igitur omnes his criminibus obnoxij, si post hanc nostram admonitionē in ea negligentia mãserint, nō toleraturos nos, sed legibus ecclesiasticis vsuros, & magna austeritate docturos, ne talia posthac negligant, néve tánto contēptu diuina audiant eloquia. Quãuis hæc non de omnibus hic cōgregatis dico, sed de reis. Omnibus quidem loquimur, sed suũ auditores quiq; remediũ capiant. Reus quidē vt à delicto desistat, & non vltrà progrediatur, sed studio suo seipsum reuocet, & errata corrigat: innoxius verò cautior fiat, vt ne capiatur, & aliquando reus fiat. Cęterùm vt re ipsa vestræ charitati persuadeamus, ꝙ amore studióque vestri is nostri animi fuerit dolor, & ꝙ multùm saluti vestræ ti- *† Age iterũ nos ipsos bona spe fouentes.* mētes, ad hæc dicenda impulsi simus: † iterum vt vos bona spe foueamus], consuetã repetimus doctrinam, declarantes paternã quã erga vos gerimus beneuolentiã: sed oro diligēter auscultate, vt maiore cũ fructu domũ redire liceat. Operæpreciũ autē, ea quæ nunc lecta sunt charitati vestræ dicere. *Et dixit,* inquit, *deus: fiant luminaria in firmamento cœli ad illuminationem super terrã, vt diuidant inter diē & inter noctē. Et sint in signa & in tēpora, & in dies, & in annos: & sint ad illuminationē in firmamēto cœli: ita vt luceãt super terrã. Et factum est sic.* Postquã heri nos docuit beat⁹ Moses, quomodo informē terrã ornauerit vniuersi cōditor herbis & florũ varietate, & seminũ germine: hodie sermonē ad ornatũ cœli vertit. Nã sicut terra ornatur per ea quę ex ipsa ꝓueniunt, sic cœlũ hoc visibile clarius & fulgidius fecit, astrorũ varietate illud interpolans: præsertim formatione duorũ magnorũ luminariũ, solis (ĩquã) & lunę. Et fecit de⁹, ait, duo luminaria magna, luminare magnũ in præfecturas diei, & luminare minus in præfecturas noctis, & stellas. Vides sapientiam opificis? dixit solùm, & productũ est hoc admirabile elementũ, solem dico. Hunc em̃ vocat luminare magnũ, & dicit ipsum factũ esse vt præsit diei. Sol enim clariorē diē efficit, rutilans aureo suo iubare & radiis, & quotidie speciē suã vigescētem ostēdens: & simul atque mane exortus fuerit, omne hominũ genus ad suorũ operũ studia excitans. Huius formositatē de- *Psal.18.b* clarãs beatus Dauid, inquit: & ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo, exultabit vt gigas ad currendã viã. A summo cœlo egressus eius, & occursus eius vsque ad summũ cœli. Vides quomodo eius pulchritudinē, & in operando velocitatē declarauit? Dicendo enim, A summo cœlo egressus eius, & occursus eius vsq; ad summũ cœli: significauit nobis, quomodo in vno tēporis momēto per totum orbē discurrit, & à finibus in fines suos radios mittit, multũ vtilitatis pręstans. Nã nō solũ calefacit, sed & arefacit. Et non solùm arefacit, sed & adurit, multósque alios & varios nobis vsus prębet. Atq; adeo magnũ est miraculũ elementũ hoc, neque est qui laudes eius pro dignitate prædicauerit. Hęc autē dico, & extollo sermone elementũ: non vt in eo subsistas dilecte, sed inde ascendas, & in elementi opificem admirationē transferas. Nã quantò maius ostenditur elementum, tanto maius monstratur opificis miraculum. Verùm Gentiles admirantes & obstupescētes tantũ elementum, vlterius non prospexerunt, neq; eius cōditorem laudauerunt: sed in elemento conquiescentes, ipsum pro deo habuerũt: propterea & Paulus dicit: Et vene- *Rom.1.c.* rati sunt coluerúntq; creaturã magis q̃ creatorē. Et quid insipientius illis, qui non potuerunt ex creaturis agnoscere creatorē, sed in tantũ peruenerunt errorē, vt creaturã & facturã in ordinē creatoris referrent? Quapropter diuina quoque scriptura præuidēs propensos ad errorē ignauos, docet nos, post tertiũ diem hoc elementũ esse conditũ, postquam terra omnigena semina protulit, & suũ accepit ornatũ: vt nulli posthac dicere liceat, ꝙ sine solis cooperatione non maturescãt fruges, & prouētus terræ. Et idcirco mōstrat tibi, antequã sol formaretur, omnia fuisse impleta, vt ne soli fructuũ prouentus adscribas, sed omniũ opifici deo, qui dixit ab initio: Germinet terra herbã fœni. Quòd si dixerint, ꝙ solis functio etiam aliquid operetur, vt fructus maturescat, neq; ego cōtradico. Nam sicut si de agricola dicã, ꝙ cooperetur vnà cum terra: nō ideo tribuo vniuersum agricolæ, etiã si sexcenties suũ agat officiũ: Nisi enim is qui suo mandato ab initio terram ad faciendos fructus idoneam fecit, ad hoc eã quoque mouere vellet, nihil proficeretur laboribus. Similiter dico, ꝙ & cum labore rustici conspiret solis & lunæ operatio, & cœli tēperies, neque sic vtilitas aliqua erit, nisi supernè illos dextra domini adiuuerit. Volente igitur manu hac valida, etiã elemēta plurimum conferunt. Hæc bene tenete memoria, & cōpescite eos qui adhuc errare volũt, & nō concedite vt creatoris honor creaturę cōcedatur. Eapropter & diuina scriptura nō solum pulchritudinem eius & magnitudinē & vtilitatē ostendit, dicendo: Sicut sponsus: &, Exultabit sicut gigas ad currendã viã: sed & imbecillitatē & vanitatem. Audi enim *Ecclesiast.17.d.* quid alibi dicat: Quid sole lucidius? & hic * deficit. ** ἢ τοῦτο id est, & hoc, vt etiam habent lxx.* Ne te decipiat, inquit, spectaculũ. Nã si voluerit conditor imperare: quasi nunquam fuerit, ita disparebit. Hæc si cognouissent Gentiles, neutiquã in tantũ incidissent errorē, sed vidissent bene, ꝙ ex creaturarum contemplatione cōueniat ad creatorem se conferre. Propter hoc & quarto die solē fecit, ne putes illũ diei authorē. Nã quod de seminibus à nobis dictũ est, & de die licet dicere, ꝙ fuerunt tres dies ante solis formationem. Voluit autē dominus & per hoc elementum clariorē diei lucē fieri: id quod & de minori luminari, hoc est de luna, dixerimus. factæ enim sunt tres noctes ante eius formationē: attamē & hæc producta suã affert vtilitatē: dissipat em̃ noctis tenebras & fermè (vt ita dicam) eadē quę sol ipse facit. Sol em̃ † *† potestatē, inquit, accepit, ille quidem diei, hæc vero noctis,* ordinatus est ad hoc vt præsit diei, luna autē vt præsit nocti. Quid est in præfecturas diei, & pręfecturas noctis? † Hoc est,] vt sol diem suis radiis clariorem reddat: luna autem vt dispellat tenebras, & hominum generi lumine suo præbeat commoditates vtendi

suis

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuis ſtudiis. Tūc eſ̄ viator fidētius iter facit, & nauta nauim regit, & mare tranſit, & ſua quiq; ſtudia metu poſito aggrediūtur. Deinde poſtquā docuit iſtorū luminariū vtilitatē, inquit: *Et ſtellas, & poſuit deus illas in firmamēto cœli, ita vt lucēāt ſuper terrā, & præſint diei ac nocti, & ſeparent inter lucē & tenebras.* Animaduerte hîc quātū & iſtarū vſum nobis declarauit. Poſuit illas inquit in firmamēto cœli. Quid eſt poſuit? Nūquid quaſi diceret aliquis, fixit? Abſit. Videmus eſ̄ ipſas vnico tēporis momēto magnū trāſire ſpaciū, & nūquā in vno loco ſtare, ſed ſuū, quem illis dn̄s præcepit, curſum perficere. Quid igitˉ eſt, poſuit? id eſt imperauit vt ipſę eſſent in cœlo. Etem̄ hoc ex ꝓceſſu ſcripturæ licebit videre, quia alibi dicit: Poſuit deus Adā in paradiſo, non ꝙ infixerit eum paradiſo, ſed ꝙ præcepit vt eſſet in paradiſo. Similiter & de ſtellis quiſpiā dixerit, ꝙ imperauit eis vt ſint in firmamento cœli, & ſuū lumē ſuper terrā emittant. Animaduerte (obſecro) dilecte, an non omnibus pratis & hortis iucūdius ſit ſpectare in media nocte cœlū ſtellis diſtinctū, & ſtellarū varietate quaſi floribus quibuſdā variegatum & ornatum, multum lucis ſuper terram effundere? Nam & in hoc ordinatæ ſunt, vt luceant ſuper terram & præſint diei & nocti, quod generaliter & de magnis luminaribus dictum eſt. Nam poſtquā docuit nos, quomodo formata fuerint duo lumina magna, & ſtellæ: de omnibꝰ in genere dicit, & præſint diei ac nocti, & ſeparent inter lucem & tenebras. Enimuero ſicut interdiu ſtellę in cœlo non videntur diſcurrere: illarum eſ̄ vſum lumen ſolis multa claritate obtegit: ita neque noctu ſol apparet, ſufficiente luna ſuo lumine ad illuſtrādas noctis tenebras. Itaque elementa quæque intra ſuos terminos manēt, & nunquā ſuam menſurā tranſgrediūtur: ſed diſpoſitionē & ordinem domini cuſtodiunt, ſuū opus faciētes. Quid autē ſi quis dicat, & alia omnia, quæ horū luminarium & ſtellarum vſus humano generi confert? *Sint*, inquit, *in ſigna, & in tempora, & in dies, & in annos.* Quid eſt, in ſigna, & in tēpora, & in dies, & in annos? Docere nos vult diuina ſcriptura, ꝙ horum curſus ſcientiam nobis concedit tēporum, & viciſſitudines verſionū, numerum dierum, anni curriculum. Et ex his poſſumus dignoſcere omnia. Etenim gubernator ad horū curſum ſpectans, & in cœlum intentus, diligētérq; diſcens omnia, nauigare incipit, maria trāſit, & in dēſiſſima nocte, viſa ſtella nauim dirigere, & ſua arte ſalutē nauigantibus dare ſolet. Sic & agricola ex illis diſcit & videt quando congruit vt ſemina terræ committat, quando terram paſtinet, ac aret, quando falcem acuat vt fruges demetat. Et in ſumma, non paucas vitę huius commoditates, tempotū ſcientia, dierum numerus, & anni circulus adferunt: neque eſt qui exacte recenſere ſingulas poſſit: ex paucis tamen, quantus eorum ſit vſus, coniectandum eſt. Et cum admirati fuerimus creaturas, earum opifex quoque adorādus eſt: & obſtupeſcēda & celebranda ineffabilis illius miſericordia, quam humano generi contulit. Quippe propter nil aliud hæc omnia produxit, q̄ propter hominē, quem non multò poſt quaſi regem & principem omnibus à ſe conditis præfecturus erat. *Et vidit*, ait, *deus quòd eſſet bonū.* Vides ꝙ ſingulis diebus oſtendit diuina ſcriptura, deo placere creaturas, vt omnem amputet occaſionem eorum, qui accuſare audent quæ ab illo ſunt facta? Quòd enim huius gratia vnoquoque die ſcriptura diuina hoc adſcribat, ex conſequentia manifeſtum

A eſt. Sufficiebat eſ̄ de omnibꝰ creaturis ſemel dicere ꝙ omnia quęcunque fecit, ſunt bona valde: ſed ſciēs quanta ſit mentiū noſtrarum infirmitas, particulatim hoc facit, vt diſcas ꝙ ſapientia quadā omnipotenti, & miſericordia inenarrabili producta ſint omnia. *Et factum eſt veſperum, & factū eſt mane dies quartus.* Poſtquā abſoluit ornatum cœli, & ſtellis illud decorū fecit, duóque luminaria magna produxit, finem diei impoſuit, & dixit: Et factū eſt veſperum, & factum eſt mane dies quartus. Vides ꝙ & hoc per ſingulos dies commemorat, diuinas doctrinas frequenti admonitione noſtræ menti infigere volens. Hęc igitur omnia bene commendemus memoriæ, ſcribentes ea in latitudine cordis, quò omnem negligentiā excutiamus. Et nos ſana accuratè teneamus dogmata: & Gentili errore præoccupatos, omni māſuetudine doceamus, B ne ordinem cōfundant, neque relicto creatore creaturas adorent, quæ ob noſtram ſalutē & vtilitatem factę ſunt. Et ſi id quod doces, male habeat Gentiles: tu tamen clara voce clama, ꝙ propter humanum genus omnia hæc facta ſunt. Sufficientiſſimus eſ̄ opifex nullo iſtorum opus habebat: ſed vt erga nos ſuā miſericordiam oſtendat, hæc omnia produxit, monſtrans quanto honore proſequatur humanū genus, & vt his manuducti, ad conuenientē ſibi adorationem aſcendamus. Magnæ enim ſtultitiæ eſt, procidere ante pulchras creaturas, & eis aſſidere, & non ſuſtollere mentis oculum ad illum qui eas produxit, nec credere Paulo dicenti: Inuiſibilia illius ex creatione mū- *Rom.1.d.* di per opera intellecta peruidentur. Quid dicis homo? Cùm videris cœlum, admiraris eius formoſitatem, aſtrorum varietatem, claritatis eminentiam: ne C ibi ſubſiſtas, ſed ad opificē ipſum extende mentem. Obſtupeſcere te facit ſolis lux, & admiraris eius multiplicem vſum: & quia vides radios illuſtrātes tuos oculos, admiraris elementi pulchritudinē: ſed neque hic ſubſiſtas: quia ſi factura tā admirabilis eſt, & ſupra omniū opinionē & intellectū: quantus eſt qui ipſam ſolo verbo & præcepto produxit? Idipſum & de terra tecum conſidera. quando eſ̄ videris eā floribꝰ ornari, & ſicut veſtimentū multis coloribus diſtinctū, varia herbarum ſegete vndique tegi: ne adſcribas potētiæ terræ, ea quæ ex ipſa naſcuntur, neque ſolis cooperationi, vel lunæ: ſed cordatè cogita, quòd ante illorū creationē dixerit duntaxat, Producat terra herbā fœni: & mox omnis terræ facies ornata eſt. Si hæc ſingulis diebus nobiſcū verſaremus, ipſi grati eſſemus: & domino, vt deceret, imò vt noſtræ vires D paterentur, gloriā daremus. Glorificabimus autē eū, non per hoc ſolū, ſed & per optimā vitā, ſi non in eadē peccata recidamus: ſed longū valere dicentes diabolicis illuſionibus, diligenti poſthac attentione, multóque ſtudio, & cōtinua cōfeſſione ſupernam beneuolentiam nobis conciliemus. Sufficit enim illi ob magnam ſuā miſericordiā, vt deſiſtamus à peccatis. Si enim hoc voluerimus, facilè & ad bonorum operum actionem impellemur. Ne quis, obſecro, poſtea in equeſtri ludo appareat, ne quis in conuenticulis intempeſtiuis diei partem dilapidet: ne quis talorū ludo, & clamori qui inde oritur, ac reliquæ perniciei poſthac ſe admiſceat. Quæ enim vtilitas ieiunij, dic obſecro, ſi toto die nihil comedis, ludis autē & nugaris, ſępe etiā peieras, & blaſphemas, & ita totū perdis diē? Ne ita negligētes ſimus, obſecro, in noſtra ipſorum ſalute: quin potius ſermo noſter ſit de ſpiritualibus.

bus. Et librū diuinū accipiat aliquis in manus, conuo- A catiſq; proximis per diuina eloquia riget & ſuā & cōuenientiū mentē: vt ſic diabolicas inſidias effugere valeamus, & multos percipere ieiunij fructus, & frui miſericordia dei. Quod vt nobis præſtetur, oremus, gratia & miſerationibus vnigeniti filij eius, cum quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et dixit deus, Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia ſuper terram ſecūdum firmamentū cœli: & factum eſt ſic. Et fecit deus cete magna & omnem animam animalium reptilium quæ produxerunt aquæ ſecundum genera ſua. Et vidit deus quod eſſet bonum, & ait.

Homilia ſeptima.

HEri, eos qui ad equeſtris ludi ſpectaculū abierunt, ſatis perſtinximus, demonſtrata eis iacturæ, quam fecerunt, magnitudine: nempe B ꝙ ſpiritualem theſaurum ex ieiunio collectū, ſimul effuderunt, & ex magna abundantia in extremā inopiā ſubitò ſeipſos cōiecere. Age, leniore hodie vtamur remedio, & illorū ſpiritualia vulnera, quaſi mēbra noſtra eſſent, obligemus: quia & heri aſperiora medicamina impoſuimus, non vt quē contriſtare & affligere velimus, ſed vt vehemētia vlcus ipſum attingere poſſemus. Etenim & medici & patres ſic facere conſueuerunt. Medici enim primùm apponūt cataplaſmata magis efficacia: & dein rupto vlcere, ea quæ leniunt: patres quoq; cùm viderint filios ſuos incōpoſitis moribus, prius grauiter verberibus corripiūt, & dein admonēt & ſolātur. Hoc modo & nos, quanuis heri vehementiori ſermone vſi fuerimus, hodie tamen blandius vobis loquemur, & ſicut noſtra ipſorū mēbra curabimus. Nam vt profectus veſter maiorem loquendi C fiduciam nobis cōciliat: & ſpiritualis noſter theſaurus eſt, videre vos ſpiritualibus eſſe deditos, & virtutibus ſpectabiles, & ab his quæ nocere valent, cauentes: ſic quando videmus vos ſupplātari, & diabolicis illuſionibus ſeduci & ſubiici, mœſtitia implemur, & cōfuſio quædam, vt ſic dicam, animam noſtram deiicit. Iuxta
1.Theſ.3.c beatū enim Paulum, tunc nos viuimus, ſi vos ſtatis in domino. Igitur vt perfecti, & repleti intellectu, ſic eorum quæ retro ſunt obliuiſcamini, vt ad ea quæ ante vos ſunt, enitamini. Et fœdera quæ cū Chriſto iniiſtis, renouata, ſtabilia & inuiolata poſthac cuſtodite: & prudenter excluſo diabolicis machinationibus aditu, ſubſequente ſtudio inſcriptā vobis deſidiæ maculam abſtergite. Vincite, oro, prauā & pernicioſam conſuetudinem: & cogitate, ꝙ non hoc ſolū graue eſt, ꝙ qui illò confluunt, ſibi damnū adſciſcunt, ſed & ꝙ multis D aliis ſcandalo ſunt. Quippe Gentiles & Iudæi videntes eos qui quotidie in templo verſantur, & doctrinas audiunt, ſimul ibi cōparere, & ſibi cōmiſceri: quomodo res noſtras pro deceptionibus nō habebunt, & nō idem de omnibus nobis ſuſpicabuntur? An non audis beatū Paulum admonentem, & conſulentē clara vo-
Rom.14.c ce, Abſq; offendiculo eſtote? Deinde, ne putes de noſtris tantum admonere, ſubdidit: Et Iudæis, & Gentibus. Et tandē adiicit: Et eccleſię dei. Nihil enim ita offendit & nocet religioni noſtræ, vt ſcandali anſam præbere infidelibus. Nam quādo vident aliquos è noſtris virtute conſpicuos, huius vitæ negocia & curas è ſublimi contemnere, multos ex ipſis malè habet, pleriq; admirantur & obſtupeſcunt, ꝙ cum eiuſdem naturæ nobiſcū ſint, non concedantur ipſis eadem. Deniq; quando vident paruum aliquod delictū noſtro-

A rum, ſtatim linguā exacuunt ſimul cōtra nos omnes, & ex vnius delicto totā Chriſtianorū gentē iudicant. Neq; hoc contenti ſunt, ſed ſtatim aduerſus caput ſuū loquentes, ob ſeruorū delicta etiā communē dominū blaſphemare audent, & putant velamenta errorū ſuorum eſſe aliorum deſidiam. Quod autē hoc maxime periculoſum ſit his qui blaſphemiæ occaſionem præbent, audiamus prophetā clamantē, & ex perſona dei dicentem: Væ vobis, quia propter vos nomen meum *Eſa.52.b* blaſphematur in gentibus. Terribile hoc verbū eſt, & horrore plenū. Væ enim, hoc eſt quaſi lamentātis ſupplicium illud inexcuſabile ſubituros. Porrò ſicut hos qui per ſuā negligentiā cauſam illis præbent blaſphemiæ, tanta pœna manet ac cōdemnatio: ita ediuerſo virtutū ſtudioſis ſit multarū coronarū materia: quod docens Chriſtus dicebat, Luceat lux veſtra corā ho- *Matt.5.b* B minibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrē veſtrum qui in cœlis eſt. Nam quemadmodum illi delictis aliquorū offenſi, linguā acuunt contra dominum noſtrū: ſic inquit, ſi virtutē exercueritis, vidētes vos homines non vos tantum laudabunt: ſed cùm viderint opera veſtra lucētia, & facies veſtras illuſtrātia, ad glorificandum patrem veſtrum in cœlis prorūpent: cúmq; hoc ab illis fit, rurſum noſtræ retributiones augebuntur, & multa nobis bona concedet deus, eo ꝙ ab illis laudatur. Eos enim qui me glorificant, ait, glorificabo. Omnia igitur faciamus dilecti, vt glorificetur dominus noſter, & nulli ſimus offendiculi occaſio. Id quod perpetuò nos docet magiſter orbis beatus Paulus interim ſic dicens: Si cibus offendit fratrē *Rom.14.a.b.* meum, nūquam in æternum carnē comedam. Et iterum in alio loco inquit: Sic autē peccantes in fratres, C & percutiētes infirmā eorū conſcientiā, in Chriſtum peccatis. Minæ illæ auſterę ſunt, & magnā ſecum cōdemnationem afferūt. Dicere enim vult: Ne opineris ꝙ damnum hoc ad illum qui offenditur ſolum pertineat, tranſit etiā ad Chriſtum ipſum, qui propter illū crucifixus eſt. Igitur ſi dominus tuus propter illū crucifigi nō detrectauit, non tu omnia feres, ne quā ſcandali occaſionē illi præbeas? Hoc vbiq; inuenies illum diſcipulis conſilium dare. Hoc enim eſt quod vitā noſtram cōſeruat: propterea & alibi ſcribēs, dicebat: Ne *Ad Phil.2.a.* quæ ſua ſunt ſpectent ſinguli, ſed quæ aliorū. Et iterū *1.Cor.6.c* alio loco: Omnia mihi licēt, ſed non omnia ædificāt. Vides apoſtolicam ſapientiam? Etiamſi liceat, inquit, mihi aliquid facere, nihílq; hinc mihi damni accedat: ſed quia hoc non facit ad proximi ædificationem, nequaquam hoc facere ſuſtinuerim. Vides animā ſuaui- D ter nos amantem, quomodo nuſquam quod ſuum eſt quærit, ſed omnibus modis oſtendit, virtutum longè maximam eſſe, magnā curam gerere quomodo proximus ędificetur? Hæc obſecro omnia ſcientes, obſeruemus, caueamúſq; ab his quæ ſpiritualē virtutū theſaurum offendere poſſunt: & nihil vnquam faciamus, quo incōmodetur proximo. Hoc enim & peccatum auget, & grauius nobis adducit ſupplicium. Neq; vel vulgarē aliquem contēnamus, frigida hæc verba dicentes: Quid mea refert, ſi offendatur *talis? Dic obſecro, quid dicis? quid tua refert? Sic tuā fulgere vitam præcepit Chriſtus, vt non ſolum videntibus te ſis admirationi, ſed vt dominus tuus glorificetur: tu verò *Matt.5.b* omnino contrarium agis, & pro gloria dei blaſphemias introduci facis, & hoc cōtemnis? Hoccine fuerit animæ piæ, legéſq; diuinas recte ſciētis? Cæterùm qui prius hęc per malam cōſuetudinē dicere ſolitus fuit,

** ὁ δεῖνα, i. talis aliquis, ille quiſpiam.*

Universidad de Deusto Biblioteca

suscepta nunc admonitione hac, desistat, oro, ab illicitis huiuscemodi sermonibus, & sic omnia facere studeat, vt neq; ab oculo, qui nunquam sopitur vel cæcutit, neq; à conscientia sua cõdemnetur: neq; eos qui se vident in blasphemias aduersus dominum inducat. Quòd si hac obseruatione dispensabimus ea quæ nostra sunt, multa fruemur & apud dominum misericordia, & diaboli insidias effugiemus. Vidẽs enim nos ita sobrios & vigiles, & cogitãs se operam perdere, abscedet & occultabitur. Sed sat fuerit prooemiorum. Age charitati vestrę propositis his quę lecta sunt, spirituale cõuiuium apparemus: vt & hodie videamus, quid beatus Moses, imò spiritus sanctus per eius linguã docere nos vult. Itaq; quid dicit? *Et dixit deus: Educant aquæ reptilia animarum viuentiũ, & volatilia volantia super terrã secundum firmamentũ cœli. Et factum est sic.* Vide misericordiam domini, quomodo ordine quodã & consequentia omne opificium suũ nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad fructuum prouentus suo mandato terrã idoneam fecerit, postea, vbi docuit duorũ luminariũ formationem, apposuit & stellarũ varietatẽ, per quas cœli pulchritudo facta est clarior: hodie consequẽter ad aquas transit, & ostendit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis ipsis animata animalia prodiisse. Educant enim, ait, aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundũ firmamẽtum cœli. Obsecro, quis sermo miraculi dignitatem potest assequi? Quæ lingua ad opificis præconia sufficiet? Dixit tãtum, Germinet terra: & statim illam parturire fecit. Nunc dicit: Educant aquæ. Vide q̃ consonant pręcepta: Illic, germinet, hic, educant aquæ, inquit, reptilia animarum viuentium. Nam sicut de terra dixit solum, Germinet: & varia mox ac multiplex florũ, herbarum & seminũ apparuit copia, vnóq; sermone producta sunt omnia: sic & hic dixit, Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volãtia super terram secundum firmamentũ cœli: & continuò tot reptilium volatiliúmq; genera condita sunt, quot neq; sermone recenseri possunt. Et verbũ quidẽ breue est, & verbum vnum, genera autem animalium diuersa & varia. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbum enim erat dei, & sermo ipsius his quæ fiebant subsistẽtiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo vt essent producta sunt? Vides q̃ diligenter docet? Vides quanta se attemperatione ad nostram vsq; humilitatẽ dominus demittit? Vnde enim nos hæc tam accuratè discere potuissemus, nisi ipse magna & ineffabili misericordia sua humanum genus per prophetæ linguam docere dignatus esset: vt scire possimus & factorũ ordinem, & factoris potentiam, & quomodo sermo suus effecerit opus, & verbum sum subsistentiam, & essentiæ ingressum præbuerit. Verùm sunt insensati nõnulli, qui & post tantam doctrinam discredere nõ formidant: fateriq; nolunt esse aliquem istorum visibilium opificem: † sed fabulantur, fortuitò ea & per se esse, & ferri.] Alij verò ex præiacente quadam materia esse facta contendunt. Cõsidera quanta diaboli illusio, quomodo abusus est facili erroribus seruientium credulitate. Eapropter beatus Moses, spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & hæc auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: sed sciamus manifestè & creaturarum ordinem, & quomodo quæq; createę sint. Nisi enim nostræ salutis curam habuisset deus, & ita direxisset prophetæ linguam: satis erat dixisse, Fecit deus cœlum, & terram, & mare, & animantia: neq; posuisset

[† Sed alij quidẽ fortuito illa ac per se esse dicũt] αὐτόματα.]

[A] ordinem dierum, neq; quid primò, & quid secũdò factum fuerit. Sed vt ingratis, & malè sentientibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifestè & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta mansuetudine, vt cognita omni veritate, non vltrà eorum erroribus implicemur, qui omnia loquuntur quæ ipsi excogitauerunt: sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potẽtiam. Et factum est, inquit, sic. Dixit: *Educant aquæ reptilia animarum viuentiũ, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli. Et obtemperauit elementum, & impleuit præceptum. Et factum est*, inquit, *sic vt imperauit dominus. Et fecit deus cete magna, & omnem animam animaliũ reptilium, quæ produxerunt aquæ iuxta genera sua, & omne volatile pennatum secundum genus. Et vidit deus quòd bona. Benedixítque ea deus dicens: Crescite & multiplicamini, & implete aquas quæ in pelagis, & volatilia multiplicentur super terram.* [B] Iterũ vide hîc, obsecro, quanta sapientia spiritus: quia vt dixit beatus Moses, ꝙ factum est sic, docet nos particulatim, addẽs & dicens: Et fecit deus cete magna, & omnem animã animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera sua, & omne volatile pennatum iuxta genus. Et vidit deus ꝙ bona. Hic denuo temeritatẽ omnia absque ratione blatterantium comprimit. Nam vt nullus dicere possit, cuius gratia cete facta sunt? quam nobis vtilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? idcirco postquam dixit, Fecit deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, & volatilia: statim addidit, Et vidit deus ꝙ bona. Quasi diceret: Non enim quia tu rationem ignoras factorum, †accuses creaturas.] Audisti dominum laudantem sententia sua, & dicentem ꝙ bonæ sint: & quomodo tu [C] insanus dicere audes, quare factæ sunt? quasi † deum ob suum opificium accusans?] Nam si cordatus esses, posses etiam ex horum creatione, & potẽtiam domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: & potentiam quidem, quia sermone & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, innauigabilem maris partem illis decernens, ita vt nemini possint nocere: sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullúmque humano generi damnum inferant. An paruam putas misericordię partem, geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes, ad dei notitiam introducunt, & admirari faciunt misericordiæ eius magnitudinem: quòd ab eorum nocumentis humanum genus liberauit. Neque ob nostram [D] duntaxat vtilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immensam ipsius magnificentiam. Alia enim propter nostram vtilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, vt magis factoris prædicetur potentia. Audiens itaque, quòd deus vidit quia bona: ne ausis vltrà diuinæ scripturæ obmurmurare, & curiosius inquirere, & dicere: Quare deus hoc vel illud fecit? Et benedixit illa deus, inquit, & dixit: Crescite & multiplicamini, & implete aquas, quę in pelagis: & volatilia multiplicentur super terram. Ipsa benedictio est, in magno numero & multitudine illa augeri & multiplicari. Nam quia animatæ creaturæ erant animalia, volebátq; illa perpetuò esse, ideo subdidit: Et benedixit illa deus, & dixit: Crescite & multiplicamini. Verbum enim illud vsque in præsentem diem illa conseruat, & tantum præteriit tempus, neque vnum horum genus imminutũ est. Nam benedictio dei, & verbum

quod

[†accusandæ sunt creaturæ.]

[† superfluum ipsorum accusans opificium?]

quod dicebat, Crescite & multiplicamini: vt subsisterent & durarẽt, illis cõtulit. *Et factum est*, inquit, *vesperũ, & factum est mane, dies quintus.* Vides quomodo diuina scriptura docuit nos, quę die quinto facta sunt animãtia? parumper expecta, & iterũ videbis domini tui misericordiã. Neq; enim aquas solum animalium productione fœcũdas fecit, sed ex terra denuo præcipit vt terrestria producãtur animalia. Neq; enim absurdũ hodie attingere ea quæ die sexto sunt facta. *Et dixit*, inquit, *deus: Producat terra animã viuentẽ secundum genus, quadrupedes, & reptilia, & bestias super terram: & pecora secundũ genus, & omnia reptilia terræ, secundũ genus. Et factũ est sic.* Vide quomodo & terra iterum duplicem nobis affert fructum, & mãdato dominico ministrat. Tunc quidem seminũ edebat germina, nunc autem animata animalia, quadrupedia & reptilia, pecora & feras. Ecce verum est quod dixi, ꝙ non omnia propter nostram vtilitatem produxerit, sed & propter suam magnificentiã: vt videntes copiã & multitudinem creaturarũ, opificis virtutẽ obstupescamus, & sciamus sapientia quadam & misericordia inenarrabili, propter futurũ hominem omnia esse producta. *Et fecit*, inquit, *deus bestias terræ secundũ genus suũ, & pecora secundum genus suũ, & omnia reptilia terræ secundũ genus suum. Et vidit deus quòd bona.* Vbi nũc sunt qui dicere audẽt: Quare feræ, quare reptilia creata sunt? Audiant diuinam scripturã dicentem: Et vidit deus ꝙ bona. Dic obsecro, ipse qui creauit, laudat facta: & tu audes reprehẽdere? Quãtæ hoc fuerit insaniæ? Quia & in seminibus, & in plantis non solũ fructuosas arbores, sed & syluestres, & steriles: & non solũ inutiles herbas, sed & incognitas nobis profert terra, sæpe etiam nocuas. Sed propterea non sunt arguendæ creaturæ. Neq; enim temerè, neq; inuanum formatæ sunt. Sanè neq; laudem apud conditorem inuenissent, nisi ad vtilitatem aliquam conditæ essent. Itaq; sicut in arboribus non omnes fructuosæ, sed & infructuosæ multæ: attamen illę ipsæ nõ minorem nobis, q̃ fructuosæ vtilitatem, eámq; admirabilẽ, & quieti nostræ seruientem conferunt. Etenim ex ipsis ædificia, & multa alia ad quietẽ nostram pertinẽtia fabricamus. Et omnino nihil quod nõ ratione aliqua formatũ est, etiãsi humanæ naturæ omnia illa exactè scire possibile nõ sit. Proinde sicut in arboribus, ita & in animalibus, alia quidẽ ad cibum nostrũ pertinent, alia ad ministeriũ. Ferarũ item & reptiliũ genera non paruam nobis præstant vtilitatem. Et si quis vellet sapienter cognoscere, inueniet etiã nunc, cũ principatu eorum ob primi parentis inobedientiam destituti sumus, magnã ex illis nobis vtilitatem prouenire. Multa enim inde colligunt medici, quæ ad nostrorũ corporum medicinam & sanitatẽ conducunt. Alioquin etiã quid nocumenti ex ferarũ productione, quando sicut domestica animalia, sic & illa sub potestate futura erant hominis non multo pòst formandi? Hoc enim nunc dico, vt discas omniũ domini supereminentem misericordiã, quam erga nostrũ genus declarat. Postquam enim expandit cœlũ, extendit terrã, condidit firmamentũ, vt quasi interstitiũ aliquod diuisionẽ inter aquas & aquas faceret: & deinde vt iussit aquarum fieri congregationes, eas mare appellauit: aridam autem terram, quam seminũ herbarúmq; prouentu ornauit. Indéq; transiit ad duorum magnarũ luminariũ formationem, & stellarũ varietatem, quibus pulchritudinem cœli decentiorem reddidit. Postea autẽ ex aquis productis aquatilibus animãtibus & volatilib⁹,

[A] quæ volarẽt super terram secundũ firmamentũ cœli: & impleto quinq; dierum numero: quoniã oportebat & terrestria animalia formari: imperauit vt & ipsa ederentur, & quæ ad cibũ & quę ad ministeriũ conducibilia, & feræ, & reptilia. Denique vbi omnia suo ornatu excoluit, & cõuenienti ordine visibilia disposuit, & mensam largã instruxit, variis & omnigenis refertã eduliis, copiámq; & opes habentẽ, & quasi quis dicat regiam, vndequaq; suprà & infrà variis modis splendidam: tunc tandem fruiturum his omnibus format, cui visibiliũ omniũ potestatẽ tradat: & ostẽdit quanto dignius cæteris omnibus animal formet, quandoquidem pręcipit, omnia quæ facta erãt, sub illius esse imperio & potestate. Verùm, ne prolixior fiat sermo, his contenti dictis, in sequentem diem reponamus ea quæ pertinent ad formationẽ admirabilis huius animalis rationalis & animati, hominẽ dico: nunc cõsue- [B] tam admonitionem adhibentes, ita vt ne dictorũ memoria elabatur: sed ex omnibus visibilibus ad glorificandum dominum nosipsos erigamus. Quòd autem assequi, & creaturarum omnium rationem comprehendere non possumus, ne sit nobis incredulitatis occasio, sed potius glorificationis incitabulum. Quãdo enim deficit ratio, & mens nõ est capax, cogita quàm magnus est dominus tuus, & ex hoc ipso quanta sit eius virtus, cùm neq; rationem eorum quæ ab illo facta sunt, scire queamus. Hoc fuerit grati animi, & sobriæ mentis. Quoniam & Gentiles sic errauerunt. suis enim cogitationibus omnia permittẽtes, & ad imbecillitatem naturæ suæ non respicientes, sed quæ vltra captum suũ imaginantes, & limitum suorũ fines egredientes, etiam à sua dignitate exciderunt. Nam qui ra- [C] tione insigniti, primatũ acceperant præ facturis creaturisq; omnibus, vtpote omnibus visibilibus digniores: hi in tantam absurditatem deducti sunt, vt canes & simias, & crocodilos, & fœdiora adorarint. Et quid dico bruta animalia? Multi eorũ in tantum stuporem & amentiam inciderunt, vt & cepe, & allia, & his viliora colant. Propterea propheta illos designans, inquit: Comparatus est iumentis insipientibus, & similis [Psal. 48.] factus est illis. Qui ratione, inquit, insignitus, & tanta sapientia præditus, is brutis factus est similis, fortè & deterior. Illa enim, vtpote irrationabilia, nullis pœnis obnoxia sunt. Qui autem ratione pollet, & in illorum inciderit absurditatẽ, merito pœnas luit, ingratus existens post tot beneficia. Hinc deniq; & lapides & ligna deos appellarunt, & hæc visibilia elementa deos dixerunt: quia mox vt semel à recta via aberrarunt, in [D] præceps iuerunt, & in malitiæ profundũ inciderunt. Veruntamen nos neque sic de salute illorum desperemus, sed afferẽtes doctrinas nostras, cum omni longanimitate & alacritate illis loquamur: monstrantes tum rei absurditatem, tum damni grauitatem, & nunquam de illorum salute desperemus. Probabile enim, quod processu temporis * Christo auscultent, & maximè si nos ita viuamus, ne à nobis offendantur. Multi enim illorum cùm viderint nostrorum aliquos, verbo quidem & vocabulo Christianos appellari, cæterum sicut ipsos rapere, pecuniæ cupidos esse, inuidere, insidiari, dolos plectere, aliáque omnia facere: crapulæ, voluptatique vacare: non iam nos audiunt, neque si rationabiles sint admonitiones nostræ, sed existimant omnia nostra deceptiones, & iisdem criminibus omnes obnoxios. Cogita obsecro, quantis illi digni sint suppliciis, quandoquidem nõ solum sibiipsis inextin-

[* πεισθῶσι i persuadebuntur, ad fidem adducentur.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

guibilem ignem coaceruant, sed &aliis authores sunt A
vt in errore perseuerent: & ne virtutem addiscãt, ob-
turent aures: & ad hæc in causa sunt, vt etiam virtutũ
studiosi accusentur, & reprehendantur, & (quod om-
nibus gratuius) per ipsos dominus blasphematur. Vi-
des quanta malitię pernicies? Vide quomodo nõ vul-
gari pœnæ reos se faciunt, qui malum sectantur: sed &
multo grauissima supplicia pro omnibus luituri sunt,
non solum pro sua perditione, sed & pro errantium
scandalo, & pro suggillatione iustorũ, & pro blasphe-
mia in deum. Hæc omnia cogitemus, ne simus nostræ
salutis negligentes: sed magna nobis sit cura, vt iuxta
deum viuamus, scientes nos inde vel condemnandos,
vel illius misericordia beandos. Sic igitur omnia fa-
ciamus, vt & nos in pura conscientia versemur, & eos
qui adhuc errant, nostra diuina conuersatione ad ve-
ritatẽ manuducamus: vt & nos, & alij omnes, qui no- B
†Ipse. †qui tantam nostri curam gerat] bis connumerantur, bona †fama fruamur: & ante om-
nia glorificetur dominus noster, † maiorẽq; nostri cu-
ram agat.] Nam quando in nos respiciũt homines, &
laudem in deũ referunt, inde & nos plus diuinæ gra-
tiæ assequemur. Quid enim beatius homine, qui sic
viuit, vt & homines obstupescãt, & dicant, Gloria tibi
deus? Quales sunt Christiani, quantam præ se ferunt
philosophiã, quomodo despiciunt præsentia, quomo-
do omnia ipsis vmbra & somnium reputãtur, & nulli
visibilium sunt affixi: sed omnia trãsigunt, sicut hi qui
in terra aliena agũt peregrini, & quotidie migrare ex
hac vita cupiunt & anhelant? Quantam putas verba
hæc his qui sic viuunt, etiam hic à deo retributionem
afferre? Et quod valde admirabile & rarum, etiam hi
qui talia de nobis iudicant, breui ab errore desistẽt, &
ad veritatem redibunt. Hoc quantam illic fiduciam C
afferet, nulli non manifestum est. Proinde scientes q̃
& de damno, & de lucro proximorum iudicabimur:
sic vitam nostram instituamus, vt nõ solum nobis suf-
ficiat, sed & alij inde erudiantur, vt & hic magnam dei
gratiam nobis conciliemus, & in futuro gloria per dei
misericordiam fruamur. Oremus, vt hæc nobis con-
cedantur gratia & miserationibus vnigeniti eius filij,
cum quo patri simul, sanctóque spiritui sit gloria, im-
perium, honor nunc & semper, & in secula seculorum
Amen.

Et dixit deus, Faciamus hominem secundum imaginem nostram & secundum similitudinem: & dominẽtur piscibus maris, & volatilibus cœli, & pecoribus, & bestiis & vniuersæ terræ, & omnibus reptilibus repentibus super terram.

Homilia octaua.

OVoniam alacres heri quæ diximus audiistis, D
age & hodie, quæ recens lecta sunt, charitati
vestræ proponamus. Prius tamen vos obse-
crauerimus, vt diligenter auscultetis ea quę dicuntur:
& quæ prius dicta sunt, bene in mente vestra reponatis, vt ne frustra & incassum laborem hunc feramus.
Hoc enim studium nostrũ est, vt vim ac sensum eorũ
quę scripta sunt accuratè sciatis: atq; ita vt non solum
1. Thess. 5. b. teneatis, sed & aliorum magistri possitis, iuxta beatum
Paulum, vnus alterũ ædificare. Nam si vos profeceritis in domino, & in spiritualiũ doctrina mactos & præstantes ostenderitis, etiam nos ingẽti afficietis lætitia.
Hæc enim nostra fuerit tota prosperitas, & summa fe-
1. Thess. 2. d. stiuitas. Quæ nostra spes, vel gaudium, vel corona, inquit, gloriationis? an non & vos, & vestrum in diuinis
studiis incrementum? Omnes enim doctores, qui vi-
dent discipulos priorum lectionum memoriã animo
bene tenere, operibúsq; ipsis fructum aliquem afferre, maiore alacritate & sequentium scientiam concredunt. Et nos quoq; quanto magis mentem vestrã erigi, & desiderium crescere, rationémque alas assumere
videmus, tanto alacriores reddimur, vt vberiorẽ doctrinã proponamus. Porrò quanto plus profundimus
fluentorum horum spiritualium, tanto nobis & fluenta sunt auctiora: nimirum propter ædificationem vestram, & propter vestrarũ animarum vtilitatem. Non
enim in hac causa contingit, sicut in pecuniis. Illic emẽ
qui dinumerauit vicino, imminuit suam substantiam:
& quanto plus expendit, tanto minus possidet pecuniæ. Hic autẽ planè secus agitur. Tunc enim facultatibus nostris plus accrescit, tunc spirituales hæ opes
magis augentur, quando audire volentibus, doctrinã
liberaliter profundimus. Igitur quia nobis abundan-
tius & opes & substantiæ affluunt, & vos spiritualibus
alimentis satiari non potestis: age, videamus quid &
hodie beatus Moses in his quæ lecta sunt nos doceat,
imò quid gratia spiritus per eius linguam nobis dicat.
Et dixit, inquit, *deus, Faciamus hominem secundum imaginẽ nostram, & secundum similitudinem.* Ne simpliciter prætereamus charissimi, dicta hęc, sed disquiramus verba
singula: & ad infima descendentes, vim in breuiculis
hisce verbis latentem inuestigemus. Nam licet pauca
sint verba, magnus tamen thesaurus est in illis recon-
ditus: atq; decet, vt non tantum coram adstemus, sed
& sobrij & vigiles adsimus. Quoniã & hi qui sensibiles thesauros effodere conantur, non in superficie solum fodiunt, sed in profundũ descẽdunt, & penitiores terræ sinus scrutãtur: atq; ita arte sua aurum à terra
segregant, tametsi sępe post labores sudoréq; multos
vix paucas quasdam portiunculas afferunt. Hic autẽ
nil tale est, sed labor minor, & ineffabilis vbertas. Nã
spiritualia omnia in hunc modũ se habent. Ne igitur
simus deteriores his qui sensibilia admirantur: sed in-
quiramus & nos diligenter thesaurum hunc spiritua-
lem in verbis istis reconditum. Et primum videamus
quid nouum & admirandum dicat: dein quare tanta
verborum variatione vtatur beatus hic propheta, imò
misericors deus per prophetam loquens. Et dixit, Fa-
ciamus hominem secundum imaginem nostram, &
secundum similitudinem. Prius quidem, quum cœ-
lum terrámq; formasset, audiuimus illum dicentem:
Fiat lux: &, fiat firmamentum in medio aquæ. Et ite-
rum: Cogantur aquæ in cõgregationem vnam, & ap-
pareat arida: &, Fiant luminaria: &, Educant aquæ re-
ptilia animarum viuentium. Vidisti sermone solo &
præcepto omnem creaturã quinque diebus formari?
Vide hodie, quanta verborum diuersitas. Non enim
iam dicit, Fiat homo: sed quid? Faciamus hominem
secundum imaginem nostram, & secundum similitu-
dinem. Quid hoc noui? quid rari? Quisnam ille qui
formandus, ad quem faciendum opifici tanto cõsilio
& circunspectione opus? Ne mireris dilecte. Homo e-
nim inter visibilia omnia dignitate præcellit, propter
quem cõdita sunt hæc omnia, cœlum, terra, mare, sol,
luna, stellæ, reptilia, iumenta, brutáq; animalia omnia.
Et quare, inquis, tardius creatus est homo, si cętera dignitate præstat? Merito. Nam vt ingressuro in ciuitatẽ
aliquam regę, operęprecium est, pręmittere satellites,
aliósq; omnes vt bene adornatis palatiis, rex honesti⁹
ibi agat: ita simili modo, quasi regẽ & principem ali-
quem rebus terrenis præfecturus, prius omnem hunc
ornatum fabricauit, & tandem præficiendum homi-
nem

*ποιήσωμεν. i. formauit, produxit, introduxit. nem * formauit: declarans factis istis, quanto honore A
animal hoc prosequatur. Cæterũ rogemus hoc loco
Iudæum: & videamus quid respõdeat, ad quem dixe-
rit deus, Faciamus hominem secũdum imaginem no-
strã. Scripta enim sunt hæc à Mose, cui se credere di-
cunt quidem, nõ credunt autem: sicut & Christus in-
Ioan. 5. g. quit: Si crederetis Mosi, crederetis & mihi. Sed literæ
quidem apud illos sunt, sensus verò apud nos. Ad quẽ
igitur dictum est, Faciamus hominem? cum quo con-
silium hoc habuit dominus? Nunquid consilio & cir-
cũspectione opus habet? Absit. Quid ergo? Figura ver-
borum declarare voluit, q̃ excellentem honorem ho-
mini qui formabatur, impendat. Quid ergo dicunt hi,
qui adhuc habent velamẽ super corda sua positum, &
nihil eorũ qui hic contenta, intelligere volunt? Ad an-
gelum & archangelũ, inquiunt, hæc dicta sunt. O in-
saniam, ô magnã impudentiam'. Et quomodo rationi B
consentaneũ est, bone vir, vt angeli consiliũ dent do-
mino, & creaturæ creatori? Non enim est angelorum
consilium dare, sed assistere, & ministeriũ adimplere.
Esa. 6. a Et vt discas, audi vocalissimum Esaiam, dicentẽ de su-
pernis angelicis virtutibus: Vidi Cherubim stantia à
dextris dei, & Seraphim, & obtegebant facies pedésq;
suos alis. Quid ideo factũ esse liquet, quia fulgur ma-
iestatis diuinæ inde egredieris, ferre nequiuerunt, ste-
teruntq; cum timore & tremore. Etenim creaturis pe-
culiare est domino adsistere. Verũ illi nihil præsentiũ
intelligẽtes, simpliciter quod occurrit effutiũt. Et ideo
refutatis illorum deliramentis, dictorũ veritas eccleśię
filiis dicenda est. Quis igitur hic, ad quem inquit, Fa-
ciamus hominem? Quis autem alius, q̃ ille magni con
filij angelus, ille admirabilis consiliarius, potens prin-
ceps pacis, pater futuri seculi, vnigenitus dei filius, pa- C
tri æqualis secundũ substantiã, per quẽ omnia produ-
cta sunt? huic dicit, Faciamus hominem secundũ ima-
ginem nostrã, & secundum similitudinẽ. Hic Arianos
tempestiuè perstringit. Nõ enim imperãdo dixit, fac,
vt subdito & inferiori, vel vt minori secundũ essentiã:
sed par honor declaratur, cũ dicit, faciamus. Et quod
sequitur, magnã substantiæ æqualitatem ostendit: Fa-
ciamus enim, ait, hominem secundum imaginem no-
strum & similitudinẽ. Iterum hic insurgunt & pullu-
lant hæretici alij, ecclesiæ dogmata depopulantes, &
dicentes: Ecce dicit, secundum imaginem nostram. Et
inde volunt deo humanã formã tribuere: id quod ex-
tremi fuerit stuporis, vt is qui forma speciéq; caret, &
nulli alterationi obnoxius est, sub humanam redigatur
formam, & incorporeo membra & liniamenta attri-
buantur. Quæ huic insania par fuerit? quum non solũ D
nihil lucri à scripturis diuinitus inspiratis referunt, sed
& plurimum inde offenduntur? simili modo affecti, si-
cut hi qui morbo laborant, & corporalibus oculis cæ-
cutiunt. Illi enim ob oculorum suorum infirmitatẽ so-
lis lucem ægreferunt, & ob aduersam corporis valetu-
dinem etiam optimos saluberrimósq; cibos auersan-
tur: Ita & hi anima ægrotantes, & mentalibus oculis
capti, ad lumen veritatis respicere non possunt. Idcir-
co nostro fungentes munere, manus eis porrigamus,
magnáq; eis mansuetudine loquamur. Nam & beatus
2. Tim. 2. d. Paulus ita nos monuit, dicens: Vt in mãsuetudine eru-
diantur aduersarij, si fortè det eis deus pœnitẽtiam in
agnitionem veritatis, & emergant à laqueo diaboli, ca
pti ab ipso in illius voluntatem. Vides quomodo ver-
bis declarauit, q̃ quasi ebrietate obruti sint? Nã quod
dicit, emergant, ostendit q̃ in profundo aliquo mersi

sint. Et iterum: Capti, inquit, à diabolo, quasi diceret, laqueis irretiti sunt. Vnde & nobis gemina opus est mansuetudine & lõganimitate, vt possimus eos eripere & educere ex laqueis diaboli. Dicamus igitur eis: Emergite, & respiscite paulisper, aspicite lumen iustitię, expendite vobiscum verborum diligentiam. Neq; enim cùm dicit: Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundũ similitudinem: hic sermonem finiuit: sed per ea quæ adiungit, manifestum nobis facit, quo sensu nomen imaginis posuerit. Quid enim dicit? Et dominentur piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus reptilibus super terram. Imaginẽ ergo dixit de principatu & dominio, non de alio aliquo: quia deus fecit hominem principem omniũ quæ sunt super terram, & nihil super terram homine maius est, & omnia sub potestate illius sunt. Quòd si adhuc ea dicta esse contendant de formæ imagine, dicemus eis: Igitur deus nõ solum homo, sed & mulier erit: quia eandem formam vterq; habent. Verùm hoc absurdũ est, & ratione caret. Audi enim & beatum Paulum dicentem: Vir enim non debet velare caput, imago & gloria dei existens. Mulier autem gloria viri est. Vir e- 1. Cor. 11. b.
nim imperat, mulier autem subiecta est: sicut & Chri- Gene. 3. e
stus ab initio ad eam dixit: Ad virum tuum conuersio
tua, & ipse tibi dominabitur. Itaque quoniam iuxta ra-
tionem dominij non formæ, ad imaginem factus est,
ideo vir dominatur omnibus, mulier autem subiecta
est. Eapropter dicit de viro Paulus, q̃ imago & gloria
dei sit, mulier autem gloria viri. Quòd si de forma vel
figura dixisset, non vtiq; ea diuisisset. Eadem enim fi-
gura est viri & mulieris. Vidisti plenam veritatẽ, quo-
modo nullum veritatis prætextum relinquit his qui
absque causa impudentes esse volunt? Veruntamen
etiam illis ita se habentibus, ne cessemus magna sua-
uitate cum ipsis agere, si fortè det illis deus pœniten-
tiam ad agnitionem veritatis. Ne ergo torpescamus, si
quo pacto per mansuetudinis studium possimus ipsos
eripere à deceptione diaboli. Et si placet, citemus ite-
rum beatum Paulum, qui Athenienśibus sic dicebat: Act. 17. f
Non debemus existimare, auro vel argento, vel lapi-
di, vel sculpturę artis, vel inuento hominis numen esse
simile. Vidisti quanta diligentia omnem illorum erto-
rem sapiens magister amputauerit? Non solum enim à
corporali typo alienum dicit numen, sed & quod tale
aliquid nulla humana cogitatio effigiare queat. Hæc
subinde illis dicẽtes, nihil quod vestrum est intermit-
tatis, si fortè ad veritatem respicere velint. Cęterùm vt
à beneuola illorum instructione vobis desistendum
non est: ita oro, vt scita ecclesiastica probè teneatis, nõ
confundentes dictorum consequentiam: sed cum Iu-
dæis vt oportet loquamini: & demonstrate, quòd nõ
sint dicta de angelis & virtutibus, quorum officium
est ministrare: sed de vnigenito dei filio. Arianis quo-
que hinc parem filij cum patre dignitatem indicate.
Sed & his qui humanam formam numinis imaginan-
tur, allatis in medium his quæ à beato Paulo sunt dic-
ta, euellite ecclesiasticis placitis perniciośos morbos
instar zizaniarum pullulantes: operámque date, vt pia
scita in eis plantentur & roborentur. Volo enim, &
precor, omnes vos in doctorum ordine esse: & non so
lum auditores nostrorum esse dictorum, sed & aliis
doctrinam nostram afferre, piscarique errantes, vt in
viam redeant veritatis, sicut & Paulus inquit: Vnus al- 1. Thes. 5. b
terum ædificet: &, Cum timore & tremore salutem Phil. 2. b
vestram operemini. Sic deus nostram multitudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

augebit, & vos vberius superna fruemini gratia, magnã membrorum vestrorum curam habentes. Neque enim deus vult vt Christianus seipso tantum contentus sit, sed vt alios ædificet, non per doctrinam solum, sed & per vitam & conuersationem. Neq; sic nos inducit in veritatis viam, vt in vitæ curam. Nam neque tam considerantur ea quæ à nobis dicuntur, q̃ quæ à nobis aguntur. Et vt scias rem ita se habere, licet infinite tantum philosophemur verbis, & de patiẽtia disseramus, & cùm tẽpus fuerit, eã operibus non demõstremus: non tantũ proderunt verba, quantũ nocebũt opera. Sin ante & post verba, operum specimen exhibuerimus: digni habebimur qui admoneamus alios eorum quæ per opera adimplemus: quia & Christus
Matt.5.c illos beatos dixit, inquiens: Beatus qui fecerit, & docuerit. Vide q̃ opus præposuerit, & postea doctrinam. Atq; adeo præcedente opere, etiãsi non sequatur doctrina, sufficiunt opera ipsa magis q̃ vlla vox ad docẽdum eos qui in nos respiciũt. Hoc igitur omnibus modis cõsideremus, vt prius operibus doceamus, & postea sermonibus: vt ne & nos audiamus à beato Paulo,
Rom.2.c Tu qui doces aliũ, teipsum non doces? Et cũ volumus admonere aliũ, vt aliquid ex his quæ necessaria sunt, efficiat, prius studeamus & nos hocipsum agere, quò nobis & maior sit loquendi fiducia, & omnis nostra cura sit in animarum salute. Et quomodo poterimus? Lasciuias carnis refrænemus, & verum probemus ieiunium. Ieiunium autem dico, abstinentiam à vitiis. Etenim abstinentia à cibis propter hoc recepta est, vt vigorem carnis refrænet, & equum moderanti facilè parêre faciat. Ieiunãtem ante omnia oportet iram refrænare, mansuetudinem & lenitatem addiscere, habere cor contritum, absurdas concupiscentias repel-
C lere, ante oculos continuò proponẽdo oculum æterni iudicis, & tribunal illud indeprauabile: pecuniis superiorem esse, & illis dominari: liberalem esse in danda eleemosyna, nullum malum aduersus proximum in cor admittere. Hoc verum ieiunium est, sicut & Esaias
Esa. 58.a. b. ex persona dei loquens, dicit: Non hoc ieiunium elegi, dicit dominus. Et si torqueas vt circulum ceruicem
†vocabitis tuam, & saccum & cinerem substernas, neq; sic †vocabitur ieiunium acceptum, dicit dominus. Sed quale dic? Solue, inquit, obligationes violentorum contractuum, frange esuriẽti panem tuum, pauperem abs q; tecto induc in domum tuam. Et si hæc feceris, inquit, tunc erumpet matutina lux tua, & sanitates tuę statim orientur. Vidisti dilecte, quale sit verũ ieiunium? Hoc vobis curæ sit, & non vt pleriq; existimemus definiri in hoc ieiunium, si ad vesperam vsq; impransi manea-
D mus. Non hoc est quod quæritur, sed vt cum ciborũ abstinẽtia & à cęteris abstineatur quę nocere possunt, & spiritualibus magis vacetur. Ieiunantẽ esse oportet demissum, mitem, humilẽ, gloriæ huius vitæ contem-
† animæ] ψυχῆς animæ seu vitæ. ptorem. Nam sicut †animæ suæ] curam despexit, ita & inanem gloriã despicere decet, & ad illum solum qui exquirit corda & renes, respicere, magnóque studio preces & cõfessiones facere deo, & eleemosynarũ auxilio pro viribus seipsum iuuare. Hoc em̃, hoc mãdatum maximè valet ad abolẽda peccata, & extinguendum gehennæ ignem, modò ipsum liberaliter & non ad ostẽtationem hominum fiat. Et quid dico, non ad ostentationem? Nã si rectè sapimus, ob hoc solum q̃ bonum est, & ob cõpassionem in cognatos, virtutem hanc exercere oportebit, nõ ob promissas à deo mercedes. Verùm quando ad nihil sublime mẽtem attol-
A lere valemus, vel ob has ipsas benigni simus, nullã ab hominibus venantes gloriam, vt ne & sumptus faciamus, & mercedẽ pariter priuemur. Id quod nõ solum in eleemosyna, sed in vnoquoq; bono opere spirituali attendẽdum, vt nihil ad hominum præconia respicientes faciamus: alioquin nulla nobis vtilitas erit, siue ieiunamus, siue precamur, siue miseremur, siue quodquis aliud facimus, nisi propter illũ solũ fiant, qui nouit & abscondita, & quę in profundo mentis sunt recondita. Nam si ab illo præmia expectas, cuius gratia ab alio, qui natura tibi cognatus est, laudari & admirari vis? Et quid inquam laudari? Sępe is non laudat, sed & inuidet. Sunt enim multi ita malè affecti, vt & ea quæ bene à nobis fiunt, in cõtrarium interpretentur. Cuius igitur gratia, dic obsecro, peruersum hoc iudiciũ tanti facis? Insopitum enim & perpetuò vigilẽ illum oculum, nihil eorum quæ fiunt, latere potest. Et oportet
B hoc cogitantes, tanto studio vitam nostram instituere, perinde ac mox de omnibus verbis & operibus & cogitationibus iudicandi essemus. Ne igitur salutis nostræ contemptores simus. Nihil enim virtuti par est chariſſime, quę nos & in futuro seculo è gehenna eripit, & regno cœlorum nobis frui concedit, & in præsenti quoq; seculo omnibus superiores constituit, qui nobis sine causa insidiantur: & non hominibus solum, sed & ipso salutis nostræ inimico diabolo fortiores efficit. Quid igitur illi par fuerit, quæ non solum hominibus insidiantibus, sed & dæmonibus superiores, sui studiosos efficit? Virtus autem est, humana omnia despicere, futura singulis horis cogitare, nullis præsentibus addictum esse: sed scire omnia humana vmbram esse & somnium, & si quid his vilius. Virtus est, erga negocia huius vitæ non magis quàm † erga mortuũ] affici: & ita vitioſę operationis expertem, vt ad ea quę offendere animæ salutem possunt, quasi mortuus quis sit: viuat autem, & operetur tantum ea quæ spiritus sunt: sicut & Paulus dicebat, Viuo autẽ, non iam ego,
Gala.2.d sed viuit in me Christus. Proinde dilecti, & nos tanquam Christum induti omnia faciamus, & non contristemus spiritum sanctum. Quando igitur turbamur à cõcupiscentia, vel affectione absurda, vel ira, vel furore, vel inuidia: cogitemus eum qui in nobis habitat, & expellamus procul omnẽ talem cogitationem. Reuereamur eminentẽ dei gratiam, quę nos obumbrat, & refrænemus omnes carnis affectiones, vt cũ legitimè in breui hac & fragili vita certauerimus, coronas illas assequamur in futuro die illo, terribili quidẽ peccatoribus, desiderabili autẽ virtute vestitis. Et mereamur ineffabilia illa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo sit patri & spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† qui mortuus est.

De iis quæ sequuntur hæc verba, Faciamus hominem secundum imaginem nostram: & aduersus eos qui dicunt, Cur bestiæ factæ sunt, & quis vsus creationis earum? Et quod vel sic maximè declaretur honor homini habitus, ac ineffabilis dei erga ipsum benevolentia.

Homilia nona.

AGricolæ studiosiores larga terrę semina credunt, quam crassam & pinguem vidẽt: & magnam cõtinuò diligentiam adhibentes, quotidie considerant, num fortè alicubi sit quod segeti nocere, & laborem ipsorum, quẽ habuerunt, inutilem facere possit. Simili modo & nos, spirituale desiderium vestrum, & ingens audiẽdi studium videntes,

videntes, operã damus, vt quotidie sententias quasdã diuinæ scripturæ, vestræ menti inseramus, quibus etiã detegãtur ea quę spirituali semini nociua esse possũt: ne fortè nocumẽtis & insidiis eorũ, qui præter ecclesiastica placita, suorum capitum figmẽta introducere tentãt, sana doctrina intercipiatur, & turbetur. Vestrũ igitur fuerit, deposita posthac diligẽter seruare, & firma memoria custodire, vt facilius & sequentia consequi possitis. Nam nisi nunc ad profundiora scripturarum sensa nos descenderimus, & vos mẽtem vestram coaptaueritis, quãdo ieiunij tẽpus, quando ad natandum membra nostra sunt leuia, mentis autem oculus acutior, vtpote nõ turbatus damnoso voluptatis fluore: spiritus quoq;, ne suffocetur, sufficientior: quando commodè poterimus hęc facere? num quãdo diliciq̃, & ebrietas, & voracitas, & crapula: & alia quę inde nascuntur mala, regnant? Non videtis, q̃ ij qui pretiosos
B lapides in mari quærunt, non sedẽt iuxta littus maris, fluctus numerãtes: sed in profundum se demittunt, & vt ita dicam, quasi in ipsos sinus abyssi descendentes, assequuntur quod tãta opera exquirũt: quamuis quid magnæ vtilitatis vitæ huic attulerit illorum lapidum inuentio? Vtinam non magna damna & incommoda inferrẽt. Ex insania enim ista & rabie quæ est in pecunias, innumera sequi videmus mala. Attamẽ licet tanta inde nascãtur mala & damna, non est tamen quod grauet, ac deterreat eos qui in his occupati sunt: sed & laborem subeunt, & periculis se exponunt, vt inuenire possint quod quærunt. In diuinis autẽ scripturis, & in spiritualibus & pretiosis illis lapidibus, neq; periculũ suspicari licet, neq; multus est labor, sed lucrum ineffabile: tãtum ea quę nostra sunt cum alacritate afferamus. Gratia enim est parata, quærens eos qui se cũ largi-
C tate suscipiant. Ita enim se habet dominus noster, q̃ si viderit animam vigilem, & desiderium ferues, & ipse suas diuitias largiter suppeditat pro sua magnificẽtia, vltrà etiam q̃ petere audeamus. Hæc igitur cùm sciamus dilecti, purificatis cogitatibus vestris à secularibus negociis, & dilatata mentis vestræ latitudine, magna alacritate suscipite quæ à spiritu sancto suppeditantur: vt sicut terra crassa & fœcunda multiplicetis concredita semina, & faciatis fructum, alius quidem centuplũ, alius sexagecuplum, alius trigecuplum. Audistis superioribus diebus ineffabilẽ sapientiã eius qui
†placito. visibilia hęc omnia fabricauit, & quomodo verbo solũ & † præcepto omnia produxit. Dixit enim, Fiat: & factũ est. Statimq; producta sunt omnia elementa, & suffecit verbũ, vt subsistere possent omnia: non quo-
D niã simpliciter erat verbũ, sed quia verbũ dei. Memores eorum estote, quæ tunc à nobis mouebãtur cõtra eos qui ex præiacente materia res factas esse contendunt, & ad ecclesiastica scita, etiam sua deliria afferre nõ verẽtur. Didicistis cuius gratia cœlum quidẽ perfectum, terrã autem informẽ produxerit. Duas enim tunc causas diximus: vnam, vt in elemento hoc potiori potentiam domini agnoscens, non vltrà ambigas propter impotentiam illius factum esse: alteram quia terra mater & nutrix nostra facta est, & ex ipsa pascimur & sumus, aliisq; omnibus fruimur, & ad ipsam redimus: ipsa enim nobis est & patria, & sepulchrum. Et ne quis ob vtilitatem & necessitatem illius maius aliquid de ipsa sentiat, ostendit ipsam ab initio informẽ conditam: vt erudiamur per res ipsas, prædicta omnia non naturę telluris asscribenda, sed potius conditoris virtuti. Didicistis item, quomodo aquarũ separatio-

A nem fecerit, producto visibili hoc firmamẽto. Scitis, animantia & ex terra, & ex aquis edita. Hæc non absque causa & temerè nũc charitati vestræ cogor repetere: partim vt auditorum animis hæc magis insideãt, partim vt his qui tunc nõ affuere, nihil damni absentia sua attulerit: quia benignus pater etiam absentibus filiis reliquias mẽsæ reseruat, vt cũ aduenerint, ex eatum reseruatione suã consolentur absentiam. Vnde & nos omnium qui huc confluunt, non minorem quàm membrorum nostrorũ curam gerentes, & profectum vestrum nostrã existimãtes gloriam, cupimus omnes perfectos & consummatos fieri in gloriam domini, & laudem ecclesię, & nostram gloriationem. Et nisi molestum est, paucis charitati vestrę & hesterna dicta cõ memorabimus. Vidistis quanta diuersitate homo & creaturæ aliæ conditi sunt. Audistis, quanto honore
B principem nostri generis dignatus sit: & in formatione ipsa quomodo per verba dictionúmq; crassitudinem declararit honorem formando tribuendum, dicens, Faciamus hominem secundum imaginem nostram, & secundum similitudinem. Didicistis, quid sit secundum imaginem, nempe q̃ non sit substantiæ dignitas, sed dominij similitudo: & q̃ non secundũ imaginem formæ, sed secundum rationem dominij dixerit: ideo & subdidit, Et dominentur piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis & reptilibus terræ. Verum hic gentiles in nos insurgunt, & dicunt, q̃ compertum sit hoc non esse verum. Non enim dominamur feris, quemadmodum pollicitus est, sed ipsæ nobis potius. Imò non verum est quod hi obiiciunt. Nam mox vt apparuerit homo, ferę fugã capiunt. Quòd si aliquando vel fame vrgente, vel nobis illas lacessentibus, ab
C eis damnum accipiamus, hoc nõ fit ideo, q̃ illis in nos sit imperiũ, sed ob nostrã offensionẽ. Nam cum latrones nos inuadunt, si non negligamus, sed in illos arma sumamus, id non ideo fit, quòd imperiũ in illos obtineamus, sed quòd nostræ saluti prospiciamus. Audiamus autẽ nunc quæ sint dicta: Faciamus hominẽ secundum imaginem nostrã, & secundum similitudinem. Sicut imaginẽ dixit ob principatus rationem, ita & similitudinẽ, vt pro viribus humanis similes fiamus deo, mãsuetudine (inquã) & lenitate, & virtutibus deo similes efficiamur: quod & Christ⁹ dicit, Similes estote *Matt.6.g* patri vestro qui est in cœlis. Nam quẽadmodũ in terra hac spaciosa & lata, animantiũ alia mãsuetiora sunt, alia ferociora: ita in latitudine animæ nostræ, cogitationum aliæ sunt magis pecuniæ & irrationales, aliæ ferociores & agrestiores. Domandæ igitur illæ sunt, &
D rationis imperio magistrandæ. Et quomodo quis cogitationem ferociorem compesceret? Quid dicis homo? Leonibus imperamus, & animos eorum mansuetos facimus: & dubitas, num mẽtis ferociam in mansuetudinẽ mutare possis? Atqui natura bestiæ feroces sunt, & præter naturã mansuetæ: contrà tu præter naturam ferox, natura autẽ mitis: & qui bestiis id quod natura eis inest auferre, & quod eorum naturę aduersum, inferere potes: id quod natura tibi præstitit, conseruare non potes? En quantam hoc condẽnationem meretur? Iam quod his admirabilius est, leonum naturę & alia quędam difficultas inest. Rationis enim participes nõ sunt, & nihilominus videmus sępe duci eos mãsuetos per forum, multiq; ex officinis nummos vt mercedem artis & industriæ mansuetario numerant, quòd ferã mansuefecerit: animæ verò tuæ ratio concessa est, & dei timor, & alia vndequaq; adminicula:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne igitur prætextus & causationes affer. Potes enim, si vis, mãsuetus esse, & placidus & æquus. Faciamus, inquit, hominem secundũ imaginem nostram, & secundum similitudinẽ. Ad propositam quæstionem iterũ redeamus. Ostẽdit enim dictis illis, quod ab initio homo plenum & perfectũ super bestias principatum habuerit. Dominẽtur enim, ait, piscibus maris, & volatilibus cœli, & feris & reptilibus terræ. Quòd autẽ nunc terrori nobis sint bestiæ, & timeamus, & dominio exciderimus, neq; ipse cõtradico. Verùm hoc nõ arguit falsam dei promissionẽ. Nã ab initio res non ita habebant, sed timebãt & tremebant * bestiæ & suspiciebãt dominum. Vbi autem per inobedientiã, libertatem & dignitatẽ nostram amisimus, etiã principatus noster mutilatus est. Subiecta enim homini animalia omnia fuisse, accipe ex scriptura, quæ dicit: Adduxit deus bestias, & omnia bruta ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Et cum videret iuxta se bestias, non resiliit: sed tanquam dominus aliquis seruis subditis nomina imposuit. Et omne quod vocauit Adã, inquit, hoc nomẽ est illi. Quod vtiq; dominij signum. Et deus volẽs per hoc docere ipsum *subst antiæ suæ dignitatem, nominum impositionem illi permisit. Atq; hæc quidem satis indicant, ab initio feras homini terribiles non fuisse. Est tamen aliud quiddã non minus, sed & hoc argumento manifestius. Et quodnam hoc? Colloquiũ serpẽtis cum muliere. Nam si terribiles fuissent hominibus bestiæ, mulier serpente conspecto non mansisset, neq; consilium accepisset, neq; †in tanto pauore] illi loquuta fuisset: sed statim ad aspectum illius obstupefacta, profugisset. Verùm colloquitur, nec metuit: nondum enim erat timor ille: cæterũ vbi peccatũ intrauit, ablata est hæc potestas & dignitas. Et quemadmodũ inter seruos fieri solet, vt probatiores & honestiores conseruis terrori sint, qui autem deliquerunt, socios & seruos timeant: sic & de homine factum est. Nã salua manente illius in deũ fiducia, terribilis erat & bestiis: vbi autem impegit, timere cœpit & conseruorum extremos. Quòd si quæ dicimus non fers, demonstra tu mihi vbi terribiles ante peccatũ fuerint homini bestię? sed non poteris. Quòd autẽ postea subiit timor, etiam hoc diuinæ misericordię maximum argumentum est. Nam si postquam homo mandatum pręuaricatus est, integer illius mãsisset honor & immobilis, haud facilè à lapsu resurrexisset. Quãdoquidem cùm obedientes & inobediẽtes pari dignitate fruuntur, malitiæ assuefiũt magis, nec facilè ab ea desistũt. Cùm enim nũc sub tot terroribus, pœnis & suppliciis nõ emendãtur: quales fuissent si nihil passi essent graue pro suis delictis? atq; ita principatus nobis à deo ob magnam nostri curam ablatus. Tu autem chariſſime, & inde misericordiam dei ineffabilem cõsidera, quomodo Adam totum mandatum subuerterit, & totam legem transgressus sit: misericors autem deus bonitate sua nostra vincens delicta, nõ omnem honorem abstulerit, neq; toto deiecerit principatu: sed ea duntaxat animalia à nostra potestate alienauerit, quæ nõ multum ad huius vitæ vtilitatem nobis conducunt: quæ verò vitæ nostræ multum seruiũt, & vtilia & necessaria, ea in seruitute & subiectione sua reliquerit. Dedit itaque nobis boum armenta, vt aratrum trahamus, feramus, terram sulcemus. Dedit & subiugalium multa genera, vt nos adiuuent ad vtilia quæque conuehenda. Dedit ouium greges, vt haberemus quæ ad vestiendum nos sufficerent. Dedit & alia animantiũ genera, vnde multa nobis suppeditantur commoda. Nam puniẽs hominem ob inobedientiam suam, dicebat: In sudore faciei tuæ vescaris pane tuo. Vt ne sudor & labor hic noster intolerabilis foret, sudoris molestias, & laboris onus alleuiauit iumentorum multitudine, quæ vnà nobiscum laborãt, & molestias ferunt: idem faciens quod benignus & prudẽs paterfamiliãs, qui flagellato seruo, etiã curam quandam congruam flagellis adhibet. Nam vt condemnauit peccatorem deus, leniorem etiam condemnationem esse voluit: quia ad laborem & sudorẽ adiudicato, subsidiaria fecit multa brutorum genera. Atq; ita, q̃ honorem nobis dedit, & abstulit: & bestiarum nobis metum immisit, & omnia (si quis diligenter & cordatè inquirat) offendet plena sapientię, prouidentiæ & misericordiæ. Quocirca pro his omnibus gratias ei agamus, qui tanta in nos beneficia collocauit. Neq; enim graue aliquid & onerosum à nobis requirit: sed solũ vt testemur & fateamur beneficia sua; & pro his gratias referamus: non q̃ ipse his egeat, qui sufficiẽtissimus est, nullá; re indiget: sed vt nos discamus authorẽ bonorũ diligere, & nõ ingrati simus, sed dignam tantis beneficiis & prouidentia virtutem asseramus. Nam sic ipsum ad maiorem nostri solicitudinem prouocabimus. Oro igitur, ne desides simus, sed vnusquisque pro virili supputet apud se singulis horis non solum communia beneficia, sed & priuata in se collata: non ea tantum quæ omnes fatentur, & quæ omnibus manifesta, sed & propria, ac plerosque latentia. Sic enim ad continuam gratiarum actionem domino referendam incitabimur. Hoc maximum sacrificium, hæc perfecta oblatio est, hoc fiduciæ nostrę ad deum argumentũ. Et quomodo dico? Qui hęc continuò in mente sua versat, & suam tenuitatem agnoscit, & eminentem diuinam misericordiam cogitat: quomodo res nostras gubernans & dispensans, non attendat quid mereantur nostra peccata, sed ad suam bonitatem: is nimirum mentem humiliat, cor conterit, omnem fastum & arrogantiam castigat: discit modestè agere, contemnere præsentis vitæ gloriam, ridere visibilia omnia, cogitare futura vitæ immortalis bona. Qui autem sic afficitur animo, verum & acceptum sacrificium deo offert, sicut propheta dicit: Sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Cordatos enim famulos non tam pœnę & supplicia emẽdant, vt beneficia, & agnoscere q̃ non iuxta delictorum merita pœnam luerint. Conteramus igitur pectus nostrum, humiliemus (obsecro) mentem, & maximè nunc cùm hoc ieiunij tempus multa nobis præbet subsidia. Nam si ita affecti fuerimus, poterimus & magna † sobrietate preces facere, & confitẽtes peccata multum gratiarum supernè obtinere. Et vt sciatis tales animas deo placere, audi ipsum dicentem, Ad quem respiciam, nisi ad humilem & quietum, & trementem sermones meos? Idcirco & Christus dicit: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Nam qui verè seipsum humiliat, nunquam poterit ira commoueri, & proximo succẽsere: quia anima eius in sui consideratione occupata est & humiliata. Anima autẽ quę sic se habet, quid esse posset beatius? Quicũq; talis est, is in portu continuo sedet ab omni tẽpestate liber, & oblectatur in cogitationũ trãquillitate. Et ideo Christus dicebat, Et inuenietis requiem animabus vestris. Itaq; sicut qui affectiones illas sopit, multa requie fruitur: ita deses & supinus, & qui nequit seipsum vt decet moderari,

*bapiæ, ferę, bestiæ noxiæ.

*ἐξουσίας, i. potẽtiæ, auctoritatis. alij legisse vidẽtur οὐσίας.

†cũ tanta securitate.

Gene. 3. d

Psal. 50.

† attẽtione.

Esa. 66. d

Matt. 11. d

moderari, perpetuò perturbationib⁹ & affectionibus obnoxius est: domi bellum habet, nemine persequẽte turbat, & grauẽ sustinet tẽpestatẽ. Et ꝓpterea fluctibus se eleuantibus, & exorientibus malorũ spirituum procellis, sæpe naui ob imperitiã gubernatoris demersa, simul ipse submergitur. Proinde decet nos esse sobrios & vigiles, & perpetuã indesinentẽq; animæ nostræ solicitudinẽ habere. Christiani em̃ est aduersus cõcupiscentias carnis semper in acie stare, & leges domini nostri nobis datas, semper in auribus sonare, & his muniri, & illius lõganimitate non abuti: & non expectare, vt re ipsa irę illius periculũ faciamus, & tũc coërceamur vt ne & de nobis dicatur, Quando occidebat eos, tunc inquirebant eũ. Chariſſimi, adiumẽto nobis nunc est ieiunij tẽpus, omnes ad confessionem peccatorũ nostrorũ festinem⁹, & ab omni quidẽ malitia abstineamus, exerceamus autẽ virtutes omnes. Nam sic & beatus Dauid docet, dicẽs: Declina à malo, & fac bonũ. Quòd si in hunc modũ vitã nosttã instituerimus, & abstinentiæ ciborũ abstinentiã à malis adiunxerimus, poterimus & nos magna fiducia frui, & vberiorem à deo misericordiam assequi, & in præsenti vita, & in futuro illo die terribili, precibus & interceſſionibus eorũ, qui deo maximè placuerunt: gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal. 77. d

Psal. 36. a

Exhortatio ad eos quos pudet post cibũ sumptũ accedere concionẽ vespertinã: & in reliquũ textũ post, Faciamus hominem secundum imaginẽ nostrã, & secundũ similitudinem: Et de his verbis, Et fecit deus hominem, secundũ imaginem dei fecit illũ: masculum & fœminam fecit illos.

Homilia X.

Vidnã sibi vult, quòd minor est hodie vester conuentus, & infrequens theatrum eorũ qui ad nos cõfluunt? Fortassis aliqui erubuerunt, post carnalẽ mensam ad spirituale hoc venire conuiuium, & hæc ipsis est absentiæ causa. Sed audiant sapientẽ quendam dicentẽ: Est cõfusio quæ inducit peccatũ, & est cõfusio adducẽs gloriã & gratiam. Nõ est confusione dignũ, eũ qui corporalis mensæ particeps fuit, quòd veniat ad spirituale cõuiuiũ. Non em̃ vt humanæ res, ita & spirituales ad definita tempora distinctæ sunt. Sermoni enim spirituali omne dici tempus idoneum fuerit. Et quid dico diei tempus? Neque si nox ingruat, spiritualẽ doctrinã impedit. Propterea & Timotheo dicebat Paulus, scribens: Insta tempestiuè intẽpestiuè: argue, increpa, obsecra. Et iterũ audi beatũ Lucã, dicẽtẽ: discessurus crastino Paulus à Troade, disserebat eis, & sermonẽ produxit vsque ad mediã noctẽ. Nunquid tempus obfuit dic quæso? nũ ꝓpterea doctrinæ sermo impeditus? * Sobrius auditor etiã pransus, spirituali conuẽtu dignus est. Itaq; sicut supinus & deses, etiamsi ieiunus permaneat, nihil inde vtilitatis capiet. Et hæc dico, non vt ieiunij rigorem soluam. Absit, nam multũ laudo probóque ieiunãtes: sed vt doceã, sobrio quodam modo, nõ cõsuetudine ad spiritualia esse accedẽdũ. Nõ em̃ turpe fuerit, eum qui cibum antea accepit, adesse spirituali sermoni: sed ignauo animo adesse, & ab affectionibus vexari, & carnis lasciuias non comprimere. Num comedere malũ? absit: sed gula damnosa est, & impleri plus q̃ satis, & disrumpere ventrem: id quod ipsam etiã quæ ex cibo haberi potest, voluptatẽ offendit. Itaque nihil mali est, vinũ ad mensurã bibere, sed ebrium fieri, & intẽperantia, rationis subuertere iudiciũ. Etenim dilecte, si ob corporis imbecillitatẽ non potes ieiunus diẽ producere, nullus q̃ sapit, propter hoc te arguere poterit. Dominum em̃ habemus mãsuetũ & misericordem, & nihil supra vires nostras à nobis exigẽtem. Neque enim ieiunium & abstinẽtiam simpliciter à nobis exigit: neque hoc ipsum, vt ieiuni solũmodo permaneamus: sed vt à secularibus operibus nos abdicantes, omne nostrum ociũ in spiritualia collocemus. Nã si sobria mẽte vitã nostrã instituerimus, & quicquid ocij datur, in spiritualia impẽderem⁹: & cibos ita sumeremus, vt tãtũ satiaremur quãtum vsus exigit, & vitã omnẽ in bonis operibus dispẽsaremus, iam nullo opus esset ex ieiuniis adiumento. Sed quia negligens est humana natura, & deliciis gaudet, & relaxationes quærit: idcirco misericors pater & dominus hanc ex ieiunio medicinã excogitauit, vt & delicata è medio tollantur, & secularium curam ad spiritualia opera transferamus. Si igitur sunt aliqui præsentes, quos corporis vetat infirmitas ieiunos & impransos permanere: eos hortor vt corporis infirmitatẽ curẽt, & spirituali hac doctrina non solũ non priuentur, sed & prãsi plus exhibeant studij. Sunt em̃ sunt ꝓfectò viæ, quib⁹ fiduciæ ad deũ ianuæ aperiri possunt multo maiores q̃ ciborũ abstinentia. Igitur qui cibũ accipit, & ieiunare non valet, largiorẽ det eleemosynã, feruentior sit in precibus, maiorem habeat alacritatẽ in audiẽdis diuinis eloquiis, in quibus corporis infirmitas nihil obstare potest: inimicis reconcilietur, omne odiũ & vindictæ cupiditatem ex animo effuget. Qui hæc fecerit, verũ ieiunabit ieiuniũ, quod à nobis potissimũ exposcit dominus. Propter hæc em̃ hanc à cibis abstinentiã fieri præcipit, vt refrænãtes carnis lasciuias, eam obedientẽ faciamus, & ad mandata dei implenda sequacẽ. Quòd si ob infirmitatẽ corporis subsidiũ hoc, quod ieiunium præstat nobis, adhibere nolumus, & desidiæ deditiores sumus, maxima nobis ipsis damna afferimus. Nam si ieiuniũ absentibus aliis prædictis operibus nihil nobis ꝓdest, quãto negligentiores erimus si etiã ieiunij pharmacũ nobis defuerit? Proinde scientes hæc oramus vos, qui ieiunare valetis, vt ipsi quantũcunq; possibile, bonã & laudatã hanc vestram intendatis & augeatis promptitudinẽ. Quãto em̃ externus noster homo corrũpitur, tãto internus renouatur. Ieiuniũ enim corpus cõprimit, & lasciuias inordinatas refrænat, animã autẽ clariorem efficit, & sublimem & leuẽ facit. Fratres quoq; nostros, quotquot ob corporis valetudinẽ ieiunare nequeũt, exhortemini ne, ꝓpterea spiritualem hanc mensam relinquant: & ad illos referte quæ à nobis didiceritis, dicentes q̃ mediocritet pransus non indignus sit hoc auditorio, sed deses & dissolutus. Et dicite eis apostolicũ hoc dictũ: Et qui manducat, domino manducat: & qui non manducat, domino non manducat, & gratias agit deo. Igitur qui ieiunat, gratias agat domino, qui vires ei tribuit ad ferendos ieiunij labores: Et qui mãducat, iterũ gratias agat deo, quia nihil ipsum offendere potest, qui min⁹ animæ salutẽ agat, modò velit. Neq; dici potest, quot nobis vias pararit misericors domin⁹, per quas, si volumus, summã fiduciã assequi licet. Hæc propter absentes dixisse contenti simus, vt tollatur eis confusionis occasio: & sciatur, quòd nõ oportet propter hoc confundi. Neque enim comedisse, confusionem nobis affert, sed mali quidpiã egisse. Peccatum magna confusio

1. Tim. 4. a.

Act. 20. b.

* ὁ νήφων. sobri⁹, attẽtus, vigilans.

Rom. 14. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

confusio est:si hoc admittimus, non solũ erubescere A debemus,sed & nos occultare, & miseros dicere nos ipsos nõ minus quã qui offenderunt:imò neque tunc despondere animũ, sed ad confessionẽ & gratitudinẽ festinare debemus.Is em̃ est dominus noster, vt nihil aliud requirat admisso peccato,si quãdo per ignauiã delinquimus,q̃ vt errata confiteamur, nec vltrà progrediamur,nec in eadẽ recidamus. Cæterùm quũ cibo nostræ mensurę congruo vtimur,non opus vt erubescamus.Nam dominus nos tali corpori cõiunctos esse voluit, quod alioqui consistere nequit, nisi cibo pascatur, tantũ intẽperantia ne admittatur: id quod nobis ad sanitatẽ,& corporis bonã habitudinem plurimũ cõducit.An non videtis quotidie,ex sumptuosis mẽsis,& immodica ingluuie infinita morborũ genera induci?Vnde podagræ?vnde capitis dolores? vnde corruptorũ humorũ abundantia? Vnde innumeri alij morbi?nónne ab intẽperantia,& largiore vini ingurgitatione q̃ oportet? Nã sicut nauis,quæ aquis ita impletur,vt exhauriri nequeat,statim submergitur:ita & homo quando crapulæ & ebrietati seipsum exponit, in præceps vadit, & rationẽ suã submergit: denique iacet quasi viuũ cadauer, ad mala quidem operanda sæpe potẽs,ad bona autem omnia nihil se melius habens q̃ mortui.Idcirco obsecro,vt secũdũ beatũ Pau-
Rom.13.d lum, carnis curam ne agatis ad concupiscentias, sed vt possitis subsistere, & maiori alacritate rebus spiritualibus operã dare.Hæc omnia fratribus vestris dicite, & persuadete,ne vnquã spirituali hoc alimẽto se priuent:sed & si pransi sint,veniant omni cum alacritate:vt accepta hic spirituali doctrina, diabolicis insidiis fortiter resistere possint.Cæterùm vobis consuetam spiritualẽ mensam nos apponemus,charitatis ve- C stræ in audiendis diuinis studiũ sic remuneraturi, & debitũ quod promisimus exoluturi. Scitis enim omnino,& meministis,q̃ de hominis formatione dicere cœpimus,& angustia tẽporis præpediti,lectionẽ totã perficere non valentes, in doctrina de ferarũ vtilitate finem fecimus: ostendendo q̃ homo propter inobedientiã à principatu quẽ prius super eas habebat, exciderit. Vnde hodie quod reliquũ est, absoluemus, atq; ita hinc vos dimittemus.Et vt manifestior sermo noster sit,operæpreciũ meminisse,vbi tũc missum fecerimus sermonem:vt inde facto initio, quæ reliqua sunt impleamus.Vbi igitur missum fecimus? Vbi diximus de illis verbis,Faciamus hominẽ secũdũ imaginẽ nostrã,& secundũ similitudinem,& dominentur piscibus maris, & volucribus cœli. Quia tunc sermo ꝓlixior fuit,& natũ est nobis pelagus quoddã senten- D tiarũ,nec cõcessum vt vlterius ꝓgrederemur,sed subsistendũ ibi erat, & sic sequentia non attigimus. Vnde nunc necessariũ,vt charitati vestræ quę sequuntur, legãtur: vt scire possitis quænã † vobis dicturi simus.]
†sint ea quæ sum⁹ inuicturi. Statim igitur diuina scriptura subdit: *Et fecit deus hominem, secundum imaginẽ dei fecit illud. Masculũ & fœminã fecit illos. Et benedixit illis deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & implete terram, & dominemini ei: & dominemini piscibus maris, & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus, &*
†Spiritus omni terræ, & omnibus reptilibus repẽtibus super terrã. Breuia sunt verba,sed magnus recõditus thesaurus in tã
† vt hoc schemate formandi hominis] breuibus verbis. † Spiritu em̃ loquens beatus hic propheta,nũc nos arcana quædã docere vult. Nam postquã dixit,Faciamus hominẽ,& cõsiliũ, & vt ita dicã, studiũ adhibuit omniũ opifex,†vt ipsa formãdi figura hominis]dignitatem ostenderet, & ante formationẽ etiã doceret,quantũ principatũ formãdo homini daturus esset. Itaq; vt dixit, Faciamus hominẽ secundũ imaginem nostrã, & secundũ similitudinẽ : subdidit; Et dominentur piscibus maris. Vide quomodo statim ab initio latentem nobis thesaurum demonstrat. Spiritu em̃ loquens ꝓpheta, & quæ nondũ subsistebant,quasi subsistentia & facta videt. Quare ergo,die obsecro,vt dixit,Faciamus hominẽ:nũc dicit, Et dominentur? Occultũ nobis sacramentũ hic iam consequenter declarat,Qui dominentur:mulieris videlicet innuens formationẽ hoc dixit. Vides quomodo nihil est in diuinis literis temerè & absque causa positũ: etiam verbũ quod fortuitũ videri posset, magnũ thesaurum in se latentem continet. Et ne mireris quod dictum est.Mos em̃ hic est prophetarum omnium,de nondũ factis vt de factis loqui: quia mentalibus oculis videbant, quæ post multorũ annorũ curricula erãt B futura:& idcirco quasi nunc ob oculos posita spectarent,ita narrabant. Et quò manifestè hoc scias, audi beatũ Dauid dicentẽ,& ante tot secula vaticinantem de cruce Christi,& clamãtẽ : Foderunt manus meas, *ꝑsal.21.d* & pedes meos.Et iterũ: Diuiserunt vestimẽta mea si- *ibid.* bi. Vides quomodo post longũ tempus futura, quasi iam facta prædixit?Sic & beatus ille propheta iam insinuãs nobis mulieris formationẽ, ænigmaticè & obscurè dicit,Et dominentur piscibus maris.Et progressus vltrà manifestius inquit: *Et fecit deus hominem, secundũ imaginẽ dei fecit illum, masculũ & fœminam fecit illos.* Animaduerte quanta vsus est diligentia, semel atque iterũ idem dicens, vt in mentibus auditorũ bene reponi possint quæ dicuntur. Non nisi hoc ei curæ fuisset,sufficiebat dicere,Et fecit deus hominẽ : sed iterũ apponit,Secundũ imaginẽ dei fecit illũ. Postquã em̃ nos docuit per præcedentia, quid sit secundũ imaginem:denuò ea de causa hic eundẽ repetit sermonem, & dicit:Secundũ imaginẽ dei fecit eum. Et vt ne impudentẽ quidem defensionis prætextũ relinquat ecclesiæ dogmata impugnare volentibus, paululũ progressus idem iterum docet, q̃ ideo imaginis nomine vsus sit,quòd imperaturus, & sub se creaturas omnes habiturus esset. Iam videamus quid dicit: Et fecit deus hominem:secundũ imaginem dei fecit illũ,masculum & fœminã fecit illos. Id quod suprà insinuauerat dicens, Et dominentur : hic manifestius dixit, idipsum tamẽ recõditori modo nos docens.Nondũ em̃ de formatione docuerat,neque dixerat vnde mulier producta. Masculũ, inquit,& fœminã fecit illos. Vidisti quomodo,quod nondũ factũ,quasi iam factũ narrauit?Tantũ valent oculi spirituales. Neque tantũ prẽstare possunt corporales illi oculi qui visibilia cernunt,quantũ oculi spiritus,qui ea quæ non videntur neque subsistunt,videre possunt. Igitur vt dixit, Masculum & fœminã fecit illos: quasi vtriq; benedictionẽ daret,dicit:Et benedixit illis deus,dicẽs: Crescite, & mutiplicamini,& implete terrã:& dominemini illi, & imperate piscibus maris. Ecce quàm eminens benedictio. Nã hoc, Crescite & multiplicamini, & implete terrã: etiã de brutis animalibus,&reptilibus dictũ est.sed Dominemini & imperate:de viro & mulierẽ dictũ.Vide misericordiã domini. Antequã mulierẽ producat,participẽ illã facit imperij, & benedictionis honore dignatur.Et imperate,ait, piscib⁹ maris, & volatilibus cœli, & omnibus pecoribus, & vniuersæ terræ : & omnibus reptilibus quæ repũt super terram. Vidisti inenarrabilẽ potestatem? Vidisti principatus

principatus magnitudinẽ?Vidisti condita omnia sub A les,sed & pernicios as:& arbores non solum fructuohuius potestatẽ redacta? Nihil posthac mediocre de rationali hoc animãte imagineris, sed cogita honoris magnitudinẽ,& domini erga illud beneuolentiã, obstupescens illius immensam & indicibilẽ misericordiam. *Et dixit deus: Ecce dedi vobis omnem herbam satiuã, afferentẽ semen, quod est super terrã: & omne lignũ quod habet in seipso fructũ seminis satiui, vobis erit in cibũ, & omnibus feris terræ, & omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in seipso animã vitæ, & omnẽ herbã viridẽ in cibũ. Et factũ est sic.* Vide obsecro charissime, verborũ diligentiã, & ineffabilẽ dei misericordiã, & ne quid dictorũ simpliciter prętereas.Et dixit,inquit, deus: Ecce dedi vobis omnẽ herbã satiuam : quasi ad duos sermo fit,quãuis nondũ muliere producta. Deinde vt discas excellentẽ eius bonitatẽ, vide quomodo eminentẽ bonitatem,& mirã liberalitatem non in B viro & muliere nondũ formata solũ declaret,sed & in ipsis brutis.Nam vt dixit,Vobis erit in cibũ:subdidit, Et omnibus bestiis terræ. Vide iterũ aliam abyssum misericordiæ,nõ solũ brutis domesticis,& nostro vsui seruientibus,vel pascendo,vel ministrando, sed & feris prospexit.Et quis pro dignitate attigerit immensam illã bonitatẽ?Vobis erit in cibũ, inquit, & omnibus bestiis terræ,& omnibus volatilibus cœli, & omni reptili repenti super terrã,quod habet in semetipso animã vitæ,& omnẽ herbã viridẽ in cibum. Magna domini erga hominem, quem condidit, ostenditur cura. Nã postquã ipsum produxit, & omne ei dominium creaturæ tradidit: vt ne statim ab initio iumentorũ multitudinẽ videns, stomachari possit, quasi nõ sufficeret ad alenda tot & tanta animalia:priusquã de hoc cogitaret,bonus deus prærueniendo demulcet eũ (vt ita dicã) & ostendit q̃ tam ipse q̃ iumenta & bruta omnia,præcepto domini omnẽ copiã terra suppeditante sit habiturus. Nã postquã dixit, Erit vobis in cibum : mox subiunxit, Et omnibus bestiis terræ, & volatilib⁹ cœli,& omni reptili repenti super terram, quod habet in semetipso animam vitæ, & omnẽ herbam viridẽ in cibum. Et factum est ita. Omnia quæcunq; imperauit cõditor,inquit, opere perfecta sunt, & omnia in congruo ordine sunt cõstituta,propterea statim subdit:Et vidit deus omnia quæcunque fecit, & ecce bona valde. Quis pro dignitate laudarit diuinæ scripturæ diligentiam?Ecce em̃ & hic verbo vno dicens:Et vidit deus omnia quæcunque fecit, linguã omnium contradicere conantiũ cõpescuit. Et vidit deus, inquit, quæcunq; fecit,& erãt valde bona. Et factũ est vesperũ,& factũ est mane dies sextus. Quo- D niam de vnaquaque creatura dicebat : Et vidit deus quoniã bonũ:nunc quando omnia completa sunt, & diei sexti opera finẽ acceperũt:& qui creaturis omnibus fruiturus erat,productus est, inquit: Et vidit deus omnia quæcũque fecit,& ecce valde bona.Cõsidera quomodo creaturas omnes verbo,omnia,simul com-
Per hãc dictionẽ omnia, omnes creaturas complectitur. plexus,omnes simul magna laude prosequutus est. Neq; enim vt dixit omnia,cõtentus fuit eo verbo:sed subdidit,Quæcunque fecit.Et neque hęc tantũ dixit: sed,Et ecce bona,& valde bona.Igitur cùm deus,qui res ex nihilo vt essent ꝓduxit, eas bonas & valde bonas dicit: quis tam insanus,vt vel os aperire, & cõtradicere dei verbis audeat? Quoniã em̃ in visibilib⁹ nõ solũ lumen condidit, sed & tenebras aduersas luci:& non solũ diem,sed & noctẽ contrariam diei : & in seminibus quæ ex terra nascuntur, non solũ herbas vti-

les,sed & pernicios as:& arbores non solum fructuosas,sed & infructuosas:& animalia non solũ mãsueta, sed & syluestria & truculenta:& in his quę aquæ produxerunt,non solũ pisces,sed & cete,& alias marinas beluas.Et terra non solũ habitabilis est, sed & inhabitabilis. Et non solũ planities sunt & cãpi, sed etiam montes & colles.Et inter aues,non solũ domesticę & altiles,sed & feræ,†nullũq; commodũ per se afferen- † *& immundæ* tes,]& milui & vultures,& aliæ quędã. Prẽterea in his quę terra ꝓfert,nõ sunt tantũ mãsueta & innoxia ãnimalia:sed & serpẽtes & viperæ & dracones & leones & pardi. Quin & in aëre nõ solũ pluuię & venti vtiles, sed & grãdines & niues. Et si quis singula pertractare vellet,multa in vnaquaq; creaturarũ inueniet,quæ nõ solũ non vtilia,sed & nociua existimentur. Et ideo vt nulli posthac liceat ob creaturas accusare conditorẽ, & dicere,Quare hoc & hoc? ad quid istud? hoc bene factum est,hoc non bene : sacra scriptura omnes ingrate obloqui,vt ita dicã,tentantes cõpescitura,sexto die absolutis creaturis omnibus,inquit: Et vidit deus omnia quęcũque fecit,& ecce valde bona.Quid igitur,obsecro,par fuerit tã fidelibus testimoniis?cui iustius fides habenda,q̃ conditori, qui ipse calculũ suũ affert,& dicit, Omnia quęcunq; facta sunt,bona sunt, & valde bona? Quocirca cùm videris aliquẽ qui suis rationibus motus, obloqui diuinæ scripturæ audet, eũ quasi insanũ auersare: imò ne auerseris, sed misertus ignorantiæ eius,cita quod ait diuina scriptura, & dic : Vidit deus omnia quæcunq; fecit,& dixit, Ecce valde bona. Fortassis indomitã illius linguam continere poteris.Nã si in humanis reb⁹ cùm videmus viris grauibus ea quæ fiunt probari, calculo illorũ non C obsistimus, sed adstipulamur,& illorũ sententiã proprio iudicio & operi præferimus:quanto magis in his visibilibus quæ à deo omniũ opifice facta sunt, hoc fieri oportet,præsertim cùm ab ipsomet suam de his acceperimus sententiã ? Proinde sopiantur rationes nostræ,& nihil illi vltrà præferatur:idoneis autem & crebris argumentis persuasum sit, q̃ omnia ratione quadã & misericordia ab eo producta sint,& in summa nihil temerè & absq; causa factum. Verùm licet nos,ob nostræ rationis imbecillitatẽ, ignoremus factorum causam: ipse tamen iuxta suã sapientiã & potentissimã misericordiã omnia produxit. Et factũ est, inquit vesperũ,& factũ est mane,dies sextus.Fini diei sextæ etiã finem formandi creaturas addidit, & propter hoc subdit & dicit, *Et perfecta sunt cœlum & terra,* *Cap.2.* *& omnis ornatus eorum.* Considera q̃ nihil sit superfluũ, nihilq; nõ amabile in diuinis literis. Postquã elemẽtorum cuncta complectentiũ meminit,non vltrà particulatim cõmemorat,sed vt dixit:Perfecta sunt cœlũ & terra, inquit, & omnis ornatus eorũ. Quo significat omnia & quæ in cœlo, & quæ in terra. Ornatus enim terræ sunt ea quæ ab illa proferuntur,vt herbarum germina,fructuũ prouentus,arborũ fructus,aliáque omnia quib⁹ illã deus ornauit: ornatus autẽ cœli,sol,luna,stellarũ varietas,creaturæq; omnes intermediæ. Et idcirco sacra scriptura cœlum terrámque commemorans, omne dei opificium per hæc elemẽta complectitur.Et perfecit,inquit, deus die sexto opera sua quæ fecit. Considera quomodo semel & iterũ idem dicit,vt discamus q̃ intra sextũ diem absoluta sunt omnia. *Et perfecit,* inquit, *die sexto opera sua quæ fecit. Et requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecit.* Quid est quod dicit,Requieuit deus die

septimo

Universidad de Deusto Biblioteca

septimo ab operibus suis quæ fecit? Vide quomodo humano more, & quadã attẽperatione ad nostrã imbecillitatẽ, diuina scriptura loquitur: alioqui nisi hac ratione vsa fuisset, nõ possibile erat vt aliquid dictorũ suorũ intelligeremus. Et requieuit, inquit, deus die septimo ab omnib⁹ operibus suis, quæ fecit. Quasi diceret, Substitit, & cessauit à formãdis ꝓducẽdisq; ex nihilo rebus vt essent. Omnia eñ quæcunq; oportebat, produxerat: & eũ qui his fruiturus erat, formauerat. *Et, benedixit*, inquit, *deus diem septimũ, & sanctificauit illũ, quia in illo requieuit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat deus facere.* Nã postquã substitit opifex, & omnia quęcũque voluit, secundũ misericordiã suã produxit in medium suo præcepto, tunc finẽ formandi fecit die sexto. Nihil eñ aliud die septimo producere voluit, eo ꝙ omnia quæ facere voluerat, iam perfecta erant. Et vt habeat etiã dies ille prærogatiuã aliquam, & ne videatur minus aliquid habere, eo ꝙ nihil in eo factũ sit, benedictiõe ipsũ dignat⁹ est. Et benedixit, inquit, deus diẽ septimũ, & sanctificauit illũ. Quid igitur? nõ erant & cæteri dies benedicti? Etiã profectò, sed sufficiebat illis pro omni benedictione, ꝙ in singulis illis creaturæ productæ fuerunt. Et ideo de illis non inquit, Et benedixit: in solo autẽ septimo hoc dixit, & apposuit: Et sanctificauit illũ. Quid est, & sanctificauit illũ? ab aliis illum segregauit. Deinde docens nos diuina scriptura causam propter quã dixit, Et sanctificauit illũ: adiicit, eo ꝙ in illo requieuerat ab omnibus operibus suis, quæ cœperat deus facere. Iam hinc ab initio doctrinã hanc nobis insinuat deus, erudiens in circulo hebdomadis diem vnũ integrũ segregãdum, & reponendũ in spiritualẽ operationem. Quippe ob hoc domin⁹ cõpleto in sex diebus opificio suo, septimum benedictione dignatus est & sanctificauit, eo ꝙ in illo quieuerat ab omnibus operibus suis quæ facere cœperat. Verùm hic iterum video immensum nobis*sententiarum pelagus nasci, quod simpliciter pręterire nolim, quin & vos harũ spiritualiũ merciũ participes fieri cupio. Quæ igitur illa est, quę hinc existit quæstio, diuina scriptura hic dicente, quòd deus requieuit ab operibus suis, in euangeliis Christus inquit, Pater meus vsque nunc operatur, & ego operor. nõ vidẽtur tibi ex verborũ prolatione hæc dicta esse contraria? sed absit. Nihil contrariũ in sacris scripturis continetur. Nã hic quidẽ cùm scriptura dicit quòd requieuit deus ab operibus suis: docet nos ꝙ à formando, & ex nihil res vt essent producendo, requieuerit die sexto: Christus autẽ dicens, Pater meus vsq; hodie operatur, & ego operor: continentem suã prouidentiam nobis declarat, & operationem vocat cõseruationẽ factorũ, quibus largitur vt permaneãt † dũ totũ gubernat mundũ.] Nisi eñ hoc esset, quomodo vniuersum subsisteret ac duraret, non gubernante & dirigente superna manu cùm visibilia hæc omnia, tũ humanũ hoc genus? Et si quis voluerit prudenter & speciatim inspicere omnia, quæ quotidie in nostrum beneficium ab omnium opifice perficiũtur, abyssum inueniet misericordiæ. Quis enim sermo, quæ mens ad indicibilẽ hanc bonitatẽ pertingere poterit, quã humano generi perpetuò ostendit: oriri faciens solẽ suum super malos & bonos, & pluens super iustos & iniustos, omnẽq; aliã copiã suppeditans? Fortè prolixius ꝗ oportebat, sermonẽ produximus: verùm hoc non absque ratione neque temerè factum est: sed vt absentes ex vobis discant, quantũ sibimetipsis damni

** νοημάτων. i. sententiarũ, cogitationũ, intellectuũ, sensuum.*

Ioan. 5. c.

† dũ ea perpetuo gubernat] interpres pro χρόνον legisse videtur κόσμον.

Matt. 5. g

fecerint, ob corporalem cibũ semetipsos à spirituali cibo subducentes. Cæterùm ne valde contristentur, fraterna illos beneuolentia prosequamini, recensentes his quæ à nobis dicta sunt. Hoc eñ germanę charitatis argumentũ. Nam si inter magna charitatis indicia habẽt, qui ita de sensibilibus eduliis hoc faciũt: multo magis in spiritualibus hoc agendo, magnã nobis laudẽ paramus, reditque ad nosipsos vtilitas. Nã cuius studium est docere proximũ, is non tam illi benefacit, quàm sibiipsi magnam mercedẽ parat, dupliciq; augetur lucro, dũ maiorẽ à deo retributionẽ assequitur, & dũ fratrẽ docere aggreditur, docendo interim sibiipsi memoriã eorũ quæ audiuit renouat. Igitur cogitantes tantũ lucrũ vestrũ, ne inuideatis fratribus vestris, sed à vobis discant quæ nunc à nobis dicuntur. † Vt autẽ plenius doceantur,] ducite illos ad nos, persuadentes ipsis, ꝙ nihil obest spirituali mẽsæ si præcedat corporalis cibi sumptio: sed haberi debet omne tẽpus spirituali sermoni idoneũ. Hæc si rectẽ tenemus, poterimus & domi versantes, ante & post conuiuiũ acceptis in manibus diuinis libris, vtilitatẽ inde capere, & spiritualem cibum animæ præbere. Nam sicut corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualiũ ciborũ refocillatione: vt roborata aduersus carnis insultus, & continuũ bellum quo vrgemur, resistere possit, quòd periculũ sit ne in seruitutẽ redigatur anima, si vel parũ desides esse voluerimus. Proinde ꝓpheta Dauid beatũ illũ dixit qui in lege domini meditatur die ac nocte. Et beatus Moses Iudaici populi doctor dicit, Cùm comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto domini dei tui. Vide quomodo & tunc potissimũ congruit, post sumptum corporalẽ cibum, spirituale conuiuiũ proponi: vt non post satietatẽ cibi corporalis, anima torpere & deses fieri incipiens, in perniciẽ aliquã ruat, & locũ det diaboli machinationibus, qui nullo nõ tẽpore obseruat nũ ferire cõmodè queat. Et iterũ alio loco dicebat idem ille propheta, In lecto cubantes & exurgentes mementote domini dei vestri. Vidisti ꝙ nunquã vos deceat hanc memoriã ex anima vestra excludere, sed insculptã in conscientia habere, ac in perpetuo certamine viuere, nullásq; vnquã admittere inducias: imò vt bene scientes, quãtus sit furor inimici nostri erga nos, sobrios esse & vigilare, & omnes illius insidias impedire, & nunquã spiritualẽ negligere alimoniam? Hæc nostra salus est, hæ spirituales diuitiæ, hæc securitas, si sic nos ipsos quotidie munimus & per lectionẽ, & per auditũ, & per spirituale verbum. Poterimus enim sic etiã ipsi inuicti fieri, & maligni dæmonis technas eludere, cœlestiáque regna assequi, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† ne autẽ posthac vestro beneficio obnoxij hac discãt.

Psal. 1. a.

Deut. 8. b

Quòd oporteat mediocritatem seruare, & virtutem magnifacere, sanctósque imitari: qui cùm eiusdem cuius nos naturæ essent, eam exactè præstiterunt. Et quòd si segnes fuerimus, nullam excusationem habeamus.

Homilia XI.

Scio quòd superioribus diebus mentem vestram grauioribus sententiis intenderim, & exercuerim, eam ob rem hodie animus est faciliorẽ proponere doctrinam. Nam sicut corpus ieiunio emaceratum, nonnulla indiget refocillatione, vt rursum vigescenti alacritate ad ferendos ieiunij labores redeat: ita & anima vestra remissione indiget & quiete.

& quiete. Neque eñ semper intẽdere, neque semper remittere oportet: sed nunc hoc nunc illud faciendũ ad regendũ animæ statum, & domandã carnis petulantiã. Nã sicut semper intentũ esse laboribus dolorẽ affert, & succũbere facit: ita subinde remittere, ad ignauiã inducit. Id quod & in anima & in corpore vsu euenire, videre quis potest. Propterea modus vbique bonus est. Quod erudiẽs nos omniũ deus, † & ꝑ creaturas suas nostrã harmoniã temperauit.] Discere hoc licet à die & nocte, hoc est à luce & tenebris. Quãdoquidẽ diẽ segregauit in opus humanæ naturæ, & noctẽ in requiẽ & remissionẽ laborũ: mẽsurásq; & terminos vtrisq; præfixit, vnde nobis beneficia quædam prouenirent. Nam & lux, diurnę operationis est tempus, de quo audi Dauid dicentẽ: Egredietur homo ad opus suũ, & ad operationẽ suã vsq; ad vesperã. Et bene inquit vsq; ad vesperã: nam inurgẽte vespere lux abscedit, & succedẽtes tenebræ humanã naturam sopiunt, & corpus quod laborauerat, quiescere faciunt, ac sensus omnes remittunt: & quasi nutrix optima, sensoriis omnibus quietẽ à laboribus fatigationibúsque concedũt. Cùm verò mẽsura noctis impleta fuerit, appropiãs lucis aduẽtus excitat, & facit vt reuigescentes subtilioresq; facti sensibus, ad solis radios feruenti & iuuenili quadã prõptitudine cõsueta aggrediantur opera. Illud etiã in anni versionibus & partibus fieri cernimus. Hyemẽ eñ excipit ver, & exactæ æstati succedit autumnus: vt per vicissitudinẽ tẽporũ & mutati aëris, quiescẽtia corpora nostra neq; frigore nimiũ cõgelata corrũpantur, neq; caloris vehemẽtia nimiũ calefacta dissoluãtur: & vt ad hoc nos præparet, hyemi præmittit autumnũ, & æstati ver. Quòd si quis prudenter hæc omnia secũ expẽderit, inueniet in omnibus creaturis ordinẽ & rationẽ quandã, & nihil temerè & absque ratione factũ. Hoc & in seminibus, quę ex terra nascuntur, quis videre potest. Neque eñ oĩa eodẽ tẽpore tellus profert, neq; omne tẽpus ad excolẽda terrę germina idoneũ est. Nouit agricola congruũ tempus, quod à sapientia à deo data habet, quando serendum, quando plantandæ arbores, quãdo vites terræ finibus cõcredendæ, quãdo ad messem acuendæ falces, quãdo decerpẽdi vinearũ fructus, & botri demẽdi, quando & oliuarũ baccæ colligendæ. Et inuenies, si hæc omnia diligenter volueris inquirere, magna sapiẽtia etiã agricolas esse præditos. Iam non solum in terra hoc videre licet, sed etiã in mari. Ecce & hic aliam admirabilẽ sapiẽtiam spectare potes. Scit eñ nauclerus, quando è naualibus deducẽda sit nauis, quando à littore soluenda, quando transeunda maria. Et maximè in nautis deprehenditur intellectus, quem diuina sapientia humanæ naturæ indidit. Neq; eñ qui per vias publicas currũt, ita diuerticula sciunt, vt hi qui in aquis certum iter faciunt. Propter hoc & scriptura obstupescens eminentẽ sapientiã dei, dicit: Qui dedit in mari viam, & in aquis magnis semitam. Quæ humana ratio potest hæc pernoscere? Eãdẽ rationẽ inueniet quispiã etiã in cibis, quos accipimus: nã singulis tẽporibus & anni partibus varia & diuersa nobis alimẽta dominus largitur. Terra enim quasi optima nutrix dona sua nobis profert, præcepto dominico seruiẽs. Verùm ne prolixius sermonem extendam, licebit vobis pro vestra prudentia recensere alia omnia. Da enim, inquit, sapienti occasionem, & sapientior erit. Neque in nostris duntaxat cibis hoc videtur, sed & in his quæ brutorum

† Docet etiam per creaturas, quas ad nostri constitutionem produxit]

Psa. 103. c

Sap. 14. a.

Prou. 9. b.

sunt. Et potestis, si vultis, etiam in multis aliis inquirere, & addiscere optimi artificis dei indicibilem sapientiam, & eminentẽ bonitatẽ, quomodo creaturæ singulæ ratione quadã conditæ sunt. Similiter igitur & in hac sacra quadragesima constitutum nobis inueniemus. Nam quemadmodũ in viis publicis sunt stationes & diuerticula, in quibus fessi viatores & respirant & quiescũt, vt alacrius postea iter suum conficiant: & sicut in mari littora sunt, & portus, vt in eos è iactatione se recipiant nauigantes, & expectẽt donec ventorum impetus conquiescant, & sic iterum nauigare incipiãt: ita & nunc his qui in hac quadragesima ieiunij cursum suscepere, quasi stationes & diuerticula, & littora & portus, *per duos hebdomadę dies dominus quietem largitus est, vt & corpori aliquantulũ ieiunij labores remittantur, & animã refocillent ieiunantes, & exactis duob⁹ illis dieb⁹ in pulchre cœpto itinere alacriter pergant. Age igitur, quia hodie remissionis dies est, obsecramus vestrã charitatẽ, vt magna diligentia lucrũ ex ieiunio collectũ custodiatis: & sumpta parumper respiratione, mox iterũ priora nouis incrementis prouehite, & sic paulatim ad maiorẽ negociationẽ instructi, in dominicũ diẽ occurrite, & spiritualẽ vestrã nauim in portum sanctæ festiuitatis adducite. Nam sicut omnia quę à domino sunt facta, (sicut & sermo testabatur, & res ipsa indicat) ratione & sapientia quadã facta sunt, vsum necessariũ exhibentia: ita & quæ à nobis fiunt, decet ne absq; causa & frustra fiant, sed in vtilitatẽ & lucrũ nostræ salutis. Quippe quũ secularibus negotiis dediti, adduci nequeũt vt rem aliquã incipiant, nisi prius aliquid lucri suboleat: multo magis iustũ est vt nos hoc faciamus. Et ne ita simpliciter ieiuniorũ hebdomadæ prætereant, scrutemur suã quiq; conscientiã, & rationẽ examinemus, & cõsideremus quídnã in hac hebdomada probè actũ sit, quid in alia, & quale augmentũ fecerimus ad sequentẽ, quas in nobis affectiones correxerimus. Quòd si non vitã nostram instituerimus magnã animæ nostrę curã habentes, nihil nobis vsui erit ieiunium, vel inedia quam toleramus, præsertim si cõperti fuerimus inferiores his qui tãtum studiũ colligendis opibus impendũt. Nullũ eñ horũ inuenies qui vel nõ sũma vigilãtia laboret quò priorib⁹ quotidie aliquid adiiciat, vel vnquã satietur: sed quãto facultatũ maior est accessio, tãto & curã & studiũ suum amplius intendit. Quòd si vbi studiũ est inutile, & diuitiæ nonnunquã magnam salutis animæ iacturã faciũt, tanta vigilantia res aguntur: quomodo nõ multo magis istud est faciendũ vbi diligentiæ multa respondet vtilitas, ineffabilísq; merces, ac lucrũ immẽsum? & præter hæc magna illic est formido, & instabilis opũ possessio: non solum ꝙ imminente morte, ipsæ hic manentes, nullã eis qui illas collegere, vtilitatem conferunt: sed etiã ꝙ manẽtibus hìc pecuniis, magna seueritate cogentur de ipsis alibi rationẽ reddere: quãuis sæpe & ante mortẽ post multos labores, & sudores, & ærumnas, quasi procella quadam ingruente negociorum difficultate, repentè qui plurimas possidebat diuitias, pauperrimis factus est pauperior: qualia singulis diebus videre cõtingit. Atqui in spirituali negociatione nihil tale formidatũ est vnquam: stabilis enim & immota manet. Talibus enim bonis † & hic multum egemus, & alibi] adiuuamur plurimum. Igitur dum tempus habemus, obsecro, vel saltem id studij impendamus spiritualibus, mercibus conquirendis,

** die dominico et sabbato veteres nõ ieiunabãt, vt habetur in apost. cano. 64.*

† & vbi multũ egem⁹, ibi]

Universidad de Deusto Biblioteca

conquirendis,quod alij in perituras collocãt.Nec ab hac ſolicitudine ceſſemus,ſi rectè quid actũ fuerit:vel ſi aliquã affectionũ nobis moleſtarũ magna vigilantia expugnauerimus,vt conſcientię digna certitudine habita,multiplicis voluptatis fructũ percipiamꝰ.Neq; enim hoc ſolum quæritur, vt huc quotidie conueniamus,& de iiſdẽ cõtinuò audiamus, & totã quadrageſimam ieiunemus . Quandoquidẽ ſi nihil ex hac cõgregatione,& admonitione, & ieiunij tẽpore lucraturi eſſemus:tunc non ſolũ nihil vtilitatis afferrent hæc, ſed & maioris cõdemnationis occaſio fierent : ſi quidem tãta tractati diligentia iidẽ permanemus,& neq; iracundus fit mitis,neque indignabundus, mãſuetus: neque inuidens,amicus : neq; inſania in diuitias correptus,deſiſtit ab affectionibus , & eleemoſynis diſptiendis, & alendis pauperibus vacat:neq; intẽperãs, caſtus:neque vanæ gloriæ ſtudioſus,illã contemnere, & verã gloriã deſiderare diſcit,neq; charitatis in proximum negligens,ſeipſum excitans dat operã,vt non ſolum non minor ſit publicanis(nã ſi diligitis eos qui

Matt.5.

vos diligũt,inquit,quid ampliꝰ facitis?nónne & publicani hoc faciunt?)ſed & vt ſeipſum doceat & inimicos humaniter aſpicere , & magna charitate fouere. Quòd ſi affectionibus illis,& aliis quæ in nobis ſubnaſcuntur mala,ſuperiores non fuerimus, licet quotidie hic conueniamus , & cõtinuò doceamur,& tantũ à ieiunio adminiculũ habeamus,qualis erit venia?qualis defenſio?Dic mihi obſecro , ſi puerũ tuũ quotidie videas in ludum ire,& nihil lucri facientẽ multo tempore,patientérne ferres? Nónne & puerũ verberares, & magiſtrum argueres:& deinde diſcens ꝙ magiſter omne ſuũ officiũ feciſſet, & planè intermiſiſſet nihil, pueri autem ignauia cauſa ſit omniũ:nónne indignationem omnẽ in puerũ transferres,non iam accuſans magiſtrũ? Idipſum & hic iuſtè fieret. Nos enim quia gratia diuina huic loco deſtinati ſumus , quaſi † ſpirituales filios in haſce ſcholas vos quotidie vocamus,

†chariſſimos.

ſalutarem vobis doctrinam proponentes:& non quas ex noſtra mẽte excogitauimus,ſed eas quę à dño per diuinas ſcripturas nobis donatę ſunt,doctrinas in medium afferimꝰ, illáſq; vobis inculcamus.Si ergo cùm nos vigilanter omnem adhibemus diligentiã,& quotidie in viã veritatis ducimus, vos in iiſdem perſeueratis malis:cogitate quãtus & noſter ſit dolor,& quãta veſtra cõdemnatio,ne quid dicam acerbius.Quanuis enim nos crimini non ſimus obnoxij,vt qui nihil prætermittimus quod ad veſtrã pertineat ædificationem:tamẽ quia veſtræ ſalutis curã gerimus, ideo non poſſumus non grauiter ferre veſtrã ignauiã. Quia & doctor cùm videt diſcipulum,nullũ ſtudio ſuo fructũ facere, non vulgariter dolet & gemit,videns ſe omnẽ laborẽ perdere.Hæc nunc dico,nõ vt charitatem veſtram contriſtẽ,ſed vt excitẽ & inſtruã,non ſimpliciter ieiuniis corpus caſtigare,neque temerè & in vanũ dies quadrageſimæ ſanctæ tranſmittere.Et quid dico dies quadrageſimæ ſanctæ tranſmittere,cùm prorſus nullã nos diem vnquã tranſigere oporteat, ſi poſſibile eſt,per omnẽ vitam noſtram, in qua non lucrũ aliquod ſpirituale in nobis reponamus , vel per preces, vel per cõfeſſionẽ, vel ꝓ eleemoſynas, vel aliqua alia ſpiritualia bona opera? Nam ſi Paulus tantus & talis, qui arcana illa verba audiuit,quæ vſque in hodiernũ diem nullus cognouit,clamabat dicẽs,Quotidie morior per veſtrã gloriationẽ:& docens nos , ꝙ ſic ſeipſum pro pietate periculis expoſuit , ꝙ quotidie morti

1.Cor.15. d.

A vicinus eſſet:& quod natura nõ fert (vni enim morti obnoxij ſumus omnes)hoc ipſe pertinaci ſuo inſtituto agebat,tametſi deus illum quotidie in aliorũ ſalutem conſeruaret.Proinde ſi ille qui tot præclaris operibus excelſus eſt,& quaſi angelus ſuper terram apparebat, quotidie ſtudebat lucrifacere, & pro veritate ſtare in acie contra pericula, & ſibi colligere ſpirituales merces,& ſemper progredi:qualẽ habebimus nos defenſionẽ,qui non ſolum bonis operibus omnibus deſtituti ſumus,ſed & malis grauati, quorũ vnum dũtaxat in ipſum perditionis profundum detrudere nos ſufficeret:nullúmq; præterea ſtudiũ nobis eſt, vt vel ſaltẽ hæc emendemus?Et quũ idem ſæpe non vni flagitio, ſed pluribus eſt obnoxius:nẽpe & iracundus eſt,& intemperans,& auarus,& inuidus,& ferox : & neq; hæc corrigere,neque virtutis opera attingere vult , qualis B poſtea erit ſalutis ſpes?Hæc dico, & dicere non deſinã,vt auditores ſuũ quiq; remediũ accipiãt ex noſtris dictis, & ſtudeant , vt ſtatim ab affectionibus mentẽ turbantibus liberentur , conualeſcentéſque virtutũ ſtudiis poſthac ſe accõmodent.Sicut & in his fieri ſolet,qui corporali morbo laborant:quanuis ſexcenties medicus remedia afferat , valetudinarius verò medicinæ curã reſpuat,& ſæpe ſuccenſeat, ſi medicus imponat pharmacũ , & impatiens doloris illud reiiciat, nulla inde vtilitate ſuſcepta:nemo prudẽs medicũ arguerit,qui ſuũ egit officiũ.Eodẽ modo & hîc nos medicamentũ ex ſpirituali doctrina confectũ imponimus. Veſtrũ autẽ poſthac fuerit ferre dolores, & curã cum vtilitate admittere,vt à morbo liberati , ad verã regrediamini ſanitatẽ.Sic eñ & ipſi magnã percipietis vtilitatẽ,& nos mirũ in modũ refocillabimur,ſi vi- C derimus eos qui prius laborabãt,ſtatim bona frui valetudine.Obſecro igitur omnes vos, vt vnuſquiſque ſi nõ antea,vel certè iam operã det, vt vitiũ quod ſibi magis quàm cætera infeſtũ ſentit , ex anima exſecet, & pia cogitatione quaſi ſpirituali quodã gladio vtẽs, ſeipſum ab eo liberet.Dedit eñ nobis deus rationem quæ ſufficiat & poſſit, ſi velimus parum reſpicere, ad edomanda omnia quę in nobis naſcuntur vitia. Propterea etiam ſanctorũ omniũ vitas & conuerſationẽ in diuinis ſcripturis perſcriptam ſpiritus ſancti gratia reliquit, vt diſcẽtes, ꝙ licet eiuſdem fuerint naturæ, virtutibus tamen ſtuduerunt , ne ſimus nos ignaui & deſides in iis exercendis . An non naturæ noſtræ fuit & beatus Paulus?Flagro enim amore huius viri,& ꝓpterea continuò verſatur ipſe in ore meo: & quaſi in archetypũ aliquod exẽplar ita in illius animã reſpi- D ciens, obſtupeſco in hoc viro mirã affectionũ calcationẽ,fortitudinis excellentiã,amoris in deũ feruorẽ: & arbitror ꝙ vnus homo omnes virtutes cõgregarit, & perfecerit: verùm nos ne vnũ quidem bonũ opus vel mediocre facere volumus.Quid igitur nos eripiet à ſupplicio ineuitabili?Nam cùm eiuſdẽ ille nobiſcũ fuerit naturæ,& iiſdem obnoxius affectionibus , & in tanta temporũ difficultate quotidie,vt ita dicã,trahebatur,lacerabatur,& publicè rapiebãt ab his qui prædicationem oppugnabant,qui & ſæpe ipſum mortuũ exiſtimabant,& quaſi deſtinatam animo cædem perpetraſſent , ipſum relinquebant : inuenitúrne aliquis noſtrum, qui ſic deſides ſumus,& tot peccatis implicitì,tantam virtutum magnitudinem præ ſe ferre?Verùm quanta beatus ille præclara opera fecit , & fortitudinem quam pro religionis prædicatione quotidie declarauit , nõ à noſtra audite lingua , ſed ipſummet

audite

audite dicẽtẽ:Quando enim in eam deuenit neceſſitatẽ,vt propter pſeudapoſtolorũ impoſturas res ſuas enarrare cogeretur(tam graue enim iſtud & moleſtũ ipſi erat , vt excuſaret,& nunquam in mediũ ea afferre vellet: ſed & ſeipſũ audebat vocare blaſphemũ , & perſequutorem.) † Quia autẽ magnũ quid erat ita ab impoſtoribus vituperari, & in os percuti, & diſcipulos interim puſillanimes fieri:]ſic ferè cœpit poſt multa alia dicere: In quocũq; autẽ ſi quis audet, per inſipientiã loquor,audeo & ego. Cõſidera piã animã,nõ ſolũ audet,ſed & inſipientiã rẽ eã vocat: docẽs & nos ne vnquã citra neceſſitatẽ,& nullo vrgẽte, quæ à nobis facta ſunt euulgemus,ſi quidẽ aliqui ex nobis inueniantur qui bonũ aliquod ſunt operati.In quocunque autẽ ſi quis,inquit,audet,per inſipiẽtiam loquor, audeo & ego:hoc eſt,quoniã ego multã video neceſſitatem,audere volo, & inſipiẽtiæ opus declarabo.Hebræi ſunt,ſum & ego:Iſraëlitæ ſunt,ſum & ego:ſemen Abrahæ ſunt,ſum & ego. De hoc, inquit, ſublime ſapiũt & gloriãtur:ne putẽt ea nobis deeſſe,etiã nos eorundem participes ſumus. Deinde ſubiecit: Miniſtri Chriſti ſunt,delirãs loquor,excellẽtius ſum ego. Vide hîc quæſo beatæ huius animæ virtutẽ. Nã poſtquam ſe audacẽ eſſe,& inſipiẽtiã dixit quod à ſe factũ, quãuis in tanta eſſet neceſſitate cõſtitutus,neq; ſic tamen dictis contentus fuit:ſed quũ demõſtraturus eſſet ꝙ illos præcelleret ipſe magno interuallo, vt ne quis eũ putet ob philautiã & ſui ipſius amorẽ hæc dicere, iterum deliriũ vocat quod à ſe dicebatur : quaſi diceret: Nõ ſum neſcius quòd rẽ facio quæ multos offendat, & quæ neq; me deceat:ſed me cõpellit magna neceſſitas, ideo ignoſcite mihi inſipientiæ verba loquenti. Huius vel vmbrã imitemur nos, qui tantis premimur peccatis,& ſæpe ſi parũ quiddã rectè facimus, neque ipſum in promptuario mentis noſtræ repoſitum manere patimur, ſed vt gloriolam aliquã ab hominibus venemur,inuulgamus,& ob intempeſtiuã nugacitatẽ diuina retributione noſmetipſos fraudamus. At nihil tale beato Paulo accidebat.Sed quid?Miniſtri Chriſti ſunt : delirans , inquit, loquor, excellentius ſum ego. Dein adducit in mediũ ea quibus pſeudapoſtoli planè carebãt. Neq; eñ ea habebant hi qui veritatẽ impugnabãt, & prædicationi religionis obſiſtebant : & propter hoc omnia faciebãt , vt mẽtes ſimpliciorum ſubuertere poſſent . Igitur vt dixit, Excellentius ſum ego:enumerat poſtea fortitudinis ſuę pręclara opera, & inquit:In laboribus copioſius, in verberibus ſupra modũ,in mortibꝰ frequẽter. Quid dicis?Eſt hoc rarũ & admirabile , quod à te dicitur : Eſtne poſſibile , vt quis ſæpe moriatur?Etiã,inquit,quãuis nõ mortis experientia,attamen moriẽdi propoſito: docens nos, ꝙ ſubinde ſe illis expoſuerit mortiferis periculis ob prędicationẽ,ſed dei gratia in mediis periculis athletam ſeruarit , quò diſcipulis magis ꝓdeſſet. In mortibus, inquit, frequenter : à Iudæis quinquies quadraginta plagas vna minus accepi,ter virgis cęſus ſui,ſemel fui lapidatus,ter naufragiũ feci,noctẽ ac diẽ in ꝓfundo egi,in itineribus ſæpe, in periculis fluminũ , periculis latronũ,periculis ex genere,periculis ex gentibus,periculis ex falſis fratribus,periculis in ciuitatibus, periculis in ſolitudine, periculis in mari. Ne ſimpliciter pretereamus dicta hęc dilecti:nã quodlibet horũ per ſe pelagus aliquod tẽtationũ ſecum fert. Nõ eñ ſimpliciter iter vnum dixit:ſed,in itineribus ſæpe:neque vnum periculũ in fluuiis, ſed multa & varia:& omnia

1.Tim.1.c

† Quoniã autẽ pernecessarium esse videret,vt impostorũ ora obstrueret, et discipulis paruã aliquã daret cõsolationem]

2.Cor.11. f.

2.Cor.11. f.

A tulit magna quadã cõſtãtia. Et poſt hæc omnia iterũ inquit: In labore & moleſtia,in vigiliis ſæpe, in fame & ſiti,in ieiuniis ſæpe,in frigore & nuditate,abſq; his quæ extrinſecus accidũt.Vide iterũ aliud pelagus tẽtationũ nobis aperiri.Vt enim dixit, Abſque his quæ extrinſecus accidũt, inſinuauit prætermiſſa plura eſſe veriſimiliter,quã quę dicta ſunt.Et neq; his cõtentus, præterea alia nos docet , preſſuras & conſpirationes quas ſuſtinuit,ſic dicẽs:*inſtãtia mea quotidiana,cura omniũ eccleſiarũ.Ecce & hoc bonũ opus vel vnicum ſufficiẽs eſt vt ſummus ipſi virtutũ apex tribuatur, cura omniũ eccleſiarũ,non vnius,vel duarũ,vel triũ, ſed omniũ quæ in toto orbe : Nã quantã terram ſol radiis ſuis illuſtrat, tantã curã & ſolicitudinẽ habuit Paulus. Vidiſti latitudinẽ animæ? vidiſti mẽtis magnitudinẽ? iã quod ſubſequitur,omnia ſuperiora obſcurat. Quis B enim infirmatur,inquit,& ego nõ infirmor?Quis ſcãdalizatur,& ego nõ vror? Papæ,quantus viri huius in filios amor & indulgẽtia?quãta vigilantia?quanta cura? Quæ mater ſic luget viſcera filij febriẽtis,& in lecto decumbentis , vt beatus ille pro quouis infirmo, quocunque ille loco eſt, infirmatur , & pro ſcandalizatis vritur?Cõſidera quæſo verborũ latentem vim & emphaſin. Nõ dixit , Quis ſcandalizatur, & ego non cõtriſtor?ſed vror,inquit,intenſum nobis dolorẽ declarans:quaſi demõſtraret , ꝙ intrinſecus accenderetur & vreretur pro his qui offendebãtur. Scio quòd in magnã prolixitatẽ extendi doctrinam , quãuis ſtatuerã hodie breuior eſſe , vt paululũ à ieiunij labore poſſitis reſpirare:ſed neſcio quomodo , vt in diuitias bonorum operum huius ſancti incidi , linguam mihi quaſi rapidi fluminis vis rapuit. Propterea hic finem C dicendi faciens,oro charitatem veſtram, vt continuè illum in mente circunferatis:& ſubinde cogitetis , ꝙ eadẽ nobiſcum natura cõmunicans, iiſdem affectionibus obnoxius,opifex vilis & cõtemptibilis,pellium ſutor, & in officinis frequens , quia voluit & decreuit virtutũ ſtudio ſe mancipare,& idoneum ſe conſtituere receptaculum ſpiritus ſancti,largius quoque ſuperna liberalitate potitus eſt. Et nos item, ſi voluerimus quod noſtrũ eſt facere , nihil prohibebit eadem nos bona conſequi.Liberalis enim dominus, & vult omnes homines ſaluos fieri , & ad agnitionem veritatis venire.Idoneos igitur noſipſos exhibeamus, & feruenti alacritate virtutem vel nunc ſaltẽ apprehendamus,& affectiones noſtras corrigentes , efficiamus vt ſpiritus ſancti accõmoda ſimus habitacula. Quod vt mereamur, concedat gratia & miſericordia domini D noſtri Ieſu Chriſti,cui cũ patre ſimul & ſpiritu ſancto ſit gloria,imperium & honor,& nunc , & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

** ἐπίστασις.i.inſtãtia,incurſus,cõſpiratio.*

1.Tim.2. b.

De iis quæ ſequũtur creationẽ. Iſte eſt liber generationis cœli & terræ quando facta ſunt: quo die fecit deus cœlũ & terram,

Homilia XII.

AGè promiſſum noſtrũ hodie impleamus: & conſuetã doctrinã tractantes, dicenda nunc his quæ ſupra dicta ſunt,contexamus. Scitis enim quòd ſemel atque iterum hoc facere decreuerimus,& ad hoc properauerimus,ſed linguam noſtrã cura fratrum,quam gerimus , in illorum admonitionem aliò rapuit. Quandoquidem interdum infirmis fratribus,quibus†ſumpto cibo corporali,] ſequeſtrare ſe ab hoc ſpirituali cõuentu,& mutilare nobis ſanctæ feſtiuitatis gaudia mos fuit:ſuaſimus conſulendo & exhortando,ne diutius ab ouili Chriſti abſint, &

†ob prius receptam conſuetudinem]

extra

Universidad de Deusto Biblioteca

extra caulam hanc ſpiritualē aberrent: nomine qui-
dem & appellatione nobis vniti, re vera autē Iudæos
ſectantes, qui orto ſole iuſtitię adhuc vmbræ aſſident,
lucernæq; addicti ſunt. Interdũ autē obſecrauimus
etiã eos qui adſunt, & parũ adhuc de ſacris inſtructi,
vt in ſpirituali vocatione currant, excuſſóq; ignauiæ
ſomno, feruenti deſiderio, & intenta alacritate para-
tos ſe ad ſuſcipiēda regia munera præſtent, & ꝓperēt
ad eũ qui remiſſionē donat peccatorũ, & liberaliter
innumera bona ſuppeditat. Itaque cùm vulneribus,
prout requirebat neceſſitas, medicamēta impoſueri-
mus, & nobis congruã curã impēderimus: partim ar-
guentes illos qui de paſchali feſto malè ſentiētes la-
buntur, & obſeruatiũcula iſta retēta multũ ſibi incō-
modãt: partim admonentes alioqui rudes, indoctos,
& tepidos: nunc autē, poſteaquã morbis vrgentibus
obſtitimus, illíſq; ſatisfecimus, reliquũ fuerit vt om-
nibus vobis ſpirituale paretur conuiuiũ. Nã ſicut iure
quis nos reprehendiſſet, vt tēporis opportunitatē &
rationē negligentes, ſi priuſquã fratrũ noſtrorũ curã
habuiſſemus, infirmitate ipſorũ contempta, cœptam
materiam ſectati eſſemus: ita nunc, quia nihil præter-
miſſum eſt, quantũ noſtræ vires ſinunt, verbũ doctri-
nę adhibuimus, pecuniã dinumerauimus, ſemina ter-
ræ ſpirituali cōmendauimus: conſentaneũ eſt, vt ite-
rum in mediũ afferantur, quæ ex beato Moſe ſunt le-
cta, quò fructu inde collecto, domũ proficiſci liceat.
Quænã igitur ſunt iſta, audiamus. *Iſte eſt liber*, inquit,
Geneſeos cœli & terræ, quando facta ſunt quo die fecit deus
cœlum & terrã, & omne virgultũ agri, antequã oriretur ſuper
terrã: omnémque herbam agri, priuſquam oriretur. Non enim
pluerat deus ſuper terrã, & homo non erat qui coleret eam. Fons
autē aſcēdebat de terra, & irrigabat vniuerſam faciem terræ.
Cōſidera obſecro, beati huius ꝓphetæ admirabilem
ſapientiã, imò ſancti ſpiritus doctrinã. Nam poſtquã
nobis per partes enarrauit creaturas oēs, & ſex dierũ
ꝓtractauit opera, & formationē hominis, poteſtatē-
que viſibiliũ omniũ illi cōceſſam: nũc iterũ ſumma-
tim omnia recapitulans, inquit: Iſte eſt liber genera-
tionis cœli & terræ, quando facta ſunt. Operæpre-
ciũ hîc fuerit inquirere, quare ſcriptura librũ hunc
vocauerit cœli & terræ, quãuis multa alia in ſe conti-
neat, & doceat nos de pluribus aliis, nempe de iuſto-
rum virtutibus, & de miſericordia dei, & indulgētia,
quam erga protoplaſtũ, & omne humanũ genus de-
clarauit: & de aliis multis, quæ huius temporis non
fuerit declarare. Ne mireris dilecte. mos enim hic eſt
ſacræ ſcripturæ, vt non vbiq; omnia particulatim e-
narret: ſed cùm generaliſſima, & ea quæ plurima cō-
plectuntur, dicere cœperit, relinquat ſequentia ſtu-
dioſis auribus conſideranda. Et vt diſcas ꝙ ita ſit, ma-
nifeſtum faciam ex his quæ nunc ſunt lecta. Ecce em̃
in ſuperioribus cum nos docuit diuina ſcriptura par-
ticulatim formationē omniũ: nunc non omniũ me-
minit, ſed inquit: Iſte eſt liber generationis cœli &
terrę, quãdo facta ſunt, die quo fecit deꝰ cœlũ & ter-
rã, & cætera. Vide quomodo totũ ſermonē ad cœlũ
& terrã conuertit, in illis alia omnia nobis cōtuenda
relinquēs. Cùm ergo dicit, cœlum & terram: omnes
creaturas ſimul comprehendit, tam eas quæ in cœlo,
q̃ quę in terra. Sicut igitur in enarratione creaturarũ
non omnia deinceps dicit, ſed maximè generalia tã-
tum cōmemorat, & non etiam ſigillatim enarrat, ita
& librũ totũ, librũ generationis cœli & terræ appel-
lauit, nobis ex horum commemoratione, quod reli-
A quũ eſt coniectandum relinquens. neceſſe eſt enim
omnia in hoc libro viſibilia contineri, tam ea quæ in
cœlo q̃ quæ in terra. Quo die, inquit, fecit deus cœ-
lum & terrã, & omne virgultũ agri, antequã fieret ſu-
per terram, & omnem herbam agri antequã oriretur.
Non em̃ pluerat deus ſuper terrã, neque homo erat
qui coleret illam: ſed fons aſcēdebat è terra, & irri-
gabat vniuerſam faciē terræ. Grãdis theſaurus in pau
culis verbis illis recōditus eſt. Vnde magna pruden-
tia, quæ dicuntur, iuuante nos dei gratia, cōgruit ex-
plicare, & facere vos ſpiritualiũ harum diuitiarũ par-
ticipes. Spiritus enim ſanctus futurorum præſcius, vt
nulli poſthac cōtendere, & eccleſiaſticis dogmatibꝰ,
ex propriis ſenſibus, aduerſa diuinis ſcripturis immi-
ſcere liceat: etiam nunc denuo, poſtquã creaturarum
ordinem docuit: ꝙ hoc quidem primũ, iſtud autem
ſecundo productũ: & ꝙ ſemina ſua tellus verbo mã-
B datóq; domini miniſtrans edidit, & producendi vim
accepit: cùm neq; ſolis cooperatione egeret, qui nō-
dum erat, neq; pluuiarũ humiditate, neque hominis
cultura: nam & ille nondũ in mediũ prodierat: ideo
iterũ repetit particulatim omnia, vt indomitæ impu-
denter blatterantiũ linguæ cōpeſcantur. Quid autem
inquit? Die quo fecit deus cœlũ & terrã, & omne vir-
gultũ agri priuſquã fieret ſuper terrã, omnémq; her-
bã agri, priuſquã oriretur. Non em̃ pluerat deus ſu-
per terrã, nec erat homo qui coleret illã. Fons autem
aſcendebat è terra, & rigabat vniuerſam faciē terræ.
Hoc vult dicere, ꝙ ſermone & præcepto illius quæ
prius nō erant, vt eſſent ꝓuenerunt, & quæ non erãt,
ſubitò cōparuerunt. Herba eſt, quæ ex terra proue-
nit: hic autem herbam dicens, ſemina omnia dicit.
C Et de pluuiis docens nos iterum ſcriptura ſubdit, Nō
enim pluerat deus ſuper terram: hoc eſt, nōdum plu-
uiæ deſuper ferebantur. Deniq; oſtendit, ꝙ neque
hominis operatione habuit opus (non enim erat ho-
mo qui operaretur terram) quaſi clamans & dicens
poſteris omnibus: Audite hæc & diſcite quomodo
ab initio omnes terræ prouentus ſint producti, & ne
terram colentiũ diligentiæ omnia tribuite, neque eis
hanc germinandi vim adſcribite: ſed mãdato & prę-
cepto, quod à conditore ſuo audiit. Hæc autē omnia
fiunt vt ſciamus terrã ad edenda ſemina ſua aliorum
elementorum cooperatione non egere, ſed condito-
ris mandato contentã eſſe. Eſt & hoc minimè vulga-
re & admirãdum, quòd is qui nunc terram verbo ad
tot ſemina producenda fœcundã fecit & declarauit
potentiam ſuam, quæ humanæ rationis captũ trã-
D ſcendit, hãc ipſam tam grauē & tantũ†ferentē orna- †ſupradi ſum ſuum ferētē mũdum]
tum]ſuper aquas fundauit, ſicut & ꝓpheta dicit: Qui
fundauit terram ſuper aquas. Quæ humana ratio cō-
prehendere hoc poteſt? Nam cùm homines domus Pſal.23.a
ædificant, & fundamenta iacere volunt, prius fo-
diunt: & vbi ad profunda peruenerint, ſi vel par-
uum humorem viderint, omnia faciunt, vt omnem
ipſum exhauriant, & ſic fundamenta locent: pro-
pterea opifex omnium omnia ſecus quàm homines
facit, vt ex hoc diſcas ineffabilem eius potentiam.
Et quod quandocunque voluerit, elementa hæc pla-
nè contrarium quàm ſolent effectum iuxta condito-
ris præceptum oſtendunt. Et vt id quod dicitur, dilu-
cidius nobis fiat, iam de hoc aliquid diſſeramus, poſt-
ea ad aliud trãſituri. Hoc em̃ contra aquarum naturã
eſt, ferre corpus tam graue: & iterum contra naturam
terræ, ſedē ſuam in tali fundamento habere. Et quid
miraris?

miraris? In quacunq; creatura ſcrutari volueris, inue-
nies immenſam opificis potentiam, & ꝙ ſua volunta-
te gubernat omnia. Videre enim hoc licet in igne, cui
abſumptiua natura eſt: omnia enim domat, materiam
lignorum, lapidũ, corporum, & ferri, ídq; magna faci-
litate: at poſtquã imperauit dominus, corpora tenera
& corruptibilia non tetigit, ſed illęſos pueros ſeruauit
Dan.3.c & ſeq. in medio camino. Et ne miremini ꝙ corpora illorum
nō tetigit, ſed irrationale elementũ tanta moderatio-
ne obſequutũ eſt, vt nullus dicere queat: nam nec ca-
pillis illorũ nocebat, ſed circumibat illos, & vim ſuam
intra ſe claudebat: ignis autē eſſentia tanquã obediē-
tiam exhibēs, & domini mãdato ſeruiēs, illæſos & in-
tactos ſeruabat admirabiles illos pueros, qui quaſi in
prato & horto ambulãtes, tãta fortitudine in camino
verſabantur. Et ne quis putaret viſibilem hunc ignem
operatione carere, idcirco miſericors deus illius effi-
caciam & operationem non impediuit: ſed vim illam
vrendi illæſam ſeruauit, & ſeruos ſuos illo ſuperiores
fecit quàm vt illius nocumento læderentur. Cęterũ vt
ſcirent qui pueros iniecerãt, quanta eſſet omnium dei
potētia, in illos ignis ſuam operationē exercuit. Et il-
lis quidem qui intra caminum erãt, & circa quos ſta-
bat, pepercit: eos autē qui foris erant, idem ignis exuſ-
ſit & abſumpſit. Vidiſti ꝙ quando dominus vult, ele-
menta omnia in contrariã mutat operationem? Con-
ditor enim eſt & dominus, & pro ſua volũtate omnia
diſpenſat. Vultis & in aquis idipſum videre factũ? Nã
ſicut ignis hic his qui intus erant nihil nocebat, ſed il-
lis parcebat, oblitus ſuæ operationis, in eos autem qui
foris erant, ſæuiebat more ſuo: ſic & aquas videbimus
alios quidē ſubmergere, aliis autē cedere & viã dare,
ita vt abſq; damno tranſeant. Memētote hic Pharao-
nis & Aegyptiorum, & ex alia parte populi Hebræo-
rum, quomodo hi ad mandatũ domini, magno Moſe
duce, per mare rubrum quaſi per aridam tranſierunt:
Aegyptij autē qui eandē viam cum Pharaone ire vo-
lebant, aquis obruti ſubmerſi ſunt. Ita ſolent elementa
reuereri ſeruos domini, & à ſuo ſe continere impetu.
Audiamus nos, quotquot feroces & iracundi, & aliis
affectionibus ob noſtram ignauiam impliciti, noſtrã
ſalutem peſſundamus, & imitemur tãtam ratione ca-
rentium elementorũ obedientiã, nos, qui ratione inſi-
gniti ſumus. Nam ſi ignis, qui ita edax, ita vehemens,
corporibus corruptibilibus & tam teneris pepercit:
quam meretur veniã homo, ſuũ refrę nare furorē pro-
pter mandatũ domini, & iram erga proximũ è pecto-
re ſuo eliminare nolens? Et quod maius eſt, ignis tan-
tam vrendi vim habet, & ſuã operationē non oſtēdit:
homo autē manſuetũ animal, & rationale, & benignũ,
contraria ſuæ naturæ facit, & negligentia mores ſuos
in ferinos vertit? Idcirco & diuina ſcriptura propter
affectiones illas interturbantes, ab irrationabilibus &
à feris agnominationes his qui ratione inſigniti ſunt,
Eſa.56.d imponit. Interdum canes ob impudentiã & impetum
Hier.5.c vocat, dicens: Canes muti, non valentes latrare. Inter-
dum ob libidinē equos. Nã equi in fœminã inſanien-
tes, vnuſquiſq; vxori proximi ſui adhinniebat. Inter-
Pſal.48.c dum verò aſinos, ob ſtupiditatē & ruditatē. Compa-
Oſee 13.b ratus eſt enim, inquit ſcriptura, iumentis inſipiētibus,
& ſimilis factus eſt illis. Interdum etiam leones & par-
dos vocat, ob rapacitatē & habendi auiditatem. Ali-
Pſal.13.b quando autem aſpides, ob fraudulentiam. Venenum,
& 139.a inquit, aſpidũ ſub labiis eorum. Nonnunquã ſerpen-
tes & viperas, ob latens venenum & malitiam: ſicut &

A beatus Ioannes clamabat, dicēs: Serpentes progenies Matt.3.b
viperarum, quis vobis demonſtrauit fugere à ventura
ira? Inſuper & alia affectionibus reſpondentia nomi-
na imponit, vt ſic vel tandē confuſi, ad ſuam aliquãdo
redeant nobilitatē, & ſuo generi confœderētur, affe-
ctionibúſq; ſuis diuinas leges præferant, quibus ſeſe
delinquendo permiſerũt. Sed neſcio quomodo à ſer-
monis orbita in hęc digreſſus ſum. Age nũc ad inſtitu
tum redeamus: & videamus quídnã etiã aliud nos do
cere velit beatus ille ꝓpheta. Nã vt dixit, Iſte eſt liber
generationis: progreſſus vltrà, narrat iterũ diligentius
hominis formationē. Et quia ſuperiꝰ breuiter dixerat,
Et fecit deus hominē, ad imaginē dei fecit illum: nũc
dicit: *Et formauit deus hominē puluerē de terra, & inſpirauit*
in faciē eius ſpiraculũ vitæ, & factus eſt homo in animã viuē-
tem. Magnũ eſt hoc quod hîc dixit, & ſtupore plenũ,
ac humanã tranſcendens mentē. Et formauit, inquit,
B deus hominē † puluerem de terra.] Sicut de omnibus †puluerē
creaturis viſibilibus dicebã, ꝙ omnia præter humanę accipiens
naturæ morē agat omniũ opifex, quò & per hoc inef- de terra.
fabilis ipſiꝰ mōſtretur virtus: ita & in hominis forma-
tione inueniemus nunc factum. Vide enim quomodo
ſuper aquas terrã fundauit, id quod citra fidē huma-
na ratio non capit: & quomodo quandocunq; volue-
rit, ſicut oſtendimus, omnes ſubſtãtię diuerſa earũ na-
turæ vt agant efficit. Simili modo & in hominis for-
matione nũc nobis quid factũ ſit diuina ſcriptura de-
clarat. Formauit deus, inquit, hominē†puluerē de ter- † puluerē
ra.] Quid dicis? Acceptóne de terra puluere formauit accipiēs de
hominem? Etiam, inquit, & nō ſimpliciter, nec quam- terra.
uis fortuitò terram dicit, ſed puluerē: quaſi ſi quis di-
cat, tenuiſſimum & viliſſimum quod eſt in terra. Ma-
C gnum tibi & admirabile videtur quod dictũ eſt. Ve-
rum ſi cogites quis opifex, neutiquã diſcredes facto,
ſed miraberis & adorabis cōditoris potētiam. Quòd
ſi hęc iuxta cogitationũ tuarum imbecillitatem eme-
tiri volueris, & curioſius explorare: probabile eſt ꝙ ti-
bi in mentem veniat, ex terra corpus nunquam fieri,
ſed vel laterem, vel teſtam, & non tale corpus. Vides
ꝙ ſi potentiam conditoris noſtra mēte exiſtimare vo-
lumus, & ſi noſtris rationibus tam imbecillibus inni-
timur, non poſſumus dictorum capere ſublimitatem.
Nam quæ dicuntur, fidei oculis indigent. Suntq; hæc
ob noſtram infirmitatem tanta verborum attempera-
tione deſcripta: quandoquidem iſtucipſum quod in-
quit, Formauit deus hominē, & inſpirauit, indignum
deo fuerit: ſed propter nos, & propter infirmitatē no-
ſtram hęc ſic narrat ſcriptura, ad noſtram ſe tenuitatē
D ſubmittens: vt quoniã nos tanta familiaritate digna-
tur, ad faſtigium illud redire poſſe confidamus. Et for
mauit, inquit, deus hominē † puluerē de]terra. Hinc ſi † puluerē
attendere volumus, non parua nobis humilitatis of- accipiēs de
fertur doctrina. Nam cũ cogitauerimus vnde cōſtitu-
tionis ſuæ initium natura noſtra ſuſceperit, etiãſi ſex-
centies ſupercilia ſurrigamus, ea reprimemus, & hu-
miliabimur, & ſubſtantiæ noſtræ qualitatem perpen-
dentes, modeſtiam diſcemus. Et propterea deus, cui
tanta ſalutis noſtræ cura, ad noſtri eruditionem pro-
phetæ linguã ſic direxit. Quippe cùm ſuperius dixe-
rat diuina ſcriptura, Et fecit deus hominem, ſecun-
dum imaginem dei fecit eum: & dedit illi omniũ viſi-
bilium poteſtatem, vt ne ignorando quomodo con-
ſtitutus ſit, magnus ſibi videatur, & præſcriptos ſibi li-
mites tranſeat: propterea repetendo docet & forma-
tionis eius originē, & vnde ac quomodo primus ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo productus sit. Nam quũ post hanc doctrinã, qua agnouit se è terra habere originẽ, ex qua & cætera animalia, quãuis formatio, animæq; substãtia incorporalis multò excellẽtior per misericordiam dei concessa sit, per hanc enim accepit q̃ rationalis sit & omnibus aliis dominetur: quum, inquam, post hanc doctrinam, serpentis deceptione parem aliquam cum deo æqualitatẽ imaginatus est is qui de terra formatus: si priori narratione cõtentus fuisset propheta, & nõ repetitis omnibus diligẽter nos docuisset, in quam non incidissemus insaniam? Itaq; plurimum ad erudiendũ nos cõducit scire vnde substantia nostra primùm originem acceperit. Et formauit, inquit, deus hominem † puluerẽ de terra, & insufflauit in faciem eius spiraculum vitę. Quoniam hominibus loquitur, aliter audire non valẽtibus, hac verborum simplicitate & crassitudine vtitur, quam audire & accipere possemus. Et vt doceat nos, q̃ formatum illum de terra, misericordia domini & rationalem animæ essentiam habere voluerit, per quam animal hoc absolutum & perfectum fieret, & inspirauit, inquit, in faciem eius spiraculũ vitæ. Vitalem dicere vult operandi efficaciam, ei qui de terra formatus est, spiraculũ datum esse, † & hoc substantiam animæ constitutam.] Vnde subdit: Et factus est homo in animam viuentẽ. Ille formatus, inquit, & de puluere susceptus, inspiratus spiraculo vitæ, factus est in animam viuentem: hoc est, efficaciter operantem, cui membra corporis seruiant, cuiúsq; voluntati ac efficaciæ auscultent. Cæterùm haud scio, quomodo nos eum subuerterimus ordinem, & vsq; adeo inualuerit malitia, quę intantũ cogit carnis cõcupiscentiis obsequi, vt deturbetur à throno suo regina, cuius erat præsidere, ordinare, & imperare. Cogimus enim illã carnis parẽre voluptatibus, ignorãtes ipsius generositatem, & quantam præ ista eminentiam sortita sit. Nam cogita, obsecro, formationis ordinem: & expẽde tecum, antequam inspiraretur à domino spiraculũ vitæ, quis erat formatus ille? simpliciter inanimis quędam imago, operatione carẽs, & ad nihil vtilis. At totum illud quod in tantum honorem ipsum prouehit, non est nisi spiraculum illud à deo inspiratum. Cæterùm vt hoc non solùm ex his quæ tunc facta sunt, sed & ex his quę nunc quotidie contingunt, videas: cogita tecum, quomodo post animæ emigrationem, corpus hoc tam insuaue & iniucundum apparet. Et quid dico, insuaue & iniucũdum? quomodo fœtore impletum, & deformitate horrendũ fugitur, quod antea cũ ab anima regeretur, clarũ, amabile, iucundum, speciosum, prudens, ad bona opera facienda valde accommodum? Hæc vtiq; omnia nobis cogitãda sunt, & maximè animæ nobilitas quanta sit, ne quid ea indignũ operemur, ne coinquinemus eam illicitis operibus, ne sub carnis seruitutẽ eam subiugemus, ne tam nobilẽ, tantáq; dignitate sublimẽ, sic crudeliter & immisericorditer tractemus. Nam propter illius substantiã nos qui corpore inuoluti sumus, si velimus possumus cum incorporeis virtutib⁹, adiuuãte nos diuina gratia, certare: & in terra obambulãtes, quasi in cœlo viuere, & nihil minus q̃ cœlestes facere, & quodammodo aliquid amplius. Et quomodo hęc? Ego dicam. Quando enim quis inuentus fuerit corruptibili hoc corpore circũdatus, eodem modo vitam agens vt supernæ illæ virtutes, quomodo non propensiorem dei gratiam sortitus fuerit, quia & corporis necessitatibus obnoxius, incorruptam & inuiolatam animæ generositatẽ seruauit? Et quis vnquam, dicis, poterit inueniri talis? Meritò impossibilis nobis hæc res videtur, ob immodicam virtutis arduitatem. At si vis discere q̃ non sit hoc impossibile, cogita oro omnes iustos, qui domino ab initio vsq; ad præsens tempus placuerunt: magnũ illum Eliam, & infœcundę filiũ & eremi ciuem Ioannem: Paulum quoq; magistrum orbis, & omnem sanctorum numerum, qui eandem quam nos naturã habuere, iisdẽ corporis necessitatibus obnoxij fuere. Et ne vltrà impossibile esse opus puta, neque segnior fias ad virtutem, ad quam faciliter amplexandam tantas à domino nactus es occasiones. Sciens enim misericors dominus nostræ volũtatis infirmitatem, & ad labendum procliuitatem, magna nobis medicamina in sacrarum scripturarũ lectione reliquit: quæ cùm subinde vulneribus nostris imponimus, & vitam illorum beatorum virorum ante oculos proponimus, ad æmulandum prouocemur, & virtutẽ non negligamus: sed fugiamus peccatum, & omnia faciamus, ne indignos nos ineffabilibus illis bonis exhibeamus. Quod nobis omnibus concedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria in secula seculorum, Amen.

† puluerẽ accipiẽs de

† & hoc fuit cõstitutio substantiæ animæ]

Et plantauit dominus deus paradisum in Edem ad orientem, & posuit illic hominem quem formauit.

Homilia XIII.

VIdens vestrum inexplebile desiderium, & immodicam auiditatẽ, mentémq; intẽtissimã, necnon omnes ad spiritualem hanc doctrinam anhelãtes & accelerantes, quãuis valde sim meæ inopiæ mihi conscius, quotidie tamen inopem & tenuem hanc mensam vobis proponere studeo, considens q̃ flagrantes desiderio, maiori prõptitudine quę dicuntur suscepturi sitis, quandoquidẽ & in sensibilibus eduliis hoc contingere viderit aliquis. Excitato enim conuiuarum appetitu, etiamsi paupercula mensa sit, & inops quidẽ qui conuiuio excipit, magna tamen cũ voluptate sumuntur apposita. At si fastidiosus epulantiũ fuerit stomachus, etiãsi sumptuosum fuerit epulum, & varia & copiosa edulia: nullum inde commodum, cũ nemo sit qui vti appositis queat. Hîc autẽ quia gratia dei alacres & famelici ad spiritualem mẽsam acceditis, & ipsi magno desiderio dicimus, scientes q̃ sobriis auribus apponimus diuinas hasce narrationes. Quoniam & agricola, qui pinguem & profundum agrum inuenit, nihil sui officij intermittit, sulcos secat, aratrum ducit, sentes exscindit, largiter seminat, spe pascitur: & quotidie agri fertilitatem cõsiderans, sementis germen, segetem & messem expectat. Similiter & nobis, cùm videmus alacritatẽ vestram quotidie increscere, desiderium vigere, studium incrementa sumere, egregia ex vobis spes est. Vnde & maiori studio ac prõptitudine, quantũ vires nostræ suppetũt, in ædificationẽ vestræ charitatis, in gloriã dei, in gloriationem ecclesię dei aliquid afferre anhelamus. Age igit, si placet, repetitis breuiter his quę heri dicta sunt, cõsequẽter hodie lecta tractem⁹. Quid autẽ est quod pridie tractabatur, & quouscq; sermonem extẽdimus, & vbi missum fecimus? Et formauit deus hominẽ puluerem accipiens de terra. Et insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ, factúsq; est homo in animam viuentem. Quod tunc dicebã, id & nunc dicam: & subinde memorare non cessabo, quòd magna & ineffabilis est misericordia communis omnium domini erga genus nostrum, & ob salutẽ nostram vsus est multum nobis congruenti

congruenti dicendi modo, magnóq; animal hoc, hominẽ dico, honore prosequutus est: necnon verbis & rebus declarauit, quòd maiorẽ eius q̃ visibilium omnium curam habuerit. Quid igitur prohibet etiã hodie de iisdem inuestigare apud charitatẽ vestram? Nam sicut aromata quãtò magis digitis atteruntur, tantò maiorem natura sua fragrantiã reddunt: ita & in scripturis vsu euenit, quãtò quis illas amplius tractare studuerit, tantò magis videre poterit latentẽ in ipsis thesaurum, pluréq; percipere indicibiliũ diuitiarũ fructus. Et formauit, inquit, deus hominem, puluerẽ accipiens de terra. Animaduerte, obsecro, quãta statim varietas ex ipso verborũ proœmio. In omnib⁹ enim aliis creaturis docuit nos beatus Moses modũ formationis, dicendo: Dixit deus, Fiat lux, & facta est lux: fiat firmamentum, congregetur aqua, fiant luminaria, germinet terra herbam fœni, producant aquæ reptilia animarũ viuentium, & producat terra animã viuentem. Vidisti quomodo verbo omnia formata sint? Sed videamus quid posteà, quum hominẽ format, inquit: Et formauit deus hominem. Vide quomodo verbis quæ nostrę paruitati congruunt, vsus est: simul & modum formationis, & in formando diuersitatẽ docens, & quasi, vt pingit: sicut & alius propheta inquit, Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me. Nã si imperasset simpliciter ex terra produci hominẽ, nónne productus fuisset, qui productus? Sed vt per formationis modum doctrinam nobis relinqueret perpetuam, vt non supra q̃ oportet de nobis sentiremus, ideo tanta diligẽtia singula enarrat, & inquit, Formauit deus hominẽ, puluerem accipiens de terra. Vide & in hoc huius dignitatem. Non enim simpliciter terram accipit, sed puluerẽ, & tenuissimum, vt ita quis dixerit, de terra. Et hunc puluerem terræ, suo præcepto in corporis naturã vertit. Nam sicut substantiam terræ quum non esset, produxit, ita & nunc quũ vellet puluerem terræ in corpus vertit. Hîc exclamare iuuat pulchrũ illud beati Dauid dictum: Quis loquetur potẽtias domini, & auditas faciet omnes laudes eius? quia de puluere tale animal, p̃duxit, & tãto honore venustauit, tãtisq; beneficiis statim ab initio prosequutus est, mõstrans per omnia suã misericordiam? Et inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitæ. Et factus est homo in animam viuentem. Hîc insensatorũ aliqui suis moti opinionibus, nihílq; deo dignum cogitantes, neque verborum dispensationem animaduertentes, dicere audent, animã ex dei essentia esse. O insaniam, ô deliriũ. Quot perditionis vias diabolus peperit suis cultoribus? Et vt discas, considera quomodo diuersis inter se viis incedunt. Nam álij ansam ex verbulo, inspirauit, rapientes: asserũt ex dei essentia esse animas: alij autem, q̃ animæ in viliſſimorũ brutorum substãtiam transeant. Quid hac amẽtia deterius fieret? Nam quoniam obtenebrata est ratio eorum, etiam veram scripturæ mentem ignorauerũt. Sicut capti oculis in diuersa præcipitia feruntur, & illi quidem supra dignitatem animam efferũt, alij autem contra dignitatẽ dehonestant. Nam si ideo q̃ scriptura dicit, inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ: † hoc dicere volumus, necesse erit & deo os affingere, & manus tribuere,] quandoquidem inquit, Et formauit hominem. Sed ne illorum ineptias in medium proferentes, etiam ipsi indecora dicere cogamur: age ipsorum stultitiam & multifariam dementiam deuitãtes, ad ipsum diuinæ scripturę scopum incedamus, quę seipsam

Psal. 10. b

Psal. 105. a

† os deo affingimus, necesse erit & manus ei tribuere]

interpretatur, tãtùm ne crassis verbis addicti simus: sed cogitemus, crassorum illorum verborum causam esse nostram hebetudinẽ & infirmitatem. Nequeunt enim aliter humanæ aures quæ dicuntur accipere, nisi tantũ adhibeatur temperamẽtum. Proinde animaduertentes tãtam nostram imbecillitatem, & quia de deo sunt dicta, ita illa accipiamus, vt par est ea de deo accipere. Ne subiiciamus deum mẽbrorum compositioni, & figurarum delineationi, sed honestè de deo, & vt de illo conuenit, imaginemur. Simplex enim & incõpositus & infigurabilis est deus. Nam si deo membra & lineamenta attribuuri sumus, nostris opinionibus impulsi mox in gentiliũ impietatem incidemus. Igitur quum audieris scripturã dicentẽ, Formauit deus hominem: cogita virtutem eandem, quam dum dicit, fiat. Et iterum quando audis, Inspirauit in faciẽ eius spiraculum vitę: hoc iterum cogita, q̃ visum est sibi. Et sicut incorporeas virtutes produxit: ita certè corpus illud ex puluere factũ, rationalem animã habere iussit, quę corporeis membris vti possit. Formatum enim corpus hoc iuxta præceptũ domini, quasi instrumẽtum erat, quod agebat aliquo se mouẽte: imò sicut lyra, quę opus habet aliquo, qui possit arte & scientia sua per mẽbra quasi per fistulas cõuenientẽ illi melodiã domino repręsentare. Inspirauit in faciẽ eius spiraculũ vitę, & factus est homo in animã viuentẽ. Quid est, inspirauit spiraculũ vitæ? Voluit & imperauit, vt hoc corpus formatũ haberet vitalẽ vim, quæ facta est animali in animã viuẽtem: hoc est, efficaciter operantẽ, & suã artem mẽbrorum motu ostendere valentẽ. Et vide etiã in hoc ipso, q̃ diuersa ratione hoc admirabile rationale animal, & cætera irrationalia formata sint. De illis enim inquit, Producant aquæ reptilia animarũ viuentiũ, & prodierunt ex aquis animantia animata. Sic & de terra, Producat terra animã viuentẽ. De homine autem nõ sic, sed prius de puluere corpus formatur, & postea vitalis illi virtus datur, quæ scilicet animę est substantia. Et idcirco de brutis dicebat Moses, Sanguis eius anima eius est. In homine autẽ substantia quędã est incorporea & immortalis, multo interuallo corpus excellens, & tanto, quãto corporeis eminent incorporea. Et fortè diceret aliquis: Quare si anima dignior est corpore, indignius primò formatũ est, & postea quod eminentius? Non vides dilecte, q̃ & in creaturis hoc idem vsu euenit? Sicut enim cœlum & terra, & sol & luna, & cętera omnia formata sunt, & irrationalia animalia, & post hæc omnia homo, horũ principatũ susciepturus: ita & in hac hominis formatione prius corpus producitur, & postea anima, quæ dignior. Et sicut bruta animalia ministerio hominis vtilia futura, ante hominem formantur, vt paratũ haberet ministerium is ad cuius vsum creabantur: ita etiã corpus ante animam formatur, vt cùm secundũ ineffabilẽ conditoris sapientiam anima produceretur, posset suas potẽtias proferre per corporis motionem. *Et plãtauit deus hortum in Edem secũdum Orientẽ, & posuit illic hominem quem formauit.* Postquam omnium dominus suam nobis declarauit benignitatem, & illum propter quem omnia visibilia formata sunt, in medium adduxit, statim incipit in illum beneficia collocare. Et plantauit deus hortum in Edẽ secundum Orientem. Confidera & hîc dilecte, q̃ nisi vt dignum est, de deo verba hæc recipiantur, necesse est vt in profunda errorum detrudamur. Quid enim dicere poterũt & de his verbis, qui omnia quæ de deo dicuntur, humano more accipere audent? Et plãtauit

Leui. 7. & 17.

deus hortum. Quid? dic oro, foſſorióne opus habuit & agricultura,& alia cura,vt paradiſi hortum excolere?abſit. Iterum enim etiam hoc loco verbum illud, plantauit,ſic intelligendum,ꝙ imperauerit hortum in terra fieri,ita vt product⁹ homo in eo verſaretur. Propter húc enim hortum produxit,de quo audi ſcripturam,dicentem:Et plantauit deus hortum in Edem,ſecundum Orientem, & poſuit illic hominem quẽ formauit. Et idcirco nomen loci ſcripturis inſeruit beatus Moſes,vt non liceat nugari volentibus imponere ſimpliciorum auribus,& dicere,nullum eſſe in terra hortum quem vocant paradiſum, ſed in cœlo, & fabulas quaſdam eiuſmodi ſomniare. Nam cùm diuina ſcriptura,tanta vſa eſt diligentia, non refugiunt quidam, loquacitate ſapientiáq; peregrina inflati,aduerſa ſcripturis loqui,& dicere,non eſſe ſuper terram paradiſum:multáq; alia præter ea quæ dicta ſunt introducẽtes,ꝙ non ſicut ſcripta ſunt, ſed alia ratione intelligẽda:& ꝙ ea de terra,de his quæ in cœlis ſunt, dicta eſſe arbitrandum ſit: niſi humilitate & congruenti nobis ſermonum familiaritate beatus Moſes vſus foret, ſpiritu ſancto linguã eius mouente,quò non excidiſſent? Quãuis ſacra ſcriptura,cùm nos tale quiddam dicere vult,ſeipſam exponit,& auditorẽ errare non ſinit. Sed quia pleriq; non vt commodi quippiam ex ſacris literis aucupentur,ſed voluptatis gratia aures accommodant his qui plauſibilia narrant, & propterea nõ eos qui magis proſunt,ſed qui magis oblectant, vt audire poſſint,quærunt. Oro igitur,vt omnibus illis præcluſis auribus, adamuſſim canonem ſacræ ſcripturæ ſequamur. Et quando audis dilecte,quòd plãtauit deus hortum in Edem ſecundum Orientem:hoc quod dicit,plantauit,vt decet de deo intelligas, nempe quod præcepit. At quod reliquum eſt,crede ꝙ & paradiſus factus ſit,& in illo loco vbi ſcriptura ſignificauit. Cæterùm non credere his quæ in diuina ſcriptura continentur,ſed alia quædam ex propria ſententia inferre, opinor plurimum periculi ſecum aduehere his qui talia audent. Et poſuit illic hominem, quem formauit. Vide,quantum honorem ſtatim homini dedit. Extra paradiſum quidem formauit illum,ſed mox introduxit, vt re ipſa ſenſu beneficiorum frueretur, ſcirétque quantus illi honor eſſet cõceſſus. Et poſuit hominem illic quem formauit. Verbum, poſuit, iterum ſic intelligamus, pro eo quod præcepit illi vt eſſet illic, vt ex aſpectu & conuerſatione multam perciperet voluptatẽ, prouocaretúrq; ad gratitudinẽ, intelligens quãtis ſit affectus beneficiis, quum nullũ adhuc boni ſpecimen præbuiſſet. Ne mireris ergo verbum hoc,poſuit. Perpetuus enim ſcripturę mos eſt,propter nos,& propter noſtrã vtilitatẽ humanis vti verbis. Et vt ſcias,vide quomodo ſuperius cũ de formatione ſtellarũ ageret,eadem dictione ſit vſus,cùm dixit:Et poſuit eas in firmamento cœli. Non ꝙ affixerit eas cœlo, cogitandum(nam vnaquæq; earum ſuum perficit curſum,de loco ad locũ tranſiens)ſed vt diſcas,ꝙ in cœlo eas eſſe præceperit,quomodo & hominem in paradiſo voluit verſari. *Et oriri fecit deus præterea de terra omne lignum pulchrum ad videndum, & bonum ad edendum. Et lignum vitæ in medio horti, & lignum ad ſciendum notitiam boni & mali.* Ecce ſecundã beneficentiæ ſpeciem & honorẽ quem in hominem recens formatum collocauit. Nam poſtquam illũ in paradiſo conuerſari voluit, præcepit varias arbores ex terra prouenire, quæ ſimul & oblectare illum poſſent,vtpote ſpectatu iucũdæ,& eſui accõmodæ. Omne enim,inquit,lignum pulchrũ ad viſionem,hoc eſt ad ſpectaculum, & bonum ad eſum,hoc eſt quę poterant exhilarare aſpectu,& voluptatẽ prębere eſu:& quia erãt tam multa,& copioſa,mirificam fruituro contuliſſet voluptatem. Omniũ enim lignorum quæcunq; dixeris,prouentum fecit. Vidiſti miſeriæ neſciam conuerſationẽ?vidiſti vitam admirandã? Quaſi angelus aliquis viuebat homo ſuper terrã, corpore quidem amictus, ſed extra corporis neceſſitates conſtitutus: & ſicut rex paludamento & diademate ornatus,& purpura veſtitus, ita in paradiſo impauidè verſabatur in magna rerum copia. Et lignum vitæ in medio paradiſi,& lignũ ſciendi notitiam boni & mali. Poſtquam nos docuit, ꝙ terra produxit omne lignum iuxta mandatũ domini,& iucundũ viſu, & bonum eſu,tunc ait:Et lignum vitę in medio paradiſi, & lignum ad ſciendũ notitiam boni & mali. Miſericors enim dominus,cùm vt opifex pręſciret ex multa† copia,]procedente tẽpore,nocumentum ſubnaſci, produxit lignum vitæ in medio horti, & lignum ſciendi notitiam boni & mali: quandoquidẽ non multò pòſt abſtinere ab iſto iuſſurus erat, vt ſcire poſſit ꝙ gratia & liberalitate illis frueretur, eſſetq; dominus aliquis & naturæ ſuæ,& omnium viſibilium:propter hoc iam ligni memoriam fecit, & narrauit nobis conſequẽter fluminum nomina,& illorum ſeparationẽ quandam, vt ita dicã, & quod ex illo quo rigatur paradiſus, alia per quatuor origines diuiduntur,atque ita mundi climata nobis diſtinxerũt. Sed fortè ſunt qui ex propria ſententia quæ libet dicere volunt: hi iterum neq; flumina concedunt eſſe flumina:neque aquas,aquas:ſed perſuadere conãtur iis qui ſibi aures accõmodare volunt,vt aliud quiddã imaginentur. Cæterùm nos, obſecro,ne feramus tales,ſed obturemus aures,credam⁹ diuinæ ſcripturæ,& ea quæ in illa dicuntur ſectemur: ſanas doctrinas in pectora noſtra reponamus, & cùm his etiam vitam diligenter inſtituamus, vt vita teſtificetur doctrinæ, & doctrinæ longè fideliorem vitam declarent. Nam neq; ſi recta ſciamus fidei dogmata, vitam autem negligamus,aliquid nobis profuerit: neque ſi vitam habeamus, & rectas negligamus doctrinas, lucrifacere aliquid quod ad ſalutẽ noſtrã ſit vtile,poterimus. Nam ſi voluerimus & gehenna liberari, & regnum aſſequi, operæprecium eſt vtrinq; ornari, & dogmatũ rectitudine,& vitæ diligẽtia. Quid enim vtile fuerit,dic obſecro,arbori,quę in ſummũ ſe extẽdit,& fodiis frõdet,ſi fructu careat? Sic & Chriſtiano nihil proderunt recta dogmata,ſi vitã ſuam non bene inſtituat. Propter hoc & Chriſt⁹ tales beatos dixit,inquiẽs:Beatus qui fecerit, & docuerit. Multò enim fidelior & certior doctrina operum, q̃ ſermonũ. Nam qui talis eſt,etiã ſilens,& cùm nõ videtur, docere poteſt,& alios quidẽ qui illum vident, alios verò qui de illo audiunt:& multa fruetur dei gratia, non ſolũ propter ſe,ſed & propter alios qui illum vident,& incitãtur vt glorificent dominum ſuum. Talis per mille linguas,& ora multa,gratias & laudes refert deo. Neque enim noti ſoli teſtes ſunt vitę illius,& ipſum mirantur ac ipſius dominum:ſed & qui non cognoſcunt, & ab aliis diſcunt,& qui valde procul habitãt,& diuiſi ſunt: & non amici ſoli, ſed & inimici reuerebuntur virtutis eminentiam. Tanta enim eſt virtutis potentia, vt & cõpeſcat ora & linguas eorũ qui ipſi infeſti ſunt. Et ſicut ad ſolis radios infirmi oculis nõ audent reſpicere, ita neque virtutem malitia cõtueri audebit vnquam, ſed

†libertate] [illegible] libertate, ſecuritate, licentia.

Matt. 5. d.

ſed dorſo obiecto diſcedet,victámque ſe fatebitur. Id quod & perſuaſum nobis ſit,vt virtutẽ arripiamus, & diligenter noſtrã vitã inſtituamus,& à peccatis,cũ adhuc parua apparẽt,ſiue in ſermone, ſiue in opere ſtatim deſiſtere ſtudeamus. Neq; enim vnquã in maiora incidemus peccata,ſi à paruis nobis cauerimus: & ſic procedente tẽpore poterimus, ſuperna gratia fauente,& excelſam virtutem apprehendere,reconditámq; effugere pœnam, & æterna conſequi bona, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri,ſpirituíq; ſancto ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et accepit dominus deus hominem quem formauit, & poſuit eum in horto voluptatis vt coleret illum & cuſtodiret.

Homilia XIIII.

ITerum,ſi libet,etiã hodie ex cõtextu eorum quæ heri dicta ſunt, ſpiritualẽ vobis doctrinã vt contexamus,dabimus operã. Multa enim & in his quę modo ſunt lecta,recõditiora ſunt:&opus eſt vt in profundiora deſcẽdamus: diligẽtérq; ſcrutemur omnia,quò fructũ aliquem lucrifaciamus. Nam ſi id agunt qui precioſos lapides in mari inuenire cupiunt,magnũ laborẽ & moleſtiã ferentes, periculóq; indomitarũ aquarũ ſe exponẽtes, quò deſideratis potiantur:multo magis noſtrũ fuerit animũ intẽdere, vt perluſtratis his quę in profundo dictorum latent,precioſos illos lapides cõprehendamus. Sed ne timueris dilecte,quũ audis profunditatẽ. Non enim hîc eſt tãta vis ęſtuantiũ vndarũ,ſed ſpiritus ſancti gratia mentem noſtrã illuſtrans, & facilè inueniri deſiderata cõcedẽs, omnẽ laborẽ alleuiat. Et gẽmas illas inueniſſe, inuentori non multũ profuit,ſæpe autem & nocuit,& innumerorũ naufragiorũ occaſio fuit, neq; tantam in inueniendo habuit lætitiã is qui inuenit,quantã inuẽtis illis iniucũditatem pertulit, aduerſus ſe inuidorum oculis concitatis,& auaris ad bellum armatis. Et adeo nequit noſtræ vitæ prodeſſe tales reperire, vt & multorum bellorũ ſit cauſa. Auaritiæ enim materia eſt, & caminũ cupiditatis ſuccendit, captorúmq; animã expugnat. Atqui de ſpiritualibus noſtris theſauris nihil tale formidare oportet:ſed & diuitiæ quæ inde colligũtur,ineffabiles,& voluptas immarceſcibilis,&multo interuallo ſuperãs omnium hominũ lætitiam. Et ꝙ hoc verũ ſit,audi beatũ Dauid dicentẽ: Deſiderabilia eloquia tua ſuper aurũ & lapidẽ precioſum multum. Vides ꝙ cùm in mediũ attulerit materias,quę precioſiores reputantur,non ſolũ hac cõparatione non contentus fuit,ſed & appoſuit,multũ:atq; ita excellentiã, quæ inde eſt,nobis manifeſtauit. Super aurũ,inquit,& lapidem precioſum multũ:non ꝙ in tantum duntaxat ſint deſiderabilia eloquia dei,ſed quia ſolas haſce materias vidit apud homines in maiori precio haberi prę aliis:propter hoc adductis illis in mediũ,ita excellentiam monſtrauit,& ꝙ deſideriũ eloquiorũ ſpiritus vehemẽtius ſit. Et vt ſciatis ꝙ ſemper is mos ſit ſacrę ſcripturæ, vtilitatem quæ hinc eſt,ſenſibilibus rebus conferre,& ſic excellentiam oſtendere,audi & quæ deinceps ſubdit:Et dulciora ſuper mel & fauum. Et hîc nõ ꝙ tantam,& non maiorẽ poſſit præbere voluptatem: ſed quia nihil aliud habebat in reb⁹ ſenſibilibus,quod diuinorũ eloquiorũ voluptati cõpararet:idcirco cùm hoc cõmemoraſſet,iterum ſic excellentiam docuit,& maiorem voluptatem eſſe docuit ſpiritualium doctrinarum. Eadem regula inuenies & Chriſtum in Euangeliis vſum. Nam cùm diſcipulis loqueretur, cupientibus diſcere interpretationẽ parabolæ eius qui ſeminauit bonum ſemen in agro, & inimici zizania inter triticum ſeminantis:particulatim omnẽ ediſſeruit parabolam:Quis fuerit qui ſeminauit bonum ſemen, & quis ager,& quæ ſint zizania,& quis iſta interſeruit,& qui meſſores,& quæ meſſis. Et quãdo omnia illis manifeſtè detexit,tunc dixit:Iuſti fulgebũt ſicut ſol in regno patris eorum:non ꝙ non maiorem claritudinem habituri ſint iuſti,ſed monſtrat ꝙ multò maiorẽ. Tantam autem dixit,quoniã maiorem hac ſimilitudinem in rebus viſibilibus inuenire non licebat. Quando igitur tale aliquid audiuerimus, non tantũ maneamus in his quæ dicuntur:ſed ex ſenſibilibus & viſibilibus,ſpiritualium maximam eminentiam colligamus. Itaque quandoquidem hic vehemẽtius deſiderium inueniri poteſt,& voluptas ſuauior & certior,(Diuina em̃ eloquia ſunt hæc & ſpiritualia,& quę multò maiorẽ animæ parere poſſunt lætitiã ſpiritualem)dictis attendamus magna prõptitudine, vehementíq; deſiderio, vt veras diuitias hinc nobis acquirentes, & ad philoſophiam Chriſti plurimis ſuſceptis ſeminibus,tandẽ domum redeamus. Audiamus igitur quæ hodie ſunt lecta:ſed obſecro,attenta ſitis mẽte, & excuſſis curis ſecularibus,omniq; ignauia depoſita, hæc quæ dicũtur accipite. Diuinæ enim leges ſunt,& cœlitus allatæ ob ſalutem noſtrã. Nam ſi cũ regiæ leguntur literæ, vbiq; eſt ſilentiũ,abéſtq; ſtrepitus & tumultus, omnibus adſtantibus,& aures arrigentibus,vt ſciant quæ regiis literis manifeſtẽtur:& quiſquis vel parum tumultuatus fuerit,& quæ legũtur interruperit,in magno periculo eſt:multò magis his cũ magno timore & tremore adſtandum,& altum habendũ ſilentiũ,& pellendę cogitationes turbulentæ, vt quæ dicuntur intelligere poſſitis:quò rex cœleſtis approbata obediẽtia veſtra,maioribus vos muneribus remunerare dignetur. Videamus itaq; quid nunc nos doceat beatus ille Moſes nõ ſua lingua hæc dicens,ſed à ſpiritu ſancto afflatus. Et accepit dominus deus hominẽ quem formauit. Bene ſtatim ab initiis duo hæc poſuit. Non enim dixit, dominus,& tacuit:ſed adiunxit,deus:occultum aliquod myſteriũ hic nos docens,vt ſcire poſſemus,ꝙ ſiue dicamus dominum,ſiue deum,nullam in nominib⁹ eſſe differẽtiam. Hoc autẽ nunc non abſq; ratione cõmemoraui:ſed vt cùm audieris Paulum dicentem, Vnus deus pater ex quo omnia,& vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia:ne putes in dictionibus eſſe diuerſitatem,& vnam maius aliquid ſignificare,alteram minus. Et idcirco ſcriptura abſq; diſcrimine illis vtitur, vt cõtentioſis ea quę ex ſua ſentẽtia excogitarũt, ad dogmatum rectitudinẽ afferre non liceat. Et ꝙ diuina ſcriptura neutrũ horum cum ſingulari quadam obſeruatione & ſuperſtitione enunciet, ex iſthoc ipſo quod nunc dicitur,diligenter cõſidera. Et accepit dominus deus. De quo vult hæreticus eſſe dictũ: De patre ſolũ? Eſto: ſed audi Paulũ dicentẽ: Vnus deus pater ex quo omnia,& vnus dominus Ieſus Chriſtus per quem omnia. Vides quomodo nomẽ domini filio attribuit: Quare ergo dicunt nomen, dominus, maioris eſſe momenti, q̃ nomen, deus? Videte quanta abſurditas,& quanta blaſphemia, quando quis non ipſum diuinæ ſcripturę canonem ſequitur,ſed ſuis opinionibus locum dat,ſententiam diſturbat:& verborum pugnas,& infinitas quęſtiones ſanis rectíſq; dogmatibus immiſcet. Et accepit dominus deus hominem quem formauit,& poſuit illum in horto voluptatis,vt coleret illum,

Pſal. 18. c

Matt. 13. d.

Ibid. f.

1. Cor. 8. b

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret illum,& custodiret. Vide quantã formati hominis curam habuit. Postquã enim heri nos docuit beatus Moses,dicẽs: Plãtauit deus hortum,& posuit illic hominem: id est,voluit illum illic habere domicilium,& versari ibi,ac horti deliciis frui: hodie iterum ostendit nobis ineffabilem misericordiã dei,quam in illum cõtulit: & repetens sermonem, inquit: Et accepit dominus deus hominem, quem formauit, & posuit eum in horto voluptatis. Non simpliciter dixit, in horto: sed apposuit, *voluptatis, vt excellentẽ voluptatem, qua fruiturus esset inhabitando,nobis declararet. Et vt dixit,Posuit illũ in horto voluptatis: addit, vt coleret illum,& custodiret. Etiã hoc magnæ curæ & prouidentiæ nostri,argumentũ est. Nam cùm omnibus deliciis potirentur ibi vitam agentes,tam oblectamentis eorũ quæ videbant,q̃ lætitia eorum quibus fruebãtur,vt ne immodica prosperitate homo insolesceret, (omnem enim malitiã docuit ocium)propterea præcepit deus, vt operaretur illum, & custodiret. Quid autem,dicet aliquis,illius cura indigebat paradisus? Non hoc dico, sed voluit tum vt paruam quandã, sibiq; congruã gereret curam,partim custodiendo,partim operando. Si enim laboris omnis fuisset expers, protinus ex multo ocio in ignauiam prolapsus esset: nunc vero in operatione occupatus, quæ neq; dolorem neq; molestiam adferret,moderatior vtiq; ac continẽtior esse debuit. Cæterùm quod dicit,custodiret:nõ absq; causa appositum est,sed congruunt verba, vt planè scire possit, q̃ sub domino agat,qui hanc largitus sit fruitionẽ, & cũ illa etiam custodiam cõmiserit. Deus enim omnia facit & operatur propter nostrã vtilitatem,& cũ illa etiã fruitionem & refocillationẽ prębet. Nam cùm ob excellentem suam misericordiã,etiam priusquã nos produceret,ineffabilia bona præparauerit,sicut ipse dicit: Venite benedicti patris mei,possidete in hęreditatem præparatum vobis regnũ ab initio mundi: multo magis præsentia omnia largiter præbebit. Postquam igitur tanta beneficia in iam cõditum contulit: Primùm, cùm non esset, dedit illi vt esset, & ex puluere corpus formare dignatus est: & post hæc dominam, animam dico incorpoream,per inspirationem dedit: Dein paradisum fieri iussit,& illic illum viuere præcepit: post hæc ex cõtrario,sicut clemens pater tenero filio omni copia fruenti,ne insolens fiat, paruã & congruã quandam curã excogitat: sic & dominus deus Adæ operationẽ & custodiã præcepit, vt vnà cũ voluptate vbertatéq; ac iucunditate hæc duo haberet, quæ aliquantulũ procliuitatẽ illius morarentur & impedirẽt. Porrò vt hęc quæ iam erant condito homini,ita & quę sequuntur,magnã & excellentẽ dei in illũ nobis declarant misericordiã,quam sola bonitate sua exhibuit. Et quid est quod inquit scriptura, & præcepit dominus deus Adæ? Ecce iterũ hîc etiã eadẽ consuetudine vtitur: vt cùm sæpe idẽ inculcatur,diligentiori memoria doctrina suscipiatur: neq; vltrà feramus temerè nomina discernẽtes,qui aliud patri,aliud filio tribuũt, quorum vna tamẽ est essentia. Et idcirco indiscriminatim tribuit scriptura hanc appellationẽ nunc patri, nunc filio. Et præcepit dominus deus Adæ,dicens. Dignum & hîc fuerit obstupescere misericordiã dei, quæ omnem transcendit rationem,quam breui hoc verbo nobis exhibet. Et præcepit,inquit. Vide statim ab initio, quanto honore hominem prosequitur. Neq; enim dixit,imperauit, vel iussit: sed quid? * Præcepit. Sicut amicus amico de rebus necessariis pręcipiens loquitur, ita & deus humanæ naturę,quasi hoc honore ad obediendũ his quę à se præcipiebãtur,attracturus. *Et præcepit dominus deus Adæ,dicens,De omni ligno quod est in paradiso,comedendo comedes,de ligno autem sciendi bonum & malum,ne comedatis. Quocũq; autẽ die comederitis ex eo,morte moriemini.* Magna huius præcepti facilitas est. Sed, dilecte,graue malum est desidia, facitq; vt facilia omnia, videantur difficilia: sicut studio & vigilantia, etiã omnia ardua & difficilia, facilia nobis fiunt. Quid enim, dic quęso,hoc mãdato facilius? quid hoc honore maius? Concedebat versari in paradiso,& visibilium formositate oblectari,& aspiciẽdo exhilarari, & fruendo magnã voluptatẽ percipere. Cogita quàm iucundum fuerit videre arbores fructibus oneratas,florum varietatem,herbarum diuersitatem,foliorum comas,atque alia quæ verisimile est in paradiso esse,& in paradiso à deo plantato. Propter hoc eñ superius diuina scriptura dicit, Oririq; fecit adhuc ex terra omne lignum pulchrum ad videndũ,& bonum ad comedẽdum: vt scire possimus,quomodo fruens tanta vbertate, per magnam intemperãtiam & desidiã,datũ sibi mandatum præuaricatus sit. Cogita obsecro honoris eminẽtiam qua illũ prosequutus est, data illi mensa propria & segregata in paradiso, vt ne putet eãdem sibi & iumentis instrui: sed haberet,quasi rex in paradiso agẽs, deliciarum copiam,& quasi dominus aliam q̃ ministri habitationẽ sortiretur. Et præcepit dominus deus Adæ, dicens, Ex omni ligno quod est in paradiso,comedẽs comede: ex ligno autem sciendi bonum & malum,ne comederitis ex eo. Nam quocũque die comederitis, morte moriemini. Quasi diceret ad illum,Non molestum aliquid & graue petam ex te: frui enim omnibus tibi permitto. Vnum præcipio ne tetigeritis. Et magnam pœnam decerno,vt vel timore coërcitus, datũ à me mandatum custodias. Hęc faciebat,quasi dominus aliquis liberalis domũ magnam alicui concredẽs, & vt dominiũ sibi saluum maneat, paruam tãtum pecuniam dandam ab illo prescribat. Sic sanè & misericors noster dominus cõcesso omnium quæ in paradiso sunt fructu,ab vno tantùm ligno abstinere iussit, vt scire possit,q̃ sit sub domino,cui obedire debeat,& parêre si quid ille imperarit. Quis pro dignitate admirabitur communis omnium nostri† patris liberalitatem? Quum nullum adhuc bonitatis specimen prę se ferret Adam,tanta à deo beneficia accepit. Neque enim dimidiatam illi dedit rerum fruitionem, neque à pluribus abstinere iussit,& cæteris frui: sed participem omnium quæ sunt in paradiso esse voluit: ab vno solo ligno abstinere præcipit,monstrans re ipsa,nullius alterius gratia hoc ipsum se facere,q̃ vt tantorum beneficiorum authorem agnoscere possit. Et considera cum aliis etiam hîc bonitatem dei,quanto honore etiã mulierem prosequitur,quæ ex illo formãda erat. Nondũ ea enim producta,quasi vtriq; mandaret, dicebat, Ne comederitis ex eo:&quocunq; die comederitis,morte moriemini: manifestans iam inde ab initio, quòd vnum sunt vir & mulier,sicut & Paulus inquit, Caput mulieris vir. Et propterea quasi vtriq; loquitur,vt posthac formata ex viro muliere,occasionem illi præbeat docẽdi illam ipsius pręcepta. Iam scio quidem vulgatissimam esse de hoc ligno quęstionem: & quòd multi temerè loquuntur,& culpã ab homine in deum transferre nituntur,audentq; blatterare,Cuius gratia dedit mandatum,quod sciebat hominẽ transgressurum? Et iterum,Quare iussit lignum fieri in medio paradisi? Et multa

*τρυφῆς, voluptatis, deliciarum.

Matt. 25. c.

*ἐντείλατο. i. præcepit, mãdauit.

† domini.

Ephe. 5. c

multa alia. Sed ne nunc ante tempus præuaricationis videamur prosilire ad ea enarranda, operęprecium, vt & nos expectemus beatũ Mosem enarrãtem: vt quum ad eum locum peruenerimus,tẽpestiuè,quęcunq; dei gratia dederit,de ea re dicentes,verum scripturæ sensum vestram doceamus charitatem: quò scientes scripturarũ veritatẽ, debitam domino gloriam offeratis, nec eo qui peccauit omisso culpã inculpatissimo deo imputetis. Iam autẽ si libet de præsenti lectione,quod sequitur prosequamur. Et dixit dominus deus. Nõ est bonum hominẽ esse solum. Ecce iterum similiter dicit sicut & prius, Dominus deus: vt bene figentes animo dicta,ne putemus diuina scriptura nostras opiniones præstãtiores esse. Dixitq; dominus deus, Non est bonum esse hominem solum. Cõsidera,quomodo nõ cessat bonus deus,sed beneficia beneficiis cumulat,& diuitias bonitatis omni honore circundat,& vult animali huic rationali præstare,vt nõ solùm honestè, sed & cõmodè viuat. Et dixit dominus deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus illi adiutricẽ secundum illum. Ecce iterum etiam hîc dicit,faciamus. Sicut enim in principio cũ de homine formando diceret, Faciamus hominem secundum imaginem nostram,& secundum similitudinem: ita & nunc mulierem formaturus,eodem verbo vtitur,& inquit, Faciamus. Cui hoc dicit? Non creatę alicui potentiæ,sed ei qui ex se natus est,cõsiliario admirabili,potenti,principi pacis,vnigenito filio suo. Et vt sciret Adam,quòd animal formandum æqualis cum ipso dignitatis esset futurum: idcirco quemadmodum de ipso dicebat,faciamus,sic & nũc dicit, Faciamus illi † adiutorium simile sibi] vtrũq; multum habet põderis,tum quum ait adiutoriũ,tum quum addit,simile sibi. Nolo,inquit,illum solum esse,sed habere ex cõtubernio cõsolationẽ aliquam,neq; hoc solum, sed producẽdum erit adiutorium sibi congruũ,mulierem insinuãs: & propterea cum dixisset,Faciamus illi adiutoriũ,addidit,simile sibi: vt cùm videris statim adduci bestias,& omnia volatilia cœli,ne putes de illis esse dictum. Nam licet adiuuent illũ in laboribus suis multa irrationabilia animantia,nullũ tamẽ par est rationali mulieri. Vnde ob hoc quum dixisset,adiutoriũ simile illi,subdit: *Et formauit deus adhuc de terra omnes bestias agri,& omnia volatilia cœli,& duxit illa ad Adã,vt videret quid vocaret illa. Et omne quodcunque vocauit Adam animã viuentem,ipsi ipsum est nomen illi.* Non temerè,neq; absq; causa hoc factũ est,sed propter futura. Deus enim præscius quid non multo post euenturũ,ostendit nobis quantam sapientiam condito à se homini dedit, vt quũ præuaricatio mandati à deo dati contingat, non putetur per ignorantiam peccasse: sed scire possis,q̃ lapsus ille ex desidia fuerit. Nam q̃ magna sapientia præditus fuerit, discę ex his,quæ nunc fiunt. Et adduxit illa,inquit, ad Adã, vt videret quid vocaret illa. Fecit hoc deus, demonstraturus nobis magnã illius sapientiam. Et iterũ, Quod vocauit,inquit, Adam,hoc est nomẽ illi. Factũ autem hoc est,non vt discamus illius sapientiã solũm, sed vt& symbolũ dominij per nominũ impositionem cognoscatur. Nã & hominibus mos est hoc facere in signũ dominij,vt cũ seruos emerint, ipsorum nomina mutent. Vnde & Adam instruit, vt hominibus brutis tanquã dominus nomina indat. Ne igitur hîc subitò prætereas dilecte quod dicitur: sed cogita quãtę fuerit sapientiæ,volatilibus, reptilibus, feris, iumentis, & aliis brutis domesticis, & agrestibus, & in aqua vitam agentibus,& è terra productis,& in summa omnibus, cõgrua & cõuenientia suę naturæ imponere nomina. Nã quodcunq; vocauit Adã,inquit,hoc nomẽ est illi. Vidisti consummatã potentiã? vidisti dominij authoritatẽ? Perpende cũ aliis etiã hoc,q̃ & leones,& pardi, & viperæ,& scorpij,& serpẽtes, & alia omnia etiã illis truculẽtiora,ad illũ quasi dominũ omni cũ subiectione accesserũt,& nomina acceperũt: nec vllũ illorum veritus est Adã. Ne igitur arguat aliquis, q̃ à deo sunt creata,neq; contra opificem linguã acuat,imò contra suũ caput dicendo illa inutilia verba: Cuius gratia ferę productæ sunt? Nã omnia perinde ac mansueta seruitutem agnouerũt & dominiũ: id quod mõstrat manifestè nominũ impositio. Nomina enim quæ imposuit illis,vsq; in hodiernũ diẽ permanẽt. Ita enim hæc firmauit dominus,vt perpetuã habeamus memoriã,quę honorẽ initio,cũ adhuc obediẽs esset Adã, à domino omnium accepit, & ablati huius causam illi adscribamus,qui peccato suo hanc suã potestatẽ mutilauit. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus,& omnibus volatilibus cœli,& omnibus bestiis terrę. Hîc iam considera volũtatis libertatem, & sapientiæ eius eminentiam. Et non dic,q̃ ignorarit quid bonũ,quid malum. Nam qui potest cõgruis nominibus iumenta appellare,& volatilia cœli,& alias bestias,neq; ordinem confundit,neq; mansuetis animalibus cõuenientia feris imponit,nec feris cõgruentia mansuetis attribuit, sed omnibus sua dat nomina, quomodo nõ omni sapientia & industria pollet? Expendite tandem, quãta huius spiraculi in illo potentia, & quanta incorporeæ animæ sapientia,quam dominus illi dedit: q̃ admirabile si rationabile animal hoc, ex duabus naturis constitutũ,& incorporea animæ substantia,corpori quasi optima artifex,instrumento cõiuncta. Igitur cùm tecum cogitabis tantã huius animalis sapiẽtiam, obstupesce & admirare opificis † sapientiã. Nam si cœli pulchritudo à cordato spectatore visa, illũ in conditoris glorificationem perducit: quãto magis rationale hoc animal,cùm suam formationem & gloriam à deo sibi datam,eminentiámq; & magnitudinem donorum, & ineffabilia beneficia cõsiderat, authorem horum continuis laudibus prędicare,& pro suis viribus glorificare deum poterit? Vellẽ & de sequentibus agere: sed ne multitudine eorũ quæ dicuntur,dictorũ obruam memoriam,operæpreciũ fuerit sermonẽ hoc loco claudere. Neq; enim hoc solũ nobis curæ est, vt multa dicamus: sed ideo dicimus,vt bene ea animis vestris cõmendẽtur,nec solùm sciantur quæ in diuinis scripturis cõtinentur: sed vt & aliis fiatis doctores,possitisque & alios admonere. Hoc oro, vt omnes qui hinc egrediuntur,eũ proximis de nũc dictis inter se mutuũ conferant: & ita omnia colligẽtes,ac recenti memoria tenentes,domũ concedite,apud vosipsos ruminãtes diuinas hasce doctrinas: vt huc omni cura vestra cõuersa,mentéq; in his occupata, possitis facilè & turbulẽtas animi affectiones vincere, & diaboli insidias effugere. Nam cum malus ille dæmon videt animam de diuinis rebus solicitam, & perpetuò illas versantem, ne accedere quidem propius audet,sed celeriter resilit,à spiritus operatione,quasi à succẽso rogo abactus. Vt igitur & nobis plurimum sit lucri, & illum vincere valeamus,& supernè nobis copiosior prębetur gratia, his vacet animus noster. Nam ita prosperabuntur in manibus nostris omnia,& erũt facilia omnia quæ difficilia erant: & bonum exitum sortientur, quæcunque

† adiutricem secundum illũ

† potentiã.

Universidad de Deusto Biblioteca

contristabant,nec quicquã præsentiũ nos tristitia affi-
cere poterit. Quandoquidẽ si nobis curæ fuerint di-
uina,& ipse quoq; deus pro nobis solicitus erit, vt ma
gna securitate per pelagus huius vitæ nauigemus, du-
ce & gubernatore deo ipso,in illius misericordię por-
tum occursuri.Cui gloria & imperiũ , cum vnigenito
suo filio & deo , simúlq; sancto & viuifico illius spiri-
tui,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

Adæ vero non inuentus est adiutor similis illi.Et immisit deus excessum in Adam,& dormiuit.

Homilia XV.

INgentes vobis habeo gratias,ꝙ tanta alacri-
tate hesternã meam accepistis admonitionẽ,
& dictorum prolixitate non solum non estis
offensi,sed & eodem rigoris tenore perpetuũ audien-
di desiderium vsq; ad finem seruastis. Vnde in magna
expectatione sumus,ꝙ & opera ipsa,quæ à nobis con
sulta sunt,facturi sitis.Nam qui tanta voluptate audit,
declarat ad opera quoq; faciẽda se paratum. Alioqui
creber etiã nunc iste vester conuentus , certum argu-
mentum est q̃ bene valeatis anima.Nam sicut esurire,
signũ est bonæ valetudinis corporalis: ita amare diui-
na eloquia, spiritualis sanitatis indicium fuerit maxi-
mum . Quoniam autẽ fructus vestri studij pollicetur,
ꝙ & obediendo adimpleturi sitis:age & nos mercedẽ
quam heri pollicebamur,hodie vestrę charitati dinu-
merabimus.Spiritualem doctrinam mercedem dico,
quæ potest & meã augere substantiam cùm dinume-
rauero,& vos qui recipitis,ditiores efficere.Hoc enim
modo se habent spiritualia omnia . Id quod in rebus
sensibilibus non est. Nam in illis ij qui dinumerant pe
cuniam,suã imminuunt substantiam, & locupletiores
fiunt qui recipiũt:hîc autẽ non sic. Sed & is qui dinu-
merat,suas facultates magis auget, & recipiẽtium di-
uitiis multũ accedit.Itaq; cùm & nobis prõpta sit be-
neuolẽtia, & vos spirituales illas opes suscepturi,sinus
mentis habeatis capaces:age prçstemus quod recepi-
mus,& iterum in manus acceptis his quę ex contextu
beati Mosi lecta sunt,inde vobis mercedẽ dinumere-
mus. Quæ igitur sunt,quæ hodie lecta in medium af-
ferri debent,vt thesauros sensuum in verbis latentes,
diligẽter quæsitos,charitati vestræ proponamus? Au-
distis enim modo scripturã dicentẽ, *Adæ verò non in-
uentus est adiutor similis illi*. Quid vult breuis hęc dictio,
Adæ verò?quare apponit coniunctionẽ? an non suffi-
ciebat dicere, Adę?Non absq; ratione,neq; curiosita-
tis gratia inquirẽdi talia nobis studiũ est:sed vt diligẽ-
ter omnia vobis interpretãtes,doceamus vos,neq; di-
ctionem paruã,neq; syllabã vnam in diuinis literis cõ
tentam,esse prætereundã. Non enim verba qualiacũ-
que sunt,sed & spiritus sancti verba. Et propterea ma
gnũ in his thesaurũ inuenire licet,etiã in vna dictione.
Auscultemus igitur obsecro magna diligentia: nullus
deses,null⁹ somniculosus sit, omnes vigili animo ade-
ste.Nullus externis occupationibus mentẽ distrahat,
nullũ seculares curę sibi vendicent.Sed cogitet vnus-
quisq; spiritualis huius congregationis dignitatẽ,& ꝙ
ea quę audiuimus,deus per prophetarũ linguas nobis
loquitur: atq; sic arrectas simul mentem & aures ad-
hibeat, ne aliquid eorum quæ seminamus, in petram
cadat,vel secus viam, vel inter spinas, sed omne semẽ
in terram bonã,latitudinẽ dico mentis vestræ, proie-
ctum,largum vobis fructum afferre queat, & à nobis
concredita multiplicet. Cæterùm videamus quid sibi
velit huius coniunctionis copula, Adę verò non inue-

A niebatur adiutor similis illi. Vide obsecro diuinæ scri-
pturæ accuratã diligentiam.Nam postquã dixit,Adę
verò non inuentus est adiutor:nõ ibi substitit, sed ad-
iecit,similis illi : addimento illo causam nobis decla-
rans,ob quam coniunctionis copulam addiderit.Exi-
stimo acutiores coniectare posse , & præuidere quid
dicturi simus . Verùm quia nostri officij est , quoniam
cõmunem omnibus doctrinam proferimus,omnibus
etiam manifesta facere quæ à nobis dicuntur:age do-
cebimus vos cuius gratia sic dixerit,sed parumper su-
stinete.Nam postquã in superioribus dictis, sicut me-
mores estis,scriptura diuina dixisset,Faciamus illi ad-
iutoriũ secundũ eũ:statim docuit nos bestiarũ & re-
ptiliũ & brutorũ omnium formationẽ: inquit enim,
Et formauit deus adhuc de terra omnes bestias,& vo-
lucres cœli,& duxit illa ad Adã,vt videret quid voca-
B ret illa.Et quemadmodũ dominus omnibus imposuit
nomina,& vnicuiq; bestiarum,& volucrũ, & brutorũ
omnium generi,suum vocabulũ iuxta concessam sibi
sapientiam distribuit: vt scire possemus ꝙ omnes illæ
creaturę,licet homini ministrent,& nos adiuuent co-
operando nobiscũ , irrationabiles tamen sunt , & ho-
mine longè inferiores . Vnde ne putemus illum de il-
lis dixisse,faciamus illi†adiutoriũ.] Nã licet adiuuent, *†adiutorem] βοηθὸν sic in aliis locis accipere potes.*
& in multis ministerio suo seruiant,ratione tamen ca-
rent. Sanè ꝙ iuuent nos animalia illa,rerum docet ex-
perientia: alia enim vtilia sunt ad conuehenda neces-
saria,alia ad colẽdam terram.Quandoquidẽ bos ara-
trum trahit,sulcos secat,& varia agriculturę opera ex-
ercet . Asinus autem ad conuehenda necessaria vtilis
est,& pleraq; animalia alia corporis nostri vsui serui-
unt.Etenim oues lanam ad parandas vestes prębẽt,&
C capræ ex suis pilis aliquid nostro ministerio afferunt,
lactéq; & alio quoque modo nos pascunt. Proinde ne
existimes,quod suprà dicit:Faciam⁹ illi adiutoriũ, de
illis dictũ:ideo nunc sermonẽ incipiens, inquit, Adæ
verò nõ inuentus est adiutor similis ei. Quasi doceret
nos beatus Moses , & hæc diceret verba, Hæc omnia
quidẽ producta sunt , & ab Adã sua acceperũt nomi-
na, nihil tamẽ ex his omnibus dignum fuit inuentum
illius adiutorio . Ideo volens nos docere producendi
animalis formationem,& ꝙ animal hoc producendũ,
istucipsum sit de quo dicebat , faciamus illi adiutoriũ
secundum illũ:id est,simile illi inquit,hoc est eiusdem
substantię,† dignitatéq; illo nihil inferius:]& hanc ob *†ipso dignum.i.ipso nihil inferius.*
rem dicebat,Adę verò nõ inueniebatur adiutor simi-
lis illi:monstrans nobis beatus ille, ꝙ quantumcunq;
nobis ministerium exhibent hæc bruta , aliud tamen
D quoddã adiutorium est multis numeris excellentius,
quod à muliere Adæ pręstatur.Itaq; omnibus anima-
libus iam productis,& suũ nomen à protoplasto sorti-
tis, misericors deus similẽ illi adiutricẽ vt produceret
inquirebat. Qui omnia † à se facta,per se gubernat,&] *†propter hominem à se formatum dispẽsat, & propter hũc]*
omnem visibilem creaturã produxit,is cum aliis om-
nibus & mulierem format . Et vide quàm diligenter
formationem nos doceat . Nam postquã nos docuit,
ꝙ vellet producere illi adiutorium simile ipsi:nam su-
perius dixerat,Faciamus illi adiutorium secundum il-
lum : & hic inquit , Non inueniebatur adiutor similis
illi:eam ob causam ex illius substantia ipsam format,
& inquit, *Et immisit dominus deus excessum in Adam , & dormiuit:& accepit vnã costarum illius, & impleuit carnẽ pro illa. Aedificauitq; dominus deus costã quã accepit de Adam,in mulierem,& duxit illam ad Adam*. Magna verborum vis
est,& omnem humanum captum transcendens. Non
enim

enim aliter possunt hęc magna intelligi,q̃ fidei oculis
cõspecta.Et immisit de⁹ excessum in Adã , & dormi-
uit. Videte diligentiã doctrinæ: vtraq; posuit beatus
ille ꝓpheta,imò spiritus sanctus per illius linguã, do-
cens nos factorum seriẽ. Immisit, inquit,excessum in
Adam,& dormiuit.Quod tunc fiebat,neque excessus
solus erat,neq; somnus solitus.Sed quia sapiens & po
tens nostræ naturæ opifex,vnã ex costis illius ablatu-
rus erat:vt ne sentiendo dolorẽ,mulieri ex se formatę
postea doloris memor infensus fieret : eapropter im-
misso excessu,tanto illũ somno oppressit,vt quasi gra-
uedine quadã correptus nullũ rei quæ fiebat sensum
caperet:& sicut optimus artifex auferebat quod sibi
videbatur:& supplebat vbi quid deerat,& quod inde
sumpserat, iuxta suam formabat misericordiam. Im-
misit,inquit,excessum in Adã,& dormiuit: accepítq;
vnã costarũ illius:& impleuit carnẽ pro illa:vt ne pos-
set discusso somno,quod factũ erat, ex vacuitate sen-
tire. Nã quãuis eo tẽpore quo auferebatur, ignorauit,
postea tamen cogniturus erat.Itaq; vt ne illũ in aufe-
rendo,dolore: neque ob ablationẽ , tristitia afficeret,
vtraque sic dispẽsauit,vt & citra cruciatũ illius aufer-
ret, & impleto eo loco vnde abstulerat , factorũ sen-
sum percipere non sineret. Igitur acceptam hanc co-
stã ædificauit dñs deus in mulierẽ. Admirabile dictũ,
nostrã rationẽ nimia excellẽtia vincẽs. Eiusmodi eñ
sunt omnia,quę à domino. Istud enim,quàm hominẽ
è puluere formari, non est minus. Et vide iterũ quo-
modo diuina scriptura verbis nostræ infirmitati ac-
commodis vsa sit. Et accepit,inquit, vnã costarũ illi⁹.
Ne humano more accipias quæ dicuntur , sed crassa
verba hæc humanæ imbecillitati conuenire cogites.
Nam nisi his verbis scriptura fuisset vsa,quomodo tã
arcana mysteria discere potuissemus ? Ne igitur ver-
bis tantũ addicti simus , sed omnia vt par est de deo
sentiamus. Quandoquidẽ dũ dicitur,accepit, & om-
nia talia, ꝓpter nostrã infirmitatẽ ita dicta sunt. Ani-
maduerte autẽ quomodo & hic eadẽ vsa est consue-
tudine,qua suprà quũ de Adã ageret. Nam vt ibi se-
mel ac iterũ,& sæpius dixit,Et accepit dominus deus
hominẽ:& iterum, Et præcepit dominus deus Adæ:
& iterum, Dixitq; dominus deus , faciamus illi adiu-
toriũ simile illi:sic & nunc inquit,Et ędificauit domi-
nus deus costã,quã accepit ab Adã, in mulierem . Et
paulò superius,Et immisit dominus deus excessum in
Adã:vt discas ꝙ nullã patris & filij diuersitatẽ hæ di-
ctiones indicent:sed quia vtriusq; est vna essentia, in-
discriminatim nominibus istis scriptura vtitur. Vnde
& hanc consuetudinẽ , cùm de formatione mulieris
agit,similiter obseruauit,dicens, Et ædificauit domi-
nus deus costã quã accepit ab Adã,in mulierẽ. Quid
ergo hic dicent hæretici,qui omnia curiosius explo-
rare volunt , & conditoris omnium generationem
comprehendisse se putant? Quis sermo hoc explicare
poterit? Quæ mens deprehendere? Vnã costã,inquit,
accepit,& quomodo ex hac vnica costa totũ animal
formauit ? Et quid dico , quomodo ex hac vna ani-
mal formauerit? Dic obsecro,quomodo ablatio facta
est? quomodo Adã, cum auferretur costa, non sensit?
Sed nihil horũ dicere poteris. Vnus enim tantum scit,
qui ipse est conditor. Quòd si hæc quæ in manibus
sunt, & animalis illius quod nobis carne cognatum
est, formationẽ non cõprehendimus:quanti delirij &
amentiæ fuerit curiosius inquirere quæ ipsius condi-
toris sunt , & dicere ꝙ illa cõprehenderis , quorum

A neque incorporeæ & diuinæ virtutes iustã scientiam
habent:sed cũ timore & tremore†glorificantes ,con- *†In assidua glorificatione perseuerãt*
tinuò humiliantur:] Et ædificauit dominus deus co-
stam quã accepit ab Adã,in mulierẽ. Vide scripturæ
diligentiã. Nõ enim iam dicit, formauit:sed, ædifica-
uit:quia ex iam formato partem accepit, & quasi di-
ceret aliquis,quod deerat dedit. Et propter hoc dixit,
& ędificauit:nõ aliã formationẽ fecit,sed ex eo quod
iam formatũ,accepta portiuncula quadã, hanc partẽ
ædificauit,& perfectũ fecit animal. Quãta optimi ar-
chitecti dei potentia,quę ex tãtilla particula,tam ele-
gantia membra concinnauit,tantos formauit sensus,
& perfectũ & integrũ & absolutũ animal fecit, quod
possit & colloqui, & cõmunione substãtiæ viro mul-
ta afferre solatia? Nã ob eiuscemodi consolationem
animal hoc formatũ est. Vnde & Paulus dicebat, Nõ *1. Cor. 11. b.*
enim formatus est vir propter mulierẽ, sed mulier ꝓ-
B pter virũ. Vides quomodo omnia ꝓpter virum fiunt.
Condita enim creatura], productis brutis & cibo &
ministerio vtilibus : quia formatus homo indigebat
aliquo cõfabulatore , & eo qui particeps suæ substã-
tiæ multũ solatij afferre posset: ideo ex latere illi⁹ hoc
rationale animal format,& secundũ industriã suã &
sapientiã perfectũ & absolutum hoc facit , per omnia
homini simile,id est rationale,quod posset in necessa
riis & cõmoditatib⁹ huius vitę subsidio esse. Deus eñ
omnia sapienti quadã ratione cõdidit & moderatur.
Et nos qui tam imbecilli mente sumus, tametsi mo-
dum quo facta, scire nõ possumus , credimus tamen
quòd voluntati illius omnia cesserint,& paruerint,&
quicquid imperauerit factum sit. *Et ædificauit*, inquit,
dominus deus costam, quã accepit ab Adam,in mulierem : & adduxit illam ad Adam. Ostendens ꝙ ꝓpter illum istã
C condiderit,adduxit illam ad Adam. Quoniã nullus,
inquit,in omnibus brutis adiutor tibi inuentus est si-
milis , ecce hoc quod pollicebar : promisi enim tibi
facturum me adiutoriũ simile tibi, nunc perfectũ tra-
do tibi. Adduxit illam ad Adam. Et dixit Adam, *Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro ex carne mea* . Obsecro di-
lecte,vide hîc quomodo cum ineffabili illa sapientia
sibi à deo suppeditata, cuius nobis indicia demõstra-
ta sunt per nominũ impositionẽ , quæ tot brutorum
animalium generibus indidit, & propheticã gratiam
accipit. Nã idcirco antea docuit nos beatus ille pro-
pheta,quòd & somno & ecstasi correptus sit,ita vt ne
sensum quidẽ vllum eius quod fiebat , perciperet : vt
cum nunc discis, quòd visa muliere diligenter factũ
enarrat,credas certò, ꝙ spiritus sancti doctrina affla-
tus,& accepta prophetica gratia hæc loquatur. Quip
D pe cùm nihil de his quæ facta erant sciret, postquam
deus hanc illi adduxit,inquit,Hoc nunc os ex ossibus
meis,& caro ex carne mea. Alius quidã interpres,pro
nũc,†vertit semel. Manifestum]ꝙ semel tantũ hoc fa- *†vertit, hoc semel, declarãs]*
ctum est,neq; vltrà erit talis formatio mulieris. Nũc,
inquit,facta est ex viro mulier , posthac non sic erit:
sed ex muliere vir,imò nõ ex muliere, sed ex vtriusq;
cooperatione:sicut & Paulus inquit, Non est eñ vir *1.Cor. 11. b.*
ex muliere,sed mulier ex viro: & non conditus est vir
propter mulierẽ,sed mulier propter virũ. At isthæc
ipsa,dicet aliquis,quæ dicta sunt,ostendunt ꝙ mulier
ex viro facta sit. Verùm expecta , & vide doctrinam
quam subiicit : dicit enim , Veruntamen neque vir
sine muliere,neque mulier sine viro . Quo docet nos,
quòd postea vtriusque congressu, vtrorumque & vi-
ri & mulieris constitutio erit. Et idcirco & Adam
dicebat,

Universidad de Deusto Biblioteca

dicebat,Hoc nunc os ex ossibꝰ meis,& caro ex carne mea. Deinde vt scias huius ꝓphetiæ certitudinem,& quomodo in hunc diē & vsque ad consummationem affulgeāt illius dicta,audi sequentia. *Ista vocabitur mulier,quia ex viro suo sumpta est ista. Propter hoc derelinquet homo patrē suum, & matrē suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam.* Vidisti quomodo omnia nobis diligēter aperuit,& singula per ꝓphetiam suā explanauit. Ista,inquit,vocabit̄ mulier, quia de viro suo sumpta est. Iterū nobis ablationē costæ insinuat. Deinde manifestans euentura,inquit, Propter hoc relinquet homo patrē suū,& matrē suā, & adhærebit vxori suæ,& erūt duo in carnē vnā. Vnde dic oro, habuit ille vt hæc diceret? Vnde sciebat futura,& q̄ multiplicandū esset humanū genus,& q̄ hoc viri mulierísque congressu futurū,vnde noscebat? Cōgressus enim ille post præuaricationē fuit. Nā vsque ad illam quasi angeli versabantut in paradiso, non concupiscentiis flagrantes, non ab aliis affectionibus infestati,non naturæ necessitatibus obnoxij:sed prorsus incorruptibiles & immortales cōditi,neque vel vestimentorū amictu ibi egebant. Erāt enim,inquit,ambo nudi,& non erubescebant. Peccato enim & præuaricatione nondum præsente,gloria,quæ supernè venerat,vestiti erant:& ideo non erubescebant. Post transgressionē autē pręcepti,introgressa est & erubescētia, & nuditatis agnitio. Vnde igitur dic quæso,habuit, †quòd hæc sciret?] (*† vt hæc diceret?*) Nónne propheticæ gratiæ particeps,omnia hæc spiritualibus videbat oculis? Hæc nunc non absq; ratione prolixioribus dico,sed vt etiam hinc immodicam dei misericordiā discatis, quā humano generi exhibuit. Data illi ab initio vita angelica, & innumeris in illū collocatis beneficiis,& cum aliis omnibus etiā ꝓphetica dignitate cōcessa:vt cùm videritis hominem post tot beneficia delinquere,culpā in deū ne reieceritis,sed ipsi totū imputetis. Ipse eñ sibimetipsi omnium malorū author fuit,quod & postea discetis,tum q̄ tantis bonis excidit,tum q̄ ob pręuaricationē condemnatus est. Nā cùm cogito vitæ illius statum, quē illi dominus dedit, tā multipharia in ipsum beneficia cumulando:& primùm quidē quòd ante ipsius formationē,propter ipsum, totū hunc mundū & creaturas condidit:& postea ipsum formauit, vt factus visibilibus omnibus frueretur. Dein q̄ vt iussit esse paradisum,in illo statim ipsum vitā agere voluit, animalia bruta ab illo separauit:omnium illi dedit potestatem, quasi dominū seruis & subditis nomina imponere iubendo. Postea,quia solus erat, cùm indigeret aliquo adiutore, qui naturæ eius particeps esset: neque hoc omisit,sed producta muliere, modo quo sibi placuit, illam ipsi in manus concredidit: præter hæc omnia, ꝓphetię quoq; dignitate illū insigniuit. Et quod summa & caput aliorum est beneficiorū,donauit illi vt ab omnibus curis & solicitudinibus corporis liber esset: neq; vllis vestiū indumētis,neque alio aliquo indigere illū permisit:sed vt dixi,quasi angelus terrestris super terrā versari voluit. Cùm igitur omnia hæc supputo,obstupesco & domini misericordordiā in humanū genus,& hominis desidiā,& diaboli inuidentiā. Non eñ ferebat malus ille dæmon videre in corpore hominē angelicā vitā agentē. Cæterùm ne nimia ꝓlixitate sermonē extēdamus,si placet, reponemus in posterū quæ de diaboli insidiis sequūtur, vestrā orantes charitatem, vt diligenter ea quæ dicta sunt memoriæ cōmendetis,& vobiscū expēdatis ea omnia,vt ꝓfun-

A dius in cogitationibus vestris cōsidant. Nā si cōtinuò beneficiorū dei,quæ in nostrū genus cōtulit,recordemur,& ipsi grati erimus,& ad virtutis viā magna erit extimulatio. Quippe manifestū, q̄ beneficia dei secū recogitans, operam dat ne illis indignus videatur:sed tanti studij & gratitudinis est, vt & alia consequenter mereatur. Ita liberalis est dominus noster, vt quando videt nos bene & cū gratitudine vti his quæ iam nobis concessit, vltrà nos potioribus maioribúsque muneribus impleat. Tantū nobis nostra salus curæ sit,ne ita incogitanter & absque fructu tempus transigamus:neque hoc attendamus, q̄ dimidiū quadragesimæ transierit,sed si qua in hoc tempore à nobis bene gesta sunt,& si quas affectionum perturbationes correxerimus. Nam si quotidianis spiritualibus doctrinis refocillati, semper iidē manserimus, neque in virtu- B tibus creuerimus, neque peccatorū genera è pectoribus nostris effugauerimus,non solum inde nihil erit vtilitatis,sed & plurimū nocumēti: quādoquidē qui in tanta cura nihil lucrifacit,neq; ꝓficit,maiorem sibi coaceruabit gehennæ ignē. Ideo oro, vt saltē reliquū ieiunij tēpus,vt decet,insumamus, & singulis hebdomadis,imò singulis diebus nos ipsos cōsideremus, & negligentiā ab animabus nostris repellamus, & bonorū operū possessionē conquiramus, sicut propheta noster admonuit,Declinemus à malo, & virtuti studeamus. (*Psal.36.d*) Hoc etenim verum est ieiuniū. Iracūdus ferocē perturbationē pia cogitatione ab anima eliminet,māsuetudinē autē,& lenitatē amplexetur. Deses & intemperans, & formosorum corporum curiosior spectator cogitationes suas refrænet, & in latitudine mentis suæ inscribat legē Christi dicentē, Qui inspe- (*Matt.5.d*) C xerit mulierē vt cōcupiscat illam, iam adulteriū cōmisit cum illa in corde suo. Vnde incontinentiæ vitiū effugiat, & sobrietatis virtutē operetur. Qui præcipitis & temerariæ linguæ est,& quęcunque obuenientia effutit, imitetur beatum prophetā,& dicat, Pone (*Ps.140.a*) domine custodiam ori meo,& ostium munitionis labiis meis. Et nūquam temerè & absque vtilitate proferat verba,sed audiat Paulū,dicentem, Omnis voci- (*Ephe.4.g*) feratio,& furor,& blasphemia, & obscœnitas, & vrbanitas tollatur à vobis cū omni malitia. Et iterū, Si (*Ibidem.*) quis sermo bonus,ad ædificationē vtilis,vt det gratiā audientibus. Iuramenta quoque modis omnibus fugiat: audiens sententiam Christi,quæ dicit,Dictū est (*Matt.5.c*) antiquis, Non peierabis:ego autē dico vobis,non iurandū omnino. Ne igitur dicat aliquis, In re iusta iuro. Neque enim in re iusta neque iniusta iurare licet. D Purum igitur à iuramentis seruemus os. Et his omnibus muniamus nostrā linguā,labia & mentem,ne vel quid malarū cogitationū intrinsecus nascatur,vel per linguam foras proferatur. Aures quoque diligenter sepiamus,ne vanas fabulas audiāt. Sicut & beatus Mo (*Deut.5.b.*) ses præcepit,dicens, Auditū vanū ne accipias. Et iterum beatus Dauid dicebat, Obtrectantē secretò pro- (*Ps.100.a*) ximo suo,hunc persequebar. Vidisti dilecte,quāta nobis cōtentione,quanta vigilantia ad virtutē parandā opus sit?quomodo & parua particula neglecta, totius periculū infert? Quocirca & alibi clamat beatus Dauid,accusans hoc facientē,& dicens,Sedens aduersus (*Psa.49.d*) fratrem tuum obloquebaris, & contra filium matris tuæ ponebas scandalum. Si sic nostra omnia membra muniuerimus, poterimus ad virtutis opera excitari, & linguam in laudibus & glorificatione dei occupare:aures autem in auditu & disciplina diuinorū eloquiorum,

eloquiorum, & mentem in spiritualibus dogmatibus contēplandis:manꝰ verò nō in rapina & auaritia, sed misericordia & bonis operibus faciēdis, & pedes nō in theatris & spectaculis damnosis, equestribúsq; ludis,sed in ecclesiis & domibus precationū, & martyrum loculis,vt ab illis benedictionē percipiamus, & nos à diabolicis laqueis irretiri nō sinamus:Si sic solliciti nostrā salutē curauerimus, poterimus & ex ieiunio lucrū facere, & dæmonis insidias effugere, & magnam supernè gratiam assequi:quam vt nos omnes assequamur, concedat gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri, sanctóq; spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erant ambo nudi & Adam & vxor eius,
& non erubescebant.

Homilia XVI.

Hodie vobis dilectissimi, spiritualē thesaurum aperire volo: qui licèt inter multos diuidatur, nunquā tamē absumitur: omnes eñ locupletat, non tantū nulla sui imminutione,sed & quodam augmento. Nam si quis de sensibili thesauro vel paruā acceperit portionē, multas tamē diuitias inde sibi parabit:ita & in diuinis scripturis, etiam in parua dictiōe,sensuū grauitas & ineffabiles inueniūtur diuitiæ. Talis enim natura huius thesauri, vt abundare faciat eos qui se inueniunt,& nunquam deficiat. Fontis enim huius scaturigo est spiritus sanctus. Reliquū,vestrum fuerit quæ ꝓposita sunt,summa seruare memoriæ diligentia. Cæterùm, vt facilè dicta assequi possitis:tantū quod nostrū est, magno studio afferamus. Gratia enim parata est, & requirit eos qui se largiter suscipiant. Audiamus igitur quæ hodie sunt lecta, vt discamus dei misericordiā, & quanto salutis nostræ gratia sermonis tēperamento sit vsus. *Et erant ambo nudi tam Adam quàm vxor eius, & non erubescebant.* Cōsidera quæso, eminentem beatitudinē, quomodo superiores fuerint omnibus corporalibꝰ necessitatibus, quomodo terrā quasi cœlū incoluerint: & quū essent in corpore,nihil corporale tulerint:neq; tecto, neque veste,neq; alio tali opus habētes. Porrò diuina scriptura nō simpliciter & absq; ratione hoc nobis significauit:sed vt cùm didicerimus vitā illorū tristitię dolorísq; expertē,& angelicū quendā statū (vt ita dicā) & postea viderimus illos omnibus illis destitui, & quasi è magnis diuitiis in extremā inopiā redigi,ipsorum peccato totū quod fit ascribamus. Operæpreciū autē lecta ipsa audire. Nā vt dixit beatus Moses, quòd nudi erant, & nō erubescebāt, neq; eñ sciebāt se nudos esse,mira gloria amicti,& maiori q̄ vllus vestitus posset ornare,inquit, *Serpens autem erat prudentissima omniū bestiarū quæ super terrā,quas fecerat dominus deus. Et dixit serpens mulieri, Quid quòd dixit deus, ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso?* Vide maligni dęmonis inuidentiā,& multiplices technas. Quandoquidē sciuit hominem formatum in summo esse honore,& propemodū nihil minus habere angelis ipsis,sicut & beatus (*Psal.8.b.*) Dauid inquit, Minuisti eum paulò minus ab angelis. Atque hoc ipsum paulò minus inobedientiæ peccatum introduxit. Nā post pręuaricationem hoc loquutus est propheta. Videbat igitur super terrā angelum terrestrem, & à sua rodebatur inuidia dæmon malorum author. Quoniam cùm ipse inter supernas virtutes esset,& ob voluntatis suæ nequitiam, & malitiam excellentē, è summo illo cœlo proiectus fuerit, ma-

A gna vsus est machinatione:vt & hominē gratia dei priuare,& ingratum factum, tantis bonis per diuinā bonitatē ipsi concessis, nudare posset. Et quid fecit? Inuento animali hoc,serpentem dico,qui cætera calliditate sua vincebat,sicut & Moses testatus est, cùm dixit, Erat autē serpens* prudentissima omniū bestiarum quæ super terrā,quas fecit dominꝰ deus:eo quasi instrumento quodā vsus est, per quod mulierem, vtpote simplicius & infirmius vas,illius familiaritate in errorem & deceptionem prouocaret. Et dixit serpens mulieri. Collige hinc, quòd ab initio nulla bestiarum super terrram terrebat vel virū vel mulierem: sed dominium & subiectionem agnoscebant omnia. Et sicut nunc domestica animalia, ita & fera & immansueta tunc subdita erāt. At fortè hìc dubitauerit quis, & vt sciat quæsierit, num & hoc animal rationis fue- B rit particeps? Non ita est: absit. Nam sequentes scripturā hoc expendere debent,q̄ verba quidē sunt diaboli,quē sua inuidia concitabat, vt ita hominem falleret. Animali autē hoc vt instrumento accōmodo vtebatur diabolus,quò suarū fraudiū esca deuorata, supplantare primùm posset mulierē, quæ facilius decipi poterat,& postea per illā etiam protoplastū supplātaret. Itaq; hoc bruto vtitur ad insidiarū suarū machinationes,& per ipsum mulieri loquitur, & inquit: Quare dixit deus,ne comedatis ex omni ligno quod est in paradiso? Considera,obsecro, malignitatis excellentē subtilitatem. Inducit enim sub ratione cōsilij,& interrogationis,etiā quod non erat dictū, quasi scilicet curā ipsorū haberet:id quod ostenditur, cùm inquit: Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso? quasi diceret malignus ille dæ- C mon: Quare deus priuauit vos tanta fruitione? cur nō cōcedit vt participes sitis bonorū quę sunt in paradiso? sed pręstitit quidē vt visu frueremini,maiori tamē voluptate interdixit. Cur dixit deus. Quare,inquit, hoc? quę vtilitas versari in paradiso,& nō frui his quę in illo sunt? Sed ideo maiorē fertis dolorē,q̄ spectare quidē vobis licet,frui nō licet. Vidisti quomodo per verba quasi per escā virus suū immittit. Debebat mulier ex ipso aggressu eminentē coniectare malitiam, tum q̄ de industria quæ non erant dicebat:tum quòd quasi curā ipsorū gerat, vt scire posset quæ illis à deo præcepta, & sic ad præuaricationem ipsos traheret. Igitur cùm posset statim illius imposturam videre, & auersari verba vti nugacia, & seipsam in tantā humilitatē non deiicere,noluit. Oportebat (inquam) initiò colloquiū illius nō ferre,sed illi soli loqui, ꝓpter quē, D & in cuius adiutoriū producta erat, particeps dignitatis illius facta. Quia autē nescio quomodo, allecta, colloquiū serpentis tulit: per quem, vt instrumētum, perniciosa diaboli verba suscepit:congruū erat statim quū disceret ex verbis ab illo dictis, quòd diuersa à verbis dei essent: & q̄ alia quidē conditor imperasset, alia autem ille, & planè contraria deo diceret: vt ipsa auersaretur,& fugeret illius cōsuetudinē,abominaretúrq; illū,qui suā linguam contra datum illis mādatū acuere audebat. Verùm quia præ magna negligentia non attēdebat,nō solum non est illū auersata, sed omne mandatū illi detexit, & margaritas porcis obiecit,impletúrque quod à Christo dictum est, Ne (*Matt.7.a*) mittatis margaritas vestras ante porcos:ne fortè cōculcent illas pedibus suis,& cōuersi vos disrumpant. Id quod & hic factum est. Apposuit enim porco,huic malæ bestiæ, dæmoni videlicet, qui per serpentem operabatur,

** φρονιμώτατος prudentissimus, peritissimus, callidissimus*

Universidad de Deusto Biblioteca

operabatur,diuinas margaritas: & non solũ illas conculcauit,& dictis se opposuit:sed & cõuersus nõ ipsã solũ,sed cum ipsa ꝓtoplastũ quoque in morbũ inobedientię perduxit. Tantum malũ est absque delectu cuiuis diuina mysteria detegere. Audiant qui sine discrimine simpliciter cum omnibus colloquũtur. Neque enim ibi Christus de porcis præcepit, sed homines porcinis morib⁹ denotat, q̃ sicut bruta illa in peccati luto inuoluũtur:docens nos, vt personarũ diuersitatẽ dinoscamus,& vitæ rationes inquiram⁹, quãdo aliquid diuinorũ eloquiorũ exponere opus fuerit, ne & illos & nosmetipsos lædamus. Nam qui tales sunt, nõ solũ nihil lucri ex dictis capiũt, sed & eos qui bonas illas margaritas absq; disquisitione illis ꝓposuerant,secũ in suæ perditionis ꝓfundũ pertrahunt. Ideo cũ diligẽtia obseruanda sunt hæc, ne eadẽ patiamur quæ illi qui hic decepti sunt. Nam & nunc si voluisset mulier non ꝓponere margaritas porco, neq; ipsa in præcipitiũ ruisset, neq; virũ secum traxisset. Sed audiamus quid illi respondeat. Nã vt dixerat, cur dixit deus,de omni ligno paradisi ne comedatis? inquit mulier serpenti: *De omni ligno paradisi comedimus: de fructu autem ligni quod est in medio paradisi,dixit deus, ne comedatis,neque attigeritis ipsum, vt non moriamini.* Vidisti malignitatẽ,dixit quod nõ erat,vt in colloquiũ ꝓuocaret, & disceret id quod erat. Mulier enim postea confidẽs q; beneuolè erga se affectus esset,totũ mandatũ detexit,diligentérq; recẽsuit omnia, & responso suo omnẽ sibimetipsi defensionẽ abstulit. Quid enim potes dicere, ô mulier? * Cur dixit deus, ne comedatis de omni ligno quod est in paradiso? Oportebat te auersabundã ab eo,qui diuersa à deo dixerat,dicere, Apage,impostor es tu, nescis neq; mãdati nobis dati potentiã,neq; quãtis fruimur,neque copiã eorũ quę nobis suppeditãtur. Nam tu quidẽ ais deũ dixisse, quòd nullum degustare debeamus lignũ. Dominus autem & conditor, ob immodicam suam bonitatem nobis permisit frui, & potestatem habere omniũ,& ab vno tantum abstinere iussit,ídque nostrę curæ gratia,vt ne gustato illo,morte occũberemus. Oportebat, si quidem prudens fuisset,his ad illum dictis illum omnino auersari,nihílque vltrà illi loqui,neque audire loquẽtem:sed ista reuelato præcepto, & narratis dei verbis, aliud letiferum, & perniciosum consilium ab illo accipit. Nam postquam dixit mulier, De omni ligno paradisi edimus, de fructu autẽ ligni quod est in medio paradisi,dixit deus,Ne comedatis ex illo,neq; attigeritis ipsum,ne moriamini. Iterũ malignus salutis nostrę inimicus contrariũ deo consiliũ affert. Quippe cùm misericors deus, ob magnã nostri curam sumere prohibuerit,vt ne per inobedientiã mortales fieremus:ille dicit mulieri,Non morte moriemini. Quali venia quis dignaretur mulierem? omnino enim aures occludere potuerat,illo temeraria hæc dicente. Nam cùm de⁹ dixerat,ne comedatis, vt ne moriamini: ille inquit,non morte moriemini. Dein non contentus q; dixerat cõtraria dictis dei,incusat eum etiam vt inuidum opificẽ,quò sic fraudes suæ procedãt,& supplãtata muliere propositum suũ impleat. *Non morte moriemini. Sciebat enim deus, quòd quocũque die comedetis ex eo, aperientur oculi vestri,& eritis sicut dij,scientes bonũ & malũ.*

* τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός, id est, cur dixit de⁹. vel, Quid, quod dicit de⁹: quasi peteret, quid, est ne verum quod deus dixerit, et sic prohibuerit?

Ecce nihil nisi escã: calicẽ enim perniciali veneno plenũ mulieri dedit, quæ letiferũ hoc esse videre noluit. Poterat enim,si voluisset,ab initio hoc scire. Sed vt audiuit ab illo, quòd ideo esum hunc prohibuisset

A deus,quia sciret oculos ipsorũ aperiendos,eosq; sicut deos fore,sciẽtes bonum & malũ: æqualis diuinitatis spe inflata,magna quædã secum cõcipiebat. Tales enim sunt machinationes inimici,vt quãdo per deceptionem in sublime subduxerit,tandẽ & in profundum per præceps deiiciat. Igitur vt diuinitatem mente sua imaginata est,ad esum properauit,& illuc postea fixit & cogitationem & mentem. Et nihil aliud considerabat,quàm vt calicem à maligno dæmone temperatũ, epotaret. Nã quòd accepto pernicioso illo serpentini consilij veneno,tale ipsi studiũ fuerit,audi scripturam dicentem: *Et vidit mulier,quòd bonũ esset lignum ad vescendum,& gratũ oculis ad videndũ,formosũmque ad contẽplandũ:& accepit de fructu illius,& comedit.* Verè corrũpũt bonos mores colloquia praua. (1. Cor. 15. d.) Quare enim nõ ante diabolicum consiliũ, illi tale quid in mẽtem venit, nec lignum hoc cõsiderauit, eiúsq; pulchritudinẽ vi- B dit? Quia timebat mãdatum dei,& subsequuturũ supplicium:nunc autẽ postquam à mala hac bestia decepta est,itavt crederet quòd per hoc nõ solũ nõ offendantur,sed & deo æquales sint futuri:tũc illã spes promissionis ad sumendũ cibũ impulit: neque intra suos limites contẽta,sed inimico & hosti salutis nostrę maiorem fidẽ habens,quàm verbis dei: didicit experiẽtia ipsa nõ multo pòst consilij perniciẽ, & quanta calamitas ipsos deprehẽsura esset. Nam vt vidit, inquit, quòd lignum esset bonũ ad vescendum,& quod oculis gratum ad videndum,& formosum ad contẽplandum,cogitauit secũ, fortè ex diaboli deceptione,quã per serpẽtem ille afferebat, Si & ad vescendũ bonum est lignum,in quo tanta formositas,& quod tantũ oblectare potest oculos,insuper etiã prębebit nobis eius C sumptio summũ honorẽ, & habebimus eandẽ quam conditor dignitatẽ:quare non sumeremus de eo? Vidisti quomodo illã diabolus captiuã duxit, & allexit rationem,fecitq; vt quæ supra suam dignitatem erãt, sapere auderet,quò inflata spe † vana,]& ab his quoq; quæ ipsi cõcessa erãt, excideret. *Et accepit de fructu illius,& comedit. Et dedit etiã viro suo,qui erat cũ illa,& comederũt:& aperti sunt oculi illorũ,& cognouerũt quòd nudi essẽt.*

† noua] κενᾶς, interpres legisse videtur καινᾶς per ι, in priore syllaba

Quid fecisti ô mulier? Quare pernicioso cõsilio accepto, legẽ à deo datã conculcasti, & mãdatum contempsisti,& in tãtam venisti intemperantiam, vt non contenta tot tãtorúmque fruitione, etiam vnicũ hoc lignũ,de quo ne comederes pręceperat dominus,ausa sis cõtrectare? & fide habita his quę à serpente dicta sunt, fidelius putasti illius consilium,quàm mãdatum à conditore datum? Et in tãtum decepta es, vt ne ve- D nia quidem digna dei sis:neque enim eiusdem naturę erat qui hoc cõsulebat:ex subditis erat & seruis,& sub tua potestate erat:quare sic teipsam cõfudisti? Quare illo relicto,propter quẽ formata es,ad cuius auxilium producta es,cuius dignitatũ particeps, & cũ quo eiusdem es substantiæ & vocis, in familiaritatem serpẽtis venire sustinuisti,vt à diabolo per hanc bestiam acciperes consilium,quod manifestè cõtrarium his quę à deo iniũcta:neque sic auersata es illũ,sed spe promissionis,de cibo illo sumere ausa es? Esto igitur teipsam in tantũ præcipitiũ depuleris,& honore maximo priuaueris:quare & virum tantæ ruinę sociũ facis? Et cuius te adiutricem esse oportebat,illius facta es insidiatrix, & ob minimum cibi illum quoque tecũ à gratia dei abalienas? Quæ te prodigiosa insania in tãtam audaciam induxit? Non satis erat tibi beatã hanc vitam agere,& corpore quidem vestiri,neque corporalis alicuius

cuius indigam esse:omnibus in paradiso frui,excepto vnico hoc ligno: visibilia omnia sub tua esse potestate,& te esse omniũ dominã? Sed vanis decepta ꝓmissionibus, sperabas etiã in summũ peruenire honoris fastigiũ. Idcirco disces re ipsa,q; non solũ illa nõ assequeris,sed & omnibus iam à deo tibi datis priuabis & teipsam,& virũ. Atque in tantã pœnitudinẽ venietis, vt & serus vester dolor futurus,& malignus hostis(qui hoc damnosum vobis consiliũ suggessit) risurus, vobisque insultaturus sit, vtpote iacentibus,& eadẽ quę ipse passis. Etenim sicut ille supra q̃ decebat de se sentiens,à cõcessa dignitate deturbatus,& è cœlis in terrã deiectus est:istucipsum & vos facere,& per mãdati præuaricationẽ in mortis venire pœnã voluit, ita suę satisfaciens inuidiæ: sicut & sapiens quidã dicebat, (Sap. 2. d) Inuidia autem diaboli,mors in mundum intrauit. *Et dedit etiam viro suo,& comederunt:& aperti sunt oculi † amborum.* Magnũ & viri peccatum est. Nã licet illa eiusdẽ generis esset,& vxor,attamen oportebat virũ maioris facere præceptũ dei recens, q̃ illicitã hanc concupiscentiam: & non fieri præuaricationis participẽ, neq; ob minimas voluptates tantis seipsum priuare bonis,& offendere benefactorẽ,qui illum tanta liberalitate amplexatus est, vitáq; doloris & laboris omnis expertem concessit. An non licebat omnibus aliis quę in paradiso erant abunde frui? Quare tã leue mãdatum neq; ipse voluisti seruare? Sed fortè audiuisti à muliere perniciosi consilij ꝓmissionẽ, & spe etiã ipse inflatus, cibi statim particeps factus es,& idcirco vtrique supplicium luetis. Docebítque vos rerũ experientia,non esse fidelius maligni dæmonis consiliũ, q̃ dei præceptũ. *Et dedit etiam viro suo,& comederũt, & aperti sunt oculi amborũ,& cognouerũt quòd nudi essent.* Quæstio magna nobis hîc nascitur, ea scilicet, quã pridie pol- C licebar charitati vestræ. Merito eñ quis rogauerit, quã virtutẽ habuerit hoc lignũ,cuius esus illorũ oculos aperuerit,& quare lignũ scientiæ boni & mali vocetur. Et si placet expectate, vt pauca etiã de his disserens charitatẽ vestram doceã. Quòd si voluerimus prudẽter, quæ in diuina scriptura dicũtur intelligere, nihil dictorũ nobis difficile erit. Neque eñ esus ex eo ligno oculos illorũ aperuit. Nam & ante esum videbant. Sed quia gustus ille inobedientiæ erat argumẽtum,& præuaricatio mandati à deo traditi: ob quam causam postea ablata est gloria, quæ illos circundabat,quia se indignos tali honore fecerant: propterea scriptura morẽ suũ obseruans, inquit, Comederũt, & aperti sunt oculi*amborũ, & cognouerunt q; nudi essent. Nudati ꝓpter peccatũ, supernæ gratiæ amictu, & sensibilis suæ spoliationis sensum acceperũt, vt per D erubescentiam, quæ inuadebat ipsos,certò scirent in quantã ruinã ipsos adduxisset mãdati dominici pręuaricatio. Qui eñ antea fruebantur tanta fiducia, & neque sibi conscij erãt sese nudos esse, nec nudi erãt, quandoquidẽ superna ipsos gloria quouis vestimento honestius tegebat:post esum autẽ,hoc est post pręuaricationẽ præceptorũ in tantã humilitatẽ redacti sunt,vt ob intolerabilẽ erubescentiã vestẽ tunc quærerent. Quippe mandati præuaricatio vt superuenit, vestem illã nouã & admirabilẽ,gloriæ (inquã) ac supernæ beneuolentiæ, expoliauit, & tam confusione indicibili circundedit, quàm nuditatis sensum præbuit. *Et consuerunt folia ficus,& fecerunt sibimetipsis succinctoria.* Obsecro dilecte,cogita,quomodo & à quanto fastigio in profundũ præcipitiũ deiecit illos diaboli

† illorum

* αὐτῶν, illorũ. vt & prius: aliquãdo tamẽ ponit τῶν δύο, amborum.

A consiliũ. Nam tanta gloria dudũ circundati,nunc folia ficus cõsuunt,& sibi succinctoria faciũt. Hoc diabolicæ deceptionis lucrũ est. Hoc machinabatur illi⁹ cõsolatio,vt nõ solũ maiora non cõferret, sed & acquisitis nudaret, & destitutos ab his quæ habebant ostenderet. Itaque quia cibi occasio præuaricationẽ fecit:idcirco inquit, Et comederunt, & aperti sunt oculi amborũ:non de sensibilibus oculis dicens,sed de sensu mentis. Quia postquã mandata transgressi sunt, deus eos sentire fecit ea quæ ante ob singularẽ illius in se beneuolentiã non sentiebant. Igitur cùm audieris q; aperti sunt oculi illorũ: hoc cogita, quòd fecit illos postea nuditatẽ sentire, & ablationẽ gloriæ qua ante esum fruebantur. Quòd autẽ hæc sit scripturæ consuetudo,audi illã alibi dicentẽ: Nam cùm ancilla Saræ dominiũ fugiẽs,erraret, & posito iuxta abietem puero,à lõge cõsideraret illius mortẽ,inquit, Aperuit (Exod. 21. b.c.) B deus oculos Agar,non q; antehac non viderit, sed q; mentem illius excitarit. Vides q; verbũ, Aperuit,non de corporalibus oculis dicit,sed de sensu mentali. Idipsum & de altera quæstione dixerimus, quæ hinc exoritur. Dicunt eñ, Quare lignum scientiæ boni & mali vocatur? Sunt enim contentiosi multi qui dicere audent,quòd post esum ligni scientiã habuerit Adam ad discernendũ bonũ & malum: id quod extremæ fuerit amentiæ. Nã propter hoc pridem cùm præuiderimus hæc, de sapientia homini à deo tradita tam multis tractauimus,ostendentes hanc ex nominũ impositione, quæ feris omnibus & volucribus cœli, & brutis indidit:& q; cum tã hac inenarrabili sapientia & prophetiæ gratiã fuerit assequutus, vt ne quis hoc dicere ausit. Igit̃ qui nomina animãtibus dedit, quíq; admirabilem prophetiæ gratiã fuit assequutus,quam C de muliere ꝓnunciauit,sicut iam diximus,quomodo ignoraret quid bonũ, & quid malum? Quòd si receperimus,iterum blasphemias in conditorẽ transferemus. Nã quomodo præceptũ daret ignoranti,q; malũ sit transgressio? Verùm non ita est, absit: sed sciuit clarè. Enimuero hac de causa animal hoc ab initio libero arbitrio esse fecit. Quod si nõ fuisset,neq; cùm mandatũ pręuaricatus est,illũ puniri:neq; si seruasset, remunerari oportebat. Quod eñ factus sit mortalis propter præuaricationem, & ex hoc mandato, & his quæ sequuta sunt, claret. Audi enim mulierẽ ipsam loquentem serpenti, De fructu ligni quod est in medio paradisi, dixit deus, ne comedatis ex eo, vt non moriamini. Itaq; ante præuaricationem immortales erant,alioqui post cibum non hoc supplicij loco imposuisset. Quis ergo ferret dicere volentes q; homo D post esum de ligno acquireret primò scientiã boni & mali,qui & antea tanta sapientia plenus erat, & cũ scientia etiã ꝓpheticã gratiã assequutus fuit? Et quomodo hoc rationi consonũ, vt sciat caprarũ & ouiũ & omniũ brutorũ natura,quæ herba salutaris,& cibo vtilis,& quę perniciosa,vt illam inquirat,hanc fugiat: & hominẽ rationale animal nescire quid bonum & quid malum? Sed ecce, inquit, scriptura lignum hoc vocat lignum scientiæ boni & mali. Neque me hoc latet:sed si proprietates diuinæ scripturæ discere volueris,scies quare hoc nomen huic ligno tribuit: non enim q; homini scientiã dederit, sic vocatum est: sed quia per illud facta est transgressio mandati. Et ex illo postea intrauit peccati cognitio, & erubescentia, & propterea sic appellatum est. Mos enim diuinæ scripturæ est, à rebus contingentibus nomina locis im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis imponere, vbi res contingũt. Eaq; propter lignum hoc vocatũ est lignũ sciẽtiæ boni & mali, quia circa illud obseruatio & transgressio mandati erat. Misericors enim deus à principio docẽs hominẽ, q̃ habeat conditorẽ & factorẽ eum qui visibilia omnia produxit, ipsumq; formauit: per† vnũ tantum] mandatũ declarauit se dominũ esse. Et quasi liberalis domin⁹, magnã & admirabilẽ quandã domũ alicuius vsui donãs, nec recipere vult quod se decet: sed paruulã aliquam partẽ accipit, vt dominij ius saluũ sibi maneat: & ille interim sciat q̃ nõ ædificij dominus sit, sed gratia & misericordia domini fruatur huius vsu. Sic vtique & dominus noster, cùm visibilia hæc omnia homini cõcederet, & præstaret illi vt versaretur in paradiso, & frueretur omnibus quę in illo sunt: vt ne paulatim distracta mente putet visibilia hęc per se esse, sentiátque aliquid supra se: iussit ab vno ligno abstinere, magna definita pœna, si hoc transgrediatur: vt scire possit, q̃ dominũ habeat, cuius beneuolẽtia & cæteris fruatur. Verùm quia multũ incõsiderate se gerẽs vnà cũ vxore in tantã ruinã concidit, propterea quòd præceptũ trãsgressus sit, & de ligno gustauerit, ideo lignũ ipsum scientiæ boni & mali nominauit, non q̃ antea ignorauerit. Nam sic non ignorauit, vt serpenti mulier dixerit: Dixit deus, ne comedatis ex illo, ne moriamini: Itaque sciebat q̃ mors pœna esset, si mandatũ pręuaricarentur. Sed quia post huius esum, & superna gloria spoliati, & sensibilẽ nudationem experti sunt: ideo vocauit lignũ sciẽtię boni & mali. Erat em̃ circa illud, quasi quædã obedientiæ dei exercitatio. Didicistis, quare dixit q̃ aperti sunt oculi illorũ, & cognouerunt q̃ nudi erant? Cognouistis, quare lignũ hoc scientiæ boni & mali vocetur? Cogita enim quanta cõfusione digni facti sunt. Deniq; post huius esum, cùm transgressi fuissent præceptũ domini: consuerunt enim folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Vide à quanta gloria in quantã vilitatẽ deducti sint, qui antea quasi terrestres angeli viuebant. Tegmen sibi ex foliis excogitant: tantũ malũ est peccatũ. Non solũ enim nos à superna gratia alienos facit, sed & ad multam cõfusionem & humilitatẽ deducit: & cùm nos priuat à bonis quæ iam possidebamus, ornnem etiã fiduciã aufert. Sed ne omnino tristem faciã sermonem, sursum deorsúmq; versando peccatũ, quod per esum ligni & inobedientiã hominem deiecit: age si placet, ab hoc ligno ad lignum crucis sermonẽ vertamus, & videamus quænam mala illud intulit, & quæ bona istud cõciliauit. Imò neq; lignũ attulit mala, sed voluntas peccans, & contẽptus† circa præceptũ habitus. Lignũ illud] mortem introduxit. Nã post prævaricationem mors intrauit, sed istud immortalitatem largitum est. Illud è paradiso eiecit, istud in cœlos nos reduxit: illud propter vnam transgressionem tanti supplicij reum Adam fecit, istud nos plurimis peccatorum sarcinis exonerauit, fiduciámq; ad dominũ nobis cõcessit. Vidisti ligni & ligni differentiã? Vidisti diaboli malignitatẽ, & hominis peccatũ, & domini misericordiã? Armemus itaque nosipsos obsecro charissimi armis ligni huius viuifici, ipsiúsque potentia pernicios os animi affectus mortificemus: vti & Apostolus Paulus sic quodãmodo dicit. Qui vero sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis. Quod autem dicit, est huiusmodi, Qui se totos Christo dedicarunt, absurdam omnem concupiscentiam mortificarunt carni incumbentem, vt omnes animi corrũpat operationes. Hos igitur & nos imitãtes, mẽbra nostra cõpescamus, efficiamúsq; vt resistãt aduersus vim ex diabolica suggestione in nos insurgentem, vt & in præsenti vita turbulentũ hoc & periculosum mare intrepide traiiciam⁹, & in diuinæ benignitatis tranquillos portus peruenientes, bona deum diligentibus promissa consequi valeamus, in Christo Iesu domino nostro: cui gloria cũ patre & sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† paruum illud

† quẽ lignũ illud circa præceptũ demõstrauit

ad Gal. 5. d.

Et audiuerunt vocem domini dei deambulantis in paradiso in meridie.

Homilia XVII.

SAtis, opinor, pro nostra virili heri locum de ligno interpretãtes enarrauimus. Docuimus enim charitatẽ vestrã, quare diuina scriptura lignum cognitiuum boni & mali vocet: proinde hodie animus est ad sequentia pergere, vt discatis ineffabilẽ dei misericordiã, & quanta sermonis attemperatione vsus sit, nostræ naturæ prouidentiã & curam habens. Omnia em̃ fecit & operatus est, vt rationale hoc animal à se cõditum, in omni honore esset, & in nullo angelorũ vita deterius foret, sed & in corpore illorum possideret impassibilitatẽ. Cæterùm vt vidit vtrosque peccãdo trãsgressos per negligentiã ea quæ à se præcepta erant, idq; postquã minis eos munierat & retraxerat, ne sic quidẽ à misericordia sua cessat: sed semper sibi similis, quemadmodũ clementissimus pater, filium indignum quid nobilitate sua per negligentiam suam commisisse, & à summo honore in extremam vilitatẽ redactum videns, paternis visceribus commotus, non illũ consilij inopẽ, & auxilio destitutum sinit: sed iterũ suum agit officium, paulatim illum à vilitate liberatũ, pristinæ restituens dignitati. Simili modo bonus deus misertus est hominis cum vxore sua circunuenti diaboli insidiis, cuius per serpentem consiliũ acceperat. Nam veluti medicus ad inualidũ & ægrotantẽ iacẽtémque, ac indigentẽ cura & medici manu, protinus illũ aceedit. Sed vt & ex verbis discas q̃ ineffabilis sit dei benignitas, operæprecium fuerit audire quæ lecta sunt. *Et audiuerunt vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiẽ, & delituerunt tam Adam quàm vxor illius à facie domini dei, in medio ligni paradisi.* Dilecti, ne inconsideranter prætereamus quę à diuina scriptura dicta sunt, neq; in verbis ipsis hęream⁹: sed cõfideremus, ob nostrã imbecillitatẽ tãtã hîc esse verborũ humilitatẽ. Nã si vellemus verba vt sunt pronunciata sectari, & non dignè vt decet de deo exponere: dic quæso, quomodo non multa simul sequentur absurda? Ecce enim statim ex his quæ principio lecta sunt, spectare hoc licet. Et audierunt vocẽ dñi dei deambulãtis in horto ad meridiẽ, & delituerunt. Quid enim dicis? deambubat deus? pedes ipsi tribuemus? & de eo nihil sublime cogitabimus? Nõ ambulat de⁹, absit: Quomodo em̃ ambularet, qui vbiq; prẽsens est, & oĩa implet? cui cœlũ thronus, & terra scabellũ, ipse in horto cõtinet? Quis cordat⁹ hoc diceret? Quid igitur est, Audiuerunt vocẽ domini dei deambulantis in horto ad meridiem? Voluit illos hęc tali modo sentire, vt in magno mentis angore constituerẽtur: id quod & factum est. Nã postquam ita illis visum, & ita senserunt, quasi adesset deus, occultari cœperunt: Mox enim vt intrauit peccatum, & prævaricatio, tumultuatio simul eos inuasit & erubescentia. Quippe iudex incorruptus, conscientiam puta, cùm aduersus hominem exurgit, clara voce clamat,

mat, & accusat, & ostendit, & quasi ante oculos scribit peccatorũ magnitudinẽ. Eamq; ob rem misericors deus principio cùm formaret hominẽ, cõscientiã illi indidit accusatricẽ perpetuã, quæ decipi, & deceptionẽ ferre posset nũquã. Et licet quis admisso peccato, perpetratóque aliquo facinore illicito, omnes homines celet, illã tamẽ accusatricẽ nõ poterit latere: nam hanc intrinsecus habentes, vbicunque sumus, circumferimus. Ipsa nos circumit, obturbat, laniat, flagellat, nunquã quiescit: sed & domi, & in foro, & in templis, & in mensa, & dormientẽ, & surgentẽ adoritur, rationem delictorũ exigit, obq; oculos proponit & delictorũ grauitatẽ, & subsequuturã pœnã. Et quasi medicus optimus nõ cessat sua medicamẽta apponere: & si semel depellatur, neque sic desistit, sed continuã curã gerit. Hoc & conscientiæ opus est, vt iugiter memoriã ingerat, nec permittat vnquã in factorũ oblitionẽ nos venire: sed ob oculos proponat, vti vel hac ratione nos tardiores faciat ne in eadẽ peccata prolabamur. Porrò si cùm hinc tãtũ nobis est subsidij, & tantũ adiutorij, & assidet nobis tã importuna accusatrix, quæ nostrã mentem flagellet, & cor lancinet, & quouis carnifice grauius apprehendat, plerique neq; sic peccata vincimus: si hoc destitueremur subsidio, quo non tũc statim excideremus? Et propterea protoplastus vt illum sensum accepit, aduentum domini secum cogitans, statim se occultauit. Quare dic oro? Quoniã videbat sibi trucem adstare accusatorẽ, conscientiã dico. Neque em̃ aliũ obiurgatorẽ habebat & testem peccatorum, sed vnicum illum quẽ intrinsecus circumferebat. Docebãt tamen peccati magnitudinẽ alioquin & nuditas, & ablatio glorię, quę illos antea quasi vestimentũ fulgidũ vestierat. Itaque post graue peccatum illud, confusione amicti, delitescere tentauerunt. Audiuerũt enim, inquit, vocem domini dei deambulantis in horto ad meridiẽ, & occultauerunt se tam Adã q̃ vxor eius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Nihil peccato peius, dilecte. Ipsum enim vt introierit, non solum confusione totos nos replet, sed & insipientes facit eos qui antea intellectu & sapientia multa prẽditi fuerant. Animaduerte obsecro, quàm insipienter agit nunc, qui antea tãta pollebat sapientia, qui re ipsa traditã sibi sapientiã nobis declarabat, qui talia prophetabat: audita voce dei deambulantis in horto ad meridiẽ, occultauit se tã ipse quàm vxor ipsius à facie domini dei in medio ligni paradisi. Quantæ hoc est insipientię, q̃ à deo, qui vbique præsens est, qui ex nihilo res vt essent produxit, qui abscondita scit, qui finxit sigillatim corda hominũ, & nouit omnia opera eorũ, qui scrutatur corda & renes, qui etiã ipsos cordis motus cognoscit, abscondere se tentant? Sed ne mireris dilecte: talis em̃ peccantiũ cõsuetudo est, vt tametsi occultari nõ possint, occultari tamen velint, & studeãt. Quandoquidẽ nõ ferentes confusionẽ, qua post peccatũ vestiebantur, nudati incorruptibili illa gloria, hoc faciebant. Cõsidera autẽ & vbi occultantur: in medio paradisi. Nã sicut flagriones & ingrati quidam famuli, cùm non possint à domino suo occultari, huc & illuc in angulos domus currere solent, metu illorũ cõscientias cõcutiente: ita & hi nullũ inuenientes effugium, in ipsa ipsa domo, paradiso (inquam) circumaguntur. Nec absque ratione tẽpus assignatur. Audiuerunt enim, inquit, vocẽ domini dei deambulãtis in horto in meridie. Sed vt discas domini misericordiã, q̃ ne modicum quidẽ differebat: sed mox vt vidit quod factũ erat, & vlceris magnitudinẽ, ad opitulãdũ festinauit: vt ne vlcus grassando fieret iucurabile vulnus: idcirco vt prẽueniat accelerat, & velociter crescẽti vlceri adest, & pro sua bonitate neq; ad paruũ tẽpus à cura sua illũ destitutũ relinquit. Nam sicut tantã prę se ferebat rabiem salutis nostræ inimicus, qui semper nostris bonis inuidet, vt mox sub initium moliretur insidias, & suo pernicioso consilio nos admirabili hac vita priuaret: ita cõtrà optimus & omnipotens deus, qui sua sapientia res nostras dispensat, videns diaboli malignitatẽ, & hominis peccatũ, per quod cum muliere deceptus, in tantam incidit cõfusionem: mox assistit, & quasi mansuetus & misericors iudex in tribunali terrore & horrore pleno sedet, & examinat diligẽter: per hoc nos docendo, ne quem fratrũ nostrorũ condemnaremus, nisi causa antea diligẽter cognita. Audiamus igitur si placet, quæ iudex rogat, & quæ rei respondent, & quas pœnas ferunt: & cui condemnationi obnoxius fuit, qui in illos tantas insidias machinatus est. Sed obsecro mentẽ colligite, & cum timore dictis auscultate. Si em̃ cùm videmus iudicẽ in sublimi sella sedentẽ, & reos in mediũ producentẽ, & suppliciis afficientem, non sine timore adstamus, audire volentes quidnam iudex dicat, & quid respondeat reus: Multo magis nunc hoc nobis faciendũ, cùm videmus opificẽ naturæ pœnã suis creaturis intentare. Verùm diligenter attendite, videbitis quantũ interfit inter misericordiã dei, & hominũ inter se austeritatem. *Et vocauit dominus deus Adã: & dixit illi, Adam vbi es?* Vel ex ipsa interrogatione hac dignũ est, vt obstupescamus ad eminentẽ dei misericordiã: non solum quòd vocauit, sed q̃ per se ipsum vocauit. Id quod homines facere nunquã ferrẽt inter se, licet eandẽ naturam sortiti sint. Scitis enim, cùm iudices in alto solio sedent, suppliciisq; malefactores afficiunt, nec suo eos responso dignãtur: hoc ipso oftẽdentes illis, quãta ignominia sese asperserint suis flagitiis: & iudex quidẽ respondet, sed alius quispiã à iudice hæc excipiens, reo annunciat, & iudici quoque quæ reus dixerit. Et hic fermè vbique iudicantiũ mos est. Verùm deus non sic agit: sed quomodo? Ipse per sese vocat: Et vocauit, inquit dñs deus Adã: & dixit illi, Adã vbi es? Vide in breui hac dictione quãta vis recondita sit. Nam & ipsum vocare, magnæ & ineffabilis est misericordiæ, tum ob benignã interrogationẽ, quæ erubescentem, & neque os aperire, neque linguã mouere audentẽ, animabat: tum q̃ ipsum dicere, Vbi es? plurimam habet misericordiæ vim. Significat em̃ quasi ita diceret ad illũ: Quid factũ est? In alio te † loco reliqui, in alio te inuenio: alia gloria vestitũ te reliqui, nũc in nuditate te inuenio. Vbi es? Vnde tibi hoc accidit? Quis te in tantã induxit vicissitudinẽ? Quis latro vel fur sic semel omnes diuitiarũ substãtias auferens, in tantã te inopiã deduxit? Vnde nuditatis sensus tibi contigit? Quænã tibi causa fuit vt auferretur à te vestimentũ illud admirabile, quo amictus eras? Quæ repẽtina hęc mutatio? Quæ tanta tempestas ita subitò omnes tuas merces demersit? Quid accidit q̃ ab eo qui tibi tanta beneficia præstitit, & in tantũ honorẽ te euexit, occultari attẽtas? Quẽ nũc timẽs, delitescere studes? Nũ adstat tibi qui accuset? Nũ premũt testes? Vnde tãta formido, tãtúsque metus te inuasit? *Tuam*, inquit, *deambulantis in horto vocem audiui, & timui, quia nudus sum, & abscondi me.* Et vnde tibi nuditatis

Psal. 43. d. Psal. 32. c. Psal. 7. c. & Hiere. 17. b. & Apoc. 2. f.

† alterũ

tuæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuæ ſcientia contigit? Dic obſecro, quid hoc noui & rari? Quis hoc vnquã annũciare potuiſſet tibi, niſi ipſe huius cõfuſionis author eſſes factus? niſi à ligno de quo præcepi vt ex eo ſolo nõ comederes, comediſſes? Vide excellentẽ miſericordiã & patiẽtiã domini. Nã cùm poterat ne reſponſo quidem dignari eum qui peccauerat, ſed ſtatim pœnam infligere, quã priusſtatuerat præuaricaturo: lõganimis tamẽ eſt, & ſuffert, & interrogat, & reſpõſum accipit: & iterum interrogat, quaſi ad defenſionẽ eũ prouocãs: vt arrepta occaſione etiã poſt tantã præuaricationẽ, ſuã erga illũ miſericordiã declaret. Quo etiam nos docet, vt quãdo & nos reos condemnamus, non tam crudeliter illis loquamur, neq; ferina in illos vtamur ſæuitia: ſed lõganimiter & miſericorditer agamus, vtpote noſtra ipſorũ mẽbra condemnaturi, & cogitantes illos nobis ſecundũ naturã cognatos, ſuppliciũ miſericordia tẽperemus. Nõ eñ fruſtra tanta verborũ humilitate noſtræ tenuitati cõgrua vtitur diuina ſcriptura, ſed verbis craſſis æmulari nos debere dei miſericordiã docet. *Dixítque, Quis annunciauit tibi quòd nudus eſſes, niſi de ligno, de quo ſolo præcepi tibi ne comederes, de illo ipſo comediſſes?* Vnde, inquit, poſſes hoc ſcire, te tanta confuſione veſtiri, niſi multũ intẽperans fuiſſes, & mandatũ meũ contẽpſiſſes? Cõſidera dilecte, bonitatis dei excellẽtiã, quomodo quaſi amicus amico loquitur, & quaſi expoſtulat cũ eo qui mãdata præuaricatus erat. Quis annunciaſſet tibi ꝙ nudus eſſes, niſi de ligno de quo ſolo præcepi tibi ne comederes, de illo ipſo comediſſes? Nõ caret emphaſi, & latenti quadã vi, quod dicit, De quo ſolo: quaſi diceret, Nũ adeò anguſtos fruendorũ bonorũ limites tibi præſcripſi? Nónne omnẽ copiã præbui? nónne omniũ quæ in paradiſo ſunt poteſtatẽ tibi dedi? & duntaxat ab hoc vnico vt abſtineres præcepi: vt ſcire poſſes te ſub domino quodam eſſe, cui obedientiã debes. Quæ igitur negligẽtia illa, vt tantis fructibus nõ cõtentus, ab hoc vnico abſtinere nolueris, & ſic ſtatim ad violandũ mandatũ quod dedi proruperis, temetipſum tantis malis immergendo? Quę tibi inde vtilitas? An nõ hęc prędixi? Nónne metu pœnæ volui te coërcere & munire? Nónne hac de cauſa, ne in tãta mala incideretis, hunc cibũ ꝓhibui? Quis te poſt tãta mãdata adeò inſenſatũ factũ venia dignaretur? Nónne ſicut pater germanũ filiũ, de omnibus ſatis dilucidè & diſtinctè inſtruxi: & vt de aliis quidẽ guſtares, ab hoc autẽ abſtineres, vt ne præuaricãdo omnia tua bona ſimul perderes? Sed fortè ratus es, alterius conſiliũ meo mandato melius & fidelius, & expectatione maiorũ bonorũ hęc feciſti: & cõtempto mandato meo, de ligno edere auſus es. Ecce quid tibi acciderit, nunc re ipſa didiciſti, & expertus es quanta cõſilij illius pernicies. Vidiſtis iudicis miſericordiã? vidiſtis manſuetudinẽ & tolerantiã domini? vidiſtis verborũ attemperationẽ, omni ſermone & cogitatione ſuperiorẽ? Vidiſtis, quomodo per interrogationẽ, & dicendo, Quis annunciaſſet tibi, niſi de ligno, de quo ſolo præcepi tibi ne comederes, de illo ipſo comediſſes? ianuas illi aperire vult defenſionis, vt & miſericordiã ſuam erga eũ, qui tantũ peccauerat, declararet. Audiamus & illum quid ad hæc reſpondeat. *Et dixit Adam, mulier quã dediſti vt ſit mecũ, ipſa mihi dedit de ligno, & comedi.* Miſerabilia ſcilicet verba, & magna miſeratione plena, & digna quæ ad miſericordiã dominũ prouocẽt, tam manſuetũ, & bonitate ſua vincentẽ noſtra peccata. Nam poſtquã magna longanimitate illius mentẽ cõmouit, & oſtendit peccati magnitudinẽ, quaſi defenſione contexta inquit Adam, Mulier quã dediſti vt ſit mecũ, ipſa mihi dedit de hoc ligno, & comedi. Scio, inquit, me peccaſſe: ſed mulier quã dediſti vt ſit mecũ, de qua ipſe dixiſti, Faciamus illi adiutoriũ ſecundũ eũ, ipſa mihi huius ruinæ cauſa fuit. Mulier quã dediſti vt ſit mecũ. Quando eñ expectaſſem vt tanta confuſione me reſpergeret, quæ ideo condita, vt mihi ſolatio eſſet? Tu mihi iſtã dediſti, tu ipſam mihi adduxiſti. Ipſa, neſcio vnde mota, dedit mihi de ligno, & comedi. Videtur hæc quidẽ defenſionẽ quandã præ ſe ferre: ſed prorſus venia carent. Qua enim venia dignus es, inquit, qui mea præcepta obliuiſceris, & qui mulieris datum meis verbis præferendũ putas? Nam licet mulier cibũ dederit, ſufficiebat tamen mandatũ meum, & timor ſupplicij ad fugã eſcæ incutiendã. Num ignorabas? nũ neſciebas? Ideo curã veſtri gerens prædixi, ne in hæc incideretis: vt licet mulier tibi ad tranſgreſſionẽ mãdati miniſtrarit, tu ꝓpterea inſons non eris. Maiorem eñ fidem mandato meo tẽ habere oportebat, & nõ ſolũ vt tuipſe ab eſu caueres, ſed & vt mulierẽ doceres peccatorũ magnitudinẽ. Caput eñ es mulieris, & ꝓpter te illa ꝓducta eſt: tu autẽ ordinẽ inuertiſti, & nõ ſolũ illã non correxiſti, ſed & ipſe ſimul abreptus es. Et oportebat corp⁹ reliquũ capiti obſequi: ſed diuerſo modo res euenit, corporíq; reliquo caput obſequutũ eſt, & quę ſurſum erant, in infimũ locũ venerunt. Propterea quoniã omnẽ ordinẽ inuertiſti, hoc loco nũc es, qui antea tanta gloria veſtitus eras. Quis te ſatis dignè deplorarit, cui tot & tanta bona ablata ſunt? Veruntamen licet omnia hæc tibi acciderint, nulli tamen alteri cauſam aſſcribe, ſed tibiipſi & tuæ ignauiæ. Neutiquã eñ te nolentem mulier in tantam induxiſſet ruinam. Num obſecrauit? num diſſeruit? num decepit? Dedit tantũ, & ſtatim, támq; facilè ad ſumendũ cibũ adductus es, nullã mãdati vel memoriã feciſti: putaſti à me te deceptũ eſſe, & ꝓpterea cibum hunc tibi non dediſſe, vt ne maioribus fruereris. Et quomodo rationi conſonũ, quòd ego te fallerem, qui tot in te beneficia cõtuli? Et iſtuc ipſum quanta beneficentiæ magnitudo erat, vt prædicendo diſtinguerem à quo abſtinendũ eſſet, quò non incideres in quæ incidiſti? Sed hæc omnia non magni faciebas. Ecce nunc experientia te docet, quanta peccatorũ ſit magnitudo. Reliquũ, ne ſoli mulieri culpam adſcribas, ſed negligentiæ tuæ. Igitur cùm ſatis Adæ dictũ eſt, & confeſſionem ille fecit cõmiſſorũ, vt putabat, peccato in mulierẽ trãſlato: vide bonũ dominũ, quãta iterũ verborũ humilitate dignatur etiam illam ſuo reſpõſo. Et dixit deus mulieri, Cur hoc feciſti? Audiſti virum in te culpã transferentẽ, & omnia tibi aſſcribẽtem, quæ ipſi in adiutricẽ data es, atq; ideo cõdita vt vt tuis ſolatiis ipſum foueres, vtpote eandẽ naturã cũ ipſo ſortita. Cur hoc feciſti ô mulier? cur & tibi & viro tantę cõfuſionis facta es autor? Quæ vtilitas ex hac intẽperantia tibi accreuit? Quod ex hoc errore lucrũ tibi acceſſit, quo ſponte decepta, etiã virum eius mali participẽ facere voluiſti? Quid ergo ad hæc mulier? Serpens decepit me, & comedi. Vide etiam hãc perterritam peccata ſua defendere. Nam ſicut vir culpam in mulierẽ reiicere videtur dicẽs: Mulier quã coëgit me, & dedit,] & comedi: ſic & ipſa nullum effugium inueniens fatetur factum, & inquit: Serpens decepit me, & comedi. Mala illa, inquit, beſtia hunc nobis

lapſum

lapſum attulit. Illius perniciosũ conſiliũ, in hãc nos confuſionem adegit. Ille me decepit, & comedi. Dilecti, ne trãſeamus ſimpliciter quę nũc dicuntur, ſed diligẽter ſcrutemur. Nam plurimam inde vtilitatẽ percipiemus. Terribile enim iudicium eſt, & horrore plenum. Et ſanè quiſquis bene audierit, magnũ theſaurũ menti ſuæ inferet. Conſidera igitur & virũ dicentem, Mulier, quam dediſti vt ſit mecum, ipſa mihi dedit, & comedi. nuſquam neceſſitas, nuſquã violẽtia, ſed electio & voluntas: dedit ſolũ & nõ coëgit, nec vim attulit. Quin & ipſa quoq; apologiam cõcinnans non dixit, Serpẽs coëgit me & comedi: ſed quid? Serpẽs decepit me, vt autem deciperetur aut nõ deciperetur, in ipſius erat poteſtate. Serpẽs, inquit, decepit me. Inimicus enim noſtræ ſalutis opera huius malæ beſtiæ vſus, conſilium dedit & decepit: nõ vim fecit, neq; coëgit, ſed pernicioſo cõſilio fraudes ſuas opere compleri fecit: quoniã mulierem offendit, quę deceptionem facilè admiſſura erat, nulla venia dignam. Serpẽs decepit me & comedi. Vide bonũ dominum, illorum verbis contentum, & ad plura dicẽda non cogentem. Quandoquidem hæc non ignorans interrogabat, ſed conſcius, & valde conſcius. Cęterùm vt ſuam declaret miſericordiam, ad illorum ſe infirmitatem demittit, & ad peccatorum confeſſionem prouocat. Atq; hac de cauſa nihil vlterius ex eis quęrit. An non & ſpecies impoſturæ diſcenda erat? Verùm vt nobis oſtendat, ꝙ non ignorans interrogauerit, contẽtus fuit dictis. Nam dicẽdo, Serpẽs decepit me, & comedi: aperuit pernicioſum cõſilium, quod à diabolo per ſerpentem accepit, ꝙ poſt eſum eſſent tanquam dij. Vidiſtis quanta diligentia Adam interrogatus eſt? cum quanta tolerantia in iudiciũ adducta eſt mulier? quomodo vterq; ſe defendit? Videre conſequenter hìc ineffabilẽ miſericordiæ iudicis excellẽtiam. Quia poſtquam mulier dixit, Serpens decepit me, & comedi: nõ iam ſerpentem dignatur, vt audiatur, & locum habeat defendendi: neq; rogat ſicut virũ & mulierẽ: ſed accepta ab illis defenſione, in illum, quaſi malorum autorẽ, impetum facit. Et quia deus, cui etiam ineffabilia, & arcana nota ſunt, ſciebat ꝙ ſerpens miniſtrauerat diaboli inſidiis & inuidiæ, qua hominẽ perſequebatur: vt diſcas ipſius bonitatem, quomodo cùm & illorũ res cognoſceret, ad Adam quidem ait, Vbi es? Quis annũciauit tibi ꝙ nudus ſis? Euæ autẽ dixit, Cur hoc feciſti? huic verò malę beſtiæ nihil tale dicit. Sed quid? Et dixit dominus deus ſerpenti, Quia feciſti hoc. Vidiſti differẽtiam? Mulieri dixit, Cur hoc feciſti? Serpenti autẽ, Quia feciſti hoc. Quia hoc malũ, inquit, operatus es: quia pernicioſum hoc conſilium induxiſti, quia huic inuidiæ miniſtraſti, quia inuidiã acuiſti aduerſus creaturã meam: Maledictus tu prę omnibus pecoribus, & prę omnibus beſtiis terræ. Super pectus tuum & ventrẽ tuum gradieris, & terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponã inter te, & inter mulierẽ: & inter ſemen tuũ, & inter ſemẽ illius. Ipſa * obſeruabit caput tuum, & tu obſeruabis eius calcaneum. Attende oro hìc ordinem contextus, refertũ dei erga homines beneuolẽtia. Nã interrogans à viro incepit, deinde ad mulierem tranſiit. Et poſtquã ipſa dixit, quis ſibi autor fuerit: vt ventum eſt ad ſerpentem, non iam illũ dignatur vt reſpõſum ex eo audiat, ſed pœnã intentat, & talẽ quæ omni tempore duret, & ſui ſpectaculo omnibus poſthac futuris doctrina ſit, ne vltrà peſtilens illud audiatur conſilium, neque locus concedatur doloſis ipſius inſidiis.

Sed fortè dixerit aliquis, Cùm diabolus ſerpẽtis opera vſus, malũ attulit cõſilium, cur beſtiæ illi pœna infligitur? Eſt & hoc ineffabilis miſericordiæ dei opus. Nam ſicut clemẽtiſſimus pater puniens eũ, qui filium ſuum occiderit, & gladiũ & enſem, per quæ filius ſuus occiſus, deſtruit, & in multas partes diuidit: eodẽ modo deus egit. Quippe ſerpens quaſi gladius quidã diabolicæ ſeruiuit malitię, vnde & perpetua ipſi pœna intentata eſt. Quò per viſibile & ſenſibile hoc ratiocinemur & expendamus, in quanta ignominia ſit & diabolus. Nam ſi is qui vt inſtrumentũ miniſtrauit, tantã expertus eſt indignationẽ, quale ſuppliciũ veriſimile eſt ſuſcepturum diabolũ? Imò hoc nos iam docuit in diuinis euangeliis Chriſtus, dicens ad eos, qui à ſiniſtra ſteterunt: Diſcedite à me maledicti in ignem æternũ, qui præparatus eſt diabolo, & nunciis eius. Illi enim olim præparatus eſt inextinguibilis ille ignis. Quid ergo miſerius illis, qui negligendo ſalutem ſuam, ſeipſos ſupplicio illi reos ſtatuunt, quod diabolo præparatum eſt? Nam nobis, ſi voluerimus virtutẽ amplexari, & leges à Chriſto ſtatutas ſequi, paratũ eſt regnum, de quo ipſum audi loquentem. Venite benedicti patris mei, in hæreditatẽ accipite regnũ, quod vobis præparatũ eſt à conſtitutione mundi. Vidiſti illi inextinguibilẽ ignẽ præparatum, nobis autẽ, niſi deſides fuerimus, regnũ? Hæc igitur cogitantes, & vitæ noſtræ curam agamus, & malitiam fugientes, nunquã diabolicis artibus decipiamur. At ſi & vos volueritis & nondum feſſi eſtis, iterum in mediũ afferamus pœnam quę ſerpenti inflicta eſt, vt paulatim ad finẽ iudicij properantes, videamus diuinæ miſericordię magnitudinẽ. Nam ſi homines iudicem videntes publicè ſedentẽ, & contra reos ſententiã pronunciantẽ, ſæpe toto die ibi manent, nec inde abſcedunt donec ſurrexiſſe viderint iudicẽ: multo magis nunc nos decebit iudicẽ maiori cum alacritate videre bonum deum, quomodo ſerpenti grauem pœnam impoſuerit, vt per ſenſibilis huius beſtiæ pœnas, qua quaſi organo vſus eſt malignus ille dæmon, intelligamus quas illi perpetuas in futuro ſeculo inflicturus eſt. Quomodo itẽ congrua & miſericordi correptione virum & mulierem caſtigat, quæ admonitio potius ſit quàm punitio: vt his omnibus diligẽter animaduerſis, admiremur miſericordis dei prouidẽtiam, quam ille noſtræ naturæ exhibet. Quid ergo illi dictũ?

Et dixit dominus deus ſerpenti, Quia feciſti hoc, maledictus tu præ omnibus pecoribus, & præ omnibus beſtiis quæ ſunt ſuper terram. Super pectus tuum & ventrem tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponã inter te & inter mulierem, & inter ſemen tuum, & ſemen eius.

Ipſa tuum tenebit caput, & tu tenebis eius calcaneum. Gratuis indignatio, ſed magna etiam & eminens impoſtura, quam per illum malignus dæmon intulit. Et dixit dominus deus, Quia feciſti hoc. Quia tali, inquit, malitiæ miniſtraſti, vt impoſtura illa opere compleretur, malum conſilium afferendo, & letale poculum temperando: quia ſic miniſtraſti, & à mea beneuolẽtia excidere voluiſti creaturas meas, miniſterio maligni dęmonis ſententiæ exhibito, qui ob excellentem inuidiam & ſuperbiam ſuam è cœlis in terram deiectus eſt: & propterea quia te in his vt inſtrumento eſt vſus, perpetuã tibi pœnã impono, vt per ea quæ tibi fiunt, & ille ſcire poſſit quam ipſe expectet pœnam, & futuri homines erudiantur non accedendum ad diaboli conſilia, neq; illius fraudes accipiendas, vt ne in eaſdẽ incidant pœnas. Propterea maledictus es tu inter omnia

* ἀυτὸς. i. ipſe, & mox ἀυτῆ eius, maſculini eſt generis, vt de Chriſto qui mulieris eſt ſemẽ intelligatur. & forte in maſculino poſuit, quia Zera. i. ſemen apud Hebræos maſculini eſt generis

† tulit & dedit mihi.] interpres pro ἤνεγκεν, legiſſe videtur ἔδωκεν, ſed male. ſecùm enim ipſe pugnaret

* ἀυτὸς. i. ipſe maſculinum: vt prius eſt notatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nia pecora,quia calliditate malè, & non vt oportebat A
es vsus:sed priuilegium quod super omnia animantia
possidebas,hoc tibi in omniũ malorum cessit occasio-
nem.Inquit enim,Serpens erat prudentissima omniũ
bestiarũ quæ erant super terrã. Propterea maledictus
tu inter omnia iumẽta & omnes bestias terræ futurus
es. Et quia maledictio non erat sensibilis, neq; oculis
videri poterat,propter hoc & sensibilẽ illi pœnam in-
fert,vt continuò ante oculos videre possimus supplici
j eius monimenta.Super pectus & super ventrẽ gra-
dieris, & terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ.
Quia & statura tua &formatione abusus es,& in fami-
liaritatem rationalis animalis à me conditi venire nõ
formidasti.Sicut igitur diabolus,qui per te operatus,
& te vt instrumẽto vsus est, è cœlis deorsum depulsus
est:quia plusquã dignitatis suæ erat,sapere volebat:ita
similiter impero,vt & tu aliam formationis figurã ha-
beas,& super terram repas,eáq; alaris:atq; adeò ne li-
ceat tibi posthac suspicere:sed semper in hoc maneas
statu,& solus ex animalibus terra pascaris:& neq; hoc
solum.Nam & inimicitias ponam inter te,& inter mu
lierem,inter semẽ tuũ & semẽ eius. Neq; hoc conten-
tus ero q; super terram reptes,sed & inimicam fœde-
risq; nesciam faciã tibi mulierem:neq; eam solam,sed
† Ipse & semen eius semini tuo hostẽ perpetuum faciã. † Ip-
sa tuũ seruabit caput,& tu eius seruabis calcaneũ. Tan
tum enim illi robur concedam, vt cõtinuò immineat
*ipsius, ei' vel illius, masculini generis, vt paulo ante Ille, & illi.
capiti tuo,te autẽ faciã sub pedibus* eius iacere.Vide
hic dilecte quomodo per pœnam huic bestię deputa-
tam,quanta humani generis cura deo sit, demonstre-
tur.Et hoc quidẽ de visibili serpente.Licet autem vo-
lenti post hoc cõsiderare scriptorum tenorem, & co-
gnoscere,q; si de sensibili serpẽte hęc dicta sunt,multo C
magis accipiẽda sunt hęc de spirituali serpẽte.Etenim
& illum pedibus nostris subiecit humiliatũ,& nos in-
cũbere illius capiti fecit.An non hoc significat dicẽs,
Luc.10.c Calcabitis super serpẽtes,&scorpiones?Deinde enim
ne putemus de sensibilibus serpẽtibus esse dictũ, sub-
dit, Et super omnem virtutem inimici. Vidistis ex his
quæ dicta sunt de pœna instrumento diabolico infli-
cta,ingentẽ dei misericordiã?Veniamus iterum,si pla-
cet,ad mulierem.Serpens quia impostură intulit,pro-
pterea & pœnam ipse primus accepit. Et quia primò
mulierem decepit, ideo & ipsa prior plectitur pœna
magnam admonitionem habente. *Et mulieri dixit, Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & gemitum tuum. In tristitiis paries filios. Et ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur.* Vide bonitatem domini,quomodo
post tantam præuaricationem mansuetudine vtitur. D
Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas. Ego quidem
volebam,inquit,te citra dolorem & ærumnam viue-
re,liberámq; ab omni mœrore & tristitia,& omni vo-
luptate repleri, & licèt corpore circundatam,corpo-
ralium sensu non affici. At quia non vsa es vt oportet
tanta prosperitate,sed affluentia bonorum in tantam
te ingratitudinem inuexit:propterea tibi frænum im-
pono,vt ne amplius lasciuias,ad tristitias & gemitus te
condemnans.Multiplicãs multiplicabo tristitias tuas,
& gemitum tuum. In tristitiis paries filios. Rem, in-
quit, magnæ lætitiæ & filiorum propagationem à tri-
stitia te incipere faciam, vt & ipsa, quanta peccati &
inobedientiæ magnitudo,perpetuam habeas memo-
riam ex perpetuis doloribus, & præsertim tempore
partus. Et ne processu tẽporis obliuioni tradas quod
factum est,sed noscas q; hæc impostura horũ tibi cau-
sa facta sit, propterea multiplicans multiplicabo tri-
stitias tuas & gemitum tuum. In tristitiis paries filios.
Hìc significat parturientiũ dolores, multiplicémque
illum laborẽ,quem ferre necesse est: vtpote tot mẽsi-
bus gestare vterũ,velut sarcinã pueri, & sentire singu-
lares quũ inde oriuntur dolores,& membra distẽdi,&
ferre intolerabiles illos dolores, quos solæ illæ sciunt
quæ expertæ sunt. Veruntamen doloribus tanta sola-
tia simul admiscuit misericors deus:vt fermè conferẽ-
dum sit gaudiũ quod ex nato puero habetur,cũ dolo-
ribus illis qui tot mensibus ventrem dissecant. Nam
tantum laborem,tótq; dolorũ cruciatus ferentes,& vt
ita dicã, penè de ipsa vita desperantes, postquàm pe-
pererint,& doloribus fuerint solutę,lætitiáq; frui cœ-
perint,iterũ quasi oblitę laborum omnium, seipsas fi-
liorum generationi accõmodant: sic dispensante mi-
sericorde deo,vt hominũ saluetur genus. Semper eñ B
futurorum bonorũ spes, prẽsentia incommoda leuius
ferri facit.Id quod in negociatoribus quis viderit,qui
remota maria transeunt,& naufragia ferũt,& piratas,
& præterea pericula multa,quibus illorũ spes frustra-
tur:neq; sic tamen desistunt,sed iterum eadẽ attentãt.
Hoc etiã de agricolis possemus dicere. Etenim & illi
cùm profundè secuerint terrã, & diligenter excolue-
rint,ac sementẽ fecerint,sæpe ariditate, vel immodi-
cis pluuiis, vel tandem quando manipuli colligendi,
rubigine vel calamitate superueniẽte,spe sua excidũt:
veruntamen neq; illi sic desistunt,sed iterum vt tẽpus
appetierit, agriculturã exercent. Et in quibuscunque
studiis hoc obuium est. Sic mulier quoq; & ipsa sæpe
post menses illos,post intolerabiles dolores, post no-
ctes insomnes,post membrorum distensiones, paruo
quodã interuallo facto,licèt ante statutũ tempus par-
tum abortierit informẽ,& nondũ lineamẽtis figura-
tum:etiã formatum quidẽ,non integrum autem neq;
sanum,vel etiã sæpe mortuum, vix è periculis elapsa:
attamẽ quasi oblita horum omnium,eadem quæ an-
tea fert & tolerat. Et quid dico ? sæpe cum fœtu nato
cõmori eas contingit,& neq; hoc cæteras terret, neq;
persuadet vt rem fugiant:tantũ deus tristibus illis in-
seuit † dolorem simul]& voluptatem.Propter hoc di- †gaudiũ
cebat,Multiplicans multiplicabo tristitias tuas, & ge-
mitum tuum.In tristitiis paries filios.Hoc etiam Chri-
stus dicebat discipulis suis,monstrãs tam doloris ma- Ioan. 16.c
gnitudinem,quàm lætitiæ excellentiam,Mulier quã-
do parit,tristitiam habet,quoniã venit hora eius. De-
inde volens nobis declarare quomodo tristitiæ simul
è medio tollantur, gaudiũ autem & lætitia succedãt,
inquit,Quando autem pepererit puerum,nõ iam me-
mor est afflictionis, propter gaudium, quia natus est
homo in mundum. Vidisti prouidentiam & curam
nostri eximiam? Vidisti pœnam admonitionis plenã?
In tristitiis paries filios:deinde, Ad virum tuum con-
uersio tua,& ipse dominabitur tui. Quasi se defendẽs
apud mulierem, hæc dicit misericors deus. Ego, in-
quit, ab initio honore parem te formaui, & eiusdem
dignitatis in omnibus participem. Et sicut † Adæ, ita †viro
& tibi omnium principatum concredidi: cæterùm
quia abusa es honoris dignitate,subiicio te viro: & ad
virum tuum conuersio tua.Quia relicto eo qui digni-
tate par, & cuius naturæ particeps, & propter quem
formata es, familiaritatem cum serpente mala illa be-
stia habere,& eius accipere consiliũ voluisti:propter-
ea posthac illi te subiicio,& illum dominũ tuum asse-
ro,vt illius scilicet dominium agnoscas.Et quia nesci-
uisti

uisti imperare, discè bene regi. Ad virũ enim tuũ, in-
quit,cõuersio tua,& ipse dominabitur tui.Meli° est vt
tu sub illo sis,& illum dominũ habeas, q̃ impauidè &
liberè viuens per præcipitia feraris.Nã & equo vtilius
est fræno regi,& cõposite ingredi, quàm sine illo per
præcipitia ferri.Itaq; considerãs quod tibi vtile,ad il-
lum te habere volo conuersionẽ: & sicut corporis est
caput sequi,& dominiũ eius suauiter agnoscere. Scio
q; dictorũ prolixitate fatigamini, sed excitemini ali-
quantulũ oro, ne imperfectũ iudicium relinquamus,
neq; relicto adhuc iudice sedẽte discedamus. Et iam
fermè ad finẽ peruenimus. Videamus itaq; quid post
sermonẽ mulieri factũ, viro dicat, & quã illi pœnã in-
tentet. *Adæ autẽ dixit, Quia audisti vocẽ vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo mãdaui tibi vt ex eo solo nõ comedas, de illo ipso comedisti: maledicta terra in operibus tuis. In tristitiis comedes illam omnibus diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos tibi producet, & comedes fœnũ agri. In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo, donec reuertaris tu in terrã, de qua sumptus es. Quia terra es, & in terrã abibis.* Plurima & ineffabilis etiã hoc loco
ostenditur dei erga hominẽ prouidentia, & cura. Sed
audiamus diligenter vnumquodq; dictorum. Adę au-
tem dixit,Quia audisti vocẽ mulieris tuæ, & comedi-
sti de ligno,de quo pręceperam tibi vt ex eo solo non
comedas,de illo ipso comedisti. Quoniã, inquit, au-
disti mulierem tuam, & comedisti de ligno, & consi-
lium illius meo mandato maioris feci sti:& noluisti ab
vnico hoc ligno abstinere,de quo solo pręcepi tibi ne
comederes(nõ enim tibi præcepi vt à multis abstine-
res,sed de vno solo,& neq; ab illo abstinuisti,sed obli
tus mandatorum meorum,à muliere persuasus es) id-
circo re ipsa discas quantum malum sis operatus. Au-
diant viri,audiãt mulieres: & illi quidem,vt ne ferant C
mala consulentes:hæ autẽ,vt ne talia consulant. Nam
si hìc culpa in mulierem reiecta,nullam veniam asse-
quutus est,qualẽ quis haberet veniam dicẽs, Propter
vxorẽ hoc & hoc peccaui,& hoc &hoc feci?Ea enim
de causa sub tua potestate facta est, & dominus eius
pronũciatus es,vt illa tibi pareat, & non caput pedes
sequatur.Verũ non rarò videmus cõtrarium vsu eue-
nire,vt is qui suo ordine caput esse deberet, neq; pe-
dum ordinẽ seruet:& ea quæ in pedum loco est,in ca
1.Cor.6.d put cõstituatur.Idcirco & beatus Paulus magister or-
bis,hæc omnia prẽuidens,clamabat: Quî nanque scis
mulier, an virũ sis saluatura ? Aut quî scis vir, an vxo-
rem sis saluaturus?Verũtamẽ viri est,vt diligẽti opera
malè consulentẽ repellat:mulier verò semper in auri-
bus sonãs habeat suppliciũ quod Euæ irrogatum est,
quæ pestiferũ illud consilium viro suggessérat: ne au- D
deat talia consulere,neq; imitetur Euam:sed illius ex-
emplo prudentior fiat,& talia consulat, quæ & ipsam
& virum omni supplicio liberatura sunt. Porrò ad in-
stitutum rediamus. Adę autẽ dixit deus, Quia audisti
vocẽ mulieris tuę,& comedisti de ligno, de quo præ-
cepi tibi de eo solo ne comederes, de illo ipso come-
disti. Quoniã,inquit, tã negligens fuisti in obseruãdo
meo mandato,neq; timor te coërcuit, neq; procedẽs
†mollitiẽ] interminatio calamitatis esum cõsecuturæ tibi quic-
quam profuit,sed in tantã † malitiã]peruenisti, vt ne-
que ab vnico hoc ligno tibi temperaueris, tametsi tot
& tantis tibi frui liceret:atque ideo maledicta terra in
operibus tuis. Vide misericordiã domini, quomodo
serpentem punit,quomodo idem &rationale animal.
Illi enim dixit,Maledictus tu de terra: hìc autem non
sic.Sed quid?maledicta terra in operibus tuis. Et me-

ritò.Nam quia propter hominem producta est,vt ille A
posset frui his quæ ex ea nascũtur:ideo iterũ propter
hominẽ peccantem maledictũ ei inditur : quia male-
dictum terræ eueniens,hominis securitati & felicitati
obest. Maledicta terra in operibus tuis. Exin vt discа-
mus quid sit maledicta,subdit,In tristitiis comedes eã
omnibus diebus vitæ tuę.Vide quot nunc seculis hãc
pœnam luimus:vt non solũ illis vtile sit,sed & posteri
iisdẽ rebus doceantur, vnde illis hęc supplicia sunt in-
uecta:In tristitiis comedes eam omnibus diebus vitæ
tuæ.Post hoc diligentius docens nos maledicti speciẽ
& tristitiæ causam,subdit: Spinas & tribulos tibi pro-
ducet.Ecce maledicti monimẽta.Spinas,inquit,& tri
bulos proferet terra: itaq; multis laboribus & ærũnis
operandũ tibi, & omni tẽpore cum tristitia viuere te
faciã,vt hoc tibi frænum sit,ne quid supra dignitatem
de te sentias:sed continuò cogites tuã ipsius substan- B
tiam,neq; feras vt posthac sic decipiaris. *Et comedes fœnum agri. In sudore faciei tuæ vesceris pane tuo.* Animaduer-
te quo pacto post peccatũ & inobedientiã omnia se-
cus contigerunt q̃ antea,& planè diuersa: quasi dice-
ret,Ego quidem cùm in hunc mundũ te prodire feci,
volebã te degere absq; doloribus,laboribus,sudoribº,
& ærũnis,& omni felicitate frui, neque corporalibus
necessitatibus obnoxiũ esse, sed ab omnibus illis libe-
rum.Quia verò nõ profuit tibi tanta securitas, ea pro-
pter & terræ maledicã, ita vt absq; satione & aratione
non proferat suos fructus sicut antea:sed & cum mul-
to labore,molestiis,& ærumnis,afficiam te tristitiis, &
continuis fatigationibus. Efficiam item vt nihil pro-
moueas absq; sudoribus, vt his exercitatus perpetuã
doctrinam habeas modestè agendi,tuámq; ipsius na-
turam agnoscendi. Neque hoc ad modicum & breue C
tempus erit,sed omni tempore vitæ durabit. In sudo-
re enim faciei tuæ vesceris pane tuo,donec reuertaris
tu in terrã,de qua sumptus es. Quia terra es, & in ter-
ram abibis.Hæc sustinebis vsq; ad finem vitæ tuæ,&
donec in illã resoluaris ex qua formatus es.Nam quã-
uis tibi corporis dederim naturam ob meam bonita-
tem,ipsum tamen hoc corpus ex terra existẽs, iterum
erit terra.Terra enim es,& in terram abibis.Enimuero
vt ne hæc fierent, dixi, ne comedatis de hoc ligno.
Quocunq; enim die comederitis, morte moriemini.
Non enim hoc volebam.Sed quia eorum quæ ad me
attinebant,nihil intermissum est: tu autem teipsum in
hæc conieci sti,ne in aliũ causam retuleris, sed tuæ ip-
sius desidiæ totum adscribito. Iam denuò alia nobis
quæstio hìc nascitur,qua,si placuerit,breuiter absolu- D
ta,finem sermonis hìc faciã.Dixit, inquit, deus, Quo-
cunq; die comederitis ex eo, morte moriemini: mul-
torum autem annorũ numero ostenditur vixisse illos
post inobedientiã,& cibi vetiti esum. Et quæstio qui-
dem aliqua esse videtur,his qui à superficie salutãt di-
uinas literas. At si quis magno studio aures adhibeat,
manifestum est quod dicitur, neq; quæstio fuerit at-
tendenti.Nam licèt multos annos vixerint,attamen à
quo tempore audierunt,Terra es,& in terrã abibis:&
sententiam acceperunt mortis,mortales fuerũt : & ex
illo tempore fuerũt perinde ac si quis illos dicat mor-
tuos fuisse. Hoc igitur & scriptura significans, dixit,
Quocunq; die comederitis, morte moriemini: hoc
est,sententiam accipietis, mortales posthac vos futu-
ros.Sicut enim in humanis iudiciis,quando quis sen-
tentia lata vt capite mulctetur,iterum in carcerẽ cõii-
citur,& licèt ibi multo tempore agat, nihil melius ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

men habet defunctis & mortuis, vtpote iam per sentẽ- A
tiam mortuus: eodẽ modo & illi, ab eo die à quo mortalitatis sententiã acceperunt, tametsi longo tempore durauerint, nihilominus sententia mortui erãt. Scio q̃ hæc doctrina plurib⁹ prolixioribúsq; tractata sit. Ideo quia gratia dei, pro nostris viribus omnia in medium prolata sunt, & his quæ lecta sunt finem imposuimus, nunc sermonẽ cõtrahamus. Possent quidẽ & alia proferri, & iterũ mõstrari, inflictã hinc pœnã, & mortales nos factos multũ habere diuinæ misericordiæ. Sed ne multitudine doctorũ mentẽ vestrã obruamus: age, obsecramus vos, vt cùm hinc abieritis, ne in cõuenticula insipientiũ vos cõferatis, neq; intẽpestiuæ nugacitati vacetis: sed intelligite & colligite vobiscum quæ dicta sunt, & in memoriã referte, quidnã iudex respõderit, quid rei pro se dixerint: & quomodo Adã quidẽ culpam in vxorẽ trãstulerit, illa verò in serpentẽ: & quo- B
modo deus etiã hunc punierit, & pœnã illi toto seculo duraturã inflixerit, grauémq; in illũ indignationẽ declarauerit: atq; ex hoc ostẽdit suã in deceptos curam, propter quos impostorẽ ita vltus est, videlicet q̃ hic eos deceperat, qui deo valde grati, & pro quibus multum solicitus erat. Dein memẽtote supplicij mulieris, & pœnæ quæ illi intentata, imò potius admonitionis. Et sic quoq; recordemini, quæ sint Adæ dicta. Sentẽtiáq; in mẽte vestra scribatur, Terra es, & in terrã abibis. Hinc obstupescite ineffabilẽ dei misericordiam. Quòd nos, qui ex terra sumus, & in terrã dissoluimur, si voluerimus virtutẽ amplexari, & vitia fugere, assequi poterimus ineffabilia illa bona quæ parauit & promi-
† quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt] sit diligẽtibus se. † Gratias igitur illi multas debemus, nostrũ confitẽdo dominũ, pro tot tabulísq; beneficiis: & nequaquã ex memoria dimittendo, per bona ope- C
ra, & diligenti malorum fuga ipsum mitigemus. Quomodo non omnis ingratitudinis signum fuerit, si ipse quidẽ cùm deus sit & immortalis naturæ, non refugit assumere mortalẽ & terrestrẽ nostrã substãtiam, vt & ab antiqua morte nos liberaret, supra cœlos ueheret, honore quo patri considet, exaltaret, & ab omni cœlesti exercitu adorari faceret? Nos autẽ contraria illi retribuere non erubescimus, sed & immortalẽ animam, quasi dixerit quis carni agglutinatã, terrenã ipsam & mortuã, & nihil operari valentẽ, facere curamus. Obsecro ne sic fiat, ne sic ingrati simus erga benefactorẽ nostrũ: sed illius præceptis obedientes, quæ ipsi grata sunt & probantur, operemur: vt & æternis bonis dignos nos ostendat. Quæ nos omnes assequi cõtingat] gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, D
& in secula seculorum, Amen.

*ἰωὴ, sic etiam lego apud septuaginta. Alij tamen legunt Eua, id est, vita, vt & paulo post in hoc eodem codice semel atque iterum repetitur.

Et vocauit Adam nomen vxoris suæ vitam, quia ipsa est mater omnium viuentium.*

Homilia XVIII.

Vidistis heri iudicis misericordiã? Vidistis examen benignitate refertum? Vidistis supplicioru̇ diuersitatẽ? quomodo punitus sit dolosus ille supplantator: quomodo etiã deceptis pœna sit intẽtata, quę magnã dei præ se ferret misericordiã? Vidistis quomodo nobis cõmodorũ occasio fuit, adsistere tribunali, & videre quomodo, pceſſerit examẽ? Cognouimus enim, quãtis seipsos bonis mãdati trãsgressione priuarint Adam & Eua, nudati gloria illa ineffabili, & vita non inferiore q̃ angelica. Cognouimus patientiam domini, didicimus quãtum malum sit desidia, quomodo & pręsentibus spolier, & magna ignominia denigret. Idcirco obsecro, sobrij simus, fiántque nobis illorũ lapsus, remedia: & illorum desidia, securitatis causa. Quia maior pœna est eorũ qui post illos peccant, & tantis exẽplis emẽdare se nolũt. Non enim qui postea eadẽ peccant quæ primi, in eandem pœnã incidẽt. Id quod breuiter ab orbis doctore sapientissimo (beato Paulo, inquam) discere possumus, qui dicit, Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege etiam Rom. 2. b
peribũt: & quicunq; in lege peccauerunt, per legẽ iudicabũtur. His verbis dicit, non eandẽ luituros pœnã eos qui ante legẽ, & eos qui post legem. Grauius enim puniẽtur qui post legem datã peccauerint. Nam quicunq; sine lege peccauerunt, etiam sine lege peribunt. Proficiet illis ad leuiorem pœnam, q̃ legis doctrina & adminiculo caruerũt. Et quicũq; sub lege peccauerũt, per legẽ & iudicabuntur. Isti, inquit, quia & legem habuerunt magistram, & neq; sic emendati sunt: sed eadem quæ illi peccauerũt, grauiorem quoq; pœnã dabũt. Porrò audiamus quæ hodie sunt lecta. *Et vocauit Adã nomẽ vxoris suæ Eua, id quod est vita: quia ipsa est mater omnium viuentiũ.* Vide diuinæ scripturæ diligentiam, quomodo neq; hoc præterit, sed docet nos, q̃ & mulieri nomẽ Adam imposuerit. Vocauit, inquit, nomen vxoris suę Eua, id quod est vita: quia ipsa mater est omnium viuentiũ: hoc est, ipsa est origo eorum qui ex illa sunt futuri, radíxq; & fundamẽtũ posteritatis. Dein postquam docuit nos quomodo mulieri impositũ nomen, iterum ostendit nobis dei bonitatem, quæ non despexit suas creaturas in tanta nuditate & ignominia versantes: *Et fecit*, inquit, *dominus deus Adæ & vxori illius vestes pelliceas, & induit illos.* Sicut misericors pater filiũ habens bona indole præditũ, & omni cura educatum, & fruentẽ omnibus deliciis, & veste nitida & sericis amictum, & paternis opibus securè vtẽtem, cũ viderit eum nimia prosperitate in malitiæ præcipitiũ prolapsum, priuat illis omnibus, & suæ potestati subiicit, & veste spoliat, & vilem seruilémque vestem illum induit, ne omnino nudus sit & turpis: ita & misericors deus, quoniam Adam & Eua indignos sese exhibuerunt indumento glorioso illo & nitido, & quod tegendo nullis corporalibus eos necessitatibus obnoxios esse sinebat: exuit nunc omni illa gloria & fruitione, qua ante grauem hanc ruinam gaudebant: multámq; erga illos declarãs miserationem, misericordia motus ob tantam ruinam, vidénsque magna confusione circumamictos, & nescios quid facerẽt, ne nudi essent & indecore se gererent, vestes ipsis pelliceas facit, eosq; contegit. Tales enim sunt diaboli machinationes, vt si D
quando aliquem inuenit qui sibi pareat, eum voluptatula quadam supplantatum, & in profundum malitiæ proiectum, omníq; confusione & ignominia plenum, iacere relinquat, miserabile omnibus qui illum vident spectaculum. At animarum nostrarum curator videns illos in tantis difficultatibus, ipsos non omnino destituit præsidio, sed velamentum illis excogitat, vestem frugalem: ostendens qualibus se vestimentis dignos fecerint. *Et fecit dominus deus Adæ & mulieri illius vestes pelliceas, & induit illos.* Vide oro, quantam sermonis humilitatem nobis attẽperat diuina scriptura. Sed quod sæpe dixi, id & nunc dico, vt omnia ita intelligamus, sicut par est de deo intelligi. Et verbum, fecit, accipe pro eo quod est, imperauit vt essent. Iussit enim tunicis pelliceis vestiri in perpetuam memoriam, q̃ inobedientes fuerimus domino. Audiant opulẽti, & qui luxuriant in vermium operibus, & vestiũtur sericis, discántque

scãtq; quomodo ab initio humanã naturã misericors A
dominus docuerit. Quia propter trãsgressionẽ, pœnæ mortis reus erat fact⁹ protoplast⁹, opúsq; habebat veste quę cõfusionem tegeret, pelliceas fecit vestes: quo docuit nos, vt mollẽ & dissolutã vitã fugiamus, neque inertẽ & remissam sectemur, sed magis austerã amplexemur. Sed fortè grauatim ferẽtes hæc diuites, dicẽt, Igitur pellibus vestiri nos iubes? Nõ hoc dixerim. Nã neq; illi perpetuò vsi fuerunt his vestibus. Misericors enim dominus prioribus beneficiis recẽtiora quædã superaddit. Nã postquã sese corporalibus necessitatibus obnoxios fecere, & ab *immortalitate illa & angelica vita exciderũt: dispensauit deus, vt ex ouium velleribus homines indumenta sibi pararent, non alia de causa, q̃ vt tegumentũ habeant, & ne rationale animal hoc nõ secus ac bruta in nuditate & dedecore vitam degeret. Itaq; vestium amictus continuũ nobis sit monimentũ, quo memores simus, quãtis bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio humanũ genus ob inobedientiã sit affectũ. Dicant igitur nobis, qui tanto vtũtur apparatu, vt iã vsum lanę prorsus audire nolint, sed serico vestiantur, eóq; insaniæ peruenere, vt aurũ vestibus intexant. In primis autẽ mulieres huic mollitiei deditæ sunt. Quare, dic obsecro, corpus ita ornas, & gaudes eiusce modi amictu? Non cogitas q̃ pro magno supplicio, propter transgressionẽ tegmen hoc ex- B
cogitatũ est? Et quare non audis Paulum dicentẽ, Habentes victũ & amictum, illis contenti simus? Vides q̃ vnius duntaxat rei habenda sit hìc cura: videlicet, ne corpus nudũ sit, sed vt tegatur. Num adhuc de varietate vestium oportet solicitũ esse? Cæterùm ad sequẽtia veniamus. *Et dixit dominus deus, Ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, sciendo bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manum suam, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in seculum. Et emisit illum dominus deus ex horto deliciarum, vt operaretur terram, de qua sumptus erat.* Hic quoque vide q̃ congruis & idoneis infirmitati nostræ verbis vtatur deus. Et dixit, inquit, deus, Ecce Adã factus est quasi vnus ex nobis. Vidisti quanta dictionis humilitas? Hæc autẽ vt decet, dignè de deo intelligamus. Vult enim hìc per verba hęc in memoriã referre, quomodo decepti fuerint à diabolo per serpentem. Quando quidẽ ille dicebat, si comederitis eritis vt dij, & spe potiẽdę diuinitatis cibũ hunc sumere ausi sunt. Atq; hac de causa deus iterum illos monere volens, vt sentirent q̃ grauiter essent lapsi per inobedientiam & deceptionẽ, inquit, Ecce Adã factus est quasi vnus ex nobis. Ita acriter verbũ hoc vibratur, vt transgressorem attingere valeat. Propter hoc, inquit, contem- D
pśisti mandatum meũ? ecce factus es quod expectasti: imò nõ quod expectasti, sed qualẽ te fieri dignũ erat. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, sciens bonum & malum. Hoc enim impostor diabolus dicebat per serpentem, aperiẽtur oculi vestri, eritíq; sicut dij, scientes bonum & malum. Et nunc ne fortè extendat manũ, & tangat lignũ vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Vide oro, hìc misericordiã domini. Oportet enim quod dictum est diligenter scrutari, vt nihil eorum quæ in fundo iacent, latere nos queat. Quũ deus Adę mandatũ daret, à nullo alio abstinere præcepit, q̃ ab vnico ligno: de quo quia edere fuit ausus, pœna capitalis irrogata est: id quod cum pręciperet illi definiuit, si auderet. De ligno autem vitæ nihil signãter prę- A
ceperat. Quãdoquidem, vt existimo, & est verisimile, immortalem illũ fecisset. Potuisset q̃; ipse, si voluisset, cum aliis etiã de hoc vesci, quod perpetuã illi contulisset vitam, eo q̃ nullum mandatũ de illo acceperat. Si autẽ curiosulus aliquis rogat, quare lignũ vitæ appellatum est: sciat, si nostris rationibus innitamur, non posse hominẽ omnia dei opera contueri. Visum enim fuit domino, vt meditationẽ quandam obediẽtiæ & inobediẽtiæ haberet homo à se factus, & in paradiso degens. † Et hæc duo duobus illis lignis monstraban- † & duo ista ligna ibi constituerit, alterũ quidem vitæ, alterum vero (vt sic loquar) mortis.
tur, nẽpe ligno vitæ & mortis.] Nã esus & transgressio mandati, mortem illi attulit. Itaq; vbi de hoc accepit, mortalis factus est, corporísq; necessitatib⁹ obnoxius. Et originẽ accepit peccati ingressus, propter quod & mors à domino vtiliter dispẽsata est. Non posthac in paradiso relinquit Adã, sed exire inde iubet: mõstrans q̃ propter nihil aliud hoc faciat quàm propter misericordiam qua illum prosequebatur. Et vt hoc discamus, operæprecium fuerit verba diuinæ scripturæ denuò legere. Et nunc, inquit, ne quãdo extendat manũ, & accipiat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Nam quia magna intemperãtiæ, inquit, indicia exhibuit, pręuaricãdóq; mandatũ mortalis factus est, ne nunc & lignũ, quod vitam præbet continuam, attingere audeat, peccaturus perpetuò: satius fuerit hinc ipsum eiici, ita vt magis prouidẽtiæ q̃ indignationis fuerit illa eiectio. Hic enim mos est domini nostri, vt puniens nõ minus q̃ benefaciens suã erga nos declaret prouidentiã. Quippe & hanc pœnã admonitionis gratia nobis irrogauit. Quia vtiq; si scisset nos nõ peiores fieri impunè peccando, neutiquã vltrà puniisset: sed vt reprimat nostrũ ad deteriora progressum, & tollat malitiã vlterius grassantem, suam seruando misericordiã, punit: id quod & nunc fecit. Curã enim agens protoplasti, eiici ipsum è paradiso præcepit. Et emisit illũ dominus deus ex horto voluptatis, vt operaretur terrã, de qua sumpus est. Iterũ oro, vt hìc diuinæ scripturæ diligeniã videas. Emisit illum, inquit, dominus deus ex horto voluptatis, vt operaretur terrã, de qua sumptus est. Ecce sententiã suã re ipsa exequitur: & ex horto voluptatis eiectũ, terrã de qua sumptus erat operari facit. Nec temerè dixit, de qua sumptus est: sed vt perpetuò cõmonefieret modestiæ inter operandũ, sciréq; possit q̃ inde sit constitutus, & substantiam habeat ab initio. Et illã ipsam, inquit, operetur terrã, ex qua & constitutus est. Nã hoc quod in sententia dicebat, In sudore faciei tuę vescẽris pane tuo: idipsum & nunc dicit, quando inquit, vt operetur terram de qua sumptus est. Posthac vt discamus quãto spacio ipsum à paradiso habitare fecit, etiã illudipsum scriptura nos docet. *Eiecítque dominus deus Adam, & habitare fecit eũ è regione horti deliciarum.* Animaduerte q̃ dominus nos- B
ter in singulis operibus, misericordiæ argumẽtum ostendit, & singulæ pœnarum species bonitate plenæ sunt. Non enim hoc solum misericordiæ & benignitatis argumẽtum erat, q̃ emittebat & eiiciebat: sed & q̃ contra paradisum illum habitare faciebat, vt iugem dolorem haberet, quotidíe cogitãs vnde exciderit, & in quem statũ se coniecerit. Et quanuis grauissimi doloris spectaculum erat, est tamen magnæ vtilitatis occasio, vt dolens continuo aspectu, munitior & cautior esset in aliis, ne iterum in eadẽ peccata incideret, qui hominis (vt plurimum) mos est. Nam quoniam cùm bonis frueremur, nescimus ipsis vt oportet vti, illorum priuatione emendati sumus, & tunc experientia docti sentire cœpimus nostram desidiam. Itaque tanta rerum mutatione docemur & à quibus excidimus,

*ἀπάθειαν, securitate, indolẽtia, vita malis nõ obnoxia.

Universidad de Deusto Biblioteca

& quibus nosipsos malis iniecimus. Itaq; quod propè, & è regione paradisi eum qui illinc exciderat habitare iussit, maximæ prouidētiæ & curę signum fuit, vt & spectando memor esset, & inde lucrū faceret, & neq; immodica viuendi auiditate concupiscere, neq; foris existens de ligno comedere pręsumeret. Diuina enim scriptura omnia nobis, prout nostræ infirmitati congruūt, narrat. *Et præcepit vt Cherubim & flammeus ille gladius versatilis custodiant viam ad lignum vitæ.* Quoniam tam negligens iam fuerat in mandato tradito, hinc factū est, vt tanta diligentia ingressus muniretur & præcluderetur. Obsecro animaduerte hîc, ꝙ misericors deus non solū contentus fuit, hominem è regione paradisi habitare, sed præcepit etiam ꝙ flāmeus gladius ille versatilis, & virtutes illæ Cherubim custodirent viā, quæ illuc inducit. Nec absq; causa addidit, versatilis ille: sed vt doceat nos, ꝙ omnis via illò ducēs pręclusa sit, eo ꝙ gladius ille dum versatur, obturet & pręmuniat omnes vias, quæ illuc ferunt, & vt continuam

Cap. iiij. memoriam & timorem incutere illi possit. *Adam autem cognouit Euam vxorem suam.* Considera quādo hoc factum sit. Post inobedientiam, post paradisi amissionem, tunc primùm vsus rei Venereæ cœpit. Ante inobedientiam enim angelicam vitam imitabantur, & nullus de re Venerea sermo erat. Quî enim potuit, cū neq; corporalibus necessitatibus obnoxij fuerint? Itaque ab initio virginitas palmā principatus accepit: sed postquam per desidiam peccatum intrauit, & aditus patefactus est his quæ peccati sunt, & illa quidē auolauit, vtpote ab his qui indigni tantæ virtutis magnitudine facti erant. Subintrauit autem rei Venereę lex. Cogita igitur dilecte, quanta virginitatis dignitas, q̃ sublimis & magna possessio, & quæ supra humanam naturam, & quæ opus habeat manu superna. Quod enim hi qui virginitatē alacriter arripiunt, in corpore ea agant quæ incorporearū sunt virtutū, audi Christū Iudæis dicentem. Nam de resurrectione quæstionem mouentes, & in sermone eū capere volentes, dicebāt:

Matt. 22. d. Luc. 20. f & Mar. 12. Magister, erant apud nos septē fratres, & primus vxore ducta defunctus est, non habens pueros, & dimisit vxorem suā fratri suo. Similiter & secundus, & tertius, & quartus, & quintus, & sextus, & septimus. In resurrectione ergo cuius è septē illis erit vxor? omnes enim habuerunt illam. Quid igitur dicit illis Christus? Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem dei. In resurrectione enim neq; matrimonium contrahunt, neq; elocantur, sed sunt sicut angeli. Vidisti quomodo in terra ambulantes, & corpore circundati angelicā vitā imitātur, qui Christi amore virginitatis sortem acceperunt? Nam quanto hæc maior est & sublimior, tāto maiores sunt & coronæ, & retributiones, & repromissa bona eorum, qui cum hac in aliis bonis operibus se exercent. Adam autē cognouit Euam vxorem suā, & vt concepit peperit Cain. Postquam per inobedientiā intrauit peccatum, & sententia mortales illos fecit, cōsequenter omnipotens deus secundum suā sapiētiam humani generis durationem gubernans, concessit per coitum auctum iri nostrum genus. Et dixit, *Possedi virum per deum.* Vide quomodo pœna inflicta mulierē emendauerit, meliorémq; reddiderit. Nam puellum natum non naturæ, sed deo acceptum tulit, suámque gratitudinē declarat. Vidisti quomodo pœna admonitionis loco illis fuerit? Possedi hominem per deum. Nō natura, inquit, puerum mihi dedit, sed diuina gratia. *Et adiecit iterum pariendo fratrem illius Abel.* Quia

A pro nato puero grata fuit, & prius beneficium agnouit, assequuta est & aliud. Talis enim est dominus noster, quando in primis gratitudinē declaramus, & benefactorem agnoscimus, largius sua dona nobis erogat. Itaq; quia & ista deo partum adscripsit, propterea & alium accipit puerum. Summa enim, posteaquam subintrauit mortalitas, cōsolatio erat filiorum successio. Et idcirco misericors deus, puniendi seueritatem imminuens, & mortis personam auferens, liberorum successionem largitus est: & perinde quis dicat imaginem resurrectionis per hoc subindicans, & dispēsans, vt pro cadentibus alij resurgant. *Et factus est Abel pastor ouium, & Cain operabatur terram.* Docuit nos diuina scriptura, quā vterq; artem exercuerit. Nam Abel pastoralem, Cain agriculturam delegit. *Et factum est post dies: obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium deo.* Consi-

B dera, quomodo naturæ conditor scientiam † animæ indidit. Quis enim illum, dic oro, ad hanc cogitationē perduxisset? nullus alius quàm quæ in animo conscio scientia. Obtulit, inquit, de fructibus terrę sacrificium domino. Sciebat enim, & clarè sciebat, quod congruum esset ex suis possessionibus aliquid deo offerre: non ꝙ eo dominus indigeat, sed vt suam gratitudinem declaret, qui tali beneficio fruitur. Nulla enim re indiget deus, nullísque nostris opus habet. Cæterum ob ineffabilem misericordiam ita nostrę infirmitati se attemperat, & propter salutem nostram hæc fieri tolerat, vt dei agnitio humanæ naturæ virtutis sit schola. *Et Abel etiam ipse obtulit de primogenitis suarum pecudū.* Non absque ratione in sermonibus prioribus vestram docui charitatem, ꝙ dominus noster varietatem personarum ignoret: sed à voluntate examinans, mētem

† conscientia.

C & intentionem coronat. En & nunc attende idem factum: sed auscultemus diligenter dictis, & videamus quid de Cain narret scriptura, & q̄d de Abel: & ne inconsideranter transeamus. Nihil enim temerè vel fortuitò loquitur diuina scriptura, sed & syllaba, & apiculus vnicus reconditum habet thesaurum. Nam in hunc modum se habent spiritualia omnia. Quid igitur inquit? Et factum est post dies, obtulit Cain de fructibus terræ sacrificium domino, & Abel obtulit etiā ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. His qui acutius valent intueri, iam ex lectione ipsa liquidum est quid dicatur. Verùm quia omnium communiter habēda est cura, & respectum personarum nescit spiritualis doctrina: age manifestius vobis detegamus quæ dicta sunt, iterum ea repetētes. Cain, inquit, obtulit de fructibus terræ sacrificium domino:

D deinde volens & de Abel docere nos scriptura diuina, dicit ꝙ & ipse de sua arte, nempe pastoritia, suum attulerit sacrificium. Tulit enim, inquit, & ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus illarum. Obserua quomodo nobis pientissima illius mens significatur, & ꝙ non tantum de ouibus obtulerit, sed de primogenitis, hoc est de preciosissimis, & maximè eximiis. Deinde & ex illis ipsis primogenitis preciosissima quæque. Et de adipibus, inquit, illarum, hoc est de pinguissimis & optimis. De Cain nihil tale adnotatū est. Sed quid obtulit? de frugibus terræ sacrificium: quasi diceret: qualiacunq; obueniebāt, nulla ad delectum adhibita opera vel diligētia. Iterum dico, & dicere non cessabo. Nō quia deus rebus nostris indiget, oblata suscipit, sed vult & per hæc ostendi nostrā gratitudinē. Nam eum qui deo offert, & offert ex his quę dei sunt, & intelligit quantum differat natura, & cum

homo sit, tantū sit honorē sortitus: oportebat, quantū sibi conceditur, suū testari officiū, & preciosissima offerre. Sed vide obsecro dilecte. Habes hîc occasiones, vt quod oportet cōtēpleris, meritò pœnas luere eum, qui suā ob ignauiā amittit salutē. Neq; enim ille doctorem aliquē habuit. Neq; hic suggestorē & cōsiliarium: sed vterq; conscientiæ suę magisterio, & sapiētia diuinitus humano generi suppeditata, ad hanc obla-

† animi deinceps excellētia. tionē incitatur: sed † varietas mētis] & volūtatis segnities, illius quidē acceptissimā fecit oblationē, huius autem repudiatā. *Et aspexit deus ad Abel, & ad dona ipsius.* Vide quomodo impletur hîc quod in euāgelio est di-

Matt. 20. b. Marc. 10. e. ctum: Primi erunt vltimi, & vltimi primi. Ecce enim qui ob primogeniturā priuilegiū habebat, & proinde prior offerebat, minor visus est fratre, vt qui secus offerret q̃ oportebat. Nam cum vterque obtulisset, dicit diuina scriptura: Et aspexit deus ad Abel, & ad dona

B eius. Quid est, Et aspexit? id est approbauit, laudauit mentē, coronauit voluntatē: & quasi quis dicat, facto contētus fuit. Nā & si de deo loquimur, & de immortali natura aperire os audemus: sed cū homines simus, nō possumus hæc aliter q̃ per linguā percipere. Attēde rem mirā: Aspexit, inquit, deus ad Abel, & ad dona ipsius. Ouium oblationē dona vocauit: quia preciosa, eximia & immaculata obtulerat. Aspexit igitur ad ipsum, quia sano & syncero animo obtulerat: & ad dona oblata, non ꝙ nullis notis aspersa, sed ꝙ vndequaque preciosa erāt, tum ob mentē eius qui obtulerat, tum ꝙ primogenita erāt, & ex illis electissima, & ex adipibus ipsis, hoc est ex optimis optima. Et aspexit deus ad Abel, & ad dona ipsius: ad Cain autē, & ad sacrificia ipsius non attēdebat. Quia recta intētione, & syncera mēte obtulerat, Aspexit, inquit, deus ad Abel, hoc est,

C accepit, gratū habuit, laudauit. Cæterū oblata vocauit dona, vt per hoc offerentis animo maiorē honorē haberet. Ad Cain autē, & ad sacrificia illius non attēdebat. Ne pigeat videre scripturæ diligentiā. Nam cùm dicit, non attendebat, monstrauit reprobationē oblatorum. Et iterum aliud nos docet, vocādo oblationes fructuum terræ, sacrificia. Ecce quomodo per facta & verba ipsa docet dominus, ꝙ hæc ommia à nobis vult fieri, vt animi nostri per ea quę à nobis fiunt, manifesti reddātur, & vt sciamus ꝙ dominū habemus & conditorem eū, qui ex nihilo nos vt essemus produxit. Oues enim nominādo diuina scriptura munera, terrę autem fructus sacrificia appellando, docet nos, ꝙ deus neque vt bruta adducātur, neq; vt terræ fructus offerātur, sed tantū mentis affectionē quærit. Vnde & nunc propter

D mentis affectionē ille quidem cum donis approbatus est, & gratus fuit: iste vero cū sacrificio suo reiectus est. Quòd autem aspexit ad Abel, & ad munera ipsius: ad Cain autē & ad sacrificia illius non attendit, intelligamus vt decet dignè. Vult enim dicere, ꝙ cognoscere illos fecerit, se illius approbare voluntatē, huius autē repellere ingratitudinē. Et talia sunt quæ ad deū spe-

** ἐλύπησε dolore affecit, siue tristitia, ablatiui casus.* ctantia egerunt. Videamus autē & sequentia *Et * tristitia affecit Cain valde. Et concidit vultus eius.* Quid est, Et tristitia affecit Cain valde? Duplex illi tristitia facta est, & ꝙ solus ipse repudiatus fuit, & ꝙ fratris donū acceptum fuit. Et tristitia affecit Cain valde, & concidit vultus illius. Quid affecit illū tristitia? Vtraq; hæc valde tristitia affecerunt, & ꝙ dominus nō attendit sacrificiū ipsius, & ꝙ donū fratris acceptū fuit. Igitur opus erat, vt delictū corrigeret is, qui ex his quę egerat causæ conscius erat. Nā dominus noster, cū misericors sit,

A quando delinquimus non tā nos auersatur ob delictū, q̃ quando perseueramus in delicto, cuius iste nullā rationē habuit. Et vt hoc euidēter scias, & misericordiæ suæ magnitudinem ineffabilē videas, vide ex his quæ nunc fiūt, bonitatis illius excellentiā, & patientiæ magnitudinem. Nam postquā vidit illum supra modum mœstum, & vt ita dicā, à tristitię fluctibus submersum iri, nō despexit: sed quā erga patrem ipsius misericordiam declarauerat, dādo illi satisfaciendi occasiones, & fiduciæ ianuā aperiens, & dicens: Vbi es? Post grauem illam ruinā, misericordiam & nunc erga ingratū illum declarat, manū illi quasi in præceps eunti porrigens, & occasionem prębere volēs vt delictum corrigat, dicit: *Quare tā mœstus es? & quare concidit vultus tuus? Nōne, si rectè obtuleris, rectè autē nō diuiseris, peccasti? Quiesce. Ad te * conuersio illius, & tu illius dominaberis.* Expende

B oro dilecte ineffabilem misericordiam, & in docendo nobis congruam humilitatem. Quia postquam vidit illum ab inuidentiæ affectione oppugnari, vide quomodo pro sua benignitate cōgrua ipsi remedia apponit, vt statim educatur, & aquis non obtegatur. Quare tristis factus es? quare cōcidit vultus tuus? quare tanta detineris tristitia, vt & in facie mœroris magnitudinē ostendas: quare ira te inuasit? quare non à teipso quod oportebat fieri, considerasti? Num homini sacrificium obtulisti, qui falli possit? ignoras, ꝙ mihi nō est opus vt aliquid offeratur, sed sanam offerentium mentem volo? Quare cōcidit vultus tuus? Nónne si rectè obtuleris, nō autem rectè diuidas? Hoc quidem quod in animum accepisti, esse offerēdum, laude dignū est: quod verò nō rectè diuidis, oblati repudiationē operatum est. Oportet enim offerentē deo, in discernendo ma-

** ἀποστροφὴ sic quidem lxx. alij vero aliter vertunt.*

C gnam adhibere diligētiam. Et quantum differunt qui offert & qui accipit, tāta & in discretione facienda diuersitas. At horū nihil tu cogitasti, sed vt fortuitò contigit, obtulisti. Atq; idcirco non potuerunt esse accepta. Nam sicut intentio tua, cū qua oblationem fecisti, nihil distare existimans, reiectanea fecit quæ à te sunt oblata: sic fratris tui animus, qui rectus fuit, & dignum in discernēdo studium habuit, accepta illius dona fecit. Veruntamen neq; sic pœnam delicti repeto, sed ostendo duntaxat delictum, & cōsilium affero, quod si accipere volueris, & peccatum emendabis, & teipsum grauioribus malis non inuolues. Quomodo? Peccasti, & grauiter peccasti, sed non punio propter delictum. Misericors enim sum, & nolo mortē peccatoris, sed vt *Ezec. 18. g.* conuertatur & viuat. Igitur quia peccasti, quiesce, trāquillitatē facito tuarū cogitationū, & libera mentem

D à procellis fluctuum inundātium: cohibe tumultus illos tuos, ne addas priori peccato grauius aliud. Neq; cōsilium aliquod immedicabile arripias. Ne teipsum maligno dæmoni captiuum tradas. Peccasti, quiesce. Sciebat ab initio ꝙ fratrē hic adoriturus esset, & ideo antea verbis reprimit. Nam quia tanquā deus, cui etiā arcana sunt cognita, quia sciebat cordis illius motus, multum admonendo, & verba illius infirmitati accōmoda proferendo, congruam ipsi medicinam protulit, sua omnia faciens, tametsi ille repulso medicamēto, in fratricidij profundum se præcipitarit. Peccasti, quiesce. Ne putes, inquit, licèt tuum auersatus sim sacrificium ob prauam mentem, fratrísque oblationem acceptam habuerim ob sanam intentionem, ꝙ ideo primatu te destituam, & primogenituræ dignitatem à te auferam. Nam licèt honore ego illum prosequutus fuerim, acceptáq; fuerint illius dona: veruntamē ad te

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõuersio illius,& tu ipsius dominaberis. Atq; post peA catũ hoc permitto,vt primogenituræ priuilegiis gaudeas,illúmq; sub tua potestate & dominio esse iubeo. Vide misericordiã domini, quomodo furorem & insaniã illius demulcere, & verbis his impetum auferre nititur. Quippe motus mẽtis illius videns,& crudelem ac sanguinariã illius voluntatem sciens, nunc præmitigare eius rationẽ vult,& serenitatem menti inducere,subiiciẽdo ipsi fratrẽ,& potestatem ipsius nihil minuendo. Veruntamen post tantam curam,& tanta remedia,nihil cõmodi amplius inde sensit. Tantum valet mentis peruersitas,& malitiæ excellentia. Proinde obsecro,vt caueamus ne illũ imitemur, & relicta omni malitia,mandata domini attentè ac diligenter perficiamus,præsertim post tãta taliáq; exempla. Nam si hic,Cain inquã,nullũ ante se inuenit, qui tale quiddã egerit,nihilominus tamen intolerabilẽ & grauem sustinuit pœnam,quam & vos postea scietis: quid verisimile est nos passuros, qui eadẽ, vel etiã grauiora peccamus,idq; post tãtam gratiæ largitatem, nónne certum q; ignis æternus,vermis qui non interibit,stridor dentiũ,tenebræ externæ,gehenna ignis,& aliæ ineuitabiles pœnæ nobis intentabũtur? Nulla enim defensio nobis relicta est, si ita negligentes & ignaui fuerimus. Nónne scimus omnes quæ sint faciẽda,quæ non facienda? Et q; qui faciunt quæ oportet,principales coronas assequẽtur, alij autem extremæ extremorum suppliciorum pœnę addicentur. Ideo precor atq; obsecro ne conuentus iste nõster inutilis sit & frustra factus: sed vt quæ auribus hausta sunt,eadẽ & factis expromantur,vt nobis bene conscij atque interim bona spe freti difficile hoc præsentis vitæ pelagus facile traiicientes in portũ misericordiæ dei peruenire,& ineffabilia bona illa cõsequi valeamus,quę diligẽtibus se promisit, gratia & misericordia vnigeniti eius filij cũ quo sancto & adorando eius spiritui gloria honor & imperiũ,nunc & semper & in secula seculorũ, Amen.

Et dixit Cain ad Abel fratrem suum,
egrediamur in campum.

Homilia XIX.

QVemadmodũ incurabilia vulnera, neq; austeris medicamẽtis cedunt, neq; leniẽtibus: ita & anima semel captiua, si se peccato cuipiam obnoxiam fecerit, & considerare noluerit quæ sibi sunt vtilia: etiã si quis innumera inculcet illius auribus, nihil proficiet: sed quasi mortuæ essent aures, nullã ex admonitione susçipit vtilitatẽ: non quia non potest,sed quia non vult. Non enim sicut in corporalibus vulneribus videri solet,ita & in volũtate est. Nã D in corporalibus naturæ affectiones sæpe immobiles sunt,in voluntate autẽ non ita se res habet. Sæpe enim si voluerit,etiam qui malus est mutatur,& fit bonus: & qui bonus,per ignauiã excidit,& fit malus. Quia ergo liberi arbitrij esse nostram naturam fecit omnium dominus, ipse quidem quę sua sunt,omnia pro sua misericordia semper exhibet. Et sciens abscondita in profundo mentis & arcana,hortatur, consulit, conatúsq; nostros malos reprimit. Et necessitatem vtiq; non imponit, sed cõgruis remediis appositis totum iacere in ægrotantis sententia dimittit. Hoc igitur & in Cain factum est nunc. Vide enim post tantam prouidentiã & sui curã,in quantam inciderit insaniam. Oportebat enim conscium peccati sui in emendando postea occupatum esse. At ille quasi ebrius,affectioni & vulneri priori aliud vlcus cõiungens, & medicinam tanta diligentia adhibitam non admittens,sed destinatam cędem in opus perducere festinãs,à dolo & versutia exorditur, & fallacibus verbis fratrem decipit. Tam ferus & pecuinus est homo,qui in peccatum declinauit. Nam sicut magnum & venerandum est rationale hoc animal, & maximè quando in virtutis viam contendit: ita quando in malum declinat, truculentarum bestiarum imitatur crudelitatẽ. Quin & cum feroces illarum mores assumpserit, quãuis rationale & mansuetum animal sit, multis tamen nominibus illarũ superat ferociam. Videamus igitur & de istis quid acciderit. *Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur obsecro in campum.* Verba quidem fratris, mens autẽ homicidæ. Quid facis ô Cain? nescis cui loqueris? Non cogitas,q; tibi cum fratre colloquium est? Non reputas,q; eodẽ quo tu vtero natus est? Non expendis abominabiles conatus? Non times iudicẽ qui falli nequit? B Non horret mens tua facinus? Quamobrem in campum vocas fratrem,& foras à paternis vlnis abducis? Quare ipsum paterno auxilio destituis? Quid noui accidit, q; nunc fratrem in campum trahis? & id quod prius non fecisti,nunc facere attentas? & amicitiæ occasione fraternam beneuolentiam prętexendo,hostilia quæq; perpetrare deliberas? Quæ insania? Quæ rabies? Esto excæcatus mente,fraternæ affectionis nullã rationem habeas,neq; naturam agnoscas: cur aduersus illum ad bellum te instruis,qui nulla te iniuria affecit? Quid item habes,quod parentibus obiicias quos tanta mœstitia affligere deliberas,& actor esse terribilis tragœdiæ,vt primus eis violentam mortem ostendas? Has illis retributiones reddis suæ educationis? Quæ diaboli ars in hoc te flagitiũ impulit? Habéſne quod dicas? An gratia domini erga illũ, ipsum aduerC sum te extolli fecit? Nónne præcauens ob hanc sanguinariam tuam mentem subiecit illum tibi,& sub tua potestate esse fecit? Et dixit, Quia ad te conuersio illius,& tu ipsius dominaberis. Nam hoc de fratris subiectione accipiẽdum est. Sunt enim aliqui dicẽtes, q; de sacrificio oblato ab eo deus dixerit talia. Ad te cõuersio,inquit,doni,& tu ipsius dominaberis: id est, eo frueris. Et ideo vtrunq; sensum dixi,relinquens vestrę prudentiæ,id quod dictis magis cõgruum videtur eligendum. Mihi enim videtur de fratre esse dictum. *Et factum est,cùm essent ipsi in campo,surrexit Cain contra fratrẽ suum,& occidit illũ.* Horrẽdum facinus, periculosi ausus,abominabile op⁹,incõdonabile peccatũ, efferatæ animæ sentẽtia. Surrexit, inquit,contra Abel fratrem suum,& occidit illũ. O abominabilẽ manũ,ô dexterã D miserabilem: imò non manũ oportet vocare abominabilem & miserabilẽ,sed mentẽ cui membrum seruiuit. Dicamus igitur sic,O audacẽ mentẽ, & abominabilẽ & miserabilem,& quicquid dici potest,nõ satis dicetur. Quomodo non obtorpuit manus? quomodo potuit tenere gladium,& infligere plagam? quomodo non auolauit à corpore anima? quomodo valuit operari tam nefandũ facinus? quomodo non inflexa est, & mutauit sentẽtiam? quomodo non cogitauit naturam? quomodo nõ expẽdit antequam adoriretur nefas,operis finem? quomodo ferre potuit post facinus, vt videret corpus fratris spiritum efflans & palpitans super terram? quomodo potuit videre mortuum & proiectum super terram, & à spectaculo non statim periit? Nam quũ nos post tot annorũ numerum, cùm quotidie morientes videmus, quanuis vulgari morte, & sanguine nihil nobis iunctos, viribus destituimur:

& si

& si inimicus sit,inimicitiarũ finẽ facimus,quãto magis hunc disperire par erat,& statim expirare debuisse animã, cùm videret fratrẽ, qui paulo antea loquebatur,eadẽ matre natum,eodẽ patre genitũ, eiusdem vteri partu editũ,deo singulari gratia acceptũ, subitò absq; spiritu & operatione iacentẽ,& super terrã palpitantẽ? At videamus post nefarium illud facinus, & post flagitiũ nulla venia dignũ, quanta iterũ verborũ humilitate, quãtáq; misericordia omniũ deus vtitur. *Et dixit deus ad Cain.* Idipsum vel solũ quãtæ bonitatis fuerit,q; eum qui tãta cõmiserit, colloquio dignatur? Nã cùm nos sæpe cognatos nostros abominemur, si quãdo viderimus eos tale quoddã facinus perpetrasse: quãto magis bonũ deũ obstupescimus tanta vti tolerãtia? & valde meritò. Medicus emẽ est, & clemẽtissimus pater. Nam & sicut medicus nihil non facit vt graui morbo impliciti confirmentur: & sicut clementissimus pater filios, qui nobilitatẽ suam ignauia B amisere,paterna indulgentia ad pristinã felicitatem reducere cupit. Proinde quia immensæ bonitatis est, iterũ misericordiã suã illi,qui talia fuerat ausus, ostẽdere vult. Dicit emẽ illi. *Vbi est Abel frater tuus?* Multa & immẽsa dei patientia est. Non emẽ interrogat quasi ignoret: sed idipsum agit,quod & patri illius fecerat. Nihil enim obstat,quin idẽ denuò dicatur. Nã quẽadmodũ illum, cùm se præ confusione nuditatis te-
Supra ca. 3 geret,rogabat,Vbi es? non ignorans,sed fiduciæ occasiones illi præbens,vt per confusionẽ peccati,delictũ ipsius abluueretur. Hunc emẽ morẽ habet,vt ab initio à nobis peccatorũ exigat confessionẽ, & veniam præbeat,ita & nũc rogat Cain,& inquit: Vbi est Abel frater tuus? Ignorantiã simulat misericors deus, hac interrogatione eum,qui talia cõmiserat, præparans, vt ad peccati confessionẽ adduceretur,posſętq; veniam C fortè & misericordiã assequi. Vbi est Abel frater tuus? Quid igitur ad hæc ingratus & impudens? Debebat cogitare q; deus non ignarus rei rogaret, sed ab ipso cõfessionẽ criminis exigeret: & nos doceret, nunquã causa non examinata sententiã contra fratres debere ferri,& memori mente seruare consiliũ domini: & q; hunc illius conatum reprimẽs,& cõscius etiã antequã eueniret,quid ille habebat in animo,prę seruatoriis vsus est. Oportebat his omnibus cogitatis finẽ esse insaniæ,& dicere quid factũ,& ostẽdere medico vlcus, & accipere ab illo pharmaca. Verùm ille iterũ auget vulnus, & vlcus increscere facit, & dicit. *Haud scio.* Vide responsi impudentiã. Nũ homini loqueris, quẽ fortè decipere posses? Nescis infelix & miser, quis est qui tibi loquitur? Nõ cogitas, quòd ob bonitatẽ magnã quærit, occasionẽ quandã inuenire cupiens, per D quã suã tibi declaret misericordiã, & vt postea tentatis à se omnibus,nullã habens defensionẽ, pœnæ teipsum obnoxiũ cõstitueres? *Et dixit,* inquit, *Haud scio. Num custos fratris mei sum ego?* Cogita hic obsecro cõscientiæ accusationẽ,& quomodo qui cõscientia impellebatur (vt ita dicã) nec vbi dixerit,haud scio, quiescere potest, sed subdit, Num custos fratris mei sum ego? tantũ non seipsum iudicans. Tametsi,quia grandior ætate, etiam secundũ naturæ leges custodẽ fraternæ salutis esse te oportebat. Hoc enim natura decreuit,& oportet eos qui ex eodẽ vtero nati sunt, mutuò esse custodes. Quòd si hoc nolebas,& noluisti custos esse fratris: quare ergo illius interfector es factus? & eũ qui te nulla affecit iniuria, perdidisti? & putasti nec fore aliquẽ qui te de hoc reprehẽsurus esset. Sed

A expecta;& videbis accusatorẽ tuũ fore eũ, qui interfectus & pstratus iacet,& te viuẽte & ambulãte,clara voce clamaturũ. *Et dixit deus: Quid fecisti hoc?* Magna huius verbi recondita vis est,& emphasis. Quare, inquit,hoc operatus es? Quare fecisti nefariũ hoc facinus? abominabile opus,factũ inexpiabile,insaniã intolerabilẽ,cædem nouã & rarã,iam primum hominũ vitæ tua dextra inuectã? Cur fecisti hoc tam magnũ, tam terribile,quo non est peccatũ aliud grauius? *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Nũ homo sum, inquit,qui solã illã vocem audiã,quæ per linguã profertur? Deus sum, qui possum & per sanguinẽ audire clamantẽ,& alicubi prostratũ,& in terra iacentẽ. Ecce quousq; volat vox sanguinis huius. Et vsque in cœlũ à terra ascẽdit,& prætecurrens cœlũ, cœlóq; superiores virtutes,regio throno assistit,& tuũ deplorat homicidiũ,ac nefariũ hoc scelus accusat. Vox sanguiB nis fratris tui clamat ad me de terra. Nũ, inquit, in alienũ & hospitẽ iniquitatẽ hanc patrasti? in fratrem tuũ,illũ qui nulla te iniuria affecerat, sæuisti. Sed fortè mea beneuolẽtia hanc illi cædẽ peperit,& cùm nõ posses mecũ pugnare,in illũ effudisti furorẽ tuum indomitũ. Eapropter talẽ tibi pœnam infero,vt audax istud facin⁹ obliuioni tradi nõ possit,& quæ in te fiũt, omnibus posthac sequuturis castigatio & admonitio sint. Et nunc quia hoc fecisti,& malã voluntatẽ ad effectũ deduxisti,& per inuidiã cædem cõmisisti: *Maledictus tu de terra.* Vides maledictionis diuersitatem, dilecte? Ne igitur inconsideranter hinc transeas, sed ex maledicti magnitudine, flagitij immanitatẽ expẽde. Nam quanto maius sit peccatũ hoc pręuaricatione protoplasti,ex maledictionis varietate scire voléti licet. Illic emẽ inquit,Maledicta terra in operibus tuis: & in terrã effusa est maledictio,ostẽsa sua in hominẽ cura. Hic verò quia res pernicioſa, facinus iniquũ, & inexpiabile flagitiũ,ipse pœnã luit. Et nunc maledictus,inquit,tu de terra. Nã quia fermè eadẽ egit quæ serpens,& quasi organũ seruiuit diaboli sententiæ: & sicut ille fraude † malitiã introduxit,sic & hic deceptũ † mortalitatem. fratrẽ,& in campũ eductũ, armata in illũ manu occidit. Et propterea sicut illi dixit, Maledictus tu inter omnes bestias terræ: sic & huic, quia eadẽ quæ ille operatus fuit. Nam sicut diabolus, qui odio & inuidia mouetur,ferre nõ potuit tot ineffabilia beneficia,quę in hominẽ ab initio collocata sunt, inuidia ad deceptionẽ extimulatus est, quæ mortẽ induceret: ita & hic deũ erga fratrẽ suũ videns beneuolẽtia magna affici,ex inuidia ad homicidiũ,psiliit. Idcirco dicit illi: Et nunc maledictus tu de terra. *Maledictus,* inquit, *eris, & terræ illi quæ aperuit os suũ, vt sanguinem fratris tui de manu tua exciperet.* Et terræ illi, inquit, eris maledictus, quæ sustinuit tali sanguine irrigari, qui tãta abominatione effusus est. Dein scriptura diuina maledictionẽ interpretans,manifestius dicit: *Quando operatus fueris terrã, non adiiciet vt det tibi robur suũ.* Magna pœnæ species,& graue indignationis pondus. Laborẽ quidem, inquit,sustinebis,& quę tu facere potes,omnia facies: & operaberis terrã tali sanguine coinquinatã: nõ senties autẽ aliquẽ fructũ tam multorũ laborũ,sed inutilis erit omnis labor tuus quẽ feceris. Neque hic finis erit pœnæ,sed & gemens & tremens eris super terrã. Rursus & hoc maximũ est supplicij genus assiduò gemere ac tremere. Quia enim,inquit,abusus es robore corporis,& mẽbrorũ viribus, propter hoc continuũ hunc tremorẽ & motũ tibi infero, vt non solum ipse

habeas

Universidad de Deusto Biblioteca

habeas iugem admonitionē & memoriā huius nefaſti A ſceleris:ſed vt & omnes qui te vidēt,viſo te,quaſi clara illis voce annunciaretur, diſcāt ne talia audeant:& pœna tua alios doceat oēs,ne vltrà tali ſanguine terrā inceſtent:& pręterea nō breui te morte plectā, vt ne factū obliuioni tradatur:ſed vitā morte grauiorē ſuſtinere te faciā,vt per hęc diſcas qualia perpetraueris. *Et dixit Cain domino: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt dimittar ego.* Magnum aliquid, & ſaluti noſtræ plurimū conducibile hîc ſi attenti fuerimus,licebit addiſcere. Et dixit Cain, Maius eſt peccatū meū, q̃ vt dimittar ego. Ecce abſoluta cōfeſſio. Tale tantúmq; eſt,inquit, peccatum quod cōmiſi, vt non poſſim accipere veniam. Ecce,inquit aliquis, cōfeſſus eſt, & ſic cōfeſſus eſt,vt omnē excederet diligentiā:ſed nihil inde lucri, dilecte. Intēpeſtiua em̄ confeſſio eſt. Hoc em̄ facere oportebat tēpore congruo,quando adhuc impetrari B poterat à iudice miſericordia. Memores nunc eſtote oro,qđ ante breue tēpus dixi,ꝙ terribili illo die,& iudiciū illud nō poterit deprauari,& vnuſquiſq; noſtrū ob peccata†deſperabit,] videns ante oculos terribilia illa tormēta, & ineuitabiles pœnas,†nullam]inde habiturus vtilitatē,tēpore deſtitutus. Pœnitentia enim priuſquā pœna inferatur, tempus habet,& ineffabilē vim. Proinde obſecro,cùm adhuc efficax eſt mirificū hoc pharmacū,cōmoda & fructus inde percipiamus, & cùm adhuc ſumus in pręſenti vita,pœnitentiæ medicamen nō aſpernemur,ſciētes liquidò,ꝙ nihil tunc nobis pœnitudo proderit, cùm ſolutū fuerit ſpectaculū,& tēpus certaminū ablatū. Verùm ad inſtitutū redeamus. Oportebat em̄ tunc cùm interrogaretur à domino,Vbi eſt Abel frater tuus?confiteri peccatum, & procidere,& orare, & veniā petere. Ipſe vero tunc C quidē medicinā reiecit:nunc autem poſt ſententiam, poſt finem,poſt omnia,poſtquā clara voce accuſatus à ſanguine in terra iacentis,confitetur,nihilq; inde lucrifacit. Vnde ꝓpheta dicebat: Iuſt⁹ ſuiipſius accuſator in principio ſermonis. Et hic quoq; ſi præueniſſet dn̄i reprehenſionē,omnino miſericordiā cōſequutus fuiſſet, ꝓpter immenſam dn̄i benignitatē. Nullū em̄ eſt peccatum, quantuncunque graue ſit, quod illius miſericordiam vincat: modo tēpore debito pœnitētiam agamus,& veniā petamus. Et dixit Cain, Maius eſt peccatū meum, quàm vt dimittar ego. Sufficiens cōfeſſio,ſed intēpeſtiua. Et dixit: *Si eieceris me hodie à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terram. Et erit, omnis qui inuenerit me, occidet me.* Vide q̃ miſerabilia verba, tum quia intēpeſtiua, tum quia tēpore elapſo nullū fructū afferentia. Et dixit: Si D eiicis me hodie à facie terrę,& à facie tua abſcondar, & ero gemens & tremens ſuper terrā. Et erit, omnis qui me inuenerit, interficiet me. Si in terra, inquit, maledictū me feciſti,& ipſe me auerſaris,tantęq; pœnæ tradidiſti me,ita vt gemā & tremā:nihil ꝓhibebit poſtea,quin quiſquis in me vel fortuitò inciderit,nudatum tua gratia,interficiat. Facilè inuadere me poterit,inquit,ſi quis interficere volet. Neque enim ipſe obluctari potero,tam diſſoluta imbecilliáque mēbra circūferens, & vndiq; tremiſcens: inſuper & hoc, ꝙ ſciūt oēs tua me gratia deſtitutū,ſi quis vult occidere, vt ad cædē meā proſiliat,armabit. Quid ergo miſericors & bonus dominus? *Et dixit illi dominus deus: Non ſic.* Ne putes,inquit,hæc ita fieri. Neq; em̄ licet, vt te quiſquis volet,interficiat. Extendam enim vitā tuam, maiórq; & inde tibi dolor erit, & relinquā te poſteri-

†pœnitentia ducetur,]
†ſed nullam eſt]
Prou. 18.c

tati magiſtrū, vt tui ſpectaculum illi ſit admonitio & caſtigatio,nullúſque exemplū tuum ſequatur. *Et dixit dominus deus: Non ſic. Omnis qui occiderit Cain, ſepties vltione exquiſita ſoluet.* Fortaſſis multa ſunt quę dixi,& prolixitate corpori moleſtiā attulimus. Sed quid faciam? Quia video veſtrā in audiendo auiditatem, & ingens deſideriū,reliqua etiā pertractabo, & pro virib⁹ meis interpretabor. Quid eſt, ſepties vltione exquiſita ſoluet? Sed iterū vereor ne dictorū multitudine memoriam his quę dicuntur adobruā, & videar vobis faſtidiū adferre:ſed ſi nō fatigamini,ſuſtinete,& abſoluto hoc cōtextu,ſermonē finiemus. Et dixit illi dominus deus: Nō ſic. Omnis qui occiderit Cain,ſepties vltione exquiſita ſoluet. *Et poſuit dominus deus ſignū in Cain, ne omnis qui inueniret, illum occideret.* Hoc timuiſti, inquit, ne occiderêre: Cōfide, hoc nō erit. Nā quiſquis hoc facere attentauerit, ſeptuplici pœnæ ſe faciet obnoxiū:& idcirco hoc ſignū tibi impono,vt nullus ignorās interfecto te,pœnis illis ſe obnoxiū faciat. Et hāc ob cauſam ſignū hoc tibi impono. Sed decet vt manifeſtius vos doceā,quomodo qui Cain occîdit,ſeptē pœnarū reus ſit. Vos precor attendite. Nā ſi nunc, ſicut & in ſuperioribus diebus ſæpe charitati veſtræ diximus,cùm ieiunij tempus eſt, & tanta tranquillitate fruimur, & liberati à cogitationibus quæ mentē noſtrā perturbant,nō ſumma diligentia addiſcimus quę in diuinis ſcripturis continētur,quādo ea aliis temporibus diſcere poterimus? [Ideo oro & precor, & ſupplico,& quaſi genua veſtra cōtingo,intenta mēte his quæ dicuntur auſcultemus, vt fructu aliquo nobili & pręcipuo accepto,domū poſtea redeamus.]Quid igitur eſt ſepties vltione exquiſita ſoluet? Primùm quidē ſeptenarius numerus de multitudine dicitur in diuina ſcriptura:id quod ſæpe in ſcripturis occurrit,vt ꝙ ſterilis peperit ſeptē:& ſimilia. Cōiectare autē hic licet peccati magnitudinē, & ꝙ nō vnum peccatū cōmiſerit,ſed ſeptem,quorū quoduis per ſe magna pœna luendū. Igitur quomodo hæc numerabimus? Primùm †inuidet damnū illaturus.] Secundo, fratrem ſuū occidere deſtinat. Tertio,fraudes cōſuit. Quartò, cędem opere implet. Quintò,fratrem occidit. Sextò, primus mortē operatus eſt. Septimo,deo mētitus eſt. Obſeruate dicta,ſi vultis ea iterū recenſebimus, quò ſciatis quomodo vnumquodque per ſe ſufficiebat vt maxima plecteretur pœna. Nā quis vel venia dignaretur alteri inuidentem quòd plus diuina gratia potiatur? Ecce vnū maximū & inexpiabile peccatum. Deinde hoc maius oſtenditur, quia frater erat cui inuidebat,& nulla illum prorſus iniuria affecerat. Ecce & hoc quoq; nō vulgare peccatū eſt. Iam tertium, ꝙ dolos nexuit, decepto & in campū tracto fratre,neque ipſam naturā reueritus. Quartum peccatum ipſa erat cædes,quam perpetrauit. Quintū, ꝙ fratrē occidit, eodem ex vtero prognatum. Sextum, ꝙ primus cædis ſpecimen introduxit. Poſtremum, quòd rogatus à deo omnium domino, Vbi eſt Abel frater tuus? mentiri illi auſus eſt. Dicit igitur. Qui te occidere attentauerit, ſeptem maximis pœnis ſeipſum reum faciet. Ne igitur hoc metuas. Ecce enim & ſignum in te pono, ita vt nullus qui te inuenit, † ignorans tua morte capiatur,& reum ſe faciat ſeptem horū peccatorum.]Nam totius vitæ tuæ productio poſteritati vtilis erit: & id quod ſolus nullo præſente operatus es, hoc diſcent omnes qui gementem & trementem vident,& quaſi per corpus tremorem clamantem, &

omnibus

1. Reg. 2.a
Hier. 15.b
†inuidet fratri ꝙ deo ſit gratus.
†ignoret]

omnibus dicentē: Nullus talia audeat, qualia ego, vt A ne in eandē pœnā incidat. Hęc audientes dilecti,quę dicta ſunt,non incōſideranter prætercurramus, neq; hoc ſolùm ſpectemus, vt huc quotidie conueniendo ſpirituali menſa fruamur. Nulla em̄ ſolius auditus vtilitas fuerit,niſi aſſint obedientia & opera. Sed cogitātes vnde in hoc inexpiabile & graue peccatū Cain ſeipſum impulerit,vt innoxiū ac fratrē aggrederetur dolo,& occideret:ne fugiamus aduerſa & mala pati; ſed potius caueamus ne aliis mala per nos inferantur. Ille em̄ eſt,qui verè malè affligitur, qui proximo ſuo negociū facit. Et vt verū hoc eſſe ſcias,vide hîc obſecro,quis eſt qui mala patitur,an occidens,vel occiſus? manifeſtū ꝙ occidens. Et occiſus vſq; ad noſtra tempora, in ore omniū decātatur & prædicatur & coronatur, vt veritatis primus teſtis: ſicut dicit & beatus Paulus: Mortuus Abel adhuc loquit̃. Sed qui occidebat,etiā tunc vitā agebat miſerabiliorē q̃ vllus homo, B & poſtea ab omnib⁹ malè audit, vt abominabilis, & vt à deo maledictus à diuina ſcriptura traducitur, & hoc quidē in pręſenti vita,quę ſemel intercidet. Quę autē in futuro ſeculo occurrere debeāt, cùm vnicuique pro ſuo opere reddet iuſtus iudex,quis ſermo dicere poſſet,quę bona,vel quę mala? Null⁹, nullus planè,neq; iucūda neq; triſtia narrauerit. Em̄uero Abelis quidē eſt regnū cœlorū:& perpetua habitacula, & chori patriarcharū, ꝓphetarū, & apoſtolorū, & omniū ſanctorū cōgregatio illū ſuſcipient ſimul in immortalitate regnaturū, in Chriſto Ieſu domino noſtro, vnigenito dei filio & deo. Huius autem, Cain inquā,eſt gehenna ignis, aliáq; immortalia omnia tormenta ipſum excipiāt, vt puniāt in infinita ſecula, & cū illo omnes qui ſimilia egerūt, & maximè poſt iſta C turpiſſimis affectionib⁹ captos,quāto & maior pœna à domino omniū ꝓnunciatur. Audi enim beatū Paulum dicentē,Quicūque em̄ ſine lege peccauerūt,ſine lege peribūt:hoc eſt,leuiorē ferent pœnam, eò ꝙ nō habuerint legem quę minaretur & corrigeret. Et quicunq; in lege peccauerūt,per legem quoque iudicabuntur. Hi autem,inquit,qui eadē faciunt quæ illi,& legis adminiculum habuere, grauiores & intolerabiliores ſuſtinebunt cruciatus. Et meritò: quia neq; lex, neq; quod alios modeſtiores & meliores reddidit, hos emēdare potuit. Quocirca obſecro, vt vel ſaltem nunc aliorū correptionib⁹ noſipſos emendemus, & vitā noſtram corrigamus ad domini obedientiā, illi⁹ obtēperantes legibus, & neq; liuor neq; inuidia, neque corporalis amor, neque huius vitę gloria & potentia,neq; vētris voluptas, neq; alia quædā abſurda D concupiſcentia dominetur animæ noſtræ: ſed expurgati ab omni cœno,voluptatéq; tēporali, & vale dicto omnibus fœdiſſimis abſurdiſſimíſq; affectionib⁹, ad beatā illā vitam,& ineffabilia illa bona, quæ deus ſe diligentibus promiſit,introducamur:quę omnibus nobis cōcedantur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri, ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Heb. 11.a
Rom. 2.a. & Apo. 20.d.
Rom. 2.b.

Et cognouit Cain vxorem ſuam, & vt concepit peperit Enoch, & erat ædificans ciuitatem.

Homilia XX.

AGe iterum hodie in manus ſumētes quæ in contextu lecta ſunt, inde vobis doctrinā apponamus, & ſolitū ex libris beati Moſi colloquium habeamus, imò ex ſancti ſpiritus eloquiis, A quæ per prophetæ linguam diuina gratia nos docuit. Sed quò manifeſtior ſermo noſter ſit,operæprecium fuerit,vt in memoriā vobis referamus vbi doctrinā nuper abſoluerimus,vt eadē hodie repetita, & de nūc lectis dicere incipiamus. Scitis em̄, ꝙ argumentū de Cain & Abel narrauimus,oſtēdentes tam ex his quæ facta ſunt,q̃ ex his de quibus obtulerūt domino,quomodo faciendorū agnitio animis noſtris inſita ſit, & quòd omnium opifex nos liberi arbitrij fecerit, & vbique vel coronat,vel condēnat ſecundū quod noſtra eſt intentio. Ob hoc em̄ ſacrificiū Cain repudiatū fuit,dona verò Abel accepta. Et ꝙ hinc inuidia orta Cainem in cędē fratris extimulauit,qui & poſt impiū facinus,volente deo ipſum ꝓuocare ad confeſſionē peccatorū,neq; remediū ſanitatis accepit,ſed ſceleſto homicidio mēdaciū cōiunxit,& grauē illā pœ- B nā ſibi cōciliauit,ſupernáq; gratia ſe nudauit,poſteris in correctionis exēplum ꝓpoſitus: quia ob ſententiā in ſe acceptā, omni hominū generi loquit̃ quaſi clamās & dicēs: Ne tale quid vllus veſtrū vnquā audeat, ne quis in ſimiles incidat pœnas. Vidiſtis domini miſericordiā,quomodo ſua in illū pœna non ipſum ſolū caſtigare,ſed per ipſum ſimul poſteros omnes modis omnibus fugiendū tam temerariū facinus docere voluit? Age nūc ſequentia attingamus, vidētes quid hodie nobis narret beatus ille ꝓpheta, ſpiritus ſancti operatione noſtris auribus inſonans. Nam poſtquā à domino ſententiā accepit: *Egreſſus eſt*,inquit,*à facie dei.* Quid eſt,exiit à facie dei? hoc eſt, nudatus eſt præſidio dei, ꝓpter abominabile & pernicioſum facinus. *Et habitauit in terra Naid, è ratione Edem.* Narrat nobis diuina ſcriptura & locum in quo poſtea habitauit. Et C docet quomodo & hic non ꝓcul à paradiſo verſatus ſit,vt è regione illius exiſtens, cōtinuò memor eſſet tum eorū quę patri ſuo ob præuaricationē cōtigerūt, tum magnitudinis eorum, quæ ipſe perpetrauerat, propter quæ tanta ſibi,neq; patris correptione emēdato,pœna irrogata eſt. Et locus ille in quo habitauit, perpetua memoria fuit non illi ſoli, ſed & ſeculis poſterioribus,ob tremorem & motionē. Nomen enim Naid,Hebraica dictio eſt,& vocatur motio. Itaq; crimen illius notum & à loco, quaſi in colūna ærea ſcriptum eſſet. Deinde inquit: *Et cognouit Cain vxorē ſuam, & vt concepit,†peperit filium,cui nomen Enoch.*] Mortales deinceps facti homines,meritò de filiorū ſucceſſione curā habebant. Sed fortè dixerit aliquis: Quomodo, cùm ſcriptura nuſquā alterius mulieris meminit, dicit quòd Cain habuerit vxorem? Ne mireris dilecte. D Nuſquā em̄ catalogum mulierum diligenter facit,ſed ſcriptura ſuperuacuū non cōmemorans, neq; omnes viros cōmemorat:ſed ſuccinctius nobis narrat, dicēs ꝙ generauerint filios & filias, & mortui ſint. Veriſimile igitur etiā nunc Euā filiā peperiſſe poſt Cain & Abel,quam in vxorē acceperat Cain. Nā quia initia erant,debebátq; augeri humanū genus,ſorores vt acciperēt cōcedebatur. Et ideo cōſectanea hæc nobis coniectanda relinquit ſcriptura, & hoc ſolum narrat, dicens: *Et cognouit Cain vxorem ſuā, & vt concepit peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem in nomine filij ſui Enoch.* Vide quomodo res noſtræ paulatim * deteriores fucatioréſque fiūt. Quippe hominibus factis mortalibus ſtudium fuit, vt immortalem ſuam memoriam facerent,partim ex filiis quos generabant, partim ex locis quibus filiorum nomina imponebant. Hęc omnia rectè quis diceret peccatorū & ruinæ primæ monimenta,

†peperit Enoch.
** σοφίζεται in malam partē accepit: poſſet tamē & in bonā accipi, pro, inſtituūtur et prudentiā acquirūt: vt et mox de arte ferraria locut⁹ idem fere dicit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nimenta, qua è pristina gloria exciderunt, in qua quũ
esſent, † nihil horũ agebãt] Adã & Eua, vtpote affe-
ctionibus ſuperiores, & nihil obnoxij. *Porrò Enoch ipſi*
natus eſt, vt inquit, *Gaidad, & Gaidad genuit Meleleel, &*
Meleleel genuit Mathuſala, & Mathuſala genuit Lamech.
Vide q̃ curſim trãſit genealogias. Et virorũ tantũ mẽ-
tionẽ facit beatus ille, nuſquã verò mulierũ meminit.
Sed quemadmodũ de Cain dictũ eſt, q̃ Cain cogno-
uit vxorem ſuã, cùm nuſquã nos docuerit, neq; dixe-
rit vnde habuerit vxorem: ſic ſanè & hic inquit: *Et ac-*
cepit ſibi Lamech duas vxores, nomen vni Ada, & nomẽ ſecũ-
dæ Sella. Et peperit Ada, inquit, *Iobal: hic fuit pater habitan-*
tiũ in tabernaculis, paſtorum. Et nomen fratri illius Iubal: hic
fuit is qui demõſtrauit pſalteriũ, & citharã. Vide ſcripturę
diligentiã: docuit nos & nomina eorum, qui nati ſunt
ex vxore Lamech, & docuit nos quæ ſtudia illorum
fuerint: nempe q̃ vnus alendis pecoribus fuerit dedi-
tus, & alter excogitauerit pſalteriũ & citharam. *Sella*
autem, inquit, *& ipſa peperit Thobel, & erat malleator, &*
faber æris & ferri. Iterũ & artẽ illius qui ex Sella natus
erat non obticet, quia ferrariam exercebat. Vide quo-
modo, quę ad vſum humani generis, quò melius ſub-
ſiſtere queat, ſpectant, paulatim prouiſa ſint. Et primũ
Cain à filio ſuo ciuitatẽ ædificatã nominauit. Dein-
inde eorũ qui ex vxoribus Lamech nati, vnus paſcẽ-
dis pecoribus occupabatur, alius ferrariã exercebat,
alius etiã pſalteriũ & citharã demonſtrauit. *Soror autẽ*,
inquit, *Thobel Noeman.* Quid hoc nouũ ſibi vult, quòd
nunc primùm nũcupatim mulieris memoriã indicat?
Nõ ſimpliciter, neq; temerè: ſed vt occultũ quid no-
bis hîc declaret, hoc fecit beatus propheta: id quod
in aliud tẽpus reponemus, nũc hiſtoriã ſequamur: ne-
que enim * fortuitum quiddã eſt, quod ſubditur, &
plurimo labore habet opus & diligentiore inquiſitio-
ne, ita q̃ ſi poſſent omnia ad amuſſim à nobis per-
quiri, multum hinc vtilitatis nobis accederet. *Dixit*,
inquit, *Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ: Audite vocem*
meã vxores Lamech, auribus percipite ſermones meos: quia vi-
rum occidi in vulnus mihi, & adoleſcentulum in cicatricẽ mi-
hi. Quia ſepties vltio ſumpta de Cain, de Lamech verò ſeptua-
gies ſepties. Obſecro mente intẽta eſtote, & omnia quę
ad ſeculares curas pertinent, ſeponite: cum diligentia
quæ dicuntur perſcrutemur, vt nihil eorũ nos lateat,
ſed quantũ poſſibile ad profundum ingreſſi, occultũ
theſaurũ venari poſſimus in paucis illis verbis laten-
tem. Dixit autẽ, inquit, Lamech vxoribus ſuis Adæ &
Sellę: Audite meã vocẽ vxores Lamech, & auribꝰ per-
cipite ſermones meos. Cõſidera obſecro ſtatĩ ab ini-
tio, quãtũ illi profuerit pœna Cain irrogata. Nõ ſolũ
eã nõ expectat vt ab alio arguatur, q̃ in idem & gra-
uius peccatũ lapſus ſit: ſed nullo vel accuſante vel in-
crepante ipſe ſemetipſum manifeſtũ facit, & confite-
tur quæ facta ſint, mulieribúſq; narrat delicti magni-
tudinem: quaſi illud quod à propheta dictũ eſt, im-
plens: Iuſtus ſuiipſius accuſator eſt in principio ſer-
monis. Plurimũ enim ad emendanda peccata valet
cõfeſſio. Itaq; ſicut grauius eſt peccatis ipſis, poſt pec-
cata cõmiſſa, peccata inficias ire: id quod fratricida
ille agebat, & rogatus à miſericorde deo, nõ ſolùm
nõ cõfeſſus eſt, quod auſus fuerat patrare facinus, ſed
& deo mẽtiri auſus eſt: & ꝓpterea vt prolongaretur
vita ſua, fecit. Cęterùm & hic in illa ipſa peccata inci-
derat: ſed animo expendens, q̃ negatio grauiorẽ illi
paraſſet pœnã, vocatis mulieribus ſuis, nullo reprehẽ
dente vel arguẽte, ipſe ſua lingua & confeſſionẽ pec-

† nullo ho
rũ egebãt.

τὸ τυχὸν. fortuitũ, vulgare, vile, triuiale.

catorũ facit, & conferens quæ à ſe facta erant, cum his
quæ à Cain, pœnã ſibiipſi definit. Vidiſti prouidentiã
domini? quomodo pœnæ illius occaſio ſunt miſeri-
cordiæ, & q̃ miſericordia ſua non ſolum ad illũ per-
tingit, qui pœna plectitur: ſed & multis aliis vtile effi-
cit inde remediũ, modo velint inde aliquẽ fructũ ca-
pere? Vnde eñ aliunde, dic quæſo, Lamech ad hanc
confeſſionẽ adductus eſſet, niſi eorũ quæ illi cõtige-
runt, memoriã habuiſſet, quæ illius continuò mentẽ
decutiebãt? Dixit, inquit: Audite vocem meã, & auri-
bus percipite ſermones meos. Vide quomodo cõtra
ſeipſum iudiciũ conſidere facit, & eas hoc modo hor-
tatur, ne dicta negligẽter acciperent. Dicendo enim,
Audite vocem meam, & auribus percipite ſermones
meos: Mentem veſtrã, inquit, intentã præbete, & dili-
genter auſcultate quæ dicturus ſum. Non enim de
rebus vulgaribus vobis loquar, ſed occultas quaſdam
res vobis aperiã, & cõfitebor ea quæ nullus alius ſcit:
ſed ſolus ego, & oculus ille q̃ ſopiri neſcit, quẽ timẽs
feſtino & anhelo, vt vobis manifeſta faciã, quæ à me
me ſunt acta, & quantis pœnis ego meipſum nefariis
obnoxiũ fecerim operibus. Quia virũ occidi in vul-
nus mihi, & adoleſcentẽ in cicatricẽ mihi. Quoniam
ſepties vltio ſumpta eſt de Cain, de Lamech autẽ ſe-
ptuagies ſepties. Magnũ quid dictũ eſt, & valde ma-
gnum. Multiplex piaq; viri prudentia: non ſolùm eñ
factum confitebatur, & cædes in medium afferebat
quas operatus erat: ſed & pœnã ſibi inferebat, cõpa-
rans peccatũ ſuũ peccato Cain. Qua eñ venia, inquit,
fuerit dignus, qui alterius pœna emendatior non fit:
ſed recentem & auribus inſonantẽ habens eius me-
moriã, inſuper duplex homicidiũ patrauit? Quia virũ,
inquit, occidi in vulnus mihi, & adoleſcentem in ci-
catricem mihi. Nõ tantũ, inquit, nocui illis quos oc-
cidi, quantum mihiipſi. In pœnam eñ quã effugere
non poſſum, meipſum conieci, peccata operatus tan-
ta, quæ veniã non merentur. Nã ſi ille pro vna cædẽ
ſeptẽ pœnis obnoxius factus eſt, ego dignus fuerim
ſeptuagies ſepties pœnã luere. Cuius gratia, & quare?
Nã licet cædẽ ille patrauit, idq; frarris, attamen nul-
lo vnquã antea cõſpecto, qui hoc fecerat, neq; alio vi-
ſo qui pœnã dederat eiuſmodi facinoris, & tantam
iram fuerat expertus, quę vtraque mihi pœnas augẽt.
Quia & ante oculos habens quod ab illo perpetratũ,
& pœnã videns ſic immedicabilem eſſe, cautior fa-
ctus nõ ſum. Propterea licet ſeptuagies ſepties magis
q̃ ille punirer, attamen neque ſic dignã luerem pœ-
nam. Vidiſti dilecte, quomodo noſtram deus mentẽ
fecit liberi arbitrij? Et ſicut deſides ſupplantamur, ita
& ſi reſipiſcere voluerimus, cõtuemur quod oportet.
Quis enim, iſtum, dic obſecro, talem ad confeſſionẽ
adegit? nullus alius q̃ conſcientia, & incorruptus ille
iudex. Nam ſimul ac in peccatum declinauerat, &
opere perfecerat malum conatum: ſtatim inſurrexit
conſcientia, inclamánſque, & oſtendens peccatorum
magnitudinem, omnibus ſeipſam pœnis obnoxiam
facit. Ita enim ſe habet peccatum, vt priuſquam fiat,
& ad opus perueniat, obtenebret & decipiat mẽtem:
poſtquam autem conſummatum fuerit, manifeſtè
ſuam nobis abſurditatẽ proferat & oſtendat. Vnde
breuis illa & abſurda voluptas continuum menti do-
lorem inſerit, conſcientiæque fiduciam aufert, atque
illũ qui ſuccubuerit, cõfuſione perfundit. Miſericors
eñ deus eiuſcemodi nobis accuſatorem aſſiſtere vo-
luit, vt nunquã ſoli relinquamur: ſed indeſinenter ille
congrediens

Liberum arbitrium

congrediens clamet, & pœnã exigat delictorum. Et
hoc quis viderit manifeſtè ex factis ipſis. Scortator e-
nim vel adulter, vel qui aliud tale quiddam admiſit,
etiam ſi omnes latere queat, nunquã tamen ſic in ſo-
litudine verſatur, quin habens acrẽ illũ accuſatorem
ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat, & eos qui con-
ſcij ſunt, & qui non ſunt: perpetuáq; in animo eius tẽ-
peſtas eſt, & reciprocantes ac cõtrarij fluctus. Inſuper
neque ſomnus ei ſuauis, ſed terrore & formidine ple-
nus: neq; cibus voluptatẽ præbet, neque amicorum
colloquia talẽ refocillare, vel liberare ab vrgente an-
xietate poſſunt: ſed quaſi carnificẽ circumgeſtaret, ſe
lancinantẽ, & flagellantem continuò, ita poſt abſur-
dum facinus obambulat nullo cõſcio ſuſtinens into-
lerabiles pœnas illas, & iudex ſui ipſius factꝰ & accu-
ſator. Attamen qui hæc fecit, ſi voluerit, vt decet, vti
cõſcientiæ adiumento, & ad confeſſionẽ facinorum
feſtinare, & medico oſtẽdere vlcus, q̃ curet & nõ ex-
probret, atq; ab illo remedia accipere, & ſoli ei loqui
nullo alio cõſcio, & omnia dicere cum diligẽtia, fa-
cilè peccata ſua emendabit. Confeſſio enim peccato-
tum, abolitio etiam eſt delictorum. Vnde cum La-
mech ille ſuis mulieribus cædes à ſe cõmiſſas dete-
gere & confiteri nõ refugit: quali erimus venia digni,
ſi ei qui omnia noſtra accuratè nouit delicta, cõfiteri
non volumus peccata? Nũ quia ignorat, diſcere vult?
Nequaquã quia ignorat, cõfeſſionem à nobis requi-
rit, qui omnia fecit antequã fiant: ſed volens per con-
feſſionem nos quoque peccatorũ habere ſenſum, &
gratitudinem erga ſe oſtẽdere. Num opes aliquæ hîc
ſunt expendendæ? Num via prolixa eunda eſt? Num
dolorẽ & cruciatus affert hæc medicina? Abſq; ſum-
ptu & cruciatu eſt præſens pharmacũ. Vt eñ diligẽs
eſt ac intentus accedentis animus, ſic & remedia vul-
nerum largitur dominus. Igitur qui vult ſtatim ad ſa-
nitatem ſuã redire, animæq̃; curare vlcera, reſipiſcens
medicum adeat, ab omnibus ſecularibꝰ curis ſe abdi-
cans, calidas lachrymas ꝓfundat, ſedulitatem pluri-
mam præ ſe ferat, fidem firmã afferat, & medici con-
fidat arti, & ꝓtinus ſanitatẽ cõſequetur. Vidiſti me-
dici gloriam, ad quam ſi omniũ patrum amor confe-
ratur, obſcurabitur. Num graue aliquid & moleſtũ à
nobis requirit? contritionem vult cordis, cõpunctio-
nem mentis, confeſſionem ruinæ, ſedulitatem cõti-
nuam: & non ſolum largitur vulnerũ curam, & à pec-
catis mundos oſtendit: ſed & eum qui antea innume-
ris peccatorũ ſarcinis grauabatur, iuſtũ efficit. O mi-
ſericordiæ magnitudinẽ. O bonitatis excellentiam.
Qui peccauit, quando cõfitetur peccata, & veniã pe-
tit, accipit poſthac ſecuritatẽ, repentéq; iuſtus appa-
ret. Et quò clarè hoc diſcas, audi ꝓphetã dicentẽ: Dic
tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Nõ ſimpliciter
inquit, Dic tu iniquitates tuas: ſed adiecit, prior: hoc
eſt, ne expectes te arguentem, ne pręſtoleris actorem.
Ipſe prævenі, & rape ſermonis principiũ, vt accuſato-
ris linguã obmuteſcere facias. Vidiſti iudicis miſeri-
cordiã? In humanis quidẽ iudiciis ſi quis hoc faceret,
& ante accuſationẽ facinora cõfiteretur, quãuis apud
humanum iudicem, is ſententiam capitalem omnino
in ſuũ caput accerſeret: at miſericordis dei, & anima-
rum noſtrarũ medici tãta eſt támq; ineffabilis boni-
tas & elementia, vt omnẽ etiam rationem tranſcen-
dat. Nam ſi aduerſariũ noſtrum præuerterimus, dia-
bolum dico, qui in die illo ob facie noſtram ſtabit: &
iam in preſenti vita antequã ad tribunal ingredimur,

Eſa. 43. d

facinora confeſſi fuerimus, dicendíque principiũ rã-
puerimus, noſtri ipſorum facti accuſatores, in tantam
miſericordiam prouocabimus dominum, vt non ſo-
lum nobis donet liberari à peccatis, ſed & in iuſtorũ
catalogo numerari. Enimuero ſi Lamech ille, qui ne-
que legẽ habuit vnde hoc diſcere poſſet, neq; ꝓphe-
tas audiuit, neq; vllam aliã admonitionẽ, ex iudicio
quod naturæ datũ, cõſcius eorũ quæ auſus fuit, & in
mediũ affert quæ patrauit, & ſeipſum condemnauit:
quomodo aliquã defenſionẽ nos habere poterimus,
vulnera nõ omni diligẽtia domino oſtendẽtes, eorũ
iam medicinã inde ſuſcepturi? id quod niſi nũc fece-
rimus, quando ieiunij tempus eſt, quãdo tanta mẽtiũ
trãquillitas, quãdo luxus omnis ablatꝰ è medio, quã-
do ad cogitãda facinora noſtra vt veniamꝰ vacabit?
Idcirco ſemper vos obſecro, vt ſobrij ſitis & vigiles, &
præſentẽ vitã omnem in hoc inſumatis, vt ſedulitate
perſeuerantiáq; in bonis operibus, intolerabile illud
iudiciũ effugiamꝰ, & ignẽ gehennæ nõ ingrediamur.
Maximè autẽ nũc, maioríq; ſtudio id curandũ, quãdo
ꝓpter ieiunij tempus continuis maioribúſq; fruimini
admonitionibus. *Cognouit autem*, inquit, *Adam Euam*
vxorem ſuã: & vt cõcepit, peperit filium, & appellauit nomẽ
illius Seth, dicens: Excitauit enim mihi deus ſemen aliud pro
Abel, quem occidit Cain. Poſtquã ſcriptura diuina ge-
nealogiã vſq; ad Lamech deduxit, iterũ ad Adam &
vxorẽ illius regreditur: & dicit, Cognouit autẽ Adã
Euã vxorem ſuã: & vt concepit, peperit filium, appel-
lauitq; nomen illius Seth, dicens: Excitauit eñ mihi
deus ſemẽ aliud pro Abel, quem occidit Cain. Pepe-
rit, inquit, filiũ appellauitq; nomẽ illius Seth. Nec cõ-
tenta q̃ impoſuiſſet illi nomen, dicit: Excitauit enim
mihi deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain.
Vide hîc quomodo & mater ꝑ appellationẽ nati filij,
memoriã ſceleſti huius operis continuã mentibus in-
ſerit. Atq; vt etiã poſteri ſciãt quid Cain patrare au-
ſus fuerit, dicit, pro Abel, quẽ occidit Cain. Dolentis
animæ verba ſunt, & confuſæ ob facinoris memoriã.
Partim autẽ gratias agit Eua pro nato puero, partim
appellando puerum, quaſi infamat Cain. Nam verè
luctũ non mediocrẽ parentibus attulerat, qui dextrã
ſuã aduerſus fratrẽ armauerat: & tã charũ illũ & ama-
bilẽ illius oſtenderat humi iacentẽ mortuũ, & ſenſu
carentẽ. Nam licet ſententiã acceperit Adam, Terra
es, & in terrã abibis: &, quocunque die comederitis,
morte moriemini: ſententiã tamen in verbis hactenꝰ
cognoſcebant, & nondũ ſciebant qualis eſſet mortis
ſpecies: ſed hic primus ob odium in fratrẽ, & liuorem
qui intrinſecus illum rodebat, in fratricidiũ ruit, gra-
ue parẽtibus ſpectaculum exhibens. Proinde mater,
quæ parum reſpirauit, & vix tandem aliquando tanti
luctus conſolationẽ inuenit, gratias agit domino ob
natum puerũ, & fratricidæ ſcelus infamat: hac ma-
xima illum pœna afficiens, vt factum illius perpetuæ
commendaretur memoriæ. Vidiſtis quantũ malũ ſit
peccatum? & quomodo peccantibus cõfuſionem &
opprobrium inurat? Vidiſtis quomodo propter hoc
diuina gratia ſpoliatus, & omnibꝰ ridiculus factus ſit?
Vidiſtis quomodo & parentibus, natura ad amandos
filios propenſis, propter peſſimum hoc facinus abo-
minabilis fuerit? Igitur fugiamus obſecro peccatũ,
quod tantis nos malis inuoluit, & virtutem arripia-
mus, vt & dei nobis gratiam conciliemus, & ſup-
plicium effugiamus. *Et Setho*, inquit, *factus eſt filius.*
Appellauit autem nomen illius Enos: hic ſperauit † *inuocando*

*Seth. i. pẽ-
ſitus, vel
poſitus.*

† *inuocare nomen*

Universidad de Deusto Biblioteca

nomen domini dei. Vide hîc,quomodo poſtea paulatim docentur & prudentes fiunt, in appellationibus filiorum ſuæ gratitudinis indiciũ reponentes. Quia & hîc dicit,ꝙ Seth nati filij nomen appellauit Enos, & deinde ſcriptura volens nobis nominis appellationē interpretari,inquit,Hic ſperauit†inuocãdo nomen domini dei. Ex hoc eñ poſthac beatus ꝓpheta genealogiã memoraturus eſt, reiecta memoria Cain, & eorũ qui vſq; ad Lamech ab eo deſcenderunt. Nam quia primatũ natura ſibi datũ, primogenituræ dignitatem inquam, ſuæ voluntatis malitia dehoneſtarat, & ipſe & qui ex eo nati, catalogo eiiciuntur.Seth verò quod ſibi natura negatũ erat, id mētis dexteritate cõſequitur, nempe in ſe tranſlatũ primogenituræ ius. Et quãuis non natura, attamen ob voluntatis intentionē ac iudicium, etiam qui ex eo nati ſunt,in genealogiis recenſentur.Et ſicut hic Enos vocatus eſt, eo ꝙ inuocauit nomen domini dei:ſic & qui ex eo ducunt originem,eandē ſortiũtur appellationē. Et propterea beatus propheta narrãdo hic ſubſiſtens, aliud iterũ principiũ facit.Cæterùm ne incepta lectione, aliquantò prolixiorem faciamus ſermonem, hic etiam nos cum beato propheta ſermoni finem imponemus, ſequentē interpretationē in aliũ ſermonē reponētes.Iam autem admonitã charitatē veſtram vellē, quò ampliorē quendã ex dictis noſtris fructũ percipiatis,vt quotidie vos examinetis,quid ex hoc ſermone,& quid ex alio lucrifeceritis : & non ſolùm auribus percipiatis noſtra dicta,ſed & menti veſtræ bene cõmendetis, & quotidiana meditatione memoriã veſtram firmetis. Vellem eñ vos non vobis tantũ proficere,ſed & aliorũ fieri magiſtros,ita vt potentes ſitis ad admonendũ etiã alios : neq; hoc verbis dũtaxat agere, ſed & operibus erudire vicinos ad præclarũ virtutis officiũ.Cogitate oro,ꝙ ſi vos, qui hîc affuiſtis, quotidie portiũculã tantũ accepiſſetis ad emēdandas affectionũ perturbationes, iam ad ſummũ aliquod faſtigiũ perueniſſetis. Nã nõ ceſſamus quotidianis ſermonibus inculcare auribus veſtris,quę ad inſtituendã optimã vitam attinēt,vt eradicētur mali iſti affectus,iram dico, inuidiã,& liuorem : quibus ſublatis,facilius & inſania illa in colligendis pecuniis emendationē admitteret: & ceſſante inſania auaritiæ,maiori ſecuritate illicitæ fœdæq; cogitationes cõprimerentur.Radix eñ omnium malorũ eſt auaritia.Quòd ſi radicē funditus extirpauerim⁹,facilius ramos licebit amputare. Arx eñ malorũ,& colophon,vt ita dicã,peccatorũ, eſt rabies illa colligendarũ diuitiarũ:quam ſi domare voluerimus, nihil vetat quin ſimul & hac inſania liberemur, & cum hac euellamus & eradicem⁹ omnes pernicioſos affectus.Iam ne exiſtimetis magnum aliquid eſſe, opum contemptum: quia cùm mecum reputo,quòd tam multi ob inanē & inutilē gloriam multa auri talenta effundũt in nullã vtilitatem,ſed vt à forenſibus, & triuialibus homunculis aucupentur nõnunquã nominis celebritatē, quæ ad veſperã finem ſumit:& ſæpe non vſq; ad veſperã durat,ſed & priuſquã dies cõpleatur,innumeris malis circundatur. Alij autē gentilium errore præoccupati,etiã ipſi ad humanam reſpicientes gloriã, quam maximi faciunt, abiectis ſimul omnibus,& pallio tantũ atque baculo ſeruatis, omnē vitam ſic exigunt, omnem laborem illum & miſeriã ob vani nominis celebritatem aſſumentes. Cùm igitur hæc mecum reputo, neſcio quam habituri ſimus vel excuſationē, vel veniã, qui neque ob mandatum

†inuocare

A à domino traditum,neque ob gloriam illam immortalem & interminam, vt minimam rerum noſtrarum portionem relinquere ſuſtinemus, quin & deteriores illis reddimur, neq; quantũ ſit diſcrimen cogitamus. Nã illi ob hominũ qui eiuſdē naturę ſunt,inutilē gloriam, eouſq; peruenerunt, vt tam multa proiiciant, nos autē ꝓpter dominũ noſtrũ,qui ſuppeditat ea quę poſſidemus, &†ineffabilibus ſuis donis conciliatur,] ſæpe neque parũ quiddã inopibus erogare volumus. Et qualibus oculis videbimus iudicē,negligentes mãdatũ illius tam facile?Non eñ adhortor,vt omnia veſtra abiiciatis. Fruere omni ꝓſperitate,&cũ ſatisfeceris tuo vſui,quæ ſuperuacua tibi & ocioſa iacēt, in neceſſariũ vſum cõuerte,aliiſq; diſtribue fame laborantibus,& gelu rigeſcentibus: & per illorũ manus in tuã patriã tranſmitte,in quam propediem tibi pergendũ, B vt ibi accipias.Illi eñ plurimũ tibi prodeſſe poterunt ad tranſuehendas illuc opes:vt quãdo abieris, omnia illic inuenias bene diſpoſita,maioríq; illic fruaris abũdantia,vidēs ea à trãſuehentibus, imò à miſericordia dei ita multiplicata. Nullũ laborē habet id negocij, nullã curam,nullã ſolicitudinē. Ad hæc trãſuehenda nullo tibi opus eſt iumento, non cuſtode, neque vllo alio. Nullus enim latro vel fur hac via vadit,vt nocere queat iis quæ à te mittũtur illuc : ſed ea quæ repoſueris in egenorum manus, illa in ſecurũ promptuariũ, nēpe manũ dei repoſita erunt:quę inuiolata & cuſtodita prębebit,cùm redieris in patriã.Quin illis redditis etiã prędicabit laudes tuas,& coronabit,& te in latitudine conſtituēs,ſecurum & felicē faciet.Effundamus ergo precor,repoſita in pauperũ ventres,& ſeminemus dum tēpus eſt, vt opportuno tēpore metamus, C & ne trãſmiſſa tēporis cõmoditate, poſthac fruſtra pœniteamus. Haccine de cauſa miſericors deus plura tibi largitus eſt, vt in tuũ ſolius vſum impendas quę dedit,& reliqua in arculis & prõptuariis recõdas? nõ ea de cauſa,ſed vt iuxta apoſtolicã admonitionē, abundãtia tua aliorũ inopiã ſuppleat.Et tu quidē forſitan etiã plus ꝗ opus eſt his frueris,in deliciis,veſtib⁹, alioq; luxu, ſeruis quoq; & brutis argētum diuidens: pauper autē nihil horũ à te petit, ſed tantũ vt famem mitiges,vt quotidianũ illi cibum, ac neceſſariũ vſum tribuas,vt viuat & non pereat:& neque vt hoc facias te accõmodas,neq; cogitas ꝙ plerunque ſubito abreptus,oĩa quæ collecta ſunt,hic relinques, & interdum in hoſtes & inimicos trãsferũtur,ipſe aũt peccatis omnibus, per quæ hæc collegiſti, tecũ receptis hinc migras.Et quid tũc dices in die illo terribili? Quomodo D te excuſabis,qui ita negligenter vitam tuã inſtituiſti? Propterea mihi obtēpera, & cùm adhuc tēp⁹ habes, opes ſuperuacuas diſtribue, vt prius illic in tuã repoſita habeas ſalutem, & pro illis perpetua bona conſequaris.Quæ nos omnes obtinere contingat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cum quo patri ſimul & ſancto ſpiritui ſit gloria,imperium, honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

†ineffabilia illa dona pollicetur]

Iſte eſt liber generationis hominum die quo fecit deus Adã, ſecundum imagimem dei fecit illum, maſculum & fœminam fecit illos.

Homilia XXI.

Dici nequit, chariſſimi, ꝗ multiplex theſaurus in verbis modò lectis reconditus ſit. Et ſcio quidē,ꝙ opinantur aliqui nihil amplius dici, quàm illorum nominum enumerationem & appellationem:ſpectant eñ tales ad ſolam ſuperficiem. Ego autem

autē omnes vos obſecro,ne ſimpliciter ea quę in ſcripturis ſacris cõtenta ſunt,trãſeatis. Nihil eñ hîc ſcriptum eſt,quod non multas ſenſuum habeat diuitias. Quandoquidē diuino ſpiritu afflati prophetę loquuti ſunt,ideo vti à ſpiritu ſcripta ingentem in ſe continēt theſaurũ. Et ne mireris ꝙ in hac nominũ enumeratione multas latentéſq; diuitias ſententiarũ vobis me oſtenſurũ pollicear.Neq; eñ vel ſyllaba,vel apiculus eſt in ſacris literis,in cuius ꝓfundo nõ ſit grãdis quiſpiã theſaurus:proinde nobis op⁹ eſt,diuina gratia ducamur,& ſpiritu ſancto illuſtrati eloquia diuina adeamus.Neq; opus habet diuina ſcriptura,hominũ ſapiētia vt intelligatur, ſed reuelatione ſpiritus, vt hauſto inde vero ſenſu,magnum nobis hinc lucrũ accreſcat. Nã ſi in ſcriptis quæ de ſecularibus negociis ab hominibus conficiuntur,ſæpeq; tēpore corrũpuntur,vel vnã procemij ſyllabã deeſſe, multum momēti habet: quãto magis hoc in ſcripturis diuinis à ſpiritu ſancto cõpoſitis inuenitur,modo ſobrij ſimus, & nõ temerè ꝓgrediamur:ſed intēta mente diligēter omnia cõſideremus,& nõ negligētiores ſimus aliis qui hoc ſtudio in ꝓphanis vtuntur. Enimuero qui metalla effodiũt,nõ in ſuperficie manēt,ſed cùm valde profundè deſcēderint,& auri ramēta habere potuerint, magno labore & ſedulitate ea à terra ſeparãt, póſtq; multum illũ laborē,breuē aliquã laborũ inueniũt conſolationem. Veruntamē licet hi ſciãt ꝙ ſæpe vtilitatē percipiant laboribus non reſpondentē, vtpote minorē: & ꝙ ſæpe poſt tot vigilias, & labores, etiã expectatione ſua fruſtrentur:neque ſic deſiſtũt, ſed ſpe aluntur, & ſenſu laboris carent. Quòd ſi illi tantũ præ ſe ferunt ſtudiũ in corruptibilibus, incertis, & caducis : multò magis addecet,vt nos,vbi diuitiæ auferri nequeũt, & theſaurus abſumi nõ poteſt,& ſpe non aberratur, par vel maius ſtudiũ adhibeamus : vt hinc aliquo fructu percepto,deſiderata aſſequi poſſim⁹, agnitáq; ineffabili miſericordia dei,gratias agentes domino noſtro, eius nobis fauorē cõciliemus, & diaboli retibus non illaqueemur. Age ergo ꝓlatis in mediũ quæ nunc lecta ſunt,diligenter ſingula perſcrutemur : vt ſolita refocillati doctrina, domũ iterũ cõcedatis. *Iſte eſt liber generationis hominũ,die quo fecit deus Adam, ſecundũ imaginem dei fecit illũ,maſculũ & fœminam fecit illos. Et nominauit nomen eius Adam, die quo fecit illos.* Attende obſecro ꝓphetæ huius admirabilē ſapientiã, imò ſancti ſpiritus doctrinã.Ab illo enim, vt ſæpe dictũ eſt, afflatus, nobis hæc omnia loquitur. Et linguã quidē ꝓpheta cõmodauit, gratia autē ſpiritus ſancti per illã omnia humanũ genus manifeſtè docet. Vide ergo quomodo ad originē ſermonē reducit, & ſuperiora iterũ reſumit. Quare,& propter quã cauſam ? Quia vidit eos qui tunc erãt,magnã præ ſe ferre ingratitudinē, nec meliores fieri ex his quæ primo parenti facta, ſed in idem malitiæ profundũ præcipitari. Nã cùm ex illo natus ſtatim cõcitante inuidia ad fratricidiũ ruit, & ideo grauiſſimã pœnã tulit, ſicut ſuperius charitatem veſtrã docuimus:& poteſtas eius nihil ea caſtigatione ꝓfecit, ſed peior facta eſt, ſicut audiuiſtis heri, Lamech ſuum peccatũ ſuis mulieribus enarrantem,pœnamq; aduerſus ſe decernentem: itaq; quia paulatim vidit increſcere malitiã illorũ,quaſi malum humorē per totum corpus defluentē, ſiſtit malitiæ impetũ, & generationes illas quæ ex Caïn vſque in Lamech, ne memoria quidē dignatur: ſed quaſi principiũ quoddam faciens, & luctũ Adæ & Euæ demulcere volens,

A in quem illos iniecerat fratricida, armata contra Abel dextra:ſic narrationem exorditur,& inquit:Iſte eſt liber generationis hominum, die quo fecit deus Adam, ſecundum imaginem dei fecit illum: maſculum & fœminam fecit illos. Conſidera quomodo iiſdem verbis vſus fuerit,quibus & in initio,vt doceret nos ꝙ generationes illas quaſi reprobas factas, neq; memoria poſthac dignetur:ſed ex Seth,qui nũc illic natus eſt,genealogiã orditur, vt & ex hoc diſcas, quantã deus humani generis rationē habeat, & quomodo illos auerſetur quibus ſanguinaria mens eſt. Nã illorũ memoriã,quaſi nunquã vixiſſent, ita ſilentio pręterit:mõſtrando nobis ꝗ graue malum ſit peccatũ, quod qui agũt, ſe primùm & maximè peſſundãt.Ecce eñ illi è catalogo expunguntur, & eatenus memoriã aſſecuti ſunt,vt infametur ipſorum malitia, B & poſterioribus ſeculis emēdationis ſint occaſio. At qui iniuſtè occiſus, & fraterna manu interemptus, ex eo tēpore vſque in hoc noſtrũ, omniũ decãtatur ore. Et neq; tēpus huius memoriã extinxit, neq; illius crimen imminuit:ſed & hic quotidie prædicatur,& ille continuè infamatur. Vidiſtis quantũ malitiæ damnũ, & quantũ virtutis robur?Et quomodo malitia etiam ſi infeſtet & dominerur, extinguitur tamen & aboletur:virtus autē licet infeſtetur,& innumera grauia ſuſtineat, ea occaſione illuſtrior fit & clarior. Et liceret quidem hoc etiã aliis operibus,quę ſimiliter eueniũt, charitati veſtræ oſtendere.Sed ne ab inſtituto noſtro digrediamur, age denuo quæ dicta ſunt, repetamus. Iſte eſt liber generationis hominũ, die quo fecit deus Adam,ſecundũ imaginem dei fecit fecit illũ, maſculum & fœminã fecit illos. Et appellauit nomen eius C Adam,die quo fecit illos. Vide quomodo iterũ narratione ab initio repetita,diuina ſcriptura nobis cõmemorat quantũ honorē à conditore ſortitus ſit homo.Die quo,inquit,fecit Adã, ſecundũ imaginē dei fecit illum:hoc eſt principē illũ cõſtituit omniũ viſibilium. Hoc eñ eſt,ſecundũ imaginem, ſecundũ rationē dominij & principatus. Nã ſicut omniũ deus principatũ habet, ſuper omnia tam viſibilia ꝗ inuiſibilia;qui omniũ cõditor & opifex eſt:ſic & cùm formauit rationale hoc animal, voluit omniũ viſibilium præfectura inſigne eſſe. Proinde & animæ ſubſtantiã illi largitus eſt, volens ipſum immortale eſſe & perpetuũ:verũ vbi per deſidiã excidit, & tranſgreſſum eſt mandatum ſibi traditũ, neq; ſic omnino ipſum auerſatus eſt:ſed pro ſua miſericordia immortalitatē quidem illi ademit,morti autē adiudicatũ,fermè ita reliquit, D vt principio conditũ eſt.Deinde cùm ex illo natus in tantã prorupit inſaniã,vt & primus mortis ſpeciē inueheret, violentã illam mortē monſtrando, & magnã ingratitudinē præ ſe ferret, cædi mendacium coniugendo,diuturna caſtigatione emendari illũ voluit,vt nõ ſolùm ille lucrũ faceret ex his quæ ipſi cõtingebant,ſed & poſteros doceret cõmiſſorũ magnitudinē,& ſceleris fœditatem. Cæterùm quia magna ignauia,& poſteri illius paulatim grauius peccabant, volens, vt ita dicã, ſolari Adamũ, qui non ſolum ob ſuã tranſgreſſionē tantùm mœrebat,ſed & ob flagitiũ Caïn luctum grauiſſimũ habebat, eò ꝙ viderat mortem ſuis oculis(neque enim mortis ſpeciem ſcierant, tametſi lata eſſet ſentētia) Vnde & duplex eorum, ac triplex luctus eſt factus,quia & primùm vidit mortē in vitam introductam,& violentam mortem, & à filio perpetratam, & in fratrem eorum patre eadéque matre

Universidad de Deusto
Biblioteca

matre natũ,& qui in nullo nocuerat.Volens ergo misericors deus parẽ pro triſtitia afferre conſolationẽ, aliũ illi dat filiũ,Seth videlicet.Quo vt ipſum ſatis ſolatus eſt, ab illo poſtea generationis initiũ ducit.Propterea & beatus propheta ſic exorſus eſt,dicens : Iſte eſt liber generationis hominũ. Deinde vt promiſit ſe narraturũ natiuitatem hominũ,vide qua conſequentia vtitur. *Vixit Adam annis †centum] triginta, & genuit ſecundum ſpeciem ſuã, & ſecundum imaginem ſuam.Et appellauit nomen illius Seth. Et fuerunt ipſius anni †octingenti,& genuit filios & filias.Et facti ſunt omnes dies Adã, anni nongẽti triginta,& mortuus eſt.* Nónne bene dicebã in exordio ſermonis,nihil eſſe ſimpliciter & abſq; vtilitate in ſacra ſcriptura poſitũ? Ecce eñ & nũc quanta diligẽtia vſus eſt beatus ille propheta: Genuit,inquit, Adam ſecundũ ſpeciẽ ſuã,& ſecundũ imaginẽ ſuã,& appellauit nomen illius Seth.Cùm de priore loqueretur filio, Caĩn dico,nihil tale aſſignauit, nimirũ iam antea ſignificans illius in malũ procliuitatẽ.Et meritò: non enim ſeruat paternos characteres & mores,ſed protinus ad malitiam confugit. Hìc autẽ inquit, ſecũdum ſpeciẽ & ſecundũ imaginẽ ſuã, hoc eſt eorundẽ morum,quibus ille qui genuerat, & qui ſeruet paternos characteres, operibuſque paternos mores exprimat, qui reparare poſſit ſua virtute prioris peccatũ. Neque eñ de corporalibus lineamẽtis,& characteribus ſcriptura nobis diſſerẽs hoc dicit: Secundũ ſpeciẽ ſuam, & ſecundũ imaginẽ ſuã:ſed de ſtatu animæ, vt diſcamus q̃ hic non erit talis.Ideo & mater nomine impoſito filio,cum gratiarũ actione hoc nomen indidit: & neq; naturæ neq; partui aſſcribit natũ puerũ, ſed dei virtuti.Illa eñ naturã fœcundauit ad partũ, & dicit: Cognominauit nomẽ illius, Seth,dicẽs,Excitauit eñ mihi deus ſemen aliud pro Abel,quem occidit Caĩn. Vide verbi diligentiã.Nõ dixit,Dedit mihi deus:ſed, excitauit mihi. Vide quomodo obſcurè nobis hoc verbo reſurrectionis exordia hic oſtẽdit.Nã dicebat, quaſi diceret aliquis:Pro eo qui cecidit,excitauit mihi hunc.Ille,inquit,in terram dextra fratris percuſſus cecidit, & mortis periculũ fecit:ſed dei virtus pro lapſo hũc mihi ſuſcitauit. Sed quia nondũ tempus erat reſurrectionis,non lapſum ſuſcitauit,ſed aliũ pro illo. Suſcitauit mihi,inquit,deus ſemẽ aliud pro Abel,quẽ occidit Caĩn. Vidiſti gratitudinẽ mulieris? Vidiſti miſericordiam domini? quomodo acceleratã illis cõſolationẽ excogitauit? hanc imitemur omnes, & totum ſupernæ gratiæ tribuamus. Nam licet natura operetur,non tamen ſua virtute,ſed præcepto illius, qui ipſam fecit,obediens operatur.Et nunquã doleant mulieres quãdo nõ pariũt, ſed gratitudinẽ mentis præ ſe ferentes,ad naturæ opificem confugiãt, & ab illo petant,qui naturæ dominus eſt. Et neque cohabitantiũ cõgreſſui,neq; alteri alicui filiorũ imputẽt generationem:ſed cõditori omniũ, qui ex nihilo naturã noſtrã produxit vt eſſet, & claudicantem corrigere poteſt: quandoquidẽ & iſta ex affectionis occaſione glorificãdi deũ ſumpſit argumentũ, & domino totũ tribuit, dicens: Excitauit mihi deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Caĩn. Vides quomodo nõ ſolùm non grauatim tulit,neque triſte aliquid loquuta eſt? Non enim intermiſiſſet diuina ſcriptura,ſiquidẽ tale quiddam ab illa dictũ foret.Verùm generoſè ferens quod fiebat,conſolationẽ ſtatim meretur, & maiorem gratitudinem præ ſe fert, Domini beneficiũ prædicans. Vide eñ quàm benignè dominus cum illa agit. Nam datur illi nõ ſolùm filius alius, ſed & virtute præditũ fore antea oſtẽditur.Genuit,eñ, inquit,ſecundũ ſpeciem ſuã,& ſecundũ imaginẽ ſuã. Et vt ſtatim diſcas nati virtutem,vide quia & ipſe ſtatim per appellationẽ ſui nati oſtendit ſuæ mentis pietatem. *Et Setho*, inquit, *factus eſt filius, & appellauit nomen illius Enos:hic ſperauit †inuocando]nomen domini dei.* Vidiſti appellationẽ diademate clariorẽ,purpura meliorẽ? Quid fuerit illo beatius,qui inuocatione dei ornatur, idq; p̃ nomine poſſidet? Vides id quod ab initio dicebã, & in paruis appellationibus magnas ſententiarũ diuitias reconditas eſſe? Non ſolùm eñ hìc parentum monſtratur pietas,ſed & magna erga pueros diligẽtia.Et quomodo ſtatĩ & à principio erudiebãt pueros q̃ ipſis naſcebãtur,admonẽtes appellationib⁹ quas illis impoſuerant,vt virtutem exercerent? Et nõ ſicut nũc fortuitò & abſq; cauſa nomina fiunt. Dicunt eñ, iuxta nomẽ aui vel abaui nominetur puer.at priſci nõ ita,ſed omnem operã adhibebãt, vt talia natis imponerent nomina,quæ nõ ſolùm illos qui nomina ſortiebantur,in virtutes adducerẽt,ſed & alios omnes etiã qui ſequẽtibus ſeculis futuri ſunt,nullã non ſapientiã docerent. Id quod ſciem⁹, ſi ſermo aliquãto amplius p̃ceſſerit. Igitur nos neq; quæuis nomina pueris indamus, neq; auorum & abauorũ,& eorũ qui genere clari fuerunt, nomina tribuamus:ſed ſanctorũ virorũ qui virrutib⁹ fulſerunt,plurimãq; erga deum habuerunt fiduciam. Imò neque horum nominibus fidant vel parentes,vel pueri quibus talia nomina contingunt.Nihil eñ prodeſt alicui vocabulum virtute vacuũ,ſed habenda eſt ſalutis expectatio in omni virtutis operatione. Et neque in appellatione ſublimè ſapere,neque in cognatione ſanctorum virorũ, neque in aliquo alio, ſed in fiducia propriorũ operũ,imò neque in illis multũ de ſe ſentire:ſed tũc magis humilẽ & modeſtũ eſſe oportet,cùm magnas virtutũ diuitias cõgerere poſſumus: ſic enim & ipſi collectas diuitias cuſtodiemus,& gratiam dei nobis cõciliabimus. Enimuero propter hoc & Chriſt⁹ diſcipulis ſuis dicebat : Cũ omnia feceritis, dicite,Inutiles ſerui ſumus.Igitur in omnib⁹ inflationes,& faſtus noſtros humiliemus,& diſcamus modeſti eſſe,& nõ extolli in bonis operibus,ſed ſcire maximã virtutũ eſſe in bonis operibus modeſtè & humiliter ſe habere. Porrò ad cõtextũ ſermonis redeamus, & videam⁹ eos qui poſtea nati ſunt. Probabile enim, q̃ paulatim p̃cedẽdo maiores inueniamus theſauros & diuitias. *Et vixit Enos(iſte Sethi filius,) annos centũ nonaginta, & genuit Cainan:& Cainan genuit Malaleel, & Malaleel genuit Iared,& Iared genuit Enoch.Et vixit Enoch annis centũ ſexagintaquinque,& genuit Mathuſala. Placuit autẽ Enoch deo.Et vixit Enoch poſtquã genuit Mathuſala,annis ducẽtis,et genuit filios & filias.Et fuerũt dies Enoch trecẽti ſexagintaquinq;. Et placuit Enoch deo,& nõ inuẽtus eſt, quia trãſtulit illũ deus.* Nũ bene dicebã,q̃ p̃cedẽdo magnũ theſaurũ in illis nominibus inuẽturi ſimus? Animaduerte enim obſecro hìc dilecte,& iuſti virtutẽ, & dei bonitatẽ eminentẽ,& ſcripturæ diligentiam.Et vixit Enoch annis centũ ſexagintaquinque, & genuit Mathuſala.Et placuit Enoch deo,poſtquã genuit Mathuſala.Audiãt viri&mulieres,& diſcãt iuſti virtutẽ. Nec putẽt nuptias in cauſa eſſe quò min⁹ quis deo placeat. Nã idcirco diuina ſcriptura ſemel & iterũ id ſignificauit,dicẽs: Genuit Mathuſala,& tũc placuit.Et idem ĩgeminat ac repetit,dicẽs:Et placuit,poſtquã genuit: vt ne quis arbitretur obſtaculũ virtutis eſſe coniugiũ.

†ducẽtis

†ſeptingẽti

†inuocare] ſic & in aliis

Nominũ impoſitio recẽs nati

Quia

Quia ſi ſobrij ſumus,neq; educatio,neq; cõiugiũ,neque aliud quid nobis oberit, quo min⁹ placeam⁹ deo. Ecce enim & hic eiuſdẽ naturę eſt,cui⁹ & nos ſumus: & neq; lex tradita erat,neq; ſcripturæ docebant, neq; aliud quiddã ad honeſtatis ſapientiæq; ſtudiũ impellebat.Domi ſibi natum eſt, & ex volũtate profectum quod deo placuit, vt vſq; hodie perduret nõdũ mortis guſtũ expertus. Nam ſi nuptiæ, dilecti,vel puerorũ educatio,præpedimentũ forent in virtutũ itinere, nequaquã in hanc noſtrã vitã nuptias introduxiſſet vniuerſorũ dominus,vt ne in rebus p̃cipuis,& maximè neceſſariis nos læderet. Sed quia non ſolũ nihil nobis obſtat ad philoſophãdum deo, ſi voluerimus eſſe ſobrij,ſed & magnã afferunt conſolationẽ, dum cõprimunt inſanũ naturę impetũ,nec turbari quaſi mare ſinunt,ſed efficiũt vt ſcapha feliciter in portũ appellat, & ideo conſolationem hanc humano generi tribuit. Quod q̃ verum ſit oſtẽdit iuſtus ille.Quia poſtquam, inquit,genuit Mathuſala,placuit deo Enoch. Neque paruo tẽpore in virtutũ meditatione perſeuerauit,ſed vixit,inquit, annis ducẽtis.Et quia poſt tranſgreſſionẽ Adę inuentus eſt homo,qui ad virtutũ culmen aſcenderet,& primi parentis peccatũ reuocaret,ob ſuã quã apud deũ habebat gratiã:vide doni dei excellentẽ miſericordiã.Nam quia inuenit aliquem,qui potuit peccatum Adæ reuocare:mõſtrando re ipſa quia nõ volens mortem humano generi inuehere,propter mandati tranſgreſſionem, eum qui mandatum acceperat condemnauerit,nunc viuentẽ iſtum tranſfert.Et placuit,inquit,Enoch deo,& nõ inuentus eſt,eò q̃ tranſtulit illum deus. Vides ſapientiam domini? viuentem tranſtulit,non immortalitatẽ largitus eſt,ne peccandi metum eneruaret,ſed morti in humanũ genus ſuũ ius reliquit.Propter hoc iterũ obſcurè,vt ita dicam,& latenter reuocare vult ſententiã,quam contra Adã protulit,ſed manifeſtũ hoc non facit, vt timor illius emẽdationi ſeruiat.Et idcirco Enoch,cum ſibi multũ placeret, tranſtulit.Iam ſi quis curioſius rogare velit, & dicere:& quò ipſum trãſtulit?& num vſq; ad præſens vixerit? diſcat, non cõuenire humanis mẽtibus curioſius ea quæ à deo fiunt explorare,ſed credere his quæ dicũtur.Nam quãdo deus aliquid pronũciat,dictis ipſius contradicendũ non eſt,ſed fide digniora habẽda ſunt quæ à deo pronunciantur,etiã ſi non cõpareant, quàm quæ oculis noſtris ſubiecta ſunt.Enimuero ſcriptura dixit,q̃ tranſtulit illum,& q̃ viuentem tranſtulit, nec mortẽ expertus ſit,ſed ob ſuũ quem apud deũ habebat fauorẽ, ſuperior factus ſit diuina ſententia contra humanũ genus prolata.Quò autẽ illũ tranſtulerit, & quomodo nunc agat:hoc nõ adiecit. Vidiſti bonitatem domini,quomodo inuentũ virum,qui virtutem operatus eſt,nõ fraudauit dignitate, quam protoplaſto ante mãdati trãſgreſſionẽ largitus erat: docẽs nos q̃ & illum, niſi dæmonis deceptionẽ maioris feciſſet quàm traditum mandatum,eodem vel maiori honore dignatus fuiſſet. *Et vixit Mathuſala annos centum & octogintaſeptem, & genuit Lamech: & vixit Lamech annos centum octoginta,& genuit filium, & appellauit nomen illius Noe,dicens:Hic debet nobis quietẽ præſtare à laboribus noſtris, & à moleſtiis manuum noſtrarum, & à terra quam maledixit dominus deus.* Vide iterum per nominationem nunc nati ex Lamech, ſacramentorum magnitudinem, & vaticinij excellentiam, & boni dei ineffabilem miſericordiam. Quoniam enim præſcientia ſua præuidebat futura, vt vidit malitiam hominum in dies magis atq; magis increſcere,prædicit per appellationẽ pueri mala,quæ totum humanum genus deprehẽſura eſſent,vt vel timore caſtigati,abarcerẽtur à vitiis,& amplexarentur virtutẽ.Et vide longanimitatem domini, facientis ante tantum tempus vaticinium præcedere, vt & ſuam oſtẽderet miſericordiam, & omni ptiuaret defenſione eos qui pœnę futuri erãt obnoxij.Sed fortè quis dixerit: Vnde Lamech hoc habuit, vt tantum vaticiniũ prædiceret? non enim meminit ſcriptura, q̃ multa virtute claruerit admirabiliſq; fuerit. Ne mireris dilecte.Dominus enim noſter ſapiens & omnipotens, & per indignos ſæpe concedit prædici magnas mirabileſq; res:id quod non in veteri ſolum, ſed & in nouo videre quis poterit. Audi enim Euãgeliſtam de Caipha Iudæorum pontifice dicentem: Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet põtifex anni illius, prædixit q̃ moriturus eſſet Ieſus non ſolũ pro populo,ſed vt gentes diſperſas congregaret in vnum. Inuenies item & à Balaam tale quid factum:vocatus enim vt malediceret populum,non ſolum nõ maledixit,ſed & prædixit multas miráſq; res,tam de aduentu ſaluatoris noſtri,q̃ de populo. Non igitur mireris, ſi etiam nunc Lamech ita puerum appellarit, ſed deo totum tribue,qui per omnipotentem ſuam ſapiẽtiam omnia diſpenſat.Et vocauit nomẽ illius Noë. Apud nos hoc nomen,ſi quis interpretetur,quietem dicit. Quietem autem vocat generalem illum interitum poſt multos annos futurum: Sicut & Iob dicit: Mors viro quies. Quonium valde magnus labor eſt malitiæ. Abolitionem & ſublationẽ per diluuium futurã, quietem vocat. Et vocauit nomen illius Noë. Cõſequenter appellationem nominis interpretatur, & dicit : Hic vtique quietẽ nobis præſtabit ab operibus noſtris : à malitia, inquit, deſiſtere faciet,& à moleſtiis manuum noſtrarum:& iterũ hocipſum ab operibus,inquit,malis:non enim hoc dicit,q̃ manus malè habuerint:ſed quia per illarum opera & malas actiones, moleſtiæ & triſtitiæ auctæ ſint.Et à terra, quam maledixit dominus deus. Liberabit nos,inquit,ab omnibus malis premẽtibus. †Et terram maledictam dicit, quæ cum labore exercetur & colitur,]propter protoplaſti tranſgreſſionem. Hìc obſecro animaduertite dilecti,quomodo puellus iſte paulatim creſcens,omnibus ipſum videntibus diſcendi occaſio fuit.Nam mox vt quis nomẽ pueri ſcitatus eſt,ex interpretatione vocabuli didicit euenturum generalem interitum.Nam ſi quis diuino ſpiritu afflatus ſimpliciter hoc futurum dixiſſet, & ſtatim fuiſſet obliuioni traditum,& grauitas pœnæ non fuiſſet tota cognita. Nunc autem quia hic ante omnium verſatur oculos,tempeſtiuè & intempeſtiuè diuinam commemorat indignationẽ. Porrò vt certò ſciamus, quanto tempore perſeuerauerit filius per ſui nominis appellationem omnes admonere, vt deſiſtãt à peccato,& virtutem amplexentur, quò iram hanc effugere valeant, dicit: *Et erat Noe annorum quingentorũ,& genuit tres filios.* Vide iterum aliũ iuſtum cum vxore & filiis, qui bene operando placuit deo, & diſplicentem omnibus virtutis viam elegit: & neq; nuptiis, neq; filiorũ educatione prohibitus eſt. Porrò obſtupeſcenda eſt ineffabilis miſericordia dei,& prodigioſa hominum, qui tunc erant,ingratitudo.Ecce enim quingentis annis vixerat iuſtus ille,clamans & teſtificans ſuo nomine futurum per vniuerſum orbem diluuium, ob nimias hominum malitias,& neq; ſic à malitia abſtinere voluerũt. At miſericors deus neq; poſt tantum vaticinium,

†& à laboribus & miſeriis quas ſubibãt in terra colẽda qui maledictioni erant obnoxij.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinium, neq; post tot annorũ numerũ pœnã inducit: A
sed denuo suã auctur us longanimitatẽ, & alios nõ pau
cos annos suæ tolerãtiæ adiũgit. Neq; enim ideo pro-
duxit humanũ genus vt puniret, sed planè è diuerso, vt
donaret nobis innumera bona quibus frueremur. Et
propterea ipsum vbiq; vides cessantem, & moras nec-
tentẽ in pœnis infligendis. Veruntamen ne dictorũ
multitudine memoriã vestrã obruamus, hîc sermonẽ
sistentes, cætera vsq; in crastinũ reponamus. Hoc au-
tem charitatem vestram rogauerimus, ne simpliciter
& inconsideranter hæc audiatis: sed erudite vosipsos,
& virtutũ curã agite, & maximo loco habueritis, deo
bene placere. Et neq; domus gubernationem, neque
vxoris curam, neq; filiorum solicitudinem, neq; aliud
quiddã prętexamus: quod putemus satis esse ad excu-
sandam nostrã negligentem, desidémq; vitam. Neque
frigida illa verba proferamus, & dicamus: Mundanus
sum, & mulierẽ habeo, & puerorum curam gero: qui B
multis mos est vt ita dicant, si quando eos rogamus vt
ad virtutum labores ingrediantur, vel studium adhi-
beant in sacris literis legendis. Non est hoc meum, di-
cit. Nunquid renunciaui seculo? Nunquid monachus
sum? Quid dicis homo? An hoc ad solos monachos
1.Tim.2.b pertinet, vt bene deo placeant? Omnes homines vult
saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire, nullúmq;
virtutẽ negligere. Audi enim eũ per prophetã dicen-
Eze.18.g tem: Nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur & vi-
uat. Nũquid, dic oro, iusto huic vxoris cõsuetudo, vel
puerorũ cura fuit obstaculo? Oro igitur ne nosmetip-
sos fallamus, sed quãto magis huiusce modi curis im-
plicamur, tãto magis remedia ex lectione diuinarum
scripturarũ susci piamus. Nónne & illi eiusdem, cuius
nos sumus, fuerunt naturæ? & neq; tam multas habue-
runt commoditates, quæ ad operandũ virtutes eos iua-
rent. Qua ergo erimus venia digni, qui tali fruimur
doctrina, & tãtam gratiam assequuti sumus, & supernè
subsidium habemus, & ineffabilium illorum bonorũ
promissionem accepimus, si non ad mensuram virtu-
tum peruenimus, quibus patres pollebant? Nam si vo-
luerimus sobrij esse, sufficiunt vel ea quæ hodie dicta
sunt ad virtutis amorem nos excitare, ne vllum pute-
mus ad illius viam esse impedimentum. Nam si hi qui
ante legẽ, à doctrina naturæ suæ insita, ad tantam per-
tigerũt virtutem: quid nos poterimus dicere, qui post
tantum adminiculum, & post Christi aduẽtum, & in-
numera eius miracula, adhuc tam procul à virtute su-
mus? Proinde obsecro, ne ad ea quę in sacris scripturis
sunt contenta, simpliciter ingrediamur, sed cũ atten-
tione legamus, vt ex illis percepta vtilitate, vel saltem D
tardè aliquando virtutem, quam deus probat, in ma-
nus accipere valeamus. Nam si spiritualem hanc do-
ctrinã etiã nos quotidie vobis clamaturi sumus, vósq;
in eadem manetis ignauia, quæ vestra erit vtilitas ex
continua doctrina? Aut nobis quæ consolatio erit, cũ
videmus nos in tantum laborare frustra, & nihil profi-
cere tanto studio? Dic mihi: Nónne ex duabus substã-
tiis constituti sumus, ex anima dico & corpore? Quare
non parem vtriq; curam dispensamus, sed corpus qui-
dẽ omnibus modis curatur, & accersuntur medici, &
nos quoq; diligentes sumus. Vestitu precioso illud te-
gimus, & cibum supra q̃ sat est, sumimus, & in cõtinua
prosperitate illud esse volumus: & si fortè quid obtur-
bet, omnem mouemus machinam, vt mœror emẽdetur. Et hoc de corpore dico, quod secundum substan-
tiã minus est, aut quid maius, animáne, an corpus? Nã
si vis videre diuersitatem, vide quia nullius momenti
est corpus, si anima à corpore discesserit. Igitur qui tã-
tam habet corporis curã, cuius gratia & propter quid
tantũ animæ contemptũ admittit, & neq; congruum
illi cibũ impartitur? admonitionẽ dico ex sacris scri-
pturis. Neq; vulneribus & vlceribus quæ illius robur
debilitant, & fiduciã subneruant, idonea remedia ap-
ponit: sed fert vt despecta & fame corrumpatur, & ab
vlceribus putrefiat, & obiecta quasi canibus (liceat sic
dicere,) à malis & illicitis cogitationibus dilaceretur,
omnísq; firmitas dissoluatur. Quare non sicut visibilis
corporis gerimus curã, ita & animæ, quæ incorporea
& inuisibilis? præsertim cum cura eius leuis sit & facilis, & nihil insumatur, neque laboretur: cum tamen in
corpore curando, & sanandis morbis corporũ, necesse sit magnã pecuniã impẽdere, nunc in medicos, nũc
in alia necessaria, vtpote in vestes & alimenta: ne quid
interim dicã de his quæ præter necessariũ vsum luxu
absumuntur, anima autẽ nullo horum indiget? Sed si
voluetis, sicut quotidie corpori cibum suppeditas, ita
& animã nõ despicere, vt ne fame pereat: sed dare ipsi
congruum cibum, admonitionẽ videlicet ex lectione
scripturarũ, & spiritualis adhortationis. (Non enim in Matt. 4
pane, dicit, solũ viuet homo, sed in omni verbo quod Luc. 4.a
egreditur per os dei.) optime de his statueris, & parti
præcipuæ rectè prospexeris. Sicut igitur corpori varia
præbes indumenta, & rationẽ habes temporum, simi-
liter neq; animam despicito, vt ne nuda bonis operi-
bus obambulet, sed decentibus illã vestibus indue, sta-
tim eam reparabis, & ad naturalẽ sanitatẽ reduces. Et
quæ sunt animæ indumenta? eleemosyna & largitas in
pauperes: hoc enim maximum animæ vestimentũ est,
hoc clarum illius indumentum. Si autem vis non solũ C
vestimẽta parare, sed illam ornare etiam, sicut corpus
solet, appone adiutorium quod ex precibus est, & pec
catorum cõfessionem, & continuis lachrymis faciem
tuam lauare ne cesses. Nam sicut faciem corporis tui
quotidie abluis, ne qua fortè macula faciei inhærens
fœda appareat: sic & animæ curam habe, quotidie la-
chrymis eam abluens calidis. Hac enim aqua maculæ
deponuntur, fitq; facies admodum luculenta. Et quia 1.Tim.2.c
mulieres pleræq; ob mollitiem, apostolicum manda-
tum contemnentes, quod iubet ne tortis crinibus, vel
auro, vel margaritis, vel veste sumptuosa se ornent, ma
gno huc luxu faciunt, neq; mulieres tantum, sed & vi-
ri quicunque molles vilibus mulierculis similes fiunt,
annulos digitis gestant, & magnis grauibúsq; lapidi-
bus se ornant, de quibus erubescere oportebat. Et illæ
ergo & hi si meis parẽrent sermonibus, aurea hæc &
viris & mulieribus damnosa, in ornatum animæ redi-
gerent, & istis illam adornarent. Nam sicut corpori
circumposita, etiam si formosum sit, ipsum deforme
reddunt: ita si animæ circumponantur, etiam deformi summam pulchritudinem afferrent. Et quomodo,
dicis, possunt animæ circumponi aurea? iterum dico,
per manus pauperum. Illi enim accipientes, formo-
sam illam faciunt. Illis trade, & aurum in illorum ven-
trem dispensato, tantámque tibi vicissim dabunt pul-
chritudinem, vt verus ille spõsus te sibi accipiat, mul-
táq; dona propter hoc concedat. Quòd si pulchritu-
dine sponsum dominum allexeris, suppeditabũtur ti-
bi bona omnia, & ineffabili possessione abundabis. Vt
igitur amabiles simus domino, iam non ad ornatum
corporis spectemus, sed animæ formositatẽ quotidie
magna diligẽtia curemus, vt & gratiam misericordis

dei nobis

dei nobis cõciliemus, & ineffabilia bona cõsequamur, A
gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum
quo patri, simul & spiritui sancto gloria, imperiũ, ho-
nor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et erat Noe annorum quingẽtorum. Et genuit Noe tres filios, Sem, Cham, Iapheth. Et factum est quando cœperunt homines multiplicari super terram, & filiæ natæ sunt eis.

Homilia XXII.

RElIquias hesternæ mẽsæ vobis hodie propo-
nere volo. Sed ne ægreferas dilecte, q̃ reli-
quias dico. In sensibilibus quidem alimẽtis
ita se habet, vt post vnum & alterũ diem marcida fiãt
edulia, & ad vescendũ inutilia. In spirituali verò mẽsa
nihil tale vereri oportet. Ipsa enim, quanto plus tẽpo-
ris prætcrit, tanto maiorẽ gratiam habet, & recentior
atq; vegetior est. Age igitur promissionem, quam heri
polliciti sumus, impleamus, & debitum doctrinę cum
gratitudine aliqua dinumeremus. Non enim hoc vti- B
le est accipientibus duntaxat, vt in aliis debitis, sed &
mihi dinumerãti. Et quid dico mihi dinumerãti? Ta-
lis est spiritualis debiti natura, q̃ quanto magis solui-
tur: tanto magis augetur, & substantiã magis multipli-
cat, & ineffabiles diuitias affert tam danti, q̃ accipiẽti.
Vidisti nouã debiti naturã, & raram solutionis speciẽ?
In hunc enim modũ se habent spiritualia, vt distribu-
tione magis crescant, & cũ multi sunt participes, vbe-
rior sit abundantia: & qui dinumerauit, non sentiat se
aliquid dinumerasse: quandoquidẽ eius opes crescũt,
& qui acceperunt, etiã ipsi abundantiores fiunt. Quia
igitur talis est spiritualiũ istorũ natura: magna alacri-
tate etiã nos ad solutionẽ festinemus, & vos ad susci-
piendum aures accõmodetis, vt omnes cum sumpse-
ritis latis animi sinibus, quæ à nobis dicuntur, tandem C
domum proficiscamini. Iterũ autem argumentũ de iu
sto Noë in mediũ afferre volo, vt iusti magnã virtutẽ,
& ineffabilẽ dei misericordiã & longanimitatẽ, quæ
omnem animi captum transcendit, discatis. Dicisti-
heri, quomodo à natiuitate sua iustus ille accepto à pa
tre nomine, obambulabat, omnibus qui tunc erãt do-
ctor calamitatum, quasi clamãs & dicens per nomen
Rom.12.c suum: Desistite à malo, operemini virtutẽ, timete prę-
paratam pœnã. Commune diluuiũ in toto orbe erit.
Magna & excellens dei indignatio est, quia & magna
in malitiam procliuitas. Et hoc non duobus vel tribus
tantum annis faciebat, sed quingentos annos vixit hęc
admonens. Vidistis longanimitatẽ domini? vidistis bo
nitatis excellentiã? vidistis ineffabilẽ patiẽtiam? vidi-
stis malitię incrementa? vidistis ingratitudinis magni-
tudinem? Hucusque enim, vt scitis, heri sermo noster D
processit: operæpreciũ est vt hodie discamus quomo-
do misericors deus pro sua bonitate, neq; quingentis
annis ad tolerantiã contentus fuit, sed addidit annos
alios ad superiores eis qui tãtum peccauerant. Et erat
Noë, inquit, quingentorũ annorum. Ad vtilitatẽ no-
strum diuina scriptura numerũ annorum iusti assigna-
uit, vt discamus, quãto tempore vixerit admonens il-
los, & quomodo illi quidẽ malitiæ viam sectati, in ea
consumpti sunt. Iustus autẽ secus quàm alij ambulans,
tam magna virtute polluit, vt & sibi dei gratiã conci-
liaret: & cum omnes alij pœnis obnoxij fierent, ipse so
lus cum his qui sibi attinebãt, effugeret. Hic discimus,
q̃ si sobrij fuerimus & non desides, non solũ nihil no-
bis nocet inter medios malos versari & misceri: sed &
multo nos facit virtutum studiosiores. Nam ideo mi-
sericors deus sic dispẽsauit vt simul essent boni & ma-
li, quò malorũ subneruaretur malitia, bonorúmq; vir-
tus clarius eluceſceret, & desides à studiosis plurima
cõmoda lucrifacerent, modo velint. Cogita hic obse-
cro, quantæ virtutis fuerit ille iustus, quomodo in tãta
multitudine, quæ multo impetu in malũ ruebat, solus
ipse diuersa ambulauit via, virtutẽ malitiæ præferens.
Neq; enim aliorum cõsensus, & tanta frequentia red-
debat eum segniorẽ ad virtutis iter: sed iam prius im-
plebat quod beatus Moses olim dicturus erat: Ne sis
cũ multis in malitia. Et quod magis admirabile, mul-
tos habebat, imò omnes, qui ad malum & ad praua o-
pera inhortabantur, & nullus erat qui ad bonum indu
ceret. Tanta domestica illi erat strenuitas, vt viam di-
uersam à vulgari, quã omnis multitudo inambulabat,
iret: & neq; timeret neq; vereretur prauorum conspi-
rationẽ: neq; illi tale quid euenit, quale verisimile est
ignauis accidere: qui si quando viderint multos simul
conspirare, hoc velamen, & hanc occasionẽ suę igna-
uiæ prætexunt, ac dicunt: Quid ego nouum & singu-
lare post illos omnes facturus essem, aduersarius tantę
multitudinis, & cum tanto populo bellum susceptu-
rus? Nunquid illis omnibus ego admirabilior essem?
Quæ vtilitas foret tantarũ inimicitiarũ? Quod com-
modum tanti odij? Nihil taliũ cogitabat, neq; in ani-
mum sumebat. Sed & hoc, quod postea à propheta di
ctum, prius ipse implebat: Melior est vnus faciens vo- Eccl.16.d
luntatem domini, q̃ innumeri præuaricatores. Nũ so-
cietas, inquit, multitudinis ad malum ruentis, & simul
rapientis, à cruciatu me eripiet? Sciebat enim, sciebat
liquido q̃ pro sua quiq; salute rationẽ reddituri sunt:
neq; vnquam fiet q̃ alio peccante alius pœnã sustine-
bit, vel retributionem sortiatur. Et idcirco iustus quasi
scintilla in medio mari versans, non solum nõ extin-
ctus est: sed quotidie fulgidiori luce prodibat, omnes
suis operibus docens. Vidisti quomodo sui iuris natu- Liberum arbitrium.
ram nostram dominus formauit? Vnde enim, dic oro,
illi ad malitiã properabant, & seipsos pœnis faciebãt
obnoxios: iste autẽ virtutẽ eligebat, & fugiens eorum
societatem, pœnã non gustauit? Nónne manifestũ, sua
quenq; voluntate vel malitiam vel virtutem eligere?
Nã nisi ita esset, & naturæ nostræ potestas insita esset,
neq; illos puniri, neq; istos virtutũ retributiones acci-
pere oportebat. Verum quia in nostra voluntate totũ
post gratiam dei relictum est, ideo & peccantibus sup
plicia proposita sunt, & bene operantibus retributio-
nes. Et erat, inquit, Noë annorum quingentorum, &
genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. Considera di-
uinę scripturæ diligentiam. Postquam numerum an-
norum iusti nobis narrauit, monstrans excellentẽ do-
mini longanimitatem, iterum tolerantiam eius auctis-
simam, & malitiam hominum propensissimam decla-
rare vult. Sed audiamus quæ à Mose dicta sunt: spiri-
tu enim loquens, omnia nos diligenter docet. *Et factũ* Cap.VI.
est, inquit, *quando cœperunt homines multiplicari super terrã, & filiæ natæ sunt illis.* Non absq; ratione addidit, Et fi-
liæ natę sunt illis: sed vt magnam multitudinem sic in-
sinuet. Nam vbi tanta radicum est multitudo, necesse
est etiam multos ramos enasci. *Vt viderunt*, inquit, *filij dei filias hominum, quòd pulchræ essent, sumpserunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Singulas dictiones diligenter
consideremus, ne quid in fundo latens nos prætereat.
Operęprecium enim bene scrutari hunc locũ, vt sub-
uertamus fabulas omnia inconsideratè loquẽtium. Et
primùm dicenda ea quæ dicere audent, & monstrata
eorum quæ ab illis dicuntur absurditate, germanus

quoq; ſcripturæ ſenſus veſtræ charitati aperiẽdus eſt, vt ne ſimpliciter & facilè aures accõmodetis tã blaſphema dicentibus,& aduerſum capita ſua blatterare audentibus. Aſſerunt enim,ꝙ non de hominibus hoc dictum ſit,ſed de angelis. Hos enim filios dei appellauit. Primũ oſtendant,vbi angeli filij dei appellati ſint: ſed non poterunt vſquã monſtrare. Homines quidem filij dei dicti ſunt,angeli autẽ nunquã. Atqui de ange- Pſa.103.a lis dicit: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos flammã ignis: de hominibus autem, Ego dixi dij Pſal.81.b eſtis. Et iterũ: Filios genui,& exaltaui. Et iterũ. Primo- Eſa.1.a genitus meus filius Iſraël. Angelus autẽ nuſquã voca- Exod.4.f tus eſt filius,neq; filius dei. Cæterũ quid dicũt? Profectò angeli quidem erant,ſed quia ad iniquũ hoc opus deſcenderunt,dignitate ſua exciderũt. En iterũ fabuloſius aliud. quid igitur? Nunc exciderunt,& hæc ruinæ illorũ cauſa. Verũ ſcriptura nos aliter docet, ꝙ antequã formaretur protoplaſtus, à ſua dignitate exciderunt & diabolus,& qui cum eo maiorem quàm decebat dignitatem ambiebãt. Sicut & ſapiens quidam Sap.2.d inquit: Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in mũdum. Dic oro mihi, ſi non ante factum hominem excidit, quomodo in tanta dignitate manens inuidit homini? Quomodo rationi conſonum eſt, angelum incorporeum, & in tali dignitate cõſtitutum, homini inuidere corpore circumamicto? Sed inuidit, quia à ſuperna gloria in extremã ignominiam deiectus eſt,licet eſſet incorporeus: vidẽs autem formatum hominem, & in corpore tantũ honorẽ conditoris beneuolentia ſortitum,inuidia exarſit,& deceptione,ad quam ſerpentis opera vſus eſt,hominem mortis ſupplicio obnoxium fecit. Talis enim eſt malitia,nõ poteſt nõ grauiter ferre aliorum felicitatem. Manifeſtũ eſt igitur ꝙ & diabolus, & omnis eius cohors olim à gloria illa exciderunt,& ignominioſi facti erant. Alioquin etiam quanta non dementia plenum fuerit, dicere angelos deiectos vt cũ mulieribus rem habeant, & incorporea illa natura copuletur corporibus? An nõ audis dominum Matt.12.d. dicentem de angelorum ſubſtantia: In reſurrectione neque matrimonium contrahunt,neq; elocantur, ſed Luc.20.f ſunt ſicut angeli dei? Neq; enim poſſibile eſt incorpoream naturam,talem vnquam cõcupiſcentiam habere. Ad hæc etiã cogitare oportet,ꝙ hoc omnibus modis abſurdiſſimum fuerit probare. Nam ſi ſancti & qui ſpiritum ſanctum aſſequuti ſunt,neq; viſionem angelorum videre potuerunt. Enimuero vir deſideriorum fermè animam expiraſſet conſpecta angeli pręſentia, non tamẽ ſubſtantia. quo pacto enim videri poſſet incorporalis ſubſtãtia? ſed transformatione ſolum quadam viſa parum aberat quin & animam relinqueret, defectis viribus. Ita tantus ac talis vir penè abſq; ſpiritu iacebat. Quis enim etiam valde inſanus cõprobaret talia verba dementiæ plena,ꝙ incorporea & ſpiritualis natura corporis complexum ferret? Sed ne pluribus terere tempus videamur, age quia ſufficiẽtibus argumentis charitati veſtræ declarauimus, quàm ſit hoc impoſſibile: doceamus nũc quæ rei ſit veritas,iterum tamẽ lectis,quæ in diuina ſcriptura ſunt dicta. Et factũ eſt,inquit,quando cœperunt homines multiplicari ſuper terram,& filiæ natæ ſunt illis: vt viderũt filij dei filias hominum,ꝙ pulchræ eſſent, ſumpſerũt ſibimetipſis vxores de omnibꝰ quas elegerãt. Prius docuimus vos,morẽ eſſe ſcripturæ, vt homines filios dei vocet. Et quia iſti à Setho originẽ trahebant, † qui filio ſuo nomen Enos indidit] dicit enim: Iſte ſperauit

† & ab eius filio qui appellatus eſt Enos.]

A inuocando nomẽ domini dei: ab illo poſtea nati, vocati ſunt filij dei in diuinis ſcripturis, propterea quòd eouſq; parentum virtutem imitati ſunt. Filios autem Cain,& qui ex eo nati,& qui ante Seth geniti fuerunt, filios hominum vocat. Factum eſt,inquit, cum cœperunt homines multiplicari ſuper terram, & filiæ natæ ſunt illis, vt viderunt filij dei, qui à Seth & ab Enos progeniti,filias hominum illas quæ ab aliis natæ ſunt: de quibus dixit ꝙ filiæ natæ ſint illis,& quòd pulchræ eſſent. Vide quomodo per verbum hoc, omnem nobis eorum intemperantiam inſinuat. Non enim ob deſiderium procreandorum filiorum conueniebant: ſed ob voluptatem & intemperantiam. Vt viderunt, inquit,filias hominum quòd pulchræ eſſent. Concupiſcentia illos in hanc induxit perniciem. pulchritudo aſpectus, & ſcortationis & intemperantiæ eis occaſio B fuit. Et neque hoc contenta,addit, Sumpſerunt ſibiipſis vxores de omnibus quas elegerãt. quod etiam magnam illorum intemperantiam inſinuat, quòd à pulchritudine victi ſunt,& frænum imponere inordinatę concupiſcentiæ ſuæ non voluerunt: ſed ſpectando capti, ſubmerſique ſunt, & ob impium hoc opus indignos ſę fecere quorum ſupernè deus curam ageret. Et vt diſcamus quòd non lege nuptiarum, neq; procreandorum filiorum gratia hoc fecerũt,propter hoc dicit: Vt viderunt quòd pulchræ eſſent, ſumpſerunt ſibimetipſis vxores de omnibus quas elegerant. Quid igitur? Reprehendẽt ne aliquis aſpectum oculorum? Non. neque enim oculus ruinæ cauſa fuit, ſed voluntatis negligentia,& irrefrænata concupiſcentia. Nam oculus propterea factus eſt,vt dũ videt creaturas dei, ipſarum cõditor glorificetur. Itaq; oculi opus eſt vi- C dere: malè autẽ videre, à mẽte eſt,quę intrinſecus gubernat. Nam membra noſtra,vtpote vtilia,ad facienda bona condita ſunt à domino, & gubernari poſſunt ab incorporea ſubſtantia, de anima dico. Poſtquam autem hæc negligens eſſe,& habenas laxare cœperit, quemadmodum auriga neſciẽs indomitorum equorum ferociam compeſcere,permiſſis frænis, & equos currum trahentes,& ſeipſum in præceps ire facit: ſic planè & voluntas noſtra quandoquidem neſcit membris vt oportet vti,indulgens inordinatis concupiſcẽtiis,ſeipſam ſubmergi facit. Propterea dominus noſter Chriſtus,ſciens fragilem noſtram naturam,& voluntatis negligentiam, legem poſuit quæ muniret & prohiberet curioſam conſiderationem: vt naſcens in nobis incendium, cum adhuc à longe eſt, extinguat, & inquit: Qui aſpicit mulierem vt concupiſcat illam, Mat.22.d D iam adulterium commiſit cum illa in corde ſuo. Propter hoc, inquit, interdico vobis illicitum viſum, vt ab opere illicito vos liberem. Ne putes, inquit, quòd congreſſus ſolum peccatum faciat. Animus eſt qui condemnatur. Igitur & hi viſæ pulchritudinis ſpectaculo capti ſunt. Viderunt enim, inquit,quòd pulchræ eſſent,& ſumpſerũt ſibi vxores ex omnibus quas elegerãt. Sed videamus & poſt illicitam illorum operationem & intemperãtem animum, domini dei bonitatẽ. Dixit,inquit,dominus deus: Neutiquam † permanet ſpiritus meus in hominibus his in ſeculum, eo ꝙ ipſi carnes ſint. Erunt autem dies ipſorũ centum viginti anni. Hic in breuibus verbis abyſſus miſericordiæ videri poteſt. Spiritum enim hic vocat vim ſuam, qua curã noſtri agit, illorum interitum prænuncians. Et vt ſcias quòd de hoc ſit ſermo,vide quid ſubdatur. Eo quòd ipſi,inquit,carnes ſint: hoc eſt, eo quòd carnalibus

† permanebit.

nalibus operibꝰ ſeipſos totos dedũt,& animę † ſubſtã- A tia] abutũtur,& quaſi ſola carne circundati anima carerent,ſic vitã ſuam abſumũt. Perpetuus enim ſcripturæ mos eſt,carnẽ vocare carnales: ſicut & virtute pręſtantes,carnis expertes nominat: quẽadmodũ Paulus Rom.8.c dicit, Vos autẽ non eſtis in carne: non ꝙ non carne circũdati eſſent,ſed quia carne circũdati, ſuperiores erãt carnalibus affectionibus,& ſenſibus. Nã ſicut iſtis dicebat: Vos autẽ non eſtis in carne,eo ꝙ carnalia deſpiciebant: ita & de illis dicitur,ꝙ ſint carnes,eo ꝙ carnalibꝰ rebus cõtinuo erãt occupati. Et quia ipſi ſunt carnes,nõ iam concedã eis peccatis ſuis coinquinari. Vidiſti indignationis magnitudinẽ? vidiſti minarũ excellentiã? conſidera etiã quomodo indignationi,& interminationi miſericordiã admiſcuit. Talis enim eſt dominus noſter,minatur ſæpe,non vt opere cõpleat minas: ſed vt correctis nobis minas nõ ad opꝰ perducat. Alioqui ſi punire vellet,cur prædiceret? Sed quia non B vult,ſemper cũctatur,& morã nectit,& differt,& prædicit,occaſionẽ reis præſtãs,vt fugiẽdo malitiã & apprehendẽdo virtutẽ pœnas nõ experiãtur. Itaq; poſtquã interminatus eſt illos ſe exterminationi generali traditurũ: hoc enim eſt, Nõ permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis,eo ꝙ ipſi ſunt carnes: pro eo, Nõ ſinam illos poſthac viuere: nõ contẽtus quingentorum annorũ longanimitate,qua per omnẽ vitã Noë, audito illius nomine docebantur: nunc iterũ producens & differẽs indignationẽ,aliud illis tempus præſcribit,& dicit: Interminatus ſum,& dixi,& manifeſtaui meã indignationẽ, quã ob multitudinẽ peccatorũ quæ operati eſtis,vobis inferri iuſtũ eſt. Sed quia etiam eos qui incurabiliter peccauerunt,ſaluari volo,nullũq; perire: idcirco vobis indulgeo & tẽpus centũ viginti annorũ: C vt ſi volueritis,& peccata ablueritis,reſipiſcendóq; & in meliora vos cõuertendo, virtuti ſtudueritis, & pœnas & pericula effugiatis. Erunt enim,inquit dies eorũ anni centũ viginti. *Gigantes antẽ*,inquit, *erant ſuper terrã in diebus illis. Et poſteaquã ingreßi ſunt filij dei ad filias hominum, illæque ſibi genuerunt, illi erant gigantes, qui à ſeculo viri nobiles.* Gigantes hic à ſcriptura dici opinor robuſtos corpore: ex illis,inquit,generatio illorum aucta eſt: id quod & alio loco videre licet dictũ: Gigantes,inquit, veniũt,vt furorẽ meũ placẽt. Hunc autẽ centũ viginti annorũ numerũ,aliqui putant terminũ vitæ eſſe. Non hoc autẽ ſignificat,ſed nunc longanimitatẽ declarare vult,quã & poſt hęc peccata in ipſos oſtẽdit. Igitur vt diſcamus,ꝙ illi poſt indignationẽ & minas, & tãti tẽporis longanimitatẽ,quã ipſis in pœnitentiã dederat, non ſolũ nihil profecerũt,ſed in iiſdem moribus per- D ſeuerauerũt: propterea dicit,poſtquã ingreſſi ſunt filij dei ad filias hominũ,illæq; ſibi genuerũt,iſti erãt gigãtes qui à ſeculo viri nobiles. Vidiſti ingratitudinis excellẽtiam? vidiſti ſtupidas & doloris ſenſu carẽtes animas? Neq; pœnę timor,neq; longanimitatis tẽpus arcuit illos à malis operibus: ſed ſemel in præceps deiecti,& mẽtis oculo excęcati, à mala cõcupiſcẽtia,quaſi ab ebrietate quadam demerſi,redire vltrà noluerunt: Prou.18.a quẽadmodũ & ſapiens quidã dicit: Impius cũ in profundũ ceciderit malorũ,contẽnit. Graue enim, graue eſt dilecti,capi laqueis diaboli. Anima eñ poſtea quaſi in retibus cõprehenſa trahitur: & ſicut ſus in luti volutabro oblectatur, ſic & iſta à mala cõſuetudine obruta ne ſentit quidẽ peccatorũ fœtorẽ. Ideo opus eſt vt ſobrij & vigiles ſimus,ne ab initio diabolo ingreſsũ cõcedamus,vt ne dũ obtenebrata fuerit noſtra ratio,

† potẽtia] ἐξουσία, interpres legiſſe videtur οὐσία.

A & excæcata mentis perſpicacia, faciat quaſi priuatos huius ſolis lumine,ne valeas in radios ſolis iuſtitię cõtueri,& ita in præceps feraris: id quod & illis tunc accidit. Audi enim iterũ bonitatis dei tolerantiã. *Vt vidit autẽ*, inquit, *dominus deus quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominum ſuper terram.* Quid vult hoc dictũ, Vt vidit autẽ? Num ignorauit dominus? abſit: ſed pro noſtra infirmitate omnia narrat diuina ſcriptura,vt nos doceat, ꝙ & poſt tantã dei longanimitatẽ in iiſdẽ manſerunt malis,aut etiã in peiora ſe cõiecerunt. Vt vidit autem inquit,dominus deus ꝙ multiplicatæ ſunt malitię hominum ſuper terrã. Ex hoc enim malo opere, quaſi è fonte quodam multa etiã alia ſuboriebãtur peccata: & ideo dicit, malitiæ hominũ. Nã vbi ſcortatio & luxuria & tãta intẽperãtia,veriſimile eſt ibi & ebrietatẽ & crapulã & magnã iniuſtitiã & auaritiã & ĩnumera alia B naſci mala. *Vt vidit autem*,inquit, *dominus deus quòd multiplicatæ ſunt malitiæ hominũ ſuper terrã, & quòd vnuſquiſq; cogitat in corde ſuo diligenter ad mala omnibus diebus.* Vide quomodo ſingula quæ dicuntur, peccatorũ oſtendũt magnitudinẽ. Quia enim in genere dixit, ꝙ multiplicatę ſunt malitię hominũ ſuper terrã: ſubdidit,& vnuſquiſq;. Magna huius verbi emphaſis & vis eſt. Nõ, inquit,adoleſcens ſolũ,ſed & ſenex eadẽ agit quæ adoleſcens: neq; vir ſolũ,ſed & mulier: neq; ſeruus ſolum, ſed & liber: non diues ſolũ,ſed & pauper. Et verbũ, cogitat,multũ habet momenti. Nõ enim ex ſurreptione hoc illis accidit,ſed in corde cogitãt, & hęc per ſingulas horas voluunt,in hæc ſtudiũ ſuũ collocant. Et neq; ſemel & iterũ vel fortuito ſupplãtati à peccato, à malitia ſibi tẽperant, ſed diligenter eam exercẽt,& mala operãtur: hoc eſt,magno ſtudio,nihil obiter, nihil ne- C gligenter ab eis fit,neq; breui tempore, ſed omnibus diebus,omnẽ ſuam vitã in hoc impendũt. Vidiſti malitiæ immanitatẽ? vidiſti quomodo dedita opera rem fecerunt, diligenter omnia mala operantes: & omnis ætas ad agendum malum ſua ſponte acceſſerit? Vnuſquiſq; inquit, neq; ætas intempeſtiua, & alioquin inexperta,malorũ expers erat: ſed ſtatim & ab incunabulis omnes malũ hoc præliũ certabant, contẽdentes vt malis operibus alter alterũ ſuperaret. Hic oro animo expende mirã huius iuſti Noë ſapientiã,qui in tãta malorũ conſpiratione malitiã effugere valuit,& nihil inde damni ſenſit: ſed quaſi ex alia natura conſtitutus, ſic forti animo præditus, & non aliunde adiutus, virtutis operationi deditus, & malam eorum cõſpirationem effugit, & à communi omnium perditione eſt exemptus. *Et animo retractauit*,inquit, *dominus deus,quòd* D *fecit hominem † de terra.* Vide iterũ verbum craſſum,& noſtræ paruitati idoneum. Animo retractauit, inquit, pro pœnituit, non ꝙ pœnituerit deus, abſit: ſed iuxta humanam cõſuetudinem loquitur nobis deus, vt nos doceat ꝙ enormia illorum peccata miſericordẽ deũ indignari fecerũt. Et animo retractauit,inquit, dominus deus ꝙ fecit hominẽ ſuper terrã. Non enim propter hoc ipſum produxi,inquit, vt tanta ruina lapſus, ſibiipſi perditionis fieret author. Nã hac de cauſa primum tãto honore eum inſigniui, & tantam eius curam me habere declaraui, vt virtuti vacans, alienus à perditione fieret. Quia autẽ miſericordia mea abuſus eſt,ſatius poſthac fuerit,malos eius conatus impedire. Et cogitauit,dixitq; dominus deus,inquit, Delebo hominẽ quẽ feci à facie terrę,ab homine vſq; ad pecꝰ,& à reptilibus vſque ad volatilia cœli: quia animo retractaui quòd feci † eum. Quæ mei officij erant, inquit,

† in terrã. † eos.

 omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia exhibui. Ex nihilo, vt esset, illũ produxi, naturæ illius scientiã faciendorũ & nõ faciendorũ indidi, liberum arbitriũ donaui. Ineffabili longanimitate vsus sum, & post longũ illud tẽpus, & post indignationẽ & minas quas dixi, & aliud præfiniui tẽpus, volens vt sua peccata illo sentiente, indignatio mea reuocaretur. Et quia etiã sic nihil lucrifacio, nec proficio, cogit necessitas vt minas opere cõpleã, & omnibus modis deleri illos faciã, & sicut malũ quoddã fermẽtum aboleã totum illorũ genus, vt ne posterioribus seculis peccandi authores & doctores fiãt. Et dixit dominꝰ deus: Delebo hominẽ quẽ feci, à facie terræ, ab homine vsq; ad pecus. Iã fortè dixerit aliquis: Quare cũ homo in malum declinauit, etiã bruta eandẽ pœnã sustinẽt? Num propter suũ ipsorũ vsum producta sunt bruta? propter hominem facta sunt. Hic igitur cũ à medio aufertur, quis illorũ vsus esset? idcirco & istã pœnã cõmunẽ ferunt, vt interim pœnæ grauitatẽ addiscatis. Et sicut ab initio cũ peccasset protoplastꝰ, terra maledictionẽ accepit: sic & nũc cũ abolẽdus esset homo, bruta quoq; cladis socia fiunt. Sicut etiã cum homo gratus fit deo, creatura quoq; humanæ felicitatis particeps est, quẽ-
Rom.8.d admodum beatus Paulus inquit: Et creatura hęc liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem filiorum gloriæ dei. Sic & nũc homine ob multitudinem peccatorum puniendo, & vniuersali perditioni tradendo, etiã iumenta & reptilia & volatilia cœli simul pereunt diluuio, quod totum orbẽ inuasurum erat. Et sicut in domo, quãdo is qui præest, in indignationem domini incidit, verisimile est cooperarios ei condolere: ita & hic quasi in domo hominibus pereũtibus, omnia quæ in domo, & quæ sub illius sunt dominio, necesse est in eandẽ pœnã incidant. *Et animo retractaui*, inquit, *quod feci illos*. Verbo hoc quantũ se nostrę humilitati attemperat? Num volebã, inquit, tanta illos pœna plecti? ipsi me peccatorum immanitate in tãtam inuexerunt indignationem. Cęterũ ne putemus omnimodam abolitionem humani generis fieri, stirpitúsq; naturã nostram eradicandam: sed discamus quantum malum sit peccatum, & quantum bonum virtus: & q; melior sit vnus faciens voluntatẽ domini, q̃ decem milia pręuaricatorũ, dicit: *Noe autem inuenit gratiam coram domino deo*. Tametsi multitudo omnis, inquit, in tantã malitiam exciderit, iustus tamẽ hic scintillã virtutis seruauit, dum his omnibus omni tẽpore loquitur, & dũ adhortatur vt à malitia desistant, simul se interim liberũ ab illorũ mœrore seruauit. Insuper sicut illi malis operibus misericordẽ deũ ad indignationem prouocauerunt: sic ipse virtute pollens, gratiã inuenit corã domino deo. Non est enim personarũ acceptor deus. Verũ & si in tanta multitudine inueniat hominẽ vnũ quę sibi placita sunt facientẽ, non despicit: sed sua illum dignatur cura, & tãto maiorẽ illius rationẽ habet, quãto cum tot, tantíq; sint, qui ad malũ eum trahũt, ipse cõstantius virtutis viã sectatur. Id scientes, ad id vnũ spectemus, quod ipsi placet, & efficit vt suã gratiã nobis conciliemus. Neq; hominũ amicitiæ, neq; cõsuetudini ita seruiamus, vt virtutis faciamus iacturam, sed dei lõganimitate, prout decet, vtamur: & dum adhuc tempus habemus, omnẽ deponentes ignauiam, virtutem amemus, peccatúmq; odio habeamus. Nisi enim & ad istã amore & desiderio quodã immensо nos contulerimus, & ignauiã valde oderimus: neq; huius damnũ effugere, neq; illã amplexari poterimus. Quod enim virtus opus habeat his qui eã concupiscũt, & eius desiderio exardescunt, De quo prophetã audi dicẽtem: *Psal.18.i* iudicia domini vera, iustificata in semetipso, desiderabilia super aurũ & lapidẽ preciosum multũ. Non q; nõ magis desiderabilia, sed quia apud nos nõ inueniũtur alia, quæ his materiis sunt preciosiora: propterea subdit, Dulciora super mel & fauũ. Et hic quoq;, quia nõ inuenit q; natura melle dulcius esset, hac similitudine vsus est. Igitur sicut hi qui in opibus colligendis insaniunt desiderio & concupiscentia quadã, in hoc incũbunt magno studio & conatu, & nunquam explentur: Auaritia enim insatiabilis ebrietas. Et sicut ebrij, quãto plus vini ingurgitant, tanto magis ad sitim inflammantur: sic & isti quoq; insaniam hanc indomitã nunquam sistere possunt, sed quanto magis suas opes augeri vident, tanto & concupiscentia magis flagrant. Neq; antea à pessimo appetitu hoc absistunt, donec in ipsum malitiæ profundum descenderint. Igitur si illi pernicioſam hanc concupiscentiam malorum omniũ causam cum tanta contentione curant: quanto iustius nos iudicia domini, quę super aurum sunt & argentũ, semper in mente nostra versare, nihilq; preciosius virtute ipsa existimare? sed exscindere ex animo nostro affectiones illas pestiferas omnes, & scire q; temporalis illa voluptas perpetuum părere solet dolorem, & fine carentia tormẽta. Ne decipiamus nosipsos, neq; putemus q; hic finẽ habituræ sint res nostræ: id quod sentiunt pleriq;, licet verbis non loquantur: quia credere se dicunt resurrectionem, & futuram retributionem. Sed ego nõ attendo verba, sed ea quæ quotidie fiunt. Nam si resurrectionem expectas & retributionem, quare ita præsentis vitæ gloriæ deditus es? Quare, dic mihi, quotidie crucias te, pecunias plures q̃ arena sit colligẽs, & agros & domos, & balnea emẽs, atq; hæc sæpe per rapinã & auaritiam corradendo? & illud prophetæ dictũ implendo: Væ qui coniungunt *Esa.5.b* domum ad domũ, & agrum agro copulant, vt vicino auferant aliquid. An non hęc quotidie videri possunt? Et ille quidẽ dicit: Huius domus obscurã & tenebrosam meã facit, & infinitos prætextus excogitat, vt eam rapiat. Alius autẽ raptum à paupere agrum, suo coniungit. Hoc autem multo maius & magis admirabile minúsq; venia dignũ, q; vnus vno eodémq; loco habitans & sedens, sępe aliò transire, neq; si vellet, valẽs, vel ob varias occupationes, vel corporis valetudine alligatus: vbiq; tamẽ & in omnibus ciuitatibus, vt ita dicam, monimenta suæ auaritiæ possidere, & immortales suæ malitiæ columnas statuere vult. Et peccata quidẽ, ex quibus omnia hæc collecta sunt, suo imponit capiti, ferensq; grauẽ ac ingestabilẽ molem nõ sentit. Aliis autẽ vsum qui ex his haberi potest, concedit non solùm post emigrationem ex hac vita, sed etiam antequam hinc egrediatur: Nam etiamsi non inuitus eis nudetur, à familiaribus dissipantur, & vt ita dicam, dilacerantur omnia hæc. Et neque ipse vel millesima eorum parte fruitur. Et quid dico fruitur? quomodo, cum illi non sit nisi vnus venter, sufficeret ad tot opum multitudinem absumendam? At malorum omnium causa est vana gloria: quia vult nomen suum imponi agris, balneis, & ædibus. Quæ tibi hinc vtilitas, homo, cum non multo post vbi febricula quapiam corripieris, anima subito euolans nudum & vacuum te faciet? Imò virtute quidem nudatum, vestitum autem iniustitia, rapinis, auaritia, gemitibus, eiulatibus, lachrymis orphanorum, insidiis, dolis: quomodo poteris grandes prementésque illas sarcinas peccatorum

rum ferens, per angustam hanc portã intrare, quæ capere nequit molẽ tantę magnitudinis? necessariũ itaq; foris manere, & oneribus illis grauatũ frustra pœnitere, cũ iam ante oculos parata videbis tormẽta, & ignẽ illũ terribilẽ ac nunquã extinguendũ, vermẽq; inconsumptibilẽ. Cæterũ si quã nostræ salutis habemus rationẽ, dũ adhuc tẽpus habemus, desistam⁹ à peccatis, sectemur virtutẽ, vanã gloriã despiciamus. Nã idcirco vana dicit, quia euanida est, & nihil habet stabile neq; firmũ: sed solũ est oculorũ deceptio, & priusquã appareat auolat. An nõ & videmus sæpe q; is quem hodie prędecũt lictores, & stipãt satellites, eras in carcerem cõiicitur, & cũ malefactoribus versatur? Quid hac vana & inani gloria fallacius? Quòd si in hac vita prędicti vicissitudinẽ hãc euadit, omnino mors veniẽs fœlicitatẽ resecabit. Et quẽ hodie in foro magna põpa comitabatur, & qui in carcerẽ cõiiciebat, & super thronũ residebat, & inflabatur, & homines alios quasi vmbras despiciebat, is subito postea iacebit mortuꝰ absq; spiritu, fœtulẽtus, petitus innumeris cõuiciis, & ab his quos pridẽ iniuria affecit, & quos nulla affecit iniuria, condolẽtibus tamẽ his qui ab isto iniuria affecti fuerunt. Quid hoc miserabilius fuerit? Itẽ collecta omnia sæpenumero inimici & hostes inter se partiũtur & distribuunt: peccata autẽ per quæ hæc coaceruata sunt, fecũ aufert, de quibus diligẽs & accurata ratio exigetur. Ideo obsecro, vt fugiẽtes vanam hanc gloriã, verã desideremus, & quę omnibꝰ duret seculis: & neq; opũ amor nos supplãtet, neq; concupiscentiæ flãma exurat, neq; liuor & inuidia corrumpant, neq; furor & ira nos incẽdant: sed has omnes malas & perniciosas affectiones rore spiritus extinguẽtes, despiciamus præsentia, desideremus futura. In memoria habeamus futurũ diẽ, magnaq; diligẽtia vitam instituamus. Neq; enim hac de causa in hanc vitã nati sumus, vt solũ comedamus & bibamus. Nõ vita est propter cibũ & potum, sed propter vitã cibus & potus. Ne ergo inuertamus ordinẽ, neq; sic vẽtri & carnis voluptatibus seruiamus, quasi eã ob causam facti simus: sed reputãtes dãnũ quod inde nascitur, castigemus motus carnis: ne simus segnes, ne permittamus illis vt aduersus animã insurgant. Nã si Paulus ille talis & tantus, qui quasi alatus per totum orbẽ transcurrebat, & corporalibus necessitatibus superior factus, & arcanorũ illorũ verborũ auditor, quæ vsq; in hunc diẽ alius audiuit nullꝰ,
1.Cor.9.d scribẽs dicebat: Castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo, ne fortè aliis prędicãs ipse reprobus inueniar. Si igitur ille, cui tanta contigit gratia, post tanta & talia opera, opus habebat vt castigaret, & in seruitutem redigeret, & subiiceret potestati & dominio animæ corporis lasciuias: castigat enim quis quod insurgit, & in seruitutẽ redigit quod fræna reiicit: quid dicemus nos, qui omnibus virtutibus destituti, omnibus peccatis onerati sumus: & præterea magnam ignauiam præ nobis ferimus? Num inducias habet hoc bellum? Nũ tempus aggrediendi dilatum? Omnes nos vigilare & sobrios esse oportet, & nunquam in securitate esse: quia non est præfinitum tempus quando nos aggressurus est hostis. Igitur semper nobis cura sit, semper soliciti simus de salute nostra, vt sic nunquam capiamur: & hostiles effugientes insidias, misericordiam à deo assequamur, gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi, cum quo patri, simul & sancto spiritui sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Tomus primus.

Noe autẽ inuenit gratiã coram domino deo. Iſtæ autem sunt generationes Noe. Noe homo iuſtus, perfectus exiſtens in generatione ſua: deo placuit Noe. Homilia XXIII.

VIdistis in his quę dicta sunt, quãta diuinę misericordiæ magnitudo, q̃ excellẽs lõganimitas? Vidistis hominũ qui tunc erãt, portentosam malitiã? didicistis quãta fuerit in media tãta multitudine iusti virtus, & q̃ nihil ei nocuerit vel illorũ in malũ conspiratio, vel q; solus in medio istorũ relictus lõgè diuersa incesserit via? Nam quasi gubernator aliquis, mẽtis clauũ magna vigilãtia arripiens, nauim suã ab irruentibus malitiæ procellis submergi nõ est passus: sed factus tẽpestate potẽtior, licet in alto iactatus, quasi in portu sederet, quatiebat mare, virtutis gubernaculũ dirigebat, & à diluuio totũ orbẽ deuastaturo se cripiebat. Tãta res est virtus, tã immortalis, tã inuicta, tã nihil cedẽs huius vitę varietatibꝰ: sed super malitiæ retia volitãs, quasi è sublimi specula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod aliis molestum est sentit. Et sicut is qui super excelsam petrã stat, fluctus ridet, quos videt ad petrã magno impetu disrumpi, & protinus in spumã solui: ita & virtuti vacans in securo cõstitutus loco, nihil insuaue fert à rebus turbulentis, sed tranquillus animo & quietus sedet, intelligitq; res huius vitæ nihil differre ab amnũ fluentis, tã rapido cursu transeũtibus. Nã sicut videre licet maris fluctus nunc quidẽ in altũ extolli, mox autẽ & deprimi: ita & videmus eos qui virtutem contẽnunt, & malitiã operãtur, nũc quidẽ sublime sapere, & supercilia surrigere, & huius vitæ curis intentos esse, subito verò ad extremã venire inopiã & abiectionẽ. Quos beat⁹ Dauid notãs, dicebat: Ne timueris cũ diues factus fuerit ho- *Psal.48.d*
mo, vel cũ multiplicatur gloria domus eius: quia cum mortuus fuerit, nõ sumet omnia hęc. Et bene dixit, Ne timueris. Ne te cõturbet, dicere vult, diuitis abundantia & celebris gloria. Videbis enim nõ multo post, humi iacentẽ, & operari valentem nihil, mortuũ cadauer vermibus in cibos obiectũ, nudũq; his omnibꝰ factũ. Omnino enim nihil horũ secũ auferre potest, sed hic relinquit omnia. Ne igitur anxius sis, cũ videris præsentia: neq; beatũ dicas eũ, qui post breue tẽpus ab his omnibus destituetur. Eiusmodi enim est præsens fœlicitas, & diuitiarũ natura, vt non cõmigrent vbi hinc fuerit abeundũ. Diuites enim his omnibus relictis, nudi hinc migrant, tantũ malitia vestiti, & peccatorum onerib⁹ inde collectis. At lõgè secus habet virtus, quæ hîc quoq; potẽtior est insidiatoribus, & planè inuictos facit suos, continuámq; præbet voluptatẽ, & ne sentire quidẽ sinit rerũ istarũ inęqualitatẽ: sed & hinc emigrantibus comitẽ se addit, & tunc potissimũ, cum eius subsidio egemus. Ad hæc in die illo terribili magnum nobis præstat auxiliũ, placans iudicem. Et sicut hic ab ingruẽtibus infortuniis, ita & in futuro se colẽtes à tormentis illis eripit. Neq; hoc solũ agit, sed & ineffabilia nobis bona, quibus fruamur, conciliat. Et vt scias hæc ita sese habere, neq; nos inuanũ & frustra ad blandiẽdum his verbis vti: tẽtabo nunc ex his quæ proposita sunt charitati vestrę id ostẽdere. Vide enim quomodo beatus ille, Noë dico, vniuerso hominũ genere aduersus semetipsum misericordiã domini ad iracundiam prouocante: ille inquã solus sua virtute potuit & indignationis periculũ effugere: & magnã dei gratiã sibi conciliare. Aut si placet, loquamur de his quæ in præsenti vita eueniũt. Sũt eñ fortassis aliqui parũ futuris & inuisibilibꝰ credẽtes. Videamus itaq; ex his quæ hic

Universidad de Deusto
Biblioteca

fiunt,qualia cõtingunt his qui in malitia ambulant,& qualia accipit qui virtutẽ sectat. Postquã enim bonus deus ob malitię nimietatẽ sententiã tulit,q̃ vniuersali perditione humanũ genus sit puniendũ, & dixit: Delebo hominẽ,quẽ feci à facie terræ.Et mõstrans indignationis suæ magnitudinẽ, nõ contra humanũ duntaxat genus sententiã protulit:sed & contra omnia iumenta & reptilia & volatilia. Perituris em̃ & submergẽdis hominibus,propter quos hæc facta sunt, dignũ vt & illa quoq; pœnæ consortio paria fierẽt. Igitur cũ sentẽtia nondum præfinita esset,qua alij ab aliis secernebãtur,vt discas,q̃ non sit personarũ acceptor deus, sed in corda nostra ingrediens nullũ despiciat,& si vel paruã quandã occasionẽ nos afferamus,ineffabilẽ suã declarat misericordiã, & vt ne totũ genus humanum abolendũ putemus:sed sciamus,q̃ ob suã bonitatẽ relinquat scintillã & radicẽ quandam saluã, vt iterũ humanũ genus in proceros extendi possit ramos. *Noe autem,*inquit,*inuenit gratiã coram domino deo.* Vide scripturæ diligentiã, quomodo ne syllabã quidẽ vnã inutilẽ cõtineat. Nam postquã nos docuit grauitatẽ peccati hominũ,& pœnæ magnitudinẽ malis inferẽdã:docet nos † q̃ etiã in tãta multitudine potuerit syneera seruari virtus.] Est enim virtus etiã per seipsam admirabilis. Quòd si vero quis illã in medio prohibentiũ colat,multo admirabiliorẽ se ostẽdit. Et propterea diuina scriptura quasi admirãdo iustũ dicit, q̃ in medio illorũ qui indignationẽ dei sensuri erant, Noë inuenerit gratiã coram domino deo.Inuenit gratiã,sed coram deo:nõ simpliciter inuenit gratiã, sed coram domino deo:vt nos doceat,q̃ vnũ ille habuerit scopũ vt ab illo oculo laudaret, qui dormitare sopiriq; nescit, nihilq; curauerit humanã gloriã vel ignominiã, vel irrisionẽ. Verisimile enim est,cũ præter morẽ omniũ virtutem coleret, eũ fuisse subsannatũ & irrisum à malis omnibus,qui cõsueuerant arguere suã fugientes malitiã, & virtutẽ amplexãtes:id quod & nunc sępe fieri solet.Et videmus multos qui risum & subsannationẽ ferre nequeunt,sed præferunt humanã gloriã verę & immortali,abstracti & allecti ab hominũ malitia.Animæ em̃ fortis & cõstantis est, posse obluctari his qui auellere moliũtur,& nihil facere vt hominibus placeat : sed oculum suũ intendere ad illũ insopitũ oculum, & ab eo solũ gloriã expectare , & istorũ gloriã despicere, nulliusq; pili facere humanam laudẽ vel cõuicia,sed pertransire vt vmbras & somnia. Iam hic sæpe multi non ferẽtes iniurias decẽ aut viginti hominũ vel etiã pauciorũ, supplantãtur & ruunt. Est enim cõfusio ducens in peccatũ. Neq; paruũ est despicere irridentes & opprobrantes & salibus incessentes:at iustus ille nõ tantũ decẽ & viginti & centũ homines , sed & omnẽ hominum naturã & tot myriades despexit.Verisimile enim omnes illos ridere,reprehẽdere,subsannare & debachari:& fortè etiã,si possibile fuisset,dilacerare voluisse.Sẽper enim cõtra virtutẽ insanit malitia. Atqui nõ solũ nihil illi nocet, sed & infestando fortiorẽ reddit. Tantũ enim virtutis robur,vt patiendo superet negociũ sibi faciẽtes,& cũ impugnatur, hostibus fiat potẽtior.Atq; id in multis videmus.Cęterũ vt vobis occasiones præbeamus: Da enim,inquit, sapienti occasionẽ,& sapientior erit:operępreciũ fuerit & ex veteri & ex noua vobis afferre exẽpla.Itaq; cogita, obsecro te: Abel nónne occisus est ab Cain?nónne in pauimentũ prostratus?Sed ne spectes q̃ præualuerit, occideritq; eum cui inuidebat,etiã innoxiũ,sed sequentia expen-

†de eo qui in tanta multitudine potuerit ſyneram ſeruare virtutem.

Eccli. 4.c

Prou. 9. b

Gen. 4.

de.Ecce occisus ille vsq; nunc prædicatur & coronatur,& tantũ tẽpus memoriã non obscurat. At qui occidebat & præualebat, etiã tunc vitã morte grauiorẽ sustinuit:& ex eo tẽpore vsq; in hodiernũ infamatur, & ab omnibus accusatur, cũ ille quotidie omniũ ore celebretur.Et hæc quidem in præsenti vita fiunt: quæ autẽ in futuro seculo cõtingent, quis sermo, quæ mẽs enarrare posset?Et scimus q̃ vos,vtpote intellectu pręditi,multa talia in scripturis cõtenta venemini. Nam illæ hac de causa in vestrã vtilitatẽ sunt scriptæ,vt hęc discentes,malitiã quidẽ fugiatis, virtutẽ autẽ colatis. Vis & in nouo idipsum videre?Audi beatũ Lucã istud ipsum de apostolis narrantem, qui flagellati à cõcilio discesserunt gaudentes, eo q̃ digni fuissent habiti qui pro nomine Christi ferrẽt ignominiã. Tametsi flagella non gaudij sint occasiones,sed tristitiæ & mœroris: nihilominus flagella propter deũ , & causa ,ppter quã flagellabãtur,gaudiũ eis pariebãt.At ij qui flagellarãt, in magna animi cõsternatione & hæsitatione nesciebant quid facerẽt.Audi enim illos quomodo post flagellationẽ animo fluctuent,& dicunt:Quid faciemus hominibus istis?Quid dicis?flagellastis, innumera mala subornastis,& adhuc dubitatis ? Tã fortis inuictáq; res est virtus,& dũ patitur affligẽtes vincit. Sed ne ,plixior fiat sermo,necessariũ vt iterũ ad iustũ nostrũ redeamus, & cũ stupore admiremur illius præstantiam, quomodo tantũ populũ ridentẽ, ludificantẽ, subsannantẽ,obiurgantẽ(iterũ enim cadẽ dico & dicere nõ cessabo) despicere & superare potuerit? Quomodo? Ego dico.Quia cõtinuo ad oculũ illũ,qui falli sopiriq; nequit,respexit,ad hunc suæ mentis oculũ direxit,atque postea hæc omnia quasi nõ essent curauit.Et profecto sic res habet, vt cũ quis hoc amore saucius fuerit,& in deũ desiderio suo tẽdit, nihil visibiliũ videat: sed continuò eũ quẽ desiderat imaginetur,& in nocte & in die & cubans & surgẽs.Ne igitur mirum tibi sit, si & iustus ille semel eò mente sua intenta,non curauit supplantare volentes.Nam adhibito studio suo,& diuinam gratiam nactus , his omnibus potentior factus est.Noë enim,inquit,inuenit gratiam coram domino deo.Tametsi omni hominum generi,quod tunc erat, non esset gratus neq; amabilis,eo q̃ nolebat eandẽ incedere viã, quã illi: fauit tamẽ illi is qui corda scrutat, qui & illius mentẽ approbauit. Et quid dãni, dic oro, hinc nascitur viro, q̃ ab hominibus subsannatur & irridetur:cum is qui finxit corda hominum,& intelligit omnia opera eorum,prædicat illũ & coronat? Et quæ vtilitas homini, si ipsum totus orbis admiretur & laudet:conditor autem omnium, & iudex qui decipi nequit,in die illo terribili condemnaturus sit? Itaque dilecti , cum hæc nobis comperta sint, nullius pensi faciamus hominum laudem,neq; ab illis celebrari quouis modo quæramus. Sed propter illum solũ, qui probat corda & renes,virtutis opera faciamus, & peccata fugiamus.Nam & Christus erudiens nos , vt ne captandis hominum laudibus inhiemus,post multa alia tandem & hoc intulit, dicens: Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines. Considera quomodo per Væ nobis declarat quotuplex illos pœna maneat. Væ enim lamenti nuncium verbum est. Vnde quasi miseros eos vocans , dicit : Væ vobis, quando benedixerint vobis omnes homines. Et vide quàm caute dictum. Non simpliciter dixit,homines: sed,omnes homines. Impossibile enim est , vt qui angustam & arctam virtutis viam ambulat , & mandata

Luc. 6. d.

Act. 5. g

Luc. 6. d

sequitur

sequitur Christi,ab omnib⁹ laudetur,& in admiratione sit.Est em̃ & illa excellẽs malitia,virtuti aduersari. Proinde dominus sciens q̃ impossibile sit , vt is qui virtutem diligenter exercet,& à se solo laudẽ vt accipiat præstolatur , ab omnibus hominibus laudetur, & bene audiat:miseros vocat eos, qui ,ppter humanã laudẽ virtutẽ negligũt.Nã celebrari ab omnib⁹ , maximũ fuerit argumentum non magnã haberi virtutis rationem.Quomodo enim ab omnibus ,pbari poterit vir bonus si vult iniuria affectos eripere ab his qui iniuria afficiunt?& iterũ si vult corrigere peccãtes , & laudare bene agentes?Nónne verisimile est, quòd ab aliis laudabitur,ab aliis verò audiet conuicia?Et propterea inquit : Væ vobis quando vobis benedixerint oẽs homines. Quomodo igitur nõ erit admiratione & laude dignus iustus ille , qui ea quæ Christus adueniens docuit,prius ipse à lege naturæ edoctus, deditissima opera adimpleuit,laudémq; humanã pervirtutẽ contemnẽdo,gratiã apud deũ inuenire studuit? Noë enim,inquit,inuenit gratiã corã domino deo. Cæterùm q̃ propter virtutes,quas habebat, inuenerit gratiã corã domino deo,narrauit nobis admirabilis ille propheta,spiritu sancto afflatus.Operæpreciũ itaque vt & sequentia discamus , & videamus quid de illo sentiat. *Istæ autem,* inquit, *sunt generationes Noe. Noe homo iustus perfectus in generatione sua,deo placuit Noe.* Rarus & nouus genealogiæ modus : nam vt scriptura dixit, Istæ sunt generationes Noë: & aures nostras spe quadã impleuit,quasi genealogiã illius narratura, & quis eius pater fuerit , & vnde genus duxerit: & quomodo in hanc vitã editus , & alia quæ mos est genealogias narrantibus recensere:relictis tamen illis omnibus, & aliorũ consuetudinẽ superans,inquit : Noë homo iustus,perfect⁹ in generatione sua,deo placuit Noë. Vidisti admirabilem genealogiam?Noë, inquit, homo: cõmune nomen pro laude iusti vsurpat. Nã cęteri ob carnales voluptates,quibus immersi erant, amiserant esse homines. Iste,inquit, in tãto populo hominis imaginẽ seruauit. Tunc enim homo est,quãdo virtutem colit. Neque enim speciem habere hominis , & oculos,& nares,& os,& genas,& cętera membra,hominẽ esse ostẽdũt.Hęc em̃ mẽbra sunt corporis.Hominẽ illũ dicimus,qui imaginẽ hominis saluã retinet. Quæ autẽ est imago hominis?Rationalem esse. Quid ergo?an non & illi fuerunt rationales?Verùm nõ hoc solũ fuerit hominẽ esse , sed & virtutibus esse deditũ, & vitia fugere , & illicitis affectionibus imperare, & mandatis dominicis obtemperare. Porrò vt discas morẽ esse scripturæ, q̃ vitiis studentes & virtutũ negligẽtes,hominũ nomine vocare non dignetur , audi deum loquentẽ ,sicut heri dicebamus: Nõ permanet spiritus meus in hominibus istis , eo quòd ipsi carnes sunt.Ego enim,dicerevult,substantiã ex carne & anima illis dedi:ipsi autẽ quasi sola carne circundati, ita virtutes animi negligunt, & solã carnem sectãtur. Vidisti quomodo ob malitiam carnẽ eos vocat , & non homines ? Et iterũ vbi processerimus, statim audietis terram eos nominari à diuina scriptura, eo quòd terrenis cogitationibus absumantur: dicit enim:Corrupta autem erat terra coram deo . Non de terra sensibili loquitur,sed inhabitatores terrã vocat. Alio autẽ loco,neque terram neq; carnem nominat :sed neque esse eos putat in præsenti hac vita , eo q̃ virtute careant. Audi enim prophetam clamantem & dicentem in media Hierosolymitanorum metropoli, vbi tot milia milium , & tot multitudines innumeræ. Veni,& nõ erat homo:vocaui,& nõ erat qui audiret. Non dicit, quia nõ aderãt , sed quia præsentes nihilo meliores erant q̃ si nõ fuissent præsentes.Et alio quoque loco:Discurrite & videte,si est vnus qui faciat iudicium & iustitiã,& propitius ero. Vidisti quomodo illũ solũ scriptura sancta hominẽ vocare solet,qui virtutẽ colit:cęteros autẽ neq; esse putat, sed aliquando vocat terrã,& aliquãdo carnẽ?Hac de causa genealogiã iusti narraturã se ,pmittens diuina scriptura, dicit: Noë homo.Hic em̃ solus homo,cæteri autẽ non homines,sed humanã gerentes formam , & ex hominibus in bestias mutati, malitia volũtatis generositatem naturæ amiserunt . Quod em̃ cùm in malũ declinant homines, & serui fiunt irrationaliũ affectionum,diuina scriptura imponat illis bestiarum nomina: audi vt quodã loco dicit: Equi , mulierũ amatores facti sunt. Vide quomodo ob immodicã salacitatem hanc cognominationẽ acceperunt. Alibi autẽ : Venenũ aspidum sub labiis eorum . vbi eius bestiæ dolum & fallaciam imitari eos docet. Canes q̃q; mutos alios vocat. Et iterum eos qui aures ad doctrinam obturant, vocat quasi aspides surdas,& obturantes aures suas.Et multa alia quis nomina inueniet imposita à diuina scriptura his qui in brutorum affectus per ignauiam transeuut.Et non in veteri solũ istud videre licet, sed & in noua lege. Audi enim Baptistam dicentem Iudæis: Progenies viperarum, quis vobis monstrauit vt à futura ira fugiatis ? Vidisti quomodo & hic dolum mentis illorũ,bestiæ nomine significauit ? Quid ergo miserabilius fuerit peccatoribus , qui & ipso hominis nomine priuantur , & propter hoc maioribus pœnis digni sunt, q̃ post acceptas à natura plurimas occasiones,ad benefaciendũ monentes,deserta ac prodita virtute vltro ad vitia transfugiunt? Itaque qui tunc erant, oẽs ea se hominis appellatione indignos præstabant: iustus autem ille in tanta virtutis sterilitate, tam excellenti virtute polluit , vt scriptura cùm cœpisset narrare viri genealogiã,dixerit:Noë homo. Est & alius iustus quidã , cui hoc nomen pro summo encomio cõtigit,& præ aliis omnibus hoc nomine prędicatur,vt sic virtus illius diligenter exponatur. Quis ille est?Beatus Iob,ille pugil pietatis,athleta orbis, qui solus incurabilia illa sustinuit,& acceptis innumeris à diabolo telis,vulnus nõ accepit:sed sicut adamas quidam omnes impetus ferre potuit,& à tantis fluctibus non solũ non est submersus,sed & præualuit,& acceptis in corpus suũ omnibus qui in mũdo doloribus, hac ratione multo clarior euasit. Nõ solũ em̃ nõ prostrauit illũ ingruentiũ dolorũ continuitas , sed & ad maiorẽ gratiarum actionẽ euocauit . Vnde in omnibus suã gratitudinem declarans , tempestiuè diabolo plagã dedit, quò ille intelligeret sese frustra moliri,& contra stimulum calcitrare.Hunc igitur sanctum,etiã antequam certaret,tantum laudauit misericors deus, & prædicans dixit diabolo: Animo tuo aduertisti famulum meum Iob,quòd non sit homo similis illi super terrã,homo inculpatus, iustus, verax,deũ colens, abstinẽs ab omni opere malo? Vidisti & hũc à cõmuni naturæ nomine prius prædicari ? Aduertisti , inquit, quòd non sit similis illi homo?Et similes vtique omnes sumus , sed non secundũ virtutẽ,sed secundũ formæ rationem. At hoc nõ est homo , sed quando abstinens à malitia,virtutẽ operatur. Vidisti quos diuina scriptura homines appellare solet? Quocirca &

Eſa. 50. a

Hier. 5. a

Act. 5. g

Hie. 5. c

Pſal. 13. b & 139. a Eſa. 56. d.

Pſal. 57. a

Matt. 3. b. & 12. c.

Iob. 1. b

ab initio,

ab initio, cùm vidisset deꝰ factū à se, dicebat: Faciamꝰ
A
hominem secundū imaginē nostrā & secundū similitudinem. hoc est, vt imperet & visibilibus omnibus & passionibus suis. Imperet, nō ferat imperiū. Itaq; quia amissa dignitate magis subditus est, & imperium fert potius quàm imperat: amisit & nomen q̃ sit homo, & brutorū in se nomina transtulit. Atque hac de causa nunc diuina scriptura virtutē illius cōmendare volēs, dicit: Istæ sunt generationes Noë: Noë homo iustus. Ecce & aliam maximā præconij specien, Iustus, hac appellatione omnē virtutē cōplectitur. Hoc eñ nomen, iustus, consueuimus dicere de his qui omnigenā exercent virtutē. Postea vt discas quomodo ad summum virtutis fastigiū peruenerit, id quod & tunc exigebatur à natura nostra, inquit: Iustus perfectus existens in generatione sua. Omnia, inquit, impleuit quęcunque facere cōuenit eum qui virtutē amplexatur.
B
Hic eñ est perfectus. Nihil enim intermisit, in nullo claudicauit. Nō in hoc bene faciebat, in illo verò peccabat: sed in omni virtute perfectus erat, qua tunc pollere illum congruebat. Pręterea vt ex tēpore quoque & ex collatione cum aliis illustriorē nobis iustū exhiberet, inquit: Perfectus in generatione sua, in tēpore illo, in generatione illa peruersa, quę adeo in malū declinauit, quæ neque vestigiū virtutis præ se ferre voluit. In illa igitur generatione, in illis tēporibus iustus ille non solū virtutem præ se tulit, sed & in tantū peruenit virtutis culmen, perfectus, & in omnibꝰ absolutus: Et id quod antè dixi, bene agere inter virtutis hostes, & inter eos qui virtutē prohibent, maius semper virtutis pondus testatur. Vnde hac ratione iustus ille maiores laudes nactus est. Neque hic finē laudādi illū facit diuina scriptura, sed adhuc virtutis illius ex-
C
cellentiā demonstrat, & q̃ diuino calculo ꝓbatus fuerit: quia postquā dixit, perfectus in generatione sua: addit, Deo placuit Noë. Tanta erat virtutis illius gloria, vt & à deo laudari ꝓmeruerit. Deo eñ, inquit, placuit Noë, vt scias q̃ approbatus fuerit à deo: placuit illi oculo qui falli non potest, per sua bona opera. Et illius sibi fauorē tantū conciliauit per bonę vitæ opera, vt eum non solū ab indignatione in omnes effundenda liberarit, sed & aliis præesse fecerit. Deo enim, inquit, placuit Noë. Quis hoc beatior fuerit, qui tantā præ se ferre potuit virtutē, vt dominū vniuersi habeat laudū suarū præconem? Hæc ab eo sunt facta, quæ quibusuis diuitiis, quauis abundantia, quauis gloria & potētia, quauis humana fœlicitate prętulerit quisquis mentem habet. Hæc regno magis desiderabilia fuerint ei qui deum syncero amore diligit. Verum enim
D
regnum istud est, posse nos optima vita propitium & clementem nobis facere deum. Vt enim gehennā timere nō debemus ꝓpter ignē illum inextinguibilē, & pœnas terribiles, & perpetuos cruciatus: sed quia offendimus tam bonū dominū, & ab illius gratia sumus alieni: ita & ad regnū nobis festinandum, nō nisi propter amorē in illū, vt eius gratia fruamur. Nam vt regno desiderabilius est, misericordem dominū nostrum beneuolū esse nobis: ita gehenna grauius, ab illius beneuolentia excidere. Vidistis quantæ nobis vtilitatis fuit argumētū appellatio iusti, & quantū sententiarū thesaurum peperit admirabilis huius viri genealogia? Sequamur igitur & nos diuinæ scripturę regulas, & aliquorū genealogiam enarrando, nō patres & auos & abauos in mediū afferamus, sed eius solum cuius est genealogia, virtutē detegamus. Hic* optimę genealogiæ mos est. Quæ enim vtilitas, ex claris & probis parentibus originem ducere, te autem bonæ vitæ esse expertem? Aut quod dānū fuerit, si parentes & progenitores fuerint ignobiles & obscuri, ipse autem virtutibus floreas? Quia & iustus ille talis fuit, & conciliauit sibi gratiā dei, non q̃ à talibus fuerit parentibus. Neq; enim ita eos cōmemorat scriptura, vt virtute nobiles. Nihilominus cum tanta essent obstacula, & à tantis impediretur, in tantum peruenire potuit fastigiū: vt discas q̃ eum qui vigilat & sobrius est, & suæ salutis curā agit, nihil est quod prohibeat. Nam sicut vbi negligentes cœperimus esse, etiam à rebus minimis offendimur: sic si voluerimꝰ sobrij esse, quāuis innumeri sint qui ad malitiā trahant, neutiquā nostrum studiū poterunt offendere: sicut neq; illum iustum, tametsi tot essent irridentes, segniorē in exercēda virtute facere potuerunt. Proinde nullus alium arguat, & in alios culpam transcribat, sed suæ ignauiæ totū imputet. Et quid dico in alios? Neq; diabolū ipsum quis tantum putet, vt prohibere quempiā possit quò minus in viā quæ ad virtutē ducit, eat. Supplātat quidē & decipit socordiores, non cogit autē, nec prohibet, id quod rerū experientia docet: q̃ nunc quidē, si volumus sapere, tantæ constantiæ specimem exhibemus, quòd neque si multi essent ad malitiæ viam nos inhortantes, eorū ferremus consilium: sed omni adamante firmiores, aures obturaremus tam praua consulentibus. At si negligentes fuerimus, etiā si nullus sit qui cōsulat vel supplantet, nostra spōte ad malitiam prosiliemus. Nam si hoc non esset situm in voluntate nostra, neque in potestate mentis, neq; deus sui iuris naturam nostrā fecisset: oportebat vel omnes malos esse qui naturæ nostræ participes sunt, & iisdē obnoxij sunt affectionibus, vel omnes bonos & virtute præditos. Cùm autē videmus congeneres nostros, & eisdē affectionibus obnoxios, non eadē quæ nos ferre: sed & valida ratione gubernare naturā, & inordinatos motus domare, & refrenare cōcupiscentias, imperare furori & iræ, fugare inuidiā, eliminare inuidentiā, cōtemnere rabiosam in conquirendis pecuniis cupiditatē, minorē gloriæ curā habere, ridere omnē præsentis vitæ fœlicitatē, aspirare ad verā gloriam, præponere visibilibus omnibus laudem quæ à deo est: nónne manifestū est q̃ illi per gratiā dei suo studio bene agere possunt, nos nostra ignauia nostrā amittimus salutē, & eius gratia nos spoliamus? Quapropter obsecro, vt hæc cogitātes, & in mente nostra continuò versantes, nunquā diabolū, sed nostrā leuē ignauiámq; mentem arguamus. Et hæc dico, nō quòd diabolum à suo crimine absoluere velim, Absit: vadit enim sicut leo vt rapiat, & rugiens, & quærens quem deuoret. Sed & vos cautiores reddere volui, vt ne existimemus carere nos culpa, siquidē tam facilè ad malitiam prorumpimus: & ne friuola illa dicamus verba, Quare deus dimisit illum, † cùm talis esset, malum fieri, & supplātari ac prosterni?] Sunt eñ hæc verba ingratitudinis summæ. Verùm tu hoc tecū cōsidera, quòd tales non propter hoc potissimū reliquit, vt timore cōpulsi, & inimici insidias expectantes, simus perpetuò sobrij & vigiles, laborémque virtutis imminuamus spe retributionum & expectatione ineffabilium illorum bonorum. Et quid miraris si ob hanc causam reliquit diabolum deus, cui tanta nostræ salutis cura, & qui ita nostram somnolentiam excutit, materiámque coronarum nobis paræparat: ipsam

* οὗτος

καὶ ἀορίστου γενεαλογίας ... interpres pro ἀόριστος. i. infinitus, legit ἄριστος id est, optimus.

1. Pet. 5. b.

†tale qui improbꝰ erat, ita vt supplātaret et prosterneret?

ipsam etiam gehennā ꝓpterea condidit, vt metus pœ-
A
næ, intolerabilisq; cruciatus ad regnū nos cogat? Vidisti mirè industriā domini misericordiā, quomodò omnia facit & tractat, vt nō solū eos qui ab se conditi sunt, saluet, sed & ineffabilibꝰ bonis ditet. Et propterea liberū arbitriū nobis datū est, & in natura consciētiáque nostra reposita scientia boni & mali, & diabolus vt esset permissus, & gehennā minatus est, non vt gehennam experiremur, neque regno priuaremur. Et quid miraris si ista oīa ꝓpter hæc facta sūt, & innumera alia? Qui in sinu patris est, formā serui suscipere voluit, & omnia alia sustinere quæ ad corpus pertinent: ex virgine nasci, nouem mensibus in vtero gestari, & panniculis inuolui, patrē suū putari Ioseph sponsum Mariæ, paulatim crescere, circūcidi, sacrificiū offerri, esurire, sitire, fatigari, & tādē etiā mortē sustinere: & mortē non vulgarē, sed eam quæ ignominiosissima
B
habebatur, crucē dico: & hæc omnia propter nos nostrámq; salutē suscepit omniū cōditor, qui inalterabilis, qui omnia ex nihilo vt esset ꝓduxit, qui respicit super terrā, & facit eam tremere: cuius gloriæ fulgurantem maiestatem neq; Cherubim, & incorporeæ illæ virtutes videre possunt: sed auersæ facies tegunt obiectis alis, quem semper laudant angeli & archangeli, & innumeræ myriades. Hic propter nos & propter nostrā salutem homo fieri voluit, & optimæ vitæ nobis viam parauit, per quam & ipse trāsiit, hac ipsa nostra natura assūpta. Quæ igitur posthac nobis erit excusatio, si cum tot adiuuant salutē nostrā, in rebus inutilibus nos occupamus; sola negligentia nostrā amittētes salutē? Proinde obsecro, vt sobrij sitis, & nō temere aliorū sequamini consuetudinē, sed vestrā ipsorum vitam quotidie diligenter excutiatis, videatis-
C
que quid peccatū, quídve rectè à nobis gestū sit: vt sic peccata nostra emēdemus, supernámq; nobis gratiā conciliemus, ac deo placeamus, exemplo iusti illius, & deniq; regnum assequamur cœlorū, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre spirítúque sancto sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet: corrupta autē erat terra coram deo, & repleta est terra iniustitia.

Homilia XXIIII.

Haud vulgarem vtilitatē heri nobis attulit iusti Noë genealogia. Nā & cognouimus mirabilem genealogiæ modū, & vidimus iustum laudari non à parentū claritudine, sed à suarum virtutū moribꝰ, ꝓpter quas & tantū accepit testimo-
D
niū à diuina scriptura. Noë enim, inquit, homo iustus, *perfectus in generatione sua: deo placuit Noë. Totū enim sermonē in verba hæc breuia insumpsimꝰ heri. Quandoquidē diuinorū eloquiorum natura in paucis verbis multas sententiarū affert diuitias, & inffabilem diligenter scrutari volentibus thesaurū largitur. Proinde obsecro, ne quid in sacris literis aut cōtemnatur, aut obiter prætereatur, etiam si nomina recenseantur, vel historiæ narrentur, reconditū inuestigemus thesaurum. Nā & Christus dicebat: scrutamini scripturas. Quia non vbique in superficie scripturæ, mens scripturæ inuenitur: sed opus est scrutinio, vt ne quod in profundo latet, nobis remaneat absconditū. Quòd si sola naturæ appellatio, hoc nomē, Homo dico, tantæ nobis vtilitatis argumentū heri fuit: quantū lucrū percipiemus, si attenta ac vigili mente singula adierimus? Etenim misericordem habemus dominū,

*τέλειος ὤν, perfectus existens, sic et in aliis locis vbi hic textus punitur accipe.

Ioan. 5. et 7. f.

A
& quando videt nos solicitos & magnū desideriū ad cognoscenda diuina eloquia habere, non permittit nos vlla re indigere: sed statim illustrat mentem nostrā, & suū fulgorem largitur, & pro sapientia illa sua mirè industria omnē verā doctrinā animæ nostræ inserit. Eapropter cùm nos ad istuc ipsum adhortaret, & alacriores faceret, beatitudinē decreuit iis quibus tale est desideriū, dicens: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quia ipsi saturabūtur. Vide sapientiā doctoris nō solū nos per beatitudinē hortatur, sed & dū dicit: Qui esuriūt & sitiūt iustitiā: docuit audiētes, quāta alacritate ad spiritualia eloquia inuestiganda ire congruat: dicere enim vult, Quemadmodū qui fame duce mira promptitudine ad cibos festinant, & qui ita sitiunt vt præ siti flagrent, ad potum magna cum alacritate accedunt: eodem modo ad spiritualē doctri-
B
nam, tanquā esurientes & sitientes accedere par est. Tales eñ non solum beatitudinibus digni, sed & quę cupiunt assequuntur. Etenim satiabuntur, inquit, hoc est explebuntur: explebunt suum spirituale desideriū. Igitur quia tam bonus, támq; liberalis dominus nobis est: age & nos ad ipsum confugiamus, & eius nobis gratiam cōciliemus, vt & ipse pro sua misericordia illustret nostrā mentē ad videndā diuinarū scripturarum virtutē. Et vos quoque multa alacritate spiritualem doctrinā quasi esurientes & sitientes suscipite. Fortè enim, fortè bonus & omnipotēs dominꝰ, etiā si nos humiles simus & abiecti, ꝓpter vos & vestrā vtilitatē suppeditabit nobis sermonē in apertione oris in gloriā suā, & in ædificationē vestram. Proiecta igitur cura nostra omni in deum, cuius gratiam expectamus, & inuocato eo qui & sapiētiā dat paruu-
C
lis, & illuminat cæcos, & expedite loqui cōcedit balbis, dudū lecta tractemus: vt quæ ipse pro sua misericordia nobis suppeditarit, charitati vestræ proponamus. Sed intenta obsecro adsitis mente, & diligenter iis quæ dicuntur attendite, omnésq; huius vitæ curas seponite, vt spirituale semen, quasi in pinguē agrum, exustis spinis & herbis, proiiciā. Istę autē, inquit, generationes Noë. Noë homo iustus, pefectus in generatione sua: deo placuit Noë. In iis nuper finē dicēdi faciebamꝰ, ideo sequētia in mediū proponenda sunt. *Genuit autē*, inquit, *Noe tres filios, Sem, Cham, Iaphet*. Non absq; causa diuina scriptura & tēpus & numerū nobis assignauit filiorum iusti: sed & hic nobis latēter insinuare vult excellentē multiplicémq; eius virtutē. Nā postquā superiꝰ dixit, q̃ Noë erat quingētorū annorum: tunc subdidit, Et genuit tres filios. Docēdo nos
D
summā cōtinentiæ illius magnitudinem tunc fuisse, cùm tantæ intemperantiæ dediti essent omnes homines, tantáq; salacitate omnes ætates, vt ita dicā, ad malum ruerent. Audistis enim scripturā dicentē: Vt autem vidit dominus quòd impletæ sunt malitiæ super terrā, & nullus non cogitaret mala diligenter in corde suo à iuuentute. Vbi manifestè declarat, q̃ & iuuenes vincebant prouectiores ætate, & senes non minꝰ q̃ iuuenes insaniebāt. Et ad malū multa procliuitate propensa erat ætas etiam malorū inexperta. Vt igitur discamus quo pacto iis omnibus tātam insaniā ac rabiem præ se ferentibus, iustus ille manserit solus continētiæ virtutē cum aliis strenuè seruans, donec ad quingētesimū annum peruenit: cùm dixisset, Erat Noë quingentorum annorum, tunc inquit: Et genuit Noë tres filios. Vidisti dilecte excellentem iusti temperantiam? Ne hoc ita perfunctoriè transeamus, sed & tem-

Matt. 5. a.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

& tẽpus illud expẽdamus,& malitiã quæ ſuper omne
hominũ genus ob eorũ deſidiã ſe extenderat, cõſide-
remus quantæ ſit virtutis & pietatis erga deũ, in tan-
tam tẽporis longitudinẽ concupiſcentiæ rabiem re-
frænare,viãq; lõgè ab aliis diuerſam ingredi: & non
ſolum ab illicito coitu ſe cohibere, ſed & à legitimo
& inculpato. *Et genuit*,inquit,*Noe tres filios: Sem, Cham,*
Iaphet. Corrupta autem erat terra coram deo,& repleta eſt ter-
ra iniuſtitia. Mihi videtur diuina diſpẽſatione factũ,ꝙ
iuſtus iſte etiã nunc à coitu abſtinet,& pueros iſtos ha
bet. Quia eñ ob malitiæ magnitudinẽ & excellentẽ
prauitatem generali diluuio totũ orbẽ deleturus erat
miſericors deus,quaſi radicẽ aliquã & fermentũ vo-
luit iuſtũ illum ſupereſſe, vt abolitis illis origo quædã
eſſet futurorũ. Huius gratia, cùm iam quingentorũ
eſſet annorũ,haberétq; filios iſtos tres, iſtis contentus
fuit: re ipſa declarans hoc ſe feciſſe, vt diuinæ in hu-
manũ genus miſericordiæ ſeruiret. Et quò ſcias hoc
non eſſe temeraria coniectura dictũ,cõſidera ſcriptu-
ræ diligentiã.Nam poſtquã dixit ꝙ iuſtus ille tres ha-
buerit filios:ſtatim ſubdidit,Corrupta eſt autem terra
corã deo,& impleta eſt terra iniuſtitia. Vidiſti in ea-
dem natura magnã & ineffabilẽ varietatẽ? De iuſto
eñ dicebat ſcriptura: Noë homo iuſtus, perfectus in
generatiõe ſua. De reliquis autẽ omnib⁹ inquit:Cor-
rupta eſt terra coram deo, & impleta eſt terra iniuſti-
tia. Nomine eñ terræ, hominũ multitudinẽ vocat,
eo ꝙ omnia eorum opera terreſtria erant: & idcirco
terræ nomine & eorũ vilitatẽ, & malitiæ excellentiã
ſignificat. Nã ſicut de protoplaſto, qui legẽ trãſgreſ-
ſus, gloriam qua tegebatur amiſit, mortiſque pœnæ
obnoxius factus fuit, dicebat:Terra es,& in terrã ab-
ibis:ita & hic,quia plurimum inualuerãt peccata, in-
quit,Corrupta autẽ erat terra. Neque ſimpliciter di-
cit,Corrupta autẽ erat terra:ſed,corã deo: & impleta
eſt terra iniuſtitia. Dicendo eñ, Corrupta eſt, omni-
genã illorũ malitiam emphaſi quadã dixit. Nõ enim
vnius vel duorũ peccatorũ tantũ rei erant,ſed omnes
iniquitates abſque modo cõmittebãt: ideo & ſubdit,
Et impleta eſt terra iniuſtitia. Non obiter, neque vul-
gariter malitiæ ſtudebant,ſed peccata quæq; feruen-
ti contentione agebant. Et vide quomodo illos poſt-
ea ne tenui quidẽ memoria dignãt, ſed nomine ter-
ræ vocat,ſimul indicãs & dei indignationem, & pec-
catorum grauitatem. Corrupta eſt autẽ terra, inquit,
corã deo: hoc eſt:ſecus quàm præceptum erat à deo
omnia faciebant, mandata dei conculcantes, & ma-
giſtrũ naturæ humanę inſitum amittentes. Et impleta
eſt terra,inquit,iniuſtitia. Vidiſti dilecte quantũ malũ
ſit peccatũ, quomodo homines facit vt ſuo nomine
vocari non ſint digni? Audi nũc quæ ſequũtur: *Et vi-*
dit dominus deus terrã,& erat corrupta. Vide iterũ quo-
modo eos terram vocet: & poſtea cum ſemel atque
iterum & tertiò nominauit terram, vt ne quis de ter-
ra ſenſibili eũ dixiſſe ſuſpicetur, inquit: Quia corru-
pit omnis caro viam ſuã ſuper terrã. Neq; nunc ho-
minis appellatione eos dignatur, ſed carnem vocat:
quo nos docere voluit,ꝙ non de terra hæc dicat, ſed
de hominibus carne amictis, & terreſtribus negociis
ſeſe totos impendentibus.Mos enim ſcripturæ eſt, vt
ſæpe charitati veſtræ dixi, carnalia ſapientes & nihil
ſublime cogitantes,carnis nomine appellare, ſicut &
Rom.8.b beatus Paulus inquit:Qui autẽ in carne ſunt, deo pla-
cere non poſſunt. Quid igitur? non fuit in carne & is
qui hæc dicebat? Non hoc dixit, ꝙ qui carne circũ-

A dati ſint,deo placere non poſſint:ſed de his qui nullã
virtutis rationem habent, & nihil niſi carnale ſapien-
tes,carnis voluptates ſectantur, nullámq; animæ in-
corporeę & ſpiritualis curã gerunt. Itaque quia dictis
iſtis diuina ſcriptura docuit nos peccatorũ multitu-
dinem, malitiæ incrudeſcentiam,indignationis diui-
næ magnitudinẽ, & ꝙ ob ſtudium malorũ operũ ſe-
mel atq; iterũ ac tertiò terrã eos qui tunc viuebãt no-
minanit,carníſq; nomine vocauit ſpoliatos cõmunis
naturæ vocabulo:nunc per ea quæ ſubdit, ineffabilẽ
dei miſericordiã & * dignationis eius excellẽtiã oſtẽ- *συγκαταβάσεως, demiſſionis, cõdeſcenſionẽ.
dit nobis. Quia conſequẽter iuſto huic ſicut amicus
amico cõmunicat, quam pœnam humano generi ſit
intentaturus,& dicit: *Tempus omnis hominis venit coram*
me. Quia impleta eſt terra iniuſtitia ex illis. Et eccè ego corrum-
po illos & terrã. Quid eſt, tẽpus omnis hominis venit
corã me? Magnã,inquit,oſtendi longanimitatẽ, ma-
B gnã tolerantiã,nolens hanc inferre pœnã, quã illatu-
rus ſum:ſed quia immodica peccatorũ illorũ multi-
tudo in hoc tempus eos adduxit,& finẽ iis imponere
oportet,excindiq; illorũ malitiã, ne vlterius progre-
diantur.Tempus enim,inquit, omnis hominis venit
coram me. Vide & hic, quomodo ſuperius dicebat,
Vnuſquiſque cogitat:ita & nũc omnis hominis.Om-
nes conſonant,omnes ad iniquitatẽ transfugerũt, in-
quit, & in tanta multitudine non inueniri poteſt ali-
quis, cui virtutis ſit cura. Tempus eñ, inquit, omnis
hominis venit corã me.Tempus,hoc eſt, aduenit tẽ-
pus quo ſecandũ erit,& ſerpigo vlceris cõpeſcenda.
Tẽpus omnis hominis venit coram me, quaſi nemo
videret, rationémque delictorum ab ipſis exactu-
rus eſſet, ſic ſeſe malis operibus mãciparunt, non co-
C gitantes ꝙ me nihil latere queat,qui vitam animám-
que & corpus dedi,tótque bona ſuppeditaui. Tẽpus
igitur omnis carnis venit corã me. Dein quaſi ſatisfa-
cturus,rationẽq; redditurus iuſto,mõſtrat ꝙ in tantã
ſe indignationem prouocarint homines peccatorum
nimietate,inquiens: Quia impleta eſt terra iniuſtitia
ex illis. Num prætermiſſum eſt aliquid, inquit, ab eis
ita ad peccatũ contendentibus? Tantã malitiæ ma-
gnitudinẽ videre licet,vt & affluat & exundet, totãq;
terrã impleat:ꝓpterea & ipſos corrũpo,& terrã. Ecce,
inquit, ego corrũpo illos & terrã. Quia priores ipſi
malis ſuis operibus ſeipſos corruperunt, idcirco ge-
neralem interitũ inducã,abolerique faciã & ipſos &
terram,vt purificationẽ accipiat terra,& à peccatorũ
maculis emundetur. Cogita nũc obſecro,qualẽ tunc
habuiſſe putas animam iuſtũ iſtũ, cùm hæc à domino
D audiret? Nã licet multatũ virtutum ſuarum conſcius
eſſet,non tamen abſque dolore quæ dicebantur ac-
cepit. Amicum enim & ad diligendũ propenſum eſt
iuſtorum genus, & pro aliorũ ſalute iuſti quæque fer-
re eligerent. Quomodo igitur eximius ille affectus
fuit,cùm mente ſua omnium interitũ & totius natu-
ræ abolitionẽ tractaret,& fortaſſis nec ſibi ipſi iucun-
dum quiddã polliceretur? Nondũ enim quidquã de
hac re comperti habebat. Vt igitur mente nõ turba-
retur,ſed paruam quandam conſolationem in tanta
mœroris magnitudine accipere poſſet, poſtquã do-
cuit eum malitię illorũ grauitatẽ,& quòd tempus vr-
geat exigens vt profunda ſectione incidantur, dicit
ei:Illi quidem communi perditione interibunt: *At*
tu fac tibiipſi arcam. Quid eſt, At tu? Quia non com-
municaſti eorum peccato, ſed omnem in virtuti-
bus vitam peregiſti: ideo tibi impero vt extruas ar-
cam

cam ex lignis quadratis incorruptis. *Manſiunculas per*
arcam facies,& glutinabis intrinſecus & extrinſecus eã bitu-
mine. Erit autẽ trecentorũ cubitorũ lõgitudo, & quinquaginta
latitudo,& triginta cubitorũ altitudo. Suprà contrahens facies
arcã,& in cubitũ conſummabis eius ſummitatẽ. Ianuã autẽ fa-
cies ab obliquis,cubiculis bicameratis & tricameratis facies eã.
συγκατάβασιν, demiſſionẽ vt prius. Cõſidera dignationẽ dei,& ineffabilẽ virtutẽ miſe-
ricordiámq; omnẽ rationẽ tranſcendentẽ.Simul de-
clarat & ſuã erga iuſtũ ꝓuidentiã,vt fabricet arcã illi
imperans:ordinánſq; interim modũ in quẽ conſtruẽ-
da,nempe in quã longitudinẽ, latitudinẽ & ſublimi-
tatem,& maximã ei conſolationem affert,ſpem ſalu-
tis per arcæ conſtructionẽ ſubſcribens. Volebat autẽ
illos quoque qui tam grauiter peccauerant, fabrica-
tione arcæ admoneri, vt ſecum cogitarent quæ feciſ-
ſent,reſipiſcẽdóq; indignationem non experirentur.
Neque eñ paruũ illis tempus denuo ad reſipiſcentiã
conceſſum,donec fabricaretur arca: ſed planè multũ
& ſufficiẽs fuiſſet,niſi adeo ingrati & ſtupidi fuiſſent,
ad erratorum emendationẽ. Veriſimile eñ,ꝙ quicũ-
que ex eis vidit iuſtũ qui fabricabat arcã, & cauſam
extructionis ſciſcitatus ſit, & poſtea cognouerit diui-
nam indignationẽ,inde ſi voluiſſet potuiſſet ad ſuo-
rũ peccatorũ agnitionẽ venire. Verum hæc illis nullã
vtilitatẽ attulerunt,non quia non potuerunt,ſed quia
noluerunt. Igitur poſtquã de conſtruenda arca iuſto
præcepit, communicat & narrat ei etiam pœnæ ſpe-
ciem,quam illaturus erat,& dicit: Tu quidẽ hanc pa-
ra,ſicut præcepi:ego autem vbi tu ædificiũ cõpleue-
ris,etiam ea quæ ad te attinẽt tuta faciã. *Ego autem*,in-
*ὕδωρ. i. aquã: per appoſitionẽ, ſi tamen recta ſit ſcriptura: vt etiã lego apud Septuag. quit, *inducã diluuium* * *aquæ ſuper terrã, vt corrũpat omnem*
carnem,in qua eſt ſpiritus vitæ, ſubter cœlum, & quæcunque
fuerint ſuper terram, conſumẽtur. Vide quomodo & per
minas oſtẽdit quàm grauia illi peccauerint,& inquit:
Etenim eandẽ pœnã inducam tam rationalibus, q̃
rationis expertibus. Quia enim à ſua dignitate, qua
brutis præfuerunt, excidẽre: dignum eſt vt inter illos
& iſta nulla ſit pœnarum differentia. Inducam enim
diluuium aquę,vt corrumpat omnem carnem in qua
eſt ſpiritus vitæ ſubter cœlum. Et iumenta, inquit, &
volatilia,& feras,& quadrupedia, & quæcunque ſub
cœlo ſunt, conſumentur. Et vt diſcas ꝙ nihil relin-
quatur,inquit:Et quæcunq; ſunt ſuper terrã cõſumẽ-
tur. Nam purificatione orbis opus habet, ſed hoc te
non cõturbet,neq; mentẽ tuã cõfundat. Nã quia vi-
deo vlcera eorũ incurabilia,ſiſtere volo malitię fluen-
ta,vt ne grauioribus pœnis obnoxios ſe faciãt. Idcir-
co etiã nunc pro ſua miſericordia cùm indignationẽ
bonitate temperat,talem pœnã infert quæ ſine dolo-
re ſit,& non ſentiatur. Neque eñ reſpiciens ad ea quę
peccauerant, vel quæ meruerant: ſed præuidens fu-
tura,& in hos congrua pœna animaduertere, & po-
ſteros ne ab his offendantur, liberare volo. Ne igitur
mœſtus ſis,néve turberis hæc audiens. Nam licet illi
dignam peccatis ſuis pœnã luẽt, ſed ſtatuã teſtamen-
tum meũ tecũ. Nam quia omnes priores indignos ſe-
ſe præſtiterunt, neq; de mandatis meis bene ſenſe-
runt,tecum poſthac ſtatuã teſtamẽtum meũ. Etenim
protoplaſtus poſt tot beneficia impoſturã paſſus,mã-
data mea tranſgreſſus eſt:& qui ex illo natus eſt, ipſe
in idem malitiæ ꝓfundum incidit, vnde & continuã
maledictionis pœnam accepit. Verùm neque illius
pœnis poſteriores emendatiores facti ſunt, ſed mala
ſua ita coaceruarunt,vt & genealogiã ipſorum repro-
barem. Sanè poſt hæc vt inueni Enoch, qui virtutis

A imaginem ſeruauit,quia valde mihi charus fuit, cum
viuum tranſtuli: monſtrans omnibus virutis cultori-
bus quantas mercedes & retributiones adipiſcantur.
volebam eñ vt cæteri illius imitatores fierent, ean-
démq; viam ingrederentur. Cæterùm quia aliis om-
nibus poſtea malitiam ſectantibus, te ſolum inueni in
tanta multitudine, qui primi parẽtis trãſgreſſionẽ re-
uocare poſſit, tecum ſtatuam teſtamentum meum.
Nã bonæ tuæ vitæ opera declarant fidelem te in ſuſ-
cipiẽdis mãdatis meis. Deniq; ne adhuc iuſtus hæc
audiens mœreat, quaſi ſolus ipſe liberandus ſit, iterũ
conſolatione eũ,vt dicitur,demulcens,dicit: *Ingredie-*
ris autẽ in arcam tu,& filij tui,& vxor tua, & vxores filiorũ
tuorum. Nã licet multũ à virtute iuſti illius abfuerint,
alieni tamẽ erãt à grauiorib⁹ ſui ſeculi peccatis. Alias
quoq; ob duas cauſas ſalute potiti ſunt. Vna,in hono-
rem iuſti. Conſuetudo eñ miſericordis dei eſt,hono-
B rem hunc dare ſeruis ſuis, vt propter eos ſaluentur &
alij. Id quod & beato Paulo conceſſum eſt, magiſtro
illi orbis,qui vſquequaque ſuæ doctrinę radios emit-
tebat. Quãdoquidẽ cùm ille Romã nauigaret,orta in Act.27.
mari tempeſtate magna, ita vt multi ſaluti ſuæ time-
rent, nullámq; bonã ſpem propter ꝓcellarũ magni-
tudinem haberent,vocatis omnibus dicit: Bono ani-
mo eſtote viri. Amiſſio enim animę nullius erit ex no-
bis,præterquã nauis. Aſtitit enim mihi nocte hac, dei
cuius ſum, angelus,dicẽs: Ne timeas Paule:dedit eñ
tibi deus omnes qui tecum nauigãt. Vidiſti quomodo
virtus viri ſalutẽ illis cõciliauit? imò non virtus tantũ,
ſed miſericordia domini. Ita ſimili modo & hoc loco
factũ eſt,& hæc prima cauſa eſt. Altera verò iſta: Vo-
lebat †ſemen] aliquod & radicem ad poſteritatis con- †fermẽtũ]
ſtitutionẽ relinquere:non ꝙ impoſſibile eſſet deo ite- ζύμην. i. μαζᾶ, cõſperſionẽ.
C rũ formare hominẽ, & ex vno generis iterũ augmẽ-
tum facere:ſed quia hoc ſuæ bonitati ꝓbabatur. At-
tende igitur dei bonitatem etiã per ea quæ ſequũtur.
Nam ſicut interminando pœnã, cũ hominũ genere
& iumẽta & reptilia & volatilia & feras peritura di-
xit:ita & hic propter iuſtum imperat,vt introducatur
in arcam ex vnoquoq; illorũ genere par vnũ, vt ſit ſe-
men & primitiæ multitudinis poſtea futuræ. *Et ex*
omnibus, inquit, *iumentis, & ex omnibus feris, & ex omni*
carne,bina ex omnibus induces in arcã, vt paſcas apud te, ma-
ſculus & fœmina erunt. Ex omnibus auibus volatilibus ſecũdũ
genus,& ex omnibus reptilibus repẽtibus ſuper terrã, ſecundũ
genus bina ex omnibus intrabũt ad te, vt paſcãtur apud temet-
ipſum,maſculus & fœmina. Ne obiter hæc prætereris
dilecte, cogita quãtũ pepererit iuſto curarũ tumultũ,
cogitanti apud ſe quantã hæc oĩa curã exigerẽt. Non
D eñ ſufficiebat ei cura mulieris & puerorũ,& nuruum,
ſed & ſolicitudo tot brutorũ & educatio annecteba-
tur. Verùm paulíſper expecta,videbíſq; dei bonitatẽ,
quomodo incumbentẽ iuſto curã exoneret. *Tu autẽ*
accipies,inquit, *tibi ipſi de omnibus cibis, de quibus comeditis,*
& congregabis apud teipſum,& erunt tibi & illis in cibũ. Ne
exiſtimes,inquit,deſtitutũ te mea prouidentia relin-
qui. Ecce eñ præcipio vt quæ veſtræ alimoniæ ſuffi-
ciunt,& quæ ad alenda bruta ſpectant, omnia in arcã
inferantur: ita vt nullã vel famem vel penuriã expe-
riamini,& nec bruta pereãt,vtpote cibum non habẽ-
tia ſibi conuenientẽ. *Et fecit*,inquit,*Noe omnia quæcun-*
que ſibi præcepit dominus deus, ſic fecit. Videas & hic enco-
mium amplũ. Fecit, inquit, omnia quæcunque præ-
cepit ei dominus deus. Nõ aliud quidem opere exe-
quebatur, aliud autem negligebat: ſed omnia quæ
præcepta

præcepta erāt,fecit.Et sic fecit vt præcepta erāt ei,nihil intermisit, sed omnia impleuit. Et operibus suis probauit ꝙ iustè beneuolētiā dei assequutus sit.Quātis nō coronis dignū fuerit testimoniū hoc, quo à diuina scriptura fruitur iustus ille? Quis hoc fuerit beatior, qui omnia opere compleuit quæ sibi à deo præcepta fuerunt, & tantā in iis quæ sibi imperata erant obedientiā declarauit? Et vt scias quanta ab omniū conditore prædicta sint, audi quæ sequūtur. *Et dixit,* inquit,*dominus deus ad Noe: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.* (Cap.VII.) Deinde vt sciamus ꝙ gratia non solū saluat iustū,sed & laborū retributiones dat, & virtutum præmia: dicit,Ideo tibi impero,vt tu & domus tua omnis in arcā ingrediamini:quia te vidi iustū corā me in generatione ista. Magnū & fide dignū testimonium. Quid enim hoc maius esset,cùm ipse conditor,& qui eum vt esset ꝓduxit,talia de iusto ꝓnunciat? Quia te vidi iustū,inquit,corā me. Vera hæc virtus est, quādo corā deo quis illam approbat, quādo oculus ille qui decipi nequit,suū fert calculū. Exin docēs nos misericors deus mensurā virtutis,quantā tūc ab iusto exigebat(nō enī eandē virtutis mensurā ab omnibus afferri vult,sed pro varietate tēporum & virtutes differentes requirit)dicit:Quia te vidi iustū coram me in generatione ista,quæ tam mala, quæ in tantā malitiā declinauit,quæ tantā ingratitudinē præ se fert. Te vidi iustū,te solum inueni gratū,te inueni virtutis rationem habere:tu solus corā me iustus apparuisti,omnibus aliis pereuntibus, te iubeo ingredi cum omni domo tua in arcā. Ex animalibus puris iubeo te introducere septena. Quia pri⁹ indistinctè præceperat,ex omnibus par vnū introduci: propter hoc nunc dicit. *Ex puris autem septena, ex impuris verò bina,masculū & fœminā.* Postea autē causam docēs subdit: *Vt seruetur semen super omnem terram.* Operæprecium autē hoc loco fuerit inquirere & videre,vnde sciebat iustus, quænā pura, vel impura? Nondū enim erat distinctio hæc facta, quā postea Moses Iudæis in legib⁹ suis statuit. Vnde ergo sciebat? à seipsóne,& ab insita naturę suę doctrina? num & ratio dictauit? Nihil enim immundū ex iis quæ deus fecit. Quo pacto enī immundā vocaremus vllam creaturam,quæ semel supernè à conditore approbata? Dixit enim diuina scriptura:Quia vidit deus omnia quæcunq; fecit, & ecce bona valde. Sed postea natura à seipsa ita diiudicauit. Et ꝙ hoc sit verū, cōsidera quomodo in nōnullis locis,ab aliquibus abstinent aliqui vt immundis & non probatis, aliqui illis ipsis vescuntur,cōsuetudine se ad hoc inducente: sic & tunc quoque erat. Ipsa sciētia iusto insita, docebat quænam ad cibū accōmoda, & quæ immunda, non quòd ita sint:sed ꝙ pro immundis habeātur. Qua de causa, dic oro,asinū immundū censemus,quanuis leguminib⁹ tantū pascatur, alia autē quadrupedia cibo conuenientia putenus,etiamsi immūdo alimento pascantur? Ita scientia à deo nobis suppeditata, horum est doctrix. Posset autem & aliter dici: Quia deus qui præceperat,idem etiā illorum cognitionem ei manifestam fecit. Cæterùm de mundis ac immundis satis dictum est. Verùm interim alia prospectat quæstio: quare ex immundis bina,ex mūdis autem septena: & hæc quoque quare nō vel sex, vel octo,sed septē paria. Fortassis prolixius sermo ille se extendit: sed si nō piget & vultis, breuibus de iis charitatē vestrā docebimus,ea scilicet quę nobis diuina gratia concesserit. Multi enim varias de iis fabulas narrāt, & hinc occasione sumpta,obseruationes numerorū ostentant. At nō obseruatio,sed intēpestiua hominū curiositas talia fingere molitur,vnde & multæ hæreses ortæ. Quod statim scietis: etenim frequenter (vt videamur quasi ex abundantia eos qui ex suis opinionibus noua afferunt,cōpescere) inuenimus in scripturis copulæ numerum seruatum:quippe quādo misit discipulos, binos eos misit. (Mar.6.a. Luc.10.a.) Ipsi autē omnes duodecim erāt,& Euāgelia quatuor numero. At superuacaneum fuerit hęc apud charitatem vestram cōmemorare, quæ satis didicit huiusmodi dictis obturare aures. Necessariū autē vt posthac doceamus quare septena ex puris introduci in arcam præceperit. Plura quidē præcepit ex mundis introduci,vt iustus,& qui cum illo erant,inde consolarētur,ex illis vsum habētes. Quòd autē septena,& hoc quoq;,si causam disceretis, summū indiciū est piæ mētis iusti. Nā quia cognouit misericors deus viri virtutem:& ꝙ vt iustus & tāta domini fretus misericordia, vbi tantæ tempestatis effugisset periculū, liberatúsque fuisset à periculo,suā gratitudinē declaraturus, & pro gratiarum actione hostias & sacrificia oblaturus esset, vt ne hoc faciendo mutilaret paria: ideo dominus præscius huius gratæ mentis, iubet septena introduci ex singulis auiū generibus,vt cùm cessaret vniuersalis interitus,& suā mentem declararet,& coniugia volatiliū, cæterorúmq; animalium non læderentur:id quod & ꝓcedente sermone discetis, vbi in eum locū peruenerimus. Videbitis enim iustū illū hæc fecisse. Didicistis causam ob quā septena introducere præceptū fuit? Ne posthac toleretis eos qui fabulari,aduersúsq; diuinam scripturam insurgere, & quæ ex suo capite finxerunt,introducere nitūtur. Igitur postquā omnia clarè mandata fuerunt, & de auibus,& de mundis, & de immundis, & de alimentis, dicit iusto: *Adhuc enim septem dies sunt,& ego induco pluuiā super terrā quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnē substantiā quam feci à facie terræ ab homine vsque ad iumentum.* Attēde obsecro,etiā ex iis quæ nūc dicta sunt bonitatis diuinæ excellētiā,quomodo post tantā longanimitatē etiam nunc ante septē dies prędicit:volens metu emendatiores illos reddere, & ad pœnitentiā reducere. Nā ꝙ ideo prædicit,ne ea quæ dicit,super eos inducat,cōsidera Niniuitas: & attende quāta horū & illorū distantia. Quia cùm tot annis audissent ꝙ ante fores esset interitus, neque sic à malitia sua cessarunt. Et cōsueuimus quidē negligentiores esse quando differtur & protrahitur punitio: At si vicini simus his quæ offendere possunt, tunc humiliamur,& plurimū ostentamus cōuersionē:id quod & in Niniuitis cōtigit. Quādoquidē vbi audierūt quòd adhuc* tres dies, & Niniue subuertitur: (Ionæ.3.b.) non solum non desperauerunt,sed & ad dictum hoc exurrexere, tantamque malorū fecerunt missionem, & tam diligentem confessionē declarauerūt,vt & ad bruta vsq; extēderent ea quæ attinebant ad pœnitentiā. Et quid hæc ad bruta,& sermone carentia? sed vt per hoc misericordiam boni domini sibi conciliarēt. Prædicato enim ieiunio, inquit, regis purpurati mandarunt vt neque oues neque boues, neque alia bruta pabulum vel aquam acciperent: sed omne hominū genus tunc saccis amictum, & ipse quoque rex sublimi throno sedens, magnam & parem cum aliis egere pœnitentiam:fecerúntque hęc,licèt ignorarēt an pœnā effugerent. Dicebant enim: Quis scit, si fortè pœniteat deus super* malitia, quam vt nobis faciat loquutus est?

* tres legūt Græci, Hebræi verò quadraginta.

* κακίᾳ, malitia, afflictione, noxa.

Vidisti barbarorū gratitudinē? vidisti quomodo neq; dierū angustia segniores fecit? Vide & illos post numerū tot annorū, vbi audiuerunt ꝙ adhuc septem dies & diluuiū inducitur, neq; sic conuersos. Vnde in confesso fuerit,quòd voluntas nostra malorū omniū causa est. Ecce enim & hi & isti fuerunt homines, & eiusdem cuius alij naturæ, sed non eiusdem voluntatis. Propterea nec idem eorum euētus, sed Niniuitæ subuersionem subterfugerunt, cùm bonus deus eorū cōtentus esset pœnitentia ꝓpter suam misericordiā: sed isti submersi,in communi abolitione perierunt. Adhuc enī,inquit,septē dies,& ego induco pluuiā super terrā. Deinde magis augere volēs terrorē, inquit: *Quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Quid? nō erat ei possibile vt vno die totam pluuiam induceret? Quid inquā vno die? Vno momento posset: sed hoc dedita opera facit, volens simul & timorem incutere,& occasionē præstare,qua possent pœnā quæ iam in foribus esset,effugere. *Et delebo,* inquit, *omnē substātiam quam feci,à facie terræ,ab homine vsque ad pecus.* Vide quomodo & semel & iterū prædicit, & neq; sic illos tāgit. Omnia autē hęc faciebat,vt nos doceret ꝙ iustè eis tantā pœnā inflixerit. Et nullus insipientiū arguere & dicere posset:Si lōganimior fuisset, fortè pœnitentiā egissent, fortè à peccatis abstitissent, & ad virtutem rediissent. Eáq; de causa annorū quoq; numerum manifestū nobis facit, & arcam fabricari iussit. Et post hæc omnia etiā ante dies septem prædicit, vt omniū temerè loquentiū imprudentes linguas compescat. *Et fecit,*inquit, *Noe omnia quæcunque mandauit ei dominus deus.* Vide quomodo & nunc prædicat iusti gratitudinē & obedientiam diuina scriptura:docens nos ꝙ nihil quod imperatum erat prætermiserit: sed omnibus impletis,etiā per hoc virtutis suæ specimen præbuerit. Illum igitur & nos imitemur iustum, & mandata à deo tradita implere studeamus, & leges à Christo nobis latas non despiciamus. Sonent autem cōtinuò in mēte nostra, festinemus ad bona opera, diligētes & studiosi simus in his quæ ad salutē nostrā pertinent, præsertim cùm nunc longè maior virtutis mēsura à nobis exigatur, quāto & meliora bona sortiti sumus. (Matt.5.c.) Ideo & Christus dicebat: Nisi abundantior fuerit iustitia vestra q̄ scribarum & pharisęorum, nō intrabitis in regnū cœlorū. Cōsideremus hoc dictum,& non perfunctoriè transeamus:sed cogitemus quanta pœna futura eorū,qui non solū non operā dāt vt illos transcendant, sed & deteriores ills sunt:neque hoc præstant vt irā remittant proximo, vel linguam à iuramentis seruent puram,vel oculū muniant à nociuo spectaculo. Et cum dominus præcipiat, non solum fortiter ferre si qua iniuria fuerimus affecti, sed & beneficia in inimicos largiter collocare. Ait enim, (Matt.5.f.) Et qui tecū iudicio contendere, & palliū tollere vult, dimitte & tunicā. Nos autem sæpe & ꝓximo iniuriā facere nitimur. Et quāuis nobis imperatū sit non solum diligentes diligere(nam hoc,inquit, & publicani faciunt) sed & bene & amicè affectos esse in eos qui nos hostiliter infestāt: nos tamen ne amicis quidem parem charitatem exhibemus. Eapropter doleo & lugeo, quia video in nobis tantā virtutis raritatem, malitiā autē quotidie inualescere. Neq; moratur gehennæ timor nostrum in mala cursum,neq; regni desideriū ādhortari sufficit, vt in via virtutis ambulem⁹. Sed omnes vt ita dicā, quasi oues erramus, & neque cogitamus terribilem illā horam, vel leges à dn̄o nobis datas. Sed omnes ad hominū opiniones spectamus, & gloriolam ab illis venamur, neque audimus Euangeliū dicens: Quomodo vos potestis credere, gloriā ab hominib⁹ accipientes, & gloriā quæ à solo deo est,nō quærentes? (Ioan.5.g.) Quemadmodū enī qui illam humanam desiderāt,diuina prorsus excidunt: ita qui diuinam sectantur cōtinuò, neque hac priuantur:id quod ipse prius ꝓmisit,Quęrite regnū cœlorū, & hęc omnia vobis adiiciētur. (Matt.6.d.) Etenim eum qui huius desiderio tenetur, sequuntur hæc omnia. Nam qui illuc mente sua celer volat,omnem pręsentem prosperitatem quasi non esset, contemnit. Oculi enī fidei,quando vident ineffabilia illa bona, ne sentiunt quidem hęc visibilia:tantū inter hęc & illa interest. Sed neminē video,qui inuisibilia visibilibus præferat. Idcirco mihi mœror est,& indesinens dolor cordi meo: quia nō experientia docti estis,& operibus. Neq; dei promissiones, neq; munerū magnitudo, regni desideriū & amorē nobis ingenerāt. Verùm adhuc humi reptātes prælegimus terrena cœlestibus,pręsentia futuris: & ea quæ prius auolant q̄ spectentur, his quæ omnibus durāt seculis: & momētaneā voluptatē,perpetuæ voluptati: breuē hanc præsentis vitæ felicitatē, æternis illis & fine carentibus bonis. Scio ꝙ aures vestras offendunt & vellicant verba hæc,sed ignoscite. Auidus vestræ salutis hæc loquor, malens vos hic aliquātisper affligi æternam pœnā effugientes, q̄ cum parua refocillatione perpetuā ferre pœnam. Nam si sermo meus in vobis ꝓficit, & priorem tristitiā repelletis,& nunc maximè dū adhuc sanctæ quadragesimæ tēpus vobis reliquū est pusillū,poteritis peccata abstergere, magnámq; à deo misericordiā vobis conciliare. Nō enī multis diebus opus habet dn̄s, neq; tēpore:sed si voluerimus,& in duab⁹ hebdomadis corrigere peccata nostra poterimus. Nam si Niniuitas trium dierū pœnitentiam agentes, tanta dignatus est misericordia, multo magis nos nō despiciet. Tantùm verè pœniteamus,& desistentes à peccato, viam quæ ad virtutē ducit,ingrediamur. Enimuero de illis, Niniuitas dico, scriptura†dicit, beatos eos prædicans: Quia]vidit deus ꝙ discessit vnusquisq; à via sua mala. (Ionæ.3.d.) Igitur si viderit,ꝙ & nos nunc virtuti iunxerimus, & à malo destiterimus, festinemúsq; ad bonorū operationem,approbabit & nostram conuersionē,& sarcinis peccatorū exoneratis sua largietur dona. Neque nos sic à peccatis liberi esse & saluari cupimus, sicut ipse cupit & adesse festinat, vt & ab illis liberos nos faciat, & salute potiri concedat. Eapropter obsecro, excitemus nostras mentes:sui quisque scrutator sit,an quid amplius à se præterito tempore cum laude gestū sit,vel quam vtilitatem habuerit ex cōtinua hac doctrina: vel quid quod proximo seruiat, fructuū collegerit,vel quæ à se prætermissa & negligentius gesta correxerit, vel quā promotionē melioris vitæ ex his nostris quotidianis acceperit admonitionibus, vel quid bonis suis operibus adiecerit. Nunquā enī quiescēdum est à bona hac operatione. At si quis viderit consuetudinē suā adhuc præualere,& se in iisdē perseuerare,cogat mentē suam suæ desidiæ rationē reddere:nec sinat progredi vlterius,sed ibi consuetudini finem imponat, moretur concitatum cursum, coërceat cogitationes,in mente reuoluat horrendum illū diem. † Cogitet quid horror ille pariat, & impetum]ignis inde resilientis, & conflagrantem vim, & qualem conueniat esse accedentis mentem. Ab omni macula,

† testatur dicēs] interpres pro μαρτυρεῖ legisse videtur μακαρίζει.

† Cogitet mēsæ huius horrēdæ sumptionē: & splēdorē]

Universidad de Deusto Biblioteca

vt scilicet de mensa corporis Christi sumẽdi hac intelligantur, vt quæ sub festũ paschæ dicerentur.

macula,ab omni labecula sit pura,& illicitarũ cogita-
tionũ assultus repellat,& familiaritatem subuertat: vt
sic interim diebus istis nosipsos queamus moderari,
ac vt quantum fieri potest, purificati, participes fieri
præsentis istius sumptionis & ineffabiliũ illorum bo-
norum quæ promisit diligentibus se,gratia & miseri-
cordia domini nostri Iesu Christi: cũ quo patri simul
& spiritui sancto sit gloria, imperium, honor nunc &
semper,& in secula seculorum, Amen.

Noe autem annorum erat sexcentorum,& diluuium aquæ factum est super terram.

Homilia XXV.

ARgumentũ de quo heri charitati vestræ dis-
serui, denuo attingam, & iusti Noë historiã
iterum in medium afferam. Magnæ eñ vir-
tutum iusti diuitiæ sunt, nostriq; officij est omnibus
pro nostra virili disquisitis,curare vt vestræ opes hinc
auctiores fiant. Cęterũ obsecro attenta mente adsitis,
vt ne sentẽtias quę hic latent,ignoretis. Operæpreciũ
autem fuerit,prius charitati vestræ cõmemorare,vbi-
nam heri docendi finẽ fecerimus, vt inde hodie ser-
mone repetito,dicẽda dictis rectè cõtexam⁹. Sic eñ
manifestiora nobis erunt etiã ea quæ nunc dicuntur.
Vbi ergo quæ docebamus heri,finem habuerũt? Di-
xit,inquit,dominus deus ad Noë:Ingredere tu,& om
nis domus tua in arcam:quia te vidi iustũ coram me
in generatione ista. Ex iumẽtis tuis mundis induc ad
te septena: & ex iumentis quæ non sunt munda,
bina. Adhuc enim septẽ dies,ego inducã pluuiã super
terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus,&
delebo omnẽ substantiam quam feci à facie terrę,ab
homine vsq; ad pecus. Et fecit Noë omnia quæ præ-
ceperat sibi dominus deus. Hucusque ꝓcedebat ser-
mo, hic docendi finem faciebamus. Fortassis & ipsi
meministis: † quam charitati vestræ causam reddide-
rimus]quare deus ex mundis septena, ex immundis
bina introduci iusserit. Age ergo hodie accedamus ad
ea quæ consequẽter lecta sunt,& videamus quid no-
bis diuina scriptura dicat post ingressum Noë in ar-
cam. Nunc eñ maximè, si vllo alio tẽpore, decet vt
amplius sit nostrũ studiũ,cùm ob ieiunij tẽpus & dul-
cissima vestra consuetudine magis fruimur,& à volu-
ptatibus voracitatéque liberamur, excitatisq; menti-
bus,dictis diligenter attendere possumus. Dicendum
igitur,vnde hodie lectio cœpta est. *Noe autem erat annorum sexcentorum*, inquit, *& diluuium aquæ factum est super terrã.* Attendite obsecro, & ne perfunctoriè di-
ctũ prætercurratis. Habent eñ latentes diuitias bre-
uia hæc verba. Quòd si mentẽ intẽderimus,licebit ex
istoc ipso misericordiæ domini excellentiã, malitiæ-
que hominũ qui tunc erant,abundantiã deprehẽde-
re. *Noe autem annorũ erat*,inquit,*sexcentorum*. Nõ absq;
causa annorum Noë numerũ nos docuit diuina scri-
ptura,neq; vt istuc ipsum discamus quot annorũ fue-
rit iustus:sed quia prius nos docuit scriptura, dicens:
Noë autẽ erat annorũ quingentorũ:& postquã nobis
annorũ manifestauit numerũ,tunc narrauit immodi-
cam hominũ in malũ ꝓpensionẽ. Et quia incũbebat
cogitatio hominũ diligenter in mala à iuuẽtute, ideo
dixit deus, Non † permanet spiritus meus in homini-
bus istis, eo quòd ipsi sint carnes: prænunciando eis
indignationis suę excellẽtiã. Deinde vt daret eis ido-
neum tempus quod sufficeret pœnitentiæ, vt effuge-
rent,& indignationẽ non experirentur, dicit: Erunt
autem dies eorum anni cẽtum & viginti:hoc est, ad-

† quando charitati vestræ causam reddidimus.]

† permanebit.

A huc longanimis ero etiã post quingentos illos annos,
in quibus iustus iste suo nomine satis omnes illos ad-
monebat & inducebat,si quidẽ attendere voluissent,
vt & à malitia desisterent,& virtuti vacarent. Verun-
tamen & nũc polliceor me annos centum viginti lõ-
ganimẽ futurũ,vt tempore hoc quod intercedet,non
abutantur,malitiã fugientes, & virtutẽ amplexantes.
Et non solum contentus fuit centũ & viginti annorũ
ꝓmissione,sed iusto præcepit vt arcã cõstrueret, quò
& ipse aspectus arcæ iis sufficientem memoriam sug-
gereret,& nullus ignoraret inferendæ pœnæ magni-
tudinem. Nam istuc ipsum,quòd iustus ille, & qui in
summum virtutis peruenerat fastigiũ, tãto studio ex-
struebat arcam: satis esse debebat ad iniiciẽdũ omni-
bus quibus mens erat,angorem & formidinẽ,& per-
suadendũ vt placent tam mansuetũ & misericordem
dominũ. Nam si barbari illi,Niniuitas dico,quos ite-
B rum in mediũ adducere operæpreciũ est, vt etiã hac
ratione magis demõstretur & horum excellens ma-
litia, & illorum ingens gratitudo. Etenim dñs noster
in die illo terribili, iudicij inquã, seruos & seruos in
mediũ producens, sic condemnationẽ facit, quando
monstrantur ij qui eadẽ bona sortiti erant, & eorun-
dem participes non eandem exercuerant virtutem.
Sæpe autem etiã ex inæqualibus comparationes fa-
cit,vt magis desides & peccatores condemnet. Qua-
propter & in Euangelio dicebat: Viri Niniuitæ resur-
gent in iudicio cum generatione hac, & condemna-
bunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatio-
ne Ionæ:& ecce plus quàm Ionas hic: quasi diceret,
barbari quorũ nulla cura est habita, qui prophetarũ
doctrinas non audierũt,qui signa non viderũt,qui mi-
C racula non spectarũt:sed auditis tantũ vnius hominis
in naufragio seruati verbis, quæ eos magnã despera-
tionem afferendo,consilij inopes facere poterant, ita
vt etiã contẽnerent quæ dicebantur: non solum non
despexerunt prophetæ verba, sed & in triũ dierũ an-
gustia deprehensi, tam diligentem & studiosam fe-
cere pœnitentiam, vt & sententiam domini reuoca-
rent. Illi igitur,inquit,condemnabunt generationem
hanc,cui tanta cura cõtigit,quæ ꝓphetarũ libris enu-
trita,quæ signa & miracula quotidie spectauit. Dein-
de vt & istorũ incredulitatis eminentiam ostenderet,
etiam illorum ineffabilem virtutẽ subdit:quia pœni-
tuerunt ad prædicationem Ionę,& ecce plus q̃ Ionas
hic. Niniuitæ quidẽ,inquit, viso abiecto homine Io-
na,& eius susceperũt prædicationẽ, & consummatã
fecerunt pœnitentiam. Isti autem videntes multo
D maiorem quàm Ionas erat, ipsúmque vniuersi do-
minum secum simul versantem,tantáque ac talia mi-
racula operantẽ,leprosos mundantẽ, mortuos susci-
tantẽ,cæcitates naturæ corrigentẽ, dæmones expel-
lentem, morbos curantẽ,potestate multa peccatorũ
remissionẽ præbentẽ:non illã quam barbari, decla-
rauerũt pœnitentiã. Verùm ad sermonis nostri con-
textum redeamus, vt videas quàm immodica istorũ
fuerit ingratitudo: & quòd Niniuitæ in triduum co-
artati, neque sic de salute sua desperarũt, sed ad pœ-
nitentiam accelerauerunt,& peccata abluerunt, mi-
sericordiáq; domini sese dignos exhibuerunt. Isti au-
tem,de quibus nunc sermo, tempus cẽtum & viginti
annorum ad pœnitentiã acceperant, neque aliquid
inde lucrifecerunt. Proinde dominus videns in mul-
tam illos excidisse malitiã, celerem ipsis inducit cor-
rectionem, abolétque & è medio tollit ꝓpeccandi fu-
rorem.

Matt.12. & Luc.11. d.

rorem. Propter hoc dicit: Noë autem erat annorum
sexcentorum,& diluuium aquæ factum est super ter-
ram. Iam didicimus ꝗ quando indignatio & prædi-
ctio domini facta est,Noë fuit annorũ quingẽtorum:
quando autem inductum est diluuium, sexcentorum:
ita intercesserunt anni inter prædictionem & diluuiũ,
centum: & in iis annis ne tantillum quidem profece-
runt,licèt tantopere docerentur à Noë arcam fabri-
cante. Iam si fortè quis quęrat: Quare cùm dixerit do
minus,centum viginti anni erunt dies eorum: promi-
seritq; se tanto tempore longanimitate vsurum, ante-
quam implerentur anni promissi,vniuersale introdu-
xit excidiũ? Etiã hoc suæ misericordiæ maximum est
argumentum & indicium. Nam quoniã vidit quoti-
die incurabiliter illos peccare: & non solum nihil ex
indicibili lõganimitate sua proficere: sed & incrude-
scere vlcera, propterea succidit tempus, vt ne maiori
scilicet pœnæ se obnoxios facerẽt. Et quæ (inquit ali-
quis) hac maior esset pœna? Est planè, est dilecte, pœ-
na & maior, & terribilior,& durãs: nẽpe quæ in futu-
ro seculo. Nam qui pœnam hic sustinent, & illic non
effugiunt, sed leuiorem sortiuntur ob eam quam hic
tulerunt, ij magnitudinem eorum quæ illic sunt tor-
mentorum minuunt. Audi enim Christum dicentem,
& miseram vocãtem Bethsaida: Væ tibi Chorozaim,
inquit, Væ tibi Bethsaida:quia si in Sodomis factæ es-
sent virtutes illæ quæ factæ sunt in vobis, olim in sac-
co & cinere pœnitẽtiam egissent. Idcirco dico vobis,
quia tolerabilius erit terræ Sodomorũ,& Gomorrhæ
in die iudicij, q̃ vobis. Vides dilecte, quomodo cùm
dicit,tolerabilius erit,ostendit ꝗ licèt tantam hic pœ-
nam dederint, & incẽdium illud nouum & rarum tu-
lerint,& alibi pœnam sustinebunt,veruntamen leuio-
rem, eo ꝗ prius hic tantam experti sint indignationẽ.
Vt igitur & ij peccata coaceruantes, maioribus se pœ
nis obnoxios non facerent,dominus misericors & be
nignus duritiã illorũ pœnitere nesciã videns, tempus
quo se longanimem futurũ promisit, abbreuiauit. Nã
sicut eis qui admonitionibus suis promptè parent, ob
bonitatẽ sibi peculiarẽ sententias suas reuocat,& † cõ-
uersis appropiat, ab imminentibus pœnis eos liberãs,
ita quoq; cùm promittit vel bona aliqua se præbitu-
rum,vel pœnitẽtiæ tempus, videt autẽ fieri indignos,
etiã tunc quoq; suas promissiones rescindit. Quocirca
& per prophetã dicebat: * Finem loquar super gẽtes,
& super regna, vt perdã & effodiã: & si pœnitentiam
egerint,agam & ego pœnitentiã super his quę loquu-
tus sum vt facerem. Et iterum,finem loquar super gẽ-
tes & regna,vt reædificem:& si peccauerint,pœniten-
tiam & ego agam super his quę loquutus sum vt face-
rem eis. Vidisti quomodo & à nobis occasiones acci-
pit tam misericordię,quam erga nos declarat,q̃ indi-
gnationis? Idcirco etiã nunc tẽpus resecat, cuius lon-
gitudine abutebantur. Beatus quoq; Paulus ad stupi-
dos illos,qui propter pœnitentiã, datã nobis salutem
non aduertunt,dicebat: An diuitias benignitatis eius,
& patientiæ & longanimitatis cõtemnis, ignorans ꝗ
benignitas dei ad pœnitentiam te prouocat:secũdum
autem duritiam tuam,& cor pœnitẽtiæ nescium,the-
saurizas tibimetipsi iram in die irę & reuelationis iusti
iudicij dei? Vidisti quomodo & eximius ille doctor
orbis clarè nos docuit,ꝗ qui lõganimitate dei ad pœ-
nitentiam nobis concessa abutuntur, maiori pœnæ &
supplicio semetipsos obnoxios faciũt? Et hac de cau-
sa etiam nunc misericors deus,quasi satisfacturus no-

Luc.10.c

† cõuersus

Hier.18.b

** τέλος. i. finẽ, vel denique, siue ad summam, aduerbialiter.*

Rom.2.a

A bis,rationẽq; reddens quare antequã promissum tem
pus impleretur,diluuiũ induxerit,annorũ iusti nume-
rũ ponit,& dicit: Noë autẽ erat annorũ sexcentorum.
Nã qui in cẽtũ annis cõuerti noluerint, quid amplius
proficerẽt ex annis viginti, quàm ꝗ plura adiicerent
peccata? Enimuero mõstrans ineffabilẽ suã misericor-
diam,& excellentẽ bonitatẽ: non refugit etiã ante se-
ptẽ dies,quin prædicet eis diluuiũ mox inducẽdum,
vt vel angustia tẽporis correpti,conuersionẽ aliquam
ostẽdãt. Et vide misericordiã domini,quomodo qua-
si bonus aliquis medicus,variis viis morbũ eorũ cura-
re tentat. Nam quoniã incurabilia eorũ erãt vulnera,
tã prolixũ eis tẽpus præscripsit, volens etiã si in tanto
tẽpore agnoscerent & resipiscerẽt,reuocare indigna-
tionis suæ sententiã. Sẽper enim mos suus est, quoniã
nostræ salutis curã agit,prædicere quas pœnas sit illa-
turus,ob hanc tantũ causam ne inferat, quas si inferre
B vellet,neutiquã diceret:sed studiosè prædicit,vt cùm
nos didicerimus,& timore emẽdatiores facti cõuer-
tamus ipsius indignationem, & sentẽtias irritas facia-
mus. Nihil enim est,quod ita illũ exhilaret, atq; con-
uersio nostra,& à peccato ad virtutem regressus. Ani-
maduerte igitur quomodo & istorũ valetudinẽ indu-
stria quadã curare nititur. Nã prius tantũ temporis ad
pœnitentiam dedit. Deiñ vbi vidit eos quasi insensati
essent,ita se gerere,nihilq; proficere tẽporis longitu-
dine,iam cũ in foribus ipsis esset,vt dicitur,diluuium,
iterũ prænunciat, nõ ante tres dies, sicut de Niniuitis
dicitur,sed ante septẽ. Et fidenter dixerim,excellentiã
misericordiæ domini nostri sciẽs,si vel in septem die-
bus iustã pœnitentiã agere voluissent,effugissent vtiq;
diluuij periculũ. Itaq; quoniam neq; productio tanti
C tẽporis,neq; coarctatio à malis eos abducere potuit,
induxit diluuium in sexcentesimo anno Noe. *Noe autem*,inquit,*sexcentorum annorum erat,& diluuium aquæ factum est super terram.* Vidistis dilecti quantæ nobis vtili-
tatis materia facta sit, cognoscere numerum annorũ
iusti, & quot annorum erat quando diluuium venit?
Age progrediamur ad ea quæ consequẽter dicuntur.
Nam vt cœpit diluuium,inquit: *Ingressus est autem Noe & filij eius,& vxor illius,& vxores filiorum illius in arcam, propter aquam diluuij:& ex volatilibus mundis,& ex iumentis,& ex reptilibus bina. Ex omnibus intrauerunt ad Noe in arcam,masculus & fœmina, sicut præceperat dominus Noe.* Nõ
absque causa addidit, Sicut mandauit dominus Noë:
sed vt iterum augeret laudem iusti,ꝗ omnia impleue-
rit sicut præceperat,& ꝗ nihil ex dictis prętermiserit.
Et factum est post dies septem, sicut promiserat, inquit, *dominus,& aqua diluuij facta est super terram * primo & sexcentesimo anno vitæ Noe,mense secũdo, vicesimo & septimo mensis.* Vide scripturæ diligentiam, quomodo nõ solum
nos docuit quo anno factum sit diluuium, sed & quo
mense & die. Et vt maiori narratione emendatiores
reddat posteros, terrorẽ quoq; factorum latius dicit:
In die isto rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractæ cœli apertæ sunt,& facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Vide quanta dicendi attem-
peratione vtitur etiam nũc sacra scriptura: omnia eñ
iuxta humanam consuetudinem loquitur: nõ ꝗ cata-
ractæ & fenestræ sint in cœlo, sed omnia per familia-
ria nobis verba loquitur,quasi diceret: Præcepit tan-
tum dominus,& statim aquarũ natura mandato con-
ditoris obediuit, & vt confluxit, totum orbem inun-
dauit. Iam ꝗ quadraginta diebus, & quadraginta no-
ctibus inductum est diluuium,& istuc ipsum bonitatis

** primo et sexcentesimo, in græco codice regiæ bibliothecæ nõ legitur, in bibliis tamẽ græcis Argẽtorati impressis habetur, primo & sexcentesimo, sed male additur primo, hoc enim scribitur post diluuiũ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximum ſpecimen eſt. Volebat enim propter magnam miſericordiam, etiam aliquos ex eis caſtigatos generalem hanc internecionem effugere, cùm ante oculos viderent proximos ſuos perire, & imminere ſibi communem interitum. Veriſimile enim eſt primo die bonam aliquam partem diluuio periiſſe, & ſecundo die accreuiſſe aliquid diluuij: & ſimiliter die tertio, & quarto, & reliquis. Atq; ita in quadraginta dies, & quadraginta noctes produxit, vt omnem defenſionis prætextum adimeret. Nam ſi voluiſſet ac imperaſſet, potuiſſet omnia in vno momẽto perdere diluuio, ſed pro ſua miſericordia tanta dierum productione vſus eſt. Deinde dicit: *In die illa intrauit Noe in arcã, & Sem, & Cham, & Iaphet, & vxor Noe, & tres vxores filiorum illius, & omnes beſtiæ ſecundum genus ſicut præceperat dominus deus Noe.* Quando, inquit, cœpit diluuium, ſecũdum præceptum domini, intrauit Noë in arcam cum filiis & vxore ſua, & vxoribus filiorum ſuorũ, & omnes beſtiæ ſecundum genus. *Et clauſit*, inquit, *dominus deus deforis eius arcam.* Animaduerte etiam hic verbi ad noſtram infirmitatem accommodationem. Clauſit dominus forinſecus illius arcam, vt doceat q; ſecurũ fecerit iuſtum. Quapropter adiecit, forinſecus, ita vt ne poſſet videre iuſtus generalem omnium interitum qui fiebat, vnde maiori dolore conficeretur. Nam ſi expendiſſet ſecum atrociſſimam illam tempeſtatẽ, deſcripſiſſétque in mente humani generis perditionem, communem brutorum omnium interitum, & hominum, & iumentorum, & ipſius terrę (vt ita dicam) abolitionem, mœſtitia correptus & valde turbatus fuiſſet. Bonorum enim virorum animę magnam compaſſionem habere ſolent, ſi quando vident puniri homines, etiam ſi mali ſint qui pereũt. Et inuenies omnes prophetas & iuſtos plurimum pro illis deo ſupplicare, ſicut patriarcha pro Sodomitis faciebat, ſicut & prophetæ continuò facere ſolebant. Etenim vnus quidẽ dicebat, Heu mihi domine, delebis tu reliquias Iſraël? Alius autem inquit: Facies homines ſicut piſces maris, non habentes ducem? Igitur quia alioquin iuſtus confundebatur mente, & turbabatur, vt non & ſpectaculi triſtis aſpectu magis cruciaretur, in arca illũ quaſi in carcere includit, vt ne oculis proſpiciens metuere inciperet. Veriſimile enim eſt, ſi vidiſſet inundationẽ tot aquarum, anxium futurum fuiſſe ne & ipſe aquis periret. Eius igitur curam gerens miſericors deus, nõ permiſit ipſum vel aquarum ſpectare ſæuitiam, vel videre hominum excidium, & communem orbis internecionem. Ego autem quando reputo mecum in arca iuſti huius vitam, obſtupeſco & miror, & iterum dei miſericordiæ totum adſcribo. Nam niſi illa cõfirmaſſet illius mẽtem, & difficilia leuia feciſſet, quomodo, dic oro, ferre potuiſſet? Erat enim ibi incluſus quaſi in carcere & cuſtodia. Et quomodo potuiſſet, dic, aduerſus tãtos fluctuum impetus obſiſtere? Homines enim qui in naui ſunt, & velo vtuntur, & gubernatorẽ ad clauum ſedentem vident, & ſua arte ventorum vi obſiſtentem, ſi quando fluctuum videt inſaniam, enecantur metu, & ſaluti ſuæ (vt dici ſolet) timent. Quid igitur, dicet aliquis de iuſto hoc qui quaſi in carcere (vt dixi) ſedens, hinc & inde circunferebatur, neque cœlum videre, neq; aliquò oculos vertere valens: ſed intus tenebatur, nihilq; prorſus videre poterat, quod conſolationem afferret? Et ij quidem qui in mari nauigant, etiam ſi exurgant alti fluctus, poſſunt ſubinde in cœlum ſuſpicere, & cacumina montium videre, & ciuitates magnas ſpectare, ſicque aliquantam conſolationem capere. Quòd ſi grauior & intolerabilior fuerit tempeſtas, vndecim vel paulò pluribus diebus, & poſt multas illas tempeſtates, & pericula in terram iecti, & paululum refecti, omnium illarum moleſtiarum obliuiſcuntur. Hic autem nihil tale, ſed anno toto nouum & rarum illum carcerem inhabitat, neque aërem reſpirare valens. Quomodo? vndequaque enim arca munita erat, quomodo ſubſtitit? quomodo durauit? dic mihi. Nam ſi ferrea & adamantina illis fuiſſent corpora, quomodo potuiſſent, qui neq; aëre fruebantur, neque vento, qui non minus quàm aër ad refocillanda corpora noſtra factus eſt: neque oculos paſcere poterant, aut cœli, aut terræ floribus pictæ ſpectaculo? Quomodo non excæcati oculi eorũ, qui tandiu ibi egerunt? Et ſi humanis rationibus hæc deprehendere volumus, & illud cogitandum vnde fluuialis & potabilis aquæ copiam habebant in arca viuentes. Et vt hæc præteream, quomodo potuit iuſtus ille cum filiis & vxoribus conuerſationem cum feris & aliis animalibus ferre? Quomodo tulit fœtorem? Quomodo tulit cohabitationem? Et quid dico? quomodo bruta ipſa potuerunt durare, & non perire in tanta temporis longitudine, quæ neque aërem attrahere valebant, neque moueri, ſed in vno loco coercebantur? Scitis enim clarè, quòd & noſtra & brutorum natura, etiam ſi aëre fruamur, aliiſque omnibus, continuò autem in vno loco ſimus incluſi, perit & corrumpitur. Vnde igitur potuit iuſtus cum omnibus qui in arca erant, tanto durare tempore? Non aliunde quàm ex ſuperna gratia, cui omnia ſunt poſſibilia. An non arcam hinc & inde moueri, & non ſubmergi à tanta aquarum vi, cùm nullus eſſet gubernator, ſuperne erat gratię? Non enim dicere potes, quòd fuerit ad modum nauis, vt arte quadam illius iter dirigi potuerit. Arca erat vndequaque munita: & propter præceptum conditoris, non ſolum eam lædere non potuit aquarum impetus, ſed & ſublimior illis facta, inhabitantes admodum ſecuros fecit. Quando enim deus operatur aliquid, dilecte, noli humana ratiocinatione exquirere quæ fiunt: tranſcendunt enim mentem noſtram, & nunquam poteſt humana cogitatio attingere & comprehendere eorum quæ à deo condita ſunt rationem. Proinde par eſt, nos audientes quod deus imperauit, obedire & credere iis quæ ab illo dicuntur. Nam cùm conditor ſit naturæ, omnia componit & transformat prout ſibi videtur. Et clauſit dominus deus forinſecus illius arcã. Magna huius iuſti virtus fuit, & fidei excellentia. Illa ipſa enim arcam fabricari fecit, & cohabitationem æquo animo ferre, coarctationémq; ſuſtinere, & cõuerſationem cum feris reliquiſq; brutis animalibus. Hinc eſt quòd & beatus Paulus eius mentione facta prædicans illum, clamabat, dicens: Per fidem oraculo admonitus Noë [ea quæ nondum videbãtur] veritus, apparauit arcam ad ſalutem domus ſuæ, per quam condemnauit mundum, & eius quę ſecũdum fidem eſt, iuſtitiæ factus eſt hæres. Vidiſti quomodo fides in deum, quaſi ſecura quędam ancora, fecit vt arcam fieri curaret, & inhabitationẽ ſuſtineret? Nam hæc illi & ſalutis fuit occaſio, per quam, inquit, condemnauit mundum, & eius quæ ſecundum fidem eſt, iuſtitiæ factus eſt hæres: nõ quòd ipſe fuerit iudex, ſed comparationis gratia, cõdemnationẽ dominus inducit. Cùm enim eadem habuerint quę iuſtus, non tamen eandem veritatis viam ingreſſi ſunt,

Gen. 18. c. d
Eccl. 9. d
Habac. 1. d.
Heb. 11. d
† *de his quæ nondum videbãtur.*

ſunt, per fidem qua prędicus fuit, cõdemnauit eos qui tantæ fuerũt incredulitatis, vt prædictioni non crederent. Ego autem ſupra omnia virtutem iuſti admiror, dominiq; bonitatẽ & ineffabilem miſericordiã, quãdo conſidero, quomodo potuerit verſari in medio beſtiarum, leonũ dico, & pardorum, & aliarum immitiũ ferarũ. Recordare hic dilecte, obſecro, quantæ dignitatis fuerit protoplaſtus ante inobediẽtiam: & dei bonitatem animo obſerua. Poſteaquã enim pręuaricatio hãc poteſtatẽ nobis datã muſilauerat & imminuerat, inuenit autẽ bonus deus aliũ virũ, qui potuit innouare imaginẽ priſtinam, & ſeruare virtutis characteres, magnãmq; in mãdatis dei obedientiã præ ſe tulit, ad primum ſuũ honorẽ iterũ reducit, quaſi docens nos operibus, quantã poteſtatẽ Adã ante inobedientiã habuerit. Virtus itaq; iuſti, diuina miſericordia adiuta, primũ reparauit dominiũ, agnouerũntq; beſtiæ iterũ ſubiectionẽ. Cũ enim illæ viderint iuſtũ, obliuiſcuntur naturæ ſuæ: imò nõ naturæ, ſed ferociæ, & naturę inſitam ferociã in manſuetudinem conuertũt. Et vide interim quid & Danieli euenerit. Hic enim cũ à leonibus circũdaretur, quaſi ab ouibus ſtiparetur, ſic intrepidè viuebat. Quandoquidẽ iuſti fiducia ferarũ naturã frænabat, nec ſinebat vt agerent ea quæ feræ ſolẽt. Simili modo etiã egregius ille magna facilitate ferarũ ferebat conuictũ, & neq; loci anguſtia, neque tẽporis productio, neq; q. ſic incluſus erat, & aërem reſpirare nõ poſſet, moroſum & difficilẽ reddebant: ſed ob fidẽ in deũ omnia ipſi facilia videbantur. Et ſic verſabatur in graui illo carcere, ſicut nos in pratis & lucis. Præceptũ eñ domini, difficilia, facilia ſibi videri faciebat. Talis enim iuſtorũ mos eſt, vt quando aliquid propter deũ ferunt, non res ipſas quę fiunt ſpectent, ſed cauſam ſecum expendẽtes, facilè omnia ferant. Quandoquidẽ & Paulus, gentiũ doctor, vincula, ad tribunalia abductiones, quotidiana pericula, multas illas & intolerabiles afflictiones, leues vocabat: non q. natura tales eſſent, ſed quia cauſa propter quã fiebant, talem ei ſententiam ingenerabat, vt neq; aduerteret ſi quæ grauia talia obuenirent. Audi enim illũ dicentem: Nam momẽtanea leuitas afflictionis noſtræ, mirè ſupra modũ, æternũ pondus gloriæ parit nobis. Expectatio, inquit, gloriæ quam aſſequemur, & perpetuæ illius felicitatis, leuiter nos facit ferre continuas illas afflictiones, leuéſq; eas haberi. Vidiſti quomodo amor in deũ gravitatem moleſtiarũ imminuit, neq; ſentiri ſinit, cũ nos inuaſerint? Sanè ob hoc & beatus ille omnia ſuauiter ferebat, vt pote qui fide & ſpe in deum paſcebatur. *Et clauſit*, inquit, *dominus deus deforis illius arcam, & factum eſt diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ſuper terram. & ſuperferebatur arca.* Attende iterum quomodo narratione augeat terrorẽ, & aggrauet factum. *Factum eſt enim*, inquit, *diluuium quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & multiplicata eſt aqua, & eleuauit arcam, & exaltata eſt à terra: & inualuit aqua, & multiplicata eſt valde ſuper terram, & ſuperferebatur arca ſuper aquam: aqua autem inualeſcebat valde ſuper terram.* Vide quomodo diligẽter narrat magnam aquarum vim, & quotidianum ſæuitiæ illarum incrementum. *Inualeſcebat enim aqua*, inquit, *valde valde: & occupauit omnes montes excelſos, qui erãt ſub cœlo. Quindecim cubitis in ſublime exaltata eſt aqua, & operuit omnes montes.* Meritò ordinauit deus claudi arcam, vt ne videret iuſtus quæ fiebant. Nam ſi nos poſt tot annorum numerum, & poſt tot ſecula, audientes duntaxat ſcripturæ narrationẽ, metu & ſtupore corripimur: quid veriſimile eſt iuſtũ illum fuiſſe paſſurum, ſi quidem oculis vidiſſet intolerabilẽ illam abyſſum? Quomodo enim potuiſſet vel ad breue tẽpus reſiſtere? an nõ ſtatim primo aſpectu defeciſſet anima illius tota, & tam graue ac moleſtũ ſpectáculum ferre vltrà non potuiſſet? Cogita hic dilecte, quomodo nũc cùm paruus imber ingruit, in angore ſumus, & de vniuerſo, déq; ipſa quodãmodo vita deſperamus. Quid igitur veriſimile erat, iuſtum illũ tunc fuiſſe paſſurum, ſi ad tãtã ſublimitatẽ vidiſſet exaltatas aquas? Super mõtes enim, inquit, quindecim cubitis exaltata eſt aqua. Recordare igitur hic dilecte, quę à domino dicta fuerint, quando dicebat: Non permanet ſpiritus meus in hominibus iſtis, eò q. ipſi ſunt carnes. Et iterũ: Corrupta eſt terra, & impleta eſt terra iniuſtitia. Et vidit dominus terrã, & erat corrupta: quia corruperat omnis caro viam ſuã. Itaq; quia plenus erat malitia, purificatione orbis indigebat, & opus erat ab eo omnem maculã ablui, & omne fermentũ prioris malitiæ ſuſtolli, & neque veſtigiũ malitiæ relinqui, & quaſi reelementationem quandã fieri. Et ſicut bonus artifex ſi quando videt vas aliquod inueteratũ à rubigine quaſi conſumi, iniecto eo in ignem, facit vt quicquid habet rubiginis deponat, & transformans in priſtinũ decorem reducat: Ita & dominus noſter totũ orbẽ hoc diluuio purgauit, & à malitia hominum (vt ita dicam) & à coinquinatione & corruptione multa liberauit, & denuo eius clara reſtituta facie, pulchriorem fecit, ita vt non permiſerit vel veſtigiũ prioris deformitatis relinqui.

Exaltata eſt, inquit, *ſuper montes quindecim cubitis aqua.* Non abs re narrat hæc ſcriptura, ſed vt diſcamus q. non ſolùm homines & iumẽta, & quadrupedia, & reptilia ſubmerſa ſint, ſed & volucres cœli, & quæcunq; in mõtibus degunt, feras dico, & alia bruta animalia. Et idcirco dicit: Exaltata eſt ſuper montes quindecim cubitis aqua: vt diſcamus ſententiam domini opere impletam. dixerat enim: Adhuc ſeptem dies, & inducam diluuium ſuper terram, & delebo omnem ſubſtãtiam quam feci à facie terræ, ab homine vſque ad pecus, à reptilibus vſque ad volatilia cœli. Hæc nobis à ſcriptura narrantur, non vt tantùm ſciamus in quantã altitudinem aquæ peruenerint: ſed vt ſimul videamus nullum omnino animal, vel feram, vel iumentum relictum eſſe, ſed omnia cum humano genere deleta. Quoniam propter ipſum omnia producta erant, vnde abolendo eo, merito & hæc abolenda erant. Poſtea vbi docuit nos in quãtam altitudinem ſublimata fuerit aquarum natura, nempe q. tranſcenderit alta montium cacumina quindecim cubitis, ſolitam ſuam diligentiam ſeruans dicit: *Et mortua eſt omnis caro, quæ mouebatur ſuper terram, volatilium & iumentorum, & ferarum, & omne reptile quod mouebatur ſuper terram: & omnis homo, & omnia quæcunque habent ſpiritum vitæ, & quicunque erat ſuper aridam, mortuus eſt.* Neque hoc ſimpliciter & abſque cauſa dixit: Et omnis qui erat ſuper aridam, ſed vt te doceat q. omnes quidem perierint, iuſtus autem ſolus cum omnibus iis qui in arca erant ſeruatus ſit. Nam iſti (iuxta mandatum domini) relicta arida, arcam conſcenderant. *Et deleuit omne ſurgens quod erat ſuper faciem omnis terræ, ab homine vſque ad pecus, & reptilia, & volatilia cœli, & deleta ſunt de terra.* Vide quomodo & ſemel, & iterum atque ſępius communem omnium interitum docet factum, & nihil quod erat effugit: ſed ſub aquis ſuffocatum eſt omne tam hominum quàm brutorum genus. *Et relictus eſt*, inquit, *ſolus Noe, & qui cum*

2. Cor. 4. d.

Universidad de Deusto Biblioteca

cum illo in arca. Et exaltata eſt aqua ſuper terram, cẽtum quinquaginta diebus. Tot diebus manſit ſublimis illa aquarum altitudo. Iterum etiam hic cogita iuſti magnanimitatem,& excellẽtem fortitudinem. Quid non paſſus eſt animo concipiens,ac videns(vt dicitur) mentẽ corpora hominum & iumentorum, mũdorum & immundorum,communem mortem ſuſtinẽtia, & ſimul commiſta,nullúmq; in omnibus diſcrimen? Præterea quid paſſus eſt,quãdo apud ſe recogitabat ſolitudinẽ, vaſtitatem,vitã illam doloribus plenam, omni ſolatio vndequaq; deſtitutam,neq; colloquio,neque aſpectu iucundã: & ignorabat quanto tempore ferẽda in illo carcere cõuerſatio?Sic enim ſtrepitus aquarũ,& æſtus timorẽ in illo quotidie creſcentem generabãt. Quid enim iucundi ſuſpicari ipſe poterat,qui videbat centũ quinquaginta dies aquas in eadẽ quantitate manentes,& in altum eleuatas,& non ſubſidere? Verũtamen ferebat fortiter,ſciens domini omnipotentiã,& ꝙ ipſe conditor naturę omnia facit,&trãsformat prout vult. Neq; ægrè tulit,ꝙ illic eſſet conuerſandum. Nam cooperatrix dei gratia roborabat illius alacritatẽ, & ſufficientem præbebat conſolationem,neq; ſinebat labi mentem,& cogitare aliquid aut parum virile, aut minus generoſum. Quippe qui prius quod ſuũ erat adhibuit,vtpote virtutis diligentiam,iuſtitię vigorem,fidei excellentiam, etiã aſſequutus eſt ea quę à deo magna ſuppeditabantur vbertate:vtpote patientiam, ac fortitudinem omnia manſuetè ferendi,ſuſtinendíque arcæ inhabitationem citra damni corruptioniſq; ſenſum,neq; beſtiarum conuictum faſtidiendi.Illum igitur iuſtum(obſecro)imitemur & nos,operámque demus, vt afferamus quæ noſtra ſunt, vt dignos nos ipſos paremus iis quæ à deo dantur.Nam idcirco expectat occaſiones ex nobis,vt multam exhibeat liberalitatem. Itaq; ne propter deſidiam priuemus nos illius donis,ſed feſtinemus & vrgeamus, vt principium apprehendamus,& viam quę ad virtutem inducit:vt ſuperno adiuti ſubſidio, etiam ad finem peruenire valeamus.Neque enim poſſibile eſt bonum aliquod nos rectè agere non habita ſuperna gratia. Igitur tales ſimus, qui appendamus nos in ſpem quæ in deum eſt, quaſi in ancoram aliquam tutam & ſtabilem, & ne ad laborem videamus virtutis, ſed magis conſiderantes retributionem laboris,leuiter omnia feramus.Quia & negociator ſi quãdo egreſſus in medium maris venerit,non iam piratas,non naufragia,non marinas feras, non ventorum immiſſionẽ,& continuas tempeſtates, & multa infortunia cogitat ſolum:ſed &quomodo illa effugiat:ſpéque lucrorum acquirẽdorũ paſcitur, & omnes prædictas ærumnas animosè excipit, vt auctis opibus ſuis domum redeat.Et agricola nõ agriculturæ tantum labores cogitat & imbres,& terræ ſterilitatem,& rubiginis inſidias,& locuſtarum damna:ſed & aream,& manipulos animo ſecum deſcribẽs, fortiter fert omnia,& præ bonorum expectatione neq; labores ſentit.Et quanuis incertę ſpes ſint,veruntamen ſpe meliori paſcitur,nec renunciat laboribus: ſed omnia quæ ad ſe pertinent adferens, expectat vt aliquando laborum accipiat mercedes. Et miles quoque aſſumit arma,& in prælium egreditur:non cogitat vulnera tãtum & cędes,& hoſtium inſidias,& alias ęrumnas,ſed & victorias & triumphos ſibi pręfingens, omni armatura ſe munit: & cum pauor & infortunia nunciantur, repulſis iis omnib⁹ ex animo, ꝓpoſita bona ſpe, ponit omnẽ torporẽ, & receptis armis cõtra hoſtium pro-

A greditur inſultus.Igitur dilecti,ſi negociator,& miles, & agricola,vbi & incerta ſpes, & plures fruſtrationes, atq; impedimenta,ſicut audiſtis,multa & varia, nõ ita damnat labores, vt à meliori propterea ſpe deſiſtat: quali nos venia digni erimus ita negligẽtes ad capeſſendam virtutem,& non omnem laborem ſpõte ſubeuntes,cùm tam ſecura noſtra ſpes ſit, tantáque bona nobis repoſita,vincantq; magna abundantia retributiones & mercedes omnia quæ à nobis † facta ſunt? † *dicta.* Audi igitur beatum Paulum dicentem, poſt tantas & tales afflictiones,& ad tribunalia abductiones, & carceres,& mortes quotidianas: Nõ ſunt pares afflictiones *Rom. 8.d* præſentis temporis ad futuram gloriam in nobis reuelãdam. Etiamſi quotidie,inquit,mortibus nos exponeremus,id quod natura non capit,licèt mens vincens naturam, per miſericordiam domini coronatur: Nihil,inquit,ferremus par tantis quæ nos accepturos B ſperamus bonis, gloriáque in vobis reuelanda. Vide quanta gloriæ magnitudine fruantur virtutis aſſeclæ. Atq; adeo tanta eſt virtus, vt vincat omnia quæcunq; nobis oſtendere aliquis poterit,etiamſi ſumma oſtendat,& tunc quoq; deficiet.Quid enim tantùm oſtendere poteſt homo, quod certet cum domini liberalitate? Quòd ſi Paulus talis & tantus dicebat, non pares eſſe afflictiones præſentis ſeculi futuræ gloriæ in nobis reuelãdę:qui aliâs dicit,Quotidie morior, plus omnibus laboraui: *1.Cor.15.d.* quid nos dicemus qui neque vulgarẽ laborẽ pro virtute ſuſcipere volumus, ſed recreatio- *Ibidem.* nes ſectamur,& hoc vnum conſideramus,ne quid triſte nobis accidat,quanuis ſciamus ꝙ non ſit poſſibile aliter aſſequi beatitudinem cœleſtem,niſi per pręſentes afflictiones ad eam prius anhelemus? Afflictiones C enim nos inducunt,vt operemur bona,deóq; grata opera. Et hic vel parùm laborare, alibi nobis magnam fiduciam præbet:dummodo velimus iuxta conſilium illius magiſtri orbis ambulare. Conſidera, ꝙ licèt triſtia ſint quæ accidunt,ſunt tamen momentanea.Verũ bona quæ alibi ſuſcepturi ſumus, immortalia ſunt & æterna.Quæ enim videntur, inquit, temporalia ſunt: quæ autem non videntur ęterna.Feramus ergo fortiter hæc temporalia,neq; deſiſtamus à virtutũ ſtudiis, vt ęternis & ſemper manentibus bonis fruamur. Quę oremus vt nobis omnibus concedantur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſtri, cum quo patri ſimul & ſpiritui ſancto ſit gloria,imperium,honor nũc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Et recordatus eſt deus Noe,& omniũ beſtiarum & omnium iumentorum,& omnium reptilium quæcunque erãt cum illo in D *arca. Et adduxit deus ſpiritum ſuper terram, & ceſſauit aqua.*

Homilia XXVI.

MAgna & ineffabilis dei miſericordia, excellẽſq; eius bonitas ex iam lectis oſtẽditur,quã nõ ſolũ erga rationale hac animal,hominem dico,ſed & erga brutorũ animaliũ declarauit naturã. Nã cũ omniũ ſit cõditor,in omnia quæ à ſe ſunt condita,ſuam oſtẽdit bonitatẽ:per omnia notum faciens quantã humani generis curam gerat,& ꝙ omnia olim & ab initio propter ſalutẽ noſtrã fecerit. Itaq; etſi puniat,etſi ĩ nos animaduertat,ex bonitate ſua facit. Nõ enim vel affectione vel ira pœnam infert: ſed malitiam morari vult,ne vltrà progrediatur.Quia & nunc, ſicut auditis,diluuium ob nihil aliud induxit,quàm vt curam ageret eorum qui iniquitati vacabant toti. Et qualis,inquis,cura hæc, omnes aqua ſuffocari? Ne temerè loquaris homo, ſed grato animo accipe ea quæ à domino

à domino ſunt facta.Et ſcias ꝙ etiam hoc eſt maximæ curæ argumentũ.Nã eos qui ſic incurabiliter peccãt, & quotidie vulnera ſibi inferunt,& vlcera omni cura grauiora faciunt,ex tanto malo liberaſſe, nónne ſummæ fuerit prudentiæ? Et hic puniendi modus,nónne omni miſericordia plenus eſt? Et ſic mori, vt ſolitum alioqui naturæ debitum non ſentias,ſed abſq; dolore & cruciatu ſupplicij loco vitam deponas,quantæ fuerit ſapientiæ & bonitatis? Quin ſi quis animo pio expẽdat factum, ꝙ non ſolùm his qui puniti ſunt beneficia ſunt facta, ſed & poſteris, qui duo maxima inde perceperunt bona: quãtum gratiarum pro illis debetur deo?Etenim poſteriores pœna illorum,& metu ne eadem quæ illi paterentur, meliores facti ſunt:atque etiam propterea ꝙ omne malitiæ fermentum ſublatũ, & nullus relictus fuit eis malitiæ & iniquitatis magiſter. Vides quomodo & pœnæ, & ſupplicia beneficia ſunt,& dei erga hominem prouidentiã declarant? Et ſi quis vult hæc à primis & ab initio repetere,inueniet omnes pœnas hac occaſione homini intentatas.Quia & Adam peccantem non puniens tantum, ſed & beneficio proſequens paradiſo eiecit.Et quale dicis beneficium,etiã paradiſi vita excidiſſe? Dilecte ne ſimpliciter attendas ad verba,neq; obiter quę à deo fiunt addiſce:ſed profundum illius bonitatis intuere, & inuenies propter hoc fieri. Dic enim mihi, ſi Adã poſtquam ſic tranſgreſſus eſt, iiſdem adhuc frui potuiſſet, quò non excidiſſet? Nam ſi tantis promiſſis acceptis, ſerpentem deceptorẽ audiuit, & inſidias approbauit, quas per eum diabolus intulit,ſpe videlicet obtinẽdæ diuinitatis inflatus,etiã in tãtum præuaricationis peccatum iniectus: ſi in eadem conuerſatione manſiſſet, quomodo non multò fideliorẽ putaſſet malignum illum dæmonem, q̃ rerum omnium conditorem,déq; ſe ſublimiora quàm dignitas ſua ferebat animo cõcepiſſet?Etenim talis hominum natura eſt, vt ſi quando peccans nõ refręnatur,ſed ſecurè agit,vlterius procedat,& in pręceps feratur.Alia tamen via poſſum oſtẽdere, ꝙ miſericordiam præ ſe ferens Adamũ paradiſo iuſſerit excedere,& mortis pœnæ fecerit obnoxiũ. Nam eiectione & propinqua habitatione caſtigationem,& in poſterum ſecuriorem faciens,re ipſa docuit *†hoc.* quantus impoſtor fuerit dęmon.Mortíſq; ſupplicium propter † hũc intulit,vt ne poſthac per inobediẽtiam peccato obnoxius effectus perpetuò peccaret. Non videntur tibi hæc eſſe maximæ miſericordiæ, & eiici à paradiſo,& pœna hac puniri?Poſſum autem & aliud pręterea afferre. Et qualenam hoc?Hanc indignationem illi inferẽdo,nõ in ipſum duntaxat beneficia collocauit,ſed & poſteros per ipſum corrigere voluit.Nã ſi is qui ex eo natus eſt, Cain inquam, qui præ oculis videbat patrẽ ex paradiſo eiectũ, ineffabilem illã gloriam amiſſam,maledictionẽ illam mirã,quæ dicebat: *Gene.3.* Terra es,& in terram abibis:melior factus nõ eſt, ſed grauioribus ſe infixit malis,ſi nõ vidiſſet quę patri cõtigerant,in quam nõ perueniſſet inſaniam? Et hoc ſanè valde admiratione fuerit dignum, ꝙ & illũ qui talia peccauit, & nefario homicidio dextrã polluit, puniẽs,miſericordia pœnã miſcuit.Et vt manifeſtè ſcias diuinæ bonitatis, quæ & iſti exhibita eſt, magnitudinem: tum quidẽ cùm deũ graui contumelia afficeret offerendo ſacrificiũ,& magnũ præ ſe ferendo cõtemptum(non enim diuidebat iuſtè,ſed offerebat ſimpliciter & abſq; delectu)nihil vel graue vel moleſtũ aduerſus illum loquutus eſt deus,quãuis peccatũ ipſum

A nõ eſſet paruũ & vulgare,ſed valde magnũ. Nã ſi noſtri generis hominib⁹ quos veneramur, prima & pręcipua damus,illáq; offerre maximè volumus quę præ omnibus illis digna videntur:quomodo autẽ hominẽ offerentẽ deo,nõ oportebat deo precioſiora & magis eximia offerre?Igitur cum tantũ peccaret,& tantũ prę ſe ferret contẽptum ille, deus tamẽ nõ petiuit pœnã, neq; pro factis ſupplicium expoſcit:ſed quaſi amicus amico,cum omni lenitate loquens,ſic dixit:Peccaſti: *Gene. 4.d* quieſce.Peccatũ duntaxat illi indicauit,& cõſuluit ne vlterius progrederetur. Vidiſti bonitatis excellẽtiam? Sed quia ille nõ ſolùm nihil ex tanta patiẽtia lucrifecit,ſed & grauiora primis adiecit, ad fratris necem feſtinans,& deus quidem in eum adhuc magnam oſtẽdebat lenitatẽ, † quærẽs primum dare] illi ſatisfactio- *† interrogãs prius, & dans.* nis locum:ſed quia manſit impudẽs, tunc pœnam in- B tulit ei emẽdationis gratia,quæ etiã ipſa multum habebat miſericordiæ admixtũ. Vides quomodo deus, quãdo in ipſum peccauit,peccatúmq; nõ vulgare,dimiſit:quãdo autem in fratrem armauit dextram, maledictũ intulit & increpauit.Sic nũc & nos faciamus, & imitemur dominũ noſtrum, & dimittamus ſi quid in nos peccatũ fuerit,& remittamus his qui in nos deliquerunt:quãdo autem in deum peccatum refertur, tunc pœnas exigamus.Sed neſcio quî fit vt omnia ſecus faciamus,omnino peccata quę ad deũ pertingũt, inulta eſſe ſinimus: ſi quis autẽ parũ quid in nos peccauerit,eius graues ſumus vltores & accuſatores,non ignorantes ꝙ ea ratione miſericordem dominũ magis exacerbamus.Quòd enim mos ſit deo vt ſæpe dimittat quæ in ſe peccata fuerint:verum quæ in proximum, ea cum magna ſeueritate exquirat, audi beatũ C Paulum,dicẽtem: ſi quis vxorem habet infidelem, & *1. Cor.7.c* ſibi gratũ fuerit cohabitare illi,non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virũ infidelem, & hic cõſentit habitare cum illa,non dimittat illum. Vidiſti quanta ibi verborũ attẽperatio pro humana imbecillitate?Etiã ſi gentilis fuerit,etiam ſi infidelis,probet autẽ cohabitationẽ,non refugiat.Et iterũ: Et ſi gẽtilis fuerit mulier, & infidelis,vultq; cohabitare,nõ repellat.Quî ſcis,inquit, mulier, num virum ſaluatura ſis? aut quî ſcis vir num mulierẽ ſaluaturus ſis?Vide quomodo non prohibet deo infidelẽ quempiam vel quampiam in cõtubernij legẽ aſſumi. Audi iterum ipſum Chriſtũ dicentem diſcipulis:Dico enim vobis, omnis qui dimiſerit *Matt.5.e* vxorem ſuã(excepta ſtupri cauſa) facit illã adulterari. Quàm excellẽs miſericordia,etiã ſi infidelis fuerit vel pagana, retine.Si autẽ in te peccauerit,& fœderũ ob- D liuiſcitur,& magis aliorum prætulerit cõmunionẽ, licet tibi illã eiicere & repellere.Hęc cogitãtes,ſtudeamus etiã domino par rependere, & ſicut ipſe vult dimittere ea quæ in ſe peccata ſunt:quæ autẽ in nos,vlciſcitur,ídq; magna ſeueritate:eodẽ ſanè modo & ipſi faciamus,& quæcũq; in nos peccãt proximi,remittamus:quæ autẽ contra deũ, ea magno ſtudio curemus vltum iri.Quod & vobis proderit plurimũ, & eis qui corriguntur nõ minus.Fortaſſis hodie prolixius iuſto procœmiũ fecimus. At quod accidit, pręter ſentẽtiam mihi contigit,verborũ fluxu rapto. Quoniam autem omnis ſermo noſter de diluuio eſt, opus nobis erat charitati veſtræ oſtẽdere,ꝙ pœnæ à deo nobis illatæ, miſericordiæ magis ſunt q̃ pœnæ:ſic quoq; erat & diluuiũ.Nam ſicut benignus erga filios pater,omnia ob curã in genus noſtrũ fecit.Vt autẽ ex iis quæ nũc propoſita,& hodie lecta,diſcatis miſericordiæ illius magnitudinem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnitudinẽ,audiamus ipsa diuinæ scripturæ verba. Nã quia heri docuit nos beatus Moses,dicẽs:Quòd exaltata est aqua super terram diebus cẽtum quinquaginta: & cò vsq; docendo processimus,hodie dicit: *Et recordatus est deus Noe,& omnium ferarum,& omnium iumẽtorũ,& omniũ volatilium,& omniũ reptilium quæcunque erãt cum illo in arca.* Vide hic obsecro iterum,q̃ se attemperat nostræ infirmitati diuina scriptura. Et recordatus est,inquit,deus. Dilecti intelligamus hæc vt dignũ est de deo intelligere, & crassa hæc verba naturæ nostræ infirmitati ascribamus. Nm quantum ad ineffabilem naturam attinet,indignum fuisset hoc verbum: quantum autem ad nostram imbecillitatẽ, appositè est dictũ. Recordatus,inquit,est dominus deus Noë. Quoniam narrauit nobis in iam dictis,sicut prius charitati vestræ diximus,q̃ quadraginta diebus,& totidem noctibus fuerit pluuia, & diebus centum quinquaginta cadẽ durauerit aqua, quindecim cubitis super mõtes exaltata:& q̃ cum hæc fierent, iustus mãserit in arca, & neq; aërem spirare valens,habitantibúsque cum eo brutis vniuersis. Et idcirco inquit: Et recordatus est deus. Quid est recordatus est? misertus est, dicere vult, iusti in arca agẽtis. Misertus est, q̃ in tanta esset angustia,& rerũ difficultate cõstitutus,ignorarétq; quando nam molestię illæ finem habiturę essent. Cõsidera hic quæso,quales tũc illius fuerint cogitationes post quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus impetu magno pluuię ingruebãt,quum videret diebus cẽtum quinquaginta in eadem altitudine manere aquas, neque omnino desistere: & quod multò grauius, neque oculus videre potuit quæ facta sunt: sed inclusus, quũ nõ posset alioquo loco oculis assequi quãta essent mala,maiorẽ sustinebat dolorẽ,grauioráq; quotidie suspicabatur. Ego vero admiror,quomodo præ tristitia nõ fuerit absorptus,cùm mentẽ illius subirent humani generis interitus,sua solitudo,& difficilis illa vita. At causa bonorũ omnium fuit sua in deum fides,per quam& restitit,& omnia fortiter tulit: cúmque spe pasceretur, nihil triste sentiebat. Et quia quod suum erat præstitit, tam patientiã monstrãdo, q̃ copiosam fidem afferendo,necnon & mirã fortitudinem præ se ferendo: vide quanta sit,& q̃ multiplex dei ega ipsum misericordia. *Et recordatus est,* inquit, *deus Noe.* Nõ simpliciter & absque causa dixit, Et recordatus. Sed quia prius diuina scriptura manifestauerat nobis testimoniũ de iusto illo,dicens: Ingredere in arcam,quia te vidi iustũ in generatione hac: Eapropter nunc inquit, Et recordatus est deus Noë,hoc est, testimonij quod cũ illo pepigerat. Neq; valde neglexit iustũ,sed distulit,quousq; ferre potuit,& tunc ei suũ beneficiũ & gratiam impartitus est. Nam sciens infirmitatẽ nostræ naturæ si quando permittit tentationem inferri, cousq; sinit quousq; scit nos posse sustinere: vt & retributionẽ quæ nostræ congruat fortitudini tribuat,& suam misericordiã declaret: sicut & Paulus inquit: Fidelis autẽ deus, qui nõ sinet vos tentari suprà q̃ potestis, sed faciet cum tẽtatione & exitum, vt ferre possitis. Quoniã igitur iustus ille fortitudinẽ & patientiã prę se ferebat, sua in deum fide arcæ tædia sustinens: & propter hoc inquit, Et recordatus est dominus deus Noë. Deinde vt discas abyssum diuinæ misericordię, addidit diuina scriptura: *Et omnium ferarum,& omnium iumentorum,& omnium volatilium,& omnium reptiliũ quæcunque erant cum illo in arca.* Vide quomodo omnia in honorem hominis facit. Nã sicut de his qui diluuio perierunt dictum est, q̃ cum illis omne brutorũ animaliũ genus perdidit: ita hic suã erga iustũ illum misericordiã declarare volens, in honorem eius, suã & bonitatẽ ac curam etiã in bruta, & feras,& volatilia,& reptilia vsq; extendi voluit. *Et recordatus est,* inquit, *deus Noe,& omnium ferarum,& omniũ iumentorum,& omnium volatilium,& omnium reptiliũ quæcunque erant cum illo in arca. Et adduxit deus spiritum super terram,& cessauit aqua.* Et recordatus est, inquit, dominus Noë,& omnium quæ cum illo erant in arca, præcepitq; aquæ impetum detineri, vt paulatim suã commonstret misericordiã,& postea respirare faciat, & à turbatione cogitationum liberatũ, in tranquillo statu constituat, concesso & lucis vsu, & aëris respiratione. *Et adduxit deus,* inquit, *spiritum super terrã, & cessauit aqua. Et* * *reuelati sunt fontes abyssi,& cataractæ cœli.* Vide quomodo more humano loquitur nobis omnia. Reuelati sunt, inquit, fontes abyssi,& cataractæ cœli, & cohibita pluuia cœli. Quasi diceret, q̃ placuerit domino vt iterum in sua regione maneant aquæ, neq; vltrà abundent, sed paulatim desinant. *Et cedebat aqua de terra, & minuebantur aquæ post centum quinquaginta dies.* Quæ ratio poterit hoc vnquam cõprehendere? Stetit pluuia, cohibiti fontes non amplius exundabant,& cataractę cœli cohibitæ sunt. Aqua tanta quomodo desiit? Omnia abyssus erant, quomodo igitur tantus aquarũ impetus subitò minor factꝰ est? Quis hoc humana ratione inuenire poterit vnquã? Quid igitur est? Dei præceptũ, quod facit omnia. Ne igitur nos curiosius exploremus quomodo, sed tantum credamus quod iussit,& exaltata est abyssus:& præcepit,& iterum suum continuit impetum,& ad proprium concessit locum, quem solus ipse dominus scit, qui condidit. *Et sedit arca mense septimo, viceſimaſeptima mensis super montes Ararat. Aqua autem [ibat &] decrescebat vsque ad decimum mensem, & apparuerunt cacumina montium in decimo mense, prima mensis.*

Vide quanta simul facta mutatio, & quanta simul aquarum natura desierit, vt supra montes arca resideret. Supra enim dixit, q̃ quindecim cubitis super mõtes exaltata est aqua: nunc dicit, quòd sedit arca super montes Ararat, & paulatim postea aqua vsq; ad decimum mensem decrescebat, & tandem decimo mẽse visa sunt cacumina montium. Considera obsecro iusti constãtiam, quomodo durare potuerit tot mensibus, qui quasi in tenebris erat inclusus. *Et factum est,* inquit, *post quadraginta dies,& aperuit Noe feneſtram arcæ quam fecerat, & emisit coruum, vt videret num cessasset aqua.* Ecce iustus ille nondũ per se audet videre, sed coruũ mittit, ac per illũ discere vult, an bona rerum mutatio aliqua sit expectanda. *Et egressus,* inquit, *non rediit donec siccaretur aqua* † *à facie terræ.*] Et adiecit scriptura verbũ hoc donec, non quòd postea redierit, sed idioma est scripturæ diuinæ. Et hanc consuetudinem sæpe quis inueniet, & possent multa talia inueniri, ac in medium afferri: sed ne omnia à nobis discentes faciam negligentiores, vobis relinquimus, vt scripturam scrutemini, & inuenies,scio, vbi proprietatibus & idiomatibus huiuscemodi vtatur. Iam autem operæprecium, vt dicatur causa quare non redierit hæc auis. Fortassis auis illa,vti est immunda, cùm desiissent aquæ, incidit in cacauera hominum & brutorum, quibus, inuento sibi congruo cibo, insedit. Quod etiam ipsum non paruum bonæ spei argumentum fuit iusto. Quòd si minus, & neq; consolationem inuenisset aliquã,reuersa vtiq; fuisset. Postea iustus meliore spe cõcepta,emittit columbam,auem mitem & familiarem, quæ

quæ miram præ se fert * sapientiã,& nõ nisi seminibus pasci solita,ex puris est auib⁹. *Et emisit,* inquit,† *post illũ columbã, vt videret nũ cessasset aqua à facie terræ. At colũba nõ inuẽta requie pedibus suis,rediit ad ipsum in arcã: quia aqua erat super omnem faciem terræ.* Par est vt hic disquiramus quomodo cùm suprà dixerit scriptura sancta, q̃ cacumina mõtium fuerint visa: nunc dicit, q̃ columba nõ inuẽta requie,ad ipsum in arcã redierit: quia aqua erat super omnẽ faciem terræ. Diligenter legamus quid sit dictũ,& sciemus causam. Non enim simpliciter dixit, nõ inuẽta requie: sed apposuit,pedibus suis, vt doceat nos,q̃ licèt desierant ex parte aliqua aquę,& cacumina montiũ apparuerant, sed adhuc ob abundantiam aquarũ,etiã cacumina limo plena erãt. Et ideo colũba nondũ stare,neq; conuenientẽ sibi cibum inuenire valens,reuersa est,reditu suo docens iustũ, esse adhuc magnam aquarũ copiã. *Et extenta,* inquit, *manu accepit illam, & introduxit illam ad se in arcam.* Vidisti quanta auis gratitudo, quomodo rediens iustum docuit, vt aliquantisper adhuc longanimitatẽ habeat? *Ideo & sustinens,* inquit, *adhuc septem dies, emisit columbam ex arca, & reuersa est ad ipsum columba ad vesperam,& habuit folium oliuæ * siccum in ore suo.* Non absq; ratione, neq; temerè adiũxit,ad vesperã: sed vt discamus, q̃ tota die fuerit pasta,& inuento sibi conueniẽti cibo, ad vesperam rediit,in ore ferẽs † siccum foliũ oliuę. Animal est mite,& nostra familiaritate gaudens, & idcirco rediit,& sicco oliuæ folio multũ solatij iusto attulit Sed dixerit fortasse aliquis: Et vbi inuenit folium oliuæ? Totũ hoc factũ est dispensatione diuina, & q̃ columba inuenit,& q̃ ore receptũ ad iustũ attulit. Alioquin & arbor hæc semper virens est, & verisimile est q̃ cùm aquę redierint,arbor hęc adhuc habuerit foliorum comam. *Et vt continuit,* inquit, *adhuc septem dies,emisit colũbam, & non adiecit vt ad illum rediret.* Vide quomodo iustus in omnibus consolationẽ iustã accipit. Nam vt bona spe recreatus est,cùm rediret,& oliuæ folium in ore ferret: ita & nunc cùm egressa non redit, maximũ illi indiciũ fuit,q̃ sufficiẽtem inuenerit refocillationẽ, & aquæ in vniuersum desierint. Et hoc ita esse,audi ex sequentibus. *Et factum est,* inquit, *in vno & sexcentesimo anno vitæ Noe, primo mense defecit aqua à facie terræ. Et reuelauit Noe tectum arcæ quod fecit,& vidit quod defecit aqua à facie terræ.* Iterũ hic me inuadit stupor, vt admirari cogar iusti huius virtutẽ,& dei misericordiã. Quomodo enim (dic mihi) post tãtum tẽpus, vt se aëri cõmisit, & oculos ad cœlum spectandum intẽdit, non captus est oculis & excæcatus? Scitis enim bene q̃ solet hoc cõtingere hominibus, etiam ad paruam diei partẽ in tenebrosis caliginosisq; locis agentibus, quum subitò in lucis fulgorẽ aspicere volũt. Iustus autẽ ille anno integro,& tot mensibus in arca, quasi in tenebris agens, etiam nũc viso lucis iubare, nihil tale expertus est. Dei enim gratia erat,& patientia ab eo illi concessa, quæ etiã corporis sensus firmiores reddiderat, & potẽtiores q̃ qui à corporalibus necessitatibus vincantur. *In mense autem secundo arefacta est terra, viceſimo & ſeptimo die mensis.* Non absq; ratione tantam diligentiam facit diuina scriptura, sed vt discamus q̃ vsq; ad primũ diei anni illius completio fuerit facta, quo monstretur iusti patientia, & totius orbis purgatio facta. Deinde postquam quasi à sorde quadã abluta est omnis creatura,& depositum omnem maculam, quam ex humana contraxerat malitia, faciẽsq; ei pura reddita est: tunc deniq; præcipit, vt iustus ex arca exeat, libérq; à graui illo carcere fiat, & inquit: *Dixit dominus deus ad Noe: Egredere tu & vxor tua, & filij tui, & vxores filiorum tuorũ tecum,& omnes bestiæ quæcunque sunt tecum,& omnis caro,& volatilibus vsque ad pecora, & omne reptile quod mouetur super terram educ tecum, & crescite & multiplicamini super terram.* Expende hic dei bonitatem, quomodo per omnia iustum cõsolatur. Nam quia imperauit illi, vt exiret ex arca ipse & vxor,& filij,& vxores filiorũ,& bestię omnes: vt ne & istuc ipsum mœrorẽ aliquem ei afferret, & anxium relinqueret cogitantem quomodo in solitudine esset futurus, tantam terræ latitudinẽ solus inhabitans, nullo iam alio viuente: ideo postquam dixit: Egredere & educ tecum: addit, Crescite & multiplicamini super terram. Vide quomodo iustus ille denuo supernam accipit benedictionẽ, quam ante trãsgressionem acceperat Adam. Nam sicut quando ille formatus est, audiuit, & benedixit eis deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & dominemini mari: ita & illi nunc dicitur. Crescite & multiplicamini super terrã. Quippe sicut ille origo & radix fuit omniũ qui nati sunt ante diluuiũ: ita & iustus hic fermentũ quoddam, origo & radix est omniũ qui post diluuium fuere: & hinc postea humanæ constitutionis principium factum est. Creatura quoq; omnem suam accepit ornatum. Et terra ad ferendos fructus idonea facta est, aliáq; omnia quæ propter hominis ministerium sunt condita. *Et egressus est Noe,* inquit, *& vxor illius, & filij illius,& vxores filiorum illius cum eo,& omnes bestiæ,& omnia pecora,& omne volatile,& omne reptile quod mouetur super terram, iuxta genus suum exierunt ex arca.* Postquam accepit mãdatum à domino & benedictionem dicentẽ, Crescite & multiplicamini: exiit ex arca cũ aliis omnibus. Et posthac in tota terra solus viuebat iustus ille cum vxore, & filiis, & vxoribus illorũ. Mox autem vt egressus est, suam declarans gratitudinem, tam pro iis quæ præterierant, q̃ quæ futura eranr, gratias domino referebat. Verùm si placet, ne sermo fiat prolixior, reseruabimus in diem posterum, quæ ad gratitudinẽ iusti pertinẽt, missum hic facientes sermonem: & obsecrantes vestrã charitatem, vt continuò beatum istũ in memoria vestra geratis,& illius virtutis pulchritudinẽ bene discatis, quò melius eũ imitemini. Animaduerte enim obsecro, quantus virtutis illius thesaurus, quia per tot dies nunc de illo disseruimus, & nondum finẽ imponere narrationi potuimus eorum quæ † de illo polliciti sumus.] Quanuis autem & nos, & qui nos sequuntur, multa de illo dicere possumus, nondum tamen totũ dicere poterimus. Tanta res est virtus. Porrò si & nos naturam nostram sic docere voluerimus, poterit ad virtutis imitationem & ipsa induci. Nam si ille † in medio tot molestiarum iactatus,] neq; habẽs familiarem aliquem in tantum virtutis fastigium peruenisse inuentus est: quæ nostra erit excusatio, cũ nec talia nobis sint præpedimenta, & tamen negligentes sumus ad bona opera? Nolo enim dicas mihi solã illã quingentorum annorũ vitam quando subsannabatur & irridebatur, versabatúrq; in medio flagitiosorũ: sed & annum illum narra, quem totum in arca transegit, qui sanè conferendus mihi videtur toti tempori superiori. Tantam ibi afflictionem ferre cogebatur iustus ille, in tanta existens angustia, & neq; auram recẽtem captare valens,& ferarum brutorúmq; conuictum ferens: qui & in omnibus mentem suam solidam declarabat,& voluntatem flecti nesciam,& fidem erga deũ, per quam facilè & leuiter omnia sustinebat. Atq; id-

Universidad de Deusto
Biblioteca

circo, quoniam quod suum erat, totũ afferebat: & eorum quæ deus dat, abundè potitus est. Quanuis enim multam ferret in arca angustiam, attamen terribilem tempestatem, & communem omnium internecionẽ effugiebat. Et propterea post angustiam illam & intolerabilem carcerem, securitatẽ & quietem adeptus est vnà cum diuina benedictione. Et iterum suã gratitudinem operibus indicauit, & vbiq; inuenies primatũ illum obtinere. Nam sicut per ætatẽ primam omnem virtutem sectatus est, & à vitiis se alienauit, quibus qui tunc viuebant, infecti erant: vnde neq; pœnarum particeps fuit, & cùm alij omnes suffocarentur, ipse solus seruatus est: ita rursus quia fidem quoq; habuit, & cum gratiarũ actione suam in arca habitationẽ tulit, iterũ diuina dona copiosè illi cõcessa sunt. Et cùm egressus ex arca, & in pristinũ statũ restitutus esset, statim benedictionẽ consequutus est, & iterum solitam præ se tulit gratitudinem, factáque gratiarum actione etiam tunc maioribus beneficiis diuina gratia ipsum cumulauit. Mos enim diuinæ misericordiæ est, vt si nos tenuia quædam & vilia obtulerimus, multa liberalitate nos remuneret. Et vt discas, quanta sit humana tenuitas, & quanta dei magnificẽtia: Nos etiam si quid voluerimus offerre, quid ampli⁹ offerre possumus, quàm quantum verbis gratias referimus? Ea sanè quæ ipse exhibet, opere præstat. Quàm imparia autem sunt verba & opera? Et dominus nullarum rerum indigus est, nullárq; rerum nostrarum eget præterquã verbis: atq; hãc ipsam in sermonibus gratiarum actionem exigit, non q̃ ea ipse opus habeat, sed vt nos doceat gratos esse, & agnoscere tantorum bonorum suppeditatorẽ. Et illam ob causam Paulus quoque scribens, dicebat:
Coloss. 3. c Grati estote. Nihil enim sic requirit à nobis dominus, vt istuc ipsum. Proinde ne simus ingrati, neq; dum re ipsa beneficia experimur, grauemur offerre domino verbis nostris gratiarum actionem: redundat enim lucrum in nos. Quòd si de primis grati fuerimus, cũ eo q̃ maiora nanciscimur, etiam fiduciam nobis magnã comparamus. Vnum hoc obsecro, singulis diebus & horis supputemus nobiscum, non communia tantum beneficia quæ toti naturæ omnium opifex contulit, sed & priuata & quotidiana, & quæ ignorantibus nobis confert, próq; his gratias agamus. Quandoquidẽ pro salute nostra solicitus, multa etiam in nos nescios beneficia collocat, sæpe ita & è periculis eripit, atque alia beneficia præstat. Fons enim est misericordiæ, sua fluenta semper humano generi profundens. Igitur si hęc cogitamus, operãq; damus vt & p̃ primis suis donis gratias offeramus domino, & pro posterioribus, dũ nos non videmur indigni suis beneficiis, statim vitam egregiam instituemus, & malitiæ periculum effugiemus. Beneficiorum enim memoria, idonea nobis est magistra ad vitam virtute pręditam, non sinens nos in torporem obliuionémque incidere, & malum sectari. Mens enim sobria & vigilans, non solum cùm feliciter res succedunt, sed etiam quando præter sententiã nostram omnia aduersa eueniunt, non minus gratiam agit, nihilóq; ex rerũ vicissitudine remissio fit: sed magis roboratur, & ineffabilem domini misericordiam considerat, qui quum sit diues & potens, etiam per res aduersas, quanuis hoc intelligere non possumus, suam declarat prouidentiam. Igitur sic & nos omnia nostra faciamus, vt qualitercunque cadant, vnicum nostrum opus sit continuò pro illis gratias agere. Propter hoc enim rationales facti sumus & à brutis differimus, vt laudemus, celebremus, glorificemus iugiter dominũ omnium cõditorem. Eapropter & animam nobis inspirauit, & linguam dedit, vt sua in nos beneficia animis percipientes, dominum agnoscamus, & nos grãtos exhibeamus, & pro viribus gratias agamus. Nam si homines, cum quibus eadem est natura nobiscũ, paruum aliquando nobis beneficium præstiterint, expectant à nobis gratitudinem, nõ ob nostram gratitudinẽ per se, sed vt ipsi inde celebriores fiant: quãto magis id nobis faciẽdum in iis quæ à deo accepimus, qui hoc solùm ob nostram vtilitatem vult fieri? Nam sicut cùm grati simus hominibus qui nobis benefecerunt, † clariores reddimur:]ita & si in deum fuerimus grati, nosipsos illustriores facimus. Quoniam non vt nostra celebratione opus habens, hoc fieri vult: sed vt quicquid id lucri est, iterum ad nos redeat, & dignos faciamus nosipsos maioribus subsidiis. Quanuis autem nõ possimus id facere, vt dignum est. Qui enim hoc fieri posset, cũ tam fragiles natura simus? Et quid dico humanam naturam? ipsæ etiam incorporeę, & inuisibiles virtutes & principatus, & potestates, & cherubin, & seraphin, vt dignus est, glorificare illum nõ possunt, etiã si iuxta vires suas gloriam illi offerãt. Nihilominus iustum fuerit pro viribus gratiarum actionem offerre, & indesinenter glorificare dominum nostrum, & per benedictionem crebram, & per vitã optimam. Ista enim est clarissima dei magnificatio, quãdo per innumeras linguas glorificationẽ offerimus. Nã qui virtute præditus est, facit vt omnes qui intuentur eum, dominum suum laudent: & glorificatio hæc ei qui occasionem præbuit, magnam & ineffabilem dei misericordiam conciliat. Quid igitur nobis beatius foret, si glorificaremus non solùm nostris linguis bonum deum, sed & proximos quoq;, vt nostro nomine eum glorificent, incitaremus? Tãtum enim virtutis robur est, vt innumeris linguis conditorem laudare queãt. Dilecte, nihil vtiq; vitæ virtutis studiosæ comparari potest. Vnde & Christus dicebat: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrũ qui est in cœlis. Vidisti quomodo lumen cùm apparuerit, dispellit tenebras? ita & virtus, si conspicua fuerit, & malitiam effugat, & erroris tenebras abigit, mentémq; videntium excitat ad eum glorificandũ. Quocirca satagamus, vt sic luceant opera nostra, quò & dominus noster glorificetur. Hæc autẽ dixit, non vt ad ostentationẽ aliquid faciamus, absit: sed vt diligenter, & vt sibi probatur, vitam agamus, non blasphemiæ cuipiam locum concedentes: sed bonis operibus in laudem dei prorumpere facientes omnes qui nos vident. Tunc enim, tunc ipsius nobis gratiam maiorem conciliabimus, & pœnam effugere, bonáq; ineffabilia adipisci poterimus gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cũ patre & spiritu sancto simul sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 5. b

† *illos clariores reddimus.*

Et ædificauit Noe altare domino, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & obtulit holocaustum supra altare.

Homilia XXVII.

VIdistis heri misericordis domini bonitatem, quomodo ex arca iustum, è tristi illo & molesto carcere liberauit, & patiẽtiam illius remunerauit, dicens: Crescite & multiplicamini? Discamus hodie quàm beneuolus, & quàm gratæ animæ fuerit Noë, & vnde ipse sibi multò vberiorem dei erga se beneuolentiã elicuerit. Nam quãdo deus talem aliquem

aliquem videt, qui gratus est de prioribus, largius & cumulatius sua dona in illũ p̃fundit. Demus igitur & nos operam, vt gratiarum actiones pro virili domino offeramus, pro donis quę ab eo pridem nobis præstita, vt & maiora inde cõsequamur, & nõ obliuiscamur dei beneficia in nos collocata: sed semper ea in mẽte nostra versemus, vt ad continuã gratiarum actionem mẽtem nostrã cõpellant, tametsi tot sint vt mens nostra nõ sufficiat ad cõprehendẽdũ & enumerãdũ magnam, quę nobis contigit, illorũ vbertatẽ. Quomodo enim quis cogitare sufficeret ea quæ in nos iam sunt collata, quæ item promissa, quæ & quotidie conferuntur: quòd ex nihilo produxit vt essemus, q̃ corp⁹ & animam dedit, q̃ rationales nos formauit, q̃ aërem respirationi concessit, quòd creaturam omnem propter humanũ genus produxit: quòd ipse quidem ab initio voluit hominem in paradiso vitam agere citra omnem dolorem & laborẽ, & nihil minus habentem angelis & incorporeis illis virtutibus, existentem in corpore, & corporalibus necessitatibus nõ obnoxiũ? Deinde quando ob negligentiam deceptione diabolica per serpentẽ allata supplãtatus fuit, neq; sic destitit p̃uaricatori benefacere: sed & per illa ipsa p̃ quæ punierat, sicut heri diximus, excellentem suam misericordiã declarauit. Atq; multas alias innumeras beneficiorum species in illum collocauit. Et postea procedente tempore, & crescente genere, ac in omnem malitiam vergente: quia videbat incurabilia esse vulnera, operatores malos, quasi fermentum quoddã inutile aboleuit, relicto iusto illo, qui radix & origo fieret generis humani. Et vide iterũ, quantam erga iustũ illum declaret liberalitatẽ, totum humanum genus ab eo & filiis eius instaurauit, & in tantam multitudinem excrescere fecit, paulatimq; iustos eligens, patriarchas dico, præceptores dedit reliquo hominum generi, qui sua virtute omnes nos instituere, & quasi medici ęgrotãtes curare possint. Et interim eos in Palæstinam, interim in Aegyptũ deducit, simul & seruorum suorũ patientiã exercẽs, & suam virtutẽ clariorẽ monstrans, mansitq; semper eodẽ modo humanæ salutis curam gerens. Exhibuit prophetas, & per illos signa & prodigia fecit. Atq;, vt succinctius dicã: quẽadmodum enim maris fluctus, quãuis iterũ atque iterum conemur, enumerare nunquã poterimus: ita neque beneficiorũ dei quæ in nostrã contulit naturam, varietatẽ. Tandem vbi vidit post tantam suam prouidentiam adhuc multa & ineffabili misericordia indigere humanũ genus, & nihil p̃fecisse vel patriarchas, vel prophetas, vel signa admirabilia, vel pœnas, vel admonitiones illas quotidie adhibitas, & captiuitates illas sibi inuicem succedentes: quasi miseratus genus † *excitãs:* nostrum, misit ad nos animarũ corporúmq; medicũ, vnigenitum suũ filium, ex paternis suis sinibus † exurgentem: fecitq; susceptа serui forma, è virgine nasci, & nobiscũ cõuersari, & omnia nostra ferre, vt genus nostrum peccatis oppressum iacens, à terris in cœlũ subuehere possit. Et hoc obstupescens tonitrui filius, cõsiderãsq; charitatis diuinæ excellentiã, quam erga *Ioan. 3. b.* genus nostrũ declarauit, clamabat & dicebat: Sic eñ dilexit deus mundũ. Vide quãto miraculo plena hæc dictio: Sic inquit, magnitudinẽ expendẽs, quam dicturus erat, propterea ad hũc modum exorsus est: Sic dilexit. Dic igitur nobis beate Ioannes, quomodo sic? dic mensurã, dic magnitudinẽ, doce nos excellentiã. Sic enim dilexit deus mundũ, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in illũ, non pereat, sed habeat vitam æternã. Vidisti causam aduentus filij hanc esse, vt per fidem in illũ ij qui perituri erant, salutis occasionẽ inuenirẽt? Quomodo cogitarit quis magnã & admirabilem illã, & quę omnẽ rationẽ vincit, liberalitatẽ, qua naturæ nostræ per donũ baptismi, omnium peccatorũ nostrorũ remissionẽ donat? Sed quid dicam? neq; mens sufficit, neque sermo valet cætera enumerare. Nam quantumuis dixero, multo plus prætereo. Iam quis pœnitentiæ viam cogitauerit, quã humano generi nostro ob ineffabilẽ misericordiã sum cõcessit? & post baptismi gratiã, mirabilia illa mãdata, per quæ, si vellemus, possemus gratiã nobis cõciliare? Vidisti dilecte abyssum illius beneficiorũ. Vidisti quanta enumerauerimus, sed nondum patuã eorũ partẽ dicere potuimus. Quomodo enim humanã lingua, quę à deo nobis facta, pertractari pos sent? Et licet tãta ac talia sint, multo maiora & ineffabiliora sunt beneficia, quę in futuro seculo per virtutum viã incedẽtibus, & hinc migrantib⁹ daturũ se p̃misit. Quorũ magnitudinẽ vt paucis verbis nobis cõmẽdaret beatus Paulus, inquit: Quæ oculus nõ vidit, *1. Cor. 2. c* & auris nõ audiuit, & in cor hominis non ascẽderũt, præparauit deus iis qui diligunt se. Vidisti dona excellentia? vidisti beneficia illius omnẽ humanã cogitationem transcẽdentia? Dicit eñ, in cor hominis non ascenderunt. Si igitur volumus illa animo reuoluere, & pro viribus nostris gratias agere, poterimus multo maiorem illius gratiã nobis conciliare, & ad virtutem magis idonei fieri. Memoria eñ beneficiorũ dei sufficiẽs est, quę ad virtutũ labores nos adhortetur, & præparet vt præsentia omnia despiciamus, & vt ei qui tãta in nos beneficia cõtulit, adhęreamus, amorẽ in illũ singulis diebus augeri declarantes. Hinc etem beatus iste tantã dei gratiã sibi cõciliauit, quia de prioribus valde gratus fuit. Sed vt manifestior vobis ille sermo fiat, operę precių est vt initiũ eorũ quę hodie lecta sũt, charitati vestrę p̃ponã. Nã postq̃ ex arca exiuit iuxta mandatũ dñi cũ filiis, & sua vxore, & vxoribus filiorũ suorũ, & omnib⁹ feris & volatilib⁹, & accepit post egressũ à deo benedictionẽ illã tantũ sibi afferentẽ solatij, & dicentẽ: Crescite & multiplicamini: docẽs nos scriptura iusti gratitudinẽ, dicit: *Et ædificauit Noe altare, & accepit de omnibus pecoribus mundis, & de omnibus volatilibus mũdis, & obtulit holocaustũ super altare.* Considera iterũ diligenter charissime ex præsentib⁹ verbis, quomodo in natura nostra cõditor omniũ inseuit certam virtutis sciẽtiã. Vnde enim, dic oro, iusto illi hoc in mẽtẽ venisset? Nullus erat ali⁹, quẽ videbat, vel à quo discebat. Sed sicut principio dixi, Abel ille p̃toplasti filius à seipso cõmonitus, magna diligẽtia oblationẽ perfecit: sic vtiq; nunc & iustus ille, sua volũtate & arbitrio sano, quantũ humanis viribus potuit, censuit domino per sacrificia gratiarũ actionẽ offerendã. Et vide ipsum quãta sapiẽtia exequitur omnia. Neq; enim amplo opus habebat ædificio, neque templo, neque domo admirabili, neque alio quopiã. Sciebat enim, sciebat certò q̃ mentẽ solã requirat dñs, & extructo tumultuaria opera altari, cum accepisset ex iumentis mũdis, & auibus mũdis, holocaustũ obtulit, suæq; voluntatis gratitudinẽ quãta potuit facultate ostendit: quam approbans misericors deus, & voluntatẽ coronauit, & iterũ suã liberalitatem erga illum declarauit. Dicit enim scriptura: *Et odoratus est dominus odorem fragrantiæ.* Vide quomodo animus offerentis fumum

supra 4. c

& nido-

Universidad de Deusto Biblioteca

& nidorẽ & omnem quæ inde naſcitur inſuauitatem, multa fragrantia impleuit. Idcirco & Paulus dicebat,
2.Cor.2.d ſcribens, ꝙ bonus odor Chriſti ſumus, in iis qui ſaluantur, & in iis qui pereunt: & his quidẽ odor mortis in mortẽ, illis autẽ odor vitæ in vitã. Odorẽ fragrantię. Ne offendaris verbo craſſiore: ſed huius verbi attẽperationẽ tuę infirmitati aſſcribens. Intellige hinc, ꝙ accepta fuerit deo oblatio iuſti, vt & per res ipſas ſciatur dominũ nulliꝰ indigere, & ꝙ ꝓpter nihil aliud hęc fieri permiſit, q̃ vt homines ad gratitudinẽ adduceret. Et ꝓpterea cõceſſit vt igni conſumerẽtur: vt ex iis quæ fiũt, diſcãt etiã ij qui offerunt, ꝙ omnia ꝓpter ſuã vtilitatẽ fiant. Quare autẽ, dic oro, hæc fieri omnino permittit? & in hoc noſtræ infirmitatis habetur ratio. Quia enim homines paulatim à vero dei cultu defecturi erant, & ꝓprios deos effecturi, quibus ſacrificia immolarẽt, prius voluit vt ſibi dona offerrentur: quò vel ſic depelleret à pernicioſo errore eos quibus inde periculũ imminebat. Et vt ſcias ꝙ hæc omnia indulta & conceſſa ſint ob noſtrã infirmitatem, attende quomodo poſtea tẽpore ꝓcedente, voluit circunciſionem pro lege ſtatui, non ꝙ ad animæ ſalutẽ perficere hæc poſſit aliquid: ſed vt hoc gratitudinis indicium, quaſi ſignum & ſigillum circunferrẽt Iudæorũ pueri, & ne liceret eis cõmiſceri gentiũ cõmixtio-
Rom.4.b. nibus. Hinc beatus Paulus ſignũ hoc vocat, dicens: Et ſignũ dedit circunciſionẽ ſigillũ. Nam quod ad iuſtitiã nihil conducat, ecce & hìc iuſtus, nondũ ſtatuta circunciſione, ad eandẽ peruenit virtutẽ. Et quid dico? Ipſe patriarcha Abrahã priuſquã circunciſionem
Rom.4.b. acciperet, iuſtificatus eſt. Nam ante circunciſionẽ, inquit: credidit Abrahã deo, & imputatũ eſt illi in iuſtitiã. Quid igitur ſuperbis Iudæe in circũciſione? Diſce, quòd ante hanc fuerunt iuſti multi. Etenim Abel fide oblationem fecit, quemadmodũ & Paulus dicit: Fide
Heb.11.a vberiorem hoſtiã obtulit Abel deo q̃ Cain, & Enoch tranſlatus eſt. Et Noë ob multam iuſtitiã tempeſtatẽ illam grauiſſimam effugit. Et Abraham ante hanc ob ſuam in deum fidem prædicatus eſt iuſtus. Sic ab initio per fidem humanũ genus ſalutẽ aſſequutũ eſt. Sanè ꝓpterea permiſit miſericors deus ſacrificia ſibi offerri, vt quoniam natura noſtra imperfectius ſe habebat, ſimul & ſuam gratitudinem declarare, & idolorũ pernicioſum cultum effugere poſſit. Nã cum tantum nobis permiſerit deus, multi tamen à ruina ſibi non cauerunt: ſi hoc non fuiſſet factum, quo pacto quis damnũ hoc effugiſſet? Et odoratus eſt dominus deus odorem fragrantiæ. At non ita eſt de ingratis Iudæis: ſed quomodo, audi ꝓphetã dicentem: Thymiama in abominationẽ mihi eſt: quaſi oſtendat voluntatis offerentium malitiam. Quemadmodũ hìc iuſti virtus fumum & nidorem fecit odorem fragrantię: ſic apud illos offerentium nequitia, bene olens thymiama in abominationẽ conuertit. Igitur vbique ſtudeamus mentẽ afferre incorruptã. Iſta enim cauſa eſt omniũ bonorum. Bonus enim dominus non conſueuit attendere ad ea quæ à nobis fiunt, ſed ad internã mentem, à qua, vt hæc faciamus, impellimur. Et ad hanc ſpectans, vel approbat ea quæ à nobis fiunt, vel auerſatur. Itaque ſiue precemur, ſiue ieiunemus, ſiue eleemoſynam faciamus (illa enim ſunt ſpirituales noſtræ hoſtię) ſiue aliud ſpirituale quoddã opus facimus, hoc faciamus bona mente incitati: vt & laboribus dignã referamus coronã. Eſſet eñ perabſurdũ, laborem nos ſuſtinere, & retributione fraudari, quando non iuxta

A leges ab illo nobis datas virtutẽ exercemus. Fieri autem poteſt ob magnã dei miſericordiã, vt opere nondũ cõpleto, coronã quis accipiat à ſola pia mente. Et vt hoc diſcas, aduerte obſecro hoc in eleemoſyna. Nã ſi quãdo vides iacentẽ in foro, & extrema inopia detentum, & cõdoles mente in cœlũ ſublata, quæ gratias agat domino, tum propter ea quæ tibi conceſſa ſunt, tum ꝓpter inopis patientiã: etiam ſi non poſſis explere & ſoluere illius famẽ, ꝓpter mentem piam, cõſummatam recipies mercedem. Et ea de cauſa dominus quoque dicebat: Si quis potauerit calicẽ aquæ Marc.9.f
frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amẽ dico vobis, non perdet mercedem ſuã. Num quid poculo aquæ frigidæ tenuius? ſed animus pius mercedem inde ſibi conciliat: hoc & in oppoſito inuenimus. Operępretiũ eñ eſt, vt de iis loquamur charitati veſtrę, quò vobis hęc tenentibus, maius gratitudinis ſtudiũ ſit. Audi cũ
B quid dicat Chriſtus: Qui ſpectat mulierem ad hoc vt Matt.5.d
concupiſcat eam, iam adulteratus eſt eã in corde ſuo. Vides & hìc iterũ malã mentẽ ſequi condemnationem, & ob incõſideratũ intuitũ, quaſi completũ eſſet adulterij opus, pœnã inferri? Itaque cũ hæc ſciamus, vndequaq; mentẽ noſtrã bene muniamus, vt per eam fiant accepta quæ facimus. Nã ſi fumũ & nidorẽ fecit fieri odorẽ ſuaueolẽtię: quid nõ è ſpiritualibus noſtris faceret cultibus, & quãtã nõ gratiã cœlitus nobis ꝓcuraret? Et odoratus eſt, inquit, dominus deus odorẽ fragrantiæ. Vidiſti quæ fecerit iuſtus, quomodo, quãtum ad externum ſpectaculũ pertinet, rem paruam: quantum autem ad animum, permagnã? Attende autem & vltrà immenſam miſericordis domini bonitatẽ. Et dixit dominus deus in mente ſua: *Non adiiciã*
C *vltra vt maledicã terræ propter opera hominum, quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuentute. Nõ igitur adiiciam vt percutiam omnẽ carnem viuentẽ, ſicut feci, vltrà omnibus diebus terræ.* O magnũ beneficentiæ pondus, ô plurimã miſericordiæ magnitudinẽ, ô ineffabilẽ tolerantiæ excellentiã. Et dixit dominus deus in mente ſua. Iterũ humano more loquitur, & quaſi ad noſtrũ genus, Non adiiciã vltrà vt maledicã terræ propter opera hominũ. Et de ꝓtoplaſto dicebat, quũ illi malediceret: Spinas & tribulos oriri faciet tibi: & de Cain Gen.3. & 4.
ſimiliter. Quia autẽ nunc cõmunẽ omniũ inuexerat interitũ, vt conſolationẽ det iuſto, & fiduciam ei addat, ne fortè cogitet apud ſe, quæ vtilitas factæ benedictionis, ꝙ dixit, Creſcite & multiplicamini: cum iterum vbi multiplicati fuerimus, pereundũ ſit nobis. Nam olim & ad Adam dixerat, Creſcite & multipli- Gene.2.
D camini: & ſuperuenit tamen diluuiũ. Vt ergo ne cogitando ſecum talia in perpetuo angore eſſet, vide miſericordiã domini. Non adiiciam, inquit, vltrà maledicere terræ propter opera hominum. Vide quomodo aſſignauit, quòd propter horum malitiam maledictionem tertæ inuexit. Deinde vt ne putemus ꝙ ideo hanc promiſſionem fecerit, quia ipſi iam in melius ſe conuerterint, inquit: Quia incumbit mens hominis intentè in mala opera à iuuentute. Rara miſericordiæ ſpecies. Quia, inquit, incumbit mens hominis diligenter in mala opera à iuuentute. Propter hoc inquit: Nõ vltrà adiiciam vt maledicã terræ. Ego eñ, inquit, quæ ad me pertinẽt, ſemel atq; iterũ exhibui. Quia autem video malitiã ita increſcere, ꝓmitto me non vltrà maledicturũ terræ. Deinde oſtendens ſuæ miſericordiæ magnitudinem ſubiunxit. Non adiiciam igitur vltrà vt percutiam omnem carnem viuentem,

uentẽ, ſicut feci, omnibus diebus. Vide obſecro, quãtam conſolationẽ affert iuſto: imò non iuſto tantũ, ſed & ꝓpter ſuã bonitatem etiã vniuerſo hominũ generi poſt illum futuro. Nam ꝙ dicit: Nõ adiiciã igitur vt percutiam omnẽ carnem viuentẽ: & quòd dicit, Sicut feci: item ꝙ dicit, Omnibus diebus: per hoc nobis demonſtrare vult ꝙ non ſit vltrà tale diluuium venturum, & ꝙ neq; talis hominũ cõmunis interitus totum orbẽ inuadet. Deinde etiam indicat beneficentiæ ſuæ perpetuitatẽ. Omnibus enim, inquit, diebus, hoc eſt, In omnia ſecula ꝓmitto me non inducturum huiuſmodi indignationẽ, neque facturũ tantam confuſionem & intemperiẽ temporũ, & qualitatũ aëris. Ideo ſubdit: Semẽtis & meſſis, frigus & æſtus,
* ἡμέραν καὶ νύκτα. i. diẽ & noctem, ſiue die & nocte. æſtas & ver, *dies & nox, nõ requieſcent. Immobilis, inquit, erit hæc ordinatio: terra nunquã deſinet ſuppeditare quæ hominum generi neceſſaria, neq; ceſſabit ꝓferre laborũ & agriculturæ retributiones, neque anni partes aliis verſionibus mutabũtur: ſed & frigus & calor, & æſtas & ver in anni circulo erunt. Nã quia per diluuij tẽpus fuit cõfuſio quędã totius iſtius ordinis, & iuſtus ille in arca erat toto illo tẽpore quaſi cõtinua nocte, ideo nunc inquit, Neq; nox, neque dies ſuũ relinquẽt curſum, ſed ad vſq; ſeculi cõſummationem immotũ illorũ permanebit miniſterium. Vidiſti dignã conſolationẽ, quæ potuit iuſti mentẽ refocillare? vidiſti qualẽ retributionẽ acceperit iuſti gratitudo? Sed & ex ſequẽtibꝰ iterũ audi ineffabilẽ liberali-
Cap.IX. tatẽ. *Et benedixit, inquit, deus Noe, & filios illius, & dixit eis: Creſcite & multiplicamini, & implete terrã, & dominemini ei. Et tremor timórque veſtri erit ſuper omnes beſtias terræ, & ſuper omnes volucres cœli, & ſuper omnia quæ mouẽtur ſuper terram: & omnes piſces maris in manus veſtras dedi. Et omne reptile quod eſt viuẽs, vobis erit in cibũ. Quaſi olera herbarũ dedi vobis omnia. Veruntamen carnem in ſanguine animæ ne comedatis.* Dignũ eſt vt hìc admiremur excellentẽ dñi benignitatẽ. Vide eñ hìc quomodo iuſtus ille iterũ eandẽ benedictionẽ cõſequitur, quã olim Adã amiſſum reuocat principatũ virtute ſua, imò ineffabilis dñi miſericordia. Nã ſicut de illo dicebat, Creſcite & multiplicamini, & dominemini terræ, & imperate piſcibus maris, & reptilibus, & volatilibus, & feris: ſic nunc inquit: Et tremor & timor veſtri erit ſuper omnes beſtias terræ, & ſuper oẽs volucres. Omne, inquit, reptile quod eſt viuẽs, vobis erit in cibũ. Quaſi olera herbarũ dedi vobis omnia. Veruntamẽ carnẽ in ſanguine animæ ne comedatis. Attende eandẽ regulam, quæ aliter ſeruanda tamen. Nã vt protoplaſto dictũ eſt, poſtquã ei traditum eſt dominiũ ſuper omnia, vt frui poſſit omnibus quæ ſunt in paradiſo, abſtineret tantũ ab vnico ligno: ita & hìc poſt benedictionẽ, & poſtquã terribilis factus eſt beſtiis, & ſub manus eius venerunt aues & volatilia, inquit: Omne reptile viuẽs vobis erit in cibũ: vt olera herbarũ vobis dedi omnia. Hìc eſt initiũ edendarũ carniũ: nõ vt ipſos ad vẽtris ingluuiem paret & inſtruat, ſed quia ex ipſis erat
† cõſecratis. Noë ſacrificaturus, & deo gratias acturꝰ, vt ne videamur quaſi ab† execratis abſtinere: idcirco edendi facultatẽ cõcedit, & valde ſecuros reddit. Quaſi olera herbarũ vobis dedi oĩa. Dein ſicut de Adã dictũ eſt, vt de vno ligno ex omnibꝰ nõ ederet: ita hìc dictũ eſt, cum illi omnia ad eſum valde licẽter permiſſa eſſent. *Veruntamẽ carnem in ſanguine animæ ne comedatis.* Quid eſt caro in ſanguine animæ? hoc eſt ſuffocatũ. Bruti enim anima ſanguis eſt. Quia igitˋ ſacrificia perfecturi

A erant ex brutis, quaſi docet illos, dicens: Quia ſanguis mihi ſegregatus eſt, vobis caro. Hoc autẽ facit ideo, vt primis illis tẽporibus cõprimat illorũ impetum & ꝓpenſionẽ ad homicidia. Et ꝙ hoc ſit verũ, quia per hoc eos magis pios facere voluerit, audi quæ ſequuntur. *Etenim †ipſum] ſanguinẽ, inquit, animarũ veſtrarum exquirã, de manu omniũ beſtiarũ exquirã illum. Et de manu hominis fratris exquiram animã hominis.* Quid ergo? Animáne hominis ſanguis eſt? Non hoc dicit, abſit: ſed humana conſuetudine vſus eſt, quaſi quis dicat alicui: Sanguinẽ tuũ porto in manibꝰ meis. hoc eſt, poteſtatẽ habeo interficiẽdi te. Nã ꝙ anima hominis non ſit ſanguis, audi Chriſtũ dicentẽ: Ne timueritis ab eis qui Mat.10.c
† veſtrum
occidunt corpus, animã enim occidere non poterũt. Et vide quantã fecerit diuerſitatẽ. *Qui effuderit, inquit, ſanguinẽ hominis, pro ſanguine eius effundetur: quia in imagi-*
B *ne dei feci hominem.* Cogita obſecro, quãtus hìc terror verbo adſtructus eſt. Et ſi quod eiuſdẽ naturæ eſt, inquit, non te auocat, neque à tam peruerſo conatu repellit naturę cõmunio: ſed etſi totus impie flagitioſus fraternũ fœdus & cõpaſſionẽ non agnoſcis, cogita ꝙ ad imaginem dei formatus eſt, & quantis eũ deus dignatus ſit prærogatiuis, & ꝙ omni creaturæ præfectus ſit, & quieſces à mala voluntate. Quid ergo ſi innumeras quis patrauerit cædes, & tãtum ſanguinis effundat, quomodo dignã dabit pœnam † ſanguinis effuſi?] Non hoc conſidera homo, ſed intellige quod tale non multo poſt accipiet corpus incorruptibile, quod poterit continuã & ęternã pœnã ferre. Illud itẽ conſidera, q̃ diligenter præceptũ ſit. Nam de homine inquit, Ne effundas ſanguinem: de brutis autem
† effuſo ipſius ſanguine?
non dixit, Ne effundas: ſed, veruntamen carnem in Gene.9.
C ſanguine animæ ne comedatis. Illic dicit, Ne effun- Ibidem.
das: hìc, ne comedas. Vides quàm nihil moleſtũ habeant eius leges? quomodo leuia & facilia mandata? quomodo nihil graue neq; oneroſum requirit à noſtra natura? Dicũt eñ aliqui, brutorũ ſanguinem, grauẽ, terreſtrẽ, & multarũ ægritudinũ cauſam, ſi comedatur. At nos propter prædictũ ſermonem magis piè philoſophicum, & domini mandatum id obſeruare debemus. Deinde vt diſcas quare tam diligenter hoc præceptũ ſtatuit, cohibens hominũ cædis auidas mẽtes, dicit: Vos autẽ creſcite, & multiplicamini, & implete terrã, & dominamini ei. Non temerè, & abſq; cauſa dixit, Vos autẽ: ſed quaſi diceret, Vos qui pauci, & in paruo numero, omnem terram implete, & dominemini ei: hoc eſt dominiũ habete & poteſtatẽ, & fructũ. Vide obſecro dei miſericordiam, quomodo
D prius magna beneficia donat, & tandem vnicum & leue mandatũ dat. Et ſicut de Adam dictum eſt, poſtquã ei cõceſſit vt habitaret in paradiſo, & tot ac tantis frueretur, tandẽ ei præcepit, vt ab vnico ligno abſtineret. Ita & hìc poſtquã promiſit non vltrà talem ſe illaturum generalem ſtragem, neque ita indignaturum, ſed vſq; ad cõſummationẽ mundi immota permanſura omnia elementa, ita vt quæque ſuum curſum & ordinẽ impleant: & poſtquã ipſi benedictionem ſunt cõſecuti, donatiq; priſtina ſuper bruta omnia poteſtate, ac carniũ eſu ſecurè permiſſo, tunc inquit, Veruntamẽ carnẽ in ſanguine animæ ne comedatis. Vidiſti quomodo prius benignitate ac ineffabili liberalitate vtitur, & tũc demũ præcipit id quod inter homines nunquã fieri ſolet. Homines enim primum volunt ea quæ præcipiunt opere cõpleri, magnáque obediẽtia & beneuolentia erga ſe vti ſubditos man-

Universidad de Deusto Biblioteca

tos mandata suscipientes, ac tunc vtique cogitant de remunerandis iis qui multã obedientiam præ se tulerint. Non ita se gerit cõmunis omniũ dominus: prius enim benefacit, & multitudine beneficiorũ nostram naturam ad se allicit, & postea imperat facilia atque leuia, vt facilitate mandatorũ & beneficiis prioribus excitati, ad ea implẽda inducamur. Ne igitur negligẽtes simus dilecti circa mandatorum obedientiã: sed beneficia priora cogitantes, & mandatorũ facilitatẽ, & præmiorum post impleta mãdata promissam magnitudinẽ, sobriiq; simus, & festinemus ad facienda mandata à deo nobis tradita: & ne dimittamus vias quas ad perficiendã animarũ nostrarũ salutem præscripsit, sed tempore nostræ vitæ quod reliquũ bene vtamur, & peccata abluamus, & in hac vita nobis fiduciã quandã reponamus, maximéq; nunc cum adhuc est relicta quadragesimæ pars. Neque em̃ paruus est dierum numerus qui relinquitur, si voluerimus parumper resipiscere. Hoc autẽ dixi, non q̃ solum tanto tẽpore opus habet peccatorũ correctio, sed quia dominũ habemus misericordẽ & benignũ, & non indiget magno tẽpore, tantũ magno feruore & sobrietate ad ipsum accedamus, reiectis secularibus curis omnibus, & supernæ gratię innitamur. Nã & Niniuitæ tãta peccatorũ multitudine aggrauati, quia magnã & veram pœnitentiã egerunt, non indigebant ampliori q̃ trium dierum tẽpore ad prouocandã dei bonitatem, & irritandam quæ aduersum se lata erat sententiam. Et quid dico Niniuitas? latro in cruce neque vno die opus habebat. Et quid dico, die vno? neq; breui hora. Tanta est dei erga nos misericordia. Nam vbi viderit voluntatis nostræ firmum ꝓpositum, & feruenti nos desiderio ad se accedere, nõ tardat, neque differt: sed accelerat, suámque solitã liberalitatẽ exhibens, dicit: Adhuc loquente tę, dicã: Ecce adsum. *Esa.65.d.* Itaq; exauditurus est & nos, si voluerim⁹ in paucis diebus illis studij specimẽ quoddã afferre, & ieiunij subsidio nõ abuti, & excussa socordia cõtinuis precib⁹ placare dominum, calentes ꝓfundere lachrymas, delicta nostra sedulò cõfiteri, & quasi medico ꝓponere nostra vulnera, & animarũ vlcera declarare, nec abiicere quã ille dat medicinã, necnõ & alia quæ à nobis exiguntur afferre: animo inquã conteri & cõpungi, eleemosynã dare largã, affectiones quæ mentem nostrã interturbant refrænare, & ex anima eliminare: ita vt neque ab diuitiarum cupiditate expugnemur, neque iniurias illatas vindicare cupiamus, neq; hostiliter in ꝓximũ affecti simus. Nihil enim omniũ deus ita odit & auersatur, vt hominẽ vltionis auidũ, & in animo suo perpetuas aduersus proximum seruantẽ inimicitias. Tãtum enim eius peccati damnum est, vt misericordiã dei reuocet, nec locum habere sinat. Quod vt sciatis, Euangelicã vobis parabolã refero. Quomodo ille decem miliũ talentorũ debitor, *Matt.18.c* remissionem omniũ à domino consequutus, eo q̃ supplicabat & orabat. Misericordia enim motus, inquit, dominus noster, & fœnus ei remisit. Vidisti misericordiam domini? Ille procidit, supplicat, orat, vt longius sibi tempus præfiniatur. Longanimis esto in me, inquit, & omnia tibi reddã. Sed bonus dñs, misericors, nostriq; curã agẽs, supplici bene volens, nõ solũ quantũ petiit, sed quãtũ ne cogitare quidẽ ausus fuit, dedit. Is enim eius mos est, vt vincat, & præueniat petitiones nostras. Illo itaque orãte vt seueritatem dominus remitteret, & promittente soluturum se omnia, dominus bonitate sua vincẽs nostra delicta, misericordia motus, inquit, dimisit eum, fœnúsq; totum ei dimisit. Vidisti quid seruus orauerit, & quantum ei dominus dimiserit? Vide è diuerso & serui insolentiam: debebat enim iuxta tãtam misericordiam & indicibilẽ beneficentiã sibi exhibitam, & ipse proximo fuisse cõpatientissimus. Verum ipse planè diuerso modo egit. Egressus enim, inquit, ille decem milium talentorum debitor, & remissionẽ assequutus. Audite, obsecro, diligẽter: nam quæ illi acciderunt, sufficiunt ad corripiendas animas nostras, & ad persuadendum vt tollatur grauis ille morbus è mente nostra. Hic igitur, inquit, egressus inuenit vnũ è cõseruis suis, qui debebat sibi centum denarios. Vide quantũ interest. Hîc cõseruus debebat cẽtum denarios, illic dominus erat qui repetebat decẽ milia talentorũ. Nihilominus quia vidit supplicantẽ & orantẽ, dimisit. At iste apprehensum seruum strangulabat, dicens: Redde mihi si quid debes. † Et quidnam cõseruus, qui supplicabat, dixit?] Vide quomodo subinde Euãgelista verbũ, cõseruus, versat non temerè: sed vt discamus q̃ pares illi nihil differebãt. *†Quid igitur? Procidens, inquit, cõseruus eius.* Veruntamen cõseruus ei supplicabat eodẽ modo vt ille antea domino, dicẽs, Lõganimis esto in me, & omnia tibi reddã. Ille autẽ, inquit, egressus, coniecit hunc in carcerem, donec omne debitum sibi dinumeraret. O summam ingratitudinem: habebat adhuc in recenti memoria quanta dominus liberalitate secum egerat, neque sic aliqua cõpassione motus est: sed prius quidem suffocabat, nunc verò in carcerẽ coniicit. Cæterum vide quid fit. Vt viderunt, inquit, conserui illius, contristati sunt: & vt venerunt ad dominum, rem omnem manifestarunt. Non ille quidẽ qui ita malè affectus erat (quomodo enim potuisset ille qui in carcerem coniectus?) sed alij conserui, & qui nulla iniuria affecti, quasi iniuria affecti, ita mœsti erant, dominóque quẽ accesserunt narrauerunt. Iam vide & domini indignationem. Tunc accersito eo, inquit, dicit, Serue male. Vere hîc videre licet, quantũ malorũ sit iniuriarũ reminisci. Quoniam cum decem milia talenta cõsumpsisset, non vocauit eum malũ: sed nunc, quia conseruo crudelis fuit. Male serue, inquit, omne debitum illud remisi tibi, quia rogasti me. Vide quomodo declarat excellentẽ eius malitiã. Num aliquid amplius fecisti? inquit. Nõne paucula tantum verba dixisti, & suscepta petitione tua totum illud grãde & indicibile debitũ remisi? Nónne & te misereri oportebat cõserui tui, sicut ego tui misertus eram? Qua dignus eris venia? Ego dominus tantũ põdus debitorũ propter pauca illa nuda verba dimisi: tu autẽ conseruo tuo, qui est eiusdẽ naturæ, non es misertus, neque inflecti potuisti, neque recordatus eorũ quæ à me tibi concessa, vllam compassionem præ te tulisti: sed inhumanus fuisti & crudelis, cõseruóque misereri noluisti, idcirco hîc tãdem re ipsa disces quantorũ tibi ipsi malorum author fueris. Et iratus dominus eius, tradidit illum tortoribus. Vide & nũc ipsum irasci ob inhumanitatem erga seruum, & tortoribus illum tradere: id quod prius non fecit cum tot debitorũ reus esset, nunc fieri iubet. Tradidit enim illũ tortoribus, donec omne debitum redderet: donec, inquit, decẽ milia talenta, quæ iã remissa erant, dinumeraret. Magna & ineffabilis dei misericordia, cum in se quidem peccatũ est, ad nudas tantùm preces totum remittit: cum autem in cõseruum videt crudelem & inhumanum, suam reuocat liberalitatem, mõstrans illi re ipsa quòd

quòd non tam illũ quàm seipsum offendisset. Et sicut conseruũ in carcerẽ coniecit, donec debitum redderet: ita & ipse tortoribus traditur, donec quod debebat rependat. Hæc de talentis & denariis non simpliciter dixit, sed de peccatis erat sermo, & delictorũ magnitudine: vt discamus quòd nos quidẽ infinitorum peccatorum pœnas domino debentes, propter ineffabilem illius misericordiã, remissionem ab ipso accipimus. Si verò erga conseruos & ꝓximos, & eos qui eandẽ quam nos naturam sortiti sunt, crudeles & inhumaui fuerimus, & quæ in nos commissa sunt nõ dimiserimus, sed pro re friuola importuni fuerimus (quantum enim interest inter cẽtum denarios, & decem milia talenta: tantum & inter ea quæ nos in dominum, & ea quę alij in nos deliquerunt) tunc & nos in indignationẽ domini incidem⁹, & ea quæ iam antea dimissa erant, soluere iterum in tormentis cogemur. Porrò vt diligenter discamus parabolã hanc ob animarũ nostrarũ salutẽ à domino adductam, audi quę inferũtur. *Mat.18.c* Sic & pater vester cœlestis faciet vobis, inquit, si non vnusquisque fratri suo remiseritis è cordibus vestris delicta illorum. Magnum parabolæ lucrum, modo attẽdere voluerimus. Quid enim tãtum poterimus dimittere quantũ nobis à domino dimittitur? Et nos quidẽ si hoc voluerimus, cõseruis remittimus, ipsi verò à domino remissionẽ accipimus. Et vide vt diligenter singula sunt dicta. Non enim dixit simpliciter, si non dimiseritis hominibus peccata: sed, si non vnusquisq; fratri suo è cordibus vestris delicta illorũ. Aduerte quomodo vult cor nostrum in quiete & trãquillitate esse, & mentem nostrã à perturbationibus alienam, affectionibúsque omnibus liberã, plurimúmque nos erga proximum misericordiæ studiũ declarare. *Matt.6.b* Et alio quoque loco iterũ dicit, Si dimiseritis hominibus delicta illorũ, dimittet & vobis pater vester cœlestis. Ne igitur putemus quòd dũ benefacimus, alteri gratificemur, aut magnum quoddã beneficiũ apud illũ deponamus. Nã ipsi sumus qui beneficio fruimur, & multũ lucri inde nobis conciliamus: sicut etiam si hoc non fecerimus, omnino nihil eos lędere poterimus, nobisipsis autem intolerabilem gehennæ pœnã paramus. Idcirco obsecro, vt cogitãtes hæc, nunquã admittamus vt eorum qui nos contristarunt, vel aliâs offenderũt, iniuriæ reminiscamur, vel inimico animo erga illos afficiamur: sed considerantes, quanta hoc nobis afferat beneficia, & quantã ad dominũ fiduciam: & ante omnia, quòd reconciliari cum iis qui nos iniuria affecere, peccatorum nostrorum absumptio quædã est: festinemus & anhelemus vt paratum inde lucrum reputantes tam officiosi in eos simus, qui nos offẽdêre, quàm sumus in eos qui verè nobis benefaciunt. Nam si sapimus, nõ ita nobis prodesse poterunt qui candidi in nos sunt, & demereri cupiunt, atque ij per quos diuino fauore digni efficimur, & peccatorũ sarcinis exoneramur. Cogita obsecro dilecte, quanta sit huius virtutis magnitudo, & disce vel ex præmiis quæ propter illã vniuersi dominus promisit. *Matt.5.g & Luc.6 d.* Nam cum dixisset, Diligite inimicos vestros, benedicite eis qui persequũtur vos, orate pro calũniantibus vos: quia sublimia sunt præcepta, summúmque verticem tangentia: inquit, vt efficiamini similes patri vestro qui in cœlis est: quia solẽ suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Vidisti duntaxat pro humanis viribus, cui similis fiat qui non solum nõ vlciscitur eum qui offendit, sed & pro eo orare studet? Ne igitur negligentia nostra talibus nos fraudemus bonis, & præmiis quæ omnẽ * rationem transcendunt: sed modis omnibus boni huius operis nobis cura sit, cogatúrque & erudiatur mens, vt pareat dei præceptis. **λόγον, rationem, sermonẽ, orationem.* Nã ꝓpterea hãc admonitionẽ & ego nunc feci, & parabolã in mediũ attuli, & quanta sit huius boni operis magnitudo, & quantũ inde lucrũ nobis accrescat, ostendi, vt cũ adhuc tempus est, si quis ex vobis est qui alium habeat sibi infensum, operã det, vt officiosè reconcilietur. At ne quis mihi dicat, Semel atque iterum oraui, & non assensit: Si hoc synceriter facimus, non prius quiescamus donec multa sedulitate victoriam adepti, illum nobis cõciliemus, & à suis in nos inimicitiis abducamus. Neque enim illi quid largimur, sed in nos trãseunt beneficia. Dei fauorem hinc assequimur, peccatorum nostrorum maculas detergi facimus, magnam apud deum fiduciã accipimus. Si hoc fecerimus, poterimus pura conscientia ad sanctam terribilémque hanc mensam accedere, & verba illa quæ precationi inserta sunt, fideliter dicere. Sciũt initiati illi quid dicatur. *Dimitte nobis sicut & nos dimittimus.* Proinde vniuscuiusque conscientiæ relinquo, quomodo mandato illo impleto, per illud terribile tempus fidẽter dicere possimus. Quòd si negligentes fuerimus, quanta hinc nobis condemnationis causa, qui diuersa facimus & dicimus? Audem⁹ temerè verba precum pronunciare, & maiorẽ nobis ipsis ignem extruere, irámq; dei in nos prouocare. Gaudeo & lętor, quia video vos tanta voluptate quæ dicimus audire, & plausu tanto excipere, promptósque esse, & ad dominici mandati adimpletionẽ paratos. Hæc enim animarum nostrarum medicina est, hoc vulnerũ nostrorum pharmacum. Hæc optima deo placens via. Hoc certissimum piæ animę indiciũ, suscipere omnia ꝓpter legẽ domini, & à cogitationũ infirmitate non retrahi, sed affectionibus imperare, animo versare beneficia nobis à deo quotidie exhibita, & quantumuis conemur, vix vllã partem exponere poterimus eorũ vel quæ olim in nos collocata, vel quę quotidie accipimus, vel quæ in futurũ reposita sunt bona, si voluerimus mandata domini opere complere. Igitur hinc exeuntes, istud in primis agẽdum quique proponãt, & quasi ad thesaurũ maximum festinent, neque differant, vt fieri solet. Etiamsi labore, vel inquisitione, vel lõgo itinere opus sit, etiamsi molestiæ multę sint, omnia hæc auferamus impedimenta. Vnica nobis cura sit, quomodo mandatum domini adimpleamus, & obedientiæ nobis afferatur merces. Scio quòd graue & molestum videtur, ad eum qui hostiliter in te affectus sit, abire, cúmque eo stare & loqui: at si mandati cogitaueris dignitatẽ, & retributionis magnitudinem: & quòd non in illũ, sed in te recurrant beneficia, omnia tibi leuia & facilia videbuntur. Hæc igitur in mentibus nostris versantes, consuetudinem nostram vincamus, piáque mente dominica mandata adimpleam⁹, quò & à Christo remunerari mereamur, gratia & misericordia bonitatis eius. Cui cũ patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit dominus deus ad Noe, & ad filios eius cum eo. Ecce ego statuam pactum meum vobiscun & cum semine vestro post vos, & omni animæ viuenti vobiscum tam in volucribus quàm in pecudibus, & omnibus bestiis terræ.

Homilia XXVIII.

Heri

Universidad de Deusto Biblioteca

A HEri proposita benedictione, quã cõsequutus est à domino iustus, qui post egressum ex arca, altare ædificauit,& oblatis hostiis suã declarauit gratitudinẽ, vlterius neq; progredi, neque lectionẽ totam enarrare, neq; quantũ se humilitati nostræ misericors deus attẽperet, ostendere potuimus: nam sermonẽ nostrũ, quia prolixius se extẽdebat, celeriter succidimꝰ, vt ne multitudine vestra memoria adobrueretur, nõ sine iactura eorũ quæ dicenda erãt. Non eñ hoc solũ nobis curæ est, vt multa dicamus: sed tanta, quę vobis facile sit mente capere, quò cum lucro hinc abire liceat. Nã si nos plura q̃ par sit dixerimus,& vos nihil inde percipiatis, quæ vtilitas? Scitis enim, ꝙ ꝓpter vestrã vtilitatẽ hunc laborem suscepimus,& iustã nos mercedẽ accepisse credimꝰ, si vestrũ videamus ꝓfectũ:& ꝙ diligenter quæ dicũtur teneatis in sinibus animi vestri reposita, cõtinuò ea memorantes & ruminantes. B Memoria eñ olim dictorũ, faciet, vt maiori cõmoditate & dicenda capere possitis. In hoc enim inuigilamus & incũbimus, vt omnes vos perfecti & cõsummati fiatis, & nihil eorũ quæ in diuinis scripturis continẽtur, vos lateat. Etenim eorum notitia, si vigiles sobriiq; esse volumus, & ad melioris vitæ frugẽ plurimũ nobis cõfert, alacrioresq; ad virtutũ labores facit. Nã cũ erudimur, omnibꝰ iustis magnã apud deũ esse fiduciam, qui afflicti & tentati per omnẽ vitã suã, patientiã & gratitudinẽ declararũt, & sic præmia sunt adepti: quomodo non & nobis curæ erit, vt eandẽ incedamus viã, quò & eadẽ præmia obtineamus? Ideo obsecro, vt quotidie aliquid accedat boni operis,& crescat vestrũ ędificiũ spirituale,& bona opera quæ olim fecistis, diligenter custodiatis,& si quæ adhuc desiderantur adiiciatis,& sic in summum C virtutis perueniatis fastigiũ, in vestrã gloriam, in ædificationẽ ecclesiæ, in honorẽ Christi. Sanè ego vidẽs inexplebilẽ vestrã spiritualiũ doctrinarũ auiditatem, etiã satis cõscius magnæ meæ tenuitatis, nõ intermitto quotidie apparare ex diuinis scripturis conuiuiũ,& quæcunq; dei gratia ꝓpter suã misericordiã & vestrã vtilitatẽ suppeditauerit, ꝓponere. Age igitur & hodie indicabimus charitati vestrę eminentẽ dei misericordiã, quã humano generi contulit, & ob id verba quæ deus ad Noë dixit, afferimus. Et dixit deus ad Noë, & filios illius. Postquã benedixit illũ & filios illius, & dixit, Crescite & multiplicamini: & tradidit illis dominiũ super bruta omnia, potestatẽque dedit hisce quasi oleribus herbarũ vesci, necnon & mãdauit vt carnes in sanguine non comedãt: adhuc gerens curã iusti & D posteritatis, beneficiisq; nostrũ genus adobruens, denuo maiora adiicit beneficia,& inquit, *Dixítque dominus deus Noe & filiis illius cum ipso, dicens: Ecce† statuã testamentũ meũ vobiscum, & cum semine vestro post vos, & omni animæ viuenti vobiscũ, à volucribꝰ & pecoribus & omnibus bestiis terræ quæcunq; sunt vobiscũ, & omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuã testamentũ meũ vobiscũ. Et non morietur vltrà omnis caro ex aquis diluuij, nec erit vltrà diluuium aquæ, quod omnẽ terrã corrumpat.* Quia verisimile erat iustũ adhuc in angore esse,& mẽtẽ illius formidime teneri:& si quando ingrueret paruus aliquis imber, futurũ tristẽ & attonitũ, quasi denuo talis tẽpestas mũdũ inuolutura sit: ideo vt & ipse fidere possit, posteritásq; omnis, optimus deus bene sciẽs quòd & paruus mœror turbare queat. Nã præteritorũ experientia ad formidinẽ incutiẽdã multũ habet momẽti. Itaq; quia verisimile erat & à parua pluuia formidaturũ, idcirco

† statuo.

A misericors deus, quasi fiduciam illi adhibiturus, & ab omni formidine solutũ, in magnã securitatẽ & iucunditatẽ inducturus, ꝓmittit ipsi, ꝙ eiusmodi pœnã vltrà nõ sit illaturus. Et hoc quidẽ pridẽ & ante benedictionẽ ꝓmiserat, dicens, quẽadmodũ audiuistis, Non adiiciã vltrà vt maledicã terrã, etiã si hominũ malitia increscat, nõ tamen ego humanũ genus tali subiiciam pœnæ. Nã mõstrando ineffabilẽ suã misericordiã, idipsum nunc denuo ꝓmittit, vt bene cõfidat iustus, nec cogitet apud se, ac dicat, Et olim benedictionẽ generi nostro dedit,& vt valde multiplicaretur effecit: sed postea cõmunem illam omniũ internecionẽ subiunxit. Quocirca, vt omnem è cogitationibus illiꝰ tumultũ expelleret, copiosis argumentis certũ ipsum fecit, non futurũ vltrà tale diluuiũ: Quasi scilicet diceret, diluuiũ ex misericordia induxi, vt & malitia impediatur, neq; vlterius ꝓgredi possit: ita & nunc eadẽ B misericordia polliceor me id non vltrà facturũ, vt seposito omni mœrore præsentẽ vitam transigatis. Et ideo dixit, Ecce statuo testamentũ meum, hoc est pactum facio. Nã sicut in humanis negociis si quis promittit aliquid, pactũ facit, & certis argumentis & indiciis securũ alium facit: ita & benignus dominus inquit, Ecce, statuo testamentũ meũ. Et bene dixit statuo, pro eo quod est, Ecce ego instauro ea quę ex peccatorũ ruina acciderãt: & statuo testamentũ meũ vobiscũ,& cũ semine vestro post vos. Vide misericordiam domini: quasi diceret, Non tantum vobiscum statuo pactum: sed & iis qui vos sequentur, stabile & firmum fore pronũcio. Postea vt suam declaret liberalitatem, inquit, *Et omni animæ viuenti vobiscum, à volatilibus, & à pecoribus, & omnibus bestiis terræ, quæcunque* C *vobiscum ex omnibus quæ egressa sunt ex arca, & statuo † testamentum meum vobiscũ, & non morietur omnis caro vltrà ab aqua diluuij. Et non vltrà erit diluuiũ aquæ, vt corrumpat omnem terrã.* Vidisti pactorum magnitudinẽ? vidisti promissionũ ineffabilẽ liberalitatẽ? Considera quomodo misericordiã suam denuo facit vsq; ad bruta & feras pertingere:& meritò. Quod eñ sæpe dixi, hoc & nunc dico. Nã quia ꝓpter hominẽ hæc producta sunt, ideo & illorũ beneficiorũ partem habent quæ homini concessa sunt. Et videtur † mihi cõmune esse testamentũ & homini,& brutis.] Nam & hoc homini solatio fuerit, vt scire possit in quãto sit honore, quòd nõ solũ in se collocẽtur beneficia, sed ꝓpter se in alia quoque animalia extendatur liberalitas. Et non morietur, inquit, omnis caro vltrà ab aqua diluuij,& non erit vltrà diluuiũ, vt corrumpat omnem terrã. Vidi- D stis quomodo & semel, & iterũ, & sæpius pollicetur se non vltrà immissurũ cõmunem omniũ internecionem, vt ex mente iusti hanc solicitudinẽ adimat,& de futuris vt bonã spẽ ille habeat. Dein non ad suã naturã spectãs, sed nostrã infimitatem, non contentus est promissione sua, quam verbis dedit: sed iterum ostendit quomodo se nostræ infirmitati attemperat, & signum dat quod perpetuo durans tali metu humanũ genus liberare possit, vt etiamsi sæpe pluuiæ deferantur,& violentæ tẽpestates fiant, & si aquarum magna sit inundãtia, neque sic metuendum, sed confidendũ, nobis ad datũ signũ respiciẽtibus. *Et dixit dominus deus ad Noe, Hoc est signum testamenti, quod ego do inter me & te.* Vide quanto honore iustum dignatur, ita cum eo paciscitur quasi homo homini loquens,& dicit, *Hoc est signum testamenti quod ego do inter me & te, & omnem animam viuentem, quæ vobiscum est in generationes æternas.* Vidisti

† pactum.

† quidẽ cõmune esse pactũ ipsi & brutis, sed non ita est.]

Vidisti quomodo signũ dandũ omni viuenti duraturum sit in generationes æternas? nõ solũ communiter omnibus viuentibus dat signũ, sed & perpetuũ & æternũ illud facit, quoad mundus subsistit. Quod ergo signum? *Arcum meum pono in nube, & erit in signum inter me & terram.* Ecce post pollicitationẽ verbo factã & hoc signum do, iridẽ dicens, quã aliqui fieri dicũt sole radios suos cõtra nubes mittẽte. Si sermo meus, inquit, nõ sufficit, ecce & signũ do, nunquã vlterius talẽ me pœnã inducturũ. Hoc ergo signũ videntes, à formidine liberemini. *Et erit cum nubilauero,* inquit, *nubes super terram, & † apparuerit arcus meus in nube, & recordabor testamenti mei quod est inter me & vos, & inter omnem animam viuentẽ super omnẽ terrã.* Quid dicis ô beate ꝓpheta? Recordabor, inquit, testamẽti mei, hoc est pacti mei, promissionis, pollicitationis. Non quia ipse opus habeat recordatione, sed vt nos ad illud signum respicientes, nihil durũ suspicemur: sed statim recordemur diuinæ ꝓmissionis,& roboremur, & confidamus, vtpote nihil tale passuri. Vidisti quãtũ deus verbis se ꝓpter nostrã infirmitatẽ humiliet, quantã curã gerat nostri generis, quantã misericordiæ magnitudinem declaret: non quia hominũ cõuersionẽ vidit, sed vt per omnia nos doceat excellentẽ suã bonitatẽ? Et non erit vltrà aqua in diluuiũ, ita vt deleat omnẽ carnẽ: quia sciuit hoc timere humanã naturã. Vide quomodo continuò hoc pollicetur, quasi dicens, Etiamsi videritis multos imbres fieri, neq; sic aliquid duri vobiscũ concipite. Nõ eñ erit aqua in diluuiũ, ita vt deleat omnẽ carnẽ. Talis imber non erit vltrà, tantam indignationẽ non vltrà experietur humanum genus. Et erit, inquit, arcus meus in nube,& videbo vt recorder testamenti æterni inter deum, & inter animam viuentem in omni carne. Considera quomodo volens humanam naturam ad fidem & firmam credulitatẽ inducere, quãta verborũ vsus sit humilitate. Et videbo, inquit, vt recorder. Ergóne visus ipsum in memoriã ducet? absit. Non eñ vt hoc suspicemur, ita dicit, sed vt quando videmus signũ hoc, dei promissioni confidamus, certi quòd non sit possibile dei promissiones intercidere. Et dixit dominus deus, inquit, ad Noë, Hoc signũ testamenti mei, quod posui inter me, & inter omnem carnem quæ est super terram. Accepisti, inquit, signum id quod dedi inter me & omnem carnem quæ est super terram. Ne vltrà confundaris mente, ne turberis animo: sed ad hoc respice,& ipse bonã spem habeto, & omnes qui post te futuri sunt, hinc consolationem accipiant. Et aspectus signi fiduciam eis præstet, ꝙ nunquã talis tempestas terrã inuadet. Nã quãuis peccata hominum crescent, ego tamen quæ promisi adimplebo, & nunquã talem indignationẽ in omnes faciam. Vidistis quàm excellens domini bonitas? Vidistis quantũ ad nostrã humilitatẽ verbis se demittat? Vidistis quanta suæ erga nos curæ magnitudo? Vidistis quanta promittẽtis liberalitas? Non eñ beneficium suũ vsque ad duas vel tres vel decem generationes extendit, sed ꝓmisit quoad subsistit mundus extendendũ: vt ex vtroque emendatiores reddamur,& ex eo ꝙ illi ꝓpter multitudinem peccatorũ tali pœna puniti sunt, & ex eo ꝙ nos tanta ꝓmissione dignatus est. Nam cordatos beneficia magis q̃ pœnæ alliciunt ad mandatorũ obedientiã. Igitur ne simus ingrati. Nos eñ antequã vllũ bonitatis specimen exhibuerimus, imò etiã cum pœnis digna fecerimus, tanta dignatus est beneficentia.

† apparebit.

A Si grati fuerimus, & de prioribus gratitudinem declarauerimus, conuerterimúsq; nos ad meliora, quãta tum deniq; nos dignabitur liberalitate & gratia, qui indignis ita benefacit,& tam misericors est peccatoribus? si à peccatis destiterimus,& virtutem sectemur, quæ non consequuturi sumus? Enimuero hac de causa prior ipse multa in nos beneficia collocat, & cum peccauerimus, iterũ nobis veniã impartit,& supplicia non è vestigio infert: vt per omnia nos alliciat, & dũ nobis benefacit,& dum longanimis est. Sæpe etiam dũ aliquos punit, alios per hoc inducere vult, vt illorum metu castigati, supplicij periculũ effugiant. Vidisti sapientissimi dei misericordiam, quomodo omnia quæ per ipsum fiunt, ꝓpter vnũ solũ, nempe humanã salutem, fiunt? Idcirco cum hæc cogitamus, ne simus desides, ne virtutẽ negligamus, ne prætereamus leges B ab illo statutas. Nã si viderit nos cõuerti, & quiescere,& principiũ aliquod facere, ipse quoque sua simul afferet, faciétque nobis omnia leuia & facilia, & non permittet vt virtutis laborem sentiamus. Nã quando anima ad deum cogitationem suã intendit, non iam decipi potest à visibiliũ aspectu: sed præteriens omnia, ea quæ non videntur corporalibus oculis, quæ nullã sciunt vicissitudinem, sed perpetuò manent, fixáque sunt ac immota, diligẽtius speculatur, quàm ea quæ ante pedes sunt posita. Tales eñ mentis sunt oculi, qui ad illorũ spectaculũ continuò intendunt, & supernis radiis illustrati, omnia quæ in hac vita sunt, quasi vmbram & somnium transeunt: non vlli vltrà deceptioni obnoxij sunt, neque ipsis imponi potest: sed etiam si opes viderint, statim derident: scientes ꝙ fugitiuo quouis infideliores, ab vno ad aliũ trans- C eant, & nunquã apud eundẽ subsistãt, & infinita mala possidẽtibus afferãt, quos & in ipsum malitię, vt dicitur, pręcipitiũ impulsos deturbãt. Et si corporis formositatẽ intuiti fuerint, neq; illã magni faciunt, cogitãtes tam fragilẽ ac instabilẽ, ꝙ superueniens morbus repentè omnẽ illã formositatẽ obscuret,& ꝙ nonnũquam ante morbũ, si inuaserit senectus, facies quę antea formosa erat, fiat indecora,& iniucunda: mors autem superueniens, omnẽ corporis pulchritudinẽ corrumpat. Et si quem viderint gloria & potẽtia inflatũ, & qui in summũ dignitatum verticem peruenerit, omníque felicitate fruatur, etiã illũ prætereunt, quasi nihil stabile & solidũ habentẽ, sed de illis gloriantem quæ fluminibus ipsis ocyus præterlabuntur. Quid eñ omni huius vitæ gloria vilius, quæ flori herbæ confertur? Omnis enim gloria hominis, inquit, sicut flos 1. Pet. 1. d. D fœni. Vidistis dilecti, quomodo q̃ acutè videãt oculi fidei, si quando in deum mens intenta fuerit? Vidistis quomodo à nulla re visibili decipi possunt, sed rectũ habent rerũ iudiciũ, neq; in vllo falluntur? Sed si gratum est, iterum ad contextum sermonis reuertamur: & paucis propositis finem sermonis faciamus, vt dictorum memoria mẽti vestrę infigatur. Nã postquam scriptura sermonẽ de diuino signo finiuit, voluit iterũ nos docere alia quæ ad iustũ illũ & filios illius pertinẽt,& dicit: *Erãt autẽ filij Noe, qui de arca egressi sunt, Sem, Cham, Iaphet. Cham autẽ erat pater Chanaan. Tres † illi sunt à quibus] dispersi sunt super omnẽ terrã.* Dignũ hîc fuerit vt inquiramus quare diuina scriptura hos tres filios cõmemorãdo, subdit, Chã autẽ erat pater Chanaan? Ne putetis, obsecro, hoc absq; causa fuisse adiectũ. Nihil enim in diuina scriptura continetur quod non aliqua ratione dictum sit, quæ nõ & latentẽ in se habeat vtilitatem.

† sunt filij Noe, ab istis.

Universidad de Deusto Biblioteca

litatem. Quare ergo assignauit, Cham autẽ erat pater
Chanaã? Voluit autẽ per hoc nobis illius intẽperantię
nimietatẽ insinuare, & ꝙ neq; calamitatis magnitudo
illum coërcere potuit, neque tãta in arca angustia ir-
refrænatã illius concupiscentiã sedauit: sed quanuis
senior nondum filios ꝓcreauerat, hîc incontinentiæ
deditus, in tempore tantæ indignationis, & generalis
interitus, quo orbis cõprehensus est, rei Venereæ de-
ditus fuit, & cupiditatis intemperãtiam non refræna-
uit, sed iam statim ab initio mẽtis suę malitiã mõstra-
uit. Itaque cũ non multo post propter contumeliã in
parẽtẽ, maledictionẽ suscepturus erat eius filius Cha-
naan: ideo scriptura diuina nomen eius prius assigna-
uit, pariter & filij nomen, docens & patris intempe-
rantiã: vt cũ eum postea videris magna ingratitudine
erga patrẽ vti, scire possis ꝙ iam olim talis fuerit, vt-
pote neque à tanta calamitate humiliatus. Sufficere
enim debebat ad extinguendã libidinẽ, tantus luctus.
Et nihil flammã & insaniã hanc ita cõprimere potest,
vt tristitiæ vehementia, & calamitatis excellentia. Igi-
tur qui in tanta malorũ magnitudine tantæ rabiei &
insaniæ in ꝓcreãdis pueris fuit, qua venia dignus fue-
rit? At hîc nobis alia quęstio nascitur, celebrata, & quę
vbiq; circũfertur, Quare patre peccãte, filius maledi-
ctum accipit? Sed ne longũ sermonẽ hunc faciamus,
in aliud tẽpus illã reponemus, vt cũ ad eum locũ per-
uenerimus, tunc & solutionẽ afferamus, quã deus do-
nauerit. Nihil em̃ in sacra scriptura (sicut dixi) inueni-
re licet, quod absque ratione aliqua sit scriptũ. Iã hoc
igitur interim sciamus, ꝙ nomen filij non absq; cau-
sa fuit à Mose cõmemoratũ, cũ dixit, Cham autẽ erat
pater Chanaan. Tres, inquit, sunt ij filij Noë, & ab iis
dispersi sunt in omnem terrã. Neque hoc dictũ obi-
ter prætereamus dilecti, sed cogitem⁹ ex illo ipso vir-
tutis dei magnitudinẽ. Tres, inquit, erant ij filij Noë,
& ex illis dispersi sunt super omnẽ terrã. Quomodo
ex tribus tanta multitudo succreuit? quomodo po-
tuerunt* durare? Quomodo ex paucis illis totus — * Διαρκῆσαι durare, sufficere.
mundus constitutus? Quomodo eorũ permanserunt
corpora? Nõ medicus erat qui medicinã adhibebat,
neq; erat aliqua alia cura. Nondũ enim erãt ciuitates
conditæ, sed post tantã miseriã & vitam illã in arca, è
qua salsuginosi & incuruati ob compressionẽ exierũt,
& in tanta solitudine existẽtes, & indicibili vastitate,
quomodo nõ corrupti sunt? quomodo non perierũt?
Timorẽ em̃ & metum, dic oro, non putas cõmouisse
eorũ mentem, & concussisse animam? Ne admireris
dilecte: deus em̃ erat qui omnia faciebat, & deus na-
turæ opifex erat, qui omnia præpedimenta auferebat
mandato suo, quo dixit, Crescite & multiplicamini,
& implete terrã. Hoc enim incrementũ dedit. Quia
Exod. 1. & seq. — & Israëlitę cũ in Aegypto in luto & latere cõficiendo
onerati essent in tanto maiorẽ multitudinem excre-
scebant, quo magis opprimebantur. Et neq; immise-
ricors & crudele præceptũ Pharaonis, quod præci-
piebat masculos in flumina ꝓiici (& alioqui mirè ve-
xabãt præfecti operarũ) valuit imminuere illorũ mul
titudinẽ, sed in maiorẽ multitudinẽ increscebãt. Erat
enim diuina gratia, quæ omnia diuerso modo opera-
tur. Quando igitur dominus præcipit, ne quæras vt
iuxta humanum morẽ opera perficiantur. Potentior
enim quàm natura, nõ eget naturæ ministerio, sed &
per ea quæ alioquin impediũt, res augmẽtat. Eo mo-
do & nunc: per tres illos totũ orbem impleuit. A tri-
bus enim illis, inquit, dispersi sunt in vniuersam ter-

A ram. Vidisti dei potentiam? vidisti quomodo & si sint
multa obstacula, nihil tamen illius moratur volunta-
tem? Id ipsum & in fide licebit videre. Cum em̃ tales
sint qui infestent, tanti sint qui insidientur, & reges, &
tyrãni, & populi seditiosi, & omnia faciẽtes vt extin-
guant scintillã fidei, per insidiatores, per eos qui ve-
tare volebãt, tanta pietatis flãma erupit, vt totum or-
bem habitatũ & inhabitatũ inuaserit. Etiã si ad Indos
abieris, & ad Scythas, & ad fines orbis terræ, etiã si ad
ipsum Oceanũ, vbique inuenies Christi † fidem illu- — † doctrinã
strantẽ omniũ animos. Hoc enim admirabile & stu-
pore plenũ, ꝙ effera barbarorũ corda demulsit, & pla-
cida fecit pietatis sermo, didicerúntq; philosophari,
& abiecta pristina consuetudine ad pietatẽ translati
sunt. Et sicut per tres illos hominũ genus multiplica-
uit vniuersi cõditor: ita quoq; & in fide per vndecim
B piscatores illiteratos & idiotas, qui neque os aperire
audebãt, omnẽ sibi orbẽ conciliauit. Et illiterati isti
& idiotæ, & piscatores, philosophorum obturauerunt
ora, & transcurrerunt orbem quasi alati, seminantes
veritatis sermonẽ, & spinas execantes, & pristinas af-
fectiones reuellentes, Christiq; leges vbiq; plãtantes.
Et neq; ꝙ pauci essent, neq; ꝙ priuati & illiterati, ne-
que ꝙ austera & insolita docerent, neq; ꝙ veteri con-
suetudine humanũ genus præuentũ esset, obstaculo
eis esse potuit: sed præuia gratia sustulit hæc omnia,
magnáq; facilitate operati sunt omnia, per ipsa obsta-
cula maiorẽ accipiẽtes alacritatem. Enimuero inter-
dum flagellati decedebãt gaudentes, non propter fla-
gella simpliciter, sed quia pro nomine Christi digni — Act. 5. g
habiti sunt ignominiã pati. Interdũ autẽ in carcerem
coniecti, posteaquam ab angelo educti fuerunt, iterũ — Ibid. a
C eadem cõtinuauerunt: & in tẽplum abeuntes, doctri-
næ sermonem seminauerunt, piscati multitudines ad
pietatẽ. Et iterum detenti, nõ solũ non segniores inde
facti sunt, sed & maiorem libertatẽ præ se tulerunt, in
medio insanientis populi, & dentibus frementis stan- — Ibid. d
tes, ac dicentes, Obedire oportet deo magis q̃ homi-
nib⁹. Vidisti libertatis magnitudinẽ? vidisti illiteratos
piscatores contẽnere tot furentes populos, & ad cæ-
des ac mactationes paratos? At tu dilecte audiens hęc
omnia quæ fiunt, ne tribue illis: sed diuinę gratiæ, quę
confirmat & instruit illorũ alacritatẽ. Quia & ille bea- — Act. 3. a & seq.
tus Petrus, cum ex vtero matris claudũ rectũ faceret,
omnibus obstupescentibus & admirantibus, suam ip-
se gratitudinẽ declarans inquit, Viri quid in nos in-
tenditis, quasi qui propria potentia vel pietate feceri-
mus illum ambulare? Quare, inquit, sic obstupescitis,
D & stupefacti estis in hac re? Num nos sumus hoc ope-
rati, vel propria virtute incolumitati illũ restituimus,
& ambulare fecimus? Quid in nos intenditis? Nihil
amplius nos attulimus, q̃ quòd linguã nostrã cõmo-
dauimus. Qui autem omnia fecit, dominus est, & ille — Matt. 27.
naturæ conditor, deus Abraham, Isaac, & Iacob, quos — b. c.
patriarchas cẽsetis. Ille quẽ vos tradidistis, & negastis — Mar. 15. b.
coram facie Pilati iudicantis illum dimittendum: ille — Luc. 23. b.
est qui omnia operatus est, quem vos sanctũ & iustũ — Ioan. 18.
negastis, & petistis virũ homicidã vobis tradi: princi- — & 19. a.
pem autem vitæ condemnastis, quem deus excita-
uit à mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nomi-
nis illius, hunc quem videtis & nostis, solidauit no-
mẽ illi⁹, & fides quæ per ipsum, dedit huic incolumi-
tatem coram omnibus vobis. Magna & multiplex li-
beri huius sermonis excellentia. Ineffabilis poten-
tia virtutis, quæ supernè illis collata. Manifestissima
resurrectionis

resurrectionis demonstratio beati illius in dicendo li-
bertas fuerit. Quod em̃ maius miraculũ illo quis quæ-
Mat. 26. g — reret, cùm is qui ante crucẽ etiã abiectæ puellæ minas
Mar. 14. g. — ferre nõ potuit, nunc ad eum modũ aduersus Iudęorũ
Luc. 22. f — populũ insurgit, tantáq; fiducia? & cùm vnicus esset,
Ioan. 18. e — contra tantã támq; incõpositam & tam rabidã multi-
tudinem se opponit, & loquitur quę insaniam illorum
magis exasperare queant? Vidisti dilecte id quod in
procemio dicebam, etiã nunc declaratũ? Quòd si quis
amore in deũ accendatur, non sustinet postea ad cor-
porales res oculos intẽdere, sed alios oculos possidẽs,
oculos inquã fidei: illa semper speculat̃, & ad illa mẽ-
tem habet intẽtam. Ambulansq; in terra, tanquã mu-
nicipatum habẽs & conuersationẽ in cœlis, ita omnia
agit, nullis humanis prępeditus à virtutis cursu. Nã qui
talis est, nõ posthac respicit ad secũda huius vitæ, neq;
ad dura & aspera, sed omnia illa prætercurrit, ad pa-
triam suã festinans. Et sicut qui sensibilem cursum ma
gna contẽtione peragit, nullum occurrentium videt,
etiam si sępius in illum incidat: sed animo suo ad cur-
sum intento, facilè omnia transit, festinans ad destina-
tum scopum: Eodẽ modo, qui cursum virtutis vt cur-
rat, festinat, & à terra in cœlum redire cõcupiscit: om-
nia enim quæ videntur deorsum relinquit, & totum se
cursui dedit, neque prius subsistit, donec in verticem
ascẽdere potuerit. Ei enim qui sic affectus est, etiã quæ
videntur esse terribilia in præsenti vita, cõtemptibilia
fiunt: quin & talis neq; gladium timet, neq; præcipi-
tium, neq; ferarum dentes, neq; tormenta, neq; licto-
rum manus, neq; aliquid quod triste in hac vita: sed &
si carbones videat substratos, quasi prata & paradisos
videns transilit. Et si aliam quandam tormentorũ spe-
ciem intentari videat, non deficit ad aspectum, neque
auersatur. Desiderium enim futurorum mẽtem ipsius
trãstulit. Et quasi frustra corpore amictus, ita affectio-
nes suas magistratur, & superna gratia munitus, corpo-
ris dolores ne sentit quidẽ. Quocirca obsecro, vt faci-
lè virtutis labores ferre possimus, magnũ habeamus in
deum amorem & desideriũ, & illuc mente nostra in-
tenta, à nulla re huius vitæ supplantemur in cursu illo:
sed futurorum bonorum fruitionem continuò cogi-
tantes, omnes huius vitę molestias mansuetè feramus.
Et neq; ignominia nos contristet, neq; inopia grauet:
neq; morbus corporis mentis sensum laxet: neq; con-
temni à multis, & inter viles haberi, segniores nos fa-
ciat in virtutis studio: sed omnibus iis, quasi puluis es-
sent, excussis, assumptóq; generoso & sublimi spiritu,
magnum per omnia fortitudinis specimen exhibea-
mus. Et sicut heri vestrã charitatẽ obsecraui, cum ini-
micis magna alacritate conciliemur, & ex animabus
nostris affectionũ eliminemus reliquias, & si qua con-
cupiscentia interturbet, eam effugemus: & si furor ad
iram extimulet, emẽdemus inflammationẽ cantu spi-
Prou. 26. — ritualium admonitionũ, quæ monstrant quàm perni-
b. & 29. — ciosæ sint affectiones. Vir enim, inquit, iracundus, nõ
d. — honestus est. Et iterũ, Qui irascitur fratri suo sine cau-
Eccli. 28. b. — sa, reus erit gehennæ ignis. Et si pecuniarum cupiditas
incessat, demus operam, vt mens vitet tantam perni-
Matt. 5. c — ciem, & sicut radicem malorum omniũ exscindamus.
Sic studeamus singulas affectiones malas corrigere,
quò & abstinendo à malis, & sectãdo opera bona, pos-
simus in die illo tremẽdo à deo misericordiã assequi,
gratia & miserationibus vnigeniti eius filij, cui cũ pa-
tre & spiritu sancto sit gloria, imperiũ & honor, nunc
& semper, & in secula seculorum, Amen.

A *Et cœpit Noe homo agricola terræ, & plantauit vineam, &*
bibit de vino, & inebriatus est.

Homilia XXIX.

AD finem tandẽ argumẽti, quod de hoc iusto
est, venimus: ideo obsecro mẽte intenta ad-
este, & diligẽter quæ dicũtur auscultate. Nã
& ex iis quę hodie lecta sunt, non paruũ, ne-
que vulgarem percipere licet fructum: quãdoquidem
quæ priscis euenerunt, si discere voluerimus, maximæ
nobis doctrinæ sunt occasio. Hac enim ratione nõ so-
lum opera sanctorũ bona nobis sunt scripta, sed & pec
cata, vt hęc quidẽ fugiamus, illa verò imitemur. Neq;
hoc solũ, sed mõstrat insuper diuina scriptura & iustos
sæpe lapsos, & peccatores magnam agentes pœniten-
tiam, quò vtrinq; sufficiens nobis esset remediũ: & ne-
que qui stetit cõfidentior sit, vidẽs & iustos cecidisse:
B neq; qui in peccatis est, desperet, visis tot qui resipue-
runt, & ad summũ virtutis apicẽ peruenire potuerunt.
Itaq; nullus, tametsi multorũ bonorũ operum sibi cõ-
scius, præsumptuosus sit, sed anxius sit & solicitus: &
audiat beatũ Paulũ admonentẽ & dicentẽ, Qui stare — 1. Cor. 10.
sibi videtur, videat ne cadat. Nullus item, qui in pro- — c.
fundũ ipsum malitiæ descendit, salutis suæ spem abii-
ciat: sed ineffabilem dei misericordiã cogitans, audiat
iterum deum per prophetam dicentẽ: Num qui cadit, — Hier. 8. b
non resurgit: & qui auersatur, non reuertitur? Et iterũ, — Ezec. 18. g
Nolo mortẽ peccatoris, sed vt magis cõuertatur & vi-
uat. Vidisti dilecte, ꝙ omnia in diuinis scripturis scri-
pta, nõ alia de causa memoriæ sunt tradita, q̃ propter
nostram vtilitatem, & humani generis salutem? Hæc
secũ quisq; expendat, suísq; cõgrua vulneribus phar-
maca imponat. Propterea enim tot cuiuis sunt propo-
C sita, & licet volenti conueniens suis affectionibus re-
medium apponere, & sanitatẽ accipere celerrimam,
tãtùm medicinæ curam ne quis reiiciat, sed suam de-
claret gratitudinem. Nulla enim est in humana natu-
ra vel corporis, vel animę passio, quę medicinam hinc
accipere nequeat. Quomodo? dic obsecro. Ingredi-
tur quis huc, tristitia & negociorum solicitudine one-
ratus, & ingressus huc, ita mœrore adobrutus, statim
vt audiuit prophetam dicentẽ, Quare tristis es anima — Psal. 41. b
mea, & quare conturbas me? spera in deum, quoniam
confitebor ei: Salutare vultus mei & deus meus: suffi-
cienti cõsolatione suscepta abit, & omnem illam mẽ-
tis tristitiam excutit. Alius item extrema premitur in-
opia: grauatim fert & mœret, videns alios diuitiis af-
fluere, & valde inflari, & magno apparatu & põpa sti-
pari: audit & hic eundem prophetam dicentem, Iacta — Psal. 54. d
D in dominum solicitudinem tuam: ipse te enutriet. Et
iterum, Ne timeas cùm ditatus fuerit homo, vel cùm — Psal. 48. d
multiplicata fuerit gloria eius: quia cum morietur nõ
accipiet omnia. Est & alius quoque qui insidias & ca-
lumnias sustinens dolet, & insuauem putat vitam, nus-
quam humanũ inuenire valens auxiliũ: docetur & hic
ab eodẽ propheta, in talibus angustiis non ad huma-
num prędidium confugiendum. Audi quid ipse dicat,
Ipsi detrahebãt mihi, ego autem orabam. Vidisti vn- — Psal. 198.
de quęrat auxiliũ? Alij, inquit, dolos plectebant, & ca- — a.
lumnias & insidias: ego autẽ ad inexpugnabilem mu-
rum confugio, ad tutam ancorã, ad portum fluctuum
expertẽ, preces inquam, per quas omnia difficilia le-
uia & facilia mihi fiũt. Insuper alius ab his qui prius si-
bi ministrabant, despicitur & contemnitur, & ab ami-
cis relinquitur, & hoc est quod mentem eius maximè
conturbat & cõfundit: sed & hic si huc venerit, audit

Universidad de Deusto Biblioteca

Pſal.37.b beatum illum dicentẽ, Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt. Et proximi mei à longè ſteterũt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam: & qui quærebant mala mihi, loquebantur vanitates, & fraudulẽtias tota die meditabantur. Vidiſti ſtruentes inſidias vſque ad mortem ipſam, & perpetuum bellum gerẽtes? Nam hoc indicat, cùm dicit, Tota die, quia per totam vitam. Quid ergo ille interim, dum inſidiantur, & varia inſtruunt, egit? Ego autem, inquit, quaſi ſurdus non audiens, & quaſi
Ibid.c. mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum quaſi homo non audiens, & nõ habens in ore ſuo redargutiones. Vidiſti excellentem philoſophiam, quomodo diuerſa via vicit? Illi dolos ſtruebant, ipſe aures obturabat ne audiret. Illi omni tempore non ceſſabant linguã acuere, & vanitates & fraudulentias meditari: hic autem ſilentio illorũ inſaniam comprimebat. Et quare ſic ſe gerit, & illis hæc apparãtibus ipſe ſic ſe diſponit quaſi ſurdus & mutus, & quaſi neq; aures, neq; linguã habeat? Audi ipſum tãtæ philoſophię cauſam di-
Pſ.140.c. centem, Quia in te ſperaui domine, quia à te pendet ſpes mea, inquit, & in te me proieci, nulla mihi cura eſt, quid illi agant. Tua enim gratia ſatis potens eſt ad diſſipanda hæc omnia, & irritãdas illorum machinationes & inſidias, vt nihil eorum impleatur quod apparant. Vidiſti quomodo quacunque calamitate humanam naturam premente, cõueniens ex ſcripturis antidotum accipere liceat, & omnis vitæ huius repellatur anxietas, neque ab vllo quod accidit, grauemur? Propterea obſecro, vt ſubinde huc veniatis, & diuinæ ſcripturæ lectionẽ diligenter auſcultetis: non ſolũ cũ huc veniatis, ſed & domi diuina Biblia in manus ſumite, & vtilitatẽ in illis poſitam, magno ſtudio ſuſcipite. Inde enim multũ lucri naſcitur: primũ quidẽ, lectione lingua reformatur: deinde anima pẽnas aſſumit, & eleuatur, iubaréq; ſolis iuſtitiæ illuſtratur, pérque tempus illud ab immundarum cogitationum illecebris liberatur, multa quiete ac trãquillitate fruens. Inſuper, quod ad augendas vires corpori ſenſibilis ille cibus facit, id animæ lectio præſtat. Spirituale eñ alimẽtum eſt, & fortem reddit animam, & conſtantiorẽ, & magis philoſophicam: nõ permittens vt ab affectionibus abſurdis capiatur: ſed leuem & alatam faciẽs, in cœlum ipſum, vt dicitur, transfert. Tantũ igitur lucrum, oro, ne per negligẽtiam amittamus, ſed etiam domi vacemus diuinarum ſcripturarum lectioni, & hîc præſentes nõ in nugis & inutilibus colloquiis tẽpus decoquamus. Sed propter quod cõuenimus, attendamus quæ legãtur, vt maiori inde fructu percepto diſcedere liceat. Quòd ſi huc ingreſſi, ad intẽpeſtiuas & inutiles confabulationes vos confertis, & abſque ampliori fructu hinc abitis, quæ vtilitas? Quo pacto nõ abſurdum, eos qui ad ſeculares nundinas veniũt, ſolicitos eſſe vt antequã redeãt, omnia quę ex nundinis oportet, capiãt, licet pecuniæ impẽdendæ ſint: huc autẽ in ſpirituales has nundinas veniẽtes, nõ omne ſtudiũ impendere vt acceptis vtilibus, & in anima depoſitis, redeãt: maximẽ cùm nullo pecuniarũ ſumptu hîc opus ſit, ſed alacritate ſola & intenta mente? Vt igitur ne deteriores fiamus iis qui ad ſeculares mercatus vadũt, operã demus vt perquã vigilantes ſimus, ne deſint hinc migraturis viatica: imò vt habeamus quæ nõ ſolũ nobis ſufficiãt, ſed & quæ ſuppeditare poſſimus & aliis, & vxorem corrigendo, & famulos, & vicinũ, & amicum, & etiam inimicum. Tales enim ſunt ſpirituales doctrinę,

A vt communes omnibus proponantur, nullàq; ſit in eis diuerſitas, niſi quando quis magis intentã affert mentem, & feruentiori deſiderio alium tranſcẽdit. Itaque quia tantum eſt è noſtris doctrinis lucrum, age hodie lecta in mediũ proponamus, & fructu quopiam inde collecto, domum redeamus. *Et cœpit*, inquit, *Noe homo agricola terræ, & plãtauit vineã, & bibit de vino, & inebriatus eſt.* Vide quantæ vtilitatis occaſio eſt huius lectionis procemium. Quando enim audimus, ꝙ iuſtus ille & perfectus, & qui tantũ ſuperius accepit teſtimoniũ, bibit & inebriatus eſt: quomodo nos poſthac, qui tãtis & tam variis peccatis immerſi ſumus, non magna contẽtione damnum ebrietatis effugere ſtudebimus? quanuis non ſit ſimile, iuſtũ illum hac affectione capi, & nos in eandẽ incidere. Multa enim ſunt quę iuſtum illum venia dignum declarant: quæ non dico quaſi † ebrietatem illius excuſaturus, ſed monſtrans ꝙ] non ex intemperãtia ſupplantatus ſit, ſed ignorans magis. †ebrietati excuſaturus, ſed monſtrãs quod iuſtus.
B Et quòd non ita ſimpliciter vini potationem inuenit, audi ſcripturã eius apologiam afferentem, cùm dicit: *Et cœpit Noe homo agricola terræ.* Iſtucipſum quod inquit, Cœpit, oſtendit ꝙ ipſe vini bibendi primus inuentor fuerit: & per ignorantiam, & neſciens ſumendi menſuram, in ebrietatem inciderit. Neq; hoc ſolum eſt in cauſa, ſed quia magna tenebatur triſtitia, & ſibiipſi cõſolationem inde excogitare volebat, ſicut & ſapiens quidã dicit, Date vinum iis qui in triſtitia, & * ſiceram iis qui in dolore: monſtrans ꝙ nullum eſt tam præſens triſtitiæ remedium atq; vini vſus, tantùm vtilitatẽ eius ne perdat intemperantia. Prou.31.a *[illegible] tũ, vinolentiam. Quòd autem in triſtitia & mœrore fuerit iuſtus ille, videns ſeipſum in tanta ſolitudine, & illorum hominũ corpora ante oculos pro-
C iecta, & cõmune omnium ſepulchrum hominibus & brutis factũ, quis contradiceret? Mos enim prophetarum & iuſtorũ omnium, non ſolũ pro iis duntaxat dolere qui ſibi proximi ſunt, ſed & pro reliquis omnib'. Et ſi quis recenſere velit, inueniet omnes hanc cõpaſſionem prę ſe ferre: & audiet Eſaiam quidem dicentẽ, Non valebitis conſolari me in contritione filiæ generis mei. Eſa.22.a Hieremiam autẽ, Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontem lachrymarum? Hier.9.a Ezechielem verò, Heu mihi domine, delebis tu reliquias Iſraël? Ezec.9.d Et Danielem lamentantẽ, & dicentem, Pauculos nos feciſti vltra omnes gẽtes. Dan.9. Et Amos, Pœniteat te domine ſuper hoc. Et Habacuk, Quare oſtẽdiſti mihi labores & moleſtias? Haba.1.a Ibid.d. Et iterũ, Et facturus es homines quaſi piſces maris. Et beatũ illum Moſem quoq; dicẽtem audiet, Siquidẽ dimittis eis peccatũ, dimitte, aut & me Exod.32.c.&g.
D dele. Et iterũ, cùm promiſiſſet illi deus maioris populi ducatum ſe traditurũ, & dixiſſet, Dimitte me & delebo homines iſtos, & faciã te in gentẽ magnã: neq; hoc voluit, ſed pręeſſe iſtis maluit. Ibid.c Item orbis doctor beatus Paulus, Optabam ipſe ego anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis cognatis ſecundũ carnẽ. Rom.9.a Vidiſtis quomodo iuſti omnes magnã compaſſionẽ erga proximos prę ſe ferebant? Conſiderate nunc, quomodo & iuſtus ille ſe habuerit, quomodo veriſimile eſt eũ fuiſſe affectum, & quomodo à triſtitia deprimebatur, videns tam immenſam ſolitudinem, & terram illam quę antea tam variis luxuriabat plantis, & floribus ornabatur, repẽtè quaſi defectis comis, & nudam, & ſolitariam. Cùm ergo tam inualuerat mœror, paruam quandã ſibi conſolationẽ excogitãs, terrę colendę ſe dedidit: & idcirco inquit, Et cœpit Noë homo agricola terrę, & plantauit vineam. Sed iure hîc quæritur, an ipſe

an ipſe nũc plantã inuenerit, vel antea & ab initio fuerit producta. Veriſimile eſt ꝙ antea & ab initio fuerit in ſex illis diebus creata, quãdo vidit deus omnia quæ fecit, & erant valde bona (quieuit enim, dicente ſcriptura, deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quę fecit) nec tamen vſum fructus ex illa manifeſtũ fuiſſe. Nam ſi fuiſſet ab initio notus, omnino Abelis tẽpore inter oblatas hoſtias & vinum libaſſent. Verùm quia ignorabant adhuc fructus vſum, planta hac vſi non ſunt. Hic autem agriculturæ ſtudioſus, & magnæ diligentiæ, fortè etiã fructum deguſtauit, & contritis botris vinum fecit, eóq; vſus eſt. Et quia neq; ipſe guſtauerat prius, neq; alium ſciebat qui guſtauerat, ignarus qua mẽſura vti debebat, per ignorantiam in ebrietatẽ incidit. Præterea, quoniã carnis eſus in vitam hanc introductus fuit, poſtea & vini potus acceſſit. Vide autẽ dilecte quomodo paulatim mundi ſtatus diſpenſatur, & quilibet iuxta ſapientiã à deo naturę inditam, initio artis alicuius inuentor fit. Sic in hanc vitã artiũ ſtudia
Cain. Geneſ.4. ſunt introducta. Primus enim agriculturã inuenit, ſecundus artem paſtoralẽ, alius fabrilem, alius muſicam, Abel. Tubalcain. Iubal. Noe. Gene.9. hic autem iuſtus vineaticam naturali ſolertia excogitauit. *Et cœpit*, inquit, *Noe homo agricola terræ, & plantauit vineam, & bibit è vino, & inebriatus eſt.* Conſidera quomodo hoc quod erat triſtitiæ medicamentum, & ſanitati conducibile, ei qui modum per ignorantiam tranſcẽdit, non ſolum nihil profuit, ſed & ſtatum eius offendit. Iã fortè quęrat aliquis, Quare planta tot malis plena, in hanc vitã producta eſt? Ne ita temerè loquaris homo omnia quæ in buccam incidũt. Non eſt planta hęc mala, neq; vinum malum, ſed illius abuſus: quia non propter vinum, ſed propter peruerſam voluntatem nefaria ſcelera fiunt, & cum in eo ſit vtilitas, vt noceat in cauſa eſt intemperantia. Quocirca nunc poſt diluuium oſtendit tibi vini vſum, vt oſtẽdat ꝙ & ante vini vſum in immodicam luxuriã humanũ genus inciderit, multíſque peccatis ſe contaminauerit, cùm adhuc vini vſus neſciretur: vt & quãdo videris vſum vini, non vino totũ tribuas, ſed corruptæ volũtati ſua ſponte ad malum ruenti. Alia quoq; ratione conſidera vbi vinum fuerit vtile, & horreſcito. Nam per hoc materia bonorum ſalutis noſtræ perficitur. Sciunt initiati & eruditi quid dicatur. *Et cœpit*, inquit, *Noe agricola terræ, & plantauit vineã, & bibit de vino, & inebriatus eſt, & nudatus eſt in domo ſua.* Grauiſſimũ quiddã eſt ebrietas dilecti, & quod poteſt excæcare ſenſus, & ſubmergere mentẽ, & hominẽ rationale animal, qui ſuper omnia dominium ſuſcepit, iniectis vinculis inſolubilibus, quaſi mortuũ & operatione carẽtem iacere facit: imò deterius habentem, q̃ mortuum. Nam mortuus neq; bona, neq; mala operari poteſt: ebrius autẽ nihil boni
†plus poteſt. valet operari, ad malũ tamen fadiendũ † non omnino impotens eſt,] iacétq; ibi ridiculus omnibus, & vxori, & pueris, & famulis. Amici enim ſuam ignominiã cogitantes, ſeſe abſcõdunt, & confunduntur: inimici autem oblectantur, & irrident, & execrantur, quaſi hæc dicentes verba. Hunccine oportebat viuere? &, huncine oportebat ſpirare aërem? ô pecus, ô porcum: & adhuc grauiora loquũtur. Qui enim ex pręliis redeũt, cæde coinquinatis manibus, & tumultuosè reportantur, non tam atroci aſpectu ſunt, vt illi. Sunt enim fortaſſis qui illos laudibus extollũt, propter trophęa, propter victorias, propter vulnera & cædes: ebrios autem miſeros proclamant, ærumnoſos vocant, & innumera eis mala imprecantur. Quid enim eo miſerius fuerit,

A qui ebrietati quotidie deditus eſt, & vinũ profundit, & mentis ſuæ iudiciũ corrumpit? Eapropter & ſapiẽs quidã admonebat, dicens. Principiũ vitę hominis panis & aqua, & veſtis, & domus tegẽs turpitudinẽ: vt ſi Eccle.29.d. quis ebrietate vincitur, ne euulgetur: ſed à ſuis contegatur: & nõ ſit omnibus riſus & turpitudinis argumẽtũ. Et cœpit, inquit, Noë homo agricola terræ, & plãtauit vineã, & bibit de vino, & inebriatus eſt. Ebrietatis nomẽ chariſſime, in ſacra ſcriptura nõ vbiq; de temulentia dictũ eſt, ſed & ſatietatẽ ſignificat. Hoc itaq; fortè quis de iuſto hoc dicet, ꝙ non vt intemperãs inebriatus fuerit, ſed ob ſatietatẽ hoc ei cõtigerit. Audi enim Dauid dicẽtem, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: Pſal.35.b hoc eſt, implebũtur. Alioqui ebrietati vacãtes, nunquã ſatiantur, ſed quantũ ingurgitant, tantum & ſiti flagrant, & inflãmatio quædã eſt eis vini vſus: &
B voluptates quidẽ euaneſcunt, ſitis autẽ inexplebilis in præcipitiũ ebrietatis eos qui illi ſeruiunt deducit. Et plantauit, inquit, vineam, & bibit ex vino, & inebriatus eſt, & nudatus eſt in domo ſua. Conſidera ꝙ hoc non foris illi accidit, ſed in domo ſua. Idcirco enim aſſignauit diuina ſcriptura, In domo ſua: vt ex iis quæ ſequuntur, malitiæ vehemens ſtudiũ videas, eius qui nuditatẽ euulgare fuerit auſus. *Et vidit*, inquit, *Cham pater ille Chanaã, nuditatẽ patris ſui, & egreſſus annunciauit duobus fratribus ſuis foris.* Fortaſſis ſi & alij quidã affuiſſent, & illis nunciaſſet patris ſui turpitudinem: tãta erat pueri nequitia. Propterea enim, vt diſcas iam pridem & ab initio eũ corruptæ mentis fuiſſe: non ſimpliciter dicit ſcriptura, Vidit Cham nuditatẽ patris ſui: ſed quid? Et vidit Cham, pater Chanaã. Quare dic mihi, & hoc loco filij vocabulũ aſſignat? vt diſcas illũ fuiſſe intẽperã-
C tem, & incontinentẽ, & mẽte qua in tanta turbatione procreandæ proli vacauit, eadẽ etiam nunc in contumeliam patris prorupit. Et egreſſus, inquit, annunciauit duobus fratribus foris. Vide obſecro hîc dilecte ꝙ non in natura ſita ſunt vitia, ſed in arbitrio & voluntate. Ecce enim omnes fratres fuerunt, & eiuſdẽ naturę, & eundẽ habuerunt patrem, eodẽ vtero fuerunt editi, eadem diligentia fuerunt educati, ſed non eandem mentẽ declarauerunt. Sed ille quidẽ in malitiam incidit, ij verò parenti debitum impẽderunt honorem. Fortaſſis autem & irriſit, ac ſubſannauit patrẽ, turpitudinem illius nunciando. Et nõ audiuit ſapientẽ quendam, dicentẽ, Ne glorieris in ignominia patris. Verũ Eccli.3.b fratres non ſic egerunt. Et quomodo? *Cùm hæc audiuiſſent, acceptis*, inquit, *veſtibus ſuper humeros ſuos, Sem & Iaphet ingreſſi ſunt retrorſum, & operuerunt omnem nuditatem*
D *patris ſui: & facies eorum retrorſum, & nuditatem patris ſui nõ viderunt.* Vidiſti beneuolẽtiam filiorũ? ille euulgauit, iſti neq; videre ſuſtinuerũt: ſed retrorſum ibant, vt ne recta adirent patris contecturi nuditatẽ. Et vide illorũ cum magna beneuolentia & manſuetudinem. Neque increpant, neque verberant fratrem: ſed vt audierunt, mox curarunt emẽdari & honeſtari factum. Faciéſq; illorum auerſæ erant, & nuditatẽ patris ſui non viderunt. Magna puerorũ reuerentia, quam nobis ſcriptura monſtrat, ꝙ non ſolum tegunt, ſed & videre non ſuſtinent. Erudiamur hinc, & ex vtriſque lucri faciamus aliquid: & hos quidem imitemur, illius autẽ mores fugiamus. Nam qui ſenſibilẽ nuditatẽ euulgauit, maledicto ſe fecit obnoxium, & excidit ab honore quem parem habuit cum fratribus, cõdemnatus vt illis ſeruiret: licet autem non ipſe, omnes tamen qui ex ipſo, ſerui facti ſunt. Quid patientur qui peccata fratrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

euulgant:& non ſolum non cõtegunt & excuſant, ſed magis ea faciunt manifeſta multáq; ex hoc operãtur peccata? Quãdo enim manifeſtas fratris peccatũ, non illum tantũ ignominioſiorẽ feciſti,& ſegniorem fortè ad virtutis viã: ſed & eos qui audiunt facis negligentiores,& ad ſocordiã inducis: neq; etiam hoc ſolũ,ſed & deum blaſphemari facis. Iſtud autem quantũ affert ſuppliciũ iis qui cauſam præbẽt, nemo eſt mentis cõpos qui ignoret. Fugiamus igitur obſecro mores Chã, nec imitemur. Imitemur autẽ gratorum illorũ filiorũ pudorem, quem in contegenda parentis nuditate declararunt. Et ita adumbremus fratrum peccata, non vt ipſos negligentiores per hoc reddamus, ſed vt hac ratione maiorẽ illis occaſionẽ præbeamus, vt ſtatim nb hoc malo liberentur,& in virtutis viã redeant. Nam ſicut non habere multos teſtes ſuorum delictorũ, reſipiſcenti faciliorem reditum præbet: ſic ſi frõtem perfricuerit anima, & viderit q̃ nemo ignoret quæ mala admiſerit, non facilè deſiſtere ſolet: ſed quaſi in profundum lutũ incidiſſet, & deorſum ab innumeris raperetur fluctibus, difficilè emergere poterit. In deſperationem enim cadit, & nullum ſibi reditum promittit. Ideirco precor, ne detegamus proximorũ lapſus,& ſi ab aliis eos didicerimus, ne ſatagamus vt nuditas videatur: ſed ſicut grati illi pueri obtegamus, adumbremus, admonitione,& conſiliis lapſam animam erigere ſtudeamus, miſericordiæ dei magnitudinẽ docentes,& bonitatis eius excellentiam,& miſericordię immenſitatẽ: vt maiorem q̃. illi benedictionẽ ab omniũ
1.Tim.2.b. domino conſequamur, qui vult omnes homines ſaluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire: qui nõ vult
Ezec.18.g mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et nuditatẽ patris ſui non viderunt. Vide quomodo per legem naturæ inditam prius impleuerunt, quæ poſt ad erudiẽdum humanũ genus ea quæ in lege ſcripta fue-
Exod.20.b. runt: Et id quod lex dicebat, Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt bene ſit tibi: &, Qui maledicit patri
Exod.21.b. & Leuit.20.b vel matri, morte moriatur: hoc iam operibus impleuerunt. Vidiſti quomodo natura prius ſufficientẽ habuit doctrinã? *Euigilauit*, inquit, *Noe à vino, & cognouit quæ fecerat ſibi filius iunior.* Sui autem factus cõpos, inquit. Audiant qui totis diebus in cõuiuiis verſantur, lapſus grauitatem, fugiantq́; quod ex ebrietate ad damnum. Sui autem factus compos, inquit. Quid eſt, Sui autem factus compos? Id quod nos dicere ſolemus de mente captis, ſi quando in exceſſũ fiant, vel ſi quis ſibi reſtituatur, qui à dæmone vexatus, & ab illius tyrãnide liberatur: hoc & hîc vocat ſcriptura. Verè enim ebrietas voluntarius eſt dæmon, & grauius quàm dæmon
D mentem obtenebrat,& captum omnium beneuolẽtia deſtituit. Sæpe enim dæmoniacum cùm videmus, miſericordia mouemur, & condolemus, magnámq; erga illum beneuolentiam declaramus. Contrà autẽ facimus apud ebrios: indignamur enim, importuni ſumus, innumera imprecamur. Quare & quæ cauſa eſt? quia ille qui à dæmone agitatur, inuoluntarius operatur, etiamſi recalcitret, etiãſi rũpat veſtem,& obſcœna quæpiam loquatur, venia dignus eſt. At qui ebrius eſt, quicquid fecerit, nõ eſt venia dignus: ſed & valde incuſant illum familiares, amici, & vicini, & in ſumma omnes: quia ſponte & voluntariò in hoc tranſiit, & ebrietatis tyrannidi ſeipſum dedidit. *Sui autem compos factus Noe*, inquit, *à vino: & cognouit quæcunq; fecit ſibi filius ſuus iunior.* Et hæc dico non vt iuſtũ incuſem: multa enim erant propter quæ illi venia debebatur. Et cũ
A primis, q̃ non in id vitij poſtea relapſus eſt, id quod maximum fuerit indicium q̃ ignorantiã, non negligentia prius deliquit. Nam ſi hoc fuiſſet negligentiæ, oportebat iterum eodem peccato capi: id quod non euenit. Nam ſi denuo id accidiſſet, ſcriptura vtiq; non obticuiſſet, ſed ſignificaſſet nobis. Vnus enim ſcopus & terminus ſcripturæ diuinæ eſt, ne quid factorũ intermittat, ſed veritatem nos doceat. Neq; propter inuidiam iuſtorũ virtutes præteriit, neq; propter gratiã peccata adumbrat: ſed omnia in medium nobis proponit, vt præſcripta & doctrinas quaſdam habeamus: & vt ſi quando etiam nos per ſocordiam in id vitij inciderimus, cautiores ſimus poſtea,& denuo non incidamus. Neq; enim tam graue eſt peccare, q̃ in peccatis perſeuerare. Itaq; non attende ſolum q̃ inebriatus
B eſt iuſtus, ſed q̃ poſtea non iterum hoc ei acciderit. Iam vero conſidera eos qui in tabernis vinariis quotidie conſumũtur, & fermè dixerim, quotidie moriuntur: etiam ſi quando ſui compotes fuerint facti, neque ſic ſibi cauent ab eodem periculo, ſed quaſi ad opus quoddam ſtrenuum redeunt. Inſuper & hoc quis iure cogitabit, q̃ iuſtus ille, quia prius non expertus erat naturam vini, nec ſciebat qua menſura vtendum erat, nõ mirum ſi bibens inebriatus ſit. Sed quia iuſtus, & bonis operibus pollebat, peccatũ quod caſu euenit, obtegere & adũbrare potuit. Nos autẽ cum ab innumeris aliis affectionibus infeſtemur, hoc addimus vt & ab ebrietate ſubmergamur: Quid excuſabit? vel quis, dic oro, nos dignabitur venia, quos nulla experientia facit caſtigatiores? *Sui autem compos factus eſt Noe*, inquit, *à vino, & cognouit quæ fecit ſibi filius ſuus iunior.* Vnde cognouit? fortè fratres ſignificauerunt, non accuſationis
C quidem gratia, ſed rem vt facta erat docentes, vt conueniens ille ſuo vulneri remediũ acciperet. Et cognouit, inquit, Noë quæcunque fecerat ſibi filius ſuus iunior. Quid eſt, quæcunq; fecerat? Magnam & intolerabilem rem dicere vult. Animaduerte enim, quomodo intus in domo viſa patris turpitudine, quod debebat obtegere, egreſſus euulgauit, & riſui & ſubſannationi patrem (quantum in ipſo erat) expoſuit, fratréſq; prauæ ſuæ voluntatis ſocios fieri voluit: cum deberet, ſi omnino proditurus erat, illos intra domũ vocare,& ſic nuditatẽ effari: ſed ipſe foras exiit, quaſi ſi etiã alia adeſſet multitudo, & eam facturus eſſet paternę turpitudinis cõſciam, propter hoc inquit: Quæ fecerat ſibi. Contumelioſus patri fuit, oblitus eſt honoris quẽ debent parentibus filij, prodidit peccata, fratres voluit allicere,& ſocios facere ſuæ contumelię. Quæ fecerat
D ſibi, inquit, filius ſuus iunior. Atqui nõ hic erat iunior, ſecundus enim erat, & maior natu quàm Iaphet: licet autem ætate illo prior erat, voluntate tamen minor,& †temeritate illum exceſſit.] Nam quia noluit intra ſuos limites manere, amiſit honorem ſibi à natura traditũ. Et ſicut ille id quod natura habuit, nequitia voluntatis amiſit: ita Iaphet quod natura non habuit, ſaniorem ob mentem accepit. Vidiſti quomodo nihil temerè & fortuitò in diuina ſcriptura continetur? *Quæ fecerat ſibi*, inquit, *filius ſuus iunior, & dixit: Maledictus Chanaan filius, ſeruus erit fratribus ſuis.* Ecce peruenimus ad quæſtionem illam vbique celebrem: multos enim audimus dicentes: Quare cùm peccauerit pater, & prodiderit nuditatem, filius maledictum ſuſcipit? Obſecro, attendite diligenter, & ſolutionem ſumite. Illa enim dicemus, quæ videlicet ſuppeditauerit diuina gratia propter veſtram vtilitatẽ. Et dixit: Maledictus

†temeritatis illum eiecit.

Chanaan

Chanaan filius, ſeruus erit fratrũ ſuorum. Non ſimpliciter, neque in vanum cõmemorauit filium, ſed ob latentem rationem. Volebat enim ſimul & ipſum corripere propter peccatũ,& cõtumeliam qua ſe affecerat, & ſimul nolebat præiudicare benedictioni quę illi prídẽ à deo facta fuerat. Benedixit eñ, inquit, deus Noë, quãdo exiuit ex arca,& filios illius. Vt igitur ne videatur maledicere, quẽ deus ſemel benedixerat, præterito illo qui ſe contumelia affecerat, filio maledictũ intulit. Eſto, dixeris, hoc quidem oſtendit, q̃ propterea Cham nõ eſt maledictus, quia prius à deo benedictionem acceperat: quare autẽ cũ ille peccauerit, hic pœnam luit? neq; hoc abſq; ratione factum eſt. Quia pater non minorẽ pœnam & cruciatum habuit, q̃ filius. Scitis enim quomodo ſæpenumero patres orant vt filiorum pœnas ipſi ferant:& quomodo grauius illis eſt videre filios ſupplicio affici, q̃ ſi ipſi iis forẽt obnoxij.
B Factum igitur eſt hoc, vt ille ob naturalem in puerum amorẽ, maiorẽ ſentiret dolorẽ, & benedictio dei ſeruaretur inuiolata,& puer accepta maledictione, ſuorũ propriorum pœnas peccatorũ lueret. Nam licet propter patris peccatũ, nunc maledictioni ſit obnoxius, attamen veriſimile eſt, q̃ & propter ſua delicta dederit pœnã. Non enim ſolũ propter peccatũ patris maledictionẽ accepit, ſed † vt propter ſe] ille maiorẽ pœnam pẽderet. Nam neq; patres pro filiis, neq; filij pro patribus pœnã luunt, ſed vnuſquiſq; pro ſuis peccatis pœnã luit. Vbiq; hoc à prophetis dictũ inuenimus, ſicut cùm dicunt: Comedẽtis vuas acerbas, dentes obſtupeſcunt. Et anima quæ peccauerit, ipſa & morietur. Et iterũ: Non morientur patres pro filiis, neq; filij pro patribus. Nullus igitur veſtrum quaſi ignorans diuinæ
C ſcripturæ ſcopũ audeat ſcripta hæc reprehendere, ſed grato animo quę dicũtur accipiat, admiretúrq; diuinę ſcripturæ miram diligentiã,& expendat quantũ malũ ſit peccatũ. Ecce enim fratrẽ eadem natum puerpera, eodẽ egreſſum vtero, vt ſibi vindicauit peccatũ, ſeruũ fecit,& ablata libertate, ſubiectionẽ illi iniunxit: vnde ſcripturæ ſcopũ audeat ſcripta hæc reprehendere, ſed grato animo quę dicũtur accipiat, admiretúrq; diuinę ſcripturæ miram diligentiã,& expendat quantũ malũ ſit peccatũ. Ecce enim fratrẽ eadem natum puerpera, eodẽ egreſſum vtero, vt ſibi vindicauit peccatũ, ſeruũ fecit,& ablata libertate, ſubiectionẽ illi iniunxit: vnde ſeruitus ſumpſit originẽ. Neq; enim antea ſopoſtea

Universidad de Deusto Biblioteca

autem, gentium vocationẽ. Vide autem, q & benedictio hanc prænunciet. Dilatare enim, inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletũ videmus. Dicendo enim, Dilatare, omnes gentes significauit. Sed dicendo, Habitet in tabernaculis Sem: quia gentes frui cœperũt iis quę Iudęis parata: & erit Chanaã seruus eius. Vidisti quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille propter temeritatẽ & impudentiã ignominia punitus est? Sint hæc perpetuò in nostra mente scripta, vt horũ æmulatores & imitatores fieri possimus: huius autẽ excellentem temeritatẽ, & nequam voluntatem fugiamus.

Et vixit, inquit, *Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta, & fuerunt omnes dies Noe, nongẽti quinquaginta anni, & mortuus est.* Neq; hoc putes absque causa assignasse scripturã, sed vide & hoc loco iusti continentiã. Quia cùm tanta frueretur vbertate & prosperitate, superuiuerétq; tanto annorum numero post egressum ab arca, noluit vltrà indulgere puerorũ procreationi. Non enim cõmemorat scriptura illũ alios præter tres istos habuisse pueros. Hîc iterum cogita magnam salacitatem Cham, quia neq; patrem videns tantæ continentiæ, castior ipse factus est, sed omnia diuerso modo q̃ pater agebat. Proinde merito omne suũ genus in seruitutem condemnatum est, vt malę volũtatis frænum habeat. Deinde hîc narrat scriptura eos qui ex filiis nati sunt, & inquit: *Cap.x.* *Cham autem genuit Chus. Et iterũ Chus genuit Nemrod, qui cœpit esse gigas super terram.* Hic fuit gigas venator corã domino. Quidã dicunt hîc, coram domino, id est aduersarius deo: ego autem nõ puto scripturam hoc insinuare, sed q robustus quis fuerit & virilis. Et q dicit coram domino: hoc est, à domino constitutus, eo q acceperat aliquam ab illo diuinam existimationem: vel q deus per hunc esset in admiratione habendus, q talem produxisset, & super terrã monstrasset. Sed hic iterũ proauum suũ imitatus, & abusus naturæ priuilegiis, alium seruitutis modũ adinuenit, & princeps atq; rex fieri attentauit. Rex enim nondũ erat, cùm nondũ essent subditi. Ista autem magis videbatur esse libertas: Seruitus autẽ grauissima est in ordine libertatis, præsertim si liberis imperetur. Et vide habendi auiditatẽ quę faciat. Vide corporis robur nõ manens intra suos limites, sed plura expetens, & gloriæ appetẽtem naturã. Non enim vt defenderet illos, imperabat: sed & ciuitates ædificabat, vt hostes subigeret. *Inde enim*, inquit, *ex terra illa exiuit Assur, & ædificauit Niniue.* Animaduerte hîc quoq;, q nihil offendit naturam nostram progenitorum malitia. Hi enim, *Iona.3.b* Niniuitas dico, misericordiã dei pœnitentia sibi conciliarunt, reuocata illius sententia. Attamen inter primos progenitores habuerunt Cham parricidã, deinde Nemrod hominẽ tyrannũ, peruicacem, nepotem quoq; Assur. Dicuntur autem fortè & alij fuisse inter illos molles & delicati, & dissolutã & corruptã agentes vitã, ebrietati & risui, & subsannationibus & scommatis dediti. Sed quia manifestã præ se tulerunt pœnitẽtiam, nihil ipsis obfuit progenitorum malitia, sed tantum sibi cœlestis fauoris conciliarunt, vt vsq; nunc *Matt.12. & Luc. 11.d.* celebretur præclara eorum pœnitentia. Proinde illos & nos imitemur, & cùm sciamus q neq; parentũ malitia nos offendet, si voluerimus resipiscere: neque parentum virtus nobis proderit, si fuerimus negligẽtes: magnum itaq; nobis sit studium virtutis, & gratã voluntatem ostendamus, quò eandẽ cum Sem & Iaphet consequamur benedictionẽ: & vt à maledictione &

A seruitute, quam Chanaan accepit, liberemur: & ne simus serui peccati, sed veram possidentes libertatem, ineffabilia bona adipiscamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & spiritu sancto sit gloria, imperium, & honor, nunc & sempe. & in secula seculorum, Amen.

Et erat omnis terra labium vnum & vox vna omnibus.

Homilia XXX.

ECce tandem ad finem sanctæ quadragesimę venimus, & ieiunij nauigationẽ perfecimus, appulimúsq;, dei gratia, in portum. Verũ non ideo negligẽtes simus, sed hac de causa iterum maius studium, maiorem diligentiã, maiorémq; vigilantiam exhibeamus. Nam & naucleri cùm per multa maria transierint, & plenis velis, oneratísq; mercibus in portum ingressuri sunt, tunc maximam curam & solicitu- B dĩnem gerunt ne in scopulum vel petram quandã impingant, quæ omnes priores labores simul disperdat. Et cursores quoq; ita faciunt: cùm enim ad finem stadiorum perueniunt, vehementiorem seruant cursum, vt metam attingant, & præmia mereantur. Athletæ quoq; post plurima certamina & victorias, cũ pro corona certandum est, maiori nisu omnia faciunt, vt coronati abeant. Itaq; quemadmodum naucleri, & cursores, & athletæ, vbi ad finem veniunt, magis enitũtur & vigilant, eodem modo & nos facere oportet. Quia in magnam hanc hebdomadam peruenimus dei gratia, nunc maximè & ieiunij cursus intendẽdus, & magis continuandæ sunt preces, faciendáque diligens & pura peccatorum cõfessio, & in bonis operibus sedulitas, eleemosyna larga, æquitas, mansuetudo, aliæque virtutes: vt talibus ornati virtutibus, vbi in diẽ domi- C nicũ venerimus, domini liberalitate fruamur. Magnã autem vocamus hebdomadam, non q † plures horæ in ea sint,] neque q plures dies habeat. Est enim idem numerus in hac aliísq; omnibus. Quare ergo illam vocamus magnam? quia magna quædam & ineffabilia bona contigerũt nobis in illa. In illa enim solutum est bellum diutinum, extincta mors, maledictio interempta, diaboli tyrannis dissoluta, vasa eius direpta. Deus hominibus reconciliatus est, cœlum penetrabile factum est, angeli hominibus conuiuunt, distantia coniuncta sunt, sepes sublata, septum remotum. Deus pacis pacifica fecit omnia, quæ in cœlis, & quæ in terris. Et hac de causa magnã hebdomadam vocamus, quia tantam nobis donorum multitudinem in illa largitus est dominus. Et idcirco * fideles & ieiuniũ intendunt, & vigilias, & pernoctationes sacras, & eleemosynas fa- D ciunt, vt hebdomadæ huic honorem habeant. Nam si dominus talia bona in illa nobis donauit, quomodo non & nos debemus quantum possumus, reuerentiam & honorem ostendere? Enimuero & reges ipsi declarant quàm venerabiles illos dies habeant, mandantes vt omnibus sint induciæ & feriæ, qui ciuilibus fungũtur negociis, claudendo fores iudiciorum, & auferendo omnes litium & contentionum species, quò magna tranquillitate ac quiete liceat ad spiritualia rectè perficienda festinare. Et non hoc solum, sed & aliam liberalitatem ostendunt. Habitantes enim in carceribus à vinculis soluunt, & pro humano virili dominum suum imitãtur: quia sicut ipse graui nos peccatorum carcere exoluit, & innumeris bonis frui fecit: eodem modo & nobis faciẽdum est, vt simus imitatores misericordiæ domini dei nostri. Vidistis quomodo singuli reuerẽtiam & honorẽ exhibeamus diebus iis, qui nobis

† lõgiores in ea sint horæ, sunt enim aliæ quæ multo prolixiores horas habẽt.

** οἱ πολλοί. multi, interpres legit πιστοί.*

nobis tot bonorũ sunt authores? Proinde rogo nunc, si vnquã aliâs, vt repulsis vanis cogitationibus, & mẽte purgata ac vigili assimus. Nullus ecclesiã ingressus seculares curas aduocet, vt digna laborũ mercede recepta, iterum domũ proficisci liceat. Age igitur consuetam vobis mẽsam iterum proponamus, & vestram charitatẽ refocillemus, prolaturi in mediũ quæ lecta sunt ex beato Mose, & indicaturi diuinæ scripturę diligentiã. Nam postquã historię de beato Noë finẽ imposuit, genealogiã consequenter à Sem exorditur, & dicit: *Et Sem nati sunt & ipsi patri omniũ filiorũ Heber, fratri Iapheth maioris filij.* Deinde confecto nominũ catalogo, ait: *Et Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phalek: quia in diebus illius diuisa est terra.* Considera quomodo signi nõ multo post futuri præscientiã, vocabulo nati pueri indidit, vt cùm videris rem opere adimpletã, non vltrà mireris, vidẽs diuinitus hoc pueri nomine prædictum. Nam postquã catalogũ eorum fecit qui postea *Cap.xi.* nati sunt, inquit: *Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus.* Non de terra loquens, sed de hominum genere, vt nos doceat vnam linguam omni hominum fuisse naturę. Et erat omnis terra labium vnum, & vox vna omnibus. Labium vnũ, sermonẽ dicit, & idipsum iterum per vocẽ, significans omnes vsos eadem voce & lingua. Et q de loquela dictũ sit, & fuerit omnis terra *Psal.13.b. & 139.a* labium vnũ, audi scripturã alio loco dicentẽ: Venenũ aspidũ sub labiis eorum. Ita solet scriptura labiorum nomine loquelã appellare. *Et factum est cum mouerent illi ab Oriente, inuenerũt campum in terra Sennaar, & habitauerunt illic.* Vide quomodo humanũ genus nõ potest subsistere intra suos limites, sed amplius cõcupiscens, maiora supra se appetit. Atq; hoc est quod humanum genus potissimũ perdit: quia nõ vult naturæ suæ mensuram agnoscere, sed semper maiora desiderat, & quæ supra suam sunt dignitatem votis cõcipit. Hinc & qui ad mũdana respiciunt opera, si quãdo multo abundauerint auro, & potẽtes fuerint, quasi obliti suę naturæ, in tantũ se fastigium efferri volunt, vt vsq; in profundum ipsum deducantur. Et hoc videmus quotidie cõtingere, quanuis nec hac ratione emẽdatiores euadãt alij. Et si ad paruum tempus corripiantur, subitò tamẽ omnium obliti, iterũ eandem vadunt viã, & in eadem pręcipitia deferũtur: id quod & nũc videre licet apud illos factũ. Et factũ est cũ mouerent illi ab Oriente, inuenerunt campũ in terra Sennaar, & habitauerũt illic. Vide quomodo paulatim docet nos lubricam illorũ voluntatẽ. Quoniã viderunt, inquit, campũ migrãtes, & relicto priori loco illic habitauerunt. Deinde dicit: *Dixit homo proximo suo, venite conficiamus lateres, & coquamus eos igni. Et facti sunt illis lateres in lapidem, & bitumẽ erat illis cœnum. Et dixerunt: Venite ædificemus nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius caput erit vsque in cœlum. Et faciamus nobisipsis nomen, priusquam dispergamur super omnem terrã.* Vide quomodo abutuntur vocis æqualitate, & quomodo vanum viuendi consiliũ sit multorũ malorũ occasio. Venite, inquit, faciamus lateres in lapidẽ, & bitumen in cœnũ. Vide quanta securitate volunt ædificare, ne- *Psal.126.a* scientes q nisi dominus ædificauerit domũ, frustra laborant qui ædificant eam. Et ędificemus, inquit, nobis ciuitatem: non deo, sed nobis ipsis. Vide oro q̃ inualuit malitia, habentes adhuc recẽtem memoriã generalis in diluuio interitus, in tantã inciderunt insaniam. Et ædificemus, inquit, nobis ciuitatẽ, & turrim, cuius caput erit vsq; in cœlũ. Nomine cœli, audacem illorũ temeritatẽ scriptura diuina per hyperbolen docet. Et

A faciamus, inquit, nobisipsis nomẽ. Vidisti radicẽ mali? vt, inquit, perpetuã memoriã consequamur, vt nostri perpetuò memores sint posteri: tale erit nostrum opus, vt nũquam obliuioni tradatur. Et hoc faciamus priusquã dispergamur super faciem omnis terræ. Adhuc, inquit, congregati, † gloriã nostrã operemur,] vt posteritati perpetuũ nomen relinquamus. Sunt multi etiã hodie qui illos imitãtur, & talibus operibus celebrari volunt, qui splendidas domus ædificant, & lauacra, & porticus, & deambulacra: quorũ si aliquẽ rogaueris, quare ita laboret, tã miser sit, tantósq; pecuniarũ faciat sumptus, eósq; inutiles: nihil aliud audies, q̃ hęc verba, vt immortalẽ seruet memoriã, & audiat q illius est hæc domus, illius hic ager. Sed hoc nõ est tam laudem, q̃ crimẽ sibi párere. Nam statim ad hæc subiungentur plurimarũ contumeliarum verba: Domus hæc huius est, huius auari, huius rapacis, huius viduarum & B orphanorũ spoliatoris. Igitur hoc non est memoriam assequi, sed perpetuis obiici criminibus, & etiam post mortẽ infamari, & spectatorũ linguas acuere in blasphemiã & accusationẽ eius qui illã possidet. Quòd si omnino æternã memoriã amas, ego tibi viã monstrabo qua poteris semper celebrari, & quæ dabit tibi fiduciam in futuro seculo. Hoc pacto igitur poteris & cõmemorari, & celebrari quotidie, encomiisq; euehi & post hanc vitã, si has pecunias in manus inopũ dispenses, relictis lapidibus, & spendidis ædificiis, & villis, & balneis. Hęc memoria immortalis, hęc memoria innumeros tibi thesauros cõciliat, hęc memoria à sarcina peccatorũ alleuiat, hęc multam tibi fiduciã apud deũ conciliat. Cogita obsecro & hæc verba quæ singuli dicturi sunt: Ecce hũc misericordẽ & benignum, C hunc mansuetũ, hunc suauẽ, hunc tam largũ dispensatorem. Dispersit enim, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculũ. *Psal.111.b* Pecuniarũ ita dispersæ diuitię expendentẽ non relinquunt, sed expectant: retẽtę autem, simúlq; inclusæ, etiã se seruãtem secum perdunt. Dispersit eñ, inquit, & dedit pauperibus. Sed audi qđ sequitur: Iustitia eius manet in seculũ. Vno die diuitias dispersit, & iustitia eius manet in seculũ, & memoriam facit immortalem. Vidisti memoriam, quæ se in omne seculum extẽdit? vidisti memoriam magnis & ineffabilibus plenam bonis? Tali ædificio nostri memoriã relinquere studeamus. Nã lapidibus ædificasse nõ solum nihil nobis prodesse poterit, sed nos continuò & clara voce infamabit. Et nos hinc abimus deferentes peccata inde parta, & ædificia hîc relinquimus: quin nec frigidã & inutilẽ memoriã consequimur, sed po- D tius probris deturpamur, noménq; statim trãsit ad alterum. Etenim sic res habẽt, vt ab hoc ad alium transeant, & ab illo iterum in alium. Et hodie quidem domus dicebatur huius, cras vel alio die & mox dicetur alterius. Interim sponte nosipsos decipimus, putantes nos dominiũ quoddam possidere, nescientes q solum vsu fruimur, & siue velimus, siue nolimus, aliis concedemus: & iam pretereo quòd iis etiam quibus non fauemus. Omnino tamẽ si memoriã concupiscis, & huius tibi tãtum studium est: audi quomodo viduæ memores sunt Tabithæ, & quomodo circunstãt Petrum *Act.9.f* flẽtes, & demõstrãtes togas & vestes, quas faciebat illis, cũ adhuc superesset Dorcas. Vidisti domus animatas, vocem emittentes, & tantæ virtutis, vt à morte ad vitam reuocare queant? Nam postquã circũsteterunt Petrum, calidas lachrymas profundentes, cibúmq; & quibus opus habebant quærẽtes, Petrus eiectis omni-

† quod nobis visum est efficiamus] pro τὸ δόξαν, videtur legisse τὴν δόξαν.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,& positis genibus,orauit:& cùm excitasset illã,vocauit sanctos & viduas,& assignauit istis viuam. Si memoriam quæris,si veram gloriam amas,hanc imitare, tales domus extrue,noli sumptus tuos inanimatis impendere,sed cum illis qui eiusdẽ sunt generis misericordiã facito. Hęc laude digna est memoria,hoc magnum lucrum affert. Cęterũ,ad institutũ redeamus,& videamus illorũ virorũ,qui tunc erant,audaciã. Illorũ enim affectiones,nostrę,si sapere voluerimus,emẽdationi seruiunt. *Et ædificemus*,inquit,*nobis ciuitatẽ,& turrim,cuius caput erit vsque in cœlũ. Et faciamus nobisipsis nomen,priusquã dispergamur super terrã.* Vide quomodo superbiam mentis illorũ ostendit. Et ędificemus,inquit, nobis ciuitatẽ. Et iterum: Faciamus nobisipsis nomen. Etiam post diluuium, & generalem omnium interitũ nõ minoribus malis occupãtur. Quid ergo fiet? quomodo ab insania sua reprimentur? Pollicitus est deus, se non vltrà facturũ diluuium, nimirum misericordiæ suæ consuetudinẽ seruans. Illi autẽ neq; pœnis emendatiores facti sunt,neq; beneficiis meliores. Audi quę sequuntur, vt discas ineffabilis misericordiæ dei magnitudinẽ. *Et descẽdit*,inquit,*dominus deus, vt videret ciuitatem & turrim, quam ædificabant filij hominum.* Vide quomodo humano more scriptura loquitur. Et descẽdit,inquit,dominus, non vt humano modo intelligamus,sed vt per hoc erudiamur,nunquã temerè fratres condemnandos,neq; auditu solo iudicandũ,nisi pluribus argumentis prius certi reddamur. Omnia enim à deo ideo fiunt, & ob hoc tanta ad eruditionem humanũ genus vtitur sermonis attemperatione. Descendit,inquit,dominus deus,vt videret ciuitatẽ & turrim. Vide quomodo non statim ab initio illorum reprimit insaniã,sed longanimi lenitate vtitur,& expectat donec malitiã suã opere declarent,& tunc conatus eorũ impedit. Ne enim quis dicere possit, deliberasse quidem illos,sed quæ decreuerant,in opus non deduxisse,pręstolatur donec animo destinatũ opus aggrediãtur,& tunc mõstrat eis q̃ inutilia attentarint. Descendit,inquit,dominus deus,vt videret ciuitatẽ ac turrim quam ædificabãt filij hominũ. Vide misericordiæ excellentiã,permisit illos laboribus sese affligere,vt rerũ experientia,præceptoris loco illis esset. Et quoniã vidit malitiam inualescere, & morbũ incrudescere,non vsq; ad finẽ permittit, sed suã declarat bonitatẽ: quẽadmodũ medicus bonus videns morbũ augeri, & vlcus incurabile fieri, statim sectione vtitur, vt omnem morbi causam aboleat. *Dixit*,inquit,*dominus deus,ecce genus vnum,& labium vnum omnium*: hoc est,vox vna & lingua vna. *Et hoc cœperunt facere,& nunc non cessabũt ab iis quæ decreuerunt facere.* Attẽde domini misericordiã. Quoniam conatus illorum impediturus erat,primùm † cum illis expostulat,] & quasi ostẽdit peccati eorum magnitudinem, & ingratitudinis excellentiam, & q̃ abusi sunt linguæ & vocis vnitate. Ecce enim, inquit, genus vnum & labium vnum omnium. Et hoc cœperunt facere, & nunc non cessabunt ab iis quæ decreuerũt facere. Hic enim dei mos est, vt puniturus prius indicet q̃ magna sint peccata,†& quasi expostulãs etiã ipse satisfaciat nobis,] ac tunc tandem corripere incipiat. Nam & cùm terribile illud diluuium interminaretur,dicit scriptura: Vt autem vidit deus, q̃ multiplicatæ sunt malitiæ hominum, & vnusquisq; cogitat in corde suo diligenter in mala à iuuentute, delebo hominem. Vidisti quomodo prius monstrauit malitiæ eorum excellentiam? & postea dicit, Delebo hominẽ: ita & nũc, Ecce genus vnum, & labium vnum omniũ, & hoc cœperunt facere. Si in tanta concordia, & linguæ vnitate in tantam inciderunt insaniam: vbi tẽpus processerit, quomodo non deteriora attentabunt? Nõ cessabunt enim ab his quæ decreuerunt vt faciant: nihil eorũ impetum & ardorem morari poterit, sed omnia quæ statuerunt secũ, studebunt perficere, ni statim pro attẽtatis pœnã luant. Id quoq; inueniet aliquis & de protoplasto factũ esse. Eiecturus enim illum deus à paradisi incolatu: age, inquit, quis annunciauit tibi q̃ nudus esses? & iterũ: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis, vt sciat bonum & malũ. Et nunc ne fortè extendat manũ, & accipiat de ligno vitæ & comedat, & viuat in seculũ. Et emisit illum dominus de paradiso. Etiam nũc inquit: Ecce genus vnum & labium vnum omniũ, & hoc cœperũt facere, & nunc non cessabunt ab iis quæ decreuerũt facere. *Venite,& cùm descenderimus, confundamus illorũ linguas, vt ne audiat vnusquisq; vocẽ proximi.* Vide iterũ verborum humilitatẽ. Venite, inquit, & cũ descenderimus: quid volũt sibi verba hæc? Opúsne habet cooperatione dominus ad correctionem, & subsidio ad illorum destructionẽ? Absit. Sed sicut iam dixit scriptura, Descendit dominus: docens nos per hoc q̃ euidenter malitiæ illorum vidit excellentiam: ita & hìc dicit, Venite & cùm descẽderimus. Dictum est ceu ad honore pares. Venite inquit, & cũ descenderimus, confundamus illorum linguas, vt ne audiat vnusquisq; vocẽ proximi. Pœna hac quasi perpetua nota fugillabo illos, quæ eos omni seculo comitabitur, neq; huius vllo tempore obliuiscantur. Nam quia abusi sunt vocis vnitate, ideo vocis diuersitate castigare volo. Sic enim vbiq; facere cõsueuit dominus. Hoc ab initio & in muliere factũ est. Abutebatur honore concesso, vnde subiecta est viro. Et similiter Adę contigit: quia enim ex multa prosperitate, paradisiq; incolatu nihil lucrifecit, sed præuaricando pœnæ obnoxius est factus, eiecit eum ex paradiso, & pœnam ei perpetuam iniunxit, dicens: Spinas & tribulos germinabit tibi terra. Hi quoq; honore pares, & eiusdẽ linguæ, honore concesso in malum abusi, q̃ grauiter peccarint, ex linguarum varietate sunt experti. Et cõfundamus illorum, inquit, linguam, vt ne audiat vnusquisque vocem proximi. Vt sicut linguæ vnitas cohabitationem fecit, ita linguę diuersitas dispergat. Nam quibus non est idem sermo & lingua, quomodo cohabitare possunt? *Et dispersit illos*, inquit, *dominus deus ab illo loco super faciem vniuersæ terræ, & cessauerunt ædificantes ciuitatem & turrim.* Considera domini misericordiam, in quãtam animi hæsitationem ipsos impulit. Amentibus enim postea similes fuerunt. Et ille quidem imperabat hoc, & alius suppeditabat aliud, inutilisq; fuit omnis illorum conatus: ideo cessauerunt etiam ædificare ciuitatem & turrim. *Et idcirco vocatum est nomen illius confusio, quia illic confudit dominus deus labia omnis terræ.* Vide quot res fiunt, vt memoria huius facti in omnia secula producatur. Primùm linguarum fit diuisio, imò ante hoc nominis appellatio. Phalek enim nomẽ, quod Heber puero imposuit, partitionem significat: deinde loci agnominatio: confusio enim vocatus est, id quod Babylon sonat. Postremum Heber ipse mansit idem seruans idioma quod & antea habebat, vt manifestum diuisionis huius signũ foret. Vidisti per quot res immortalem, nullãque obliuione delendam huius facti memoriam seruari voluerit? Hinc enim pater filio postea cogebatur dicere causam tã diuersæ vocis.

Et puer

†defensionem confitetur.

†& veluti defensionẽ aliquam componat.

Et puer à patre discebat quare Babylon à confusione nomen sortita fuerit, nẽpe q̃ illic dominus deus confudit labia vniuersæ terræ, & ab illo loco dispersit illos. Nam vtrunq; loci appellatio mihi significare videtur, & q̃ linguas cõfudit, & inde dispersio orta sit. Audiuistis dilecti, vnde dispersionis varietatisq; linguarũ orta sit causa. Fugiamus obsecro, ne hos imitemur: & iis quæ nobis dẽ cõcessit, ne abutamur: & naturã humanã considerãtes, ea consultemus quæ homines deceãt q̃ mortales sint: & cõsiderata præsentis vitæ fragilitate, quia breue est tẽpus vitę nostrę, reponamus & thesaurizemus prius fiduciã, operãdo bona opera. Et nõ solũ per hos dies seruem⁹ ieiunij feruorẽ, sed etiã eleemosynæ largitatẽ, & precũ continentiã. Etenim ieiunio preces semper coniunctas esse oportet. Et q̃ hoc verũ sit, audi Christũ dicentẽ: Hoc genus dæmoniorũ non egreditur nisi in precatione & ieiunio. Et iterũ de apostolis dicitur: Nã cùm orasset, inquit, & ieiunassent, cõmendauerũt eos domino, in quem crediderant. Et iterũ inquit Apostolus: Ne fraudetis inuicẽ, nisi in precatione & ieiunio. Vidisti quomodo ieiuniũ hoc subsidio indigebat? Tũc em̃ potissimum preces eum attentione fiunt, cùm expeditior est mens nostra, neq; grauata, neq; malo deliciarum onere pressa fuerit. Magna arma sunt preces, magna securitas, magnus thesaurus, magnus portus, refugij locus, modo sobrij & vndequaq; mente nostra collecta, inimicóq; nostræ salutis nullo aditu permisso, dominũ adeamus. Scit em̃ hostis noster, q̃ per tempus illud possumus de iis quę ad nostrã salutẽ attinent, loqui, & peccata confiteri, & vulnera medico ostẽdere, & sanitatẽ consequi: ideo maximè obsistit, omniáq; facit & tractat, vt nos supplãtet, negligentésq; faciat. Proinde sobrij simus obsecro, & sciẽtes illius insidias, maximè tẽpore isto operã dem⁹, vt illi quasi præsentẽ illum, & ante oculos stantẽ videntes, obluctemur: & cogitationẽ omnẽ, quę nos interturbare possit, repellamus: totíq; nitamur ita loqui, vt non solũ verba, sed & mens verborũ comes deũ accedãt. Nam si lingua quidẽ proferat verba, mens autẽ foris sit, sua tractans negocia, & imaginans quæ in foro agantur, nulla nobis vtilitas est, fortassis autem & maior condemnatio. Enimuero si cùm homines accedimus, tam intẽti sumus, vt propè stantes sępenumero non videamus, sed colligimus mentẽ, & ad eũ solum spectamus quẽ accedimus: quãto magis apud deũ idẽ facere continuò & iugiter precibus insistere congruit? Propter hoc & Paulus scribẽs, dicebat: Orãtes in omni tẽpore, orate & in spiritu: nõ lingua tãtũ, & cũ ꝓpetua, inquit, vigilantia, sed & in spiritu. Spirituales em̃, inquit, sint vestræ petitiones, sobria sit ratio, & iis quæ dicũtur mẽs intendat. Talia petite, qualia à deo petere conuenit, vt & petita obtineatis. Et in illud incumbentes, & toti expergefacti, sobrij, & mente soliciti, non oscitantes, & vt somniculosorũ mos est, vos fricantes, & hinc & iude mentẽ vertentes: sed magno timore & tremore salutẽ vestrã operemini. Beatus em̃, qui propter reuerentiã metuit omnia. Magnũ bonũ sunt preces. Nã si homini quis loquatur virtute prædito, non paruũ inde fructũ percipiet: quantis bonis fruetur is cui cum deo colloquiũ fuerit? Oratio em̃ colloquium est cum deo. Quod vt scias, audi ꝓphetã dicentẽ: Iucundum sit deo eloquiũ meũ: hoc est, sermo me⁹ appareat deo. An non enim præstare potest priusquam petamus? Verùm ꝓpter hoc differt & expectat, vt occasionem accipiat, qua iustè nos sua cura dignos faciat. Siue autem consequamur quod petimus, siue nõ consequamur, perseueremus semper in oratione. Et non solum gratias agamus si cõsequamur, sed etiã si repulsã passi fuerim⁹. Nã cùm de⁹ aliquid nobis denegat, nõ min⁹ est q̃ si cõcessisset. Nescimus em̃ nos, quæ nobis conducãt, sicut ipse nouit. Itaq; siue voti cõpotes siue impotes simus, gratias agere debemus. Et quid miraris, si nos nescimus quid nobis prosit? Paulus talis & tantus, qui ineffabilia illa consecutus fuit, ignorabat, & quæ non expediebant precabatur. Nam quia videbat se tot molestiis cingi, ac circundari crebris tentationibus, orabat vt ab eis liberaretur: idque non semel, neq; iterũ, sed & sæpius. Tertiò enim, inquit, dominũ rogaui. Tertiò autẽ, vocauit sæpe† & nõ vulgariter.] Videamus quomodo affectus fuerit. Num grauatim tulit? num segnior fuit? num languescebat? Non. Sed quid inquit? Dixit, sufficit tibi gratia mea. Virtus em̃ mea in infirmitate perficitur. Non solũ non liberauit illũ præsentibus malis, sed in ipsis perseuerare permisit. Esto: vnde autẽ manifestũ q̃ non tulit grauiter? Audi ipsum qui dicit, postquã didicit hoc ꝓbari domino: Volupè igitur gloriabor in infirmitatib⁹ meis. Non solũ, inquit, postea liberari non requiro, sed & magna voluptate gloriabor in illis. Vidisti gratã animã? Vidisti eius in deum amorem? Audi etiã dicentẽ: Quid em̃ precemur vt oportet, nescim⁹. Impossibile, inquit, est cũ nos homines simus, fid]certò scire. Relinquendũ ergo hoc est omniũ cõditori, sumendáq; sunt cũ gaudio & voluptate quæcunq; ipse voluerit: nec spectandũ ad speciẽ eorũ quæ fiunt, sed quid acceptum sit dño. Magis enim scit quid nobis prosit, q̃ ipsi nos. Ipse nouit quomodo salus nostra parãda. Nostrum ergo sit opus, cõtinuis insistere precibus, & nõ ægreferre si differatur quod petimus, sed longanimes esse. Neq; em̃ renuens preces nostras differt: sed hac arte sedulos nos efficiens, ad semetipsum attrahere vult. Nã & pater quanuis benignus, cùm à puero rogatur, abnuit, quasi non volens dare: non vt neget, sed vt ardentius petat, & sibi magis concilietur. Hæc itaque legentes, non desperemus, non deficientes accedamus ad eũ, & preces dicamus. Equidem cùm crudelẽ & inhumanũ illũ iudicẽ, qui neq; deũ timebat, neq; homines reuerebatur, mulieris sedulitas coẽgit, & ꝓuocauit, vt sibi succurreret: quãtò magis nos si voluerimus illam imitari mulierẽ, ad opitulandũ nobis prouocabimus mansuetũ & misericordẽ nostrum do minũ, compatientẽ, & ad saluandum nos occurrentẽ? Discamus ergo vt ipsi à precibus auelli nequeamus, sed perpetuò incumbamus illis, tam die q̃ noctu: & magis noctu, quando nullus interturbat, quando magna cogitationũ tranquillitas, quando absunt turbulentiæ, quando nullus est qui ab accessu prohibet & abducit, quando collecta mens omnia diligẽter referre potest animarũ medico. Cùm em̃ beatus Dauid rex simul ac propheta, tantis implicitus negociis, purpura & diademate amict⁹ dicat: Media nocte surgebam ad confitendũ tibi super iudicia iustitiæ tuæ: quid nos dicemus, qui priuatam & ociosam vitã agimus, neq; eadẽ quæ ille facimus? Nã cùm in die multis circundaretur curis, negotiis, & tumultibus, nec tempus inueniret aptũ suo ad deũ accessui: relaxationis tempus, quod alij somni tẽpus faciunt in mollibus stratis recumbentes, & hinc & inde se versantes, rex tantis vinctus curis, accedendi ad deum tempus faciebat,

Mat.17.c & Marc. 9.d. Act.14.d. — *1.Cor.7.a* — *ad Eph. 6.g.* — *2.Cor.12. b.* — *†:& non impetrauit* — *2.Cor.12. c.* — *Rom.8.c. †omnia* — *Luc.18.a.* — *Psa.118.b* — *Psa.103.d.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciebat, seorsim deo loquens, & synceræ intentæq; A precationi deditus, perficiebat quæcunq; volebat, & orationibus suis bella cõficiebat, trophæaq; statuens, victoriã victoriæ copulabat. Habuit em̃ inuicta arma, superna scilicet p̃sidia, quæ nõ solũ ad humana bella cõficienda sufficiũt, sed etiã ad dæmonũ cohortes peruincendas. Igitur & nos hunc imitemur priuati & idiotæ regẽ, ociosam & quietam vitã agẽtes, eũ qui in purpura & diademate monachorũ vitã transcendit.

Psal.41.4 Audi em̃ eũ iterũ alibi dicentem: Factæ sunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte. Vidisti animã in cõtinua cõpũctione? Alimonia mea, inquit, panis meus, cibus meus, conuiuiũ meũ, non erant alia q̃ lachrymę

Psal.6.b. tam die q̃ nocte. Et iterũ: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meũ. Quid dicemus, vel quid respondebimus, neq; eam cõpunctionẽ declarare volẽtes, quam rex tot obseptus negociis egit? B Quidnam, dic oro, oculis illis formosius, perpetuo lachrymarũ imbre, & quasi margaritarũ decore ornatis? Vidisti regẽ, qui noctibus atq; diebus lachrymis precibúsque deditus fuit? Specta & doctorẽ orbis in carcere cõpeditũ, vnà cum Sila orantẽ tota nocte, neque dolore, neq; vinculis prohiberi: sed eo magis ingentem feruidúmq; amorẽ declarare erga dominũ.

Act.16.c Paulus em̃, inquit, & Silas media nocte orãtes, laudabãt deũ. Dauid in regno & diademate, lachrymis & precibus totã vitã insumebat. Apostolus, qui in tertiũ

2.Cor.12. cœlũ raptus, cui arcana sunt reuelata mysteria, media

4. nocte in vinculis preces & laudes offerebat dño. Et rex media nocte expergefactus confitebatur. Et apostoli media nocte cõcinentes preces & laudes reddebãt. Illos imitemur & nos, & precũ cõtinuitate vitam nostrã muniamus, & nullum nobis vnquã erit obsta- C culũ. Nihil enim est quod obesse nobis potest, modo sobrij simus. Nũ loco & tẽpore nobis op⁹ est? Omnis locus, omne tẽpus huic accessui cõuenit. Iterum audi

1.Tim. 2. b. magistrũ orbis dicentẽ: In omni loco leuãtes sanctas manus absq; ira & disceptatione: si mentẽ habueris purgantẽ se ab illicitis affectionibus, etiamsi in foro, etiamsi in domo, etiamsi in via, etiãsi in carcere, etiãsi in mari, etiãsi in diuersorio, etiamsi in officina, & vbi vbi fueris cõstitutus, poteris inuocato deo precũ fieri cõpos. Quod cùm scimus, obsecro vt cũ ieiunio precũ faciamus diligentiã, subsidiũ nobis inde parãtes: quò & supernã assecuti gratiã, & p̃sentẽ vitã ita agamus vt deo ꝑbeẽ, & in futuro misericordiã aliquã adipiscamur, gratia & miserationibus dñi nostri Iesu Christi, cũ quo patri & spiritui sãcto sit gloria, imperiũ & honor, nũc & semper, & in secula seculorũ, Amen. D

Et accepit Thara Abrã & Nachor filios suos & Loth filiũ Arã filij sui, & Sarã nurum suam, vxorẽ autẽ Abræ filij: & eduxit eos ex terra Chaldæorum, vt proficiscerentur in terram Chanaan: & venerunt vsque Charran, & habitauit illic.

Homilia XXXI.



Ngentes vobis habeo gratias, q̃ hesternũ de oratione sermonẽ tanta voluptate susceperitis, & tanto studio in auditorium confluitis. Facit enim hoc etiã nos alacriores, vt spirituale conuiuium largius vobis proponamus. Quia & agricola siquãdo videt agrũ seminatũ virescere & germinare, nihil quod ad se attinet, intermittit, quotidie congruã illius curã agens: & die noctúq; cõsiderans, ne fortè quid labores suos lædat. Simili modo & ego spiritualem hunc agrũ vestrũ florere, & semen hoc in sinibus vestræ mentis vtiliter recondi videns, gaudeo & læ- tor, multúmq; sum anxius, non ignorans quàm malignus sit hostis, qui vestræ saluti insidiatur. Et quẽadmodũ piratæ quãdo vident nauẽ multis mercib⁹ oneratam, & plurimas adducentem diuitias, tunc potissimũ variis moliuntur insidiis, vt possint mercibus omnibus nauigantes illos spoliare: ita sanè & diabolus cùm viderit spirituales diuitias coaceruatas, alacritatẽ feruidã, mentẽ vigilẽ, & quotidie diuitias augeri, cruciatur, & dentibus frendet, & quasi pirata circũit, & innumeras excogitat artes, vt si quà vel paruũ inueniat aditũ, quicquid nobis est spiritualiũ diuitiarũ deprædetur. Igitur sobrij simus, obsecro: & quãto magis spirituales nostræ facultates crescunt, tanto & vigiliæ nostræ intẽdantur, vt vndequaq; excludamus eius insidias, & gratiã dei vita optima nobis conciliantes, superiori loco stemus, q̃ vt illius iacula nocere queãt. Mala em̃ bestia est, & multiplices machinationes struit. Et quando nõ potest rectà nos ad vitia allicere, & suis dolis inescare (nõ em̃ cogit, vel vim facit, absit, sed decipit tantũ, & quos negligentes videt supplantat) quãdo igitur salutẽ nostrã manifestè lædere nequit, sæpe per opera virtutis quæ agimus, clanculò esca illata, diuitias nostras auehit oẽs. Quid igitur? Hoc quod dico, operæpreciũ fuerit manifesti⁹ explicare, vt illius cognitis insidiis, damnũ quod inde nascitur, vitare possimus. Quando videt nos à manifestariis vitiis abhorrere, & fugere intemperantiã, cõtinẽtiã verò amplexari: ad hæc auersari auaritiã, odio habere iniustitiam: ridere & contemnere delicias, ieiuniis autẽ & precibus vacare, ac eleemosynis dare operam: tunc alium cõminiscitur dolũ, quo pessundet omnes nostras opes, operáq; nostra faciat inutilia. Nam eos qui magna constantia machinationes suas vicerunt, facit vt bonis operibus inflentur, & ad humanã spectẽt gloriam, quò scilicet à vera eos gloria faciat excidere. Quippe spirituale quid faciens, & humanam respiciens gloriã, mercedẽ suã hîc accipit, & iam vltrà deũ non habet debitorẽ. Accipit em̃ laudes suas, à quibus vt glorificetur quærit, & se priuat illis quas dñs promisit, vtpote maioris faciens momentaneam hominũ laudem, q̃ dei omniũ conditoris: id quod Christus de precibus, eleemosynis, & ieiuniis antea docuit, sic dicens: Quando ieiunas, vnge *Mat.6.a* caput tuũ, & laua faciem tuam, vt ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in occulto: & pater tuus qui videt in occulto, reddet tibi in propatulo. *Ibid.a.* Et iterũ: Quãdo facis eleemosynã, ne tuba canas, inquit, ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & plateis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, acceperunt mercedẽ suã. Vidisti quomodo, qui hanc inquirit, illam amittit? Qui autẽ virtutẽ ita operatur, vt latere velit homines, in die illo terribili in manifesto accipiet à domino retributionem. Nam pater tuus, qui videt in occulto, reddet tibi in manifesto. Quasi diceret: Ne cogites, nullus homo laudabit te, & virtutem clàm facis: sed hoc cogita, tanta erit dñi liberalitas, q̃ non sinet hoc clàm vel in occulto esse: sed præsente omni hominũ genere, ab Adã vsque ad consummationẽ seculi te prædicabit, & coronabit, & retributiones laborũ virtutis dabit tibi. Qua igitur excusatione digni erimus, & laborẽ virtutis sustinentes, & propter momentaneã euanidámque & vilem hominum gloriam, æterna illa nosmetipsos priuãtes? Obsecro igitur, vt nos bene muniamus, & quod cũq; spirituale opus aggredimur, studeamus in promptuariis ani-

riis animi nostri recondere, vt laudet nos oculus ille qui nũquã dormitat: nõ vt ab hominib⁹ celebremur & laudemur, & ita indigni efficiamur quos dominus laudet. Ambo em̃ hęc pernicialia sunt, & saluti nostrę detrimentosa, & spirituale aliquid operãdo ad humanã spectare gloriã, & bene aliquid operando sublime de se sapere. Idcirco sobrios esse oportet ac vigiles, & cõquirere nobis quotidiana è sacris literis pharmaca, ita vt pernicios̃ affectionibus istis nõ irretiamur. Nã etsi quis innumera bona opera fecerit, virtutémq; omnẽ absoluerit, si tamẽ magnũ quid de se sentit, maxi-

Luc.18.b. mè omniũ miserabilis est & miser. Quod nobis manifestũ est ex iis quę pharisæo acciderunt, qui vt magna de se sensit, & publicanũ contẽpsit, subitò deterior factus est publicano, & oẽs virtutũ diuitias lingua sua effudit: & se nudans exhauriẽnsq;, pertulit rarũ & nouũ naufragiũ: apprehenso em̃ littore omnes merces suas simul perdidit. Nã si ita accidat aliquid ꝑpter preces indignè dictas, perinde est ac si quis in

Ibid.17.c. portu naufragiũ faciat. Propterea & Christus discipulis suis præcipiens, dicebat: Quãdo omnia feceritis, dicite: serui inutiles sumus. Quo dicto munire eos vult, & q̃ lõgissimè à pernicios̃ illis affectionib⁹ alienare. Vidistis dilecti, quomodo neq; qui humanã gloriã ambit, eius gratia virtutis agens opera, vtilitatẽ aliquã ꝑcipit? & q̃ qui omnib⁹ virtutibus p̃ditus est, si post bona opera inflet, & magnũ aliquẽ se existimet, nudus omnino fiat, & omniũ vacuus? Fugiamus igitur obsecro, ꝑnicios̃ illas affectiones, & ad illũ semper

† cõmune habeamus cum nostri generis hominibus, *Ioan.12.g* vigilẽ oculũ spectemus tantũ: & nihil † quantum ad hoc attinet, cõmune habeamus cum hominibus] neque ab eis laudari quæram⁹: sed contenti sim⁹ dominica laude. Cuius laus, inquit, non ex hominibus, sed ex deo. Et quò magis virtutibus locupletamur & crescimus, hoc magis modesti simus & humiliemur. Nã etsi ad summũ virtutis apicẽ pertigerim⁹, & cõtrà sup putauerimus iusta gratitudine dei in nos beneficia, bene videbimus q̃ nihil obtulerimus, adeo multa ille in nos cumulauit. Hinc em̃ omnes sancti probati fuerunt, & deo accepti. Hoc vt scias, audi doctorẽ orbis, animã illam quæ in cœlo versata fuit, quomodo post tot præclara opera, post tantũ de cœlo testimonium

Act.9.c. (Vas enim, inquit, electionis est mihi hic) nõ obliuiscitur suorũ delictorũ, sed vtrisque manibus, vt aiunt, ea versat, & neq; eorũ memoriam obliterari patitur, de quibus certissimus erat quòd per baptismũ fuerãt

1.Cor.15. b. dimissa: sed clamat & dicit: Minimus sum apostolorum, & nõ sum dignus vt vocer apostolus. Et postea, vt excellentẽ eius discamus humilitatẽ, addit: Eò q̃ perfecutus sum eccleſiã dei. Quid agis ô Paule? dominus per misericordiã suam deleuit & ignouit omnia peccata tua, & tu ea adhuc subinde versas, & memoras? Etiam. Scio em̃, dicit, & nõ ignoro q̃ ea dominus meus dimiserit: sed dũ mecũ considero quæ fecerim, & video diuinæ misericordiæ pelagus: bene disco q̃ gratia & misericordia dei sum quod sum. Nam cùm dixisset, non sum dignus qui vocer apostolus, eo q̃ ecclesiã dei sum persecutus: subdidit, Gratia autẽ dei sum id quod sum. Ego quidẽ, inquit, tanta ferebar insania, ineffabilis autem eius bonitas & gratia remissionem dedit. Vidisti animã contritã, & circunferentem cõtinuò memoriã peccatorũ, quæ ante baptismum cõmiserat? Illum & nos imitemur, & eorũ quæ post baptismũ admisimus, quotidie simus memores, continuò ea in mente versantes, nunquam permitta-

A mus vt ipsorũ obliuiscamur. Hoc enim frænum sufficiet ad humiliandũ nos, & modestiã ingenerandã. Et quid dico Paulũ tantũ & talem? Vis videre etiam eos qui in veteri lege hinc maximè claruerunt, q̃ post innumera bona opera, & indicibilẽ ad deum fiduciam, humiles fuerunt? Audi quid dicat patriarcha, postquã cõsuetudinem cũ deo habuit, & facta est ei ꝓmissio: Ego autẽ, inquit, terra sum & cinis. Cæterùm quia in patriarchæ mentionẽ incidimus, si placet, hodie lecta proponamus charitati vestræ, quò illis explicatis videamus excellentẽ iusti virtutem. *Et accepit*, inquit, *Thara Abram & Nachor filios suos, & Loth filium filij sui: & Saram nurum suã, vxorẽ autẽ Abræ filij sui, & eduxit eos ex terra Chaldæorũ, vt proficiscerentur in terrã Chanaan, & venerunt vsque ad Charran, & habitauit illic. Et fuerunt omnes dies Thara in Charran, anni ducenti quinque, & mortuus*

B *est in Charran.* Attendamus diligẽter obsecro, quę sint lecta, vt mentẽ eorũ quę in scriptis latent, deprehendamus. Ecce em̃ mox in principio videtur esse quæstio. Nam cùm beatus ille ꝓpheta, Moses inquam, dixisset: accepit Thara Abram & Nachor, & eduxit ex terra Chaldæorũ, vt ꝓficiscerentur in terrã Chananæorum: & venit vsq; ad Charran, & habitauit illic. Beatus autẽ Stephanus Iudæos laudans, inquit: Deus *Act.7.b* gloriæ visus est patri nostro Abrahã, cùm esset in Mesopotamia, priusquã habitaret in Charrã, & illĩc postquã mortu⁹ est pater eius, migrare eũ fecit. Quid igitur? dissidéntne à ipsis diuinæ scripturæ? Absit: sed ex hoc animaduertere licet, q̃ cũ patriarcha deo accept⁹ esset, vis⁹ ei de⁹ imperauit vt inde migraret. Quod vt agnouit Thara pater eius, licet infidelis esset, attamen ob amorẽ in filiũ, socius illi peregrinationis esse

C voluit. Et vt venit in Charrã, ac illic habitauit aliquãdiu, vita hac excessit. Patriarcha autẽ tunc ad imperiũ dei in Chananæã cõcessit. Deniq; nõ antea eum deus inde euocauit, donec mortuus est Thara. *Tũc enim illo defuncto, inquit: Et dixit dominus Abræ: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quã mõstrauero tibi. Et faciã te in gentẽ magnã, & benedicã tibi, & magnificabo nomẽ tuũ, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicentes te maledicã, & benedicentur in te omnes tribus terræ.* Singula dicta perscrutemur, vt religiosam & piã patriarchæ mentem videamus. Et dixit, inquit, dñs Abrę, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. Ne prætereamus obiter dicta, sed animaduertamus quantum imperij põdus. Egredere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, &

D de domo patris tui, & veni in terrã quã monstrauero tibi. Quasi diceret: Relinque certa, & omnib⁹ cõfessa, & elige magis incerta & nõ apparẽtia. Cõsidera quomodo ab initio exercetur iustus, vt præeligat non apparẽtia præ apparẽtibus, & futura præ iis quæ in manibus sunt. Neq; em̃ vulgare & paruũ aliquid erat id quod ei vt faceret præcipiebat deus: nẽpe vt terrã relinqueret, quã inhabitarat tanto tẽpore, & omnẽ cognationẽ, & totã patris domũ: irétq; nescíẽs & ignorans quorsum. Non em̃ dixit ei, in quã regionẽ transferre eum velit, sed mandato iudefinito piũ patriarcham exercuit. Veni em̃, inquit, in terrã quã mõstrauero tibi. Considera quæso dilecte, quantã mentem requirebat hoc mandatum, & quæ planè nulla vel affectione, vel familiaritate impediri potuerit. Si enim nunc post tãta religionis incremẽta, multi adeo sunt consuetudini suę alligati, vt potius multa, & si necessi-

tas vrgeat,

Universidad de Deusto Biblioteca

tas vrgeat, omnia ferre velint, q̃ loca mutare in quib⁹
prius habebant domiciliũ. Id quod non ſolum à vul-
garibus hominibus fieri videmus, ſed etiã ab iis qui è
medio tumultu fugêre, & monaſticã vitã delegerunt:
quanto magis veriſimile erat iuſtũ illũ ad hoc man-
datũ tardiorẽ & difficiliorẽ potuiſſe fieri? Egredere,
inquit, & relinque cognatos, & domum paternam, &
veni in terram quã mõſtrauero tibi. Quẽ nõ turbarẽt
verba iſta? neq; locũ, neq; regionẽ certã ei deſignat,
ſed indefinito præcepto mentẽ explorat iuſti. Nam ſi
quis è vulgò fuiſſet, dixiſſet vtique: Age, iubes relin-
quã terrã quã inhabito, cognationẽ, domũ paternam:
quare non, †imperando vt locũ hunc relinquã,] cer-
tiorẽ me reddis quantũ ſit iter? Vnde eñ mihi illud
innoteſceret, ꝙ hac quã relinquo, vberior & præſtan-
tior ſit illa? At iuſtus nihil horũ vel dixit, vel cogi-
tauit: ſed reſpiciens ad magnitudinẽ eorũ quæ impe-
rata erãt, iis quæ in manibus habebat, incerta præfe-
rebat. Atqui ſi non tã generoſum ſpiritũ, nec tam phi-
loſophicam mentẽ habuiſſet, vtpote eruditã, per om-
nia deo parendũ eſſe: fuiſſet tamen ei & aliud etiã ip-
ſum nõ paruũ impedimentũ, nẽpe mors patris. Scitis
enim ꝙ ſæpenumero ꝓpter ſepulchra cognatorũ in
illis locis mori deligunt, vbi parentes eorũ mortui ſe-
pulti ſunt. Veriſimile igitur erat & iuſtũ hunc, niſi deũ
plurimũ amaſſet, talia potuiſſe cogitare. Ecce pater
propter ſuũ in me amorẽ, è domo ſua ꝓfectus, priſti-
nas conſuetudines deſpexit, & contemptis omnibus
hucuſque†hic fuit]. & quaſi diceret, ꝓpter me in alie-
na terra vita defunctus eſt: ego autẽ non daturus ſum
operã, vt poſt mortẽ par ei reddã, ſed relicto cum co-
gnatione patris ſepulchro, hinc abeam? Atqui nihil
horũ promptitudinẽ eius remorari potuit: ſed omnia
leuia & facilia ei apparere faciebat ſuus in deũ amor.
Fortaſſis & illud mente tractaſſet, ſiquidem humanis
rationibus res ſuas moderari voluiſſet, In hac ætate,
qua nũc ad poſtremã ſenectam tendo, quorſum ab-
iturus ſum? Non fratres mecũ ducens, neq; cognatos
mecũ habens, ſed ab optimis quibuſq; amicis ſeque-
ſtrat⁹, vt ſolitarius & peregrinus, in terra aliena verſa-
bor, neſcius vbi errandi finis futurus? Quod ſi in me-
dio itinere contingat me vita defungi, quæ tantę mi-
ſeriæ fuerit vtilitas? Quis me*ſepeliet ſenem, peregri-
nũ, carentẽ ciuitate, carentẽ domo? Fortaſſis vxor vi-
cinos exorabit vt cõpaſſionẽ quandã in me declarẽt,
&*iuſta ex collatitia ſtipe faciet. Quanto ſatius vt ip-
ſe breui quod ſupereſt tempore, hîc reſidens vitã ter-
minem, q̃ quòd ſenex hinc & inde vager, & omniũ
ſcõmatis inceſſãr, qui neque in ætate illa quietus vi-
uam, ſed loca locis mutans, nullibi ſubſiſtam? Cæterũ
iuſtus ille nihil horũ cogitauit, ſed prçcipiẽti obedire
feſtinauit. Sed fortè dixerit quiſpiã: Ad exhortandum
ſufficiebat ei, Veni in terrã quam tibi mõſtrauero, &
faciã te in gentẽ magnã, & benedicã te. Verùm iſtuc
ipſum, niſi pius fuiſſet, ſatis erat ad reddendũ eum ſe-
gniorẽ, & ad obedientiã magis cunctabundũ. Nam ſi
fuiſſet ex magno illo numero, dicere potuiſſet: Quare
me peregrè ꝓficiſci iubes, & in alienã terrã abducis?
Quare ſi me magnũ facere vis, non hîc magnũ facis?
Quare in domo paterna verſantẽ, tua benedictione
nõ dignaris? Quòd ſi contingat priuſquã perueniam
in locum quem iubes, defatigatum me itineris labo-
ribus perire, & vitam finire, quæ mihi ex ꝓmiſſis vti-
litas? At nihil horum vel in mentẽ ſuſcipiẽdũ cenſuit,
ſed ſicut voluntarius ſeruus ad ſolum imperiũ obedi-

[† etiã locũ manifeſtũ facis, in quem me proficiſci iubes, atq;]
[† venit:]
[* περιστελεῖ, ſepeliet, proteget, tuebitur, cooperiet.]
[* καθήκοντα πληρώσει, iuſta & cõuenientia faciet.]

A uit, nihil curioſe[quęrẽs, nullúmq; aliud negotiũ præ-
texens: certiſſimus eñ erat, neutiquam mendacia eſſe
dei promiſſa. Et faciã te in gentẽ magnam, inquit, &
benedicam te, & magnificabo nomen tuũ, & eris be-
nedictus. Magnũ promiſſionis pondus. Faciam te, in-
quit, in gentẽ magnã, & benedicam te, & magnifica-
bo nomen tuũ: non ſolũ genti magnæ te præficiã, &
nomen tuũ extollã: ſed & benedicã te, & eris bene-
dictus. Ne putes dilecte, tautologian eſſe, & idem bis
dici, cùm dicitur: Benedicam te, & eris benedictus.
Tanta enim te, inquit, benedictione dignabor, vt illa
in omne ſeculũ ſit duratura. Eris enim benedictus, ita
vt omnes ſummi honoris loco habituri ſint, ſi eis cũ
Abram familiaritas contingat. Vides quomodo an-
tea & ab initio ei prædicit claritudinẽ quã illi datu-
rus erat? Faciam te, inquit, in gentẽ magnã, & magni-
B ficabo nomen tuũ, & benedicam te, & eris benedi-
ctus. Idcirco & Iudæi in patriarcha ſuperbientes, vo-
lebant ſe in eius familiam intrudere, & dicebant: Filij
Abrahã ſumus. Sed vt diſcãt ꝙ propter malos mores [Ioan. 8. c]
indigni ſunt ea familia & genere, dicit eis Chriſtus:
Si filij Abrahę eſſetis, opera Abrahæ faceretis vtique.
Ioannes quoq;, Zachariæ filius, cùm ad Iordanẽ cõ-
fluerẽt baptizari cupientes, dicebat eis, Progenies vi- [Matt. 3. b]
perarũ, quis mõſtrauit vobis vt fugeretis à futura ira?
Facite igitur fructũ dignum pœnitentia, & ne præſu-
matis dicere: Patrẽ habemus Abraham. Dico enim
vobis, ꝙ poteſt deus ex lapidibus iſtis excitare filios
Abrahæ. Vidiſti quomodo magnũ apud omnes eius
nomen fuerit? ſed ante euentũ iuſti pietas mõſtratur,
quomodo dictis dei crediderit, & omnia quæ vide-
bantur eſſe grauia, magna facilitate ſuſceperit. *Et be-*
C *nedicam*, inquit, *benedicentes te, & maledicentes te, maledicã:*
& benedicentur in te omnes tribus terræ. Vide quomodo
attemperat ſermonẽ deus, & quantæ amicitiæ mon-
ſtrat argumẽta. Illos, inquit, amicos faciã, qui germa-
nè erga te ſunt affecti: & illos inimicos habebo, qui
erga te diuerſo modo habẽt: id quod vix filij patrum
nomine faciendũ putarent, vt fiant inimici & amici.
Maxima dilecti in patriarchã dei eſt hæc beneuolen-
tia. Illos eñ, inquit, benedicã, qui benedicunt tibi: &
illos maledicã, qui maledicunt tibi: & benedicẽtur in
te oẽs tribus terrę. Ecce & alterius liberalitatis†argu- [† additã mentum]
mentũ. Omnes enim tribus terræ enitentur vt in tuo
nomine benedicantur, & res ſuas tua agnominationę
honeſtiores faciant. Audiſtis dilecti, qualia imperauit
dñs Chaldæo vetulo, qui neque legẽ ſciuit, neq; pro-
phetarũ audiuit vaticinia, neq; vllã aliã doctrinã didi-
D cit? Vidiſtis quanta præceptorũ moles? quomodo ad
ea perficiẽda ſublimi & iuuenili animo habebat op⁹?
Videte poſthac & patriarchæ gratitudinẽ ac obediẽ-
tiam, quomodo nobis eam ſcriptura manifeſtet. *Et*
profectus eſt, inquit, *Abram, ſicut locutus eſt ei dominus, &*
iuit cum eo Loth. Non ſimpliciter dixit, Et profectus eſt
Abram: ſed, ſicut locutus ei dominus. Omnia, inquit,
fecit, quæ ad præceptũ hoc pertinebant. Dixit ꝙ reli-
querit omnia, dimiſerit ognationẽ & domũ. Dixit
quòd iuit in terrã quã neſciret: & munere ſuo functus
eſt. Promiſerat deus ſe facturũ eum in gentẽ magnã,
& benedicturum: credidit Abram etiam hoc euen-
turum. Sicut locutus eſt ei dominus, ita profectus
eſt: id eſt, credidit iis quæ ſibi à deo ſunt dicta, nihil
fluctuans, nihil * cedens, ſed firmato animo ita profe-
ctus eſt: idcirco & à domino magnam obtinuit gra-
tiã. Et iuit, inquit, & Loth cum eo. Quare cum domi-
nus

[* ἀντιλέγων, reſpõdẽs, cõtradicens]

nus dixerit: Egredere de terra tuã, & de cognatione
tua, & de domo patris tui: hunc aſſumpſit, nõ fuit ino-
bediens domino. Sed fortè quia iuueni erat patris lo-
co præfectus: & ille ob ſingularẽ amorem, morũmq;
ſuauitatẽ à iuſto diuelli noluit. Et hac de cauſa Abrã
eũ aſſumpſit, & filij loco poſtea habuit, præſertim ꝙ
tã grandæuus nullũ adhuc habebat filiũ, ꝓpter Saræ
ſterilitatẽ. Aliter etiã dicere licet: Mores adoleſcen-
tis nõ multũ à iuſtitia aberant. Nam cùm propoſiti ei
erant duo fratres, & ipſe iuſtiori adhærebat. Quantæ
eñ prudentiæ erat, diiudicare & probare cui patruo-
rum ſui curam permittere deberet? Inſuper & pere-
grinationẽ eligere, honeſtatis morũ erat indiciũ. Nã
licet tandem in quibuſdam erraſſe videatur, quando
potiores ſibi partes vſurpauit, attamen veſtigiũ iuſti
ſubſequi proximè ſtudebat. Atq; ideo iuſtus illum in
ſociũ itineris accepit, & ipſa magna alacritate alienã
vitã domeſticæ prætulit. Porrò vt ſciamus hæc à deo
fuiſſe imperata patriarchæ, nõ cùm iuuenis eſſet, ſed
iam ad ſenectã vergenti, quando pleriq; hominũ ad
peregrinandũ difficiliores ſunt, inquit: *Abram autem*
erat annorum ſeptuagintaquinque quando exiuit ex Charran.
Vidiſti quomodo nec ætas ei fuit obſtaculo, neq; a-
liud quiddã quod potuit eũ detinere vt domi reſide-
ret: ſed vicit omnia ipſius in deũ amor. Anima eñ vi-
gilans & ſobria, cuncta diſſecat impedimenta, totáq;
fit eius quod amat, & à nullo quod in medio apparet
difficile, remorari ſe patitur: ſed oĩa præterit, nec ſub-
ſiſtit priuſquã re deſiderata potiatur. Propterea & iu-
ſtus iſte neq; ſenectute, neq; aliis maioribus cauſis ꝓ-
hiberi potuit, quin omnib⁹ diſruptis vinculis, quaſi iu-
uenis & ætate florẽs, ac à nullo ꝓhibitus, feſtinabat &
anhelabat dñi præceptũ perficere. Neq; eñ poſſibile
eſt, vt rem fortẽ & egregiã quis vnquã aliter faciat,
niſi antea aduerſus omnia quæ obſiſtere poſſunt, ſe
armet & inſtruat. Hoc vtique clarè ſciẽs & iuſtus ille,
omnibus præteritis nõ curabat vel conſuetudinẽ, vel
domũ paternã, vel ſepulchrũ, vel ſenectutem ipſam:
ſed in hoc duntaxat figebat mentẽ, quomodo imple-
re poſſet quod à dño fuerat imperatũ. Licebat hîc vi-
dere rẽ multis miraculis plenã, ꝙ homo in profundiſ
ſima ſenecta, cũ vxore etiam ipſa ætatis prouectæ, &
multis famulis ſe aliò transferat, maximè ꝙ neſcius
vbinã errãdi futurus finis. Quòd ſi quis & illud pru-
denter expendat, quantę per illud tempus viarũ diffi-
cultates erant. Neq; eñ ſicunt nunc, licebat impaui-
dè cum aliis verſari, & tam facilè ꝓfectiones ſuſcipe-
re. Nam ſingula loca ꝓpriis principatibus diſtincta
erant, erãtque neceſſe iter agentibus ab aliis ad alios
principes tranſire, & ferè quotidie de regno in regnũ
progredi. Erat igitur & hoc nonnihil obſtaculi iuſto,
niſi tantum habuiſſet diuina mandata perficiendi de-
ſideriũ. Verùm omnibus illis impedimentis, quaſi a-
raneæ telæ eſſent, diſruptis, mentéque fide roborata,
bene fidens dignitati ꝓmittentis, iter aggreſſus eſt. *Et*
accepit, inquit, *Abram Saram vxorẽ ſuã, & Loth filium fra-*
tris ſui, vniuerſámque ſubſtantiã, quã poſſederant in Charrã,
& exiuit vt proficiſceretur in terrã Chanaan. Vide ſcriptu-
ræ diligẽtiã, quomodo nobis omnia narrat, vt per oĩa
diſcamus iuſti pietatẽ ac religionem. Accepit, inquit,
Sarã vxorẽ ſuã & Loth, vniuerſamq; ſubſtãtiam quã
poſſederant in Charran. Non ſimpliciter dixit: Om-
nia quæcunq; poſſederant in Charran: ſed vt diſca-
mus ꝙ nihil ex bonis Chaldaicis accipiebat patriar-
cha, ſed paternis illis omnibus relictis fratri, exiit, ea

A ſolum ſecũ ferens quæ & in Charran poſſidebat. Et
hoc faciebat, nõ ꝙ vſqueadeo illa magnifaceret: ſed
vt ex facultatib⁹ illis poſſet omnib⁹ teſtari quãta dei
erga ſe fuiſſet prouidẽtia. Qui eñ ex terra Chaldęo-
rum eũ euocauit, & iterum inde migrare iuſſit, ipſe &
ſubſtantiã illius quotidie augebat, & omnẽ moleſtiã
auferebat. Itaque ꝙ hæc ſecũ ferebat, & per omnem
viã ſic ꝓcedebat, ſpecimẽ erat piæ religioſæq; mẽtis.
Quicunque enim videbat, meritò cauſam requirebat
quare iuſtus ille peregrinus eſſet. Dein intelligens, ꝙ
iuſſu dei in alienã terrã, relictis ꝓpriis tranſiret, per o-
pera ipſa docebatur & diſcebat q̃ pia eſſet iuſti obe-
dientia, & q̃ excellens dei erga illum cura. *Et exiuit,*
inquit, *vt proficiſceretur in terram Chanaan.* Vnde ſcie-
bat, ꝙ in terra Chananæa futurus eſſet ſuæ peregri-
nationis exitus? Quanuis præceptum ita continebat:
Veni in terrã quã monſtrauero tibi: †attamen deus ei [† fortaſſe]
B & hoc ſignificauit, indicans menti eius terrã, in qua
ipſum conſtituere volebat. Propterea eñ cùm præci-
peret ei, indefinitè dicebat: Veni in terrã, quã mõſtra-
uero tibi, vt nobis iuſti virtutẽ detegeret. Deinde poſt
quã ille quod ſuum erat magna largitate attulit, mox
deus ei ſignificauit, in qua terra vellet eum domiciliũ
habere. Quia enim eximias iuſti virtutes præuidebat,
idcirco eum ex domo euocauit, & neque fratrẽ vt ac-
ciperet iuſſit: quoniã volebat hunc doctorẽ fieri, nũc
iis quidẽ omnibus Palæſtinis, paulo poſt autem etiã
Aegyptiis. Vidiſti quomodo nõ in natura, ſed in vo-
lutate mentis noſtræ ſita ſunt tam quæ ad virtutẽ, q̃
quæ ad vitia pertinent? Ecce natura quidem fratres
erant, ipſe patriarcha & Nachor, voluntate autẽ non
item. Sed ille, licet frater ad tantas virtutes peruene-
rat, adhuc errore præoccupatus fuit: hic autem om-
C nibus quotidie per opera ipſa mõſtrabat virtutis ſuæ
erga deum incrementa. *Et venit*, inquit, *in terram Cha-*
naan, & pertranſiuit Abram terram in†latitudinem eius, vſ- [† longitudinem]
que ad locum Sychem, ad quercũ excelſam. Docet nos ſcri-
ptura locũ regionis, in quo nunc iuſtus habitaculũ fa-
cit. Deinde vt ſciamus quomodo ſe illic res habebãt,
inquit: *Chananæi autem tunc inhabitabant terram.* Neque
hoc ſimpliciter & abſq; cauſa beatus Moſes aſſigna-
uit, ſed vt diſcamus etiã illinc mentẽ philoſophicã &
bene inſtitutã. Quia cùm loca illa præoccupata eſſent
à Chananęis, cogebatur quaſi vagus & peregrinus, &
quaſi abiectus & vilis aliquis diuerſari vt fortè obtin-
gebat. Et fortè neq; diuerſoriũ facilè inueniebat: atta
mẽ neq; ſic ægreferebat, neq; impatiẽs intra ſeipſum
dicebat: Quid hoc? Ipſe ego qui tãto cũ honore, & tã-
ta cũ obſeruatione agebã in Charran, nunc cogor ſi-
D cut ciuitate carens, & peregrinus & aduena obambu-
lare, idq; gratiæ loco ducere, & quietẽ in vili quærere
diuerſorio, & neq; hoc inuenire poſsũ, ſed in taberna-
culis & tuguriolis verſari, aliáſq; miſerias ferre cogit
me neceſſitas. Hoccine eſt, quod dicebat: Veni, & fa-
ciã te in gentẽ magnã? Pulchra ſcilicet prçludia, quid
ſuaue poſthac expectãdũ? At nihil tale dicebat iuſtus
neq; fluctuabat, ſed integra mẽte & perfecta fide, be-
ne fidens dei ꝓmiſſis, immoto perſtitit animo, vnde
ſtatim & ſupernã conſolationẽ accipere meruit. Ve-
rùm ne ſermonẽ producamus longius, hîc ſermoni
finẽ imponamus, illud vnum orantes charitatẽ veſtrã,
vt mentem iuſti illius imitemini. Etenim abſurdiſſi-
mum eſſet, quòd iuſtus ille, cùm de terra in terrã vo-
caretur, tantam præ ſe tulit obedientiam, & neq; ſe-
nectus, neq; alia quæ enumerauimus præpedimenta,
neque

Universidad de Deusto Biblioteca

neque temporum difficultas,neq; vlla alia quæ remorari ipsum posse videbãtur, ad obediendũ tardiorem eum facere potuere:sed omnibus vinculis ruptis, cucurrit & festinauit senex,quasi iuuenis resumptis viribus,cum vxore & fratris filio,& famulis, vt perficeret opere quod sibi à deo demandatũ erat. Nos autẽ qui non de terra in terrã vocamur,sed de terra in cœlum, non eandẽ quã ille iustus alacritatẽ obediendo exhibemus,sed frigidas plerunque & inutiles prætextimus causas.& neq; nos ꝓmissorũ magnitudo, neq; visibilium rerũ vilitas,neq; quòd terrenæ sunt & momentaneæ,neque vocantis dignitas attrahit:sed tantæ sumus negligentiæ,vt præferamus momẽtanea semper manentibus,terrã cœlo:ea quæ auolant antequã habeantur,iis quæ nunquã finẽ accipere possunt. Quousque em̃, dic quæso,ita insanimus in colligendis pecuniis?quę rabies cogit quotidie à tam molesta cõcupiscẽtia infestari,& nunquã satiari,sed deterius habere quàm ebrij? Nam sicut illi quanto magis mero se distendũt,tanto magis flagrãt siti, & caminũ succendunt minus tolerabilẽ:ita nimirũ & isti qui sese tyrãnidi auaritiæ subiecerunt, nullum concupiscentiæ finem sciunt:sed quanto plura affluũt, tanto magis flãma crescit,& caminus ardet validius. Nõ videmus ꝙ ij qui ante nos fuere, quãuis totius orbis vt ita dicam, victores essent, nudi & solitarij ex hac vita abrepti sunt?hoc solũ inde consecuti,quod rationes & pœnæ pro omnib⁹ illic ab eis exigẽtur. Et sæpenumero inimici facultates eorũ inter se distribuerũt:peccata aũt quæ ex illis cõtracta,ipsi solũ secũ ferentes,abiere,& pro iis magnæ indignationis supplicia sustinẽtes, cõsolatione vndiq; destituuntur. Quare igitur, dic oro, tam negligentes salutis nostrę,ita cõsultamus de anima nostra,quasi aliena esset & non nostra?Non audis *Mat.16. et Mar.8.d.* Christum dicentẽ:Quam dabit homo commutationẽ animæ suę?Et iterũ: Quam vtilitatẽ accipit homo si totum mundũ lucrifacit,animæ autẽ suę detrimentum patiatur? *Ibid. & Luc.9.d.* Num habes quod pro hac rependatur dignè?Etiamsi totũ orbem dixeris, nihil dices. Quæ enim vtilitas,sicut dixit Christus, totũ mundũ lucrifacere,animæ autem detrimentũ pati,qua nihil nobis magis familiare?Verùm eam quę tam preciosa est,cuius tantam curã agere debemus, vt nihil illi præferri debeat, sic despicimus vt quotidie discerpat, & interim ab auaritia expugnetur,aliquãdo à luxuria excorietur,interdũ ab ira cõfundatur, & à quibusuis affectionibus multifariã vexetur: & ita erga eam affecti sumus,vt nullam illius geramus curã. Quis nos posthac dignabitur venia,& ab imminenre pœna eripiet? Idcirco obsecro,vt cùm tẽpus habemus, detergamus eius sordes largis eleemosynis, & illis peccata nostra *Eccli.3.d.* extinguamus.Ignẽ em̃,dicit,ardentẽ extinguit aqua, peccatũ verò eleemosynæ. Nihil em̃ prorsus ita nos eximere potest à gehenna ignis,atq; largitas eleemosynarum.Istam si præstiterimus iuxta leges à domino traditas,nempe nihil ad ostẽtationẽ facientes, sed ob amorẽ in deũ, poterimus & peccatorum nostrorum maculas abluere, & diuinam misericordiam assequi, gratia & miserationibus vnigeniti filij dei,domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu simul sit gloria,imperium, honor, nunc & semper, & in secula seculorum,Amen.

Et visus est dominus Abræ, & dixit ei, semini tuo dabo terrã hanc. & extruxit ibi altarẽ domino qui visus est ei.

Homilia XXXII.

A Plurimus & ineffabilis in recẽs dictis thesaurus latet dilecti,& opus est intenta mente, sobriáq; & vigilanti ratione, ita vt nihil eorum quæ in breuibus verbis latent,nos prætereat.Nã propter hoc & misericors deus nõ facili & perfunctoria lectione voluit nobis omnia quæ in scripturis continentur,manifesta & perspicua esse,vt excussa somnolentia nostra, vigiles ipsi multã decerpamus vtilitatẽ. Solent em̃ ea quæ labore & inquisitione aliqua inueniuntur,magis infigi nostræ menti:ea verò quæ facilè conquirũtur,citius è corde nostro auolare. Obsecro igitur ne simus negligentes,sed excitemus mentẽ nostrã, & in ipsam scripturarũ ꝓfunditatem intueamur,vt maiori inde lucro accepto, domũ redire liceat. Est em̃ eccesia dei mercatus quidam spiritualis, medicorúmq; officina animab⁹:& par est,vt sicut qui ad nũdinas veniũt, inde multis mercibus conquisitis B redeam⁹: vel quasi è medici domo,receptis quę animabus nostris congruũt medicamẽtis, exeamus. Nõ em̃ ideo quotidie confluimus,vt duntaxat conuentus fiant simpliciter:sed ꝓpterea congregamur, vt vnusquisq; pharmaco suis affectionibus cõgruo suscepto, domũ concedat.Quomodo em̃ nõ fuerit absurdissimũ, ꝙ à puellis nostris quotidie à scholis redeuntib⁹ petimus quid amplius discendo profecerint, & adiecerint(neq; em̃ sineremus eos frustra & absque vtilitate in ludum ire,nisi fructũ ampliorem inde cõsecuturos videremus)nos autẽ qui iustã ętatem habemus, & in spiritualibus scholis sumus, nõ par illis studium exhibemus, maximè cùm hæc in lucrũ & salutem animarũ spectent?Igitur obsecro, vt seipsum quotidie scrutetur vnusquisq;, quid ex hodierna quid ex pro- C xima lectione vtilitatis retulerit, vt ne videamur & nos temerè atque frustra adesse.Quod sanè nos extra culpã facit,offerimus quicquid nostri est officij, & nihil prorsus quod possumus intermittimus:quod vero iis qui nobis succensent,nec occurrunt, nec dicta diligẽter auscultãt,maioris condẽnationis erit occasio: Audi Christũ dicentẽ ei qui talentũ defoderat:Maligne serue, oportebat te pecuniã meã apud nũmularios deposuisse, & veniẽs ego repetissem eã cum vsura. *Mat.25.c. Luc.19.d.* De Iudæis autẽ: Si nõ venissem,& locutus fuissem eis,peccatũ non habuissent:nũc autẽ excusationẽ nõ habent. *Ioan.15.d.* Cęterũ nos nunc nõ hoc agimus,vt prorsum crimine careamus,& in nullo arguamur, sed vestrum profectum videre cupimus. Et nostrã lætitiam imminui arbitramur,etiã quantũuis innocentes ipsi simus, nisi & vos studium laboribus nostris dignũ exhibue- D ritis.Hæc enim nostræ lætitiæ materia est, si vestra in spiritualibus incrementa videamus. Et scio quidem ꝙ gratia dei tantũ polletis intellectu,vt & alios valeatis exhortari:sed iuxta beatũ Paulũ,memoriã vestram refrico, *Rom.11.b.* & prouoco vestrũ zelum & promptitudinem animi,subinde hæc admonens, & cupiens vos perfectos & absolutos fieri.Nihilominus etiam argumentũ mihi est hoc vestri in diuinis profectus, ꝙ tanta promptitudine quotidie huc conuenitis, & spirituali doctrina expleri non potestis. Nam quemadmodũ corporalis cibi appetitus,indiciũ est bonę valetudinis:ita desideriũ spiritualis doctrinæ, manifestissimũ argumentũ est animæ bene habentis. Quapropter & ego bene conscius vestri desiderij,ꝙ scilicet quantumuis producam sermonem,non possim vel sic explere desiderium, & alimento spirituali vos satiare, non desisto pro mea virili, ea quæ dei gratia suppeditat,in vestram

stram vtilitatem quotidie vobis proponere,& diuinæ scripturæ doctrinã mentib⁹ vestris inserere. Age igitur & hodie misericordem deũ obsecremus, vt linguam nostrã dirigat ad inueniendũ quod quærimus, & pro more nostro afferamus doctrinã,ꝓpositis primũ his quæ lecta sunt charitati vestræ. *Et visus est*,inquit,*dominus Abræ*.Nunc primùm inuenimus in scriptura dictũ,ꝙ visus sit.Et dixit ei. Nónne bene dicebã ab initio, latere in paucis illis verbis magnũ thesaurũ? Ecce em̃ statim rarũ & admirabile procemiũ. Et visus est,inquit,dñs deus Abrę.Neque em̃ scriptura diuina verbo hoc vsa est,cũ de Adam,vel de Abel, vel de Noë,vel de alio quopiam locuta est.Quid igitur est quod dicit:Et visus est? Et quomodo alibi dicit: *Exod.33.d.* Nullus videbit deũ,& viuet? Quid igitur dicemus nunc scriptura dicente: Et visus est? Quomodo visus est iusto?Nũ ipsam substantiam vidit? Non,absit.Sed quid?Sic visus est,vt ipse solus sit,& vt illi possibile erat videre.Sapiens em̃ & misericors dñs noster multas scit vias, quibus se humanæ attẽperat naturæ, & semetipsum his qui se antea pręparauerũt*dignè manifestat. ** καταλλήλως, cõgruè, cõuenienter* Idq; demonstrat per prophetã,dicẽs:Ego visiones multiplicaui,& in manibus prophetarũ assimilatus fui. *Ezec.1.a.* Quoniã & Esaias vidit eũ sedentẽ: *Esa.6.a.* hoc autẽ deo indignũ. Deus enim nõ sedet. Quî enim potest, cùm sit incorporea, & locis incõprehensa natura? Et *Dan.7.b. Zach.1.b.* Daniel quoq; vidit eũ,&antiquũ dierũ.Zacharias autem aliter eum cõtuitus est.Sed & Ezechiel aliter,vnde dicebat:Ego visiones multiplicaui:hoc est vnicuique apparui pro sua dignitate. Et nũc quoq;,quia iustum à domo eius euocarat,& imperauerat vt in alienam iret terrã, in quã cũ venisset tanquã vagus agebat & peregrinus,(vtpote Chananæis illic adhuc habitãtibus)inquirẽs vbi domiciliũ haberet:Bonus igitur dominus cõsolari eũ, & eius solidare alacritatem volẽs,vt ne torpesceret,neq; dubitaret ad promissionem iã sibi factã,qua dixit:Veni huc,& faciã te in gẽtem magnã.Quandoquidẽ diuersa à promissione videbat fieri,& se obambulare vti abiectũ &vilẽ,& omni præsidio destitutũ,neq; habentẽ vbi diuerteret: vt igitur mentem eius excitet, inquit: *Et visus est dominus Abræ,& dixit ei:Semini tuo dabo terram hanc*. Est & hæc pollicitatio magna,& assimilis illi per quã eum à domo euocarat.Dixerat enim:Magnificabo nomẽ tuũ: & propterea nũc iterũ dicit: Semini tuo dabo terram hanc.Nam cùm iam senex esset,filióq; careret ob Saræ sterilitatẽ, promittitur ei ꝙ terram accepturus sit ex eo nascẽdus.Misericordiã dei hîc,oro, considera, quomodo cùm præsciret iusti virtutẽ, vult eũ omnibus manifestũ facere,& ita elaborare vt quasi margarita aliqua clarescat. Vnde cùm promissionẽ promissionibus adiũxisset, iterũ paruã morã facit & differt, vt hac potissimũ ratione patriarchæ pietas mõstretur: quia res secus quàm promittebãtur euenire vidẽs, nõ inquietus erat,nec impatiẽs, nec turbabatur, sed immotum habebat animũ,certus ea quæ semel à deo sibi promissa, rata &firma fore.Paulatim vero perscrutemur singula,vt sic & artificiosam optimi dei sapiẽtiam,& simul curã quam erga iustũ hũc declarauit, & patriarchæ in dominũ amorem addiscamus. Et visus est,inquit,dominus deus Abræ. Quomodo visus est? Sicut ipse solus scit, & ille videre potuit. Non enim hoc dicere desinã, quandoquidẽ modũ ignoro: audio enim solum scripturam dicẽtem: Et visus est dominus deus Abræ,& dixit ei:Semini tuo dabo terram

A hãc. Diligenter memores estote promissionũ quæ à deo fiũt,vt cùm audieritis iustũ variis casibus iactari, discatis q̃ fuerit excellentis sapientiæ, quàm solidæ fortitudinis,q̃ firmi & immoti in deum amoris.Et ex iis quę iusto illi cõtigerũt,erudiamini,vt ne existimetis derelictũ esse à deo,si quãdo videritis probum aliquem tẽtationibus vel aliis huius vitæ afflictionibus vexari:sed cogitãtes multiplicẽ dispensationũ dei varietatem, relinquatis hoc incomprehẽsibili eius prouidentiæ.Nam si iustũ illum tam pium,tantámq; præ se ferentem obedientiã permittit tentari talibus, quæ statim bene scietis:nõ despiciens famulũ suũ, sed aliis omnibus volẽs illius detegere virtutẽ. Solet enim ita cum iustis omnibus agere, & quotquot diuinarũ lectionum estis studiosi, poteritis ex superiorib⁹ discere & inuenire, ꝙ ita famulorũ suorũ vitam dispenset. B Quomodo igitur nõ fuerit extremæ ingratitudinis & maleuolentiæ, nõ habere pro maximo signo magnæ curæ & ineffabilis misericordiæ dei, sed pro derelictione talẽ permissionẽ? Monstrãs igitur eminentem suam virtutẽ,duo hæc isto loco efficit, & vt seruorum suorum tolerãtia fortitudóq; manifestetur omnibus, & suæ prouidentiæ sapiẽtia etiam in mediis periculis difficultatibúsq; summis elucescat. Nam cùm propè deploratæ sint res,tunc quorsum vult, dirigit omnia, neque aliquid difficultatis in medio est quæ impedire queat. *Et visus est*, inquit,*dominus deus Abræ,& dixit ei:Semini tuo dabo terram hanc*. Magna & desiderabilis promissio,præsertim iusto. Scitis enim,quomodo qui iam prouectæ senectutis sunt,&omnẽ vitã absq; pueris trãsegerũt,optãt pueros.Itaq; dominus obediẽtiæ mercedẽ ipsi daturus,quia mox vt audiuit: Egredere C de terra tua:nõ moras nexuit,nõ distulit, sed obediẽs imperãti,quod imperatum erat mox facit,inquit:Semini tuo dabo terram hanc. Vide quomodo per verbum mentẽ eius erigit, & sufficientẽ ei tribuit laborũ retributionẽ. Proinde & iustus suã gratitudinẽ declarans,statim ad gratiarum actionẽ cõuertitur. *Et extruxit illic*,inquit,*altare domino,quem viderat*. Vide piæ mẽtis specimen.Et locum ipsum, ob suam cum deo cõsuetudinẽ ibi habitã, consecrauit, & gratiarũ actionẽ pro viribus declarauit.Hoc enim quod dicit, Extruxit altare:idem est quod gratias pro promissis egit.Et sicut homines nõnunquam amicitia mouẽtur vt domos ædificent†iis qui sinceriter & amicè sibi afficiũtur,] & nonnunquã etiam ciuitates condiderunt quibus familiariũ nomina indidere: Ita & iustus ille, vbi visionem dei assecutus est,altarium illi cõsecrauit. *Et* D *extruxit*,inquit,*illic altare domino,quem viderat,& discessit inde*. Quid est,& discessit inde?Quia deo locus ille segregatus & sanctificatus erat. *Discessit & transiit in mõtem versus Orientem Bethel, & erexit ibi tabernaculũ suum.* Tumultuariũ,inquit,domicilium fecerat. Vide quomodo erat frugalis,& luxũ fugiebat,quomodo tã expeditus vt cũ vxore & famulis tã facilè migraret. Audiant viri,audiãt mulieres.Nam sæpe in villã tantum exire volẽtes,multa molimur, valdéq; occupati sum⁹ vt multa nobiscũ attraham⁹, quæ nõ solũ nõ sunt nobis vsui,sed & superuacanea,& inutilia,& põpę gratia apparata,&tantũ vt ea nobiscũ ex imaginatione quadam circunferamus. Verùm iustus ille nõ sic egit, sed quia dominus dignatus est cum ipso habere familiaritatem, vt locum consecrauit, & altarium extruxit, migrauit magna facilitate aliò. *Et erexit illic tabernaculum suum Bethel iuxta mare & Agge, versus Orientẽ. Et ædificauit,*

† vbi cum germanis et sinceris amicis versantur & colloquũtur.

Universidad de Deusto Biblioteca

†domini. ficauit, inquit, *altare domino, & inuocauit in nomine*† *eius.* Vide quomodo per oĩa religiosam mentē præ se fert. Illic eñ ob promissionē sibi à deo factã arã extruxit, & à loco consecrato discessit: hîc autem quia tabernaculum fixerat, iterũ ædificauit, inquit, altare domino, & inuocauit in nomine domini. Vidisti mentē bene institutã, & sapientiæ deditam? Vidisti quomodo quod scribēs admonuit admirabilis orbis doctor beatus Paulus, dicens: In omni loco leuãtes sanctas manus: id patriarcha pri⁹ opere cōpleuit, in singulis locis altaria cōdens, & dño gratias agens? Sciebat eñ, sciebat manifestè, ꝙ nihil aliud requirat ab humano genere dñs vniuersi, post innumera & ineffabilia bñficia sua, q̃ animã gratiarũ actioni studentē, & scientē habere gratiã pro iis quæ iã accepit. Cęterũ videamus quomodo & hîc iust⁹ migrat. *Et discessit*, inquit, *Abrã, & profectus castrametatus est in solitudine.* Vide iterũ religiosam eius mentem, & sapientiæ studiosam. Iterũ, inquit, discessit, castrametatúsque est in solitudine. Quare illinc discessit? Fortè videbat quibusdã incolis non placere suum aduentum, proinde eximiam suam mansuetudinē declarans, & quomodo tranquillitatē magnifaceret, & ne cum vllo aliquid haberet negocij, solitudinē apprehendit. Profectus, inquit, castrametatus est. Aliena dictione vsa est diuina scriptura. Nam quēadmodũ de militibus solemus dicere, ita & de iusto hîc dicit, ꝙ castrametat⁹ sit, vt ostēdat expeditũ patriarchã, ꝙ sicut milites absq; difficultate nũc huc, nunc illuc tentoria sua erigunt: ita & iustus ille, quamuis secum duceret vxorem & fratris filiũ, & tãtum seruorũ numerum: maiori tamen facilitate migrare solebat. Vidisti frugalē senis cum vxore & tot seruis vitam? Mihi magis admirabilis videtur mulieris fortitudo. Cùm eñ cogito muliebris sexus infirmitatem, & animaduerto quomodo tam facilè tanta alacritate cum iusto peregrè vadit, & subinde migrat, neque ipsa molestè fert, neq; iusto negotiũ facit: obstupesco, & censeo ꝙ non minorē animũ & fortitudinem q̃ Abram possederit & ipsa. Et hoc maximè sciemus, cùm ea quæ cōsequenter lecta sunt pertractauerimus. Vidisti ꝙ postquã audiuit, Semini tuo dabo terram hanc: quomodo non quieuit iustus ille, & nunc huc, nunc illuc transiuit: sed vide quomodo iterum à solitudine exigitur, non ab hominibus, sed necessitate famis: *Et facta est*, inquit, *fames super terram.* Audiant qui temerè & incircũspectè loquuntur & diuinant, dicētes, quoniã quispiam aduenit, fames facta est, & quoniã ille adfuit, hæc contigerunt. Ecce etiam in aduentu iusti fames, & fames valida, & non turbatur iustus, neque aliquid humanum patitur, aut suo aduentui tribuit famis causam. Sed quia vidit naturam coarctari, & inualescere famem: *Descendit*, inquit, *in Aegyptum Abram, vt habitaret illic, quia inualuit fames super terram.* Attende quomodo ampliora fiunt iusto septa, & remotior fit meta. Dispensabat eñ dominus vt non solum Palæstinã incolentibus esset doctor, sed & iis qui in Aegypto erant, & lux suæ virtutis manifestaretur omnib⁹: quasi eñ luminare quoddã, eũ qui in Chaldęorũ delituerat terra, illinc euocarat, vt eos qui in tenebris errorũ sedebãt, ad veritatis viã introduceret. Sed fortè diceret aliquis: Et quare nō potius eos qui in Chaldæa erant, vt ad religionem venirēt, per ipsum effecit? Verisimile quidē est, illorũ salutē per aliorũ prouidentiã ꝓcuratã: Attamen audi Christum dicentē: Non est propheta absq; honore,

1.Tim. 2. b. — *Matt. 13. g. et Mar. 6.a*

A nisi in sua patria. Vt igitur opere impleret ꝓmissionē, quã illi fecerat dicens: Et magnificabo nomen tuum, ꝓpterea & famē oriri permittit, & cogente necessitate in Aegyptũ eum ire facit, vt discerent & qui illic erant, quãta viri virtus. Nã fames quasi lictor, ceu vinculis iniectis, ita vi è deserto in Aegyptũ eum abstraxit. Sed videamus quæ hinc sequuntur, & in quantas difficultates iustus incidit: vt & eius fortitudinē discamus, & vxoris illius sapientię studiosam mentē. Postquã igitur multũ itineris ꝓcesserant, & proximè Aegyptũ erant, iustus angore mētis afflictus est: &, vt ita dicam, de vita sua timens & tremens, dicit vxori suæ. *Factum est*, inquit, *quando Abram appropinquabat vt intraret in Aegyptum, dixit Saræ vxori suæ: Scio quòd formosa sis mulier, futurũ itaque vt cùm te viderint Aegyptij, dicant: Ista est vxor eius, & occident me, te autē vēdicabunt. Dic igitur, soror eius sum, vt mihi propter te bene fiat, & viuat anima* **B** *mea propter te.* Vidistis ex verbis, in quanto angore & metu constitutus fuerit iustus, & neq; turbabatur animo, neq; cogitans intra se, dicebat: Quid hoc? nũ derelicti sumus? num decepti sumus? num nos ꝓuidētia sua destituit dñs, qui dixit: Magnificabo te, & semini tuo dabo terrã hanc? Nũ ille nos relinquit nũc de extremis timere, & in manifestum incidere periculum? Nihil horũ vel in mentē admittendũ existimauit iustus, sed vnũ hoc curabat, quomodo arte aliqua excogitata posset & famis cōsolationē inuenire, & Aegyptiorũ man⁹ effugere. Scio, inquit, ꝙ formosa mulier sis. Vide quanta mulieris erat formositas: nã & cũ in senectã iam vergeret, & post tot annorum numerum adhuc durauit vigor pulchritudinis in facie, etiã post tantam miseriã & malorũ sustinentiã, quã in via fuit **C** experta, de locis in loca transeundo, & à Chaldæorũ regione in Charran, & à Charran in Chanaan, & rursus in Chananæa huc atque illuc, & nunc iterum in Aegyptum. Quem non fortium virorum defatigarēt tot continuæ peregrinationes? Verùm egregia hæc mulier etiam post tot exantlatas ærumnas, luculenta adhuc est facie, vnde & vehemētem ac congruam curam afferebat iusto: ideo & dicebat, Scio quòd mulier formosa sis: futurum itaque vt cùm te viderint Aegyptij, dicãt: Ista est vxor eius, & occident me, te autem vendicabunt. Considera, quantum confidebat moribus mulieris, non timens ne fortè laudibus remissior fiat, quin & tale inducit consiliũ, dicens: Vt ne me quidē occidant, te autem vēdicent: dic igitur, † Soror eius sum, vt mihi bene fiat, & viuat anima mea ꝓpter te. Quoniã non vulgare erat quod imperabat, **D** propterea verbis quæ subdidit, allicere & ad misericordiam flectere, persuaderéque eam volebat, vt prōptè in hac fabula partes suas ageret. Futurum itaque, vt cùm te viderint Aegyptij, dicant: Ista est vxor eius, & occident me, te autem vendicabunt. Non dixit, contumeliis te afficient: nō vult enim eàm nunc verbis contristare. †Propter eum qui famem fugit, operaberis manibus apud Aegyptios, erísque mihi salutis causa, vt mihi bene sit propter te.] Miserabilia sunt hæc verba, sed & multus erat timor propter insaniã Aegyptiacam. Et quia nondum mortis erat soluta tyrannis, ꝓpterea in adulterium vxoris cōsentit iustus, & quasi seruit adulterio, in mulieris contumeliam, vt mortem effugiat. Erat adhuc terribilis facies mortis, nondum erant æreæ portæ confractæ, nondum erat aculeus eius hebetatus. Vidisti vinculũ charitatis viri & mulieris? Vidisti virum qualia mulieri suggerere sit ausus?

† Alioqui etiã metuebat super dei ꝓmissione: propterea dicit, te autē vendicabũt: dicigitur soror ei⁹ sum.] hæc & multo plura hic habebat recentior codex græc⁹ quæ videtur subdititia. Peruetust⁹ aũt hic mutilus erat.

ausus? & quale consilium acceperit mulier? Et non renuit, neq; grauatim fert: sed omnia facit, ita vt actus & fictio illa lateant. Audiant viri & mulieres, & imitētur horum cōcordiam, vinculum charitatis, pietatem insignem, & beatam Saræ continentiam, quæ & vetula in tanta venustate permanens, certabat cum iusto virtutibus: ideo & tantam eius curã habuit deus, tantũq; supernè illi retributum est. Nullus igitur accuset pulchritudinem, nullus inutilia verba hęc dicat: Hãc perdidit forma, huic pulchritudo causa fuit interitus. Nō pulchritudo in causa est: Absit, opus enim dei est & ipsa: sed peruersa voluntas malorum omnium causa est. Vidisti admirabilem hanc mulierem vtrinq; relucentem, & ob pulchritudinem animę, vestigia iusti proximè sequentem, & ob formositatem faciei? Hanc imitentur mulieres. Ecce & venustatis decor, & sterilitas, & tantum tēpus, & facultatum abundantia, & tot migrationes & peregrinationes, & continuæ crebræque tentationes, & quicquid tale, mentē eius mouere non potuerunt: immobilis enim mãsit. Vnde ob patientiã, dignam mercedem reportauit. In extrema enim senectute, ex vulua sterili, & vtero emortuo párere potuit. *Vt mihi*, inquit, *bene fiat propter te, & viuat anima mea propter te.* Quasi diceret: Nihil aliud relictum est quo saluer, q̃ vt dicas: Soror eius sum. Fortassis enim effugiã periculum quod expecto, & posthac propter te viuã, & tibi quod reliquum vitæ fuerit, acceptum feram. Sufficiebant hęc verba ad compassionem vxoris mouendam, & ad persuadendum. Hoc verè est coniugiũ, quoniam non solum in prosperitate, sed & in periculis simul obambulant. Hoc germanæ charitatis indicium est, hoc signo certissimè internoscitur amicitia. Non sic diadema in capite positum regē illustrat, atq; obedientia illa, qua consilio iusti paruit, hanc fœminã beatam & illustrem & claram demonstrauit. Quis nō obstupesceret hanc parēdi facilitatem? Quis hanc satis laudauerit, ꝙ post tantam continentiam, & in tali ætate ad hoc vt iustum seruet, quantum in sua voluntate pēdebat, etiam adulterio se exposuit, & barbarorum tulit congressum? Sed paulisper expecta, & videbis mirificè sapientē dei prouidentiam. Nam propter hoc deus tantã præ se tulit longanimitatē, & opitulari distulit, vt iustum clariorem faceret: & per ea quę illic fiebant, non solũ Aegyptij, sed & Palæstini erudiebãtur. Quantã beneuolentiam domini omnium experitur patriarcha! *Factum est*, inquit, *quãdo intrauit Abram in Aegyptum, vt viderunt Aegyptij vxorem quòd esset valde pulchra. Et viderunt eam principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud Pharaonem, & introduxerunt eam in domum Pharaonis, & Abram bene vsi sunt propter illã. Et fuerunt ei oues, & vituli, & asini, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli.*

Vide quomodo ea quæ prius iustus suspicabatur, re ipsa euenerunt. Nam vt in Aegyptũ intrauit, vt viderunt Aegyptij mulierem ꝙ pulchra esset valde. Non simpliciter inquit pulchra, sed excellenter, ita vt omnes qui eam videbant, allicerentur. Et vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerũt eam coram Pharaone. Oro dilecte, ne temerè prætereas quod dictũ est, sed admirare quomodo nullus Aegyptiorũ mulieri, vtpote peregrinæ, & à terra aliena aduentanti manus iniecerit, neq; contempserunt virum: sed ingressi, regi omnia nunciarunt. Cæterũ hoc factũ est, vt res fieret manifestior, & vltio non in priuatum & plebeium aliquem, sed in regem sæuiret, vt vbique diuulgaretur hoc factum. Et introduxerunt eam in domum Pha- **A** raonis. Protinus ab vxore iustus abducitur, & ipsa ad Pharaonē introducitur. Considera quanta dei longanimitas, quomodo non ab initio, neq; à proœmiis suã declarauit prouidentiam: sed permisit omnia fieri, & quasi in fauces bestię mulierem incidere, & tunc tandem manifestam facit omnibus suam virtutem. Et introduxerunt eam in domum Pharaonis. In quo statu putas per illud tempus erat mulieris mens? quomodo turbata erat ratio? quomodo fluctus eleuabãtur? quomodo naufragiũ nō fecit, sed mansit quasi immobilis petra ad cœlestem gratiã semper spectans? Quid autē dicam mulierem? qualem animũ verisimile est fuisse iusto, illa in domum Pharaonis introducta? *Et Abram*, inquit, *bene vsi sunt propter illam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & serui, & ancillæ, & muli, & cameli, & asini.* Hæc autem ipsa quæ honoris & ministerij gratia data sunt ei, **B** quomodo non magnũm rogum in eo succenderunt? quomodo autem non eius exussit mentem, & deflagrare fecit rationem cogitatio causę tantorum donorum? Vidisti quomodo propè ad finem venerint pericula? Vidisti quomodo nulla iuxta humanam consequentiam spes correctionis relicta? Vidisti quomodo iuxta humanã opinionem res deploratæ? Vidisti quomodo quasi in gulã bestiæ mulier inciderit? Vide cōsequenter ineffabilem dei misericordiã, & obstupesce † patientiæ eius excellentiam. *Et examinauit*, inquit, *deus Pharaonem examinibus magnis, & grauibus, & domum eius, propter Saram vxorem Abram.* Quid est, examinauit? pœnam, inquit, exegit flagitij & mali conatus: examinationibus magnis. Non simpliciter puniuit regem, sed pœnis magnis. Nam quia flagitium non erat vulgare, sed valde magnum, ideo & pœna magna. Et **C** domum eius, inquit: non ipsum solum, sed & domum eius. Et qua de causa, cũ rex peccet, oēs de domo eius pœnæ sunt participes? Non absq; ratione hoc fit, sed vt per hoc regis insania compescatur. Grauiori enim plaga ĩdigebat, ita vt ipse exterreretur. Et vbi, inquies, hoc iustum, propter illum alios puniri? Non propter illum solum pœnam sustinuerãt, sed verisimile est eos cooperãtos fuisse, vt aliquãdo cōmitteretur iniquitas. Audisti enim suprà scripturam dicentem: Quia vt viderunt eam principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerunt eam in domum eius. Vidistis eos lenonis agere officiũ in regis gratiam, auferēdo iusti vxorem? Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adhærebant, pœnæ fuerunt participes: vt discant ꝙ non in peregrinum simpliciter furorem suum exercuerint, neq; in hominē è medio vulgo, sed in virum cuius tu- **D** tor deus, tanta illũ cura dignãs. Et idcirco acerbissima pœna concutiēs eius mentem, discedere fecit ab nephario flagitio, coërcuit ab irrationali impetu, cohibuit incontinentē mentē, alligauit concupiscentiã indomitam, refrænauit furoris insaniã. Propterea consequenter vide quanta lenitate loquitur rex tyrannus hospiti, quasi vago obambulanti, cui & vxorē auferre ausus fuit. Et bene dixit scriptura, ꝙ examinauit Pharaonē & domũ eius ob Saram vxorē Abrę. Sensum ei pœna præstat, ꝙ sit vxor iusti. Etenim & in domũ introducta, mansit vxor iusti. *Cum vocasset autem Abram Pharao, dixit ei: Quare hoc fecisti mihi?* Vide qualia verba rex profatur: Cur hoc fecisti mihi? Inquit, Egóne tibi feci, qui peregrinus, qui nulli notus, qui propter famē adsum: tibi regi, tyrãno, & imperanti super Aegyptũ? Quid feci tibi? Tu abstulisti vxorē: nónne sicut peregrinũ & hospitē despexisti, contempsisti, nullius mo-

† potentiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

menti mẽ habuisti? Omnino intẽperanti cõcupiscentiæ tuę obsecutus es,& quæ tibi placebãt,opere volebas cõpleri. Quidnam feci tibi?magna mihi feci sti,& grauia in me cõmisisti. Vide quanta rerũ vicissitudo, Rex priuato dicit:Cur feci sti mihi? Deum dicere vult inimicum mihi reddidisti,iram eius super me induxisti,pœnæ obnoxium me feci sti. Feci sti vt pœnam lueret tota mea domus,eorũ quæ in te admissa sunt. Cur hoc feci sti? Quare non annũcia sti mihi ꝙ vxor tua esset? Quare dixisti:Soror mea est, & accepi eam mihi vxorem?Ego,inquit, quasi sororẽ tuam volebam ducere. At vnde didici sti ꝙ vxor fuit iusti? Vltor tantæ iniquitatis ille mihi rem indicauit. Cur feci sti mihi hoc,& non indica sti mihi ꝙ vxor tua esset? non accepissem eam mihiipsi vxorem peccaturus. Quasi sororẽ tuam habiturus hoc feci. Attende quomodo supplicij grauitas concussit eius mentẽ, ita vt & iusto rationem redderet,& omne erga eum declararet officium. Quanuis nisi dei fuisset gratia, quæ mẽtem eius emolliebat,consectaneum erat ꝙ in maiorẽ furorem inductus,quasi deceptorẽ puniuisset, & extremis affecisset suppliciis. At nihil horum fecit : timor enim supplicij inflammatam eius iram humiliauit & restrinxit. Vnde vnum hoc curat,vt in iustũ officiosus sit. Resciuit enim tandem , ꝙ nõ esset possibile eum vulgarem quempiã esse,qui tãta superna gratia fruebatur. *Et nũc ecce vxor tua coram te,accepta ea ocyus vade.* Nunc,inquit, quia cognoui ꝙ non est sorortua , sed vxor, ecce habes eam. Neq; enim offendi in aliquo cõiugium vestrum,neq; priuaui te vxore tua. Sed ecce vxor tua corã te , accepta ea ocyus vade. Quæ lingua, quæ mens poterit dignè quę facta sunt admirari? Mulier prefulgida forma, simul cum viro Aegyptio, & rege, & tyrãno,& sic insano,& incõtinenter affecto concũbens,intacta egreditur,seruata castitate sua. Talia enim,sicut prius dixi, sunt quæ à deo dispensantur , rara semper & admirabilia:& quando apud homines desperatũ est,tunc potentiam & sapientiam suam deus declarat. Enimuero sicut admirabile & rarũ erat videre virum desideriorũ stare in medio ferarum,& nihil pati:sed quasi oues eũ circunstetissent,ita illæsum egredi è lacu. Et tres pueros in camino quasi ĩ prato & paradiso versari,& nihil ab igne lædi , sed egredi inde † vt virorũ fortissimos:] Ita admiratione dignũ est & hoc facinus,ꝙ iusti vxor nullã contumeliã experta à rege Aegyptio , tyranno, intemperante, exiuit salua. Deus enim erat qui faciebat omnia,& in inuiis viam dabat , & spem bonã semper in rebus deploratis afferre valet . Et nunc, inquit: Ecce mulier tua coram te,accepta ea ocyus vade. Ne existimes, inquit, à nobis violatam illã.Nam licèt per ignorantiam attentauerimus quæ facta sunt:sed nunc quia cognouimus quæ sit,& quem habeat defensorẽ, indignatio enim quæ in nos desæuit,docuit nos quãtum gratiæ tibi sit apud deum omnium. Accepta igitur vxore tua ocyus vade. Terribilis postea erat eis iustus,& propterea magnis officiis eũ prosequi contendunt,placantes ipsius dominum propter ea quę in illũ commiserant. Vidisti dilecte,quantum bonum est patientia & fortitudo ? Hìc quæso memor esto verborũ illorũ quæ dicebat Aegyptũ ingressurus: Scio ꝙ mulier pulchra sis : futurũ itaq; vt cùm te viderint Aegyptij , me quidẽ occidant, te autẽ seruent. Illis igitur in mentem resumptis,cõsidera etiam quæ nunc fiunt, & admirare simul iusti tolerantiam & misericordis dei virtutem,quanta cũ gloria redire facit iustum , qui cũ tanto timore & metu descenderat. *Et præcepit,* inquit, *Pharao viris super Abrã,vt inde deducãt eum , & vxorẽ eius, & omnia quæ eius erant,& Loth cum eo.* Magna cum claritate & gloria,locupletatúsq; diuitiis redit iustus:& fit doctor per ea quæ contigerunt non solum Aegyptiis, sed etiam omnibus qui in itinere erãt, & qui in Palæstina habitabãt. Nam quotquot viderant eum quãdo descẽdit fame coactus, cum timore & tremore, nunc verò redeuntem cum tanta claritate & facultatibus,& diuitiis, discebãt virtutem prouidẽtiæ dei erga illum. Quis vidit vnquã ? quis audiuit? Abiit vt famem suam mitigaret, & diuitiis abundans, ineffabiliq; gloria redit . Ne admireris dilecte, ne factũ hoc ita rarum tibi videatur: imò admirare & obstupesce,& glorifica cõmunis omniũ domini virtutẽ.Et vide etiã illius nepotes ob eandẽ famis necessitatẽ in Aegyptũ descendisse,& cùm ibi in grauiseruitute vixissent multásq; pertulissent ærumnas,magna tamen fœlicitate tandẽ rediisse . Talis enim est sapientissimus & optimus deus noster , quando permittit augeri & coaceruari molestias,tunc iterũ discussa tẽpestate , serenitatẽ rerúmq; mirã vicissitudinẽ facit,docens nos suæ potentiæ magnitudinem. *Ascendit autem Abram ex Aegypto, ipse & Cap. xiij. vxor eius,& omnia quæ eius erant,& Loth cum eo,in solitudinem.* Opportunè hìc quis accommodarit verba illa, quæ beatus Dauid iis qui à Babylonica redibãt captiuitate dicebat: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.Euntes ibant & flebant,mittentes semina sua.Veniẽtes autẽ venient in exultatione , gestãtes manipulos suos.Vidisti descẽsum anxietate atq; timore plenũ,habentem secum & mortis formidinẽ? Vide nunc reditũ claritate & dignitate cõspicuum . Omnibus posthac venerabilis erat iustus ille,tã iis qui in Aegypto,q̃ iis qui in Palæstina. Quis enim non reueritus fuisset eum, qui sic à deo custoditus sit, & tantam beneuolẽtiam assecutus? Neminẽ enim fortè latebãt ea quæ regi & domui eius acciderant. Omnia enim deus propterea permisit,& eousq; durauerũt tẽtationes iusti,vt eius patientia clarior fieret,& facta eius in totum orbẽ diuulgarentur,ita vt nullus esset,qui iusti virtutẽ ignoraret. Vidistis dilecti,quantũ ex tentationibus lucrũ? Vidistis quantũ patientiæ præmiũ ? Vidistis & virum & mulierẽ,& senẽ, & vetulam , quãtum philosophiæ præ se tulerũt?quantũ fortitudinis,quãtũ mutuę dilectionis , quantũ charitatis vinculũ demõstrarunt? Illũ omnes imitemur,& nunqnã tristemur. Ne existimemus esse signũ ꝙ nos dereliquerit & despiciat dominus,si tẽtationes nobis inferantur:sed hoc maximũ sit nobis indiciũ ꝙ deus nostri curã gerat . Nã & si habeamus peccatorũ sarcinas quę nos premãt,poterim⁹ magnã patientiã & gratitudinẽ declarando leuiores eas facere:& si nõ multa habeamus peccata,iterũ maiori fruemur gratia,si grato animo tulerimus. Quia enim deus noster liberalis est,& nostræ salutis curã gerit:ea de causa quasi luctã & exercendi materiam nobis proponit,& pro theatro tẽtationes inferũtur : vt si quod nostrũ est declaremus,largiore dignetur nos cura. Quòd cùm scimus,ne tristes simus in tẽtationibus, neq; afflictiones grauatim feramus:sed & gaudeamus, iuxta beatũ Paulũ: Nunc enim,inquit, gaudeo in afflictionibus meis. Vidisti animã gratam? Nam si in afflictionibus gaudebat,quomodo potuit vnquã in tristitia esse?si quæ alios afficiũt tristitia,ipsi pariant lætitiæ occasionẽ. Cogita, oro in quo statu illius erat anima. Et vt discas quòd non sit possibile aliter nos promissa bona

Dan.14.

Daniel. 3. † tãquam statuas.

1.Thess.4.

bona assequi,& regno cœlorũ dignos fieri,nisi per afflictionẽ vitam præsentẽ transeamus , audi Apostolos dicentes eis qui nuper ad fidẽ conuersi erant : Et cùm docuissent, inquit, multos, reuersi sunt Lystrã,& Iconium,& Antiochiã, denùo confirmãtes animas discipulorũ,exhortantésq; vt perseuerarẽt in fide, & ꝙ per multas afflictiones oporteat nos ĩtrare in regnũ cœlorum. Qualis igitur posthac erit nobis excusatio,si noluerimus fortiter ferre quę inferũtur:præsertim scientes ꝙ non sit possibile aliter salutẽ nos assequi, nisi hãc iuerimus viã? Audi & Christũ dicentẽ:In mundo afflictionẽ habebitis,sed cõfidite.Vt ne audita tristitia,spe excidant,statim fiduciã eis affert,& suã pollicetur gratiam.Sed cõfidite,ego vici mundũ. Habes, inquit,eũ qui grauia alleuiet, qui non permittet te submergi ab illatis tentationibus,qui cũ tentatione & exitũ præbebit, & nõ permittet supra nostras vires inferri grauia. Quid tristaris?quid mœres? quid impatiens es ? quare tam abiecto animo es?Num,si quæ nostra sunt attulerimus,patientiã dico,& fortitudinẽ,& mentis gratitudinẽ,nos sinet despici?Nũ etsi desperatæ sunt res,vincere possunt sapientiã domini nostri?Nos quæ nostra sunt exhibeamus,& sincerã habeamus fidẽ,scientes q̃ sint hæc facilia animarũ nostrarũ pręsidi.Et ipse prorsus melius nouit q̃ nos,quid cõducat: & ita res dispẽsabit,vt sibi honorificũ,& nobis vtile:quò & patiẽtiæ mercedẽ accipiamus,& eius gratiã cõsequamur , gratia & miserationibus domini nostri Iesu Christi , cum quo patri simul & spiritui sancto sit gloria,imperium, honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Act.14. 4.

Matt.16.g

1.Cõ.10.c

Abram autẽ erat diues valde pecoribus & argẽto & auro, & profectus est vnde venerat,in solitudinem vsque Bethel, vsque ad locum in quo prius fuit tabernaculum eius inter Bethel & Agge,ad locum altaris quod ibi principio fecerat.

Homilia XXXIII.

QVm alacrem vestrum conuentum,& ingens audiendi desiderium hodie videam,æs alienum,quod charitati vestræ debeo, dinumerare volo.Et scio eius vos oblitos esse, eo ꝙ multi dies interciderint,sermóq; noster ad alia interim sit egressus.A dicendorum enim consequentia impediuit nos sanctarũ feriarum aduentus. Incongruũ enim erat, vt festa crucis dominicæ celebrantes,de aliis sermonem afferremus. Mensa autem vobis proponenda erat suis congrua tẽporibus.Et idcirco quãdo venit dies traditionis & passionis, continua docẽdorum serie resecta, præsentibus quę vrgebant nos accõmodantes, primũ in proditorẽ linguam laxauimus. Deinde de cruce aliqua in mediũ protulimus . Postea, illucescente resurrectionis die , necessariũ erat , vt de resurrectione domini charitatẽ vestrã doceremus.Et sequentibus diebus,propter miracula quæ tũc facta sunt,resurrectionis demonstratio iterum afferẽda erat. In quibus etiã in manus accepimus Apostolorũ acta, inde vobis cõtinua proponentes conuiuia, & crebris quotidianisq; admonitionibus eos qui nuper baptismi gratiã acceperant,exhortantes.Nunc autẽ necessarium vt debiti memor sim,& vobis satisfaciam,tametsi vos debiti genus ignoretis,vtpote curis multis impliciti, & soliciti pro vxoribus & liberis, & quotidiana alimonia, multisq; aliis negociis. Verum nos qui nullis id genus curis turbamur, & vobis debiti memoriã suggerimus,& ad restituendum nos paramus. Neq; admiremini hãc nostram gratitudinẽ . Huius enim alieni æris genus à corporalibus pecuniis diuersum est.In illis enim nunquam debitor tantũ gratitudinis præ se fert. Scit enim ꝙ dinumerando pecunias,suã imminuat substantiam, & accipientis augeat facultates . Non autem ita est in spirituali debito, sed in eo & dinumerans dum soluit, magis abundat , & accipientibus maiores accrescunt opes.Et idcirco illic magna ingratitudo esse solet, hic autem vtrisq; lucrum est,& dinumeranti, & accipientibus.Atq; id quod de charitate admonuit beatus Paulus,dicẽs:Nemini quicquam debeatis,nisi vt diligatis inuicẽ.Quo indicat,hoc debitum semper solui, & nihilominus durare semper. Et quia vos ad capiendum parati semper estis, istucipsum & nos debitores locupletiores facit , & vobis magnæ vtilitatis est materia. Igitur quoniam talis est huius debiti natura,vt quanto magis depẽditur,tanto auctiores nostras reddat opes: age doceamus nunc & dibiti materiam, vt & ipsi alacriores dicenda suscipiatis,& nostrã gratitudinẽ boni consulentes,nos diligenti auscultandi studio remuneretis.Quænã igitur debiti materia? Scitis,& memores estis, quando de patriarcha quædã in medium attulimus, quomodo demõstrauerimus descensum eius in Aegyptũ propter famem,& rapinã Saræ à Pharaone factam,& indignationem dei quam in Pharaonem & domum eius ob suam erga iustum curam immisit , & reditum patriarchæ ab Aegypto magna cum gloria.

Rom.13.b

Mandauit enim, inquit, *Pharao viris super Abram , vt deducant eum & vxorem eius,& omnia quæ habebat, & Loth cum eo.Ascendit autẽ Abram ex Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ erant illius , & Loth cum ipso in solitudinem.*

Hic sermonem missum fecimus, & eum mediis diebus transtulimus in doctrinam,quam requirebãt tunc occurrẽtes feriæ. Ideo hodie fuerit operæprecium, vt dicenda cum dictis cõtexamus, & quasi in vnum corpus coaptemus, quò sermo fiat magis perspicuus. Et quò manifestiora sint quæ dicuntur, operæprecium fuerit,vt charitati vestræ proponatur principium eorum quæ hodie sunt lecta. *Abram autem,* inquit, *erat diues valde pecoribus,& argẽto,& auro:& profectus est vnde venerat,in solitudinẽ vsq; ad Bethel, vsq; ad locũ in quo prĩus fuit tabernaculũ eius, inter Bethel & inter Agge , ad locum altaris quod illic principiò fecerat:& inuocauit ibi Abram nomen domini dei.* Ne prætereamus obiter lecta , sed discamus clarè diuinarum literarum diligentiam,quomodo nihil nobis superuacuum narret. Abram autem, inquit, erat diues valde. Considera primùm istucipsum,quod non frustra assignauit. Neq; enim temerè & inuanum diuitem nũc vocat,id quod nullibi aliàs meminit , sed nunc primùm dicit ꝙ diues fuerit. Quare hoc,& quã ob causam?vt discamus diuinę sapientię solertiam,& suæ in iustum prouidentię immensam & excellentem potentiam . Nam qui famis necessitate in Aegyptum peregrinari coactus fuit , & angustias quas in Chananęa experiebatur ferre non poterat,is subitò diues factus est:& non simpliciter diues,sed valde,& non tantum pecoribus,sed & argento & auro. Vidisti quanta dei prouidẽtia:abit, vt aliquam famis consolationem inueniat:& redit,nõ solum fame mitigata, sed & diuitiis,& indicibili gloria conspicuus, & omnibus manifestus qualisnam esset:postea enim & Chananææ inhabitatores clarè iusti virtutẽ didicerunt,videntes rerum mutationem tam repentinam,& tãtis diuitiis affluentem,qui vt peregrinus & quasi fugitiuus & vagus in Aegyptum descenderat. At tu vide quomodo hic neque prosperitate,neq; diuitiarum affluentia remissior vel negligẽtior factus est:sed iterũ contẽdit ad eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

locum, vbi prius fuerat priusquã in Aegyptũ cõcederet. Venit enim, inquit, in solitudinẽ, vsq; ad locũ vbi prius fuit tabernaculũ eius, ad locũ altaris quod fecerat ibi principiò, & inuocauit nomẽ domini dei. Cogita obsecro, quãtus erat quietis & trãquillitatis amator, & in diuino cultu q̃ sedulus. Ad eũ enim locũ, inquit, accessit, quem prius ædificauerat, & in quo nomẽ domini inuocauerat. Ecce iam multis antea seculis impleuit hoc quod postea à Dauid dictũ est: Elegi abiectus esse in domo dei mei, magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorũ. Solitudo enim propter inuocationẽ nominis domini dei gratior ei erat quàm ciuitates. Sciebat enim, sciebátq; clarè, q̃ ciuitatis magnitudinẽ non facit ædificiorũ pulchritudo, neq; inquilinorum multitudo: sed inhabitantiũ virtus, propter quã & solitudo ciuitatibus dignior est, quæ virtute iusti ornatur, & orbe toto fit fulgidior. *Et Loth*, inquit, *qui cum Abram ibat, erant & oues, & boues, & pecora, neque capiebat eos terra, vt simul habitarent. Erat quippe substantia eorum multa, & non poterant habitare simul.* Non solũ patriarchæ facultates auctæ sunt, sed & Loth, inquit, erant oues, & boues, & pecora. Fortè partim Abram, vtpote liberalis, illa Loth fratris filio donauerat, partim alij dederant in patriarchæ gratiã. Et nõ capiebat, inquit, eos terra: erat quippe substãtia eorum multa. Vide q̃ facultatũ multitudo statim causa fit discessus, diuisionem operatur, cõcordiã impedit, & cognationis vinculũ dirimit. *Et facta est pugna inter pastores pecorũ Abræ, & inter pastores Loth. Chananæi autem & Pherezæi tunc inhabitabant terram.* Attende quomodo valde familiares discessionis initiũ faciunt. Hinc enim semper omnia mala pullulant à famulorum nequitia. Facta est enim, inquit, pugna inter pastores. Hi diuisionis occasionẽ præbuerunt: dicere vult, ij concordiam dirimebant, ij multã morum inciuilitatẽ præ se ferebant. Chananæi autẽ & Pherezæi tunc inhabitabãt terrã. Quare nobis hoc assignauit? quoniã dixerat, q̃ nõ capiebat eos terra vt habitarẽt simul: causam quoq; docere voluit diuina scriptura, q̃ ideo eos non capiebat, quia à gentibus illis præoccupata erat. Verùm nos religiosam patriarchæ mentẽ videamus, quomodo sua lenitate exarsurum incendiũ restinguit, *Dixit autẽ*, inquit, *Abrã ad Loth: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quia homines fratres sumus nos.* Vide insignẽ modestiam, vide sublimẽ philosophiã, ætate & dignitate senior iuuenem, fratris filiũ fratrẽ appellat, & in eãdem in qua ipse erat dignitatẽ euehit, nihilq; minus illi q̃ sibi tribuit: sed dicit, Ne sit rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos. Indignè enim hoc fieret, quoniã fratres sumus. Vidisti quomodo Apostoli legem implet, quæ dicit. Itaq; iam quidẽ omnino delictũ in vobis est, q̃ lites habetis inter vos inuicẽ. Cur nõ potius iniuriã patimini? cur nõ potius damnũ accipitis? imò vos iniuriã facitis, & damno afficitis, idq; fratres. Hæc omnia operibus implẽs patriarcha, dixit: Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & tuos, quoniam homines fratres nos sumus. Quid hac anima pacatius? Proinde non frustra, neq; temerè principiò dicebã, q̃ amore quietis & tranquillitatis solitudinem locis frequentibus prætulerit. Attende enim quomodo & nũc videns pastores confligere, statim in initio tentat restinguere incendiũ, quod erupturum erat, & contentionem sedat. Debebat enim ipse, vtpote missus omnibus Palæstinæ cultoribus sapientiæ doctor, nullam scandali dare occasionẽ, vel ansam cõcedere: sed morum lenitate, tuba clarius omnes erudire, & suæ virtutis facere imitatores. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos, quoniam homines fratres sumus. Multa verborũ lenitas, inter me & te. Cõsidera quomodo ei loquitur ceu honore pari, quãuis opinor non aliunde rixas fuisse exortas, quàm q̃ pastores patriarchę non permiserũt illis eadẽ copia frui, qua ipsi. Sed iustus æquabiliter omnia facit, specimen præbẽs eminentis suæ sapientiæ, ac docens non tantũ præsentes, sed posteros etiã omnes, † nunquã cum proximis esse litigandũ, etiã iis qui nobis præstãtiores nõ sunt.] Nam eorũ contentio magnã nobis affert ignominiã, & non illis imputãtur quæ fiunt, sed in nos transfertur quod reprehendendũ. Quomodo enim rationi consentaneum, q̃ homines qui fratres sunt, qui eandẽ naturam sortiti, qui eiusdẽ sunt familiæ, qui eodem loco habitaturi sunt, quos mansuetudinis, lenitatis, & omnis philosophiæ doctores esse oportebat, inter se contendant, & digladientur? Audiãt hæc qui se extra crimina putant esse, quando propter familiaritatem suis ministris permittunt & conniuent rapere, decipere, multa mala machinari, & in ciuitatibus & in agris, & auferre vi à vicinis, nunc agrum, nunc domũ. Eaq; de causa maiori tales beneuolentia prosequuntur. Nam licèt iniustitiæ illæ opus alienũ tibi sint, tamen & ipse negocio communicas: non solum q̃ oblectaris facto, & credis inde facultatibus tuis incrementum accedere: sed q̃ non prohibes, ne facinus committatur. Nam qui prohibere potest eum, qui iniuriam facit, & non prohibet, is non minorem luet pœnam, q̃ qui iniuriã facit. Obsecro igitur, ne seducamus nosmetipsos: sed & ipsi fugiamus rapinas, & fraudes, & ex istiusmodi artibus emolumẽta & lucra: & familiares nostros erudiamus ne quid tale operentur. Nõ enim hoc nos insontes facit, sed potius maiori condemnationi obnoxios: quia in nostri gratiam illi suam amittentes salutem, iniustitiam audent, & ipsi intereuntes nos secum rapiunt. Quod si prudentes esse voluerimus, & ipsi ab eo damno liberabimur, & illos à malis conatibus abarcebimus. Porrò nolo mihi dicas friuola illa verba: Nihil mihi curæ est: nunquid ego rapui? nihil mihi ea de re constat: alius fecit, non fui particeps iniustitiæ. Prætextus illa sunt, & inane commentum. Si vis declarare, quòd non communicaueris iniustitiæ, neque auaritiæ fueris operarius, emenda factum, solare eum qui iniuria affectus est, redde ablata. Sic enim & te ipsum à criminibus liberabis, & † iniuria affectum eriges.] Si declaraueris, quòd non sunt hæc facta iuxta voluntatem tuam, & obsecraueris pauperem, non sines eum à tristitia absorberi, quam ablatis bonis suis passurus erat. Ne sit, inquit, rixa inter me & te, inter pastores meos & tuos: quia homines fratres nos sumus. Vidisti mansuetudinem: vidisti lenitatem? audi & sequentia, vt discas excellentem eius philosophiam. Quomodo rixa dirimitur, & contentio restinguitur? *Ecce, an non omnis terra*, inquit, *coram te est? Discede à me, si tu ad sinistram, ego ad dextram: si tu ad dextrã, ego ad sinistram.* Considera optimos mores, & insignẽ modestiam huius iusti. Sed ante hæc obsecro, cogita quantum ex diuitiis damnum, & quanta ex multis opibus contentio. Aucta sunt armenta, multiplicati greges, affluxerunt diuitiæ multæ, & statim discinditur concordia. Antea erat pax & charitatis vinculum, nunc rixa & contentio. Vbi enim meum & tuum, illic omne litium genus & contẽtionis occasio: vbi autem

hæc nõ sunt, ibi secura versatur pax & cõcordia. Et vt discas, audi quid dicat beatus Lucas de iis, qui ab initio ad fidẽ conuersi sunt. Erat, inquit, omniũ cor vnũ & anima vna: non q̃ vnam animã habuerint omnes: quomodo enim hoc, cum in diuersis corporibus fuerint? sed concordiã illorum excellentẽ nobis demonstrat. Iam nisi plurimę æquanimitatis fuisset iustus ille, & insignitã præ se tulisset philosophiam, succensuisset forsitan, & ita ei dixisset: Quis furor ille? Ausíne sunt familiares tui os distringere aduersus operas meas? non cogitarunt, quantũ inter nos distet? Vnde enim tibi illa abundãtia? nõne ex mea cura? Quis te apud homines tantũ apparere fecit? nónne ego qui pro omnibus tibi fui? Patris ego vices egi per omnia, & has mihi pro tot ministeriis mercedes reddis? Haccine spe vbiq; te comitem itineris habui? Esto nihil eorũ quæ à me habes in mentẽ tibi veniat, nónne saltẽ vel senectã meam & canos reuereri oportebat? Sed conniuendo permisisti pastores tuos in meos debacchari, nescius q̃ sicut cõtumelia, qua illi affecti, in me trãsit, ita & tuorũ temeritas tibi adscribitur. Sed nihil horũ iustus vel in mentem accepit, sed omnibus ills à mente repulsis, vnum hoc agebat, quomodo quod erupturũ erat incẽdium extingueret, & suaui separatione excogitata, absq; turbelis habitaret: dicit enim, Ecce nunquid omnis terra corã te est? discede à me, si tu ad sinistram, ego ad dextram: si tu ad dextrã, ego ad sinistrã. Vides mansuetudinem iusti? operibus enim monstrabat, q̃ non facit hoc sua sponte, neq; separari vult: sed ob contentionis necessitatẽ, vt ne in domo sit perpetuũ bellum. Vide quomodo verbis illius bilem mãsuefacit, & ei electionis potestatẽ dat, & proponit omnẽ terrã, & dicit: Ecce, nunquid omnis terra corã te? quãuis eligẽ: & ego, quã tu reliqueris, magna cũ voluptate accipiã. Magna est iusti huius philosophia. Per omnia non vult esse onerosus fratris filio: quasi diceret, Quoniã fit id quod nolebã, & vt cessent cõtentiones, necessariũ est, vt separemur: propterea te dominũ electionis & arbitrum constituo, & omnẽ tibi potestatẽ do, vt terrã quã meliorem censes, tu eligas, & reliquã sinas esse meã. Num hoc quis vnquã vel æquali vel fratri faciendũ censuit, id quod fratris filio patriarcha? Nã si ipse electionem retinuisset, & primũ locũ sibi seruasset, concessisset q̃; illi reliqua, nónne & hoc magnum quiddã fuisset? At excellentis virtutis suæ exhibens specimen, desideriũ iuuenis explere volebat, ita vt nulla ex separatione nasceretur mœrẽdi occasio: vnde ei proposita potestate omni, dicit: Ecce omnis terra corã te. Separare à me, & qualẽ volueris terrã, elige. Oportebat igitur fratris filium, cùm tantam experiretur æquitatẽ patriarchæ, parem rependere honorẽ, & ei potius liberã electionem cõcedere. Solemus enim fermè cuncti homines, si obluctãtes videamus aduersarios, ac contendentes, in primum locum ascendere, non ferre nos inferiores esse, neq; eis cedere: quos si cedere viderimus, & verbis idoneis potestatẽ omnem nobis permittere, quasi reuerentes magnã mansuetudinem, & à contentione desistimus, & versa vice, omnẽ potestatẽ eis concedimus, etiamsi minores esse videantur ij qui nobiscũ litigant. Debebat igitur & Loth cum patriarcha hoc facere. At ille vtpote iuuenis, & maiori concupiscentia tractus potiores tũ sibi visas partes arripit, & electionem facit. *Et sublatus*, inquit, *Loth oculis suis vidit omnem regionem circa Iordanem, quod tota esset rigua, antequam dominus subuerteret Sodoma & Gomorrha, quasi hortus dei, &* sicut terra Aegypti, vsque dum venitur in Sogora. *Et elegit sibi Loth omnem circa Iordanem regionẽ, Et recessit Loth ab Oriente, diuisique sunt vterque à fratre suo.* Vidisti virtutem iusti excellentem, quomodo radicem malitię ne germinare quidem permisit, sed statim cùm iam oriretur funditus execuit & aboleuit, multa vsus lenitate, & indicibilem temporãlium contemptũ præ se ferens, declarauitq; omnibus, quomodo pacẽ habere, & à contentione liberari, omni substantiæ suæ præferret. Nam vt ne quis condemnet iustum, quasi ingratũ circa Loth, & q̃ quem è domo sua eduxerat, in terra aliena nunc à cohabitatione eiiceret, néve putet ipsum inimicitiarum gratia hæc facere: sed vt discamus omnes q̃ pacis studiosus hæc faciat, ideo & electionem ei concessit: neq; molestè tulit q̃ prima ferret: vt omnibus notum foret, quomodo mens sua ad pacis charitatisq; scopũ spectaret potissimum, præterea & aliud quoddã mysterium iam antea dispẽsabatur, vt multa posthac incideret, per quæ Loth rebus ipsis erudiretur q̃ indignè electionem sumpsisset, & vt discerent Sodomitæ virtutem Loth, & separatione facta promissionem patriarchæ datam euentu compleri, qua dictũ est ei: Tibi & semini tuo dabo terram hanc: id quod paulatim procedendo videbimus, diuina scriptura nobis ea faciente manifesta. *Et Abram*, inquit, *habitauit in terra Chanaan, Loth autẽ habitauit in ciuitate † quæ sita circa Iordanem,] & tabernaculum habuit in Sodomis. Qui autem homines Sodomis agebãt, mali erant, & peccatores coram deo valde.*

† finitimorum

Vides Loth tantùm spectantẽ terræ naturam, & non aduertentem inhabitantiũ malitiam? Quæ enim vtilitas, dic oro, si terra sit fructuosa & ferax, homines autẽ adeo mali? Quid dãni è solitudine & infrugifera terra, si homines sint humaniores? Caput enim & summa bonorum est inhabitãtium gratitudo. Cæterùm Loth ad vnum tantum respexit, nempe fertilitatem terræ. Et idcirco scriptura manifestare nobis volẽs habitantium illic malitiam, dicit: Qui autem in Sodomis agebant, homines mali erant, & peccatores coram deo valde. Non solum, inquit, mali, sed peccatores: & non simpliciter peccatores, sed & coram deo: hoc est, prodigiosa erat eorum iniquitas. Ideo & subdidit, coram deo valde. Vidistis malitiæ magnitudinem? Vidistis quantum est malum primum locũ capere, & nõ quod vtile est consideare? Vidistis quantum bonum sit humanitas, & primo loco cedere, & inferiorem fieri? Ecce in processu doctrinæ videbimus nihil profuisse primum locum ei qui elegerat: & eum qui inferiorem se fecit, clariorẽ quotidie factum, opésq; illius per omnia auctas, omnibúsq; factum spectabilẽ. Cæterùm vt ne prolixiores simus docendo, hoc loco subsistat sermo, & quod reliquum est, in sequentẽ seruetur sermonem. Illud autem vos rogauerim, vt imitatores sitis patriarchę, & nunquã concupiscatis primatus: sed obtemperate beato Paulo dicenti: Honore alius alium præcedẽtes, & date operã vt in omnibus humiliemini. Hoc est enim primatum habere, sicut & Christus dicit: Qui seipsum humiliat, exaltabitur. Quid igitur huic par fuerit vel æquale, quando per ea in quibus aliis cedimus, ipsi maiori fruimur honore: & per quæ alios præferimus, ipsi in summum honorem euehimur? Itaque obsecro, vt studeamus ita imitari patriarchæ humilitatem, & sequi vestigia eius, qui ante legem tantã philosophiam præ se tulit, nos qui in gratia versamur. Ista enim vera est humilitas, quam eximius ille vir declarauit erga eum qui multo se fuit inferior, nõ solum ob

Universidad de Deusto Biblioteca

virtutis rationem,ſed & propter ætatẽ, & alia omnia. Cogita enim ꝙ ſenex iuueni ceſſit, & patruus nepoti: & qui tantam à deo ſortitus gratiã,ei qui in nullo magnum aliquod ſpecimen præbuerat: & ea quæ oportebat illum dicere, vt iuuenem ad ſenem ætate & dignitate, & patruum, illa patriarcha ad iuuenem dicebat. Igitur nos quoq; non eis tantum qui ætate nobis ſunt maiores,vel etiam æquales,honorẽ exhibeamus. Non eſt enim humilitas, facere quod neceſſitate debes vel cogeris:hoc,inquam,nõ eſt modeſtiæ,ſed debiti. Vera autem modeſtia eſt,quando cedimus iis qui nobis videntur eſſe minores,& eos veneramur qui nobis videntur eſſe magis indigni q̃ nos. Quòd ſi rectè ſapimus,nullos etiã nobis eſſe minores arbitrabimur: ſed nos ſuperari ab omnibus hominibus dicemus. Et hoc dico non de nobis, qui innumeris immerſi ſumus peccatis:ſed etiam ſi quis ſibi plurimorũ bene geſtorũ conſcius ſit,niſi apud ſe ſentiat ꝙ omnium ſit poſtremus, nulla ei futura vtilitas ex omnibus bonis ſuis operibus. Hæc eſt humilitas,quãdo quis occaſiones habet vt extollatur,& ſeipſum humiliat & ſupprimit, & modeſtè ſe gerit: tunc enim ad verum ſubuehetur faſtigium,iuxta promiſſionem domini,quę dicit:Qui ſe humiliat,exaltabitur. Satagamus igitur, obſecro verticem illum omnes apprehendere per modeſtiam, vt eandem illam,quam iuſtus ille à domino gratiã conſequamur,& ineffabilia bona mereamur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria,imperium, honor nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Et dixit deus Abræ poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth:eleuatis oculis tuis vide à loco in quo tu nunc es,ad aquilonem & Africum & Orientem & mare : quia omnem terram quam tu vides, tibi dabo eam.

Homilia XXXIIII.

CHariſſimi, didiciſtis heri eximiam patriarchæ modeſtiã, vidiſtis lenitatem egregiam. Neque enim erat res vulgaris,ꝙ ſenex(quem omnium dominus tantis proſequutus fuerat beneficiis,tãtáq; gratia frui fecerat) pari honore dignaretur iuuenem, & fratris filium, & primatu illi cederet,inferioráq; ipſe deligeret,nihílq; non faceret quò bellũ impediret, & contentionis materiam è medio tolleret. Hunc omnes imitari ſtudeamus, & nũquam ſuper proximum extollamur, nunquam de nobis ſublimia ſentiamus:ſed modeſtia cõſpicui cedamus aliis, & inferiores haberi conemur,tam verbis, quàm operibus. Neq; enim vnquam eis qui nobis iniuriam faciũt aduerſemur,etiamſi prius multum in illos contulerimus beneficiorum. Hęc enim optima eſt philoſophia. Neque contumelia affecti feroces ſimus, etiamſi cõtemptiores & magis inopes nobis ſint,qui nobiſcum contendunt: ſed manſuetudine & lenitate furorem comprimamus. Nihil enim illa potentius, nihil illa fortius. Illa animam noſtrã in perpetua tranquillitate,& quaſi in portu conſtituit, & omnis recreationis ac quietis
Mat.11.d
occaſio nobis eſt. Eapropter & Chriſtus diuina illa docens,dicebat:Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde:inuenietíſque requiem animabus veſtris. Nihil enim animam ita in tranquillitate & quiete eſſe facit, vt manſuetudo & modeſtia. Hæc omni diademate ſe poſſidenti eſt vtilior. Hæc omni claritudine & gloria conducibilior. Quid enim beatius, q̃ inteſtino liberari bello? Nam quanuis plurima pace & cura externa fruamur,ſi intra nos cogitationum naſcantur tem-

A ſtas,tumultus,& ſeditio, nihil externa pax nobis proderit:Sicut & neq; miſerabilius eſt aliud ciuitate,quę licèt † præſidiis & muris bene ſit munita, intus tamen
† foſſis.
ciues foueat proditores. Hoc igitur obſecro, vt ante omnia nobis ſit curæ, quomodo animam à turbulentia vindicemus,& in tranquillum ſtatum educamus,& ab omni liberemus amaritudine, quò & ipſi multa fruamur quiete, & iis qui familiaritatem nobiſcũ habent,ſimus blãdi. Hoc enim certiſſimum ſignum quo internoſcitur vir ratione præditus,ſi manſuetus fuerit, ſi lenis,ſi mitis,ſi modeſtus & quietus: ſi nõ quaſi ſeruꝰ ducatur & trahatur aut ab ira, aut ab aliis affectionibus:ſed ratione vincat internos illos incõpoſitos motus,nobilémq; ſuam generoſitatem ſeruet, ne in brutorum ferociam negligentia degeneret. Et vt diſcas quantum manſuetudinis & lenitatis ſit robur,& ꝙ ſola hęc virtus ſufficiat ſe colentem diligenter ineffabi- B libus laudibus dignum reddere, audi beatum Moſen hinc potiſſimum prędicari,& ex hac ei coronam plecti. Et Moſes,inquit,erat mitiſſimus omnium hominũ
Num.12.a.
qui ſuper terram. Vidiſti encomij magnitudinẽ? Omni eum humano generi parem pronunciat, imò omni hominum generi præfert. Et iterum de Dauid dicit ſcriptura:Memento domine Dauid, & omnis mãſuetudinis eius.
Pſal.131.a
Hinc patriarcha ſibi maiorẽ cœlitus conciliauit beneuolentiam,& afferens quæ ſua erant,à miſericorde deo maiora aſſequutus eſt. Hoc ſcietis & vos,vbi attulerimus in medium ea quæ heſterna dicta ſequuntur,& quæ prius ſunt lecta charitati veſtræ declarauerimus. Nam quia Abram multam præ ſe tulit manſuetudinem,& Lotho potiorem partem ceſſit,& omnem ei eligendi facultatem permittens, conten- C tus fuit minore,modo auferretur omnis cõtentio: vide quantam ſtatim mercedem à deo conſequitur, & quomodo adhuc maiori retributione, vt per omnia multum abundet, patriarcham dignatur deus? Talis enim eſt dominus noſter, vt ſi quando vel paruũ quid attuliſſe nos viderit, largiſſimas ſuas nobis remunerationes ſuppeditet, tantámq; prę ſe ferat liberalitatem, vt ea quæ à nobis ſunt facta, multis numeris à nouis ſuis beneficiis vincantur. Et hoc in omnibus noſtris factis inueniet quis ab eo fieri. Quid em̃, dic mihi, viliꝰ duobus obolis? Attamen quia vidua illa duos obolos in corbonam miſit, inde celebris facta eſt ab eo tempore vſque in præſens toti mundo. Et quid dico duos obolos? Etiam ſi quis calicem aquæ frigidę prębeat,& pro eo magnę decernuntur retributiones. Sẽper enim coronat eos qui virtutẽ operantur, iuxta operantium D voluntatẽ. Similiter in precum aſſiduitate iſtuc ipſum
Matt.10.d
ab eo fieri videre licet. Nam ſi quis alacriter eum adit, ſtatim ei dicit: Adhuc loquente te,ecce adſum. Quòd
Eſa.65.d
ſi quis ampliorẽ ſedulitatem teneat,& magno deſiderio,feruentíq; mentis alacritate fiãt petitiones:iterum liberalitate certat, & prædicat & coronat: id quod & in Chananæa muliere declarauit. Quoniã enim vidit infatigabilem eius conſtantiam & perſeuerantiã, primùm eam prædicauit,& præconiis (vt ita dicam) coronauit,totique mundo celebrauit,poſtea liberalitate magna preces eius etiã ſuperauit. Nã,vt dixit: Mulier,
Matt.15.d
magna eſt fides tua: tunc ſubdidit, Fiat tibi ſicut vis. Et ſi vellemus ſingula ſcripturę diuinæ exempla afferre, vbiq; magnam domini munificentiam eſſemus viſuri. Sciebat hoc patriarcha ille,cedentem minoribus aſſequuturũ maiora, ſicut heri audiuiſtis. Et ceſſit Lotho, regionémq; deteriorẽ elegit vt contentionis re-

ſecaret

ſecaret occaſiones,& ſeruata virtute ſua peculiari,totã domum pacatã redderet. Cæterùm videamus ex recens lectis,quid ei retributum ſit à domino pro tanta mãſuetudine. *Et dixit,*inquit, *deus Abræ, poſtquã ſeparatus eſt ab eo Loth:Eleuatis oculis tuis cerne à loco in quo tu nunc es,ad Aquilonem,& Aphricũ,& Orientẽ,& mare:quia omnem terrã quã tu vides,tibi dabo eã,& ſemini tuo vſq; in ſeculum.* Vide quomodo diuina ſcriptura acceleratã dei prouidentiam & retributionem iuſto factam demonſtrat: volens nos docere, quantum approbata fuerit à miſericorde deo patriarchæ humilitas. Poſtquam,dixit,ſeparatus eſt Loth, & abiit in terrã quam elegit,vt in præſtãtiorem: ſtatim ſubdidit, Et dixit deus Abræ. Deinde vt diligenter diſcamus,ꝙ deus remunerauerit eum pro iis quæ in Loth collocauerat,hæc addidit:Et dixit deus Abræ, poſtquam ſeparatus eſt ab eo Loth, quaſi manifeſtè hæc ei verba dicens: Ceſſiſti ob tuam manſuetudinem regione meliore & amœniore fratris filio,& eximiã prę te tuliſti humilitatẽ,tatãq; pacis habuiſti curam,vt nihil non potius delegeris,q̃ eſſe inter vos contentiones, eapropter largas illas à me retributiones accipe. Eleuatis, inquit, oculis tuis, vide à loco in quo tu nunc es,ad Aquilonẽ & Aphricũ, & Orientem,& mare:quia omnem terram quam tu vides, tibi
† facta ei
dabo eam,& ſemini tuo vſq; in ſeculum. Vidiſti retributionem,† facti genus] multis modis præcellentem? Iiſdẽ verbis vtitur miſericors dominus, quibus & patriarcha ceſſionẽ fecerat. Nam ſicut patriarcha dicebat: Ecce,an non omnis terra coram te? ſeparare à me: ſi tu ad dextrã,ego ad ſiniſtram: ſi tu ad ſiniſtram,ego ad dextram. Ita & dominus dicit: Eleuatis oculis tuis vide à loco in quo tu nunc es: quia omnẽ terram quã tu vides,tibi dabo eam,& ſemini tuo vſq; in ſeculum. Hîc quęſo animaduerte excellentem munificentiam. Dicit enim: Tu quidẽ dato illi electionis arbitrio: ea, quam ille voluit eligere,terra ceſſiſti, relictam autem ipſe apprehẽdiſti:ego verò tanta te liberalitate proſequar,vt omnem quam ante oculos tuos terram vides ſitam, ex vtroq; latere dextro & ſiniſtro,à Septẽtrione & Meridie,ab Oriente & occidente, & in ſumma, omnem terram quam vides,tibi ſum cõceſſurus: neq; tibi ſolum,ſed & ſemini tuo vſque in ſeculum. Vidiſti dignam diuina bonitate munificẽtiam? Vidiſti quantis ceſſit,& quãta eſt aſſequutus? Hîc erudiamur vt magna in dãdis eleemoſynis largitate vtamur, quò datis paruis, adipiſcamur magna. Quomodo enim paria ſunt, dic obſecro, dare parum argẽti,& obtinere peccatorum remiſſionẽ? paſcere eſurientem, & in die illa horribili fiduciam aſſequi,& audire verba nulli regno
Mat.25.c
cõferenda: Eſuriui,& dediſti mihi quod comederem? Num qui tibi tãtam rerum dedit vbertatem,potuit & illius inopiã leuare & ſolari? Hac de cauſa reliquit illũ inopia vexari,vt & ipſe patientia multũ mercedis acquireret, & tu per eleemoſynã tibi fiduciæ materiam illuc præmitteres. Vidiſti miſericordiã domini,quomodo propter noſtrã ſalutem diſpenſat omnia? Itaq; dum cogitas,ꝙ propter te & propter tuam vtilitatem, ille cum inopia conflictans fame perit, ne abſq; miſericordia tranſeas,ſed eſto fidelis eorum quę tibi à domino conceſſa ſunt,bonorum diſpẽſator,† vt adiutus illius penuria,] tibi ſupernam concilies gratiam. Et glorifica dominum tuum, ꝙ propter te & ſalutem tuam permittat illum in paupertate verſari,vt tibi via pateat per quam peccata poſſis abluere: & diſpenſatis bene iis quæ à domino tibi ſunt cõceſſa,laudes illas merea-
† vt illius ſubleuãdo penuriam.

A re quæ omnem ſermonem & rationem tranſcendunt. Audies enim:Euge ſerue bone & fidelis, ſuper pauca
Mat.25.b
fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: ingredere in gaudium domini tui. Talia animaduertẽtes, ita reſpiciamus pauperes,quaſi operarios,qui occaſiones ſalutis dare nobis poſſunt,& eis largiter,hilaríq; promptitudine communicemus,nunquam renuẽtes dare, ſed magna lenitate cum eis colloquẽtes,& multam manſuetudinem declarantes. Inclina,inquit, pauperi aurẽ
Eccli.7.d
tuam,& reſponde ei pacificè in mititate,vt & antequã des,verborum clementia deiectum eius animum erigas.† Adeo etiam verbum animã roborare, conſolationémq; multam afferre ſolet. Igitur non tantũ attẽdentes eum qui accipit, in dandis eleemoſynis ſimus liberales:ſed ratiocinantes potius quis ille ſit, qui ea quæ in pauperem collocata vt ſibi facta vindicat, &
† græcus hic addit, melior enim eſt, inquit, ſermo quàm datio.
B pro datis ſolutionem pollicetur. Atq; ita animo illum intuentes, magna promptitudine dare ſtudeamus, & largam,dum adhuc tempus eſt, ſementem faciamus, vt & vbertim metamus. Nã qui ſeminat parcè,inquit,
2.Cor.9.b
parcè & metet. Manu igitur minimè parca, ſemina illa bona ſpargamus, vt ſuo tẽpore multum metamus. Nunc enim ſeminandi tempus eſt,quod ne prætereamus obſecro:vt in die retributionis pro iis quę hîc ſeminauimus, fructus percipiamus, & domini miſericordiam aſſequamur. Nullũ enim omnino aliud bonum ſic poterit reſtinguere peccatorũ noſtrorũ incendium,vt eleemoſynæ largitas:iſta & peccatorum noſtrorum abolitionem operatur,& magnam nobis fiduciam conciliat & præparat, vt ineffabilibus illis bonis frui tunc liceat. Et de iis quidẽ ſatis dictum eſt charitati veſtræ: & demonſtratum ꝙ ſi parua dederimus, à C domino noſtro magna conſequamur. Hinc enim ſermo in eleemoſynæ admonitionem digredi cœpit,ꝙ patriarcha dum partẽ terrę meliorẽ Loth conceſſit,& viliorem ipſe retinuit, tantã à domino cõſequutus eſt † gloriam,vt omnẽ cogitationẽ tranſcendat promiſſio
† liberalitatem.
quam ei dominns fecit. *Eleuatis enim oculis tuis,* inquit, *vide à loco tuo,in quo tu nũc es,ad Aquilonem & Aphricum, & Orientem & mare,quia omnem terram quam tu vides, eã tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſeculum.* Parte terræ, inquit,ceſſiſti. Ecce ego totam tibi terram polliceor,neque hoc ſolum,ſed & ſemini tuo polliceor eam vſque in ſeculum:hoc eſt,perpetuò. Vidiſti quomodo certat beneficiis? Sciens enim deus ꝙ hoc maximè cuperet patriarcha, & nihil eius alacritatem ita roboraret, inquit,Et hoc tibi concedam,vt qui ex te naſcentur,tibi ſuccedent,& ſimiliter terra fruentur,habebuntq; per- D petuam illã poteſtatẽ. Deinde, vt ne reſpiciens ad naturam & ſenectutẽ ſuã,Sarę q; ſterilitatem,promiſſionem minus curaret,ſed bene fideret pollicentis virtuti,inquit:*Et faciam ſemen tuum ſicut arenam terræ.* Si quis poteſt numerare arenam terræ,& ſemen tuum numerabitur. Verè ſupra naturam humanã eſt hæc promiſſio:non ſolum promiſit ſe facturũ cum patrẽ inter tot impedimenta, ſed in tãtam multiplicaturum filiorum numeroſitatem,vt arenæ terræ coæquentur. Et innumeram multitudinem fore tam hyperbolica ſimilitudine declarare voluit. Attende quomodo miſericors deus paulatim virtutem iuſti huius exerceat. Nam cũ ſuperius dixerit,Semini tuo dabo terram hanc: nunc iterum dicit, Et ſemini tuo vſq; in ſeculum dabo,& faciam illud quaſi arenam terræ. Et tunc ſermonibus tantum facta eſt promiſſio,interceditque inter rem & promiſſionem multum tẽporis,vt religioſam patriar-

 chæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

chæ mentem, & ineffabilem dei virtutem discamus. Data enim opera differt ac moratur, vt cũ in profundam peruenerint senectam, & de humanis viribus, vt ita dicam, omnino desperauerint, tunc suã sciant infirmitatẽ, & cognoscant inenarrabilis potentię dei eminentiam. Hoc loco expendas quæso, à temporis tanta intercapedine, q̃ solidã fuerit prophetæ mẽs, quomodo humanis omnibus præteritis, ad potentiã eius qui pollicitus erat respexerit. Non impatiens erat, nõ turbabatur. Scitis enim q̃ plerunque quando quis semel atq; iterum pollicetur, & promissa implere tardat, segniores sumus ad credendũ iis quæ iterum promittit: id quod in homine nõ iniuria locũ habet. De deo autem, qui res nostras maxima dispensat sapientia, si qua semel promissa fuerint, etiamsi innumera intercedant obstacula, confidendum est ad magnitudinem potentiæ suæ respicientibus, firmandáq; est ratio, & sciendũ q̃ omnia quæ ab illo sunt dicta, euenire modis omnibus oporteat. Nihil enim est quod morari queat eius promissiones, quoniam deus est, cui omnia sunt possibilia: & idcirco quorsumcũq; vult, res transfert: & vbi nõ sunt viæ, inuenire scit vias: & desperatos in bonam spẽ adducit, quò excellẽtia potẽtissimæ suæ sapientiæ nobis manifestior fiat. Dicit enim: *Surge, & perambula terram in longitudinẽ eius & latitudinẽ, quia tibi dabo eam.*

Vide quomodo in rebus omnibus certitudinẽ summam & ineffabilem iusto inserit. Dicit enim: Surge, & circumi, & addisce tam latitudinem q̃ longitudinem, vt scire possis & magnitudinẽ terrę qua fruituras es, & antequam fruaris, spe pastus, magnã inde animi voluptatem haurias. Nam quantumcunq; terræ circumieris, tibi dabo: vt scias q̃ non tãtum dimiseris, quantum accepturus es. Ne igitur putes q̃ minorem terram tu sortitus sis, quoniã ille arripuit quæ prima sibi visa est & potior. Scies enim non multo pòst rebus ipsis, q̃ nihil, q̃ fuerit ei potioris terrę electio, & ipsusmet discet quantum malum est primatũ amare. Tu autẽ nunc accipe modestiæ & clemẽtiæ quam erga fratris filium declarasti, mercedẽ: & iam cognosce terram omnem, cuius dominus es, & quam nõ multo pòst & ipse tu & semen tuum in æternũ possidebitis. Et semini tuo, inquit, vsq; in seculum. Magna diuinę promissionis magnitudo, magna nostri omniũ domini, vt vincat beneficiis, liberalitas. Magna mercedis præstantia, quã dat misericors & clementissimus dominus beato illi, & ex illo nascendo semini. Vt hęc audiuit patriarcha, de ineffabili bonitate dei obstupefactus, *Motis tabernaculis*, inquit, *venit, & habitauit iuxta quercum Mambre, quæ est in Chebron.* Postquam, inquit, accepit promissionẽ, & separauit se Loth, tunc transtulit tabernaculũ suum ad quercum Mambre. Vide mentẽ optimis moribus prẽditam, vide spiritus sublimitatẽ, quomodo facilè inde migrat, nec grauatur de locis in loca transire. Inuenies enim eum nulla familiaritate præuentũ & alligatum: id quod multis euenit, etiã iis qui se philosophos, & è mediis liberatos tumultibus iactant: & si quando tempus vocet, spiritualis negocij gratia vt in alium locum cõcedãt, sępenumero morosi sunt, tristes, & migrationem ægreferentes, eo q̃ consuetudine præoccupati sint. Verùm non ita iustus, sed iam tum [nondum fulgente Euangelij luce] philosõphum agebat: & quasi peregrinus & hospes, ita nunc hinc illuc, & nunc illinc huc transmigrabat, & per omnia religiosam suã mentem operibus ipsis declarare studebat. Nam postquã tabernaculum fixit apud quercum Mambre, statim ibi extruxit altare domino. Vidisti mentem gratãm? quia mox vt tabernaculũ fixit, statim pro facta sibi promissione, gratiarum actiones obtulit domino. Et in singulis locis vbi tabernaculum fixit, inuenies hoc præ omnibus ei fuisse curę, vt extructo altario preces offerret, & Apostoli præceptum impleret, iubentis vt in omni loco oretur, & eleuentur sanctæ manus. Vidisti animã diuino amore succensam, & ad diuina promptã, pérq; omnia gratias agentem? Non enim expectauit donec promissa complerentur: sed & mox pro promissione gratias egit, & faciebat quod in se erat, vt de præuiis dignam & sinceram gratitudinem præ se ferens, dominum suũ prouocaret ad promissiones suas implendas. Illum sanè & nos imitemur, & promissionibus diuinis fidamus, & neque alacritas obsolescat tempore, neque mens remissior fiat præpedimentis quæ interueniunt: sed virtute diuina fidentes, quasi iam ante oculos videremus promissiones impleri, ita puram & inadulteratam declaremus virtutem. Magna enim & immensa promisit dominus, & quę nostram transcendunt rationẽ, nempe participes regni, & ineffabilium bonorũ fore, vtpote conuersationẽ cum angelis habituros, & liberationem à gehenna. Cæterùm neq; diffidamus ideo q̃ ea non videntur corporalibus oculis, sed cogitemus mentiri non posse eum qui promisit. Et potentiæ suæ magnitudinẽ oculis fidei metiamur, & ex iis quæ iam concessa, etiam de futuris bonam spem habeamus: ea enim de causa & hîc multa nobis donata sunt, vt ex iis adiuuemur, manúque ducamur, vt illa quoque bene credamus. Nam qui filiũ suũ tradidit propter suam in nos charitatem, quomodo non omnia nobis & reliqua largiturus est? Sicut & Paulus *Rom. 8.f* inquit: Qui nõ pepercit proprio filio suo, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo non & omnia nobis cum illo tribuet? Si filiũ suum exposuit pro peccatis nostris, si baptismatis donũ largitus est, si priorum peccatorũ remissionem tribuit, si pœnitentiæ viã nobis aperuit, si innumera alia ad salutẽ nostram operatus est; manifestũ quòd & futura bona nobis reposita præbebit. Nam qui propter suã bonitatẽ, antea quàm esse inciperemus hæc præparauit, quomodo nõ & frui concederet? Quòd autẽ prius hæc bona nobis præparauerit, audi quid dicat stantibus à dextris. Venite benedicti patris mei, hæreditate accipite regnũ paratũ vobis ab origine mundi. Vidisti bonitatis excellentiam, quanta erga nostrũ genus misericordia vsus sit, vt & ante iacta fundamenta mundi nobis regni cœlorum fruitionẽ præparare dignatus sit? Igitur ne simus ingrati, obsecro, neque indignos talibus nos donis constituamus: sed diligamus, vt decet, dominũ nostrũ, nihilque faciamus, quod eius erga nos beneuolentiam impediat. Num enim nos priores illũ huc prouocauimus? Imò ipse prior magnã & indicibilẽ charitatem erga nos declarauit: quomodo igitur non absurdum fuerit, si eũ qui sic dilexit non diligamus omnibus nostris viribus? Ipse propter suã erga nos charitatẽ omnia cum voluptate sustinuit: & ex ipsis paternis sinibus exiliens, vt ita dicam, serui formam assumere voluit, & experiri omnes hominum molestias, & ferre à Iudæis contumelias & opprobria, deniq; & crucẽ, & mortem ignominiosissimam, vt nos qui humi trahimur, & infinitis peccatorum sarcinis oppressi sumus, nostra in se fide liberos faceret. Vnde omnia hæc mẽte recogitãs beatus Paulus, feruidus Christi amator, & quasi alatus in vniuerso orbe currẽs, in corpore incorporea facere studens,

2.Cor. 5.c studens, clamabat dicẽs: Charitas dei detinet nos. Vide gratitudinem, vide omnis charitatis excellentiam, *συνέχει. Charitas *detinet nos: hoc est, compellit, cogit, constringit. Deinde volẽs interpretari qd̃ à se dictum, inquit: Iudicantes hoc, quoniã vnus pro omnibus mortuus est, vt & viuentes posthac non sibiipsis viuãt, sed illi qui pro eis mortuus est & resurrexit. Vidisti quòd iure dixit, quia detinet nos charitas Christi? Si em̃ pro nobis, inquit, omnibus mortuus est, propter hoc mortuus est, vt nos viuentes posthac non nobisipsis viuamus, sed ei qui pro nobis mortuus est & resurrexit. Audiamus igitur apostolicam admonitionem, & nõ nobisipsis viuamus, sed ei qui mortuus est, & resurrexit. Gala. 2.d Et quomodo, dicet quispiã, poterimus non nobisipsis viuere? Audi eum iterum dicẽtem: Viuo autem, non iam ego, viuit autem in me Christus: Vidisti quomodo super terram ambulãs, & carne circundatus, quasi cœlum inhabitans, & inter incorporeas virtutes conuersans afficiatur? Proinde alibi iterũ dicebat, Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum affectionibus & concupiscentiis. Hoc igitur est non sibiipsis viuere, sed ei qui pro nobis mortuus est, & resurrexit: quãdo quasi mortui sumus prẽsenti vitę, & ad nihil eorũ quæ vidẽtur respicimus. Nã idcirco dominus noster crucifixus est, vt hanc vitã pro illa cõmutemus, immo per hanc illam nobis negociemur. Prẽsens enim vita, si volumus esse sobrij & vigiles, ducit nos ad fruitionẽ vitæ æternæ: & poterimus, si parũ voluerimus vigilare, & aperire mẽtis oculũ, quietis illius semper apud nos meminisse, & ita prẽsentia præterire & superuolare, ad futura autẽ & semper durantia mẽtem intẽdere, sicut beatus ille qui nos erudiuit, dicẽs: Galat. 2.d Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij dei: qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me. Vide animam ignitam, vide mentem alatam, vide rationem incensam dei amore. Quòd enim, inquit, nũc viuo, in fide viuo. Non enim, inquit, putetis me facere aliquid huius vitæ causa. Nam licet carne vestitus sim, necessitatibus sq̃; carnis alligatus: in fide tamen viuo, quæ in Christum, despiciens omnia præsentia, & spe quæ in illum est, omnia prætercurrens, intentã in cœlum mentem hãbeo. Denique vt discas excellentiam amoris sui dicit: In fide viuo filij dei, qui me dilexit, & tradidit semetipsum propter me. Considera q̃ eminens gratitudo. Quid dicis ô beate Paule? paulo antè dicebas, Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro no- Rom. 8.f bis omnibus tradidit eum: & nunc dicis, Qui dilexit me: & vt propriũ vsurpas cõmune beneficiũ. Profectò, inquit: Nam licet pro omni hominum genere sacrificiũ oblatum sit, tamen propter amorem in eũ, id quod factũ est omnibus, proprium mihi facio. Ita & Psal. 17. & 117. & 142. prophetis mos est facere, & dicere: Deus deus meus, quãuis totĩ orbis sit deus. Sed peculiare hoc est amori, vt ex communibus propria faciat. Filij dei, inquit, qui dilexit me. Quid dicis? te solum dilexit? Omnem, inquit, hominum naturam dilexit, sed ego ei gratias debeo, quasi me solum dilexisset, & tradidisset semetipsum pro me solo. Quid igitur, pro te solo crucifixus Ioan. 12.c est? an non ipse dicit, Quando exaltatus fuero, traham ad me omnes? Nónne tu dixisti, quòd pro nobis omnibus tradidit semetipsum? Profecto, inquit, non loquor pugnantia, sed meum amorem ita solor. Iam vide iterũ & aliud, quid dictis illis nos docere velit. Cũ enim superius dixerit de patre, q̃ pro nobis omnibus Ephes. 5.a illum tradiderit: hîc dicit, Semetipsum tradidit: & illic quidem, vt concordiam indicet, & parem honorẽ patris & filij, Quia & alibi dicit: Factus pro nobis o- Phili. 2.b bediens vsque ad mortem: vbique dispensationem fideliter docet. Hîc autem verbum, tradidit, idem est quod seipsum posuit: vt indicet quòd voluntariè passionem susceperit, & non necessitate, neque vi, sed volens & sponte, vt totius humani generis salutem operaretur, crucem sustinuit. Qualem igitur vicissim gratiarum actionẽ exhibere poterimus, tam diuitem erga nos charitatem declaranti? Etiamsi animã ipsam impendamus pro suis legibus, & obseruatione mandatorum, quæ ab ipso sunt data: neque sic ad charitatis modum pertingere poterimus, quam erga nostrũ declarauit genus. Ipse enim deus existens, pro hominibus hoc subiit, & dominus pro seruis, & nõ pro seruis simpliciter, sed pro ingratis, & perpetuis inimicis. Et ipse prior in indignos, & toties lapsos tantam contulit beneficentiam. Nos autem, etiamsi nos facimus quęcunque facere poterimus, nihil magnũ faciemus, vt ei qui nos tantis beneficiis præuenit, aliquid repẽdamus. Nostra enim, si qua sequuntur, retributio quidem sunt & debitum: illius autem sunt gratia, & beneficia & largitionis magnitudo. Hæc igitur omnia cogitantes, diligamus Christum, sicut Paulus ipsum dilexit, nullam præsentium rationem habeamus, sed perpetuum eius amorẽ animæ nostrę insidentem seruemus. Ita enim & omnia quæ in hac vita sunt deridebimus, & terram quasi cœlum inhabitabimus, neque fœlici huius vitæ successu remissiores erim⁹, neq; aduerso & tristi consternabimur: sed omnibus prẽteritis, ad amabilem dominum nostrum hinc festinabimus, neque præsentia conturbabunt, neque dilationẽ grauatim feremus, sed nunc & nos sicut beatus ille dicemus, Quod nunc viuimus in carne, in fide viuimus Gala. 2.d filij dei, qui dilexit nos, & semetipsum tradidit pro nobis: vt & præsentem vitam absque mœrore perficiamus, & futuris bonis frui mereamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cũ quo patri & sancto spiritui gloria, imperium, honor nũc & semper & in secula seculorum, Amen.

Factum est autẽ in regno Amarphal regis Sennaar, Arioth rex Elasar, & Chodollogomor rex Delam & Tardal rex gentium gesserunt bellum cum rege Sodomorum.

Homilia XXXV.

NGens bonũ est dilecti, diuinarum scriptura- †lectio?
rum † peritia. Hæc enim facit animam optimis moribus prædita, hæc in cœlum mentẽ transfert, hęc gratitudinis studiosum reddit hominem. Hæc facit, ne ad aliquid præsentiũ respiciamus: sed vt perpetuò in alia vita mẽte nostra versemur, & ad domini mercedẽ respicientes, omnia operemur, alacritateq; magna virtutum labores aggrediamur. Ex ipsis discere licet dei celeriter succurrentis prouidentiam, iustorum fortitudinem, domini bonitatem, retributionum magnitudinem. Hinc possumus ad æmulationem & imitationẽ optimæ generosorum virorum vitæ excitari, vt non torpescamus in virtutis certaminibus: sed confidamus, etiam antequam eueniãt, diuinis promissionibus. Proinde magna diligentia diuinarũ scripturarum lectioni vacemus. Ita enim & scientiã assequemur, si ad ea quæ ibi sita sunt continuò accedamus. Neq; enim fieri potest, eũ qui in diuinis scripturis magno studio, feruẽtiq; desiderio vacat, †semper] negligi: sed licet desit nobis hominis mã- †vnquam gisterium, ipse dominus supernè corda nostra intrans illustrat

Universidad de Deusto Biblioteca

illustrat mentem, rationi iubar suum infundit, detegit occulta, doctorq; fit eorum quę ignoramus, tantum si nos quæ à nobis sunt afferre velimus. Non vocabitis enim, inquit, magistrū super terram. Quando igitur in manus spiritualē librum capimus, omni seculari cura repulsa, cogitationē nostram compescamus, & mentem ne distrahatur cohibentes, lectioni vacemus magna pietate & attentione, vt possimus à sancto spiritu ad scriptorū intelligentiam duci, & multum inde fructum percipere. Nā si Barbarus ille reginæ Aethiopū eunuchus, qui in tanta erat gloria, & curru vehebatur, illo tēpore lectionem nō negligebat: sed prophetam in manibus habēs, magnū lectioni adhibebat studiū, idq; nescius quid in libris cōtinerēt, & afferebat quicquid in se erat, nēpe studium, alacritatem, attentionē. (Cogita enim obsecro, quantum erat neque in itinere lectionē negligere, & præsertim sedentem in curru.) Audiant exemplum ij qui neque domi vt hoc faciāt, persuaderi possunt, sed putātes superuacuam esse horum lectionem, quia vel mulieri cohabitant, vel militiæ asscripti sunt, vel puerorū & seruorum aliorumq; negociorū agunt curam, non conuenire sibi opinantur q; diuinæ scripturæ lectioni incumbant. Ecce hic eunuchus & barbarus erat, quæ vtraq; ad reddendum negligentiorē sufficiebāt, & ad hæc dignitatis amplitudo, & opum abundantia. Adde q; & in itinere erat, & curru ferebatur. Hoc enim modo iter facienti non est facile lectioni esse attentum, immò valde molestū: attamē desiderium & ingens studiū omnia obstacula è medio auferens, in lectione retinebat. Vnde non dicebat ea, quæ nūc pleriq; dicunt: Nō intelligo ea quę scripta sunt, non possum intelligere profunditatē scripturarū. Quare frustra, & incassum laborem sustinerē? lego, & nō habeo qui manuducat. Nihil iis simile cogitabat ille, lingua quidē barbarus, mente autem philosophus: sed cogitans potius se non cōtemptum iri, sed superna gratia adiuuādum, modo quod suum erat pro viribus adferret, lectioni incumbebat. *Propterea benignus dominus ipsius videns desiderium, eum minime neglexit, neq; sua cura destituit, sed ꝓtinus ipsi doctorē misit. Tu autem expēde quomodo expectauerit vt ipse quæ ipsius erāt prius adferret, & tunc suū patefaceret auxilium. Cùm igitur omnia perfecta essent quæ ab illo fuerant exhibenda, deinceps angelus domini Philippo apparuit dicens, Surge & vade meridiem versus ad viam quæ descendit ab Hierusalē in Gazam. Hæc est deserta: & ecce, inquit, vir Aethiops præfectus Candaces reginæ Aethiopum, qui venerat adoraturus in Hierusalē: & ipse reuertebatur sedēs super currum suum, legebatq; Esaiam prophetā. Quàm accuratè nobis narrauit qui librū scripsit, dicens, Aethiops, vt q; barbarus esset cognosceremus: deīde ait, *Prefectus, quo nomine maximus dignitatis honor significatur. qui venerat, inquit, adoraturus in Hierusalem. Vide etiā peregrinationis illius causam idoneam quę animi ipsius pietatē declaret: expēde enim quantū itineris susceperit vt dominum adoraret. tūc enim adhuc diuinū cultum arbitrabantur vno loco cōcludi: ideoq; lōgo peracto itinere, illic suas preces fundebāt: propterea & iste eò venerat vbi templum erat & cultus Iudaicus, vt adorationem dño persolueret. Et posteaquā quod cupiebat impleuisset, reuertēs, inquit & in curru suo sedēs legebat. Deinde cùm accessisset Philippus, dixit ad illū: Intelligisne quæ legis? (Vides animū diligentem ac solicitum, lectioni etiam illi quā

Mat. 23. a

Acto. 8. e

* Ista ad textū vsque proximū hactenus desiderata nunc ex regiæ bibliotheca Græco codice huc fuerunt trāslata.

Acto. 8. e

* δυνάστης, id est, præfectus, primas, præpotens, optimas.

A non intelligeret, incūbentem, & doctorem qui ipsum instrueret requirentē?) ac statim per interrogationem illius excitat affectū. q; enim dignus esset qui doctoris opera in lectione reconditorū intelligentiam consequeretur, ipsa viri respōsio declarat. Cùm enim *apostolus veste vili indut⁹ accessisset, ac rogasset, num quę legebat intelligeret, nō ægrè tulit nec indignatus est, neq; se contumelia affici existimauit, quod plerisque insulsis accidit, quos pudet ignorantiā suam cōfiteri, & ab iis discere qui docere valeant: & frequenter malunt in perpetua versari ignorantia. At huic nihil tale euenit, sed piam depromit responsionē animi sui statū declarans, aitq;, Quínam enim possim, nisi quis mihi ostēderit? nec verbis tantū māsuetè respōdit ac postea discessit, sed rursus morū suorum virtutē nobis demonstrans ista locutus prefectus ille, barbarus, curru B vectus, eum qui vilis videbatur, & ex vestitu facile cōtemptibilis: rogauit vt ascenderet ac secū sederet. Vides animi promptitudinē, vides pium barbari animū, quomodo sapientis cuiusdā dictum illud impleuerit, Si videris virū prudentem, mane surge ad eum, & gradus ostiorum illius deterat pes tuus. Vides qui meritò non sit neglectus, vides quî meritò supernā sit cōsecutus prouidentiam? Vides vt nihil omiserit quę ab ipso adferri conueniebat? propterea deinceps doctorem nactus, eorum vim quæ proposita erant accuratè discebat & animo illuminabatur. Videtis quātum sit commodi attentè & studiosè diuinas scripturas legere? Propterea enim & hāc de barbaro historiā in medium vobis produxi, vt ne quenquam nostrum puderet imitatorem fieri Aethiopis eunuchi, eius qui ne in profectione quidem lectionem neglexerit. Idoneus C enim est barbarus iste qui nobis omnibus doctor fiat: tum priuatam vitā sectantibus, tum militię adscriptis, tum dignitate & honore præditis, &, vt in summa dicam, omnibus non viris solum sed & mulieribus, vt quæ assiduè domi versentur, quinetiam iis doctor fuerit qui monasticam vitam delegerūt, vt discant nullum esse tempus ad diuinorum eloquiorum lectionē incommodum: sed fieri posse vt non solum domi, verumetiam in foro versantes, & iter faciētes, & in multorum cœtu agentes, ac variis negociis impliciti, horum studio teneamur, vt quæ à nobis præstanda sunt conferentes, citò directorem adipiscamur. Dominus enim videns nostrum ad res spirituales affectum, non negliget, sed cœlitus illustrationem præbebit, ac nostrum illuminabit animum. Ne igitur, obsecro, scripturarum lectionem negligamus. verùm siue D contentorum vim intelligamus, siue ignoremus, illa continuo adeamus. assidua enim meditatio memoriam efficit indelebilem. & non raro euenit vt quod hodie inuenire non potuimus legentes, hoc rursum postero die aggredientes, repēte & cumulate inueniamus: deo videlicet pro sua clementia occulte mentem nostram illustrante. Cæterum ista ad assiduam diuinarum scripturarum lectionem suscipiendam diximus. Sed vt discatis quòd in aliis etiam omnibus hoc dominus facere consueuerit, vt cùm quæ à nobis sunt contulerimus, ipse sua abūde suppeditet: & quod in scripturarū lectione fecit multa cum celeritate misso ad barbarum doctore, hoc & in iis qui virtutem exercere volūt efficiat, audi quę dicūtur. Verùm vt manifestior nobis iste sermo reddatur, consentaneum fuerit rursum quæ ad patriarcham attinent in medium adducere, & quæ heri dicta subsequuntur, nunc assumere.

Cognouistis

* Nonnulli putāt hūc Philippū, apostolum fuisse, alij diaconum fuisse asseuerant.

Eccli. 6. d

Cognouistis eñ ex iam dictis, quomodo maximæ illius humilitatis erga Loth exhibitæ qua illi potioribus partibus cessit magnā à deo retributionē sit consecutus, & ꝓmissionē acceperat longe ipsius facta superantē. Videamus autē deinceps etiam ex hodie lectis rursum ipsius iusti virtutē: vt ita ꝓcedentes discamus ineffabilem dei erga illū ꝓuidentiam. Nos enim oēs per patriarchæ philosophiā docēs sinit ipsum per singula tēpora prius demōstrare animi sui pietatem, & tunc suā adfert cōpensationem, vt & nos ad patriarchæ imitationē studiosè adnitamur prius virtutis labores capessere, atq; ita ab ipso retributionis vicem expectare. Sed tempus est vt quæ hodie lecta sunt vobis proponā: ea eñ vix interpretatione opus habent. Nā vel ipsa lectio excellentē iusti virtutē satis monstrare potest. *Factum est autē*, inquit, *in regno Amarphal regis Sennaar, Arioch rex Elasar, & Chodollogomor rex Aelā, & Thargal rex gentium fecerunt bellū cum Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomorrhæ, & cum Sennaar rege Adama, & cum Symor rege Seboim, & rege Balak, ipsa est Segor. Omnes ij conspirauerunt in Valle Salsa, quæ nunc est mare salis.* Vide scripturæ diligentiā, quomodo nomina etiam regū & nationū cōmemorauerit, non sine causa, sed vt ex horū appellatione discas barbarorum istorū animum. Isti eñ, inquit, bellū gesserunt aduersus Sodomorū regē & reliquos. Deinde belli causam etiā docet vnde principiū habuerit, dicens. *Duodecim annis seruierūt Chodollogomor, tertio aūt decimo anno desciuerunt. Quarto autē & decimo anno venit Chodollogomor, & reges qui cum eo erant, & trucidarūt gigantes in Astaroth, & Carnain, & gentes fortes vnà cū ipsis & Emmæos, qui erant in Saue ciuitate: & Chorræos, qui erant in mōtibus Seir, vsque ad Therebinthū Pharan, quæ est in eremo. Et reuersi venerunt ad fontē iudicij, ipsa est Cades, & occiderūt omnes principes Amalek, & Amorrhæos, & habitantes in Asosonthamar.* Ne prætereamus obiter dilecti, quę dicta sunt, neq; putemus inutilem esse narrationē. Dedita enim opera diuina scriptura diligēter omnia nobis narrat, vt discamus quantū fuerit robur, & quanta potētia barbarorum, & quāto impetu in bellū venerint, qui & gigantes, hoc est proceros & fortes corpore debellarīt, omnesq; gentes in fugā verterint. Nam sicut torrens, qui valde excurrit & inundat, omnia secum rapit, & perdit: ita & barbari illi inuaserunt omnes gentes, & omnes prorsus perdiderūt, ita vt & principes Amalechitarū, & alios omnes in fugā verterint. Et fortè dixerit quispiā: Et quæ vtilitas, scire barbarorum robur? Non temere, neq; frustra narratiōi talia immiscuit scriptura diuina. Alioqui neq; vos, vt eorum memores essetis inhortaremur: sed vt discatis & excellentē dei potentiam, & patriarchæ virtutem: id quod procedēdo docebimus. Contra illos igitur, qui tanto robore prædi ti erant, & tot gentes in fugā verterant, *Egressus est*, inquit, *in prælīu rex Sodomorū & Gomorrhæ, & rex Adama, & rex Seboim, & rex Balak, ipsa est Segor: & direxerūt aciem in prælīu, in Valle Salsa, cōtra Chodollogomor & Thargal regē gentium, & Amarphal regem Sennaar, & Arioch regē Elasar. Quatuor reges contra quinque. Vallis autem Salsa, putei, putei bituminis.* Deinde vt discamus quomodo cōfracto eorū robore, & cōsternata magnanimitate, in fugam versi sunt, inquit, *Et fugit rex Sodomorū & Gomorrhæ, & ceciderunt illic vbi fontes erant: qui autem reliqui, fugerunt in montana.* Vidisti quāto robore pollebant isti viri, quomodo hostes suos etiā aspectu suo terruerunt & in fugā verterunt? Vide cōsequenter quomodo illis fugam

A ineuntibus, isti ablatis omnibus quę illorū erāt, redierunt. *Acceperūt autē*, inquit, *omnes equos Sodomorū & Gomorrhæ, & omnes cōmeatus eorū, & abierūt. Acceperūt quoque & Loth filiū fratris Abræ, & supellectilē eius, & abierūt. Habitabat enim in Sodomis.* Ecce id quod heri dicebā, id nūc euenit: nihil enim profuit Lotho quod potiora elegerit, sed re ipsa didicit, priores partes non appetere. Nā ex hoc non solū nihil vtilitatis ei accreuit, sed ecce captiuus etiā abductus est, & didicit re ipsa quòd multo satius ei fuisset vti consuetudine iusti, q̃ separatū, & in libertate viuentē in tam multas calamitates incidere. Ecce enim vt diuisus est à iusto, & putabat se in maiori esse libertate, & potiora se assequutum & abundare, repentè factus est seruus, carens domo, carēs & foco: vt discas quantū malū sit diuisio, & quantum bonū concordia: & q; conuenit non maiora B temerè capessere, sed potius minoribus cōtentum esse. Tulerūt, inquit, Loth, & sarcinas eius. Quanto melius erat eum cum patriarcha viuere, & omnia ferre, vt ne cōcordia solueretur: quàm separatū, & electis potioribus, in tanta repentè pericula incidere, & in barbarorū venire potestatem? *Venit autem quidam*, inquit, *ex iis qui seruati erant, & nunciauit Abræ transitori. Ipse autem habitabat iuxta quercū Mambre, Omori fratris Eschol, & fratris Aunan, qui erant coniurati Abræ.* Quomodo tantum bellū cōflatum ignorauit patriarcha? Fortassis magna distantia aberat, & ideo ignorauit. Adueniens autem quidā annunciauit Abræ transitori. Hoc dicit, vt nos memores faciat quomodo ex Chaldæa exierit. Nam quia trans Euphratem domiciliū habuerat, dictus est *transfluuialis, vel transitor. Et antea etiā ab initio parentes ei hoc nomē indiderant, iam antea C significantes eum inde migraturū. Vocatus enim est Abrā, quia migraturus erat trans Euphratem, & in Palæstinā venturus. Attende quomodo & parētes eius, licet infideles forent, ductu potentissimæ sapientiæ dei nomen puero imposuerūt, sicut & Lamech suo Noë, Est enim & hoc diuinæ misericordię, futura per infideles dicere. Adueniens itaq; quidā, inquit, nunciauit transitori quæ acciderant, captiuitatem videlicet filij fratris, & regum illorum magnam potentiam, Sodomorumq; populationem, & fœdā fugam. Ipse autem, inquit, habitabat iuxta quercū Mambre, Omori fratris Eschol, & Aunan, qui erant coniurati Abrę. Iam fortè hîc aliquis interrogauerit: Quare cùm effugerint Sodomitę alij, iustus Loth in captiuitatē abducitur? Non simpliciter hoc, neque frustra: sed vt discas his euentibus & patriarchæ virtutem, & quòd propter ipsum D seruantur & alij, & vt erudiaris primatum non appetere, sed maioribus cedere. Audiamus igitur consequēter quę sequuntur, vt discamus & iusti virtutem, & indicibile subsidium dei. Verùm diligenter dictis auscultate, mentéque recolligite. Multum enim lucrifacere hîc poterimus, & ex his quæ Loth euenerūt discere, nunquam ægreferendum, siquando iusti incidant in tentationes, improbi verò & mali euadant: neque vllo modo prima quęrenda, neq; aliquid iustorum familiaritati & conuictui præferendum: & seruitutē apud bonos viros, libertate apud malos vtiliorē habēdam. Et interim discamus & patriarchæ insignem tolerantiam, propensum in Loth amorem & beneuolētiam, fortitudinis magnitudinem, opum contemptum, ineffabilem diuini erga illum adiutorij virtutem. *Nam vt audiuit*, inquit, *Abram, quòd captus esset Loth fratris sui filius, numerauit proprios vernaculos suos trecētos decē & octo, & perse-*

* περάτης

Universidad de Deusto Biblioteca

& persequutus est illos vsque Dan, & irruit super eos nocte ipse & pueri eius, & percussit eos, & persequut⁹ est eos vsq; Chobã, quæ est in sinistra Damasci. Et reduxit omnẽ equitatum Sodomorũ. Et Loth filiũ fratris sui reduxit, & substantiã eius, & populũ, & mulieres. Considera hîc dilecte magnanimitatẽ & fortitudinẽ iusti, quomodo bene fisus misericordię dei nõ perculsus est animo, cùm audisset virorũ fortitudinẽ, & stragẽ quã fecerant, primùm in omnes gentes irruptione facta, debellatísq; Amalechitis & cęteris omnibus. Deinde ꝙ irruerint in Sodomos, & in fugã ipsos verterint, omnẽq; eorũ diripuerint substantiam. Et idcirco superius hæc omnia narrauit nobis scriptura, & qualia sua virtute strenuè gesserũt, vt scias ꝙ non corporali robore eos deuicerit patriarcha, sed sua in deum fide, & superno præsidio adiutus omnia illa gesserit, non arma mouerit, nec tela, nec lãceas, nec arcus intenderit, nec scuta obiecerit, sed solum cũ vernaculis. Dixerit aliquis, Et quate numerauit trecentos decẽ ac octo vernaculos? vt scias quod non vniuersos assumpsit, sed vernaculos, & qui cum Loth educati erãt, vt vltionẽ sponte & beneuolè facerent, vtpote serui pro suo dño certãtes. Et vide obsecro mirã dei potentiã, quanta velocitate contigit victoria. Irruit enim, inquit, super illos nocte, ipse & serui eius, & percussit eos, & persequutus est eos. Erat eñ manus superna, quæ adiuuabat & commilitabat. Et ideo neque armis, neq; machinis opus habebant: sed tantum vt comparuit cum famulis, & alios quidem percussit, alios autem fugam inire fecit, & vtrunque impauidè, cũ nullus esset qui obturbaret, & tã equos regis Sodomorum reduxit, quàm Loth fratris sui filium, & omnes eius substãtias & mulieres. Vides quare aliis fuga elabentibus, permissus sit Loth in captiuitatem venire? nempe vt & patriarchę virtus clarescceret, & ꝑpter ipsum alij multi salutẽ assequerẽtur. Rediit autem magno & præclaro triumpho insignis, cũ Loth equos, & mulieres, & cæteras substantias reducens, & clara ac plena voce prędicans, tubáque vocalius clamans, quòd nõ humana virtute, neque corporali robore & illos fugarit, & victor euaserit: sed superna manu faciente omnia. Vidisti per omnia iustũ clariorẽ fieri, & quotidie magis declarari dei erga eũ prouidentiã? Vide consequenter, quomodo studet vt Sodomitis diuini cultus doctor fiat. *Dicit enim: Egressus est rex Sodomorum in occursum ei, postquã reuersus est à strage Chodollogomor, & regum qui cum illo.* Attende †quanta sit virtus aliquem diuino frui adiutorio.] Rex peregrino & seni in occursum egreditur, & omnem honorẽ impẽdit. Iam enim didicerat ꝙ nihil prosit regnũ ei, qui superno auxilio destitutus: & quòd nihil potentius sit eo qui manu dei adiuuatur. *Et Melchisedek rex Salẽ protulit panes & vinum. Erat autem sacerdos dei altissimi.* Quid vult hæc obseruatio rex Salem, & sacerdos dei altissimi? Illũ enim nobis & beatus Paulus scribens ad eos qui ex Hebræis crediderant, cùm in medium adduxisset, & nomẽ eius tractaret, ciuitatẽ simul interpretatur cum significatione nominis eius, vsus etymologia quadam: Melchisedek rex iustitiæ. Nam iuxta Hebraicã linguã, Melchi regnũ significat: & sedek, iustitiã. Et cùm ad nomen ciuitatis venit, rex pacis, inquit. Salẽ eñ idem quod pax est. Sacerdos autẽ erat, fortè à semetipso ordinatus: sic eñ tunc erant sacerdotes: vel ꝙ quia ætate prouectior erat, à suis colebatur: vel ꝙ & ipse sacrificare studuit, sicut & Noë, Abel, Abram, quando sacrificia obtulerunt. Alioquin & typus Christi futurus erat, vnde & Paulus ipsum extollens, sic dicit: Absque patre, absque matre, absque genealogia, neq; initiũ dierũ, neque vitæ finẽ habens: assimilatus autẽ filio dei, manet sacerdos in perpetuũ. Et quomodo, dicis, possibile est hominem absq; patre & matre & genealogia esse, & non habere vel initiũ, vel finẽ vitæ? Audisti, ꝙ figura fuit: ne ergo admirare, neque omnia require in typo. Neque eñ typus esset, si omnia quæ veritati accidunt, haberentur. Quid igitur est quod ibi dicitur? Igitur sicut ille, inquit, eo ꝙ non fit memoria eorum qui genuerunt, dicitur sine patre & sine matre: & quia non recensetur eius genealogia, dicitur sine genealogia: ita & Christus, quia nõ habet vel in cœlo matrẽ, vel in terra patrem, absque genealogia dicitur. Et vide ꝑpter honorem in patriarchã collatũ, quomodo sacramẽtũ insinuatur. Extulit enim illi panem & vinum. Videns typũ, cogita oro & veritatẽ, & admirare diuinarũ scripturarũ accuratã diligentiam, quomodo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. *Et benedixit,* inquit, *Abramum, & dixit: Benedictus Abrã deo altissimo, qui condidit cœlum & terrã: & benedictus deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos in manus tuas.* Non solũ ipsum benedixit, sed & deũ glorificauit. Vt dixit enim, Benedictus Abram deo altissimo, qui condidit cœlũ & terrã, & à creaturis virtutẽ dei nobis declarat. Si eñ deus est ille qui ꝓduxit cœlũ & terrã, non sunt iam dij qui ab hominibus coluntur. Dij enim, inquit, qui cœlum & terrã non fecerunt, pereant. Benedictus, inquit, deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas. Vide oro, quomodo nõ solum iustũ prædicat, sed & dei præsidiũ agnoscit. Neque enim absque illius gratia potuisset tanta potentia munitos vincere. Qui tradidit, inquit, ipse est qui totũ operatus est, ipse est qui fortes fecit infirmos, ipse est qui per inermes armatos deiecit: ab eo est gratia, quæ tantã tibi virtutẽ cõcessit, qui tradidit, inquit, inimicos tuos in manus tuas. Vides quomodo ostendit ipsius concordiam, & propensum amorẽ in Loth, ꝙ pro suis propriis inimicis istos habuit, propter ea quæ in fratris filium fecerant? Et dedit ei, inquit, decimas de omnibus. Hoc & Paulus dicit. Considerate autem quantus ille, cui decimas Abram dedit de primitiis patriarcha, * videlicet ex spoliis quæ adduxit, remunerauit Melchisedecem & decimas ei segregauit de omnibus quæ attulit. Per hoc doctor factus omnibus, vt declarantes gratitudinem, primitias eorũ quæ sibi à deo conceduntur, offerant. Post hæc Sodomorũ rex patriarchæ magnanimitatem obstupescens, dicit ei: *Da mihi viros, equitatum autem tolle tibi.* Honesta regis gratitudo, sed vide & optimos mores iusti. *Dixit autẽ Abram regi Sodomorum: Extendam manum meã ad deum altissimum, qui fecit cœlũ & terrã, si à funiculo vsque sphæroterẽ calceamenti accipiã de omnibus tuis: vt ne dicas, Ego ditaui Abram.* Magna patriarchæ in cõtẽnendis diuitiis virtus, & cuius gratia abiurat & dicit: Extendã manũ meã ad deũ altissimum, qui fecit cœlũ & terrã? Duo simul docere vult Sodomorum regem, & id quod præstantius erat iis quæ in ei offerebantur. Nam & vitæ honestæ formã indicauit, & pietatis doctor ei fieri studet, quasi docens eum. Illum tibi testem adhibeo, quòd nihil tuarum rerum accipiã, illum qui omniũ est conditor, vt scire possis deũ omniũ, & ne credas esse deos ea quæ ab hominũ manibus fabricantur. Ille eñ cœli & terrę conditor, ille & nobis in hoc bello victorię & triũphi autor.

†quãti sit virtus, et quod aliquis diuino fruatur auxilio.

Heb.7.a.

Hier.10.b.

Heb.7.a.

* Δηλῶν ὅτι. i. declarãs quòd, interpres legit Δῆλον ὅτι.

autor. Ne igitur expectes me permissurũ, vt mihi des quippiã. Neq; eñ mercedis gratia vindictã feci, sed primùm ob amoris affectũ quem erga fratris mei filiũ gero: deinde & propter ipsius iustitiæ officium, vt è barbarorũ manibus eriperẽ iniustè abductos. Si à funiculo, inquit, vsque ad sphæroterẽ calcei accipiam de tuis omnibus: hoc est, nihil tam vile, nec tam contemptibile existimatũ quod accipiam. Nam sphæroterẽ solent vocare apicẽ calcei qui in acumen desinit: quo calceorũ genere barbari consueuerunt vti. Exin & causam, quare accipere detrectet, dicit: Vt ne dicas, Ego locupletaui Abram. Habeo deũ, qui innumera mihi suppeditet bona, supernę gratię innitor: nõ opus mihi diuitiis tuis, non indigeo humanis facultatibus, contentus sum dei in me beneficentia. Scio illius largitatem. Paucis & vilibus cessi meo Loth, magnas & ineffabiles ꝓmissiones assequutus sum, & nunc maiorum diuitiarũ negociatio mihi est, & maiorẽ eius gratiã mihi cõcilio, quare opes tuas nõ accipio. Ideo autem opinor & iuramentũ adhibuit, & dixit: Extendã manum meã ad deũ altissimum, vt ne putet eũ ita simulare, vt probabile est sæpe contingere: sed vt sciat hoc ita planè decretũ apud Abram, vt ne vel minimũ quid inde sibi seligeret. Atq; ita implebat mãdatum illud, quod à Christo discipulis dictũ: Gratis accepistis, gratis date. Nõ eñ ego, inquit, aliud quid ad belli rem attuli, præterquã voluntatẽ & promptitudinem. Victoriã autẽ & triumphũ, ac cætera operatus est ille ineffabili virtute. Deinde vt ne putet rex ꝙ propter contemptum & despectionẽ, quæ ab eo dabantur nõ acciperet, dèclarans suã & in hoc humanitatẽ, & bene moratã mentem, inquit, *Non accipiam, exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione virorum qui mecum venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipient portionem.* Hos, inquit, permittã accipere portionem aliquam, quoniã ingentis amicitiæ specimen declararũt. Hi eñ erant, dicit, coniurati Abrę: hoc est, amicitia cõiuncti: quod ostendit, quia voluerunt periclitari cum eo. Vnde remunerare volens eos, facit vt partem aliquã accipiãt, Apostolicã legẽ etiã in hoc implens, quæ dicit: Dign⁹ est operarius alimento suo. Nihil eñ vltra vsum suũ accipere permittit. Dicit enim: Exceptis iis quæ comederunt iuuenes, & portione eorũ qui mecũ venerunt Eschol, Aunan, Mambre, ij accipiẽt portionem. Vidisti euidentẽ patriarchę virtutẽ, quomodo & philosophiã exercuerit, opes contemnendo, & modestiã præ se ferendo, vt nihil per arrogantiã & contemptũ facere videatur, neque è victoria superbiat? Talem imitemur & nos, obsecro, & operam demus, vt inuictos nos custodiamus, & neq; prætextu virtutis arrogantes, vanam gloriã quæramus, neq; prætextu modestiæ virtutem negligamus: sed vbique modum seruemus, & bonis operibus nostris humilitatem, quasi fundamentũ & basim substruamus: vt securè virtutes superextruere valeamus. Virtus enim non est, nisi cõiunctam habeat humilitatẽ. Qui hoc fundamentũ rectè iecerit, poterit in quantã voluerit altitudinẽ structuram excitare. Hæc maxima est munitio, hæc murus inconcussus, hæc inexpugnabilis turris, hęc omne continet ædificiũ, non sinẽs ipsum vel à ventorũ violẽtia, vel ab imbriũ impetu, vel à spirituũ vi deiici: sed omnibus insidiis inaccessum facit & inuictum, quasi ex adamante constructũ esset, magnásq; nobis diuinæ largitatis retributiones affert. Per hanc & patriarcha tantarũ promissionũ accepit magnitudinẽ. Scietis eñ, permittente deo, & ex iis quæ in contextu dicentur, quomodò nunc, vt contẽpsit ea quæ daturus erat Sodomorũ rex, magna & ineffabilia dei dona cõsequutus est. Per hanc non ille solum, sed & iusti omnes deo fuerũt grati: id quod, si fueritis diuinarũ scripturarũ lectionis studiosi, addiscere poteritis. Misericors eñ dominus quando nos videt despicere præsentia, etiã ipsa largius suppeditat, reponitq; plurima quibus olim fruemur. Videre hoc potes in diuitiis, in gloria huius vitæ, & in omnibus aliis temporalibus rebus. Despiciamus igitur præsentes diuitias, vt veras diuitias inuenire valeamus: despiciamus vanam hanc gloriam, vt vera illa & solida fruamur: despiciamus præsentem prosperitatem, vt præ ineffabilibus illis nihili faciamus præsentia, vt ad futura præmia excitari valeamus. Neq; enim possibile est vt qui præsentibus est mancipatus, ineffabilium bonorũ desideriũ concipiat vnquã. Sicut eñ lemæ quædã oculos opplentes, ita præsentium cupiditas intellectum obscurat, & nõ permittit videre quid oporteat facere. Cõtrà non est possibile, vt qui solida & immobilia illa bona amant, momẽtanea ista, & quæ anteaquam appareant marcescunt, concupiscant. Nã saucius amore diuino, & qui futurorũ desiderio tenetur, aliis oculis videt præsentiũ statum, & videt ꝙ omnis præsens vita figura est & deceptio, & à somniis nihil differt. Idcirco & beatus Paulus dicebat, scribẽs: Præterit figura mundi huius: monstrans ꝙ omnia humana in figura tantum sunt, & sicut vmbra & somniũ transeũt, nihil solidum, nihil verum habentia. Quomodo igitur non fuerit mẽs puerilis, ad vmbras spectãs, & de somniis superbiens, & alligata iis quæ paulò post præteribunt? Præterit enim, inquit, figura huius mundi. Itaque cum audieris ꝙ præterit, quid posthac amplius quæris? Quando audis, figura solũ sunt humana omnia, veritate destituta: quare voluntarius imposturam fers, & non cogitas q̃ sunt instabilia & mutabilia, & ea præteris: ad illa autem quæ semper durant, semper immobilia, semper stabilia, nullius vicissitudinis capacia, quare desiderium nõ transfers? Nã vt scias prudentiam doctoris orbis, vide quomodo alio loco iterum omnia præclara huius vitæ, nullius esse momenti demonstrare volens, quali vtitur dictione, dicens: Quæ eñ videntur, momentanea sunt, etiamsi diuitiarum abundantiã dicas, etiamsi gloriã, etiamsi claritudinẽ, etiamsi principatum, etiamsi potentiam, etiamsi regnum, etiamsi diademate redimitũ illum, etiamsi thronũ summũ: omnia hæc quæ videntur, in breue tempus dispensata, non admodum diuturnũ sui fructum nobis sinunt. Quæ igitur nos inquirere vis, si oĩa momentanea sunt? Illa, inquit, quæ nõ videntur, non hæc quæ videntur, sed ista ipsa quæ oculis corporalibus non spectantur. Et quis hoc consuleret, vt quæ videntur prætereantur, & quæ non videntur, inquirantur? Ipsa rerum, inquit, natura doceat nos. Nã hæc quidem licet videãtur, statim tamen præterfluũt: illa autem licet nunc ea videre non possimus, sunt tamen perpetua, continuò durant, terminum nesciunt, finem non accipiunt, vicissitudinem ignorant, stabilia & immobilia sunt. Fortassis tandem & molestus esse videor, quotidie frustra consulens. Sed quid faciam? magnum malitiæ damnum est, magna pecuniarum tyrannis, magna virtutum raritas. Et idcirco vellem admonitione continua morbum vincere, & incolumitati integræ huc conuenientes restituere. Eã ob rem

Mat.10.a

Luc.10.b.

1.Cor.7.f.

2.Cor.4.d.

Universidad de Deusto Biblioteca

ob rem & scripturas enarrandi tantum nobis est stu-
dium, & iustorum vires in medium afferimus:nec pi-
get eadem sæpius repetere,vt per omnia vos induce-
re ad æmulationẽ iustorum valeamus. Saltem vel tã-
dem salutis nostræ curam faciamus, & bene vtamur
statuto huius vitæ tempore nobis dato:& dum adhuc
tempus est,ad pœnitentiã & lapsuũ correctionẽ festi-
nemus, & pecuniarũ abundantiã in animarũ nostra-
rum salutem expẽdamus, superfluáque indigentibus
insumamus. Quare enim,dic mihi, permittis † filium
aurum & argentũ prodigere,] quæ oportebat in pau-
perum vẽtres euacuare, reponẽdo in tutũ promptua-
rium,vt tẽpore quo maximè opus habes, eorum ad-
iutorio cõsolationẽ inuenias:& qui à te hîc pasti sunt,
alibi fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in æ-
terna sua tabernacula? Vestes quoque non sinamus à
vermibus rodi, & absque vsu in arculis putrescere,
cùm tot sint qui indigeant,& obambulent nudi: sed
pluris æstimemus nudũ Christũ q̃ tineas, & indua-
mus eum qui ꝓpter nostrã salutem nudus obambula-
re vult,vt cũ ipsum induerimus, audiamus in die illo:
Nudus eram,& me vestiistis. Num onerosa sunt prę-
cepta?num molesta?Ea quæ pereũt,inquit, quæ à ver-
mibus arroduntur, quæ absque vsu & frustra consu-
muntur, hæc dispensa, vt tibi fiant vtilia:vt & detri-
mẽti damnũ effugias,& ex ipsis lucrum maximũ tibi
pares. Excellẽtis eñ & magnæ inhumanitatis est post
tot spirituales admonitiones,arculis&muris include-
re superflua,& non illis subleuare proximorũ inopiã:
sed sinere à rubigine & tinea potius corrumpi,& ante
prædonum iacere manus, & ꝓpter illa suppliciis po-
tius plecti,quàm vbi rectè dispeusaueris, pro eis remu
nerationem accipere. Obsecro,ne simus tam negli-
gentes salutis nostræ,sed expensis in pauperes super-
fluis, magnam nobis fiduciam antea reponamus: vt
ineffabilibus olim bonis frui mereamur,gratia & mi-
sericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre&
sancto & viuificatore spiritu gloria,imperium,honor,
nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

† à rubigine aurũ et argẽtũ cõsumi] ἰῷ, i. rubigine vel ærugine, interpres legit υἱῷ, id est, à filio.

Mat. 25. d

Post hæc autem verba factus est sermo domini ad Abram per visionem noctis: dicens. Ne timeas Abram,ego protector tuus sum,merces tua multa erit valde.

Homilia XXXVI.

THesauro cupiã assimilatur iustorum virtus,
in quo plurimæ & ineffabiles diuitiæ con-
tinentur. Nam sicut qui ex illo vel paruam
quandam partem capere potest, breui sibi copiam
rerum quanta satis est, parat: ita euenire & in virtuti-
bus patriarchæ, videre quis potest. Ecce ferè quoti-
die ex historia eius proposita vobis doctrina, magna
largitate conuiuiũ præbemus, & hucusq; nondũ par-
uam bonorũ illius operum partem enarrare potui-
mus,tantis abundat virtutibus. Et sicut à fonte largis
fluente riuis,etiãsi omnes hauriãt,non solum non im-
minuuntur è fonte scaturientia: sed quãto plures sunt
qui inde hauriant, tanto magis aquarum natura sca-
turit:Ita etiã in patriarcha nostro fieri videmus. Quot
enim à tempore quo fuit, vsque in præsens ex fonte
bonorum illius operum hauriunt: & non solum non
euacuarunt flumina, sed tanto abundantior est scatu-
rigo bonorum operum. Narrationẽ eñ de illo in di-
uina scriptura,quasi catenam auream inuenimus cõ-
textam. Et omni tempore primùm quidẽ ipse præ se
fert optimè moratam vitam, statim autẽ subsequitur
diuina remuneratio. Et vt discatis ꝙ ita se res habeat,

A operępreciũ fuerit breuiter vobis†enarrare quę supe-
rius dicta,] vt sciatis eximiã iusti fidẽ,quã in promis-
sionibus diuinis declarauit,& liberales dei retributio-
nes,quas ei misericors deus reddidit. Sufficit eñ vnus
ille iustus,vt omnes nos erudiat,vt alacriter aggredia-
mur virtutis certamina, cõfidentes supernis remune-
rationibus,& scientes misericordis dei nostri libera-
litatẽ,& vt suscipiamus omnia magna facilitate, quæ
dura & ardua in hac vita videntur, spe remunera-
tionũ nutriti. Attẽdite itaque obsecro, quomodo ab
initio,†quando à*sua domo,vt vocant,quæ sua erant
obtulit,ex scientia quæ in natura nostra sita est,]nullũ
externũ sortitus doctorem: sed & ab infidelibus pa-
rentibus educatus,diuinam illustrationem acceperit.
Quia non prima ætate sequutus est errorem paternũ,
sed pietatem diuini cultus seruauit,ideo supernã visi-
B tationẽ statim obtinuit, adhuc in Chaldæa existens:
& hoc nobis beatus Stephanus exponit manifestius,
sic dicens:Deus gloriæ visus est patri nostro Abrahã,
cùm adhuc esset in Mesopotamia,priusquã habitaret
in Charran. Vidisti quomodo eum inde visio euoca-
uit? Verisimile enim, quòd cum sedula in deũ pietate,
eximiam quoq; parentibus reuerentiam exhibuerit:
tantóque amore parẽtes sibi conciliauerit, vt inde ad
relinquendũ amore filij suã patriam, & ad quærendũ
alienã moti sint. At diligẽter vide obsecro,quomodo
& hæc quæ à deo fuit ob priorem virtutem eius visi-
tatio,iterum clariorem ipsum reddidit. Elegit eñ pa-
ternam regionem relinquere,& alienã inhabitare, vt
præceptũ dei perficeret: & paratus erat etiam absq;
familiaribus,vt mihi videtur, peregrinus fieri: sed vt
dixi,viri virtus,& insignis erga parẽtes pietas, effecit,
C vt pater comes fieret itineris. Deinde occupata Char
ran, postquã illic tabernaculũ fixerunt,& morte fun-
ctus est Thara (hoc enim patri eius nomen erat)iterũ
præceptũ est ei à deo,vt exiret inde. Egredere eñ,in-
quit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo
patris tui,& veni in terram,quã monstrauero tibi. Nã
postquam cũ tota domo in Charran migrarunt, pro-
pterea illic imperãs ei vt egrederetur,addidit de terra
& cognatione tua:manifestans ꝙ ipsum solum per se
vult peregrinationẽ suscipere, neq; fratrem, Nachor
dico,neque alium quenquã secũ trahere. De terra au-
tem tua dicebat, quia non paruo tempore ibi habita-
rant,& quasi in propria patria illic habebant domici-
lium. Et cùm in lugẽdo parente maximè foret occu-
patus,essẽntq; difficultates aliæ multæ,tunc præceptũ
peregrinãdi magna perfecit alacritate, ídq; ignorans
D vbinã futurus errandi finis. Veni eñ,inquit, nõ in hãc
vel illam terrã,sed in eã, quã monstrauero tibi. Nihi-
lominus licet indefinitũ esset mandatũ,omissa curio-
siore percontatioae,imperatũ faciebat. Porrò & fra-
tris filio assumpto,suam demõstrauit virtutem:quem,
quia iuuenem acceperat, paulatim suæ virtutis imita-
torem effecit. Vnde eum relinquere noluit, sed pere-
grinationis socium fecit. Quasi diceret: Si pater qui
infidelis fuit,ob suum in me amorem, domum pater-
nam,in qua nati sumus & adoleuimus, relinquere, &
me comitari voluit, vitáq; in aliena terra defunctus
est:multo magis ego fratris filium,iuuenẽ indole sua
pollicentem paulatim virtutis incrementa, non per-
miserim hîc relinqui. Itaq; monstrans modis omnib⁹
suam religionem,etiam istam peregrinationem fecit.
Postquam autẽ in Palęstinam venit, & Chananæo-
rũ fines intrauit,apparuit ei deus,volens eius alacrita-
tem

† tres eius recensere,

*† postquã domi sibi nata indole & insita natura nostra scientia, benevsus est * πρὸς τῷ οἴκῳ.*

Act. 7. a

tem cõfirmare,&manũ porrigere:dicit ei,Semini tuo
dabo terrã hãc, eo ꝙ filios sibi succedere valde opta-
bat,ac desiderabat:istud etiã statim ꝓmittit,retribuẽs
tantis laboribus mercedẽ. Quoniã eñ natura infœ-
cundus erat,& ætas quoq; ꝓuectior, ne sibi quid pol-
liceri posset, faciebat, ꝓmissione deus excitat & eri-
git athletam, & alacrẽ fieri & reiuuenescere facit ad-
uersus sequentia certamina. Proinde vide quomodo
post hãc ꝓmissionẽ iustus aliud certamẽ aggreditur.
Inualescẽte eñ fame,& Chananęa magnis pressa ne-
cessitatibus & angustiis,in Aegyptum cõtendit, fami
illic mitigationẽ quęrens,maioribus sese periculis in-
uoluit. Vxoris eñ venustas & pulchritudo mortem ei
quasi ante oculos mõstrabat. Ideo cũ iam in cõfiniis
esset Aegypti,ingressur⁹ dixit vxori. Scio ꝙ mulier for
mosa sis,scio tuæ pulchritudinis speciẽ, & timeo Ae-
gyptiorũ intemperantiã. Nã si te viderint,& cogno-
uerint ꝙ vti vxorẽ te mecum ducam:te quidẽ in vita
asseruabunt,vt sui furoris impetũ opere cõpleant:me
autẽ occidẽt, quò liceat eis impauidè suã libidinẽ ex-
plere,vt nemo sit qui adulterium eorum prodat. Dic
igitur,Soror illius sum. Vide adamantinã animã,vide
mentẽ ferro solidiorẽ: non turbauit eius mentẽ cala-
mitas quã expectabat. Non cogitabat, neq; dicebat
intra semetipsum:Ideóne ꝓpria relicta patria tantam
præ me tuli obedientiam,inque alienã veni terram,vt
hisce malis implicarer? Nónne paulò antea promisit
mihi:Semini tuo dabo terrã hanc? En & adulterij &
mortis timor mentẽ meã concutit. Sed nihil horum
neq; in mentem accipere dignatus est. Vnum ei dun-
taxat curæ erat,quomodo miseram hanc fabulam ita
ageret, duobus hinc inde periculis vrgentibus,vt vel
vnum saltem effugere posset. Igitur postquã ipse quæ
sua erant attulit,consilio videlicet vtens & animi for-
titudine:mulier quoq; singularẽ erga virum affectio-
nem & obedientiã declarãs,cooperata est, & his quæ
decreuerãt ministrauit. Vbi igitur quod suũ erat per-
fecerunt, cúmq; iam iuxta humanũ morem despera-
retur,& ferè opere cõpleta fuisset Aegyptiorum ma-
litia, tunc magna dei in eum ꝓuidentia declarata est.
Mulierẽ enim deus nõ solũ à contumelia eripuit, in-
dignatione sua in regem & in domũ eius immissa:sed
& patriarchã cũ magna gloria in Palęstinã ex Aegy-
pto redire fecit. Considera quomodo misericors do-
minus in mediis auxiliũ afferens tentationibus,athle-
tã suum ad ferenda sequentia certamina fortiorẽ red-
dit:nec vnquam eum suo destituit adiumento, sed in
omnibus monstrat ei,ꝙ semper parua illa,quæ facie-
bat patriarcha, magnis & mirum in modum magnis,
humanũq; captum transcendentibus remuneret. Vi-
disti iusti patientiã? vide itẽ post reditum ex Aegypto
humilitatis magnitudinẽ,& insignẽ mansuetudinem.
Nã cùm redisset ab Aegypto, multáque possideret
substantiã, tam ipse q̃ fratris filius,Non capiebat,in-
quit,eos terra vt habitarent simul, quia multas facul-
tates habebant: vnde & rixa orta est inter pastores
Loth,& Abram. Tunc iustus animæ suę mansuetudi-
nem,& præclarã sapientiã monstraus, vocato Loth,
dixit:Ne sit rixa inter me & te, & inter pastores meos
& pastores tuos. quasi diceret: Nihil pace pręstantius,
nihil contentione damnosius & grauius. Vt igitur è
medio tollamus omnem rixandi materiã, elige quam
volueris regionẽ,& reliquam mihi relinque, vt à litiũ
& contentionũ molestia simus alieni. Vidisti viri vir-
tutem? cessit iuniori potiorum electione,ipse conten-

A tus viliore terra. Sed vide hîc etiam quantam merce-
dem nactus sit pro iis suis officiis. Statim enim sepa-
ratione facta,inquit ei deus: Eleuatis oculis tuis vide
omnem terram ab omni parte: quia omnem quã tu
vides,tibi dabo,& semini tuo vsque in seculum. Cõ-
sidera quãtis beneficiis merito afficitur ob modestiã
quam erga fratris filium declarauit: & ipse quidem
vt paruis cessit,multo maiora consequutus est:ille au-
tem tanta auiditate potiorem partem deligens, non
multo post in pericula incidit:& non solum nihil cõ-
modi ab electione accepit, sed & captiuus, & domo
atque foco repẽtè simul priuatus est: rebúsq; ipsis di-
dicit quàm eximia virtus iusti, & ipse † postea dedit
operam,ne]quid vnquam tale attentaret. Nam post-
quã Sodomis habitare cœpit,statim excitatũ est gra-
ue bellũ: & vicinarũ gentium reges insurrexerunt, &
B omnẽ regionẽ simul depopulati sunt: gigantibúsq;
occisis,& Amalechitis expulsis, etiam Sodomorum
regem & Gomorrhæ in fugam verterunt: & monta-
nis omnibus occupatis, & equitatu regis Sodomorũ
auecto vnà cum Loth captiuo,& vxoribus, & omni-
bus sarcinis,abierunt. Sed vide iterũ ingentẽ dei pro-
uidentiam. Volens enim simul & Loth à captiuitate
liberum reddere, & patriarchæ gloriam magis illu-
strare, excitat iustũ vt fratris filio succurrat: nã vt di-
dicit quę erãt facta,cũ vernaculis suis impetu facto in
reges illos,eos paruo labore perculit, & Loth & vxo-
res,& omnẽ equitatũ regis reduxit. Quibus tam cla-
ris triumphis, omnibus patefacta est ingens dei erga
illũ beneuolentia, & ꝙ ille non sua virtute tantã stra-
gem cõfecisset, sed superna virtute munitus. Et ipse
quoque patriarcha enitebatur vt Sodomitis doctor
C diuini cultus fieret, verbis illis quæ regi loquebatur.
Quia cùm occurrisset rex,& pro exhibitis gratias egis
set,ac omnẽ equitatũ ei se donaturũ dicebat, homi-
nésq; dũtaxat accepturũ:vide iterũ iusti magnanimi-
tatẽ,quomodo optimæ suæ vitæ specimen exhibet,ꝙ
*melior sit iis quæ ab illo dabantur,eũq; ad veræ re-
ligionis notitiã inducit. Non eñ simpliciter dicit:Nõ
patiar, vt aliquid tuorũ munerum ad me redeat,non
mihi tali mercede opus est:sed quid? Extendo manũ
meam ad deũ altissimum(quasi docens eum: Nõ sunt
dij, qui à te colũtur,sed ligna & lapides: sed vnus est
deus super oĩa,qui creauit cœlũ & terrã) ꝙ non acci-
piam de funiculo vsq; ad sphærroterem: vt ne existi-
mes me illorũ gratia vltionẽ sumpsisse, & ne dicere
possis, ꝙ mihi abundantiæ factus sis author. Nam qui
me triumphare & vincere fecit,idem & diuitias abũ-
D dè mihi suppeditat. Vidisti quomodo,si quidẽ lucrũ
facere voluisset rex, authorem agnoscere victoriæ ex
patriarchæ verbis potuisset? Docebat enim posthac
non fidendum propria sua virtute, sed agnoscendum
authorẽ omniũ,ridendósq; manufactos deos, & co-
lendũ deũ qui est super omnia, qui omnia condidit,
qui & bonorum omniũ fons est. Et in summa,disce-
bat ex omnibus patriarchæ virtutẽ. Nã ne existimet,
quòd per arrogantiã & fastum data contemneret,id-
circo dicit ei:Ego quidẽ nihil sumam. Neque enim
opus habeo,neque indigeo,vt meæ facultates auge-
antur ab aliis:eis autẽ qui periculorũ meorum fuerũt
socij, permitto vt suas portiones accipiant, quo par-
uam aliquam suorum laborum consolationem ha-
beant. Ita Sodomorum regi respondit iustus. Post-
quam autẽ & Melchisedek rex Salem † panes & vinũ
attulit] (erat eñ sacerdos, inquit, dei altissimi)ab illo
accepit

† edoctus est, ne postea,

** κρείττων id est, potior superior.*

† panes et vinũ cum ipsi attulisset, obtulit.

Universidad de Deusto Biblioteca

accepit oblata. Dein vt rependeret benedictionem quã ab eo acceperat,& glorificationẽ in deũ (dixerat enim, Benedictus Abram deo altissimo, & benedict⁹ deus qui tradidit inimicos tuos in manus tuas) decimas ei dedit de omnibus spoliis quę attulerat. Vidisti quantã pietatẽ & religionẽ in omnibus præ se ferat iustus? & quomodo à rege Sodomorũ à funiculo vsq; ad sphæroterẽ accipere nihil voluit? accepit autem ea ea quę à sacerdote sunt oblata, retribuens & sua. Quibus nimirũ nos docuit, habendũ aliquẽ delectum, & non passim ab omnibus dona accipienda. Nã quãuis Sodomita ille quantũ ad liberalitatẽ attinebat, sapiebat: erat tamen alioquin incredulus, & institutione multa indigebat. Proinde patriarcha dona quidẽ despexit, omnem autem curam adhibuit: & per ea quæ accipere refutauit, & per ea quæ dixit, curauit vt illũ ad pietatẽ induceret. A Melchisedek autẽ non iniuria accepit. Viri enim virtutẽ diuina scriptura assignauit, dicẽs: Erat autem sacerdos dei altissimi. Quãuis aliâs etiã quæ fiebant, Christi typus erant, & oblata sacramentũ quoddã præsignant, ideoq; non renuit. Cæterùm vt accepit, vicissim illum suis remunerando, docebat virtutis suæ magnitudinẽ. Decimas enim ei dedit, etiam hac ratione piam suã mentem significans. Fortassis ꝓlixius sese extendit sermo noster, atqui nõ caret causa, neq; frustra erit. Cognouimus enim paucis ab initio vsque ad hodiernã lectionẽ, quæ iusti huius fortitudo, magnanimitas, excellens fides, mens optimis moribus prædita, insignis modestia, admirabilis diuitiarum contẽptus, diuinę erga eum beneuolentiæ perpetua ꝓuidentia, quæ eũ iugi adiutorio firmans, quotidie clariorẽ & illustriorẽ reddidit. Nunc autẽ si volueritis, & non defatigamini, ad ea quæ recèns lecta sunt accedamus, & paucis quibusdã ꝓpositis, absoluamus sermonẽ: vt discatis quanta denuò ei rependatur merces, eo q̃ contempserat donata sibi à Sodomorũ rege. Quid igitur inquit, Post hæc autem verba factũ est verbum domini ad Abram. Quare sic incipit, post hæc autẽ verba? num indicat verba quæ cum Sodomorũ rege collocutus? Post cõtemptũ illũ, inquit, postquã ea quæ ab illo oblata sunt repulit, post doctrinã illã, quam reiectis donis pronũtiauit, vt pietate & agnitione cõditoris omniũ regẽ initiaret, post hæc autẽ verba, postq̃ decimas Melchisedek obtulit: quãdo, inquit, oĩa quæ ex se erãt impleuit, tunc post

Cap. XV. verba hæc, *Factum est verbum domini ad Abrã in visione noctis, dicens: Ne timeas Abrã, ego protego te, merces tua multa valde erit.* Vide misericordiã domini, quàm statim & è vestigio sequens, beneficiis suũ athletã remunerat, & ad vlteriora certamina iterum instruens, vigore nouo roborat. Factũ est verbum domini in visione noctis. Quare in nocte? vt in silentio & quiete melius quæ dicuntur accipiat. Et dicit ei: Ne timeas Abram. Attende immensam dei curã. Quare dixit, ne timeas: quia tantas opes cõtempserat, non curatis his quæ rex dabat: hoc est, Ne timueris quod despexisti tanta dona, neq; anxius sis quasi imminutiores sint tuæ facultates. Ne timeas. Deinde vt animũ magis excitet, adiecit verbo & appellationẽ, & inquit: Ne timeas Abrã. Nõ enĩ parũ ad expegefaciendũ facit, cùm quẽpiam

Ego. proprio nomine cõpellamus: deinde ait. Ego protego te. Multã habet & hoc verbũ emphasin. Ego qui à Chaldęis te euocaui, ego qui te huc duxi, ego q̃ te à periculis Aegypti liberaui, ego qui semel atque iterũ promisi tibi atq; semini tuo daturum me terrã hanc,

A ego te protegam: ego qui indies magis & magis omnibus te clarum ostendo, ego protego te: hoc est, ego scuti vice tibi ero, ego pro te certo, ego ꝓpugnator sio, ego curã gero, ego omnia difficilia facilia tibi reddo, ego protego te. *Merces tua multa erit valde.* Noluisti mercedem accipere pro laboribus quos sustinuisti, tantis periculis teipsum obiiciendo, sed contempsisti & regem, & munera eius. Ego tibi mercedem dabo, non tantam quantam accepturus eras, sed multam, & valde multã: merces enim tua multa erit valde. Vidisti liberalitatẽ domini? vidisti verborũ pondus? Vidisti quomodo excitat pietatis athletã? vidisti quomodo animã eius cõfirmauit? Ipse enim qui arcana cordium nouit, sciebat illi opus esse huiusmodi verborũ cõsolatione. Et vide quid ex his verbis concepta fiducia patriarcha dicit, *Domine, quid mihi dabis? ego autẽ sine liberis dimittor.* Postquam merces sibi valde copio-

B sa ꝓmissa, exponit animæ suæ dolorem, & tristitiam ꝓpter prolis inopiã, quæ interim in pectore eius toto illo tẽpore fuit, dicit: Dñe, quid tale mihi dabis? Ecce enĩ ego vsq; ad senectã perueni, & prole carens * dimittor. [* ἀπολύομαι dimittor, absoluor.] Vide quomodo priscis illis seculis iustus ille philosophabatur: *dimissionem siue ab absolutionem vocans ex hoc mũdo discessum. [* ἀπόλυσιν] Nã qui vitã honestẽ & in virtutib⁹ egerũt, quãdo ex hac vita emigrãt, verè liberãtur, & quasi soluũtur à certaminib⁹, & à vinculis relaxãtur. Est enĩ mors his qui bene viuũt, trãslatio quædã ad meliora: à momẽtanea vita ad perpetuã & immortalẽ, finẽq; nõ habentẽ. Ego autẽ dimittor, inquit, prole carens. Et vt misericordẽ dominũ sibi cõciliaret, non iis contẽtus fuit verbis. Et quid dicit? † *Filius autẽ Masek vernaculæ] meæ, hic Damascus Eliezer. Et dixit Abram. Quoniã nõ dedisti mihi semẽ, ille hæres meus erit.* [† filius autem vernaculæ]]

C Ingentẽ dolorẽ animæ eius declarãt hæc verba, quasi diceret deo: Neq; ea sum assequutus quæ ancilla mea vernacula: sed ego quidẽ abibo sine ꝓle, & sine filio: hic autẽ vernaculus me⁹ hæreditatẽ accipiet, quæ à te mihi data, ídq; cũ semel atq; iterũ ꝓmissionẽ à te acceperim, dicente: Semini tuo dabo terrã hanc. Considera obsecro & hoc loco iusti virtutẽ, q̃ cogitationes in animo versans, nunquã indignatus est, neq; aliquid durũ loquutus est: sed & nunc instigatus verbis quæ loquutus est ei dñs, magna fiducia dominũ alloquiť, manifestãq; facit internã cogitationẽ, ostendens animæ suæ vlcus, vnde & acceleratũ accepit mendicamentum. *Et statim vox dei facta est ad eum.* Vide quomodo signanter scriptura loquiť. Statim, inquit. Non permisit iustũ ad paruulũ tẽpus ęgrè habere, sed festi-

D natã ei cõsolationẽ affert, & grauitatẽ mœroris emẽdat verbis quæ tunc ei loquutus. *Et statim*, inquit, *vox dei facta est ad eũ, dicens: Nõ erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hæres tuus erit.* Hoccine timuisti? hoccine mẽtẽ tuã turbauit? hoccine tristitiã tuam auxit? Scias igitur, q̃ nõ erit hic hæres tuus, sed qui egredietur ex te, hic hęres tuus erit. Ne igitur ad humanã spectes naturã: ne tuã senectã, Saræúe sterilitatẽ cogites: sed eius qui tibi ꝓmisit potẽtiæ bene fide, & tristitiã ponens, cõsolationẽ quæ tibi sufficiat accipe, persuadéq; tibi q̃ hęredẽ habiturus sis, qui ex te nascatur. Porrò quia supra naturã erat ꝓmissio, & vincebat humanã rationem (magnã enim in eo turbationem excitabant tot naturæ præpedimẽta, senectus eius, & q̃ Sara sterilis, ac vtero emortuo erat) auget dominus promissorum magnitudinẽ, vt iustus ad promittentis liberalitatem respiciens, bene speraret, considerétque sic euenturũ.

Eduxit.

[† suspice.] A *Eduxit autẽ eum foras, & dixit ei: † Eia suspice] in cœlum & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit ei: Sic erit semen tuũ. Et credidit Abrã deo, & reputatũ est illi in iustitiã.* Quare assignauit, q̃ duxit eũ foras? Quia enim superius dixit, q̃ in visione noctis apparens ei, verba illa ei loquutus sit: nunc autẽ vult ei ostẽdere, q̃ innumerabiles sint in cœlo stellæ, inquit: Eduxit eũ foras: & dixit. Suspice in cœlũ, & numera stellas, si poteris eas dinumerare. Et dixit ei: Sic erit semen tuũ. Magnum promissum, varia promissionis magnitudo: sed si ipsam promittẽtis virtutẽ cogitabimus, nihil nobis apparebit magnũ. Qui enim de terra corpus formauit, & quod non erat, esse fecit, & cõdidit omnia quæ videntur, ille etiã dare poterit quæ supra naturã sunt. Vidisti domini liberalitatẽ, q̃ certet beneficiis? Postquã enim dixit, absq; prole dimittor, quasi apud portas † inferni existens, [† mortis.] & nihil amplius operari valens vt procreentur pueri: sic verba

B illa protulit, dicens: † Filius Masech vernaculæ meæ,] [† fili⁹ vernaculæ meæ.] hæres meus erit. Ideo volẽs spiritũ eius erigere, & nouum vigorẽ mẽti addere, ab imminẽte timore eũ liberat, promissionéq; ac doni magnitudine mentẽ eius erigit, & ostẽdẽdo stellarũ multitudinẽ, & promittẽdo nascendos ex eo illis pares futuros, in bonã spẽ adducit. Vidẽs enim dei ꝓmissionẽ, reiecta omni humana ratione, & neq; ad seipsum, neq; ad Sarã minus procreationi aptã, respiciẽs: sed pręteritis humanis omnibus, sciens q̃ potẽs est deus etiã ea quæ supra naturam sunt largiri: fidem habuit dictis, nullã dubitationẽ admittẽs, neq; cũ dicta fuerunt hæc ambiguus fuit. Hoc enim verę fidei est, quãdo promissiones nõ iuxta solitum morẽ, & hominibus cognitũ fiũt, nos promissoris virtuti fidimus. [Fidei definitio.] Fides enim est, quemadmodũ beatus Paulus ait, eorũ quæ sperãtur substantia, rerũ quæ non [Hebr. 11.a]

C videntur argumẽtum. [Rom. 8.e] Et iterũ: Quòd autẽ videt quis, cur & sperat? Hoc igitur est fides, quãdo illis credimus quæ nõ videntur, & mentẽ ad dignitatẽ eius qui promisit intendimus: id quod profectò & iustus ille fecit, syncerã & eximiam promissis fidẽ habẽs: Idcirco & à scriptura diuina laudatur, mox enim addidit: Credidit Abrã deo, & reputatũ est ei in iustitiã. Vidisti quomodo & ante euentũ & impletionẽ promissorũ, eoipso q̃ credidit, iustã mercedẽ accipit? Nã in iustitiã ei reputatũ est, q̃ credidit promissioni diuinæ, & nõ humana ratiocinatione curiosius ea quę dicta sunt, explorauit. Discamus igitur & nos obsecro à patriarcha, dei credere dictis, & eius promissionibus fidere, neq; ea cogitationibus nostris indagare, sed magnã gratitudinem exhibere. Hoc enim nos & iustos declarare poterit, & assequi promissa faciet. Atqui Abræ promissum est, q̃

D ex semine eius maxima futura esset multitudo, erantq; præter solitum naturæ modum quæ promissa erant: proinde & fides in deũ iustitiã ei attulit. Nobis autẽ, si sapimus, multo maiora promissa sunt, quę & ipsa multis modis humanas cogitationes transcendunt, modo tam potenti promissori credamus, vt & eam quæ ex fide est, iustitiã reportemus, & adipiscamur bona promissa. Ea enim quæ nobis maximè promissa, humanã transcendunt rationẽ, & omnẽ cogitationẽ excedunt: tanta promissionũ est magnitudo. Neq; in pręsenti vita solum nobis promisit huius vitæ statum & visibiliũ fruitionem: sed & postquam hinc emigrauerimus, & post corporis corruptionẽ, quando in cinerem & puluerem nostra dissoluta fuerint corpora, tunc resurrectura ea promisit, & in maiori gloria futura. Oportet enim (inquit beatus Paulus) corruptibile hoc induere [1.Co.15.g]

A incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Et post corporum resurrectionem regno frui, daturum se nobis pollicitus est, & conuersationem cũ sanctis, & in perpetuo seculo quietem, & ineffabilia illa bona, quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt. [1.Cor.2.e] Vidisti quanta promissionum excellentia? Vidisti donorum magnitudinem? Hæc cogitantes, & scientes q̃ mentiri nequit is qui ea promisit: magna alacritate præparemus nos ad virtutis agones, vt & promissis bonis frui possimus: & ne præferamus saluti nostræ & tantis bonis momentanea: neq; cogitemus labores virtutis, sed retributiones in mente ponamus: neq; pecuniarum sumptus tãtum spectemus, si quãdo opus est eas pauperibus erogare, sed potius quantũ inde nobis accrescat. Ea enim de causa semini eleemosynam cõparauit diuina scriptura, vt cum gaudio & multa alacritate eam opere-

B mur. Nam si ij qui semina terræ concredunt, & collecta, & intus reposita spargentes, ita negociantur, & bona spe fouentur, & tunc manipulos imaginantur ac plenas areas: multo magis quibus datum est semẽ hoc spirituale seminare, gaudere & exultare conuenit, q̃ messuri sint in cœlo hoc quod in terra serunt: & nummos expendendo, peccatorum autem remissionem accipiunt, & fiduciæ materiam inueniunt, conciliantes sibi per ea quę hîc dant, perpetuam quietem, & cũ sanctis conuersationem. Et continentiam eligere volentes, non spectemus q̃ laborem habet virtus, neq; q̃ virginitas magnum habet certamen: sed quietem quæ nos excipiet, cogitemus: hanc semper ante oculos nostros depingentes malæ concupiscentiæ refrænemus rabiem, vincamus carnis motus indecentes, & respe-

C ctu mercedis laborum molestiam subleuemus. Sufficit enim bonorum spes, vt etiam pericula contẽptim aggrediamur: quanto magis vt virtutis labores fortiter feramus? Quãdo enim animo versas, q̃ si ad breue tempus certaueris, & fulgidam seruaueris virginitatis lampadem, nam beata vita censeberis dignus, & cum sponso intrare poteris, modò accensas habeas lampades & sufficiens oleum, (bonorum operum actionem inquam) quomodo non cum omni facilitate difficilia omnia transcurrere, cogitans illud quod à beato Paulo dictum est: Pacem sectemini cum omnibus, & sanctificationem, absq; qua nullus videbit dominum? [Heb.12.d] Vidisti quomodo sanctificationi pacem cõiunxit. Nam vt sciamus q̃ non solum corporis requirit puritatem, sed & pacem, opportunè nos monet, vtrinque volens munire, vt & cogitationes sedemus, ita vt nulla sit in

D nobis turbatio, nullúsq; tumultus: sed in tranquillitate & quiete versemur, & cum omnibus pacificè agamus, & mansueti simus & mites, & humani, atq; adeò vt omnes virtutis colores in facie nostra reluceant. Ita enim deinceps & gloriam præsentis vitæ poterimus despicere, veram gloriam præferentes, & humilitatis maiorem habentes curam, ridereque omnem præsentis vitæ prosperitatem, vt vera & solida felicitate fruamur, & Christum videre mereamur. Beati enim, inquit, puri corde, quoniam ipsi deum videbunt. [Matth.5.a] Purificemus itaque nostram conscientiam, & magna cura vitam nostram gubernemus: vt cum præsentem vitam in omni virtutum genere transierimus, horum laborum præmia mereamur accipere in futuro seculo, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre, & sancto spiritu sit gloria, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Universidad de Deusto Biblioteca

Dixit autem ei. Ego ſum deus qui eduxi te de terra Chaldæorum, vt darem tibi terram hanc vt in hæreditatem poßideas eã. Dixit autem: domine domine ſecundum quid cognoſcam quòd in hæreditatem accipiam eam? *Homilia XXXVII.*

MAgna diuinæ ſcripturæ virtus eſt,& multæ in verbis latent ſententiarum diuitiæ.Ideo congruit,vt diligẽter intẽdamus, & ſolicitè ſcrutemur, quò ampliorem vtilitatem inde percipiamus. *Ioan.5.f* Nam propter hoc & Chriſtus præcepit,dicens: Scrutemini ſcripturas: vt non tantum nudæ lectioni vacemus,ſed indagatis profundis, verum veritatis ſenſum percipere valeamus. Talis enim ſcripturę mos eſt,vt& in paruis verbis plurima ſæpe multitudo ſenſuum inueniatur.Diuina enim ſunt dogmata,non humana, & propter hoc omnẽ illam videre licet ſecus ſe habere quàm humanam. Et quomodo hoc? ego dicam. Illic enim, in humana ſapientia omne ſtudiũ concinnãdis verbis adhibitum eſt: hic verò prorſus aliter. Nullam ſcripturæ habẽt rationem pulchritudinis vel compoſitionis verborum:habent enim domeſticam gratiam *†ſentẽtiæ.* effulgẽtem & pulchritudinem,† quæ dicuntur.] Et illic poſt longam & indicibilem nugacitatẽ, vix dignæ aliquæ ſententiæ venantibus occurrunt: hic autem vt ſcitis,etiam parua dictio ſępe totum nobis ſermonem contexit. Propterea & heri,quanuis initia lectionis attigerimus, quia tamẽ tantũ inuenimus ſenſuũ theſaurum,nõ potuimus vltrà progredi,vt ne dictorũ multitudine memoriam veſtram obrueremus,& iam dictis obeſſemus.Ideo ea nunc attingamus, dicendáq; heri dictis copulemus,vt ita enarrata lectione tota,vos hĩc dimittã.Sed oro,ea quæ dicũtur, auſcultate diligẽter. Nam etſi labor noſter, vtilitas tamẽ veſtra, imò communis.Et quid dico labor noſter?donũ eſt gratiæ dei. Cũ attentione igitur ſuſcipiamus & nos ea quæ à deo donantur, vt hinc lucrifaciẽtes aliquid in animarum ſalutẽ,inde abeamus.Hanc ob rem quotidie ſpiritualem hanc apponimus menſam, vt admonitione cõtinua,& multa diuinarũ ſcripturarũ exercitatione, omnes maligni dęmonis excludamus inſidias.Cum enim nos viderit multũ in ſpiritualibus occupari,nõ ſolũ nõ inuadet,ſed neq; aſpicere audebit: ſciens ꝙ inuanum moliatur, & aduerſus caput ſuũ auſus ſuos conuertat. Age igitur heri dictorum repetito contextu,quod reliquũ fuit enarremus.Quid autẽ quod heri fuit dictũ? Promiſſionẽ quã deus fecit Abrę deſcripſim⁹,vbi imperauit ei vt ſuſpiceret in cœlũ, & ſpectaret ſtellarum multitudinẽ. Numera enim,ĩquit,ſtellas,ſi poteris eas numerare,& dixit ei:Sic erit ſemẽ tuũ.Deinde cũ demonſtraret nobis diuina ſcriptura religioſam mẽtem patriarchæ,& ꝙ ad promittentẽ vidẽs,& virtutẽ promittentis cogitans, crediderit dictis, dicit:Et credidit Abram deo,& reputatũ eſt ei in iuſtitiã.Hucuſq; heri ſermonẽ produximus, neq; vlterius progredi potuimus:ideo operępreciũ eſt vt addamus ſequẽtia. Quid ergo dicit? *Dixit autem ei deus, Ego ſum deus, qui eduxi te de terra Chaldæorũ, vt darem tibi terrã hanc, vt in hæreditatẽ poſſideas eã.* Vide quomodo ſermonẽ noſtræ infirmitati attemperet,quomodo fidẽ illius corroborare velit,& perſuadere copioſis argumentis de his quæ nunciata ſunt:quaſi diceret, Memor eſto, ꝙ ego te à domo tua euocaui.Ecce quę à domino deo dicũtur,cõſona ſunt beati Stephani dictis,qui & de domo, & de Chaldæa domini præcepto euocatũ eum dicit,Et eius ſententię obſequutus pater.Et,vt antea diximus,quãuis infidelis eſſet,magnã tamẽ ſocietatis cauſam habẽs, nempe

A amorũ,comes fuit,& ſimul exiit.Itaq; reminiſci eũ facit hoc loco quantã ab initio eius curã geſſerit,declarãs ei ꝙ volẽs eũ ad magna prouehere, tãta videlicet promittẽdo& implẽdo,tantũ itineris tranſire fecerit. Ego ſum deus, qui eduxi te de regione Chaldæorũ, vt darẽ tibi terrã hanc,vt in hęreditatẽ poſſideas eam. Num te abſq; cauſa illinc euocaui? Num fruſtra & inanũ te illinc eduxi?Propter hoc ego iuſſi vt te in Palæſtinã cõferres, & relicta paterna domo ires in terrã hanc,vt in hæreditatem eam poſſideas.Cogitãs igitur quãtis fruaris nunc per meã prouidentiã,ex eo tẽpore quo Chaldęam reliquiſti vſq; in pręſens,& quomodo clarus es factus, & per meũ ſubſidiũ & curã tui quotidie clarior euadis,cõfide & meis dictis. Vidiſti excellentem miſericordiã? Vidiſti q̃ congruat huius imbecillitati diuinus ſermo,quo eius animã corroborare,& B fidem confirmare voluit,vt ne poſthac ad naturæ obſtacula ſpectare poſſit:ſed eius cogitare potentiam qui promiſit,& ita credere & cõfidere, quaſi iam impleta eſſent promiſſa?Verum iterũ attende & patriarcham, quomodo poſt fiduciã ex dictis acceptã certiora inquirat argumenta. *Dixit enim:Domine domine, ſecundum quid cognoſcã quòd in hæreditatẽ accipiã eam?* Tametſi ſcriptura prius teſtata fuerit,ꝙ credidit dictis dei, & ideo reputatum eſt ei in iuſtitiã, veruntamen quia audiuit: Propter hoc te eduxi è regione Chaldeorũ, vt darem tibi terrã hanc, vt in hæreditatẽ poſſideas eam:dicit, His quidẽ quæ à te dicuntur,impoſſibile eſt vt diſcredam: attamen vellẽ & hunc modũ diſcere, quomodo eam in hæreditatem ſum poſſeſſurus.Video enim me nunc propemodũ ad extremã ſenectutem perueniſſe,& vſq; in hunc diẽ obambulare quaſi erronẽ.Et nõ C poſſum humana ratione deprehẽdere,quomodo hoc ſit futurũ. Nam licet prius crediderim dictis tuis, † ꝙ potes ex nihilo res producere,]& omnia facere& trãſformare. *† tãquam videlicet à te dictis qui potes id quod non eſt vt ſit efficere.]* Non igitur vt incredulus hoc interrogo, ſed quia iterum mihi hæreditatem nominas, volebam & craſſius atq; clarius ſignum accipere, quod poſſit infirmas meas cogitationes ſolidare.Quid igitur bonus dominus?morẽ gerit ſuo famulo,&volens eius corroborare animã, quoniã vidit confitentem ſuã imbecillitatem, & credentẽ quidẽ promiſſioni,cupientẽ autẽ certiora quædam argumenta accipere, dicit ad eum: *Sume mihi vaccam triẽnem, & capram trimam, & arietẽ, & turturem & columbam.* Vide quomodo more humano init cum eo fœdera. Quẽadmodum enim nos homines,quando aliquid promittimus, & volumus certum reddere eum cui promiſſio fit,ita vt de promiſſis nihil D ambigat,ſignum aliquod damus,& pignus, vt ad illud ſpectans ſcire queat promiſſa omnino euentura:Ita & miſericors dominus poſtquã dixit Abram: Quomodo cognoſcam?inquit, Ecce & hoc tibi præbeo,ſume mihi vaccam triennem,&capram trimam,& arietẽ,& turturem,& columbam.Attende obſecro, in quãtam craſſitudinem deſcendendum ſibi duxerit bonus dominus, quò patriarcham argumẽtis copioſis certiorẽ reddat.Nam quia olim eis ita mos erat paciſcendi, & pacta firmandi, ideo & ipſe via hac ingreditur. *Et accepit*, inquit, *& diuiſit ea in duas partes.* Obſeruandum quòd non abſque ratione, neq; inuanum etiam tempus aſſignauit. Triennia enim accipere iuſſit: hoc eſt, perfecta & abſoluta. *Et diuiſit ea in duas partes: & vtraſq; partes inter ſe poſuit obuerſas:aues autem non diuiſit: Et ſedens obſeruabat, vt ne poßint diuiſas partes lædere aduolantes aues: & per totum diem hoc facere perſeuerabat. Deſcenderũt autem*

autem aues in corpora & diuiſiones eorũ, & aßidebat apud eas Abrã.Cúmq; ſol iam occũberet,irruit ecſtaſis in Abrã,& ecce timor magnus & tenebroſus inuaſit eũ. Quare tẽpore occaſus ſolis,cũ iam ad veſperã inclinaretur dies? Quia omnibus modis attẽtiorem eũ facere vult,ideo ecſtaſis & horror magnus & tenebroſus inuadit eũ, vt per omnia quæ fiũt, ſentiat ſe videre deũ. Eum enim morem deus vbiq; habet. Nam & poſtea quãdo Moſi in *Exod. 19. c.* monte Sinai daturus erat legẽ & mandata: Tenebræ, inquit,& caligo erat,& mons fumigabat.Propter hoc *Pſ.103.d.* & ſcriptura inquit: Qui tangit mõtes & fumigant. Enimuero quia incorporeũ videre per ſenſibiles hoſce oculos nõ eſt poſſibile, ideo aliter ſuã nobis operationẽ ſignificare vult. Igitur quoniã attonitus & perculſus erat animo iuſtus ille,& concuſſerat eius mentẽ timor,&†actus qui fiebat,] *† quæ cõtigerat ecſtaſis.* Dixiſti(inquit ad eũ)quomodo cognoſcam? & ſignũ voluiſti accipere, quo pacto terram hãc in hæreditatẽ poſſeſſurus ſis. Ecce do tibi ſignũ † magna reuerendum fide,] *† magna tibi opus eſt fide.* vt ſcias ꝙ poſſim ex deſperatis rebus quoſlibet in ſpem bonam adducere. *Et dixit ad Abrã:Cognoſcẽs ſcies quòd peregrinũ erit ſemẽ tuũ in terra non ſua, & redigent eos in ſeruitutẽ, & affligent, & humiliabunt eos annis quadringentis:Gentem autẽ cui ſeruient, iudicabo ego:poſtea autẽ egredientur huc cũ ſarcina multa.* Magna ſunt hæc dicta,& quæ ad animũ maſculum pertinent,qui trãſcendat,& infra ſe relinquat humana omnia.Niſi enim generoſum & fortẽ, & optimis morib⁹ præditum habuiſſet patriarcha,tanta erãt hæc vt perturbare potuiſſent. Sciens enim, inquit, ſcito,ꝙ peregrinum erit ſemen tuũ in terra nõ ſua, & redigent eos in ſeruitutẽ,& affligent, & humiliabũt eos annis quadringentis:Gentem autem cui ſeruient,iudicabo ego: poſt hæc egredientur huc cum ſarcina multa. Neadmireris,inquit,teipſum reſpiciens,& ſeniũ tuũ & Sarę ſterilitatẽ,& vterũ eius emortuũ:& ne putes magnum aliquid eſſe dictum, ꝙ dixi, Semini tuo dabo terram hanc. Non ſolũ enim hoc tibi prædico, ſed addo ꝙ & illud ſemen tuũ in alienam abducetur.Et non dixit,in Aegyptũ,neq; indicauit terrę nomen:ſed dixit,in terra nõ ſua:& ſeruitutem ferent, ac miſeriã: idq; non ad breue tempus, neq; ad paucorum annorum numerũ, ſed vſq; ad quadringentos annos. Vltionẽ ſanè eorum ego faciã,& gentem illã ſeruitute prementẽ ego iudicabo,& ſic eos magna cum ſarcina huc redire faciam. Interim & prędicẽs ei quæ poſthac certò euentura eſſent,& ſeruitutẽ declarat,& deſcenſum in Aegyptũ,& indignationẽ quã propter eos Aegyptij ſenſuri erant, & glorioſum eorũ reditum.Et oſtẽdit ei, ꝙ non in ipſo duntaxat ea quę ſuper naturã ſunt,euenient:& poſt tanta impedimẽta quæ à deo promiſſa implebuntur, ſed & in toto ſemine eius hoc continget.Hæc autem, inquit,iam tibi dixi,vt priuſquã vitã finias, ſcire poſſis quæ & nepotibus & poſteris eueniẽt. Tu autẽ, inquit, abibis ad patres tuos,* cõuerſus(in pace) in ſenectute bona. Nõ dixit, morieris:ſed,abibis:quaſi peregrinaturo eo,& migraturo à patria in patriã. Abibis,inquit, ad patres tuos. Non carnales dicit: quî enim poterat? Incredulus enim erat pater eius,& nõ erat poſſibile vt eundem locum caperet, quem ille. Chaſina enim, inquit,magnum eſt inter nos & vos. Quare dixit ad patres tuos? iuſtos inſinuans vt Abel & Noë, & Enoch. *Luc.16.g.* † Cõuerſus enim,inquit,in ſenectute bona.] Et qualis hæc ſenectus bona, fortaſſe dicet aliquis, ad quã tãtis moleſtiis per omnem vitam venit? Verum ne hoc attendas homo, ſed ſpecta quæ illi omni tempore fue-

** τραφεὶς, nutritus, adultus. ſuſpicor legẽdum, ταφεὶς, i. ſepultus, vt alij interpretantur. Chry. tamẽ τραφεὶς legiſſe videtur.*

† exacta ſenectute bona.]

A rit gloria, & quomodo glorioſus vixerit peregrinus, qui ciuitate focóq; carebat, & quãto frui ei datum eſt omni tempore dei ſubſidio. Non igitur iuxta præſentem opinionem iudica res, neq; ſenectutem eſſe bonã cenſe,verſari in luxu,deliciis & crapula,& poſſeſſione diuitiarum,& magna pecorum & mancipiorum multitudine.Non enim fecerint iſta ſenectutẽ bonam,ſed & multam condemnationem attulerint, neq; in ſenectute continentiam nouiſſe, neq; ad extremos ſpiritus de his quæ decebat conſulere: ſed quotidie indulgere ventri,& ſectari conuiuia & ebrietates,de quibus omnibus non multo poſt reddẽdę ſunt rationes.Sanè qui in via virtutis ambulauit,hic verè * conuerſus in ſenectute bona,vita defungitur, & laborũ præſentiũ inuenit mercedes & retributiones,Et idcirco inquit: Tuis quidẽ nepotibus talia eueniẽt,tu autẽ abibis * cõuerſus in ſenectute bona.Cõſidera obſecro,quomodo niB ſi multiplex fuiſſet fortitudo & virtus eximia, & hæc quoque conturbare eius mentem potuiſſent. Dicere enim potuiſſet, quare promittis mihi tãtum ſemen ex me futurũ & propagãdum, ſi tantis erunt malis & calamitatib⁹ obnoxij,ſeruitutémq; tot annis toleraturi? Quæ hæc mihi vtilitas?Verum nihil horũ iuſtus cogitauit,ſed quaſi gratus famul⁹, omnia quæ à deo fiebãt boni conſuluit,& quę deo videbantur,ſuæ præferebat ſententię.Deinde & tẽpus ei ſignificat,quo à ſeruitute ſunt redituri. Nã poſtquã annos quadringẽtos ſeruituros dixiſſet,ſubdit: Generatione autẽ quarta reuertentur huc.Verum hic merito quis addubitet,quomodo quadringentis annis dicit ſeruire eos,quanuis neq; dimidium eorum fuerint ipſi in Aegypto.Et propterea non dixit,ꝙ in Aegypto futuri ſint annis quadrinC gentis, ſed in terra non ſua: ita vt poſſit connumerari cum annis in Aegypto,& tempus patriarchæ, ex quo ei imperatum eſt,vt ex Charran egrederetur. Ab illo enim tempore,tẽpus annorum nobis manifeſtum fecit ſcriptura,quæ dixit, ꝙ ſeptuaginta quinq; annorũ fuerit Abram,quando exiuit ex Charran: ex eo igitur tempore vſq; ad exitũ de Aegypto, inueniet quis numerum ſaluum & integrum. Dici poteſt etiã aliter,ꝙ cum dominus ſit miſericors,& imbecillitati noſtrę reſpondẽtes faciat pœnas,quia vidit eos ita labore preſſos, & Aegyptios magnã in eos crudelitatem exercere,ante definitũ tempus vltionẽ fecit,& ad libertatem eos reduxit.Dei enim mos eſt,quoniã in omnibus ſalutem noſtrã operatur,vt etiãſi minetur ſe puniturum, ſi nos voluerimus conuerſionis exhibere ſpecimina, poſſimus eius reuocare ſententias.Et ediuerſò ſi polliD cetur aliquid ſuaue nobis daturum,nos autẽ non attulerimus quod ex nobis eſt,neq; ipſe promiſſum adimplet,vt ne nos ea ratione deteriores fiamus. Atq; hæc inuenire poterũt ſtudioſi ſacrarum literarum omnes. *Quarta autem generatione reuertentur huc. Nondum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum vſque nunc.* Tunc,inquit,erit tempus vt & illi reducantur in libertatem, & ij pœnam luẽtes pro multitudine peccatorum è terra expellantur. Ambo itaq; fient tempore opportuno,& illorum inſtauratio,& horũ excidium.Nondum enim impletæ ſunt iniquitates eorũ:quaſi dicat aliquis.Nõdum in tanto numero peccata fecerunt,vt talem ferãt pœnam.Deus enim cum miſericors ſit, nõ ſolum non inducit pœnas peccatis grauiores, ſed & valde minores. Atq; propter hoc tantam oſtendit longanimitatẽ, vt cum ſibiipſis pœnarum ſint authores, nullam poſthac excuſationem habeãt. Vidiſtis quomodo patriar-

** τραφεὶς, i. nutrit⁹, adultus, forte, conuerſatus ſcripſerat, niſi legerit τραπεὶς.*

** τραφεὶς, vt ſupra vitã agẽs.*

Universidad de Deusto Biblioteca

chæ omnia diligenter indicauit, vt vndequaq; eius roborarent fidem,& vt ex his quæ ad eum dixerat habere possit fidem, quod etiam hæc posteritati eius omnino accident: & vt ex prædictis vicissim firmam habeat fidem, q́ necesse sit iam fieri quod de eo dictum? Postea vbi compleuit prophetiam, accepit etiam ille signum quod ei factum. *Postquam fuit sol ad occasum,* inquit, *facta est flamma, & ecce clibanus fumigans & lampades ignis, quæ transierunt inter diuisiones illas.* Et flamma, & clibanus,& lāpades existunt, vt signū habeat iustus firmiorem fœderum, & aduentus diuinæ operationis. Deniq; postquam cōpleta &perfecta sunt omnia,igne consumente quæ proposita erant, *Testatus est*,inquit, *dominus in die illo Abræ testamentum dicens:Semini tuo dabo terram hanc, à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphraten:Cinæos,& Cenezæos, & Cedmonæos,& Chettæos,& Pherezæos,& Raphaim, & Amorrhæos, & Chananæos, & Aenæos,& Gergesæos, & Iebusæos.* Vide quomodo adhuc perseuerat,vt confirmet suam in illum promissionem. Testatus est enim, inquit, testamentum:Semini tuo dabo terram hanc. Deinde vt ex latitudine terræ, & amplitudine terminorum scire possit quantum extendetur eius semen,inquit:A flumine Aegypti,vsque ad flumen Euphraten,tantum erit semē tuum.Considera quomodo semper excellētiam multitudinis declarare ei vult.Superius enim dixit,se sicut innumerabilem stellarū numerum illud facturū : hîc & latitudine finiū idipsum declarat,vt & hinc discat,quàm sit se dilatatura multitudo futura. Neque hoc solum,sed & † iuxta genera gentiū memorat,qualē promissionem] semini eius sit daturus,quò copiosis argumētis vndiq; fulciatur iustus.Et cū tantę promissiones essent factæ, adhuc māsit Sara sterilis & senectus eius appetebat,vt allata maxima fidei suæ coniectura,sciant & humanæ naturæ infirmitatē & diuinæ virtutis magnitudinem.

† specialiter gentiū mentionē facit quarum possessionem.

Verum ne iterū aliquanto prolixius sermonem extēdamus,hic finem imponamus : attamen obsecrauerimus vos,vt imitatores sitis huius patriarchę.Cogita enim dilecte regē Sodomorū, quomodo propter verba illa,quę faciebat,imò & propter virtutem aliā omnem,quam per omnem vitam suam declarauit, tanta mercede eū dignatus sit,& quàm congrua humilitate cum eo agere deus voluerit : monstrans per ea quæ in patriarcham contulit, nobis omnibus suę liberalitatis immensitatem. Et q́ vel minimis operibus prouocatus,nos absq; mora magnis donis remuneret,si synceram fidem,sicut iustus ille,declarauerimus, & nunquā mente fluctuauerimus,sed munitam habeamus. Hinc enim & ille,probatus fuit. Audi igitur beatū Paulum dicentem de eius fide, quam ab initio ostendit : dicit enim,Fide vocatus Abram,obediuit vt exiret in locū, quem occupaturus erat: & exiuit, ignorans quò iret. Illud nobis insinuans, quod à deo dictū est:Egredere de terra tua,& veni in terram quam monstrauero tibi. Vidisti fidem firmam?vidisti mentē synceram? Hunc & nos imitemur & egrediamur mente & alacritate à præsentis vitæ negociis,& eamus in cœlum. Possibile enim est, si voluerimus & hic versantes eò pergere, quando digna cœlis operamur, quando non spectamus ad ea quæ sunt huius mūdi,quando non gloriam vanam huius vitæ inquirimus:sed hac contempta, illā desiderare studemus,veram illam dico & semper manentem.Quando nō in luxu vestium occupati sumus, neq; corpus ornare studemus : sed omnem illum externum cultum in animæ transferimus curam,& non

A permittimus eam nudam & spoliatam indumētis virtutum : quando ridemus delicias, quando gulam & crapulam fugimus, quando non cōuiuia & cœnas sectamur:sed frugalitatem habemus iuxta apostolicam admonitionem:Habētes victum & indumentum, his contenti simus. Quæ enim vtilitas superfluorum,dic mihi, ita vt ventrem distendas præ nimia voracitate, & mētis iudicium destruas præ immodica potatione? An non inde corporis & animæ mala nascuntur omnia?Vnde enim multiplices illæ ægritudines & membra distorta? nónne hinc q́ plus quàm vtile est, ventrem oneribus grauamus?Vnde autē adulteria,stupra, rapinæ, auarorum fraudes,cædes,latrocinia, & totius animæ destructio? nónne quia plus concupiscimus q̃ nobis congruit? Sicut enim Paulus radicem omnium malorum auaritiam vocauit: sic non quis aberrauerit, si fontem omnium malorum dicat immoderantiā, &

1.Tim.6. b.

B quòd transgredi volumus suum † quisq;]vsum. Nam si vellemus in alimētis & vestibus & domiciliis & aliis corporalibus cunctis vsibus nihil immodicè cōcupiscere,sed necessaria tantum quęrere,multis damnis liberaretur humanum genus. Verum nescio quî fiat q́ omnes & singuli pro suis viribus auaritiæ morbo laboramus, nunquā enitentes vt intra necessitatis maneamus limites, sed planè cōtra apostolicum mandatum, quod dicit,Habentes victum & amictum:omnia facimus, nesciētes quòd de omnibus quæ vltra vsum nostrum sunt,rationem daturi simus, q́ abusi simus diuinis muneribus. Non enim hæc nobis tantū concessit, vt nos tantū eis vtamur: sed & vt proximorū indigentiam subleuemus.Quali igitur venia dignādi sunt,qui & in vestimētis multā vanitatē ostentant?&vt vermiū

† cuiusque

C texturas gestent soliciti sunt:&,quod grauissimum, in his superbiunt?Quos oportebat tremere &se abscondere & vereri præ confusione,quòd ipsi quidē ob nullam vtilitatem, neq; necessarij vsus gratia:sed tantum ob vanitatem & inanem gloriam, & vt vulgo ac forēsibus admirationi sint, talibus induantur : obambulat autem eiusdem naturæ consors, nudus,qui neq; crassissima veste amicire se potest: & neq; natura ad compassionem ducuntur, neq; conscientia ad opitulandū proximo incitat:neq; memoria horrēdi illius diei,neque gehennę timor,neq; promissionū magnitudo:neque istucipsum,q́ cōmunis dominus noster vt sibi facta vsurpat quæ proximis fiūt:sed quasi lapideum cor haberent,& non eiusdē naturæ forent, ita se putāt ob vestiū cultus etiā aliis hominibus superiores esse, non perpendētes secū quātis malis seipsos reos cōstituant,

D qui concredita sibi à domino malè dispensant, & nolunt conseruis partem concedere:sed potius à vermibus consumi permittentes,grauiorem gehēnæ ignem sibi pręparāt.Nam si omnia quæ intus reposita habēt, indigētibus diuites distribuerent, neq; sic supplicium effugerent eorum peccatorum quę in deliciis vestium & conuiuiorum admittunt. Quo enim supplicio non sunt digni,qui modis omnibus dant operam vt sericis & auro intertextis induātur, & post se pompā trahunt in foro:Christum autem despicere nudū,& neque cibum necessarium impetrātem?Maximè autem sermo iste aduersus mulieres congruerit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornādi cupiditatem &* intemperantiam,cum auratis vestibus & auro in capite,in ceruice,& in aliis corporis partib' ornātur, & in his quoque superbiunt. Christus vero nudus obābulat necessario alimento destitutus.Quod pauperū ventres poterant

** ἀσωτίαν. i. prodigalitatē, lasciuiā, intemperantiam.*

terant,inde pasci, & quot corpora nudè agentium poterant cōtegi ex his quæ à solo collo & humeris pendent,nullius alterius vsus gratia, quàm in damnum & nocumentum animę?Propter hoc & doctor orbis, cū dixisset:Habētes victū & amictū:vertit statim ad mulieres sermonem,& dicit:Non in tortis crinibus vel in auro, vel margaritis,vel veste sumptuosa ornēt se. Vides quomodo non vult eas talibus ornari,neque auro circundari,neq; margaritis,neq; veste sumptuosa: sed verum ornatū in animam inducere, & per bonorum operū actionē,pulchritudinem animę illustrare, & ne illa quæ in talia respicit,contēnatur sordida, squalida, pannosa,famelica,gelúq; rigescens?Hoc enim studiū in ornando corpore internam indicat deformitatem, & huius delicię illius manifestā faciunt famem:& huius vestium sumptus illius indicat nuditatē.† Impossibile enim est aliquā agere curā animæ, & tanti facere corporis pulchritudinē & ornatum:] sicut & impossibile, in externo illo cultu tantopere occupatum illius agere curam. Quomodo enim posset anima talis aliquid vtile contēplari, vel in cogitationem spiritualiū venire,quæ semel terrenis ita dedita cœpit esse,& humi,vt ita dicā,trahitur, & nūquam caput attollere potest,& obstipa innumeris peccatorū sarcinis, seipsam grauat?Nā quot inde nascātur mala, nō possum nunc sermone complecti: sed satis est vt relinquā conscientiæ eorum qui in iis occupati sunt, quātas inde quotidianas molestias experiūtur.Etenim vel aliquid decidit ex aureo illo cultu, magna tēpestas, magnúsq; tumultus oboritur in tota domo : vel famulus surripuit, & omnes flagellantur & verberantur, & in carcerem cōiiciuntur:vel inuidi quidam insidiati sunt, & subitò spoliarūt,quantus tunc & quàm intolerabilis mœror? Vel rerum difficultas ingruens in extremam inopiam redegit,& grauiorem morte vitam eis attulit:vel aliud quiddam incidēs multā tristitiam peperit. Et in summa,nunquam inuenies animam istiusmodi occupatā, à turbationibus alienam. Sed sicut maris fluctus neq; numerari,neq; terminari queūt,semper nouis succrescentibus:ita & turbationes inde oriētes nemo dinumerarit.Idcirco obsecro,fugiamus in omnibus habēdi cupiditatem,& modi transgressionem. Veræ enim diuitiæ sunt,& inexhaustę facultates,desiderare tantū quantū vsui satis,& ea quæ ad vsum pertinēt rectè dispēsare.Neq; enim ille qui hoc facit,inopiā timere poterit,neq; calumniam sustinet, neq; turbationem sentit:sed & extra calumniam erit, & liberabitur ab insidiantibus,& vt summatim dicā,in perpetua tranquillitate erit,& quiete ac ocio fruetur: & quod maius est omnibus, capútq; bonorum, & deum habebit propitium,& superna fruetur gratia,vtpote fidelis fact' dispensator pecuniarū domini.Beatus enim,dicit,seruus ille,quem cū venerit dominus,inuenerit sic faciētem, & sic dispensantē conseruis, & non † arcis & vectibus includentem, & vermibus escam fieri permittentem: sed inopum miseriā subleuantem,bonúmq; &fidelem dispēsatorem factum eorum quæ à domino suppeditantur. Vt & pulchrę huius dispēsationis magnā mercedem assequi, & promissa bona obtinere mereatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium,honor nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

1.Tim.2.c

† fieri enim non potest vt qui animæ curam habeat, eiusque pulchritudinē plurimi faciat, is externo cultui inhiet:]

Luc.12.e

† ianuis.

Sara autem vxor Abram non peperit ei, sed habebat ancillam Aegyptiam nomine Agar. Homilia XXXVIII.

A ETiam hodierna lectio linguam nostram denuò in memoriā patriarchę vocat:neque vos admiratio teneat,q́ nunc tot diebus historiā eiusdem toties in medium afferimus : nam nec hodie illā absoluere poterimus.Magna enim abundantia est virtutū iusti,& eximia sunt illius bona opera,atq; adeo vt omnem humanam linguam vincant. Quem enim deus supernè prædicauit & celebrē fecit, quis hominum dignè laudare poterit?Quanuis autem lōgè inferiores sumus, quàm exposcant illius merita,nos tamē vel saltem pro nostris viribus, quæ de illo scripta sunt in medium afferentes, ad æmulandum & imitandum virtutem illius, vos inducere cupimus. Sufficit enim huius viri philosophia ad omne huminum genus erudiendum,& ad trahendum diligenter auscultantes in virtutum viam: Cæterum obsecro, vt intendatis his

B quæ dicūtur, quò liceat etiam ex nuper lectis iusti vitam,q̃ fuerit bonis moribus prædita addiscere. Potest enim hic locus docere & viros & mulieres, vt magna inter se concordia viuant,& coniugij vinculum indisruptum seruent: & neq; vir insurgat aduersus mulierem, sed vt vasi infirmiori maiorē illi veniam tribuat: neq; mulier viro se opponat,aut ab eo dissideat,sed vt vicissim alter alterius onera ferre certēt,domesticámque pacem omnibus bonis præferant. At operæprecium fuerit audire verba ipsa, vt fiat nobis doctrina manifestior. *Sara autem*,inquit,*vxor Abræ, nō peperit ei: cæterum habebat ancillam Aegyptiā,cui nomen Agar.* Considera dilecte hoc loco indicibilem dei tolerantiam, & eximiam fidem & gratitudinem iusti,quam in factis sibi promissionibus declarauit. Cum enim toties promisisset deus se daturum semini eius terram,& in tan-

C to multiplicaturum numero, vt multitudini stellarum adæquaretur:videns q́ nulla promissionum opere impleretur,sed ex promissionibus nihil pręterquam verba acciperet,non turbabatur ratione,non commouebatur mente:sed mansit immotus & inflexus, credens potentię promittentis.Et idcirco etiam hîc assignauit scriptura diuina, dicens : Sara autem vxor Abræ non peperit ei,quasi hoc declarans.Post pacta cum eo inita,post pollicitationem innumeræ multitudinis ex eo procreandæ, nihil fluctuabat secum, videns nihil dictorum opere impleri,sed omnia contrario modo sese habere:&propterea dicit,Post illa omnia Sara vxor eius non peperit ei : vt discas q́ nihil illi accessit post tantas promissiones,quanuis Saram sterilem & vtero emortuo esse,in mente iusti multam hæsitationem ingenerare poterat.Verum patriarcha non spectabat ad

D impedimenta naturę,sed omnipotentiam domini cognoscens,qui naturę dominus & conditor est,viámq; in inuiis potest inuenire:sicut gratus seruus non quærit curiosè modum eorum quæ fiunt, sed relinquit incomprehensibili domini prouidentiæ, & credidit dictis:idcirco inquit,Sara autem post tantas promissiones non peperit ei. *Habebat autem ancillam Aegyptiam, cui nomen Agar.* Non absq; causa etiam hoc loco scriptura diuina nobis ancillæ memoriam facit, sed vt sciamus vnde habuerit illam.Et idcirco adiecit,q́ Aegyptia fuerit,vt ad superiorem historiam recurramus, & q́ fuerit ex his quæ Pharao Abrę donauerat,quando tanta vltione ab omnium deo potitus est, redeundo etiam hanc accepit.Studiosè enim nobis & nomē & gentem significauit diuina scriptura. Verū vlterius hîc considera,quomodo & Sarę mens bonis prædita fuerit moribus,& mirum in modum cōtinens,† & supra

† atque quā fuerit

Universidad de Deusto Biblioteca

ipſe patriarcha illi obſequens & ſupra quàm dici poteſt obediens.]

prà quàm dici poteſt patriarchæ obediens.] *Dixit autem Sara*, inquit, *Abræ in terra Chanaan: Ecce concluſit me dominus, ne parerem: ingredere igitur ad ancillam meam, vt ex ea prolem procrees.* Vide beneuolentiã mulieris: nihil tale dixit, quale poſt hæc Rachel inquit ad Iacob: Da mihi filios, ꝙ ſi minus, morior ego. Sed quid dicit? Ecce concluſit me dominus, vt ne pariã. Et quia, inquit, ſterilem me fecit naturæ cõditor, & priuauit me filiorum procreatione, vt ne propter meã ſterilitatẽ, cum in profundã veneris ſenectã, poſtea maneas abſq; liberis, ingredere ad ancillã meã vt ex ea filios ꝓcrees. Multiplex & indicibilis mulieris probitas. Quæ enim vnquã mulier hoc ſuſtineret facere, vel viro cõſulere, vel ancillæ coniugali thoro cedere? Vidiſti quomodo ab omni affectione fuerint alieni? Vnꝰ erat eis ſcopus, ne abſque pueris hinc decederent, & ſpectabant quomodo etiam illinc conſolationẽ acquirerent & indiſſolubile pacis vinculũ ſeruarent. Obſerua igitur hîc patriarchæ inſignem continentiã, admirabilémq; manſuetudinẽ. Neque enim difficilior fuit vxori * propter ancillã, vt imprudentes nonnulli: neq; amor eius erga mulierẽ imminutior factus eſt. Scitis enim multos hãc potiſſimũ ob cauſam mulieres deſpicere, ſicut ob contrariã adamare. Vtrunq; ſtolidè & imprudẽter agunt, qui vxoribus aſſcribunt ſterilitatẽ vel fœcunditatem, quaſi neſcientes ꝙ à naturæ conditore fiãt vniuerſa: & ꝙ neq; coitus, neq; aliud quiddã ad procreandos pueros ſufficere poteſt, niſi cooperetur manus ſuperna, quæ naturã ad procreandum excitet. Quæ ſanè iuſtus ille ſciens, vxori non imputabat ꝙ carebant filiis: ſed congruum honorẽ ſemper ei tribuebat. Atq; hanc ob cauſam, ipſa gratitudinis ſtudioſa, volénſq; declarare quanto amore erga virũ afficiatur: non quod ſuiipſius erat ſpectabat, ſed quomodo illi conſolationẽ quandam * ſterilitatis excogitaret, quaſi manibus ſuis acceptam puellam Aegyptiam, in lectum induxit. Quin & verbis ipſis oſtẽdit, qua de cauſa faciat, & quis eius ſit ſcopus. *Quia ego*, inquit, *inutilis viſa ſum, & ad generandũ non idonea. Concluſit enim me dominus, vt ne pariam.* Vide prudentem animã, quomodo nihil aſperũ loquitur, ſterilitatẽ non deplorat: ſed ſolũ hoc nobis declarare vult, ꝙ naturæ domino & opifici hoc aſcribens, fortiter & leniter ferat, malens quod deo placebat, q̃ quod ipſa concupiſcebat: & hoc vnum ſpectãs, vt virum ſoletur. Quoniã, inquit, dominus me concluſit, vt ne parerem. Quanta huius verbi emphaſis eſt, q̃ ineffabilẽ oſtendit dei potentiã & prouidentiam? quaſi diceret, Sicut nos aperimus & claudimus domos: ita & dominus in natura operatur, & ſuo præcepto claudit, & iterum quãdo vult aperit, & iubet naturam quod ſuũ eſt operari. Quoniam igitur concluſit me dominus, vt ne parerem, ingredere ad ancillam meam, vt ex ea prolẽ procrees. Scio quòd ego ſum cauſa quare nõ habeas pueros, propterea nolo te priuare eo ſolatio. Fortaſſis autem etiam ſuſpicabatur Sara ſterilitatem illam non à ſe ſola eſſe, ſed etiam ex patriarcha: ideo volens certo experimento comperire, ancillæ cedit, & illam in lectum illius ducit: vt re ipſa diſcat ſe ſolam in cauſa eſſe, ſibíq; ſoli aſcribẽdam ſterilitatem. *Obediuit autem Abram voci Saræ.* Magna iuſti virtus. Id quod dixi, hoc & nunc dico: quia neq; prior hoc conſuluit, quanuis in extrema ſenectute eſſet, & nunc à Sara admonitus promptè obediuit: docens ꝙ non concupiſcẽtiam vel affectiones ſectando, congredi illi voluerit, ſed vt ſeminis relinqueret ſucceſſorem. *Et vt accepit Sara vxor Abræ Agarẽ Aegyptiã, ancillã ſuã, poſtquã decẽ annos cohabitaſſet viro ſuo in Chananæa, dedit eã Abræ viro ſuo in vxorẽ.* Attende obſecro ſcripturæ diligentiã: vt enim diſcamus, ꝙ non mox poſt hæc verba quę ad eũ fecit Sara, in opus proſiluerit: ideo dicit, Et accepit Sara vxor Abrę Agarẽ Aegyptiã ancillã ſuã: quaſi monſtrãs nobis ꝙ vxorem ſuã conſolaturus, & obedire ei volens, hanc rem fecerit. Nam vt euidenter ſcias patriarchę continentiã & eximiã temperantiã, dicit: Poſtquã decẽ annis cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan. Non abſq; cauſa tẽpus aſſignauit, ſed vt ſcire poſſimus quot annis iuſtus fortiter infœcũditatẽ tulerit, & affectionibus ſuperior, magnã declarauerit cõtinentiã: neq; hoc ſolũ, ſed vt & aliud quiddã inde diſcamus: Propter hoc enĩ adiecit. Poſtquam decẽ annis cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan: vt ſignificaret ꝙ nõ omne tẽpus cohabitationis nobis declararit, ſed ſolum q̃d in Chananęa cõſumptũ. Quare, & ob quã cauſam hoc? Quia ſtatim vt venit in Chananęã, miſericors dominus promiſſionem fecit, dicẽs: Semini tuo dabo terram hãc: & poſt hæc quoq; ſemel atq; iterum promiſſiones ei fecit: vt ſcias dilecte, ꝙ quanuis tanto tẽpore dominus diſtulit, & promiſſa nõ impleuit, patriarcha tamen nõ fuerit animo turbatus, ſed prætulerit ſuæ ſententię diuina dicta. Propterea dicit, poſtquã decẽ annos cohabitaſſet viro ſuo in terra Chanaan. Vidiſti maſculum animum? Vidiſti philoſophię huius exercitationẽ, quomodo dominus vt eã magis declaret, ceſſat, ac differt? Nam quia plurimũ ei curæ ſunt famuli ſui, nõ ita ſimpliciter in eos cõferre beneficia, ſed ſimul etiã claros facere, fidémq; ipſorum omnibus manifeſtare vult. Si enim ſtatim vt promiſit ſe daturum ſemini eius terrã hanc, aperuiſſet Saræ vuluam, & ſucceſſores dediſſet pueros, neq; tam magnũ monſtraſſet miraculum, neq; tam clara apud omnes fuiſſet virtus iuſti. Virtus enim dei & tunc manifeſta quidem fuiſſet. Nam emortuam naturę officinam, & inutilem ad procreandos filios factam, ſuo præcepto iterum viuificaſſet: at non ita ſuarum laudum corona redimitus fuiſſet propheta, ſtatim promiſſa accipiens, vt nunc cum tanto tempore ſua probata eſt virtus, & quotidie facta eſt clarior. Et vt ſcias quòd deus non ſolum benefacere vult, & dona ſua dare: ſed ſolitus ſit ſua beneficia accepturos facere clariores: vide quomodo hoc & in Chananæa illa faciat, & idcirco ceſſat & differt, vt non ſolum petitionẽ illius exaudiat, ſed & vt illam ipſam in toto orbe nobilem faciat. Quandoquidem cum ſupplicaret ac diceret: Miſerere mei domine, quia filia mea malè à dæmonio torquetur: neque reſponſo eam dignatur miſericors & clementiſſimus dominus, alioqui preces noſtras ſemper præueniens. Et diſcipuli quidem neſcientes quid futurum eſſet, & quòd curam ageret mulieris, nollétq; theſaurum latere, ac ideo non reſponderet: quaſi magis cõpatientes acceſſerunt, inquit, & obſecrabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos: quaſi monſtrarent ſe iam nõ ferre illius moleſtiam. Dimitte enim eam, inquiunt, nõ quia tam ærumnoſa eſt, non quia preces eius rationabiles, ſed quia clamat poſt nos. Quid igitur dominus? Volens & paulatim illius theſaurum detegere, & docere quantum apoſtoli à ſua miſericordia abeſſent, reſponſum dat, quod & mulieris occæcare mentẽ, niſi tanto ſuccenſa deſiderio alacritatéq; viguiſſet, & apoſtolos ab interpellatione deterrere potuiſſet. Non ſum miſſus, inquit, niſi ad oues domus Iſraël, quæ perierũt. Et hoc quidem

Mat. 15. c

** διὰ τὴν παιδίσκην. i. propter ancillam, ſi librariꝰ nos nõ fallat, propter ſequẽtia tamen potius legendum videtur διὰ τὴν ἀπαιδίαν. i. propterea quod liberos nõ haberet.*

** ἀπαιδίας orbitatis, carentiæ liberorũ.*

quidem dictũ illos abſterruit ne pro muliere intercederẽt: ſed illam ſegniorẽ non fecit, imò fecit vt magis vrgeret. Ita enim ſe habet anima dolẽs, & feruenti affectione accedẽs, nihil attẽdit quod dicitur, ſed vnum ſolũ ſpectat, quomodo ea quæ ſibi curæ ſunt aſſequatur: id quod & iſta fecit. Auditis enim his, iterũ, inquit, adorauit eũ, dicens: Miſerere mei. Sciebat domini miſericordiã, & proinde magna ſedulitate vtebatur. Sed vide ſapientem illum & ſolertem, quomodo neq; ſic annuat, ſed aſperius & vehementius illam concutiens reſpõſum det. Sciebat enim fortitudinem mulieris, & volebat eam non occultè accipere beneficium, ſed ita vt diſcipuli diſcerẽt ex facto dilationis cauſam, & alij omnes docerẽtur, quanta ſit † longanimitatis] potentia & mulieris virtus. Nam dicit: Nõ eſt bonũ ſumere panem filiorum, & obiicere canibus. Hîc obſecro animaduerte, quæ fuerit mulieris cõſtantia, quãta alacritate ſuccẽſa, quanta in deum fide alata fuerit, cum interim viſcera ipſa, vt ita dicam, præ dolore diſſecarẽtur, & multum filiæ compateretur: non auerſatur, nec retrò cedit ob verbi contumeliã: ſed audito canis nomine, boni cõſulit, & fatetur ſe catellũ, vt à canum liberetur brutitate, & in filiorũ allegatur ordinẽ. Audi nũc quid ad hæc mulier dixerit, vt diſcas quantũ differente deo lucrum concedatur. Non ſolum enim nõ abegit mulierem dictorũ aſperitas, ſed in maiorẽ alacritatem excitauit, nempe poſtquam audiuit hęc verba, inquit: Etiam domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt à menſa dominorum ſuorum. Vidiſti quare hucuſq; diſtulerit? vt per verba mulieris, fidem illius eximiam diſcamus. Vide enim quomodo ſtatim eam laudauit, & prædicauit dominus, dicens: O mulier, magna eſt fides tua. Quam principio neq; reſpõſo dignabatur, cum admiratione & laudibus dimittit. Magna, inquit, eſt fides tua. Erat enim reuera ſupra naturam magna, ꝙ cum videret ſemel atq; iterum & ſępius auerſantem preces, non ſegnior fuerit facta, neq; retroceſſerit: ſed perſeuerãtia ſedula prouocauerit dominũ, ita vt voti cõpos fieret. Fiat enim tibi, inquit, ſicut vis. Vidiſtis quomodo qui prius illam neq; reſpõſo dignatus fuerat, nunc largitionibus certat? Non enĩ ſimpliciter annuit precibus illius, ſed prędicauit & celebrauit illam. Nam dicendo, O mulier: monſtrauit quomodo fidem eius obſtupeſcat: dicendo autẽ, Magna eſt fides tua: diuitias quoq; mulieris oſtendit. Deinde inquit: Fiat tibi ſicut vis. Quantum vis, quantum animo concipis, tantum præbeo. Tanta enim tua perſeuerantia dignam te declarauit tua petitione. Vidiſtis mulieris conſtantiã? vidiſtis diuinæ dilationis cauſam videlicet vt mulierem clariorem redderet? Redeamus autem, ſi placet, ad propoſitam hiſtoriam, & diſcamus quòd propter nihil aliud promiſſiones patriarchæ factas, tot annis implere diſtulit, q̃ vt multa cum gloria eas illi concederet, omnibúſq; monſtraret iuſti fidem: & idcirco dicit, *Poſtquam decem annos cohabitaſſet viro ſuo in terra Chananæa.* Vt diſcas quantum præterierat tẽporis ex quo promiſſiones accepiſſet. Statim enim vt venit in Chanaan, audiuit, Semini tuo dabo terram hanc: & tanto interuallo temporis abſq; pueris manſerat, minúſque apta generationi Sara fiebat. Et dedit, inquit, Agar Abræ viro ſuo in vxorẽ. Vide quantum etiam olim virtutis ſtudiũ apud veteres exercebatur, quomodo & viri temperati erant, & magnam continentiæ habebant rationem, mulieres zelotypiæ carebant vitio. Dedita enim opera ſæpius dicit ſcriptura: Et vt tulit Sara Agarẽ ancillã. Et iterum: Dedit eam in vxorem: vt diſcas quomodo abſq; affectione negocium egerit, & quãtum apud eos virtutis ſtudiũ. *Et ingreſſus eſt*, inquit, *ad Agar, & cõcepit.* Vide quomodo diſcit Sara ꝙ non iuſtus in cauſa fuerit quare caruerint filiis, ſed ſua potius ſterilitas: ſtatim enim congreſſum cum ancilla ſubſequuta eſt conceptio. Cęterum vide & ancillæ ingratitudinẽ, & muliebris ſexus infirmitatem: vt diſcas etiam hoc loco patriarchę mitam lenitatẽ. *Et vidit*, inquit, *quòd vterum gereret, & cõtempta eſt domina coram ea.* Ille enim fermè ſeruorũ mos eſt, vt cum parũ proſperitatis eis aſpirauerit, nequeant intra ſuos limites manere: ſed ſtatim ſui ordinis obliuiſcãtur, & in ingratitudinẽ propẽſi ſint: id quod & huic ancillæ accidit. Nam vt vidit vteri ſarcinã, neque dominę admirabilem honeſtatem, neq; ſuæ conditionis vilitatẽ cogitauit: ſed inflata & ſuperbiens contẽpſit dominam, quæ illam tam commendatam habebat, vt & in viri thalamum admitteret. Quid igitur Sara?

Dixit, inquit, *ad Abram: Iniuria à te afficior. Ecce dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ quia vidit quòd vterom gerit, contemptui coram ea habita ſum. Iudicet deus inter me & te.* Hîc quæſo animaduerte incredibilem longanimitatẽ & reuerentiã iuſti, quam erga Saram declarauit, veniã ab ea petens tã immeritò obiecti criminis. Quæ enim manibus ancillã viro tradiderat, & dixerat, Ingredere ad ancillam meã: quæ à ſemetipſa & ſua ſponte ad cõgreſſum hortata fuit, iſta nunc mutato animo inquit, Iniuria à te afficior. Mulier, nunquid ipſe ad ancillæ congreſſum feſtinauit? Nunquid intẽperantia impellente, ad rem habendã cum ancilla accelerauit? A te perſuaſus & tuo mãdato obtẽperans, hoc tandẽ fecit. Qua te iniuria maritus affecit? Ecce dedi ancillã meã in ſinum tuum. Si igitur fateris quod ipſa dederis, nec ipſe eam ſua ſponte acceperit: quare iniuſtitiam improperas? Etiam, inquit: nam quãuis ego dederim, ſed videns eius temeritatẽ, debebas cohibere mentẽ tam petulantem. Nam vt vidit ſe vterum gerere, contempſit me. Iudicet deus inter me & te. Verè hęc mulieris verba ſunt, & infirmi illius ſexus, quaſi enim hæc inquit ad eum: Ego quidem volebã tuum mœrorem ſolari, quem habes ex prolis inopia. Tam officioſam ea in re me geſſi, vt & ancillam meam meis manibus traderem, & ad congreſſum inhortarer: tu autem videns hanc inde fieri temerariam propter vteri ſarcinam, & magno faſtu inflari, debebas reprimere & vlciſci eius in me iniurias: Attamẽ quaſi omniũ priorum oblitus, me deſpicis etiã tu, me quæ tibi tot annis cohabitaui, & ab Aegyptia ancilla mea contemnor. Iudicet deus inter me & te. Dolentis animę verba. Et niſi tantis virtutibus præditus fuiſſet patriarcha, & in tanta reuerẽtia Saram habuiſſet, ægrè tuliſſet hæc verba, & ex dictorum aſperitate dolorẽ cõcepiſſet. Verum eximius ille ad ſexus fragilitatẽ ſpectans, omnem dedit ei poteſtatem. Iudicet deus inter me & te. Cogita quãtam rem egerim, vt te conſolarer, volens te vel in ſenectute patrem fieri, & ancillam meã in locum meũ adduxi: tu autẽ vidẽs illã tam ingratã, non vltus es, non rependiſti mihi vices beneuolentiæ, quam in te declaraui. Iudicet deus inter me & te. Ille, inquit, qui abſcondita omnium cordium nouit, ipſe erit iudex inter nos: Et quomodo ego quidem victis omnibus affectionibus, tuam cõſolationem meæ prætuli, & in lectum meum ancillam meam induxi. Ipſe autem nihil horum quæ à me facta ſunt, in mentem accipiens, permittis illi vt contra

† ſedulitatis & perſeuerãtiæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

contra meam insurgat lenitatē:nec audaciā reprimis, neq; ingratam castigas. Quid igitur adamas ille, fortis ille athleta, qui vndequaque coronas sibi plectebat? monstrans etiā in hoc suā virtutem, vide quid dicat ei.

Dixit autem Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis, vtere ea vt tibi libitum fuerit. Ingens iusto virtutis studium, mira æquanimitatis excellentia. Non solum enim non ægrè tulit ea quæ Sara dixerat, sed & opidò mansuetè respōdit & inquit: Suspicaris me authorem esse contumeliarū quibus affecta es, & putas me oblectari in his quę ancilla aduersum te ausa fuit, quoniam semel communicauit mihi in lecto? disce quod & primum, nisi hoc suscepissem vt tibi gratificarer, nunquā admisissem ancillā in lectū meum: veruntamen vt re ipsa certior fias, ecce in manibus tuis est, vtere ea vt tibi placuerit. Num quis potestatem tuam minuit? Num dominium tuū à te ablatum est? Nam licet cū ea congressus fuerim, salua tamen adhuc est potestas tua, ipsa sub manibus tuis est, puni, castiga, increpa: vt vis & tibi placuerit, sic facito cum ea, tantū ne succēseas, tantum ne mihi imputes quæ illa temerè egit. Neq; enim meis affectionibus incitatus rem cū ea habui, vt illi ita afficiar quò contra æquitatē ei patrociner. Scio quem tibi debeam honorē. Non ignoro familiariū ingratitudinem. Nulla mihi eius rei cura vel ratio. Vnū tantū est cui studeo, vt tu mœrore careas & turbatione, ac in omni sis honore. Hoc est verum contubernium, hoc mariti officiū, quando non magna diligentia ad mulieris spectat verba, sed imbecillitati sexus veniæ nonnihil concedit, hoc vnum satagens, vt è medio tollatur tristitia, & pax atq; concordia constringantur arctius. Audiant viri & imitentur iusti lenitatem, & tantum honorem ac reuerentiam mulieribus tribuant, & tanquā imbecilli vasculo parcant, vt cōcordiæ vinculum crescat. Illæ enim veræ sunt diuitiæ, illæ maximæ sunt facultates, si vir cum muliere non discordet, sed cōiuncti sint vt corpus vnum. Erunt enim, inquit, duo in carnem vnā. tales & si in paupertate sint, etsi in vilitate, omniū sunt beatissimi, verā percipiunt voluptatē, & in continua cōsistunt tranquillitate. Sicut cōtrà, qui hac non fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonū pacis amittunt, etiāsi magnis affluant diuitiis, etiāsi sumptuosas habeant mēsas, etiāsi clari fuerint ac nobiles, miserrimi omniū sunt: turbelas & fluctus sibi quotidie excogitant & vicissim suspicantur, nullámq; voluptatem habere possunt, interno bello omnia confundente, multámq; eis amaritudinem inuehente. Verum hîc nihil tale, sed patriarcha indignationē matrisfamiliâs sua placauit lenitate, & data ei contra ancillam potestate, domum pace repleuit. *Et afflixit eam*, inquit, *Sara, & aufugit à facie eius.* Postquam domina illius puniuit insolentiā, fugam iniit ancilla. Talis scilicet seruorum mos est, quando non permittitur eis more suo agere, sed impediūtur eorū conatus, statim dominorū ruptis frænis, fugā capessunt. Cæterū vide & hoc, quomodo ancillę superna prouidētia nō deest, quò iustus in maiori sit honore. Nam quia iusti semē intra se gerebat, ideo & angeli aspectum videre meruit. Inuenit enim eam, inquit, angelus domini prope fontem aquę in solitudine in via Sur. Considera misericordiam domini, quomodo nullum despicit, sed etiamsi seruus sit vel ancilla, suam erga eum declarat prouidentiam. Nō ad dignitatum respiciens eminentiam, sed ad animæ affectionem. Hîc autem non propter ancillæ meritum angelus assistit, sed ob honorem iusti. Nam sicut dixi,

A digna erat quæ nō negligeretur, ob dignitatē seminis iusti, quod in ea conceptū. *Et vt inuenit eam angelus, dixit ei: Agar ancilla Saræ, vnde venis, & quò vadis?* Vide quomodo & angeli dicta, eam in memoriā suæ cōditionis inducunt. Nam vt attentiorē reddat, statim appellationē nominis eius in mediū affert, & dicit, Agar. Solemus enim diligentius auscultare, quando nostris nominibus vocamur. Deinde dicit, ancilla Saræ: quo recordari eam facit dominæ suæ, vt sciat q licet particeps fuerit herilis lecti, attamen dominam agnoscere debeat Saram. Et vide angelū interrogantē, vt eam ad respondēdi necessitatē cogeret. Vnde, inquit, nunc in solitudinē hanc aduenisti, & quò contendis? Atq; ob hoc in hac solitudine cōparet angelus, vt ne putet aliquem ex vulgaribus viatoribus eum esse qui interrogat. Solitudo enim erat, & nullus alius aderat: & idcir- B co vt sciat non esse vulgarem aliquē, qui sibi colloquitur, eapropter vt in eremo apparuit, rogauit ex ea. *Et* inquit, *illa: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio.* Vides quomodo non negat dominā, sed confitetur verè omnia? Non est, inquit, homo qui interrogat, vt possim decipere. Primū dixit nomen meū, & dominæ meę meminit, congruū est vt & ego vera dicā. A facie, inquit, Saræ dominę meæ ego fugio. Vide quomodo citra odiū meminit dominæ. Non dixit, malè afflixit: non dixit, grauia mihi fecit, non possum ferre molestiam eius, & ideo fugam inij: nihil asperum loquuta est, sed solum seipsam vt fugitiuam accusauit. Vidisti eius gratitudinem? Vide quid iterum angelus ei dixit. *Dixit autem ei angelus domini*, inquit, *Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manibus eius.* Ad hoc quidem, quod dicit: A facie dominæ meę fugio: īquit, Reuertere, & ne sis in- C grata erga dominam tuam, quæ de te tam bene merita est. Deinde quia ex fastu & superbia mentis dominam suā in iram excitauerat, inquit: Et humiliare sub manibus eius, subiecta esto ei: hoc enim tibi proderit. Agnosce seruitutem, ne ignores dominiū, nihil sublime sapito, ne plus de te q̃ oportet senti. Humiliare sub manu eius, magnam prę te fer obedientiam. Satis eius animam demulserant angeli dicta, satis eius spiritum compresserant, satis frænauerant eius furorem, multā in cogitationibus serenitatē fecerant. Cæterū ne putaret temerè & absq; causa id curæ in eam impēsum, sed discat q propter semen iusti tantam beneuolentiā assequuta sit: vide quomodo eam consolatur, & mentem eius erigit, & cōsolationem dat, quæ abundè sufficiat, cum ita subiungit: *Et dixit ei angelus domini, Multiplicans multiplicabo semen tuum, & præ multitudine non nu- D merabitur.* Et tibi, inquit, prædico tantum fore semen tuum, q neq; numero subiaceat. Ne igitur mœsta sis, neque succumbas, neq; turberis animo, sed præ te fer omnem obedientiā. *Ecce enim vterum geris, & paries filium, & vocabis nomen eius Ismael.* Ideo inquit, & partū tibi prędico, & nomen iam impono puero qui nascetur, vt re certius comperta viam remetiaris, & emēdes quod deliquisti: quia audiuit dominus † humilitatem tuam. Hinc discamus, quantum sit in afflictionibus lucrum, quanta calamitatis vtilitas. Postquam enim secessit, & dolor auctus est, multísque circundata est afflictionum molestiis in solitudine, in vastitate & angustiis versans, post tantam prosperitatem, & postquam in parem cum domina sua dignitatem euecta fuisset: ideo acceleratū nacta est subsidium. Hæc enim tibi erunt, inquit, quæ promisi, & paries filium, & semē tuum innumerabile erit, quia † probauit dominus humilitatem

†afflictionem.

†exaudiuit dominus afflictionem tuam.

humilitatē tuā.] Ne igitur grauatim feramus, si molestiis premētibus humiliemur. Nihil eṁ ita nostræ naturæ conducit, vt mentē subducere, & humiliare superbum spiritum, & inflationē mētis deprimere. Tūc enim nos magis audit dominus, quando cum dolore animæ, & corde contrito ipsum inuocamus, maiorē in precibus sedulitatē adhibentes: quia audiuit dominus* humilitatem tuā. Postea prędicit pueri qui nasciturus erat studium. *Hic erit*, inquit, *agrestis homo, manus eius cōtra omnes, & manus omniū cōtra eū: cōtra faciem omniū fratrū suorū tabernacula figet.* Prædicit ei q virilis & fortis erit, q bellator, q agriculturæ vacabit. Vidisti propter patriarchæ honorē quanta sint & ancillæ facta? Quicquid eṁ illi impensum est, ad honorē patriarchæ pertinet. Hęc vbi angelus consuluit & felicia annunciauit, recessit. Cæterùm vide iterū ancillę * gratitudinem. *Et vocauit*, inquit, *nomen domini, qui loquebatur sibi: Tu es deus qui vidisti me: quia dixit, Etenim corām vidi eū qui apparuit mihi. Propter hoc vocauit puteū, puteū vbi corām vidi, inter Cades & inter Barad.* Vides quomodo & hæc vult perpetuam memoriā infigere loco per vocabuli impositionem? Vocauit enim locū, puteū vbi corām vidi. Vidisti & ancillam crescentibus afflictionibus aliquāto castigatioribus moribus fieri, & magnā gratitudinē declarare erga eā propter quā tanta ei collata beneficia? *Et peperit*, inquit, *Agar Abræ filiū, & vocauit Abram nomen eius, quem peperit sibi Agar, Ismael.* Hic discimus quantum bonū sit mansuetudo, quantū lucri habeat, & quāti fructus ex afflictionibus proueniant. Nā māsuetudine patriarcha placauit Saram indignabundā, & famulæ potestatem ei dedit, domúmque pace repleuit: afflictionis autem fructus in ancilla videre licet. Quia postquam ab hera afflicta fugit, & multum ærumnosa fuit, dolentéq; anima dominū inuocauit, statim supernam visitationem assequuta est. Vt enim discat q per humiliationem & afflictionē tantā beneuolentiam inuenerit, dicit angelus ei: Vterum geris, & paries filium, & vocabis nomē eius Ismaël, quoniā audiuit dn̄s afflictionem tuā. Itaque dilecti cùm sciamus q si sobrij & prudentes fuerimus, tribulationes nos magis domino appropiare facient, & tunc poterimus eius gratiam nobis conciliare, quando dolente anima & feruidis lachrymis ipsum accedimus: ne doleamus in afflictionibus, sed lucrū quod ex afflictionibus prouenit cogitantes, omnia quæ nobis eueniunt placido feramus animo, & discamus humani esse & māsueti erga omnes quidē, maximè autem mulierum nostrarum curam agamus, vt siue iustè siue iniustè nos arguant, ne ita ad viuum & accuratè excutiam⁹ causas: sed vnius rei nobis cura sit, vt tristitiæ causa è medio tollatur, crescátq; ac roboretur pax domestica: vt & illa ad virum suū habeat conuersionem, & vir ab externis ac forensibus negotiis & turbationibus ad eam quasi ad portum confugiat, & omnigenā inueniat cōsolationē. In adiutorium enim data est, vt cōtentus ei⁹ cōsolatione, †] quæ occurrunt aggredi queat alacrius.] Nam si fuerit ornata virtutibus & mansueta, nō solun viro suo cōmunicationis præbebit consolationē, sed & in aliis omnibus multū fiet vtilis: omnia illi leuia & facilia reddit, & percipere non sinit illas externas malitias, neq; difficultates quæ quotidie domi nascuntur: sed quasi gubernator optimus omnem animi tēpestatē in serenitatem sua sapientia conuertit, intelligentiáque sua magnam confert consolationē. Enimuero qui sic cō-

*ταπείνωσιν, i. humiliationē, afflictionem.

*εὐγνωμοσύνην, gratitudinē, beneuolētiam, probitatem.

†aduersus ingruētia resistere valeat.

A iuncti fuerint, à nulla rerū difficultate malè habebunt. Quando eṁ cōcordia & pax & vinculum dilectionis cum muliere & viro fuerit, omnia simul affluūt bona, & nullis insidiis expositi sunt, magno & inexpugnabili quodā muro circundati suā iuxta dei præceptum concordia. Hoc adamante firmiores, hoc ferro fortiores eos reddet, hoc omnibus diuitiis & abundantia magis locupletabit, hoc supernam gloriā eis conferet, hoc & dei beneuolentiā eis vbertim conciliabit. Proinde oro, ne quid illi pręferendū existimemus: sed omnia faciamus & agamus, ita vt tranquillitas & pax sit cohabitantibus. Tunc enim & filij qui nascuntur parentum virtutem sequentur, quos imitabuntuur & serui, & vndequaque domus virtute florebit, eritque multiplex rerū prosperitas. Quando enim diuina pręferimus, facilè alia omnia prosperè nobis succedent, & †nihil difficile putabimus,] suppeditante nobis om- B nia largiter diuina gratia. Vt igitur etiā ipsi absque tristitia, & temporis istius vitam transigamus, & maiorē domini beneuolentiā nobis conciliemus, concordiā & pacem in domū nostrā introducere conemur: amplexantésq; virtutem, cura nobis sit vt honestè enutriantur pueri, curæ nobis sint mores famulorum: vt pro omnibus, largis acceptis remunerationibus, mereamur & promissa bona, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cū patre & spiritu sancto sit gloria, imperiū & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

†nullā sentiem⁹ molestiam.]

Quando autem factus est Abram nonaginta nouem annorum, apparuit ei deus.

Homilia XXXIX.

SAtis vidistis dilecti, quomodo nihil sit ociosè in diuina scriptura positum? Scitis quantum C vtilitatis heri percepimus, cum de Agar ancilla fugitiua dissereremus? Didicimus eṁ magnā patriarchæ lenitatem, eximiā continentiam, reuerentiā, qua Saram cōplexus est, & quomodo concordiā bonis omnibus præferendam duxerit. Vidistis dei ineffabilem misericordiā, quomodo in honorē iusti non solum reduxit Agar, quæ in solitudine errabat, & ob timorem dominæ aufugerat, sed & ei Ismaëlem prolem dedit, inde iusto magnū solatium excogitans, tātæq; patientiæ mercedes ei tribuens. Et postquā natus est Ismaël, vult nos docere scriptura tempus & numerū annorum patriarchæ. Vnde assignauit dicens: *Quando natus est Ismael, annorum octoginta sex erat Abram.* Videamus autē & hoc loco, id quod & ex sequentib⁹ discemus, †eminentiam iusti, & ineffabilem atq; eximiam misericordiā domini. Sciemus autem vtraque D euidenter, si iterum tēpora vitæ iusti addiscere poterimus: & quomodo bonus deus quæ ad se attinent omni tempore dispensat, probans suum famulum, & piam eius mentem detegens. Ipse enim clarè pręsciebat famuli sui gratitudinem, & animæ eius pulchritudinem sciebat, margaritámque hanc euidenter agnoscebat. Sed quia voluit omnibus tunc præsentibus eum manifestare, vt & posterioribus seculis ipsa iusti virtus ad imitationem ac zelum, eos qui æmulari volunt, prouocaret: idcirco paulatim mentē iusti tam opulentam nobis detegit, vt discamus & nos diuinis promissionibus non diffidere, neque dilationem grauatim ferre: sed maiorem spem in inuisibilibus quàm visibilibus ponere, quæ dominus omniū promiserit: & sciamus, quòd nō sit possibile vt vnquam excidant promissa dei: sed & si lōgo post tempore eueniāt ali-

†patiētiā.

qua

Universidad de Deusto Biblioteca

qua diuinis promissis diuersa,ne propterea mens turbetur,sed cognoscamus eius qui ꝓmisit inuictam virtutem & sapientiã:& ꝗ quãdocunque voluerit,opere quæ ꝓbantur complere poterit,omnia ꝗ ei cedent & obtemperabunt. Nã quia dominus est naturæ & opifex,potens etiam est dare ea quæ supra naturam sunt. Ne igitur ad propriam imbecillitatẽ respicientes, curiosius quæ à deo fiunt inquiramus, neque ad naturæ ordinem intendentes, mente claudicemus: sed sicut grati famuli immensam dñi nostri potentiã nõ ignorantes,credamus eius promissionibus:& humanis viribus superiores facti, promissa assequamur omnino: & cum eius fruimur beneuolẽtia,pro nostro virili deũ quoq; veneremur. Maximus enim hic est noster honos,quem offerre possumus,vt virtuti ipsius fidamus, etiamsi præ oculis videamus diuersa. Et quid admiraris apud deũ honorẽ maximum esse non dubitare, cum apud nos maximũ honorem sibi impensum putent homines,quãdo aliquid vile & modicũ promittunt,nósque de promissis nõ fluctuamus, sed promittẽtibus bene fidimus? Quòd si hoc in hominibus, qui tam crebrò fallere solent, vel ob infirmitatẽ præstare nihil valent: quanto magis omnipotentis dei ꝓmissis credere debemus,etiamsi interim multũ temporis interfluat? Quæ nunc non absq; causa dicta sunt, sed vt scire possimus,cùm venerimus ad principium eorum quæ hodie nobis sunt ꝓposita, quomodo misericors deus volens apud omnes nobilẽ reddere patriarchã, qui tot annis suã longanimitatẽ seruauit: & iustus non ægrefert,nec segnior fit, nec desperat: sed bona spe vegetatus,religiosum animũ in omnibus præ se fert. Sciemus autẽ liquidò omnẽ patriarchæ virtutem, si didicerimus quantũ tempus interfuerit. Omnia enim beatus Moses spiritu sancto afflatus docebit. Quid igitur ille dicit? Quãdo obediuit mandato dei,& migrãs à Charris,in Chananæam contendit,annorũ erat septuagintaquinque. Et statin vt venit in Chananæam, dñs promisit ei & semini eius daturum se omnem terram: & tanto numero multiplicaturũ, vt innumerabile fiat sicut stellę & arena. Et post promissionẽ hanc multa interim acciderunt iusto, nempe descensus in Aegyptum propter famem,rapina Saræ, & statim diuina consolatio. Iterũ post reditum ab Aegypto,aliæ in Saram molestiæ à rege Gerarorum, & statim subsidiũ. Atq; hæc omnia videns iustus, post promissionẽ quæ ei euenerat, nõ turbabatur animo, neque curiosius disquirebat quare accepta promissione tali, in tãtas talésq; tẽtationes quotidie incidat, & tãto tẽpore maneat absq; prole. Noluit enim,vtpote pius, humanis rationibus ea quę à deo fiebant submittere,& boni cõsulebat,gratéq; suscipiebat quęcunque deo fuerãt visa. Et post decimũ annũ suscepit Ismaëlẽ ex ancilla,& in illo putat qđ reliquũ erat promissionis adimplendũ. Erat enim patriarcha quando natus est ei Ismaël,annorũ octogintasex: & iterum tredecim annis exercetur à misericorde deo in patientia, donec eius ꝓmissio impleatur. Nam quemadmodum vidisti aurũ in cõflatoria fornacula purgari, ita temporis accessione iusti virtus clarior fit & illustrior. *Quãdo enim, dicit, factus est Abram annorum nonagintanouem, apparuit ei deus iterum.* Et quarénam tanto tempore distulit? vt non solum iusti patientiã & virtutem discamus,sed & immensam suam potentiã videamus. Cùm enim nihil spei & expectationis esset in natura, quæ ad procreãdam prolem inutilis erat, & membra præ senectute languida & frigida essent,tunc tandẽ iusti virtutẽ detexit,& suã potentiã indicauit, promissionem implẽdo. Sed operæpreciũ,vt iterum audiamus ea ipsa,quę cum illo deus loquutus est verba. *Cùm factus enim esset,* inquit, *nonagintanouẽ annorum, apparuit ei deus & dixit ei.* Cùm autem audieris, apparuit, nihil humile suspiceris,neq; putes oculis carnalibus videri diuinã illam & incorruptibilẽ substantiã,sed piè omnia intellige. Apparuit,inquit,ei deus: hoc est, visitatione sua illum dignatus est,& dignum duxit eum cuius curam ageret, vsus magna sermonis attemperatione. *Dicit enim,* inquit, *ad eum: Ego sum deus tuus, esto probatus coram me, & esto irreprehensibilis, & ponã testamentũ meũ inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Et procidit Abram super faciem suam.* Magna iusti gratitudo, excellens item clementissimi dei in illũ misericordia. Ego sum, inquit, deus tuus: quasi diceret, Ego sum qui vsque in præsens res tuas variis modis dispẽso. Ego sum,qui te è domo tua euocaui,& huc duxi,qui omni tẽpore ꝓpugnator tu⁹ sum,& qui te inimicis præualere feci. Ego sum: & nõ dixit simpliciter,ego sum deus: sed,ego sum deus tu⁹. Vide mirã bonitatẽ,quomodo hoc etiã additamento amorẽ suũ erga iustũ declarauit. Nam qui totius mũdi est deus,& vniuersi opifex,creator cœli & terræ,dicit: Ego sum deus tuus. Ingens ꝑfectò honor,qui iusto tribuitur. Sic & prophetis loqui mos est. Nã sicut ipse nunc,cũ sit dñs cõmunis omniũ, à seruo vt peculiaris vocari voluit,& inueniemus eum post hæc dicẽtem, Ego sum deus Abraham,deus Isaac,deus Iacob, ita & *Exod. 3.b* prophetæ dicere consueuerunt: Deus deus meus: non *Psa. 62.a* concludentes eius dominiũ,sed amorem immensum declarantes. Non igitur mirũ si homines hoc faciant, cùm & ipse idem faciat. Cæterùm ne miremur dilecti,sed audiamus prophetã dicentem: Melior est vnus *Eccli. 16.a* faciens voluntatẽ dñi,quàm decies mille peccatores. Et iterum audiamus Paulum dicentẽ: Obambulauerunt *Heb. 11.g* in melotis,in pellibus caprinis,egentes,angustiati,afflicti,quibus nõ erat dignus hic mũdus. Sic propheta quidem pronunciat vnum qui facit voluntatẽ domini,impiis decem millibus meliorem. Beatus verò Paulus doctor orbis, memorans bonos omnes in afflictionibus hic agentes,inquit: quibus non erat dignus hic mundus. Ita cùm dixisset totum mundum, *Ibidem.* mundo opposuit eos qui hic vexantur & affliguntur, vt discas quanta sit virtutis magnitudo. Atq; ob hoc dñs deus inquit ad patriarcham: Ego sum deus tuus, sis probatus corã me,& esto irreprehensibilis. Neque enim contemnã tuæ virtutis sudores, sed ponã testamentum meum inter me & inter te, & multiplicabo te valde. Non tantum faciam te in multitudinẽ magnam crescere,sed valde: manifestans augmentationem plurimam. Quod suprà dicebat, cum diceret sicut arenã & stellas: id hic per aduerbiũ, valde, significauit. At gratus & religiosus famulus, videns tantam dei erga se misericordiam & obsequiũ atque curam, obstupefactus,animóq; versans & naturam suã & bonitatem, immensámq; misericordiam dei, Cecidit, inquit, in faciem suam. Qua figura suam indicauit gratitudinem. Non solùm enim tunc non fuit factus arrogantior,neque superbiebat propter fauorem dei, quem experiebatur, sed & multo magis humiliabatur. Et cecidit,inquit,in faciẽ. Ita enim gratæ animæ, quanto maiori fruũtur fiducia, tanto maiorem deo reuerentiã exhibent. Cecidit,inquit,in faciem suam. Et quia post tantam fiduciam iustus seipsum & naturæ

suæ imbecillitatem considerãs,neque oculos attollere ausus fuit, sed in faciẽ pronus multã declarauit reuerentiam: vide iterum boni dei ineffabilem liberalitatem. *Loquutus est enim, inquit, ei deus dicens: Ecce ego & testamentũ meũ tecũ, & eris pater multitudinis gẽtiũ, & nõ vocabitur vltrà nomẽ tuũ Abram, sed erit nomen tuum Abraham: quia patrẽ multarũ gentiũ cõstitui te, faciãq; te crescere valde valde: & ponã te in gentẽ, & reges ex te egrediẽtur.* Cõsidera dilecte,quomodo prędicit iusto & nũc manifestè omnia,& vt maioribus eum argumentis certũ reddat, etiam literam addit nomini eius, & inquit: Eris pater multitudinis gẽtium. Non vocabitur enim nomen tuum Abram, sed Abraham: quia patrem multarum gentiũ constitui te. Nam sicut prius nomen *Abram.* eius transitum indicabat,iuxta Hebræorum linguam: & hoc sciunt qui linguę illius sunt periti: Itaq; parentes eius nomen hoc indiderãt,eo quòd à patria sua in Chananæam trãsiturus erat. Iam fortassè dixerit quispiam: cùm parentes eius infideles fuerint, vnde illis scientia hæc,vt quod multo tempore postea futurum erat,nomine complecterẽtur? Sed est etiam hoc omnipotentis sapientię dei argumẽtum,quæ sæpenumero per infideles eiusmodi res dispẽsat: & multa similia inuenimus etiã in aliis facta. Statim enim occurrit nobis & Noë vocabulũ: neque enim absque causa & inuanum etiã huic nomen indiderũt parentes,sed præsignarunt subsequuturum diluuium. Enimuero & patrẽ huius non ideo nomen puero indidisse, quòd ipse iustus esset, audi scripturam dicentem: Noë solus inuentus est iustus,perfectus in generatione sua. Nõ autem obticuisset scriptura,neq; dixisset, Noë solus iustus erat, si & Lamech pater eius virtutem iusti fuisset imitatus. Impositurus itaque puero nomen,inquit: Et vocabitur nomen eius Noë, hic faciet nos quiescere ab operibus nostris,& à molestiis manuum nostrarũ, & à terra quã maledixit dominus deus. Vnde illi esset præscientia eorũ, quæ post tot secula erant euẽtura? *Noe.* dicit enim: Vocabitur Noë, hic eñ nos quiescere faciet. Nomen autẽ Noë,lingua Hebræorum quies dicitur. Itaque quia ingruente diluuio hic solus mundũ seruaturus,& posterioris seculi futurus autor erat: idcirco,inquit,hic faciet nos requiescere: requiem diluuiũ vocans. Nam omnem terram fatigatam,& valde deteriorem factam inhabitantiũ malitia,superueniẽs diluuij aquarum inũdantia,quæ finem malitiæ malorum istorum hominum faciebat, & terrã repurgauit, quam fecerat immundam inhabitantiũ malitia, & illos puniendo quiescere fecit. Mors eñ, vt inquit ille, requies viro. Vidisti quomodo & per incredulos multa sæpe præsignari facit? Eodem modo & patriarchæ nomen parentes indiderãt, statim ab initio declaràntes ꝗ peregrinus erat futurus & trãsiturus flumen in terrã alienã veniret. Inquit igitur: Quoniam nomen à parentibus tibi inditum illud præsignauit: accipe & vnius elementi additionẽ, vt scias quòd hoc tibi declarat te multarũ gentium fore patrem. Et vide quàm accurate sit loquutus. Non dixit omniũ gentiũ, sed multarum gentiũ: quia erant & aliæ gentes expellendę, vt semen iusti hæreditatẽ acciperet: ideo dicit, Patrem multarum gentium constitui te. Sciens, inquit, tuæ virtutis magnitudinem,multarum gentiũ doctorem te faciã,& crescere te faciã ac multiplicari valde valde: & ponam te in gentes,& reges ex te egredientur. Dilecti, ne perfunctoriè transeamus quæ dicuntur. Nã si cogitauerimus patriarchæ ætatẽ, & ꝗ hæc in extrema senecta audiit,stupescemus iusti virtutẽ,& misericordis dei eximiam potentiã: quia ex homine propemodũ mortuo,& mẽbris inualido, qui & quotidie mortem præ oculis imaginabatur, in tantũ auctum iri significauit semen,vt & in multas gentes fiat, & ex eo reges egrediantur. Vidisti quomodo crescãt ꝓmissiones? Faciã te crescere,inquit,valde valde. Duplicationẽ huius aduerbij non frustra adiecit, sed vt significet iusto miram multitudinem dandam. † Proinde in nomine,] quasi in columna quadam indelebili promissionem ei inscripsit. Iterum dicit: *Statuam testamentum meum inter te, & inter semen tuum post te in generationes eorum, in testamentum sempiternũ, vt sim deus tuus.* Non solũ erga te hãc meã declarabo prouidentiã & curã, sed & erga semen tuũ,& post tuã mortem. Vide quomodo refocillat animã iusti, ꝓmittens ei ꝗ & seminis eius multã curã sit habiturus. Et quę virtus testamenti? vt sim deus tuus,inquit,& seminis tui post te. Hoc eñ erit tibi & semini tuo summa & caput bonorum. *Et dabo tibi & semini tuo post te terram in qua peregrinus es, omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam, & ero eorum deus.* Propter tuã, inquit, virtutẽ & posteri tui erunt mihi commẽdatiores, & dabo eis in possessionẽ æternã terrã Chanaan, & ero eorũ deus. Quid est, Et ero eorũ deus? hoc est, multam me eorũ curã habere ostendã, & meũ subsidiũ illis præstabo. Et dixit deus ad Abraham: Tantùm tu testamentum meũ obserua,tu & semen tuũ post te in generationibus eorũ. Nihil aliud à vobis requiro, quàm obediẽtiam & gratitudinẽ,& ego omnia quæcunque pollicitus sum, opere cõplebo. Insuper volebat eos qui ex ipso nascendi erant, facere suũ peculiarẽ populũ: & vt postea cùm multitudo ꝓpagaretur,nõ se gentibus illis,quarũ hæreditatem occupatura erat, commisceret. Et aliter: Quia iuxta prędictionem suam in Aegypto seruituri erant. Vt igitur ne gentibus se commiscerent in Aegypto, circuncisionem, signi gratia, iusto præcipit, & inquit: *Hoc est * testamentũ quod seruabis inter me & vos, & inter semen tuũ post te in generationibus illorũ. Circũcidetur in vobis omne masculinũ. Circuncidetis carnẽ præputij vostri.* Deinde vt doceat & illos & oẽs nos, quare hoc iniunxit, & ꝗ nõ alterius cuiuspiã gratia, quàm vt esset assignatus & sibi segregatus populus, inquit: Et erit in signũ testamenti inter me & vos. Et postea etiam de tẽpore imperat, quo conueniat hoc fieri. *Puellus enim,* inquit, *octo dierũ circuncidetur vobis, & vernaculus, & emptitius: & omnes in summa, vt ita dicã, qui apud vos sunt, hoc signũ suscipient. Et quisquis non circuncidetur in die constituto, perdetur: quia testamentũ meũ dissipauit,* quia trãsgressus est (dicit) pręceptũ. Vide sapientiã domini,quomodo cùm sciret prauas eorum mentes futuras,signũ circũcisionis quasi frænũ quoddã imposuit, ad indomitos eorum impetus cohibendos, vt ne gẽtibus cõmiscerentur. Nam quia sciebat eorũ lasciuiã,& quòd licet infinities moniti vt se ab illicito cõtineant, nõ parérent: ideo dato eis perpetuo memoriali,iniecit eis circuncisionis signum, quasi vinculũ quoddã: deditque eis terminos & regulas,vltra quas transire eis non liceat,vt in nullo cũ gentibus se commiscerent: sed sua gente cõtenti essent, vt patriarchæ semen impermixtum maneret, vt sic & promissa in eis compleri possent. Et quemadmodum vir aliquis prudens & lenis, ancillam habẽs petulantem, terminos & regulas illi dat ne vnquã extra vestibula prodeat,neque cum prætereuntibus cõueniat,& nõnunquam

† Quoniã igitur per elementi additionem.]

** Διαθήκη hoc loco potius fœd⁹ aut pactũ significat, vt alibi sæpe, quàm testamentum & vltimam morientiũ volũtatẽ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam pedibus cõpedes addit, vt sic illius intemperãtiam coercere valeat: ita & misericors dominus circunciſionis ſignũ carni eorũ indidit, quaſi pedibus vinculum quoddã: vt domeſticũ habentes ſignũ, non vltra doctrina aliorum opus habeant. Atqui ingrati, inſenſatique Iudæi etiam hoc tempore circunciſionẽ ſeruare volunt, puerilémq; declarant mentem. Cuius enim gratia, dic mihi, circuncidi volũt? Nam tũc quidem, vt ne impiis gentibus ſe cõmiſceret, hoc in mãdatis acceperũt: nunc autẽ per dei gratiã omnibus ad lucem veritatis adductis, quæ circunciſionis vtilitas? Nunquid ad animæ libertatem cõfert carnis depoſitio? Non audierunt manifeſtè deum dicentem: Et erit in ſignum teſtamenti: quaſi demonſtrantem quòd ob multam inſipientiã tali ſigno indiguerint. Ita enim & in humanis rebus nonnunquã fieri ſolet. Quando nõ habemus aliquib° fidẽ, curamus vt ab ipſis ſignũ pignoris loco recipiamus. Similiter & omniũ dominus, ſciens ipſorum animi inconſtantiã: hoc ab eis ſignum petere voluit: nõ vt ſemper maneat ſignũ hoc, ſed vt poſtquã ſignata finem acceperint, & ſigni vſus auferatur. Nam ſicut qui ſignũ repetunt, & pignus accipere volunt, cùm negocium perfectũ fuerit, tunc & ſignũ tollunt: ita etiã hic cùm ſignaretur populus patriarchæ, ſignum hoc apud vos introduci oportebat, quoad gentes illæ, propter quas ſignũ accepiſtis, eſſe ceſſarent: at nunc cùm illæ ad veritatis lucem accelerent, veſtrum eſt non iam ꝓpriæ ingratitudinis indicium circũferre: ſed liberos eſſe, & ad priſtinã generoſitatem redire. Cõſidera eũ quòd eximius ille patriarcha, priuſquã acciperet circunciſionis mandatũ (nonaginta enim & nouem annorũ erat, quãdo hoc ei præceptũ eſt) & acceptus fuerit deo, & multis modis à domino prædicatus ſit. Et quia propediẽ ꝓmiſſiones erant implendæ, naſcẽdúſq; Iſaac, & augendũ genus, & patriarchæ emigrãdum ex hac vita: nũc demum accipit mandatum circunciſionis, & in tali ætate circunciditur, vt poſteris omnibus lex quædam & regula fierent ea quæ patriarcha prior fecerat. Et vt cuidẽter diſcatis dilecti quòd hoc nihil ad animę virtutẽ conducat, ex his quæ fiunt videri poteſt. Cur eũ, inquit, octo dierum infans circunciditur? Tẽpus autem definitũ à miſericorde deo duab° de cauſis opinor. Vna, vt in ætate immatura facilius circũciſionis in carne moleſtiã ferre queat: alia, vt reb° ipſis diſceremus, ꝙ id animæ nihil conducat, ſed hoc fiat ſigni gratia. Pueri enim immaturi, cùm ea quæ fiunt ignorant, neque ſenſum eorum habẽt: quã inde in anima ſua vtilitatẽ accipere poſſunt? Illa enim ſunt verè bona opera animæ, quę ex electione fiunt. Animæ eũ bonum opus eſt virtutẽ eligere, & malitiã fugere. Animæ bonum opus eſt, vt ne plura quàm oportet concupiſcat, & facultates tribuat indigẽtibus. Animę bonũ opus eſt, nõ addictũ eſſe rebus præſentibus, ſed eas quidẽ deſpicere, futuras autẽ continuò in animo habere. In carne verò ſignum accipere, quale bonũ opus fuerit? Verùm ingrati illi & inſenſati Iudęi: quanuis iam illuxerit veritas, adhuc in vmbra ſedẽt: & quãuis ſol iuſtitiæ affulſerit, qui lucis ſuę radios vndique emiſit, adhuc candelari luci ſunt addicti: & quanuis ſit tẽpus vt ſolido paſcantur cibo, ipſi adhuc lacte nutriũtur. Neq; beatũ Paulũ audire volũt clamantẽ & dicẽtem de patriarcha: Et ſignum accepit circunciſionis, ſignaculũ iuſtitiæ fidei in præputio. Vide quomodo vtraque nos docuit, & ꝙ acceperit ſigni loco circunciſionem, & quòd cùm præputiatus erat, iuſtitiã ex fide declarauerit, quippe ne impudenter Iudæus dicat, Nónne circunciſio ei iuſtitiam conciliauit? Idcirco beatus ille ad pedes Gamalielis eruditus, & in lege apprimè inſtitutus, inquit: Ne putetis impudentes Iudæi, ꝙ circunciſio† vobis aliquid ad iuſtitiam conferat.]nam cum tẽpore præputij fidem prę ſe ferret, audiit: Credidit autem Abraham deo, & reputatum eſt ei in iuſtitiam. Cùm igitur eſſet iam iuſtus ob ſuam in deũ fidẽ, in ſignũ circunciſionẽ accepit. Et prius quidem nomini eius litera additur, deinde autẽ circunciſio imperatur: quo oſtẽdit deus, ꝙ ob multam virtutẽ iuſtũ iam peculiariter poſſederit, & propter illum etiã eos qui illi naſcituri erant. Et quemadmodum† ſi quis ſeruũ poſſidet, nomen eius & figuram] ſæpe immutat, omniáque facit vt ſciatur ſuus eſſe, & dominiũ ſuum innoteſcat: ita nimirũ & omniũ dñs, quaſi poſthac ſeparare eos volens ab aliis hominibus, adiecta quidẽ litera declarauit quòd multorũ populorũ eſſet pater: circunciſione autẽ, ꝙ electus eius populus futurus eſſet, & ab aliis gẽtibus ſequeſtratũ ſemen ex eo naſciturum. Quòd ſi & illi ob cæcitatem ſuam adhuc ſeruare volunt circunciſionem, non audientes iterum Paulum dicentẽ: Si circuncidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. Nam propter hæc affuit dñs, vt omnia illa tolleret, atque propter hoc legem impleuit, vt legis obſeruatio finem haberet. Et idcirco dicebat beatus Paulus: Quicũq; in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Verùm nos credamus beato huic, & non manufactam circunciſionem ſuſcipiamus. Dicit enim, In quo circunciſi eſtis circunciſione non manufacta, in deſpoliatione peccatorũ carnis, in circunciſione Chriſti. Deinde docens nos diligentius quid ſit circunciſio, ſubdit: Conſepulti ei in baptiſmo. Sicut eũ illos circunciſionis ſignũ ab aliis gentibus ſegregauit: & demonſtrabat ꝙ peculiariter ad deũ pertinerẽt: ſimili modo etiam apud nos circunciſio per baptiſmum, euidentiorem facit ſeparationem & diſcretionem fidelium & infideliũ. Dicit enim: In quo circunciſi eſtis circunciſione nõ manu facta, in deſpoliatiotem peccatorũ carnis. Nã id quod illic operatur circunciſio in depoſitionem carnis, hoc hic agit baptiſmus in depoſitionem peccatorum. Igitur qui ſemel carnis peccata exuimus, & puram induti ſumus veſtẽ, maneamus dilecti in puritate, magiſtri ſim° affectionum carnis, virtutem amplexemur. Et qui ſub gratia ſumus, eum qui in lege, imò ante legem fuit, æmulemur: vt cùm veſtigia eius ſequendo, vitam noſtram rexerimus, mereamur in illius ſinus occurrere, & ſempiternis frui bonis, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſpiritu ſancto ſit gloria, honor, imperium nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et dixit deus Abrahæ: Sara vxor tua non vocabitur Sara, ſed Sarra erit nomen eius.

Homilia XL.

AGe reliquias heſternæ mẽſę vobis proponamus, & finem hodie imponamus ſermoni, imò benedictioni & ꝓmiſſioni:† quem vniuerſorum dominus cum patriarcha habuit. Verùm audiens reliquias mẽſæ, ne quid ſenſibile ſuſpiceris. Neque enim quales ſunt eduliorum ſenſibilium, tales ſunt ſpiritualium reliquiæ. Illæ enim † licet variæ ſint, non tamen] parem voluptatem conuiuatoribus præſtant: nam ſi in diem poſterum fuerint reſeruatæ, inutiles

inutiles fiunt omnes. Iſtæ verò non ſolum, ſi in vnum & alterum diẽ, ſed & quãtouis tempore relictæ fuerint, parem exhibent vtilitatẽ, eandẽque ſeruant voluptatẽ: diuinæ enim ſunt & ſpirituales, neque vllum eis à tẽpore nocumentũ imminet: ſed quotidie nouũ vigorẽ afferunt, & eos qui illis frui volunt, multa implent lętitia. Proinde quia talis harum reliquiarũ vis eſt, age alacriter & vos magnam inde voluptatẽ auferte, & nos fidẽtes earum efficaciæ, proponamus eas veſtræ charitati. Verùm vt vobis ſermo ille manifeſtior fieri videatur, operęprecium fuerit meminiſſe finis heri dictorũ, vt ſic facto contextu doctrinã attingamus. Heri præceptum circunciſionis adduximus in medium, & ꝙ dixit deus patriarchæ: Circuncidatur omne maſculinũ veſtrũ, & erit in ſignũ teſtamenti inter me & vos. Et puer octo dierũ circuncidatur. Et qui non circunciſus fuerit, peribit anima illa: quia teſtamentum meũ diſſipauit. Ibi ſermonẽ finiuimus in circunciſionis argumento: & ne multitudine dictorum veſtram adobrueremus mentem, noluimus vltrà progredi. Neque enim hoc ſolum curamus vt multa dicamus antequam abeatis, ſed noſtri ſermonis doctrinam veſtris viribus cupimus eſſe adæquatã, vt fructu quopiã inde percepto ex his quæ dicuntur, domũ redeatis omnes. Age igitur ad ea quę dicta ſunt, adiũgamus & reliqua: vt videamus poſt circũciſionis præceptum, quid miſericors deus patriarchæ loquatur, & proponat. *Et dixit*, inquit, *deus Abrahæ: Saxa vxor tua non vltrà vocabitur nomine ſuo Sara, ſed Sarra erit nomen eius.* Quemadmodũ, inquit, † nomine tibi impoſito] ſignificaui quòd pater ſis futurus multarũ gentiũ: ita & vxori tuæ ſimiliter appono literam, vt diſcas quod nunc tempus adeſt vt olim à me promiſſa impleatur. *Erit enim*, inquit, *nomen eius Sarra. Benedicam autem eã, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illũ, & erit in gentes, & reges gentium ex eo exibunt.* Et idcirco prius literam adieci, vt ſcias ꝙ omnino fiẽt quæ à me dicta ſunt. Ne igitur ad infimitatem naturę ſpectaueris, ſed potius ad virtutis meæ magnitudinẽ reſpiciens, fidem habe iis quæ à me dicta ſunt. Benedicã enim eam, & dabo tibi ex ea filium, & benedicã illum, & erit in gentes, & reges exibunt ex eo. Excedũt humanã naturam promiſſa. Et ſimile fuit, quaſi aliquis polliceretur ex lapidibus homines ſe facturum. Nihil eũ à lapidibus differebant, quãtum ad generationẽ attinet. Et patriarcha præ ſenectute propè impotens erat, & ad filiorũ procreationẽ omnino inutilis. Et Sara ad hoc quòd natura ſterilis erat, laborabat & ætatis & ſenectutis vitio. Cæterùm iuſtus hæc audiens, & putans olim dei promiſſionẽ impletam in Iſmaële, quãdo dixit, Tibi & ſemini tuo dabo terrã hanc: nõ exiſtimabat autem, quòd hoc tribueretur ei qui è Sara naſciturus erat: ſed cogitabat ſecum quòd promiſſiones impletæ eſſent: Nunc audiens dominũ deum dicentẽ: Benedicam Saram, & dabo tibi ex ea filium, & benedicam illum, & erit in gentes, & iterum: Ex illo reges gentiũ egredientur. Cùm neſciret quid diceret: neque enim dei verbis diſcredere potuit tam religioſus, ad ſuam reſpiciens ætatem, & Saræ ſterilitatem, quæ ad illam vſque ætatem perdurauerat, conſilij inops & obſtupeſcens promiſſionem dei: Cecidit, inquit, in faciem ſuam, & riſit. Videns excellentem promiſſionẽ, & magnitudinem eius qui promiſerat cogitans, cecidit in faciem ſuã, & riſit, hoc eſt, voluptate perfuſus eſt. Et in animo cogitabat, quomodo iuxta humanum morem hoc fiat aliquando, & num centenario naſcatur filius, & num ſterilis & nonagenaria repentè poſſit idonea fieri ad partum: & cùm hęc animo cogitaſſet, non audebat tale quiddam lingua effari: ſed monſtrata ſua gratitudine, orauit pro Iſmaële, quaſi diceret: Domine ſatis me conſolatus es, & dolorem quem ex prolis inopia gerebam, dato Iſmaële in lętitiã vertiſti. Nato enim illo, neque in mentẽ poſtea accepi vel cogitaui aliquando ꝙ è Sara ſit mihi futurus filius: ſed neq; ipſa hoc expectauit, eo ꝙ Agar mihi tradidit, omnem ſibi ſpẽ denegans. Satis conſolationũ accepimus nato filio Iſmaële. Hic igitur qui à te datus eſt, viuat †oro te;] & abundè ſatis recreati erimus; & ſenectutẽ noſtrã illius vita ſolabitur. Quid igitur ad hæc miſericors dñs? Quia ſatis piam iuſti mentẽ tanto tempore probauerat, & Saræ fidem: quia viderat vtrunque nihil ſibi de ſuis promittentẽ viribus, Abrahã quidẽ propter ſenectutẽ, Saram autẽ ꝓpter ſterilitatem & annos, dicit: Nunc quia omnino vobis hoc eſſe videtur impoſſibile, idcirco & ego tandiu diſtuli, vt oſtendã ꝙ longè vltra naturam ſit donum quod concedo, quò & vos aliiq; omnes his factis diſcant quòd naturæ ſim dominus, & ad quodcũque libuerit ea vtar, & ipſa obedit & cedit meis præceptis. Qui eũ eã ex nihilo ꝓduxi, multo magis quũ iam ſit & claudicet, erigere poſſum. Vt igitur melius conſidere poſſis, audi & expergiſcere, & repulſis cogitationibus mẽtis tuæ, accipito ex his quę tibi afferuntur certum argumẽtũ. Ecce eũ Sara vxor tua, quã putas tum ꝓpter ſterilitatẽ, tum propter ætatem parere non poſſe, ipſa pariet tibi filiũ: & vt nihil hęſites, ecce tibi & nomẽ eius qui naſcetur præmõſtrabo. Eum eũ qui naſcetur, vocabis Iſaac. Et ponam teſtamentum meũ ad eum in teſtamentũ ſempiternũ, & ſemini eius poſt eum. Hic enim eſt quem primùm & ab initio tibi promiſi, & in hoc promiſſiones meæ implebuntur. Proinde & omnia tibi prædico, non ſolũ ꝙ naſcetur, ſed & quomodo eum vocabis, & quòd ei conſtituam teſtamentum meũ. Et ad hęc quòd & ſemini eius poſt eum. Inſuper dominus omnino accumulare volẽs beneficia, & excedere amplius q̃ petiuerat: quoniã mentẽ iuſti erexerat, & per ea quę promiſit ferè iuuenem ex ſene fecerat, & eum qui mortuus erat, vt ita dicam, verbis fœcundarat, beneficiis eum largiſſimis proſequens, inquit: Et hæc quidẽ, quæ ſcilicet promiſi, opere cõplebo: & etiã quod de Iſmaële rogaſti, concedã tibi. Audiui enim orationẽ tuam. Et ecce benedixi eũ, & augebo eum, & multiplicabo eũ valde valde. Duodecim gentes generabit, & dabo eum in gentẽ magnã. Quandoquidẽ eũ, inquit, ſemen tuum eſt, ſic augebo eum, & multiplicabo valde, vt duodecim gentes ex eo ꝓcedant. Cæterũ teſtamentũ meum ſtuam cũ Iſaac quem tibi Sara pariet tẽpore hoc, anno ſequente. Vide obſecro hic dilecte, quomodo iuſtus in vno temporis momento mercedes omnis temporis accepit, & impletũ eſt illud, quod Chriſtus diſcipulis ſuis dixit: Quiſquis reliquerit vel patrem, vel matrem, vel domum, vel fratres, propter nomẽ meũ, & hic centuplum accipiet, & illic vitam æternam in hæreditatem accipiet. Conſidera enim quoniã iuſtus ille promptè præcepto domini obediuit, & relicta domo paterna, prætulit alienã natali: quomodo paulatim multã præ ſe ferens patientiam, in faſtigiũ virtutis progreſſus, ita illuſtris & ſpectabilis factus eſt, vt ex eo nati multitudine aſtris cœli adæquẽtur. Fortaſſe ſi quis bene velit

Universidad de Deusto Biblioteca

intueri,non solũ centuplũ accepit hic iustus ille, sed decies millies millecupla. Quòd si hic tanta consequutus est,quis sermo narrare posset,qnibus post hęc fruiturus sit ille? imò etiã hoc, quantũ nobis possibile, sermo ostẽdere poterit. Quando eñ audis quòd omnes iusti ab illo tempore vsque nunc,& vsque ad consummationẽ temporũ, opus orationis faciunt, vt in sinus patriarchæ occurrant:quem aliũ hoc maiorem honorẽ exhibere quis poterit? Vidisti quanta res sit patientia, quanta virtus, quantum sit esse religiosum, & magnã præ se ferre gratitudinem in beneficiis dei? Quia enim quando oportebat sua attulit,magna gratitudine omnia ferens, tam iucunda, quàm iniucunda,propterea misericors deus caput bonorum, & id quod iustus maximè concupiscebat,largitus est. Cõsidera eñ,quomodo vigintiquatuor annis probauit iusti virtutẽ. Quando eñ exiuit à Charris, & obediuit præcepto domini, septuagintaquinque annorum erat:nunc autem postquã hæc audiuit, nonaginta & nouẽ annos excesserat. Hæc audientes dilecti, discamus promptã exhibere obedientiã, & nunquam in laboribus virtutũ vel dormitare, vel torpescere: sed sciamus,quòd dominus noster benignus est & munificus,& pro paruis laboribus magna reddit præmia: non solum in futurũ immortalia bona reponens, sed & in præsenti vita, nostræ naturæ infirmitatẽ multis largitionibus cõsolans. Quandoquidem semper aduersis temperantur prospera. Vniuersorũ enim deus nostri curam agens, non semper in aduersis nos manere relinquit, vt non opprimatur nostra infirmitas, sed celeriter & ipse opitulatur, firmans nostram alacritatẽ,& mentẽ excitans. Neque semper in prosperitate nos esse relinquit,vt ne fiamus negligentiores, & in vitiorũ partes transfugiamus. Humana enim natura quando multum prosperè ei succedit, suæ obliuiscitur nobilitatis, neq; intra suos limites subsistit: Idcirco quasi clementissimus pater aliquando nobis indulget,aliquando castigat,vt variis viis nostræ animę salutẽ curet. Quoniã & medicus, quando infirmũ curat, neq; semper in fame detinet, neq; semper larga mensa frui sinit, vt non voracitas febrim pariens augeat morbũ,fames verò infirmiorẽ eum efficiat: sed coniectans apud se quantæ sint ægrotantis vires, & diligẽter vtens arte,omnia sua in mediũ affert. Similiter & misericors deus, sciens quid cuiuis expediat, aliquando concedit nobis prosperitate frui,aliquando autem exercitationis gratia tentationibus nos circundat. Nam si virtute præditi sunt qui tentationes experiũtur,clariores euadũt abundantiorẽ sibi supernã gratiã conciliantes:si autẽ,vt nos, peccatores fuerint,& magna gratitudine tentationes ferunt,grauem deponũt peccatorũ sarcinam,multáque venia & ipsi potiuntur. Ideo obsecro, cùm sciamus potentiam & sapientiã medici animarũ nostrarum, nunquam curiosè eius dispensationes inquiramus. Enimuero cùm eas neque mens nostra comprehendere valeat,magis obstupescamus & glorificemus deũ pro omnibus: q; talem habemus dominum † qui mentis nostræ captũ excedit. Et si sciremus,quomodo res dispensaret: attamen neque sic sciremus quid nobis vtile foret, vt ipse scit.]Neque sic nostra nos curamus, vt ipse salutem nostram: & omnia facit & tractat, vt ad virtutem nos inducat,& à diaboli manibus eripiat. Et cùm videt nihil prodesse nobis prosperitatẽ, tũc sicut bonus medicus qui animaduertit habitiores fieri eos quorum curam gerit,propter crapulam,ad sanitatem ꝑ sobrietatẽ reducit. Ita & eximius animarũ nostrarũ medicus dimittit paulisper nos tenrari, vt sentiamus quãtũ dãni ex prosperitate acceperimus: & quando scit profutura remedia,nunc celeri nobis subsidio cõcedit vt à tentationibus liberemur, & suæ prouidentiæ curã vbertim declarat. Itaque etsi aliqui præditi virtute in tentationes incidant, ne turbentur,sed hinc meliorem spem concipiant: quia afflictiones & tentamenta præmiorũ eis sunt materia. Quòd si in peccatis fuerint,& aduersa eis eueniãt, ne propterea grauatim ferant,scientes quia semper peccatores purificantur aduersis, modò grato animo suscipiamus ea quæ eueniunt. Grati enim famuli est,non solum gratũ esse domino, quando vbertim pro sententia omnia succedunt:sed & vt in aduersis eandem gratitudinem declaret. Sic enim patriarcha ille gratus fuit deo, & tantam apud deum obtinuit fiduciam, & dona accepit quæ supra humanam sunt naturam. Sed operæprecium est vt ad institutũ sermonem redeamus, & videamus iusti obedientiã: & quomodo fecit quod à deo imperatũ est,non quærens causam, sicut multi insipientes faciunt, & de his quæ à deo fiunt curiosè quærunt,& dicunt: Quare hoc,& quare illud? & quæ hinc, vel quæ illinc vtilitas enascitur? At non ad eum modum fecit iustus:sed sicut famulus diligens dominum,quæcũque præceperit implere studuit, nihil vlterius percontans: & vt discas, audi quæ sequuntur. Postquã enim dominus promissionem ei fecit, & cõpleuit sermonem suum, statim iustus quæ imperata fuerunt perfecit,& signum hoc quod à deo erat datũ, indidit Ismaëli,circuncisionẽ dico, & omnibus vernaculis & emptitiis,sicut loquutus est ei deus. Circũcisus est autẽ & ipse. Nonaginta enim & nouem annorum erat,inquit,quando circuncidit carnem præputij sui: Ismaël autẽ erat annorũ tredecim. Ne putes absque causa scripturam proponere nobis numerum annorum. Nam vt ex hoc discas iusti magnam obedientiam,quòd cùm iam in decrepita esset ætate, leniter tulerit dolorem propter pręceptum dei, & propterea facit illam enumerationẽ, & non ipse solum, sed & Ismaël, & omnes vernaculi circunciduntur. Neque hoc paruum & leue fuerit. Non enim idem est carnem sanã, & malè habentem secare. Nam licet medici quoque mẽbra infirma aliquando incidunt, at non est similis dolor. Emortuum enim membrũ, vt ita dicam, iam & vitali operatione destitutũ tunc incîdunt. Hic autem senex & decrepitus (centũ enim annorum erat)cruciatum leniter tulit, simul & præceptum dei implere volens, & filium & vernaculos omnes promptiores reddens,vt ne cunctarentur, sed magna alacritate dei præceptum implerent. Vidisti quãta res sit vir præstans virtute,quomodo ministros omnes docet vt sua vestigia sequantur? Nam id quod heri dicebam, hoc item & nunc dico, quòd propter hoc ferè ex illo die præceptum fuit à deo, vt immatura ætate hoc ferrẽt pueri, quò absq; sensu incisionẽ carnis ferrent. Verùm considera dei misericordiã, & ineffabilẽ eius erga nos beneficentiã. Illa enim circũcisio dolorem habet & laborem. Et nulla alia ex circuncisione fuit vtilitas,quàm hæc sola, quòd ex hoc signo essent cognobiles,& ab aliis gentib⁹ sequestrarentur. Nostra autẽ circuncisio, vel baptismatis inquam gratia,medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis affert,& spiritus sancti gratia nos implet,

tam bene scim⁹ quid nobis expediat quam ipse scit.]

†cuius dispẽsatione neque mẽs nostra, neque humanæ naturæ ratio capere potest. Neque enim

implet,& nullum definitum habet tempus sicut illic: sed licet & in prima & in media & in vltima ætate hanc non manufactam circuncisionem recipere, in qua non sustinetur labor, sed peccatorum deponuntur onera, & remissio inuenitur omniũ peccatorum, quæ per totam vitam gesta sunt. Quippe cùm deus vidit grauem nostram infirmitatem, & quòd ægrotaremus incurabiliter,summaque indigeremus medicina, ac indicibili misericordia dispensans nostram salutem,largitus est nobis per lauacrum regenerationis innouationem:vt deposito homine vetere,hoc est operibus malis, & induti nouum, in viam virtutis eamus. Verùm iterum oro,ne deteriores simus ingratis & insensatis, deteriores Iudæis dico. Illi enim suscipientes circuncisionis signaculum, bene se muniunt, & cauent ne vltrà cum gentibus se misceant, quantũ ad cõmunionis rationem pertinet: quantum autem ad impietatem, sæpe illos ingrati etiã excedunt. Atqui nos cùm semel suscepimus baptismi circuncisionem, ita securè nostra corrigamus. Non dixerim q; non liceat nobis versari inter gentes: sed licet cũ illis versemur, nostram tamen custodiamus virtutem: sic eos ad nostram trahentes religionem, vt per bonorum operum administrationem, doctrinæ eis autores simus. Ea enim de causa communis omnium dominus permisit simul versari bonos & malos, pios & impios, vt boni lucrifaciãt malos,& qui in malitia adhuc sunt detenti,manuducantur ad pietatem. Nihil enim adeo gratum est deo, vt salus animarum. Proinde obsecro,ne simus negligentes, neque nobis neque aliis. Quantum ad nos attinet, ita instituamus vitam vt visum est & probatur deo: quantum autem ad proximum,sic luceamus virtutibus,vt etiam silentibus nobis, omnes quotquot nos vident, satis doceantur. Nam sicut si virtute præditi sumus,maxima & ipsi lucramur, & infidelibus vsui sumus: ita si negligentes fuerimus,& ipsi magnam feremus pœnam: & aliis argumentũ scandali sumus. Et sicut virtutem amplexati,duplicem mercedem à deo accipiunt, tũ quòd ipsi virtutem exercuerint, tum quòd alios ad virtutis communionem traxerint: ita & in peccatis non solum punimur quòd ipsi peccauimus, sed & quòd aliis scãdalo fuimus. Verùm absit vt aliquis eorum qui hic sunt,talis fiat, sed omnes nos ad ædificandum eos qui nos vident,vitam instituamus,vt possimus magna fiducia stare apud tribunal Christi, & ineffabilia illa bona consequi. Quæ nobis omnibus concedantur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cum quo patri & sancto spiritui sit gloria, honor & imperium,nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Apparuit autem ei deus apud quercum Mambre sedente ipso ianuam tabernaculi sui meridie.

Homilia XLI.

CVnctabundus hodie nec admodum alacris ad docendum enarrandũque accedo. Nam cùm mente repeto, quòd nobis quotidie insonantibus, admonentibus, & spirituale hoc vobis conuiuiũ apponentibus, multi ex his ipsis qui assunt,& spiritualis huius doctrinæ, & horrendæ atque terribilis mensæ participes, totos dies in spectandis ludis equestribus perdunt, & perinde atque non doceremus, tã nihil proficiunt, sed quasi consuetudini cuipiam seruientes, si tantũ annuat eis diabolus, sua sponte accelerant ad impia illa spectacula, & seipsos voluntarij maligni dæmonis illaqueant retibus. Et neq; nostra admonitio,neque periculũ ipsum, neq; inutilis ipsa cõuersatio,docere eos possunt. Qua ergo posthac prõptitudine docebo viros quibus nõ est animus vt ex iis quę dicuntur proficiant? Et nę mireris. Siquidẽ & agricola, cùm post multos labores & ærũnas sterilẽ videt agrũ, neque digna laboribus mercede respondentẽ, non pari alacritate illum seminat & colit. Et medicus quoque videns infirmum suis mandatis non obtemperare, sed vacantẽ quotidie his quæ morbũ incrudescere faciunt, sæpenumero in sua illũ ægritudine relinquit, vt experientia ipsa vtatur magistra. Similiter & qui disciplinas pueros docent, videntes illos priora respuere, & abiicere eorũ quæ antea docta sunt memoriã, sæpe auersantur: sic negligentiã eorũ correcturi,& ad maius studiũ reducturi. Verũtamen agricola quidem meritò tardior fit, quia videt damnũ suũ maius fieri, vtpote qui laborẽ & sumptus ferat,& fructibus destituatur. Medicus autẽ non immeritò ægrum sępe relinquit: corpus eñ est quod curatur, & propter hoc dimittit, vt doloris accessio morbũ sentiri faciat, & sic tandẽ medicinã non respuat. Magister autẽ ludi,eo quod tenera sunt ætate, vtiliter nõnunquã plagis pueros castigat. Verũ nos hodie præcellentes illos oẽs, hoc agemus vt paternũ erga†nostros] amorẽ declaremus: & doceamus,si in illa negligentia manserint, eos inde maiorẽ condẽnationis causam habituros. Nã agricola quidem non pari alacritate seminat, cogitans sumptus hactenus fuisse inutiles: nos autẽ ab hac cura liberi sumus. Nã licet iacto spirituali semine, ob auditorũ ignauiã fructum non capiamus, perfecta nobis tamen futura merces: pecuniam enim concreditam expendimus, & mandatũ domini impleuimus: cæterùm posthac auditores rationem reddent ei qui cum vsura repetiturus est concredita. Verùm hoc nos non cõsideramus,quòd extra damnũ sumus, & quod nostrũ est implemus: sed volumus vt & vos ex dinumeratis pecuniis multũ negociemini, vt ne obnoxij fiatis supplicio quod luit ille qui talentũ recondidit, & dominicam pecuniã non solum non multiplicauit, sed & ipsam in terra defodit. Tales enim sunt,qui sermones audiunt (talentum enim hoc vocat & pecuniã,) neque operã dant vt fructũ afferant. Sed fortè dixerit quispiam, parabolam istam talentorũ de doctoribus esse dictam: & ego hoc dicam. Verùm si diligenter eam intueamini, scitis quòd doctores quidem debent dinumerare pecuniam: sed vos non solum eam seruare, sed & similiter negociari debetis. Atque vt discas, operæpreciũ fuerit eam in medium afferri. Paterfamiliàs quidã, inquit, peregrè proficiscens vocauit seruos suos,& dedit vni quidẽ talenta quinque,alij autẽ duo,alij verò vnũ. Post multũ autẽ tempus, cùm aduenisset ipse, venerunt serui: & ille quidẽ qui acceperat quinque talenta, accessit dicẽs: Domine,quinq; talẽta tradidisti mihi,ecce alia quinque talẽta superlucratus sum. Magna serui gratitudo, larga etiã domini misericordia. Et quid dicit? Euge serue bone & fidelis,super pauca fuisti fidelis; super multa te constituam: ingredere in gaudium domini tui. Quoniã,inquit, in iis quæ tibi credita sunt, multam prę te tulisti gratitudinẽ, dignus es cui & maiora tradantur. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, dicens: Nónne duo talenta mihi tradidisti? ecce alia duo lucratus sum in eis. Habuit & ille in pecuniis domini

†lapsos.]

Mat.25.b

Universidad de Deusto Biblioteca

domini sui debitam curam, & beneuolentiã, vnde &
eadem quæ superior meritus est. Et quare ille qui duo
attulit talenta, eundem cõsequitur honorẽ, quem ille
qui talenta quinque attulerat? meritò: augmentatio-
nem enim & imminutionem, non vel huius diligen-
tia, vel illius negligentia fecit, sed concreditorum
quantitas. Nam quòd ad diligentiam attinet, ambo
pares fuerunt, proinde & eandem dignitatem nacti
sunt. Verùm alius ille nihil tale fecerat: sed quid? Ac-
cessit, dicens: Cognoui te, ꝙ austerus homo sis, me-
tens vbi non seminasti, & congregans vbi non sparsi-
sti: & reueritus abij & occultaui talentũ in terra. Ecce
habes quod tuum est. O malitiam famuli, ô immen-
sam ingratitudinem. Nam non solum contempsit, &
nihil negotiatus est talento sibi concredito, sed & pro
talento accusationem attulit. Ita eñ solet malitia, ob-
tenebrat rationem, & eum qui semel à via est auersus,
in præceps ferri facit. Hæc autem omnia de magi-
stris dicta sunt, vt talenta sibi concredita non abscon-
dant, sed omni diligentia discere cupientibus appo-
nant. Verùm vltrà audi dilecte ex indignatione erga
illum, quomodo & discipuli rei sunt, & nõ solum illa
repetuntur quæ concredita, sed & cum lucro opera-
tio quęritur. Quid igitur dicit illi dominus? Serue ma-
ligne. Terribilis indignatio, & minæ valentes per se
percellere animum. Sciebas, inquit, quòd metam vbi
non semino, & congregem vbi non dispersi: oporte-
bat igitur te pecuniam tuam dinumerare mensariis, &
*τόκῳ, *vsura, fœnore sic & in aliis.* ego cùm venissem, cum*lucro repetissem illã. Pecu-
niam dicens eloquia preciosa: nummularios autem
vos qui suscipitis. Tuum quidem fuerat, ait, tantum
dinumerare, meũ autem repetere ab illis non solum
dinumerata, sed & vsuram. Videtis dilecti, quantus in
dictis terror. Quid ergo dicent, qui concredita ser-
uare negligunt, quãdo & lucrum ab eis requiritur? Et
vide misericordiam domini. In his sensibilibus pecu-
niis prohibuit ne quis vsuram acciperet. Quare, & ob
quam causam? quia vterque magno damno afficitur.
Nam debitor quidem inopia atteritur, creditor au-
tem augens diuitias, & peccatorum accumulat sibi
multitudinem. Proinde ab initio olim Iudæis crassio-
Deu. 23. d ribus tale dedit præceptum, dicens: Non fœnerabe-
ris fratri tuo & proximo tuo. Qua igitur excusatione
digni erunt, qui Iudæis sunt inhumaniores, & post
gratiam, & tantam à domino misericordiam inueni-
untur his qui sub lege fuerunt inferiores, immò peio-
res? In spiritualibus autem repetiturũ se promittit v-
suras. Quare? quia omnino diuerso modo se habent
spiritualis vsura, & sensibilis. Illic enim à quo requiri-
tur seueriter, subitò in extremam inopiam defertur:
hic autem à quo exigitur, quando gratitudinem præ
se tulerit, quanto maiorem vsuram afferet, tanto lar-
giori fruetur remuneratione. Quocirca dilecti, cùm
vobis cõcredita dinumerauerimus, vobis necessariũ
erit duplicem afferre laborem & vigilantiam, tum
quòd dinumerata custodienda sunt vt fixa maneant:
tum quòd operandum vt & aliis communicentur, &
multos in viam virtutis inducant: vt bifariam vobis
lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro alio-
†nos. rum vtilitate. Quòd si hoc feceritis, & †vos redde-
Eccli. 25. b. tis beatos. Beatus enim, inquit, qui dicit in aures au-
dientium: & facietis vt largior vobis spiritualis appo-
natur mẽsa. Igitur fratres vestros nolite negligere, ne-
que solum spectate quæ ad vos attinent: sed vnicuiq;
cura sit quomodo proximum suũ è diaboli faucibus

A eripiat, & ab impiis illis spectaculis in ecclesiam ad-
ducat, monstrando ei multa lenitate & mansuetudine
tum damni grauitatẽ quod illinc fert, tum bonorum
quæ hic conceduntur magnitudinem. Et non solum
semel atque iterum hoc facite, sed semper. Nam etsi
hodie verbis tuis non obtẽperat, postea obtempera-
bit: & si neq; secũdò vel tertiò admonenti obtempe-
rabit, iterũ tamen te videns vrgentẽ, fortè erubescet:
& reueritus tuam curam, ab his quæ offendunt desi-
stet. Et nunquam dic, quia semel & iterum & tertiò &
sæpius dixi, & nihil perfeci. Ne quiescas dicere: nam
quãto magis tu perseueraueris, tãto magis & merces
tibi crescet. Non videtis quanta omnium deus nos
longanimitate tolerat, & quomodo quotidie negligi-
mus obtemperare eius mandato, & neque sic cessat à
cura nostra, sed omnia sua suppeditat: solem oriri fa-
cit, pluuias concedit, aliáque omnia? Simili modo &
B nos erga fratres nostros bene affecti, magnam facia-
mus diligentiã, & obluctemur maligno illi dæmoni,
vt irritos eius faciamus conatus. Nam si singuli qui
assint, vnum lucrifacere possent, cogita quantam no-
bis lætitiam ecclesia multitudine filiorum suorum o-
stenderet: & diabolus cõfunderetur, videns in vanum
& frustra extendi sua retia. Quòd si hoc feceritis, au-
dietis & vos in die illo: Serue bone & fidelis, in pauca
fuisti fidelis, supra multa te constituam. Cæterum bo-
na spe sum vos hoc facturos: Video eñ vultus ve-
stros, & coniecturam sumo quòd admonitionẽ no-
stram magna voluptate acceperitis, atque hinc spero
vos, quod vestrum fuerit, facturos. Proinde hanc ad-
monitionem hic finiamus. Proponemus autem vobis
tenuem nostrã ac pauperem mensam, vt cùm solitam
C acceperitis doctrinam, domum concedatis. Ope-
ræprecium igitur & hodie in mediũ afferre patriar-
cham Abraham, vt discatis quantam ab hospitalitate
mercedem acceperit. *Apparuit autem ei deus*, inquit,
*apud quercum Mambre, sedente ipso ad ianuas tabernaculi sui
meridie*. Singula verba diligenter excutiamus, & a-
perto thesauro, omnes in eo latentes diuitias disca-
mus. Apparuit autẽ ei deus, inquit. Quare sic exorsus
est? Specta domini misericordiã, & considera famuli
gratitudinẽ. Postquã eñ superius apparuit ei, & pre-
ter cætera etiã circuncisionis mandatum præcepit:
eximius autem ille semper quæ à deo præcepta erant,
diligenter perficere, reiecta omni mora, curauit: &
circuncisus est ipse, implens mandatum domini, &
Ismaëlẽ circuncidit, & vernaculos omnes, & in sum-
ma mirã declarauit obedientiam: iterum ei apparet.
D Talis enim dominus est dominus noster, vt si quando
viderit nos in priorib⁹ gratos, accumulet beneficia, &
nunquã à sua beneficẽtia desistat, remunerans obe-
dientium gratitudinem. Propter hoc, quia obediuit,
iterum apparuit ei. Qua de causa sic dixit beatus Mo-
ses: Apparuit autem ei deus apud quercum Mambre,
sedente eo ad ianuam tabernaculi sui meridie. Consi-
dera, oro, hic virtutẽ iusti. *Sedente*, inquit, *ad fores taber-
naculi sui*. Tantopere curabat hospitalitatem, vt nol-
let hospitũ venationem cuipiam familiarium com-
mittere: sed trecẽtos decem & octo habens vernacu-
los, homo senex & nunc decrepitæ ætatis (cẽtenarius
enim erat) apud ianuã sedebat. Et hic quidem hoc o-
pus faciebat, & neque senectus illi obstaculo erat, ne-
que suæ quietis cura, neque intus super lectũ recum-
bebat, sed ad ostium sedebat: alij autem sæpe non so-
lum tantum studium non faciunt, sed & planè diuer-
sum,

sum, & horum congressus fugiunt & euitant, vt ne in-
uiti cogantur excipere. Verùm non iustus ille ita age-
bat, sed sedebat ad ianuam meridie. Hoc valde auget
hospitalitatem & virtutem iusti. *Et meridie*, inquit, *hoc
faciebat*. Meritò, quoniam sciebat, ꝙ quibus est itine-
ris necessitas, eo tempore maximè indigẽt cura: pro-
inde tempus hoc vt idoneum elegit, & sedens eos qui
præteribãt venabatur, pro sua quiete ducẽs ministra-
re viatoribus: & eos qui calore ęstuabant sub tectũ in-
troducere studebat, nõ curiosè explorãs eos qui præ-
teribant: neq; requirẽs an noti vel ignoti essent. Neq;
enim hospitalitatis fuerit diligẽter singula perscruta-
ri, sed omnibus simpliciter suam communicare beni-
gnitatem. Et quia hospitalitatis sagenam expenderat,
meruit & vniuersitatis dominũ cum angelis suis susci-
Heb. 13. a pere. Eapropter & Paulus dicebat: Hospitalitatis ne
obliuiscamini. Per hãc enim quidã nescij angelos ex-
ceperunt hospitio, patriarchã insinuans. Atq; ob hoc
Mat. 25. d Christus dicebat: Qui susceperit vnum ex his minimis
in nomine meo, me suscipit. Audiamus dilecti, & ho-
spitio excepturi nũquam quæramus quis, & vnde. Nã
si patriarcha in rogando fuisset curiosus, fortè peccas-
set. Sed sciebat, inquis, aduenientium dignitatem. Vn-
de hoc tibi liquet? Quomodo, si ita est, admirationem
promeritus fuisset? Neque enim sic admirabile erat, si
suscipiẽdo hospites curiosius explorasset qui essent, si-
cut nunc cùm ignorãs quinam aduenerint, tanta ala-
critate & honore accedit, verbis suis quasi seruus do-
mino eis per verba tantùm non vincula iniicit, & sup-
plicat eis vt ne renuant, neq; maximo damno afficiãt,
Sciebat enim quid faceret, ꝙ propter hoc magna cum
voluptate fructũ copiosum perciperet. Sed audiamus
scriptorẽ ipsum, vt videas in extrema senecta iuuenilẽ
alacritatẽ, & senem quasi iuuenẽ exultantẽ, & putantẽ
se inuenisse thesaurum quendam hospitum aduẽtum.
Eleuatis autem, inquit, *oculis vidit, & ecce tres viri steterunt
supra eum: & vt vidit, occurrit in occursum eis ab ostio taber-
naculi sui*. Currit, & volat senex. Vidit enim prædam
quam venabatur, & nulla infirmitatis suæ ratione ha-
bita, ad venationem cucurrit, & non vocauit famulos,
neq; imperauit puero, nihilq; rusticitatis neq; desidiæ
prę se tulit, sed ipse cucurrit: quasi diceret, Magnus the
saurus est, magna negociatio: per memetipsum hanc
†iustus. mercẽ inferre debeo, ne elabatur tãtum lucrũ. Et hæc
faciebat † senex,] homines obscuros & viatores susci-
pere se existimans. Discamus & nos, ac imitemur iusti
virtutẽ. Nam si hoc fecerimus, verisimile est & nos ali-
quãdo eiusmodi pręda potiri, imò semper assequimur
si attẽdimus. Ob illam enim causam misericors domi-
Mat. 18. a nus, vt ne ad talem benignitatẽ segnes simus, neq; cu-
riosius eos qui aduenĩũt scrutemur, inquit: Qui acce-
perit vnũ ex minimis in meo nomine, me accipit. Ne
igitur ad vilitatẽ venientis spectes, neq; vilem ex his
quæ vides putes: sed cogita quod per ipsum, dominũ
tuum suscipias. Quando enim propter eius nomẽ mi-
nisterium tuum in illum declaraueris, mercedem ac-
cipies quasi illum susceperis. Esto sit deses & negligen-
tioris vitæ, qui tua fruitur benignitate, non sit tibi eius
rei cura: plena enim tibi & perfecta merces dabitur, in
domini honorem hoc facienti, & imitanti patriarchæ
virtutem. Et vt vidit, inquit, accurrit in occursum eis
ab ostio tabernaculi. Bene & hoc verbũ, accurrit, qua-
drat: vt discas ꝙ quasi ignoti affuerunt, & qui non sua
sponte ad tabernaculum venerunt: propterea ne sub-
terfugeret eũ spirituale lucrum, qui senuerat, incanue-

A rat, & centenarius erat, accurrit, & cursu promptitudi-
nem declarat. *Et cõspicatus eos*, inquit, *adorabat super ter-
ram, & dixit: Domine, si inueni gratiam coram te, ne transeas
seruum tuum. Sumatur sanè aqua, & lauent pedes vestros, &
refrigerabimini sub arbore, & accipiã panem, & comedetis, &
posthac præteribitis, cuius gratia declinastis ad seruum vestrum.*
Verba iusti sublimia valde sunt. Neque tantum mi-
raculum, quòd eos susceperit, quantũ quòd cum tan-
ta promptitudine, & studio, & non attenta aut sua aut
aduenientium ętate. Nam fortassis videbantur sibi iu-
uenes, neque existimauit sufficere vt verbis duntaxat
adhortaretur, adorabat, inquit, super terram: quasi sup
plicans, & efficacem exhortationem afferẽs, vt ne pu-
tetur perfunctoriè adhortari. Et idcirco diuina scri-
ptura monstrans nobis iusti virtutem, inquit: Ado-
rabat super terram, & gestibus & verbis magnum fer-
B uorem, egregiam animi humilitatem, summam hospi-
talitalem declarabat. Et cum adorasset, inquit, dicit:
Domine, si inueni gratiam coram te, ne prætereas ser-
uum tuum. Quis pro dignitate laudauerit iustũ hunc,
vel quo pacto eum quis innumeris etiam labiis prædi-
cet? Dicere enim, Domine, est captantium beneuolen-
tiam: dicere autem, Si inueni gratiam in oculis tuis,
hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non acci-
pis. Verè enim eiusmodi res hospitalitas est, qua magis
accipit quàm dat, qui illam promptè & alacriter exer-
cet. At ne quis auditorum eleuãs iusti virtutem, existi-
met ꝙ conscius quales fuerint præsentes, hæc locutus
sit, neq; enim magnum quiddam tale fuisset, si sciens
dixisset, sed admirabile & rarum est, ꝙ quasi homines
alloquens, talia verba loquitur. Ne admireris autem, ꝙ
cùm tres exceperit, ad vnum se conuerterit iustus, di-
C cens, Domine. Fortassis enim vnus gloriosior cæteris
apparebat, ad quem exhortationem suam conuertit.
Deinde autem cùm progreditur, communẽ facit ser-
monem, & inquit: Sumatur aqua, & lauent pedes ve-
stros: & iterum, refrigerabimini sub arbore, & come-
detis panem, & postea trãsibitis, cuius gratia declina-
stis ad puerum vestrum. Vides quomodo ignorãs qui
sint, quasi hominibus loquẽs transeuntibus, ita com-
muni exhortatione vtitur, & semel atque iterum seruũ
se vocans. Et vide quomodo prædicit & mensæ suæ
tenuitatem, imò lautitias. Sumatur, inquit, aqua, & la-
uent pedes vestros, & refrigerabimini sub arbore.
Quia enim fatigati estis, & multum tulistis ęstum, ideo
oro ne prætereatis seruum vestrum. Num magnum
quiddam est quod ego exhibeo? aquam vobis solum
præstare possum, qua loti pedes vestros sub arbore fa-
D tigationem deponatis. Insuper & mẽsæ dicit speciem.
Ne putetis, inquit, me splendida vobis appositurum,
vel condimentorum diuersitatem, vel assatorum va-
rietatem. Panẽ comedetis, & sic transibitis, cuius gra-
tia declinastis ad seruum vestrum. Vidisti quomodo
variis vtitur modis, precibus vincere prætereuntes, &
gestibus & verbis & operibus attrahere eos volẽs. Pri-
mùm enim, inquit, adorauit, deinde dominos vocat.
Postea dicit quæ illis exhibiturus sit, extenuans res, &
nihili esse † vocans. Aquam enim tepidam, inquit, ha- *†significans. Ait enim, aquam hãc omnibus expositam habeo.]*
beo] ad lauandos pedes, & panem, & tectum ab arbo-
re. Ne parui feceritis meum tabernaculum, ne despe-
xeritis senectutẽ, ne renuatis ad exhortationẽ meam.
Scio quantum fertis laborẽ, coniecto quãtus sit calo-
ris æstus, & propterea paululum vos refrigerare volo.
Qualem pater, filios suos tenerè diligens, filiis exhi-
bet benignitatem, talem ille ignotis & peregrinis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunquam sibi cognitis. Verùm quia magna alacritate processit ac contentione, assequutus est venationem, & prædam intra retia concludere potuit. *Et dixerunt*, inquit: *Sic fac, vt dixisti.* Senis excitatus est iuuenilis vigor. In manibus, inquit, habeo thesaurum, diuitias hinc sumam, senectutis obliuiscar. Et vide eũ exultantem in opere, & quasi præ gaudio saltantem, perinde atque multa bona in manibus afferret, ita se oblectantem. *Et festinauit*, inquit, *Abraham in tabernaculum.* Sicut quando ad venationem contendebat, significauit eius alacritatem & laborem diuina scriptura, dicens: Accurrit autem in occursum eorum. Ita & nunc, quia adduxit viros, & id quod optabat perfecit, neq; sic ab alacritate desistit: sed magis feruentem declarat amorem, neque quia securus fuit, ideo fit negligentior. Id quod nobis frequenter euenit, & principiò valdè studiosi sumus: quãdo autem in negocium ventum est, non par studium afferimus. Verùm iustus non sic, sed quid? Iterum festinat & anhelat, & currit senio confectus in tabernaculum ad Sarram, *Et dixit ei. Accelera, & misce tres mensuras similæ.* Considera quomodo & Sarram venationis sociam facit, & quomodo eam erudit, vt suam imitetur virtutem. Etenim & illam incitat ne officio suo negligenter fungatur, sed acceleret. Magnam, inquit, negociationem assequuti sumus, ne perdamus thesaurum. Accelera & misce tres mensuras similæ. Quoniam sciebat boni operis magnitudinem, volebat vitæ suæ sociam etiam retribuendarum mercedum esse participem. Quare enim, dic mihi, nulli † famulorum hoc præcepit, sed mulieri tam prouectæ ætatis? Nonaginta enim annorum erat. Non rebellat mandato Sarra, sed parem alacritatem etiam ipsa affert. Audiant viri, audiant mulieres. Viri quidem vt sic suas contubernales erudiant, vt si quando spirituale lucrum incidat, ne per famulos hoc perficiatur, sed per seipsos faciãt omnia. Mulieres autem, vt accelerẽt iuuare viros in tam bonis operibus, & non erubescant, aliquos accipiendo hospites propter Christũ, illis congruum præbere ministerium, & per seipsas afferre: sed imitentur Sarram vetulam, in tanta senecta laborem libenter suscipientem, & famularum opera perficientem. Verùm scio, quòd nullus feret ea quæ à nobis dicuntur. Nunc enim omnes planè contraria via incedũt, & multa mulierum est mollities, & omne studium in cultu vestium, in aureis ornamẽtis & monilibus & externo ornatu, animæ verò nulla est cura. Neque Paulus eas commouet, dicens: 1.Tim.2.c Non in crinibus tortis, vel auro, vel margaritis, vel sumptuosa veste. Vide animam hanc in cœlo vagantem, quomodo non putauit indignum se & vile, etiam de capillorum ornamentis admonere. Meritò: omne enim ei studium erat in bene colenda anima. Quia igitur sciebat quòd hæc maximè animæ perniciem generent, propterea non refugit quæ conueniebant ad docendum sic ægrotantes, sed inquit: Si vis ornari, vero te ornatu cole, qui decet mulieres pias. Bonis te operibus orna, hic animę cultus est, hic à nullis externis condemnatur, hunc nullus deprædari poterit, hic perpetuò manet indireptus. A cultu autem externo innumera fiunt mala. Et nondum dico animæ nocumenta, arrogantiam quæ inde nascitur, despectum proximi, fastum spiritus, animæ corruptionem, voluptatum illicitarum fomitem. Quid quòd facilè diripitur ille cultus & famulorum malignitate & latronum insidiis, & sycophántarum calumniis? Et infinita mala inuenire in eo licet, ac perpetuas amaritudines. Atqui Sarra talis nõ erat, sed verum possidebat ornatum: ideo & digna fuit patriarcha: & sicut ille festinauit, & in tabernaculum cucurrit, ita & ipsa magno studio fecit quæ imperata erant, & miscuit tres mẽsuras similæ. Nam quia tres erant qui aduenerant, tres mensuras iussit misceri, vt citius panes pararentur.

† famularum.

Et vt hoc præcepit, ad boues ipse iterum cucurrit. O senis iuuentutem, ô animæ constantiam, currit ad boues, & non permittit aliquem famulorum eò trãsire: per omnia monstrans his qui aduenerant, quanta voluptate perfusus sit, & quãti faciat eorum præsentiam, & quòd hũc pro thesauro haberet honorem. *Et accepit*, inquit, *vitulum tenellũ & bonum.* Ipse per semetipsum electionem fecit, & optimũ qui aderat accepit, pueróq; dedit, & illum quoque vrget vt sine mora quantum fieri potest approperet. Animaduerte, quomodo omnia cum velocitate, cum feruenti alacritate, cum hilaritate, cum gaudio, cum magna iucunditate fiunt. *Et festinauit puer vt hoc faceret.* Et neque hîc senex quiescit, sed iterũ in ministrorũ ordinem transit. Et vt accepit butyrum & lac & vitulum, quem mactauerat, apposuit illis. Sic per semetipsum omnia facit & apponit. Et neque dignum semetipsum censuit qui consideret eis, sed illis comedẽtibus adstabat ipse sub arbore. O magnitudinem hospitalitatis, ô humilitatis excellẽtiam, ó mentem opidò piam. Adstabat centenarius comedentibus illis. Mihi videtur tunc præ gaudio alacritatéq; multa imbecillitate sua factus superior, & robur quoddam accepisse. Sæpe enim consueuit alacritas animæ, si quãdo roborata fuerit, vincere corporis imbecillitatem. Adstitit igitur patriarcha quasi famulus, summum honorẽ suum existimans, quòd præsentibus ministraret, & solaretur itineris eorũ laborem. Vidisti quanta iusti hospitalitas? Neque enim hoc solum consídera, quòd panes proposuit & vitulum: sed illud cogita, cum quanto honore & quanta modestia exhibita sit hospitalitas. Nõ sicut multi qui si quid tale fecerint, superbiũt & despiciunt susceptos, eo quòd ministerium illis exhibeant. Hoc autem perinde est, ac si quis diuitias cõgreget & circunferat: & cum collegerit, omnia simul è manibus labi sinat. Quisquis enim cum arrogantia operatur quippiam, & sic facit quasi plus præberet quàm acciperet: nescit quid faciat, proinde & mercedem quę hinc proueniret, disperdit. Verùm iustus ille sciens quid operaretur, per omnia quæ faciebat ostendit alacritatem mẽtis. Et postquam largiter & magna hilaritate seminauit hospitalitatem, statim & manipulos vberrimos messuit. Nam vbi ea quæ ex se erant impleuit, & nihil intermisit, & finem acceperunt quę ad hospitalitatem pertinebant, declaratáque fuit virtus iusti: Vt postea discas quantorum & qualium bonorum causa fuerit iusto hospitalitas, manifestat se qui affuit, & paulatim iustum suę magnitudinem potentię docet. Quia vbi vidit eum stantem apud quercum, & stando magnum honorem & ministerium afferre, dixit ei: Vbi est Sarra vxor tua? Statim autem per interrogationem indicauit ei quòd non esset ex vulgaribus aliquis, quandoquidem & mulieris illius nomen sciuit. Ille autem inquit: Ecce in tabernaculo. Et quia statim tanquam deus polliciturus erat ei quæ supra naturã, propter hoc & dicendo nomẽ Sarrę, significauit q; super hominẽ esset qui in tabernaculum eius diuerterat. *Reuertens enim*, inquit, *veniam ad te secundum tẽpus hoc, in horas, & habebit filium Sarra vxor tua.*

Ecce

Ecce hospitalitatis fructus, ecce alacritatis illius miræ merces, ecce laborum Sarræ retributiones. *Illa autem*, inquit, *audiuit iuxta ostium tabernaculi, stans post illud. Et vt hoc audiuit, risit secum dicens: Nondum quidem mihi fuit vsq; nunc, dominus autem meus senex.* Et vt respondeat diuina scriptura pro Sarra, prius assignauit, Abrahã autem & Sarra profecerant in diebus suis. Et neq; hoc cõtenta, adiicit: Et defecerant Sarræ fieri muliebria. Arefactus erat, inquit, fons, excæcatus oculus, officina erat inutilis facta: ad quę respiciẽs Sarra, cogitabat apud semetipsam ætatem suam, & senectutem patriarchę. Verùm dum illa intra tabernaculum ita cogitat, is qui scit arcana mentis, demonstrare volens & virtutis suæ excellentiam, & quòd nullum occultum se lateat, dicit Abrahæ: *Cur risit Sarra apud seipsam, dicens: Nunquid verè pariam, ego autem senui?* Hęc enim illa apud semetipsam cogitabat. *Num impossibile*, inquit, *apud deum verbum?*

Ecce manifestè seipsum detegit. Non scitis, inquit, q̃ naturę dominus existens, omnia possum quãdo voluero, & emortuam quoq; vuluam fœcundam, & partui idoneam facere? *Num impossibile*, inquit, *apud deum verbum?* Nónne omnia facio & transformo? num vitę & mortis potestatem habeo? num impossibile est aliquid apud deum? Nónne prius hoc pollicitus sum? Num à me dictum prodiit aliquod, & opere non perficitur? *Audi igitur quòd in tẽpore hoc reuertar ad te in horas, & erit Sarræ filius.* Postquam reuertero, inquit, tempore hoc, tunc sciet re ipsa Sarra, q̃ neq; senectus ei obstaculo fuerit, neque sterilitas: sed verbum meum nõ poterit irritari, & partus eam docebit eorum quę à me dicta sunt potentiam. Cæterùm vt illa audiuit, quòd neque illa quę cogitarat essent à præsente occulta, negauit dicẽs: *Non risi. Timor enim concusserat eius mentem.*

Et propterea scriptura tribuens hoc infirmitati eius totum, inquit: Timore enim pertetrita fuit. Verùm patriarcha dicit ei: non, sed risisti. Ne putes, inquit, licèt in animo hæc tractaueris, & quòd in occulto riseris, & possit abscondi à præsentis virtute & scientia. Itaq; negare factum noli, ne addas ad peccatum: magna enim ab hac hospitalitate nobis proueniẽt bona. Hũc imitemur omnes, & magnam geramus hospitalitatis curam: non vt momentaneam & corruptibilem retributionem solum accipiamus, sed vt reponamus nobis etiam immortalium bonorum fruitionem. Nam si hoc facimus, suscipiemus & nos hîc Christũ, & suscipiet etiam ipse nos in mansionibus illis quæ ab æterno Mat.25.c præparatæ sunt diligẽtibus se. Et audiemus ab eo: Venite benedicti patris mei, in hereditatem accipite præparatum vobis regnum ab origine mundi. Cuius gratia, & propter quid? Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me: peregrinus fui, & collegistis me: in carcere fui, & inuisistis me. Quid minus molestum quàm hæc? non enim præcepit nobis curiosè scrutari & inquirere quibúsnam deberemus curam exhibere. Tu quod tuum est, inquit, declara, licèt abiectus & vilis sit, vt apparet, quem foues. Quę enim in illos facta sunt, ego vt mihi ipsi facta agnosco. Propterea addidit: Quatenus fecistis vni fratrũ meorum minimorum, mihi fecistis. Igitur cùm tanta ex hospitalitate sint lucra, non contemnamus, sed quotidie huius bonæ negociationis merces inferre studeamus, scientes quòd dominus noster alacritatem magnam, non ciborum pondus requirat, non mensam sumptuosam, sed mentem hilarem, non tantum ministerium à nudis verbis, sed charitatem à puro synceróq; corde. Idcirco & sapiẽs quidam dicebat: Melior sermo, quàm munus. Sæpe enim sermonis obsequium magis recreat accipiẽtem, quàm donum ipsum. Proinde scientes hæc, ne simus difficiles erga eos qui nos accedunt. Quòd si poterimus eorum inopiam subleuare, hoc faciamus cum gaudio, lætitiáq; magna: non vt præbẽtes aliquid, sed vt ab eis accipientes. Quòd si non possumus, ne simus asperi in eos: sed vel verbis eorum curam agamus, & in mãsuetudine respondeamus eis. Quare enim durè cõpellas eum? num cogit? num vim facit? orat, supplicat, obsecrat. Qui autem hæc facit, contumelia dignus non est. Quid dico orat & supplicat? innumera bene apprecatur, & hęc omnia facit pro vno obolo, & neque illũ erogamus. Et quam assequemur veniam? quam habebimus defensionem? Ipsi quidem quotidie lautam mensam apponentes, & sæpe plus quàm vsus requirit insumẽtes, illis vero neque paruum quid communicamus, idque cum innumera bona per hos nos habituros expectemus. O magnam desidiam. Quantum hic damni facimus? quantũ lucri è manibus nostris excidere permittimus? Materiam nostræ salutis à deo nobis datam amandamus, neq; in mentem accipimus, neq; consideramus, neq; paruitatem eorum quæ damus, neque immensitatem eorũ quæ pro his accipimus: sed omnia arculis includentes, & aurum quidem à rubigine absumi permittimus, imò furum manibus proponimus: vestes quoq; varias à tineis arrodi sinimus, nolumus autẽ vt ea quæ absque vsu iacent, bene dispensentur, vt iterum nobis custodiantur, ac per ea etiam ineffabilia bona mereamur assequi. Quæ nobis omnibus concedat gratia & misericordia sua dominus noster Iesus Christus, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Cùm surrexissent autem viri, respexerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ.

Homilia XLII.

Didicimus ex hesterna lectione charissimi, eximiam iusti hospitalitatem: age & ea quæ sequuntur tractãtes, hodie discamus benignitatem & cõpassionem patriarchæ. Possedit enim eximiè iustus ille virtutes omnes. Neq; enim tantum bene affectus erat in proximos, neque hospitalis tantum & compatiẽs, sed & alias virtutes omnes vbertim declarauit. Nam siue patientiam discere opus, inuenies eum in summum illius verticem progressum: siue humilitatem requiris, videbis & in hac nulli cedentem, sed omnes transcendentem, etiam si fides declaranda sit, & in ea præ omnibus aliis probatus est. Est enim anima eius imago quædam animata, varios virtutum colores in se ostentans. Quæ igitur nobis posthac relicta est excusatio, cùm vnus homo cunctas in se virtutes possideat, nos vero ita immunes earum sumus, vt ne vnam quidem perficere iuuet? Quòd enim non ex eo quod non possumus, sed quod non volumus, à bonis omnibus sumus alieni: manifestè indicat quòd multi † vicinorum nostrorum] inueniuntur virtutibus conspicui. Et istuc ipsum quòd patriarcha, qui ante gratiæ tempus & ante legem fuit, à seipso & à scientia quæ naturę insita est, in tantum peruenit virtutis fastigium, sufficit vt omnes nostras excusationes refutet. At fortè dicent aliqui, quòd vir ille multam à deo gratiam consequutus sit, & omnium dominus, eius singularem habuerit curam. Fateor ita esse & ego. Verùm nisi primùm & ipse quod suum erat fecisset, non

† eiusdem naturæ homines.

tanta à domino obtinuisset. Eapropter nō hoc solum vide, sed in vnoquoque diligenter attende quomodo primùm in omnibus virtutis suę indicium exhibuerit, atque sic diuinum meruerit pręsidium. Atque hæc sępe vobis declarauimus: quādo à patria sua migrabat, quòd neq; à progenitoribus semen fidei acceperit, & à seipso valde religiosam atque piam mētem obtulerit: & homo ille cùm nuper à Chaldæa trāslatus esset, iterum subitò iussus vt aliò pergat, & alienam terram suæ præferat: nō fluctuauit animo, nō distulit, sed statim imperata fecit: ídq; nesciens vbinam errādi futurus esset finis, & festinabat, & anhelabat, vt in iis quæ planè incerta erant tanquam certa essent, mandatum dei omnibus præferēdum duceret. Vidisti quomodo ab initio quæ à semetipso erant attulerit, & propterea diuina quotidie vbertim susceperit: Eodem modo, dilecti, etiam nos, si voluerimus superna frui gratia, imitemur patriarcham, & ne cunctemur ad obeundā virtutem: sed quotidie ita eam exerceamus, vt oculum illum qui sopiri nescit, cōciliemus nobis ad mercedem tribuendā. Etenim qui scit arcana mentis nostrę, cùm viderit sanam mentem nostram, & nos conari & eniti ad virtutis agones, statim & nutu suo nos adiuuat, simul & labores nostros alleuians, & infirmitatē nostræ naturę confirmās, vberésq; retributiones suppeditās. Sanè in Olympicis certaminibus neutiquam quis tale quid inueniet: sed subsistit adornator & magister, sitq; spectator tātum † vt cæteri,] neq; in vlla re potest adiuuare, sed expectat vt fiat victoria. Dominus autē noster nō sic, sed simul nobiscum certat, & manum porrigit, & simul adiuuat, & quasi vndequaq; aduersariū nostrū nobis tradit, & omnia facit satagēs vt in certamine duremus, & vincamus, quò nobis immarcescibilem imponat coronam. Coronam enim, inquit, gratiarū accipies in capite tuo. Iam in mediis illis Olympicis certaminibus corona post victoriam nihil aliud est, quàm folia lauri, q̄ applausus & acclamatio vulgi, quæ tamen omnia vespera ingruente marcescunt & pereunt: at corona quæ pro virtute & eius sudoribus datur, nihil habet sensibile, neq; in hoc seculo nobiscum dissoluitur, sed perpetua est, immortalis, extēdēs se in omnia secula. Et labor quidē est parui temporis: merces autem laborum, finem non habet, neq; cedit tempori, neq; marcescit. Et vt discatis, ecce quot anni præterierunt, quot generationes, à quo Abrahā hic in viuis fuit: & sicut heri ac hodie, ita fulgent eius pro virtute coronæ, & vsque ad consummationem seculi, omnibus qui rectè sapiunt, argumentum est sermonis & doctrinę. Proinde quia talis est virtus iusti, ad æmulandum expergiscamur, & vel tandem nostram agnoscētes generositatem, patriarcham imitemur, & de salute nostra cogitemus, multa adhibita diligentia: ita vt non solum corpus sanum sit, sed & vt diuersi animæ morbi curentur. Nam si voluerimus sobrij esse & vigiles, facilius morbos animę quàm corporis emendabimus. Nam quoties nos affectio quæpiam perturbat, si volumus pia religiosáq; mente cogitare iudicium diei illius terribilis, & non ad præsentem voluptatem spectare, sed ad cruciatus quos propter illā feremus, statim ab anima nostra resiliet ac reuolabit. Eapropter ne simus negligētes, sed scientes quòd agon est & certamina, & vt in pręlio hostibus nos obiiciamus oportet, quotidie renouetur ac rigorē iuuenilem recipiat animus noster, vt superno freti præsidio, malæ huius bestiæ, insidiatoris dico salutis nostræ, caput statim con-

† certantium.]

A terere valeamus. Ipse enim dominus nobis promisit, dicens: Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpios, & super omnem virtutem aduersarij. *Luc.10.c* Sobrij igitur simus obsecro, ac prudentes, vt cū vestigia huius patriarchæ sequimur, omnigenam virtutem amplexati, easdem coronas mereri possimus, & in eius occurrere sinus, & effugere gehennæ pœnam, & assequi bona illa ineffabilia. Verùm vt amplior fiat nostra ęmulatio, & magis ad imitandum hunc iustū prouocemur: age iterum ex historia iusti illius cum vestra charitate colloquētes, sequentia aggrediamur. Igitur post largam illam hospitalitatem, quam fecerat, non qualitate ferculorum, neque quantitate, sed promptitudine & liberalitate mētis existimatam, statim hospitalitatis mercedem obtinuit: & didicit quisnam præsens ille esset, & quanta eius virtus. Abituri illinc erant ad subuertenda Sodoma, comitatur eos patriarcha &
B deducit, vt inquit. Vide domini misericordiam, quanta * obsequela vsus est. Simul & iusto honorem impēdit, & virtutem in anima eius latentē detegere voluit. *Cùm surrexissent autē*, inquit, *viri, respexerunt in faciem Sodomorum & Gomorrhæ.* De angelis dicit. Nā hic quidē † in tabernaculo] Abrahæ, & angeli, & eorum dominus per idem tempus visi sunt: posteà verò illi quidem vt ministri missi sunt ad subuersionem illarum ciuitatum, ipse autem dominus mansit, & quasi amicus amico iusto communicabat quęnam facturus esset. Vnde cùm illi profecti sunt, dixit, inquit, dominus: *Num celabo ab Abraham puero meo, quæ ego faciam?* Mirū in modum deus obsequitur iusto, & plurimo eum honore dignatur. Nam quasi homo homini loquēs, sic quodā modo cum ipso loquitur, monstrans nobis, quāto ho-
C nore dignos ducit virtute pręditos. Et vt ne putes honorem tantum iusto concessum solius diuinæ esse bonitatis, vide quomodo diuina scriptura docet nos, ꝙ ipse sibi ipsi honoris fuerit autor, obediendo mandatis diuinis magna sedulitate: Quia postquam dixit: Num celabo ab Abraham puero meo, quę ego facio? non statim dicit quid futurum sit. cōsectaneum enim erat, quòd adderet, & diceret se incēsurum Sodoma. Verùm dignum est, vt neque illud prætereamus: neq; enim syllabam neque apicem in diuina scriptura pręterire oportet. Quantæ enim dignitatis esse putas, ꝙ dicit Abraham puerum suum? quantæ affectionis? quanti amoris? Hoc enim potissimum monstrat eximiam dignitatem & honorem in iustum. Deinde id quod dicebam, cùm dixit, Nū celabo: non statim affert & dicit quod erat futurum. Sed quid? Vt discamus
D ꝙ non absq; causa, neq; temerè deus tantum erga illū declarans studium, inquit: *Abraham autem futurus est in gentem magnam & populosam. Et in ipso benedicētur omnes gentes terræ. Noui enim quòd cōstituet filiis & domui suæ post se, & custodient vias domini dei, vt faciant iustitiam & iudicium, vt adducat dominus super Abraham omnia quæcunq; locutus est ad eum.* Papæ, quāta misericordis domini magnitudo? Quoniā postea inducturus erat excidiū Sodomorū, nunc prius patriarcham animat & confidentem facit, simul pollicens ei benedictionē maximam, & quòd in magnam multitudinem futurus sit: docens eum ꝙ mercedem hanc piæ suæ mentis accipiat. Cogita enim quāta est patriarchæ virtus, quādo deus dicit: Scio enim quòd constituet filiis suis post se, & custodiēt vias domini. Magna hæc est virtutis augmentatio. Non enim tantum mercedem accipit quia ipse bene egit: sed & quia pręcipit natis suis, largas retributiones

** συγκαταβάσει, condescēsione vt theologi dicunt.*

† ad tabernaculū.]

tiones accipit, ídque meritò. Is enim qui principium
A prębet ac initia, etiam eorū quę postea fiunt autor est. Et vide domini bonitatem, non solum pro præterita virtute, sed & pro futura remunerat. Scio enim, inquit, quòd constituet filiis suis. Quoniam dicere vult, prænoui iusti mentem, idcirco remunerationibus præuenio. Scit enim abdita cordis nostri, & quando videt volentes quæ oportet, ac sanam præ se ferentes mentem, manum porrigit, & ante labores remunerat, alacriores hac ratione efficiens: id quod in iustis omnibus fieri inuenies. Nam cùm sciat imbecillitatem humanæ naturæ, vt non in arduis & difficilibus nihil se posse putet, inter laborādum ita suum auxilium & remunerationes præbet, vt & labor alleuietur, & feruor crescat. Noui enim, inquit, ꝙ constituet filiis suis, & custodient vias domini dei. Non solum de ipso prædicit, ꝙ constituet, sed & de filiis eius, quòd custodient
B vias domini dei, Isaac & Iacob insinuās. Vias domini, hoc est, mandata & præcepta. Vt faciant, inquit, iudicium & iustitiam: nihil præferendo iustitiæ, & viuendo citra omnē iniustitiam. Hæc enim maxima virtus est, ac propterea euenient omnia quę locutus est ei dominus. Opinor autem quòd & aliud quiddam significet, cùm dicit: Abraham autem futurus est in gentem magnam & populosam: pro eo, Tu quidem qui virtutem amplexaris, & meis obtemperas præceptis, obedientiámq; pręte fers, in gentem magnam & populosam eris. Impij autem illi Sodomorum regionem inhabitantes, disperibunt omnes. Nam sicut virtus salutis causa est eam operantibus, ita & malitia interitus. Porrò postquam benedictionibus & laudibus fiduciā ac animos dedit iusto, incipit quod dicturus erat argumentum. *Clamor Sodomorū & Gomorrhæ apud me multi-*
C *plicatus est, & peccata eorū magna valde. Cū igitur descēdero, videbo vtrū iuxta clamorē ipsorū qui ad me venit, perficiūt, † an non,] vt sciam.* Terribilia verba. Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorrhæ. Quanuis & alię ciuitates simul perierint, sed quia hæ fuerunt clariores, eas solū commemorauit. Multiplicatus est apud me, & peccata eorum magna valde. Vide quomodo mala coaceruentur. Non solum magna est multitudo clamoris & iniustitiæ. Nam ꝙ clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, opinor significare, ꝙ cum indicibili & veniam non merente iniquitate illa etiam omni virtute priuati sint, multásq; iniustitias alias patrarunt: & insurrexerunt potentiores contra inualidiores, ditioresq; contra pauperes. Proinde non solum, inquit, magnus erat plāctus clamoris, sed & peccata ipsorum non vulgaria fuere, sed magna, atque valde magna.
D Insolitum enim iniquitatis modum excogitauerūt, & alienas & illicitas coëundi leges inuenerunt. Atq; tanta erat malitię procliuitas, vt omnes omni malo replerentur, & nullam postea correctionē admitterent, totiq; aboleri digni essent: neq; enim incurabiles illorū morbi medicos ferebant. Postea docens omne hominum genus, ꝙ licet magna valde & confessa sint peccata, non antea tamen pronunciandam sententiam, q̄ manifestè demōstrationes fiant, inquit, Cùm descenderim autem, videbo vtrum iuxta clamorē ipsorum, qui ad me venit, perficiāt, vel non, vt sciam. Quid sibi vult, ꝙ sermonem suum ita attemperat: cùm descenderim, inquit, videbo? Nunquid de loco in locum transit vniuersorum dominus? absit. Nō hoc dicit: sed vt dixi, per verbum crassius docere nos vult, ꝙ opus sit magna diligētia: & non auditu solò peccatores cō-

† Si autē non.]

demnandi sint, neq; sententiæ ferendæ, nisi comprobatio præcedat. Audiamus hęc omnes: non enim solū ij qui pro tribunali sedent, obseruare hanc legem debent, sed & nullus vnquam ob nudam accusationem proximum cōdemnet. Idcirco enim & post hęc beatus Moses spiritu sancto afflatus admonet, dicens: Auditum vanum ne accipias. Et beatus Paulus scribens *Exo.23.a* clamabat: Tu autē cur iudicas fratrem tuum? Et Chri *Rom.2.* stus quoq; præcipiēs discipulis suis, & docens Iudæo- *& 14.a* rum multitudinem scribas eorum & Pharisæos: Noli- *Matt.6.a* te, inquit, iudicare, vt ne iudicemini. Cur enim, inquit, ante tēpus inuadis iudicis ius? Cur præuenis diem illum terribilē? Vis iudex esse? iudica temetipsum, & tua delicta. Nullus est qui vetet: sic enim & peccata tua emēdabis, & nihil ex hoc incommodi capies. Quòd si relictis rebus tuis sedes ad iudicandum alios, maiores te tibi ipsi colligere peccatorū sarcinas non sentis. Idcirco obsecro, fugiamus omnino ne condemnemus alios. Nā etsi iudiciariæ potestatis nō sis particeps, attamen iudicasti mēte, & peccato fecisti te obnoxium: præsertim quando nulla demonstratione audita, sed sola suspicione, & tenui accusatione cōdemnas. Quapropter beatus Dauid clamabat dicēs: Detrahentem *Psal.100.a* clàm proximo suo, hunc persequebar. Vidisti virtutis eminentiam? Non solum non recipit quæ dicuntur, sed & abigit volentem fratri suo maledicere. Igitur si & nos peccata nostra imminuere volumus, hoc maximè omnium seruemus, ne condemnemus fratres nostros, neq; detrahere cupientes admittamus: imò iuxta prophetam abigamus, & omnino auersemur. Hoc enim opinor & prophetam Mosem insinuare cùm dicit: Auditum vanū ne acceperis. Et hac de causa etiā nunc dominus tam crasso verbo vsus est in vtilitatem animarum nostrarum. Dicit enim: Cùm descendero autem, videbo. Cur enim? Num nesciebat? Ignorabátne peccatorum magnitudinem? Nesciebat lapsos correctionem non suscepturos? absit. Verum quasi satisfactionē quandam affert iis qui posthac impudenter accusare volunt: & monstrando eorum peruicaciam & virtutis penuriam, tanta vsus est longanimitate. Fortassis autem non propter hoc solum, sed & vt iusto detur occasio declarandi mentem suam condolentem, & bene in alios affectam. Angeli enim (vt dixi) abierant in Sodoma: patriarcha verò stabat coram domino. *Et vt appropinquauit*, inquit, *Abraham, dixit: Nunquid perdes simul iustū cum impio, & erit iustus sicut impius?* O quanta iusti fiducia, imò ô quanta animi compassio. Quodammodo compassionis ebrietate grauatus, nescit quid dicat. Et monstrans diuina scriptura, ꝙ magno timore & tremore preces faciat: Vt appropinquauit, inquit, Abraham, dixit: Nunquid perdes simul iustum cum impio? Quid facis ô beate patriarcha? Quid opus habet tua deprecatione dominus, vt ne hoc faciat? Verùm ne hoc cogitemus: non enim quasi domino hoc facturo dicit, sed quia manifestè propter fratris filium dicere non audebat, communes pro omnibus facit preces, volens cum aliis & hunc seruare, & cum hoc etiam alios eripere: incipítq; patrocinari, ac dicit: *Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes eos? Non parces toti loco propter quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam facies verbum hoc, vt occidas iustum cum impio, & sit iustus sicut impius. Nequaquam. Qui iudicas omnem terram, non facies iudicium?* Vide quomodo & in hac oratione suam religiosam & piam mentem declarat, & iudicem omnis terræ confitetur, precatúrque ne

Universidad de Deusto Biblioteca

pereat iuſtus cum iniuſto. Poſtea mitis & miſericors
dominus annuit petitioni, & dicit: Facio id quod di-
xiſti, & accipio tuam petitionem. Si inueniētur quin-
quaginta iuſti in ciuitate, propter illos parcam omni
ciuitati, & toti loco. *Dabo hoc*, inquit, *quinquaginta iu-
ſtis, ſi inuēti fuerint, & alios ſaluabo, & petitionē tuā implebo.*
Verùm videamus iuſtum illum, quomodo arrepta
fiducia, & agnita miſericordia dei, iterum aliam peti-
tionem affert, & inquit: *Nunc cœpi loqui ad dominum
meum, ego autem ſum terra & cinis.* Ne putes, inquit, do-
mine me ignorare meipſum, & tranſgredi menſuram,
& tanta vti fiducia. Scio enim, ꝙ terra ſum & cinis: ſed
ſicut hoc ſcio, & manifeſtè ſcio, ita neque illud igno-
Pſal. 32.a ro, quòd copioſa eſt tuæ miſericordiæ magnitudo, &
Rom. 10. c quòd diues es in bonitate, & ꝙ vis omnes homines
1. Tim. 2. b ſaluos facere. Nam quos ex nihilo produxiſti, quomo
do factos perderes, niſi tanta eſſet peccatorũ noſtro-
rum grauitas? *Idcirco iterũ oro & precor, ſi pauciores quin-
quaginta inuenti fuerint, & quadragintaquinque fuerint in ci-
uitate iuſti, num ſaluabis ciuitatem? Et dixit: Si inuenti fuerint
quadragintaquinque, non perdam.* Quis pro dignitate do-
minum omnium laudarit, ob tātam longanimitatem
& obſequelam: vel iuſtum beatum prædicaret, cui tā-
ta eſt fiducia? *Et adiecit*, inquit, *vltrà loqui, & dixit: Si in-
uēti fuerint ibi quadraginta? Et dixit, nō perdā propter quadra-
ginta.* Exin quaſi reueritus indicibilem dei longani-
mitatem iuſtus, & timens ne fortè videatur tranſcen-
dere modum precando, dicit: *Nunquid domine ſi loquar,
Si inuenti fuerint ibi triginta?* Et quia paratum inuenit ad
miſericordiā: non iam paulatim diminuit, neq; quin-
que iuſtos detrahit, ſed decē, & ſic affert patrocinium.
Si inuenti fuerint illic triginta? *Et dixit: Non perdam, ſi
inuenti fuerint illic triginta.* Animaduerte quāta iuſti cō-
ſtantia, quaſi ipſe foret obnoxius ſententiæ, ita eripere
† Sodomi- ſtudet à pœna † Sodomitis inferenda.] *Et dixit, quoniā
tarum gē- poſſum loqui ad dominũ: Si inuenti fuerint ibi viginti? Et dixit:
tem.] Non perdā propter viginti.* Omnem ſermonē tranſcēdit,
& omnem cogitationem, domini bonitas. Quis enim
noſtrũ, qui in medio infinitorum malorum verſamur,
vellet ferendo ſententiam contra proximos tanta vti
miſericordia & obſequela? Veruntamen iuſtus ille vi-
dens diuitias miſericordiæ dei, nō ſubſiſtit, ſed iterum
dicit: *Nunquid domine, ſi loquar adhuc ſemel?* Nam quia
ineffabilis erat lōganimitas, propter hoc reueritus ne
& indignationē aduerſus ſe moueret eius qui rogaba-
tur, dicit: Nũquid domine? Num temerariũ quiddam
facio? dicit. Num impudentiam præ me fero? nũ opus
cōdemnatione dignum facio, ſi loquar adhuc ſemel?
pro magna & inenarrabili miſericordia tua adhuc v-
nam orationē accipito à me. *Si autem inuēti fuerint illic
decem? Et dixit: Nō perdam propter decem. Et quia prius dixit:
Adhuc ſemel loquar, Abiit*, inquit, *dominus poſtquā ceſſaue-
rat loqui Abrahæ, & Abrahā reuertitur in locũ ſuũ.* Vidi-
ſtis dominũ ad noſtrā infirmitatē ſe humiliantem? Vi-
diſtis & iuſti erga alios affectionem? Didiciſtis, quāta
virtus ſit eorum qui virtutem exercēt? Si enim inuenti
fuerint, inquit, decem iuſti, propter illos omnibus re-
miſſionem cōcedo peccatorum. Non bene dicebam,
quòd hęc omnia facta ſunt, vt nulla relinquatur impu
denter loquentibus contradicēdi occaſio? Sunt enim
multi inſanientium, qui infręni lingua, & reprehende-
re & dicere audent: Quare incēſa ſunt Sodoma? ſi tu-
liſſet eos dominus longanimiter, fortè pœnituiſſent.
Propter hoc oſtēdit tibi malitiæ nimietatem, & quòd
in tanta multitudine tanta raritas fuit virtutis, vt alio

A quodā diluuio indigeret, & quale prius in mũdo fuit.
Sed quia promiſſio dei eſt vt nō vltrà tale inferat ſup-
plicium, propterea aliũ pœnæ modũ excogitat, ſimul
& illos in pœnam ducens, & poſteris omnibus perpe-
tuam præbens doctrinā. Quoniam enim naturę leges
irritas fecerāt, & alienos & illicitos excogitarant coi-
tus, idcirco inſolitum ſupplicij modũ induxit propter
illorum iniquitatē: & ventre terræ inutili facto, & re-
licto poſteris monimento perpetuo, vt ne eadē atten-
tantes in eaſdem incidant pœnas: & liceat volenti ad
loca illa pergere, videre ipſam terrā (vt ita dicam) cla-
mantem & oſtendētem ſupplicij veſtigia impreſſa, &
quaſi heri vel hodie facta: tam manifeſta oſtēditur in-
dignatio. Ideo obſecro, vt per illa per quæ alij pœnam
dederunt, nos caſtigemur. Sed fortè dixerit aliquis:
Quid ergo ꝙ illi ſic puniti ſunt? nónne ſunt & nunc
B multi qui eadem committunt quæ illi, attamen non
puniuntur? Etiam: ſed hoc potiſſimum maiorem pœ-
nam conciliat his qui talia perpetrant. Quando enim
non caſtigamur ex his quæ illis acciderunt, & non eſt
nobis lucro longanimitas dei, cogita quomodo illum
inextinguibilē ignem vehementius nobiſmetipſis ſuc
cendimus, & acerbum vermē paramus. Aliter quoq;
Quia propter gratiam dei ſunt & nunc multi virtute
prędití, qui placare poſſunt dominũ, ſicut tũc patriar-
cha. Tametſi nos, cùm noſipſos attēdimus, & noſtram
videmus deſidiam, putamus miram virtutis raritatē:
attamen propter illorum virtutem, longanimitatem
deus in alios ſeruat. Et vt ſcias quòd talium fiducia no
bis longanimitatem dei conciliet, audi ex hac ipſa hi-
ſtoria: dicit enim patriarchæ: Quòd ſi decē iuſtos in-
uenero, non perdam ciuitatē. Et quid dico decem iu-
C ſtos? nullus inuentus illic ab iniquitate alienus, niſi ſo-
lus Loth iuſtus, & eius duę filię. Vxor enim propter il-
los fortè pœnam ciuitatis effugit, poſtea tamen pœnā
dedit propter ſuam malitiam. Nũc autem propter in-
effabilem dei miſericordiam, quia pietas incremētum
ſumpſit, multi etiā in mediis ciuitatibus ignorati poſ-
ſunt placare deũ, & alij in mōtibus & ſpeluncis. Alio-
rúmq; virtus multorum tegere valet malitiam. Multa
enim domini bonitas eſt, & ſæpe ſolet etiam propter
paucos multis dare ſalutē. Et quid dico, propter pau-
cos iuſtos? Sæpe quando non inuentus eſt in præſenti
vita iuſtus, propter defunctorum virtutem, viuentium
miſeretur & curam habet: vnde clamat dicens: Prote- *4. Reg. 19.*
gam ciuitatē hanc propter me, & propter Dauid pue- *g. & 20. b*
rum meũ: quaſi diceret: Licèt ipſi indigni ſint, & nul-
lam ſalutis habeant occaſionē: verùm quia ſolitus ſum
D miſericorditer agere, & ad miſerandũ promptus ſum,
propter meipſum faciam, & propter puerũ meũ Da-
uid: & qui ante tot annos è vita migrauit, hic author ſit
ſalutis his qui ſua ſeſe perdiderant deſidia. Vidiſti mi-
ſericordiam domini, quomodo eos qui virtute pol-
lent, † toti multitudini opponit, & rependit?] Qua- *† præponit*
propter & Paulus dicebat: Obambulauerunt in ouil- *& toti*
lis capriníſq; pellibus, deſtituti, preſſi, afflicti, quib⁹ in- *multitu-*
dignus erat mundus. Ille dicit: Omnis mundus, & to- *dini æqui-*
tus orbis non eſt conferendus his qui in afflictioni- *parat.]* *Hebr. 11. g*
bus & preſſuris & nuditate agunt & obambulant, & in
ſpeluncis verſantur propter deum. Igitur dilecte, quā-
do videris virum vili externo habitu veſtitum, virtu-
te verò intrinſecus amictum, ne vilipenderis quod ap-
paret: ſed animæ diuitias diſce, & internam gloriam,
& videbis vndequaque fulgentem virtutem. Talis e-
rat beatus Elias, qui melotem tātum habuit, & purpu-
ra veſti-

ra veſtitus Achab, illius melote indigebat. Vidiſti A-
chabi inopiam, Eliæ autem diuitias? vide & quantum
poteſtate diſtent. Melote huius cœlum clauſit, pluuia-
rum deſcenſum ſiſtit. Et lingua prophetę frænum fuit
cœlo, & annis tribus & ſex menſibus pluuia non fuit:
purpura autē amictus & diademate, circumibat quæ-
rens prophetam, & nihil lucri ex ſua poteſtate habe-
bat. Cæterùm vide domini miſericordiam, quia vidit
prophetam multo zelo & feruore moueri, & magnam
hanc pœnam inferri contra totam terram, ne & ipſe
ſimul in ſupplicium incideret cum illis, dicit ei: Sur-
3. Re. 17. b ge, & vade in Sarepta Sidoniorum. Illic enim præci-
piam mulieri viduę, vt te paſcat. Et vt exurrexit, abiit.
Vide ſpiritus gratiam dilecte. Etenim & heri nobis to
tus ſermo de hoſpitalitate fuit, & hodie hoſpitalis iſta
vidua ſermonem noſtrum complebit. Et venit, inquit,
ad viduam, & inuenit eam colligentem ligna, & dicit
ei: Da mihi parũ aquæ, & bibam. Illa exaudiuit. Et di-
xit ad eam iterũ: Fac mihi ſubcinericios panes, & co-
medam. Illa verò poſtea detexit immodicam ſuam e-
geſtatem, imò inenarrabiles diuitias. Magna enim pau
pertas indicat diuitiarum illius magnitudinem. Et di-
cit: Non eſt ancillæ tuæ niſi pugillus farinæ, & parum
olei in amphora, & comedemus ego & pueri, & mo-
riemur. Miſerabilia verba, quæ & lapideam animam
inflectere poſſent. Nulla poſthac nobis ſpes ſalutis.
Mors in foribus eſt. Hoc ſolum nobis relictum eſt ad
vitam, quod vix ſufficiet mihi & pueris: id quod erat
mihi poſſibile feci, aquam communicaui. Verùm vt
diſcamus & mulieris hoſpitalitatem, & iuſti magnam
fiduciam, vide quid fit. Vbi propheta didicit diligen-
ter hæc omnia, vt detegeret nobis virtutem mulieris.
Nam deus qui dixerat: Pręcepi mulieri, vt te paſcat: ip
ſe erat qui tũc per prophetā operabatur. Dicit ei: Fac
mihi primùm & comedam, & tunc filiis tuis. Audite
mulieres, quæ diuitiis affluitis, & in multa inutilia ve-
ſtras facultates inſumitis, & poſt illa omnia duos vel
tres obolos indigentibus, vel viro cuipiā virtute præ-
dito, propter deum famelico, impendere non vultis.
Iſta autem nihil horum poſſidens, ſed tātum pugillum
farinę, & paulo poſt iuxta ſuam opinionem, puerorum
mortē ſpectatura, vt audiuit à propheta, Fac mihi pri-
mùm, & tunc tibi & pueris tuis: nō ægrè tulit, non ne-
glexit, ſed fecit imperata: erudiens omnes nos, præfe-
rendos noſtrę refocillationi ſeruos dei: & non temere
talia lucra prætereunda, ſed attendendum ꝙ multa
hinc nobis erit merces. Vide igitur hanc viduam, pro
† horreum pugillo farinę, & pauxillo oleo, quomodo perpetuum
ſibi cōpa- † oleum poſſederit.] Nam poſtquā pauit prophetam,
rauerit.] neq; pugillus farinæ defecit, neq; amphora olei, cùm
interim fame terra omnis corrumperetur. Eſt autē &
hoc admirabile & rarum, quòd neq; laboribus poſtea
opus habebat, ſed parata perpetuò erāt farina & oleũ:
& neq; agricultura indigebat, neque boum coopera-
tione, neque vlla alia cura, ſed ſuper naturam euenie-
bāt omnia. Et cum rex, qui coronam capite geſtabat,
anxius eſſet, & fame laboraret: pauper vidua omnibus
deſtituta, quia prophetā ſuſceperat, in perpetuam ve-
Mat. 10. d nit abundantiam. Propterea & Chriſtus dicebat: Qui
ſuſceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedē
ꝓphetæ recipiet. Vidiſti heri quid patriarcha merue-
rit dapſili ſua hoſpitalitate, & feruida alacritate: vide
& nunc hanc Sidoniam repentè diuitias poſſidētem.
Lingua enim prophetę quę cœli habenas moderaba-
tur, farinę pugillum, & olei amphoram iugiter ſcaturi-

A re fecit. Hanc omnes imitentur & viri & mulieres.
Ego quidem vellem nos prophetam imitari, & eius
poſſidere virtutes. Sed quia hoc oneroſum nobis vi-
detur eſſe, quanuis & ille homo erat, carnémq; ſicut &
nos circunferebat, & eādem quam nos habebat natu-
ram, verùm quia quæ ſua erant largiter attulit, atque
virtutem amplexatus eſt, ſupernam quoq; gratiam aſ-
ſequutus eſt. Cęterùm interim nos vel mulierem hanc
imitemur, & ſic paulatim eò veniemus vt etiam pro-
phetam imitemur. Aemulemur itaq; eius hoſpitalita-
tem, & nullus poſthac inopiam prætexat. Nam quan-
tumuis inops ſit aliquis, non erit hac egentior, cui ad
vnum tantum diem erat alimentum: & neque ſic fuit
ſegnis ad petitionem prophetæ, ſed magna prompti-
tudine ei paruit, & mercedem protinus recepit. Talia
enim ſunt, quæ à deo fiunt. Mos ei dare magna pro
B paruis. Quid enim, dic oro, tantũ attulit, quantum ac-
cepit? Verùm dominus noſter, nō quanta dentur con-
ſueuit attendere, ſed voluntatis largitatem: & ab hac
quæ parua ſunt magna redduntur: & magna ſępe vilia
efficiuntur, quādo non hilari prōptitudine quæ fiunt,
inſumuntur. Et eapropter vidua illa euangelica, mul- *Mat. 12. d*
tis multa in gazophylaciũ mittentibus, proiectis duo- *Luc. 21. a*
bus minutis omnes vicit: non ꝙ immiſerit plura aliis,
ſed ꝙ liberaliorem voluntatem oſtenderit. Alij enim,
inquit, ex eo quod ſibi abundabat eleemoſynā facie-
bant: iſta autem omnia quęcunq; poſſidebat, immiſit.
Omnem enim victum, inquit, iniecit. Ergo mulieres
ſaltē imitemur viri, & non inferiores eis videamur: ſed
ſtudeamus non ſolum ad noſtrum vſum omnem ſub-
ſtantiam noſtram impēdere, ſed & egenorũ magnam
habere curā, ídq; cum alacritate & hilaritate. Etenim
C & agricola, terræ cōcredens ſemina, non hoc triſti fa-
cit vultu, ſed gaudēs & lętabũdus, & quaſi iam ſpe ma-
nipulos videns, in terram ſeminat. Et tu dilecte, ne ſo-
lum reſpexeris ad eũ qui recipit: ſed cogita, quòd ipſe
quidem eſt viſibilis qui à te accipit: alius autem quę in
illum fiunt, ſibi facta dicit: neq; ille vulgaris quiſpiam
eſt, ſed omnium dominus: cœli terræq; conditor. Et
ſumptus ille † acceſſio fit,] & non ſolũ non minuit tuā *† redituũ*
ſubſtātiam, ſed auget magis, ſi cum fide & promptitu- *locum ob-*
dine hilari hoc feceris, addam id quod præcipuum eſt *tinet.]*
bonum: Præter hanc acceſſionem quę ex hoc ſumptu
paratur, peccata etiā condonantur: cui bono quid par
eſſe poterit? Si igitur volumus verè locupletari, & cum
diuitiis etiam peccatorum inuenire remiſſionem, ef-
fundamus res noſtras in egenorum manus, præmitta-
mus eas in cœlum, vbi neque fur, neque latro, neque *Mat. 6. e*
D parietum effoſſor, neque famuli malitia, neque aliud
quicquam nocere poterit diuitiis noſtris. Regio enim
illa omnibus iſtiuſmodi dānis ſuperior eſt. Tātùm ne
vanam gloriam ſectemur, ſed vt iuxta leges à Chri-
ſto traditas, non ab hominibus laudes percipiamus,
ſed à communi omnium domino: vt ne & ſumptus fa
ciamus, & lucro deſtituamur. Nam licèt non diripi
poſſint diuitiæ per manus pauperum eò tranſlatæ, va-
na tamen gloria abſumũtur. Et vt tinea & vermes ve-
ſtes corrumpunt, ita & inanis gloria diuitias quæ mi-
ſericordia colliguntur. Idcirco obſecro, nō ſolum fa-
ciamus eleemoſynas, ſed & cautè faciamus, vt magna
percipiamus pro paruis, & pro fragilibus incorrupti-
bilia, & pro temporalibus æterna, & cum his omnibus
etiam peccatorum remiſſionem aſſequi poſſimus, bo-
náq; illa ineffabilia: quibus nos omnes potiri contin-
gat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,

Universidad de Deusto Biblioteca

cui cum patre & spiritu sancto & viuificatore, sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Venerunt autem duo Angeli Sodoma vespere.

Homilia XLIII.

QVemadmodum floridum quoddam pratum varios & omnigenos flores ostẽtat, ita & diuina scriptura iustorũ virtutes nobis demonstrat: nõ vt sicut illorum florum fragrantia paruo tempore fruamur, sed vt perpetuam inde vtilitatem recipiamus. Illic manu tãtum carpimus flores, & protinus marcescentes suã gratiam amittũt: hic autem non sic: sed quando auribus iustorũ virtutes accipimus, & eas in sinus mentis reponimus, per omne tempus (si volumus) eorum suaueolentia frui poterimus. Itaque quia tanta sanctorum in diuina scriptura fragrantia est, hodie Loth bonũ odorem inquiramus, vt sciamus liquidò ꝙ iustum hunc in tantum virtutis apicem euexit patriarchæ consuetudo, quæ effecit vt vestigia illius sequeretur, & peculiariter hospitalitatem exerceret. Verùm vt manifestior sit sermo noster, operęprecium Cap.xix. fuerit scripturæ verba audire. *Venerunt autem*, inquit, *duo angeli Sodoma vesperi*. Quare sic incepit, & dixit: Venerunt autem duo angeli Sodoma vesperi? Quoniam postquam diuersati sunt apud patriarchã, & inde surgentes abierunt, misericorsq́; dominus & curator, pro sua bonitate in humana figura visus, mansit apud patriarcham, loquens cum eo, sicut heri audiuistis: volẽs omnes nos docere & excellentẽ suam longanimitatẽ, & patriarchæ charitatem. Angeli autẽ contendebant tunc versus Sodoma. Seruãs scriptura suum ordinem dicit iterum: Venerunt autẽ duo angeli Sodoma vesperi, facientes quod imperatum erat. Et vide diligentiam & obseruationem diuinæ scripturę, quomodo & tempus nobis declararit, quando venerint eò: dicit enim, vesperi. Et quare tempus significauit? & quare ad vesperam eò venerunt? vt ostenderetur nobis magna Loth hospitalitas. Sicut enim patriarcha sedens tempore meridiei, obseruabat aduentãtes, & venationem suam exercebat, & occurrebat, & magno gaudio viatores suscipiebat, ita simili modo & iustus ille, quoniã sciebat peruersitatem eorum qui in Sodomis habitabant, neque vesperi discedebat, sed manebat, necubi thesaurus aliquis ipsi elaberetur, & vt hospitalitatis fructum decerpere posset. Verè admirari licet vehementer iusti huius virtutem, ꝙ conuersans in medio tam impiorum, non solum non fuit inde negligentior factus: sed & maiorẽ virtutem prę se tulit: & cùm omnes (vt ita dicam) in præceps ruerent, ipse solus in tanta multitudine rectam ambulauit viam. Vbi igitur sunt qui dicunt, ꝙ non sit possibile in media ciuitate versantem seruare virtutem: sed opus esse secessu, & montana quadam conuersatione, & non posse domui suæ præfectum, & habentem mulierem, & filios curantem ac famulos, virtute præditum esse? Videant iustum illum cũ muliere, & pueris, & famulis, & in ciuitate degentem, & inter tam malos ac impios conuersantem, & quasi scintillam quandam in medio mari lucẽtem, & non solum non extingui, sed & quotidie lucem clariorem emittere. Et hæc dico, nõ prohibens secessum ab vrbibus, neque interdico montium & solitudinum conuersationem: sed monstro, volenti sobriè agere & vigilare, nihil inde obstaculi esse. Sicut igitur negligenti ac supino nihil prodest solitudo: neq; enim locus nos virtute facit præditos, sed mens & mores: ita & prudens atque vigil non offenditur, etiam in media ciuitate viuens. Quocirca vellem, sicut beatum illum, virtute præstantes in mediis ciuitatibus esse, vt quasi fermẽtum facti aliis, multos ad sui imitationem trahant. Verùm quia hoc difficile videtur esse, saltem illud alterum fiat. Transit enim figura mundi huius, & breuis est vita præsens. Et nisi nunc, cùm adhuc* intra caueam sumus, labores virtutum aggrediamur, & laqueos malitię effugiamus, postea inuanum nosmetipsos reprehendemus, quando nulla erit pœnitudinis feræ vtilitas. Nam quandiu in præsenti vita fuerimus, possibile est vt pœnitentes inde fructum accipiant, & ablutis prioribus misericordiam domini assequantur.

*ἐν τῷ σκάμματι, i. intra sulcũ stadij, in cãpo athletico, in loco certaminis.

Quòd si præterierit tempus pręsens, repẽtéq; abrepti fuerimus: pœnitentia quidẽ ducemur tũc, nullam autem vtilitatem inde capiemus. Quod vt discas, audi prophetam dicentem: In inferno autem quis confitebitur tibi? (Psal.6.b) & iterum: Frater non redimit, redimet homo? (Psal.84.b) Nullus, inquit, erit illic postea, qui eripiat eum qui sua desidia periit, neque si frater fuerit, neque si pater. Et quid dico pater & mater? neque iusti, quibus tanta apud deum fiducia est, poterunt nobis tunc aliquid prodesse, si nũc desides fuerimus. Dicit enim: Si steterĩt (Eze.14.c) Noë & Iob & Daniel, filios suos & filias nõ eripiẽt. Et vide minarum grauitatem, & quales iustos in medium adduxerit. Quoniã & illi suis temporibus etiam aliis salutis causa fuerunt. Noë enim, cum terribilis illa diluuij tempestas terrã occupasset, & mulierem & filios saluauit. Et Iob similiter aliis salutis author fuit. Et Daniel multos eripuit à morte, quando barbarus ille inquirebat quæ supra humanam sunt naturam, & interimere volebat Chaldæos, & Magos, & Gazarenos. Vt ne putemus in futuro seculo fore talia, & ꝙ qui virtute præditi, & fiduciam habent in deum, eos qui hic negligenter vixerunt, liberare illic à supplicio possint suos necessarios: propterea adduxit nobis iustos illos, terrorem nobis inferens, & docens in propriis bonis operibus cum superna gratia spem salutis nostræ habendam, & non in progenitorum virtutibus superbiendum, vel confidendum, si nos in peccatis esse non desinimus. Sed hoc vnum curandum, vt si parẽtes habuerimus virtute claros, imitemur eorum virtutẽ. Et si ediuersò accidat, & ex improbis simus parentibus, non putandum nobis aliquid accidere nocumẽti, sed vt exerceamur ad virtutũ labores: nullum enim hinc nobis damnum erit. Nam vnusquisque per ea vel coronatur, vel condemnatur, quæ ipse gessit, quemadmodũ & beatus Paulus inquit: Vt reportet vnusquisque (2.Cor.5.c) ea quę per corpus fiũt, iuxta id quod fecit: siue bonum, siue malum. Et iterum: Qui reddet vnicuiq; iuxta (Rom.2.a) opera sua. Quæ omnia cũ scimus, excussa omni negligentia, virtutis maximam habeamus rationẽ. Et cùm adhuc intra caueam sumus, & certãdi tẽpus est, priusquam dissoluatur spectaculum, procuremus nostram salutem, vt in breui illo tempore virtutes exercẽdo, in seculo perpetuo illarum mercedes recipiamus, sicut & iustus ille. In medio enim tot malorũ habitans, & nullum habens qui suã imitaretur virtutẽ, sed videns omnes irridentes & subsannantes, non solum non factus est segnior, verùm & tanta virtute emicuit, vt & angelos suscipere meruerit: & cùm illi simul omnes perirẽt, solus ipse cũ filiabus effugit pœnam quę illis illata est. Cæterùm ad seriem sermonis redeamus. *Venerunt autem duo angeli in Sodoma vesperi*. Iusti huius virtutẽ tempus hoc potissimum indicat, quia & ingruẽte vespera permãsit, & nõ destitit. Nam quia sciebat lucrũ quod inde

inde nascebatur, ideo propter hoc diuitias assequi cupiens, valde sedulus erat, & neq; die impleto discedebat. Ita enim se habet anima feruida & vigilãs, vt nullis impedimentis præpediatur, quò minus suã declaret virtutem. Quin & isthęc ipsa quę ꝓhibẽt maximè, magis efferuescere faciũt, & maiorẽ cupiditatis flãmã accendunt. *Vt autem vidit*, inquit, *Loth, surrexit in occursum illis*. Audiant hi qui aduenas orantes & supplicantes, & sedulò se coram eis humiliantes, multa inhumanitate auersantur & repellunt. Vide eñ quomodo iustus ille non expectauit donec ad se venirent, sed sicut patriarcha, ignorãs qui essent hospites, & suspicãs viatores quosdã esse, quasi prę gaudio saltabat, quia assequut⁹ erat quęsitã prędã, & nõ aberrarat ab eo quod cupiebat. Vt autẽ vidit, inquit, exurrexit in occursum illis, & adorabat facie super terrã. Gratias egit deo, ꝙ dignat⁹ esset eũ pretereũtiũ susceptione. Animaduerte illi⁹ animæ virtutẽ, magnũ dei beneficiũ arbitrabatur, incidisse in hos viros, vt susceptis illis suũ perficeret desideriũ. Iam ne dixeris, ꝙ angeli fuerint: sed hoc potius tecũ expẽde, ꝙ iust⁹ ille nõdũ hoc sciebat, sed quasi homines ignotos & pretereũtes suscipiẽs, ita afficiebatur. *Et dixit: Ecce domini, diuertite in domũ pueri vestri, & † quiescite, & lauate pedes vestros, & diluculo facto proficiscemini viã vestram*. Sufficiunt hæc verba ad detegẽdã virtutẽ quæ in pectore iusti latebat. Et quid mirũ si quis obstupescat eximiã humilitatẽ, & promptitudinẽ quã in hospitalitate declarabat? Ecce, inquit, dñi, diuertite in domũ pueri vestri. Et illos dominos vocat, & seipsum seruũ vocat. Audiamus hæc verba, & discamus. Gloriosus, nobilis, tam abũdans, tantus paterfamiliâs: viatores, hospites, ignotos, vt apparebant viles, & nihil ad se attinẽtes, dominos nominat, & inquit: Diuertite in domũ pueri vestri, & quiescite. Vespera eñ, inquit, ingruit. Morẽ mihi gerite, & lassitudinẽ diei solemini in domũ serui vestri diuertentes. Nunquid magnũ vobis promitto? lauate pedes vestros itinere longo fatigatos, & facto diluculo pergetis in viã vestram. hanc gratiã donate mihi, & petitionem meã ne frustremini. *Et dixerunt: Minimè, sed in platea † quiescemus*. Etiam post tantã exhortationẽ quam fecerat, cũ vidit eos renuere, nõ fuit negligens, neq; ab instituto suo destitit, neque fecit vti nos interdũ facimus. Qui si quando aliquem hortari dignamur, & postea videm⁹ parumper detrectãtem, & renuentẽ, statim desistim⁹: id quod contingit, quia citra desideriũ & feruorẽ hoc agimus, & maximè ꝙ putamus sufficere excusationẽ, si dicere possimus fecisse nos officium nostrũ. Amisisti in venatione prædã. Aberrasti à thesauro, & tuo functus es officio? Tunc tuo functus esses officio, si nõ abiecisses è manibus thesaurum, si non præterisses in venatione prædam, si non summis labris & verbotenus tantum hospitalitatẽ indicasses: at non iustus ille sic. Sed quid? Videbat obluctãtes suis precib⁹, & in plateis manere volentes. Hoc autem faciebãt angeli, virtutẽ iusti manifestare volentes, & nos docere quanta eius fuerit hospitalitas. Postea autẽ nõ iã verbis cõtẽtus est exhortari, sed & vim facit. Propterea & Christus dicebat: (Mat.11.b) Violẽti rapiunt regnũ cœlorũ. Vbi enim spirituale affulserit lucrum, tempestiua fuerit violentia, & laudabilis coactio. Et cõpulit eos. Mihi autem videtur & inuitos eos trahere. Deinde vbi viderunt iustũ ita feruẽtem & nolentem desistere, nisi voti compos fiat, *Declinauerunt*, inquit, *ad eum, & intrauerunt in domum eius. Et fecit eis conuiuium, & coxit infermentatos, & comederunt antequàm irent cubitum*. Vidisti & hìc non in sumptuosa mensa hospitalitatẽ, sed potius in liberalitate mentis. Nã statim vt eos induxit in domũ suam, nullũ hospitalitatis officiũ prætermisit. Et ipse quidẽ in ministerio occupatus erat, & cibos apposuit, & omnem honorẽ impẽdit hospitibus, homines eos & viatores quosdam esse putans. *Viri autem ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum à iuuene vsque ad senem, omnis populus simul: & euocauerũt Loth, & dixerunt ei: Vbi sunt viri, qui sunt ingressi ad te nocte? educ eos ad nos, vt coeamus cũ eis*. Dilecti ne perfunctoriè transeamus quæ dicta sunt, & non solum videamus insaniam nulla venia dignandã: sed & cogitemus quomodo iustus in medio tam truculentarũ bestiarum habitans, ita excellenti virtute fulserit, quomodo ferre potuerit iniquitatem eorum, quomodo non fugit eorũ ciuitatẽ, quomodo eis loqui potuit. Quomodo? Ego dicam. Vniuersi dñs præuidens miram illorũ malitiã, dispensauit vt iustus eo loci domiciliũ haberet, vt sicut optim⁹ medicus morbos eorũ emendaret. Verũ vidẽs se cura sua nihil proficere, & illos non emendari, nõ propterea à cura destitit. Habet eñ hunc morem medicus, quãuis videat morbos esse grauiores quàm vt arte curari possint, nõ omittit tamen officiũ suũ, sed omnem artem suã profert, si fortè possit ægrum vel longo tempore reparare: quòd si nihil amplius proficit, habet excusationem maiorẽ, eò quòd nihil prætermittit quod ad se pertinet. Id sanè & hìc factum est. Iustus enim, qui versabatur in medio talium, etiam sic mansit iustus, vitámque optimam egit. Illi autem propterea omni venia sunt destituti, quòd non solum à malitia non cessarunt, sed & magis auxerunt peccata. Vide enim: Circundederunt domum à iuuene vsque ad senem, omnis populus simul. Summa malitiæ conspiratio, vehemens malè agendi studiũ, inenarrabilis peruersitatis magnitudo, conatus nulla venia dignus. A iuuene, inquit, vsque ad senem. Nõ solum, inquit, iuuẽtus hæc mala inquirebat: sed &, inquit, prouectæ ætatis viri aderant, & omnis populus simul. Neq; erubescebant tam turpe, tamq́; impudẽs flagitium: neq; infallibilẽ oculũ cogitabãt, neque iustum reuerebãtur, neque hospitibus parcebãt: sed absque rubore, & nudo, vt dicunt, capite, libidinis suæ verba dicentes, accesserũt. Et vocato iusto, dixerũt ei: Vbi sunt viri, qui ingressi sunt ad te nocte? educ eos vt cognoscam⁹ eos. Propter hunc eorũ illicitũ conatum, & impiam peruersitatem, opinor iustum vsque ad vesperam sedisse: ita vt ne sineret viatores ignaros incidere in illorum laqueos. Et iustus quidem cum hospitalitate & tam excellẽti pudicitia hanc quoque adhibuit diligentiã, vt omnes prætereũtes susciperet, nullúsq; eũ lateret, etiãsi eos tunc non angelos, sed homines esse putans. Impij autẽ illi præter hoc ꝙ nihil tale agebant quod iustus ille, tantã etiã perpetrarunt malitiã, vt ad obtegenda alia ipsorũ scelera sufficere possit. Propter hoc autẽ in platea volebant manere, vt darent iusto occasionẽ declarãdi hospitalitatẽ erga se: & monstrarẽt ei re ipsa quàm dignè suppliciis in illos animaduertatur, qui tam stupendã impietatẽ agebant. Sed videamus amplius magnitudinem virtutis iusti. *Vt exiuit igitur*, inquit, *ad eos ad vestibulum, ianuam quidẽ clausit post se, dixítq; ad eos*. Vide quomodo timuit iustus, & tremuit ꝓ hospitũ salute. Neq; eñ tantũ ianuã clausit post se: sed sciens eorum insaniam & audaciam, & suspicans eorum temeritatẽ, Deinde inquit ad eos: *Nequaquam viri fratres*.

† manete.

† manebimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vi fratres. O iusti lõganimitatẽ,ô excellentẽ modestiã. Hæc vera virtus est, ita mãsuetè alloqui illos. Nullus eñ ægrũ volens curare, & insanientẽ castigare, cum furore & austeritate hoc facit. Et animaduerte q̃ eos qui tam absurda patrare volebãt, fratres vocat:& eorum conscięntias tangere,& à nephario flagitio volens abducere. Minimè,inquit,fratres,nolite iniquè agere, nihil tale cogitetis,ne ponatis tã graue scelus in mentem vestrã,ne naturã ipsam traducatis, ne illicitos excogitetis coitus:sed si volueritis insaniæ vestræ furorẽ demulceri, ego quiddã præbebo quo flagitiũ vestrũ leuius fiat. *Sunt mihi duæ filiæ, quæ viros non cognouerunt.* Adhuc, inquit,inexpertæ sunt nuptialis cõgressus,intactæ sunt,luculentæ sunt,& adhuc in flore ætatis:eas omnib⁹ expositas do,& vtimini eis sicut vobis placet: vt accipiatis eas,inquit,& expleatis vestrã in eis libidinem,& impleantur vestræ malæ cõcupiscentiæ: tãtum in viros illos ne feceritis iniustitiã cuius gratia intrauerunt sub tectą tignorũ meorũ. Quoniam,inquit, coẽgi eos,& induxi sub tectũ meũ, vt ne mihi adscribatur iniquitas quæ eis contigerit, & ego eis author sim cõtumeliæ:idcirco pro eis duas meas filias do, vt illi à manibus vestris liberentur. Quanta iusti virtus? omnẽ virtutẽ hospitalitatis superauit. Quid eñ quis iusti huius benignitate sat dignũ attulerit, qui neque filiabus parcere voluit, vt seruaret hospitibus honorẽ, & liberaret eos à peruersitate Sodomitarũ? Et ille quidẽ filias suas prostituit, vt hospites viatores (iterũ eadẽ dico)omnino ignotos eriperet ab impiorũ contumelia:nos autẽ videntes sæpe fratres nostros in ipsum impietatis ꝓfundũ,& quasi dicerẽ,in fauces diaboli eadere,neque sermone eos dignamur,neq; consulere,neq; verbis admonere& eripere à malitia,& ad virtutẽ manuducere. Qualẽ igitur habebimus defensionẽ,cum iustus neq; filiabus parcit,vt hospitũ seruet curã: nos autẽ ita immisericorditer erga fratres nostros afficimur,& sæpe tam frigida & absurditatis plena verba proferim⁹? Quid eñ, inquit,mihi cũ eo cõmune?mihi non est curæ, nihil mihi negocij cum eo. Quid dicis homo? Nihil tibi cõmune cum eo? Frater tuus est,eiusdẽ tecũ naturę,sub eodẽ estis domino,sępe etiã eiusdẽ participes mẽsę,spiritualis illius(inquã) & terribilis,& dicis,Nihil cõmune habeo cũ eo:& immisericorditer præteris, & nõ porrigis iacenti manũ.

Exo.23.a & Deut. 25.a Et Iudęis quidẽ lex imperabat,ne inimicorũ lapsa iumenta negligerent:tu autem fratrẽ tuũ à diabolo sæpe saucium & iacentẽ,nõ super terram,sed super peccati barathrum videns,tua exhortatione non reuellis, non admonitionem tuam adhibes,non alios in auxilium vocas,vt à faucibus bestię membrũ tuum eruere valeas,& ad suam reducere nobilitatem: vt & ipse, si quando ceciderís(quod absit)in laqueos mali dęmonis illius,possis habere aliquos qui te iuuẽt,& liberent à manibus diaboli. Sic & Paulus excitare volens Ga-

Gal. 6. a. latas,vt suis prouideant membris,inquit: Cõsiderans temetipsum,ne & tu tenteris:quasi diceret, Si absque compassione & misericordia fratrẽ præteris: forte & te,si ceciderís,alius similiter præteribit. Si igitur vis non despici sicubi labaris,ne ipse despexeris aliũ: sed magnã præ te fer benignitatẽ, & thesaurũ crede maximum,si serues fratrẽ. Nihil eñ huic vnquã par fieri poterit,quod ad virtutẽ attinet. Nam si solum mente cogitaueris, q̃ ille quẽ despicis & præteris, à domino tuo tanto in honore habitus est,vt propter ipsum non refugerit & sanguinẽ suum effundere: sicut & Paulus dicit: Et perit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est: quomodo non præpudore sub terra te absc̃dis? Si igitur propter illũ Christus sanguinẽ effudit,quid magnũ facis,si tuã in eum declaras beneuolentiã,& exhortatione verborũ iacẽtem erigis,& animã mersam fortè & summersam refers ex profundo malitiæ,& facis vt videat † veritatis lucem,ac nõ recurrat ad vitiorũ caligines? Imitemur igitur,obsecto,iustũ illum, & si periclitandũ etiã fuerit pro salute proximi,nõ hoc subterfugiamus. Nam tale periculũ nobis salutis fuerit occasio, multámque conciliabit fiduciã. Cõsidera enim,obsecro, quomodo iustus ille toti populo,qui ita in malitiã cõspirauerat,se opposuerit:& magnã clementiã, indicibilémq; fortitudinẽ præ se tulerit: quanuis neq; sic corrigere potuerit indomitã illorũ insaniã. Quippe post verba illa,& tam eximiam mansuetudinẽ, cum verbis suis quasi manibus prostituisset filias: quid dicunt ad eũ? Absiste hinc. O grauem ebrietatẽ,ô immodicam desipientiam. In hunc modum se habet efferata & mala bestia concupiscentia,quando rationem vicerit,nihil quod oportet videre sinit,sed quasi in tenebris & pugna nocturna omnia facit. *Recede illuc, dicunt: venisti vt esses aduena,num & iudicandi authoritatem vsurpas? Ergo nunc te affligemus magis quàm illos.* Vide quomodo iustus mansuetè cum eis loquitur, illi autem quanta ferocitate respondent? Enimuero quasi à diabolo exagitati,& eo ducatũ præbente, ita contra iustum insurgunt & dicunt: Venisti vt aduena esses, num & iudicandi authoritatem vsurpas? Aduenã te,inquit,suscepimus,num & iudicem nostri te facis? O excellens ingratitudo:oportebat erubescere, oportebat reuereri consilium iusti. Verum sicut insani etiam medicũ impetere conantur,ita & illi. Te,aiunt,magis affligemus quàm illos. Si non vis,aiunt, silere & quiescere:discęs quòd patrocinio tuo nihil aliud efficies, præterquam q̃ illi quidẽ periculum effugient, tu autem in ipsum incides. *Faciebant autẽ vim valde.* Vide iustũ illũ quantam fortitudinem declarat, & tantæ multitudini opponere se attentat. *Et appropiarunt,* inquit, *vt conterererent ianuam.* Quia enim egrediens & horum insaniam pręuidens clausit post se ianuam: nõ ferẽtes impij & scęlesti illi admonitionem iusti, ipsum vi premebant, & ianuam cõterere moliebantur. Sed quia operibus satis demõstrata fuit iusti virtus, & cura eorum qui hospites putabantur, & conspiratio totius populi in malum:tunc & ij qui aduenerant, manifestarunt se. Et quia viderant iustum omne officium suum implesse, suam declarantes potentiam, suppetias ferebant iusto cui vis fiebat ab illorum insania. *Itaque,* inquit, *viri manibus extentis attraxerunt Loth ad se in domum, & ianuã domus clauserunt. Viros autẽ qui erant apud ianuam, percusserunt cæcitate à paruo vsque ad magnum, & dissoluti sunt quærentes ianuam.* Etiam iustus ille statim hospitalitatis accipit mercedes,& impij illi digna plectuntur pœna. Dicit eñ: Attraxerunt Loth in domum, & ianuam clauserunt:viros autem percusserunt cæcitate,à paruo vsque ad magnũ,& dissoluti sunt quęrentes ianuã. Quoniam mentis eorũ oculus excæcatus erat, propter hoc & visu priuati sunt:vt discant quòd nihil sibi prosint corporales oculi, si oculi mentis fuerint excæcati. Et quia conspirauerant in malitia, & à malo conatu neque senes neque iuuenes abstinebant, ideo omnes excæcati sunt: & non solũ excæcati sunt, sed & viribus corporis destituti sunt, quandoquidem potiorem

potiorẽ hominis partẽ animã corruperant:& qui priº ianuã conterere nitebantur, & multum minabantur iusto, statim steterunt luxatis membris,& ante oculos sitam ianuã nõ videntes. Tunc quasi respirauit iustus, videns quales hospites essent, & q̃ magnæ virtutis. Etenim dixerunt ad eum viri: *Est quis tibi hic gener, vel filij vel filiæ, vel alius quis in ciuitate?* Vide quomodo iusti hospitalitatem remunerant, & quomodo ei largiri volunt suorum omniũ salutem. *Si quis est tibi,* inquit, *in ciuitate, si quem saluare cupis, si quem scis ab istorũ crimine alienũ, educ ex hoc loco, & de terra. Omnes qui tibi tuĉti sunt educ: perdimus enim nos locũ hunc.* Deinde & causam afferunt, iustũ omnia diligenter docentes. *Quia exaltatus est,* inquit, *clamor eorũ coram domino, & misit nos dominus vt extereremus eos.* Hoc fuit quod dictũ est patriarchę Abrahæ:Clamor Sodomorũ & Gomorrhæ multiplicatus est ante me. Exaltatus est,inquit,clamor eorũ corã do-

B mino. Grãdisperuersitatis eorũ magnitudo,&idcirco quia incurabilis morbº, & vulnus hoc nullã curã recipit,misit nos dominus vt extereremus eos. Et hoc est

Psa.103.a quod dicebat Dauid: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammã ignis. Quia,inquit,aduenimus vt regio vndiq; deleatur: ꝓpter malitiã enim inhabitantium,etiam terra pœnam accipit. Egredere tu hinc. Hæc vt audiuit iustus,& didicit causam propter quam affuerunt viri quidẽ,vt apparebãt, angeli autẽ reuera & ministri dei omnium. *Egressus autem Loth, dixit generis suis, qui acceperant filias suas.* Atqui suprà dicebat impiis, Ecce duas filias habeo, quę nondũ cognouerunt viros: quomodo igitur hîc dicit, Ad generos suos,qui acceperant filias suas? Ne putes diuersa esse hæc illis quæ superius à iusto sunt dicta. Mos enim

C ille veteribus erat,ante multũ tẽpus sponsalia facere: sæpe item & cohabitare despõsatis,& simul cũ parentibus cõuersari:id quod & nunc sæpe fieri solet. Quia igitur iam despõsatio facta erat, ideo vocat eos generos. Et dixit qui acceperant filias suas,ꝓposito videlicet ac cõpromissione: *Et dicit, Surgite, & exite de hoc loco:*

†ridicula loqui. *quia exterit dominus ciuitatẽ. Visus est autẽ* †*ridiculus*]*coram generis suis.* Vide quomodo è malo hoc fermento erãt & illi. Et ꝓpterea volens deus statim liberare iustum ab illorum affinitate, non permisit eis cõmisceri filiabus iusti:sed cum impiis etiã illos perdidit,vt egressus iustus cum filiabus effugeret eorũ cognationem. Itaque cũ audirẽt à iusto terribiles illas minas,quasi subsannabant,& putabant deliramenta esse quæ dicebãtur: veruntamen iustus quod suum erat faciebat. Et

D quia semel illis filias desponsarat, voluit eripere eos à plaga:at illi noluerunt,sed in moribus suis manserunt, & re ipsa didicerunt q̃ magno suo damno consiliũ iusti reiecerunt. *Vbi autem,* inquit, *mane factũ est, studiosè adhortati sunt angeli Loth, dicentes: Surge, accipe vxorem tuã, & filias duas quas habes, & exi, vt ne & tu cum iniquitatib⁹ ciuitatis pereas. Et turbati sunt.* Ne differ,inquit. Iam eñ illis pernicies infligẽda est:teipsum igitur & vxorem, & filias serua. Illi eñ qui noluerũt admonitioni tuæ parẽre,non lõgè post participes erunt cõmunis interitus. Ne igitur differ,vt ne & ipse internecionis istorũ impiorũ particeps fias. Et turbati sunt. Hæc vt audiuerunt Loth & vxor & filiæ, turbati sunt, inquit: hoc est,attoniti fuerunt,& in nimiũ pauorẽ inciderunt, & propter minas anxij fuere. Et ideo angeli curam agentes iusti,apprehenderũt,inquit,manũ eius. Iam nõ vt de viris loquitur de eis scriptura diuina, sed quia plagam inflicturi erant,angelos eos nominat,& dicit:

A *Apprehenderunt manum eius, & manum vxoris eius, & manus filiarũ eius, eo quòd parceret ei dominus.* Animabant eos manuũ contactu, & roborauerunt eorũ alacritatẽ, vt ne timor eorũ dissolueret robur:propterea adiecit,eo quòd parceret ei dominus. Quia enim dominus iudicauit cum salute dignum, idcirco & angeli volentes eorum alacritatem roborare, manum eorum apprehendunt, & educentes eos foras, dixerunt: *Salua animam tuam:ne respicias post tergum: ne stes in omni loco per circuitum:in mõte saluũ te fac, ne forte simul abripiaris.* Quoniã liberamº te ab impiis illis,nevltrà circũspicias post tergũ,ne velis videre quæ illis eueniant: sed festina,& longè fias, vt effugere queas pœnã eis infligendam. Exin iustus timens, ne fortè non posset designatũ locum assequi, & in montem peruenire, inquit: *Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiã coram te, & magnificasti iustitiã tuã, quam facis mecum vt viuat anima mea: ego*

B *autem non possum saluari in monte, ne apprehendant me mala, & moriar: ecce ciuitas ista propè, ad quã cõfugiã ego, parua est, ibi seruabor, & viuet anima mea* [*propter te.*] Quia enim,inquit,semel iudicastis salutem mihi dandam: ascendere autem in montis verticem,vires meas transcendit, ampliorem misericordiam mihi exhibete,& laborem meum alleuiate. Ne quando igitur apprehendar à pœna quæ infligitur illis,& particeps fiam interitus istorũ, ciuitatẽ hanc vicinã & paruã segregate mihi. Nã licet vilis sit & parua,attamen illic seruatº, securè postea agere potero. Et dixit ei: *Ecce admiratus sum tuã faciem & in verbo hoc, vt ne subuertã ciuitatẽ de qua loquutus es.* Accepi tuas preces,inquit,& faciã hoc:& petitionẽ tuã tibi exhibebo, propterq; te etiã ciuitati parcã. *Festina igitur, & occupa locũ, & saluare. Neque enim faciã aliquid, donec illuc venias.* Non potero,inquit,facere quicquã, vsquequo tu illuc ingrediaris, quia curã ago tuæ

C salutis. Expecto donec illuc abeas,& tũc eis infligam pœnã. *Sol igitur egressus est super terrã, & Loth intrauit in Segor.* Circa solis ortũ,inquit,venit in ciuitatẽ,& statim cũ ipse esset intra ciuitatẽ,illi pœnã accipiebant. *Pluit enim,* inquit, *dominus super Sodoma & gomorrha sulphur & ignẽ à domino de cœlo: & subuertit ciuitates illas, & quicquid circa eas habitabatur, & omnes qui habitabant in ciuitatibus, & omne quod exoriebatur de terra.* Dilecte ne ob hunc loquẽdi modũ teneatis admiratione:ꝓprietas eñ est scripturæ,& indifferẽter sic sępe ponit verba:id quod & nũc videre licet. Pluit eñ,inquit, dominus sulphur & ignẽ à domino de cœlo:vt dicat, q̃ dominus pœnam inducat:& non solũ ciuitates subuertit, & omnẽ circa regionẽ, & omnes inhabitãtes:sed & quæ exoriuntur de terra, aboleuit. Quia enim homines, qui

D tantam ciuitatem inhabitabant, multos impietatis fructus protulerunt:idcirco, inquit, & inutiles fructus terræ facio,vt & illis abolitis perpetuũ sit monimentũ sequentibus generationibus: omnes per suam sterilitatem docens,quanta fuerit inhabitantiũ malitia. Vidisti quãta res sit virtus, & quanta res malitia:& quomodo iustus saluatus sit, alij autem dignã sua malitia pœnã receperint. Et sicut iustus per suam virtutem & filias saluauerit, & ciuitatis illius subuersionẽ prohibuit:ita & illi ꝓpter immodicam suam malitiam, nõ solum ipsi perierunt & corrupti sunt, sed & effecerũt terram inutilem in futurum. *Et respexit,* inquit, *vxor eius post tergũ, & facta est columna salis.* Nam quoniam audiuit angelos præcipientes iusto vt ne se conuerterent retrorsum,sed cũ magna festinantia secederent: neglexítque verba, & præcepta non custodiuit,

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

propterea ſuæ negligentię dedit pœnam. Cæterũ nos audientes illa, noſtræ ſalutis curã diligentiorẽ habeamus, vt vitia illa imitari caueam°. Imitemur iuſti illius hoſpitalitatẽ & alias virtutes, vt poſſimus & ſupernã iram depellere. Neq; enim poſſibile eſt, vt qui virtutẽ hanc magno ſtudio exerceat, non grandem inde reportet theſaurũ. Etenim iuſti illi ſic ſupernam gratiã conſequuti ſunt. Item tam patriarcha, q̃ Loth, & qui homines ſuſcipere ſe putauerunt, meruerunt ſuſcipere angelos, & angelorum dominũ. Nobis quoque & nunc, ſi voluerimus, ſuſcipere licet. Ipſe enim eſt qui
Luc. 9.f. dixit, Qui ſuſcipit vos, me ſuſcipit. Sic hoſpites ſuſcipiamus, & nõ ad externam vilitatẽ reſpiciamus. Enimuerò, ſi tali mẽte hoſpitalitatẽ etiã nos exercuerimus, digni erimus & nos qui tales excipiamus qui videntur quidẽ viri, angelorũ autem virtutes operantur. Tãtũ ne curioſi exploratores & inquiſitores ſim°, vt ne theſaurũ perdamus. Quãdoquidẽ & beatus Pau
Hebr.13.a. lus tales iuſtos inſinuat, & docet nos, quomodo tales vt ſuſciperent, eis euenerit. Hoſpitalitatis, inquit, ne obliuiſcamini: propter hanc eñ neſcientes quidã hoſpitio exceperunt angelos. Hoc enim eos potiſſimum fecit admirabiles, q̃ curam eorum quos neſcierunt egere. Et nos quoq; cum fide ac pietate rem obeamus, vt ſic theſaurum aſſequi poſſimus. Quod nobis omnibus concedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Diluculo autem venit Abraham ad locum vbi ſteterat coram domino. Homilia XLIIII.

SEri vos argumentũ de muliere Samaritana ſatis docuit ineffabilem domini longanimitatem, & excellentem erga illam prouidentiam, atque illius gratitudinem. Vidiſtis quomodo, vt aquam ſenſibilẽ hauriret, aduenit & ex ſpirituali fonte diuina flumina hauſit, ac domũ rediit, implẽs quod
Ioan.4.b. dictum eſt à domino: Aquam quam ego dabo, erit in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Impleta eñ ipſa diuino illo & ſpirituali fonte, non detinuit intra ſe flumima: ſed ſuperſcaturiens, vt ita dicam, effudit & in habitatores ciuitatis conceſſi doni gratiam. Et prę-coniſ officiũ egit mulier Samaritana & alienigena. Vidiſtis quantum bonum ſit animæ gratitudo? Vidiſtis domini miſericordiam, quomodo nullũ contemnit: ſed etiam in muliere, etiã in paupertate, & vbicunque inuenit animã excitatam & vigilem ac feruidam, ſtatim gratiam ſuam illi largitur? Imitemur igitur, obſecro, & nos mulierem hanc, cũmque magna attẽtione accipiamus doctrinas à ſpiritu. Neq; enim noſtra ſunt quæ dicũtur, neque ex propria lingua loquimur quæcunque dixerimus, ſed dñi miſericordia afflati propter veſtram ſalutem & ædificationem eccleſiæ dei. Dilecte, ne igitur ad me dicentem reſpicias, neque ad tenuitatem meam: ſed quoniam ea quæ domini ſunt affero, ad eum qui me miſit habens attentam mentẽ, collecto animo quæ dicuntur accipe. Quandoquidẽ & in humanis negotiis, quando rex diademate coronatus literas mittit, tunc is qui eas affert, per ſe nullius momenti eſt, ſed humilis quidam, ſæpe neque progenitores numerare ſciens, obſcurus, & ex obſcuris: ſed non ad illum ſpectant qui literas ſuſcepturi ſunt, ſed propter regis literas, illi quoque multum exhibent honoris, ac literas magna cum reuerentia & ſilentio recipiunt. Si igitur is qui hominis literas affert, & chartam tantùm apportat, ſic omnibus acceptus eſt: mul-

A to magis vos, † ſi fueritis iuſti,] eloquia quæ à ſpiritu vobis per nos mittuntur, magna attẽtione † ſuſcipite, vt magnam gratitudinis recipiatis mercedem. Nam ſi viderit dominus omniũ, animarũ noſtrarũ promptitudinẽ: & nobis largiores ſumptus ſuppeditabit propter veſtrã ædificationem, & vobis maiorẽ præbebit intellectum, ita vt quæ dicuntur, intelligere valeatis. Liberalis enim eſt ſpiritus gratia, & ſe in omnes effundens, nullã partitionẽ ſuſtinet: ſed cũ diſtribuitur magis creſcit, & quanto plures ſunt eius participes, tanto & beneficiũ magis extẽditur. Age igitur, ſi videtur, & hodie ad ſeriem eorũ quę prius dicta ſunt veniamus: & videamus vbi ſermo manſerit, & vnde eum repetere hodie congruat. Vbi igitur nuper ſermonẽ in littus appulimus, & à doctrina ceſſauimus? De Loth vobis narrabamus, & de Sodomorum incendio: illic ſermonẽ ſuſpẽdimus, vbi iuſtus in Segor ſeruatus eſt. Sol eñ
B egreſſus eſt ſuper terrã, & Loth intrauit in Segor, & tunc ira à deo immiſſa Sodomitas apprehẽdit, & terram illã aboleuit. Quando & mulier iuſti, obliuiſcens dictorũ ab angelis, vt ſpectauit retrorſum, facta eſt columna ſalis, perpetuũ monimentum poſterioribus ſeculis ſuæ negligentię prębens. Neceſſariũ nunc, vt dicamus veſtræ charitati pauca ex his quæ ſquuntur, vt iterũ videatis charitatem & cõpaſſionem patriarchæ, & dei erga illum beneuolentiã. Nam vbi orto ſole iuſtus Loth in Segor ſeruatus eſt, qui autem Sodomis erant, pœnam luerunt: patriarcha ſimul & illorum interitum miſerans, quem propter ſuum peccatũ ſuſtinuerunt, & de iuſto valde ſolicitus, mane veniens ſpectabat quæ ibi fierẽt. *Diluculo autẽ venit*, inquit, *Abraham mane ad locum, vbi ſteterat coram domino, & reſpexit*
C *in faciem Sodomorũ & Gomorrhæ, & in faciẽ circumiacentis regionis. Et vidit, & ecce aſcendit flãma de terra, quaſi fumus camini.* In eo, inquit, loco, in quo colloquutus eſt cum dño, & pro Sodomitis rogauit: vidit terribilis illius pœnæ veſtigia, & de iuſto diſcere aliquid volebat. Is eñ ſanctorũ mos eſt, vt plurimum afflictis afficiantur, & cõpatiantur. Et vt doceat nos diuina ſcriptura, q̃ ſtatim ipſi huius ſcientiã conceſſerit ſpiritus gratia, & iuſtum cura quam pro Loth gerebat liberarit, inquit, *Cum contereret omnes ciuitates circa regionem Iordanis, recordatus eſt deus Abrahæ, & emiſit Loth è media ſubuerſione.* Quid eſt, recordat° eſt deus Abrahæ: hoc eſt, petitionis quã fecit, dicẽs, Ne ſimul perdas iuſtũ cũ impio. Cur igitur, dixerit aliquis, propter orationẽ patriarchæ iuſtus ſeruatus eſt, & non ,ppter ſuã iuſtitiam? Ita certè, etiã propter orationẽ patriarchæ. Quando eñ
D quod ex nobis eſt ſimul afferimus, & accedit interceſſio ſanctorũ, plurinũ nobis cõfert. Quòd ſi ipſi negligentes fuerimus, & ſpem in illis ſolis collocamus noſtræ ſalutis, nihil amplius nobis prodeſt: non quòd infirmi ſunt iuſti, ſed quia propter noſtram deſidiã noſipſos perdimus, & vt diſcas quòd quando negligentes ſumus, etiamſi iuſti ſint qui pro nobis orãt, etiamſi prophetæ, nulla nobis inde fiat vtilitas. Illi enim ſuã virtutẽ & per hoc demonſtrant, nobis autẽ nulla erit vtilitas propter mores noſtros. Audi deum omnium, ad eum qui de vtero matris ſanctificatus eſt, Hieremiam prophetam, dicentẽ, Ne ores pro populo hoc, *Hier.7.d. 11.c.14.b* quia non exaudiam te. Vide domini miſericordiam, prædicit prophetæ, vt ne quum poſt orationem non exaudiatur, tribuat hoc ſuis demeritis: & ideo iã prædicit ei populi malitiã, & prohibet ne precetur, vt & ipſe ſcire queat immodicam Iudæorũ peruerſitatem:

& illi

& illi ſciãt, q̃ nihil eis prodeſt ,ppheta, niſi & ipſi quæ A ſua ſunt proferre velint. Id ſcientes dilecti, confugiamus ad ſanctorũ preces, & oremus vt pro nobis intercedant: ſed non illorũ precibus tantũ cõfidamus, ſed & ipſi noſtra, vt oportet, diſpenſemus rectè, & ad meliora ſemper cõuertamur, vt locũ demus orationi quę pro nobis funditur. Hoc & ad aliũ prophetã dicit do-
Hier.7.d. minus omniũ: Non vides quid ipſi faciunt? incendũt adipem, & placentas faciunt exercitui cœli: quaſi dicens ad eũ, Pro illis me rogas, qui à peccato non deſiſtunt, qui carent ſenſu infirmitatis ſuæ qua laborant, ſed ſic abſq; dolore ſunt affecti? Nõ vides plurimum corũ contemptũ? non vides eorum magnã inſaniam, quomodo nondũ ſatiẽtur impietate, ſed ſe volutẽt in ſuis iniquitatibus, quaſi ſus in luto? Nunquid ſi vellent
Hiere.3.c. conuerti, audirent inhortantes? Nónne ego ſum per prophetas clamans, & dicens, Et dixi, poſtquam ipſa omnia hæc admiſit ſcortando, ad me conuertere, & B non eſt conuerſa? Num aliud quæro, q̃ vt quieſcat à peccato tantum, & ſiſtat mala? Num pro præterito ratione exigo, ſi videã reſipiſcentes? Nónne quotidie
Eccl. 18. c.g. clamo, dicens, Nolo mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur & viuat? Nónne propterea omnia facio, vt ab interitu eripiam eos qui ab errore præoccupati ſunt? Non ſi videam conuertentes, differo? Nónne
Eſa.65.d. 1.Tim.2.b ego ſum qui dico, Adhuc te loquẽte dicam, ecce adſum? Num ſic ipſi ſuæ ſalutis auidi ſunt vt ego, cui maximè peculiare eſt velle omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire? Aut nam vos ex nihilo produxi vt perdã? Num ſine cauſa regnum futurũ, & innumera bona præparaui? An non ,ppter hoc & gehennam minatus ſum, vt in regnũ cœlorum huius metu intrare homines faciam? Ne igitur ô propheta illos relinquẽs, mihi afferas orationem: ſed hoc C tuo ſtudio facias, vt illorũ morbus vincatur, & in ſenſum infirmitatis ſuæ, & ad ſanitatẽ ipſi reducantur, & mea omnino ſequentur. Neq; enim moror, vel differo, quando video animã gratam: vnum eñ tantũ requiro, nempe vt confiteantur peccata, & ab eis abſtineant, & non vltrà infero pœnã peccatis. Num graue & moleſtum eſt quod à me proponitur? Niſi ſcirem deteriores fieri quando priora peccata non confitẽtur, neque idipſum requirerẽ. Verum quia ſcio hominũ genus magis ad peccatum vergere: ,ppterea volo vt confiteantur priora peccata, & confeſſione prohibeantur ne in eadem recidant peccata. Hanc igitur dilecti, domini miſericordiã in animo verſantes, ne ſimus deſides: ſed magnã noſtri ipſorum geramus curam, & peccatorũ maculas purgemus, atque ſic ſanctorum precibus nos cõmendemus. Nã ſi ſobrij eſſe D voluerimus, & expergefacta atq; ſtrenua mẽte etiam per noſipſos orantes, plurimũ nobis ,pderimus. Quia enim miſericors eſt dñs noſter, non ſic annuit quum oratur ab aliis pro nobis, vt quũ à nobiſipſis. Vide bonitatẽ eximiã: nam ſi viderit nos qui offendimus, & ignominioſi facti ſumus, nullámq; habemus fiduciã, paulum excitari, & ad miſericordiæ ſuę diuitias cõfugere volentes: ſtatim precibus annuit, & manũ porrigit iacentibus, & lapſos excitat, clamátque dicens:
Iſa. 40.b et Eſa. 24 d. et Hier. 8.b. Nunquid qui cadit, nõ reſurget? Verũ vt diſcatis etiã reipſa quomodo multi per ſemetipſos orãtes id quod cupiebãt aſſequi valuerũt, operępreciũ fuerit eos quibus id cõtigit in mediũ ,pducere, vt & nos imitemur, & ad æmulationẽ ,puocemur. Audiamus igitur, quomodo Chananęa illa mulier quum eſſet alienigena, &

A anima valde cruciaretur: vbi vidit medicũ animarũ, & ſolem iuſtitię qui exortus eſt his qui ſedent in tenebris, acceſſit ad eũ feruida & alacri prõptitudine: neque ideo ſegnior facta, q̃ vel mulier, vel alienigena eſſet: ſed omnibus impedimentis repulſis, vt acceſſit, inquit, Domine miſerere mei, quia filia mea malè à *Mat.15.c.* dęmonib° torquetur. Verũ qui ſcit abſcõdita cordiũ, tacet & non reſpondet, neq; ſermone eam dignatur: neque miſeretur mulieri, quam videbat tanto cum eiulatu accedere: ſed differt, volens occultũ mulieris theſaurũ omnibus manifeſtũ facere. Sciebat enim reconditã margaritam, quam latere nos nolebat: & idcirco differebat, & nec reſponſo dignabatur, vt poſteris omnibus mulieris ſedulitas magna foret doctrina. Et vide ineffabilem dei bonitatẽ. Ipſe enim, inquit, non reſpondebat ei. Diſcipuli autẽ, qui miſericordiores & maioris compaſſionis eſſe videbãtur, nõ audẽt
B manifeſtè dicere, Da ei quod petit: miſerere ei: eſto ei *Ibidem.* clemens. Sed quid? Dimitte eã, quia clamat poſt nos, quaſi dicentes, libera nos à moleſtia, libera nos à clamore quẽ excitat. Quid igitur dñs? Putatis me, inquit, abſq; cauſa tacuiſſe, & reſponſo eam nõ fuiſſe dignatum? Audite, Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. Neſcitis, inquit, q̃ alienigena mulier eſt? neſcitis quòd & vobis iam pręcepi ne iretis in *Mat.10.d* viam gentiũ? Quare tam temerè compaſſionẽ erga eã declaratis? Cõſidera multifariã dei ſapientiã, quomodo & quũ reſpondere videbatur, mulierẽ magis perſtringebat quàm ſilendo: & quaſi lætalẽ plagam dabat, prouocare paulatim eã volens, vt diſcerent ignorantes diſcipuli quanta in ea lateret fides. Sed neque ſic tardior negligentiórve facta eſt viſis diſcipulis à à cœpto ſuo deſiſtẽtibus, neq; dixit intra ſemetipſam: Si non potuerunt illi dominũ pro me exorare, quare ego fruſtra ſequerer, & continuo inſtarẽ? Sed quaſi ab igne calefacta & ſuccenſa, viſceribus & ratione conturbatis, accedit adorans, & dicens, Domine, adiuua me. Ille autẽ neq; ſic adiuuat mulierẽ, ſed reſponſum dat ſuperiore grauius. Non eſt, inquit, bonũ vt tollatur panis filiorũ, & detur canibus. Conſidera dilecte, & animaduerte hîc animæ eius deſideriũ, & fidem eximiam. Vt audiuit ſe canẽ dici, non grauatim tulit, non retroceſſit: ſed magna ingenuitate inquit, Etiã domine: nam & catuli edunt de micis mẽſę dominorũ ſuorum. Cõfiteor, inquit, catulum me eſſe, igitur ſicut catulum dignare me micis menſæ. Vidiſti mulieris fidem & prudentiã? Suſcepit quod dictũ eſt, & ſtatim id pro quo ſolicitabat tanto ſtudio, obtinuit, obtinuitque magnis cum laudib°. Quid enim dicit Chriſtus? O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis. O mulier, admirationis verbũ, & dictũ laude plenum. Magnã, inquit, declaraſti fidem, ,ppterea tanta tibi erunt quãta vis. Vide liberalitatis amplitudinẽ, & admirare domini ſapientiã: an nõ ab initio putabamus, quũ ſic repelleret eam, cõpaſſione carere illum? Et primum quidẽ non dignabatur reſponſo, poſtea autẽ per primum & ſecundum reſponſum quaſi abigebat, & eam quæ cum tanto aduenerat deſiderio & feruore à comitatu ſegregabat. Verũ à fine diſcas dei bonitatem, quòd volens eam clariorem fieri, tanta dilatione fuerit vſus. Equidem ſi ſtatim annuiſſet, neſciuiſſemus nos mulieris virtutem: quia autem paumper diſtulit, & domini cognouimus miſericordiam, & illius fidem eximiam. Totam autem hanc hiſtoriam in mediũ afferre coacti ſumus, vt diſcamus quòd non tan-

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum perficimus per alios orãtes,vt per nosipsos,siquidem cum alacri & vigili mẽte accedimus. Enimuero illa & discipulos habens pro se orãtes, nihil profecit, donec ipsa per se assisteret, misericordiã domini sibi
Luc. 11. a cõcilians. Atq; parabola illa amici intempesta nocte venientis,& tres panes petẽtis,idẽ hoc significat. Nã licet nõ exaudiat eo q; amicus sit, attamẽ vel propter importunitatem,quum surrexerit,ei dabit. Itaq; quũ videmus ineffabilẽ misericordiã domini nostri, accedamus ad eũ, declaratis, & quasi ante oculos nostros propositis singulis peccatis nostris,etiam pro præteritis peccatorũ veniã petamus, vt in futurũ maiori diligentia viuentes,vberiorem eius gratiam assequamur. Verum redeamus,si placet,ad lectionis seriẽ. *Ascendit autem*, inquit, *Loth in Segor, & sedit in monte, & duæ filiæ eius cum eo. Timuerũt enim habitare in Segor, & habitauit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo.* Iustus inualescente adhuc timore,quẽ cõceperat à plaga Sodomis introducta,procul abit,& in monte,inquit, habitat cum filiab⁹ suis: & in solitudine & vastitate extrema postea fuit cum filiabus,in monte habitans. *Dixit autẽ*, inquit, *maior natu ad iuniorẽ: Pater noster senex est, & nullus est super terrã qui ingrediatur ad nos vt cõgruit vniuersæ terræ: veni & potabimus patrem nostrũ vino, & dormiemus cũ eo, & excitabimus semen ex patre nostro.* Cum reuerentia & timore multo audiam⁹ ea quę in diuinis scripturis continẽtur: nõ eñ temerè & absq; causa scripta sunt, sed omnia vtiliter & nobis ꝓficua, etiã si nos quædã ignoremus. Non eñ omnia possumus euidenter scire: sed si & causas attẽtauerimus reddere pro nostro captu,habẽt tamen adhuc latentẽ quendã thesaurum,à multis absconditum,nec inuestigabilẽ. Cõsidera igitur quomodo scriptura oĩa manifestè narrarit, & nobis scopum ac finem ostenderit filiarũ iusti: & nunc quidem pro illis, nunc vero pro iusto dignam satisfactionem afferens: vt nullus ad factũ respiciens,vel iustum condemnet,vel iusti filias,quasi cõgressus ille propter incontinentiã fuerit. Quomodo igitur pro filiabus respõdet? Dixit, inquit, maior natu ad iuniorẽ: Pater noster est senex, & nullus est super terram, qui ingrediatur ad nos iuxta morẽ vniuersæ terræ. Vide scopũ diligenter,& omni eas liberabis crimine. Putauerũt generalem totius orbis factũ interitũ, nullũque amplius superstitẽ: deinde & patris viderunt senectutẽ. Vt igitur, inquit,nõ aboleatur genus, & pereat nomen nostrũ. Hęc eñ erat prisco rum maxima cura,quomodo genus suũ filiorũ successione dilatarẽt: proinde dicit, Ne & nostri generis tota fiat abolitio, præsertim iam senio patre confecto: & nullus inueniatur vir qui nobis iungatur, vt possimus extendere & relinquere seminis nostri propagationem. Veni, inquit, vt ne hoc fiat,potemus patrẽ nostrũ vino. Quasi dicere vult,nũquã ferret vel auribus hoc pater,vino decipiamus eũ. *Potauerunt autem patrem suum vino nocte ista, & ingressa est senior, & dormiuit cum patre suo: & nesciuit quando illa accubuerit, vel surrexerit.* Vidisti quomodo diuina scriptura & pro iusto rationem dederit semel atq; iterũ? & prius quidẽ, q; filiæ vino ei imposuerint, declarauit: & q; non aliter potuerint persuadere patri quàm sic faciẽdo: Nunc autem opinor & superna dispensatione esse factum, ita fuisse eum aggrauatum vino, vt omnino ignoraret,ne scilicet fieret criminũ reus. Ea enim peccata nos condẽnant, quæ scientes & voluntariè facimus. Vide quomodo testimoniũ præbet iusto, quòd omnino factũ nescierit. Verum iterum quæstio surgit de ebrietate. Oportet eñ omnia inuestigare, vt nulla rudibus & impudentibus calũniandi relinquatur occasio. Quid igitur & de hac dicemus? Nõ ex ebrietate vel incontinentia hæc facta sunt, sed tristitia. Nullus igitur audeat aut iustũ, aut iusti filias condẽnare. Quomodo eñ nõ esset extremæ dementiæ & desipientię, vt eos quos diuina scriptura ab omni liberat crimine, imò pro quibus tantã apologiã componit, nos innumeris peccatis pleni cõdemnemus, & non audiamus Paulũ dicentẽ: Deus qui iustificat, quis est qui condẽnat? Et vt discas, q; hoc non inuanũ & simpliciter factum sit: sed tristitiæ nimietas accedente vino nullũ ei reliquerit sensum, audi quid dicat: *Et factum est die sequenti, dixitque maior natu ad iuniorem, Ecce dormiui heri cum patre nostro: potabimus eum vino & nocte ista, & ingressa dormi cum eo, & excitemus ex patre nostro semen.* Vides quomodo recta sententia hoc faciebant? Nã, quia potui, inquit, ego quod quęrebã implere, necessariũ & te idem facere: fortè enim votorũ nostrorũ cõpotes efficimus, & non in æternũ genus nostrum peribit: *Potauerunt autẽ & nocte illa patrem suũ vino, & ingressa est iunior, & dormiuit cũ patre suo. Et ignorauit ille quando ipsa vel accubuerit, vel surrexerit.* Considera dilecte q; totum factum fuerit diuina dispensatione, sicut & protoplasto euenit. Nã sicut illic ex dormiẽtis latere portio sumpta est, eo nõ sentiẽte: sed qui finxerat latus illud, indè vxorẽ Adæ produxit: ita simili modo & nunc. Nam cum costæ ablatio, excessu mẽtis à deo immissio, absq; illius sensu fuit: multo magis & quod nunc est factũ. Nam id quod dixit illic diuina scriptura, q; immisit ecstasim in Adam, & dormiuit: hoc & hic significauit, dicendo, Nesciuit quãdo vel accubuerit, vel surrexerit. *Ei conceperunt*, inquit, *de patre suo. Et peperit maior natu filium, & vocauit nomen eius Moab: dicens, Ex patre meo. Hic pater est Moabitarũ. Peperit autem & iunior filium, & vocauit nomẽ eius Amman: dicens, Filius generis mei. Hic pater est Ammanitarũ.* Vides q; non fuerit incontinentiæ opus? Nomina enim statim natis indiderũt quibus factũ significabant, & in filiorũ nominibus quasi in columna quadã memoriã facti inscribebant: & iam tum præsignantes q; gentes ex eis futuræ essent, & in multitudinem se propagaturũ natorũ genus. Nã ille quidẽ, inquit, pater erit Moabitarũ, iste autem Ammanitarum. Verum tũc quidẽ, quoniã origo & initia erant, & per generis successionẽ memoriã suã volebant conseruare: tantum eius rei studiũ fuit iusti filiabus. Nunc autem quia per gratiã dei religio maiora sumpsit incrementa, & iuxta beatum Paulũ, præterit figura mundi huius: bona opera agendo, memoriam nostri relinquamus: vt quũ hinc migrauerimus, vitæ nostræ diligens & accurata cõuersatio sit monimentũ & doctrina omnibus qui in nos spectãt. Nam qui virtute præditi sunt, & castam vitam ducunt: non solum quum in hac vita sunt, sed & post vitæ exitum, plurimum prodesse poterũt his qui in se respexerint. Et vt discas, vide obsecro quantus annorum numerus transiit, & vsque in hodiernũ diẽ, quoties voluerimus aliquos in æmulationem continentiæ prouocare, Ioseph in medium afferimus: speciosum, formosum, adolescentẽ, in ipso ætis flore tantã castitatis constantiã præ se ferentem: & sic ad imitationẽ iusti huius auditores prouocare studemus. Quis enim nõ admiraretur beatum illum, qui in seruitute existens, & in ipso flore ætatis, quando maximè fornax cõcupiscentiarum accenditur, quũ videret dominam suam se inuadentem, & insanientem

insanientẽ in se,tantã ostẽdit fortitudinẽ,& ita ad castitatis agones se exercuit,vt ab intẽperata illa muliere nudus quidẽ vestibus profugeret, castitatis autem indumentũ seruaret. Licebátq; videre rẽ nouã & admirabilem. Agnũ in lupi,imò leęnæ vngues incidisse, & saluari potuisse. Et sicut colũba aquilæ damnũ effugit,ita & iustus ab illius manib⁹ euasit. Non sic tã admirabile mihi videtur esse,tres pueros illos in medio Babylonicæ fornacis ignẽ vicisse, illæsis corũ corporibus: vt mirabile & rarũ est,q; iustus iste,qui in fornacẽ hanc Babylonica multo grauiorẽ, in incontinẽtiã inquã Aegyptiæ incidit,& intactus permãsit, puróq; castitatis indumẽto seruato, exiit. Et ne mireris dilecte: quia eñ quod suũ erat attulit,habuit supernã gratiã comitẽ,quæ incendiũ illud restingueret,& in media fornace rorẽ spiritus daret. Vidisti quomodo virtute præditi,& quũ hic adhuc sunt ac præsentes, & post migrationem ex hac vita magnę vtilitatis authores nobis sunt? Atq; ob eã causam & iustũ illũ in mediũ adduximus: hunc oẽs imitemur, & concupiscentias nostras vincamus, sciẽtésque q; non est nobis pugna⁹ aduersus sanguinẽ & carnẽ: sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum huius seculi, sic nosipsos armemus, cogitantes q; corpore circundati, aduersus incorporeas virtutes certare cogimur. Muniamur armis spiritus. Propter hoc enim misericors dñs, quia carne vestiti sumus, & est nobis aduersus inuisibiles virtutes certamen, inuisibilia nobis præparauit arma, vt auxilio armorũ naturæ aduersarios expugnem⁹. Bene igitur fidẽtes armis, quod à nobis est afferamus, & poterimus hac spirituali armatura muniti, ipsam diaboli faciem ferire. Neq; eñ ferre poterit fulmẽ quod ĩde egreditur, sed etsi conetur stare ex aduerso, excæcabitur. Vbi eñ cõtinentia & honestas, aliarũq; virtutũ concursus: illuc & larga spiritus gratia aduolat: quapropter & Paulus
Heb. 12. d dicebat, Pacem sectemini cũ omnibus, & sanctificationẽ. Purificemus igitur, obsecro, cõscientias nostras, & extergamus mentẽ: vt omni mala cogitatione liberati, spiritus gratiam nobis conciliemus, superemúsq; diaboli machinationes, vnde mereamur ineffabilibus illis frui, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et mouit illinc Abraham in terrã Versus Africum, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Geraris.

Homilia XLV.

Dan. 3.

VOniã frequẽtes vos in auditorio magna cũ voluptate doctrinã nostram susc ipere video, gaudeo, & indies maiori alacritate pauperẽ hanc nostrã & tenuẽ mẽsam ꝓponere studeo. Vestra eñ ciborũ immodica appetentia, mẽsæ nostræ vilitatẽ † honestat,] paruáq; facit vt magna appareant: id quod & in sensibilibus eduliis videre licet. Nam sicut cum magna sumptuosáq; fercula apponuntur, præcedens conuiuarũ satietas facit vt aliquid decedat splẽdori appositorum: & magna nonnunquã nullius videantur momenti, eo q; conuiuæ absque edendi auiditate aduenerunt. Contrà, qui susceperunt famelicos & esurientes, licet illis tenuem proponant mensam, splendida tamen apparebit conuiuis, promptè apposita auidè comedentibus. Sic eodẽ modo & nos bene fisi spirituali vestro appetitu, non grauamur pauperẽ & vilem hanc mensam vestræ charitati continuè apponere. Hoc & sapiens quidã dicebat, Melius est conuiuiũ olerũ cũ charitate, q; bos de præsepio cum odio. Quo docet, charitatẽ aliter videre appositа, illiúsque oculis vilia apparere sumptuosa, & parua magna. *Prò. 15. b.* Quid igit beatius nobis qui apud tot auditores, tamque feruenti & solicita charitate prędito⁹ differimus? Nihil eñ tantopere dicẽti necessariũ est, vt auditoris beneuolẽtia. Quandoquidẽ cum videt auditores seruere desiderio, firmatur & ipse: & sæpe robur, vt ita dicam, accipit, sciẽs q; quãto sumptuosiorẽ mensam spiritualẽ proponit, tanto & abundãtię suæ magis accedit. Secus eñ se habent sensibilia, q; spiritualia. Illic enim mensæ largitas sumptũ facit, & conuiuiũ exhibentis imminuit substantiã: hic autem omnino aliter. quanto plures enim sunt participes, tãto plus substãtiæ illius accrescit. Neq; eñ nostra dicim⁹, sed ea quę in vestrã vtilitatẽ dei gratia per suã misericordiã suppeditat. Age igitur, quia tãta adestis alacritate & frequentia, iterum iam lecta indagabimus, faciemúsque vt & quod hic est lucrũ, percipiamus. Nam quia iuxta magnã exhortationem Christi, dicentis, Scrutamini *Ioan. 5. f.* scripturas, thesaurus magnus in scripturis est reconditus, & in profunditate latens: ideirco scrutatione opus, vt cum didicerimus virtutẽ quæ in profundo latet, multã inde vtilitatem accipere queamus. Etem propterea iustorũ omniũ virtutes, spiritus sancti gratia & dispensatione scripturis sunt traditę, vt nos continuã habentes doctrinã, ad æmulationẽ & imitationem iustorũ vitã nostram instituamus. Audiamus igitur diuinam scripturã quid & hodie nobis de patriarcha narrare vult. *Et mouit*, inquit, *illinc Abraham in ter- Cap. xx.*
ram Versus Africũ, & habitauit inter Cades & inter Sur, & peregrinus fuit in Gerari. Et mouit, inquit, illinc. Vnde mouit? à loco vbi tabernaculũ fixerat, vbi & vniuersi cõditorẽ cũ angelis susc ipere ei concessũ erat. Illinc, inquit, vt mouit & profectus est, peregrinus fuit in Geraris. Vide iustorũ cõuersationẽ, q; cõtracta illis fuerit, & minimè superuacua supellex: quomodo facilè trãsmigrabãt, vitãq; suam instituebant sicut peregrini & aduenæ: & nunc hic nũc istic tabernacula erigebant, quasi in peregrinatione agẽtes: nõ sicut nos facimus, habitantes in aliena terra quasi in patria, & domus extruimus splendidas, & vestibula, & deambulacra, & villas possidemus, & balnea facimus, aliãq; plurima. Sed vide quomodo iustus subst antiam suam in vernaculis tantum & pecoribus possidens, & nunquam in eodem loco stans: & aliquando quidẽ in Bethel figit tabernacula, interim autẽ apud quercum Mãbre. Interdũ in Aegyptum descendit, nunc autẽ in Geraris tabernaculũ figit, & omnia facilè sustinet, & gratitudinem erga suum dominum per omnia manifestè declarat: & post tantas promissiones quę ei à deo factæ erant, videns se in tantis versari difficultatibus, & in diuersas ac multiiugas tẽtationes incidere, quasi adamas immotus perstitit: piámque suam mentem ostendens, nullis obstaculis fiebat negligentior. Vide enim & nunc dilecte, qualis tentatio eum in Geraris inuadit, & admirare fortitudinem & virtutem iusti, quomodo quod omnibus intolerabile, & quod neque auribus susc ipere quis vellet, hoc ipse sustinuit: non ægrè ferens, neque exigens à domino† vt vlciscereturea]quę fiebãt, sicut pleriq; homines faciunt, híque innumeris peccatorũ sarcinis pressi. Nam cum in difficultates quasdã inciderint, statim obmurmurant, & curiosius inquirunt, & dicunt, Quare hoc & hoc euenit? & quare hoc permissum est? At iustus ille non sic:

† obregit.

† tationẽ eorum.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſic: vnde & amplior ei ſuperna gratia conceſſa eſt. Hoc eñ verè grati ſerui fuerit, vt nunquã obmurmuret & curioſior ſit in his quæ à dño fiunt, ſed in ſilẽtio & gratitudine ſuſcipiat omnia. Et animaduerte, quomodo etiã per illas ipſas quæ ſequũtur tentationes, iuſti virtus magis emicuit, deo clarũ illũ ſemper oſtẽdente. Nam ſicut quando in Aegyptũ deſcendit, vt ignotus & peregrinus, & nulli agnitus, ſubito magno cũ honore inde rediit: ita & nunc, cũ peregrinus eſſet in Geraris, in ipſis quidẽ initiis quod ſuum erat fecit: poſtea verò tãto dei ſubſidio munitus eſt, vt & rex & omnes qui in ea regione habitabant, omni ſtudio miniſtrare iuſto ſtuderent. *Dixit autem*, inquit, *Abraham de Sarra vxore ſua, Soror mea eſt. Timuit enim dicere, vxor mea eſt: ne fortè occiderent eum viri ciuitatis propter illã.* Vide quomodo à violentiſſimis affectionibus anima iuſti impugnetur, & timor eum inceſſat. Et quãuis prior timor, ne mulierẽ amittat, grauis fuerit: timor tamen mortis illũ expulit. Vt eñ hũc effugeret, ſuſtinuit ſuis oculis videre vt ſocia vitę ſuæ in regis manus incideret. q̃ ſit autẽ hoc toleratu difficile, ſciunt qui vxores habent. Vnde & ſapiens quidam dicebat, Plenus zelo furor viri eius, non parcet in die iudicij, nullo precio mutabit inimicitias. Verũ graue hoc, & omnibus intolerabile, vide quomodo ꝓpter mortis metũ ille tulit. Hoc ſanè & in corporalibus affectionibus contingere ſolet: ſi quando duo morbi ſimul infeſtãt corpus noſtrũ, vnius incrementũ tegit aliud, & totos nos ille grauior dolor ſibi vindicat, ita vt minorem dolorem non ſentiamus. Eodem modo iuſtus quoque ille nunc videns vrgere dolorẽ mortis, omnia acerba toleranda cenſebat. Cæterũ hęc audiens dilecte, ne condemnes iuſtum ob puſillanimitatem, ꝙ mortem timuerit: ſed potius admirare conditorem vniuerſi, qui tantæ erga nos eſt miſericordiæ, quòd mortem iuſtis illis & ſanctis tunc terribilem, eandẽ nunc ita cõtemptibilẽ fecerit Chriſtus, vt quã formidabant illi virtute clari, & tanta erga deum fiducia freti, nũc derideant & iuuenes, & teneræ virgines. Nihil eñ mors eſt vltrà quàm ſomnus, & peregrinatio, & tranſmigratio à deterioribus ad meliora. Mors enim dñi immortalitatẽ nobis donauit, & vt deſcendit in infernum, eripuit, diſſoluit eius neruos, & robur deſtruxit: & quod antea terribile erat & implacabile, hoc nunc contemptibile fecit, adeò vt & multi exiliant & feſtinent cũ hinc migrandũ. Phili. 1.c. Proinde & Paulus clamat, dicens, Diſſolui cupio, & cum Chriſto eſſe multo melius. Verum hæc quidẽ nunc poſt Chriſti aduentum, poſtquã confractæ ſunt portæ inferni æreæ, poſtquã ſol iuſtitiæ vbique terrarum affulſit. Tunc autem terribilẽ adhuc habebat faciem, cõcutiebátq; iuſtorũ illorũ virorũ mentẽ: ideo & omnia alia ferebant leuiter, etiam quæ intolerabilia eſſe videbãtur. Hinc eſt ꝙ & iuſtus ille, timens eorum qui in Geraris habitabant, inſidias, domicilium ibi habuerit: non vt vxorem, ſed vt ſororem ſecũ habens. Et ſicut cum in Aegyptum eum deſcẽdere permiſit deus, volens & rudes illos & inſenſatos diſcere iuſti virtutẽ: ita & hîc differt dñs, vt iuſti patientia in omnibus eluceat, fiátq; dei in ipſum benignitas manifeſta omnibus. *Miſit autem Abimelech rex Gerarorum, vt acciperent Sarram.* Cogita hîc quæſo tempeſtatem cogitationum quam tulit iuſtus, videns vxorẽ ſuã abduci, & ſe nihil poſſe iuuare eam. Silenter enim ferebat omnia, ſciens quòd ſe non eſſet deſpecturus dominus, ſed acceleratum adhibiturus ſubſidiũ. Admi-

A rabilis quoq; & Sarræ charitas eſt, quæ periculo mortis iuſtũ eripere voluit. Poterat eñ ipſa detegendo factum, cõtumeliã effugere: ſed pertulit omnia fortiter, vt viro ſalutẽ pararet. Et impletũ eſt illud dictũ, Erũt duo in carnem vnã. Gene. 2. Tanquam eñ vna eſſent caro, ita mutuæ ſalutis curã viciſſim agebant, & tãtam declarabant concordiã, quaſi vnum eſſent corpus, & vna anima. Audiãt hæc viri, audiãt & mulieres: & iſtę quidẽ vt eandẽ erga ſuos viros charitatẽ declarent, & nihil aliud illorũ præferant ſaluti: viri autẽ erga vxores habeant beneuolentiã, & quaſi vnam animã & vnum corpus poſſiderent, omnia faciant. Hoc enim verum eſt coniugium, quando tanta inter eos eſt concordia, quando vinculo charitatis ita ſunt concatenati. Sicut enim corpus nunquã à ſemetipſo diſſidet, neque anima aduerſus ſeipſam: ita virum & mulierẽ non cõuenit diſſidere. Tunc eñ bona infinita ſibi coaceruare B poterunt. Vbi enim concordia, ibi bonorũ cõfluxus, ibi pax, ibi charitas, ibi ſpiritualis lætitia: nullum bellum, nulla rixa: nuſquã inimicitiæ & cõtentio: ſed hæc omnia è medio tolluntur per concordiã, bonorũ omniũ radicẽ, quæ omnia illa ſimul abolet. *Miſit autem Abimelech rex Gerarorum, & accepit Sarram. Et intrauit deus ad Abimelech in ſomno noctu, & dixit, Ecce tu morieris propter vxorem quam abſtuliſti: iſta autem cohabitatrix fuit viro.* Vide dei miſericordiã: quomodo, quia vidit iuſtũ propter metum mortis, Sarræ ablationẽ fortiter ferre, & regẽ eã vt ſororẽ iuſti abducere: ſuam poſtea declarat ꝓuidentiã, iuſtũ quoq; illuſtriorẽ reddit, & Sarram ab iniuria, regẽ verò à peccato liberat. Et intrauit, inquit, deus ad Abimelech in ſomno noctu. Per ipſum, inquit, ſomni tempus, eripere eũ volens ab C iniquitate, dedit menti eius ſcientiã, & occulta manifeſtauit, multũq; metũ auxit interminando mortẽ. Dicit eñ, Morieris ꝓpter mulierẽ quã abſtuliſti: iſta autẽ cohabitatrix fuit viro. *Abimelech autem non tetigerat illã.* Hæc autem omnia facta ſunt, vt dei promiſſio facta patriarchę impleretur. Enimuero quia pauloantea ipſi promiſerat, Iſaac eſſe naſcendũ, & propè aderat tẽpus: vt ne officeret promiſſioni dei, tantũ timorem in Abimelech immiſit, vt perculſus animo Sarrã attingere nõ auderet. Propter hoc eñ adiecit diuina ſcriptura, Abimelech nõ tetigerat illam. ſed & de facinore ſe defendit, ac dicit: *Domine, gẽtem iuſtam & ignorantem perdes?* Nunquid ſciẽs, inquit, mulierẽ eius eſſe, hoc feci? nunquid iniuria peregrinũ afficere volens? nũquid vt vxorẽ eius auferẽs? Vt ſororẽ eã accepturus erã, ratus hoc nomine & hunc & illã honorari. Gentẽ D igitur iuſtã & ignorãtẽ perdes? méne iuſti officio functũ perdes? Deinde manifeſtãs quod dicebat, inquit: *Et ipſe mihi dixit, Soror mea eſt: & ipſa mihi dixit, Frater meus eſt.* Vide quomodo habuerint concordiã & cõſpirationem. Et ipſe, inquit, hoc mihi dixit, & ipſa adſtipulata eſt dictis eius. *In corde puro, & in iuſtitia manuũ feci hoc.* Non vt iniquũ facturus, inquit, ſed vt legitimũ & licitum, irreprehenſibiléque hoc feci. Quid igitur miſericors deus? *Dixit autẽ ei deus in ſomno.* Vide quomodo ſe attemperat omniũ dominus, ſuam bonitatem per omnia declarans. *Et ego ſcio quòd corde puro hoc feceris.* Scio, inquit, ꝙ ipſi hanc fabulam cõmenti ſint, & quòd deceptus eorum dictis hoc feceris: *ob hoc, vt ne propter deceptionẽ hãc pecces:* * *cohibui ne tu peccares in me.* Magna verbi eſt attemperatio, maxima dñi eſt miſericordia. In me, inquit, rediturũ eſt peccatũ. Nam ſicut in hominibus, quando quis aliquem in multo honore

* peperci, cuſtodiui, cohibui.

nore apud dominum ſuum iniuria quadam afficit, ſibi iniuriam factam putat dominus: & dicit, Mihi iniuriã feciſti per ea quibus à te ſeruus iniuria eſt affectus: ea enim quę in illum cõmittuntur, in me tranſeunt. Eodẽ modo & bonus dominus. Cohibui te, inquit, vt ne peccares in me. Mei, inquit, famuli ſunt, & adeò mihi cõmendati, vt mihi fieri exiſtimem quęcunque illis fiũt, ſiue bona ſint, ſiue nõ bona: *Propterea nõ dimiſi te vt tãgeres eam.* Quoniam magnam eorũ curam gero, ſciens ꝗ per ignorantiam hanc eis contumeliã facturus eras, cohibui te, vt ne peccares in me. Ne ſimpliciter, vt quempiam vulgariũ attende hunc virum: ſed diſce ꝙ eſt ex his quorum ego maximã curam gero, & qui peculiariter mei ſunt. *Redde igitur vxorẽ viro, quia propheta eſt, & orabit pro te, & viues.* Vide quomodo virtutem iuſti detegit, prophetã ipſum vocat, quaſi pręparãs regem vt † precatorem eum faciat pro ſe.] Orabit enim pro te, & viues. Ille etenim, inquit, veritus ne occideretur à te, hãc comœdiam inſtruxit, & quaſi cooperatus eſt in contumeliam Sarræ: ſcias autem, ꝙ illius preces vitã tibi præbebunt. Deinde vt ne concupiſcentia flagrans, & pulchritudine Sarræ victus, minus faciat mãdatum: immittit ei timorẽ, & maiorẽ pœnam minatur ſe inducturum. *Quòd ſi non dederis*, inquit, *ſcias quòd morieris tu, & omnia tua.* Non ſolum tu inobedientiæ pœnã lues, ſed & omnia tua propter te mors perdet. Ob hoc autem per tẽpus noctis hęc omnia deus ei loquitur, vt in quiete accepta admonitione, magno timore imperata faciat. *Statim enim*, inquit, *† orto diluculo] Abimelech vocauit pueros ſuos, & loquutus eſt omnia verba hæc in aures eorum.* Vide quomodo rex ſit præco virtutis iuſti, & eum omnibus manifeſtum facit. Narrauit omnia ſibi à deo manifeſtata, vt omnes ſciant & dei erga illum benignitatem, & quãtum ſit deo curæ illius propter eius mores & virtutem. *Timuerunt autem omnes homines valde.* Vidiſti quomodo nõ fruſtra & abſq; cauſa toties trãſmigrat iuſtus? Nã ſi in tabernaculo ſuo primo manſiſſet, vnde potuiſſent Geraritæ ſcire quantã iuſtus apud deum haberet fiduciam? Timuerũt autem omnes homines valde. Magnus in eos timor immiſſus, de rerum ſumma faciebat anxios. Poſtea ſequitur: *Vocauit Abimelech Abrahamum.* Conſidera in quanta gloria iuſtus poſtea apud regẽ agit, qui paulo antea ab omnibus habebatur cõtemptibilis, quaſi erro & pereginus. Igitur cũ omnes cõueniſſent, vocatur ſtatim patriarcha, qui nihil horum ſciebat, & diſcebat poſtea à rege ipſo quę propter ſe à deo illi facta erant. *Dixit enim ei, Quare hoc feciſti nobis? quid peccauimus in te, quòd induxiſti ſuper me & ſuper regnũ meũ peccatũ magnũ? Rem quam nullus faceret, feciſti nobis. Quid videns feciſti hoc?* Quare in tantũ, inquit, voluiſti me incidere peccatũ? Quid cogitaſti ꝙ hoc feciſti? Vide quomodo per verba ſua indicat minas, quę à deo ſibi ſunt factæ. Quoniam enim dixerat ei, Quòd ſi non reddideris, morieris tu & omnia tua: hoc ipſum interpretatur Abimelech, & dicit, Quid peccaui in te, ꝗ induxiſti ſuper me & ſuper regnũ meũ peccatũ magnũ? Nõ ſatis erat, ſi ego punirer? omne regnũ meum ſimul perdẽdũ eſt ex deceptione quã feciſti. Quid vidiſti in nobis vt hoc faceres? Cõſidera hîc dilecte iuſti prudentiã, quomodo ſatisfactionis loco, in agnitionẽ dei illos introducit. *Dixi enim*, inquit, *Num fortè non eſt timor dei in loco iſto, méq; occident propter vxorem.* Quaſi diceret, Valde mecum anxius fui, ne fortè, eo ꝙ adhuc erroribus tenemini, nulla vobis iuſtitiæ cura ſit: propter hoc ſimulaui, vobis parcens: vt ne, ſi intelligeretis eam

† ſupplicẽ ſe ei præbeat.

† mane ſurgens.

A vxorem meam fuiſſe, capti eius amore, occidere me tentaretis. Vide quomodo per pauca illa verba docet, ꝙ oportet eum qui deum in mẽte habet, nihil iniquũ agere, ſed timere iudicem illum qui falli nequit: & ob pœnam quæ alibi infligetur, omnis iuſtitiæ facere rationem. Poſtea volens pro ſe defenſionem afferre: *Ne putetis*, inquit, *me etiam ſic mentitum eſſe. Etenim ſoror mea eſt ex patre, ſed non ex matre. Data autem mihi eſt in vxorem.* Quia eundẽ patrẽ vocat, quem & ego, ideo & ſororẽ ipſam vocaui. Ne igitur condẽnetis me. Nam etſi metus mortis in hanc me neceſſitatẽ coëgerit, & ꝙ timui ne fortè propter eã me occideretis, ipſam autẽ in vita conſeruaretis: attamen neq; ſic eſt mẽdacium quod à me dictum. Vide q̃ diligenter agit iuſtus, vt monſtret ꝙ neq; in hoc ſit mẽtitus. Et vt omnia, inquit, diligenter à me ſciatis, audite & cõſiliũ quod inter nos iniuimus. B *Quando enim eduxit me dominus de domo patris mei.*

Conſidera, obſecro, hîc magnã iuſti ſapientiã, quomodo in ſerie narrationis docet eos, ꝙ à principio fuerit peculiariter addictus deo: & ꝙ deus ſe à domo ſua euocarit, & in eum locũ duxerit: vt ſciat rex, ꝙ ex eorum numero ſit Abraham qui magnã in deo habẽt fiduciam. *Quando enim*, inquit, *euocauit me deus ex domo patris mei, dicebam ei: Hanc iuſtitiam facies in me, in omni loco in quem venerimus, dic, Frater meus eſt.* Quia enim ſuperius dixerat: Dixi enim, fortaſſis non eſt timor dei in loco iſto. Et videbatur eos nimiũ carpere, volẽs mitigare aſperitatẽ verbi, hîc dicit, Ne putetis me hoc ſolũ veſtri gratia feciſſe. Statim enim quãdo eduxit me dominus de domo patris mei, dicebã ad eã, Hãc iuſtitiã facies mihi in omni loco in quem venturi ſumus. De omnibus, inquit, qui terrã hanc inhabitant, mãdatum C ei dedi: & docuit quod etiã ſic extra mendaciũ ſit ſimulatio. Mortis enim timor ad hoc nos cõpulit. Hæc vt dixit iuſtus, & iram eorũ demulſit, ſuámq; detexit virtutẽ, & ſufficientẽ religionis veræ cultum eis tradidit. Reueritus igitur rex magnã iuſti manſuetudinem, magna liberalitate remunerat patriarchã. *Dicit enim, Accepit Abimelech mille didrachmas, & oues, & vitulos, & ſeruos, & ancillas, & reddidit illi Sarram vxorem ſuã.* Vidiſti dilecte omnipotentẽ & variam dei ſapiẽtiam? Qui in mortis periculo cõſtitutus erat, & omnia faciebat vt mortẽ poſſet effugere: non ſolum mortẽ effugit, ſed & magnã obtinuit fiduciam, & repentè glorioſus factus eſt. In hunc enim modũ agere ſolet deus: non ſolum à triſtibus liberat eos, qui fortiter ſe gerunt in periculis in quæ incidunt: ſed & tantã in aduerſis præbet lætitiam, vt in eorũ obliuionẽ omnino veniant, & in D multa ſint bonorum affluentia. Et vide inſuper regis erga iuſtũ illum officium. Non ſolũ enim tantis muneribus illum honorat, ſed etiã poteſtatẽ ei dat vt in terra ſua habitet. *Ecce enim*, inquit, *terra mea coram te eſt, vbicunq; tibi placuerit habita.* Nam quia didicit ꝙ propter illum & propter illius preces vita ſibi data ſit, ideo ita in vagum, erronem, & antea nulli cognitũ, quaſi in benefactorem & tutorẽ aliquẽ officioſus fuit. Sarræ autẽ, inquit, dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Vide quomodo accepta à iuſto doctrina, vt credidit eius dictis, etiã ipſe fratrẽ huius illum vocat. *Ea quæ dedi*, inquit, *fratri tuo, tua erunt in honorem vultus tui, & omnia vere dic.* Quid eſt in honorẽ vultus tui, & omnia verè dic? Pro his quę per ignorantiã attẽtaui, te quę es vxor iuſti, in domũ meam introducendo: pro hoc ſolũ quia contumelię tibi author fui, mille dedi didrachmas reſarcturus ea quæ à me in te ſunt admiſſa. Verũ omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia verè dic. Quid significat omnia verè dic? Omnes, inquit, à te discant, q; nihil factũ est à me iniquũ: quia intacta exiuisti de domo mea. Doce, inquit, virũ tuũ, q; innocens sum à peccato: discat à te, q; nihil à me factũ sit, Quare hæc dicit? Vt cũ iustus ab ea didicerit, multisq; fuerit rationibus edoctus, pro eo preces domino offerat. Nam postquã ille dixit, Omnia verè dic: hoc est, doce virũ tuum ea quæ facta sunt: statim subdidit scriptura: *Et orauit Abraham deũ. Et sanauit deus Abimelech, & vxorem eius, & ancillas eius, & pepererunt. Quia concludens cõclusit extrinsecus omnẽ vuluam in domo Abimelech propter Sarram vxorem Abrahæ.* Vide quomodo dominus volens iustũ per omnia reddere illustriorẽ, precibus patriarchæ salutẽ regis & omniũ quę in domo illius, donat. Orauit enim, inquit, Abrahã ad deũ, & curauit deus Abimelech, & vxorẽ eius, & ancillas eius, & pepererũt: quia cõcludens cõcluserat dominus omnẽ vuluã in domo Abimelech. Propterea quãuis alienus esset à peccato rex, plagam hanc induxit dominus, vt precibus iusti annuens eã soluat, & iustũ clariorem & illustriorẽ efficiat. Nam semper omnia ita facit & tractat, & singula dispẽsat, vt qui sibi seruiunt quasi luminaria reluceant, & eorũ virtutẽ vbiq; manifestã faciat. Et vide obsecro, postquã iustũ ita liberauit à molestiis, quomodo iterũ summa bonorũ iusto traditur: nẽpe q; nunc eueniunt quæ olim à deo promissa sunt. *Et dominus,* inquit, *visitauit Sarram, sicut dixit, & fecit Sarræ sicut locutus est: & vt concepit, peperit Sarra Abrahæ filium in senectute, in tempore sicut locutus est ei dominus.* Quid est, sicut loquutus est? Quẽadmodũ, inquit, promisit, quando hospitio exceptus est cũ angelis apud quercũ Mãbre. Nam qđ dixit, Quia in tempore hoc veniã, & erit Sarræ filius: hoc nunc opere impletũ est. Et quæ natura denegabat, ea videbant euenisse: nõ iuxta humanũ & solitũ morem, sed per diuinã gratiam. *Et vocauit nomen filij sui, quem peperit ipsi Sarra, Isaac.* Non absq; causa assignauit, quem peperit ipsi Sarra. Non enim dixit simpliciter, vocauit nomẽ filij sui: sed adiecit, quẽ peperit ipsi Sarra, infœcunda illa, & vetula. *Et circuncidit eum,* inquit, *die octauo, sicut præceperat dominus.* Sic enim pręceptum acceperat, vt die octauo circunciderentur qui posthac nascerẽtur. Porrò vt vlterius discamus ineffabilem potentiã dei, q; quę apud homines impossibilia sunt, apud eũ sint possibilia: idcirco nobis tempus assignauit iterũ diuina scriptura, & post partum docet nos: Abrahã erat annorũ centum, quando natus est ei Isaac filius suus. *Dixit autem Sarra, Risum fecit mihi dominus: nam qui audiet, gaudebit mecum.* Quid est, Risum fecit mihi dominus? lætitię occasio mihi partus est. Et quid mirũ, si mihi gaudiũ? omnes etiã qui audient habebo congratulantes: nõ quia peperi, sed quia sic peperi. Tã admirabilis rarúsq; partus omnes in admirationẽ adducet, & maiorẽ omnibus voluptatẽ afferet, cùm sciuerint q; ego, quæ nihil à mortuis differebam quantum ad generationẽ, subitò mater facta sim, & è vulua exsiccata puellũ peperi, & lactare possum, & fontes lactis emittere, quę nullã spem pariendi habebam. *Et dixit, Quis annũciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra?* Nam propter hoc & lactis fontes cõcessi sunt, vt partum magis credibilẽ faciant: & ne quis suppositititium esse putet puerũ. Fontes enim lactis omnibus prædicabant præter humanã expectationem hoc euenisse. Quis annunciabit, q; lactat puerum Sarra? q; peperi filium in senectute mea: q; ego, quæ senui, párere potui, & in hac ætate filium alere possum? *Et creuit,* inquit, *puer & ablactatus est. Et fecit Abraham conuiuium magnum die quo ablactatus est filius suus.* Vidisti dei ineffabilem sapientiam, quomodo patientiã iusti modis omnibus probauit? quando ipse & omnes qui ipsum videbant, humanæ naturæ vires spectantes, nihil polliceri audebant, tunc ipsa promissio cõpleta est. Igitur dilecti, & nos candẽ quã iustus ille patientiã habeamus, & nunquam desides simus: sed spe bona recreemur, scientes q; neq; rerum difficultas, neq; aliud quid humanũ obstaculum nobis esse poterit, si quando gratia dei suam declarare voluerit liberalitatẽ. Quoties enim ille annuit, omnia sibi cedunt & obtẽperant, & difficilia facilia sunt, & impossibilia possibilia: tantũ firmã in ipso fidẽ cõseruemus, & ad magnitudinẽ potentię suæ spectantes, humanis omnibus superiores fiamus. Nã qui futura bona & ineffabilia illa promittit his qui cũ virtute vitã hîc peregerint, quãto magis & ea quibus hîc opus est præbebit: & maximè si nos illa desiderantes, præsentia despiciamus? Tunc enim eis maximè & vbertim fruemur, quando ea cõtemserimus. Proinde hæc sciẽtes, illa desideremus bona quę manent & immobilia sunt, & quæ finẽ nesciunt: vt & pręsentem vitam citra tristitiam transmittamus, & illa assequi valeamus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi cui cũ patre & spiritu sancto sit gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Et dixit, Quis annunciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra, quòd peperi filium in senectute mea?

Homilia XLVI.

AGe & hodie dilecti, heri dictorum seriem repetẽtes, conuiuiũ hoc spirituale instruamus: vt iterũ, sicut heri, discamus & boni dei ineffabilem benignitatẽ, qua nostra curat, nobis se attẽperans, & magnã patriarchæ obedientiã atq; gratitudinem. Vidistis quomodo natiuitas Isaac Sarrã exhilarauit? *Dixit enim,* inquit, *Risum fecit mihi deus. Nã qui audierit, gaudebit mecũ.* Omnes, dicit, auditores participes gaudij mei faciam. Magnũ enim donũ mihi à deo cõcessum est, & quod humanã transcẽdit infirmitatem. Quis enim, inquit, nõ obstupescat, videns me lacte meo enutricantẽ puerũ in extrema senectute, quæ hucusq; nõ peperi? Et quasi admirãs & attonita de facto, subdidit, *Quis annunciabit Abrahæ, quòd lactat puerum Sarra, quòd peperi filium in senectute mea?* Quoniam, inquit, super naturam est hoc factũ, propterea quis annũciabit, ac si diceret, quis mente cõcipiet? quæ mens comprehendere poterit? quę ratio sufficit vt inueniat facti huius euidentiam? Non sic admirabile fuit, q; ex petra in deserto scaturierint fontes aquarũ, quando illã Moses virga percussit: sicut de vulua iam emortua puerũ nasci, & lactis fontes scaturire. Nam vt omnibus partus manifestus esset, & omnes tam eos qui tunc aderant, q; qui postea audierint, ad fidẽ miraculi introduceret, idcirco ipsa puerum alit, & lacte suo vult enutricari, & inquit, Quis annunciabit Abrahæ, q; lactet puerum Sarra? Hoc nouum & admirabile, & præter expectationem mihi concessum, q; peperi filium in senectute mea. Quid hoc est, peperi filium in senectute mea? quia præter sterilitatem sufficiebat senectæ tempus, ne mihi prolem pollicerer. Veruntamen impedimenta hæc omnia è medio tulit dominus, & pueri partũ, & lactifluos fontes mihi concessit. Verùm videamus & sequentia. *Postquam impletum est & lactandi tempus, vidit,* inquit, *Sarra filium Agar Aegyptiæ, qui fuit Abrahæ, ludentem cum Isaac puero suo. Et dixit Abrahæ, Eiice ancillam hanc,*

hanc, & puerũ eius. Nequaquã enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac. Durum autẽ apparuit verbũ hoc coram Abrahã super filio suo. Vide obsecro hîc dilecte Sarram iterum non ferentem Ismaëlis licentiam, neq; patienter sustinere volẽtem ancillæ filium cum suo Isaac conuersantem. Sicut igitur prius superbum spiritum Agar humiliare volens, vehemẽti indignatione fugam inire eam fecit: ita & nunc volens ab initio reprimere Ismaëlis temeritatem, & non ferens vt videat puerum suum, à deo sibi donatum, cum ancillę Aegyptiacę filio simul versari, dicit Abrahæ, Eiice ancillã, & filium eius. Non enim erit hęres filius ancillæ huius cũ filio meo. Quoniam & se in extrema ętate esse videbat, & patriarchã quoq; decrepitũ, (Erant enim ambo, inquit, pleni dierum) suspicaris si fortè repentè morerentur, illum, eo q; ex patriarchæ cõcubitu natus esset, attentaturum vt se in hæreditatem intrudat, particepsq; fiat & æqualis Isaac: idcirco dicit, Eiice ancillam hinc & filium eius. Discat, inquit, iam, q; nihil cõmune habebit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Neque enim congruum vt filius Aegyptiæ & ancillæ, cũ filio meo & dominæ simul versetur. Cæterum Sarra nõ immeritò rem hanc egit, sed oppidò decenter, atq; ita decenter vt & deus collaudarit eius dicta. Patriarcha verò bene affect⁹ erga Ismaëlem, molestè accipiebat quæ à Sarra dicebãtur. Durum enim, inquit, apparuit verbum hoc coram Abraham de filio suo. Neq; enim de Agar multũ curabat, sed erga puerũ ita afficiebat, vtpote adhuc adolescentẽ. Sed considera, obsecro, hîc misericordis dei miram ad nostram paruitatem humiliationem. Nam quia vidit & Sarram pati aliquid humanum, & ægreferre parem filiorum honorem: idq; meritò: Abraham autem non ferre æquo animo eiectionem Ismaëlis & ancillæ (nam licet nõ obluctaretur Sarræ ob singularem mansuetudinem, attamen durũ ei videbatur: hoc est, graue, molestũ, & onerosum) tunc suã solitam seruans misericordiã, & concordiæ illorũ copulam constringens, dicit ad Abrahã: *Ne durum sit corã te verbum hoc, de puero & ancilla. Omnia quæcunque dixerit tibi Sarra, audi vocẽ eius.* Ne accipias, inquit, grauiter quod ab ea dictũ est: sed omnia quæcunq; dixerit tibi Sarra, audi vocẽ eius. Hæc omnia, inquit, quæ nunc tibi dixit de Ismaële & de Agar, accipe: & audi vocẽ eius. Ne velis, inquit, contristare eam, quę tanto tempore tantum amorem erga te declarauit: quæ non solum semel, sed & secũdo, vt te à morte eriperet, seipsam pro tua salute exposuit, & author tuæ istius glorię fuit. Primũ quidem te fecit cum tantis diuitiis ab Aegypto redire, postea verò iterũ in causa fuit vt ita te veneraretur ac obseruaret Abimelech. Ne igitur diuersa ab his quę locuta est cõsulas: ènimuero non aliter eueniet. In Isaac enim eius filio tuum semen vocabitur, & ipse erit tuus hæres. Filium autem illum ancillæ crescere faciam, & in gentem magnã faciam eum, quoniam semen tuum est. Fac igitur quę illa tibi dixerit. Obedi voci ei⁹. Cogita hîc, obsecro, quãta subitò cõcordia & pax in con tubernium eorum cõcesserit, bonitate diuina vinculũ eorũ constringente. *Surrexit enim,* inquit, *mane, & accepit panes & vtrem aquæ, & dedit Agar, & imposuit super humerum eius, & puerum misit cum ea.* Vide obsecro hîc iterum religiosam iusti mentẽ: nam quando audiuit Sarram dicentem, Eiice ancillam & filium eius: durum ei videbatur, eo q; bene afficiebatur erga Ismaëlem: verũ vbi dominus pręcepit, statim fecit quod imperatũ est: etiam genuini amoris oblitus, quasi diceret: Vbi quid præcipit dominus, facessant omnes affectiones: quia naturæ dominus est, qui præcipit. *Vt accepit igitur,* inquit, *ancilla panes, & vtrẽ aquæ, egressa est cũ puero.* Verùm (obsecro) vide iterũ, propter gratiã quam habebat iustus apud deum, quomodo hæc quoque superna cura digna habetur. Vt ergo abiit, vagabatur per solitudinem, & cùm aqua consumpta nullã vsquam inueniret consolationẽ, *Abiecit puerum,* inquit, *subter vnam abietẽ.* Dirumpebantur eius viscera, & dolebat multum ob immodicã erga puerũ affectionẽ. *Sedit,* inquit, *aduersus eum, quasi ad iactũ arcus. Dicebat enim: Non videbo mortẽ pueri mei. Et sedit è regione pueri, Clamans autem puer, flebat.*

Cæterum miserator & misericors deus, patris & matris erga nos curam sua transcendens pietate, *Exaudiuit vocem pueri de loco vbi erat.* Misertus est & pueri, & calamitatum Agar. Permisit tantum eam sentire quid sit solitudo, & statim suũ concessit pręsidium. *Et vocauit,* inquit, *angelus dei Agar de cœlo, & dixit ei: Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim deus vocẽ pueri de loco vbi est. Surge, accipe puerũ, & apprehẽde manũ eius: in gentem enim magnam faciam eum.* O misericordiam domini, non quia ancilla erat, despexit eã: sed quia patriarchæ promiserat, & illius hoc semen erat, tãtam quoq; curam erga eam declarare dignat⁹. Dicit: Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim dominus vocẽ pueri. Surge & accipe illũ, & apprehẽde manum eius. In gentem enim magnam faciam illum. Ne mœreas, inquit, eo q; è domo eiecta sis. Tãtam enim curam ego pueri agam, vt & in gentem magnã fiat. *Et aperuit,* inquit, *oculos eius.* Nõ quia antea non viderit, sed quia nihil proderant ei aperti oculi ante supernã visitationem. Propterea cùm vellet suam prouidentiam declarare, inquit: Aperuit oculos eius: id est indicauit ignoranti, & mentem eius excitauit, viámq; ei ostendit, vt videret locum in quo fontes aquæ scaturiebãt. *Et vidit,* inquit, *fontẽ aquæ viuentis, & iuit & impleuit vtrem, & potauit puerũ.* In inuiis viã præbuit: & perplexę menti, nullámq; salutis spem habenti suam misericordiam exhibuit, simul eam consolans, & pueri curam agens. Sic quãdocunq; voluerit deus, licet in solitudine simus, & in extremis afflictionibus, nullámq; spẽ salutis habeamus, nullo alio opus habebimus, diuina gratia nobis omnia suppeditãte. Nam si eius gratiam nacti fuerimus, nullus nobis prævalebit, sed nos potentiores omnibus erimus. *Et erat deus cum puero,* inquit, *& creuit, & habitauit in solitudine.* Sic quãdo amicum & beneuolum habemus deum, etiamsi in deserto fuerimus, multo securiores viuemus, quàm ij qui in ciuitatib⁹ versantur. Maxima enim securitas, & inexpugnabilis murus est gratia dei. Et vt discas, quomodo qui in solitudinibus agit, securior sit, & potentior his qui in mediis ciuitatibus versantur, ingẽti hominum præsidio freti: videamus quomodo Dauid de loco in locum transiens, & quasi erraticus vagans, manu superna munitus fuerit. Saul autem cũ esset in mediis ciuitatibus, & tantum secum duceret exercitum, & satellites habens, & armigeros, quotidie timebat & tremebat inimicorum insidias. Et ille quidem qui solus erat, nullúmq; alium secũ habebat, non indigebat humano præsidio: hic vero coronatus, & purpura indutus illi⁹ auxilio indigebat, & regi opus erat pastoris opera: & diademate redimito, priuati adiumentũ necessariũ erat. Sed si vultis, aliquanto superiora de serie huius sermonis petamus, vt omni hac historia in medium producta, discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo qui hac priuatus est, etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam si innumeris circũdetur exercitibus. Igitur Dauid ille cùm adhuc adolescens ob immaturam ętatem in paterna domo versaretur, quoniam tẽpus aliquando expoſcebat vt clarior eius fieret virtus, admonitus à patre vt fratres ſuos inuiſeret miſſus eſt ad eos. Porrò cùm ad illos veniſſet inuiſendi gratia, vbi vidit inſtructam aciem contra alienigenam Goliath, & omnẽ populum iuxta Saulũ formidine perculſum, regémq; ipſum in ſummo conſtitutũ periculo, tunc ſpectator volebat fieri, & abiit vt videret nouũ & rarum ſpectaculum, q; vnus homo aduerſus tot milia ſe poneret. Verũ fratres eius non ferentes fortitudinẽ ſpiritus, prouo-
1. Reg. 17. cati ſunt in inuidiã, & dicunt ad eũ: Non alia de cauſa veniſti, q̃ vt bellum videres? Non veniſti noſtri cauſa, vt nos inuiſeres? At tu vide huius prudẽtiam & manſuetudinẽ: nihil temerarium, neq; aſperum eis loquitur: ſed reprimens eorũ flammã, & demulcẽs inuidiã, inquit: Nunquid non verbũ eſt? nunquid, inquit, vidiſtis me arma arripere? nunquid vidiſtis me adordinari cæteris in acie? Tantum videre volui, & interrogare vnde huic tãtũ inſaniæ. Quis enim eſt alienigena iſte, qui exprobrat exercitũ dei viuentis? Poſtea cùm audiret illius blaſphemias & arrogantiã, & videret trepidationẽ eorũ qui cum Saul erant, inquit: Quid erit viro, qui illius caput execuerit? Et magnum animi robur his verbis oſtendebat, omnes in admirationem adducens. Hæc vt cognouit Saul, mittit ad iuuenẽ, qui præter paſtoritiã artem ſciebat nihil: & vt vidit eius ętatẽ, vilipendit eum. Deinde cũ didiciſſet ex eo, quomodo cum vrſis egiſſet qui greges ſuos inuaſerant. Coactus enim fuit admirabilis ille vir hæc narrare, nolens hinc vanam gloriã aucupari, ſed in neceſſitate conſtitutus, & vt illi animos adderet, & ne ſpectaret ad vilitatem eius quod apparebat, ſed ad fidẽ quę intrinſecus latebat, ſupernúmq; auxilium quo adoleſcens inermis viris armatis, & paſtor militibus fortior erat. Ergo vbi rex vidit mẽtis eius fiduciam, ſuis illum armis induere volebat, indutus autẽ ea ferre non potuit. Hoc autẽ
*vnuus. i. nuda, manifeſta, aperta. factum eſt, vt virtus dei *apertè mõſtraretur: & nõ armis, quæ fiebãt mira, aſcriberentur. Nam quoniã indutus illis grauabatur, & minus expeditus erat: depoſuit arma, & accepta pera paſtorali & ſilicibus, contra carneam illam turrim egreſſus eſt. Et vide iterũ alienigenã ad vilitatẽ ætatis ſpectantem, & ob hoc vilipẽdentem iuſtum illum, & quaſi contra puerũ humilem exurgentem. Nam poſtquam vidit eum cum paſtorali pera contra ſe contendentem, & lapides ſolum afferentem, in hunc fermè modũ ad eum dicebat: Putaſti te adhuc apud oues eſſe, & canes quoſdã perſequi: & D ita aduerſum me, quaſi contra canem inſtrumentis illis inſtructus, in pugnã veniſti? ſtatim experientia diſces non tibi cũ homine vulgari bellũ eſſe. Et vſus magno verborũ faſtu, tumultuabatur, armaturámq; ſuam omnẽ mouebat, ac arma exerebat. Et ipſe quidem armorum virtute fidens, pugnã iniuit: Dauid autẽ fide, ſupernóque præſidio munitus. Et prius verbis ſuperbi elationẽ & ſuperciliũ decutiens, vt dixit ad eũ: Tu venis ad me in armis & lancea, & tua virtute victurum te putans: ego autẽ in nomine domini dei. Vt hæc inquã dixit, ſumpto ex pera paſtorali ſilice, quaſi reuera canem aliquẽ gregem inuadentẽ abacturus, funda iaculatus eſt: ſtatímq; in fronte percuſſum alienigenam deiecit: & feſtinanter educto illius gladio, caput eius amputauit, & regi attulit, finémq; bello impoſuit. Atque illius opera & rex ſalutem inuenit, & omnis illius A exercitus reſpirauit. Vidiſſes tũc inopinatas admirabiléſq; res, armatũ ab inermi deiectũ, reíq; militaris peritum ab eo proſtratũ qui præter paſtoralẽ artẽ nihil ſciebat. Quare, & ob quã cauſam? Quia hic quidẽ habuit ſupernã gratiã ſe adiuuantẽ: ille autẽ ea carens, in huius manus venit. Iam vide hîc, q̃ abſurda operatus ſit inuidiæ morbus. Poſtquã enim rex vidit iuſtũ hunc tanta gloria celebrari, & tripudiantes clamare, Vicit Saul in millibus, Dauid autẽ in decẽ millibus: non fe- 1. Reg. 18. b.
rens manſuetè quæ de hoc dicebãtur, (quanuis iuxta rationẽ iuſtã ei magis tribuerant q̃ Dauid,) victus inuidia benefactori malũ rependit. Et quẽ oportebat vt ſaluatorem & benefactorẽ agnoſcere, eum interficere quęrebat. O excellentẽ inſaniã, ô ſtuporis magnitudinem, eum qui vitã ſibi ſeruarat, & omnẽ ſuum exercitum ab alienigenæ Goliath furore liberauerat, vt hoſtem † deſpexit: & immemor beneficij, ab affectione B vincebatur: ſed mente ſua obtenebratus ab inuidia, perinde ac ab ebrietate quadã, benefactorẽ vt hoſtem ſpectabat. Ita eñ ſe habere ſolet huius affectionis malitia, primũ corrũpit eum à quo generatur. Sicut enim vermis qui à ligno producitur, lignũ primò cõſumit: ita & iuuidia illã primò animã corrũpit à qua nata eſt, & ei cui inuidetur planè diuerſa q̃ vult affert. Ne igitur vide ad principiũ eorũ quibus inuidetur, ſed ad finem reſpice, & attende quia malitia inuidentium, eos quibus inuidet clariores efficit. Nam is cui inuidetur, ſubſidiariũ habet dei auxiliũ, & gratia fruitur: qui autẽ inuidet, gratia ſpoliatur, & facilè vincitur ab omnibus: & antea a ſuis affectionibus, quàm externis hoſtibus infeſtatus quaſi conſumitur, & quaſi occultis maxillis deuoratur, & abſumptus (vt ita dicam) ſubmergitur. C Quæ cùm nobis comperta ſint, obſecro fugiamus affectionis huius damnum, & omnibus viribus ab animabus noſtris eliminemus. Pernicioſiſſima enim eſt omnium affectionum, noſtrámq; ſalutem corrumpit, vtpote diaboli inuẽtum: propterea & ſapiens quidam dicebat, Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in mundũ. Sap. 2. d
Quid eſt, inuidia diaboli mors intrauit in mundũ? Nã poſtquam mala hæc beſtia primum hominẽ vidit immortalem, per ſuã malignitatem ad tranſgreſſionem mandati induxit, per quam fecit vt morti fieret obnoxius. Inuidia igitur deceptionem operata eſt, deceptio tranſgreſſionem, tranſgreſſio inobedientiam, inobedientia mortem. Propterea dicit: Inuidia autẽ diaboli mors intrauit in mundum. Vidiſti quantum affectionis huius damnum? immortalitate inſignem, mortalem fecit. Verùm inimicus quidem noſtræ ſalutis, ſua inuidia immortalem protoplaſtum, in mortem condemnari fecit: miſericors autem, ſolicitúſque pro nobis dominus, per mortem ſuam iterum immortalitatem nobis largitus eſt. Vnde & maiora quàm amiſimus inuenimus: paradiſo eiecit, & in cœlum induxit: morte cõdemnari fecit, & immortalitatem nobis donauit: paradiſi deliciis priuauit, & regnum cœlorum nobis præparauit. Vidiſti ſolertem domini tui ſapientiam? & quomodo ea, quæ per inuidiam diaboli cõtra ſalutem noſtram facta ſunt, in caput illius conuertit? non enim ſolum nos maioribus dignatus eſt, ſed & illum ipſum nobis ſubiecit, dicens: Dedi vobis poteſta- Luc. 10.b
tem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpios. Proinde hęc omnia cogitantes, & inuidiam ex animabus noſtris effugemus, & ſtudeamus vt diuinam conſequamur gratiam. Hęc enim noſtra armatura ſolida, & inexpugnabilis, hæc noſtræ maximæ diuitiæ: per hanc & Iſmaël, quanuis

quanuis adoleſcẽs, & in ſolitudine, rerúmq; omnium A inopia, ſtatim creuit, & in gentem magnam factus eſt. Quia deus erat, inquit, cũ puero. Hinc totus ſermo noſter egreſſus eſt. Deſpiciamus igitur, oro, præſentia, deſideremus futura: gratiam dei omnibus præferamus, & per vitam optimam multam fiduciam nobis antea reponamus: vt & præſentẽ vitã citra mœrorem tranſigamus, & futura bona conſequamur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre ſimul & ſpiritu ſancto ſit gloria nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et factum eſt poſt verba hæc, deus tentabat Abraham.

Homilia XLVII.

INgens lucrum, grandiſq; theſaurus in verbis quę hodie lecta, tametſi pauca ſint, latent. Eo enim modo ſe habẽt diuina eloquia, vt multas diuitias nõ in multitudine verborum, ſed breuitate ſermonũ contineant. Age igitur aperiamus quæ dicta ſunt, & diſcamus diligenter eorũ quæ hodie lecta, vim & mentem. Nam ſic iterum ſciemus & patriarchę copioſam virtutẽ, & dei excellentem miſericordiam. *Et factũ eſt*, inquit, *poſt verba hæc deus tentabat Abraham.* Quid ſibi volunt verba hæc, Et factum eſt poſt verba hæc, tentabat deus Abraham? Cõſidera obſecro, diuinam ſcripturã: quomodo iam vult detegere nobis iuſti virtutem: & quia narratura eſt, quomodo Abraham à deo tentatus ſit: prius vult vt diſcamus tempus quo hęc patriarchę præcepta ſunt, & quãdo iuſſus eſt offerre Iſaacum: vt ſcias magnam patriarchæ obediẽtiam,
† præferri ſuſtinuit & quomodo nihil † præferẽdum ſit] his quæ deo placuerint. Quid igitur eſt, Factũ eſt autẽ poſt verba hęc? Quoniam poſtquã natus eſt Iſaac, quando vidit Sarra Iſmaẽlem ſimul verſari cũ Iſaac, ſicut heri vobis diximus, ægreferens hoc, dicebat Abrahæ: Eiice ancillã & filium eius. Nõ enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo. Cúmq; hoc videretur durum patriarchæ, volens eum deus cõſolari, ait: Audi Sarram vxorem tuam, & fac quod ab ea dictũ: neq; videatur tibi durum, quod dictũ eſt de puero hoc & ancilla. In Iſaac enim vocabitur tibi ſemen, & illum quoq; faciã creſcere in gentem magnam, quia ſemen tuũ eſt. Et omnis promiſſio quã à deo habebat, eò tendebat, vt nati ex Iſaac in magnũ populũ propagarentur. Itaq; aliquandiu bona ſpe alebatur iuſtus, & viciſſim affligebatur ac tẽtabatur, & afflictionũ præmia recipiebat: nũc autẽ præ oculis videbat ſucceſſurũ hæredẽ, magnámq; inde voluptatẽ percipiẽs, impauidè & ſecurè agebat. Verũ qui abſcõdita cordium nouit, volens nobis iuſti huius detegere virtutẽ, & magnũ amorem quem erga ſe gerebat, poſt D tot promiſſiones & hãc quoq; quæ recẽs facta, & cuius memoria adhuc in auribus illius ſonabat, cùm iam adoleſceret Iſaac, & ĩ ipſo ętatis flore eſſet, creſcerétq; patris erga illum dilectio, poſt verba promiſſionis, & poſtquam dixit: In illo vocabitur tibi ſemẽ, & ille erit
Cap. xxij. ſucceſſor tuus: *Poſt verba hæc*, inquit, *tentabat deus Abraham.* Quid eſt, tentabat? non q̃ ipſe ignoraret, tentatione illum probauit, ſed vt & hi qui tunc erant, & qui ab eo tempore vſq; ad præſens, iſtucipſum patriarchæ deſideriũ & obedientiã in præceptis dominicis præ ſe ferre diſcant. *Et dixit*, inquit, *ad eum: Abrahã, Abrahã. At ille dixit: Ecce ego.* Quid vult verbi duplicatio? Magnæ beneuolentiæ erga patriarcham argumẽtum eſt, & monſtrabat ei vocatione ipſa, quòd magnum aliquid oſtenſurus eſſet. Vt igitur attentiorem redderet, vocationẽ geminabat, & dixit: Abraham, Abraham.

Ille autẽ dixit: Ecce ego. Et dixit: Accipe filiũ tuum dilectũ, quẽ dilexiſti, Iſaac, & vade in terrã excelſam, & offer eum in holocauſtũ ſuper vnũ montiũ quem tibi dixero. Magnũ præcepti põdus, & res humanã tranſcendẽs naturã. Accipe filiũ tuum dilectũ, quẽ dilexiſti, Iſaac. Vide quomodo per verba iſta maius incendium ſuccẽdit: & fornacẽ amoris, quo iuſtus in Iſaac affectus erat, violẽtius excitat. Accipe filiũ tuũ dilectũ, quẽ dilexiſti, Iſaac. Vnũquodq; verbũ per ſe ſufficeret ad fauciãdam animam iuſti. Nõ enim ſimpliciter dixit, Iſaac: ſed addidit, filiũ tuũ, quẽ præter omnẽ expectationẽ genuiſti, & in ipſa ſenectute habere potuiſti: dilectũ, deſiderabilẽ tuum, quẽ tam immodicè diligis Iſaacũ, quẽ ſucceſſurũ tibi expectas, ex quo & ſemẽ tuũ multiplicãdum promiſi: & in tantum multiplicandũ, vt ſtellarũ multitudini & arenæ quæ eſt iuxta littus maris adęquetur. Illũ ipſum accipe, & vade in terrã excelſam, & offer eũ ibi in ho- B locauſtũ ſuper vnũ montium, quẽ tibi dicã. Admiror ego, quomodo hæc iuſtus auribus ferre potuerit. Illũ enim ipſum, inquit, tam deſiderabilẽ tibi, offer mihi in holocauſtũ ſuper vnũ montiũ. Quid igitur iuſtus? non turbatus eſt animo, non confuſus eſt mente, non conſilio deſtitutus eſt: in tã graui præcepto nõ cogitabat, nõ ratiocinabatur ſecũ, Cur hoc? Qui mihi præter omnẽ expectationẽ beneficiũ exhibuit, qui per miſericordiam ſuã, emortuã Sarræ vuluã generationi idoneam fecit: nunc poſtquã ablactatus eſt & creuit, & in flore ætatis eſt, occidere, & in holocauſtũ offerri præcipit, qui paulo antea dixit, In ipſo vocabitur tibi ſemen: nunc diuerſa præcipit. Et quomodo implebũtur quę ab eo ſunt promiſſa? Quo pacto enim fieri poteſt, vt radice execta rami pullulent, vel ſucciſa arbore fru- C ctus proueniant, vel fonte arefacto fluuij reddantur? Iuxta hominis rationẽ talia fieri non eſt poſſibile, deo autem volente fieri poſſunt omnia. Cæterùm horum nihil cogitauit ſecum iuſtus ille, ſed ſicut gratus famulus, omiſſa omni ratione humana vnã tantũ rem curabat, vt imperata opere impleret: & quaſi factus ab humana natura alienus, & poſtponendã ducens diuinis præceptis omnẽ affectionẽ & dilectionẽ, ad implenda iuſſa feſtinauit. *Et cùm ſurrexiſſet*, inquit, *Abrahã mane, ſtrauit aſinam ſuã: accepit autem ſecum duos ſeruos: & Iſaac filium ſuum: & ſciſſis lignis in holocauſtum, cùm ſurrexiſſet profectus eſt. Et venit in locum, quem dixit ei deus, die tertio.* Vide miſericordẽ dominũ, quomodo & interuallo loci, iuſti probauit virtutẽ. Cogita autẽ, quid probabile fuerit triduo illo ſuſtinuiſſe iuſtũ. Reputabat enim ſecũ, ſibi præceptum eſſe q̃ ſuis manibus tam dilectum filiũ
occidere debeat, & nec rem † illi cõmunicare & de- † vlli.
tegere audeat. Et obſtupeſce pium religioſúmque & prudentem animũ. Quia enim ſciebat magnitudinem præcepti, nemini prorſus hoc ſignificauit, neq; pueris, neq; ipſi Iſaac: ſed ſolus ſecum agonem illum decertabat, & quaſi adamas manebat inuictus, robur cogitationum tantum declarans, & non multa cauſatus obtemperabat magno cum deſiderio nutui diuino. *Et poſtquam ad locum illum peruenit, ſublatis*, inquit, *Abrahã oculis ſuis, vidit locũ à longè, & dixit ſeruis ſuis: Sedete hic cum aſina.* Vide & hîc iuſti magnã prudentiã, & pueris vult eſſe occultũ: per omnia declarans q̃ cum feruenti alacritate, & intento deſiderio implere vellet quod deo probabatur. Nam quia ſciebat q̃ nouum & inauditũ eſſet id quod ab ipſo faciẽdũ erat, neq; ab vllo vnquã tale quiddã factum erat antea, facit vt lateat pueros.

Et relictis eis cum aſino, inquit, *Hîc expectate. Ego enim &*

Universidad de Deusto Biblioteca

puer ambulabimus vſque illuc, & cùm adorauerimus, reuertemur ad vos. Ignorans futurum quod dicebat, ſed prophetauit quidẽ, ignorans tamen fortaſſis. Dicebat autem hęc pueris, fortè vt imponeret eis, & faceret vt ibi manentes non ſequerentur. *Accepit autem Abraham ligna holocauſti, & impoſuit Iſaac filio ſuo. Tulit quoque in manibus ignem & gladium, & perrexerunt duo illi ſimul.* O animæ fortitudinem, ô ſpiritus ſoliditatem. Et impoſuit, inquit, Iſaac ligna holocauſti: ipſe autem gladium & ignem accepit, & iuerunt ambo ſimul. Qualibus oculis ſpectabat puerum ligna afferentem, ſuper quæ non multo poſt illũ † impoſiturus erat? *[† mactaturus erat?]* Quomodo manus ferre potuit ignem & gladium? Et manus quidem ferebat ignem, qui ſenſibilis erat, intus autẽ accendebat ipſius mẽtem, & rationem abſumebat, & perſuadebat vt vinceret amor in deum: faciebátq; cogitare, quòd is qui iam dederat ſupra humanã naturam factũ eſſe patrem, iterum poſſet & nunc quæ humanã tranſgrediuntur rationẽ operari. Cæterùm vide obſecro præterea, ante ſenſibilem ignem, incẽdium internũ, quod paulatim exardeſcebat, & iuſti mẽtem concremabat. *Dixit autem*, inquit, *Iſaac ad Abraham patrem ſuum: Pater.* Sufficiebat hoc verbum ad lancinanda iuſti huius viſcera. *Ille autem dixit: Quid eſt fili?* Patrem vocas, paulò poſt futurum orbum: & ego filium appello, qui non multo poſt altare aſcenſurus eſt, meis occidendus manibus. Deinde puer inquit: *Ecce ignem affers, & ego ligna, vbi eſt hoſtia immolanda? vbi eſt ouis ad incenſum?* Conſidera obſecro hîc, quomodo probatur iuſtus? quomodo tulit auribus? quomodo potuit reſpõdere puero? quomodo non eſt confuſus mente? quomodo futura occultauit à puero? ſed inquit generoſo ſpiritu, & forti anima: *Deus videbit ſibimetipſi de oue ad holocauſtum, fili.* Vide etiam hîc, ignarus inſinuat iterum quod futurũ. Videbatur enim per reſponſum decepturus Iſaac, ſed illum quidẽ verbis interim ſolatur: ipſe autem maiorẽ grauiorémq; dolorẽ pertulit, verba in anima verſans, & cogitans pueri elegantiã externã, internámq; pulchritudinem, obedientiã, gratiã, ętatis florem. Cúmq; irent ambo, venerũt ad locũ de quo dixit ei dominus. Venerunt, inquit, ad montem excelſum, quem ſcilicet ei dominus indicarat. *Et ædificauit ibi Abraham altare.* Iterum obſtupeſco iuſti fortitudinem, quomodo potuerit extruere altare, quomodo valuerit, quomodo nõ defecerit præ anguſtia: ſed & altare ædificauerit, & impoſuerit ligna. *Et ligatũ filium ſuum Iſaac impoſuit ſuper altare. Et extẽdit Abraham manum ſuam, vt acciperet gladiũ, & occideret filium ſuum.* Ne ſimpliciter prętercurramus, dilecti, quę dicta ſunt: ſed conſideremus quomodo nõ auolarit à corpore anima, quomodo potuerit ſuis manibus colligare, & lignis imponere tam dilectum, tam amabilem vnigenitum. Et extendit, inquit, Abraham manum ſuã, vt arriperet gladium ad occidendum filium ſuum. O religioſam animã, ô fortem mentem, ô ingens deſiderium, ô rationẽ vincentem humanã naturam. Accepit, inquit, gladiũ, vt occideret filiũ ſuum. Vtrum admirer & obſtupeſcã iuſtius, fortémne ſpiritũ patriarchæ, an pueri obedientiam: ꝙ neque reluctatus eſt, neq; factum ægrè tulit, ſed ceſſit & obtemperauit his quæ à patre facta ſunt? *[Eſa.53.c]* Et ſicut agnus, cum ſilentio ſuper altare accubuit, expectans patris dexterã. Verũ vbi illa pia mens ſua omnia conſummauit, & nihil intermiſit: monſtrans bonus dominus, ꝙ non occidere puerum, ſed potius iuſti detegere virtutem volẽs, hæc imperauerit: coronato iuſto ob voluntatẽ ſuam, & ac-

A cepta conſummata hoſtia ex mente patriarchæ, nunc & ſuã declarat miſericordiã. *Et vocauit*, inquit, *angelus domini de cœlo, dixítque: Abraham, Abraham.* Nam quia videbat iuſtũ iam accinctũ & paratum ad immolationem, & volentẽ implere mandatũ domini, idcirco vocat eum de cœlo, & dicit: Abrahã, Abrahã. Bene & hîc geminatione vſus eſt, vt ſuperetur impetꝰ iuſti, & quaſi per vocem detineatur iuſti dextera, iam tendens ad pueri cædem. *Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniicias manus tuas in puerum, neque facias illi quicquam. Nunc enim cognoui quia times deum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me.* Ne iniicias, inquit, manũ tuam in puerum. Non hoc præcepi vt opus perficiatur, neq; volo vt occidatur puer tuus: ſed vt obedientia tua manifeſta fiat omnibus. Igitur ne feceris ei quicquã. Contentus ſum voluntate tua, & ex hac te corono & prædico. Nũc enim cognoui, quia times deũ tu. Vides quomodo humili- B ter ſe noſtræ infirmitati hoc verbo attemperat? Quid igitur? ignorabát ne ante hoc iuſti virtutẽ, & nunc cognouit omniũ dominus? Non hoc inquit, dicens nunc ipſe cognoui. Sed quid dicere vult? Nũc inquit, omnibus declaraſti, quomodo ſyncero timore deũ colas. Nam ego nouerã famulum meũ. Quæ autẽ nunc à te facta ſunt, in doctrinã ſunt tam præſentibus, q̃ futuris. Innotuiſti enim nunc omnibus ꝙ timeas deũ, & mandata eius opere cures implere: quia nõ peperciſti filio tuo dilecto propter me. Illi qui tam dilectus, quẽ teneriter, támq; germanè amas, nõ peperciſti propter me, propter mandatũ meũ: propterea quia ego tibi præcepi, pręluliſti mandatũ meũ filio tuo: proinde & filiũ tuũ accipe. † Propter hoc enim præcepi tibi, vt] ſemẽ tuũ extenderetur: redimitus ergo obedientiæ tuæ co- *[† pollicitꝰ ſum enim fore vt ex hoc.]* C rona, abi. Ego enim voluntatẽ coronare ſoleo, & propter mentẽ præmia pręſto. Opere enim impleri congruit quæ à te dicta ſunt & pueris tuis, & Iſaac: illis eñ ꝓmiſiſti, Cũ adorauerimus, redibimus. Ecce hoc nũc erit: & puero tuo rogante, Vbi ouis eſt ad holocauſtũ? deus videbit ſibimetipſi de oue ad holocauſtũ, dixiſti. Ecce cũ reſpexeris, inquit, oculis, vide † non procul] à te ouem, quã ſcilicet pro puero ſacrificabis. *[† prędictã]* *Vt reſpexit enim*, inquit, *vidit: & ecce aries vnus detinebatur cornibus in arbuſto Sabek: & iuit Abraham & accepit arietem, & obtulit illum in holocauſtum pro Iſaac.* Vidi religioſam tuam mentẽ, ecce id quod prius dixiſti puero, hoc tibi præparaui. Et accepit, inquit, & obtulit in holocauſtũ pro Iſaac filio ſuo. Vidiſti dei miſericordiã? Et ſacrificium conſummatũ eſt, & patriarcha religioſam ſuã mentem declarauit, & à voluntate coronã reportauit: & Iſaac D accepto, rediit cum innumeris coronis. Hęc autẽ omnia figura fuerunt crucis, propterea & Chriſtus Iudęis dicebat: Abrahã pater veſter exultauit vt videret diẽ meũ: & vidit, & gauiſus eſt. *[Ioan.8.g]* Quomodo vidit, qui temporibus præceſſit? per figurã, per vmbram. Sicut enim hîc ouis oblata eſt pro Iſaac, ita & rationalis agnꝰ oblatus eſt pro mundo. Oportebat enim in vmbra deſcribi & pręſignari antea veritatem. Vide obſecro hîc, quomodo omnia per vmbrã præfigurata ſunt: vnigenitus illic, & vnigenitus hîc: dilectus illic & germanus, dilectus & hîc ac germanus. Hic enim eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. *[Matt.3.d Luc.9.e]* A patre ille in holocauſtũ offertur, & hunc pater expoſuit. Et clamat Paulus, dicẽs: Qui ſanè proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non & cum illo omnia nobis daturus eſt? *[Rom.8.f]* Hucuſq; vmbra, poſtea rerum veritas magna excellentia monſtratur.

Agnus

Agnus enim hic rationalis pro toto mũdo oblatus eſt, A totum orbẽ terrarum purificauit, homines ab errore liberauit, & ad veritatẽ adduxit: terram cœlum fecit, non elementorũ immutata natura, ſed conuerſatione cœleſti hominibus ſuper terrã degentibus allata. Propter hunc omnis dæmonũ cultus ſolutus eſt, propter hũc nõ adorantur lapides & ligna ab hominibus: & ante inſenſata inſigniti ratione nõ procidunt, ſed omnis abiit error, & veritatis lux orbẽ illuſtrauit. Vidiſti veritatis excellentiã? vidiſti quid vmbra, quid veritas. *Et vocauit*, inquit, *Abrahã nomen loci illius. Dominus vidit: vt dicant hodie, in monte dominus viſus eſt.* Vide iuſti religioſam mẽtem, quomodo vndequaq; ex his quæ acciderãt appellationes locis imponit. Viſitationẽ eñ à deo factam, volẽs quaſi in columna ærea inſculpere loco per appellationẽ, vocauit nomen loci, Dominus vidit. Sufficiebat quidẽ iuſto pro præmio, ꝙ viuus re- B diret Iſaac, & ꝙ meritus erat illam eximiã laudẽ, nempe ꝙ dicit: Nunc cognoui, ꝙ times deum tu. Veruntamen is qui donis certare cupit, & beneficiis ſemper vincit mentẽ noſtram, coaceruat etiam nunc iuſti voluntatis remunerationes, & inquit iterum ad illum. *Vocauit enim angelus domini Abrahã ſecundo de cœlo dicens: Per memetipſum iuraui (dicit dominus) eo quòd feciſti verbum hoc, & nõ peperciſti filio tuo dilecto propter me: profectò benedicens benedicã te, & multiplicãs multiplicabo ſemẽ tuũ ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris. Et hæreditate poſſidebit ſemẽ tuũ ciuitates hoſtiũ. Et in ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes terræ, eo quòd audiſti vocẽ meã.* Quia, inquit, impleuiſti præceptũ meũ, & tuã obediẽtiam per omnia declaraſti, ꝓpterea audi: Per memetipſum iuraui, dicit dominus. Vide quomodo in ſermone ſe demittit dominus: per memetipſum, inquit, iuraui, vt confi- C das omnino euẽtura tibi quæ à me dicta ſunt. Quandoquidẽ enim homines promiſſis iuramẽta adhibẽt, vt ſtabiliorem accipiant promiſſionem ij quibus promittitur: eapropter & dominus, humana vſus conſuetudine, inquit: Per memetipſum iuraui, eo quòd feciſti verbũ hoc, & non peperciſti filio tuo dilecto propter me. Conſidera, obſecro, miſericordiam domini. Non peperciſti filio tuo dilecto propter me. Attamen viuũ ipſum reducit. Non euentũ conſidera dilecte, ſed voluntatem & mẽtem diſce, qua faciebat mandata citra ratiocinationem curioſam. Quantum enim ad voluntatem attinet, cruentauerat dextram patriarcha, & per ceruicem pueri immiſerat gladiũ, perfectúmq; obtulerat ſacrificiũ: idcirco & dominus, quaſi ſacrificio re ipſa conſummato, laudat iuſtũ, & dicit: Non peperciſti filio tuo dilecto propter me. Tu quidem nõ peper- D ciſti propter meum mãdatum, ego autẽ peperci propter tuam obedientiã. Propter hanc tuã obedientiam remunerans te, Benedicẽs benedicam te, & multiplicãs multiplicabo te. Vide cumulatam benedictionẽ. Hic qui per voluntatẽ tuã occiſus eſt, in tantam multitudinem propagabit ſemen tuum, vt ſtellis & arenæ adæquetur. Et omnes gẽtes in ſemine tuo benedicentur, eo ꝙ audiſti vocem meam. Hęc omnia, inquit, tibi propter obedientiã erunt. Nónne plurima nobis bona conciliat, ꝙ obedimus deo, & præceptis eius obtẽperamus? Ideo ſicut patriarcha ille, ne curioſiꝰ inquiramus, quare talia ab eo imperata ſint: ſed vt grati ſerui impleamus mandata, rationémq; eorum relinquamus domino. Si ſic docuerimꝰ noſmetipſos, poterimꝰ & eandem obedientiam declarare, quam iuſtus ille, eaſdémq; conſequi coronas. Quomodo autem obe-

A diemus? ſi mandata eius opere adimpleuerimus. Non enim auditores, inquit, legis iuſtificãtur, ſed factores. *[Rom.2.b]* Quæ enim vtilitas, ſi quotidie audiamus, & opera negligamus? Ideo oro, vt ad agenda opera feſtinemus, neq; enim aliter ſaluari nos poſſibile eſt: vt & peccata noſtra abluamus, & miſericordiam dei cõſequamur, gratia & miſerationibus domini noſtri Ieſu Chriſti, cũ quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria nũc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Reſponderunt autem filij Chet, ad Abraham, & dixerunt: rex à deo es tu in nobis, in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum. *Homilia XLVIII.*

VIdiſtis heri patriarchæ fortitudinem? vidiſtis animam adamante ſolidiorem, † quam ille habuit ob magnam in deum charitatem? Sacerdos] pueri factus eſt, & propoſito quidem cruenta- *[† quomodo quantũ in ſe erat, ob magnã in deum charitatẽ, mactator.]* B uit dextram, ſacrificiúmque obtulit: per ineffabilem autem miſericordiam dei ſaluo & ſano filio ſuo recepto rediit: & propter voluntatem pręducatur, coronáque fulgida redimitur, & ſummum agonem certauit, & per omnia pietatem mentis ſuæ declarauit? Videamus autem & hodie iuſtum illum, quantã filij habuerit curam. Nam poſtquam à ſacrificio illo nouo & admirabili rediit, excepit eum Sarræ luctus: cùm autem petiiſſet à filiis Chet poſſeſſionẽ ſepulchri, empto loco impoſuit mortuum. Hoc primum principium poſſeſſionis fecit patriarcha propter Sarræ mortẽ: monſtrãs nobis ſcriptura diuina virtutẽ patriarchæ per omnia, & quòd ſicut peregrinus & aduena toto tẽpore egit: atque hoc aſſignauit, vt diſcamus quòd tanto ſuperno præſidio fruens, & ſic illuſtris factus, & in tantam multitudinem diffuſus, proprium ſepulchrũ non poſſedit, C ſicut nunc multi faciunt, agros & villas, infinitámque aliam ſubſtantiam poſſidere ſtudentes. Habebat enim ſufficientes diuitias mẽtis, & de aliis non erat anxius. Audiant qui repẽtè, & in vno temporis momẽto omnia corradunt, & vbiq; (vt ita dicam) ſuę auaritiæ concupiſcentiã extendunt: imitentúrq; patriarcham, qui nullibi habuit locum, quo Sarræ collocaret reliquias: Sed tunc primùm, quãdo ab ipſa neceſſitate cõpulſus eſt, emit agrum & ſpeluncã à filiis Chet. Nã ꝙ ſpectabilis erat apud Chananæos, audi filios Chet ad eũ dicentes. *Rex à deo es tu in nobis, in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum: nullus enim noſtrum prohibebit te à ſepulchro ſuo.* *[Cap. xxiij]* Cæterũ vide iuſtum, quomodo operibus ſuis doceat optimæ vitæ mores, & nõ prius vult accipere monumentũ, priuſquã iuſtũ dinumeret preciũ. Nam licet vos, inquit, ita beneuoli erga me ſitis: at ego non D patiar, niſi prius debitũ precium depẽderim: & ſic accipiam ſepulchrũ. Et data, inquit, pecunia, accepit ſepulchrũ. *Fuit autem*, inquit, *vita Sarræ centum vigintiſeptem annorum, & mortua eſt, & ſepeliuit Sarram vxorem ſuã in ſpelunca agri duplici, quæ eſt è regione Mambre.* Et qui tã clarus & ſpectabilis, & tantã apud deum habens fiduciam, & apud omnes qui ibi agebant in tanto honore erat, vt & à filiis Chet rex nominaretur, neq; gradum pedis poſſidebat. Propterea & beatus Paulus prædicans virtutẽ iuſti, ſcribẽs dicebat: Per fidẽ peregrinus fuit Abrahã in terra promiſſionis veluti aliena, cùm in tabernaculis habitaſſet cum Iſaac & Iacob cohæredibus eiuſdẽ promiſſionis. *[Heb.11.b]* Deinde docens nos, quomodo fide peregrinus fuerit, ſubdidit: Expectabat enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & cõditor eſt deus. Spe, inquit, futurorum deſpiciebat pręſentia: & expectatione maiorum bonorum, minus cu-

A rabat ea quæ in præsenti vita sunt:atq; hæc ante legē, & ante gratiam. Qualem igitur habebimus nos excusationem, dic oro, qui post tot annunciationes, & promissiones ineffabilium bonorum, inhiamus præsentibus, & emimus agros, & vbiq; clari esse studemus, colligimúsq; hæc omnia per auaritiam & rapinam? Et id *Esa.5.b* quod beatus propheta cum lamento dicebat: Væ his qui cōiungunt domum domui, vt quid à proximo auferant: hoc nos operibus implemus. An non quotidie fieri videmus, spoliari orphanos, prædę patere viduas, infirmos à fortioribus opprimi? Verùm iustus ille nequaquā sic, sed & sepulchrū emere cùm voluit, quoniam vidit eos à quibus petiit, dare volentes, nō prius accepit, quàm iustum dependisset precium. Hæc itaq; mēte versantes dilecti, nos qui sub gratia eum qui ante legem imitemur: & ne multa possidendi cupiditate accensi maiorem & grauiorem augmentemus ignem B inextinguibilē, & flammam intolerabilem. Audiemus enim si in huiusmodi rapinis & auaritiis manserimus, *Luc.12.c* ea quę dicta sunt diuiti illi: Stulte, ista nocte abs te animam tuam auferent: quæ autē pręparasti cuius erunt? Quare (dic mihi) tantopere studes, vt colligas ea quæ nō multo post hinc abripiēdus, hîc relinques, & ex eis nō solum nihil vtilitatis percipere valens: sed & onus peccatorū in humeris propriis ferens, & inutili pœnitudine ductus: nam ea quæ à te per auaritiam collecta sunt, in hostium deuenient manus, tu autē pro his rationem & pœnam dabis. Quantæ igitur est dementię aliis laborare, & te propterea pœnā dare? Esto autem, hactenus ita negligenter nos gesserimus, nunc saltem quod decet, cōsultemus: & nō tantum operā demus, vt nobis opes affluant, sed vt & iustitiæ magnā rationem & curam geramus. C Neque enim res nostræ intra hanc vitam totæ conclusæ sunt, neq; semper in aliena hac regione erimus: sed non multo post in propriam remeabimus patriam. Omnia igitur faciamus, ne alibi egeni simus futuri. Nam quę vtilitas, in aliena regione multas diuitias relinquere, in propria autem, & in patria necessariis carere? Itaq; oro, festinemus dum adhuc tempus est, vt illuc transferamus etiam quę in hac aliena habemus. Enimuero licet multum inter se di- *†Qui enī eò nostra securè trāsferant, parati sunt.* stent, facilis tamen est trāsuectio.† Et securè illuc trāsferimus,] & in thesauro indeprędabili reponim⁹ quæcunque per pauperū manus præmittimus. Eorū enim manus in cœlestia prōptuaria sibi data reponūt. Quoniam igitur tanta & facilitas & securitas: quare moramur, & nō omni studio hoc facimus, vt ibi ea inueniamus vbi eis maximè opus erit? Propterea patriarcha ille quasi alienam inhabitat Chananæam: quia illam D expectabat ciuitatē, cuius opifex & conditor est deus. Si igitur voluerimus iustū hunc imitari, & nos in illam occurremus, & in sinus patriarchæ veniemus. Operū enim communio, & fruitionis cōmunionem præstat. Verū si placet redeamus ad sermonis seriem, & videamus post Sarrę mortē quantam iustus curā agit pueri, *Ca.xxiiij.* Isaac dico. Audiamus igitur diuinā scripturam nobis narrantem. *Et Abraham erat senex,* qui profecerat diebus. Et dominus benedixit Abraham per omnia.* ** προβεβηκὼς. i. prouectus. suspicor interpretem, processerat, scripsisse.* Quare hęc nobis assignauit scriptura? quia patriarcha diligenter curaturus erat vt sponsa Isaaco adduceretur, ideo nobis eius ætatē assignauit. Quādo enim, inquit, ad extremā senectutē peruenit, volens Isaacū à Chananæorū cognatione liberū esse ita ne inde vxorē duceret, vocato, inquit, famulo prudētiore, cōmendat ei negocium hoc, & dicit: *Pone manum tuam subter fœmur meum.* Lingua Gręca habet subter fœmur: Hebraica verò, subter lūbum. Et quare sic dicit? Mos ille veterum erat. Aliter autem dic, ꝗ hinc principium natiuitatis Isaac fuit. Et vt discas, ꝗ hoc facere consueuerint, vide: quia ipse imperat vt manū ille eo ponat. Statim autem vt apposuit, *Et adiuro*, inquit, *te per dominum deum cœli & deum terræ.* Vide quomodo & famulū docet, vt sciat vniuersorum conditorē. Nā qui dixit, deū cœli & deum terræ, omnē creaturā comprehendit. Et quod iuramentum? *Vt non accipias vxorem filio meo Isaac de filiabus Chanaā, inter quos ego habito: sed in terram meā in qua natus sum vade, & ad cognationē meā, & inde accipies vxorē filio meo Isaac.*

Vidisti mandatū patriarchæ, quod famulo dedit? At ne perfunctoriè prætereas dicta, sed cogita mētem & propositum iusti, & quò spectarit: & attende quomodo veteres non quærebant substantiam multam, non diuitias, non seruos, & iugera agri tot & tot, non externæ venustatis formam: sed animæ pulchritudinem, & morum nobilitatem. Nam quoniam videbat malitiā eorū qui in Chananęa habitabāt, sciens quantum bonum sit sortiri coniugem iisdē moribus viuētem, præcipit seruo, & iuramentū adhibet, vt ex sua cognatione vxorem adducat Isaac, & neq; interuallum locorū, neq; aliæ difficultates segnem eum in his reddunt: sed sciens rei necessitatem, omni cura mittit seruum. Cæterùm patriarcha habens respectum virtutum animæ, & abhorrens à vicinorum malitia, ita quidem se gerit: at nunc omnes tale quiddam ne cogitarent quidem. Nam etsi malis innumeris plena sit, hoc solū inquirūt, quantū abundet pecuniis, cętera omnia posteriore loco habent, nesciētes ꝗ cùm mens peruersa sit, licèt indicibiles affluant diuitię, facile in extremam venient inopiam: & nihil proderunt opes, cùm non sit ibi mēs quæ bene illas dispensare queat. Verùm patriarcha seruo satis magnum mandatum dedit, & iuramento eum adstrinxit. Videamus autem nunc & serui probitatem, quomodo imitatus sit pietatem domini. Nam postquā vidit tam serio iustum sibi præcipere, dicit ei:

Si non voluerit vxor venire mecum, vis filium tuum in terram vnde existi inducam? Vt ne, inquit, si difficultas aliqua incidat, trāsgrediar mādata tua: rogo, quid oportebit me obseruare: & num placet tibi vt illuc abeat Isaac, & accepta spōsa redeat, si nō voluerit (vt mādasti) venire mecū? Quid igitur iustus? denegat hoc, & dicit: *Ne reducas filium meum illuc.* Nō erit hoc tibi opus. Qui enim mihi hoc annūciauit, & promisit semē eius ita multiplicandū, etiam hoc prospere faciet succedere. Ne igitur abducas illuc filiū meum: *Dominus deus cœli & terræ.* Vide quomodo superius seruū adiurās, ipsum de omniū conditore docet: & nūc precaturus, iterum eadem verba dicit: per omnia docēs vt seruus profecturus in illo fiduciā habeat, & de bono rei exitu bene speret. Docet enim eū quantam olim ab initio beneuolentiam dei inuenerit, & quòd ille qui à domo paterna euocauerit, & vsq; ad hoc tempus ita gubernarit, iámque in tam prouecta senecta Isaac dederit, prospera etiam quæ adhuc restāt faciet. *Dominus enim,* inquit, *cœli & terræ, qui assumpsit me de domo patris mei, & de terra in qua natus sum, ille ipse qui loquutus est mihi dicens: Tibi dabo terram, & semini tuo.* Ille qui tantam erga me declarauit benignitatē & curam, ipse mittet angelum suum ante te, & inde accipiet filio meo vxorem. Bene animatus, inquit, abi: certus enim sum ꝗ qui tātis me beneficiis hactenus prosequutus est, prioribus etiā illud addet, & mittet angelū suum ante te. Ipse, inquit, præcedet

pręcedet te, & viā pręparabit in omnibus, vxorēq; tibi notā faciet, vt accepta ea huc redeas. Quòd si contingat, qđ absit, vt reluctetur vxor venire huc, alienus eris à maledictione iuramenti. Tantū filiū meum illuc nō reduces. Nullū eīm mihi dubiū est, quin dominus secunda tibi faciat omnia. Declarat itaq; quomodo virtute diuina bene fidat, & ꝓhibet seruum ne filium illuc inducat. Postea, cùm diligenter mandasset seruo, curáque eum liberasset (verebatur enim, ne mandato non impleto periurij reus fieret) *Posita,* inquit, *manu sua subter femur, iurauit ei super verbo hoc, quòd filiū suū illuc non abduceret.* Vidisti quomodo ab initio seruus indicauit suā ergā dominū beneuolentiā? Vide nūc quomodo ex patriarchæ doctrina melior euaserit, & imitatus fuerit dñi pietatē atq; religionem. *Acceptis enim,* inquit, *decē camelis: & de omnibus bonis quæ domini sui erāt: surrexit & profectus est in Mesopotamiam, in ciuitatem Nachor, & stabulari eos fecit extra ciuitatem iuxta puteū aquæ vesperi, quando egrediuntur aquaturæ. Et dixit: Domine deus domini mei Abraham.* Vide serui sapientiā, orbis dñm à patriarcha nominat. Domine eīm, inquit, deus domini mei Abrahā, qui tanta in illum beneficia collocasti. Et quid miraris, si seruus eū vocat deū Abrahā? *Exo.3.b* ipse omniū deus, mōstrans quomodo iustorū virtutē magni faciat, inquit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob: & dicit: Domine deus domini mei Abrahā fœliciter occurre mihi hodie, & fac misericordiā cū†seruo tuo] Abrahā? *†domino meo* quasi diceret, Fac vt impleātur quæ ille vult, & iuxta eius sententiā prospera fac omnia, Fac misericordiā cū domino meo Abraham. Quid est, fac misericordiā? voti cōpotem eū fac. Deinde inquit: *Ecce ego steti propter fontem aquæ, filiæ autem habitantiū ciuitatē, egrediuntur vt hauriāt aquā, & erit virgo cui ego dixero: Inclina hydriā tuā, vt bibā: & dixerit mihi, bibe, & camelos tuos potabo, vsquequo bibere cessēt. Illā præparasti puero tuo Isaac: & in hoc cognoscā quòd fecisti misericordiā domino meo Abraham.* Vide serui prudentiā. Nam quia sciuit patriarchæ hospitalitatē, & quia virginem inde ducendā congruebat iisdem esse præditam moribus, quibus iustus: nullam aliā cōiecturā inquirit, sed charactêrem virginalis animi hospitalitate colligere vult, & inquit: Si quādo ego aquam ab ea petiuero, dicēs, Inclina mihi hydriā: & non solum faciet quod petiui, sed & candorē ac liberalitatē mentis suæ declarabit, & dicet: Etiam camelos tuos aquabo. Morum suorum mititatem satis ex aquæ prębitione ostendendo. Animaduerte obsecro quātū fuerit, ꝗ virgo tenera†aquā] *†aquatū profecta,* non solū annuerit eius petitioni, & deposuerit ab humeris hydriam, & ad satietatē præbuerit petenti, viro peregrino, & prorsum ignoto: & non solū illi dederit, sed & camelos omnes aquauerit, & per ea quæ fiebāt mōstrauerit animæ suæ ingenuitatē. An nescitis quòd multi etiam viri denegant sæpe petentibus talia? Et quid dico de aqua quæ præbetur? Interdū cum faces tenent, & ab accedentibus orantur vt paulisper expectent, quò lumen accendant: id facere renuunt, tametsi nihil inde minuatur ignis, etsi multi sint qui accendere velint. Hîc autem & mulier & puella, & hydriā super humeros ferens, nō solū non grauatim tulit ꝗ ab ea peteretur: sed & plusquā petitū erat, cōcessit: & potum dedit vt petebat, & ex seipsa etiā camelos potare festinat. Annuerat eīm misericors deus patriarchæ precibus, angelóq; sibi misso omnia illa disposuit fieri, sicut seruus petiuerat. Dein postquā vidit re ipsa preces patriarchæ efficaces, & obtinuit virginem

A quam optabat, illiúsque eximiā vidit hospitalitatem: vide quid fit, dicit enim: *Festinauit & euacuauit aquā in canales, & cucurrit ad fontē vt hauriret aquam, & aquauit omnes camelos eius.* Vide locupletissimā promptitudinē. Per hoc eīm quod ait, festinauit & euacuauit hydriā, & cucurrit, mōstratur puellę indicibilis alacritas: quia neq; vt aliena aufugit, neque prætextu continētię petitioni renuit: sed cum multa mititate inquit, Bibe domine. Cogita, obsecro, quāta etiam ea ętate fuerit cōtinentiæ diligentia, & modestiæ eminentia, hospitalitatísque frequentia. Quibus non opibus hęc sunt preciosiora? Quibus non thesauris hęc sunt præferenda? Hęc summa dos, hæc innumera bona, hæc thesaurus qui non consumitur. Videns igitur prudens seruus efficacem dei ꝓuidentiā. *Discebat eam,* inquit, *& silebat, vt sciret prosperūne fecisset dominus iter suum, an non.* Quid est, discebat eam? Verba puellæ diligēter cōsiderabat, B aspectū, incessum, habitū, aliáq; omnia: & expectabat, vt sciret an prosperū fecisset dominus iter suū, an nō. Nam quæ iam facta erāt, insignitā & plurimā virginis indicabant virtutem. Et ideo remunerans eius obedientiam, & aquæ suppeditationem, *Apponit ei,* inquit, *inaures aureas, & duas armillas, & diligenter addiscebat vt se haberet. Et rogabat, cuius filia esset: & num esset apud patrem eius locus diuersorij.* Considera & hîc puellę responsum. Nam sicut cum aquam peteret, non solū eam dedit, sed & camelos illius potauit: ita & hîc rogante seruo num esset locus, & cuius esset filia: inquit, *Filia sum Bathuelis †Melcha quem genuit Nachor.*] *†filij Melchæ, quem peperit Nachori.* Dicit & patrē & auum, vt illis cognitis fiat alacrior. Vide prudentiā puellæ: de patre rogatur, & non solū hoc indicat, sed & patrē patris. Et cùm rogasset seruus solū an esset locus diuertendi, illa addit: *Et fœnum & pabulum* C *multum apud nos.* Hęc vt audiuit seruus, & admiratus est mirā & largā puellæ hospitalitatē. Et vt didicit ꝗ nō ad ignotos quosdā venisset, sed in domū Nachor, qui frater erat patriarchæ. *Quod cùm probaret,* inquit, *homo, adorauit dominum, exhilaratus in his quæ cognouerat, & quæ ei puella dixerat.* Adorauit dominum, & gratias illi egit, eo ꝗ in patriarchā & in se tantam declarasset ꝓuidētiā, & ꝗ omnia tam prosperè & facilè successissent. *Et dixit, Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui nō abstulit † misericordiā & iustitiam] à domino meo.* *†iustitiā suam & veritatem* Postquā vidit puellæ beneuolentiā, & ab ea omnia manifestè didicit, tūc & ipse puellę significat quis sit: & per gratiarū actionē in deū, manifestū ei facit ꝗ non ex aliena domo veniat, sed frater Nachor sit, qui huc eum miserat. Hæc vbi didicit puella, cū magna voluptate cucurrit, inquit. Vide quomodo in singulis declaret D nobis hospitalitatis alacritatem, cursu, verbis, māsuetudine: *Cucurrit,* inquit, *& annunciauit in domo matris suæ iuxta verba hæc omnia: ea quæ audierat à seruo, parentibus significauit. Et cucurrit,* inquit, *Laban ad hominem foras ad fontem.* Vide quomodo & hîc cursu desideriū suum mōstret. Et vt vidit hominem stantē apud fontem cū camelis, dixit ei: Veni, ingredere, benedictus † dominus: *†deus* cur foris stetisti? Ego disposui domū & locū camelis. Vide & hūc benedicentē deū in aduentu peregrini, & quomodo antequā hospitalitatem impleuit opere, multis eū exhortatus est. Veni, inquit, ingredere. Prius enim præparaui domum & locum camelis. Deinde ingresso eo, īquit: *Destrauit camelos, & dedit paleas & fœnum & aquam, vt lauarētur pedes eius.* Vide quomodo hi qui adhuc in errore tenebantur, magnā hospitalitatis curam agebant. Et dedit aquam, vt lauarētur pe-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

tur pedes eius, & pedes virorũ qui cũ eo erant. Et ap- A poſuit eis panẽ ad comedendũ.Sed hîc attende obſecro,magnã famuli prudentiã.Quare?dicit eñ, *Nõ comedam,donec loquar verba mea.* Vos quidem,inquit, officium veſtrũ in me declaraſtis:ego autẽ nequaquã antea quietis meæ rationẽ habebo, donec cauſam vos docuero propter quã in hãc viã ſim miſſus, & quare à Chananæa huc venerĩ, & quomodo in domũ veſtrã huc ductus ſim,vt cùm omnia didiceritis, tunc & vos veſtram erga dominũ meũ beneuolentiam declarare poteritis.Et incepit narrare:& dixit:*Seruus Abrahæ ſum ego:dominus autem benedixit dominũ meum valde, & dedit ei oues et vitulos,aurũ & argentũ,ſeruos & ancillas,camelos & aſinos.Et peperit Sarra vxor domini mei filiũ vnũ domino meo, cùm ipſe iam ſenuiſſet, & dedit illi omnia quæcunque habuit.* Vide quomodo cum diligẽtia omnia eis narrat. Illius ſum,inquit,Abrahæ ſeruus,quẽ ſcitis. Diſcite itaque B quantam ab omniũ domino miſericordiã conſequutus ſit,ita vt valde ſit ditatus,Deinde docet & diuitiarum abundantiã,inquiens:Oues & vitulos,argentũ & aurum,ſeruos & ancillas,camelos & aſinos acquiſiuit. Audite diuites,qui tot & tot quotidie emitis prædia, & balnea,ac deambulacra,& ſplendidas domus ædificatis. Videtis,in quibus diuitiæ iuſti fuerint conſtitutæ? Nuſquã ager,nuſquam domus,& ſuperuacanea ſumptuoſitas:ſed oues & vituli, cameli & aſinæ, ſerui & ancillæ.Et vt diſcas,ſeruorũ multitudo vnde ei cõtigerit, addidit alio loco:Vernaculi omnes erant. Hic igitur,inquit,domin⁹ meus,qui in tanta ſubſtãtia fuit, & multã ſupernè gratiã inuenit,quando iam ſenuit, Sarra filiũ peperit ei,hunc habens vnigenitũ, eum hæredem omniũ ſuorum conſtituit quæcunque habuit. Dein poſtquã narrauit domini gloriam, & Iſaac par- C tum,dicit inſuper & mandata quæ acceperat, vt in Charras proficiſceretur.Et adiurauit me,inquit,dominus meus dicens: *Non accipias vxorem filio meo Iſaac de omnibus filiabus Chananæorũ,inter quos ego habito: ſed in domum patris mei vade,& ad cognationẽ meam, & inde accipe vxorem filio meo.* Et ipſe quidẽ hæc mihi mãdauit, ego autem difficultatẽ negocij mecum perpendẽs, rogabam dominũ meũ, Si nõ voluerit vxor venire mecũ. *Et dixit mihi:Dominus cui complacui coram eo,ipſe mittet angelũ ſuũ tecum,& proſperabit iter tuum,& accipies vxorẽ filio meo ex cognatione mea,& domo patris mei:& tũc innocẽs eris à maledictione mea.* Igitur dñs quidẽ hæc mihi mandauit,& talibus precibus factis,viatico me inſtructũ huc miſit. Ego autẽ fretus illius precibus, vbi adfontem veni, hæc verba loquutus ſum,& dixi: *Domine deus domini mei Abraham,ſi tu proſperum facis iter quod nunc abeo:* D *Ecce ego ſto apud fontẽ aquæ, filiæ autẽ hominũ huius ciuitatis egredientur ad ferendas aquas.Et erit virgo,cui ego dixero:porrige mihi parum aquæ ex hydria tua:ſi dixerit mihi,*Et *tu bibe, & camelos tuos aquabo:ipſa erit vxor quã præparaſti ſeruo tuo Iſaac.*Et *in hoc ſciã quòd feciſti miſericordiã domino meo Abrahã.* Hęc ego quidẽ, inquit, apud memetipſum deũ rogaui,nõdũ autẽ finẽ acceperãt quę à me dicta ſunt, & cõfeſtim adimpleta ſunt. Nam priuſquã ego dicẽdi finẽ facerẽ,ecce Rebecca exiit aquam ferens in humero ſuo:dicebam autẽ ei, Da mihi potum. Et accelerans depoſuit hydriã ſuam,& dixit mihi:Bibe & tu, & camelos tuos aquabo.Et cùm viderẽ iam euidentem fieri dei ꝓuidentiã,interrogabam cuius eſſet filia. Et vt didici è quibus eſſet nata,dixi ꝙ non ad alienos veniſſem,ſed in domum Nachor fratris domini mei. Vnde ſumpta ſpe bona,appẽdi ei inaures & armillas:

A & cùm hoc placeret,adoraui dominũ,& benedixi deũ domini mei Abrahã,quia proſperum mihi iter fecit, vt aſſumerẽ filiã fratris domini mei. Verùm hæc ita à domino diſpenſata ſunt,& ad preces dñi mei ita euenerunt. Cæterùm vos ſi quam ipſi declarabitis, & facietis miſericordiã & iuſtitiã cum dño meo, annunciate mihi.Iã mihi,inquit,ſignificate, vt ſcire poſſim, quid oporteat me facere.Quòd ſi minus placet,& idipſum dicite,vt aliò iter faciã, & me conuertã vel ad dextram,vel ſiniſtrã. Poſtea quoniã deus erat qui omnia propter preces patriarchæ ſecundabat, dicunt ei pater virginis & frater: *A domino exiit verbum hoc: non poſſumus tibi contradicere vel bonum,vel malum. Ex narratione tua ſatis intelligimus,totum hoc diuina diſpẽſatione fieri. Ne igitur putes nos velle aduerſari his quæ deo probantur. Ecce habes virginẽ,tolle eam & proficiſcere,& erit vxor filio domino tuo,ſicut loquutus eſt dominus.* Vidiſti quomodo ſole- B bant olim filiis ſuis vxores ducere? Quomodo magis animæ generoſitatẽ,ꝗ opum abundantiã inquirebãt? nuſquã inſtrumẽta,nuſquã pacta, & alia ridicula quæ nunc apud nos fiunt,& verba illa quæ in literis continentur:Si abſque liberis,inquit,moritur,ſi hoc & hoc cõtingat. Verùm apud illos nihil tale,ſed maximæ & ſecuriſſimæ literę erãt virginis mores:nuſquã cymbala & choreæ. Et hoc ſcies,quando ad ſponſum virginẽ videris introduci. *Vt ergo audiuit ſeruus hæc à patre & fratre,adorauit deũ ſuper terrã.* Vide quomodo in omnibus quæ fiebant, vniuerſorum dño gratias offert.Ipſe eñ erat qui antea pręparabat omnia,& iuxta verbum patriarchę pręmittebat angelũ ante illũ,qui omnia fœliciter ordinabat.Deniq; quia certior factus de negotio bene perfecto: *Prolata,*inquit, *vaſa aurea & argẽtea,* C *& veſtem dedit Rebeccæ.* Nunc cũ fiducia miniſtrat ei, quaſi iam verbis deſponſatæ Iſaac. Honorat autẽ dominis & fratrẽ,& matrẽ:& quũ vidit negocium & mandatũ impletũ,tũc tandẽ refici ſe paſſus eſt. *Comederũt,* inquit, *& biberũt ipſe & viri qui cum eo erant, & dormiuerunt.Cùmque mane ſurrexiſſet,dixit: Emittite me: vt vadã ad dominum meum.* Quoniã omnia mihi tã fœliciter ſucceſſerunt, & nihil eſt quod reſtet,ſed vobis bene placet:dimittite me,vt abeam ad dominũ meũ. *Dixerunt autem,*inquit,*fratres & mater:Maneat nobiſcũ virgo diebus quaſi decem,& poſt hæc abibitis. Ille autem dixit ad eos: Ne me detineatis,etenim dominus proſperũ fecit iter meũ:dimittite me,vt abeam ad dominũ meũ.*Quare,inquit,differtis,quũ deus tantã facilitatẽ mihi in omnib⁹ dederit? Dimittite me,vt abeã ad dñm meum. *Illi autẽ dixerunt:Vocabimus puellã, & interrogabimus eã. Et vocauerunt eam,dixe-* D *rúntque ei:Ibis cum homine?Illa autẽ dixit,Ibo.* Et *dimiſerunt Rebeccã ſororẽ ſuã,& ſubſtantias eius, & ſeruum Abraham, & eos qui cum eo erant.*Et *benedixerunt,*inquit,*Rebeccã, & dixerunt ei: Soror noſtra es,fias in mille decem milium,& hæreditate poſſideat ſemen tuum portas inimicorum.* Vide quomodo & illi ignorantes virgini quæ futura ſunt,dixerũt:deo mentẽ eorum ad hoc dirigente & incitante. Vtraque eñ ei prædicta ſunt, tum ꝙ in mille myriades fieret, tum ꝙ ſemen eius hæreditate poſſeſſurum eſſet portas inimicorũ. Vidiſti per omnia euidentem dei prouidentiam relucere, quomodo per infideles futura vt prædicantur, diſpenſat omnium dominus? *Cùm ſurrexiſſent autem Rebecca & ancillæ eius,aſcenderũt ſuper camelos.* Vidiſti qualem ſponſam ducat patriarcha? aquantẽ,& hydriã ſuper humeros ferentem, & nunc iterũ aſcẽdentem ſuper camelos.Nuſquam mulæ argento fulgentibus ceruicibus, neque famulorũ turba, neque

neque magna mollities,quæ hũc fieri ſolet:ſed tãtum erat priſcarum mulierum robur,vt & in camelos ſuos aſcenderent, & ſic iter facerent.*Et profectæ ſunt,*inquit, *cum homine. Iſaac autẽ egreſſus erat vt meditaretur in agro ad crepuſculũ:& ibi eleuatis oculis,vidit camelos veniẽtes. Rebecca autem vt vidit Iſaac,deſiliit à camelo,& dixit ſeruo: Quis eſt homo ille qui vadit in campo nobis obuiam?* Vide puellæ generoſitatẽ,poſtquã vidit Iſaac, quærebat quis eſſet.Et vbi didicit ꝙ ipſe eſſet ſponſus, velauit ſe theriſtro:& veniens ſeruus omnia clarè annũciauit Iſaac. Hîc cõſidera oro, quomodo nuſquã ſuperflua illa & inutilia, nuſquã diabolica pompa, nuſquã cymbala, & tibiæ, & choreæ,& ſatanica illa conuiuia, & ſcõmata omni obſcœnitate plena,ſed omnis honeſtas, omnis ſapiẽtia,omnis mititas. *Intrauit autẽ Iſaac,*inquit,*in domũ matris ſuæ,& accepit Rebeccam:& fuit ei vxor,& dilexit eã,& conſolationẽ accepit Iſaac ſuper Sarra matre ſua.* Hãc imitẽtur mulieres,hũc æmulẽtur viri. Sic ſpõſas ducere curent. Quare eñ,dic oro,ſtatim ab initio ſordibus impleri ſinis puellæ aures, tam turpibus cantilenis, tam intẽpeſtiua illa pompa?neſcis quomodo adoleſcentia per ſe in malum propenſa?Cur honeſta nuptiarũ myſteria inuulgas? oportebat omnia hæc depellere, & verecundiã principiò docere puellã,& ſacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiã coniugij conſtringere:vt amor ſponſi augeatur, & puellæ continentia creſcat, & omnia quæ fiunt eò ſpectẽt,vt virtutis opera ingrediãtur in domũ illam, tollantúrq; è medio omnes diaboli inſidiæ:& ipſi fauore dei vniti,iucundè vitam perficiant: quo nobis omnibus frui detur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui cũ patre & ſpiritu ſancto ſit gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Hæ autem ſunt generationes Iſaac filij Abraham.

Homilia XLIX.

ITerum vos ad conſuetã menſam ducere volo,& ex verbis Moſis conuiuium proponere, imò ex verbis ſancti ſpiritus. Neque enim à ſeipſo hæc nobis expoſuit, ſed ſpiritu ſancto afflatus. Videamus igitur,quid & hodie nos docere velit. Neque eñ ſimpliciter,neque inuanum vitas ſanctorũ exponit: ſed vt imitemur eorũ virtutẽ, & imitatores ſimus bonorum operum quæ illi fecerunt. Nam poſtquã nobis diligenter narrauit ea quæ ad ſanctum patriarcham Abrahã attinẽt,& docuit poſtremum illius certamen in immolatione filij, quod & ſi non opere, voluntate tamen perfecit,finẽmq; impoſuit narrationibus illis:nunc exponit nobis quæ ad Iſaac occiſum
Heb. 11. d & nõ occiſum pertinent,factũ enim ænigmati ſimile eſt. Audi enim Paulum dicentem: Fide obtulit Iſaac, cùm tentaretur:& vnigenitũ obtulit, in quo promiſſiones acceperat. Deinde vt diſcamus quomodo fide hæc omnia acta ſunt,& diuerſa vidèns ꝓmiſſioni quę iubebatur facere,non perturbabatur:ſubiicit vnde illũ & in parabola & typo reduxit. Quid eſt,& in parabola reduxit?Nã poſtquã eum in ſacrificiũ obtulit, & mentẽ perfectã declarauit, ipſe corona redimitus eſt, & accepto puero rediit,& ſacrificiũ per ouem impletum eſt.Et oſtendit per omnia vniuerſi conditor ſuæ miſericordiæ excellentiã:& ꝙ hoc imperando nõ occidi Iſaac,ſed iuſti exercere obediẽtiam voluerit.Cæterùm ſicut vidimus patriarchę virtutem in omnibus relucentem: age,& quæ de Iſaac dicta ſunt hodie in mediũ afferẽtes,videamus quomodo & ipſe piam & religioſam mentem in omnibus prętulerit.Dignũ au-

A tem eſt,vt ipſa ſcripturæ verba audiamus. *Hæ autẽ ſunt,* inquit, *generationes Iſaac filij Abrahæ. Abrahã genuit Iſaac. Iſaac autẽ erat annorũ quadraginta,quando accepit Rebeccam filiã Bathuelis Syri ex Meſopotamia, ſororem Laban Syri, ſibi in vxorem.* Cõſidera obſecro dilecte, diuinæ ſcripturæ diligentiã,quomodo nihil ſuperuacuè ponat. Quare nobis tẽpus Iſaac ponit, & dicit:Erat autẽ Iſaac quadraginta annorũ quando accepit Rebeccã?Non abſque cauſa,neq; temerè:ſed quia nobis poſtea Rebeccæ ſterilitatẽ narraturus erat,& ꝙ ex precatione iuſti ꝓcreatio prolis illi conceſſa ſit. Vult autẽ docere nos magnitudinẽ patientiæ Iſaac, & clarè indicare quanto tempore liberis caruerit:vt & nos ęmulantes iuſtũ, aſſidui ſimus in diuinis precibus, ſi quando aliquid à deo petierimus. Si eñ iuſtus ille ita virtute præditus, & tantam apud deũ gratiã habens, tantã præ ſe tulit B conſtantiã & ſtudiũ,continuò deũ orando, ita vt ſolueretur Rebeccæ ſterilitas:quid dicemus nos, qui tãtis peccatorũ oneribus premimur, & neque minimã virtutis iuſti partem oſtendimus: ſed et ſi paruo tẽpore ſtudiũ aliquod & diligentiã exhibuerim⁹, torpeſcimus, & reſilimus,niſi ſtatim exaudiamur? Propterea oro,vt ex his quæ iuſto illi euenerunt eruditi,nunquã ceſſemus orare deum,vt ignoſcat nobis peccata, feruénſq; & æſtuans deſiderium oſtendamus: & non ægręferamus,neque ſegniores fiamus,ſi non ſtatim audiamur. Fortaſſis enim dominus continuã noſtrã ſedulitatẽ ſapienter exercens ita differt,volens vt mercedem quoque patiẽtiæ recipiamus.& quia ipſe tempus ſcit quando nobis vtile eſt aſſequi quod quęrim⁹. Neque eñ nos ita ſcimus quid nobis vtile,vt ipſe euidenter nouit, qui etiã abſcondita mentis noſtræ co- C gnoſcit. Proinde par eſt,vt nihil curioſius quæramus, vel incuſemus in his quę à deo fiunt:ſed grati ſimus,& admiremur iuſtorũ virtutes. Nã poſtquã dixit nobis diuina ſcriptura,quot annorũ fuerit Iſaac: dicit & de Rebecca vxore eius, quòd ſterilis fuerit. Vide obſecro, iuſti religioſam mentẽ. Quoniã enim vidit naturam claudicantem, ad naturæ conditorem confugit, & vincula naturæ precibus ſoluere feſtinauit. *Deprecatus enim eſt,* inquit, *Iſaac ſuper Rebecca vxore ſua, quia ſterilis erat.* Vnum hoc in primis operæprecium vt quæramus:Quare,cùm & ipſa & vir eius vitæ fuerint eximiæ,& ambo continentiæ ſtudioſi,ſterilis fuit?Nõ poſſum carperę eorũ vitã,& dicere ꝙ ſterilitatẽ illam peccata fuerint operata. Et vt diſcas rem miram,quia nõ ſolum ipſa ſterilis fuit,ſed & mater iuſti Sarra: neque mater eius ſola,ſed & nurus, Rachel vxor Iacob. D Quid ſibi vult ille ſteriliũ chorus?omnes iuſti, omnes virtute præditi, omnes à deo teſtimoniũ habentes.
Nam de ipſis dicebat: Ego ſum deus Abraham, deus Exod. 3.
Iſaac,deus Iacob.Beatus autẽ Paulus: Ideo non con- Heb. 12. d
funditur deus vt inuocetur eorũ deus. Multæ ipſorum laudes in nouo,multę in veteri,vndique clari & nobiles,& omnes ſteriles habuerunt vxores,multóq; tempore caruerunt liberis. Quando igitur videris virũ & mulierẽ virtuti deditos,carerẽque pueris: quando videris pios & religionis ſtudioſos nõ habere liberos, ne tribuas hoc peccatis. Multi enim diuinæ diſpenſationis ſermones nobis ſunt arcani.Et ꝓ omnibus gratias agere oportet, & ſolos illos miſeros dicere, qui in peccato viuũt,nõ eos quib⁹ filij deſunt. Quippe ſępenumero multa deus vtiliter diſpenſat, quorũ nos cauſam neſcimus. Eapropter vndequaque ſapientiam eius admirari oportet,ac glorificare ineffabilẽ miſericordiam.

Universidad de Deusto Biblioteca

ricordiā.Sed hæc quidem ad vtilitatem veſtrā dicta ſunt,ideo vt multā gratitudinē exhibeatis, neque de diſpenſatione diuina curioſè rogetis.Dicamus tamen & cauſam,ꝓpter quā mulieres illę ſteriles fuere.Quęnam igitur eſt cauſa? Vt cùm videris virginē noſtrū dominū parientem,ne ſis incredulus. Exerce eñ hîc tuos ſenſus, inquit, in vulua ſteriliū, vt cum didiceris ligatam & emortuā vuluā diuina virtute ad procreationem aperiri, inde copioſis argumentis acceptis,nō admireris audiēs ꝙ virgo pepererit: imò admirare & obſtupeſce, ſed ne ſis incredulus miraculo. Quando igitur tibi dicit Iudæus, quomodo peperit virgo? dic ei: Quomodo peperit ſterilis & vetula? Duo impedimēta tunc erant,& ætas intēpeſtiua,& natura vitiata: in virgine autē vnū impedimentū fuit, ꝙ nō eſſet particeps concubitus. Sterilitas igitur iam viā parat virginitati.Et vt ſcias ꝙ ꝓpter hoc ſteriles prius fuerunt, vt credatur virginitatis partus: audi verba Gabrielis,
Luc.1.c quæ ad virginē dixit.Poſtquā eñ venit,& dixit: Cōcipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomen eius Ieſum:obſtupefacta eſt & admirata,ac dixit:Quomodo erit mihi iſtud,quia virū non cognoſco? Quid igitur angelus? Spiritusſanct⁹ ſuperueniet ſuper te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ne quæras, inquit, naturæ modū & ordinē, quando ſuper naturā ſunt quæ fiunt. Ne ſpectes coniugij dolores, quando maior q̃ in nuptiis natiuitatis modus erit. Et quomodo fiet iſtud,inquit,quoniā virum non cognoſco? Sane propter hoc erit,quoniā virū non cognoſceis. Nam ſi cognoſceres virū,non fuiſſes habita digna vt huic miniſterio ſeruires.Itaque quamobrē dubitas,eam ob rem crede:non quia malū nuptiæ,ſed quia melior virginitas. Hunc autem ingreſſum noſtri omniū dñi digniorem eſſe oportet,q̃ noſtrū. Regius eñ fuit introitus. Oportebat autem & partim cū noſtra natiuitate communicare,& partim alienum eſſe:& vtraque hæc fuerunt.Et quomodo? audi. Nam de vtero prodire, cōmune habet nobiſcum: abſque nuptiali autem congreſſu naſci,ſupra noſtrā eſt natiuitatē. Naturale eſt, conceptum fieri in vtero: ſupra naturam humanā eſt, abſque cōmixtione eſſe prægnantē.Et ꝓpterea vtraque,vt & excellentiā, & cōmunionem quam habet tecum, diſcas. Conſidera autē quanta ſapientia hæc facta ſint,neque eminentia obfuit aſſimilationi & affinitati ſuę nobiſcū:neq; noſtra affinitas & ſimilitudo, eius obſcurauit excellentiā:ſed operibus vtraq; oſtēſa ſunt:& alia perfectè habuit nobiſcum:alia nō habuit, ſed ab eis totus liber fuit. Verùm,vt dixi,propter hoc ſteriles fuerunt iſtæ,vt credatur†virginitatis partus,vt ipſę nos manuducāt]ad fidem ꝓmiſſionis. Audi enim quid dicit angelus dei: Spiritus ſanctns veniet ſuper te,& virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Sic, inquit, poteris parere. Totum enim operatione ſpiritus erit.Ne igitur ſpectes ad terram,è cœlis operatio venit.Spiritus gratiæ eſt quod fit,ne quęras naturæ modum, ne iuxta nuptiarum leges intelligas.Verū, quoniam maiora ſunt verba hęc quàm vt illa caperet,vult & aliam ei præbere demonſtrationē.Tu autem,obſecro, attēde quomodo ſterilis iſtam manuducat ad fidem partus.Quoniam prior demonſtratio maior erat cogitatione virginis,audi quomodo & humiliorē ſermonē affert,perſenſibilia ipſam manuducēs.Et ecce,inquit, Elizabeth cognata tua & ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua:& hic menſis ſextus eſt ei quæ vocatur ſterilis. Vides ꝙ ſterilis propter virginem? Quoniā cuius gra-

† virginis partus, vt ipſa inducatur]

Ibidem.

A tia alioqui retuliſſet partū cognatę,cuius itē gratia dixiſſet quæ vocatur ſterilis?Planè per omnia manuducebat eam ad credendum annūciationi: propterea & tēpus dixit,& naturæ ſterilitatē: ꝓpterea & tēpus diſtulit conceptionis.Non eñ ſtatim à principio ei annunciatū eſt,ſed præterito tempore ſemeſtri, vt vteri ſarcina conceptionē doceat. Et vide quanta Gabriel vtitur ſolertia. Non eñ in memoriā ei reducit vel Saram,vel Rebeccam,vel Rachelem. Quare, & quā ob cauſam?Et hæ fuerūt ſteriles,& vetulæ, & magnū miraculū fuit:ſed quia erāt antiquæ narrationes, adducit eam ad hoc quod nuper contigerat,vt mentē eius ad credendū ꝓuocaret. Sed neceſſariū eſt vt ad inſtitutū ſermonem redeamus, & ſignificemus iuſti virtutem, quomodo precibus ſterilitatē Rebeccæ ſoluit,& vincula naturæ ſuperauit. *Deprecabatur autem, dicit, pro Rebecca vxore ſua, quoniam ſterilis erat, & exaudiuit eum*
B *deus.* Nō quia mox ita ſubditur & ſcriptum eſt,putes è veſtigio & protinus aſſequutum eſſe quod optabat & quærebat. Nā viginti annis perſeuerauit orans & deprecans deum, & tunc tandē aſſequutus eſt quod deſiderabat.Et vnde ſciemus hoc? Si diligēter ingredimur ad ea,quæ in diuina ſcriptura continentur. Non eñ tēpus à nobis abſconditū eſt, ſed ſignauit quidē, latenter tamen,ita vt prouocet deſideriū noſtrū, & ad dignam inquiſitionem incitet. Nā ſicut docuit nos annorū numerū quot habuerit quando Rebeccā duxit,ita & hoc nobis manifeſtū fecit. *Erat enim,* inquit, *annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuelis Syri.* Didiciſti diligenter tempus? deinde poſt quā dixit:Deprecatus eſt Iſaac ꝓ vxore ſua, quia ſterilis fuit:vt diſcam⁹ annorū numerū, aſſignauit nobis
C quot annorū fuerit Iſaac, quando nati ſunt ei filij de Rebecca. *Erat autem Iſaac,* inquit, *annorū ſexaginta, quādo peperit Rebecca.* Si igitur quadraginta annorum erat quando duxit,ſexaginta autē quādo peperit vxor:manifeſtū ꝙ annis viginti perſeuerauit orans deū, & vterum Rebeccę inutilem generationi, idoneū fecit.Vidiſti orationis vim,ꝙ & naturā ſuperet.Hunc omnes imitemur,& ita in precib⁹ ſimus aſſidui, & anima ſobrij, & humiliata mēte:audiamúſq; Paulū admonentē & dicentem: Leuātes ſanctas manus abſq; ira & diſceptationib⁹,& ſtudeam⁹ ſemper liberari à perturbatione,vt mēs ſit in trāquillo,maximè autē precū tēpore,quādo multa nobis op⁹ eſt à deo miſericordia. Nā ſi nos viderit operari iuxta leges quas ipſe dedit, ſtatī nobis donorum ſuorū largitatē liberaliter concedet, Quod nobis aſſequi liceat,gratia & miſericordia dñi
D noſtri Ieſu Chriſti,cū quo patri ſit gloria ſimul & ſancto ſpiritui,nūc & ſemper,& in ſecula ſeculorū,Amē.

1.Tim.2.b

Concepit autem Rebecca:& colludebant paruuli in ea.

Homilia L.

VVltis etiam hodie apponamus charitati veſtræ ea quę in lectione heſterna relicta ſunt? Ad finem enim perducere totū argumentū nequiuimus,ſed oſtendimus quòd per ſuas continentes preces Iſaac valuerit Rebeccæ vuluam filiorum generationi reddere idoneā, naturámque ipſam inutilem factam(vt ita dicam)reparare.Hæc omnia heri ſatis vos docuimus,monſtrantes annorum numerum, quibus,vt hoc impetraret beatus ille, orans & deprecans permanſit:& in ſermonē de ſterilibus egreſſi, dicta vobis cauſa propter quam iuſtorū vxores ſteriles fuere,ſermonē miſſum fecimus. Operæpreciū autem vt & hodie diſcatis Rebeccæ religioſam mentem, vt non

non ſolum lucrū nobis à virtute iuſti accedat, ſed ex hiſtoria quæ de Rebecca nunciatur,ad æmulationem ꝓuocare poſſimus auditores. *Poſtquā enim deus exaudiuit orationē iuſti,& vterū geſſit Rebecca,colludebant,* inquit, *pueri in ea,& magno eā dolore affecerunt.Dixit enim,* inquit, *ſi ſic mihi futurum,cur mihi hoc?* Neque eñ vnus erat naſcēdus,ſed duos ſimul in vtero pueros geſtabat, & ex anguſtia multū cruciatū ſentiebat. Sed vide obſecro, hîc mulieris pietatem & religionem.Non eñ fecit ſicut mulieres multæ,quæ negligenter viuūt,facere cōſueuerunt.Non ad humanū confugit ſubſidiū,non ad eos qui talia ſuis coniecturis, ſuæq; rationis obſeruationibus iudicare volunt:neq; ſe expoſuit deceptioni curioſorū,& eorū qui polliceri audēt quę ſupra humanā ſunt naturā:ſed abiit,inquit,vt conſuleret dominū. Vide mulieris ſagacitatē, quoniā vidit ꝙ is qui vuluā eius reſerarat,is naturæ eſſet dominus, & infœcundū ventrem repentè ita fœcundū effeciſſet: vt videbat vteri ſarcinam magna quædā promittentem, *Perrexit,* inquit, *vt conſuleret dominū.* Quid eſt, perrexit vt conſuleret dominū? Cucurrit ad verā ſcientiā, & feſtinauit ad ſacerdotē dei miniſtrum, per quem latentium ſcientiam volebat diſcere:& enarrans omnia quę ſibi cōtigerant, didicit diligēter omnia,miſericorde deo per ſacerdotis linguā detegente ei omnia manifeſtè, & alacriorem eam reddente. Et vide quanta & tunc erat ſacerdotū dignitas.Nuſquā enim dicit, ꝙ ſacerdos ei reſpōderit,ſed poſtquā dixit, Abiit vt conſule-
Mala.2.b ret dominū:ſubiecit,& dixit dominus ei,nēpe per ſacerdotē:Duæ gentes in vtero tuo. Etenim & alio loco angelū vocat ſacerdotē diuina ſcriptura,monſtrās ꝙ illa loquatur quæ inſpirat ac ſuggerit ſpiritus gratia.Dixit igitur dominus ei: *Duæ gentes in vtero tuo ſunt, & duo populi in ventre tuo diuidentur, & populus populo præſtabit,& maior ſeruiet minori.* Vide ꝙ vaticiniū prædicit ei omnia futura.Salientes eñ pueri in vtero, & incōpoſitis geſtibus ſe mouentes,iam omnia liquidò prædicebant. Et nunc didicit mulier ꝙ non duos ſolum pareret pueros,ſed quòd illi in gentes ꝓpagandi ſint, & ꝙ minor maiori dominabitur. *Et quando poſtea appropiauit tempus pariendi:exiit,* inquit, *primus rufus quaſi pellis hiſpidus. Agnominauit autem nomen eius Eſau. Et poſtea exiit frater eius,& manus eius comprehendit calcaneum Eſau. Et vocauit nomen eius Iacob.* Quaſi iam & ab initio mōſtret deus†quod prędicebatur.]Maior ſeruiet minori: dicit eñ,Tenebat manu calcaneū Eſau: id quod erat ſignum defatigantis eum qui fortis videbatur. Et cōſidera diuinam ſcripturam,quomodo propter ea quę poſtea futura,iam prædicit: & ab initio monſtrat nobis vtriuſque ſtudium:& ꝙ ille quidē venationi deditus,hic verò*ruſticus erat homo futurus. *Simplex erat,* inquit, *domum inhabitans,propterea Rebecca diligebat Iacob, Iſaac autem Eſau:quoniam venatio eius,* inquit, *cibus erat illi.* Vide quomodo pueros diſtribuit. Et mater quidem erga Iacob maiorem declarabat beneuolentiā, eo ꝙ ſimplicem videbat,& domi verſantem: pater autem diligebat Eſau, tum ꝙ primogenitus eſſet, tum quòd venatione eius veſcebatur. Hæc quidem illi faciebāt naturalem dilectionem ſequentes, vaticinium autem paulatim implebatur, dicens: Maior ſeruiet minori. Vide enim ſtatim. *Coxit,* inquit, *Iacob coctionem: Venit autem Eſau ex cāpo deficiens.Et dixit Eſau ad Iacob: Da mihi guſtare de edulio hoc rufo,quia deficio:propterea vocatū eſt nomen eius Edom. Et dixit Iacob,**Da mihi hodie primogenita tua.Ille autē dixit:Quid mihi hiſce opus,cùm mors iā me inua-*

†quòd ſuperior eſſet futurus, iuxta id quod dictum eſt.]

**ἄγροικος, ruſtic⁹, agreſtis, agricola,*

Alij tamen hanc etiā dictionē ad Eſau referūt

**ἀπόδου, i. vende*

A *dat,niſi accepero cibū? Alius autē iuramentū exigebat, vt ſtabilis ei fieret illa conceſſio. Et iurauit,* inquit, *Eſau.* Ecce nūc hîc inuerſus eſt ordo,& primogenituræ dignitas trāſiit ad eū q̃ virtute animi pręfulgebat.†*Et dedit,* inquit, *Eſau primogenita.* Hoc eſt,vendidit cibi gratia dignitatē natura ſibi datā,ideo & ſubdidit. *Et paruipēdit Eſau primogenita.* Quaſi diceret:Ingratus erat ac indign⁹ ea quā ſibi natura dederat,dignitate. Hoc autē totū factū eſt,vt illius demōſtraretur ingratitudo, & dei oraculū adimpleretur. Hęc audientes, diſcamus nunquā negligere dona à deo nobis data, neque perdere magna propter parua & vilia. Quare eñ,dic mihi, ꝓpoſito regno cœlorū,boniſq; illis ineffabilibus,ita in diuitiarū cupiditatē inſanimus,& momentanea, & quæ ſæpe non vſq; ad veſperam permanēt,perpetuis ſempérq; duraturis præferimus?Et quid hac amentia deterius eſſe poſſit? quādo & illis priuamur ob nimium
B in iſta amorē,& nunquā his frui purè poſſumus? Quæ eñ vtilitas magnarū facultatū? An neſcitis ꝙ acceſſio multarū pecuniarū nihil aliud nobis affert, q̃ curarū incrementa,occupationes mentis,& vigiliā? Non videtis quòd hi omniū potiſſimū ſerui ſunt, quibus plura affluūt:& quotidie vmbras ipſas timent?Inde enim naſcuntur inſidiæ, inuidentia, odium graue, & innumera alia mala. Et ſæpe vides eum qui habet decem millia talenta auri recondita, beatum vocare eū qui in officina operatur, & ex labore manuū cibū acquirit.Qualis igitur voluptas,& quale lucrū, quando neque his fruimur,& ꝓpter hanc concupiſcentiā etiam maioribus priuamur?Quid autē dico maioribus,cum poſt mala quæ hîc nos apprehendunt, & à bonis quæ alibi ſunt excidimus,& ad gehennā ipſam mittimur? Et nondū dico innumera peccata quæ hîc colligun-
C tur,dolos,calumnias,rapinas & fraudes: verum etiāſi quis ab omnibus illis liber (id quod perquā difficile & rarum) opibus abundat, & ipſe ſolus eis vtitur, & his qui opus habēt non cōmunicat,gehennę ignē expectabit.Quod nos docet manifeſtè parabola in Euāgelio poſita, ſtatuens alios à dextris,alios verò à ſiniſtris:illis quidem pręparatū eſſe regnū cœlorū ob curam egenis impēſam.Dicit eñ:Venite benedicti pa- *Mat.25.c*
tris mei,in hęreditatē accipite pręparatū vobis regnū ab originę mundi.Quare & qua de cauſa?Eſuriui eñ, & dediſtis mihi vt comederē. His vero,ignē æternū: dicit enim: Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, qui præparatus eſt diabolo & miniſtris eius.Magnum verbi pondus,omnium dñs conditor & ſuppeditator dicit:Eſuriui,& non dediſtis mihi vt comederē. Cuius animā non mordebunt hæc verba, etiamſi lapi-
D dea ſit? Dominus tuus eſuriens obambulat, & tu es in deliciis: neq; hoc ſolū, ſed in deliciis ipſum deſpicis?tametſi non multum ſit quod à te petit: nam panē ſolū,quo famē poſſit ſubleuare. Et ipſe quidē frigore rigeſcens obambulat,tu autē ſericis indutus,ne reſpicis quidē,nullā cōpaſſionem præ te fers, ſed immiſericorditer præteris.Et qua venia ſunt hæc digna? Ne igitur ſit hoc ſtudiū noſtrum, vt multas quibuſuis artibus opes conquiramus:ſed illud cōſideremus, quomodo & hæc bene diſponamus,& egenis cōſulamus: &ne ab illis excidamus quæ ſemper manent, & quæ nullam admittunt viciſſitudinē ac mutationem.Quocirca diem mortis noſtræ incertum eſſe voluit dominus, vt nos præpararet cōtinua ſobrietate & vigilantia:& ita magis ad virtutum ſtudium nos prouocaret. *Mar.13.d*
Dicit eñ: Vigilate, quia neſcitis neque diem, neque *et Lu.21.g*
horam.

†Et vēdidit,

Universidad de Deusto Biblioteca

horā. Atqui nos planè diuerſum operamur, & dormimus ſomnū grauiorē q̃ ſit naturalis ille. Nam qui naturali ſomno quieſcit, nec bonū nec malū operat̃, nos autem alium ſomnum dormimus, dormientes in virtutibus, vigilantes in vitiis: ſtrenui in malis, deſides in bonis: ídque facimus videntes quotidie multos hinc ad iudicē abduci: magnas autē aliorū eſſe viciſſitudines, & neque tanta rerū mutatio ad virtutis amorem nos adducit, neque diſponit vt diſpiciamus præſentia, & deſideremus futura, præferamus ſomniis & vmbræ veritatē. Non enim differunt præſentia ab vmbris & ſomniis. Proinde ne decipiamus noſmetipſos, ne ſectemur vmbras: ſed vel tardè aliquando ſalutis noſtrę curā habeamus, & opes indigis euacuemus, vt pro illis remunerationem à miſericordi deo accipere mereamur æternam: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cū quo patri & ſpiritui ſancto ſit gloria, imperiū, honor, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Facta eſt autem fames ſuper terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham.

Homillia LI.

ITerum ex heſterna lectione doctrinam vobis afferā, & vt liquidò ſciatis vbi heri ſermonem miſſum fecerimus, & vnde hodie reſumēdus ſit, ea quæ ſuprà dicta ſunt, veſtræ charitati in memoriā referre operępreciū fuerit. Fortaſſis enim vos, quia multis curis diſtrahimini, eorū obliti eſtis, & meū eſt vt in memoriā vobis reducā ea, quò fiat manifeſtior ſermo hodie dicendus. Scitis eñ, ꝙ nuper Rebeccæ pietatem enarrantes, inde ad Eſau & Iacob deuenimus: & reliquimus vbi primogenita Eſau, vt cibum *† vēdidit,* haberet, Iacob † dedit, & propter cibi cupiditatem ſemetipſum ſuo honore priuauit. Hoc autē non temerè *Mala. 1.a* factum, ſed vt prophetia compleretur, quæ dicit: Iacob dilexi, Eſau autē odio habui. Nam cùm deus futurorum ſit præſcius, prædixit & illius virtutē, & huius mentis malitiam. Quænam autem ſunt illæ primogenituræ? Igitur, quia tunc tēpus non permittebat charitati veſtrę dicere, nūc neceſſe eſt vt doceā. Apud veteres ſūmus honor erat primogeniturę: † & ꝙ ita ſit, hoc argumēto collige.] *† hinc autē honoris cauſam habuit,* Cùm deus Iſraëlitarū gentē ex Aegypto liberare, & iuxta promiſſionē patriarchę factā, à tyrannide Pharaonis aſſerere vellet, obluctāte & detinere volēte tunc Aegyptio: poſt varias plagas etiā hanc poſtremā eis intulit, quaſi faciens vt Aegy- *Exo. 12.d* ptij ſuis manibus extruderēt Iſraëlitarū genus. Nam ſimul omnia Aegyptiorū primogenita occidi iuſſit: vidiſſéſque in ſingulis domibꝰ eiulatus & lachrymas. Neque ſic putabant finiri plagā, ſed illinc etiā expectabant vt mors quà cœperat pergens, ad omnes perueniret. Itaq; quia in Aegypto vna omniū primogenitorū mors fuit, Iſraëlitę autē, diuina freti gratia, illęſi permanſerunt: mōſtrabátq; etiā per hoc omniū deus ſuam erga illos beneuolentiā: imperauit in poſterum vt propter interfectionem primogenitorū Aegypti, *Exo. 13.a. b. et 22. d Leui. 27.c Num. 3. b et 8.c. etc.* primogeniti Iudęorum pueri ſibi offerrentur. Hinc & tribus Leui in ſanctū miniſteriū ſegregata eſt, & ex illo non ſolum primogenita hominū oblata ſunt deo, ſed & brutorū, & in vniuerſum omnium. Et præceptum erat, pro hominibus & brutis & immundis animalibus precium dependi. Quanuis autē legiſlatio hæc de primogenitis poſterior fuerit: attamen iam ſuprà & olim videbantur aliquod habere priuilegiū, qui vuluā matris primū adaperiebant. Hanc igitur dignitatem, quam à natura habebat Eſau, propter intemperantiā ſuam tranſtulit in fratrē. Et ille quidē perdidit quod à natura habebat: hic autē & quod non habebat à natura, accepit. Et quia hæc antea oraculo ꝓmiſſa erāt, ideo & Rebecca appellatione ei indita, Iacob eū vocauit: quod ſcilicet ſupplantationē interpretari potes, ſicut & Eſau poſt patris benedictiones eiulans dicebat, *Gen. 27.f* Rectè vocatū eſt nomen eius Iacob: ſupplantauit enim me iam ſecundo, & primogenita mea accepit, & nunc tulit benedictionem meā. Vide quantus erat priſcorum intellectus, vel potius, quanta fuerit dei ſapientia, qui effecerit, vt & mulieres natis nomina non *Nominū propriorū impoſitio.* temerè nec fortuitò imponerent, ſed appellarēt filios iuxta futurorū prędictionē. Et raró inuenies eodē quo patres nomine appellari filios, vel fortè nuſquam: ſed ſiue mater, ſiue pater nomen filio impoſiturus erat, rarum quoddā & nouū imponebat, vt per illud aliqua futura præſignificaret. Ita & Lamech filium vocauit Noë, dicens: Hic nos requieſcere faciet. Ita ſi ſingula nomina ſcruteris, omnino in omnibus inuenies aliquid inſinuari: non ſicut nunc faciunt qui ſimpliciter, & vt fortè euenit, à parentibus agnominare ſolēt: ſed omnino illuc ſpectabāt, vt perpetuā memoriā per appellationē illā filiis inderent. Cæterū videamus nunc poſt primogenitorū permutationem, quid iterū nobis narret beatus Moſes de patre illorum, & quomodo ſicut de patriarcha dictū eſt, ita & de hoc legimus, ꝙ fame ingruente multā dei curam ſenſerit, tum propter promiſſionem patriarchæ factā, tum ꝓpter virtutē propriam. *Facta eſt autem fames ſuper terram, præter famem priorem quæ fuerat tempore Abraham:* Vt ne putes de illa fame eū dicere, ꝓpterea ſubdidit: præter famem quæ erat tempore patriarchæ, quaſi diceret, alia ſimilis nunc iterū fames venit ſuper terram tēpore Iſaac, qualis erat tempore patris illius. Et quia neceſſariorū raritas omnes in ſummā anguſtiam cōcludebat: è ſuis migrare, & ad illa loca trāſire anhelabat, vbi rerū neceſſariarū copiā inueniret. Vnde cùm iuſtꝰ ille famē videret, *Profectus eſt,* inquit, *ad Abimelech in Gerara: eò enim & Abraham poſt reditum ſuum ex Aegypto venerat.* Veriſimile autē & hunc ꝓpterea illuc abiiſſe, quòd inde in Aegyptum contendere vellet: & quòd hoc ita ſit, audi ſcripturā dicentē: *Viſus eſt enim ei,* inquit, *deus, & dixit: Ne deſcendas in Aegyptum.* Nolo te, inquit, longam illam viam proficiſci, ſed hîc manere volo. Neq; permitto vt anguſtiā experiaris, ſed ꝓmiſſionē patri tuo factā implebo, & quæ illi ꝓmiſſa ſunt, in te euenient: & tu promiſſionū, quæ illi factæ ſunt, impletionē accipies. *Ne deſcēdas in Aegyptū, habita autē in terra quā tibi dixero, & peregrinus eſto in terra hac.* Deinde, vt ne putet iuſtus, ꝙ hoc imperet quaſi volens eū famis anguſtiam experiri, & non permittere ei tranſitum in Aegyptum, inquit, *Ne ſis anxius, neque curam habe: ſed hic mane, ego enim ero tecum.* Igitur cùm ſuppeditatorē bonorū omnium habeas, ne ſis ſolicitus: ego enim dominus omnium ero tecū. Et præterea benedicam te, hoc eſt glorioſum te faciam, & benedictionem meam præbebo. Quid hoc iuſto beatius, qui talem promiſſionem à deo accepit? *Quia ero tecum, & benedicam te.* Hoc te declarabit omnibus fœliciorē, hoc te affluentem rebus omnibus faciet, hæc eſt ſumma gloria, hæc eſt vera ſecuritas, hæc eſt ſumma & caput bonorū: quia ego tecū ſum. Et benedicam te. Quomodo autem benedicam? *Tibi & ſemini tuo dabo omnem terram hanc.* Tu videris in hac regione verſari quaſi hoſpes

hoſpes & vagus: ſcias autē ꝙ tibi & ſemini tuo dabitur omnis terra. Et vt bene confidas, diſce ꝙ iuramentū *† iſtud ſtatuam.* illud, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo, † tecū ſtatuam.] Vide quomodo ſermonem ſuum deus iterum attemperat noſtræ infirmitati. Non dixit ſimpliciter, pacta quæ feci cū patre tuo: neque, ꝓmiſſiones quas ꝓmiſi, ſed quid? Iuramentū quod iurās iuraui, † ipſum *† iureiurādo ipſum cōfirmaui* complebo, & tecum ſtatuā:] & teneor, vt opere perficiam quod iuraui. Vides dei miſericordiā? non ad ꝓpriam dignitatē reſpiciens loquitur, ſed ad noſtram condeſcendens infirmitatē. Nam quia homines (ferè ſemper) illa opere perficere ſtudēt, non quæ ſimpliciter promiſerunt alicui, ſed quæ cum iuramento promiſerunt: ſimili modo & deus iuſto plenā fidē faciēs, ꝙ omnino fiēt quæ à ſe dicta ſunt: dicit, Scias ea quæ à me iuramento firmata ſunt, opere implenda. Quid igitur? Deus iurauit, inquit. Et per quē iurare potuit? Vides, ꝙ hoc erat ſuę humiliationis: firmationē ꝓmiſſionis vocauit iuramentū. *Et ſtatuam,* inquit, *iuramentū meū, quod iurans iuraui Abrahæ patri tuo.* Deinde docet eū quę ſunt illa quæ ꝓmiſit, & de quibꝰ ei iurauit. *Et multiplicabo ſemen tuū ſicut ſtellas cœli.* Hoc & patriarchæ in principio dicebat: Tantū erit ſemen tuū, vt & ſtellis & arenæ adæquetur. *Et dabo,* inquit, *ſemini tuo omnem terrā iſtam, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. Propterea promiſſiones quæ illi factæ ſunt, in te implebo, eo quòd audiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodiuit mādata mea, & iuſtificationes meas, & omnia legitima mea.* Vide dei ſapientiā, quomodo erigit mētem iuſti, & alacriorē reddit: & vt patris imitator fiat, efficit. Nam ſi ille, inquit, quia meæ obediuit voci, tanta pollicitatione dignus habitus eſt, & eam propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, ſum impleturꝰ: ſi & ipſe illius imitator fueris, & eâdem qua ille via inceſſeris, cogita quantā apud me beneuolentiā habiturus ſis, & quāta mea cura te dignaturus ſim. Nā ſi cui ob alterius virtutē bene futurū eſt, ſi & ipſe virtute præditus fuerit, multo maiore dignus habebitur cura. Quid autē eſt: Eo ꝙ obediuit voci meæ, & cuſtodiuit mandata mea, & præcepta mea, & iuſtificationes? Dicebā ei, inquit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quā demonſtrauero tibi: relinque quæ in manibus, & incerta ſequere. Et non fluctuabatur ſecum, neq; negligēs erat: ſed cū omni alacritate mandatum implebat, & obediebat voci meæ. Iterū quæ ſuper naturā ſunt ei promiſi, & cùm iā ætas eum à ſpe deiiceret, & vltrà neq; ipſe, neq; mater tua ꝓcreandæ proli idonei eſſent, cùm audiret à me ꝙ ſemen eius intantum propagandū vt omnē terrā eſſet impleturū: neq; tunc turbatus fuit ratione, ſed credidit. Ideo & in iuſtitiam ei reputatū eſt: quia virtuti meæ credendo, & in ꝓmiſſionibus meis ſpem habendo, humana infirmitate ſuperior fuit. Et poſtquā tu natus es, cùm mater tua ſuccenſeret Iſmaëli ex ancilla nato, & vellet eū abigere à domo cū Agar, ita vt nihil cōmune illi tecū eſſet, licet & illi patriarcha paterna & genuina dilectione bene afficeretur: audiens tamē à me, vt faceret quod viſum eſſet Sarræ, oblitus naturalis dilectionis, eiecit Iſmaelem cum ancilla, & ſemper obediuit voci meæ, ac cuſtodiuit præcepta mea. Denique cùm iuſſiſſem eum, vt mihi in ſacrficiū offerret filiū in ſenectute ſibi conceſſum, & tam dilectū, nihil cauſatus eſt, neque curioſius de præcepto inquiſiuit, neq; turbatus eſt mente, neq; rem cōmunicauit matri tuæ, neque pueris, neq; tibiipſi à ſe ſacrificādo: ſed forti mēte, & cōtenta alacritate feſtinauit, vt mādatū meū impleret: proinde volūtatem eius coronaui, opus autem vt perficeretur non admiſi. Eapropter, quia in omnibus declarauit magnam obedientiā, & mandatorum cuſtodiam, propterea te ex illo natum, ꝓmiſſionū quę illi factæ ſunt facio hæredem. Imitare igitur illius obedientiā, & his quæ à me dicta ſunt crede, vt multo pluribus remunerari dignus habeare, & pro patris tui virtute, & pro tua obediētia: & ne deſcēdas in Aegyptū, ſed hîc mane. Vidiſti dei miſericordiam, quomodo per mentionē virtutis patris, huius mentem roborauit? *Habitauit autem Iſaac in Geraris.* Vide quomodo fermè in eadē pericula incidit ille, in quę & pater eius. Nam cū domiciliū haberet in Geraris, *Rogauerunt,* inquit, *viri loci illius de Rebecca vxore eius: & dixit, Soror mea eſt.* Timuit eñ ne fortè occiderent eū, victi pulchritudine vxoris: dixit eñ, *Ne fortè occidant eū viri loci propter Rebeccam, quia pulchra facie erat. Fuit autē illic longo tēpore. Abimelech autē, cum proſpiceret per feneſtrā, vidit Iſaac ludentē cū Rebecca vxore ſua, & vocauit eū, & dixit ei: Profectò vxor tua eſt. Cur dixiſti Soror mea eſt?* Poſtquā ex cōiecturis deprehenſus eſt iuſtus, non vltrà negat: ſed fatetur, & cauſam manifeſtā affert, quare ſororē vocādam cenſuerit. Dixit eñ, inquit, ne fortè moriar propter ipſam. Mortis timor me hoc agere coëgit. Fortè autem edoctus erat ꝙ & pater talē fabulā cōmentus erat, & ſe ſaluarat, cuius viam & ipſe ſequutus eſt. Sed rex adhuc habens recentē memoriam eorū quę tempore patriarchæ rapta Sarra tulerat, increpabat eum, reúmq; arguens dicebat: *Cur hoc feciſti? ferè concubuiſſet quiſpiam de genere meo cum vxore tua, & induxiſſes ſuper nos ignorantiam.* Hanc deceptionem, inquit, & olim ſuſtinuimus à patre tuo, & nunc niſi in tēpore proſpexiſſemus, eadē laturi eramus, Et induxiſſes ſuper nos ignorantiam. Etenim & tunc per ignorantiā peccaturi eramus, & nunc quoque propter ignorantiā fermè in cauſa fuiſſes, vt in peccatum incideremus. Pręcepit autē Abimelech populo ſuo, dicens: *Omnis qui tetigerit hominē hunc & vxorem eius, mortis reus erit.* Vide dei prouidentiā, & ineffabilē curam. Nā qui dixerat ei: Ne deſcendas in Aegyptū, & habita in terra iſta, & ero tecū: ille erat qui hæc omnia diſpenſabat, & iuſtū in tanta cōſtituebat ſecuritate. Conſidera enim regē procurantē vt impauidè ibi agat, libérq; ſit ab omni cura. Mortē, inquit, interminatus eſt omnibꝰ quicunq; tetigerint aut eū, aut vxorem eius. Quia eñ hic erat timor qui concuſſerat eius mentē, propterea & illum auferri fecit miſericors dñs, vt poſtea omnino ſecurè ageret. Et vide quomodo varię vię ſint ſapiētiæ dei, & quomodo omnia iuxta ſuam voluntatem faciat, & in inuiis viam inueniat, per illa ipſa quę maximè aduerſa videntur, ſalutem ſeruorum ſuorum conſeruans. Hinc eñ eſt, quòd rex ille tantam habet curam iuſti, quaſi prędicans eū omnibus ciuitatis ſuæ inhabitatoribus, & declarans quàm glorioſus ſit & ſummo honore dignus, quem & maximi faciebat. Sic & Nabuchodonoſor poſtquam pueros illos tres in fornacem *Daniel. 3.* iniecerat, & re ipſa comprobauerat captiuorū adoleſcētum virtutem, tunc prædicare eos cœpit, & vbiq; lingua ſua fecit illuſtres. Hæc enim potiſſimum magna dei virtus eſt, quando facit vt per inimicos celebrētur ſerui dei. Et qui cū furore accēdi fecerat fornacem illā: quoniam vidit quòd per ſupernum auxilium puerorū virtus ignis actionem vinceret, repentè mutatus clamauit dicens: Serui dei excelſi. Vide, non *Ibidem. g.* ſolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſolũ illos excelſos prædicat, ſed & dominũ vniuerſorũ: Serui eṁ, inquit, dei excelſi, egredimini. Quid factum eſt? nónne tu eos tormento tradidiſti? nónne tu in tantũ fornacẽ flagrare præcepiſti? Profectò, inquit, ſed nũc video res admirabiles & nouas. Elementũ eṁ hoc ſuę operationis oblitũ, quaſi vinculis quibuſdã ligatũ, tantã exhibuit obedientiã, vt neq; contingerentur illorũ capilli. Vnde videre poſſumus q̃ factum ſupra humanam naturã eſt, & ineffabilis quędam ac diuina vis, quæ hęc operatur, tantam puerorũ habet curam. Vidiſti dei miſericordiã, quomodo nunquã derelinquat ſeruos ſuos? permittit in fornacẽ iniici, ſed eos volens clariores facere, & ſuã virtutẽ demonſtrare. Vnde & barbari demulſit mentẽ. Neque eṁ tam admirabile erat, ſi à principio prohibuiſſet eos in caminum iniici: ſicuti nunc admirabilius & rarius factũ eſt, cum in medio ignis exiſtentes, nihil inſuaue ferre permittit. Nam quando vult, etiam eos qui in mediis ſunt periculis & pœnis, potentiores ipſis facit: & eos qui patiũtur, his qui illos affligunt. Hoc & in apoſtolis factum eſt. Nã qui eos vrgebãt & adducebant in medium, & quaſi dentibus aduerſus eos fremebant, inter ſe dicũt: Quid faciemus viris iſtis? in manibus illos habebant, & dubitabant ſecum, quid de eis facerent. Tanta, támque valida res eſt virtus, támq; imbecillis malitia: vt illa quidẽ, licet patiatur, vincat: hęc verò & ſi quid faciat, nihil proficit, quàm quòd ſuam prodit infirmitatẽ. Id ſcientes dilecti, magnã virtutis habeamus rationẽ, & vitia fugiamus: ita enim & ſupernam gratiam nobis conciliabimus, & futura conſequemur bona. Quæ nobis omnibus eueniant, gratia & miſericordia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cui ſit & gloria & imperium cum patre & ſpiritu ſancto, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Seminauit autem Iſaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.

Homilia LII.

RElíquias heri dictorũ operæpreciũ eſt hodie reddere veſtrę charitati, & repetita ſermonis ſerie iterum videre quantũ & iuſtus Iſaac ſuperis gratus & curæ fuerit. Nam qui ei prohibuerat deſcenſum in Aegyptum, & dixerat: Habita in terra hac, & ero tecum: ille in omnib⁹ tam clarum eum fecit, vt nõ multo pòſt inuidioſus foret apud regẽ Gerarorũ. Videntes eṁ eius ſubſtantiã quotidie augeri, ægre tulerũt viri ibi habitantes eius cohabitationẽ, & tranſmigrare inde coẽgerunt. Dignũ autem eſt, vt ipſa ſcripturæ verba audiamus, vt per omnia videamus dei beneuolentiã, quã erga famulos ſuos declarat. *Seminauit autem*, inquit, *Iſaac in terra illa, & inuenit centuplicans hordeum in anno illo.* Cõſidera obſecro, dei ſapientiam, quomodo oſtẽdat iuſto q̃ ipſe naturæ conditor ſit, & in rebus difficilibus facilia omnia facere queat, & qui ab initio terrã ſuo mãdato fecerit idoneã ad ꝓferendos fructus, idẽ nũc efficiat vt cẽtuplices reddat pro ſatis manipulos: & interim illũ in tãta affluentia cõſtituit, vt nulli⁹ indigeat: atque alij per opera diſcãt quanta ſuperna gratia iuſtus fruatur. Omnipotens eṁ & ſapiens deus †re ipſa] cõprobat q̃ benefaciat ſuis, & facit vt hi etiã qui adhuc in gentiliũ errore verſantur, ſuam virtutẽ & potentiã addiſcant. Hoc poſtea & in Aegypto fecit: illis eṁ pœnas irrogabat, Iſraëlitas verò illæſos cõſeruabat. Diſcebant eṁ non ſolũ per indignationẽ dei, qua ipſi puniebantur, omniũ opificis virtutẽ: ſed & per miſericordiam, quã in illos exhibebat. Et illi iterũ nõ ex ſola miſericordia & prouidentia, quã experiebantur, diſcebãt immodicam dei bonitatẽ: ſed etiã per eos quibus videbant tot plagas irrogari. † Nam & in ſecundis & aduerſis rebus diuina monſtratur virtus. Et elementa ipſa ſuo miniſterio & obedientia conſeruis monſtrant, q̃ beneuolẽ] dñs erga illos afficitur. Et hoc vtique viderit aliquis huic iuſto contingere. Id enim quod alioqui natura terrę non habuit, hoc propter mandatũ vniuerſorũ dei nũc profert tanta vbertate, vt repente valdẽ abundans effectus ſit Iſaac. *Benedixit enim*, inquit, *eum deus, & exaltatus eſt homo, & proficiens maior factus eſt, donec magnus factus eſt valde.* Nam quia tunc abundantia iuſtorũ erat in fertilitate terræ, & in multitudine pecorũ: propterea dicit, Benedixit eum deus, & exaltatus eſt homo, id eſt abundauit: & nõ ſimpliciter abundauit, ſed & maior, inquit, factus eſt, donec magnus factus eſt valde. Cõſidera quantũ ſit, pro his quę ſeminabat, centuplũ accipere. Quòd ſi hoc tibi magnũ videtur, conſidera immenſam dei clementiã, quã ꝓceſſu temporis erga nos declarauit. His enim qui bona in eũ fiducia virtutẽ exercent, non ſolũ cẽtuplũ hîc promittit, ſed & vitam æternã, & frui regno cœlorũ. Vidiſti miſericordiã domini? vidiſti beneficentiæ augmentũ? vidiſti quantum nobis largitus eſt vnigeniti filij dei aduentus? & quomodo ineffabilem rerum commutationem operatus eſt? Hęc igitur vnuſquiſque apud ſe expendens, & videṡ diuerſitatẽ, & quæ illis ante gratię tẽpus promitti ſolebãt, & quæ nũc poſt gratiæ tẽpus: glorificet etiã in hoc immenſam eius miſericordiã, & nemo tẽporum mutationi totum aſſcribat. At iuſtum eſt vt ad ſeriem ſermonis redeamus, & videamus quomodo Gerareni videntes affluere iuſto opes, in æmulationẽ ꝓuocati, abigere eũ ĩde conati ſunt. *Æmulati ſũt enim eum*, inquit, *Philiſtiim.* Deinde monſtrare volens ſcriptura diuina, in quo æmulationẽ declararũt, ſubdidit: *Et omnes fontes quos effoderant ſerui tempore patris eius, obturauerũt, & impleuerũt terra.* Cõſidera quãta illorũ malitia, qui & aquas iuſto inuidẽt: & neq; rex qui in tanta poteſtate erat, inuidiã continere potuit: ſed dicit, Abi à nobis, quia potentior nobis factus es valde. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iuſtũ? nũ aliqua in re tibi nocuit? nũ iniuriã intulit? Sed ita ſe habet inuidia, nihil cũ ratione operatur. Oportebat eũ, quẽ omniũ deus tanta gratia proſequebatur: dei exẽplo magis fouere, ei ſeruiendo: vt honore in illũ collocato, etiã ipſi diuinũ ſibi fauorẽ conciliarent. Illi autẽ non ſolum hoc non faciũt, ſed expellere tentãt, ac dicunt, *Abi à nobis, quia multo potẽtior factus es, quàm nos ſumus.* Ita agere ſolet inuidentia, nõ poteſt benigniter videre aliorũ fœlicitatẽ: ſed fœlicitatẽ proximi ſuã putat infœlicitatẽ, & tabeſcit bonis, ꝓximi: id quod & hîc fuit. Rex eṁ, ſub cuius poteſtate tota ciuitas erat, & habẽs omnes ſub manu ſua: peregrino, vago, huc & illuc migranti, dicit: Abi à nobis, quia potentior factus es q̃ nos ſumus. Et verè potentior erat, ſupernum prę ſidiũ habens in omnibus, dexteraq; dei munitus. Quò igitur abigis iuſtum? ignoras quòd quocunque eum ire coẽgeris, ſemper erit in his quæ domini ſui ſunt? Nõ docuit te rerum experientia, quòd dei manus eſt, quę illuſtrem facit, & conſeruat iuſtum? Quare igitur abigendo iuſtum, erga dominum ingratitudinem declaras? & neque magna viri manſuetudo tuam domare potuit inuidiam, ſed victus, inuidiam opere cõples, & iterũ migrare eum cogis, qui in nullo te læſit? Neſcis quòd

† *per eadẽ eni opera & ſuis & aduerſariis indica bat ſua po rẽtia ma gnitudinẽ. Nã elemẽ ta ipſa ſuũ miniſte riũ & obſequiũ ſeruis demõſtrãt, quãdo beneuolẽ]*

q̃ licẽt in ipſiſſimã ſolitudinẽ eum fugaris, habebit tamen potentẽ dominũ, qui ſe iuuare (ſicut & illic factũ) multo clariorẽ facere nouit? Nihil eṁ fortius, † q̃ frui ſuperno præſidio: ſicut nihil infirmi⁹, q̃ eo auxilio deſtitui. Vidiſti dilecte, & regis Gerarorũ & omniũ qui ibi habitabant mẽtis malitiã? Vide & iuſti magnã mãſuetudinẽ, quomodo nõ ſuperbiuit: neq; videns re ipſa diuinã ſibi gratiã aſſiſtere, cõtra regẽ, fretus cõmilitantis virtute, inſurrexit: ſed quaſi vir omni patrocinio carens, & nullũ auxiliũ alicũdè expectans, multa cum mãſuetudine, ne verbis quidẽ reſiſtens, faciebat quod ſibi à rege præcipiebatur, & ſtatim illinc diſceſſit: & victorius progreſſus, repreſſit affectionũ flammã, ſimul & eximiã ſuã mãſuetudinẽ declarans, †& ſuã affectionẽ conſolans.] *Et abiit inde, & habitauit in valle Gerarorum.* Et id quod diſcipulis ſuis omnibus Chriſtus aduenięs præcepit, dicẽs: Quando perſequentur vos, fugite in alium locũ: hoc ille iam operibus declarabat. Et ſicut Dauid Saulis magnã inuidiã reprimebat, ſecedens & ſulducẽs ſe, & illius refrigerabat calorẽ: eodẽ ſanè modo & iuſtus ille apoſtolicũ illud implebat: Date locũ iræ. Et relicta ciuitate, exiit in vallem. Cæterùm vide, quantam iterum manſuetudinem præ ſe tulit. Neque enim hic finis eſt moleſtiarum: nam cùm etiam illic eſſet, & fontes effodere vellet, rixari tentauerunt. *Foderunt enim*, inquit, *puteos, quos antea pueri patris eius fecerant, & obturauerunt eos Philiſtiim, poſtquam mortuus eſt Abraham pater eius: & impoſuit eis nomina, quæ pater ſuus impoſuerat. Et foderunt*, inquit, *pueri Iſaac, & inuenerunt puteum aquæ viuentis: hoc eſt, deſubtus ſcaturientis, & litigauerunt paſtores Gerarorum, dicentes ſuas eſſe aquas.* Et nihil hîc contendit iuſtus, neque obluctatur, ſed etiã paſtoribus cedit. Hæc enim verè manſuetudo eſt, non quando quis offenſus à potẽtioribus mãſuetè fert: ſed quãdo quis ab his etiam qui inferiores putãtur offenſus cedit. Sic rectè cognoſcitur mãſuetudo eius qui inuaditur. Nam aliãs contradiceret quis, q̃ mãſuetudinem ſimulaſſet: quia non poſſet potentiæ offendentis reſiſtere. Et vt diſcas, q̃ regi ceſſerit non propter potentiam eius, ſed ſuo more: vide quomodo idẽ apud paſtores facit. Et ſicut ille dicebat, Recede à nobis: & ſtatim accepto mãdato abſceſſit: Ita & nũc, paſtoribus lædere cupiẽtibus, & puteũ ſibi vindicantibus, recedit. Et vt perpetuò poſteri ſcirent hãc iniuſtitiã, nomẽ imponit fonti ex eo quod acciderat. Enimuero quia manifeſtã admiſerant iniuſtitiã, vocauit nomen fontis loci huius, iniuſtitia. Et erat poſtea, quaſi in columna ærea, poſteris nomẽ loci doctrina & manſuetudinis iuſti, & maleuolentiæ illorũ. Nomen enim loci faciebat, vt quiſquis rogaret quarenã ſic diceretur, addiſceret & huius virtutẽ, & multã illorũ malitiam. Et animaduerte quomodo etiã hîc ſuam auget virtutẽ, per omnia declarans ſuam manſuetudinẽ: & illi excellẽtia malitiæ, etiã inuiti iuſtum illuſtriorẽ reddere attentant. Neque enim cõtenti ſunt his quę fecerãt, ſed iterũ inſidiãtur, cũ aliũ fodiſſet fontẽ. *Profectus enim*, inquit, *illinc fodit fontẽ aliũ: litigabãt autẽ etiã de illo, & nominauit eũ inimicitias.* Hîc iterũ animaduerte iuſti prudentiã. Nõ omnino puteũ (vt videtur) abſtulerunt, ſed cõtendebant: & viſa manifeſta iniuſtitia, diſceſſerũt. Propterea inimicitias eum appellauit, q̃ inimicitiarum fuiſſet occaſio. Cæterum quotidie (vt ſic dicam) talia ferẽs ab his qui regionẽ incolebant, non grauatim tulit, non abiecto fuit animo, non cogitauit ſecum, neq; dixit: Ecce ne fontis quidẽ vt ſim dominus, mihi datur, an nõ ſuper-

na gratia deſtitutus ſum? an nõ dominus abiecta cura mei õblitus eſt? Nihil taliũ vel dixit, vel cogitauit: ſed omnia magna cum mãſuetudine tolerauit, & idcirco dignus fuit habitus qui ampliori diuino auxilio adiuuaretur. Nam ea quæ euenerunt (vt ita dicã) exercitatio quædã fuere virtutis iuſti. Dicit enim. *Profectus illinc fodit fontẽ aliũ, & non contenderũt ſuper illo: & agnominauit nomẽ eius latifundiũ, dicens: Quia nũc dilatauit nobis dominus, & creſcere nos fecit ſuper terram.* Vide gratitudinem iuſti. Nam cum priores fontes deripere tentarent, non ęgrè tulit, non obluctatus eſt: ſed in ſola fontiũ appellatione malitiæ illorum indelebilẽ reliquit memoriã. Hic verò quia nulla fuerunt obſtacula, ſed abſq; omni pauore laboribus ſuis frui licuit, totum tribuit deo. Vocauit enim, inquit, fontem illum, latifundium: & deinde interpretatus vocabulũ, dicit: Propter hoc latifundium voco, quia dilatauit dominus & auxit nos ſuper terram. Vidiſti piam mentẽ, quomodo non facta mẽtione tam atrocium difficultatum quæ obſtiterant, bonorũ tantũ meminit, & pro illis gratiam deo offert, & dicit: Quia dilatauit dominus nobis, & auxit nos ſuper terram. Nihil enim tam gratum deo, vt anima grata & gratias agens. Nam cum innumeris beneficiis quotidie omnes nos proſequatur, ſiue ea ſciamus ſiue ignoremus, ſiue velimus ſiue nolimus: nihil tamen aliud à nobis exigit, quàm habere gratias pro his quæ nobis facta ſunt, vt pro illa ipſa gratiarũ actione ad ampliora danda prouocetur. Et vt ſcias, vide quomodo iuſtus ille ob magnam ſuam gratitudinem iterum ſupernè meruerit illuſtrari. Nam quoniam cõdignum ſuæ virtutis ſpecimen exhibuerat, & apud Gerarenos, & cùm rex eum expelleret, & cum paſtores puteos auferrent: miſericors dominus, veluti confirmaturus eius alacritatem, iam ob inſignem illam manſuetudinem eũ charum habens: poſtquam aſcendit illinc ad fontem iuramenti, viſus eſt ei dominus in nocte illa, & dixit: *Ego ſum deus Abraham patris tui, ne timeas: tecum enim ſum, &* † *benedixi te, & multiplicabo ſemen tuum propter Abrahã patrem tuum.* Viſus eſt ei, inquit, in nocte illa. Conſidera dei ſolicitudinem: vt illum refocillet ac fidentiorẽ faciat, apparet ei, & dicit: Ego ſum deus Abrahã patris tui, qui patrem tuum glorificaui: & peregrinum ac aduenam, illuſtriorẽ omnibus incolis feci. Ego ſum ille, qui hũc ita creſcere feci, & in omnibus curã eius geſſi. Ego ſum, ne igitur timeas, ne te iſtud perturbet, & mirum videatur q̃ ab Abimelech ſis expulſus, q̃ à paſtoribus ſis iniuria affectus. Multa talia & pater tuus pertulit, & inde glorioſior effectus eſt. Ne igitur hoc te terreat: ego enim tecum ſum. Idcirco fieri hæc permitto, ſimul volens & declarare tuam virtutẽ, & manifeſtari mentis illorum prauitatem, vt & propter hęc te coronem. Tecum enim ſum, ideo & inuictus eris, & infeſtantibus potentior, & inuadentibus fortior. Et tantã tui curam habebo, vt inuidioſus illis ſis futurus: Ego enim tecum ſum, & benedicam te, & multiplicabo ſemen tuum, propter Abraham patrẽ tuum. Conſidera miſericordiam dei. Nam cùm dixiſſet, Ego ſum deus Abrahæ patris tui: oſtẽdit quomodo ſibi vendicauerit, & proprium fecerit patriarcham, ita vt dignatus ſit ſe vocare deũ Abrahę. Et dominus orbis ac cõditor, vnius hominis deum ſe dicens, non concludit & abbreuiat cum patriarchæ appellatione ſuũ dominium, ſed magnam in illum ſuã beneuolentiam monſtrat. Ita, inquit, eum mihi feci propriũ, vt apud me reputetur tanti quanti alij omnes. Ideo & multiplicabo

† *per res eaſdẽ frequenter*

† *eo qui fruitur, &c.*

† *& illi⁹ perturbatiõ animũ mitigans. Mat. 10. c*

1. Reg. 19. & ſeq. Rom. 12. d

† *benedixi eam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

semen tuum propter Abraham patrem tuum. Multas, inquit, illi debeo retributiones ob suâ in me obedientiam: igitur propter illũ multiplicabo semen tuum. Interim & iustũ ad æmulationẽ patris sui prouocauit, vt mõstraret similem illi virtutẽ. postquam autẽ tanta ei bona promisit, *Aedificauit*, inquit, *ibi altare, & inuocauit nomẽ domini, & fixit illic tabernaculũ suũ.* Quid est, ædificauit illic altare? Gratiarũ actiones, inquit, illic domino obtulit, q̃ tantã pro se gesserat solicitudinẽ. *Et foderunt illic pueri Isaac fontẽ.* Et fit securus iustus: nã qui dixerat, Ego tecum sum, & benedicã te, & multiplicabo semen tuũ: ipse simul eũ & illustrauit, & omnibus fecit spectabilẽ. Itaq; vide Abimelech illũ qui abigere eũ conatus est, & dixit, Abi à nobis: nunc ad eũ venientem: dicit enim, *Iuit Abimelech, & præfectus gynæcei, & dux exercitus, & dixit eis Isaac: Quare venistis ad me, vos autẽ odio me habuistis, & expulistis à vobis?* Vide obsecro quãta mãsuetudo iusti. Videt eos à quibus fugatus erat, & qui tãto eũ odio fuerant prosequuti, nũc veluti supplices ad se venire, nõ superbiuit cõtra eos, nõ elato fuit animo, memor eorũ quæ sibi à domino fuerunt dicta, neque virtute domini fretus insurrexit contra regem: sed iterum consuetam mansuetudinem præ se ferens, cum magna lenitate verborum dixit eis: Quare venistis ad me, vos autẽ odio me habuistis, & à vobis expulistis? Quare, inquit, censuistis, vt vobis veniendum sit ad me abactum, & odio habitum? Et dixerunt: *Videtes vidimus quia dominus tecũ, & diximus. Fiat iuramẽtũ inter nos & inter te, & disponemus fœdus tecũ, vt ne feceris nobiscũ malũ, sicut nos nõ abominati sumus te, & quomodo te bene sumus vsi, & dimisimus te cũ pace, & nũc benedictus tu à domino.* Vide quantũ mansuetudinis robur, & quanta virtutis potẽtia. Nã qui pridẽ abegerant, nunc veniũt ad peregrinũ, ad virũ ciuitate carentem, ad erronem: & non solũ satisfaciunt, & excusant se de his quæ cõmiserãt, † sed & peccatorũ veniã petunt, &] prædicãt iustum, & indicãt vnde suus metus, & confitẽtur suam infirmitatẽ, & iusti magnam testantur virtutem. Quid enim fortius eo qui secũ habet deũ? Videtes, inquit, vidimus q̃ dominus tecum est. Vnde vobis illa scientia? Profectò, dicũt, res ipsę nos docuerũt. Vidimus q̃ abactus abigẽtibus fortior factus es, & ex rerũ serie contemplati sumus q̃ superno auxilio niteris. Hoc autem diuinæ dispensationis opus est, q̃ mens eorum obstupuerit iustum, & q̃ hoc cognouerint. Quoniam igitur, inquit, dominus tecũ: fiat iuramentum inter nos. Vide quomodo impellente conscientia semetipsos reprehendere festinant, cũ nullus alius cogat, vel facta obiiciat. Nam nisi iniuriam fecissetis, quare à iusto petitis vt cõponatur fœdus vobiscum? Sed ita se habet iniustitia, quotidie cõscientia mordet, & silente eo qui offensus est, pœnam & rationẽ exigi putãt qui iniustitiã sunt operati: & quotidie anguntur, & quasi sibimetipsis præscribunt peccatorum suorum vltionẽ: id quod & illis euenit. Sit, inquit, iuramẽtum inter nos & inter te. Deinde dicunt & quale iuramentũ fieri volunt. Et ineamus fœdus tecum, vt ne feceris nobis malũ, sicut nos nõ sumus te abominati. Vide quomodo pugnantia inter se prę mẽtis angore & turbatione loquuntur: ne feceris nobis malum. Quare sic timuistis iustũ, videntes q̃ tantam præ se ferat mãsuetudinem erga eos qui lacessẽbant? Sed incorruptus iudex mentem eorũ excitauit, & animaduerterunt q̃ erga iustum tam ingrati fuerint: propterea præ timore & formidine non attendunt quòd diuersa & pugnantia loquantur. Ne feceris, inquit, malum, sicut nos te non abominati sumus. Quare igitur abegistis? Verùm iustus nõ petit rationem neq; expostulat, neq; arguit ea quæ ab illis dicta. Et quomodo, inquit, bene te vsi sumus, & dimisimus te cum pace, & nũc tu benedictus à domino. Vides q̃ supernam pœnam timuerunt? Sciuerunt enim q̃ licèt ipse propter humanitatem suam non vlciscereturquæ fecerant, sed is qui tantam eius curam agebat, repetiturus esset rationem eorum quæ in iustum facta sunt: eapropter placant iustum, & componi cum eo student, simul & pro his quæ facta erant rationem reddentes, & in futurum securitatem sibi cõciliantes. *Et fecit eis*, inquit, *conuiuiũ, & comederunt & biberunt: & cũ surrexissent mane, iurauit vnusquisque proximo suo, & dimisit eos Isaac, & discesserũt ab eo cũ salute.* Vide iusti benignitatẽ, quomodo eũ eis absq; vindicandi cupiditate loquitur: & non solũ obliuiscitur eorũ quę in se facta, sed magna hospitalitate illos excipit. Fecit enim eis cõuiuium, & comederũt & biberunt. Conuiuio satis certa dat argumẽta, se nõ fore memorẽ eorũ quæ in se commiserant. Et dimisit eos, inquit, & abierũt cum salute. Significauit per hoc diuina scriptura, q̃ magno cum timore aduenerãt periculum expectantes: & de salute sua omni (vt ita dicam) anxij vt excusarẽt se, ad iustum contenderunt. Vidisti quomodo nihil fortius virtute? nihil potentius supernis auxiliis freto? Postea dicit: *In die illo abierũt pueri Isaac, & foderũt fontẽ, & dixerũt: Nõ inuenimus aquã. Et vocauit eum iuramentum. Et idcirco † vocatur locus ille] puteus iuramenti, vsque in hodiernum diem.* Vide & hìc, ex his quæ facta sunt loco nomẽ impositum. Nã quia effosso fonte nihil inuenerũt in die illo, quo iuramẽta inter se fecerũt, Puteũ iuramenti vocauerunt nomẽ loci: vt factorũ duraret memoria. Vidisti quomodo iustus ille, qui neq; à lege eruditus fuit, neque ad aliquem virtute præditum respicere potuit, sed patris vestigia sequutus, & ductus à cõscientia humanæ naturę insita, tam bonis moribus prędita egit vitam? Quæ enim ab eo facta sunt, nõ solum mansuetudinem indicabant iusti, sed & præcepta Christi suis illum operibus implere ostendebant. Nam id quod Christus discipulis suis prę cipiens & admonens dicebat, ne solos diligentes diligerent, sed & inimicis charitatem exhiberent: hoc ille nunc multo antea implet, & tanta hospitalitate tractat eos, qui tanto odio ipsum prosequuti fuerãt: omnémq; vindictæ cupiditatẽ animo suo exclusit. Qua igitur nos venia digni erim⁹, qui post gratiam & tãtam doctrinã, & saluatoris prę cepta, neq; ad huius iusti mensuram peruenire valemus? Et quid dico, ad eius mensurã? neq; propè adstare possũmus. Tãta enim nunc malitiæ abundãtia obduxit omnia, vt rarum nunc sit, & diligẽtes diligere. Vnde igitur nobis salutis spes, si publicanis deteriores fuerim⁹? sicut dicit Christus: Si diligitis diligẽtes vos, quid amplius facitis? nõne & publicani hoc faciũt? Et Christus quidẽ volens nos ad summum virtutis venire fastigiũ, illis superiores vult esse, nos autẽ inferiores sumus. Et quid dico, publicanis? deteriores & latronib⁹, & sepulchrorũ direptoribus, & homicidis. Etenim & hi omnes diligũt eos qui erga se bene affecti sunt, & sępenumero etiam pro dilectis periclitãtur. Quid igitur fuerit nobis miserabilius, qui tãtam à domino misericordiã nacti sumus, & innumera mala faciẽtibus deteriores inuenimur? Obsecro igitur, vt cogitemus & supplicij magnitudinẽ, & cõfusionis quę alibi futura est grauitatẽ, & vel saltem nunc nostrã agnoscamus generositatem,

* ἀρὰ imprecatio, execratio, deuotio, sic & in sequentibus.

† & peccatorum veniã petũt, sed et]

† inuenit nomen circumstantiæ.

Matt. 5. 8

situatem, & obtemperemus doctrinæ Christi: & non solum diligẽtes diligamus germanè, omni odio & rancore ab animab⁹ nostris eliminato: sed & eos qui hostiliter nos persequuntur, diligere studeamus: neq; eñ aliter saluari nos possibile erit. † Et hac incedẽtes via, etiã] magis illos diligere studeamus, vtpote eos qui nobis innumerorum bonorum sunt autores. Sic enim & peccatorum nostrorum remissionem inuenire, & humiliata mẽte & cõtrita anima deo precari poterimus. Quia cùm anima ab omni odio libera mẽte tranquilla est, dominúmq; sedulò inuocat, multã sibi supernè gratiã conciliat. Quæ nobis omnibus cõcedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperiũ cum patre & sancto spiritu nũc & semper, & in secula seculorum, Amen.

† nisi hac incedam⁹ via: Et]

Erat autem Esau annorum quadraginta, & duxit Iudith filiam Beoth Chetthæi, & Basemath filiam Elon Euæi, & exasperabant Isaac & Rebeccam. 'Homilia LIII.

† Bael

AGe & hodie, si placet, aggrediamur ea quę he ri dicta sequuntur: & singula, quãtum nobis cõceditur, aperiamus, vt domum cum vtilitate aliqua redire possimus. Videamus igitur, quę primùm lecta sint. *Erat autem Esau*, inquit, *annorum quadraginta, & accepit Iudith filiam † Beoth Chettæi in vxorem, & Basemath filiam Elon Euæi: & exasperabant Isaac & Rebeccam.* Vide quanta ex paucis verbis addisci possunt. Quare enim nobis numerũ annorũ Esau signauit? non absq; causa, sed vt discamus decrepitam ætatẽ Isaac: quia iam prouectus erat ætate. Nam si memores fuerimus eorũ quæ antea dicta sunt, & q̃ quãdo accepit Rebeccã, & ipse quadraginta annorum fuerit, quãdo autem nati sunt ei pueri, fuerit annorũ sexaginta: scimus q̃ nunc centenarius sit, & in profundissima senectute. Quoniã enim posthac narraturus est, quomodo præ senio hebetatos oculos habeat: ideo numerũ annorum Esau signat, vt inde tẽpus Isaac scire possimus: propterea dicit, Erat autẽ Esau annorum quadraginta. Deinde vt sciamus pueri temeritatẽ, q̃ vxores ducebat à gentibus, à quibus nõ oportebat: Declarat nobis, q̃ vna fuerit ex genere Chetteorum, alia autem ex genere Euæorum, quanuis nihil tale audendum dicisse eũ oportebat, vel ex his quæ patriarcha tanta diligentia fecerat, præcipiẽs seruo suo, vt de cognatione sua filio Isaac adduceretur vxor: vel ex eo q̃ mater ipsorum Rebecca nihil tale voluerit, quę ex Charris venerat. Verũ vt statim in initio suos mores indicet, inconsultis parentibus illas duxit. Et vt sciamus quã malè moratæ mulieres fuerint, dicit scriptura. Et erãt exasperantes Isaac & Rebeccam. Et quid est hac malitia peius, quando illæ quæ omnem honorem impendere debebant, non solũ hoc non faciunt, sed & ad contentionẽ paratæ sunt? Hæc autẽ omnia nõ absq; causa historia nobis tradit: sed vt postea cùm videris Rebeccã Iacob maiorì beneuolẽtia prosequi, discas q̃ non iniquè rem eam fecerit. Iam autẽ ne seriem cõtextus præueniamus, scripta ipsa sequamur. *Factũ est autẽ postquã senuit Isaac & hebetati sunt oculi eius ad videndũ.* Iam enim, inquit, præ senio videre non poterat. *Et vocauit Esau filium suum natu maiorẽ, & dixit ei: Fili mi, ecce senui, & nescio diẽ mortis meæ: nunc igitur sume arma tua, & pharetrã, & arcum, & egredere in campum, & venare mihi venationem, & fac mihi edulia, sicut ego amo, & affer mihi vt comedam, quò benedicat te anima mea priusquam ego moriar.* Hìc, obsecro, dilecte, animaduerte indicibilẽ dei sapientiã, & quomodo pater quidẽ genuinã prę se ferẽs dilectionẽ, hęc imperauit Esau. Deus autẽ, sapiẽs & omnipotẽs dominus, per Rebeccã suã prędictionẽ impleri facit: docẽs nos, quantũ valeãt virtus & morũ suauitas. Ille enim & ob ætatẽ, & ob primogenituram, & ob patris erga se affectionẽ primatũ se habere putãs, simul destitutus omnibus inuẽtus est: quia quę in se erãt, afferre noluit: hic autẽ, quia & domestica erat virtute prædituS, & virtutem supernã habuit subsidiariã, etiã inuito patre illius benedictionẽ arripit. Nihil enim fortius eo qui dextra illa adiuuatur. Vide igitur diligenter omnia, vt discas dispẽsationis excellentiã. Et quomodo hic quidẽ illa gratia fretus, magnũ in omnib⁹ auxiliũ & cooperationẽ adipiscitur, vt patris † in eo impleatur] benedictio: † in eum illę autem omnia amittit, perdẽs semetipsum propter morũ iniquitatẽ. *Rebecca autem*, inquit, *audiuit loquentẽ Isaac cum Esau filio suo. Iuit autem Esau in campum, vt venaretur prædã patri suo. Dixit autem Rebecca ad filium suum iuniorem.* Quare adiecit iuniorẽ? quia superius dixerat, Vocauit Esau filiũ suum natu maiorẽ, vt discamus cui nũc loquatur Rebecca, inquit: iuniorẽ, hoc est, Iacob. *Audiui*, inquit, *patrẽ tuum loquentẽ cum Esau fratre tuo, & dicentẽ, Affer mihi venationẽ, & fac mihi edulia, vt cũ comedero benedicã te corã domino, priusquã moriar ego. Hæc quidem audiui patrẽ tuũ cum fratre tuo Esau loquentẽ. Nunc igitur fili audi me, sicut ego tibi præcipio, & vade ad oues, & sumito mihi inde duos hædos teneros & bonos, & faciam ex eis edulia patri tuo, vt amat: & inferes patri tuo, & comedet, vt benedicat te pater tuus priusquã moriatur ipse.* Vides magnũ matris amorem, imò dispẽsationem dei? Ipse enim est, qui ei hoc cõsilium dedit, & omnia bene agere fecit. Vidisti matris optimũ consilium? Vide & Iacob prouidẽtiam: & quomodo respondens, suorũ morũ indicat mãsuetudinem. *Dixit autem matri suæ: Est frater meus vir hispidus, ego autem vir lenis: ne forte cõrectet me pater meus, & ero ante eum quasi cõtemnens, & inducã mihipsi maledictionem, nõ benedictionẽ.* Magna pueri gratitudo, & in patrẽ reuerentia. Timeo, inquit, ne in diuersum eueniant studia mea, ne videar aduersari patris sentẽtiæ, & pro benedictione maledictionem mihi adducam. Quid igitur Rebecca, admirabilis illa & amans filij? Quia non ex sua tantum sententia faciebat, sed & diuino ministrabat oraculo, ideo omni studio conatur eximere puero metum, & addere animos, vt cõsilium perficiat: & nõ promittit ei quòd postea deludere patrẽ, & latere. Sed quid? *In me recidat maledictio hæc fili mi: tantum obedi voci meæ, & vade affer mihi.* Et si fuerit aliquid tale, inquit, nihil tibi nocebit. Ne igitur timeas, sed bene fidens obedi voci meæ, & fac quæ tibi cõsuluntur. Hęc verè materna dilectio est, vt pro puero parata sit omnia ferre. His dictis puerum à timore liberauit. *Cùm igitur abiisset, sumpsit & attulit matri suæ, & fecit edulia, sicut amabat pater suus. Et vt sumpsit Rebecca*, inquit, *stolam filij sui senioris pulchram, quã habebat apud se domi, induit Iacob filium suum iuniorem, & pellibus hædorum brachia eius, & nuda colli eius circundedit, & dedit edulia & panes quos fecerat in manus filij sui, & obtulit patri suo.* Vide, obsecro, hìc Rebeccę cum magna dilectione coniunctam raram sapientiam. Nam quia superius dixit, q̃ ille quidẽ hispidus esset, hic verò lenis: Stola, inquit, Esau induit eum, & pellibus circundedit eum, & cùm vndiq; eum ad deceptionẽ instruxisset, datis eduliis & panibus in manus, effecit vt patri afferret. Cõsidera hìc, quomodo omnia superna gratia euenerint. Nã quando quod à nobis est offerimus, largiter diuinam operationem consequimur. Nam vt ne desides & supini simus, vult etiam

Ca. xxvij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam nos aliquid conferre: quò sic sua declaret, & nõ totum sit superni auxilij, sed oporteat etiam nos aliquid simul afferre. Neq; à nobis iterum exigit totum: sciens infirmitatis nostræ excellentiam, sed suam seruans misericordiã, & volens occasionem aliquam accipere, vt suam declaret liberalitatem, expectat vt afferamus quæ à nobis sunt: id quod & nunc factum est. Nam quia Iacob & Rebecca fecerunt ea quæ à se fieri oportebat: & ille quidem obediuit consilio matris, hæc autem omnia quæ ad se attinebant impleuit: tunc vltrà bonus dominus perfici fecit magna facilitate quod omnium erat difficillimum, ne fieret actus istius impostura manifestus Isaac. *Postquã autem attulit edulia patri: dixit ad eum, Quis tu es fili? Et dixit Iacob ad patrem suum: Esau primogenitus tuus: feci tibi sicut loquutus mihi es. Surge ergo, sede & comede de venatione mea, vt benedicat me anima tua.* Considera hîc, obsecro, quanta cum anxietate verba hæc loquutus sit Iacob, qui enim principiò dixerat matri: Timeo ne inducam super me maledictionem, & non benedictionẽ: nunc expende in quãto timore constitutus fuerit, qui tantum actum simulat!? Verum quia deus erat qui cooperabatur his quæ fiebãt, omnia opere sunt impleta. Quid igitur? cooperatúsne deus est mẽdacio? Dilectè ne indages tantum quod fit, sed attende etiam scopum, & quòd non factum sit temporalis commodi vel auaritiæ causa, sed quòd patris benedictionem sibi comparare studeret. Alioqui si ita simpliciter quæ fiunt exquisiturus es, vide ne & patriarcham puericidam, & Phinees homicidam dicas: verùm neq; Abraham pueri homicida, sed & valde ei affectus, si quis alius: neq; Phinees homicida, sed zelotes. Vterq; enim quod deo probabatur, faciebat: atq; ille per obedientiam, multam à deo remunerationem promeruit, hîc verò propter zelum prædicatur. Dicit enim: Stetit Phinees, & placauit. Si igitur homicidium & puericidium placuerũt, quia iuxta dei sententiam fiebant, nec attẽdimus ad facta, sed ad scopum eorum quæ fiebant, & ad voluntatem eorum qui fecerunt: multo magis & hîc expendendum istud fuerit. Ne igitur hoc considera, q̃ mentita fuerint quę dicebãtur à Iacob: sed illud cogita, q̃ volens deus prędictionem impleri, omnia vt sic fiant dispensauit. Et vt scias, q̃ deus omnia facilia reddebat, etiam quę difficilia: vide quomodo iustus non potuit subolere fraudem, sed persuadetur dictis Iacob, & cùm edulia ista comedisset, benedictionibus eum remunerat. Et non prius à venatione affuit Esau, quousque omnia sunt impleta: vt per omnia sciamus, voluntate dei hæc gesta esse. *Dixit autem*, inquit, *Isaac: Quid hoc, quòd tam ſtatim inueniſti fili? Ille autem dixit, Quod tradidit dominus deus tuus coram me.* Adhuc in anguſtiis stabat Iacob, augebatúrque plurimum timor eius. Verùm hæc omnia propterea facta sunt, vt discamus rebus ipsis quòd nõ simpliciter dominus suam declaret solicitudinem & prouidentiam, nisi viderit & nostrum accedere feruorem. Ne enim prætereas obiter hunc agonem, sed consideres q̃ causæ totius atq; salutis erat periculum: & timebat & tremebat, ne propter benedictionem fieret omnis maledictionis reus. *Deinde*, inquit, *Dixit Isaac: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili, an ſis filius meus Eſau, vel non.* Etenim ob vocem placidiorem dubitabat iustus: sed quia dispensatio implenda erat, nõ permisit deus vt dolus sentiretur. Appropiauit autem & contrectauit eum, & dixit: *Vox quidem Vox Iacob, manus autem manus Eſau: & non agnouit eum.* Vide quo-

Pſ.105.e

modo ostendit q̃ vniuersum à dei gratia erat: quæ efficiebat vt ipse nihil horum attenderet, & Iacob paterna frueretur benedictione. Et non agnouit eũ, inquit, *Erant enim manus eius ſicut manus Eſau, & dixit, tu es filius meus Eſau?* Vide iterum, quomodo ostendit diuina scriptura q̃ dubitauerit iustus. *Dixit enim*, inquit, *Num tu filius meus Eſau?* Vt ex hoc quoque sciamus, quòd pater victus naturali affectione, omnia fecerit, Deus autem futura præcognoscens, & in virtutum nota seruos suos insignire solitus, rem totam hunc in modum dispensat. Et dixit Iacob, Ego. Postquam dixit, Num tu es Esau filius meus? Et dixit, ego: dixit igitur: Affer itaque mihi, & comedam de venatione fili, vt benedicat te anima mea. Vix tãdem à cura soluitur Iacob, & attulit patri edulia, attulitq; vinum & bibit. Et dixit ei: *Appropia mihi & oſculare me fili. Et vt appropiauit, oſculatus eſt eum: & odorauit odorem veſtimentorũ eius, & benedixit eũ, ac dixit.* Vide diuinæ scripturę obseruationem. Postquam interrogauit, Num tu es Esau? & dixit, Ego: iterum contrectauit eum, & subdubitabat, & cum ex voce penè simulationem deprehẽdisset: iterum interrogauit, Nónne tu es filius meus Esau? Et dixit, Ego. Et postea attulit ei, & comedit. *Tunc*, inquit, *oſculatus eſt eum, & benedixit eum.* Nam vt ne quis opinetur quòd in personam Esau benedictionem fecerit, sed in illũ quẽ osculatus est: propterea commemorat diuina scriptura, q̃ osculatus est, & benedixit illum quem osculatus est. *Odoratus eſt enim odorem veſtimentorum eius, & benedixit eum, & dixit: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et dabit tibi deus de rore cœli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumenti & vini. Det*, inquit, *dominus deus tibi, qui edulia attuliſti, qui à me oſculũ accepiſti: & ſeruiant tibi gentes.* Vide quomodo necessariorum copiam ipsi precatus sit, deinde principatum gentium prædicens, & futuram eius * religionem, & † incrementa quæ inde nascuntur.] *Et adorent te principes.* Non solum ei apprecatur gentes subdi, sed & principes. *Et ſis dominus fratris tui.* Vide quomodo seruit iustus, etiam ignorans, dei voluntati. Omnia enim hæc propter hoc dispensabantur, vt hic propter virtutem dignus recipiat benedictionem. *Et adorent te filij patris tui.* Filios consueuit scriptura vocare omnem generationem: sicut & hîc, filios patris tui: quasi diceret aliquis eos, qui ex semine † Isaac futuri. Non enim alios filios habuit Isaac, quàm hos duos solos. *Qui maledicit te, ſit maledictus: qui benedicit te, ſit benedictus.* Ecce & coronas benedictionis, ecce summam omniũ bonorum, esse benedictum. Vidisti dei misericordia? Qui timuerat ne maledictionem acciperet pro benedictione, non solum cum tanta largitate benedictiones à patre reportat: sed & illi maledicuntur, qui attentant eum maledicere. Hinc discamus, quãdo quis iuxta voluntatem domini sua dispensare vult, tanto superno subsidio adiuuatur vt hoc planè re ipsa experiatur. Quis enim non admiretur & obstupescat dei ineffabilem dispensationem, quòd non prius Esau de venatione aduenit quousq; solueretur actus illius argumentum, & quando ille accepta benedictione à patre discessit? Hoc enim nos docere vult beatus Moses. *Et factum eſt poſtquam ceſſauit Iſaac benedicere Iacob filium ſuum: & factum eſt quando exiuit Iacob à facie Iſaac patris ſui, Eſau frater ſuus venit de venatione.* Vide quomodo post illius exitum alter statim aduenit. Non hoc absq; causa vel temerè factum, sed vt ignorãs afferret & ipse edulia, & à patre addisceret rem totam vt acta erat.

Nam

Nam si prius nouisset, & in fratrẽ incidisset, forsitan & ipsum interemisset, victus ira. Nã qui hoc postea deliberauit, multo magis in negocio medio attentasset. Sed manus dei erat, quę puerũ saluabat: & hũc quidẽ dignũ benedictione effecit, illũ autẽ & benedictione priuauit & primogenitura. Vt autẽ aduenit, inquit, fecit & ipse edulia, & attulit patri suo, & dixit: *Surgat pater meus, & comedat de venatione filij ſui, vt benedicat me anima tua.* Vide, obsecro, iterũ iustũ perturbari, & mente cruciari: dicit enim, vt autẽ audiuit, dixit: *Quis es tu? Ille autem dixit, Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau.* Vide quomodo superbit in causa. Nõ est cõtentus q̃ dicat, ego sum Esau: sed addidit, primogenitus. *Obſtupuit autẽ Iſaac ſtupore vehemẽti, & dixit: Quis igitur venatus eſt venationẽ meã, & attulit mihi, & comedi de omnibus antequam tu venires: & benedixi eũ, & benedictus erit?* Vide quomodo in perplexitate cõstitutus iustus, & narrans factũ, graui ter illius animũ vulnerauit. Et benedixi eũ, & benedictus erit. Hoc autẽ faciebat iustus, sapiẽtia dei illius linguã dirigente, vt cùm ille omnia diligenter didicerit, scire possit nihil ei profore vel primogenituras, vel venationẽ. *Auditis ſermonibus patris Eſau clamauit voce magna & acerba.* Indignationẽ significauit per verbũ, & iram qua succensus, cùm hæc didicisset: & dixit, *Benedic, obſecro, & me pater. Dixit autem ei, Frater tuus venit cum dolo, & accepit benedictionem tuam.* Prior, inquit, frater tuus benedictionem omnem vbertim & copiosẽ arripuit. Et vt scias, q̃ superna gratia fuerit cooperata in hoc vt iustus deciperetur, vide quomodo ipse hoc fateatur, dicens: Venit frater tuus cũ dolo: quasi excusset se apud puerũ, & doceat, ignorans illi benedictiones impẽdi, & paratus erã tibi eas largiri: sed ille venit cum dolo, & accepit benedictionẽ tuã. Hæ tibi præparatę erant, sed ille prępripuit, nõ hoc mea culpa factũ est. *Et dixit*, inquit, *Eſau: Rectè vocatũ eſt nomẽ eius Iacob, ſupplantauit enim me iam ſecũdò: & primogenita mea tulit, & nunc accepit benedictionem.* Non inuanum, inquit, nomen hoc sortitus est: supplantationem enim interpretamur nomẽ eius: id quod hîc in me declarauit, & primogenitis & benedictione priuans. Quid igitur ad patrem Esau? *Non reſeruaſti & mihi benedictionẽ pater? Reſpondit autem Iſaac, & dixit Eſau: Diſce*, inquit, *quòd omnes benedictiones in eum effudi, cum eum fecerim dominum tuum.* Vide quomodo statim ab hoc exorditur. Nihil enim aliud ei quàm seruitutẽ significat & subiectionẽ, ac dicit: Cũ eum fecerim dominũ tuum, & omnes fratres eius seruos, frumento & vino stabiliui eum: tibi autẽ quid faciam fili? nihil aliud vltrà relictũ est: cùm dominũ fecerim tuũ, & omnes famulos fratres, & rerũ necessariarum vbertatẽ ei auxi. Quid aliud vltrà relictum est? *Dixit autem Eſau ad patrem ſuum: Num benedictio vna tibi eſt pater? benedic, obſecro, & me.* Quoniã audiuit patrem dicentẽ: Et benedixi eum, & benedictus erit: tunc, inquit, Benedic, obsecro, & me pater. num vel vna tibi benedictio est? Nõ potes & mihi vel vnã benedictionem impartiri, qui ita à te diligor, qui primogenitus, qui à te in venationem missus sum? Adobruit patrem verbis. *Compunctо autem Iſaac*, inquit, *clamauit voce magna Eſau, & fleuit.* Vidit patrẽ consilio destitutũ, & nõ posse neque velle reuocare quæ facta sunt: & clamori etiã adiecit ploratũ, ad maiorem cõpassionẽ. Misertus itaq; eius Isaac, inquit, dicit ei: *Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua, & de rore cœli deſuper, & in gladio tuo viues, & fratri tuo ſeruies: erit autem quando depones & exolues iugum eius à collo tuo.* Quoniam, inquit, & ipse meam benedictionẽ desideras, disce q̃ non est possibile vt agã quæ diuinæ voluntati aduersa sunt: sed & tibi quidem apprecor, vt rore cœli fruaris. Scias autem q̃ militarẽ vitã acturus es, & in gladio tuo viues, & fratri tuo seruies. Cæterũ nullus audiens hæc miretur, videns post hæc fratrẽ vagum factũ ob illius metũ, & in terrã alienam cõtendentẽ. Neq; initia attendens, existimet vaticiniũ excidere. Nam quãdo dominus aliquid pollicetur, etsi diuersa his quę pollicetur videamus in principio euenire, nõ turbemur: neq; enim possibile est vt ad finẽ vsq; aberrent. Hoc autẽ fit, vt dum iusti per omnia fulgidiores redduntur, abundantiã virtutis dei manifestam nobis omnibus fieri efficiant. Et in vnoquoq; sanctorum hoc inuenies, si volueris historias singulas diligẽter animaduertere: quod sanè nunc quoq; factũ est. Ne hoc attendas, q̃ nunc statim profugus fit, sed cogita gloriã quæ posthac sequetur: quia tẽporis processu hic ipse sic terribilis illi factus, † vt ille magnã erga eũ declararet] reuerentiã, in tantámq; venit gloriã post ærumnas, quas in terra aliena tulit, vt qui ex ipso nati in immensam multitndinem propagentur, & eius nomine tota gens cognominetur ac sit discreta. Nunc autem docens nos diuina scriptura fratris indignationem, & q̃ homicidium spectarit, inquit: *Et odio graui proſequebatur Eſau Iacob, propter benedictionẽ qua benedixerat eum pater ſuus.* Et vt sciamus, quòd nõ fuerit simplex & subitanea ira, per verbum nobis significauit malitiæ eius excellentiam. Graui enim odio persequebatur dicit: hoc est, insidebat & perdurabat odiũ, ita vt & mẽtem in profundo latentem manifestaret per verba, inquit: *Dixit enim in corde ſuo, appropinquent dies luctus patris mei, vt occidã Iacob fratrẽ meũ.* Nónne & irascens insanientibus ipsis nõ minus insanus est? Considera enim quomodo dęmon ille insanientes subingressus, mente destituit correptos, & persuadet vt faciãt planè † aliã quàm apparet.] Neq; enim rectè vident illi, neque aliud quiddam vtile faciũt: sed quasi corruptis sensoriis, & diiudicãdi via amissa, faciunt omnia. Ita sanè & qui irascuntur, nõ agnoscunt præsentes, nõ memores sunt cognationis: nõ amicitiam, non consuetudinem, non dignitatẽ, neq; quicquam aliud in mentem accipiũt, sed iræ vi pressi, in præceps miserabiliter ferũtur. Quid igitur illis fuerit miserius, quando victi & capti ab affectione etiã homicidium meditãtur? Propterea beatus Paulus radicẽ huius mali volens extirpare, admonet, & scribẽs sic dicit: Omnis ira & indignatio, & clamor auferatur à vobis cũ omni malitia. Nõ solum, inquit, nolo vos succensere & indignari, & irasci, sed neq; cum clamore proximis loqui: clamorẽ hîc dicẽs, qui ab ira nascitur. Quando enim affectio hæc intrinsecus excitatur, & cor tumet, nõ iam sinit vt lingua vltrà placidè loquatur: sed affectionem cordis demonstrans, efficit vt clamosè cum proximo loquatur. Volens igitur beatus ille, sibi obtemperantes in perpetua versari tranquillitate, dixit: Omnis ira, hoc est, à qualicunq; causa moueatur: & omnis indignatio, & omnis clamor tollatur à vobis. Deinde radicem huius mali volens arefacere & inutilem reddere, dicit: cum omni malitia. Nam qui sic afficitur, semper in portu sedet, à fluctibus liber: & neq; tempestatem timet, neq; naufragium: sed quasi in tranquillitate nauigans, vel in littore sedens, ita præsentem vitam trahit, non solum ab omni turbatione liber, sed & immortalium & ineffabilium bonorum fructus sibi per omnia concilians. Qui nobis omnibus cõcedantur, gratia & misericor-

Universidad de Deusto Biblioteca

dia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit ſimul gloria, honor & imperium, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Rebecca autem vocato filio ſuo iuniore, dixit ei:

Homilia LIIII.

Vidiſtis heri dilecti, & publicani magnã gratitudinem, & domini ineffabilẽ miſericordiã, & Iudæorum ſtupiditatem immẽſam? Vidiſtis quomodo omnes nos erudierit beatus Matthæus, ſtatim obediens, & tantam morum mutationem præ ſe ferens: ꝙ in voluntate noſtra, † comite ſuperna gratia,] ſitæ ſunt & virtutes & vitia: & ꝙ opera adhibita, poſſumus fieri virtutibus cõſpicui: & cõtrà deſides facti, in peccati præcipitiũ deferri? Hoc enim eſt, quo à brutis differimus, quia ratione inſigniti ſumus à miſericordi deo, & in natura noſtra inſita eſt ſciẽtia boni & mali. Nullus igitur prætexat, ꝙ ignorans virtutẽ negligat, vel quod nõ habeat aliquẽ viæ ducem & demonſtratorẽ. Sufficientẽ enim magiſtrũ habemus cõſciẽtiam. Et fieri nõ poteſt, vt quis illo adiumẽto priuetur, Nam ſimul cum formatione hominis, implantata eſt ſcientia faciendorũ & non faciendũ: vt noſtra gratitudine declarata, in præſenti vita, quaſi in palęſtra quadã exercitati, ſecundũ virtutũ labores præmia reportemus: & breui tẽpore laborantes, perpetuas coronas mereamur, & in momẽtaneo hoc ſeculo virtutẽ amplexati, æternis bonis in infinita ſecula fruamur. Id ſanè ſciẽtes fratres, noſtrã ne perdamus generoſitatẽ, ne ſimus † tantis operibus] ingrati: ne ſectemur voluptates, quæ tã breui tẽpore durãt, perpetuũ dolorẽ nobis accerſentes: ſed ante nos ſemper videntes oculum qui nunquã ſopitur, qui & abſcõdita cordis nouit: res noſtras ita inſtituamus & moderemur, & muniti armis ſpiritus noſtrã declaremus gratitudinẽ: vt & gratiã, & auxiliũ ſupernè nobis accipiamus, ad vincendũ communem ſalutis noſtræ hoſtẽ, & ad irritandas eius machinationes, & ad promerẽdam illorum bonorũ fruitionem quæ promiſit diligentibus ſe. Ne ergo ſpectet quis ad laborẽ virtutum, ſed cœleſtia lucra cogitantes prõptè labores obeamus. Nã ſi hi qui in terrenis verſantur negociis, & in colligendas opes inſaniunt, omnia promptè ſuſcipiunt facienda: & vidẽtes ante oculos pericula maris, piratarum inſidias & naufragia, nõ franguntur, nec ſegniores fiunt, quãuis (quod plus eſt) de fine nihil certi habeant: qualem nos habituri ſumus defenſionẽ, ſi non omni ſtudio & alacritate accingamur ad virtutũ ſtudia & agones, ꝑpter æterna illa bona? Quare ita ingrati ſumus benefactori noſtro, & neq; quæ iamdonata ſunt verſamus animo, neque promiſſa cogitamus: ſed omniũ (vt ita dicã) obliti, fruſtra & inuanũ, quaſi pecudes vitã totã tranſigimus, animæ quidem nullã facientes curã, ventrẽ autem ſolum impinguantes, atq; etiã propter hoc corpori multũ nocẽtes? Etenim corpori ob voracitatẽ & immoderantiã multa paramus incõmoda, animam verò fame perire ſinimus: tametſi † potentior anima ſit q̃ corpus, & ablata illa hoc mortuum relinquatur. Cũ igitur oporteret & huic & illi cõgrua & cõuenientia præbere alimenta, modũ neq; hîc neq; illic ſeruantes vtrinq; nocemus: hoc plus q̃ oportet ſaginantes, hanc autẽ fame perire cogentes. Et quod omniũ dominus loco maximæ indignationis aliquãdo interminatus eſt Iudęorum populo dicens: Dabo vobis non famẽ panis, neq; ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermonẽ domini: docens nos, ꝙ illa quidẽ fames corpus emaciat, hæc autẽ animam attenuat: in hoc inquã quod dominus tunc ſupplicij loco illis minabatur, nũc nos ſponte incidimus, idq; poſtquã deus tantã noſtri curã declarauit, & diſpenſauit, vt poſt ſacrarũ ſcripturarũ lectionẽ habeamus & à doctoribus admonitiones. Ideo oro veſtram charitatẽ, vt excuſſa deſidia expergiſcamini, & ſtudiũ omne in animæ ſalutẽ transferatis. Sic enim & à deo beneuolentiã vberem habebitis, & nos alacriores ad docendũ vos erimus, quos videbimus cõſilio noſtro parere. Quoniã & agricola, quando videt terram fœcundã & culturæ idoneam, parat ſe etiã ipſe vt maiori ſtudio illã colat. Eodẽ modo & nos ſi viderimus veſtrum in diuinis profectũ, & ꝙ ea quæ à nobis dicũtur, † alacriter ſuſcipiatis,] maiorẽ docendi laborẽ exhibebimus: vtpote ſcientes, ꝙ non in petris ſeminemus, ſed in pingui & profunda terra. Ea enim de cauſa quotidie vobis cõcionamur, vt aliquid lucri faciatis, & virtutes veſtræ creſcant, & nos lætemur vidẽtes veſtrum profectũ. Nunquid enim temere & inuanum dicere volumus, vt à vobis laudum fructus recipiamus, & vt plaudẽtes manibus recedatis? nõ hoc ſpectamus: abſit. Sed veſtra vtilitas, mea maxima laus eſt: & ſumm⁹ plauſus, ſi quis à vitiis ad virtutẽ conuertatur: ſi qui antea deſes, noſtra adhortatione ſtudioſus fiat. Hoc & mihi maximũ affert ſolatiũ & laudẽ, & vobis lucrũ & diuitias ſpirituales. Sed nõ ambigo, quin multũ ſtudij declaraturi ſitis. Scio enim, ꝙ à deo docti eſtis, potentes etiã alios admonere. Propter hoc hîc ſiſtẽs meum conſiliũ, pergam ad ſolitam doctrinã verborum beati Moſis, imò per eum dictorũ à ſancto ſpiritu: & vbi pauca quædã propoſuero, hodiernũ vobis illinc conuiuiũ apponam. Audiſtis nuper, quomodo Iacob omnia faciens iuxta conſiliũ Rebeccæ, patris benedictionẽ arripuerit, laudatúmq; furtum cõmiſerit? Ideo & cooperatorem deũ habuit, & conatus eius bene ſucceſſit: ſed quia Eſau ob id ipſi valde inuidebat, & ſe ad cædem præparabat. Ita enim ſe habet mala hæc affectio, non ante deſiſtit, donec à ſe captum in præceps deiiciat, & ad homicidij currat ſcelus. Radix enim homicidij inuidia, & fructus inuidiæ homicidiũ: ita & à principio fuit inter Abel & Cain. Ille enim nihil habens vel paruum vel magnũ, de quo accuſaret fratrẽ, vbi vidit illũ domino probari propter oblationem munerũ, ſe verò ob negligẽtiam ſuam reiici, ad inuidiã ſtatim prouocatus eſt: & nata homicidij radice in mente eius, ſtatim & pernicioſum illum fructũ attulit, & homicidiũ commiſit. Ita ſanè etiã Eſau, cùm accepiſſet frater benedictionem à patre, ab ira & inuidia ad homicidium prouectus, meditabatur mortẽ fratris. Verũ admirabilis illa mater hoc ſentiens, iterum maternum amorem erga filium declarauit: & conſilium affert, quo poſſit è fratris manibus eripi. Vocato enim, inquit, filio ſuo iuniore, dixit ei: *Ecce Eſau frater tuus minatur tibi mortẽ, nũc igitur audi vocem meam.* Experientia te doceat, ꝙ vtilia conſulo. Et ſicut dudum audita voce mea, magnas illas à patre benedictiones aſſequutus es: ita & nunc audi vocem meam, vt effugere poſſis fratris manus. Sic enim & temetipſum à periculis liberum reddes, & me à luctu. Veriſimile enim ꝙ ille ſi hoc auſus fuerit, pœnam daturus ſit, & ita vndequaq; mihi grauis dolor & cruciatus erit. *Audi igitur vocem meam, & ſurge, ſtatímq; vade ad Laban fratrem meum in Charran, & habita cũ eo ad aliquot dies, vſquequo auertatur ira & indignatio fratris tui erga te, & obliuiſcatur quæ ei feciſti: & mittã & reducã te inde, ne fortè vno die vobis ambobus orber.* Abi, inquit, ad fratrem meum

† poſt ſupernã gratiam.

† tantæ beneficẽtiæ.

† præſtantior.

Amos 8.d

† factis implere cõtẽdatis,

meum Laban, & habita illic cum eo. Veriſimile enim, ꝙ ſeparatio, & tẽporis proceſſus poterit mitigare iram, & finire inuidiã, & obliuionem afferre eorum quæ in furto benedictionis geſta ſunt. Et obliuiſcatur, inquit, quæ feceris ei. Veriſimile eſt, inquit, eum iraſci: ideo congruit vt iram eius declines, ſi fortè per tẽpus obliuiſcatur, & poſtea cum libertate poſſis hîc domicilium habere. Et ne puer grauatim ferat, ꝙ cogatur in alienã terrã abire: vide quomodo ſoletur pueri animam. Primùm quidẽ dixit: Abi ad Laban fratrem meũ. Num ad extraneum & alienũ ire te iubeo? ad fratrẽ meum ibis, & habita cũ eo ad dies aliquot: breue, inquit, tempus, paucos dies, quouſq; quieſcat ira. Nunc enim feruet indignatio eius, & aliquando ab affectione ſuperatus, neq; patris habebit reuerentiam: neq; quantum fraternæ neceſſitudini debeat in mentẽ accipiet: ſed vnum hoc aget, vt furorẽ ſuum expleat. Et mittens reducam te. Statim autem, inquit, inde reducam: abi igitur bona cum fiducia, te enim nunciis eò miſſis reuocabo: Nam de vtroq; anxia ſum, & vtrique timeo, ne fortè vtroq; priuer. Vide ſapientiã matris, quæ à ſeipſa mota, imò dei prædictioni etiam nunc ſeruiens, illa conſulit puero quę Chriſtus diſcipulis ſuis cõſulebat, ne temerè periculis ſe immiſceant, ſed ſeceſſu inſaniã malè affectorũ demulceant: hoc igitur etiã illa puero conſulit, primùm eius mentẽ animans & firmans † cũ autẽ ſeceſſum ille nõ detrectaret, nec ægreferret, tũc] & cauſam honeſtam profectioni eius excogitat, ita vt nõ manifeſtè videatur propter fratris inuidiã cedere, neq; pater ſciat verã peregrinationis cauſam, Eſau ſcilicet indignationem contra illum. *Et ingreſſa*, inquit, *ad Iſaac Rebecca, dixit: Grauis mihi vita eſt propter filias Chet. Si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ iſtius, ad quid mihi vita?* Conſidera, quomodo honeſtũ inuenit prætextum. Quando enim nobis ſuperna gratia cooperatrix eſt, & difficilia facilia fiunt, & grauia leuia. Quia igitur & hęc habuit deũ ſententiæ ſuæ annuentẽ, omnia quę ad futurã diſpenſationẽ & ſalutẽ pueri conducere poterant, ſuggeſſit eius mẽti. Grauis mihi, inquit, eſt vita mea propter filias Chet. Si acceperit Iacob vxorẽ de filiabus terrę huius, ad quid mihi vita? Hîc mihi ſignificare videtur peſſimos vxorũ Eſau mores, & ꝙ ei fuerint multæ amaritudinis cauſa. Etenim de Eſau ſuperius narrauit nobis diuina ſcriptura, ꝙ accepit à Chettæis & Euæis vxores, & exaſperabant Iſaac & Rebeccam. Hæc igitur in memoriam ei ſuggerere volens, quaſi dicat: Scis quomodo vitam meam amaricarunt vxores Eſau, & quomodo propter illarum malitiã in omnes filias Chet malè afficior, & propter illas omnẽ illam gentem exoſam habeo? Si igitur cõtingat & Iacob ex illis vxorẽ ducere, quę mihi poſtea ſalutis ſpes? ad quid mihi tum vita? Nam ſi illas ferre non poſſumus, ſi etiã Iacob ex filiabus terræ huius vxores acceperit, actum eſt de vita noſtra. Quibus auditis Iſaac, atq; malitiæ illarũ recordatus, accerſito Iacob, benedixit eum, & præcepit ei, dicens: *Non ſumes vxorem de filiabus Chananæorum, ſed ſurge & vade in Meſopotamiã, in domum patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus fratris matris tuæ.* Neq; his contentus verbis: voluit & alacriorem eum reddere in peregrinatione, & eũ iterum benedictionibus cõfirmat, ac dicit: *Deus meus benedicet te, & augebit te, & multiplicabit te, & eris in congregationes gentium, & dabit tibi benedictionem Abrahæ patris mei, tibi & ſemini tuo poſt te: vt in hæreditatem accipias terrã peregrinationis tuæ, quã dedit deus Abrahæ.* Vide quomodo iuſtus prædicit ei omnia, & bona ei viatica dat & ſolatia: prædicit enim ei reditũ & hæreditatem terræ, & ꝙ non ſolum in multitudinem creſcet, ſed & congregationes gentiũ ex ſemine eius egredientur. Quæ vt audiit puer, impleuit iuſſa patris, & profectus eſt in Meſopotamiã ad Laban matris fratrẽ. Et iterũ, vt hoc didicit Eſau, & ꝙ benedictus fuerit à patre Iacob, contenderítq; in Meſopotamiam, & ꝙ mandatum ſit ei ne accipiat vxorem ex filiabus Chananæorum: quaſi corrigere volens erratum ſuũ, & placare patrẽ, *Addidit*, inquit, *& accepit vxorem ad duas vxores ſuas, filiã Iſmael filij Abrahæ.* Vidiſti dilecte, quanta prudentia, & quibus affectionibus filium ſuum Iacob è periculis mater eripuerit: decenter pallians peregrinationis cauſam, & neq; Eſau malitiam prodens, neq; patri cauſam manifeſtam faciens: ſed & filio conueniens dans cõſilium, vt propter metum admoneri poſſit ne ſe opponat ſuis dictis, & patri congruã ſentẽtiam ſuggerens? Vnde & iuſtus accedens eius dictis, viatico benedictionis inſtructum Iacob dimiſit. Cæterùm ſi placet, & non defatigamini, videamus quomodo peregrinationẽ obiuerit Iacob. Nõ paruam enim & hinc commoditatẽ accipere poſſumus, ſi attenderimus. Iuſtorũ enim conuerſatio & vita, totius philoſophię continet doctrinã. Vide igitur ſaltem vel hunc iuuenem, qui domi educatus, qui antea nunquã in peregrinatione fuerat, neque magnum iter fecerat, neq; graue aliquid expertus erat, quomodo iter arripiat. Et diſce q̃ excellentibus præſtiterit moribus eius vita. *Et egreſſus Iacob à fonte iuramenti, profectus eſt in Charran, & occurrit loco, & dormiuit illic. Occidebat enim ſol, & accepit de lapidibus loci, & poſuit ad caput ſuum, & dormiuit in loco.* Vidiſti ineffabilem vitæ philoſophiã? Vidiſti quomodo veteres iter faciebant? Vir domi educatus, tantæq; aſſuetus curæ: ſimplex enim erat, inquit, & domi habitãs: peregrinaturus neq; iumentis egebat, neq; miniſtris, neq; viaticis: ſed apoſtolicũ morem imitatus, iter facit: & cùm occũberet ſol, ibi dormiuit vbi eum nox cõprehẽdit. Accepit, inquit, lapidẽ, & poſuit ad caput ſuum. Vide pueri robur, lapide pro puluinari vſus eſt, & ſuper pauimentum dormiuit. Igitur quoniam bene moratam animam habebat, & maſculum ſpiritum, & ab omnĩ vanitate liberum, admirabilem viſionẽ illam meruit. Hoc enim more agit dominus noſter, quando videt animam præſentia non magnifaciẽtem, plurimam ſibi illius curam eſſe declarat. Vide igitur iuſtum illum ſuper ſolo cubantem, & viſiones videntem, imò viſione domini dignum haberi: dicit enim. *Obdormiuit, & ecce ſcala erat firmata ſuper terram, cuius caput pertingebat in cœlum: & angeli dei aſcenderunt & deſcenderunt ſuper eam. Dominus autem innixus eſt ſuper eam, & dixit: Ego deus Abraham, & deus Iſaac patris tui: ne timeas.* Conſidera, obſecro, hîc eximiam curã miſericordis dei. Quia videbat iuxta conſilium matris propter timorem fratris ſuſcepturũ peregrinationẽ, & quaſi erronem quẽdam viam facere, & ſolum, ac ab aliis abſtractum, nullámq; habentem conſolationem vllo ex loco, ſed totum in ſupernum auxilium proiectũ: ſtatim in ipſo initio volens confirmare alacritatem eius, apparet, ac dicit: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac patris tui. Ego & patriarcham & patrem tuum in tantam gloriam creſcere feci. Ne igitur timeas, ſed crede ꝙ ego qui impleui illis ſuas promiſſiones, & te mea cura & prouidentia dignabor. Ne timeas, ſed confide: & omni timore depulſo, crede his quæ à me dicuntur. *Etenim terram in qua*

† vt diſceſſum nõ ægreferret, tunc demps.]

Caput. xxviij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã tu dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semen tuum sicut arena maris. Ne putes, inquit, quia in terram alienam nunc vadis, priuandũ te terra in qua natus es: vbi educatus, vbi adoleuisti. Etenim tibi dabo eam & semini tuo: quod sicut arenam maris augeri faciam, & dilatabitur ad mare, & Africum, & Septẽtrionẽ, & Orientẽ: hoc est, vbiq; propagabitur. *Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in semine tuo.* Vide quomodo iam omnia ei quæ post longum tempus euentura erant, prædicit. Hic enim mos est omniũ domino & opifici. Atq; hoc de omnibus iustis dici inuenies, vt polliceatur quidẽ, nõ autẽ continuò promissiones impleat: sed exerceat iustorum obedientiã & patiẽtiam, atq; sic multa cum liberalitate impleat promissa. Deinde vbi pollicitus est ei futura, & indigebat iustus in rebus præsentibus non vulgari consolatione: vide benignum dominum, & futura pollicetur, & per illa ipsa quæ nunc in eum declarat, de illis fidentem facit. Dicit enim: Ne putes q; hæc sola tibi polliceor: sed & nunc tecum sum, custodiens te in omni via quò vadis. Ne putes, inquit, q; solus iter facias: me habebis itineris comitẽ, me habebis custodem in omni via, omnia tibi difficilia facilia reddentẽ. Exin magis augens consolationẽ, iam prædicit ei reditum ad sua. *Et reuerti faciam te*, inquit, *in terrã hanc.* Ne formides, inquit, quasi in aliena terra cõuersaturus: quoniã reducam te in terram hanc, & minimè te derelinquã, donec fecero omnia quę loquutus sum tibi. Non despiciam te, neq; te consilij inopem sinam: sed quæcunq; tibi promisi, faciã. Quomodo quis pro dignitate admirabitur & obstupescet diuinam misericordiã, & † insignitum obsequelę eius studium?] Vide enim quantum pondus promissionum dat iusto, & quomodo spiritum eius erexit? Cogita item & iusti huius gratitudinẽ, & q; post illas promissiones apud Laban viginti annis laboribus afflictus, non grauatim tulit, non segnior fuit tanto tempore: sed omnia fortiter sustinuit, expectãs promissionum tempus, & sciens q; nõ sit possibile intercidere quę à deo dicta sunt: & maximè si & nos afferre nostra studeamus, fidẽ & † obedientiam,] & ita bene fidamus his quę à domino promissa sunt atq; si iã impleta essent. Hæc enim vera fides est, nõ attendere ea quæ videtur, etiam si omnino sint aduersa promissioni, sed solã promittentis potentiam. Iã verò videamus iusti huius gratitudinẽ. *Euigilauit*, inquit, *Iacob de somno suo, & dixit, Dominus est in loco isto, ego autẽ nesciui. Et timuit, & dixit: Quàm terribilis est locꝰ iste? Non est hoc aliud, quàm domus dei: & hæc est porta cœli.* Stupescens iustus propter magnã misericordiã dei, timuit, inquit, & dixit: Nõ est hoc nisi domus dei, & ista est porta cœli. Hic locus mihi posthac pro domo dei reputabitur. Tãta ille gloria dignus est habitus & ipse, vt ita dicam, quasi cœli porta visus est. Iustũ fuerit, vt debitã hic gratiarũ actionẽ domino reddã & offerã. *Et surrexit Iacob, & accepit lapidẽ quem posuerat ad caput suũ, & statuit eum in columnã, & infudit oleum super summũ eius, & vocauit Iacob nomen loci illius, Domus dei.* Aliud enim erat nomẽ loco antea. Postquam autem per visionem tam magna cõsequutus fuit, vocabulo memoriam loco inscribere vult, posteriq; eum facere celebrem, lapide pro columna erecto, superfusóq; oleo. Verisimile enim est q; illud solum secum tulerit, vtpote iter faciens. Votúmq; affert misericordi deo, omni plenum philosophia. Et si vultis, etiam ipsa audiamus verba: *Vouit enim votũ, dicens: Si fuerit dominus deus mecũ, & custodierit mẽ in via hac qua ego ambulo.* Quoniam dixerat, Ego tecum sum, & custodiam te in via hac qua ambulas: propter hoc & ipse dicit: Illa mihi eueniãt, quę scilicet daturũ promisit. Deinde & petitionẽ suã affert, dicens. *Si dederit mihi dominus panem ad mãducandum, & vestem ad tegendum.* Non diuitias, non abundantiam quandã petiuit: sed panẽ & vestẽ: & hanc ad cõtegendum corpus, illum verò in necessarium alimentum. Cõsidera quomodo nobis apostolicum characterem petitione sua significauit, tanto sapientiæ studio plenus erat iusti animus. Nam id quod Christus dicebat, *Matt. 10.* Ne possideatis aurum, vel argentum, vel duas tunicas: *& Luc. 9.b.* hoc iste nondũ à quoquam doctus, sed à seipso, & ab † insita natura (magistra nostra)] didicit, & optauit a domino suo præberi panẽ ad comedendũ, & vestem ad tegendum. *Si hæc mihi fuerint*, inquit, *in terra aliena, & reduxerit me dominus saluum in domũ patris mei, sicut promisit: erit dominus mihi in deum, & lapis ipse quem erexi in columnã, erit mihi domus dei: & omnium quæ mihi dederis, decimas tibi offeram.* Vide iusti gratitudinem: petebat quidem, at nihil preciosum, sed panem & vestẽ: promittebat autem & sua domino. Sciés autem quàm certet muneribus, & quòd nostras cogitationes retribuẽdo transcendat, inquit: Et columnam hanc in domũ dei habebo, & omniũ quæ mihi suppeditabũtur decimas dabo. Vidisti mẽtem piam ac religiosam? nihil adhuc acceperat, & promisit se deo † eleemosynas] oblaturũ. Dilecti, ne simpliciter prętereamus quę dicta sunt, sed æmulemur omnes hunc iustum: & nos qui in gratia, cũ qui ante legẽ: & nihil temporale petamus à domino. Neq; enim expectat dõec à nobis admoneatur, sed & non petentibus nobis largitur ea quæ ad vsum pertinẽt. Oriri enim facit solem super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Et credamus ei admoneti, & dicẽti: Quærite primùm regnum dei, & hæc omnia apponẽtur vobis. Vide quòd nobis ipse etiam illa prępararuit vt concedat, & hæc in lucri & auctarij parte daturũ se promittit? Ne igitur ea quæ sunt accessoria, quasi primaria pete: ne inuertam° ordinẽ, sed quęramus illa sicut prępecit, vt & hęc & illa habere liceat. Ea enim de causa in orationis nostræ verbis limites & regulas nobis dominus pręscripsit, quatenus petenda sint temporalia. Verba illa iubet nos dicere, quæ omni philosophia sunt referta, Panem nostrum quotidianũ *Matt. 6.b* da nobis hodie: diei alimentum inquit. Id quod iustus ille, tametsi nihil horum audierat, precatus est, dicens: Si dederit mihi dominus panem ad comedendum, & vestem ad tegendum. Ne igitur temporale aliquid ab eo petamus. Indignum enim valde est, à tam liberali & tanta virtute præstanti huiusmodi petere, quæ in pręsenti vita dissoluuntur, & magnam vicissitudinem & mutationẽ experiuntur. Id genus enim sunt humana omnia, siue diuitias dixeris, siue potẽtiã, siue humanam gloriam: sed petamus semper manẽtia, sufficientia, vicissitudinis nescia. Et sciẽtes domini nostri bonitatem, nihil ipendamus præsentia, sed omne nostrum studium in supercœlestium desiderium transferamus. Nam si solem suũ oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos: multo magis abstinẽtes à malitia, & iniustitiã fugientes non despiciet: sed multa dignos ducet prouidentia, & sua solicitudine omni tẽpore dignabitur. Id scientes, dilecti, ne discredamus diuinis pollicitationibus: neque diuersa quàm ille iussit, faciamus. Enimuerò quãtum ad ea quę nunc à nobis fiunt, nihil ab infidelibus differimus. Quãdo enim ipse quidẽ futura nobis promittit, nos autẽ nolumus confidere

†inæstimabilem condescensionem] συγκαταβασιν, demissionẽ, attẽperationem. †patiẽtiã.

† insita natura nostræ magistra.

† decimas eorũ quæ sibi donãda erant.

Ibid. 6.d

confidere illius ꝓmissionibus, sed præsentibus sumus affixi: quod aliud incredulitatis indiciũ adhuc requiritur, rebus ipsis tã clara voce attestãtibus? & Christo iubente nos nihil à se petere fragiliũ horũ & temporaliũ, nos ei contraueniẽtes quę petere prohibuit, illa quærimus: & quæ iussit quæri, illa non quærimus. Et hæc facientes, & tã pigrè nostra instituẽtes, & exacerbantes mitem & humanũ dominũ, quasi oblii quæ nos fecerimus, causam quærimus suæ erga nos indignationis, & quare nos sæpe despiciat, in varia incidentes tentamenta: & non cogitantes peccatorũ nostrorũ magnitudinẽ, nosmetipsos decipimus volũtariò. Idcirco obsecro vt his omnibus repulsis, nihil saluti nostræ ꝓferamus. Quid eñ vtile fuerit homini, si totũ mundũ lucretur, & animæ suæ detrimentum patiatur? Et superuacuas diuitias iam euacuemus in pauperes, & magnũ sapiẽtiæ studij specimẽ in omnibus exhibeamus, vanã gloriã despicientes, humanũ fastũ conculcantes, & omne charitatis studiũ alij in alios mutuo impendentes: vt & præsentibus & futuris bonis perfrui mereamur, gratia & misericordia dñi nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 16. Mar. 8. et Luc. 9.d.

Et dixit Laban ad Iacob, Quoniam frater meus es tu, non seruies mihi gratis, dic mihi quæ merces tua.

Homilia LV.

SAtis heri ex præludiis peregrinationis iusti edocti sumus quanta sit eius philosophię magnitudo, propter quã causam tantam promissionem à deo consequutus est. Iterũ autẽ per preces & votum, quæ fecit vniuersorũ domino, sufficientẽ doctrinã nobis omnibus dedit, si vellemus ad imitãdam virtutẽ illius excitari. Etenim admiratione dignum est, quomodo virtutẽ sciens promittẽtis, & audiens magnitudinẽ sibi promissorum, neque sic magnũ aliquid & sublime postulare attentauerit: sed illa duntaxat petiit, quæ audistis heri: nempe ea quæ ad quotidianũ alimentũ sibi sufficere possint, & vestimẽtum ad corpus tegendũ: & ꝓmittit si reditum sibi in sua concedat deus, sicut sibi ꝓmiserat, daturũ se omniũ quæ ab eo accipiet, decimas: per omnia monstrãs religionẽ suã, & ipsi asscribit vt datori omnia: & docet nos vt ei habeamus gratiam. Iam eñ iustus ineffabilem immensãmq; misericordiã sciẽs, & coniectans ex his quæ in patrem suũ & patriarchã exhibuerat, q; & sibi magnã abundantiã cõcedat, horũ quidẽ ipse nihil petit à dño, neq; vult de his precari: sed ex eo q; decimas omniũ daturũ se pollicetur, monstrauit omnibus, quomodo confidebat eius qui promiserat virtute. Propterea & ipse quando cum eo loquebatur, dicebat, Ego sum deus Abraham & Isaac patris tui, ne timeas. Cogita, inquit, quòd & patriarcha quasi peregrinus & ignotus in terrã hanc aduenerit, & in tantã venerit gloriam, vt omniũ ore celebretur. Cogita itẽ & patrẽ tuũ, quòd in extrema senectute patri suo natus est, ac ita opibus auctus, vt inuidiosus fieret indigenis. Eadem igitur & ipse expecta, omnémq; timorẽ & anxietatẽ depone, peregrinationémq; obi. Hæc secum cogitans iustus, non ad præsentẽ respiciebat statum: nihil enim omnino secum afferebat. Quomodo enim, qui solus erat, & iter facere cogebatur: sed iam fidei oculis non multo pòst futuram prævidens abundantiam, suam declarabat gratitudinem: & qui nihil adhuc acceperat, vouet, digniorem fide existimans promissionem domini, quàm rerũ possessionẽ. Neque enim ita fidere debemus his quæ in manibus habemus & videmus, vt promissionibus dei, etiã si nõ eueniant statim primo tempore. Iustus igitur sumpta ex his quæ deus dixerat fiducia maxima, peregrinationem obiit. Quo pacto enim nõ fisurus esset, cui dictũ erat, Ecce ego tecũ sum, custodiẽs te in omni via qua iturus es: & multiplicabo semen tuum, & reducã te iterũ in terrã hãc: & nõ te derelinquã, vsquequo cõpleantur promissa omnia? Verùm vt heri dixi, cogita & omnipotentẽ dei sapientiã, & iusti illius magnam sustinentiam & gratitudinẽ. Surrexit eñ post promissiones illas, & in Charras contẽdit. Et iterum agit vt peregrinus & vagus, & in omnibus diuina gratia fruitur, misericorde deo omnia ei prædisponente, & suã ꝓmissionem adimplente. Qui enim dixerat, Tecum sum, custodiens te in omni via qua iturus es, is duxit iustũ ad fontem aquæ, vbi aquabant pastores terræ incolæ: à quibus cùm interrogasset de Laban fratre matris suę, & didicisset omnia quæ circa illũ gerebantur: deinde cùm & huius filiam & greges oculis spectasset, viderétq; pastores non sufficere vt lapidem à fonte ipsi amouerent, & aquarent oues, accurrit: & id qđ illi facere nõ valebant, ipse superno auxilio roboratus, pręueniens beneficiis Laban, amouit lapidẽ, & adaquauit oues quas pascebat Rachel. Dein vbi osculatus est puellã, & significauit quis esset, & vnde venisset, manſit ipse apud fontẽ. Verùm quia deus erat qui iusto disponebat omnia, hìc & puellã excitauit vt celeriter curreret, ac annũciaret hęc patri, qui frater erat huius matris: narrarétq; beneficiũ quod ab eo factũ & in ipsam & in greges: & q; neque peregrinus sit, neque ignotus, sed sororis filius. Considera obsecro dilecte, diuinæ scripturæ euidentiam, quomodo nobis omnia manifestè recenseat, docẽdo nos mores veterũ, & quãtę in excipiẽdis hospitib° fuerint alacritatis. Nam vt puellæ indicaret alacritatem, non simpliciter dixit, q; abiit & annunciauit quæ facta sunt, sed q; cucurrit præ magno gaudio. Deinde & de Laban, qui pater illius erat, dicit, q; auditis his à virgine, cucurrit & ipse in occursum Iacob, & salutauit eum, & induxit in domũ suam. *Postquam autem Laban omnia diligẽter didicit ab eo, dixit*, inquit, *ei: Ex ossibus meis & ex carne mea es tu.* Sororis, inquit, meæ existens filius, nihil aliud q; caro nostra es, & frater noster. Et erat cum eo, inquit, ad mensem dierũ. Dein quasi in domo propria apud eum impauidè & ab omni cura liber agebat. Cæterũ quoniã deus erat qui omnia ad vtilitatem huius iusti dispensabat, & in omnibus ei suam præbebat cooperationem, ipse alacritatẽ Laban excitauit: & videns viri manſuetudinem, dicit ei: *Quoniam frater meus es tu, non seruies mihi gratis: dic mihi, quæ merces tua sit.* Vide quomodo ipse quidẽ petebat nihil, Laban autem à se hoc proponit iusto. Et attende obsecro, quomodo ei cui diuina manus assistit, omnia fœliciter succedant. Non seruies mihi, inquit, gratis: indica mihi, quę merces tua sit. Quanuis beatus ille magnæ charitatis loco habebat vel simpliciter quotidiano alimẽto frui, multámque ꝓ eo gratiã referebat: verùm quia miram humanitatẽ præ se ferebat, ideo Laban vltro mercedem ei pollicetur, quam ipse proposuerit. Quid igitur iustus? Vide obsecro & hìc excellentem eius sagacitatem, & quomodo nullam congregandarum opũ habuerit curã. Non eñ sicut mercenarius aliquis cum Laban conuenit, & operam suam exquisitiore mercede

Universidad de Deusto Biblioteca

† memor præceptorũ patris, cede locat,& aliud quid petit: sed † memor patris,]& memor matris,& mirificam continentiã præ se ferẽs, dicit Laban: *Seruiam tibi septem annis pro Rachel filia tua iuniore*. Hanc enim mox vt apud fontem vidi, amaui. Et vide beneuolentiã viri, sibiipsi & tẽpus præscribit, & tanto tempore sufficiens argumentũ suæ continentiæ præbet. Et quid admiraris dilecte audiens quòd septem annis seruiuit pro dilecta puella? Vt enim ostẽdat nobis scriptura, quomodo amor magnꝰ & laborẽ & temporis lõgitudinẽ succîdit,& breue videri fecit, dicit: Et seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant coram eo quasi dies pauci, eo quòd ipse illam diligeret. Septem,inquit, anni, pauci dies videbantur ob ingentẽ erga puellã amorẽ. Quãdo enim quis sauciatur charitatis desiderio,nihil difficile spectat:sed id quod fuerit plenum periculis & multa miseria,leuiter fert,ad vnum hoc videns,quomodo suo potiatur voto & desiderio. Audiamus nos ignaui & supini,magna ingratitudine in deum viuẽtes. Nam si iustus ille propter puellæ amorem septenniũ seruire, ferréque pastoralium laborum ærumnas decreuit, & non sentit vel labores,vel tẽporis longitudinẽ: sed omnia ei leuia & facilia videntur, expectationéq; & spe fructus alitur,ita vt dies paucos longũ illud tẽpus putet: qualem nos habebimus excusationẽ, qui non pari studio erga dominũ nostrũ & benefactorẽ & curatorẽ, & qui nobis fit omnia,afficimur? Sed quãdo proponitur lucrum tẽporale, omnia alacriter sustinere volumus, etiamsi quid laboriosum fit,& valde ærũnosum & sordidũ,& pœnã in præsenti & futuro seculo præbens: ꝓpter nostrã autẽ salutẽ,& vt supernũ nobis fauorem conciliemus,remissi & supini & dissoluti videmur. Et qualis nobis erit venia,qualísve excusatio sic negligentiæ deditis, qui neque quantũ beatus ille in puellã declarauit amorẽ,tantã in deũ charitatẽ habemus: idq; cùm tanta possumus numerare beneficia in nos collocata,& quę quotidie collocãtur? Sed etsi nos tã ingrati,verũ nõ ita beatꝰ Paulus qui tanta feruebat & ignitus erat charitate in deũ, vt verba illa tanto viro digna loqueretur & clamaret,dicens: Rom. 8.g. Quis nos separabit à charitate dei? Vide dictionis emphasin,& latentem vim: vide amoris violenti furorẽ, vide charitatẽ incensam. Quis nos separabit? Quid,inquit,est, qđ potest nos à charitate dei separare? quid inter visibilia, quid inter inuisibia? Deinde volens & paticulatim omnia enumerare,& omnibus nobis manifestum facere irrefrænabile desideriũ quod erga dominũ possidebat,subdidit dicẽs: Num afflictio? num angustia? num fames? num persequutio? nũ nuditas? num periculũ? num gladius? ô animã, insania (quæ continentiæ mater est) furẽtem. Quid,inquit, ex his quæ nobis inferri possunt,nos auferre à charitate quæ est in deum, poterit? Afflictiones quotidianæ? minimè. Angustiæ? neque illæ. num persequutiones? neq; illæ. Sed quid? num fames? num nuditas? num pericula? Verùm quid dico famem,& nuditatẽ,& pericula? num gladius? nũ mors ipsa,si infligatur,hoc poterit efficere? impossibile est. Nullus alius sic dignatus est diligere dominum, vt beata illa anima. Quasi enim liberatus à corpore,& sublimis factus (vt sic dicã) & neq; super terrã ambulare se putans, ita loquitur. Amor eñ in deum & succensa charitas mentẽ eius à sensibilibus ad spiritualia trãstulit,& à præsentibus ad futura, & à visibilibus ad non visibilia. Talis eñ res est fides & charitas in deũ. Et vt discas magnam eius gratitudinẽ, vide eum qui

A sic dominũ dilexit,& in eius charitate exarsit, fugari, persecutionem pati,flagellari, innumera grauia ferre, & dicere: In laboribus abundantius, in plagis supra modũ, 2. Cor. 11. f. in mortibus frequenter: à Iudæis quinquies quadraginta vna minus accepi: ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum,ter naufragiũ feci,nocte & die in profundo maris fui,in itineribus sępe,periculis fluminum,periculis latronũ, periculis in falsis fratribus, in labore & ærũna: & talia patiens, gaudebat & exultabat. Sciebat eñ,& argumẽtis multis certus erat, ꝗ labores præsentes maxima sibi præmia conciliarent,& pericula coronas parerẽt. Nam si Iacob ꝓpter amorem in Rachelẽ quasi pauculos dies septenniũ putabat: multo magis beatus ille omnia nihili faciebat, succensus simul amore in deũ, & propter Christũ dilectũ omnia ferẽs. Studeamus igitur obsecro & nos diligere Christũ. B Nihil eñ aliud,inquit, Christus requirit à te, q̃ vt ipsum diligas ex toto corde,& facias mãdata eius. Qui eñ diligit sicut oportet deum,manifestum ꝗ & mandata eius facere nititur. Quando eñ quis erga aliquẽ fraternè afficitur,omnia facere studet,vt dilectũ attrahere possit in amorẽ suum. Et nos quoque si dominũ fraternè dilexerimus, & mandata eius implere,nihílque eorũ quæ exacerbare poterunt dilectũ,facere studebimus. Hoc fuerit regnũ cœlorũ, infinitáque bona,& fructus bonorũ assequi, si germanè & sicut oportet eũ dilexeris,& propter charitatem in eum,& erga conseruos multam declaraueris dilectionem. In his eñ duobus mandatis,inquit, vniuersa Mat. 22. d. lex & ꝓphetæ pẽdent: nempe vt diligas dominũ deũ tuum ex toto corde, & proximũ tuum sicut teipsum. Hæc omniũ virtutũ summa,hoc fundamentũ. Simul C enim cum charitate in deũ,ingreditur dilectio proximi. Nam qui deum diligit,non despiciet fratrem: neque opes pluris faciet, sed magnã præ se feret benignitatem, memor eius qui dixit: Qui fecerit aliquid Mat. 25.d vni horum minimorũ,mihi fecit. Et cogitans ꝗ propter ministeriũ in conseruũ, deus ipse sit qui sibi vendicet factũ,magna cũ alacritate hoc operabitur, magnúmq; studiũ habebit eleemosynæ: non ad vilitatẽ respiciens pauperis qui apparet, sed ad magnitudinẽ eius qui promisit se habiturũ perinde ac si sibi factũ esset,quæcunque illi facta fuerint. Ne igitur prętereamus simpliciter,oro,lucrum nostrarũ animarũ, & remediũ nostrorũ vulnerũ. Hoc enim, hoc maximum pharmacum ita curabit & abolebit vlcera animarum nostrarũ, vt neq; vestigiũ neq; cicatrix aliqua appariturа sit: id quod in corporis vulneribus non est possi- D bile. Nam licet quis infinities cataplastra accepta à medicis superponat,necesse est cicatricem in corpore manere,& meritò: corpus eñ est quod curatur. Hîc autem quia anima est,quãdo quis suã gratitudinẽ declarat,multo melius incipit sese habere, q̃ antea habuerit: & sic omnia vlcera depellit,vt ventus vehemẽs puluerẽ deturbat. Atque horũ omniũ exẽplis plenæ Act. 9. sunt scripturæ. Ita Paulus,apostolus factus est ex persequutore: & qui prius impugnabat ecclesiam,postea factus est eius pronubus. Vidisti quanta rerum vicissitudo? Vidisti quanta transmutatio? Sic & latro,qui multa fecerat homicidia, in vno temporis puncto, propter pauca illa verba ita omnia abluit peccata,vt audiret à domino: Hodie mecum eris in paradiso. Luc. 23. Sic & publicanus,qui percusserat pectus, & sua peccata Luc. 18. c. confessus erat, descendit iustificatus magis q̃ pharisæus. Verùm omnes hi animæ suæ gratitudinem declararunt,

clararunt, & priora confessi peccata, remissionẽ obtinuere. Videamus autem & mãdati robur,& quantam abundantiæ vim possideat larga eleemosyna, vt cùm didiceris lucrũ quod inde nascitur, alacriter eam facias. Fortè eñ tãta eius potestas,vt non solum peccata purgare,sed & mortẽ fugare valeat. Et quomodo? Ego dicã. Et quis,dicet aliquis, eleemosynam faciẽs, superior morte factus est? sanè omnes vidimus sub mortis potestatẽ venisse. Ne turberis dilecte, sed rebus ipsis disce quomodo eleemosynę vis & mortis vicit tyrannidẽ. Tabitha erat mulier, cuius nomen si quis interpretatur dicitur Dorcas: hæc quotidie † faciebat opꝰ, colligẽdo] ex misericordia diuitias. †dabat operam vt colligeret] Act. 9. Et vestiebat,inquit,viduas,& alios sũptus eis præbebat. Factũ est autẽ vt infirmata ipsa moreretur. Sed vide quomodo hæ quæ ab illa curabãtur,& quas vestiebat,benefactricẽ remunerarint. Stabãt eñ circa Apostolũ, & mõstrabant,inquit, ei vestes, quas faciebat, cũ adhuc in humanis ageret Dorcas: & alumnã † dicebãt: †requirebant. & fortè etiã lachrymas ꝓfundebãt, adq; miserationem apostolũ prouocabãt. Quid igitur beatus Petrus? Genibus positis,inquit, adorauit: & couersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. Illa autẽ aperuit oculos suos,& vt vidit Petrũ,resedit. Data autẽ ei manu,erexit eam: & accersitis sanctis & viduis commendauit illis eã viuã. Vidisti virtutẽ apostoli,imò operãtis per eum domini? Vidisti quãta retributio beneficẽtiæ in viduas, etiã in præsenti vita? Quid eñ tantũ præbuit illa viduis, quantũ illæ ei rependũt? Vestes præbuit & alimenta, sed illæ ad vitã hanc reduxerunt, & mortẽ fugere fecerũt: imò nõ illę,sed misericors deus ꝓpter curã quã illis impẽdit. Vidisti pharmaci potentiã? Hoc omnes nobisipsis paremus: neq; eñ sumptuosum est, quãuis tantæ sit virtutis,sed & vili emitur, nec multo sumptu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ non in multitudine pecuniarũ vel opum sita est, sed ex alacritate Mat. 10.d Marc. 9.f Luc. 21.a. dantiũ iudicatur. Propter hoc & qui potũ aquæ frigidæ dedit,acceptus est: & quæ duo minuta in corbonã misit,grata est: vt discamꝰ, ꝗ vbiq; mẽtẽ requirit dñs. Fieri potest vt qui parũ habet, magnã præ se ferat liberalitatem, vtpote si valeat alacritate: & qui multa possidet, minor videatur his qui parũ habẽt, propter sordidi animi tenacitatẽ. Effundamus igitur facultates nostras in egenos mẽte liberali, ex his quæ nobis dñs dedit: & quę ab eo data sunt,ipsi iterũ demꝰ,vt sic iterũ nostra cum lucro fiant. Tanta eñ eius est liberalitas, ꝗ licet accipiat de his quæ ipse dedit,non putet tamen ꝓpria se accipere,sed magna munificentia nobis ea redditurũ se pollicetur,tantũ nos & quæ nostra sunt facere velimus: & sic pauperibus erogemus,quasi deponentes ea in manus dñi: sciẽtes ꝗ quæcunq; acceperit manus eius, ea nõ solũ reddit, sed multiplicatiora nobis iterũ largitur, suæ liberalitatis gloriã declarans. Et quid,inquã, ꝗ ea reddat multiplicata,manus illa? non eñ illa solũ reddit, sed cum illis regnum cœlorũ donat,& celebrat,& coronat,& innumera bona largitur, modo ex iis quæ ab ipso data sunt paruũ quiddã inferre voluerimus. Nũ graue aliquid & onerosum à nobis requirit? Ea quę abundãt & superuacanea sunt nobis,necessaria facere vult: & quę frustra ac inuanũ reposita sunt, ea vult bene distribui, vt occasione accepta hinc nos coronet. Anhelat eñ & vrget, ac omnia facit vt dignos faciat his quæ ille promisit. Ne igitur nosipsos priuemus tãtis bonis. Nam si agricolæ penu suũ euacuant,& semina terræ concredunt,

A & collecta dispergunt,idq; cũ voluptate faciunt, spe maiora recipiendi se solantes: & quãuis sciãt ꝗ aëris intemperies,nonnunquã & terrę sterilitas,& alia multa accidentia, vt locustarũ exercitus,& rubiginis insidiæ,spe excidere faciãt: attamen bona spe sese alẽtes, ea quæ in promptuariis collecta, terræ concredunt: Multo magis nos quæ absq; vsu recõdita sunt,dispergere in pauperũ vsus & educationẽ conuenit: vbi nũquã spes eluditur,neq; timenda aliqua terrę sterilitas. Dicit enim: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius Psal. 111.b manet in seculũ seculi. Breui tẽpore distribuit, & perpetuo seculo iustitia eius permanet. Quid hoc beatius vnquã fuerit? & idcirco,oro,vt iustitiã quę ex eleemosyna est arripiamus: vt & de nobis dicatur, Dispersit dedit pauperibus. Nam postquã dixit,Dispersit dedit pauperibus: vt ne putes dispersa perire, ideo statim B subdidit: Iustitia eius manet in seculũ. Illis, inquit, dispersis,iustitia eius manet in secula,& in omne seculũ se extendit. Iam cum eleemosyna etiam alias virtutes diligẽter curemus,& affectiones carnis reprimamus, & eliminemus ex anima omnem illicitam concupiscentiã, omnẽ malã cogitationẽ, iram, stomachationẽ,inuidiã: & ornemus omnibus modis animæ generositatẽ,vt claritate pulchritudinis suę conciliemꝰ nobis vniuersorũ dominũ. Nã vbi viderit animæ venustatẽ,statim assistet. dicit eñ: Super quẽ aliũ respiciã, Esa. 66.a q̃ super mansuetũ & quietũ, & trementem sermones meos? Vidisti quomodo nos docuit omnes colores quibus animę pulchritudo potest decorari: super mãsuetũ,inquit,& quietũ,& humilẽ. Deinde quod hæc omnia efficit,addidit: & trementem sermones meos. Quid est trementẽ sermones meos? obedientiã ope- C ribus implentẽ: quod & alibi dicit, Beatus qui timet Prou. 28.a omnia ꝓpter pietatẽ. Nã si nos cùm videmus famulũ qui mãdata nostra cũ diligentia timoréq; multo implere curat,maiorẽ erga illum declaramus beneuolẽtiã: multo magis bonus dñs: ꝓpter hoc dicebat,Super illum respiciã qui tremit sermones meos. Tremamus igitur oro, & cum magno timore sermones eius impleamus. Nã eius sunt sermones. Et cun didicerimus quæ illi placent, & quæ probat, ea obeamus, & tales quales vult fieri studeamus. Quietem,mansuetudinẽ, humilitatem magnam exhibeamus, & omnia quæ ab eo mandata sunt, cum reuerentia adimpleamus: vt cùm approbarit affectionem mentis nostræ, placatus nostra obedientia,respicere etiã super nos dignetur. Quod si nobis continget,erimus per omnia securi: dicit eñ, Respiciã,hoc est cura mea dignabor, ma- D num porrigam,in omnibus auxiliator ero,vbertim in eum meam liberalitatem profundam. Hæc igitur omnia faciamus, vt respiciat super nos dominus, quò & præsentem vitam absq; tristitia transigamus,& futura bona consequi possimus, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperiũ,honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autẽ Iacob ad Laban,da mihi vxorem meã: impleti sunt enim dies mei vt ingrediar ad eam.

Homilia LVI.

HEri cùm à dilectione Iacob, quam erga Rachelem declarauit,ad Pauli charitatẽ & magnitudinẽ amoris, quem erga Christum gerebat, transiuimus: quasi ab impetuoso quodã torrente rapti,non potuimus ad seriem & contextũ sermonis regredi. Ideo si placet,hodie sequẽtia aggressi,

ea quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

ea quæ nuper relicta sunt impleam*: vt ex his quę hodie dicūtur, percepta vtilitate aliqua domū repetatis. *Igitur postquā impletus est septē annorū numerus, & fuerūt corā Iacob quasi dies pauci tot anni, ob amoris vehementiā, dixit ad Labā: Da mihi vxorē meā, impleti enim sunt dies mei, vt ingrediar ad eā. Cōgregauit autē,* inquit, *Laban oēs viros loci, & fecit nuptias: & factū est vespere, & accepit Labā Lian filiam suā, introduxitq; eā ad Iacob.* Vidisti cū quāta olim honestate nuptias egerint? Audite qui satanicas pōpas admiramini, & statī ab initio nuptiarū honestatē dedecore afficitis. Nū tūc tibiæ? num tunc cymbala? nū tūc choreæ diabolicæ? Quare eñ (dic mihi) tantū statim ab initio damnū inducis in domū tuam, & eos qui in scenis & orchestris operā locant vocas, vt cū intēpestiuo sumptu virginis lædas cōtinentiā, & iuuenē impudentiorē facias? Satis eñ arduū erat, absq; illis sufflationibus illā ætatē posse ferre moderatè tēpestatē affectionū: cùm autē & hæc accedūt, tam quæ vidētur, q̃ quæ audiuntur, maiúsq; accenditur incendiū, & fornax concupiscentiarū magis inflāmatur, quomodo nō pessum it adolescētis anima? Hinc enim omnia pereūt & corrūpūtur: quia ab initio castitas oppugnatur eorum qui inter se cōuenturi sunt, & sæpe primo die iuuenis oculis videns incontinentibus, telo diabolico in anima vulneratur: & puella per ea quæ audit & videt captiua fit, & ab eo die postea crescunt vulnera, maiúsq; fit malū. Etenim illinc statim discūt, vt & mutuam concordiā dilacerēt, & amorē corrūpant. Quādo enim ille mentē ad aliam vertit, huc & illuc diuidens cogitationē, & à diabolo † suo instigatur, multa amaritudine domū implet. Quòd si & illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis omnia (vt ita dicā) subuertūtur. Postea mutuum se fugiūt & latere volūt, & ille quidē suspiciosè obseruat vxorē, & similiter illa virū. Et vbi oportebat concordiā esse & copulam, & qui debebāt esse caro vna, (Erūt eñ, inquit, duo in carnē vnam) hi in tanta viuūt diuisione quasi dissecti sint. Diabolus eñ subingressus, tantum in eis damnū facit, vt quotidianæ pugnę inter eos nascātur, & à malis nunquā habeant quietē. Quid enim quis dixerit, quomodo postea à famulis contemnantur, quomodo à vicinis rideantur, q̃ fœda operentur? Nā sicut quādo gubernatores inter se diffidēt, etiā qui in naui feruntur, periclitātur, ac timent ne submergatur nauis: ita & hic, si discordes sint vir & mulier, verisimile est oēs qui apud illos sunt, participes esse malorū. Propterea oro, vt hæc omnia præuidentes, consuetudinē non sectemur. Scio eñ q̧ multi hāc prætexāt, neque tolerant q̧ hæc nobis dicuntur: attamen necesse est vt nos vtilia dicamus, & quę illos à futuro supplicio liberēt. Vbi eñ tantū animæ damnum, qua de causa mihi cōsuetudinē prætexere audes? Ecce enim & ego tibi consuetudinem meliorem obiicio, quam veteres habuerunt, quando nondum tanta pietatis erat agnitio. Et ne iustum hìc Iacob tantū cogites, sed & Laban adhuc idolorū cultui deditum, & tantā præ se ferentē philosophiam. Neque enim hęc honestas eius erat, qui ductur* puellā, sed patris eā tradētis. Ideo & illum feci sermonē, non ad sponsos tantū intendens, quantū ad parētes, & ad patrem sponsi, & ad tradentē virginē. Quomodo eñ non absurdū si nos qui tantam accepimus gratiā & misericordiā, & tam terribilium ineffabiliúmq; sacramentorū participes sumus, hac in re inferiores sumus Labā, qui cultui idolorum adhuc erat deditus? An non audis Paulum di-

†ipso

Gene.2.

A centē, q̧ sacramentum sunt nuptię, & imago dilectionis Christi, quam erga ecclesiā declarauit? Ne igitur confundamus nosipsos, & honestatē nuptiarum corrumpamus. Nam si quidē bonū & vtile fuerit consilium, etiā si nō sit consuetudo, fiat: Sin damnosum & pniciosū est, † qđ nūc asserimus:] etiā si cōsuetudo sit, reiiciatur. Nā si hoc admiserimus, & fur, & adulter, & quantūuis malus alius ad cōsuetudinem prouocabit: at nullū hinc illis lucrū est vel venia, sed maior potius accusatio, q̧ malā cōsuetudinem superare non valuerunt. Si enim voluerimus prudētes esse, & habere curam nostræ salutis, possumus & à mala consuetudine desistere, & in bonam consuetudinē nos reducere, & sic posteris nostris non paruam dabimus occasionem eadē imitandi, & accipiemus etiam nos mercedē eorum quæ ab his aguntur. Nā qui initiū bonæ viæ pręB buerit: hic author est eorū quę & ab aliis recte fiunt, & duplicē recipiet mercedē, tam pro his quæ ipse rectè facit, q̃ quibus alios in optimam illam inducit philosophiam. Ne prætexatis, obsecro, frigida & ridicula verba hæc dicētes: Legitima quædā esse hæc, & propterea impleri oportere. Non hæc legitimū faciunt coniugiū, sed si iuxta leges dei cum castitate & honestate fiat cōuētus, & si cōcordia magna cohęreāt hi q̃ cōueniunt. Nouerunt hoc etiā externæ leges: & audies, qui his studuerūt, dicere: Coniugium nihil aliud constituere q̃ consuetudinē. Ne igitur diuinas leges cum humanis transgrediamur, ne pręferamus diabolicas leges, & perniciosam hanc consuetudinē. Illius eñ lex sunt hæc, qui gaudet de interitu nostro. Quid igitur hac consuetudine magis ridiculum, quando vir & vxor innumeris cōuitiis & scōmatis à seruis & trioC bolarib* hominib* incessuntur, & nemo est qui increpet: sed licet cuiuis volēti ad vesperam omnia loqui, & conuicia iacere in sponsum & sponsam? Et in alio die si quis conaretur ita salibus mordere, periclitaretur, ad tribunal abduceretur, & puniretur. Tunc autē quādo plurimā oportebat esse reuerentiā, maiorēq; honestatē & castitatē, tanta obscœnitate implentur omnia illa, vt probabile sit à diabolo hæc omnia inuenta esse. Verùm ne ægrè feratis, oro: non eñ absq; causa in hunc sermonē digressi sumus, sed curā habēs vestræ salutis & honestatis, vellē optimā hanc mutationem fieri, vósq; optimæ huius cōsuetudinis esse duces. Nā si solum principiū & via fiat operis, paulatim vno alterū† inuitātc, laudabili hoc zelo] omnes laudatores habebitis: & nō tantū qui ciuitates habitāt imitabuntur optimā hanc innouationem, sed & eos qui D procul habitant, conciliabitis, & imitatores vestros constituetis: & insuper longè ampliorem à deo reportabitis mercedē, q̧ ꝓpter dei timorē & eius mandatū, diabolicā hanc superaueritis cōsuetudinē. Sed q̧ suscepturi sitis magna alacritate hoc nostrū consilium, & opere impleturi, valde persuadeor. Videns eñ vos magna cum voluptate audire ea quæ dicuntur, idq; ex applausu & laudibus cōiecto q̧ etiā operibus idē sitis cōprobaturi: ideo contentus dictis, ad contextus seriem regrediar. *Et facta est,* inquit, *vespera, & accepit Laban Lian filiam suā, & introduxit eam ad Iacob.* Ne obiter etiā hoc pręteréamus: nam etiam hìc multa considerari possunt: primùm simplicitas Iacob, & quomodo ab omni malitia alienus, deceptus sit. Secundū, q̧ tanta facilitate omnia fiūt, & nusquam lampades, choreæ, & faces, pręter vsus necessitatem: ita vt & deceptio Laban locum habuerit. Possumus autem & hìc

Eph.5.g.

†id quod à vobis asseritur.]

†laudabili hac æmulatione æmulantes,

& hìc videre, quomodo Labān hic magna affectione dilexerit Iacob. Hoc eñ cōmētus est, vt diutius apud se iustū retineret. Sciebat equidem q̧ alterius amore flagraret, & si voti cōpos fieret, non eligeret posthac seruitutē propter Lian sustinere, †vel eius cōiugiū.] Et ꝓpterea quia vidit Laban virtutē viri, & cogitauit q̧ non aliter eum vinceret & persuaderet: ita ei imposuit, & dedit ei Lian cum Zelpha ancilla. Deinde cùm argueretur à iusto quare eum decepisset, honestā attulit excusationem. Nam postquā dixit Iacob: *Quare mihi hoc fecisti? nónne propter Rachel seruiui tibi? & quare decepisti me? Quid ergo Laban? Non est sic in hoc loco vt elocetur iunior priusquā maior natu. Perfice igitur *hebdomadā istius, & dabo tibi etiā hāc pro labore & opere, quod operaberis apud me adhuc annis septē.* Vides q̧ ea de causa omnia hęc cōmentus sit. Nam quia vidit amorē quē erga puellam habebat, inquit: Ne putes iniuria te affici, quoniā hæc apud nos lex est, vt primùm nuptui tradat maior natu, B propterea hoc quidē factū est: accipies autē & hanc quam amas, si similes septem annos pro ea seruieris. Quibus auditis iustus omnia prompto animo suscepit. Et post annos septem, dedit, inquit, Laban Rachel filiā suā ei vxorē. Vides iterū, q̧ nuptię fiunt cum magna honestate. Sed audiēs q̧ accepit & maiorē natu, & postea minorē, ne turberis: neque iuxta statū qui nunc est, opera quæ nūc facta iudices. Tunc eñ quia principia erant, permissum fuit cum duabus, vel trib*, vel pluribus vxoribus misceri: vt humanū genus ꝓpagaretur. Nūc vero quia per dei gratiā humanū genus valde multiplicatum est, & pietas incrementū accepit, adueniens vtique Christus, & virtutē in hominibus plantans, angelosq; (vt ita dicā) ex hominibus faciens, omnē illam veterem consuetudinem aboleuit. C Vides quomodo non oportet consuetudinē pretexere, sed quod iustū est inquirere? Ecce eñ quoniā mala erat hęc consuetudo, explosa est, & non licet vlli eam prætexere. Nusquam igitur, obsecro, consuetudinem inquiramus, sed vbiq; quod vtile, & si quid est bonū, etiamsi non sit consuetudo, fiat à nobis: si vero perniciosum est, etiamsi consuetudo sit, fugiamus & auersemur. *Dedit,* inquit, *Rachelem cum Balla ancilla.* Vidisti q̃ bonis moribus præditi fuerint? Num seruorum greges? num syngrapha & instrumenta, & conditiones illę ridiculæ: si hoc fuerit, & hoc euenerit? Et priusquā conueniant, nescientes an vsque ad vesperā maneant, quæ post multa tēpora ventura sunt in literis suis cōsignant. Si liberis carens, inquit, defuncta fuerit: si filios habuerit: & quæcunque talia: at hìc nihil tale, sed cùm vtriq; suā ancillam dedisset, filias elocauit pater. *Dilexit autem,* inquit, *Rachel magis quàm Lian: & seruiuit ei septem annis aliis.* Quia eñ ab initio adamauit ꝓpter venustatē formæ puellā, & difficilius eā cōsequutus est: ideo eam magis dilexit quàm Lian. Etenim illius venustas allexit eum ad magis amandū. Verùm hìc iterum vide domini ineffabilē misericordiā, & quomodo † ex eo tempore] promissa paulatim cōplet. Nā qui dixit: Ero tecū, custodiens te in omni via qua ambulaueris: & augebo & multiplicabo te: ipse etiā nūc omnia dispensat. Et vt scias, audi ipsam diuinā scripturā hoc manifestè dicentē: *Vt vidit autē dominus deus quòd odio haberetur Lia, aperuit vuluā eius: Rachel autē erat sterilis, & concepit Lia, & peperit filiū Iacobo.* Vide omnipotentis dei sapiētiā, quoniā illa quidē pulchritudine sua conciliarat sibi gratiā viri, qua altera priuata fuit, odio haberi visa est: hanc idoneā facit partui, illam verò inuti-

†nec vellet cum eo cohabitare

* Chryso. vt & Castellio hebdomadam annorū intelligit, alij dierū, vt post septem dies Rachelem ipsi tradiderit.

Consuetudo.

†quæ ab ipso fuerant]

A lem: ambo hæc sua misericordia dispensans, vt & hęc per liberos qui ex ea nascebanť, solatiū haberet, in sui amorem virū alliciens: & illa non propter pulchritudinem & formositatem aduersus sororē insurgeret. Et aperuit, inquit, vuluam eius. Disce hìc dilecte, q̧ conditor omniū ipse etiam omnia moderatur ac dispensat, & naturam ipsam ad partum excitat: & q̧ nulla sit vtilitas concubitus, si absit diuina cooperatio. Propterea dixit, q̧ aperuit vuluā eius: vt sciamus q̧ voluit Lian procreandis liberis aptam fieri, quò eius mœror leniretur. Ipse eñ est qui in vulua figurat & animat fœtus, Sicut & Dauid dicit: Suscepisti me de vtero Psa. 138.c matris meæ. Et vide quomodo mōstrat nobis diuina scriptura naturæ conditorem, vtraq; sua virtute efficientem: & alterius vuluā idoneā reddentem, Rachelis autē constringentē. Qui eñ naturæ dñs est, omnia facilè operatur. *Et concepit,* inquit, *Lia & peperit filiū Iacobo, vocauítque nomē eius Rubin, dicens: Quia vidit dominus humilitatē meā, nunc diliget me magis vir meus.* Vide quàm grata mulier, dicit, dominus visa humilitate mea præbuit mihi partum, ꝓpter quem diligar. Et specta hìc iterū, quomodo deus muneribus certare contendit cum eo, & beneficia accumulat: simul & iusti semen augeri, & hanc magis Iacobo amabilē fieri vult. *Et cōcepit,* inquit, *iterum, & peperit filium secundū Iacobo, & dixit: Audiuit dominus quòd odio habeor, & apposuit mihi & hunc: & vocauit nomen eius Symeon.* Attende quomodo per singulos pueros gratias agit dño, & ob beneficia gratitudinē declarat. Audiuit eñ, inquit, dñs, q̧ odio habeor, & apposuit mihi etiam hunc: propterea vocauit nomen eius Symeon. Vidisti quomodo nō simpliciter, neq; temerè nomina natis indiderit? Vocauit eum Symeon, quoniā audiuit, inquit, dñs. Nobis enim C Hebraico idiomate per hoc nomē signatur, quod audita sit. Et concepit iterum, & peperit filium: & dixit, *Nunc temporis apud me erit vir meus, peperi enim ei tres filios: propter hoc vocauit nomen illius Leui.* Videtur mihi hìc significari, quòd natis duobus filiis, nondum potuerit allicere virū, qui adhuc in Rachelem propensior erat: ideo dicit, Nunc tēporis apud me erit vir meus. Fortassis accessio tertij virum meū reddet beneuolum, & melius mihi affectū. Ecce eñ tres filios ei peperi. Et concepit adhuc filium, ac peperit, & dixit: *Nunc adhuc istud confitebor domino: propterea vocauit nomē eius Iudā.* Quid est, Nunc adhuc istud confitebor domino? Gratias agā & glorificabo eum, quia & quartū mihi adiecit filiū, & tantā mihi abundantiā concessit: & quæ ob corporis deformitatem de viri erga me beneuolentia periclitatura eram, nunc procreatione filiorū à D deo mihi data, & mœroris nimietate discussa, accepi solatiū deformitatis, & in locū sororis meæ translata sum. *Vt peperit autē Iudā,* inquit, *cessauit parere. Cùm autem vidisset Rachel quia non peperisset Iacobo, æmulata est Lian sororem suā, & dixit Iacobo, Da mihi filios: quòd si minus, moriar ego.* Incōsiderata & muliebris est hæc petitio, animæq; ab ęmulatione impugnatę. Da mihi, inquit, pueros. Nō audisti, q̧ nō viri cōcubitus illi hos præbuit: sed dñs deus: qui vt vidit, inquit, q̧ odio fuit habita, aperuit vuluā ei*? Quare à viro petis ea quæ supra naturā sunt, & relicto naturæ domino virum arguis, qui ad hoc nihil cōferre tibi poterit? Da mihi, inquit, pueros: quòd si minus, moriar ego. Graue malū est zelotypia, & desinit in insipientiā: id quod & huic euenit. Videns enim chorum filiorum sororis, & cogitans suā sterilitatem, non ferebat dolorem, neque continere poterat

Universidad de Deusto Biblioteca

poterat cogitationẽ quę se turbabat, sed illa insipientiæ verba loquebatur, Da mihi filios: ꝙ si minus, moriar ego. Fortassis vidit viri erga illã amorem, & putabat ea de causa illã tot filios habuisse, & se nondũ peperisse: vnde dicit, Da mihi filios. Deinde terrere volẽs virũ, subdit: Quòd si minus, moriar ego. Quid igitur pius & religiosus Iacob? Succẽsuit, inquit, ad verba hæc: & dixit ei, *Nunquid pro deo ego sum, qui fructu ventris te priuauit?* Quare derelicto naturę dño reprehensionẽ mihi inducis? Ille est qui priuauit te fructu ventris. Quare nõ ab illo petis, qui potest aperire naturæ officinam, & fœcundã facere vuluam? Disce ꝙ ille qui te priuauit fructu ventris tui, sorori tuæ tantã fœcunditatem præstiterit: ne igitur à me quæras, quæ præbere non possum, & cuius non sum dñs. Nam si hoc in me fuisset, omnino te sorori prætulissem, maiorẽ erga te beneuolentiã habens. Quandoquidẽ etiam si in infinitũ maiori te cõplectar beneuolẽtia, nihil tibi in hoc ꝓdesse potero: ab illo quære, qui & sterilitatẽ afferre & soluere potest. Vide iusti prudentiã, quomodo etiã ob illius dicta succensens, responsum illi dat sapientissimis verbis: docens diligẽter omnia, causámq; manifestat, vt nõ relicto dño quærat ab alio ea quæ ille solus præstare potest. Igitur vt didicit ꝙ sterilis facta esset à deo, & videns sororẽ liberis florere, vel mediocre solatiũ requirẽs, dicit ad Iacob: Quoniã nunc me docuisti ꝙ non culpa tua liberis careo, ancillã meam accipe, filiosq; ex ea procrea, vt paruum aliquod solatiũ inuenire possim, mihi vẽdicans quæ ab illa nascũtur. *Et dedit ei*, inquit, *Ballam ancillã suã vxorẽ: & intrauit ad eam, & concepit, & peperit filium Iacobo, & dixit Rachel: Iudicauit mihi deus, & exaudiuit vocem meam, dedítque mihi filiũ, propter hoc vocauit nomen eius Dan.* Habuit aliquo modo pariẽte ancilla vel breuẽ cõsolationẽ: ideo & nomẽ puero imponit, & gratias agit dño pro nato. *Et cõcepit*, inquit, *iterum Balla, & peperit filiũ, & dixit Rachel: †Coassumpsit]me deus, & cõuersata sum cum sorore mea,* †adiuuit *& inualui. & vocauit nomen eius Nephthalim.* Et didicit postea manifestè per ancillã, ꝙ Iacob nõ fuit in causa quare liberis careret. Ideo natos quasi suos filios educauit, & nomina eis imposuit, maximã sibiipsi consolationẽ excogitans. *Vt autẽ vidit Lia quòd cessasset parere, & ipsa ancillã suã Zelpham dedit Iacob vxorem, & concepit, & peperit. Et dixit Lia: Fortunata fui. & vocauit nomen eius Gad.* Et quia voti cõpos facta est, nomen eius vocauit Gad. Et cõcepit adhuc, & peperit aliũ: dixítq; Lia, *Beatã ego, quia beatã me dicẽt mulieres. & vocauit nomẽ eius Aser.* Vidisti quomodo & hæc natos ex ancilla pro ꝓpriis habebat, & beatã se esse dicit, & beatitudine dignam ob procreationẽ filiorũ. Sed vide hic quoque & post hæc, vt discas, quomodo zelotypiæ affectio huc & illuc trãsibat: & nunc hæc, nunc illa impugnabatur. *Et iuit*, inquit, *Rubin in diebus messis triticeæ, & inuenit mala mandragorarũ in agro, & attulit ea matri suæ. Dixítq; Rachel Liæ: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autẽ Lia: Non satis tibi quòd accepisti virũ meum? nũ & mãdragoras filij mei accipies?* Vide quomodo affectionẽ animæ verbis manifestã facit, nõ satis tibi, inquit, quòd accepisti virum meũ, nũ & mãdragoras filij mei accipies? Dixit autẽ Rachel: *Non sic, dormiat tecũ nocte hac pro mandragoris filij tui. Da mihi de mandragoris, & accipe hodie tecũ virũ.* Vide quomodo mõstratur totus beneuolentiæ Rachelis deditus. Nam tanto choro filiorũ Lię nato, fuit adhuc amore magis propensus in Rachelem. si hoc nõ fuisset factũ, quomodo ferre potuisset Lia sororis contuberniũ, omnẽ viri potestatem habentis? Ita permittit pro mãdragoris ei virum, & dicit: Dormiat hodie tecũ pro mãdragoris. Satisfac, inquit, meo desiderio, & accipe virum. *Adueniente autem*, inquit, *Iacob, egressa in occursum eius Lia dixit: Ad me ingredieris hodie, mercede enĩ cõduxi te mihi pro mãdragoris filij mei. & dormiuit cũ ea nocte illa. Et exaudiuit deus Lian, & cõcepit ac peperit Iacobo quintũ filiũ. Et dixit Lia: Dedit mihi deus mercedẽ meã, eo quòd dedi ancillã meã viro meo. & vocauit nomẽ eius Isachar, quod est merces.* Exaudiuit deus Liã, quia videbat eã dolentẽ, neq; valde marito ꝓbatam. Exaudiuit eã, inquit, deꝰ, & peperit, ac dixit: Tuli mercedẽ, eo ꝙ dedi ancillã meam: propterea vocauit nomen eius Isachar. *Et concepit adhuc Lia, & peperit filium sextum. Et dixit Lia, Donauit mihi deus donũ bonum. Nunc temporis me eliget vir meus, peperi enim ei filios sex: & vocauit nomen eius Zabulon. Post hac*, inquit, *amabilis ero & ego, quia peperi sex filios. Peperit autẽ & filiam, & vocauit nomen eius Dinã. Recordatus autẽ deus Rachelis, & exaudiuit eam, & aperuit eius vuluã, & concepit, & peperit filiũ Iacobo. Dixit autẽ Rachel: Abstulit à me deus opprobriũ meũ. & vocauit nomẽ eius Ioseph, dicens: Apposuit mihi deus filium aliũ.* Abstulit, inquit, opprobrium meum, soluit sterilitatẽ: propitius factus est mihi, & idoneam fecit ad procreandũ filios vuluã, & liberam me fecit ab opprobrio meo: & vocauit nomẽ eius Ioseph, dicẽs: Apposuit mihi deus filiũ aliũ. Vidisti quomodo paulatim ꝓmissiones dei in opus egressæ sunt? Ecce em̃ statim quantũ chorũ filiorũ circa se habuit iustus, & vidit manifestam dei in se prouidentiam. Quoniam em̃ magnam præ se tulit patientiam, quatuordecim annis seruitutem ferens: propterea & vniuersorũ dominus, remunerans iusti pietatem, in tantum eum crescere fecit, vt & posthac inuidiosus aliis fieret, sicut ex sequẽtibus discemus, quæ vellem pertractare. Verùm ne prolixius sermonem extendamus, grauaréq; videar charitatẽ vestrã, si placet, quæ reliqua sunt, in sequentia reseruaturi, finiamus hic sermonem. Illud interim charitatẽ vestram admonentes, vt eorum quæ dicta sunt memores, imitemini priscorũ virtutem, filias elocando, pueros nuptui tradendo, nostra virtute dei gratiã conciliare nobis studendo. Nã cùm ille nobis amicus fuerit, etiam si in aliena terra fuerimus, etiamsi ab omnibus destituti, etiamsi nullis cogniti, omnibus erimus clariores. Nihil enim beatius viro superna manu adiuto. Et beatus Iacob illo fretus præsidio, in tantam paulatim gloriã sublimatus est, vt & his qui exceperant tam amicè, inuidiosus sit factus. Hoc igitur & nos studeamus, vt supernum acquiramus auxilium, & non ad humanam confugiamus potentiam, neque ambitionem sectemur: nihil enim periculosius, id quod rerum experientia satis discimus. Etenim videmus quotidie res se tanta velocitate ad mutationẽ inclinare, & verti in diuersum omnia, & eum qui in summa prosperitate est, subitò in extremam infœlicitatem deiici, & condemnari vt reum. Quantæ igitur insipiẽtiæ fuerit, quærere vt pręficiare rebus tam incertis, præsertim cum non sufficimus res nostras securè disponere? Ideo ne confidamus in humanis pręsidiis, memores etiã prophetæ dicentis: Maledictus homo, qui spem ponit in homine. Hier. 17.a Vides quòd talis non solum insipiens, sed etiam maledictus: vtpote qui relicto domino omnium, ad conseruum currit, qui semetipsum iuuare nequit. Fugiamus igitur maledictionem hanc, oro, & omnẽ spem in deũ transferamus. Ista em̃ solida est & immobilis, & nescia

& nescia vicissitudinis, cuius plena est illa quã in hominibus habemus. Vel em̃ mors tollit humanũ præsidiũ, & eos qui ad hoc cõfugiunt, solitarios & nudos relinquit: vel etiã ante mortẽ mutatio rerũ fit. Plena est hęc vita exemplis talibus. Ideo hi post tantã experientiã nulla venia sunt digni, qui adhuc humano nituntur præsidio, & sæpe ab illis qui eis opitulari vidẽtur, infinita mala ferunt. Eousque enim creuit malitia, vt mala rependant etiã ij quorum est curam aliorũ habere. Verùm de deo secus est: nam licet quotidie ingrati simus, benefacit tamen, & suo præsidio nos non destituit, non ad nostrã respiciens ingratitudinẽ, sed in omnibus pro sua agens misericordia: qua nobis omnibus frui concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorũ, Amen.

Factum est autem postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban, dimitte me vt abeam in locum meum & in terram meam:

Homillia LVII.

Reliquias heri dictorũ, nostrũ est hodie vestræ charitati reddere, vt ex his quæ nunc dicuntur, discentes & prouidentiã dei, quam erga Iacob declarauit: & iusti pietatẽ spectantes, imitemur eius virtutẽ. Neque enim absque causa sancti spiritus gratia scriptas nobis reliquit hasce historias: sed vt ad æmulationẽ & imitationem tantorum virorũ prouocet. Quando enim audimus huius quidem obedientiam, istius autem continentiã, illius verò in hospitibus colligendis promptitudinẽ: & quomodo singuli claruerint: ad similia facienda excitamur. Age igitur ad ea quæ relicta sunt in historia illius iusti, hodie accedentes, finem imponamus sermoni. *Factum est autẽ*, inquit, *postquam peperit Rachel Ioseph, dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, vt abeam in locũ meũ, & in terram meam: redde mihi vxores & filios meos pro quibus seruiui tibi.* Vide iusti magnã gratitudinẽ, quomodo vidẽs manifestè deum sui habere curam, non superbiuit contra Laban, sed cum magna mansuetudine dixit, Dimitte me vt abeã. Verè nihil mãsuetudine validius, nihil potentius. Vide igitur quomodo primũ mãsuetudine vsus, effecit vt & Laban magna ei beneuolentia respõderit. Dixit enim ei, inquit, Laban: *Si inueni gratiã corã te (coniectans enim coniectare certò possum, quòd benedixerit me deus in ingressu tuo) indica mihi mercedem tuam, & dabo.* Non ignoro, inquit, ꝙ post aduentũ tuum locupletior mihi diuina beneuolentia contigerit: igitur quia sentio beneficia quę mihi ꝓpter aduẽtũ tuũ data sunt, quãvis mercedem indica, & ego promptè præstabo. Considera quãtum valeat *mititas. (* ἐπιείκεια comitas, æquitas, mãsuetudo.) Et ne perfunctoriè dictũ trãseas: sed attende ꝙ iustus neq; cogitauerit, neq; mentionem fecerit, neq; requisierit mercedem laborũ: sed hoc solum dixerit, Redde mihi vxores & liberos pro quibus seruiui tibi, vt abeam. Ille reueritus iusti magnã æquitatẽ, inquit: *Dic quam vis tibi mercedem à me dari, & illam prompte dabo.* Nunquid cum ipso erant mulieres & pueri? Quare dixit, Redde mihi vxores & pueros? Digno honore eũ prosequutus est, suũq; morem per omnia obseruat, & liberè discedere vult. Vide igitur ex verbis ipsis quomodo attraxit Labã vt se mercedem daturũ sponte promittat, & electionẽ ei permittat. Quid igitur iustus? Vide excellentẽ eius mansuetudinẽ, quomodo neq; sic onerosus & molestꝰ est Laban, sed ipsum testem facit suę gratitudinis & fidelitatis, & quanto tempore beneuolentiam in seruitute illius declararit. *Tu nosti*, inquit, *qualiter tibi seruierim, & quanta fuerint pecora tua mecũ: parua enim erant corã me, & aucta sunt in magnã multitudinem, & benedixit te dominus ad pedem meũ: nunc igitur faciã & ego aliquando mihi domũ.* Te facio testẽ laborũ meorũ. Vidisti em̃ quanto studio & fide omnia administrarim, & quomodo in paruo numero acceperim pecora tua: quæ diligentia vigilãtiáq; mea in tantũ numerũ crescere feci. Deinde mõstrans suã religionẽ, inquit: Benedixit em̃ te deus ad pedem meũ: nunc igitur faciam & ego aliquando mihi domũ. Vidisti etiã ipse ꝙ post meũ aduentũ gratia diuina tuas auxerit facultates? Nunc igitur quoniam & ego mea omnia, magna animi promptitudine faciens, ministeriũ perfeci, & gratia dei manifestata est: iustũ est vt & ego mihiipsi faciã domum, id est, in libertate postea verser, & curam domus meæ habeam. Hæc vt audiuit Laban, dixit ei: Quid tibi dabo? quid vis à me tibi dari? Confiteor em̃ & ego, & inficias non eo: scio em̃ quanta mihi fuerint à deo data, & ꝙ benedixerit me deus ad ingressum tuum. Dixit autem ei Iacob: *Non dabis mihi quicquam, si feceris verbũ istud. Iterum pascam oues tuas, nihil volo à te mercedis nomine reportare: sed hoc tantũ quod dico, suscipere, & iterũ pasco oues tuas: quod autem volo, hoc est:* Vide iustũ, quia sperauit in gratia diuina, qualia ꝓponat Laban. *Prætereãt*, inquit, *oues tuæ hodie, & segrega illinc omnem ouẽ fuscã in agnis: & omnis subalbicans & sparsa † in agnis & in capris] erit mihi* †in capris *merces, & exaudiet me iustitia mea in die crastino, quia est merces mea corã te, ouis quæ non fuerit sparsa & variè albicans in capris, & quod rufum in agnis, furata sint à me.* Cõsidera iusti prudẽtiã, quoniã sciebat quãta sibi supernè gratia affulgeret: & videbatur sibi secundũ naturæ ordrnem vel difficile esse, vel omnino impossibile. Rarũ em̃ est variũ esse colorẽ pecudũ: hęc petit ab eo, vnde petitioni eius Laban statim accessit, & inquit: *Sit iuxta verbũ tuũ. & diuisit in die illa hircos maculosos & subalbicãtes, & omnes capras maculosas & subalbicãtes, & omne quod erat in eis candidũ, & omne quod erat †rufum in ouibus, & dedit per* † fuscum *manũ filiorũ suorũ, & fecit distare viã trium dierũ inter ea & inter Iacob.* Separauit, inquit, greges iuxta ꝓpositionẽ Iacob, & dedit filiis suis: Iacob autẽ pauit pecudes Laban reliquas. Qualesnã hæ? nullã scilicet habẽtes coloris varietatẽ. Hoc autẽ totũ factũ est, vt iustus re ipsa cõpertam haberet dei erga se prouidentiã, & Labã videret quantã dei gratiã haberet Iacob. *Accepit autẽ Iacob*, inquit, *ad se virgã styracinã viridem, & amygdalinã, & platani, & decorticauit Iacob eas in decorticationẽ albam, abradens quod viride: apparebat autem in virgis album, quia decorticarat variũ, & apposuit virgas quas decorticauit, in canales aquatorias, vt cùm venirent pecudes ad bibẽdũ, virgis obuenientibus eis inter bibendũ, conciperent pecudes secundũ virgas: & pepererunt pecudes subalbas, maculosas, & cinericio colore sparsas.* Hæc faciens iustus non à seipso mouebatur, sed inspirante menti eius superna gratia: neque iuxta naturę ordinẽ erat quod fiebat, sed valde admirabile, & naturæ modum transcendens. Et agnos, inquit, distinxit, & statuit coram ouibus arietem subalbicantem, & omne variũ in ouibus: & separauit oues suas, & non miscuit eas cũ ouibus Laban. Postea quia omnia quę nascebãtur, fiebant talia qualia proposuit, separauit ea, & fecit sibi greges singulares. *Factum est autẽ in tempore quo concipiunt oues grauidæ, posuit Iacob virgam coram ouibus, † vt in canalibus positis] conciperent iuxta* †in canalibus vt *virgas. Quando autẽ pariebant oues, non ponebat. Facta autem*

sunt

Universidad de Deusto Biblioteca

sunt non signata Laban, signata verò Iacob, & ditatus est homo valde valde. Quid vult sibi duplicatio? abundātiam multā significat: & ꝙ nō tantū ditatus est, sed & valde ditatus est. Factæ enim sunt ei, inquit, pecora multa, & boues, & pueri, & ancillæ, cameli & asini. Sed vide hîc iterū iusto inuidiā nasci. *Audiuit enim*, inquit, *verba filiorū Laban, dicentiū: Accepit Iacob omnia quæ sunt patris nostri, & ex his quæ sunt patris nostri fecit omnē hanc gloriā.* Vide quomodo inuidia in ingratitudinem eos inducit: non eos autem solū, sed & ipsum Laban. *Vidit enim* inquit, *Iacob faciem Laban, & ecce non erat erga se sicut heri & nudiustertius.* Verba eñ puerorū mentē eius turbauerant, & oblitus est quæ pridē dixerat ad Iacob. Qui eñ dixerat: Benedixit me deus ad ingressum tuum, & gratias egerat domino, ꝙ ꝓpter aduētum iusti facultates suæ auctæ fuerant: nunc subuersa mente à pueris & inuidia flagrante, fortè quia videbat iustum valde abundare, † non eadē ꝓtulit verba quæ antea.] Vidit enim, inquit, Iacob faciē Laban, & ecce nō erat erga se sicut heri & nudiustertius. Vidisti iusti magnā mansuetudinem, & illorū ingratitudinē? & quomodo cùm inuidiā ferre nō possent, patris mentē perturbauerūt? Vide obsecro nunc & dei ineffabilē misericordiā, & quanta attēperatione vsus fuerit, cum vidisset eos quę sua erant, facere. videns eñ iustū ab illis odio haberi, dicit ad Iacob: *Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuā, & ero tecū: satis diu versatus es in terra aliena.* Nam quæ pridē tibi ꝓmisi, dicens: Reducam te in terrā tuā, ea nunc opere implere volo: reuertere igitur nihil timens, ego eñ ero tecū. Vt igitur iustus segnior non fiat in proficiscendo, sed magna fiducia iter arripiat: ideo dicit, Ero ego tecum, qui hucusque res tuas gubernaui, & augeri feci semen tuū, ego & in posterū ero tecū. Hęc vt audiuit iustus à deo, nō fuit negligēs, sed ad iter se accinxit. *Misit enim*, inquit, *& vocauit Lian, & Rachel in campū vbi erant greges.* Proponere vult mulieribus ꝓfectionis negociū, & significare eis mādatū dei, & patris erga se odiū. *Dixit enim*, inquit, *eis: Video ego faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autē patris mei fuit mecū. Ipsæ autem scitis quòd seruiui patri vestro pro omni virili mea: pater autem vester decepit me, & mutauit mercedē meā decem* agnis, & nō dedit ei deus vt me affligeret. Et cū sic diceret: Varia erūt merces tua: & pariebāt omnes oues varia. Cùm autē diceret, Cādida erūt merces tua: & pariebāt oēs oues cādida: & tulit de⁹ omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea.* Vide quomodo vtrūque docet, & patris ingratitudinē erga se, & suū studiū quod in seruitute declarauit. Vidistis eñ, inquit, ꝙ ꝓ virili mea seruiui patri vestro? Et declarauit quantā sui curā deus habuerit, mōstrans ꝙ superno auxilio omnia fuerit operatus, & facultates Laban in se trāstulerit. Tulit eñ deus omnia pecora patris vestri, & dedit mihi ea. Quando autē cōcipiebāt oues, & vidi oculis meis in somno, & ecce hirci & arietes ascendebāt super oues & capras, subalbicātes & varij, & cinericio colore sparsi. *Et dixit mihi angelus dei in somno: Iacob. Ego autē dicebā: Quid est? Et dixit: Aspice oculis tuis, & vide hircos & arietes ascēdētes super capras & oues, subalbidos & varios, & cinericio colore sparsos. Vidi enim quæcūq; Laban tibi facit.* Vides ꝙ omne quod tūc fiebat, superna cōtingebat operatione, & iusti labores remunerabātur? Nam quoniā ille ingratus erga eū erat, benignus dominus iustū vbertim remunerat. Vidi eñ quęcunque Laban tibi facit. Hîc discim⁹ ꝙ quādo iniuria nobis fit, nósq; mansueti & mites ac tolerātes fuerimus, maiori & lar-

Caput XXXI.

†non talē se illi exhibebat qualem antea.

**ἀμνῶν, agnis. sic septuagī. alij ex Hebreo, decē vicibus vel decies legunt: ꝙ rectius videtur.*

A giori auxilio diuino fruimur. Ne igitur obluctemur his qui nos premūt, & calumniari volunt: sed feramus generosè, sciētes ꝙ nos omniū dominus non despiciet, † tantū nos eius beneuolentiā agnoscamus.] Mihi eñ, inquit, vindictā, ego retribuā. Propter hoc & Iacob dicebat: Nō dedit ei deus, vt affligeret me. Nam quia ipse priuare me laborū mercede voluit, dominus tam vberem in me declarauit misericordiā & prouidentiā, vt omnis eius substātia in me trāslata fuerit. Sciēs enim quòd ego omni studio seruierim, ille autē non responderit mihi officio suo, tantā nostri habuit curam. Et ꝙ non hæc absq; causa & vanè dicam, neque temerè accusem, etiā deum habemus testē eorū quæ pater vester egit erga me. *Vidi enim*, inquit, *quæcunque tibi Laban fecit: quòd non solum mercedem aufert, sed & quòd non vt antea erga te nunc affectus sit, sed alienauerit animū. Ego sum deus qui apparui tibi in loco vbi inūxisti mihi columnam.* B In memoriā ei referre vult quæ ipsi tunc pollicitus fuerit, dicens: In multitudinē te crescere faciā, & custodiā te, ac reducā te in terrā tuam. Ego igitur, inquit, qui tunc apparui tibi, & ꝓmissiones tibi feci: ego etiam nunc, quando tempus venit quo ea quæ tunc promisi opere complenda sunt, & regredi te iubeo absque omni mentis angore: tecum eñ ero. Ego sum deus, qui apparui tibi in loco in quo inunxisti mihi columnam, & vouisti mihi votū. Recordari eum facit voti, & ꝓmissionis quā receperat. Quod autem erat votum? De his quæ mihi dederis, decimas tibi offerā. Quoniā tūc nihil tecū afferebas, quasi profugus iter faciens: cùm autē tibi apparerē, vouisti votum, dicēs: De omnibus quæ mihi dederis, decimas dabo tibi. Voto & promissione potentiam meam præsignans, C & fidei oculis præuidens futuram abundantiā: nunc quia euenerunt & impleta sunt quæ à me prædicta, iustū fuerit vt & votū tuū impleas. *Nūc ergo*, inquit, *surge & egredere de terra ista, & vade in terram natiuitatis tuæ, & ero tecum.* Ego te vbique comitabor, ego tibi facilē ostendā viam, & nullū à quopiam damnū feres. Dextera enim mea vbique te proteget. *Hæc audientes Rachel & suæ, dixerunt ei: Non est nobis pars vel hæreditas in domo patris nostri. Nónne vt alienæ reputatæ sumus apud eum? vendidit enim nos, & deuorando comedit preciū nostrum.† Et deus abstulit omnes] diuitias & gloriam à patre nostro, nostræ erunt & filiorum nostrorū: nunc igitur quæcunque dixerit tibi deus, fac.* Vides & has sequentes dei arbitriū, & afferentes rationē cui contradici non potuit. Nō est aliquid cōmune nobis, dicit, cū patre nostro: semel enim nos †alij dedit.] Diuitias & gloriā quā abstulit deus à pa- D tre nostro, & dedit tibi, nos habebimus. Ne cessa igitur, neque differ, sed fac quæ tibi à deo tuo sunt imperata. Nūc igitur quæcūque dixit tibi deus tuus, fac. *Hæc vt audiuit Iacob, surrexit et accepit vxores suas, & filios, & ascendere fecit super camelos, & abduxit omnia quæ habebat, & supellectilē suam quā acquisierat in Mesopotamia, & omnia sua vt abiret ad Isaac patrē suū.* Cōsidera, obsecro, fortitudinem animæ iusti, & quomodo repulso omni mentis angore ac metu, mandato dominico obtemperauit. Quoniā enim vidit malè sanam mentem Laban: non vltrà, sicut prius, interrogare eum voluit: sed quod imperatū erat à domino, implebat. Et acceptis mulieribus & pueris, iter arripuit. Laban autē, inquit, abierat ad tondendum oues suas. *Furata autem est Rachel idola patris sui.* Neque hoc absque causa nobis ꝓpositū est, sed vt sciamus quomodo adhuc paternā habentes consuetudinē, idolorum cultui addictæ erant.

Animaduerte

†Dūmodo nos ꝓpria gratitudine & beneuolentiā demōstremus.

Deu. 32. Ezec. 9. Rom. 12.

† Et quæ oēs deus abstulit.

†vēdidit (?)

Animaduerte enim quantum in hoc studium impenderit, cum nihil aliud à patre auferre voluerit, q̄ idola eius, idq; faciebat ignorante viro: neq; enim ille hoc permisisset fieri. *Occultauit autem*, inquit, *Iacob à Laban Syro, ne annunciaretur ei quòd fugeret: & abscessit ipse & omnes sui, & transito contendit ad montem Galaad.* Vide, obsecro, etiam hîc magnam dei prouidentiā, quomodo iustus tam procul aufugit, & non conceditur Laban vt illius secessum sciat. *Tribus enim diebus*, inquit, *præteritis, Labā innotuit. Et assumptis omnibus fratribus suis, persequutus est eū via dierum septē, & consequutus est eū in monte Galaad.* Obsecro hîc quoq; attendas dei prouidentiam. Nam qui dixit, Reuertere in terram tuam, & ero tecum: ille etiam nunc suam declarat prouidentiam. Quia enim vidit Laban cum multa indignatione persequi iustū, & pœnam furtiui secessus (vt ita dicam) sumpturum, apparuit Laban nocte in somno. *Venit enim*, inquit, *deus ad Laban Syrum in somno nocte, & dixit ei.* B Vide dei attemperationem, quomodo ob suam in iustum prouidentiam cum Laban colloquitur: vt territa eius mēte, impetum eius à Iacob coërceat. *Serua te, ne loquaris cum Iacob mala.* Magna domini benignitas: quia enim sciebat ad pugnam contendentem, & contra iustum insurgere volentem, hoc verbo mētem eius compescit, & dicit: Serua te, ne loquaris cum Iacob mala: perinde ac diceret, Caue ne vel verbis offendere Iacob coneris: sed serua teipsum, contine malum tuum impetum, comprime furorem, refræna iratum tuum animum, & ne vel verbo ipsum contristare velis. Et considera dei prouidētiam. Non imperauit Laban vt ad propria reuerteretur, sed solum prohibet ne quid durum vel molestum cum iusto loquatur. Quare, & propter quid? vt C discat per opera ipsa iustus, quantam sui curam gerat deus. Nam si reuersus fuisset Laban, vnde sciuisset Iacob & vxores? Ideo permittit ei vt abeat, & lingua sua confiteatur quæ deus dixit ad se, quò & iustus maiorē alacritatem habeat proficiscendo, fiduciámque accipiat: & vt filiæ suæ discant quanto studio deus omniū dominus Iacobum curet, reiiciántq; errorem paternum, & imitentur iustum, notitiæ dei sufficientem doctrinam inde accipientes. Neque enim sic fide digna erant quæ Iacob dicebat, vt quæ à Laban dicebantur, qui adhuc idola colebat. Semper enim infidelium & aduersantium religioni testimonia, maiorem habent fidem. Et hoc est ex omnipotenti sapientia dei, vt inimici veritatis fiāt ipsi testes veritatis, & sua lingua prędicent. *Consecutus autem Laban Iacobum. Iacob autem fixit tabernaculum suum in monte: Laban verò cōstituit fratres suos in monte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob: Quid fecisti?* D

Vide quomodo præceptum dei magnum illius calorem repressit, & furorem refrænauit: & idcirco cum magna māsuetudine colloquium habet cum eo, quasi se excusans, & paternam dilectionem erga illum declarans. Quando enim superna prouidētia nobis assistit, non solum malorum hominum insidias effugere possumus, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil aduersi nobis euenit. Omnium enim dominus suę virtutis abundantiam declarans, & bestiarum mutat naturam, & in oues mansuetas transformat: non ꝙ bestialem eis naturam immutet, sed relicta natura eas ostēdere facit ouium morem & naturam. Idq; non solum in feris hoc quis videre poterit, sed & in elementis ipsis: quando enim vult, tunc & elemēta ipsa naturę suæ obliuiscuntur, & neque ignis facit quod ignis solet. Et hoc quoque discere poterit aliquis tam in tribus pue-

A ris, quàm in Daniele. Nam hunc leones sicut oues circundabant, & superna gratia retusa eorum ferocitate, nihil illum incommodabant. Nam ꝙ ferocitatem nō exercentes feræ, eam tamen retinuerint, hi qui feris truculentiores erant, re ipsa experti sunt. Hoc autē ad maiorem illorum accusationem factū est, quia ratione insigniti, crudelitate bestias ratione carētes vincebāt. Tandémq; didicerunt reipsa per eos qui in lacū coniecti fuerunt, ꝙ non esset apparentia vana, ꝙ leones iusto pepercerant, quasi reueriti eum, & non audentes eius contingere corpus. Nam in illo imitabantur ouiū mansuetudinem, & naturæ obliuiscebantur, in istos autem ferociam suam declarabant. Similiter & in fornace ignis factum est: nam eos qui intus erant, inquē medio ignis erant reuerebatur elementum, & nō vrebat ignis: sed quasi ligata operatione sua, ita nihil nocebat illorum corporibus, & neq; capillos eorum at- B tingere ausus fuit, quasi mandato alicuius elemētum propriam declarare virtutem prohiberetur: hos autem qui extra fornacem erant, absumpsit. In vtroque magna dei potentia declaratur, & quia illi intus manserunt illæsi: & quia qui foris erant, perierunt. Sic quādo superna gratia munimur, non solum effugimus inimicorū insidias, sed etsi in bestias ipsas incidamus, nihil patimur graue. Dei enim manus potentior est omnibus, ipsa nos vndequaque satis munit, & inuictos facit: id quod & in iusto hoc declaratū est. Nam qui tanto impetu comprehendere Iacob, & pœnam fugæ de eo sumere volebat: nō solum nihil asperum & durum aduersus eum loquitur, sed sicut pater filium compellans, ita blandis verbis conuenit: dicit enim, Quid fecisti? Quare clandestino abscessisti? Vide quanta mu- C tatio, vide quomodo is qui vt bestia insaniebat, ouium imitatur mansuetudinem. *Quare clanculò discessisti, & mea furtim abstulisti, & abduxisti filias meas quasi captiuas gladio?* Quare, inquit, hoc fecisti? quid tibi visum fuit? quid præ te tulisti? quare sic occulto parasti abitionē? Nam si annunciasses mihi, cum magno honore & lætitia fuissem te ꝓsequutus. Enimuerò si hoc sciuissem, cum musicis & tympanis & cithara prosequutus fuissem te: non sum dignus habitus osculari filias meas, nunc autem insipienter egisti. Vides quomodo nunc semetipsum arguit, & per linguam suam fatetur quia ipse quidem iustū malè afficere paratus fuerit, dei autem prouidentia à molimine suo se impediuerit. *Valet*, inquit, *manus mea te affligere, deus autem patris tui heri mihi dixit: Serua teipsum, ne fortè loquaris cum Iacob mala.* Cogita hîc quanta consolatione iusti facta fuerint verba D hæc: & considera quomodo hîc effatur quæ aduersus istum decreuerat, & qualiter eum comprehendere voluerit, & ꝙ timor dei à malis consiliis impediuerit. Deus patris tui, inquit. Vide quomodo & ipse Laban non parum vtilitatis hinc perceperit, maximam inde virtutis dei accipiens demōstrationem, ex his quæ sibi dicta fuerunt. Verum quia & tu, inquit, hoc decreuisti, & deus est qui tantam tui curam gerit, *Nunc igitur vade. Magno enim desiderio desiderasti abire in domum patris tui. Quare furatus es deos meos?* Esto, inquit, hoc decreueris, vt abeas in domum patris tui: quare deos meos furatus es? O excellentem insipientiam. Tales sunt dij tui, vt quis eos furari queat? Non erubescis dicens: Quare furatus es deos meos? Vide quanta fuit erroris grauitas, dum hi qui ratione præditi, colunt lapides & ligna. Et sunt hi dij tui ô Laban, qui neq; cum furaturi se quidam erant, iuuare se potuerunt?

Dan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuerunt? Quî enim possent qui è lapide sunt confecti? Deus autẽ iusti, & ignorante iusto impetum tuũ coercuit: & non cogitas erroris magnitudinem, & iustum furti arguis? Quare enim iustus illos furari voluisset, quos abominabatur, imò quos sciebat esse insensatos lapides? Potrò hæc cum audisset Iacob, primũ magna mãsuetudine de obiectis criminibus se purgat, & tũc vt inquirantur dij, iubet. *Dixit enim*, inquit, *ne forte auferas filias tuas à me, & omnia mea. Quia*, inquit, *videbã te nõ bene erga me animatũ, anxius fui, ne forte conareris auferre filias tuas, & facultates meas, & priuare me meis, sicut quondã fecisti. Ista igitur causa timoris fecit, vt clàm te abirẽ. Cæterũ apud quẽ inueneris deos tuos, non viuet corã fratribus nostris.* Vides q; ignorabat Iacob furtum à Rachël cõmissum? Vide enim quãta austeritate suppliciũ decernit ei qui furtũ admiserat. Apud quẽ, inquit, inuenti fuerint, nõ viuet coram fratribus nostris. Non solũ, inquit, quia ablatũ est, sed & quia furtim, qui fecerit, manifestã sui flagitij pœnã feret. Scias si quid est tuorũ apud me, & accipe. Scrutare, inquit, si quid abstuli, quod non oportebat. Nihil aliud in me arguere poteris, q̃ quòd clam abierim: & hoc nõ voluntario fecerim, sed suspicatus iniustitiã, & timẽs ne velis auferre filias tuas, & alias meas facultates vbi rescires. *Et nõ agnouit apud eos aliquid. Nesciebat autem Iacob quòd Rachel vxor sua furata fuisset ea. Ingressus autẽ*, inquit, *Laban, scrutatus est domũ Liæ, & non inuenit. Ingressus est autẽ & in domũ Rachel. Rachel verò accepit idola, & posuit ea subter strameta camelorum, & sedit super ea. Et dixit patri suo: Ne grauiter feras domine mi, Non possum surgere coram te, quia secundũ consuetudinem mulierũ mihi est. Scrutatus autem est Laban in tota domo eius, & non inuenit.* Magna Rachelis solertia, per quã deludere potuit Labanem. Audiant qui adhuc erroribus sunt addicti, & idololatriã magnificiũt. Posuit ea subter strameta cameli, & sedit super ea. Quid his magis ridiculũ? quid his stultius? Ratione prædiți, & tantam à misericordia dei assequuti dignitatẽ, lapides insensatos putãt colẽdos: & neq; in mentẽ suam accipiunt absurditatẽ, sed à consuetudine sua quasi oues abducuntur. Et idcirco
1.Co.12.a † quòd. Paulus quoq; scribens dicebat: Scitis † quãdo] gentes eratis, ad idola muta vtcunq; ducebamini eũtes. Et rectè dixit, muta. Qui vocẽ, inquit, habetis & aures, & rationis estis participes, ad ea quæ nullũ sensum habent, sicut bruta abducimini. Et qualem, qui talis est, veniã mereretur? Sed videamus quomodo iustus nunc fiduciam acceperit partim ex his quæ Laban cõfessus est, partim quoniã nullum crimen contra se inuenerat reprehensione dignum, quid dicit? *Iratus est autem*, inquit, *Iacob, & cõtendit cum Laban, & dixit.* Vide quomodo etiam expostulando animæ suæ virtutem detegit. *Quæ iniustitia mea, vel quod peccatũ meum*, inquit, *quòd persequutus es me?* Quare, inquit, tãto impetu insectatus es me? qualem iniustitiam mihi potes opprobrare? quale peccatum? Neq; id satis, nisi & tãtam superinduxisses contumeliã, vt scrutareris omnia quæ in domo mea. *Quid inuenisti de omnibus vasis, quæ in domo mea pone hîc coram fratribus tuis & fratribus meis, & iudicẽt inter nos duos.* Tanto, inquit, scrutinio facto, potuistine aliquid inuenire quod ad me non attineat, vel quod tuũ sit? Si inueniſti, profer in mediũ, vt qui hîc assunt apud me & te iudiciũ faciant. Quoniã vidit se irreprehensibilẽ in omnibus, magna sumpta fiducia, enumerat beneficia quæ illi per omne tempus exhibuit, & inquit: *Hi sunt viginti anni, quibus tecum sum?* Pro labore tot annorum, hîsne dignus eram? haccine, inquã, cõtumelia? Hi mei viginti anni? Hodie viginti annorum compleũi in domo tua numerũ, *Oues tuæ & capræ tuæ steriles non fuerunt, arietes ouiũ tuarũ non comedi, captum à fera tibi non attuli, ego satisfeci de meo, furta diei & furta noctis. Die vrebat æstu, & nocte gelu, & discedebat somnus ab oculis meis.* Obliuiscéris, inquit, laborũ quos exantlaui pascens oues tuas & capras? Num potes arguere q̃ vnquam oues vel capræ tuæ fuerint steriles? Vide quantam demonstrat à deo beneuolẽtiam contigisse domui Laban propter suum aduẽtum. Hoc enim est id quod & supra dicebat: Benedixit te deus ad pedẽ meum. Hoc enim nullus à pastore exigeret. Neq; enim pastoralis artis hoc opus est, sed naturæ. Propterea ante omnia hoc ponit, prouidentiáq; superna factũ hoc fuisse in pecudibus ostendit. Arietes ouium tuarum non comedi. Non potes, inquit, dicere q̃ aliquando comederim arietem de gregibus tuis: qui scilicet multorũ pastorum mos est. A bestia captum non attuli tibi: neque ipse, inquit, aliquando comedi, neque bestia aliquando rapere potuit. Num attuli aliquid à bestia captum? An nõ quotidie vides eos quibus greges crediti sunt, capta à bestiis afferre dominis? At tu nihil tale vel demonstrare vel obiicere factum potes in viginti annis. Et quid dico captum à fera? sed neque si furto ablatum quid, vt sæpe contingit, ad notitiam tuam venire feci: sed ego pro his quę furtim ablata fuerunt satisfeci, siue die siue nocte accidisset. Et cum æstus flagraret, ferebam fortiter, similiter & frigus noctis, vt illęsi conseruarentur greges tui: & non hoc solum, sed & ipse somnus propter multam curam discedebat ab oculis meis. Vidisti pastoris vigilantiam? vidisti intentum studiũ? Qualem habebunt excusationem ij, quibus rationales greges crediti sunt, & magnam præ se ferunt negligentiam: & quotidie, iuxta propheram, pecudes alias mactant: alias à bestiis captas contemnunt: alias verò ab aliis raptas, reducere non curant: tametsi minor sit labor, & cura facilis? Anima enim est quæ docetur. Illic autem multus est & corporis & animæ labor. Vide enim, inquit, factus sum die adustus æstu, & gelu nocte, & discedebat somnus ab oculis meis. Quis hæc nunc potest dicere, q̃ propter eorum salutẽ quos pascit, tot ferat labores & pericula? Et hoc quidẽ nunc nullus dicere audet. Paulo autem soli licebat hoc fidenter dicere, atque his maiora. Et vbi, inquis, Paulus hæc sustinuit? audi eum dicentem: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego nõ vror? O pastoris dilectionem indulgentissimã. Alienę ruinę meos dolores augent, aliena scãdala fornacem doloris mei succẽdunt. Hunc omnes imitentur, quibus rationales oues concreditæ sunt: & ne deteriores fiant hoc, qui tantæ in brutis pecudibus custodiendis vigilantiæ fuit, idq; tot annorũ numero. Et illic quidem, si incuria quædã acciderit, nullum damnum: hîc autem si vel vna ouis rationalis perierit, vel à bestia fuerit capta: graue damnum, maximũ detrimentũ, ineffabilis pœna. Nam si dominus noster sanguinem suum proprium effundere pro illa non declinauit: qua venia dignus fuerit, qui sic honoratam à domino despicere voluerit, & non omnia quæ poteſt in curanda ouicula adimpleuerit? Cæterum ad seriem sermonis redeamus. *Hi mihi*, inquit, *viginti anni quibus sum in domo tua. Seruiui tibi quatuordecim annis pro filiabus tuis, & sex annis pro ouibus tuis, & † mutasti mercedem decem * agnis: & nisi deus patris mei Abrahæ, & deus Isaac fuisset mihi adiutor, nũc forte me vacuum dimisisses. Humilitatem meam & laborẽ manuum*

mearũ vidit deus, & arguit te heri. Vides quomodo ea quæ cõfessus est Laban, animarunt iustũ, & fiduciæ argumentum præstiterũt? Vidisti, inquit, quomodo viginti annorũ numero seruiui tibi: pro filiab⁹ quatuordecim annis, reliquis autem pro ouibus: tamẽ priuare me voluisti mercede, & nõ te super hoc arguì? Verum ex illis ipsis quæ tu cõfessus es, scio q̃ nisi deus Abraham & Isaac fuisset mihi adiutor, nũc me vacuum dimisisses & nudũ: omnia fortè abstulisses à me, & iniustitiã quã proposueras, opere cõpleuisses. *Sed deus qui scit humilitatem meã, & laborem manuũ mearum.* Quid est, humilitatem, & laborẽ manuum mearũ? Quoniã, inquit, scit deus quomodo ego magno studio seruitutẽ meã perfecerim, & quantũ laborẽ sustinuerim, pascẽs oues, die noctúq; in curis versatus: ad illa, inquã, respexit misericors dominus, & heri arguit te: coërcuit iniustitiã quã aduersum me struebas, & irrationabiles tuos conatus. Satis defendẽdo se, taxauit Labã: & postquã reprehẽdisset illius in se iniustitiã, sua in illũ beneficia recẽsuit. Ideo ille erubescẽs de his quę dixerat, nũc in timore assistit, & fœdera inire vult cũ iusto. Vide prouidentiã dei, qui tanto impetu ad persequẽdum exierat, timore coactus est vt ab eo & fœdera quæreret. *Respondens autẽ Laban, dixit ad Iacob: Filiæ tuæ, filiæ meæ: & filij tui, filij mei: & pecora tua, pecora mea: & omnia quæcunque tu vides, mea sunt, & filiarũ mearum: quid facerem illis hodie, vel pueris qui ab eis sunt nati?* Scio, inquit, q̃ filiæ meæ sunt, & omnia quæcunq; habes, ex substãtia mea accesserunt. Quid igitur facerẽ illis hodie, vel pueris qui ab eis nati? *Nunc igitur veni, & ineamus fœdus ego & tu, & erit in testimonium inter me & te.* Pacta, inquit, faciamus, & erũt in testimoniũ inter me & te: in iudiciũ & demonstrationẽ. *Dixit autẽ ei: Si quis transgredi attentauerit, quæ nũc à nobis sunt proposita. Ecce nullus nobiscũ, deus autẽ testis inter me & te.* Considera quomodo paulatim & Labã ad cognitionẽ dei ducitur. Nam qui ante hoc arguebat iustũ de furto deorum suorum, & tantã propter eos scrutationẽ faciebat: nunc, inquit, quia nullus est inter nos, qui possit, si quid posthac nouatũ fuerit, testis esse fœderis nostri, deus testis sit inter me & te. Ille, inquit, adest, qui omnia videt, quẽ nihil latere potest, qui vniuscuiusq; mentẽ agnoscit. *Tulit autem*, inquit, *Iacob lapidẽ, & statuit in columnã, & fecit collẽ, & comederunt super collẽ. Et dixit ei Labã: Collis hic testabitur inter me & te.* Quid est, collis hic? id est, verba quæ fiunt in hoc colle, memoria perpetua erunt. Et vocauit nomen eius loci, Collis testimonij. Deinde inquit, *Aspiciat deus inter me & te.* Attẽde quomodo pœnã iterũ à deo precatur Labã. *Aspiciat*, inquit, *deus inter me & inter te, quia secedimus alter ab altero.* Nũc, inquit, separamur, & tu quidẽ ibis in domũ propriã, ego autẽ redibo in domum meã: *Si humiliaueris filias meas, si acceperis vxores ad filias meas. Vide, nullus nobiscũ est qui videat, deus testis.* Cõsidera quomodo semel, & iterũ atq; sæpius deũ in testem vocat. Quia prouidẽtia, quã expertus erat Iacob, docuit eũ quanta esset eius potentia, & q̃ impossibile sit aliquid occultum esse oculo qui dormitare nequit: propterea inquit, Etiamsi separemur, etiãsi nullus alius assit, qui testificari possit, hic testis erit vbiq; præsens: per singula verba docet q̃ totius terræ sit dominus. *Et dixit*, inquit, *Iacob, Ecce collis ille testatur. Deinde iterum Laban inquit, Si enim ego non transiero ad te, neque tu transeas ad me collem hunc & columnam hanc in malitia: deus Abraham, & deus Nachor iudicabit inter nos.* Vide quomodo cũ patre & auum suũ coniunxit, qui frater fuit patriarchæ, suus autem auus. *Deus Abraham & deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorem dei patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificium in monte: & vocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt, & dormierunt in monte. Surrexit autem Laban mane, & osculatus est filios suos & filias suas, & benedixit eos: & reuersus Laban abiit in locum suũ.* Vidisti dilecte quanta dei sapientia, quomodo vno facto & suã erga iustum declarat prouidentiam, & illum ab iniustitia abduxit, & in diuinæ notitiæ viã paulatim inducit Labanem, interminando ei ne quid malum contrà Iacob loqueretur: & quasi bestia accurrens, & cõprehẽdere volẽs & interficere: desinit in defensionem, & in filiorum filiarúmq; deosculationem, & sic domum redit. Fortè prolixius sermo se extendit, sed ignoscite: non hoc sponte admisimus, sed coëgit nos historię ratio. Ideo hîc missum facientes sermonem, oramus vestram charitatem, vt omia faciamus & tractemus, quò supernam nobis conciliemus gratiam. Nam si deum habuerimus amicum, omnia nobis facilia erunt: & nihil nos in præsenti vita contristare poterit, quanuis iucundum esse videatur. Tanta enim supernæ virtutis est excellentia, vt etiam ea quę tristia sunt, iucunda facere queat: sic & Paulus in afflictionibus existens, gaudebat & exultabat, expectatione repositorum bonorum animatus. Propterea & propheta dicebat: In afflictione dilatasti me: docens nos, q̃ in ipsa afflictione securos & beatos faciat. Talem igitur habentes dominum, tam potentem, tam sapientem, támq; misericordem, & quod nostrum est afferamus, virtutísque magnam habeamus rationem, vt nõ solum præsentia, sed & futura bona consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, & in perium simul cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Psal.44

Et eleuatis oculis Iacob vidit castra dei metata, & occurrerũt ei angeli dei, quos cũ vidisset dixit: Castra dei sunt hæc, & appellauit nomen loci illius Castra. Homilia LVIII.

Ca.xxxij.

SCio quòd heri defatigati fueritis, nobis sermonem prolixius extendentibus: sed bono estote animo, labor vester non est inanis: In domino enim spes est, q̃ & breuis labor magnã mercedem vobis allaturus sit. Nã licet corpus fatigaretur, anima tamen magis cõfirmabatur. Ideo & ipse videns vestrũ feruens desideriũ & studiũ, volebam quidẽ abbreuiare sermonẽ, sed antequã finiretur historia, nolui, sciens me vobis hac ratione magis gratificaturum. Multitudo enim dictorũ satis declarabat inexplebile vestrum desiderium, & studium audiendi auidum: propterea & ipse cũ maiori alacritate vos docere incipio, videns vestrã quotidie appetentiã crescere. Age & hodie quæ sequuntur hesternã lectionẽ, pro virili nostra pertractemus, consuetũ vestræ charitati cõuiuiũ proponentes. Et videamus post discessum Laban, quomodo iustus iter arripiat. Nihil enim superuacaneum in diuina scriptura positũ est, sed omnia quæ à iustis fiũt, maxima vtilitate plena sunt. Quoniã enim vniuersorũ dominũ continuò habuerunt comitẽ, & itineris difficultates reddentem faciles, multum etiã nos vtilitatis ex paruo eorum itinere possumus percipere. Nã postquam Laban in domum suam abiit, *Et Iacob viam suã perrexit, & eleuatis oculis vidit castra dei castra metata esse, & occurrerunt ei angeli dei.* Postquam enim cessauit, & finem habuit timor Laban, excepit eum timor fratris: propter hoc misericors dominus animare iustum volens, & omnem eius metum discutere, fecit vt ange-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lorum videret castrâ. *Occurrerunt enim*, inquit, *ei angeli dei. Et dixit Iacob, Castra dei sunt hæc. Et vocauit nomen loci eius, Castra.* Vt ex ea appellatione perpetua maneret memoria visionis, quæ illic cõtigerat. Deinde post visionem hanc, *Misit*, inquit, *ante se nuncios ad Esau fratrem suum, & mandauit eis, dicens: Sic dicetis domino meo Esau.* Vide & post visionem, quantus adhuc vrgebat iustum. Timebat enim fratris violẽtiam, & angebatur animo, ne fortè memoria eorum quæ olim facta sunt impelleret illum ad insidias. *Dicite*, inquit, *domino meo Esau. Sic dicit seruus tuus Iacob: Peregrinus fui cum Laban, & longo tempore ibi moratus sum vsque nunc, & contigerunt mihi boues & asinæ & oues & serui & ancillæ, & misi vt annunciaretur domino meo Esau, vt inueniat puer tuus gratiam corã te.* Attende quomodo timuerit fratrem: & propterea placare eum volens, prẽmittit: significans ei & reditũ suũ, & substantiam quæ sibi contigerat, & vbi tanto tempore moratus fuerit, vt placato eius furore, clemẽtem facere possit: id quod & factum est, deo cor illius demulcente, & tractabilem extincta ira faciente. Nam si Labanem, qui tanta concitatione persequebatur, timere fecit per ea quæ ad ipsum dicebat: multo magis fratrem mansuetiorem fieri erga iustum fecit. *Reuersi sunt autem*, inquit, *dicentes: Venimus ad fratrem tuum, & venit in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo.* Vide quomodo & istucipsum auget metũ iusti. Neq; enim sciebat euidenter mentem fratris: sed vt didicit multitudinem venientium cum illo, formidauit, suspicans ne quasi in bellum contra se veniret, & ita vellet occurrere. Timuit enim, inquit, Iacob, & perplexus erat, & formido mẽtem eius turbauerat, & nesciebat quid faceret, sed mansit perplexus: propterea timuit quasi de salute sua, & mortem ante oculos habens. *Diuisit autem in duas turmas omnẽ populũ, qui secum erat. Dixit enim: Si venerit ad turmam vnã, & percusserit eam, erit adhuc altera quæ saluabitur.* Talia suggerebant ei timor & magna formido. Videns autem se quasi in reti cõprehensum, ad inuictum dominum confugit, & promissiones quæ ei factę erant repetit ab omnium deo: quasi dicens ad eum, Nunc venit tempus in quo & propter primogenitorum virtutem, & propter promissionem quæ à te facta est mihi, dign⁹ habear qui tuo adiuuer prẽsidio. *Dixit enim Iacob: Deus patris mei Abrahã, & deus patris mei Isaac tu es, qui dixisti mihi, Vade in terrã natiuitatis tuæ.* Qui euocasti me, inquit, de terra aliena, & præcepisti vt redirem ad patrem meum, & in terram natiuitatis. Satis mihi sit de omni iustitia & veritate, quam fecisti puero tuo. Sufficis mihi, inquit, ad subsidium in præsenti tempore. Qui enim vsq; ad præsens tempus tantã erga me declarasti prouidentiam, potens es etiam nunc eripere me ab vrgentibus periculis. Nõ enim ignoro, q̃ in isto baculo meo transiui Iordanem. Sed propter tuam de me solicitudinem, qui baculum solum gestãs abiui in terram alienam, nunc cum duabus turmis adueni. tu igitur domine, qui tantam mihi substantiam concessisti, qui tãtum augeri me fecisti, nunc eripe me de manu fratris mei Esau: *Quia timeo ego eum, ne fortè percutiat me, & matrem, cum pueris. Tu dixisti: Benefaciam tibi, & ponam semen tuum sicut arenam maris, quæ numerari nequit, præ multitudine.* Vide iusti religiosum animum, & magnam gratitudinem: quomodo non aliud dominum precatur, q̃ vt suas promissiones adimpleat. Et de prioribus demonstraturus gratiarum actionem, confitetur q̃ ex nudo, & omnibus destituto in tantã peruenerit abundantiam: & supplicat vt de periculo se liberet. Dixisti enim, inquit, Ponam semẽ tuũ sicut arenam maris, quæ dinumerari nequit. Cũ igitur orationem suam ad deum fecisset, & supplicationẽ precum obtulisset, facit & suũ officium. Et acceptis muneribus ex his quæ afferebat, misit fratri, cùm segregasset quæ mitterentur, & mandata dedisset ita vt placaretur etiã per verba animus fratris, & suus nunciaretur aduẽtus. *Dicite enim*, inquit, *Ecce puer tuus aduenit post nos, vt primũ reddatur amicus, & tunc in faciem eius occurram.* Posthac enim, inquit, videbo faciem eius. Fortè enim accepta erit ei facies mea, & antecedant dona secundũ faciem eius. Verum, vide, obsecro, ineffabilem dei misericordiam, & quomodo semper congruo tẽpore suam declarat prouidentiã. Nam de Laban quidẽ, quoniã iustus nihil talium suspicabatur, neq; sciebat q̃ Laban cũ tanta vi inuadere se vellet, vt vlciscereturclancullariũ suum absessum: dictũ est quod apparuit angelus nocte Laban, & repressit eius impetum, mãdatúmq; dedit ne vel asperũ verbũ loqueretur Iacob: dicit enim, Ne loquaris cum Iacob mala. Et hoc ita dispensabat, quò per illius linguam notum fieret iusto, vt fidentiori esset animo, comperta tanta dei in se prouidentia. Nunc autem quia frater temporis longitudine mitigatus erat, quieuerátq; ira & indignatio contra Iacob: hic autem anxius erat, timens & tremẽs fratris occursum: bonus dominus nõ iam Esaũ præcipit, nihil enim contra fratrem meditabitur, sed iustum solatur. *Nam postquam misisset offerentes munera, & dormiuisset, surrexit in nocte illa, & vxores duas & filios transmisit in transitu Iaboth, & accepit eos, & transit torrentem. Relictus est autẽ Iacob solus, & colluctatus est homo cum eo.* Magna domini misericordia, quoniam occursurus erat fratri, vt sciret reipsa q̃ nihil asperum laturus esset, in figura hominis luctari cum iusto voluit: deinde vidẽs se vinci, apprehendit, inquit, latitudinem lumbi eius. Totum autem hoc factum est, vt se illius humilitati attemperaret, & formidinem ex anima iusti eximeret, & persuaderet ei, vt citra angorem fratri occurreret. *Nam cum tenuisset latitudinem lumbi Iacob, emarcuit † neruus qui super latitudinem lumbi] Iacob, cũ colluctaretur ille cũ eo.* Deinde vt scir et Iacob virtutem eius quem secum luctari putabat, dicit ad eum: *Dimitte me, ascendit enim aurora.* Sentiens igitur iustus magnitudinem virtutis eius qui hæc sibi dixerat: dixit, *Minimè te dimittam, nisi me benedixeris.* Magna enim consequutus sum, & quæ supra meã sunt dignitatem: non prius te relinquam, donec benedictionem à te accipiam. Deinde dicit, *Quod nomen tuum est?* Vide iterum quãtum sese humiliet & attemperet. Nã si non interrogasset, nesciuisset iusti nomen? Sed vult eius fiduciam solidare, & docere quis sit qui ei loquatur. *Et postquam dixit, Iacob, dicit. Non vocabitur nomen tuũ Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Quoniam si cõtra deũ fortis fuisti, multo magis cõtra homines potens eris.* Vidisti quomodo ostendit totam causam, propter quam adeo se humiliauit? Et simul docuit iustum per nominis impositionem, quis esset quẽ viderit & comprehenderit. Non vltrà enim vocaberis Iacob, sed Israël erit nomẽ tuum. Israël autem, si quis interpretetur, sonat mens vidẽs deum. Quoniam sicut videre homini possibile est, videre meruisti: propterea & hanc appellationem tibi impono, vt omnibus posteris manifestum sit quam visionem assequutus fueris. Et subiicit: Quoniam prævaluisti contra deũ, & contra homines potẽs eris: nihil amplius time, neq; damnum aliquod expectes, quod ab aliquo feras. Nam qui tãtam virtutem

tem accepisti, vt cum deo luctari valueris: multo magis homines superabis, & inuictus omnibus eris. His auditis iustus, obstupescens magnitudinẽ eorum quæ ad se dicta erant, dicit ei: *Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Cur quæris nomen meũ? Et benedixit eum.* Intra tuos limites mane, & ne transgrediaris mensuram tuam. Vis meam benedictionẽ obtinere? ecce eam tibi do: dicit enim, *Et benedixit eum, Et vocauit*, inquit, *Iacob nomẽ loci huius, Speciẽ dei. Vidi enim deũ facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Vides quãtum ei fiducię à visione concessum? Salua facta est anima mea, quę erat propemodum mortua præ timore: quoniam videre mihi datũ est facie ad faciẽ deum, salua facta est anima mea. Ortus est autem ei sol, quando præteriit visio dei. Vidisti quomodo infirmitati humanę dominus sese attemperans, omnia agit & tractat vt suam misericordiam declaret. Et ne admireris, dilecte, q̃ tanta humiliationis illius magnitudo: sed cogita q̃ & patriarchę, cum apud quercum sederet, in hominis figura cũ angelis hospes fuerit: præsignans nobis iam multo antea & ab initio, q̃ humanam naturam suscepturus esset, vt sic omnem humanam naturam à diaboli tyrannide liberaret, & ad salutem reduceret. Verum tunc quidem, quoniam initium & principia erant, in figura vnicuiq; illorum apparebat, sicut ipse per alium prophetam dicit: Ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Quando autẽ dignatus est dominus humanam formam suscipere, & primitias nostras recipere, non putatiuam neq; apparentem tantum carnem, sed veram induit. Et eapropter voluit per omnia nostra transire, & ex muliere nasci, & infans fieri, & panniculis inuolui, & lacte pasci, aliáq; omnia ferre, vt dispensationis veritas credibilior esset, & hæreticorum ora obturarentur. Propterea & dormit in naui, & iter facit, & fatigatur, & omnia humana sustinet, vt per res ipsas certisq; argumentis persuadeat: propter hoc etiã tribunali assistit, & crucifigitur, & mortem sustinet ignominiosissimam, & in sepulchro ponitur, vt sua incarnatio per omnia fiat manifesta. Nã si non verè carnem nostram assumpsit: neq; crucifixus est, neq; mortuus, neq; sepultus: neq; resurrexit. Quòd si non resurrexit, omnis de incarnatione sermo subuersus est. Vides in quantã absurditatem incidunt, qui diuinæ scripturæ canonem imitari nolunt, sed suis cogitationibus permittunt omnia? Verum sicut hîc perspicua est veritas, ita apud iustum illum apparentia quædã erat, per quam iustus multis argumentis certior fieret, quãtam sui curam deus haberet, & q̃ inuictus sit futurus ab omnibus qui sibi insidiantur. Deinde, vt posteritati nota fieret visio ei facta: *Claudicauit*, inquit, *fœmore suo. Propter hoc non comedunt filij Israel neruum, qui emarcuit, qui est super latitudinem fœmoris, vsque in hunc diem: quia attigit neruum super latitudinem fœmoris Iacob, & emarcuit.* Quoniam enim iustus impletis vitæ suæ annis, emigraturus erat ex hac vita: oportebat autem prouidẽtiam dei in illum, & tantam dei † dignationem, omni hominum generi manifestari: ideo inquit, Non comedũt filij Israël neruum latitudinis fœmoris, qui emarcuit: sciens eorum magnam ingratitudinem, & q̃ obliuiscantur dei beneficia, perpetuò artibus quibusdã inducit eos, vt habeant memoriam eorum quæ à se facta sunt, taliáq; excogitat monimenta per illas obseruationes, id quod per scripturam totam inuenies. Hęc enim maxima causa est plurimarum obseruationũ, & q̃ vult perpetuò futuras generationes meditari beneficia dei, &

Osee 12.

† attemperationem.

non obliuione vnquã obliterantes ad suos errores recurrere: qui mos fuit Iudæorum gẽti peculiaris maximè. Nam qui in beneficiis sæpe summã præ se tulerũt ingratitudinẽ, multo magis nisi hoc fuisset factũ, omnia quæ à deo in ipsos facta sunt, è mente sua abiecissent. Cæterũ videamus nũc, quomodo fratri suo Iacobus occurrerit. Postquã enim ex his quæ facta sunt iustam accepit exhortationẽ, & sufficiens solatiũ & promissionem, q̃ fortis futurus esset, & potens etiã cõtra homines, *Eleuatis oculis vidit, & ecce Esau frater eius, & quadringenti viri cum eo. Et diuisit Iacob pueros † Liæ & Rachel, & duarum ancillarum.*] *Et posuit duas ancillas & pueros eorum in principio & Lian & pueros eius postea, & Rachel ac Ioseph postremos, ipse autem præcessit ante eos, & adorauit super terram septies, donec appropiauit ad fratrẽ suũ.* Vide quomodo diuisione facta, ipse prę omnib⁹ occurrit: & adorauit super terram, inquit, septies, donec appropiauit ad fratrem suũ: prouocãs & per gestus, & per adorationẽ fratrem in sui beneuolentiã: id quod & factũ est. *Nam vt Esau occurrit*, inquit, *amplexatus est eum, & osculatus est, stringens collum eius: & flebant vterque.* Vide disp̃sationẽ dei. Quia quando vult omnium dominus suam erga nos declarare prouidentiam, & eos qui atroci in nos animo sunt, ouibus mansuetiores facit. Considera igitur quantam mutationẽ declarat Esau. Accurrit enim, inquit, in occursum eius, & amplexatus eum, osculatus est, & fleuerunt ambo. Vix tandem iustus respirauit, & timorẽ excussit, animosior factus. *Eleuatis autẽ oculis*, inquit, *vidit mulieres & pueros & dixit. Quid, hæc tua sunt?* Videns iusti facultatum abundantiam, in admirationem adductus est, ideo & rogare voluit. Quid igitur iustus? *Pueri*, inquit, *sunt, quibus misericorditer donauit deus seruum tuum.* Vide quantũ mansuetudinis robur: & quomodo per verborũ modestiã humilitatem, illius indignationẽ fregit & mitigauit. *Et appropiauerunt*, inquit, *ancillæ & filij, & adorauerunt Lia & Rachel. Et dixit*, inquit, *Quid, hæc tua sunt? quæ autẽ turmæ illæ, quæ mihi obuiã venerunt? Ille autem dixit: Vt inueniat seruus tuus gratiam coram te.* Considera, obsecro, quomodo humilitate excellenti fratrem deuicerit: & quem putabat affici erga se hostiliter & atrociter, ita inuenit mansuetum, vt vo luerit in ministerium eius omne officium suum declarare. *Dixit enim*, inquit, *sunt mihi multa, frater sint tibi tua.* Verum neq; hoc permisit Iacob, sed mõstrans quanti faciat eius amicitiam, inquit: *Si inueni gratiam coram te, accipe dona de manibus meis.* Nam propter hoc videbam faciem tuam, quasi aliquis videat vultum dei. Accipe, inquit, dona, quæ à me tibi afferuntur. Cum tanta enim iucunditate vidi faciem tuam, cum quanta quis viderit dei faciem. Hoc magni obsequij gratia dictum est à iusto, vt eum demulceret, & ad fraternam beneuolentiam duceret. Beneplacitum mihi facies, hoc est, gratum nobis facies. Accipe igitur benedictiones quas attuli tibi, quia misertus est mei de⁹, & sunt mihi omnia. Ne detrectes, inquit, accipere. Hæc enim omnia à deo mihi donata sunt, & hic mihi horum omnium suppeditator factus est. Per quæ placidè & illum docuit, quanta erga se fuerit dei prouidentia, & effecit vt magnam sibi reuerentiam exhiberet. *Et coẽgit eum, & accepit.* Vide nunc mutationem.

Et dixit Esau, Profecti eamus in rectam: Hoc est, nunc cõmuniter & simul iter faciamus. Ille autem causatus honestũ prætextũ: *Dominus meus*, inquit, *scit quòd pueri mei teneriores, & oues & boues fœtæ sint: si igitur sequi ea cogã, vno die morientur.* Nõ possum, inquit, acceleratiùs facere

Caput xxxiij. † ad Liã & Rachel & duas ancillas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere iter: sed cogor lentè & pedetētim progredi, tam propter pueros, q̄ propter pecudes, vt nō labore plurimo pereant. *Vade igitur*, inquit, *tu, ego autē parcēs labori puerorum & pecudū, conueniam te in Seir. Quibus auditis, frater: si vis*, inquit, *relinquam aliquos meorum apud te.* Faciebat hoc in signum magni honoris & officij. Ille autem nihil tale accepit. Sufficit enim mihi, inquit, q̄ verè inueni gratiam coram te. Hoc vnum mihi curæ erat, vt amicum te inuenirē. Quoniam igitur hoc assequutus sum, non alterius cuiuspiam indigeo. *Et profectus*, inquit, *Iacob, fecit sibiipsi & iumētis suis tabernacula: propterea vocauit locum illū tabernacula.* Hæc audiētes imitemur iustum illū, & candē declaremus humilitatem animi: & si qui sunt qui malè nobis afficiuntur, nō magis eorum accendamus iram, sed magna māsuetudine & humilitate tam verborum q̄ operum, reprimamus eorū inimicitias, & afflictas eorum curemus animas. Vide enim sapientiā huius iusti, quomodo magna verborū efficacia ita Esaū demulsit, vt & ad se colendum festinaret, facerétq; omnia quæ ad sui pertinebāt honorē. Hoc verè summæ virtutis est, vt nō solum eos qui bene nobis afficiuntur, magno studio diligamus, & eis omnibus modis seruiamus: sed vt etiam eos qui nobis infesti esse volunt, assiduitate officiorū nobis conciliemus amicos. Nihil enim māsuetudine violentius. Nā sicut rogum cum valde accēditur, aqua iniecta restinguit: ita & animum camino magis exardescentē, verbum cum mansuetudine prolatū extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum q̄ nos mansuetudinem declaramus, tum q̄ fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Quid enim, dic mihi: Num reprehendis fratrē tuum, & accusas indignationem, & q̄ hostiliter se gerit erga te? Cur igitur non diuersa via studes incedere, sed ipse magis irasci vis? Non potest igni ignis extingui. Repugnat enim hoc naturæ. Sic neq; furor furore alio demulceri poterit vnquā. Verū quod igni est aqua: hoc est irę māsuetudo & mititas. Propterea & Christus dicebat discipulis: Si diligentes vos diligitis, quam mercedem habetis? Deinde magis ad hoc inhortari & reprehendere negligētes volens, dicit: Nónne & publicani idē faciunt? Quemcunq; enim negligentē sumpseris, nōne hoc faciat? Nōne & publicani magno studio hęc faciūt? Quid autē publicano deterius? attamē inuenies eū hoc omnibus modis obseruare. Et nō est possibile, vt nō redamet qui amatur. Ego autē quia & excelsiores vos esse volo, & aliquid amplius habere: nō hoc admoneo, sed vt inimicos diligatis. Id quod beatus ille ante legē, ante doctrinā aliorū, sponte sua fecit: & propter excellentē mansuetudinē prius superauit Laban, nunc autē & fratrem. Nam licet superno præsidio fretus fuerit, attamen quod & suū est declarauit. Ita sanè & nos persuadeamus nobis, q̄ licet infinities enitamur, nihil tamē prorsus rectè agere possumus, nisi superna gratia adiuti. * Sicut enim nisi illam habeamus, nihil vnquam possumus rectè agere: ita nisi quod nostrū est attulerimus, nō poterimus supernum acquirere fauorem. Demus igitur operam vt & nostra afferamus, & supernum fauorem alliciamus, vt & ex nostro studio, & ex dei misericordia virtutes nostræ quotidie crescant, multáque superna fruamur gratia. Quod nobis omnibus cōcedatur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 5. g

** Nota locum hunc contra eos qui Chrys. Pelagio fauere dicunt.*

Et venit Iacob in ciuitatem Sychimorum, & emit partem agri ab Emmor patre Sychem centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Israel.

Homilia. LIX.

VIdistis heri & nostri omnium domini eximiā misericordiam, & discipulorū philosophiā, & Iudæorum ingratitudinem? Vidistis quanta cum patientia eorum impudentem audaciam obmutescere fecit, cum suos excusaret discipulos, monstrans quòd ipsi qui legem vindicare volebant, legis voluntatem ignorarint, & quòd irradiante veritate, adhuc vmbræ assidere voluerint? Vidistis quomodo iam inde ab initio obseruationes legales auferre studebat, docens eos quòd exorto sole iustitiæ, lucernæ lumen nihil iam efficere possit. Iubar enim solaris luminis quod accedit, hoc tegit, & videri non sinit. Didicistis quomodo possibile sit, vt ferię perpetuę agantur, & à temporum obseruatione liberemur. Nā propter hoc venit dominus noster, vt nos liberaret à temporum necessitate: & excellentiores faceret, & iam in cœlo habentes municipatum: & cum adhuc homines sumus, angelorum imitemur vitam, rideamúsque res humanas omnes. Age hodie, si videtur, seriem verborum beati Mosis sequentes, ea quæ superioribus diebus dicta sequuntur, tractemus, & inde vobis apponamus conuiuium. Scitis enim quòd cum rediisset ex Mesopotamia Iacob, & occurreret fratri, & iterum ab eo separaretur: & illo quidem in Seir montem contendente, Iacob autem tabernacula figente, & locum ab euentu Tabernacula vocante, sermonem hîc misśum fecimus: ideo opus est vt sequentia pro viribus nostris tractantes, doctrinam vobis relinquamus spiritualem. Securus enim tandē factus iustus & ab omni mentis angore liberatus, *Venit*, inquit, *in ciuitatem Sychimorum, & emit partem agri ab Emmor patre Sychem, centum agnis: & erexit ibi altare, & inuocauit deum Israel.*

Ne prætereamus obiter ea quæ in diuinis scripturis sunt contenta. Nam si auri † glebas ex terra effodientes, nulli labori parcunt, & omnia grauia ferunt vt possint aurum è terra eruere: multo magis iustum fuerit vt scrutemur eloquia Christi, & vtilitatem quæ inde est percipiamus, & sic hinc exeamus. Cogita, obsecro, eximij istius viri philosophiam, quomodo tanta gratia supernè fruitur: & videns augeri suas facultates, pecora dico, & tantum numerum filiorum circumstantem, non in extruendis ædificiis amplis & præclaris fuit occupatus, neque villas & agros emere curauit, qui sufficere poterant vt distribuerentur filiis. Hæc enim & similia agere solent qui alios opibus antecellunt: & sæpe qui vnum tantum habet filium, decem milia talenta auri colligere quærit, vt agros emat, & domus claras extruat: & vtinam ex iustis laboribus tantam affluentiam colligeret: sed graue, & quod omnibus grauius est facit, ab aliis rapit, alios circunuenit dolis, aliis negocium facit, & ita alienas substantias suas facit. Et si quis dixerit: Ad quid tanta in colligendas opes insania? statim puerum prætexit, & dicit se talia operari ob suum in illum amorem. Et ille quidem tametsi puerum prætexat, vtcunque expiat, frustra tamen & in vanum. Sunt autem qui neq; pueros habent, & insaniunt vt pecunias colligant: & mallent grauissima ferre, quàm vnum obolum indigentibus expendere. Sed iustus ille nihil talium consultauit, neq; cogitauit: sed cum opus haberet agro,

† *micant.*

ret agro, centum agnis datis, partem agri emit ab Emmor, patre Sychem. Et vide pietatem, religionémque viri, qua de causa agrū emerē studuerit. Et erexit ibi, inquit, altare: & inuocauit deū Israël. Vidisti quare & agri partem emat? vt gratias ageret communi nostri omnium domino. Oportebat imitari omnes qui sub gratia sunt, hunc qui ante legem, & non sic insanire in pecuniarum collectionem. Quare enim, dic mihi, & tibiipsi hæc onera spinarum cōgregas, & filiis tuis materiam & occasionem malitię te relinquere nō sentis? Nescis q̄ dominus maiorem curam pueri tui gerit, tu autem tanquā illius maiorem curam gerens, occasiones illi relinquere studes, quæ submergi animam eius faciant? An nescis q̄ iuuentus per seipsam ad ruinam procliuis est, & ad malitiam leui momento inclinatur: quando autē &opum affluentiā acceperit, multo magis ad malū proruit? Sicut ignis cum fomitem inuenit validioribus flāmis exurgit: ita & quando in iuuenem, materia pecuniarum inciderit, tantā accēdit fornacē vt animā iuuenis totā flagrare faciat. Nam quando poterit talis continenię curā habere, & intemperantiam fugere, & laborē pro virtute, vel aliud spirituale quiddam susćipere? An nō audis Christum dicentē: Curæ huius seculi, & deceptio diuitiarū suffocant mentē, & sterilis fit: quas & spinas nominauit? Nam cum dixisset in parabola seminis, q̄ aliud ex seminibus in spinas incidit, deinde discipulis aliquibus interpretās: Sunt spinæ, inquit, solicitudo huius seculi, & deceptio diuitiarum quæ suffocant mentē, & sterilis fit. Et bene spinis comparauit solicitudinē huius seculi. Sicut enim spinæ non sinunt semen emicare, sed densitate sua seminatum supprimunt: ita & curæ temporales, spirituale semen, quod in anima seminatur, non sinunt fructum afferre: sed adurunt & suffocant sicut spinę, profectum eius retardantes. Et deceptio diuitiarum, inquit. Bene dixit deceptionem diuitiarum. Etenim verè deceptio est. Quæ enim vtilitas tot talētorum, & tantæ afflaentiæ diuitiarum? Profectò, inquit, magnam præbet voluptatem & lætitiam possessio. Qualem lætitiam? Et quid dico lętitiam? Nónne maximè intempestiuas tristitias & mœrores nasci facit? Et nondum dico magnā illam & in futuro repositam propter ipsas pœnam: sed de his loquor quę in præsenti vita cōtingunt, quod ne voluptatē quidē vllam hæc res habere potest, sed potius quotidianas turbationes & amaritudines. Et mare fluctibus non ita intumescit, vt talem animam à cogitationibus & affectionibus infestari, & in omnes tam suos q̄ alienos malè affici videmus. Et si quando partē illorum auferat aliquis: (multa enim accidunt, & multi insidiantur, vtpote famulorum malignitas, & potētium violentia:) tunc vtiq; inuenies tales vitā sibi acerbam ducere. Qualibus igitur lamētis tales non fuerint digni, qui omnia facere student quæ contra se sunt, & in perniciem animæ suę talia colligere volunt? Verū si videtur, talibus relictis, ad historiam iusti huius redeamus, & videamus sequētiū seriem. Erexit, inquit, altare in parte agri, & inuocauit deū Israël. Et postea in Sychimis domiciliū habere voluit. Sed vide iterū, quomodo iustus & hîc suam mansuetudinem declarat. Et quid dicit? *Egressa est autem*, inquit, *Dina filia Liæ, vt videret filias indigenarum. Et vt vidit eam Sychem filius Emmor, dormiuit cum ea: & dilexit virginem, & loquutus est ei iuxta mentem virginis.* Vidistis quantum sit iuuentus malum, quando rectæ rationis frāno caret? Vidit enim virginem, & totus propter aspectum captiuus factus est, & concupiscentiā opere cōpleuit, & loquutus est ei iuxta mentē virginis. Quoniā iuuenis erat puella, eiusmodi verba, inquit, cū ea loquutus est, quæ sufficiebāt ad conciliandā sibi eam. Et inquit ad patrē: *Accipe mihi filiam hanc in vxorem. Audiuit autem Iacob factum, & tunc leuiter tulit, expectans fratrum eius aduētum. Erant enim in pascuis. Et siluit*, inquit, *Iacob, donec venirēt illi. Cum autem venisset Emmor ad Iacob, venerunt & fratres Dinæ, & cum audiuissent quæ facta erant sorori suæ, cōpuncti sunt.* Quid est, compuncti sunt? contristati sunt, & rem intolerabilem esse putauerunt & grauissimam, erátque eis mœrendi magna occasio. Magna enim eos tristitia afficiebat, q̄ rem turpem fecerat in Israël Sychem, qui dormierat cum filia Iacob. Vides filiorum continentiā, quomodo turpitudinē maximam hoc factum reputabāt? Vidisti quomodo iustus pueros suos erudiit ad virtutē? Quomodo autem filius Emmor suā concupiscentiam opere complēs, sit patri & toti ciuitati perditionis author? Sed prius audiamus, quæ Emmor ad eos dixerit, & postea scietis fratrū Dinæ malitiam, & quomodo vindicare studebant quod in sororē erat commissum.

Matt. 13. & Luc. 8. a

Caput xxxiij.

Et loquutus est eis Emmor, dicens: Sychem filius meus prælegit animæ filiam vestram. Vide quomodo iam præsignat, q̄ pernicies eum comprehēsura sit. * Prælegit enim, inquit, animæ: hoc est, animam suam exposuit pro filia vestra. Ille quidem dicebat concupiscentiam eius, quā erga puellam habebat: paulò post autem didicit, q̄ suę & omnium qui ibi erant, perditionis fuerit occasio. Quia igitur ille virginē sic deperibat, *Date*, inquit, *istā illi vxorem*, † *& erit gener vester: filias vestras date filiis nostris*,] *& inter nos habitate. Et ecce terra lata est coram vobis, habitate & negociemini in ea, & in ea possessiones habete.* Vide patrem quomodo propter filij amorem quantam habet erga peregrinos benignitatē, & quomodo eos conciliare sibi vult, data eis in omni regione sua potestate. Et hęc quidē egit pater. Filius autem quia vidit patris erga se studium, & quomodo omnia facere paratus fuerit, vt implerē quod cupiebat, adiicit quod suum est, & dicit ad Iacob & ad fratres puellæ: *Inueniam gratiam coram vobis, & quicquid dixeritis, dabimus: multiplicate dotem, & dabo secundum quod dixeritis mihi, & date mihi puellam hanc in vxorem.* Vidisti & patrem propter studium & curam in filium valde adhortari, & iuuenē promptè omnia promittere, vt puella potiretur? Hæc enim, hæc pernicioſa affectio omnia susćipienda libidine diffluenti persuadet, donec in inferni profundū ducat. Et vide, obsecro, senior quidem Iacob hæc audiens silet, & pro sua mansuetudine nihil loquitur: sed vim filiæ factam patienter fert. *Filij autem Iacob dixerunt Sychem & Emmor patri eius dolosè, & locuti sunt illis, quòd coinquinarint Dinam sororem suam.* Considera hîc quomodo propter vnius intemperantiā, vniuersi ciuitatem habitantes, pœnarū socij fiunt. Sicut enim accensa pyra, & qui propè habitant periculi sunt participes, igne omnia depascente: eodē modo & nunc adolescentis intēperantia non solū patrē, sed & omnes cives simul perdit. Quid igitur pueri Iacob? dolosè eis responderunt. Dignū est auditu, vt discatis quomodo propter sororē doluerunt. *Dixerunt enim*, inquit, *Symeō & Leui fratres Dinæ, filij autem Liæ: Nō possumus facere verbum hoc, vt demus sororem nostrā homini qui habet præputiū. Si igitur circuncidamini carne præputij vestri, dabimus filias nostras vobis, & de filiabus vestris accipiemus, & erimus quasi genus vnum.* Hæc quidem propositio honesta erat, & rationi consentanea, sed cum dolo, inquit, dicta est.

* *Nota.*

† *& affinitate contrahite nobiscū: filias vestras date filiis nostris, & filias nostras accipite filiis vestris.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et si nolueritis, inquit, *hoc facere acceptis filiabus nostris, abibimus.* Hæc quidē Symeon & Leui, cædē omniū secū meditantes, proposuerunt. Illi autē spectantes ad hoc quod † proposuerant, & vt virginē repetētes] consenserunt in dicta, & placuerunt eis proposita, dicit enim: *Placuit coram eis sermo, & non neglexit adimplere dicta adolescens. Deperibat enim filiam*, inquit, *Iacob.* Hoc est, totum se in puellæ amorem effuderat. *Et venerunt ipse*, inquit, *& pater eius ad portam, & locuti sunt omnibus qui in ciuitate habitabant, & consuluerunt vt circumcisionem susciperent iuxta illorum propositionem, & vt illos ad cohabitationē acciperēt. Et implebant illi statim, quæ ab Emmor & Sychem dicta sunt, & omnes simul circumcisionis signū in corpore accipiebant. Hoc vbi resciuerunt Symeon ac Leui, quæ iam dudū secū meditabantur, opere cōpleuerunt. Et acceptis gladiis suis, ingressi sunt ciuitatem securè.* Quid est, in ciuitatē securè? quia cū solum duo essent, tātæ multitudini se opposuerunt. Sed magnā eis securitatē præstitit, q; omnes illi saucii iacerēt. Quod vt nobis manifestaret scriptura, Factum est, inquit, in die tertio, quando grauissimus vulnerū dolor est. Hoc illos securos reddidit, & duos fortiores multis fecit. *Occiderunt*, inquit, *omne masculinum, hoc est omnes viros, qui propter circumcisionem iacebant: & parati erāt, vt ita dicā, vt occiderentur: & cum aliis etiā in iuuenem irruerūt, qui puellā vitiauerat. Et nō contēti hac vindicta: etiā oues*, inquit, *eorū, & omnia pecora, & omnia corpora in captiuitatē duxerūt, & ciuitate viris destituta & direpta redierūt.* Vidisti dilecte quantum malum operata sit vnius iuuenis temeritas? Vidisti quātam attulit perniciem omnibus ciuitatem habitantibus? Hęc scientes, refrænemus puerorū nostrorum impetus, magnúmq; furorem absterrendo & admonendo compescamus: & curemus eorum castitatem, & omnia faciamus & tractemus, vt absurdas cō cupiscentias iuuenilis ætas effugere possit. Nā propter hoc & cōmunis dominus noster, sciens humanę naturæ infirmitatem, nuptias dedit & sanciuit, vt ab illicito cōcubitu abstineretur. Ne igitur negligamus iuuenes, sed scientes fornacis incendiū, priusquā in luxuria implicentur, studeamus eos iuxta legē dei nuptiis copulare, vt & continentiā suā custodiant, nullúmq; dānū lasciuiæ suæ habeāt, remedio illinc sumpto: vt possint carnis indomitos motus reprimere, & pœnā effugere. Sed videamus quomodo ea quæ à pueris facta sunt, senem affecerint. *Dicit*, inquit, *Iacob ad Symeon & Leui: Exosum me feciſtis, vt molestus ego sim habitatoribus terræ.* Quare, inquit, tantam feciſtis vindictam? *Nam quæ à vobis facta sunt, odium mihi maximum pepererunt apud omnes habitatores terræ huius.* Deinde monstrans timorem, in quo erat cōstitutus, *Mihi autē*, inquit, *paruus numerus est, & congregati contra me, percutient me, & exterar:* Quasi diceret: Nescitis q; pauci sumus, facilè eadem & nos patiemur, quibus vobis illos afficere placuit. Et sicut Sychem patri & omnibus ciuitatem habitantibus huius interitus fuit author, ita & vos mihi. Nam propter vos & ego exosus ero, & nihil prohibet quin delear propter vestram audaciam. *Illi autem dixerunt*, inquit: *Nunquid vt scorto abutētur sorore nostra?* Vide pueros cōtinentiæ gratia vltionem sumpsisse. Excusant enim se patri, & dicunt: Confuderunt nos, veluti scorto abusi sunt sorore nostra: & propterea hoc facere coacti sumus, vt & cæteri discerent similia non audere. Sed vide, obsecro, hîc ineffabilem dei curam erga iustum. Quia vidit eum formidantem propter filiorum facinora ibi habitantes, dixit ei deus: *Surge & ascende in locum Bethel, & ibi habita.* Quia, inquit, eos qui hîc habitant times, recede hinc: & habita in Bethel, & fac illic altare deo, † vbi apparui tibi cum fugeres à facie † *qui.* Esaü fraris tui. *Et dixit*, inquit, *Iacob domui suæ, & omnibus suis: Tollite deos alienos è medio vestri, & purificemini, & mutate stolas vestras, & surgite, & ascendamus in Bethel, & faciamus illic altare deo, qui exaudiuit me in die afflictionis: qui fuit mecum, & saluauit me in via qua ambulaui.* Animaduerte hîc iusti obedientiam & pietatem in deum: quia audiuit: Ascende in Bethel, & fac altare: vocatis, inquit, omnibus suis, dixit: Tollite deos. Quales, quis dixerit, deos? Nusquam enim videmus q; ipse habuerit deos. Ab initio enim dei cultor fuit iustus. Significans forte deos Laban, quos Rachel subtraxerat, hoc dixit: Quoniam gratias acturi sumus vero deo, qui semper tantam mei curam gessit, auferte si qua sunt in vobis idola & purificemini, & mutate stolas vestras, & sic ad ciuitatem pergamus, & intus & foris mundati simul ibitis. Non solum vestium nitore puritatem declarate, sed cum abiectione idolorum purificatis cogitationibus mentis redeamus ad Bethel. *Et dederunt*, inquit, *Iacob deos alienos (non enim erant sui) & inaures quæ in auribus earum.* Fortè enim & hæc signa quædam erant istorum idolorum, ideo & hæc cum dūs afferunt Iacob. *Et abscondit ea subter terebinthum in Sycimis, & perdidit ea vsque in præsentem diem.* Abscondit, inquit, ea, & perdidit: † vt & ipse ab hoc erroris damno effugeret,] & nullus etiam alius ex his damnum acciperet posthac. *Et cum hæc omnia feciſſet iustus: abiit*, inquit, *à Sycimis, & contendit ad Bethel.* Iterum hîc attende, quātam eius curam habuerit deus, & quàm diligenter scriptura nos omnia doceat. Cum egressus enim esset iustus ex Sycimis, factus est timor dei super omnes ciuitates in circuitu eorum, & non persecuti sunt filios Israël. Vides quanta prouidentia, & quàm euidens eius subsidium. *Irruit enim*, inquit, *super eos metus, & non secuti sunt illos.* Quia hoc timebat iustus, & dicebat: Mihi paruus numerus est, & delebor, dicit, quòd timore eos inuadente, ipsos persecuti non sunt. Nam quando deus suam gratiam afferre voluerit, inualidos fortiores potentibus, & paucos potentiores pluribus facit, nihilq; beatius est eo qui supernam gratiam assecutus est. *Et abiit*, inquit, *Iacob in Luzam, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel, & omnis populus qui erat cū eo: & ædificauit ibi altare, & vocauit nomen loci illius Bethel: ibi enim apparuit ei deus, cum fugeret à facie Esau fratris sui.* Postquam venit, inquit, in Bethel: fecit sicut ei præceptum erat. Et ædificato altari, vocauit nomen loci Bethel.

Mortua est autem, inquit, *Debbora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel, subter quercum: & vocauit Iacob nomen eius, Quercus luctus.* Vide quomodo semper ab euentibus nominat loca, vt perpetua seruetur memoria. Et quomodo, dixerit quispiam, nutrix Rebeccæ fuit cum Iacob iam primum veniēte à Mesopotamia, priusquam occurreret patri suo? Fortè hoc dicendum, quòd quando à Laban rediit, hæc simul cum Iacob venire cupiuerit, & adducere eum, vt post longum tempus Rebeccam inuiseret: sed priusquam illi occurreret, defuncta est. Si placet & nos hîc finiamus sermonem, contenti his quæ dicta sunt. Illud autem vestram charitatem rogauerimus, vt & vos virtutis curam geratis, & continentiam filios vestros doceatis. Hinc enim, vt ita dicam, omnia mala nascuntur. Consuetudo enim malitiæ, processu temporis inualescens, tantum facit malum vt postea non possit aliqua vinci admonitione. Et cum semel à malitia fuerint occupati, quasi in captiuitatē essent abducti, quoquò diabolus iusserit, eunt. Ille eīm eis imperat, & pernicioſa illa dat mandata, quæ iuuenes libenter perficiunt, præsentem tantū voluptatē spectantes, & futurum dolorē non cogitantes. Ideo oro, vt præbeatur manus pueris nostris, vt ne etiam pro his quę illi peccarunt, pœnas sustineamus. An nescitis quid seni Eli acciderit, cùm non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus, si morbū sectione indigentem, vnctione aut emplastro curare voluerit, cito morbum incurabilem efficiet, cùm congruā non adhibeat medicinam: Ita & senex ille, cùm deberet filios suos pro peccatorū qualitate emendare, nimia vsus lenitate illos arguit. Proinde oro, exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honesta educatione, & in summa vnusquisque curam eorū agat, qui apud se habitant: & lucrum maximum ducat vtilitatem proximi, vt vnusquisque dicens ea quæ ad virtutē pertinent, & peccati periculū effugere, & virtutem amplexatus gratiam sibi conciliare valeat. Quæ nobis omnibus concedatur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria & imperium & honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen

Et ædificato altari, vocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei deus, cum fugeret à facie Esau fratris sui.

Homilia LX.

AGe & hodie, si libet, repetitis his quæ proximè diximus, ad sequentia tractanda accedamus. Nam etiam hodie historia Iacob habet, quod nos erudiat multiplicem dei in illum prouidentiam: & quomodo illum suis promissionibus iterum firmauerit, remunerans eius gratitudinē. Postquā eīm superius narrauit nobis, quomodo iuxta præceptum dei, relictis Sycimis propter facinora filiorum suorū, ad Luzam contendit, *Et ædificato*, inquit, *altario, vocauit nomen loci Bethel. Illic enim apparuit ei deus, cùm fugeret à facie Esau fratris sui.* Quo imperio deus iustum liberauit à timore quem habebat, propter occisos Sycimitas: & immisit, inquit, in habitatores illarū ciuitatum metum, ita vt illum non persequerentur. Vide prouidentiā dei, & quantā habeat solicitudinē pro Iacob, Concussit, inquit, timore animas eorum, qui vicinas ciuitates inhabitabant, vt ne persequerentur illū. nam fortassis vlcisci volebant Sycimitas. Sed quoniā illa præter iusti sententiā facta fuerant: & Symeon ac Leui sororis violatam continentiā vlciscentes hæc fecerant: non solum eum & filios eius à timore mortis liberauit, sed alios etiam qui vlturi erant timore concutiens, à conatu persequendi retraxit. Vidisti quantum sit niti diuino præsidio? Nam quando deus nobis bene voluerit, è medio tolluntur terribilia omnia. Sicut enim iusto fiduciam dedit, ita illis dedit metū. Enim uerò dūs existens, omnia prout voluerit vertit, & omnipotentē suam sapientiam in omnibus declarat. Et nihil fortius est eo, qui superna munitur opitulatione: sicut etiā nihil infirmius eo qui illa priuatus est. Ecce enim iustus ille, cum paucis existens, quia custoditus est à dextra dei, & fiduciam accepit, & insidias effugit. Illi autem, cùm multi essent, & conglobati conspirassent, nihil eorum quæ volebant operibus complere potuerunt. *Factus est enim*, inquit, *timor dei super ciuitates in circuitu eorū.* Postquam igitur iustus à timore istorum liberatus est, vide iterum eximiam dei misericordiam, quam erga eum declarauit. *Visus est ei deus iterū in Luza.* Quare adiicit hoc verbū iterū? Non absque causa: sed vt discas, q; prius etiam in hoc loco apparuit ei deus, quando fugiens fratrem, in Mesopotamiā contendebat. Itaque & nunc ait: Sicut tunc visus est ei abeunti, ita & nunc redeunti apparet in hoc loco, & confirmat promissiones, quas quando abiit cum eo fecit: hoc præstans vt iustus firmius in suis, promissionibus confidat, & ne propter tempus medium fluctuet. *Et benedixit eum, & dixit ei: Nomen tuum Iacob non vocabitur vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum.* Quāuis iampridē hoc nomen ei dederat, cum transiret in † Iobath, verū maiorib⁹ indiciis certiorē volebat reddere, & nunc eandem benedictionem ei dat, & dicit: *Israel vocabitur nomen tuū, & crescę & multiplicare: & gentes & congregationes gentiū erunt ex te, & reges ex lumbo tuo prodibunt.* Vide magnitudinem benedictionis: nō solum facit vt in tantam multitudinē propagetur, sed & gloriosum sit eius semen. Reges enim, inquit, ex lumbis tuis egredientur, prędicens ei gloriam eorū qui ex ipso propagādi erāt. *Et terram*, inquit, *quam Abrahæ & Isaac dedi, tibi dedi eam, & semini tuo post te dabo terrā hanc.*

Quoniā, ppter facta in Sycimis à Symeone & Leui, dicebat: in paruo numero sum ego, & cōgregati super me percutient me, & delebor ego & domus mea: & per omnia monstrabat pusillanimitatē & metum quo tenebatur: ,pterea misericors dominus nunc dicit ad eum: Quoniā dixisti, in paruo numero sum: disce q; crescas. Et multiplicabitur semē tuum: & ita erit gloriosum, vt congregationes gentiū & reges ex eis prodeant. Et non solum non deleberis, sed & semen tuū omnem terram hanc in hæreditatē accipiet. Et factis ei ,missionibus istis, ascendit deus ab eo, à loco, vbi deus est locutus cum illo. Vide quantū attemperāt se nostræ infirmitati diuinæ scripturæ verba. *Ascendit enim*, inquit, *deus ab eo.* Non vt loco concludi existimemus deum, sed vt per hoc etiam eius ineffabilem discamus misericordiā. Spiritus enim gratia se ad infirmitatem nostrā submittens narrare solet. Descendere eīm, & ascendere, indignū deo est, sed maximū est ineffabilis misericordiæ suæ indiciū, q; proprer nostrā eruditionē tālibus vti verbis dignatur. Et propterea humanis dictionibus vsus, quia alioquin impossibile erat humanas aures ferre dictorum sublimitatem, si iuxta dignitatem domini dicta essent. Quod cogitantes, nunquā in humilitate verborum hæreamus, sed & propter hoc admiremur ineffabilem eius misericordiam, q; neque ab hac humilitate abhorreat, propter imbecillitatem naturæ nostræ. Vide igitur iustum illū iterum suam gratitudinem declarare. *Erexit enim*, inquit, *Iacob columnam lapideam in loco in quo locutus est cum eo, & libauit ei libationē, & superfudit oleum, & vocauit nomen loci in quo locutus est cum eo, Bethel.* Considera, oro, quomodo in nominibus locorū memoriam immortalem beneficiorum reponat, vt & posteris manifesta fiat visio quæ facta ibidem iusto. *Et profectus*, inquit, *Iacob, fixit tabernaculum suū vltra turrem Gader.* Vlterius iterum procedit iustus, anhelans paulatim venire ad locū vbi habitabat Isaac. *Deinde*, inquit: *Quando appropinquauit vt intraret in Ephrata, Rachel laborabat in partu, & factū est cū difficulter pareret, dixit ei obstetrix, Cōfide: etenim hic tuus est filius.* Ne sis anxia, ſquit, paries eīm filiū. Nā licet te cruciēt dolores, verūtamē habebis filium. *Factū est autē*, inquit, *cùm exhalaret animam suam, moriebatur enim, vocauit nomen pueri, Filius doloris mei: pater autem eius vocauit eum Beniamin.* Illa quidem nomen ei dedit ex his

Universidad de Deusto Biblioteca

ex his quæ sibi acciderãt, pater autẽ Beniamin ipsum A vocauit. *Et postquã peperit*, inquit, *mortua est, & sepulta in via Ephrata: hæc est Bethlehem. Et erexit Iacob titulũ super sepulchrum.* Mœrorẽ quẽ ex morte Rachelis cõceperat, mitigauit natus puer, & effecit vt iust⁹ Rachelis mortem æquo ferret animo: sed hinc succedit Rubin temeritas. *Abiit enim*, inquit, *& dormiuit cum Bala concubina patris sui: & audiuit Israel, & malum visum est corã eo.* Erat eñ valde nephariũ facinus. Propterea & postea legislator Moses ꝓhibuit, ne pater & filius cum eadẽ

Leui.18.

rem habeant. Nam vt ne eadem via procederent, iam antea legislator reprimit eos, pœnæ obnoxios denuncians. Attamen etiam nunc mãsuetus est iustus, naturali amore victus. Postea autẽ cùm emigraturus esset ex hac vita, puerum suggillat, & flagitiũ eius inuulgat, maledicens ei, vt & cæteri illius pœna emendarẽtur. Hîc nobis postea enumerat filios Iacob, beatus Mo- B ses: & per ea quæ narrat, iusti virtutẽ nos docet: eñuerò ne putes fortuitò simpliciterq;, vt cõtingere solet, ipsum cõcubuisse cũ Rachel & Lia, & duab⁹ ancillis, mõstrat ꝙ per dispensationẽ ministrarit illarũ cõsuetudini, vt duodecim trib⁹ ex eo nascerẽtur: & ꝓpterea non vltrà meminit scriptura, ꝙ ei alius nascatur filius: vt discas ꝙ non simpliciter, neq; absq; causa factum sit hoc. *Erant autem*, inquit, *filij Iacob duodecim.* Et separat postea, & primùm eos qui Liæ erant, dein eos qui Rachelis, denique & eos qui ancillarũ erant numerat, & dicit: *Hi sunt filij Iacob, qui nati ei in Mesopotamia.* Et sanè tunc natus est Beniamin quando venit Bethlehẽ. Quare igitur dicit scriptura, qui nati sunt ei in Mesopotamia? fortasse quia Rachel ante egressum ex Meso potamia cõceperat. *Et venit*, inquit, *Iacob ad Isaac patrem suum.* Considera (obsecro) hîc, quomodo in om- C nibus certis indiciis misericors deus iustos suos cõfirmat. Quia eñ venit post tot annos ad patrẽ suum Iacob, maxima vtrinque facta est consolatio, & filio ex patris conspectu, & patri videnti tantã filij substantiã, & chorum filiorum ex eo natorum. *Tunc*, inquit, *mortuus est Isaac senex, & plenus dierum.* Nã cùm Iacob benedictionẽ suffuraretur, hebetes erãt oculi eius, vnde & deceptus est: cogita post tot annos, quantũ senuerit.

C.xxxvi.

Et sepelierunt eum, inquit, *Esau & Iacob.* Sed iam sepultura patris facta, Esaü acceptis vxoribus, & filiis, & omnibus suis, & omnib⁹ quæ possidebat in terra Chananæorum, profectus est. *Non poterat enim eos ferre terra peregrinationis præ multitudine facultatum: & habitauit postea in monte Seir.* Et vbi narrauit nobis diuina scriptura eos qui ex Esaü nati sunt, & gentes quæ ex eo genitæ, dicit: *Peregrinus autẽ fuit Iacob in terra, qua pere-* D *grinatus fuit pater eius in terra Chanaan.* Sed hinc excipit nos alius tractatus, qui de admirabili Ioseph agit. Et si libet hîc finiemus sermonẽ, historiam filij Iacob in alium sermonẽ reponentes. Illud tamẽ rogauerim vestram charitatẽ, vt ea quæ dicuntur, diligenter auscultetis, & ex singulis scripturæ dictis maxima vobis accrescat vtilitas, nullúmq; eorũ temerè pretermittatur. Thesaurus spiritualis eñ sunt diuina eloquia. Et sicut qui de sensibili thesauro sæpe vnã gemmam recipiens, magnas sibi parat diuitias: ita & hîc iustorum virtutes, modò attendere voluerimus, tantam nobis vtilitatem afferre possunt, vt ad imitãdum eos incitemur. Sic enim poterimus & nos eundem, quem illi, fauorem dei consequi. Neque enim personarum acceptor est deus,

Act.10.e

sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus ei est: ita vt si voluerimus, nihil sit quod prohibeat, quin tanta vel etiam maiori potiamur gratia. Nã si nos dũtaxat viderit afferre quæ ex nobis sunt, & præferre humanis ea quæ sibi placẽt, tantã & ipse nostri curam declarabit, vt in omnibus inuicti simus. Scitis eñ quòd hostẽ habem⁹ perpetuum, & fœderis nesciũ. Vnde nobis magna vigilãtia opus est, ita vt eius fraudes vincere, & superiores eius telis constitui possimus. Nõ aliter autem vincemus, q̃ si per vitã optimã supernũ nobis auxilium conciliemus. Optima eñ vita est, vita pura. Hoc eñ fundamentũ est virtutis, quod qui rectè iecerit, consequetur facilè alia omnia. Neq; illũ superabit vel pecuniarum cupiditas, vel gloriæ amor, vel inuidia, vel aliqua affectio mala. Et quomodo? Ego dicã. Quando eñ quis munda fuerit conscientia, & ab omni libera macula, poterit dominũ vniuersi habere inhabitantem. Beati eñ, dicit, mundo corde, quoniã ipsi deum videbunt.

Mat.5.A

Quòd si quis illum inhabitatorem habere meretur, quasi simpliciter & sine impedimento corpore vestitus esset, ita postea afficietur, & humanarum rerum vmbram facilè contemnet. Humana eñ omnia, vmbra illi & somnium apparebunt, & sicut cœlestis ciuis præsentia nõ optabit. Talis erat beatus Paulus doctor orbis, & ꝓpterea clamat, dicens: Nũm experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christi?

2.Cor.13.4. Gala.2.d

Et iterũ: Viuo autem, non iam ego, viuit autem in me Christus.

Ibidem.

Et iterum: Quod autẽ nunc viuo in carne, in fide viuo. Vidisti virũ corpore circundatum, quasi incorporea quiete fruentem, loqui omnia? Hunc omnes imitemur, & trucidemus membra carnis, †vt & ad operandũ virtutes idonea reddere studeamus: poterimus autem si offeram⁹ deo sacrificiũ beneplacitũ.]

† & ad male operandũ inefficacia reddam⁹: sic enim potissimũ valebim⁹ ipsa deo offerre sacrificiũ beneplacitũ.]

Vidisti quàm nouum & admirabile hoc sacrificium? quando mortua fuerint membra, tunc magis gratum erit deo sacrificium. Quare & quomodo hoc? Quoniã spiritualis est hostia, & nihil habet sensibile. Nam in sensibili quidem hostia quod mortuum est, abiicitur: sed neque viuũ quod vitiatum fuerit, sacrificiis idoneum esse, ab initio lege cautum fuit: vt per irrationabiliũ obseruationẽ paulatim inducamur ad spiritualẽ hanc & rationalem hostiam offerendam. Quod enim illic est viciosum, vtpote amputatũ auribus vel mutilum cauda, hoc hîc est mala concupiscentia, luxuria, opum amor, & omnis malitia: & id quod est illic sanũ & ab omni macula alienum, hoc est hîc mortuũ mũdo: ita ad spirituale sacrificiũ temetipsum idoneũ exhibe. Hæc non simpliciter prætereamus, sed bene figentes ea in memoria nostra, studeamus ne simus deteriores Iudæis, qui in vmbra tantam declarãt obseruationem. Sicut enim illi adhuc candelæ assidentes, tantopere illa obseruarunt: ita nos postquã sol iustitię nos illustrare dignatus est, & relicta vmbra ad veritatem adducti sumus, similem obseruationẽ circa spirituale hoc sacrificium declaremus. Et neque peccata quæ nobis videntur parua, cõtemptim prętereamus, sed quotidie à nobis rationes repetamus & verborũ, & spectationũ: & pœnas de nobis ipsis sumamus, vt nos à futuro supplicio liberemus. Nam propter hoc & Paulus inquit: Nam si nos ipsos iudicauerimus, non vtique iudicabimur.

1.Cor.11.g.

Ita si nos ipsos hîc condemnauerimus propter quotidiana peccata, imminuemus supplicium, quod alibi futurum est. Quòd si ignaui fuerimus, qui iudicamur, inquit, à domino erudimur.

Ibidem.

Prius igitur nosmetipsos condemnemus magna cum sinceritate, & nullo sciente in tribunale conscientiæ

tiæ sedeamus: & sic examinemus nostras ipsorũ cogitationes, & rectã sententiam ꝓferamus, vt mens timens magnum illum terrorem, non patiatur amplius decipi, sed impetum refrenet: & antè videns illum indeceptum oculũ, præcludat diabolo ingressum. Propter ignauiam eñ ferimus omnia, vt ipsa rerum experientia clamat. Nam quẽadmodũ si vel parum excitari voluerimus, omnes illius insidias quasi puluerem repellemus: sic quando supplantamur, non ꝓpter illi⁹ tyrannidem hoc sustinemus, sed propter ignauiã nostram. Neque enim vi sua & necessitate nos vincit, sed deceptione sola. Non autem decipiemur, si parũ esse vigiles voluerimus, & nosmetipsos attenderimus: nõ quòd nostra tanta sit potestas, sed quia tunc superna gratia nobis affulget. Nam si quæ à nobis sunt fecerimus, sequentur &*omnia quæ dñi sunt. Sobrij igitur simus, obsecro, scientes artes maligni: perpetuò vigilemus & oremus, vt nos adiuuet certare nostrum erga diabolum certamen. Sic eñ & nos inuicti erimus, & machinationes illius effugiemus, & diuinam consequemur gratiam, bonáq; æterna adipiscemur. Quæ nobis omnibus contingant, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri & spiritui sancto sit gloria, imperium & honor, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

* πάντως omnino.

Hæ autem sunt generationes Iacob: Ioseph septemdecim annorum erat pascens cum fratribus suis pecora.

Homilia LXI.

Verum pro consuetudine mea mensam proferre volo: prosequens igitur ea quæ pridem vobis dicta sunt, ex his quæ nunc lecta sunt, conuiuium vobis proponam spirituale. Sufficiunt eñ & quæ hodie lecta sunt, ad docendum nos omnes, quantũ inuidiæ damnũ sit, & quomodo inuidiæ pernicies etiã vsque ad cognatos se extendat. Verùm vt videatur iuxta consequentiam sermo progredi, operęprecium fuerit initiũ lectionis tãgere. *Hæ autem sunt*, inquit, *generationes Iacob.* Et vide admirabilem illum prophetam, quomodo cùm ꝓmittat nobis genealogiam Iacob, statim ad historiã pueri recurrat, & postquã dixisset: Hæ sunt generationes Iacob, derelicta consequenter narratione quinam ex illo nati, & iterũ qui ex natis ab eo nati (sicut suprà, cùm de Esaü sermo esset, fecit) ad Ioseph illũ statim festinauerit, adolescentẽ omniũ fratrum fere postremum, & dicit: *Ioseph decem & septem erat annorum, pascens cum fratribus suis oues.*

Caput XXXVII

Et quam ob causam nobis annorum designat numerum? vt scias, ꝙ adolescentia non est virtutis præpedimentum: & vt plenius scias adulescentis erga patrem obedientiam, & in fratres beneuolentiã, illorum autẽ inhumanitatem: & quòd ne id quidem cohibere eos potuit, quòd ita in eos affectus erat, & ꝙ in tam tenera ætate, quæ debebat eos ad commiserationem prouocare: sed mox ab initio, videntes & pueri bonã indolem, & patris erga illum beneuolentiam, in inuidiam contra eum excitati sunt. **Detulerunt enim*, inquit, *Ioseph de pessimo crimine apud Israel patrem suum.* Vide malitiæ eminentiam, etiam patris charitatẽ perturbare attentabant, & quę non erant fingunt contra fratrem: id solum efficientes vt ipsorũ inuidia manifesta redderetur. ¦Et vt discas, ꝙ nihil inde lucri fecerint, quàm ꝙ manifestam fecerint suam ipsorum prauam mentem, vide patrẽ etiam post eorum accusationem magis effundi in filij amorem, & iam præferre eum omnibus. *Iacob autem dilexit Ioseph supra omnes filios suos,*

* κατήνεγκαν, detulerunt, in plurali, de fratribus Ioseph. Alij tamen cum Hebræis in singulari legũt

A *quoniam filius senectutis erat sibi. Fecit autem ei tunicam variam.* Quid est, Dilexit Ioseph super omnes filios suos, quoniã filius senectutis erat sibi? quia postremus, & in ipsa senectute natus est ei, propter hoc magis dilexit.

vt dicatur Ioseph accusasse fratres suos.

Nam magis amabiles sunt pueri, qui in senectute ipsa generantur, maiorémque patrũ beneuolentiam assequuntur. Sed vt sciamus, ꝙ non hoc solum erat, quod patrẽ illi conciliabat, & præferri eũ aliis faciebat: docet nos scriptura, ꝙ post illum & alius natus sit: & si iuxta naturalem amorem dilectio fuisset, postremus fuisset magis dilectus, vtpote verè senectutis filius existens, & tunc natus, quando ad postremam senectutẽ peruenit iustus. Quid igitur est dicẽdũ? superna quędam gratia fuit, quæ iuuenem amabilem reddebat, & propter animæ virtutem cunctis præferri faciebat. Hæc autem in scriptura adiecta est causa, ꝙ filius se- B nectutis fuerit, & ideo magis eum dilexerit, vt nõ manifestè augeat odium fratrũ. Grauis enim hæc affectio est, & quando animam inuaserit, non prius eam relinquit, donec in extremam absurditatem eam inducat, & lædens animã à qua nata est, omnino aliter eum cui inuidet, efficit, quàm vult: nempe clariorem, nobiliorem, illustriorem reddit: vnde iterũ alia grauior inuido plaga nascitur. Proinde considera hîc, ꝙ admirandus ille nesciebat quidem quod fiebat. Et loquebatur cũ illis vt cum fratribus, & quasi eodẽ vtero natis, omni cum fiducia & simplicitate: illi autẽ inuidiæ malo capti, odio eum ꝓsequebantur. *Viderunt enim*, inquit, *fratres quòd pater præ omnibus filiis diligebat eũ, oderunt eũ & nõ potuerũt ei loqui aliquid pacificè.* Vide quomodo odio prosequi nitũtur eum, qui in nullo offenderat. Et nihil, inquit, potuerũt loqui ei pacificè. Quid C est, nihil potuerũt ei loqui pacificè? Quia affectio dominabatur eis, & inuidia quotidie crescebat, quasi captiui facti, & tyrannidem huius mali ferentes, in dolo loquebantur, & nihil pacificè loqui poterant. Et attẽde quomodo causam odij significauit, quod ab inuidia exordium habuit. Vt viderunt enim, inquit, fratres, quòd pater eum prę omnibus filiis suis diligeret. †Non amor patris] inuidiam ei peperit, sed patris beneuolentiã virtus pueri conciliauit. Igitur oportebat illos imitari fratrẽ, & æmulari mores, vt sic & ipsi patrem sibi conciliarent.

† Amor patris.]

At hoc ne in mentẽ quidẽ acceperunt, sed cõmuni odio filium à patre dilectũ prosequebantur. Et illi quidẽ, quasi expugnati, intus nascentem malitian pariebant, nihil pacificè ei loquendo, sed cum dolo loquebãtur: ille autem admirabilis, fraternam beneuolentiã cum eis seruans, nihílq; su- D spicans, vt fratribus bene fidens, omnia quæ in se erãt faciebat. Hic morbus ab initio & Cain, vt fratrẽ occideret, armauit. Et sicut isti propter beneuolentiã patris, quã erga puerum declarabat, & odio illum prosequebantur, & impugnare moliebãtur, & quotidie ipsius cædem parturiebãt: eodem sane modo & ille vt vidit quòd fratris dona deo magis accepta fuerunt, ad eum occidendum prouocatus est, & inquit: egrediamur in campum. Vides quod & hic nihil suspicatur, sed confidit fratri, & exit, & præter animi sententiam in nephariam illam dextram incidit? Sic sanè & admirabilis Ioseph, nesciens malam fratrum suorum mentem, tanquã cum fratribus, cum eis loquebatur, & insomnia ipsa quæ sibi deus reuelauerat, præsignãdo gloriam sibi obuenturam, & fratrum subiectionem, in medium proponebat. Cùm insomnium habuisset: somnium, inquit annũciauit fratribus suis, &

dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit eis, Audite insomnium hoc. *Putabam vos manipulos ligare in medio agro, & surrexit manipulus meus, & erectus est: circunstantes autẽ manipuli vestri, adorauerunt manipulum meum. Dixerunt autẽ ei fratres: Nũ regnans regnabis super nos, aut dominans dominaberis nostri? Et apposuerũt adhuc eũ odio prosequi propter insomnia & verba sua.* Propterea priꝰ quoque docuit, qꝙ odiũ erga eum declarauerunt, vt ne putemus eos hinc sumpsisse odij sui contra eũ exordiũ. Apposuerunt eñ adhuc eum odio prosequi: hoc est, multo magis augebantur odium & inimicitiæ contra eũ. Et vide mirã illorũ cæcitatem: ipsi eñ somniũ diiudicant. Non enim est dicendum, qꝙ propter ignorãtiam eorum quæ futura erant, inuidiam gerebant cõtra eum, sed vt didicerũt ex insomniis futura, auctum est odiũ eorũ. O excellentem amentiam. Oportebat hoc scientes, maiorem erga illũ beneuolentiã declarare, & è medio tollere odij causam, & effugare inuidentię affectum. Obtenebrati mente, & non videntes qꝙ cõtra semetipsos omnia faciãt, multo maiore odio in eum exarserunt. Quare ô miseri & calamitosi, tantam declaraſtis inuidiã, non cogitantes neque fraternũ vinculum, neque qꝙ insomniorũ reuelatio manifestã dei erga illum declarat beneuolentiam? Num existimatis, qꝙ quæ à deo præfignata sunt, possint subuerti? Nam sicut somnium diiudicastis, ita erit post multum temporis, etiamsi innumera excogitare volueritis. Omnipotens enim & sapiens est omnium dominus: & suæ virtutis declarans affluentiam, †sæpe facit, vt mediis impedimentis fiant ea quæ sibi placent, & quibus summam virtutis suæ declarat] eminentiam. Verùm vt se habet inuidia, nihil eorum cogitare potest: sed omnino (vt ita dicam) vbi inuidus captus ab hoc morbo fuerit, contra suã ipsius salutem facit omnia. Et illi quidẽ narratione somnij odiũ auxerunt, admirabilis autẽ Ioseph vbi & aliud insomniũ vidit, nõ ipsis solum, sed & patri narrat. *Quasi sol & luna, & vndecim stellæ adorabant me. Et increpauit eum pater suus, & dixit ei: Quod est insomniũ hoc, quod somniasti? Nunquid euntes ibimus ego & mater tua, & fratres tui, vt adoremus te super terrã? Æmulati autẽ sunt eũ fratres sui, pater verò obseruauit verbum.* Sciens pater qꝙ fratres inuidebant ei, propter hoc increpauit puerũ, & diiudicauit etiã ipse somnium, & coniectans à deo reuelationẽ ei factã, obseruabat verbum. Verùm non ita faciebãt & fratres. Sed quid? Iterũ multo magis æmulabãtur. Cur insani fuistis? cur stupidorum opera feciſtis? Nõn cogitastis, qꝙ secundũ insomniũ non temerè neque fortuitò factũ sit? sed vt cùm didiceritis quòd omnino futura sunt quæ prędicta, cessetis meditari fratricidiũ, vtpote rem molientes impossibilẽ. Igitur oportebat quidẽ vos, cùm cogitaretis, & in mentẽ acciperetis fraternã vestram coniunctionẽ, futurã fratris gloriam pro vestra ducere. Quoniã autem ad hoc non respiciebatis, consequens fuit illud cogitare, qꝙ non cõtra eum, sed cõtra omnium dominũ, qui hoc ei iam reuelauit, pugnetis. Verùm illi quidem, sicut dixi, neque naturę vinculum reueriti, neque in mentem accipientes, quãta ille superna gratia muniretur, odium quotidie auxerunt: & nescij intra semetipsos rogum accenderunt, neque patre, neque filio tale quippiam suspicantibus, neque cogitantes qꝙ in tantam insaniam essent properaturi. Ideo vbi profecti sunt fratres in pascua: *Dixit*, inquit, *pater ad Ioseph, Nonne fratres tui pascunt oues in Sychem? Veni mittam te ad eos. dixitque ei: Ecce ego.* Vidisti patris erga †filios dilectionem, vidisti filij obedientiam? Dixit autẽ ei: Vade, & vide, num sani sunt fratres tui, & oues, & annuncia mihi. Hæc autem omnia facta sunt, vt & Iosephi erga fratres monstraretur beneuolentia, & illorum sanguinaria mens fieret manifesta. Factum est autem & in figurã futurorum, vt in vmbra multo antea veritatis res describerentur. Et sicut Ioseph ad fratres abiit inuisens eos, & illi non sunt reueriti neq; fraternitatẽ, neque aduẽtus causam, sed primùm quidem occidere voluerunt, postea autem vendiderunt barbaris: Ita & dominus noster suam seruans misericordiam, aduenit inuisens humanũ genus, & suscepta nostrę formę carne dignatus fieri frater noster, sic aduenit. Et clamat Paulus, dicens: Non eñ angelos assumpsit, sed semen Abrahæ: vnde debuit per omnia fratribus similis fieri. Sed ingrati Iudæi, animatũ corporũq; medicũ, innumera miracula quotidiefacientẽ occidere conati sunt, & opere complerunt animi sui propositam cædem: & crucifixerunt eum, qui propter nostram salutẽ serui formã susc ipere dignatus est. Et isti quidẽ apprehenderunt & cruci traditum occiderunt: Illi autẽ consultabant quidem, sed opere quod consulebant, non impleuerunt. Oportet autem figurã minus habere, quàm veritatem: quia alioqui non fuisset figura eorum quæ posthac futura. Propterea illic quidem quasi in vmbra præfignata sunt. Et considera negotium. Non occiderunt, sed vendiderunt, & vestẽ hœdi sanguine inquinantes, dederũt patri, persuadere volentes quòd occisus sit filius. Vides qꝙ omnia hęc facta sunt, vt quasi in vmbra imago illa rerum fieret, & veritas custodiretur? Sed ad seriem sermonis redeamus. *Et misit eum*, inquit, *pater, & venit in Sychem, & inuenit eum homo errantem in agro. Rogauit autem eum homo, dicens: Quid quæris? Ille autẽ dixit: Fratres meos quæro. Annuncia mihi, vbi pascant oues?* Considera quomodo hic magno studio de fratrib' suis inquirit, & curioſè perlustrat, & omnia facit vt eos videre possit. *Dixit autem ei*, inquit, *homo: Audiui eos dicentes, eamus in Dothaim. Et iuit Ioseph, & inuenit eos. Prius autem viderunt eum à longe antequam appropinquaret ad se, & malignè cogitabant, vt occiderent eum.* Considera hic quæso dei omnipotentem sapientiã, quomodo illi quidem concitati erant in eędem eius: ipse autẽ omnia faciens & præparans, permittit interim omnia impedimẽta fieri, vt facto athleta suo clariore, postremum somniorũ adducat euentum. Prius autẽ viderunt eum, inquit, & malignè cogitabant vt occiderent eum. *Dicebat autem vnusquisque ad fratrem suum: Ecce somniator ille venit, nunc igitur venite occidamus eum, & proiiciamus eum in lacum vnũ ex his, & dicemus, Mala bestia deuorauit eum, & videbimus †quæ sint somnia eius.* Vidisti, qꝙ somniorum euentum expectantes, occidere eum conati sunt? Sed vt discãt, qꝙ non sit possibile ea quæ à deo sunt prædicta, non opere cõpleri: cõsultant & attentant, & suam declarãt malitiã, at sapiens & omnipotens deus insidiatores ministrare etiam inuitos facit dispensationi futurorũ: Quoniam conspirauerãt in mortem eius, & proposito iam occiderant. *Vt audiuit*, inquit, *Rubin, eripuit eum ex manibus eorum, & dixit: Non percutiamus eum in animam: non effundite sanguinem, abiicite eum in lacum illum in solitudine, manũ autẽ nõ iniicite in eum: vt eum eriperet ex manibus eorũ, & redderet eum patri suo.* Vide & illum, quomodo non audet manifestè eripere fratrem, sed iam occidendi conatum & impetũ refrænare volens, dicit: Non effundite sanguinem, sed abiicite eum in lacum. Docere eñ nos volens diuina scriptura scopum & mentem

Rubin

†sæpe multa permittit interponi impedimenta, vt iis quæ sibi prędẽ visa erãt perfectis, summam virtutis suæ declaret.]

† filium.

† quid erunt.]

Rubin, dicit: Hæc autẽ faciebat, vt eriperet eũ, & redderet patri suo. Et cùm illi hæc consultarent, nondũ Ioseph aduenerat, sed postquã colloquium hoc absoluerunt, *Venit*, inquit, *Ioseph ad fratres suos.* Oportebat igitur illos occurrere frarri, & amplexari, & quomodo se pater haberet inquirere: verũ illi quasi bestiæ quædam, vbi agnum conspicatæ fuerint assiliunt. *Et exuerunt*, inquit, *Ioseph vestem variam, & acceptum eum proiecerunt in lacum. Lacus autem erat vacuus, aquã non habens: quẽadmodũ consuluerat Rubin, fecerunt. Et iniecto illo, sederunt ad comedendũ panem.* O crudelitatem, ô inhumanitatem. Ille quidẽ tantũ itineris confecerat, & tanto studio de eis inquisierat, vt videret & annũciaret patri quomodo se haberent res illorum: verùm illi quasi alieni, & barbari, & inhumani: quia consuluerat eis Rubin, ne effunderent sanguinẽ: fame occidere volebant. Sed misericors deus statim eũ liberauit ab insania fratrũ.

Cùm enim consedissent ad comedendũ panẽ, viderũt Ismelitas viatores venientes, & Aegyptũ versus euntes. Et dixit Iudas: Quid prodest si occiderimus fratrem nostrũ, & occultaverimus sanguinẽ eius? Venite, tradamus eũ Ismaelitis istis. Manus autẽ nostræ nõ sint super eũ, quia frater noster & caro nostra est. Vide quomodo & prius Rubin minore malo maius phibuit: & nunc quoque Iudas consuluit vt vẽdaẽ frater, quò eũ ab interitu eripere queat. Hoc autẽ totũ factũ est, vt etiã inuiti dispensationi diuinæ seruirent, & facerent ea quę à deo sunt prædicta. *Et probato*, inquit, *consilio Iudæ, eduxerunt eũ de cisterna, & vendiderunt Ismaelitis viginti aureis.* O iniquã cõmutationẽ, ô damnosum lucrũ, ô iniustissimam venditionẽ. Eum qui vobis sanguine cõiunctissimꝰ erat, quẽ pater maximè amabat, qui ad visendum vos venerat, qui nunquã vos vel in paruo vel in magno offenderat, vendere attentatis? & vendere hominibus barbaris, & in Aegyptum descendentibus? Quæ tanta insania? quis liuor? Nam si hoc metu somniorũ facitis, vt persuasi qꝙ omnino euentura sint: quare impossibilia attẽtatis, & factis vestris cõtra deũ bellum assumitis, qui hæc ei prædixerat? Quòd si nihili putastis somnia, sed existimastis esse deliriũ: quare hæc operati estis, quę perpetuã vobis maculam inurãt, & luctum indesinentẽ patri vestro afferant? Sed ô grauẽ morbũ, imò mentem sanguinariã. Nam qui peccato exponit se, & nepharium opus aggreditur, is obruitur à cogitationibus absurdis, neq; proponit ante oculos oculum illũ qui non quiescit: neq; reueretur naturã suã, neque attendit aliquid quod ad cõmiserationẽ se possit inducere: id quod & illis euenit. Non enim cogitabant qꝙ frater esset, neque qꝙ adolescens, neque quòd tam amabilis patri, neque quòd nunquam in terra aliena vixisset, & apud externos nunquam antè conuersatus, nunc in terra tam semota inter barbaros habitaturus esset: sed omni honesta cogitatione abiecta, vnũ duntaxat curabant, quò inuidiã suam, vt putabãt, opere explerẽt. Et illi quidem mente fratricidæ erant: qui autem hęc ab eis passus est, omnia fortiter tulit. Custodiebat eñ eum manus domini, & omnia difficilia faciebat ei facilia & leuia. Quando enim supernam gratiam habemus, etiam inter medios barbaros, & in aliena regione melius & cõmodius versari possumus, q̃ domi habitantes, & hi quibus summa cura ministratur. Sicut et si in domo versemur, & omni prosperitate frui videamur, destituti autem simus superno præsidio, omnibus sumus miseriores. Magnum enim est virtutis robur, & malitiæ infirmitas. Et hoc maximè ostendit nobis historia, quã in manibus habemus. Dic eñ quos miseros & innumeris lachrymis dignos esse putamus, illósne qui tanta mala fecerunt, an fratrem, qui in potestatẽ barbarorũ venerat? Manifestum, qꝙ illos. Cogita enim, obsecro, hîc admirabilem illũ, qui tanta ministrorum cura educatus, & in vlnis paternis semper habitus fuit, quomodo repentè coactus est ferre grauem seruitutem apud viros barbaros, non meliores ipsis bestiis. Sed omniũ dominus erat, qui & illos humanos reddebat, & isti in omnibus dedit patiẽtiã. Et cùm vendidissent fratrem, quasi perfeciſſent, ꝓpositum suũ affecti fuere, ablato videlicet è medio cui inuidebant. *Reuersus est autẽ*, inquit, *Rubin ad cisternam, & non vidit Ioseph, & disrupit vestimenta sua, & rediit ad fratres suos, & dixit: Puer non est, ego quò ibo vltra?* Quoniã suprà docuit diuina scriptura, quòd propterea consuluerat eum in cisternam coniiciendũ, vt ex sanguinariis manibus illum eriperet, & redderet patri: nunc, inquit, vbi vidit se à sententia sua excidisse, disrupit vestimenta sua, & dixit: Puer non est, ego autem quo vadam? Qualem habebim' defensionẽ, & maximè ego qui vobis præesse videor? Putabat enim qꝙ eum occidissent. At postquã factũ est quod quærebãt, & miserunt in Aegyptum quem odio habebant, & inuidiam suam aliquo modo mitigarunt: postea magna industria cogitarũt vt deluderent patrem, ne mala sua cõspitatio illi manifesta fieret. *Et occiso hœdo caprarum, inquinauerunt vestem sanguine, & attulerunt vestem patri suo, & dixerunt: Cognosce, num vestis filij tui sit, an non?* Quid decipitis vosmetipsos ô insensati? nam licet patrẽ illũ decipere possitis, non tamen falletis iudicem illũ qui decipi nequit: non ignorabit oculus ille qui nũquam dormitat, quẽ maximè omniũ formidare oportebat. Sed ita se habet humana natura, imò ita se habet multorũ desidia, vt humanũ timorem & præsentis vitæ confusionem maximi faciant: in mente autẽ non versent terribile illud tribunal, & intolerabilem pœnã: sed hoc vnũ curant, quomodo effugere possint humanã reprehensionẽ: id quod & illi egerunt, dum patrem suũ decipere moliuntur. *Agnouit enim*, inquit, *vestem pater, & dixit: Vestis filij mei est, fera mala deuorauit eum, fera rapuit Ioseph.* Etenim verè quasi in malas bestias incidisset, omnia ægerrimè tulit. *Disrupit autem vestimenta sua, & posuit saccum super lumbos suos, & luxit filium suum diebus multis.* Quãtis fuerint illi digni lachrymis, qui non solum fratrẽ barbaris vendiderunt, sed & patrem in extrema senectute in tãtum luctum iniecerunt? *Congregati autem sunt filij eius & filiæ eius, vt cõsolarentur eum, & noluit, dicens: Descendam ad filium mœum lugens in infernum.* Opinor & hoc illis aliã fuisse plagã. Videbant eñ qꝙ pater tantum, tamq; feruentẽ amorẽ declarabat erga eum qui non aderat, imò & putabatur à bestiis discerptus: & maiori tabescebant inuidia. Sed illi quidem erga fratrẽ, & erga patrem crudeles fuere, nullàq; venia digni. Madianitæ autẽ & ipsi diuinæ seruiunt dispẽsationi, & denuò Iosephum vendunt Petephri archimagiro Pharaonis. Vidisti quomodo paulatim procedit, & per omnia suam virtutẽ & patiẽtiam declarat, vt sic quasi athleta fortiter certans, redimiatur corona regni, & euentus somniorum impleantur: quòd doceantur ij qui eum vendiderant, quòd nihil commodi ex sua malitia deportent. Tantam enim fortitudinem habet virtus, vt clarior fiat cùm infestetur. Nihil enim ea fortius, nihil validius: non quòd ipsa tantum habeat robur: sed is qui eam

possider,

Universidad de Deusto Biblioteca

possidet,& supernam gratiā habet,& inde præsidium assequitur,omnibus est fortior & inuictus, & capi nequit:non solum hominum insidiis, sed & dæmonum machinationibus.Id sciētes,ne fugiamus malè affligi, sed malè agere:hoc enim est verè malè affligi.Nā qui proximū affligere tētat,illi quidem omnino nihil nocet.Nam licet ad paruum tempus noceat, in hoc tantum seculo id facit, sibi autē immortalia tormēta thesaurizat,& pœnas ineffabiles:quas non aliter effugere possumus, nisi parauerimus nos ad ferendas afflictiones, & iuxta doctrinā domini, precemur pro his qui nos malè afficiunt. Hoc enim nobis magnam parabit mercedem,& concedet dignos effici regno cœlorū. Quod nobis oremus concedatur,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium,& honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt.5.g.

Et vidit Iudas hominis chananæi filiam quæ vocabatur Saua, & duxit eam,& ingressus est ad eam : & concipiens peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

Homilia LXII.

SAtis pridē ex historia Ioseph didicimus, quātum damni nascatur ex inuidia, & quomodo perniciosus ille morbus animā primùm corrumpat,à qua nascitur. Vidistis quomodo ꝓpter hanc affectionem fratres Ioseph & cognationis obliti sunt, & bestiarum crudelitatem erga eum, qui in nullo offenderat exercuerunt?Malitiam quidē suā potius manifestam reddentes quàm fratri nocentes.Malitia eñ sua fratri suo non tantum nocuerūt, quantum seipsos ignominiosos fecerunt. Nam licet barbaris eum vendiderint, & illi reuendidere archimagiro Pharaonis: nihilominus quia habuit supernam gratiā se in omnibus adiuuantē,omnia leuia & facilia visa sunt. Et volebam etiā hodie eandem historiā tractare,indéq; cōtexere sermonem : verùm in medio alia quædā narratio interiacet,quam indignū est prçterire. Sed opus est,vt quantū possibile est perscrutemur, & sic iterum ad argumentū Ioseph redeamus.Quænam igitur illa, quç interseritur narratio?Illa de Iuda. Hic enim accepta in vxorē filia Chananæi,Saua nomine, susceptisq; ex illa tribus filiis:duxit,inquit, primogenito suo Her vxorem Thamar. Quia autem ille malus erat coram domino,occidit eum deus.Et prçcepit Annan, vt ducta vxore fratris sui,excitet semen fratri suo.Id eñ lex iussit,quæ dicit,quòd mortuo fratre sine liberis,frater ducta vxore excitet semen fratri. Verùm & hūc quia malus erat, occidit dominus. Hoc Iudā terrore perculit, videntē duos filios tam statim interisse: & volens Thamar consolari,promisit se alium filium ei daturum:sed non implebat promissa, veritus ne & ipse eandem pœnam ferret,quam fratres. Talibus promissionibus pascebatur Thamar, ínque domo patris sui sedebat expectans quādo soceri ꝓmissio impleretur: & videns Iudam non velle implere ꝓmissa, tunc māsuete tulit, non sustinens aliorum coniugia, sed amplexa viduitatē,& tempus congruū expectans : festinabat enim vt filios procrearet ex socero. Et quia vidit socrum mortuā,& Iudā venire in Thamna ad tōdendas oues,furari voluit soceri concubitū, & ex illo filios procreare, non libidinem explere concupiscēs (absit hoc) sed ne videretur esse sine nomine. Alioquin & dispensatio erat quod fiebat, vnde & opere completa sunt ea quæ illa deliberauit.Depositis enim vestibus viduitatis suæ, & induta theristro, & ornata

Deu.25.b

sedit apud portas. Deinde quasi excusans eā scriptura,dixit: Vidit enim q creuerat Selom, ipse autē non daret ei vxorē,& propterea ad deceptionē illā ꝓperauit.Iudas enim cùm putaret eam esse scortum (velauerat enim illa faciem ne agnosceretur) diuertit ad eam. *Illa autem dixit:Quid mihi dabis?Ille autē pollicitus est hædum ex gregibus se missurum. At hæc dixit:Si dederis arrabonem,donec mittas. Et dedit annulum & armillam,& baculum, & intrauit ad eam , & grauida facta est ex eo.* Nullus hæc audiens condemnet Thamar:nam vt dixi,dispēsationi ministrauit,& propterea neque vllam inde reprehensionē meretur,neq; Iudas criminibus fuit obnoxius. Etenim hac via procedens,inuenies ex pueris inde natis Christū secundū carnē ducere genus. Præterea duo isti filij per eū nati, duorum populorū figura fuerunt, & prædictio quædā vitæ Iudaicæ & spiritualis. Sed nunc videamus post recessum Iudæ, quomodo paruo tempore exacto,& opere in apertū producto,Iudas semetipsum cōdemnat, illam à criminibus liberans. Nam postquā impleuit Thamar quod voluit,iterum mutato habitu inde quidem recessit, & venit in domū suā. Iudas autem nihil eorum sciēs, ꝓmissionem Impleuit,& hædum misit vt arrabonē suū illi datum reciperet:sed nusquā inuēta muliere rediit puer,significās Iudę q nusquam inuenire mulierē potuerit.Quibus compertis,Iudas dixit,inquit, ne fortè rideamur,vt habiti ingrati.Neque enim sciebat factū. Verùm præteritis mensibus tribus, & sarcina ventris partum prædicēte, & nullo alio furtiuum sciente concubitū:annunciatū,inquit,est Iudæ,q vterum gereret ex adulterio.*Et vt didicit*,inquit,*educite eam,& cōburatur.* Magna indignatio, grauis pœna, quia & peccatum grande esse videbatur. Quid igitur Thamar? productis his quæ in arrabonem Iudas reliquerat, inquit: *Si quis est cuius hæc sunt,ab illo ventris sarcinam accepi.* Attende quomodo silens,fide dignos testes affert qui loquantur, & satis eam criminis innoxiam demonstrent. Quia enim tribus testibus egebat, quæ in tali causa arguebatur:idcirco & hæc quasi claro testimonio dato,tres arrabonum species mittit,annulum,armillā,& baculū: & domi sedens,& tacens,in causa vicit.Iudas enim cùm agnouisset,dixit: *Iustificata est ipsa* †*magis,quàm ego.*†*Quare non dedi ei filium meū Selom?*]Quid est,Iustificata est ipsa magis, q̃ ego? Illa quidem, inquit,innoxia est,ego autem meipsum condemno, & nullo arguēte meipsum prodo:imò sufficiunt quę arguant,quæ data illi in arrabonem. Et deinde iterum Thamarem excusans,dicit: Quare non dedi eam Selom filio meo?Fortè autē hoc factū est ob hanc quam dicturus sum causam. Nam quia Iudas putabat illius causa mortuos Her & Annā, ídque metuens, eam nō dedit Selom, quanuis ei promisisset.vt igitur manifestè ac euidenter sciret quòd non illa istis causa fuerit mortis,sed propter suam malitiam pœnam dederint: Occidit enim eum,inquit,deus. Et iterū, Occidit eū, inquit, etiam de secundo. Propterea ignarus ipse cū nuru sua rē habet, & clarè didicit quòd non ipsa fuerit causa, sed illorum malitia reos eos pœnæ fecerit. Et confessus peccatum suum, etiam illam à peccato liberauit. *Non adiecit*, inquit, *vt cognosceret eam.*quod declarat neque primùm cum ea rem habiturum fuisse,si agnouisset eam.Deinde postquam diligēter narrauit nobis diuina scriptura deceptionem quam fecerat Thamar,consequenter docet nos qui filij ei sint nati.*Factum est autē*,inquit,*cùm pareret,erāt gemelli in ventre*

†propterea quod nō dedi eā filio meo Selom.] sic et mox autē pe.

tre eius.Et cùm pareret, vnus protendit manum, apprehensam autem obstetrix coccino ligauit,dicens:Hic egredietur primus. Vide hîc,obsecro, sacramentū & prædictionē futurorū.Nā postquā ligauit obstetrix manū coccino, ita vt cognosci posset exitus,retraxit manū,& exiit frater eius. Cessit, inquit, fratri, vt prior egrederetur: & qui posterior putabatur,prior exit.[Et dixit, inquit: *Quare diuisa est propter te sepes?& vocauit nomen eius Phares.* Dissectionem eñ, & quasi partitionē hoc nomen significat. *Et post hūc egressus est frater eius qui signū in manu dextera acceperat,& vocauit nomen eius Zara,quod interpretatur Oriens.* Et q nō temerè & absque causa hęc facta sint, sed figura futurorū fuerīt,res ipsę declarant. Neq; eñ iuxta naturæ ordinem hoc factum est.Quomodo eñ erat possibile, q postquā manus ligata fuit coccino, iterū contraheretur,& daret posteriori transitum: nisi diuina quædā virtus hæc prius dispensasset, & sicut in vmbra quadā præfigurasset q statim ab initio Zara, quod est, Oriens, (Hic eñ figura erat ecclesiæ) prospectare cœpit: quo paulisper procedente ac mox retrocedente,legalis obseruatio (per Phares significata) subintrauit,quę postquā diu regnū tenuisset, eo q prius cesserat,Zara videlicet,rursus ꝓcedente, recessit omnis Iudaica consuetudo. Sed fortè nunc fuerit necessarium idem breuius dicere : Fuerunt, sicut Zara qui manū protulit,Noë & Abraham,imò ante illos Abel & Enoch, quibus magnum studium fuit vt placerent deo. Deinde postquam in multos propagati, multa peccatorum onera collegerunt : opus autem erat vt vel paruam aliquā consolationem haberent: data est lex vt vmbra aliqua,nō peccata tollens,sed ea demōstrans,& manifesta eis faciens, vt tanquam imperfecti filij qui lacte pascuntur,adolescere possent. Verùm quia neque hoc eis profuit,sed lege peccatorum magnitudinē monstrante,ipsi iterum iisdem†infermentati]sunt,adueniens cōmunis dñs noster, spiritualem hanc & virtutibus claram vitam humano generi largitus est,cuius figurā Zara implebat. Et idcirco Euāgelista etiam meminit Thamar,& eorum qui ex illa nati sunt,& dicit: Iudas autem genuit Phares & Zarā de Thamar.Ne igitur temere prætereamus ea quæ in diuinis scripturis sunt ꝓdita, neq; ea quæ dicuntur à superficie salutemus:sed ingressi ad ipsum profundū, cùm diuitias quæ ibi latent didicerimus,glorificemus dominum nostrum, qui cum tanta sapientia dispensat omnia.Nā si noluerimus mentem & causam omnium quæ facta sunt exquirere, non solum hanc condemnabimus,quòd cum socero suo dormiuerit,sed& Abraham reprehendemus,vt puericidā animo factū, & Phinees vt gemini homicidij reum.Sin autē vniuscuiusque causam diligēter didicerimus,& illos à crimine liberabimus,& nos multam inde vtilitatem percipiemus.Cæterùm nos quę ad historiā hanc attinēt, pro virili nostra pertractauimus charitati vestræ.

†implicati.]

Matt.1.a.

Caput XXXIX.

Quòd si non fatigamini,& volueritis,etiam sequentia attingamus, Et iterum ad narrationē admirabilis Iosephi veniamus,vt discatis etiam ex his quæ hodie dicta sunt, quęcūque generosus ille athleta,post somnia illa regnum sibi promittentia & principatū fratrū, sustinuerit,& quomodo post illa certāmina & tentationes aliæ exceperint. Increbrescebant naufragia, nec submergebatur gubernator : & cùm validior insurgeret tempestas,quasi ad gubernacula sedens, nauim regebat. Dignū autem fuerit & verba ipsa audire, vt diligenter omnia discere possimus. *Ioseph autem deductus est in Aegyptum,& emit eum archimagirus de manu Ismaelitarum.* Deinde postquā barbari illi,qui à fratribus[eum emerāt,Aegyptio archimagiro Pharaonis vendiderunt, varios dominos sortitus est ille, qui inter vlnas patris educatus fuerat: Vt ne admiremur, quomodo tulerit grauem illā seruitutē adolescens, & omnis duræ vitæ inexpertus,domíq; magna patris beneuolentia enutritus:subdidit scriptura dicens: *Et erat dominus cum Ioseph,& erat vir* * *assequens.* Quid est, erat dominus cū eo?Comitabatur eum,inquit,diuina gratia,& reddebat ei facilia omnia quæ grauia erāt. Hęc dispensauit omnes eius res, hæc mansuetiores ei reddidit negotiatores, & vendere archimagiro coëgit, ita vt paulatim hac via procedens, & per tentationes illas vadens,ad regium thronū ascēdere valuerit. Verùm tu dilecte audiēs q sustinuit seruitutem apud negociatores,deinde q seruiuit apud archimagirū, cogita quomodo non turbatus est,neq; cogitauit,neque hæsitauit secum dicens: Quæ somniorū illorum deceptio,quæ tantā gloriā pollicebatur? Ecce eñ post somnia illa seruitus,& seruitus grauis,& domini varij. Ab hoc transeo ad illum, ab illo ad alium : & cogor barbarorum assuescere moribus. Nunquid derelicti sumus? nunquid contempti sumus à superna gratia? Nihil tale vel dixit,vel cogitauit,sed tulit omnia fortiter & mansuetè. *Erat enim dominus cum Ioseph, & erat vir assequens.* Quid est vir assequens? Omnia ei prosperè succedebant, vbique præcedebat eum superna prouidentia. Et ita manifesta erat gratia,quæ florebat super eum,vt etiam domino suo archimagiro manifestum hoc fieret. *Sciebat enim*, inquit,*dominus eius,quòd dominus esset cum eo,& omnia quæcunque faciebat, dominus prospera reddebat in manibus suis.Inuenit autē Ioseph gratiam coram domino suo,& cōstituit eum super domū suā : & omnia quæcunque habebat, dedit in manus Ioseph.* Vidisti quantū sit superna manu adiuuari? Ecce eñ & iuueni,& peregrino,& captiuo,& seruo,à domino tota domus creditur.Dicit eñ:Et omnia quæ habebat dedit in manus Ioseph. Quare? quia cū superna gratia & suos attulit mores,gratus eñ ei erat:hoc est,cum magna gratia faciebat omnia. Deinde volens eū deus misericors in maiori securitate cōstituere, nō liberauit à seruitute,neq; libertatē ei dedit.Hic eñ mos est deo, vt non liberet à periculis viros virtute claros, neq; à tētationibus liberet: sed in ipsis tētationibus tantā suā declaret virtutem, vt tētationes ipsæ eis fiant occasio lætitiæ magnæ.Propter hoc & beatus Dauid: In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationē,inquit,abstulisti,neq; ab ea liberatū in relaxatione esse voluisti : sed id quod est miraculū, & perquam rarū, in medio tribulationis cōstitutū absq; pauore esse me fecisti: illud sanè & hîc fecit dominus. *Benedixit enim domum Aegyptij propter Ioseph.* Et didicit postea barbarus, q is qui vt seruus habebatur, deo peculiariter gratus esset, & ꝓmisit oīa quę habebat,in manibus Ioseph, *& nō sciebat quicquā,præter panē quē comedebat.* Quasi dñm totius domus cōstituit.En seruus & captiuus sub manu sua habet omnia quæ erāt dñi : tanta res est virtus. Nam vbicūq; illa apparuerit,omnibus dominatur & prçualet. Eteñ sicut oriente sole tenebræ discutiūtur, ita & apparente virtute,è medio tollitur omnis malitia.Sed mala bestia est diabolus, vt primùm viderit iustum gratum esse, & per ea quæ putantur esse aduersa,clariorem fieri,fremit dentibus & insanit : neque videre potest iustum quotidie magis & magis clarescere, sed

* ἐπιτυγχάνων assequens, prosperās, fortunatus.

Psal.4.a.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſed profundum barathrum effodit, & præcipitiũ parat,quò illũ maximo,vt arbitratur, damno afficiat: & tempeſtatẽ excitet,& violentũ naufragium faciat: ſed diſcit non poſt longum tempus ꝙ contra ſtimulum calcitret,& contra ſuum caput operetur omnia. *Et erat Ioſeph pulcher ſpecie,& formoſus aſpectu.* Quare nobis corporis pulchritudinem narrat? vt diſcamus ꝙ non ſolum anima pulcher erat,ſed & corpore. In ipſo enim flore ætatis erat:iuuenis erat,& pulcher ſpecie, & formoſus facie. Hæc autẽ prius narrauit de eo ſcriptura, vt doceat nos ꝙ Aegyptia adoleſcẽtis pulchritudine capta,ad illicitũ eum concubitũ irritarit. *Et factum eſt poſt hæc.* Quid eſt,poſt hæc? Poſtquam ei concredita poteſtas totius domus,poſtquam tantum honorem à domino ſuo conſequutus eſt. *Iniecit vxor domini oculos ſuos in Ioſeph.* Vide intemperantiã laſciuæ mulieris, nõ accepit in mentẽ ꝙ haberetur domina,non ꝙ ille erat ſeruus,ſed à formoſitate capta,& diabolico incendio ſuſcepto,in iuuenẽ poſtea inſilire tentat: & malã illã cogitationem in mente ſeruans,tempus inquirit & ſolitudinem, quæ poſſent ei cooperari ad illicitum ſuũ conatum. Verùm ille noluit,neque paruit,neque verba illius ſuſcepit. Sciebat enim hinc ſibi magnã perniciem enaſci. Et non ſolum res ſuas ſpectabat, ſed operã dabat vt & illam,quantum poſſibile erat, ab inſania hac liberaret,& ab illicita iſta concupiſcentia:& cõſilium ei afferret,quod ſufficiebat ei vt pudefieret, & quid ſibi prodeſſet,cognoſceret. *Dixit enim*, inquit, *vxori domini ſui:* Domina à ſeruo cõſiliũ accipit. *Nonne propter me nihil ſcit in domo ſua, & omnia quæcunque habet,dedit in manus meas?* O gratitudinem viri. Vide quomodo enumerat beneficia domini, vt doceat quantã illa gratitudinem erga coniugem habere debeat. Nũ ego,inquit,famulus ſum?num peregrinus? num captiuus? tanta fruor eius ſecuritate, vt omnia ſua ſub manum meam tradiderit:& nihil eſt quod excepit de manu mea, præter te: & omnibus aliis ego præſum, ſoli autẽ tibi ſubiicior,& es extra meã poteſtatẽ. Deinde vt letalem ei plagã daret,& recordari faceret viri beneuolentiæ,& perſuaderet ei ne tam ingrata eſſet erga coniugẽ ſuum,inquit: *Et tu propterea extra poteſtatẽ meam es,eo quòd tu vxor eius ſis. Cùm igitur vxor eius ſis,quomodo faciam hoc malum verbum, & peccabo coram deo?* Quoniã eñ illa ſolitudinẽ obſeruabat, & tempus expectabat quo latere poterat virum, & omnes qui in domo erãt,dicit. Quomodo poſſum facere malũ hoc, & peccabo coram deo? Quid enim putas? etiã ſi fecerimus vt res clàm ſit omnibus, oculum tamen illum qui dormitare nequit,latere non poterimus: illũ ſolũ timere oportet,& tremere ac pauere,vt ne in conſpectu eius malè quippiam faciamus. Et vt diſcamus iuſti excellentẽ virtutẽ, & ꝙ non ſemel neque bis,ſed & ſæpius certamen hoc ſuſtinuerit,& colloquiũ hoc tulerit, conſuleréque non ceſſauerit, ſubdit ſcriptura: *Cùm autem loqueretur de die in diem, & non obediret ei: vbi obſeruauit in domo facientem aliquid, aſſiliit in iuuenem ſicut beſtia dentibus frendens,& apprehenſis veſtimẽtis tenuit eum.* Non ſimpliciter hoc prætereamus, ſed cogitemus, quantum certamen ſuſtinuerit iuſtus ille. Non enim tam admirabile, vt mihi videtur, in fornace Babylonis eſſe tres pueros, & illæſos permanere, & nihil ab igne pati:vt admirabile hoc & rarũ, ꝙ admirabilis ille iuuenis retinetur veſtimentis ab polluta illa & laſciua,nec tamen illi cedit: ſed & veſtibus relictis in manibus illius,reſilit. Sicut autem tres pueri illi propter ſuam virtutẽ ſuperna freti gratia, igne præſtantiores viſi ſunt:ita & ille,quia quod in ſe erat afferebat,& cõtinentiæ certamina cum magna declarabat conſtantia,magno ſupernóq; præſidio muniebatur. Neq; eñ potuiſſet,dextera dei non cooperante ei,tantũ certamen certare,& à retibus illius libidinoſæ mulieris aufugere. Et licebat poſtea videre admirabilẽ illũ, nudũ quidem veſtibus exire, indutũ autem continentię veſtimẽtis,& quaſi ab incendio & fornace illæſum effugere:& non ſolum non aduſtum, ſed & multo fulgidiorem & clariorem factũ. Sed vide poſt tantam victoriam,póſtque tantam fortitudinem, propter quæ illum oportebat coronari, & propter quæ oportebat illum prędicari:iterum quaſi reũ & obnoxiũ innumera ſuſtinentem mala. Nam Aegyptia illa non ferens confuſionem & opprobriũ,in quæ ſeipſam iniecerat, impoſſibilia attentãs, primũ quidem conuocauit eos qui in domo erant,accuſans adoleſcentẽ: & dicit ꝙ ille dixerit quæ ab ipſa magno furore propoſita erãt, atque ita omnes decipere tentat. Hoc enim modo ſe habet malitia,ſemper contra virtutẽ pugnat, & ei ſua peccata affricare & impingere vult: id quod & hæc faciebat,aduleſcentẽ quaſi intemperantẽ criminans, & ſe continentiæ larua induit,& dicit,propter hoc & illum veſtes reliquiſſe,& ſe retinuiſſe illas. Et miſericors deus fieri hæc permittit, vt per omnia famulum ſuũ clariorẽ efficiat. Nam hæc omnia venienti viro cum magna malitia dixit,& adoleſcentem accuſauit, dicens: *Intrauit ad me puer Hebræus,quem duxiſti ad nos,vt illuderet mihi.* O miſera & calamitoſa, non ipſe introductus eſt vt illuderet tibi:ſed diabolus te induxit, vt nõ ſolũ adultera fieres,ſed & vt homicidiũ ꝑcurares. Et oſtendit poſtea ad comprobationem eorum quæ dicta erant, adoleſcentis veſtes. Conſidera, obſecro, hîc cõmunis omniũ domini miſericordiam: quia ſicut à fratribus eripuit,volentibus eum interficere: & effecit primùm quidem quòd iuxta conſiliũ Rubin in ciſternam immitteretur, & poſtea iterum iuxta cõſilium Iudæ negociatoribus venderetur, vt ſomniorũ euentus complerentur:& fidem facerent iuſto, quòd non fruſtra, neque temerè hæc præſignata eſſent:Ita & nunc ſuperna manus erat quæ barbarũ detinuit,& non permiſit ad cædem iuſti feſtinare. Quid eñ prohibuiſſet eum hoc facere,cùm intelligeret illũ attentaſſe violare ſuum lectum? Verùm omnipotens deus tantam fecit illi exhiberi clementiam, vt iniectus in carcerem, etiã illic ſuam declaret virtutem, & ſic ad principatum regni veniat. *Succenſuit enim*,inquit,*dominus eius, & miſit eum in cuſtodiam, vbi vincti regis detinebantur.* Nam ſiquidem non credebat, non oportebat eum in carcerem coniicere: ſin credebat verum eſſe quod Aegyptia dixerat, tunc neque carcere dignus erat,ſed plecti capite, & extremam pœnam pati debebat. Verùm quando ſuũ auxilium dextra ſuperna oſtendit,omnia leuia & facilia fiunt, & feroces manſueſcunt. Tunc autem ſuperna gratia vbertim nobis aſſiſtit, quando multam & nos declarauerimus virtutem. Nam hic,quoniam multum certauit, propterea etiam magnas retributiones conſequitur. Et poſt tantam fortitudinem abducitur in carcerem, & ſilenter fert omnia. Scitis enim ij qui non ſunt ſibi conſcij malitiæ,quando ſicut rei condemnantur,quanta vtãtur ſæpe fiducia,& dicendi libertate ſuperbientes: & inflati, & inſurgentes contra eos qui inſontibus crimen intentant. Verùm ille non ſic:ſed ſilet, & omnia manſuetẽ

Dan.3.

manſuetè fert,† & ſuſtinet cũ magna patientia voluntatẽ domini.] Vide enim quomodo & in carcere principatũ omnẽ accipiat à cuſtode carceris, ídq; merito. *Erat enim dominus cum Ioſeph*,inquit, *& defundebat ei ſuam miſericordiã.* Quid eſt,defundebat ſuam miſericordiã? Ad miſerationẽ inflectebat præfectũ carceris,& mirè erga illũ beneuolentiã ſuam declarari curabat. *Dedit enim ei gratiã coram illo.* Verè nihil beatius eo, qui dei gratiam habet. *Dedit enim*,inquit,*præfectus carceris carcerem in manus Ioſeph.* Vide,quomodo cuſtos carceris aliquid honoris ei defert,& autoritatem ei permittit, & omnes qui in carcere erant, eſſe iubet ſub poteſtate eius. *Et neſciebat præfectus carceris aliquid. Omnia enim erant in manu Ioſeph, eo quòd dominus erat cum eo, & omnia quæ ipſe faciebat,dominus proſperabat in manibus eius.* Vide quomodo comitabatur eum perpetuò ſuperna gratia, & omnia quę faciebat erãt plena gratia. Hoc igitur & nos ſtudeamus,& nobiſcũ ſemper habeam⁹ dominũ: vt quæ à nobis fiunt, ab illo proſperẽtur. Nã qui illius gratiã aſſequitur,& in mediis vinculis exiſtẽs ridebit, ac nihili putabit omnia, domino omnium faciente & diſponente cuncta,vt proſperè ſuccedãt omnia. Quomodo autẽ poterimus nobiſcũ habere dominũ, ita vt ab ipſo ſecundẽtur omnia? ſi ſobrij noſmetipſos attẽderimus, & vigilãtes fuerimus, & imitabimur iuuenis illius cõtinentiã,aliáſq; virtutes,ac fortẽ ſpiritũ: videbimúſq; ꝙ ſic oporteat omnia diligenter fieri,ne fortè à domino condẽnemur. Neq; enim poſſibile eſt,vt occultetur aliquid ab oculo illo qui dormitare nequit. Verum neceſſe omnino eſt, vt is qui peccat,ſuppliciis obnoxi⁹ fiat. Itaq; ne maioris faciamus timorẽ hominum, q̃ indignationẽ dei,ſed memores ſimus ſemper verborũ Ioſeph dicentis: *Quomodo faciam verbũ hoc malum,& peccabo coram domino?* Igitur quando nos cogitatio perturbat,hoc in mente verſemus verbũ, & ſtatim effugiet omnis illicita cõcupiſcẽtia. Itaq; ſiue quis corporum concupiſcentia capiatur,ſiue pecuniarũ cupiditate,ſiue alia quadam,ſtatim hoc verbum cogitet:ꝙ ille eſt qui nos condemnet, à quo nõ eſt poſſibile nos occultare etiam quæ in mente noſtra verſentur: & omino effugiemus etiã diabolicas machinationes, magnóque adiutorio ſuperno iuuabimur,gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria,imperium, & honor, nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

† & magna cum patientia dei expectat ſubſidium.

Et neſciebat aliquid præfectus carceris propter Ioſeph.

Homilia LXIII.

RElıquias eorũ quæ heri dicta ſunt, volumus hodie reddere charitati veſtræ:& iterum attingere hiſtoriam Ioſephi. Scitis enim ꝙ heſternus ſermo prolixior fuerit, & non potuimus vlterius progredi:ſed ſermoni finem impoſuimus, quãdo propter Aegyptiæ calũniam ab archimagiro in carcerem eſt coniectus. Ideo hodie operæprecium fuerit docere veſtrã charitatẽ,quæ in carcere ei acciderint. Nam poſtquã in carcerẽ eſt iniectus, & traditus præfecto carceris,etiã illic tantã dei gratiã aſſequutus eſt, vt totius carceris principatus à præfecto carceris ſibi cõcrederetur. *Et neſciebat aliquid præfectus carceris propter Ioſeph.* Vidiſti, quomodo in ipſis afflictionibus exiſtens,aduerſitatẽm ne ſenſerit quidẽ:ſed omnipotens ſapientia dei,omnia aſpera vertebat in iucunda. Et ſicut,licèt quis margaritã luto obruat,nihilominus natiuam retinet pulchritudinem: ſic & virtus quocunq; eam proieceris,ſuã vim exerit, etiam in ſeruitute, etiã in carcere,etiam in afflictione, etiam in proſperitate. Quia & in carcere illi conciliauit præfectum carceris, & ſuper omnes qui ibi erant poteſtatem conceſſit. Videamus & hîc quomodo vim gratiæ ſibi conceſſæ manifeſtarit. *Factum eſt enim*,inquit,*poſt verba hæc.* Qualia? quæ narrauit poſt factam calumniam, poſtquam condemnatus eſt in carcerem:& non hoc ſolum, ſed & poſtquam ſignificatum eſt nobis quòd dominus cum eo fuerit,& quòd præfectus carceris omnia quæ ibi erant commiſerit, vt per illum adminiſtrentur. *Factum eſt*,inquit,*poſt verba hæc,poſtquã iniectus eſt in carcerẽ. Cũ peccaſſent præfectus pincernarũ & præfectus panificũ, condemnati ſunt à rege,vt in carcerem mitterentur,quos præfectus carceris Ioſepho commendauit.* Neq; enim vt vincto vſus eſt illo, ſed vt curarum participe, imò vt eo qui ibi detentorũ curas bene conſolari queat. *Et adſtitit eis*, inquit. Quid eſt, adſtitit eis? hoc eſt, conſolatus eſt eorum mentes, erexit eorum animos, & non permiſit abſorberi præ triſtitia. Erãt autem † diebus multis] in carcere,& viderunt vterq; inſomnium in nocte vna:præfectus pincernarũ,& præfectus panificũ. Sed beatus ille, cui curæ erat quomodo cõſolarentur illi, vt vidit eos ob viſionẽ inſomniorũ turbari,& mẽte cõfundi,dicit: *Cur facies veſtræ hodie tam obnubilæ & mœſtæ?* Oſtendebant enim facies eorũ intus latentem turbationẽ. Propterea & ſapiens quidã dicebat: Corde lętãte exhilaratur facies:in triſtitia autẽ exiſtente,mœret. Igitur quia vidit eos triſtitia affectos ꝓpter inſomniorum viſionẽ,cauſam diſcere volẽs rogauit. Vide quomodo & in carcere exiſtẽs ſuã declarauerit virtutem, & aliorũ mœrores alleuiare ſtuduerit. Quid igitur illi? *Inſomnium vidimus,& non eſt qui* diiudicet illud.* Ignorabant ſapientiam eius cum quo loquebantur,ſed quaſi vulgarem aliquẽ exiſtimabant,& propterea ſomnium ei non dicunt,ſed tãtum ꝙ viderint,& dicunt: Nullus eſt qui diiudicet illud. Verum admirabilis ille vir dicit eis: *Nónne à deo manifeſtatio eius eſt? Narrate igitur mihi.*

Non à me promitto vobis aliquid me dicturũ, Deus eſt qui reuelat. Narrate igitur mihi. Vide intelligentiã & humilitatis excellentiam: non dixit, Ego vobis diiudico, ego vobis dico ſomniorum euentum. Sed quid? Narrate igitur mihi. Deus enim eſt ſolus, qui talia reuelat. Et narrauit præfectus pincernarum. *Vt autẽ audiuit Ioſeph,inquit. Hæc eſt* diiudicatio eius. Tres propagines,tres ſunt dies,& recordabitur Pharao tuæ pincernarum præfecturæ:& hinc reſtituet te,& dabis poculum Pharaoni in manũ ſuã iuxta priſtinũ officium tuum,vt ſolebas vinum infundens. Sed recordare mei per temetipſum, quando tibi bene erit,& facies mihi miſericordiã, & memor eris mei apud Pharaonẽ,& educes me ex carcere hoc:quia furtiuè abduct⁹ ſum ex terra Hebræorũ,& hic feci nihil,& immiſerũt me in hũc lacũ.* Quia prædixerat ei bona euẽtura, & reconciliandum regẽ,dicit: Memor eſto mei per temetipſum,quando fœlicitatem tuã obtinueris,mentionem faciendo eius qui hęc tibi prædixit,& facies mihi miſericordiã. Hoc audiẽs,dilecte, ne condemnes puſillanimitatem iuſti: ſed hac ratione potiſſimũ obſtupeſce, ꝙ tam fortiter & æquo animo tulit grauem illam inhabitationem. Nam licèt magnam à cuſtode carceris poteſtatẽ acceperit,attamẽ grauabatur in tanto pedore cum ſordidis & ſqualidis agendo. Nam vide q̃ bene morata mẽte fuerit pręditus,& quomodo fortiter tulerit omnia,in omnibus magnã declarãs animi humilitatem. Et facies, inquit, in me miſericordiã, & recordaberis mei apud Pharaonem, & educes me ex carcere hoc.

Cap. XL.
†per dies.
Prou. 15.b
* ὁ συγκρίνων, qui diiudicet, coniectet, decernat, interpretetur. ſic & in ſequentibus intellige.
* σύγκρισις, diiudicatio, interpretatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Attende obsecro hîc quomodo nihil dicat cõtra scelestam illam adulteram,neq; arguat dominum,neque narret fratrum in se inhumanitatem, sed tectis omnibus, dicit: Recordare mei, & fac eduei me ex carcere hoc:quia furtim abductus sum de terra Hebræorum, & hic nihil feci,& immiserunt me in lacum hunc. Ne perfunctoriè hoc prætereamus, sed consideremus q̃ bonis moribus anima eius fuerit prædita, quomodo inuenta opportunitate temporis, & sciens q̃ præfectus pincernarum in fœlicem statum restitutus,posset omne negocium suũ regi significare, non Aegyptiam reprehendit. Iterum enim eadem dicam: non dominum affert in medium, non fratres, non dicit causam propter quam cõdemnatus sit in carcerem, neq; scelus in se commissum narrat: sed hoc vnum curat,non vt illos cõdemnet, sed vt pro se solo dicat. Et fratrum quidem causam adumbrabat,dicens: Furto abductus sum ex terra Hebræorum. Quæ autẽ Aegyptia illa fecerat,nõ profert in medium, neque iniustam domini sui erga se indignationem. Sed quid dicit? Hic feci nihil, & immiserunt me in carcerem hunc. Hęc audientes, discamus si in talia inciderimus,vt caueamus conuiciis illos qui nos iniecerũt incessere,& ad accusationem illorum linguam acuere: sed solum demonstremus in mãsuetudine & mititate nos innoxios: & imitemur illum admirabilẽ, quia neq; in calamitate existens voluit vel verbis petulantiam & libidinẽ Aegytiæ inuulgare. Scitis enim, q̃ multi † cùm de criminibus arguuntur,] magna impudentia in alios sua delicta transferre nituntur. Hic autem sole clarior existens,& potẽs omnia cum veritate dicere, & illius insaniam manifestã facere,&semetipsum clariorem demonstrare,nihil illorum in medium affert. Neq; enim humanam venabatur gloriam, sed sufficiebat ei † gloria superna,& oculum illum qui non dormitat, habere volebat laudatorem factorum suorum. Ideo silente eo,& omnia obtegere moliente, misericors dominus in tantam eum gloriam perduxit,quando vidit athletam suum rectè certasse. Iam autem discamus & ex his quæ postea sequuntur viri sustinentiam, & quomodo non grauatim fert dilationem: neque à sua alacritate excidit, sed æquo animo omnia fert,& promptè gratias agit domino suo,qui hæc fieri permittebat. His auditis, princeps panificum ratus & suum sibi somnium boni aliquid præsignare, narrat ei somnij visionem. Quod vt audiit Ioseph, accepta etiã ex superna reuelatione eius diiudicatione, prædicit illi interitum imminentẽ,& dicit: *Adhuc tres dies,& auferet Pharao caput tuũ à te,& suspendet te in ligno,& comedent volucres cœli carnes tuas à te.* Propter hoc prius dicebam,inquit,q̃ non à meipso vobis prędico, sed quæcunq; deus reuelauerit:vt siue bonũ aliquid, siue malũ præsignet somniorum visio,non mihi adscribatur. Non enim à me hæc loquor, sed illa vobis declaro quæcunq; superna gratia mihi manifestarit. Cæterũ cũ adessent statuti dies, opere impleta sunt quę Ioseph dixerat:& sicut diiudicarat Ioseph,ita contigit vtriq;. Et ille quidẽ ad pristinam rediit fœlicitatem,hic autem pœnam luit. *Porrò præfectus pincernarum,qui tantam consolationem acceperat,nõ est recordatus Ioseph, sed oblitus est eius.* Vide iterum iustum in palæstra aliqua certantem,& suę virtutis exhibentem specimina,nõ perturbari neque commoueri, neq; ægrè ferre. Nam si quis ex vulgaribus fuisset, dixisset fortassis ita intra se:Quid hoc rei? prefectus pincernarum mox vt interpretatus sum ei somniorum visionem,pristinam fœlicitatẽ accepit:& nõ est memor eius qui sibi prædixit? Ille quidẽ solita fœlicitate fruitur,ego autem qui nihil mali operatus sum,hîc cõcludor cum homicidis,cum furibus, cum latronibus, cũ his qui innumera mala commiserũt. Nihil horum vel dixit,vel cogitauit: sciebat enim q̃ amplior cauea fieret in qua decertandum,vt legitimè certando clariori redimiretur corona. Considera enim,quomodo post restitutionem illius duo anni prætererint. Oportebat enim expectari tẽpus opportunũ, vt maiori cũ gloria inde educeretur. Si enim prefectus pincernarum ante somnia Pharaonis recordatus authoritate sua eum liberasset,fortassis non tã perspicua fuisset aliis eius virtus. Nunc autem omnipotẽs & sapiens deus sciens,sicut optimus artifex,quanto tẽpore in igne debeat aurum teneri, & iterum inde reduci,permittit ad rẽpus duorum annorum præfectum pincernarũ illius obliuisci, vt & tempus somniorum Pharaonis veniat, & compellente necessitate ipsa, iustus ille in toto regno Pharaonis notus fiat. *Nam post duos annos vidit,* inquit, *somnia Pharao:& factum est mane,& turbata est anima eius. Et misit,& vocauit omnes cõiectores Aegypti,& omnes sapiẽtes suos,& narrauit eis Pharao somnium,& non erat annunciãs illud Pharaoni.* Vide multiplicẽ dei dispẽsationẽ,prius permittit omnes qui ibi habebãtur sapientes, tentari, vt monstraretur eorũ ignorantia: & tandem hic vinctus,captiuus,seruus, Hebræus in mediũ adductus est, & nota facit multis ignota,quò omnibus manifestetur superna gratia in illo refulgens. *Cum omnes,* inquit, *sapientes venissent, & neque dicere aliquid, neque os aperire possent:tunc princeps pincernarum recordatus est Iosephi, & recessuit Pharaoni ea quæ sibi in carcere cõtigerant, & inquit: Peccatum meũ reminiscor hodie.* Et narrat quomodo in carcerem coniectus sit ipse,& præfectus panificum:& viderint somnia, & diiudicationem eorum à Ioseph acceperint, & q̃ iuxta illius prædictionem ipsis euenerint omnia. *Hæc cum audisset rex,misit ad Ioseph,& eduxit eum ex carcere,& totunderunt eum,& mutauerunt vestimentum eius,& intrauit ad regem.* Vide statim ab initio quãtus nũc honor. Postquã enim purgatus est per patientiam:sicut aurum rutilãs exiit de carcere,& ductus est ad regem. Vidisti quãtum sit à superna gratia adiuuari? Vide nunc quanta dispensata sunt,vt res Iosephi cõplerentur. Nam postquam summum illud certamen certasset, & scelestæ illius Aegyptiæ pedicas effugisset,& in carcerem coniectus esset, permisit vt præfectus pincernarum & præfectus panificum Pharaonis per illud tempus in carcerem illum iniicerẽtur, & per diiudicationem somniorum discerent viri sapiẽtiam, vt eorum alter nunc tempestiuè illius mentionem faciens eum in medium proferat. *Dixit autem,* inquit, *Pharao ad Ioseph: Somnium vidi, & non est qui diiudicet illud:ego autem audiui de te dicentes, quòd † audierint te sua diiudicasse somnia.*] Vide quomodo confusus Pharao,nõ dicit manifestè q̃ nullus suorum sapientium potuerit diiudicare somnia. Sed quid? Somnium vidi, & non est qui diiudicet illud. Audiui autem de te dicentes, q̃ † audierunt te sua somnia diiudicasse.] Considera, obsecro,hîc magnam prudẽtiam & pietatem Ioseph, quomodo Pharaoni respondeat. *Ne suspiceris,* inquit, *me aliquid à me dicturum, vel iuxta humanam sapientiam diiudicaturum. Neque enim possibile est sine reuelatione, quæ supernè venit,talium notitiã habere. Scias igitur, quòd absque deo nõ † iudicabitur quòd salutare Pharaoni.* Cognosce igitur q̃ omnium dominus est qui reuelat, & noli ab hominibus

† *criminibus etiam obnoxij.*

† *beneuolentia.*

† *ipsi audierunt somnia interpretari.*

† *ipsa interpretabitur.*

hominibus quęrere,quę solius dei est manifestare. Vide quomodo responso suo docet Pharaonẽ,q̃ sint infirmi & inutiles sapiẽtes eius,& quãta sit potentia dei. Igitur quoniam cognouisti ex me,q̃ neq; ex humana sapientia,neq; ex propriis rationibus hæc loquor, dic quę à deo tibi manifestata. Pharao vbi hęc audiit,narrat somnia & primũ & secundũ:& inquit: *Dixi coniectoribus,& non erat qui annũciaret mihi.* Non audisti,inquit,à me,q̃ non est humanæ sapientiæ talis significare? Ne igitur illis succenseas: nũquam enim poterunt talia cõprehendere, quæ sunt solius reuelationis quæ supernè datur. *Et dixit Ioseph: Insomnium Pharaonis vnũ est: vt autem credas,quod verum erit quòd à deo tibi præsignatũ est,& quòd accelerabit deus istud facere, repetitum est secundò.* Repetitio enim,inquit,confirmatio est visorũ,& copiosior probatio, q̃ omnino hæc futura sint. Et postquã diiudicauit numerũ septẽ boum, & septẽ spicarũ, & dixit magnã futurã abundantiam,& q̃ hanc grauis sequutura sit fames, consequenter & optimũ consiliũ affert,& dicit: *Constitue virum super Aegyptum, qui possit colligere fertilitatem septem annorum,ac sic dispensare, vt possimus in tempore famis solatium inuenire,& non fiat omnimoda consumptio.* Placuerũt hæc Pharaoni, & omnibus seruis suis. Et nũc seruit Pharao impletioni somniorũ Ioseph,quæ viderat quãdo apud patrem agebat. Et ipse quidẽ somnia Pharaonis diiudicabat. Pharao autẽ ad finẽ somniorũ euentũ ducebat,ignorans. Nam vt hæc audiuit dixit seruis suis: *Num inueniemus hominem talẽ, qui habet spiritum dei in semetipso?* Vidisti quomodo cognouit & ipse,q̃ ex superna relatione hæc ei manifestata fuerint? Quomodo enim,inquit,inuenire poterimus,qui tantã consequutus sit gratiã, vt spiritum dei in se habeat? *Et dixit,* inquit,*ad Ioseph: Quia monstrauit tibi deus omnia hæc,non est homo prudentior quàm tu.* Attende hîc,quomodo, quandocunq; voluerit omnipotẽs deus,opere cõplere quæ sibi visa fuerint, nihil eorum quæ in medio obstare videntur,impedire potest. Ecce enim à fratribus factus erat,vt ita dicam,propè hostia,& semel atq; iterũ venalis, & accesserat calumnia in extremũ periculũ adducens, & in carcerẽ tanto tẽpore, & post hæc omnia fermè in ipsum regis thronũ euectus est. *Quoniam ostendit tibi deus hæc omnia,& non est homo prudentior & intelligentior te,tu eris super domũ meã, & in ore tuo obediet omnis populus: veruntamen throno ego te antecellam.* Vide quomodo captiuus repentè cõstituitur rex totius Aegypti, & qui ab archimagiro in carcerem coniectus est, à rege in summũ locum exaltatus est. Et qui fuerat eius dominus, repẽtè vidit quem vt adulterum in carcerem miserat, totius Aegypti susceptsse imperium. Vidisti quantum sit,ferre cum gratiarũ actione tẽtationes? Propterea & Paulus dicebat: *Rom.5.a* Afflictio patientiã operatur, patientia probationem, probatio spem:spes non pudefacit. Vide igitur, Afflictiones patienter tulit, patientia probatum eum fecit, probatus factus in magna spe agebat, spes non pudefecit. *Dixit autem ad eum: Ecce constituo te hodie super omnẽ terram Aegypti. Et Pharao, ablato annulo de manu sua, posuit eum in manu Ioseph,induítque eum veste byssina, & circundedit collum eius torque aureo, & fecit eum ascendere super currũ † suum secundum.] † secundum sibi proximum.*] *Et promulgauit coram eo præco, & constituit eum super totam Aegyptum.* Nam deus quẽ habebat secũ,ei omnia bene disposuit,& eum in tantã claritudinem euexit. *Dixit autem Pharao: Absque te nullus leuabit manum suam in omni terra Aegypti. Et vocauit Pharao nomen Ioseph Psomthomphanech,* Appellatione no

minis volens sapientiã eius perpetuã memoria testatam: hoc enim significat, occultorum cognitor:eo q̃ omnibus occulta manifestauit, propterea ex his quæ facta sunt appellationem ei imponit. Et vt accumulet honorem,dat ei filiam Petephræ in vxorem. Deindè quia iste eiusdẽ nominis erat cũ eo qui dominus eius fuerat,dicit sacerdotis Heliopoleos. Et vt discamus,in qua ætate fuerit admirabilis ille, qui tantam assequutus mercedẽ,& tãta certamina ostendit,inquit: *Ioseph autem erat triginta annorum, quando stetit coram Pharaone.* Ne temerè putemus assignatum esse numerum annorum, sed discamus q̃ negligenti virtutem nulla sit excusatio:neq; enim licet alicui obiicere iuuẽtutem, vbi virtus exercenda est. Ecce ille non solum iuuenis erat, sed etiam pulcher specie,& formosus facie. Contingit enim iuuenẽ esse,& nulla corporis pulchritudine prędituin. Hic autẽ cum iuuentute & pulcher erat facie, & quasi in ipso iuuentutis flore seruus & captiuus factꝰ est: Decem enim & septẽ habebat annos,quando deductus est in Aegyptũ. Deinde in ipsa fornace iuuentutis † calumniata est eum] petulãs Aegyptia domina eius,& neq; sic superatur fortitudo iusti:deniq; in carcere tanto tempore ærumnosus fuit, & mansit quasi adamas,non solũ non factus infirmior, sed & plus roboris assumens. Habuit enim solidantem se supernam gratiam. Quoniã prius quod suũ erat totum attulerat, & propterea è carcere ad principatũ totius Aegypti accersitus est. Hæc audientes, in afflictionibus animũ nunquam despondeamus, neq; proprias rationes sequentes morosi simus & difficiles: sed magna patiẽtia clari,spe bona foueamur,scientes omnipotentiam domini nostri:& q̃ sinens nos experiri aspera,non relinquit, sed vult vt certantes clariori corona cingamur. Ita omnes sancti probati sunt. Propterea & apostoli dicebant, Per multas afflictiones oportet nos in regnũ dei intrare. Et ipse Christus dicebat discipulis suis: In mundo afflictionẽ habebitis. Ne igitur mœreamus in afflictionibus,sed audiamus Paulum dicentem,q̃ volentes piè viuere in Christo Iesu,persecutionẽ patiuntur. Et ne admiremur, neque ægrè feramus,sed omnia cum fortitudine & patientia toleremus: non ad afflictiones respicientes, sed ad lucrum quod inde cõgregamus. Spiritualis enim quædam negociatio est. Et sicut qui pecunias colligere volunt, & huius seculi negociationem exercent, non aliter possunt augere suas opes,nisi multa pericula terra mariq; sustinuerint. Necesse enim vt ferant latronũ & piratarum insidias. Attamẽ omnia magna alacritate susciptunt, & ob expectationẽ lucri vix sentiunt amara quæ ferunt. Eodem modo & nos cogitãtes diuitias & spirituales merces, quas nobis hîc colligere licet, oportet gaudere & exultare,& non contemplari quæ videntur,sed quę non videntur, sicut & Paulus admonet, dicens: Non con- *2.Co.4.d* siderantibus nobis ea quæ videntur. Fidei enim est,nõ corporalibus oculis contentos esse, sed oculis mentis imaginari ea quæ non videntur. Nam illa fide digniora credenda sunt, q̃ ea quæ corporalibus oculis videtur. Sic patriarcha gratus fuit deo, quia credidit promissioni eius,& superior natura factus & humanis rationibus,ideo & reputatum est ei in iustitiam. Considera,quòd iustitia est credere his quæ à deo dicuntur. Quando enim ille aliquid promiserit, non mihi iuxta humanam consequentiam res expende, sed superior rationibus illis fias,& confide eius qui promisit, virtuti. Ita vnusquisq; iustorum probatus fuit: ita & admi-

† *impetiuit fecit in eis*

Act.14.d

Ioan.3. & 16.g

2.Tim.3.d

Universidad de Deusto Biblioteca

rabilis ille Ioſeph, cùm tanta poſt illa inſomnia fuerint interiecta impedimenta, non turbatus eſt animo, non commotus eſt, ſed robuſta mente fortiter tulit omnia, ſciens ꝙ non ſit poſſibile ea quæ deo viſa ſunt nõ euenire. Ideo & poſt ſeruitutẽ, & poſt carcerem & tãtam calumniã principatũ ſuſcepit Aegypti. Hęc igitur omnia cogitãtes, fortiter ſuſcipiamus ea quæ inferuntur, gratiáſq; agamus pro omnib⁹ miſericordi deo, & eius expectemus opitulationẽ. Quod nobis omnibus concedat, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Exiuit autem Ioſeph à facie Pharaonis, & peragrauit omnem terram Aegypti, & fecit terra annis ſeptem fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum ſicut arenã maris.

Homilia LXIIII.

VVltis vt & hodie hiſtoriam Ioſeph tractemus, & videamus quomodo vir ille, ſuſcepto totius Aegypti principatu, cõceſſa ſibi intelligentia omnes conſolatus fuerit? *Exiuit enim*, inquit, *à facie Pharaonis, & tranſiuit per omnẽ terrã Aegypti, & fecit terrà annis ſeptẽ fertilitatis manipulos, & congregauit frumentum ſicut arenam maris.* Suſcepta prius à rege poteſtate omni, collegit, inquit, prouẽtus, & in ciuitatibus repoſuit, prouidens iam multo antea, quo futuræ penuriæ ſuccurri poſſit. Vidiſti quales retributiones fortitudinis & patiẽtiæ, & aliarum virtutum etiam hic acceperit iuſtus à vinculis ad regia inſignia tranſiens? Nati ſunt autem illi duo filij, inquit, priuſquam aduenirent anni penuriæ: & vocauit nomen prioris Manaſſe: quoniam obliuiſci me fecit deus omnium laborum meorum, & omniũ * quæ ſunt patris mei. Attende hîc viri religionem & pietatem, quoniã vocabulo filij memoriam omniũ indidit, vt perpetuò gratias ageret, & qui ex ſe natus erat, propter ſuam appellationẽ ſcire poſſit certamina & patientiã, quæ iuſtus perferens in tantam peruenerit gloriam: quia obliuiſci me fecit deus omnium laborum meorũ, & omnium quæ tulerit pater meus. Quid eſt, omnium laborũ meorum & patris mei? Hîc ſubindicare mihi videtur primã & ſecũdam ſeruitutem, & miſeriam quam in carcere tulit. Et omnium quæ tulit pater meus: ſegregationem ſignificat, quam ſuſtinuit abreptus ab vlnis paternis, quando in immatura ętate tam liberaliter educatus, libertatẽ ſeruitute cõmutauit. *Et nomẽ ſecundi vocauit Ephraim, quia creſcere fecit me deus in terra humilitatis meæ.* Vide & huius nomen gratiarum actione plenum. Non ſolum enim, inquit, aduerſitatis oblitus ſum, ſed & magnificatus ſum in terra in qua tantam ſuſtinui humilitatẽ, vtpote in extremis periculis etiam de vita anxius. Verùm nũc dignum eſt audire quæ ſequuntur. Nam poſt fertilitatem ſeptem annorum, venerunt & ſeptem anni penuriæ & famis, iuxta prędictionem Ioſeph. Rerum enim euentus omnibus conceſſam viro ſapientiam detegebat, faciebátq; vt omnes † eius vidẽdi deſiderio tenerentur.] Et cũ fames valida facta eſſet, primùm eos penuriã ſentire non permiſit. In omni enim terra Aegyptiorum erant panes. Sed cùm moleſtia famis incrudeſceret, clamauit populus ad Pharaonẽ, magna preſſus indigentia: à fame enim coacti, ad regem cucurrerunt. Porrò vide huius beneuolentiã. *Dixit autẽ Aegyptiis: Ite ad Ioſeph, & quicquid dixerit vobis, facite.* Quaſi diceret: Quid me vrgetis, non videtis ꝙ ego tantũ regis habitum geſto, ille † vobis] ſalutis author factus ſit? ne igitur illo relicto ad me curratis, ſed abite ad illum,

* καὶ τῶν τοῦ πατρός. ſi τῶν, neutrius ſit generis, erit, omnium quæ ſunt. ſi vero maſculini, erit, omniũ qui ſunt. vt ad labores referatur.

† ei ſeſe ſubmitterent.

† nobis omnibus.

& quæcunq; dixerit vobis, facite. Aperuit autem Ioſeph horrea, & vendidit Aegyptiis. Et quoniã omnes depaſcebatur famis neceſſitas, *Omnes*, inquit, *prouinciæ veniebant in Aegyptũ, vt emerent frumẽtum: inualuerat enim*, inquit, *fames ſuper omnẽ terram.* Vide obſecro, quomodo paulatim euentum accipere incipiant ſomnia Ioſeph. Nam vbi fames inualuit, venit etiam in terram Chanaã, in qua habitabat Iacob huius pater, qui poſtquam intellexit in Aegypto frumentum venundari, dixit, inquit, pueris ſuis: *Quare negligitis? Ecce audiui quòd frumentum ſit in Aegypto. Deſcendite, vt comparetis nobis pauca cibaria, vt viuamus, & non moriamur.* Quid, inquit, hîc ſedetis? abite in Aegyptum, & alimẽta nobis afferte. Hæc autem omnia facta ſunt, vt viſioni ſeruirent fratres Ioſeph: & interpretationem ſomnij quam ipſi coniectauerant, cùm audirent Ioſeph ſomnium narrantem, implerent. Deſcenderunt autem decem fratres, & Beniamin non acceperunt, qui erat frater Ioſeph ex eadem matre. Dicebat enim pater eius, ne fortè accidat ei aliquid mali: parcens ei, eo ꝙ ætate immatura erat. *Venerunt autem, & Ioſeph ſicut principem Aegypti adorauerunt ſuper faciem ſuam in terra.* Et nunc ignorãtes quidem, omnia faciunt. Nam quia multum temporis interceſſerat, faciem fratris non agnouerũt. Veriſimile enim eſt, iuuenem olim, nunc immutatum faciei ſuæ effigie. Idq; totum opinor diuinę diſpenſationis fuiſſe, ita vt non potuerint vel ex ſermone, vel ex aſpectu fratrem agnoſcere. Vnde enim vnquam in hanc opinionem veniſſent? Etenim putabant eũ apud Iſmaëlitas factum ſeruum, ſeruiréque apud barbaros, vnde non agnouerũt Ioſeph. Ipſe vero ſtatim vt vidit agnouit eos: & vt ignoraretur ſtuduit, eiſq; quaſi alienis locutus eſt. *Abalienabat enim ſe ab eis, & locutus eſt eis dura, & dixit: Vnde veniſtis?* Simulat omnimodam ignorantiam, vt omnia diligenter ab eis diſcere queat. Deſiderabat enim ſcire de rebus patris & fratris. Et primùm quærit ex qua regione ſint, & dicunt: *Ex Chanaan, vt emamus frumenta.* Famis, inquit, neceſſitas in cauſa eſt, quare id itineris cõfecimus, & propterea relictis propriis huc venimus. *Et recordatus eſt*, inquit, *Ioſeph ſomniorum quæ ipſe viderat.* In mentem venerunt ei ſomnia, & videbat euenire ea. Volens diligenter omnia diſcere, magna cum auſteritate eis reſpõdet, & dicit. *Exploratores eſtis, & ad conſideranda veſtigia terræ veniſtis.* Non recta, inquit, mente aduenistis. Videmini arte & malignitate quadam huc profecti. Illi autem anxij dixerunt: non domine. Et id quod diſcere ſtudebat Ioſeph, hoc à ſemetipſis docent, & dicunt: *Serui tui venimus, vt emamus frumenta. Omnes filij ſumus vnius viri, pacifici ſumus, non ſunt ſerui tui exploratores.* Adhuc pro ſeipſis ſatisfaciebant, & timore attoniti mente nondũ quæ ad Ioſeph pertinebant, dixerant, ideo perſeuerans dicebat: Non, ſed veniſtis vt veſtigia terræ exploretis. Superuacue, inquit, hæc mihi dicitis, etenim hoc habitus aduentus veſtri declarat, quòd malitia quadam exciti huc veniſtis. Illi autem neceſſitate coacti, & volentes eum ad miſericordiam flectere, dicunt: *Duodecim ſumus fratres, ſerui tui.* O verborum deceptionem, etiam eum quem negociatoribus vendiderant, in numero ſuo recẽſent. Et nõ dicunt, duodecim fuimus, ſed duodecim ſumus fratres, & ecce iunior cum patre noſtro. Hoc erat quod ſcire cupiebat, num & fratrẽ ſimiliter afflixiſſent. Et ecce iunior cum patre noſtro, alius autem non ſupereſt. Nec dicunt rem manifeſtè, ſed tantum, non ſupereſt. Ex hoc in ſuſpi-

Cap. xlij.

in ſuſpicionem venit, ne fortè & Bẽiamin ſimili modo affeciſſent. *Hoc eſt*, inquit, *quod dixi vobis, quòd exploratores ſitis. Nequaquã hinc exibitis, quouſque frater veſter iunior venerit huc, illum videre volo.* Cupio videre eum, qui ex eodẽ vtero natus eſt: ſuſpicor enim ex his quæ aduerſus me egiſtis, mentem veſtrã fraterno odio laborare. Si igitur vultis, mittite vnũ ex vobis, & adducat eum, vos autẽ manete in carcere, donec ille venerit. Ille enĩ cũ aduenerit, docebit num vera ſint quæ dicitis, & liberabit vos ab omni ſuſpicione. Nã ſi hoc non fuerit, manifeſtum eſt ꝙ exploratores ſitis, & propterea huc veneritis. *Poſuit autẽ eos in carcere.* Vide quomodo ipſorum probat animũ, & per ea quæ illis facit, ſuã erga fratrem declarat beneuolentiã. *Poſt tres autem dies vocatis illis, dixit: Hoc facite, & viuetis, deum enim ego timeo. Si pacifici eſtis, vnus fratrum veſtrũ detineatur hîc in carcere, vos autem proficiſcimini, & auehite † mercimonium frugum quantis indigetis,] & fratrem veſtrum iuniorem ducite ad me, & credibilia erunt verba veſtra: quòd ſi minus, moriemini.* Cõſidera ſagacitatem. Volens ſuã erga illos beneuolentiã declarare, & patris penuriam cõſolari, déq; fratre veritatẽ diſcere, vno retento alios abire iuſſit. Sed vide nunc quomodo conſcientia eorũ, incorruptus ille iudex aduerſus eos inſurgat, & nullo arguẽte, vel in medium quippiã afferente, ipſi ſui ipſorũ accuſatores fiant. *Dixit enim*, inquit, *vnuſquiſque ad fratrem ſuum, Meritò. In peccatis enim ſumus propter fratrem noſtrum: quia deſpeximus afflictionem animæ eius, quando deprecabatur nos, & nõ exaudiuimus eũ, propter hoc venit ſuper nos omnis afflictio hæc.* Ita enim ſe habet peccatũ, quando conſummatum eſt, & opere perfectũ, tunc ſuæ abſurditatis oſtendit excellentiam. Et ſicut ebrius, quãdo multũ vini ingurgitat, nullum ſentit à vino damnũ, poſtea autẽ ſentit quantũ ſit damnũ: ita & peccatũ, donec conſummetur, obtenebrat mentẽ, & quaſi denſa nubes, ita mẽtem corrũpit: deinde conſcientia inſurgit, & quouis accuſatore mentẽ grauius arrodit, monſtrans abſurditatem facti. Enimuero & hic videre licet, ꝙ illa nunc in mentem veniunt quæ fecerunt. Et cum de ſumma ſalutis periculum immineret, tunc tandẽ confitentur quæ fecerant, & dicũt, Merito: In peccatis enim ſumus propter fratrem noſtrũ, quoniã deſpeximus afflictionẽ animæ eius. Non fortuitò, neq; ſine cauſa hæc ſuſtinemus, ſed iuſtè & valde iuſtè pœnas luimus inhumanitatis & crudelitatis quã erga fratrẽ noſtrum declarauimus, quoniam deſpeximus afflictionẽ animæ eius. Quoniã, inquit, abſq; cõpaſſione eramus, & multã declarauerạmus crudelitatẽ: quando nos deprecabatur, & nõ exaudiuimus eũ: propterea nunc nobis eadem eueniũt, & propter hoc venit afflictio hæc ſuper nos. Et hæc quidem illi inter ſe diſſerebant, putantes nihil horum audire Ioſeph. Nam quaſi ignorans & neſciens eorum linguã, per interpretem loquebatur eis, qui ea quæ illi loquebãtur ſibi interpretaretur, & ea quę ille eis. Audiens autẽ hæc Rubim, dixit eis: *Nónne locutus ſum vobis, dicens: Ne iniuria afficiatis puerũ, & non exaudiſtis me? & ecce ſanguis eius exquiritur.* Nónne tunc, inquit, conſulebam? nónne obſecrabam, ne qđ peccatum in eum admitteretis? propterea nũc ſanguis eius exquiritur: nam quantũ ad propoſitum veſtrum, occidiſtis: licèt enim non per gulam gladium trãſmiſeritis, barbaris tamen viris eum vẽdidiſtis, & difficiliorem ei ſeruitutem excogitaſtis. Cogita quantum ſit à conſcientia ſua accuſari, haberéque perpetuo vrgentem & clamantem, & ſcelus cõmemorantẽ. *Et hæc audiit quidem Ioſeph, ipſi au-*

† emptionem frumentationis veſtræ.]

tem neſciuerunt, eo quòd interprete vtebatur: ſed non vltra ferre potuit, natura fraterna & compaßione eum arguẽte. Et auerſus, inquit, *ab eis, fleuit, vt non fieret eis manifeſtus. Et iterum acceßit ad eos, & loquutus eſt eis. Et accepit Symeonẽ, & vinxit eum corã eis.* Vide quomodo omnia faciat, vt incutiat eis terrorem, videntibus vincula Symeonis: vt certior redderetur, an cũ fratre aliquã compaſſionẽ haberẽt. Omnia enim hæc facit probans eorũ mentem, & ſcire volens num & cõtra Bẽiamin tales fuerint, propterea & Symeonẽ coram eis vinciri iubet, vt diligenter eos probet, vt ſciret num quam dilectionẽ erga illũ haberent. Nam † ſeueritas] in illum faciebat, vt citius Bẽiamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaretur. *Et mandauit*, inquit, *vt ſacci eorum implerentur frumento, & reponeretur pecunia vniuſcuiuſque in ſaccũ ſuum, & daretur eis viaticum in itinere: & aſcenſis aſinis ſuis abierunt.* Vide quãta liberalitate vtatur, dum etiã inuitis eis benefacit: non frumentũ ſolũ dedit, ſed etiam pecuniã. *Cùm autem vnus ex eis aperuiſſet ſaccum ſuum, vt daret pabulum aſinis, vidit pecuniã, & dixit fratribus ſuis. Propter hoc attonitum eſt cor eorum, & turbati ſunt mutuum dicẽtes: Cur hoc fecit nobis deus?* Iterũ magis anxij facti ſunt, ſuſpicantes ne & hoc augmentũ eis eſſet criminũ, & à cõſcientia accuſati omnia tribuebãt peccato quod in Ioſeph admiſerant. Cùm veniſſent autẽ ad patrẽ, & omnia ei manifeſtè declaraſſent, narrauerunt indignationem principis Aegypti, quã experti ſunt: & ꝙ poſuerit eos in cuſtodia, quaſi ſpeculatores. *Diximus autem ei, quòd pacifici ſimus, & quòd duodecim ſimus fratres, & quòd vnus non ſuperſit, minimus autem ſit cum patre noſtro: Dixit autem nobis: In hoc declarabitis quòd pacifici ſitis, ſi fratre vno hîc relicto, adducetis fratrem veſtrum minorem: vt ſciam quòd non ſitis exploratores.* Hæc iterum exaſperauerunt iuſti mœſtitiam. Poſt narrationẽ autem hanc triſtem, cùm euacuaſſent omnes ſaccos ſuos, inuenit vnuſquiſque pecuniam ſuam, & timuerunt ipſi & pater eorum. Et vide, oro, iterũ hîc ſenem plorantẽ. Et quídnam dicit eis? *Me abſque liberis eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt, Symeon non eſt, & hunc Beniamin accipietis? Super me facta ſunt hæc omnia.* Non ſufficit mihi, inquit, luctus Ioſeph, ſed adiecistis ei & Symeonem: & neq; hic dolorũ meorum finis eſt, ſed & Bẽiamin accipere vultis. Super me facta ſunt hæc omnia. Sufficiunt hæc verba, vt videatur q̃ diſrupta fuerint patris viſcera. Quemadmodum enim ſibi omnis ſpes de Ioſeph adẽpta erat, (putabat enim eum à beſtiis deuoratũ) ita & neq; de Symone ſpẽ ſibi pollicebatur, nunc quoq; idem de Beniamin formidat. Veruntamẽ reluctabatur adhuc, & nõ dabat puerum. *Dicit autem ei Rubim primogenitus eius: Duos filios meos occide, ſi non reducam eum ad te. Da eum in manum meam, & ego reducam eum ad te.* Mihi, inquit, eum crede, mihi trade, & ego tibi eum reducam. Hoc autem faciebat Rubim, cogitans ꝙ non eſſet poſſibile, niſi puer ſimul deſcenderet, eos ad Aegyptum redire, & quæ ad alimẽta pertinebant emere. *Et non cedit pater, ſed dicit: nequaquam deſcendet filius meus vobiſcum.* Deinde & cauſam dicit, quaſi rationem reddens pueris, *Quia frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus erat relictus. Et continget, † quòd adoleſcens fortè peribit] in itinere, & deducetis ſenectam meã cum triſtitia ad inferos.* Timeo, inquit, ætati adoleſcentis: & ſuſpicor ne etiam hac conſolatione priuatus, cum dolore vitam finiam. Quandiu enim ille mecum eſt, videor mihi habere aliquam conſolationem, & huius conſuetudo minuit mihi dolorem quem ex fratre eius concepi. Et amor quidem erga Beniamin, non ſinebat

† miſericordia.]

† eũ, vtpote valde iuuenem perire.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.xliij. patrem vt illũ à se mandaret. *Violẽtior autem fuit fames,* A *& deficiebant eis cibi. Et dicit eis pater: Abite iterũ, afferte nobis pauca edulia. Dixit autem ei Iudas: Testando attestatus est nobis homo, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscũ fuerit. Itaque si mittis nobiscum fratrem nostrum iuniorem, descendemus & ememus tibi frumenta: sin minus, non ibimus. Nam homo dixit nobis: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior fuerit vobiscum.* Ne putes, inquit, sine fratre nos posse descendere illuc. Si enim vis nostrũ descensum irritũ, & nos omnino periculis inuolui, viã nostrã abimus: scias autem q; protestatus est ille, q; non visuri simus faciẽ eius, nisi frater iunior nobiscum aduenerit. Angustiæ vndiq; erant Iacob, ideo plorãs dicit ad eos: *Quare afflixistis me, quòd annunciastis viro quòd sit vobis frater?* Cur me afflixistis? quare mihi horũ malorũ autores facti estis? Nã si hoc ipsi non significassetis, nequaquã Symeone priuatus essem, nec illũ à vobis requisiuissẽt. *Illi autem dixerunt: Interrogauit* B *nos homo, num adhuc pater noster viuat, & num sit nobis frater, & annũciauimus ei. Nesciebamus quòd dicturus esset nobis, adducite fratrẽ vestrum.* Ne putes, inquit, sponte nos cõfessos esse viro, vt se habeant res nostræ. Quoniã enim quasi exploratores nos vinxit, interrogauit autẽ diligenter de rebus nostris, vt verè omnia testaremur, talia diximus. *Dixit autẽ Iudas ad patrẽ suũ: Mitte puerũ mecũ, & surgentes ibimus, vt viuamus & non moriamur.* Meæ, inquit, fidei illũ credito, vt accingamus nos itineri. Consumptis enim cibis, nulla nobis salutis spes erit, neque aliundè consuli nobis poterit. Ego accipio eũ à te, nisi reduxero eum & statuero coram te, obnoxius ero tibi omnibus diebus. Nisi eũ tandiu morati fuissemus, iam secundò reuertissemus. Compassio quam exhibemus puero, nobis omnibus erit causa interitus. Fame enim C peribimus, nisi eum nobiscũ mittas. Vide nũc hîc dilecte, quomodo famis necessitas patris amorem vicerit. Videns autem q; non aliundè famis cõsolationem habere posset, & fames indies magis & magis increscere: Si ita est, inquit, & oportet hoc omnino fieri, & non potestis descendere, nisi hunc acceperitis: debetis & dona afferre viro, & referre pecuniam quam in saccis vestris inuenistis. Accipite autem & pecuniam aliam, vt emere possitis frumẽta & fratrẽ vestrũ accipite. *Surgite igitur, & descendite ad hominẽ. Deus autẽ meus det vobis gratiã coram homine, & mittat fratrẽ vestrum vnũ, & Beniamin. Ego autẽ † quasi liberis careã, liberis orbus sum.*] Vide quomodo eximiã suam dilectionẽ declarat quã erga Ioseph habuit, vt ne quis existimet de Symeone vel de Bẽiamin hoc esse dictũ. Ego em̃, inquit, † quasi filiis orber.] Deus autẽ meus det vobis gratiã, & mittat D fratrẽ vestrum illũ vnum, & Beniamin. Nam licet illi, inquit, salui fuerint, ego quasi liberis careã, orbus sum. Cogita hîc, quomodo totus amori Ioseph deditus sit. Videns enim tantũ chorum liberorum se circũstantẽ, absq; filiis se esse putauit, quia illo priuatus erat: *Acceperunt autem viri dona, & pecuniã duplicem, & Beniamin, & descenderunt in Aegyptum, & steterunt corã Ioseph. Vidit autem eos Ioseph & Beniamin fratrem suũ, quem desiderabat.* Vidit tam optatum. Vidit satisfactum suo desiderio. *Et dixit præfecto domui suæ: Introduc homines in domum, & occide victimas: mecum enim comedent viri. Vt viderunt autem quòd introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: Propter pecuniam, quæ rediit in saccos nostros, inducimur, vt calumniam nobis intentet, & accipiat nos in seruos, & asinos nostros.* Ioseph quidem suam erga illos benignitatem declarãs, omnia disponebat. Illi autem anxij fuerunt, suspicãtes

† quẽadmodũ liberis orbatus fui, liberis orbat⁹ sum]

† sicut filiis orbat⁹ fui, filiis orbatus sum.]

ne pecuniarũ gratia pœnas luant, tanquã etiam in hoc malè fecissent. Et propterea cùm accessissent, causam † tristitiæ] proferunt præfecto domus, & narrãt quomodo pecuniam in saccis inuenerint, & dicunt: *Propterea duplicẽ nunc attulimus pecuniã nobiscũ, vt & priorem restituamus, & nunc denuò emamus frumenta.* Vide quomodo calamitates mentẽ eorũ fecerint ad misericordiam prõptiorem, & eos mansuetiores. *Dixit autẽ eis:* † *Propitius vobis est deus.*] *Non timete, deus vester, & deus patrum vestrorum dedit vobis thesauros in saccis vestris, pecuniã vestram bene probatam habeo.* Ne timeatis, inquit, neque huius gratia anxij sitis. Nullum vobis inde crimen imponetur, pecuniã enim plenè accepimus. A deo putate hoc esse factũ, & thesauros vobis in marsupiis vestris esse monstratos. *Et cùm hæc dixisset, eduxit Symeonem, & attulit aquam, vt lauarẽtur pedes eorum, & pabula dedit asinis eorum.* Vide quomodo preces patris omnia eis prospera faciebant: & sicut ille eis apprecatus est, cùm dixit, Deus patris mei gratiã vobis det: ita omnia facta sunt. Et præfectus domus etiam ante aduentũ Ioseph omnẽ eis benignitatẽ exhibuit. *Parauerunt autem dona Ioseph, & obtulerunt ei cùm ingressus esset, et adorauerunt eum super terram. Et iterum interrogauit eos, num bene habet pater vester senior, quem dixistis viuere? At illi dixerũt: Sanus est seruus tuus pater noster. Et dixit, Benedictus homo ille deo, et curuati adorauerunt. Vidit autem fratrem suum vterinum, & dixit: Hic est frater vester iunior, de quo dixeratis mihi vt duceretis ad mẽet dixit: Deus misereatur tui fili.* Cõsidera quãtam fortitudinem præ se ferat, & adhuc ignorantiam simulet, vt per sequentia experimentũ animi ipsorum accipere possit quomodo sint affecti erga Beniamin. Et quia vincebatur à natura sua, & conturbabantur viscera eius, quærebat vt fleret. *Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic: et abluta facie exiuit, et postea suam demonstrat benignitatem, & dicit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, vtpote tanquam regi et principi totius Aegypti, et illis seorsum, & Aegyptiis qui simul cœnabant cum eo seorsum. Non enim possunt Aegyptij comedere cum Hebræis: abominatio enim* † *sunt Aegyptiis. Sederunt autem coram eo: qui primùm, secundum senium suum, & iunior secundum iuuentutem suam.* Hoc illos in stuporem adduxit, & valde dubio animo fuerunt, vndénam ei cognitio tam variæ illorum ætatis. Et cum daret omnibus partes, Beniamin quintuplices dat. Et neque sic sentiunt quæ fiebant, sed putabant fortuitò quodam euentu ab eo fieri, & quòd adolescentiori, & inferiorem mensæ partem tenenti daret.

† contrietas.]

† pax vobiscum.]

† est.

Ca. xliiij. *Vocauit autem Ioseph eum qui domui suæ præerat, et mandauit ei, dicens: Imple saccos hominum frumentis, quanta ferre poterunt, et pecuniam similiter in saccos singulorum, et scyphum argenteum mitte in saccum iunioris.* Vide iterum qualem artem excogitet, vt diligentissimè mentem fratrum exploret, quam erga fratrem suum Beniamin habeãt. *Et his factis, dimisit eos. Et cùm iam arripuissent iter, dixit præfecto domus suæ. Surge, persequere eos, et dices: Quare retribuistis mala pro bonis? Quare furati estis scyphum meum argenteum? Nónne hic est è quo bibit dominus meus? Ipse autem auguratur in eo, mala sunt quæ perfecistis.* Postquam inuenit eos, dicit eis. Quare benefactori mala rependitis? quare malitiam vestram couſq; extendistis, vt ad eum quoque pertingeret qui erga vos tantam declarauit benignitatem? Quare non reueriti estis viri erga vos beneuolentiam? Quæ tanta malitia? quæ insania? Nescitis q; hoc sit vas, in quo auguratur: Malum est hoc opus vestrum, pernicioſum propositum, incõdonabilis conatus, magna audacia, & omnem transcendẽs malitiam.

Illi au-

Illi autem dixerunt: Quare loquitur dominus iuxta verba hæc? A Quare, inquit, obiicis nobis hoc crimẽ, à quo omnino sumus immunes? Absit vt serui tui iuxta verbũ hoc faciant, absit à nobis vt tale quid vnquã attentemus. Nã qui pecuniã duplicẽ attulimus, quo pacto furaremur argentũ vel aurũ? *Quòd si hoc putas, apud quẽ inuentũ fuerit vas, quod inquiris, ille quidẽ moriatur, vt qui tale fecerit op⁹, nos autẽ serui erimus.* Conscientię bonæ fiducia faciebat eos tam fidenter loqui. *Ille autẽ dixit: Et nunc sicut dixistis, erit. Apud quem inuentũ fuerit poculũ, hic solus meus seruus erit, vos autẽ dimittemini. Et cùm hæc dixissent, permiserunt ei vt scrutinium faceret: et scrutatus initio à seniore facto, donec veniat ad Beniamin, et illius aperto sacco, inuenit poculum.* Hoc confudit eorũ mentẽ. *Et discruperunt,* inquit, *vestimenta sua: & imposuerunt iumentis iterũ saccos, & reuersi sunt in ciuitatem. Et ingressus Iudas, & fratres sui ad Ioseph, ceciderunt corã eo super terrã.* Vides quoties adorationem faciũt. B *Dixit autem eis Ioseph: Quare hoc fecistis? Nesciebatis quòd augurando in hoc auguror? Dixit autem,* inquit, *Iudas: Quid contradicemus, vel quid loquemur domino vel quo iustificabimur? Deus inuenit iniustitiam seruorum tuorum.* Iterũ recordantur eorũ, quæ olim contra illũ fecerunt. *Ecce simus serui domino nostro & nos, et ille apud quem inuentum est poculũ.* Iam magnã declarant beneuolentiã, & seipsos cũ fratre in seruitutẽ subiiciunt. *Dixit autem Ioseph: Absit vt hoc faciam, homo apud quem inuentum fuerit poculum, ille erit meus seruus: vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum.*

Vide, quod timebat pater, hoc eis contigit: & in tam magnam deuenerunt turbationẽ, vt quid facerent nescirent. *Appropinquauit autem Iudas, et dixit:* Quia ipse erat ille qui & à patre eum acceperat, & dixerat: Nisi reduxero eum ad te, ero tibi obnoxius omnibus diebus. Idcirco & propior factus diligenter narrat ei omC nia, vt in cõmiserationem eo adducto, liberari faceret puerum. *Appropiauit enim,* inquit, *ei Iudas, et dixit. Oro domine, loquatur seruus tuus.* Attende, quomodo per omnia vt domino seruus loquitur, & in memoria habe somnia manipulorũ, propter quæ maiorem erga eum inuidiam acuerant, & obstupesce omnipotentem dei sapientiam, quomodo tantis obstaculis in medio positis, omnia opere sunt impleta. *Loquatur,* inquit, *seruus tuus coram te,* † *Domine tu*] *interrogasti seruos tuos, dicens: Habetis ne fratrem vel patrem, et diximus domino: Est nobis pater senex, & puerum senectutu iuuenem habet, et frater eius mortuus est.* Cogita hîc, quomodo se habuerit Ioseph hęc audiens. *Ille solus relictus est patri suo, pater autẽ eum diligit.* Quare autẽ & hîc mẽtitur, sic dicens: Frater eius mortuus est? Atqui eum negociatoribus vẽdiderant. Verùm quia sic patri persuaserunt, quasi occisus esset, & à D bestiis deuoratus. Aliter etiã: Quia nõ putauerunt eũ potuisse ferre barbarorũ seruitutem, & iam esse mortuum, & idcirco dicit: Frater eius mortuus est. *Dixisti autem seruis tuis. Deducite eum ad me, et* † *diligenter considerabo eum.*] *Et dixisti: Nisi descendat frater vester vobiscum, non apponatis vt videatis faciem meam. Factum est autem, quando ascendimus ad puerum tuum patrem nostrum, annunciauimus ei verba domini. Dixit autem pater noster nobis: Ite iterum, emite nobis pauca cibaria. Nos autem diximus ei: Non poterimus descendere, nisi frater noster descẽdat nobiscum. Dixit autem puer tuus pater noster: Vos scitis, quòd duos peperit mihi vxor, & egressus est vnus à me: & dixistis, quòd à bestia sit deuoratus.* Considera, quomodo per excusationem ludę, Ioseph omnia diligenter didicerit, quę post suam venditionẽ egerint domi, & qualia patri de se narrauerint. *Nunc igitur,* inquit, *si et hunc tuleritis, et acciderit ei aduersitas ali-*

† & ne trascaris seruo tuo domine. Tu]

† curã habebo ipsius.]

qua in via, deducetis senectutẽ meam cum mœrore ad inferos. Ita ergo patre nostro erga filiũ affecto, quomodo poterimus faciem eius videre, puero nõ existente nobiscum? Pendet enim anima eius ex huius anima, & deducẽt serui tui senectutẽ patris nostri serui tui cũ mœrore ad infernum. Ego seruus tuus accepi puerũ à patre suo, dicẽs: Nisi ipsum ad te reduxero, obnoxius ero patri omnibus diebus. Has promissiones feci patri, vt puerũ possim adducere, & implere quæ tibi videbantur, monstrarę̃q; q̃ verè dixerimus, & nullum mendacium à nobis sit prolatum. Nũc igitur manebo seruus pro puero, famulus domini, puer autem ascendat cum fratribus. *Quomodo enim ascendam ad patrem, cùm non sit nobiscũ puer? Vt ne videam mala, quæ inuenient patrem meum.* Confuderunt hæc Iosephũ, & satis ei demonstrarunt q; & patrem dignè colerent, & fratrem multũ amarẽt.

Et non vltrà potuit ferre, neque continere, sed repulsis omnibus circunstantibus se, solus inter eos relictus, emissa voce cum fletu, notum se fecit fratribus. Et hoc innotuit in toto regno, & in domo Pharaonis, & dicit fratribus suis: Ego sum Ioseph. Viuit ne adhuc pater meus? Admirari hîc subit & beati huius constantiã tantam, & q; sustinuerit hucusq; simulationem, & q; conditionem suam non declarauerit: atque vehementer obstupesco & potissimum admiror, quomodo illi potuerint stare, vel os aperire postea, quomodo illi non auolarit ab eis anima, quomodo non obstupuerit tota eorũ mens, quomodo nõ ceciderint in terram. *Et non potuerunt,* inquit, *fratres eius respondere ei: turbati enim erant.* Meritò, cogitãtes quomodo eũ affecerant, & qualis ipse erga se fuerat. Et cogitãtes gloriã in qua cõstitutus erat, de sua salute (vt ita dicã) anxij erãt: propterea volens eos animare, *Appropinquate,* inquit, *ad me: ne elongetis vos.* Ne cogitetis q; proprio consilio hæc cõtra me egeritis. Ista nõ tam vestræ ergа me adscribenda sunt iniquitati, q̃ diuinæ sapientiæ & ineffabili misericordiæ: vt huc aduenientes, nunc tẽpestiuè & vobis & huic regioni possim suppeditare alimenta. *Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nunc igitur, ne sitis tristes.* Ne vos, inquit, hoc cõturbet: ne asperum vobis videatur quod factũ est. Dei enim dispensatione contigerunt hæc. Deus enim me misit in vitã ante vos. Nam hic secundus annus famis super terrã, & adhuc restant quinq; anni, in quibus nõ erit aratio, neq; messis. *Misit enim me deus ante vos, vt relinqueretur vobis portio super terrã. Nunc igitur nõ vos me misistis huc, sed deus.* Vide quomodo ipsemet, & iterum, & tertiò cõsolatur illos, dicens, se nõ ipsis asscribere causam sui ingressus in Aegyptũ, sed deum hoc fecisse vt ipse in hanc veniret gloriã. *Deus,* inquit, *misit me, & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominũ totius domus illius, & principem totius Aegypti.* Illa, inquit, seruitus hunc principatũ mihi conciliauit, illa venditio in hanc me gloriã euexit, illa afflictio huius mihi honoris occasio fuit, illa inuidia hãc mihi claritudinẽ peperit. Hæc nos nõ solũ audiamus, sed & imitemur: & ita solemur eos qui nos afflixere, nõ imputantes eis quæ in nos admiserunt, & omnia magna ferentes beneuolẽtia: sicut ille admirandus. Igitur, inquit, † vt credatis,] q; non vobis † cũ à me audieris.] asscribam quæ contra me à vobis facta, sed q; liberem vos criminibus: deo autem totum tribuam, qui illa ita dispensauit, vt præsentẽ gloriam sic acquirerem: *Ideo festinate, ascendite ad patrem meum, & dicite ei: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me deus dominum totius terræ Aegypti, descende ad me, & ne differas, & habitabis in terra Gessen, & eris apud me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, & oues &*

Universidad de Deusto Biblioteca

boues, & quæcũque habes, & alam te. Adhuc enim quinque annis fames, vt non delearis tu & filij tui, & omnis ſubſtãtia tua. Ecce oculi veſtri vident, & oculi Beniamin fratris veſtri, quòd ore meo vobis loquor: Annunciate patri meo omnem gloriã meã quæ eſt in Aegypto, & quæcũque vidiſtis, & feſtinãtes deducite eum. Poſtquã hæc omnia dixit, & ſatis eos conſolatus eſt, & mandatũ dedit, vt de rebus & ſtatu ſuo patrem certiorẽ redderent, ſtatímq; adducerent, recidit in collum Beniamin fratris ſui, & fleuit: & ille viciſſim fleuit ſuper eo, & oſculatus eſt omnes fratres ſuos, & fleuit ſuper eos. Deniq; poſt tantũ colloquiũ & lachrymas, & conſolationẽ, & conſilium quod eis dedit, vix potuerunt cum eo loqui. *Poſt hæc enim,* inquit, *loquebantur ei. Hæc autem omnia inuulgata ſunt, & celebrata in domo Pharaonis, & gauiſus eſt, & omnes qui in domo eius.* Exhilarauit, inquit, omnes agnitio fratrum Ioſeph. *Et dixit Pharao Ioſeph: Dic fratribus tuis, hoc facite, Implete vehicula veſtra frumento, & abite, & aſſumpto patre veſtro redite ad me, & dabo vobis † omnia bona] Aegypti: tu autem manda, vt accipiant plauſtra pueris & vxoribus.* Vide & regem, quomodo iam curã agit de reditu Iacob. *Et aſſumpto,* inquit, *patre veſtro venite, & † ne dimittatis oculis quicquam ſupellectilis veſtræ.] Omnia enim bona Aegypti veſtra erunt. Fecerunt autem ſic filij Iſrael. Dedit autẽ Ioſeph eis currus, iuxta mandatum regis, & omnibus quidem dedit binas ſtolas. Beniamin autem dedit trecentos aureos, & quinque ſtolas † eximias: & patri ſuo miſit ſimiliter, & decem aſinos ferentes de bonis Aegypti, & decem mulas ferentes panes patri ſuo in viam. Quibus omnibus datis, miſit fratres ſuos, & profecti ſunt: dixítque eis: Ne iraſcamini in via.* Vide mentem moribus optimis præditam: non ſolum ipſe dimiſit iram, & à criminibus liberauit, ſed & ipſos admonet, ne iraſcantur in via, neque inter ſe de factis contendant. Nam cùm ſteterunt mane apud Ioſeph, dicebant inter ſe, Merito: in peccatis enim ſumus propter fratrem noſtrum, quia deſpeximus eius afflictionem. & exurgens Rubim, dicebat: Non dixi vobis, ne iniuria afficiatis puerum, & non exaudiſtis me? Multo igitur magis veriſimile erat, quòd in via inter ſe rixaturi eſſent: propterea comprimens eorum iram & contentionem mutuam, dicit: Ne iraſcamini in via, ſed cogitantes quòd ego non habuerim pro crimine quæ in me admiſiſtis, ipſi etiam vos beneuolentia viciſſim proſequamini. Quis pro dignitate admiraretur viri huius virtutem, qui nouę legis philoſophiam magna adimpleuit diligentia? Et id quod Chriſtus admonet diſcipulos: Diligite inimicos veſtros, orate pro perſequentibus vos: hoc ille & multo magis fecit. Neque enim ſolum tantam declarauit charitatem erga eos qui ſe occiderant, quantum in eis erat: ſed omnia facit, vt demonſtraret eis, quòd nihil in ſe peccarint. O ſapientiæ excellentiam, ô beneuolentiæ coaceruationem, & dilectionis * dei largitatem. Nõ vos, inquit, hæc mihi feciſtis, ſed dei erga me prouidentia hæc fieri permiſit, vt mihi ſomniorum euentus concedatur. Ita vt in afflictionibus & in tentationibus eſſe, ſi ſobrij ſimus, diuinæ ſit erga nos prouidentiæ & beneuolentiæ. Ne igitur in omnibus proſperitatem & affluẽtiam inquiramus, ſed & ſiue in proſperitate ſimus ſiue aduerſitate, ſimiliter gratias offeramus domino, vt viſa gratitudine noſtra, largiorem ſuã erga nos declaret prouidentiam. Quod nobis omnibus cõcedatur, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui cum patre & ſancto ſpiritu ſit gloria, imperium, honor nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

[Margin: † ex omnibus bonis] — † ne parcatis oculis ſupellectilibus veſtris.] — † mutatorias.] — Luc. 6. d — * πρὸς θεὸν erga deũ vel dei paſſiue.]

Et aſcenderunt ex Aegypto & venerunt in terram Chanaã ad Iacob patrẽ ſuum: & nunciauerunt ei dicentes, filius tuus Ioſeph viuit, & dominatur toti terræ Aegypti. Et obſtupuit Iacob, non enim credidit eis.

Homilia LXV.

VIdiſtis ex hiis quę heri dicta ſunt, dilectionem Ioſeph, & inenarrabilem clementiam, quam erga fratres ſuos declarauit: non ſolum non faciendo memoriam eorum quæ in ſe admiſerant, ſed & redituros ad parentem admonuit, conſulendo ne inter ſe iurgentur ſuper his quæ in ipſum admiſerant, ſed dimiſſa omni ira, pacificè ambulẽt. Operæpreciũ eſt autem & quæ ſequuntur recenſere, vt videamus & horum ad patrem reditum, & deſcẽſum Iacob in Aegyptum: & quomodo eum reflorere fecerint ea quæ de Ioſeph cognouit, & quaſi (vt ſic dicã) de ſene iuuenem reddiderint. Quis enim ſermone cõplecti poſſet voluptatẽ, in qua tunc fuerit cùm diſceret, Ioſeph viuere, & in tanta dignitate conſtitutum? Inexpectata enim bona maiorem voluptatem afferre ſolent. Quem enim putabat ante tot annos fuiſſe à beſtiis deuoratũ, vt intellexit tenere imperium totius Aegypti quomodo non præ magnitudine gaudiorum mente exceſſit? Idem enim facere ſolet immodicum gaudium, quod excellens triſtitia. Et videre licet multos effundere lachrymas præ gaudio immenſo, alios etiam ſæpe obſtupeſcere quando fieri vident quæ non expectauerant: & quos mortuos eſſe putabant, repentè viuos vident. Sed vt manifeſtior fiat ſermo noſter, audiamus lecta. *Et aſcenderunt,* inquit, *ex Aegypto, & venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem ſuum, & annunciauerunt ei, dicentes: Filius tuus Ioſeph viuit, & ipſe dominatur toti terræ Aegypti. Et exceſſit mente Iacob: non enim credidit eis.* Vides id quod dicebam, incredibile ei viſum eſſe quod de Ioſeph annunciabatur, ita vt mente concuteretur, & quæ à fratribus fiebãt, deceptionẽ eſſe putaret? Qui enim tunc attulerãt veſtẽ ſanguine hædi inquinatã, & patri perſuaſerant ꝙ à beſtiis eſſet deuoratus: nunc dicunt ꝙ viuat, & dominetur in tota Aegypto. Et turbata mẽte cogitabat apud ſe, quomodo rationi eſſet cõſentaneum. Nam ſi verũ illud quod prius dictũ, quomodo hoc poterat credi? Si autẽ hoc credendũ & verum, illud neceſſario fuerit mendaciũ. Turbauit autẽ eum maximè quod illud à filiis antea audierat, & alia nunc ab eiſdẽ diſceret. Vidẽtes igitur patris turbationem, & volentes ei pluribus argumentis perſuadere ꝙ verũ dicerent, locuti ſunt ei omnia quæ à Ioſeph dicta erant, & quæcunq; dixerat eis, & poſtea protulerunt plauſtra, & dona quæ à Ioſeph miſſa erant, & vix tandem fecerũt fidẽ patri, non eſſe mentita quæ illi dicebant. Nam videns plauſtra quæ miſſa erant, vt deſcenderent in Aegyptũ, inquit: *Redaccẽſus eſt* (inquit) *ſenex decrepitus, terrã ſpectans.* Quid eſt, redaccenſus eſt? Sicut ignis in ampulla, quando deficit olei alimonia & iam extinguitur, ſi parum quis olei infuderit, repentè qui extingui putabatur, clariorem emittit lucem: ita & ſenex ille præ triſtitia iam extingui videbatur. Noluit enim, inquit, conſolationem accipere, dicens: Deſcendam lugens in infernum. Vbi autem cognouit quòd viueret filius, & quòd dominaretur in tota Aegypto, & vidit plauſtra, redaccenſus eſt, & iuuenis ex ſene factus. Depoſuit mœroris nebulam, diſpulit cogitationum tempeſtatem, tranquillus poſtea fuit. Hæc autem omnia deus diſpenſabat, vt iuſtus tam multorum laborum conſolationem inueniret, & particeps fieret fœlicitatis pueri: & præterea vt ſomnium impleretur id quod

id quod ipſe interpretatus erat dicens: Nunquid veniemus ego & mater tua, & fratres tui, vt adorem⁹ te? Et credidit dictis atque factis, & dixit, inquit: *Magna mihi ſunt, ſi adhuc viuit Ioſeph: ibo igitur, & videbo eũ priuſquã moriar.* Magna ſunr mihi, inquit, & excedunt omnem cogitationẽ, & obſcurant omnem humanam lętitiã. Si adhuc filius meus Ioſeph viuit, ibo & videbo eum. Feſtinemus igitur, vt eius colloquio potiar priuſquam moriar. Nunc, inquit, iuuenis ille erexit mentẽ meam, & fugauit ſenectutis infirmitatẽ, & roborauit rationẽ. Quòd ſi & colloqui contingat, perfectã lætitiã aſſequutus moriar. Et nihil moratus ſenex itineri ſe accinxit, feſtinans & vrgens vt videret tam deſideratum filiũ, vtq; ante tot annos mortuum, & (vt putabat) factum cibum beſtiarũ, videret nunc regẽ Aegypti factũ. *Et cum veniſſet ad fontem iuramenti, preces* (quibus gratias agebat) *obtulit domino, & ſacrificauit ſacrificium deo patris Iſaac.* Hæc audientes, diſcamus quando quid facturi, vel negotium aliquod cœpturi, vel peregrinationẽ ſuſcepturi ſumus, vt offeramus dño ſacrificium precũ, & eius adiutoriũ inuocemus, & ſic inſtitutum aggrediamur, imitantes illorum iuſtorũ pietatem ſacrificauit ſacrificiũ deo patris ſui Iſaac. Hîc diſcamus, ꝙ veſtigia patris ſui ſequutus ſit, & hoc in cultu diuino declarauerit, ſicut Iſaac. Et quia ſuã gratitudinem prius per gratiarum actionẽ oſtendit, ſtatim ſubſecuta ſunt etiam ea quæ ſupernæ gratiæ fuerunt. Nã quia videbat tantum itineris ſpacium, & cogitabat ſuã decrepitã ætatẽ, veritus ne morte præoccupatus à colloquio & aſpectu filij deſtituerẽt, precatur dominũ vt tantã ſibi vitæ menſuram concedat, vt perfecta voluptate fruatur. Sed vide, quomodo bonus dñs multis argumentis iuſtũ ſecurũ reddat. Dixit enim deus Iſraël in viſione noctis: *Iacob Iacob, ego ſum deus patrum tuorum, ne timeas deſcendere in Aegyptum. In magnam enim gentem faciã te illic: ego deſcendam tecum, & reducã te in finem, & Ioſeph imponet manus ſuper oculos tuos.* Vide quomodo ea quæ iuſtus ille deſiderabat, ea illi deus pollicetur: imò & multo maiora. Liberalitate enim ſua noſtras petitiones tranſcẽdit, ſeruãs ſolitam ſuam miſericordiã. Ne timeas, inquit, deſcendere in Aegyptum. Quoniam anxius erat ob viæ prolixitatẽ, ideo dicit: Ne reſpicias ad infirmitatem ſenectutis, in gentem em̃ magnã faciã te illic: & deſcendam tecũ in Aegyptũ, ego te comitabor, & omnia tua proſpera reddam. Aduerte quomodo verba humilitati noſtræ attẽperet: Deſcendã, inquit, tecum in Aegyptũ. Quid hoc beatius fuerit, q̃ deum ipſum habere comitem itineris? Sequitur poſtea cõſolatio, qua plurimũ indigebat ſenex. Et Ioſeph, inquit, imponet man⁹ ſuper oculos tuos. Ille dilect⁹ tu⁹, ipſe te fouebit, & manus imponet ſuper oculos tuos. Gaudens itaque, & totus ſecurus iter † ingredi cœpit.] Cogita hîc obſecro iuſtũ, q̃ iucundũ fecerit iter, acceptis tam certis dei promiſſionibus. *Surrexit autem Iacob, et filij eius, & acceperunt omnem poſſeſſionem ſuam, et venerunt in Aegyptum. In ſexaginta ſex animabus deſcendit Iacob in Aegyptum: & Ioſeph ac filij eius, qui nati ſunt ei in Aegypto, nouem erant, et ita cũ Ioſeph erant omnes animæ ſeptuagintaquinque.* Quare ſcriptura numerum tanta diligentia annotauit? Vt ſcire poſſimus, quomodo dei prędictio impleta ſit, dicens: In gẽtem magnam faciã te illic. Nã ex his ſeptuagintaquinque animabus in ſexcenta millia genus Iſraël propagatum eſt. Vidiſti quomodo non fruſtra, neque temerè numerum eorum qui in Aegyptum deſcenderunt, nos docuerit: ſed vt ſcire poſſimus q̃ multi ex tam paucis facti ſint, & diuinis promiſſionibus ne minus credamus. Nam quando cogitas, ꝙ poſt mortem Iacob & Ioſeph tanta machinatione vſus Aegyptorũ rex, vt numerum eorum minueret & paruum faceret, ne in tantam propagaretur multitudinem: nihil potuerit, ſed magis & magis creuerit populus: admirare & ſtupeſce miſericordiam dei, & ꝙ non ſit impoſſibile irrita eſſe quæ ipſe decreuerit, etiam ſi infinita machinentur alij. Cæterum videamus cõtextum totum, vt ſcias quomodo occurrerit ipſi Iacob. *Quando autẽ appropinquauit in terram Aegypti, miſit Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt ſignificaret illi patris aduentum. Igitur Ioſeph vt didicit, iunxit currus, et aſcendit in occurſum patri. Et mox atque vidit eum, recidit in collum eius, et fleuit fletu multo.* Hoc erat id quod initio dicebam, ꝙ ſæpe ingens voluptas profundere lachrymas facit. Recidit, inquit, in collũ eius, & fleuit: nõ dixit hoc ſimpliciter, ſed fletu magno. Statim enim in mentem ſibi venerũt quę interim patri propter ſe acciderant, & cogitans tam prolixũ interceſſiſſe tempus, & ꝙ præter omnem expectationẽ & ipſe patrem, & pater filium videret, fontes emiſit lachrymarum: ſimul & magnã declarans lætitiam, & gratias domino agens pro benefactis. Et dixit Iacob ad Ioſeph: *Moriar nunc, quia vidi faciem tuam. Adhuc enim tu viuis?* Votorum, inquit, cõpos factus ſum, aſſequutus ſum quod nunquã expectaui: euenerunt mihi quæ nunquam ſperaueram. Reliquum contentus ſum vita. Vidi enim quem deſideraui, & ſufficit mihi ad lętitiam omnem, vidiſſe quòd tu adhuc viuis, qui pridẽ mortuus, & à beſtiis deuoratus es habit⁹. Paterna vox & plena dilectione, ſatiſque affectionem animæ eius declarans. Dixit autem Ioſeph fratribus ſuis: *Deſcendam, et annunciabo Pharaoni quòd fratres mei venerint, & ſint paſtores: Viri enim ſunt armentarij, et ſecum adduxerunt pecora & boues. Si igitur vocauerit vos Pharao, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum? dicite: Pecorum paſtores ſumus. Abominatio enim Aegyptiorum eſt omnis opilio.* Vide prudentiam, & quale conſilium eis det, nõ ſimpliciter neque fortuito hęc conſulens, ſed volens eos ſimul in maiori ſecuritate & abundantia agere, neque commercium habere cum Aegyptiis. Nam quia illi abominabãtur & contemnebant paſtoritiam agentes vitam, vtpote ipſi diſciplinis Aegyptiorum vacantes, propterea admonet ſtudium ſuum prætexere, vt ſic rationabili & honeſta occaſione optima terrę portio eis ſegregetur, quò in ſumma trãquillitate & abundantia viuere poſſint. *Et acceptis quinque fratribus ſuis, introduxit eos ad Pharaonem. Et interrogauit eos: Quod eſt opus veſtrum? & dixerũt. Armentarij ſumus, nunc igitur habitabimus in terra Geſſen. Dixit autem Pharao: habitent. Si autem ſcis aliquos ex eis, qui ſint viri induſtrij, conſtitue eos magiſtros meorum pecorum.* Sicut conſueuerat Ioſeph, ita reſponſum dederunt fratres Pharaoni: & cõceſſũ eſt eis habitare in terra Geſſen. Cæterũ Pharao declarans ſuã erga Ioſeph beneuolentiã, dicit: Si noſti in eis aliquos induſtrios, etiã meorum pecorũ magiſtros conſtitue. *Introduxit autem & patrem ad Pharaonẽ. Et dixit Pharao ad Iacob, Quot ſunt anni dierũ vitæ tuæ?* Quoniã vidit ſenem profundiſſimæ ſenectutis, quærit annorũ numerum. *Et dicit Iacob: Dies annorum vitæ meæ, quibus peregrinus ſum.* Vide quomodo omnes iuſti in hac vita haud ſecus atque in peregrrnatione verſarẽtur, ita affecti ſunt. Audies em̃ & Dauid poſt hæc dicentem: Quia peregrinus ego ſum & aduena: ſicut & hic dicit, dies annorum vitæ meæ

[Margin: Cap. xlvi. — † arripe. — Pſal. 38. c.]

Heb. 11. c tæ meæ,quibus peregrinus sum. Propterea & Paulus A dicebat de iustis illis, ꝙ cōfitebantur quasi peregrini, & aduenæ sint super terram. *Dies*,inquit,*annorum vitæ meæ quibus peregrinus sum , centum triginta anni , pauci & mali fuerunt,& non peruenerunt ad dies annorum vitæ patrum meorū.* Quibus diebus,inquit,peregrinus fui,pauci & mali fuerunt.Significat hîc annos seruitutis,quā sustinuit apud Labā,ꝓpter fugā, quā propter fratrem fecit:deinde post reditū ab eo loco , luctū quem tanto tempore habuit,& propter mortē Ioseph,& alias miserias.Quantū em̄ timorē eum habuisse putas, quādo propter sororem Symeon & Leui omnes ciuitatis viros occiderunt,& omnes qui in Sycimis erant, captiuos duxerūt?Dicebat em̄ & tunc , indicans animi angorem in quo erat:Inuidiosum me fecistis , ita vt malus habear inter habitantes terram.Ego autem in paruo numero sum,& congregati super me,perdent me: B & delebor & ego & domꝰ mea.Propterea dicit:Pauci & mali dies annorū vitæ meæ. *Et Ioseph habitare fecit patrem suum & fratres suos,& dedit possessionē in terra Aegypti in meliori terra,in terra Ramesse , sicut præceperat Pharao:& frumentū metiebatur Ioseph patri & fratribus suis, & omni domui patris sui frumentū secundū corpus.*Hoc erat qđ dicebat fratribus, ꝙ misit me deus ante vos , vt relinqueretur vobis portio super terrā,& ꝙ in vitam misit me deus ante vos. Frumēta metiebatur,inquit,eis secundum corpus.Quid est secundum corpus? quātum sufficiebat vnicuique. Mos em̄ est scripturæ aliquando ab anima totum hominem nominare , aliquando à corpore. Et sicut superius dicebat , in septuagintaquinque animabus descendit Iacob in Aegyptum:vt dicat septuagintaquinque viros & mulieres:sic & hîc pro singulis hominibus.Et tota quidem Aegyptus & C Chananæorum regio fame laborabant,ipsi autē prospere agebant,habentes quasi ex fontibus profluentia frumenta.Frumentū em̄,inquit,non erat in omni terra.Inualuit em̄ fames supra modū. *Defecit autem terra Aegypti & terra Chanaan præ fame.* Vide ineffabilē dei solicitudinem & prouidentiam : quomodo anteaquā incrudesceret fames,iustū in Aegyptū deduxerit , ne quam sentiret angustiam,quæ vētura erat in Chanaā. Et omnibus illuc decurrētibus, *Congregauit*,inquit,*Ioseph omnem pecuniam,tam eorum qui erant in Aegypto,quàm eorum qui erant in Chanaan , & sic frumenta eis dispensauit. Et defecit postea pecunia. Importauit enim omnem in domum Pharaonis. Venerunt autem Aegyptij omnes,& dicebant:Da nobis panes : & cur morimur ante te ? Defecit enim pecunia.* Non sunt nobis,inquiunt,plures pecunię,vt emamus, & ideo fame perimus. Ne igitur despicias nos , qui à D †fame ita infestamur, sed præbe nobis panes vt viuamus,& ne moriamur. (†morte.) *Dixit autem eis Ioseph: Afferte pecora vestra,& dabo vobis panes.* Si non suppetit vobis pecunia,inquit,accipio & pecora. Defecit pecunia, adducite pecora vestra,& accipietis panes. *Adduxerūt autem pecora,& dedit eis pro equis,et ouibus & bobus,& asinis, & aluit eos pro pecoribus suis. Venerunt autē ad eum et anno sequenti,et dixerunt ei:Ne fortè pereamus, neque pecunia nobis suppetit,neque pecora:oīa enim apud te dominū nostrū sunt, nihil enim nobis aliud relictū est,quàm propriū corpus et terra nostra.Vt igitur non pereamus, posside nos et terram nostram pro panibus,& erimus etiam nos et terra nostra serui Pharaonis: & da semen,vt seminemus et viuamus, et terra non redigatur in solitudinem.* Seipsos in seruitutē subiecerūt, & terrā vendiderunt , ita vt ali possint : tanta famis necessitas facta est. (†acquisiuit) *Et †possedit Ioseph terrā Aegyptiorum Pharaoni.*

A *Vendiderunt enim eam fame coacti.Et facta est terra Pharaonis,et populum sibi in seruos subiecit ab extremis finibus Aegypti, vsque ad extremos:excepta terra sacerdotum. Illis enim dedit Pharao †certas donationes,] et comederunt, et propterea non vendiderunt terram suam.* (†cibos.) Vide quantus intellectus , & quanta sapientia Ioseph fuerit. Illos neque famē experiri permisit, & omnē terram acquisiuit Pharaoni. Postquā autem Aegyptij omnes in seruitutem fuerūt subiecti,vide (obsecro) hîc iterum eximiam diligentiam,& prouidentiā,quam erga illos habet. Dixit em̄ Aegyptiis: Ecce †possideo vos & terrā vestram hodie Pharaoni. (†acquisiui) Accipite igitur vobis semina, & seminate terram:& si fuerint prouentus, dabitis quintam partē Pharaoni.Quatuor autem partes erunt vestræ in semen terræ,& in cibum vobis , & toti domui vestræ. Magna liberalitas,ingens prouidētia, ineffabilis solicitudo.Ideo & illi experti beneficia, dicunt: B *Saluasti nos, inuenimus enim gratiam coram domino nostro, & erimus serui Pharaonis.* Vidisti liberalitatem ? Nam quia vidit eos constrictos nimia penuria, cogitans quantum laborē & ærumnā sustinere cogātur colēdo terrā,dicit: Semen vobis ego suppeditabo, vos autem omnē aliā curam exhibete.Et si fuerint vobis prouentus,dabitis partem vnam,quatuor autem vestræ erunt,& merces laborū,& alimoniæ sumptus. Hoc autem mandatum posuit eis Ioseph,vt †ita tributum penderent] Pharaoni,excepta sola sacerdotum terra. (†quintam partē darent. sacerdotū dignitas.) Audiant qui nunc viuunt, quantam olim sacerdotum idolorum curam habuerint, & discant vt vel saltem parem habeāt honorem his quibus omnium dei ministeriū creditum, & sacerdotio insigniti sunt. Si enim errantes illi,& tātam idolorum curam habentes,quia ex hoc putabant C idola magis coli,si ita eorum ministros colerent:quāta non condēnatione digni,qui nunc imminuūt quod ad illorum spectat cultum? An nescitis , ꝙ honor ad deum ipsum pertinet?ne igitur respicias eum cui honor confertur. Non enim propter illum debes quod tuum est facere,sed propter illum cuius sacerdos est, vt & ab illo retributiones vbertim accipias . Propter quod & dicebat:Qui fecerit vni horum,mihi fecit: & qui accipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. (Mat.25.d Matt.10.d.) Num à dignitate vel vilitate ministrorum tibi retribuet dominus ? Ob alacritatem tuam vel coronat,vel condemnat.Et sicut honor qui propter ipsum impenditur,multū parit fiduciæ (propria em̄ sibi facit deus, quæ in seruos suos collocātur) ita & illorum contemptus multam è supernis pœnam nobis deferet. Igitur sicut suum esse honorem , ita & D contemptum dicit : id quod scientes , nunquā negligamus cultum qui sacerdotibus dei debetur. Et hæc dico , non tantam illorum rationem habens , quantam vestræ charitatis, cupiens vos in omnibus lucrifacere. Quid enim tantum das, quātum accipis à domino?Quantum autem cultum affers? Attamē & pro illo vili,& qui in præsenti vita simul dissoluitur, immortales accipies mercedes, & ineffabilia bona. Hęc mente versemus, & properemus ad eorum obsequia, non attendentes sumptum , sed lucrum & accessionem quæ inde nascuntur. Nam si videntes viri alicuius seculari dignitate insignis familiarem,operam damus vt quantum possibile est illi præstemus obsequium, cogitantes quòd quæ illi fiunt , eius domino accedant: & quòd ille familiaris vbi significarit patrono suo,maiorem nobis apud eum fauorem conciliet:multo magis hoc erit apud vniuersorum dominum.

num.Nam si quando quis in vulgarem aliquem & abiectū,benignitatē & compassionem aliquam declararit:dominus quæ fiunt,sibi propria faciens , promittit se in regnū introducturum eos qui aliquid boni illi fecerint,& dicturū:Venite benedicti patris mei , quia esuriui,& dedistis mihi quod comederem:multo magis eos,qui ꝓpter deum affligūtur, & sacerdotio insigniti sunt,si quis obseruauerit,non solum parem assequetur retributionē,sed multipliciter maiorē, misericorde deo ex abūdantia misericordiæ semper ea quæ à deo nobis fiunt,vincēte. (Mat.25.c) Ne igitur simus deteriores infidelibus , qui ꝓpter idolorū errorem adhuc tātum cultum exhibent illorum famulis: sed quantum distat error & veritas,tantum distāt & illorum & dei sacerdotes.Tam excellentē igitur & honorem impendere debemus,vt multo plures è supernis nobis retributiones accrescant. *Habitauit autem Iacob in Aegypto, & B †auctus est,& multiplicatus valde.*](†aucti sunt, & multiplicati sunt valde.)Erat enim & hæc promissio dei ei facta, Faciam te illic in gentē magnam. *Et superuixit Iacob decem & septem annis. Et facti sunt dies Iacob anni cētum quadragintaseptem.* Propterea deus dimensus est ei hoc tempus vitæ,vt miseriæ,quam toto vitæ tempore sustinuit, consolatione magna accepta hinc migraret. Verum si vultis vt non multitudine dictorum memoriā vestrā obruamus , quæ reliqua sunt reseruabimus, & finem sermonis faciemus. Vestram autem charitatem hoc rogauerimus,vt diligenter his quæ dicuntur intendatis, & ipsa perpetuæ memoriæ cōmendetis , continuo in mente vestra versantes , & cogitantes quantā patiētiam iusti sustinuerint,quámque longanimitatē & fidem in promissionibus dei habuerint , non animo fluctuantes propter ea quæ post promissiones eueniebāt : sed fidentes eius qui promiserat virtuti , omnia æquo animo ferebant : & pro- C pterea probati fuerint. Ecce enim & iustus ille Iosephum,postquā tot annis luxit quasi mortuum, vidit regnū Aegypti tenere. Et admirabilis Ioseph,post seruitutem, post carcerē , post alia omnia quæ sustinuit, principatū totius regionis suscepit.Et si accedere volumus ad eas quæ in sacra scriptura continētur historias,inueniemus omnes virtute præditos per tētationes ingressos, & sic magnā à deo assequutos gratiam: quā si & nos conciliare nobis volumus, ne simus tristes in tētationibus, ne grauatim feramus quæ nobis obueniunt:sed magis gaudeamus & lętemur fide corroborati,scientes ꝙ hac ratione potissimū diuina prouidentia fruamur,si cū gratiarum actione omnia ferre meditemur. Vt autē omnes nos & præsentem vitā in virtutibus transigamus , & futura cōsequamur bo- D na,concedat nobis per misericordiā & gratiam suam dominus noster Iesus Christus,cui cum patre & sancto spiritu sit gloria,imperium, honor nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Appropinquauerunt autem dies Israel vt moreretur : & vocauit filium suum Ioseph. Homilia LXVI.

AGe hodie finem imponamus narrationi & historiæ Iacob, & videamus quænam sint illa quæ iam moriturus disponat & ordinet. Verum nullus ad præsentium rerum statum spectet , ac talia exigat ab his qui tunc fuerunt iusti, qualia nunc in vita sapienter instituta fideles præstare conuenit , sed secundum tempora & res iudicet. Hæc autem dedita opera prius dixerim, propter ea quæ à patriarcha ipsi Ioseph dicentur. Qualia autem sint audiamus . *Appropinquauerunt autem dies Israel, vt*

A *moreretur , & vocauit filium suum Ioseph, & dixit ei : Si inueni gratiam apud te , suppone manum tuam subter fœmur meum,& facies mecum misericordiam & veritatem , vt non sepeliar ego in Aegypto,sed dormiam cum patribus meis : & auferas me ex Aegypto,& sepelias me in sepulchro eorum. Ille autem dixit:Faciam secundum verbum tuū.Dixit autem : Iura mihi . & iurauit ei,& adorauit Israel ad fastigium virgæ eius.* Multi abiectioris animi , quando à nobis admonentur ne magnam curam sepulturæ habeant, neque rem multo studio dignam arbitrentur, ab aliena terra in suam patriam mortuorum reliquias reduci : hanc nobis prætexunt historiam , dicentes , etiam patriarcham huius rei tantam fecisse curam. Verum primū quidem,sicut dixi,cogitare oportet ꝙ non tanta tunc exigebatur philosophia,quanta ab his qui nunt viuūt: deinde ꝙ & patriarcha hoc non simpliciter voluerit B fieri,sed spem bonam illis pollicens , quòd & sui vel sero aliquādo redituri essent in terram promissionis. Et quòd ob hanc causam hoc præceperit,manifestius nos docet illius puer dicens: Visitando visitabit vos Gen.50.d deus,& simul feretis ossa mea hinc. Quod enim oculis fidei futura prēuiderent,audi illū iam vocare mortem suam dormitionem: dicit enim , Dormiam cum patribus meis.Propterea & Paulus dicebat:Iuxta fidē Heb.11.c. mortui sunt hi omnes, non accepta promissione : sed procul eam viderunt & salutarunt , quomodo ? oculis fidei futura videbant.Nullus igitur putet hoc pusillanimitatis esse testamentum,sed & à tempore,& à prēuidendo futurum reditum, omni culpa excuset iustū. Nunc enim quoniā ea quæ ad sapiētiorem vitam attinent,post aduentū Christi aucta sunt, meritò quis reprehenderit eum cui talia sunt curæ. Neque dicat C quis miserum in alieno solo vitam finientem , neque eum qui in solitudine ex hac vita decedit. Neq; enim ille dignus vt miser dicatur:sed qui in peccatis mortuus est,etiam super lectum,etiā si præsentibus amicis omnibus spiritum exhalet.Et ne mihi frigida illa verba,ridiculáq; & insipientiæ plena dicat aliquis, quòd ille cane vilius est mortuus,nullo familiariū præsente, neque sepultura & funus ei cōtigerunt:sed collectitia stipe iusta facta sunt. Nō est hoc,ô homo,cane ignominiosius mortuū esse. Quid enim ille damni sensit? †sed si caret virtutis amictu se tegente .] (†dūmodo virtutis amictū eū tegentē habuerit.) Nam ꝙ hoc non offendat iustū virtute prēditum,disce:quia plerique iustorum, prophetas dico & apostolos, vbi siti sint,paucis exceptis,ignoramus. Et alij quidem capite truncati,alij lapidati, mortui sunt:& alij innumeris & variis pœnis seipsos exposuerūt propter pietatem, D omnes propter Christum martyres facti sunt : & nullus de illis dicere ausus fuerit , ꝙ ignominiosa sit eorum mors : sed sequetur diuinam scripturam , dicentem : Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Psa.115.a Et sicut mortem sanctorum preciosam vocauit,audi quomodo & mortem peccatorum malam vocet.Mors enim , inquit,peccatorum mala. Psal.33.d Itaque etiamsi domi suæ moriantur, & muliere & filiis præsentibus,& familiaribus & notis adstantibus , virtute autem careant,mala horum mors est. Sic etsi in aliena terra,etsi super pauimentum quis iacens : & quid dico,si in aliena?etiamsi in latrones incidat, etiamsi à bestiis deuoretur,virtute autem præditus sit , preciosa eius mors erit.Dic em̄,obsecro, Zachariæ filius nōne decollatus est?Stephanus autē primus martyrij corona redimitus,nónne lapidatus vitam finiit? (Mat.14.a et Mar.6.c.) Paulus autem & Petrus , nónne ille quidem capite truncatus, Act.7.g. hic

Universidad de Deusto Biblioteca

hic autem modo cõtrario q̃ dominus crucifixus, ita hac vita excessit? Nónne propter hoc magis in toto mundo celebrantur & prædicantur? Hæc autẽ omnia cogitantes, neque eos qui in aliena terra moriuntur, miseros dicamus: neque domi suæ morientes beatos prædicemus: sed diuinæ scripturæ canonẽ sequentes, & claros virtutibus hinc migrãtes beatos dicamus: & eos qui in peccatis moriũtur miseros prędicemus. Sicut enim qui virtute præditus est in meliorem vitam transit, accipiens laborum suorum præmia: ita & qui ea caret, initia & præambula suppliciorum iam accipit, & ab ipso factorum pœnæ exiguntur malis incurabilibus prorsus obnoxio. Ideo oportet hęc cogitantes virtutũ habere curam, & in præsenti vita quasi in palæstra certare, vt cum solutum fuerit theatrũ, splẽdida redimiri corona queamus, ne stultè pœnitẽtes inueniamur. Quandiu enim durat certamen, possibile est (si voluerimus & desidiã excutere, & virtutẽ exercere) metam & propositam assequi coronam. Cęterũ, si videtur, redeamus ad sermonis seriem. Nã postquã cõmisit filio de sepultura, & dixit Ioseph: *Ego faciam iuxta verbum tuum*, addit, *Iura mihi: & iurauit ei. Et adorauit*, inquit, *Israel ad fastigium virgæ illius*. Vide senem, decrepitum, patriarcham, adoratione honorẽ in Ioseph declarare, & reipsa implere visionis euentum. Quando enim narrauit Ioseph visionem: dixit, inquit, Nunquid ego & mater tua veniemus, & adorabimus te super terrã? Sed fortè dixerit aliquis. Et quomodo impletum somniũ in matre, quæ iam ante defuncta erat, & filium non adorauit? Perpetuus scripturæ mos est, à magis principali totũ significare. Quoniam igitur caput mulieris vir (erunt enim, inquit, duo
Gen. 2. in carnem vnã) cum adorauit caput, manifestũ quòd corpus totum caput sequebatur. Si enim pater hoc fecit, multò magis illa, nisi ex hac vita prærepta fuisset, hoc fecisset. Et adorauit, inquit, ad fastigium virgæ
Heb. 11. d eius. Propterea & Paulus dicebat: Fide Iacob moriẽs singulos filios Ioseph benedixit, & adorauit ad fastigium virgæ illius. Vides quòd istucipsum fides faciebat, præuidens futurum quòd regij generis futurus esset is qui ex semine illius natus. *Itaque cum imperasset*
C. xlviij. *quæcunque volebat puero, nõ multò pòst vt didicit Ioseph quòd ægrotaret pater suus, & iã in foribus esset mors: quia appropinquauerant dies mortis illius, acceptis duobus filiis suis, venit ad Iacob. Annunciatũ est autẽ hoc Iacob, & corroboratus Israel sedet super lectum.* Vides quomodo amor erga filiũ senem firmabat, & alacritas vincebat infirmitatem? Audita enim illius præsentia, sedit super lectum. Et vt vidit illum, paternam dilectionem ei exhibet. Et quia moriturus erat, benedictione sua firmat pueros, maximas has facultates relinquens, & diuitias, quæ nunquã absumi poterant. Et vide quomodo incipit. Primum narrat beneuolentiã quæ sibi à deo facta erat, & tunc benedictiones in filios facit, & dicit: *Deus meus apparuit mihi in Luza, in terra Chanaan: & benedixit mihi, & dixit mihi: Ego crescere te faciam, & multiplicabo te, & faciã te in congregationes gentium, & dabo tibi terrã hanc, & semini tuo post te in possessionẽ æternam.* Promisit mihi, inquit, deus quando in Luza à me visus est, in tantum se multiplicaturũ semen meum, vt congregationes gentium fiãt ex eo. Et terram mihi, & semini meo se daturum promisit. *Nunc igitur duo illi filij, qui nati sunt tibi in Aegypto, mei sunt: Ephraim & Manasses: sicut Rubin & Symeon erunt mei.* Hos, inquit, quos habuisti ante aduentum meum,
† adopto. ego in meorum filiorum numerum † allegam,] & his

A qui ex me nati sunt similem à me benedictionem accipient. Quoscunque autẽ postea genueris, ij tui erũt: in nomine fratrum suorũ vocabuntur in illorum sortibus. Scias autem, q; & mater tua Rachel † in Bethlehem] mortua est, & defodi eam in via Hippodromi. *† quando appropinquaueram Bethlehẽ]* *Et videns duos filios Ioseph, dixit: Qui sunt hi? Ille autem: Filij mei, quos dedit mihi deus. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, vt benedicam eos. Et appropinquare eos illi fecit. Et osculatus est eos, & amplexatus est eos.* Vide, obsecro, senem quomodo festinat & vrget vt benedicat filios Ioseph. Et appropinquare eos fecit illi, & dixit ad Ioseph: *Ecce facie tua non sum priuatus, & ecce monstrauit mihi deus semen tuũ.* Magna mihi, inquit, præstitit dei misericordia, & plura quàm expectaui. Non enim solum non sum priuatus facie tua, sed ecce etiã vidi eos, qui ex te nati sunt. *Et eduxit eos Ioseph à genibus, & adorauerunt eum super faciẽ, super terram.* Vide quomodo & pueros statim ab initio
B debitum seni honorem reddere docuit. Et Ioseph, inquit, secundũ dignitatẽ primogenituræ adduxit Manassen, & tunc Ephraim. Vide, obsecro, hìc iustum corporis oculos præ senectute nũc infirmos habere. Grauati enim erant oculi eius præ senio, & non poterant videre: valebat autem oculis mentis, & fide præuidebat futura. Neque enim tulit Iosephum, sed mutatis manibus benedicens, dignitatem iuniori contulit, præferens Manassi Ephraim, & dixit: *Deus cui bene placuerunt patres mei.* Attende modestiam Iacob, vide animam piam & religiosam: nõ audebat dicere: Deus cui bene placui: sed quid? Cui bene placuerunt patres mei. Vidisti animam gratã? quanuis paulo antea narrans dicebat: In Luza apparuit mihi, & promisit daturũ se mihi, & semini meo omnem terram, & in con-
C gregationes gentiũ facturũ semen meum: & tam euidentia habens indicia diuinæ erga se beneuolentiæ, adhuc tamen humiliatam habuit mentem. Et dicit, Deus cui bene placuerũt patres mei corã ipso, Abraham & Isaac. Deinde iterum: *Qui pascit me à iuuentute mea.* Accipe & ex hoc excellentem eius gratitudinẽ. non dicit propriã virtutẽ, sed ea quæ sibi à deo fuerũt facta. Qui pascit me [de vtero matris meæ] à iuuentute mea vsque in diem hanc. Ipse enim, inquit, est qui ab initio vsque ad præsens res meas dispensauit, & moderatus est. Ita & prius dicebat: In virga mea hac trãsiui Iordanẽ, & nunc factus sum in duo castra. Et *Supra 32. b* nunc iterũ aliis verbis dicit: *Qui pascit me à iuuentute mea vsque in diem hunc, angelus qui liberauit me de omnibus malis.* Gratæ animæ ac piæ & bene memoris beneficiorũ dei verba: Ille, inquit, cui patres mei beneplacue-
D runt, qui me à iuuẽtute mea vsq; in præsentẽ diẽ educauit, qui me ab initio ab omnib' malis liberauit, qui tantam erga me declarauit prouidentiam, *Ipse benedicat hos pueros: & inuocetur in eis nomen meum, & nomen patrum meorũ, Abraham & Isaac, & multiplicentur in multitudinẽ magnã super terrã.* Vidisti simul & intelligentiã, & modestiã? Intelligentiã quidem, quia fidei oculis pręuidens Ephraim prætulit Manassi: Modestiam verò, quia nusquã suæ virtutis memoriã facit: sed ex probata patrũ vita, & ex beneficiis in se collatis ipse preces fundit, & benedictionẽ filiis precatur. Verum Iacob quidem præuidens futura, ita illos benedixit. *Ioseph verò videns iuniorem prælatum seniori, graue & indignũ esse putãs, dicit: Hic est primogenitus, pone dexterã tuã super caput eius: & noluit, sed dixit: Scio fili, scio: & hic erit in populũ, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit, & semẽ eius erit in multitudinẽ gentium.* Ne putes me, inquit, simplici

plici quodam euentu hoc fecisse, vel per ignorantiã. Scio enĩ, & præuidens futura ita ei benedictionẽ feci. Nam licet natura primatũ habeat Manasses, sed iuuenis ille maior eo erit, & semẽ eius in multitudinẽ gẽtiũ. Hoc autem totum factum est, quia hinc regnũ demonstrabatur exoriturũ, ꝑpterea prædicens futura, sic eũ benedicit. Et benedixit eos, dicens, *In vobis benedicetur Israel per* dicentes: Faciat te deus sicut Ephraim & Manasse. Et posuit Ephraim ante Manassen.* Ita, inquit, ambo erunt gloriosi, vt omnes qui precantur, iuxta illorũ precentur gloriam: attamen prior erit Ephraim Manasse. ** λέγοντες i. dicẽtes, vel, dicẽdo.* Vide quomodo gratia dei præmonstrabat ei futura, & prophetico afflatus spiritu, pueris Ioseph benedixerit: & quod tantis temporibus aberat, tanquam præsens & ante oculos situm viderit? Hoc enĩ modo se habet prophetia. Nam sicut oculi corporales nihil amplius præterq̃ visibilia spectare possunt: ita & oculi fidei nõ quæ videntur spectant, sed illa vident quæ multo post futura sunt. Et hoc manifestius scietis ex benedictionibus quas suis filiis dat. Cæterũ ne longũ sermonẽ faciamus, multóq; vos oneremus labore, cõtenti dictis, in sequentem sermonem reseruabimus filiorum eius benedictionẽ. Illud tamen obsecrauerim vestram charitatẽ, vt imitemini iustum hunc, & tales hæreditates filiis vestris relinquatis, quæ à nullo vnquam damnum accipere possint. Diuitiæ enim sæpe etiam accipientibus perniciem pepererũt, & insidias, & multa pericula: hìc autem nihil talium suspicari poteris vnquam. Thesaurus enim est qui nunquam valet consumi. Thesaurus non hominum dolis, nec latronum insidiis, non famulorũ malitia, non alio quopiam imminui valens, sed perpetuo manet: spiritualis enim est, humanis nõ cedens insidiis, sed cum his qui illum accipiunt, & sobrij esse volunt ac prudentes, in futuram vitã migrabit, & eis æterna pręparabit tabernacula. Ne igitur operã nostram in colligendas opes collocemus, quas relinquam' filiis: sed doceamus eos virtutem, & benedictionem dei illis imprecemur. Istę enĩ, istæ maximæ sunt facultates. Istæ sunt ineffabiles diuitiæ, quæ non absumũtur, quæ quotidie substantiã nostram augent. Nihil enim virtuti par, nihil virtute potentius: etiamsi mihi dicas eum qui regnũ habet, ac diadema gerit: nisi hanc habeat, quouis panniculoso paupere miserior erit. Quid enim illi prodesse poterit diadema aut purpura, qui virtutem sua desidia perdit? Nunquid dominus externas dignitates spectat? nunquid personarũ gloria permouetur? Vnũ est illic quod quæritur, vt per operationem virtutũ apertas inuenire possimus ianuas fiduciæ in Christum: nam qui nihil fiduciæ hinc defert, inter ignominiosos & desperantes locum habebit. Hoc igitur omnes consideremus, & nostros filios doceamus, vt virtutem rebus omnibus præferant, nihilíque faciant pecuniarum abundantiam. Hæc enim, hæc est quæ virtuti plurimũ obstat: quandoquidem nesciunt pecuniis vti iuuenes vt oportet. Et sicut parui pueri sæpe quando cultellos & gladios arripiunt, eo quòd nesciunt bene illis vti, periclitantur (vnde matres non permittunt illis eos impunè attingere) ita ꝑfectò & iuuenes, qui pecuniarum abundantiam susceperint, cum nolunt eis bene vti, in periculum certum se pręcipitant, sarcinam peccatorum sibi inde colligentes. Nascuntur enim inde luxus, deliciæ, & absurdæ voluptates & infinita mala. Non simpliciter à pecuniis dico, sed ideo quia qui illas receperunt, eis nesciunt rectè vti. Propterea &

A sapiens quidam dicebat: Bonæ diuitiæ, cui non est coniunctum peccatũ. Quia & Abraham diues erat, & Iob diues erat, & non solum nihil damni eis accidit à diuitiis, sed & magis probati fuerunt. Quare? quia nõ in vsum suum tantum has possidebant, sed vt eis iuuarent etiam alios, quorum succurrerent inopiæ, & esset domus sua aperta peregrinis omnibus. Audi enim vnum eorum dicentem: Si autem egressus est quis de *Iob. 29. b.* domo mea sinu vacuo? Cæterum & impotentes viribus, si quando indigebant subsidio, non priuabantur. Et non solum per pecunias ministerium indigentibus exhibebat, sed & solicitudinem eorum gerebat. Et eram, inquit, pes claudis, oculus cæcis, & è medio *Ibidem. c.* dentium eripui prædam. Vides illum & curam agere eorum qui iniuria afficiuntur, & debilibus membrorum vicem per omnia repręsentare? Hunc omnes oportet imitari: hunc, inquam, qui ante legem fuit, &
B ante gratiam tam bene moratam vitam gessit: ídque cum nec præceptorem habuerit, neque progenitores virtute præditos, sed à semetipso & à sententia recta in bonam hanc vitam prodierit. Nam vnusquisque nostrum in natura sua habet insitam scientiam virtutis: & nisi quis eam voluerit per ignauiam suam perdere generositatem, nunquam † ea priuabitur.] Vtinã *† eam negliget.* autem eam omnes nos eligamus, & cũ diligentia exerceamus, ita vt bona quæ diligentibus deum promissa sunt consequamur, gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi, cui cum patre & sancto spiritu sit gloria, imperium, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Dixit autem Israel ad Ioseph. Ecce ego morior, & erit deus vobiscum. *Homilia LXVII.*

C PRidem pollicebamur finẽ nos imposituros historiæ Iacob, sermonéque prolixius se extendente, ad finem quod promittebamus perducere non valuimus. Ideo volo quæ pridem relicta fuerunt in medium proponere, vt nunc saltem, si deus dederit, finem imponamus. Operæprecium autẽ fuerit primum vestram commonefacere charitatem, & ostẽdere vbi sermonem nuper missum fecerimus. Scitis vtique, & memores estis, quòd cum Iacob benedictur' esset filios Ioseph, Ephraim Manassi pręposuerit, ídque etiam patre eius non probante: cui & dixit: Scio fili, veruntamen & hic erit in populum, & hic exaltabitur: sed frater eius iunior maior eo erit in multitudinem gentium: & benedixit eos in die illa, dicens: In vobis benedicetur Israël † per dicentes:] *† dicendo.* Faciat te deus sicut Ephraim & Manassen. & posuit Ephraim ante Menassen. Et hucusque proces-
D simus, & ne sermonũ nimietate vestram obrueremus memoriam, cessauimus à doctrina: sed si videtur, hodie sequentia videamus. Dixit autem Israël ad Ioseph. *Ecce ego morior, & erit deus vobiscum, & reducet vos deus ex terra hac in terram patrum vestrorum. Ego autẽ do tibi Sycima electa præ fratribus tuis, quæ cepi in gladio meo & arcu.* Postquã filios benedixit, & futura pręuidens, iuniorẽ pręposuit seniori: volẽs persuadere Iosepho, quòd non simpliciter neque temerè hoc fecisset, sed prædicens futura: prædicit ei & suam mortẽ, & quòd redituri sint ex aliena terra in Chanaan, in terram patrum suorum: & bonam eis spem auget, ita vt expectatione alleuientur. Nam spes bona, huius vitæ labores semper imminuit. Et monstrans etiam tempore mortis, quam dilectionem erga Ioseph habebat, dicit ei: Ego autem do tibi Sycima electa præ fratribus tuis:

Universidad de Deusto Biblioteca

tuis:quasi ꝑ hoc declarans, Hoc omnino erit,& iuxta meã prædictionem redibitis,& in hęreditatẽ possidebitis terram patrũ vestrorum.Quia & Sycimorum ciuitatem tibi do hæreditatẽ electam prę fratribus tuis, quam cepi de manu Amorrhæorũ in gladio meo & arcu.Quidnam hoc est? Quæ à Symeone & Leui facta sunt contra Sycimitas,in personam propriã transfert:& propter hoc dicit, Quæ cepi in gladio meo & arcu.Sed hîc opportunè quęsiuerit quispiam: Et quare hoc facinus suum facit,cùm postea testaturus accusatione clarè scripta eos arguat?nõ secũ pugnat iustus, sed declarat mansuetudinem mentis suæ,& ꝙ præter suæ mentis sententiã hoc factum sit.Non solum enim non probat factum,sed & arguit:Quoniam autẽ id factum fuerat,ꝓpterea volens monstrare suam erga Ioseph dilectionem,ei concedit Sycima, & dicit: Quæ cepi in gladio meo & arcu. Nam licet illorũ fuerit opus,in sua tamen potestate positũ erat. Si eñ filiorum dominus pater,multo magis eorum quæ à filiis possidentur:si autem dñs,& cui volebat dare poterat. Itaque declarare volẽs suam erga Ioseph beneuolentiã, non solum Ephraim & Manassen benedixit, sed & Sycimam electã hæreditatem relinquit filio.

Cap.xlix. *Et vocauit*, inquit, *Iacob filios suos,& dixit:Congregeminĩ,vt annũciem vobis quid euenturum sit vobis in nouissimis diebus. Congregemini,& audite Israel patrem vestrum*. Vide iusti intelligentiam,quia præsciebat mortis tempus, vocauit filios suos ad se,& dicit:Congregemini, vt vobis iam prædicam quid vobis euẽturum sit in vltimis diebus. Cõgregemini,& audite Israël patrem vestrũ. Venite, inquit,& discite à me, non † præterita, non quæ post paruum tempus euentura,sed quod accidet in vltimis diebus.

† *præsentia.*

Et hæc vobis non à memetipso annuncio,sed afflatus à spiritu: & idcirco quæ multis postea generationibus cõtingent,prædico.Etenim è vita hac migraturus, volo vnicuiq; vestrum quasi in titulo & columna ærea memoriã insculpere. Considera autẽ iustum,quomodo cõgregatis pueris, natiuitatis seruato ordine ,vnicuique congruã det vel maledictionẽ vel benedictionẽ: & in hoc monstrans suæ virtutis eminentiã,incipiat à primo. *Rubin*,inquit,*primogenitus fortitudo mea,& principium filiorum meorum.Durus ad ferendũ, durus & peruicax*. Vide quanta sapientia iusti. Volens enim accusationem magis intendi,prius dixit priuilegia ei à natura cõcessa,& dignitatẽ quam tenebat, ꝙ principiũ filiorũ , & primogeniturę honore clarus sit: & postea voluntatis peccata illius quasi in ænea columna inscribit: monstrans ꝙ nihil proderint nobis ea quæ à natura insunt, nisi & voluntatis bona opera sequantur:hæc enim sunt quæ & laudẽ habent & vitium. Durus,inquit,ad ferendũ:durus & peruicax.Naturæ,inquit,dignitatẽ tibi datam amisisti propria tua temeritate.Deinde & speciem peccati bene scriptam relinquit,ita vt illũ ita esse redargutum,& posteris magna sit eruditio ne similia attentent. *Contumelia affecisti, sicut aqua non efferuescas. Ascendisti enim*, inquit, *super lectum patris tui:tunc polluisti stratum quod ascendisti*. Significat concubitũ eius cum Balla. Vide quomodo per sapientiam à spiritu sancto sibi datam, prius dixit id

Leui.18.b quod postea Moses inter leges recensiturus erat, non licere cum eadem muliere patrem & filium rem habere.Et nunc†ob hoc ipsum filiũ corripit,& sic] prohibet.Polluisti,inquit,stratũ,& ascendisti super lectũ patris tui. Rem peruersam fecisti. Propter hoc ꝙ ita contumelia me affecisti: sicut aqua non efferuescas.

†*istud ipse, filium suum increpãdo.*]

A *Inutilis erit,inquit,ille conatus tuus:ꝙ neq; patrẽ reueritus,polluere eius lectũ ausus fuisti. Vt igitur nunc in sequẽtibus generationib⁹ talia nemo imitetur,propterea spiritus sanctus ordinauit, vt literis commendetur hęc accusatio:& oẽs qui audiãt erudiãtur sciãtque manifestè ꝙ nihil prosit dignitas naturæ cõcessa, nisi & voluntatis accedant ornamenta.

* *ἀνόητος, impudens, insulsus. interpres legisse videtur ἀνόνητος.*

Deinde quia satis traduxerat nefarium hoc opus,venit ad Symeonem & Leui. *Compleuerunt*, inquit, *iniustitiam ex voluntate sua*. Contentio sua,quam ꝓpter sororẽ suã declarũt, eos in iniustitiam illam impulit.Deinde declarans ꝙ se ignaro rem fecerint dicit: *In consilium eorum non veniat anima mea,& in cœtu eorum non firmentur iecora mea*. Absit,inquit, vt communicẽ eorũ sententiæ; & obsequar eis in his quæ iniustè egerunt. *Quia in furore suo occiderũt homines*. Irrationabilis,inquit,fuit eorum indignatio. **B** Nã licet peccarat Sychen,attamẽ nõ oportebat tantã stragem facere,& omnes perdere. *Et in concupiscentia sua subneruauerunt taurum*. Filiũ Emmor hîc significat.Nam quia in florenti ætate erat,taurum eum nominauit. Deinde vt dixit quæ fecerant, etiam maledictionem apponit,& dicit: *Maledictus furor & impostura eorum,quia peruicax:& ira eorũ,quia obdurata est*. Dolum significat,quo illos circumuenerũt. Peruicax (dicit) furor eorũ,temerarius, impetuosus, ratione carens.Et ira eorũ quia obdurata est.Quando eñ Sycimitæ putauerunt eos sibi valde amicos, tunc graui ira & bello eos oppresserũt.Et dicto eorũ peccato, dicit & suppliciũ quod luituri erant. *Partiar eos in Iacob, & disseminabo eos in Israel*. Vbique, inquit, dispersi erunt, vt istuc ipsum manifestũ fiat ꝙ ꝓpter facinus cõmissum hoc illi passi fuerint. *Iuda te laudarunt fratres tui*. **C** Benedictio Iudæ data,mystica est, præsignans omnia quæ ad Christũ attinẽt.Iuda,inquit, te laudarunt fratres tui. Quia eñ ex hac tribu exoriturus erat Christus,iuxta dispẽsationis rationẽ, ꝓpterea spirttu sancto afflatus Iacob,prædicit per ea quæ in Iudã dicuntur,nõ solum descensum dñi ad homines,sed & sacramentũ,& crucem,& sepulturam & resurrectionem:& vt semel dicam,omnia. *Iuda enim*, dicit, *te laudarunt fratres tui:manus tuæ in tergo inimicorum tuorum: & adorabunt te filij patris tui*. Quibus declarat, ꝙ subiiciendi illi essent. *Catulus leonis Iuda. De germine,fili mi, ascendisti*. Regnũ eius prædicit.Semper enim scripturę mos est, per figuram huius animalis, regiam authoritatẽ insinuare. *Recubuisti & dormiuisti vt leo,& sicut catulus.Quis excitabit eum?* Crucẽ & sepulturã hîc significat. Quis excitabit,inquit,eum? Sicut enim leonem vel catu- **D** lum dormientẽ nullus audet excitare, ita dormiuisti vt leo,&vt catulus. Quis excitabit eum?Ipse enim est qui dicit:Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo iterum recipere eam. *Ioã.10.d.* Postea & tempus quoque manifestè declarat, quo aduenturus sit Christus iuxta dispensationis rationẽ. *Non deficiet*, inquit,*princeps de Iuda,neque dux de fœmore eius, donec veniant * reposita ei: & ipse erit expectatio gentium*. Tandiu, inquit,durabunt Iudaica,& principes Iudęorũ,quoad ille venerit.Et bene dixit, quoad ille veniat, * cui repositum est:quasi dicat, ille cui præparatũ est regnũ: propterea ipse est expectatio gentium. Vide quomodo iam dicit etiam gentes saluandas. Et ipse erit, inquit,expectatio gentium. Huius aduentum gẽtes expectant. *Ligans ad vitem pullum suum,& ad palmitem filiũ asinæ suæ*. Per pullum iterum gentium significat adductionem. Nam quia asinus immundum erat animal, propterea

* *ὃ ἀπόκειται.i.quod repositum est, siue reconditum.*
* *ὃ ἀπόκειται, interpres legisse videtur ᾧ in datiuo, quod apti⁹ puto ad chrysost. men.*

propterea dicit:Illæ immundæ genus cũ tanta facilitate adducẽtur, quasi quis ad palmitẽ vitis asinũ alliget:simul insinuans & potestatis excellentiã,& gentiũ obedientiã. Magnæ enim mãsuetudinis est, ꝙ asinus sustinet se ad palmitem vitis ligari.

Ioã.15.d. Viti autem suã doctrinam cõparat.Ego enim sum, inquit, vitis vera, & pater meus agricola est. Palmites autẽ vocauit teneritudinem præceptorum,& facilitatem legis ferendę: & iam præsignat gentes magis credulas fore quàm Iudæos. *Lauabit in vino stolã suã, & in sanguine vuæ amictum suum*. Vide quomodo nobis totum sacramentũ insinuauit. Sciunt qui initiati sunt,quod dictũ est: Lauabit in vino stolã suã.Stolam puto corpus dici,quod ꝓpter dispensationẽ ferre dignatus est.Deinde vt diligenter discas vinũ quid appellauit, subdit: *Et in sanguine vuæ amictum suum*. Vide quomodo sanguinis nomine crucem nobis & occisionem significet, & omnem sacramentorũ dispensationẽ. *Iucundiores oculi eius vino,& candidiores dentes eius quàm lac*. Hîc gloriã nobis demõstrare vult,per metaphoram vini & oculorum. *Et candidiores dentes eius quàm lac*: Iustitiã signat & claritatem iudicis.Nã per dentes & lac,nihil aliud significare vult, q̃ fore candidũ & manifestũ iudicium, vt est lactis & dentium qualitas. *Zabulon*,inquit, *in maritimo habitabit, & ipse apud stationem nauiũ,& extendet vsque ad Sidonem*. Vide quomodo & huic prædicit vbi domiciliũ habiturus sit, & ꝙ vsque ad Sidonem extendetur. *Isachar bonũ desiderauit,recũbens†inter duos:]& vidit requiem quòd bona, & terram quòd pinguis: supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir agricola*.

†*inter fortes.*

Laudat hunc ꝙ operationẽ terræ elegerit,& hãc omnibus aliis prætulerit. *Dan iudicabit populum suum sicut & vna tribus in Israel. Et fiat Dan serpens in via, insidens in semita,mordens vngulam equi,& cadet eques retrorsum,salutẽ expectans domini*. Dignũ vt quis admiretur & obstupescat, quomodo iustus ille oculis spiritus omnia præuidens, filiis suis prænunciauerit quid vnicuiq; euenturum sit,etiam post multum temporis. *Gad, tentatio tentabit eum,ipse autẽ tentabit illum ad pedes.Aser pinguis eius panis,& ipse dabit cibũ principibus. Nepthalim, stirps emissitius, multiplicans in germine pulchritudinem*. Et quia paucis transit illos, venit consequenter ad Ioseph & ait. *Ioseph filius auctus,& amabilis.Ioseph filius auctus, filius me⁹ iunior,inuidiosus factus ab ipsis initiis, quem consilio cõmunicato conuiciis incesserunt*. Fratrum significat conspirationem contra eũ.Et id quod suprà dicebat scriptura, ꝙ crimine malo detulerãt Ioseph apud patrem suũ: hoc iste dicit: Quẽ cõmunicato consilio cõuiciis incesserunt, *Et insidiati sunt ei † viri sagittationum*.] Sanguinarium illorum significat animum.

†*domini.*

Et contriti sunt cum fortitudine arcus eorũ. Vide quomodo, postquã dixit ea quæ contra Ioseph attentarunt, dicit & quæ eis contigerunt. *Cõtriti enim*,inquit,*arcus eorum,& dissoluti sunt nerui brachiorum manuum eorũ*: Quasi diceret,Ipsi enim occidere te conati sunt,& quantum ex ipsis pẽdebat, cõplessent:sed & arcus eorũ cõtriuisti,& dissoluti sunt eorũ nerui. Sic eñ eis accidit,quãdo audierũt Ioseph dicentẽ: Ego sum frater vester Ioseph, quem vẽdidistis in Aegyptũ. Tunc eñ, tunc maximè soluti sunt nerui eorũ per manũ potentis†Ioseph. *Illic*,inquit,*corroborasti Israel à deo patre tuo,& adiuuit te deus meus*. Vide germanã iusti erga dominũ dilectionẽ,quomodo orbis dominũ suũ solius deum esse dicat: nõ concludẽs eius dominiũ,neq; priuans eũ potestate vniuersali,sed suũ declarans amorẽ. *Et benedixit tibi benedictione cœli*

†*Iacob.*

A *è supernis*. Non solũ,inquit,adiuuit te,sed & benedixit te benedictione terræ,omnia continẽtis ꝓpter benedictionẽ vberũ & vuluæ,benedictiõe patris tui,& matris tuæ. *Confortatus es benedictionibus montiũ firmorum,& desiderabilibus cumulorum æternorum*. Per cumulos æternos, gloriã & maiestatẽ, & regnũ Aegypti: per montes firmos, sublimitatẽ & fortitudinẽ designat, & in summum fastigiũ principatus euectum esse hîc insinuat. *Hæ enim*, inquit, *benedictiones erunt super caput Ioseph,& in vertice fratrum, quorũ dux est*. Hæ scilicet, inquit,benedictiones erunt super caput tuum. *Beniamin lupus rapax,mane comedet,& ad vesperam†distribuet prædã*.] Et hîc præsignat quod longo post tempore futurum erat, & ꝙ grassaturus esset sicut lupus rapiens, occidens & innumera mala faciens.

†*custodiet escam.*

Quoniã autem omnibus filiis congruas benedictiones præsiguauit, **B** *Et benedixit*, inquit, *singulis iuxta benedictionẽ suam,qua benedixerat eis*: Hoc est,vnicuique prædicebat quæ decebat,& quæ in vnaquaq; tribu euentura essent prædixit.Postquã autem ordinauit ea quæ à spiritu ipsi pręsignata fuerãt, dicit eis: *Ego apponor ad populum meũ, & sepelietis me cum patribus meis*. Vide quomodo per mãdatum hoc maximã eis consolationẽ afferat. Considerabant enim ꝙ iustus hoc non mandasset, nisi omnino sciuisset reditum suum futurũ, & liberandos se à seruitute Aegypti. Postea locũ quoque dicit: *In spelunca*,inquit,*quæ est in agro Ephrõ Chettæi. Et vt hæc dixit, cessauit imperare filiis suis, & subleuauit Iacob pedes suos super lectum,& defecit,& appositus est ad populũ suũ*. Vide mortem iusti etiã magno miraculo plenã. Nam postquã imperauit pueris suis,ait: Subleuauit pedes in lectum suũ, quasi cum voluptate rem aggrederetur. Ita im- **C** pletis omnibus,pedes sustulit:hoc est,planos & rectos fecit & extendit.Defecit,hoc est finiuit vitam. Et appositus est ad populum suũ. *Et recidit Ioseph super faciem patris sui, & fleuit super eum, & osculatus est eum*. Vidisti pueri dilectionem?vidisti ignitam charitatẽ? Et post animæ recessum recidit Ioseph super faciẽ eius, & osculat⁹ est,& fleuit suꝑ eo. His factis,Ioseph quę à patre mãdata erãt,exequi curauit. Et mox mãdauit pollinctorib⁹, †vt aromatib⁹ ad sepulturã cõdirẽt patrẽ.]

†*vt sepelirent patrẽ suum.*

Et ipse quidem quadraginta diebus. Aegyptus autem septuaginta diebus eum luxit.Et postquam iusta omnia persoluta sunt, significauit Pharaoni, & his qui cũ eo erant,quæ illi pater adhuc viuus demãdarat,& dixit:adiurauit me pater meus,dicẽs: In sepulchro quod fodi mihi in terra Chanaan, illic me sepelies. Nunc igitur ascendam,& sepeliam patrem meum,& redibo. Aequum est,inquit,vt quæ ab eo præcepta,impleam. **D** Vbi igitur ea fecero quæ iusserit, redibo. *Hæc vt audiit, permisit Pharao. Et ascendit*, inquit, *Ioseph, vt sepeliret patrẽ suũ,& simul ascenderunt cum eo omnes serui Pharaonis. Et cognationẽ,& boues,& oues reliquerunt,& simul ascẽderũt cũ eo currus & equites.Et facta est turba magna valde*. Vide quantum officiũ declarẽt Aegyptij in honorẽ Ioseph. *Et venerunt cum Ioseph,ita vt fieret turba magna.Et vt venerunt ad locum quendam, planxerunt cum planctu magno, & valde vehemẽti.Et fecit planctũ patri suo septem dies.Et viderunt habitatores Chanaan,& dixerũt: Planctus magnus est Aegyptiis. Propter hoc vocauit nomẽ loci, Plãctus Aegypti, qui est trans Iordanẽ*. Verũ tu hęc audiẽs dilecte,ne simpliciter prætercurre,sed tẽpus cogita, quo facta sunt, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum eñ fuerũt portę inferni cõfractę, neq; mortis vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant: nunc autem propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & cō-
summatio quies, & certa multáq; sunt resurrectionis
indicia, quasi de vita in vitā transferendi, sic exulte-
mus & lætemur. Et quid dico de vita in vitā? de dete-
riori ad meliorē, de temporali ad æternam, de terrena
ad cœlestem. *Et peractis omnibus*, inquit, *reuersus est Ioseph
in Aegyptum, ipse & fratres sui, & omnes qui cum eo ascende-
rant*. Vide consequenter fratrum Ioseph timorem
hic, & terrorem eorum mentem concutientem. *Vt
viderunt autem fratres Ioseph, quòd mortuus esset pater suus,
dixerunt: Ne forte memor sit iniuriæ nostræ Ioseph, & re-
tribuat retributionē nobis, & omnia mala quæ in eum commi-
simus*. Terror validus eorū mentē perculerat, & à cō-
sciētia stimulati, nesciuerūt quid facerent: ppterea di-
cit, Cū vidissent patris mortē, veriti ne dignā de se
pœnam sumeret Ioseph ob ea quę in illū peccauerūt,
aduenientes ad eum dixerunt: *Pater tuus adiurauit nos
priusquā moreretur dicens: Dicite Ioseph, dimitte eis iniustitiam
hanc, & peccatū eorū*. Vide iterū quomodo ipsi accusa-
tores suiipsorum sint. Vide quāta est conscientiæ re-
prehensio. Et omnino scitis, q̄ iniustitiā & peccatum
operati estis, q̄ mala ei exhibuistis: *Et nunc accipe iniu-
stitiā seruorū dei patris tui*. Vide quomodo nullo cogente
sui peccati sunt testes, & dicunt: Dixit pater tuus, di-
mitte eis, quia mala tibi exhibuerūt, & accipe iniusti-
tiam seruorū dei patris tui. Sed beatus & totus virtu-
tibus clarus, in tantū modestus fuit, vt ne permitteret
quidem illos facere vllam memoriam eorum quæ in
se fecerant, quia & ad verba eorū cōfusus est. *Et fleuit*,
inquit, *Ioseph, loquentibus illis secum: & venerunt & dixe-
runt, Ecce nos serui tui*. Vide quantum valeat virtus, q̄
valida & inexpugnabilis, & quāta malitiæ infirmitas.
Ecce em̄ ille, qui hęc quidē passus est, regnat: qui au-
tem ita afflixerunt fratrē, famuli eius esse orant, quē
in seruitutē exposuerant. Verū tu vide clementiā Io-
seph in fratres, nō recordantis iniuriarū, & quomodo
omnibus modis eos consolari velit, & eis persuadere,
quasi nihil in se peccauerint, dicit enim: *Ne timeatis, dei
enim sum ego. Vos cogitastis contra me mala, deus autem cogi-*
†*in bona*, *tauit pro me* †*bona*,]*quomodo factū, sicut hodie videtis, vt pa-
scatur populus multus*. Ne timeatis, inquit, neq; anxij fi-
tis: dei em̄ sum ego, & dominum meum imitor, & be-
neficia rependere studeo his qui non ferenda contra
me fecerunt: dei em̄ sum ego. Deinde cum monstras-
set quanta cum deus benevolentia prosequutus esset,
dicit. Vos mala mente hæc cōtra me fecistis, deus au-
tem in bonū mihi omnia vertit. Idcirco & Paulus di-
Rom. 8. c. cebat: Diligētibus deū omnia cooperantur in bonū.
† *& ad-* Omnia, inquit, quid est, omnia: †& quæ contristant, &
uersa & quæ non cōtristant,]*in bonum mutat*. Hoc vtiq; & in
quæ con- hoc iusto factū est. Nam quæ à fratribus facta sunt, ea
tristare vi- maximè regnum ei conciliarunt, ppter omnipotentē
detur, etiā dei sapientiam, quæ omnia mala in bonum cōmutat.
ista.

Vt pascatur, inquit, *populus multus*. Non solum vestra
causa hæc in bonū vertit, sed vt & omnis ille populus
pasci possit. Et dixit eis: *Ne timeatis: ego pascam vos, & do-
mus vestras. Et cōsolatus est eos, & loquutus est in cor eorū. Quid
igitur*, inquit, *timetis? ego suppeditabo alimenta vobis, & om-
nibus qui vobiscū sunt*. Et consolatus est eos, & loquutus
est in cor eorū. Non simpliciter eos cōsolatus est, sed
tanto vsus est officio, vt eis omnē tristitiā è corde exi-
meret. *Et habitauit Ioseph in Aegypto, ipse & fratres eius:*
& vidit Ioseph filios Ephraim vsque in tertiam generationem.
*Et loquutus est Ioseph fratribus suis, dicens: Ecce morior. Visi-
tatione autē visitabit vos dominꝰ, & simul deportabitis ossa mea
hinc*. Vide quomodo & ille, eadē quæ pater, curat: vo-
lēs vt simul auferrētur inde ipsius ossa, quo magis eo-
rum confirmaretur mens, & bonā spem haberent de
reditu suo. Prius hoc designat q̄ rediturus esset, & tūc
dicit: Simul feretis ossa mea hinc vobiscū. Hoc autē
non temere faciebat. duo em̄ agebat. Vnū, ne Aegy-
ptij memores beneficiorū eius, cum pro more suo fa-
cilē ex hominibus deos appellent, corpus iusti habe-
rent in impietatis occasionem. Alterum, vt securi &
certi omnino sint se redituros. Nam nisi hoc certum
fuisset, non iussisset vt secum reportarent ossa. Et vide-
re licebat rem novā & admirabilem, eū qui omnem
Israël in Aegypto pascebat, illum & ducē reditus, &
in terrā Israël inducentē. *Et mortuus est Ioseph, annos ha-* †*præmi-*
bens centum & decem. Quare nobis & illius annos signi- *simus ſi-*
ficauit? Vt discas quot annis Aegypti principatum te- *gnificauit.*
nuerit. Septem & decem annorū erat cum veniret in
Aegyptum: & triginta annorum factus cōparuit co-
ram Pharaone, & diiudicauit insomnia. Deinde octo-
ginta annis præfuit toti terræ Aegypti. Vidisti quo-
modo maiora sint præmia q̄ labores, retributionēsq;
multipliciores? Tredecī annis certauit in tētationib⁹,
ferens seruitutē, & calumniā illam impiam, & affli-
ctionem in carcere. Et quia generosē & cum gratia-
rum actione tulit omnia, ppterea larga præmia acce-
pit etiam in hac vita. Considera em̄, quòd pro breui
illo tempore quo seruitutē & carcerē sustinuit, octo-
ginta annis regnū administrauerit. Et quòd fide om-
nia disposuerit, & propter hoc etiā de transuectione
ossium mandarit, audi Paulū dicentem: Fide Ioseph *Heb. 11.*
moriens, de egressione filiorū Israël meminit. Et non
fuit his contentus, sed vt discas causam propter
quam iniunxerit ossium transuectionē, dicit, & de os-
sibus suis mādauit. Fortè pluribus hæc dicta sunt, sed
ignoscite. Nam quoniā ad finē libri peruenimus, vo-
luimus cum eius fine hūc quoq; sermonē hodie finis
re: & solitā exhortationē adiicere. Omnes igitur ma-
gna solicitudine, curáque singulari operam demus, vt
memores simus dictorū, & imitemur iustorum illo-
rum virtutem, & iniuriæ obliuionem erga eos qui nos
iniuria affecerunt, clementiámque in eos qui nos ca-
lumniantur seruemus. Hinc enim & iustus ille tantā
sibi dei gratiam conciliauit. Vt igitur & nos diuinam
gratiam assequamur, summam virtutis habeamus ra-
tionem. Sic enim & spiritus gratia nobis concede-
tur, & præsentem vitam magna iucūditate transige-
mus, & futura bona consequemur, Quæ nobis omni-
bus concedat dominus noster Iesus Christus, cui cū
patre simul & spiritu sancto sit gloria, imperium, ho-
nor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homiliarum diui Ioannis Chryso-
stomi in Genesin, finis.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI CONSTANTINOPOLITANI quondam Archiepiscopi homiliæ aliquot in vetus testamentū confusaneè prius per tomos totius operis disparatæ, nunc in suam quæque classem ordine concinno digestæ & conciliatæ. (Quod hic mihi dicitur de primo, idem puta dictū de cæteris. 4. tomis.) *In his, quæ toto opere conuisuntur insigniri ad marginē signo manus, has primùm & primi excudimus typis superiore editione ad communem vsum exhibitas & expositas beneficio Reuer. patris Guillelmi Parui Syluanectuensium episcopi, & à Regiis cōfessionibus dignissimi.*

DE IEIVNIIS ET GENESEOS *lectione, sermo. Incerto interprete.*

IVcundum quidem nautis est ver, iucundum quoque & agricolis: sed neq; nautis, neque agricolis ita iucundum est veris tēpus, vt his qui philosophari volunt iucundi sunt ieiuniorum dies, spiritale animarum ver, & fidissima tranquillitas animorum. Nam agricolis ver idcirco iucundum est, quia delectat aspicere tunc depictā floribus terram, & variis frondibus virgulta comantia: nautis verò acceptum est ver, q̄ dorsum maris deductis nauibus tuto licebit ascendere, nec vndarum pericula formidare. Nobis autem iucundum est ieiuniorum ver, q̄ tunc nō vndarum, sed cogitationū, & cōcupiscentiarum carnis fluctus ac turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarum parantur. Sic enim scriptum est: Coronam, inquit, gratiarum accipiens tuo capiti. Non ita ergo apparens suis hirundo vernaculis fugatam hyemem nunciat, vt ieiuniorū dies fugari ex visceribus nostris vitia carnis & cupiditatis ostendunt. Cessat pugna carnis aduersus animam, & animæ aduersus carnem, nec vltra insurgit ancilla in dominam, nec serua superbit in liberam: sed vniuersa hæc prælia ieiuniorū præsentia conquiescūt. Quia igitur nobis quietū & tranquillitatis tempus aduenit, etiā nos deducamus in mare, doctrinæ nauigiū, & dicendi vela soluamus: si tamen tranquillus & tutus est auriū vestrarū portus, in quo verbi dei nauis absq; metu naufragij collocetur. Altum enim nobis pelagus incedendum est, volentibus de cœli ac terræ & maris corporibꝰ philosophari. Hęc enim nobis hodie lectio recitata est. Sed quid ad nos, inquies, creaturarū pertinet ratio? Et valde quidem, chariſſime: sic enim ex magnitudine & decore creaturarum competēter earum conditor agnoscitur: quanto autem ad earum intelligentiam fuerimus intenti, tanto magis via nobis patescit ad intuitum conditoris. Magnum, crede mihi, bonum scire est quid sit creatura, & quid creator, & quæ sunt opera, quis vero opifex. Si enim hoc diligēter scirent discernere hæretici, nunquam vtiq; omnia confunderent, & quæ sursum sunt facerent deorsum. Non dico q̄ cœlum, & stellas deorsum, terram autem sursum ducerent: sed quòd regem ab excelsis sedibus deducentes, cum creaturis & operibus collocauerint: creaturā verò diuinis honoribus affecerint. Si de creaturis scissent philosophari Manichæi, nūquam materiam corruptibilem & mutabilem, quæ cùm non esset effecta, esse ingenitam, deóque dicerent cœternam. Si de creaturis scissent rectè philosophari gentiles, nūquam coluissent, & seruissent creaturæ potius quam creatori. Bonum vides cœlum, sed propterea, vt illud aspiciens adores conditorem eius: pulchrum solem, sed vt illum intuens, factorem ipsius venereris. Si enim creaturarum pulchritudine detentus inhęreas, nec ex earum specie magnitudinem cōsideres creatoris, cōuersum est tibi lumen in tenebras. Vides quantum boni sit scire creaturarum rationem? Non igitur negligamus hæc lucra, sed attentius intendamus his quę lecta sunt, quia non solum cœli, & terrę, ac maris, sed & nostræ, id est hominum originis ratio nobis ex his quæ leguntur, exponitur: & vnde mors, vnde & labor mortalium vitę, vnde curæ, vnde tristitiæ subierint, declaratur. Pro his enim omnibus velut satisfactionē quandam scriptam, librum hunc deus misit ad homines. Neque enim satisfacere dedignatur hominibus, qui per prophetam dicit: Venite & disputemus, dicit dominus. Et non solum disputare cum hominibus, & satisfacere nobis vult, sed quomodo culpam fugiamus ostendit. Ante enim quàm diceret, venite & disputemus: docuit quid loqui vel agere oporteat, & ita venire ad iudicium. Audi deniq; quæ in superioribus propheta præmiserit: Lauamini, inquit mūdi estote, auferte nequitias ab animis vestris: discite bonū facere, iudicate pupillo, & iustificate viduam: & tunc addit, Venite disputemus, dicit dominus: non enim nos ad disputandū, hoc est ad iudicium, vbi de causa nostra tractandum & disputandū est, vult nudos & inanes venire, sed habere aliqua documēta iustitiæ. Si enim faciamus ea quæ superius præcepit, tunc ad disputandū de causa nostra, & de actibus nostris, audacter & fiducialiter veniemus. Denique & aliās dicit: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Habes enim accusatorem acerbissimū & immitem: præueni eum, & obtura os eius impudentissimum & propria sponte confitendo delicta. Sed intuere paulum magnificētiam dei: ex initio per semetipsum loquebatur hominibꝰ deus, secūdum q̄ audire eis possibile erat. Sic denique cum Adam locutus refertur, sic increpasse eū, sic cum Noë sermocinatus, sic apud Abrahā hospitio susceptus, & conuiuij confabulatione vsus. Verùm vbi humanum genus procliuius in malitiam declinauit, & à parente, & à cōditore suo, quasi longa quadam peregrinatione discessit: confabulatione cessante, literis ad eos tanquam longè à se positos, & epistolis vtitur, quibus eos veteris cuiusdam amicitię & familiaritatis admoneat. Primam quidem epistolam ad homines per Mosem direxit deus. Quid ergo hęc epistola contineat: videamus. In principio, inquit, fecit deus cœlum & terram. Requiris forsitan, cur non prius de angelis nobis, vel archangelis indicat. Si enim ex frequentia & magnitudine creaturarum conditor intelligatur, multo magis ex virtutum cœlestium conditione potest agnosci. Magnum est cœlum, sed non ita vt angelus. Decorus est sol, sed excelsior archangelus. Et ideo excelsam illam & arduam viam relinquens, per hanc planiorem & humiliorem nos ad rerum scientiam ducit. Considera enim qui erant, quibus hæc recitabatur epistola: nónne illis qui educebantur ex Aegypto, vbi dei cultum in

Rom. 1. b.

Esa. 1. c.

Esa. 43. d.

Eccles. 6. d 31. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum in crocodilis haberi,& canibus ac ſimiis viderãt? Non ergo conſequens videbatur,eos tunc per excelſiorem viam ad agnitionem conditoris adducere: & ideo iſta planiore & faciliore vtitur, cœlũ eis terrãq; oſtendit,& mare,atque omnem viſibilem creaturam. Denique vbi paululum iam ex ea inſtitutione profecerant, audi quomodo eis aliam epiſtolam per prophetam mittit, in qua de ſupernis virtutibus docet,& dicit: Laudate dominum de cœlis,laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes virtutes eius: quia ipſe dixit,& facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Nam de illis epiſtolis, quas per Paulum apoſtolum mittit deus, quid opus eſt dicere,vbi iam ſecretiora multa, & excelſiora referuntur?& ſcribitur nobis tanquam iam altioribus,qui philoſophiæ poſſumus inſtituta ſuſcipere:quia per Ieſum Chriſtum facta ſunt omnia viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni,ſiue dominationes,ſiue principatus, ſiue poteſtates: & quia omnia per ipſum, & in ipſo creata ſunt, & ipſe ſit ante omnes, & omnia in illo conſtent.Referuntur tamen etiam in his quę per Paulum referuntur eadem ipſa,quæ Moſes ſcribit.Nam cùm apud Athenienſes concionaretur Paulus, non eis de angelis loquitur,& archangelis:ſed de cœlo & terra,& mari, ita dicens: Deus cùm feciſſet mundum, & omnia quæ in eo ſunt,cœli ac terræ dominus,non in manu factis tẽplis habitat,& cætera.Sed & Ioannes tanquam & ipſe ſcripta perfectioribus deferens,nõ ſolum cœli, & terræ creaturam adſcribit vnigenito filio dei, ſed dicit, quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil,id eſt tam ea quæ videntur, quàm illa quę nõ videntur. Sicut ergo apud magiſtros literarum fieri videmus,quorum alius puerulum de gremio matris acceptum, & ignarum omnium, atq; incapacem maiorum,primis tantũmodo imbuit elementis: quem rurſus alius magiſter accipiens,perfectioribus inſtituit diſciplinis:ita & Moſes ignaram omnium, & rudem hominum naturam,&(vt ita dicam)nuper à lacte depulſam,prima diuinæ cognitionis edocet elemẽta. Ioannes verò & Paulus velut à Moſe iam quæ prima ſunt imbutos homines, ad excelſiora & perfectiora deducunt,non vt quęq; prima ſunt deſtruentes,ſed tanquã fundamento competenter poſito ſuperponentes totius ædificij celſa faſtigia.Vidiſti deniq; vtriuſq; teſtamenti ſtructuram vnius lineæ modulatione directam. Vidiſti totius ædificij conſonam quadraturam,audiſti à Moſe,quomodo facta ſit viſibilis creatura,audiſti & à Dauid,quomodo & intellectualis illa cœleſtis atque inuiſibilis creatura ſit,dicente: Quia ipſe dixit,& facta ſunt : ipſe mandauit & creata ſunt. Simili modo & in nouo teſtamento verbum dei audis exponi viſibilium & inuiſibilium conditorem. In principio fecit deus cœlum & terram.Sermo hic quidẽ breuis eſt, & ſimplex,ſed omnium aduerſariorum ſubruere machinas potẽs.Denique conſidera quomodo Manichæo aſſerenti quòd infecta ſit materia, & deo coæterna, occurrit & dicit:In principio fecit deus cœlum & terrã: & omnem ſtructuram falſæ eius doctrinæ ſubuertit. Sed non credit Manichæus ſcripturæ noſtræ, ergo & propter hoc ipſum vitandus nobis eſt,& alienus penitus habendus. Qui enim non credit deo,& veritatem mendacium ponit,non tam errare, quàm inſanire iudicandus eſt.Sed quomodo,inquit,ex nihilo fieri aliquid potuit? Dic mihi & tu quomodo ex materia aliquid fieri potuit? Certum eſt enim q; de terra factum hominem vterque noſtrum credit, licèt tu ipſam terram neges à deo factam. Dic ergo mihi, quomodo de terra facta eſt caro ? De terra enim lutũ fieri videmus, aut laterem,aut tegulam,vel aliquod tale figmentum, carnem verò de terra nullus vnquam fieri vidit. Quomodo ergo facta eſt natura carnis,quomodo oſſa formata ſunt,quomodo nerui & venæ, quomodo cutis, & membra viſcerum ſecretorum, quomodo vngues, & capilli, & ſingulorum varietas diſtinctióque membrorum, quomodo iſta diuerſitas ex vna terræ natura formata,eſt?Sed certum eſt quòd dare non poteris rationem:quomodo ergo cùm iſta quę apertiora ſunt & faciliora, explicare non poſſis,de difficilibus & ineffabilibus pronũciare auſus es ? Vis adhuc & faciliora tibi proponam, atq; ea quæ per momenta habemus in manibus? Panem quotidie ſumimus,& exinde corporalis vitæ ſubſtantiam conſeruamus. Dic ergo mihi, quomodo natura panis intra nos mutatur in ſanguinem? Quomodo ex ipſo phlegma, ex ipſo etiam fellis ſubſtãtia fiat,& diuerſi humores generẽtur? cùm vtiq; natura panis denſa quędam ſit & cõpacta,hęc verò in quę mutatur,remiſſa ſint,& fluida:tũ deinde color panis vel candidus eſt,vel ad frumenti ſpeciem redactus: color verò ſanguinis rubẽs,& fellis nigri vel flaui, cæterorúmq; humorũ lõgè diuerſus,& varius? Quomodo ergo fiũt hæc,dic mihi & horum redde rationem. Sed certum eſt,q; non ſolum hæſitabis,ſed & tacebis: rectúmne tibi videtur,vt cũ rationẽ eorum quæ quotidie in nobis ſunt inueſtigare non valeas, diuini operis,& conditionis dei audeas ſecreta diſcutere,& contradictionem impoſſibilitatis oſtẽdere? Si noſtri ſimilis eſt deus, bene operis eius ſecũdum cõmunem ſenſum expetis rationẽ. Quinimò nec ſic quidem. Multa enim ſunt quæ arte quidem hominum fiunt, quomodo tamen, vel qua ratione fiant, explicare non poſſumus. Verbi gratia, quomodo de venis terræ aurũ fiat: hoc fieri quidem videmus, rationem verò immutatæ glebæ reddere nõ valemus:ſed & ex arena arte hominum fit vitrum luciditſimum, & multa alia his ſimilia humana quidem experientia fiunt,qua tamen ratione fiant,mortalis ſermo nõ explicat: dei verò opus,quem vtiq; humanas artes innumerabiliter præcellere etiã tu fateris,cuius virtutem & potentiam abſq; vlla comparatione,nõ ſolum inter homines eſſe, ſed inter cœleſtes virtutes nemo vnquam dubitauit, quomodo in ſingulis quibuſq; figmentis ſuis diſcutiẽdum credis,& humanæ artis infirmare pẽſandum:quin potius derelinquẽtes hæc quæ abiectæ & fragiles cogitãt mẽtes, redeamus ad illã ſtabilem,robuſtámq; ſententiã, quæ dicit:In principio fecit deus cœlum & terrã. Sta ſuper illud fundamentũ,ne commouearis,nec in cogitationum fluctus,atq; animorum turbines corruas. Cogitationes enim mortaliũ timidæ, & incertæ adinuentiones earum.Noli ergo derelinquere quæ firma ſunt,& conuerti ad infirma & incerta,atq; his ſalutem animæ tuę credere:ſed permane in his quę didiciſti,& credita ſunt tibi,& dic: Quia in principio fecit deus cœlum & terrã:etiam ſi tibi Manichęus occurrat, etiamſi Valentini diſcipulus,tu ſemper vtere hoc ſermone:etiam ſi illi irrideant, tu eos vt inſanientes defleto. Sint licet pallentes in vultu,& triſtes ac ſeueri videãtur,atq; obductis ſuperciliis:ſint licet ſermonum varietate ſubtiles:ſed tu noli aſpicere ad iſtam quę extrinſecus eſt ouium pellẽ,ſed conſidera & intuere lupum qui intrinſecus latet:&,ppterea maximè eũ execrari debes,quia ad conſeruum ſuum mitem ſe ſimulat,& humilem:ad dominum autem omniũ noſtrum canis eſt rabidus,in cœlum latrans,& ipſi quodãmodo diuinitati inferens bellum. Negat enim creatorem deũ, ſed alium neſcio quem cõtrarium prędicat. Fuge ergo ab his talibus,& vita tendiculas:vita huiuſmodi verbum,tanquam venena. Cuſtodi hæreditatẽ quam à patribus ſuſcepiſti per fidem,& doctrinam ſcripturę diuinæ,quę dicit:In principio fecit deus cœlum & terram. Cur autem primùm cœlum fecit,deinde terram,antè tectum, quàm ſolum? Vides & in hoc nihil eſſe ſimile humanis artibus,nec hominũ regulis voluntatem ſeruari diuinam. Apud nos adminiculis & fulcimẽtis opus eſt,ibi verò voluntas opus efficit,& præbet ſermo virtutem. Terra autem erat inuiſibilis,& incõpoſita. Quam ob cauſam cœlum perfectũ condidit,terram verò paulatim compoſitam eſſe refert Moſes?vt audiens tu quia melioribus elemẽtis perfectũ extitit opus eius, certus ſis,quia & terram perfectã poterat producere,ſicut & cœlum: ſed propter te,& propter ſalutẽ tuam non fecit. Si requiris,quomodo? auſculta. Patriam tibi, & nutricem, & matrem,& menſam & domum poſuit terram:ſed & ſepulchrum tibi hanc eandem dedit. Nam & corpora noſtra ex ipſa ſunt,& ex ipſa etiã corporum nutrimẽta, & ex ipſa quoque,& in ipſa noſtra habitatio eſt, & poſt mortem in ipſam rurſum redimus : ne fortè ergo ex his omnibus,quę ex ea videris conſequi beneficiis, fragili & lubrica cogitationẽ in impietatem delapſus, ipſam eſſe vitam putares,& vituperes authorem: propterea imperfectam eam atq; incõpoſitam producit, vt tu intelligẽs quod indiguit etiam ipſa opere & beneficio conditoris, cultum venerationémq; diuinam creatori omnium referas deo,& glorifices eum qui ad vſum miniſterij humani generis tanta parauit,ac talia. Verùm dei cultus non ſolum in fide recta, ſed in optima conuerſatione cõſiſtit. Ait enim dominus: Luceat lux veſtra inter homines:vt videntes opera veſtra bona,glorificẽt patrem veſtrum qui in cœlis eſt. Et ideo velim ad ea quę dicta ſunt,addere aliqua de opere miſericordiæ, niſi ſuperfluum videretur vos docere, qui alios operum veſtrorũ docetis exẽplis : maximè cùm medius omnium noſtrum ſedeat pater communis, & magiſter noſter,cuius domus (tãquam ad hæc relicta) etiam maioribus ſuis,peregrinis & aduenis patet.omnes qui vndique vel ad tribulationes abiiciendas, vel veritatis diſcendæ cauſa conueniunt, hanc ſibi hoſpitam domum inueniunt,hanc miniſtram,& ita in omnibus famulãtem,vt neſciam vtrum huius an peregrinorum magis dicenda ſit domus. Imò verò propterea magis huius eſt, quia peregrinorum eſt: nam & omne quod noſtrum eſt,tũc magis noſtrum erit, ſi ſit nobis commune cum fratribus. Melius enim ſeruatur pecunia quę in dextera pauperis collocatur. Hanc mihi nõ calumniator extorquebit, non inuidus criminabitur, non latro auferet,non fur nocturnus diripiet, non ſeruus fugam meditans vaſtabit,ſed ſemper eſt tuta,ſemper integra,ſemper ſalua. Nullus alius locus ita munitus eſt ad conſeruandam pecuniam, ſicut pauperum venter. Denique frequenter etiam ſi extrinſecus quis poteſt damna vitare,aut effugare calumnias,effugere tamen in pecuniam domeſticas inſidias non valebit: quanuis clauſtra poſtis valida, quanuis ſignacula exquiſita circundent, ſeruile tamen ingenium non euadet: & ideo certiſſimum eſt illam nobis magis ſeruari pecuniam,quam pauperibus commẽdamus. Non ſolum enim ſalua nobis manebit repoſita in talibus clauſtris,ſed & fœnore multiplicato reddetur. Ingentes enim reditus cõferet pecunia largita pauperibus. Nam ſi hominibus in fœnus dederis eam, centeſimam tibi reddent:ſi verò dei pauperibus fœneretur, cẽtuplum reſtituet,inſuper & æternam cõferet vitam. Quid ergo mauis agere de pecunia tua:centeſimam ab hominibus, an centuplum recipere à deo: imò quod eſt ſuper omnem pecuniam,vitam ęternam pro miſericordia,& immortalem beatitudinem cõſequi? Vide ergo vbi magis velis congregare fructus tuos. Si in terra ſemines,quando fœliciter,decuplũ colliges,& hoc cum multo labore,cum multis moleſtiis:in cœlo autem ſeminanti,qua neq; bobus, neq; aratro, neque colonis, aut aliis huiuſmodi laboribus opus eſt : ibi nõ grando metuitur, nõ ſolis aduſtio, non rubigo conſumens, nõ locuſtarum exercitus formidandus eſt, non vicini prauitas, non potentis deprædatio, non exactoris iniuria:ſed ſeminum tuorum ſeges tuta & illæſa conſurget,afferens fructum immortalitatis,& lætitiæ ſempiternæ fructũ,quem oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Quomodo ergo non extremæ ignauiæ eſt,certa relinquere, & incertis adhærere:maiora deſerere,& minora ſectari:tuta & tranquilla nõ exequi,periculoſis & fragilibus aſſidere? Et quæ erit venia hæc agentibus? Quæ excuſatio tam iniquo iudicio viuẽtibus? Quòd ſi quis fortè pauperem ſe dicat,certus ſum q; quanuis ille ſit pauper, non erit pauperior vidua illa,quæ duo minuta ſola habebat,& ipſa obtulit deo. Imitemur ergo & nos diuitias eius,diuitias dico,nõ cenſus,ſed mentis:non pecuniæ, ſed fidei:& magnanimitatem eius ſequamur,vt poſſimus& meritis eius adiuuari per gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, cum quo eſt deo patri cum ſpiritu ſancto gloria,& imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

* Idem argumentum tractatur tomo 5. homil. 7. Ad populum Antio.

QVOMODO PRIMVS HOMO OMNI prælatus ſit creaturæ, ſermo. Incerto interprete.

DIgnitas humanæ originis facilè agnoſcitur, conſiderata ſublimitate authoris: neq; enim facile poterat eſſe vel leue,quod manus ſacra confinxit,& cœleſtis flatus in vitalem ſubſtãtiam animauit: maximè cùm idem artifex deus poteſtatẽ ſuã in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurus: vt quem ſecundum præſidem poſt ſe facere diſponebat,eundem faceret plenum atq; perfectum,habẽtem in ſeſe & dignitatẽ qua præcelleret, & poteſtatẽ qua cunctis animantibus imperaret:ſoli ſeruiens illi,à quo ei cuncta fuerant ſubiugata, vt imperaret mundo,ſeruiret deo,creatorẽ ſuſpiceret, creaturã ſibi parere cõpelleret,tantúmq; ditionis ſeſe domino debere perſpiceret,quãtũ ipſe à creatura exigeret,habẽs in propria poteſtate & obedientiã,& contemptũ : obedientiam, qua viueret:contemptũ,quò dignè pro meritis interiret. Vnde effectũ eſt,vt contẽnendo mortẽ incideret, qui obediendo viuere poſſet:vnde poteſtatẽ conceſſam dum in contẽptum protulit,& vitę priuilegiũ perdidit,& mortis ſibi ſententiam acquiſiuit. Et tamẽ adhuc creatura eius ſeruat imperium, licet ipſe creatori ſuo denegarit obſequium. Vnde apparet quid ſuę fœlicitati detraxerit, quum peccatorum merita eius ſtatum adhuc mutare non poſſint. Grauaris homo,iuſtè grauaris,& inexcuſabili pœna aſtringeris : contemnis creatorem,& eius imperas creaturæ:deſpicis dominũ, & de eius creatura exigis obſequiũ:beneficiis dei per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

frueris,& eius potentiam non extimescis. Et cùm tibi per eum cuncta deseruiant,solus ipse illi nõ seruis. Bis delinquis,& geminum ac duplex crimen incurris, dũ nec pro conditione vt seruus obsequeris, nec pro potestate data domino famularis. Tibi cœlum in die lucis spendore vestitur, & solis fulgoribus decoratur:in nocte clarissimo lunę speculo,& astrorum fulgore vario polus ipse illustratur, vt diei noctísque vicissitudine & numerositas tẽporum dignoscatur, & post diurnum laborem requies miseris mortalibus præbeatur. Tẽpora alternis vicibus immutantur, frondescũt syluæ,amœnãtur campi,prata viresc̃unt, animantia cuncta diuersis vsibus procreata edũt fœtus, parent imperio,obsequia seruant,scatent fontes,amnes fluunt, institutis terminis maria coërcẽtur.Gaudet post hyemẽ verna temperies,æstatis flagrãtia decoquit messes,autumnitas temulẽta suas exhibet vbertates,hyeme maturantur imbribus terræ, suis institutis cuncta deseruiunt,solus homo deo nõ seruit. Quid si tibi vniuersa natura constanter ediceret: Ego tibi à domino rerum parêre præcepta sum,ego circa te iussa implere, instituta seruare,nascẽtia cũcta tribuere genitoris imperio iussa sum:deniq; pareo,obtempero,seruio,& cum mutato nõ mutor.Pareo inquam rebelli,obtempero procaci,deseruio contemptori.Cæterùm si mihi instituta mutare,iussa peruertere,necessaria denegare, rerũ dominus præcepisset:creatura cũcta viduata homine remaneret, nec qui cõtemneret vlterius esset, quia contemptor homo dignè de merito interiret: deniq; quis talis es,qui in hoc contẽptu consistis:qui creaturę imperas,& creatori non seruis:qui dominatũ exerces, & dominum non agnoscis? Time dominũ patientem,ne seuerum sentias iudicẽ. Corrigat te dilatio differẽtis, ne censura puniat iudicãtis.Facilè enim obsequio tuo facies deum propitium, si cõuersus iam mutaueris vitium. Vsuratũ enim redditur,quicquid dilatione temporis fœneratur: necesse iam præterit impunitum,cui mora temporis nõ potuit dare remedium.Quid retribuã domino, si humana cõditio genitori quid debeat noscat,atq; eius beneficiorũ innumeram multitudinẽ momẽtis omnibus retractãdo intelligat?inueniet suæ seruitutis obsequia cõtinuis laudibus iugi gratulatione æquare non posse.Neq; enim beneficia ab eo præstita atq; collata,vel modũ poterũt habere,vel numerum,certè nec terminũ:quippe cùm nec sensus ad inuestigandũ sufficiat,nec sciẽtia suppetat ad laudandũ: immensitas enim beneficiorum superat cogitationes sensuũ,& innumera multitudo donorũ vincit volubilitatem verborũ. Nec si totũ vitæ tẽpus oris obsequia occupent, laudes teneant, gratiarũ actiones insistant, poteris pẽsare quod debes. Qua in re danda nobis est opera,vt totis viribꝰ deuotio mẽtis in diuina obsequia exerceatur,& laudũ glorias os nostrũ per omne tẽpus frequentare cogatur,non quo in istis debitũ compensetur,sed vt nostræ deuotionis voluntas his conatibus dignoscatur:vt quicquid fragilitas detrahit ad cõplẽdum, hoc deuotio cõferat ad promerendũ, vt iã quia vis,nõ quia perficis,expungaris:nec quia debita compensas,sed quia parêre desideras. Velle enim expũgitur,quia per immensitatẽ rerum ad ipsum quod cupimus,explicare non datur. Quid retribuam,inquit,domino pro omnibus quæ mihi retribuit? Quærit propheta sanctissimus,quibus meritis beneficia diuina cõpenset, quo famulatus genere munera percepta coæquet, quibus obsequiis tãtis possit muneribus respondere,quo seruitutis genere innumera debeat dona, & infinita beneficiorum genera cõparare.Sit licet excellens hominum meritum,sit naturæ iusta cõseruans, sit legum iussis obtemperans,impleat fidem,iustitiam teneat,virtutes exerceat,damnet vitia, peccata repellat, semet exemplũ imitãtibus præbeat:si quid gesserit,parum est:quicquid fecerit,minus:omne enim meritum breue est cõparatione donorum.Numera beneficia si potes,& tunc cõsidera quid mereris.Cũ beneficiis cœlestibus tua facta perpẽde, cũ diuinis muneribus actus proprios meditare:nec dignum te iudicabis eo q̃ fueris,si intelligas quid mereris.Igitur de beneficiis innumeris diuina in te pietate collatis, elige quod libuerit vnum,hinc tuum cõpensari totum nõ poterit meritũ. Cęterùm obtunditur sensus,confunditur animus,spiritus perturbatur,vt ab homine deus noscatur, nec humana poterũt pensari obsequia,si diuina beneficia cõpares:& tamẽ de illo loquimur, qui semet peccare nõ patitur,qui iudicium suæ mẽtis examinans contendit, vt placeat: vt promereatur,instat: vt seruiat, elaborat. Cæterùm quem peccare delectat, aut propria mentis segnitia,aut incõsiderati actus,aut vanitas vitę sic mãcipat vitiis, vt sit materia delictorũ minister culparũ, seminariũ peccatorũ, ita vt in se duplex scelus, & geminum crimen admittat,& q̃ debita domino seruitutis non reddit obsequia,& q̃ innumera beneficia peccando eius pensare nititur contumelia. Quare nitatur iustus merita propria beneficiis cœlestibus coæquare, nitatur & peccator vitia quæ exercebat horrere. Ille incrementis sanctę vitæ increscat,hic peccata dãnando, iustitiam quam non amabat, exerceat. Ille bonis tribuat salutare exemplum, hic malis ostendat correctionis remedium.Ille prẽmia meriti sancti expectet, hic supplicia semet corrigẽdo declinet.Sic fit vt & iustus gloriam bene viuendo acquirat, & peccator correctus indulgentiam diuina pietate percipiat.

* Idem tractatur loco superius inducto.

Diui Ioannis Chrysostomi de Adam & Heua,homilia.

Incerto interprete.

DEus institutor mũdi,omnia ex nihilo faciens: qui dixit,& facta sunt:mãdauit,& creata sunt: fecit cœlũ & terrã, & omnia quæ in eis sunt. Perfectis omnibus atq; ordinatis, fecit hominẽ ex limo terræ,sibilauit in animã viuẽtem, & factus est homo.Et ne solus habitaret in terra,fecit illi adiutorium: euulsa costa è latere,implęuit carnem:applicuit ad Adam,vt ei nomẽ imponeret.Tanta fulgebat in ruditate primi hominis gratia,vt nomen illi imponeret,& futura prophetaret,dicẽs, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:propter hoc vocabitur Heua,id est, mater viuorũ. Erantq; ij homines, scilicet masculus &fœmina,nudi in paradiso,& nõ confundebãtur. Vbi simplicitas regnabat,malitia ibi locum nõ habebat.Deus pręscius futurorũ,dedit pręceptũ,vt ex omni ligno paradisi manducarent, ex arbore dignoscentiæ boni & mali ne tangerẽt: & in qua die tetigissent, morte morerẽtur.Serpẽs ille diabolus venenosa astutia sua,persuasione callida,sexũ fragilem fœmineum, falsa suggerẽs,decepit,dicẽs: Quòd vobis dixit deus, de arbore hac nõ tangatis,ideo præcepit, ne aperirẽtur oculi vestri,& essetis sicut dij.Illa audiẽs,& videns speciosum esse oculis ad videndũ,& dulcem fructum ligni ad escã, & esse volens sicut deus. Licet ipse inde deceptus est,quia ipse voluit esse vt deus,dicẽs,Pono sedem meam ab Aquilone & ero similis altissimo. Ex ipso

ipso ergo veneno malè persuadens propinauit mulieri. Ergo tollens de fructu arboris dedit Heuæ, Heua Adæ viro suo. Aperti sunt oculi eorũ,& cœperunt cõfundi,quia nudi erãt.Consuẽrũt folia ficus,fecerũntq; sibi succinctoria.Ideo ergo confusio facta est,quia cupiditas,quæ est radix omniũ malorum, in cor eorum venerat. Et ipsa transgressio peccati totum labefecit mundum, factũ alumnum peccati,quia omnis qui facit peccatũ,seruus est peccati.Omnis quoq; homo de eo natus,natus est illi obnoxius, quia seruus seruũ generat. Et nisi per illũ liberatorem acciperet genus humanum libertatem, omnes in seruitute hucusq; detinerentur,sicut ait Apostolus, Per vnum hominẽ peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines pertrãsiit,in quo omnes peccauerunt.Nam vnde est illud,quod clamat propheta, dicens:Ecce in iniquitatibus conceptus sum,& in delictis mater mea in vtero me habuit? De isto peccato venit,de quo dixit verus dei cultor,homo sine querela,abstinẽs se ab omni malo,cui nemo similis sup terram: Non esse sine peccato nec infantẽ vnius diei natum super terrã. Dicit item, Graue iugum super filios Adæ,à die exitus de vẽtre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ,quæ est mater omniũ. Insuper ipse alibi dixit,Quomodo potest mundus esse de immundo conceptus semine? Quid agimus? ipse ecce Apostolus assumpsit personã ipsius primi hominis, vt totũ obligatum in peccatis demõstraret mundũ,dicens, Concupiscentiã nesciebam,nisi lex diceret,Non cõcupisces. Lex ergo erat,quando audiit primus homo: Ex omni ligno paradisi edes, ex arbore autem dignoscẽtiæ boni & mali ne tetigeris. Hoc est dicere,nõ cõcupisces. Occasione autẽ accepta, peccatũ per mãdatũ fefellit me,& per illud occidit.Itaq; lex quidem sancta,quam præcepit deus Adæ,& mãdatum sanctũ & bonum & iustũ. Hoc Apostolus dicit in persona primi hominis. Quod ergo bonũ est mihi,mors factum est? Absit:sed peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatũ est mortẽ.Id est, vt diceret, Aperientur oculi vestri,& eritis sicut dij.Per hoc bonum operatũ est ei mortẽ,vt fiat supra modũ peccator,vt ipse diabolus esset supra modũ peccator,vt in eo caderet peccatũ per mãdatũ. Et fortè dicturus est aliquis.Ergo deus nõ est pręscius futurorũ? Nesciebat posse per mãdatum cadere rudẽ hominẽ?Vnde oportuerat,vt eũ permitteret non cum præcepto, sed simpliciter viuere in paradiso, vt non peccatũ cõmitteret per mandatũ.Et nos cõtra calumnias eorũ hæc dicimus: quia deus sciuit posse tangere primũ hominẽ de arbore prohibita. Sed quia vndiq; confitetur vniuersa lingua deũ præsagũ esse futurorũ antequã essent vniuersa quæ in mundo sunt,præsciuit prævaricaturũ primum angelũ,& ipsum hominẽ.Angelos ergo fecit in spiritu sine carne,pręceptum dedit eis nullum.Vnus angelus primus, qui Sathahel dictus est,malignã & nephariã præsumptionẽ assumens, dixit,Pono sedẽ meam in Aquilonẽ, & ero similis altissimo.Et ita pro tali præsumptione cecidit irreparabiliter,vt angelus primus pręcipitatus de culmine angelico,diabolus nominaretur.Ecce sine pręcepto ita cecidit irreparabiliter,vt cõsequẽtes sibi hodie,hodiéq; occidat. Sed æquè dicturus est aduersarius fidei catholicæ,Et in ipso angelo præscius non erat, qui hanc præsumptionẽ assumere habebat?Nos nunc respõdemus ei:Omni ratione sciuit futurũ irreparabilẽ casum eius, sicut sciuit quanta bona facturus esset de malo eius.Nam tolle persecuturos,& nõ erũt martyres:tolle ebriosos,& nõ laudamus sobrios:tolle tenaces,& nõ prẽferimus in eleemosynis largos. Ex cõparatione ergo peioris oboritur laus melioris. Deus noster faciens hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã, dedit præceptum in creatura:id est,in arbore,eligens vt per transgressionẽ in creaturã peccaret,q̃ sine mãdato in creatorem offenderet. Et sicut angelus qui sine præcepto elatus cecidit, ita & homo si præceptum non acciperet,æquè & ipse diceret,Pono sedem meam in Aquilonem,& ero similis altissimo:& caderet irreparabiliter.Præuidit per omnia deus,quanta habuit facere bona de transgressione primi hominis. De ipso ergo peccato transgressionis pullulant omnia peccata. Cum ergo dicitur homo tradi desideriis suis,ex ipsa propagine fit reus: quia desertus à deo,cedit cupiditatibus, atq; consentit,vincitur,capitur,trahitur,possidetur. A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & fit ei peccatum consequens præcedentis pœna peccati. An non est peccatum & pœna peccati, vbi legitur:Dominus enim immisit eis spirtum erroris, vt faciant quæ non conueniunt,sicut seducitur ebrius? An non est peccatũ, pœna peccati, vbi deo dicit propheta, Quid errare fecisti nos de via tua, obduraſti corda nostra,vt non timeremus te? An non est peccatum & pœna peccati,vbi dicitur deo,Ecce tu iratus es,& nos peccauimus:propterea errauimus,& facti sumus sicut immundi omnes? An non est peccatum,& pœna peccati,vbi legitur de gentibus,quas debellauit Iesus Naue, quia per dominum factum est confirmari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum Israël,vt exterminarentur? An non est peccatum,& pœna peccati,q̃ non audiuit Roboã rex plebem bene monẽtem?quia sicut scriptura loquitur,erat conuersio à domino,vt statueret verbum suũ quod ei locutus est in manu prophetæ. An non est peccatũ,& pœna peccati in quo scriptũ est, Amasiam regẽ Iuda noluisse audire regem Israël bene monentẽ,ne procederet ad bellum?Sic enim legitur:Et nõ audiuit Amasias, quia à deo erat vt traderetur in manus eius,quoniã quæsierat deum Edom. Et multa alia cõmemorare possumus, in quibus liquidò apparet,occulto dei iudicio fieri peruersitate cordis, vt non audiant quod verũ dicitur,& inde peccetur,& fit ipsum peccatum præcedentis etiam pœna peccati. Nam credere mendacio,& non credere veritati,vtiq; peccatum est.Venit tamen ab ea cæcitate cordis,quia occulto iudicio dei(sed tamen iusto)etiam pœna peccati monstratur,quale est illud, quod ad Thessalonicenses scribit Apostolus, Pro eo q̃ dilectionem veritatis non receperunt,vt salui fierent: & ideo mittit illis deus operationem erroris, vt credant mendacio. Ecce peccati pœna peccatum est, vtrunq; claret, breuiter dictum est,apertè dictum est. Ab eo dictum est, cuius alia verba in veritatis sententiam frustra hęretici retorquere conantur.Ergo ideo prędicat ecclesia catholica vbiq; diffusa debere paruulos baptizari propter originale peccatũ,quia filios procreare ex pręcepto dei venit: cupiditas verò quæ facit filios procreare,ex pœna peccati venit.Ideóq; ille clamabat sanctissimus, & bene clamabat: In iniquitatibus conceptus sum:quia sine cupiditate nullus hominum concipitur. Bona sunt ergo cõiugia & sancta,& à deo ordinata,vt crescãt homines,& multiplicentur,& impleant terrã. Sed quia ipsa conceptio sine carnis cupiditate nõ fit, ideo dixi de transgressione peccati:venio in originale cupidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupiditatis,vt baptiſmus paruulorũ abluat omne ori- A
ginale peccatũ. Accepta ergo gratia, creſcit cum ho-
minibus cõpunctus: demõſtrante gratia,ex lumine ſa-
pientiæ efficitur homo caſtus. Pugnat cõtra cupidita-
Gal.5.c tes carnis,pugnat cõtra tranſgreſſionẽ Adæ: quia ſpi-
ritus concupiſcit aduerſus carnẽ, caro aduerſus ſpiri-
tum. Hæc enim inuicẽ aduerſantur. Et ne in ipſa vita
bona extollatur genus humanum, & propriis viribus
victoriam ſibi vẽdicet, in eo q̃ ſuperat affectus carnis
Ephe.2.b æquè redarguit Apoſtolus, dicẽs, Gratia ſalui eſtis per
fidem,& hoc non ex vobis, ſed donũ dei eſt. Non ex
1.Cor.4.b operibus,ne fortè quis extollatur. Aequè alio loco di-
cit, Quid habes,quod nõ accepiſti? Itaq; & ſi accepiſti,
quid gloriaris,quaſi bene viuens non acceperis? Nam
Prou.20.b. quis caſtũ ſe gloriatur habere cor, aut mundũ ſe eſſe à
peccatis? Et ſi dixerimus,quia peccatũ non habemus,
1.Ioan.1.c noſipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quia B
Ioan.15.a Ibid.6.c quod ipſe domin⁹ dicit, Sine me nihil pateſtis facere.
Mat.19.b Aequè dixit, Nemo venit ad me,niſi pater traxerit eũ.
Matt. 11. Item dixit, Nõ omnes cupiũt verbum,ſed quibus do-
& Luc. natum eſt: æquè dixit, Cõfiteor tibi domine pater cœ
10.d. li & terræ,quia abſcõdiſti hęc à ſapiẽtibus & pruden-
tibus,& reuelaſti ea paruulis. Ita pater,quia ſic fuit pla
Matt.13.b citum ante te. Item dixit, Vobis datũ eſt noſſe myſte-
rium regni dei, illis autem nõ eſt datũ, Sed ne aliquis
dicat,quod nõ accepi,quid à me exigit deus? non ha-
bet excuſationẽ,quia omnis accipiẽs gratiã,iam in ea-
dem gratia accipit & lumẽ. Quòd ſi malè fecerit,aſſi-
gnet ſibi: ſi autẽ bene fecerit,aſſignet deo, à quo venit
Iaco.1.a omne donum optimũ,& lumen perfectũ. Cùm enim
ſanctæ plebis ſacerdotes per mãdata ſibimet data, le-
gatione funguntur, apud diuinam clemẽtiam, huma-
ni generis cauſam, totámq; ſecum eccleſiã aggregan- C
tes, atq; congemiſcentes poſtulãt & precãtur, vt infi-
delibus donetur fides,vt ab idololatria & impiis erro-
ribus liberentur,vt Iudæis ablato cordis velamine,lux
veritatis appareat, vt hæretici catholicæ fidei perce-
ptione reſipiſcãt, vt ſchiſmatici ſpiritũ rediuiuæ cha-
ritatis accipiãt,vt lapſis pœnitentiæ remedia cõferan-
tur: catechumenis ad regenerationis ſacramenta per-
ductis,cœleſtis miſericordiæ aula reſeretur. Hæc non
inaniter à domino peti,rerum ipſarum monſtrat effe-
ctus: quandoquidem ex omni errorum genere pluri-
mos dignat deus attrahere, quos erutos de poteſtate
tenebrarum,transfert in regnum filij charitatis ſuæ: &
Coloſ.1.b ex vaſis iræ facit vaſa miſericordiæ: quod adeò totum
Rom.9.d diuini operis eſſe ſentitur,vt hæc efficienti deo gratia-
rum ſemper actio,laudiſq; cõfeſſio pro talium corre-
ctione referatur. Illud etiã quod circa baptizandos in D
vniuerſo mundo ſancta eccleſia, ſiue ſint paruuli, ſiue
iuuenes, vniformiter agit,non otioſo contemplemur
intuitu. Quòd cùm ad regenerationis veniunt ſacra-
mentũ,non prius fontẽ vitæ ingrediuntur, q̃ exorciſ-
mis & exufflationibus clericorũ ſpiritus ab eis immũ-
dus abigatur,& deinceps vaſa eius eripiãtur,in poſſeſ-
Pſa. 67.d ſionẽ tranſlata illius victoris, qui captiuã duxit capti-
& Epheſ. uitatẽ,dedit dona hominibus. His ergo eccleſiaſticis
4.b. regulis & diuina ſumptis authoritate documentis, ita
adiuuante domino cõfirmati ſumus, vt omniũ bono-
rum effectuum atq; operum, & omniũ ſtudiorũ, om-
niúmq; virtutum,quibus ab initio fidei ad deũ tendi-
tur,deum profiteamur authorem, & non dubitemus
ab ipſius gratia omnia hominis merita prouenire: per
quem item fit, vt aliquid boni & velle inueniamur, &
facere. Quo vtiq; auxilio & munere dei non aufertur

A liberum arbitriũ: ſed liberatur,vt de tenebroſo lucidũ,
de prauo rectum,de languido ſanum, de imprudente
ſit prouidum. Tanta enim eſt erga omnes bonitas dei,
vt noſtra velit eſſe merita,quę ſunt ipſius dona. Et pro
his quæ largitus eſt, æterna præmia ſit daturus. Agit
quippe in nobis, vt quod vult & velimus, & agamus.
Nec ocioſa in nobis eſſe patiatur,quæ exercenda, nõ 3.Ioan.b
negligẽda donauit: vt & nos cooperatores gratiæ dei
ſimus, & in his quæ in nobis ex noſtra viderimus re-
miſſione languere, ad illum ſolicitè recurramus, qui
ſanat omnes languores noſtros,& redimet de interitu
vitam noſtram,cui quotidie dicimus, Ne inducas nos Matt.6.b
in tentationem, ſed libera nos à malo. Profundiores
verò difficilioréſq; partes incurrentium quæſtionum,
quas latius pertractarunt, qui hæreticis reſtiterunt,nõ
neceſſe habemus aſtruere: quia ad confitendam gra-
B tiam dei,cuius operis digni, nihil penitus ſubtrahen-
dum eſt. Satis ſufficere credimus quicquid ſecundum
prædictas regulas apoſtolica ſcripta nos docuerunt,
vt prorſus non opinemur catholicum,quod apparue-
rit præfixis ſententiis eſſe contrarium.

Diui Ioannis Chryſoſtomi de Geneſi, & interdictione arboris ad Adam, ſermo. Incerto interprete. Gene.2. & 3.

IVbetur Adã de interdicto arboris fructu nõ
tangere, iubetur ab vnius ligni naſcentibus
abſtinere: vna arbor excipitur, ſed vniuerſæ
diuinitus tribuuntur. Pars ſubtrahitur, ſed totum quod
deus fecerat, famulatur. Idẽ prohibet, qui cuncta con-
ſtituit: idem imperat, qui vniuerſa donauit. Qui dedit,
adimit: qui plantauit, ſubtrahit: qui condidit, interdi-
cit. Sed dicet aliquis: Vt quid plãtauit, qui interdixit?
Non enim debuit interdicere, qui plantauit: cùm poſ-
C ſet nõ plantare, qui interdicturus fuiſſet, ne fruſtra in-
terdiceret, quod plantaret. Quaſi bonum enim plan-
tauit, & quaſi non bonum interdixit: cùm poſſet nec
plantare, nec interdicere, ne plantatio & interdictio
quæſtionẽ aliquã haberet. Sed qui mouetur, quęrat: &
qui quærit, oret vt inueniat. Et qui inuenit, cũ dei me-
tu quod inuenit, exerceat: ne arrogantia turbet, quod
dei pietas reuelauit. Igitur propter hoc & plantauit, &
interdixit: vt poſſet eſſe, per quod voluntas hominis
monſtraretur. Dat mandatũ, vt probet obſequium: im
ponit legem, vt exploret hominis volũtatem: inſinuat
præceptũ, vt eius noſcat arbitrium. Stabat ergo arbor
in medio, hominis voluntatem explorãs. Explorabat
enim, an homo dominum comminantem, q̃ diabolũ
perſuadentem audiret. Non enim in arboris fructu,
ſed in hominis cõtemptu mors ipſa pendebat. Stabat
D & homo inter dominũ & hoſtem, inter vitam & mor-
tem, inter interitũ & ſalutem. Nunc deus cõminatur,
vt ſaluet: nunc ſerpens perſuadet, vt vexet. Nunc per
deum ſeueritas vitã: nunc per diabolũ blanditia mor-
tem intẽtat. Et vtiq; (proh nephas) minatur deus, & cõ
temnitur: perſuadet diabolus, & auditur. Apud deũ eſt
ſeueritas, ſed benigna: apud diabolũ autem blanditia,
ſed nociua. Deniq; diabolus aut blaudimẽto perſua-
det, vt noceat: aut crudelitate deterret, vt perdat. Sic
enim deus Adam cũ diabolo certare voluit, ſic eũ vi-
ctoriam perpetrare optauit: vt maiora præmia victor
acciperet, q̃ acceperat à deo formatus: vt qui ſine cer-
tamine mundũ poſſederat, poſt certamen regna cœ-
leſtia poſſideret. Fuerat enim cõdignum, vt talis circa
creatorẽ homo fuiſſet, qualẽ ſe eius creaturam agno-
ſceret: vt parẽret deo, qui illi cũcta parẽre pręceperat:
ſeruiret domino, qui illum dominũ mundo effecerat:
certaret

certaret cum hoſte,vt inimicum deuinceret: denique A
prēmia deo reddente perciperet. Torpeſcit enim vir-
tus,vbi certamen defuerit: & facilè hoſtis malitia coa-
leſcit,ſi pigreſcat animus repugnantis. Sine labore au-
tem vincitur inimicus,ſi ſit,qui dimicat,vigilans & in-
tentus. Adeò roborãtur vires exercitatione frequenti.
Cęterùm laboris deſidia,inſoleſcit hoſtis ſæuitia. Ini-
micus eñ citò deuincitur,ſi qui dimicaturus eſt, præ-
lia meditatur. Nemo enim vnquam non ſolicitus ho-
ſtem deuincit: nemo ſine certamine victoriam perpe-
trauit. Adã enim protoplaſtus nec ſtuduit ſeruare iuſ-
ſa,nec vigilauit, vt ſerpentis malitiã præcaueret. Sim-
plex tantummodo fuit, aſtutus contra diabolum non
fuit. Dum enim diabolo perſuadenti,q̃ domino com-
minanti conſenſit: ſic & vitam quam habuit,perdidit:
& mortẽ quam ignorabat,accepit. Dignè quidem ho
mo delapſus in mortem eſt: qui & dominũ prouiden-
tem contempſit,& diabolo nocenti conſenſit. Nemo B
itaq;,nemo protoplaſti culpam in deum cõuertat: ne-
mo contemptũ hominis deo genitori adſcribat. Dia-
bolus enim perſuadere homini potuit: aſſentiendi vo
luntatem dare nõ potuit. Nam manifeſtum eſt deum
Adam noluiſſe peccare,qui voluit eum ante delictum
præſtruere: quia & Adam potuit ſerpentẽ contemne-
re,qui deo noluit obedire. Potuit Adã & deo parẽre,
quod noluit,qui cõſentire diabolo maluit. Vtrunque
enim in ſua habuit poteſtate, & deo parẽre,quod no-
luit: & diabolo nõ cõſentire,quod voluit: vnde & vi-
tę gloriam perdidit,& mortis periculũ acquiſiuit. Sed
deceptum Adam & diaboli fraudibus circunuentum
clementiſſimus liberat deus: vt per Chriſtum creden-
do acciperet,quod per diabolum contemnendo ami-
ſerat: & quibus modis mors in ſeculum venerat, iiſdẽ C
modis vita ſeculo proueniret. Lignũ enim per Adam
operatũ eſt mortem: lignũ per Chriſtum operatum eſt
vitam. Et quẽ diabolus perſuadendo deiecit,eum do-
minus liberãdo ſaluauit. Sed diuerſis temporibus iſta
omnia geſta ſunt,principio & fine,initio & vltimo,pri
mo & nouiſſimo,in exordio & ſupremo. Seruitus ini-
tio,libertas in vltimo: luctus principio, gaudiũ in po-
ſtremo: in primo mors, in nouiſſimo vita: in exordio
interitus,gloria in ſupremo. Per Adam & Chriſtũ,per
Heuam & Mariã,per ſerpẽtem & angelum. Mors per
Adam,vita per Chriſtum: Heuam ſerpẽs ſeduxit,Ma-
ria Gabrieli conſenſit: ſed ſeductio Heuæ attulit mor-
tem,cõſenſus Mariæ peperit à ſeculo ſaluatorem. Re-
ſtauratur per Mariam, quod per Heuam perierat: per
Chriſtũ redimitur, quod per Adam fuerat captiuatũ:
per Gabrielẽ promittitur, quod per diabolum fuerat D
deſperatum. Deniq; peccatum aboletur per Chriſtũ,
quod per Adam fuerat antè contractũ. Redditur per
Mariam vita,quæ per Heuam fuerat interẽpta. Adeò
nũc effectus eſt homo ex reo iudex, ex abiecto filius,
ex hoſte amicus,ex alieno proximus,ex mortuo ſuſci-
tatus: vt iã angelos iudicet, qui ab angelo fuerat iudi-
catus. Vnde cœleſtia iã & terrena lætantur: quia rede-
mit Chriſtus,quem captiuauerat diabolus: viuificauit
deus, quem occiderat inimicus: reducitur ad paradi-
ſum victor, quem victum de paradiſo ſerpẽs eiecerat:
aſcendit in cœlum, vnde hoſtis nocendo deiectus eſt:
perimitur ſententia diabolus, qua hominem iandudũ
peremerat: recẽpit gloriam Adam, quam per hoſtem
amiſerat: gaudẽt ſancti omnes, quia redempti trium-
phant,quòd & hoſtis perierit diabolus: & quòd Adã,
qui petierat,diuina ſit indulgentia reſtitutus.

A * Habet nonnihil in vltimo tomo ad populum Antiochenum,homilia ſeptima,ſuper illud Geneſeos cap.3.b. Adam vbi es? & ibidem homilia ſeq.nempe octaua,ſuper illud, Deambulabat deus in meridie in paradiſo.

De lapſu primi hominis,homilia. Incerto interprete.

DEus ſine initio ſempiternus, ſine fine perpe-
tuus,præſcius omniũ futurorum, non ab ini-
tio aliquid facere inchoauit,quod anteà non
diſpoſuerit: ſed ita omnis creatura in eius fuit diſpoſi-
tione, vt initium ea quę facta ſunt,in deo nõ habeant:
quia ſemper fuit in dei diſpoſitione, quod poſteà fa-
ctũ eſt in operatione. Fecit ergo deus angelos miro &
ineffabili modo,dicente propheta, Qui facit angelos Pſa.103.a
ſuos ſpiritus,& miniſtros ſuos ignẽ vrentẽ. Factis ergo
angelis,præceptũ eis nullum dedit. In quibus angelis
Sathahel angelus principatũ tenebat. Hic ex defectu
boni fecit initiũ mali,quia malũ deus non fecit. Ergo
B quãdo ei obortum eſt vt diceret, Pono ſedem meam Eſa.14.d.
in Aquilone,& ſimilis ero altiſſimo: receſſit à bono, vt
faceret,vt dixi,initium mali. Pro tali errore & tyranni-
ca præſumptione pręcipitatus,cecidit irreparabiliter.
Deus æquè pręſcius futurorũ,fecit hominem ad ima- Gene.1.c
ginem & ſimilitudinẽ ſuam, dans ei præceptum,præ-
uidens de eius tranſgreſſione quãta bona facturus eſ-
ſet. Nã tolle perſecutores,& non erunt martyres: tolle
congeriẽ malorum,& nõ erit plenitudo virtutũ: tolle
adulterij amatores,& non erit perfectio caſtorũ. Ergo
ex comparatione malorum fit laus bonorum. Quòd ſi
ei præceptũ nõ daret,ſine dubio & ipſe diceret, Pono Eſa.14.d
ſedẽ meam in Aquilone,& ero ſimilis altiſſimo. Ergo
dedit ei præceptum in arboris creatura præſcius quia
etiam exinde tangere habuit. Elegit dato pręcepto,vt
C peccans in creaturam eſſet vnde ſanaretur, q̃ non da-
to præcepto ſuperbia elatus ita caderet, vt non eſſet
per quod repararetur. Præterea ille callidus ſerpẽtina
cogitatione diabolus in ſpecie ſerpẽtis aſſumẽs men-
dacium, Quia ſemper & ab initio mẽdax fuit,venit ad Ioan.8.f
fragilem ſexum,rudem & incautum,dicens ei: Quod Gene.3.a
vobis dixit deus,nolite tãgere ex iſta arbore: ideo vo-
bis hoc dixit,ne aperirẽtur oculi veſtri, & eſſetis ſicut
dij. Et decerpſit de fructu arboris, & dedit mulieri. Et
vidit mulier,quia ſuaue eſt lignũ ad eſcam, & ſpecio-
ſum oculis ad videndũ,& comedit, & dedit viro ſuo.
Et vtriq; manducauerunt,& aperti ſunt oculi eorum.
Quaſi antè clauſi erãt,antequam de arbore prohibita
tangerent. Patebãt,ſed in bono, clauſi erant ad cõcu-
piſcendũ malũ: quãdo tetigit, aperti ſunt oculi ad cu-
piditatẽ,& facta eſt ex ea cupiditate cõfuſio, ita vt fo-
D lia ficus conſuẽrent, & cooperirent verenda ſua. Et in
iſto tranſgreſſionis peccato in lumbis eius totus eſt vi-
tiatus mũd⁹,& in illo peccato primi hominis facta eſt
de vna cupiditate trina cupiditas: ita vt omne quod
eſt in mũdo,vt ait Apoſtolus,cõcupiſcẽtia ſit ventris, 1.Ioan.2.c
quod eſt lignum ſuaue ad eſcam: cõcupiſcentia ocu-
lorũ,quod eſt ſpecioſum oculis ad vidẽdum: & ambi-
tio ſeculi,quod eſt eſſe vt deus. Ergo quia per vnũ ho Rom.5.b
minem peccatũ in hunc mundũ intrauit,& per pecca-
tum mors,& ita in omnes homines pertranſiit,in quo
omnes peccauerũt. Quia ſicut in Adã omnes moriun-
tur,ſic & in Chriſto omnes viuificabuntur. Aduenies
ergo dominus noſter Ieſus Chriſt⁹, voluit ſanare labẽ
primi hominis, in quo principale peccatũ ceciderat.
Nam cũ ieiunaret quadraginta diebus & quadraginta
noctibus: cùm eſuriret,diabolus acceſſit tẽtare eum,ę- Matt.4.a
ſtimans q̃ ſicuti primi hominis rudimẽta deceperat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita Christum deiiceret. Nam qui tentat, ad perfectum
neſcit quid ſit verũ. Credo, apud ſe dicebat inueteratus: Iſte quis eſt, qui venit non per regionem meã? ego
cupiditatem in amplexu maris & fœminæ miſi, iſtum
video naſci quomodo nullus hominum natus eſt. Ne
fortè ipſe eſt Chriſtus, de quo ora prophetarũ in toto
mundo clamitarũt? Accedo, tento eum. Aut iſte eſt vt
primus homo, & decipio eũ: aut ſi ipſe eſt Chriſtus, cõ
fuſus recedo. Intantũ dubius erat quis eſſet, vt diceret,
Matt. 4.a Si filius dei es, dic vt lapides iſti panes fiant. Et ille vt
deiiceret tẽtationẽ eius, & ſanaret primi hominis pec-
cata, quæ eſt cõcupiſcentia ventris, repulit eũ, dicens:
Nõ in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod
procedit ex ore dei. Secũda itidẽ tẽtatio oboritur, ita
vt leuaret eũ in montẽ excelſum valde, oſtẽdẽs ei om-
nia regna mũdi, & ait ei: Hæc omnia tibi dabo, ſi pro-
ſtratus adoraueris me. Hęc tẽtatio dicitur cõcupiſcen-
tia oculorum. Et ille repellens etiã iſtam tentationem,
Deut. 6.c ait, Vade retrò ſatana, ſcriptum eſt: Dominum deum
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Tertia in elatione,
quod eſt eſſe vt deus, eſt ambitio ſeculi: leuauit eum ſi-
militer in pinnã tẽpli, & ait ei: Mitte te deorſum, quia
Pſal. 90.c angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omni-
bus viis tuis: in manibus tollent te, ne quãdo offendas
ad lapidẽ pedem tuum. Et reſpõdit ei dominus. Non
tentabis dominum deum tuum. Ecce trinam tẽtatio-
nem iſtam vicit ſaluator mũdi, vbi primus homo per-
uerſa ſuaſione malè deceptus erat. Nã quomodo ille
deceptus eſt, qui ſuaue lignum ad eſcam oſtendit: ſic
Chriſtus vicit, dicẽs: Nõ in pane ſolo viuit homo, ſed
in omni verbo quod ꝓcedit ex ore dei. Ille ſpecioſum
putauit oculis ad videndum, Chriſtus regna mundi &
diuitias contemnens, vicit in quo ille victus eſt. Quod
illi perſuaſit eſſe vt deus, hoc iſti dictũ eſt: Angelis ſuis
mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis:
in manibus tollẽt te, ne quando offendas ad lapidem
pedem tuum. Iſta omnia facta ſunt in primo homine
Rom. 5.d decepto, vt impleretur quod ait Apoſtolus: Vbi abũ-
dauit peccatum, ſuperabundauit & gratia.

De lapſu primi hominis, Sermo. Incerto interprete.

NEmo qui neſciat principio hominẽ ſic à deo
plaſmatũ, vt inſtrueretur prudentia, conſilio
formaretur, rationis capax diuina prouidẽtia
redderetur. Inſtrueretur, inquam, prudẽtia, qua hoſtis
calliditatẽ vitaret: conſilio, quo ſalutaria ac recta per-
quireret: ratione, qua deo genitori parendum eſſe co-
gnoſceret. Etenim dominus deus videns hominem
quẽ fecerat innocentem, inſtruxit, monuit, & armauit:
quippe qui cũ diabolo fuerat pugnaturus, velut qui-
buſdã armis, hoc eſt, prudentia, conſilio, ratione fuerat
inſtruendus. Addit prẽterea legẽ, qua dei voluntatem
agnoſceret, & quid cõtemnenti euenire poſſet, addi-
ſceret. Qui quidẽ homo incautus, dũ diabolo perſua-
denti, q̃ deo iubenti conſenſit: ſic & vitã quam habuit
perdidit, & mortẽ quã ignorabat accepit. Stabat Adã
inter vxorẽ & diabolum, inter Heuam & hoſtẽ, inter
mulierem & ſerpentẽ: diabolus perſuadet vt noceat,
Heua cõſenſerat vt pareat: diabolus mulierem aſtutia
fallendi circunuenit, mulier incauta ſerpentinũ virus
accepit. Diabolus quod per ſe nõ potuit, per vxorem
Adam protoplaſtũ circunuenit: Adam verò per vxorẽ
inuenit interitũ, quã à deo acceperat in auxiliũ. Proh
dolor proſpera in contraria cedunt, vtilia pernicię o-
perantur. Deniq; plus Adam domeſticis, q̃ inimici ia-
culis læditur, plus proprio q̃ hoſtili enſe perimitur,
plus mulieris q̃ externo gladio vulneratur. Acceſſit e-
nim ſerpens ſubtilis vt falleret, & acceſſit non vt viro,
ſed vt mulieri ſerpentinũ virus inſtigeret. Acceſſit, in-
quam, vt vnius conſenſu vtriq; nocere potuiſſet. Soli
perſuadet, quod ambob⁹ obeſſet: vtriq; obfuit, quòd
vnius animũ malitia ſerpentis infecit. Deniq; conſen-
tiens mulier talis circa virũ extitit, qualẽ circa ſe ma-
litiam ſerpẽtis inuenit, adeò perſuaſa eſt, & perſuaſit:
infecta eſt, & infecit: decepta eſt, & decepit. Quæ qui-
dem mulier feritur ſententia duplici, altera propria, *Gen. 3.b*
altera communi: propria, qua filios párere in dolore
præcepta eſt: cõmuni, qua cũ viro morti addicta eſt.
Altera quia ſerpẽti aſſenſit, altera quia marito perſua-
ſit. De conſenſu enim mortis ſententiã incidit: de per-
ſuaſu, in dolore filios párere meruit. Hãc igitur ſentẽ-
tiam, & qui non nouit, dũ patitur diſcit: & qui neſcit,
dum expungitur ſentit: & qui ignorat, dum experitur
agnoſcit. Proh nefas, præceptũ domini contẽnitur, &
perſuaſio ſerpẽtis auditur: deſpicitur deus prouidẽs, &
ſerpens auditur decipiẽs. Spernuntur ſalutaria moni-
ta, & recipiuntur venenata colloquia. Vnde addicitur
homo ex contẽptu morti, qui maluit obedire ſerpẽti.
Spoliantur gloria, dignitate priuantur, facti ſunt quod
non erant, dum amittunt quod fuerant. Adeò gaudet
ſerpens perpetraſſe quod voluit, lętatur hominẽ ami-
ſiſſe quod optauit: exultat malitiæ effectus hominis
deceptionẽ impleſſe, & neſcit infœlix vulneratum ſe-
met, dum vulnerat: trucidatũ, dum trucidat: dum ho-
minẽ perimit, ſeipſum eſſe peremptũ. Contriſtatus eſt
deus hominẽ ſententiã mortis meruiſſe q̃ vitam, me-
ruiſſe interitum q̃ ſalutem, gloriam contẽpſiſſe quàm
mortem: ſed tamen plus malitia ſerpentis, quàm ho-
minis contemptu commotus eſt: plus fallaciã diaboli,
quàm hominis per inuidiã denotauit: adeò dominus
deus & ſæuitiam execratus eſt hoſtis, & caſum miſe-
ratus eſt hominis. Crudelitatẽ hoſtis exhorruit, & de-
ceptum hominem paterna pietate condoluit: inimici
atrocitate permotus eſt, & hominẽ clementer doluit,
qui deceptus eſt. Deniq; domin⁹ deus, Vbi es, inquit, *Ibid. b.*
Adã? Ad confeſſionẽ prouocat, dum interrogat. Vult
eum fateri peccatum, dum ab eo inquirit admiſſum.
Quærit miſereri, dum cum reo de culpa colloquitur.
Veniam cogitat, qui cauſam contemptę legis incuſat.
Obiurgat culpam, vt poſſit retribuere veniam, vt quos
formare inſtruendo non potuit, eos poſſit confitendo
purgare. Accipiunt indumenta pellicea, vt qui cõfeſſi
iam delictum fuerant, veniam cultus humilitate per-
ciperent. Oſtẽdit dominus quibus officiis poſſint de-
licta purgari, oſtendit confeſſione & deformitate cul-
tus veniam poſſe facillimè impetrare. Vt enim contu-
macia eſt celare, quod deo teſte commiſeris: ſic perí-
culoſum ſi ſplẽdore cultus, animi innocentiam men-
tiaris. Nemo itaq; nemo peccator vitia deſperata læ-
titia contegat, nemo infectus delictis, animo diſſimu-
lationis virus infundat. Animi vitia, corporis mœro-
re monſtrentur. Si vexatus eſt animus, lugeat corpus:
quoniam quoties corpus in cauſa eſt, animus mœſtitia
cõdoleſcit. Certè corporis vitia ſine animi ſcimus cõ-
paſſione eſſe non poſſe, animi vitia ſine corporis com
paſſione non priuari: pariter contriſtentur, vt veniam
pariter conſequantur: quoniam vtroſq; ſimul aut be-
neficio foueri, aut iniuria vexari neceſſe eſt. Nec enim
aliud homo eſt, quàm corporis animíq; cõcretio. Hęc
enim duo quantũ definitionibus differũt, tantum ho-
minem dum iungũtur, afficiunt. Vt enim in vita ſepa-
rari

rari nõ poſſunt, ita nunquã boni malíq; meritò ſepa-
rantur. Vt enim nõ poteſt à corporis bonis animꝰ ſe-
parari, ita ab animi malis corpus nõ poteſt diſſociari.
Si em̃ in dei iudicio vtræq; ſubſtãtię aut ſupplicio aut
præmio cõpungentur: cur nõ & in iſto ſeculo pariter
aut mœſtitia aut lætitia perfruũtur? Vnde tibi Chri-
ſtiane excuſatio nulla eſt, qui poſt ſeruitutẽ liberatus
es, poſt captiuitatẽ redẽptus, poſt vexationẽ curatus,
poſt interitũ reſtitutus: habes in monitis quod exer-
ceas, habes exẽpla quæ timeas. Adam enim nec falla-
ciam diaboli norat, nec decepti cuiuſquã cauſam de-
fleuerat. Qui quidẽ forſitan poſſet cuadere, niſi prior
Ioan. 5.c. cum hoſte dum confligit, occũberet. Te iam inſtituit
dominus, tibi geſtorũ exempla ꝓpoſuit. Ecce, inquit,
ſanus factus es, noli iam amplius peccare, ne quid tibi
deterius fiat. Noli, inquit, peccare poſt veniam, noli
vulnerari poſt curam, noli ſordidari poſt gratiam. Co
gita, inquit, ô homo grauiorẽ culpam eſſe poſt veniã,
renouatum vulnus peius dolere poſt curam, moleſtius
hominem ſordidari poſt gratiã. Quare indulgentiæ
ingratus eſt, qui poſt veniã peccat? ſanitate indignus
eſt, qui ſemetipſum poſtquã curatus eſt, vulnerat: nec
mundari meretur, qui ſeipſum poſt gratiam ſordidat.
Porrò qui poſt abſolutionem non peccat, meretur &
præmiũ: qui poſt curam cautus eſt, ſanitatis poſſidet
donum: qui gratiam illæſam tenuerit, ęternitatis acci-
piet regnũ. Graue eſt enim hominem inſtructum de-
linquere, grauius abſolutum peccare. Seruo peior eſt
qui patronũ poſt datã libertatem offendit. Beneficiis
ingratus eſt, qui datorẽ tumoris arrogantia deſpicit.
Quare aut ſalutem de exẽplo acquire, aut de conſor-
tio ſimilem ſententiam metue, ne ſeuerum ſentias iu-
dicem qui benignum contemſeris perſuaſorem.

Diui Ioannis Chryſoſtomi, de Adam, Sodomitis, Achab, & pœnitentia, Sermo.

VOtiens mecum temporis curſum, vitæque
huius quotidianũ defluxum recogito, vitæ
Iob. 9.c. Iobi tragœdia mentẽ meam ſubit, quam ipſe
de ſemetipſo in ſuis calamitatibus declamabat. Vita
mea, inquit, curſore leuior. Nam curſor interdum di-
uertit, ſed curſus vitæ curſor eſt nõ requieſcens. Quis
non miſeretur eorum, qui per huius vitæ ſpacium de
anguſtia vitæ, & q̃ quaſi in morte ſint, diſputant: &
non cogitant, q̃ in vſurã vitã acceperint, vt ſorte præ-
ſentis temporis futuras diuitias lucrifaciant, & nec ſal-
tem vel hac doctrina vtuntur? Fœnerator longanimis
quidem eſt, ingratitudinem autem noſtram expertus,
durus. Itaque manifeſta quidem eſt eius lenitas, & vel
ex his ſaltem initiis, quę humano generi demonſtrata
ſunt, cùm deus legem dedit primo homini, & legiſla-
tor ab illo contẽptus eſt, non fulmine illum vltus eſt,
non induxit quam minatus eſt ſententiam: ſed finxit
quaſi indignabundus ſtrepitum, ita vt Adã celeris fu-
gę tempus haberet, interrogationiſq; actus inſtituere-
tur. Itaque cum in media fuga eſſet, adſtans deus cla-
Gen. 3.d. mabat: Adã vbi es? Simulat ſe non videre quem fuga-
rat. Vbi es? vbi imago mea primùm formata? vbi pa-
radiſi precioſiſſimus ornatus? vbi manuũ mearum ar-
tificium? vbi imago regni mei nuper depicta? vbi nũc
familiaris meus amicus? Comparere non audentẽ a-
nimat, mortuũ ad verba adhortatur. Cogit vocans,
vt reſpõdeat. Palpat voce quaſi febre laborãtẽ, vt di-
cto morbo, valetudinario ſe committat. Nomine vo-
cat occultatũ, vt vocationis manſuetudine animetur,
& timore mortuus cogitationes refocillabũdas aſſu-
mat. Adhuc mihi ſermone communicat? adhuc voce
me dignatur? adhuc me vt pater aduocat, & vt prę-
uaricatorem non perdit iniudicatum? Nondum implet
ſententiam, quã anteà minatus eſt, ſed dat reſpõſis lo-
cum? Quid igitur manifeſtatus nõ reſpõdebo? Quid?
nõ dicam quod cõtigit vt miſerabili? Propter hoc fi-
gura hui⁹ interrogationis, qua ſimulat ſe neſcire quod
factũ eſt, deus vtitur: vt cũ ſeipſum redarguat ille, diſ-
cat domini ſuauitatẽ, à ſeipſo quidẽ amictus nudita-
te, à domino autẽ tecta eius turpitudo: & quid diuinã
bonitatẽ, quæ ſe in omnia ſecula & populos effundit,
in vnum tempus concludo? Manſuetus em̃ eſt, & etiã
inimicis miſericors. Et alicubi prior etiam occurrit, vt
conciliet inimicos: & vt ament hi, qui impegerãt, ſtu-
det artibus quibuſdã efficere. Ex multis autem vnam
hanc narrabo. Iſraëlitas electos variis miraculorũ o-
perationibus fouebat, & præclaros prę omnibus mõ-
ſtrabat, omnẽ (vt ita dicam) creaturã propter illos al-
terans, & elementorũ miniſteria mutans, trãſiri faciẽs
nauigabilia, defluã oſtẽdens petrã, præparans terram
in abſorptionẽ, retrocedere faciens ſolẽ ad occaſum
feſtinantẽ, regulas naturæ nouas præſcribens: eaque
omnia in gloriã ingrati Iſraëlis. Cùm verò idolis ſer-
uire cœperũt, peſſimè retribuentes deo, habuit quidẽ
ad vltionẽ fulmina, ſed natura ad mititudinẽ verge-
bat. Abſtinebat quidẽ ab vltione omnium, ſed cura-
bat vt amaretur ab his qui offenderãt. Hieremiã me- *Hier. 3.d*
diatorẽ facit. Vade, inquit, & lege ſermones illos, &
dices eis: Cõuertere ad me peregrinatio Iſraël, & non
iraſcar vobis in æternũ. Promittit per mediatorẽ &
donum, ſi obtẽperent, vt ſecum pacẽ habeant. Tantũ
apud illum eſt miſericordiæ pelagus, ſed longanimis
quidẽ, vt exordiens dicebã: ingratitudinem autẽ ex-
pertus, durus: ſicut bonus gratis, ita ab ingratis ratione
duram exigit, & dona ſua aufert. Dederat vitam ad
vſuram Sodomitis, terram in illorũ vſum, creaturas
in agricultură conduxerat: illi autem neque merce-
dis, neque vitæ conceſſæ curam habentes, diſperſerũt
in luxum tempus, inſumpſerunt in delicias dies, pro-
degerũt vitã in voluptates, luxuriæ impẽderunt viuẽ-
di ſtatuta tempora. Bonus autẽ fœnerator adhuc fe-
rebat ingratitudinem, & mittit Lot ad eos, vt me- *Gen. 19.*
mores faciat debitorum. Lot enim erat pietatis me-
mor, operibus ſuis docens, quãtum debebant deo. Vt
autem vlcus luxurię manſit immedicabile pharmaco
longanimitatis, cãdenti ferro quaſi putredo eguit, &
omnẽ ignẽ ſtatim & flammã ſuſcepit. Fumigabat cœ
lum igniferũ, fluebant ex aëre ſcintillæ, incendebant
fulgura quicquid tangebant: ſtrepebat fundamentũ
tactũ, in carbones redigebantur tecta, ſcrutatio fiebat
fundamentorũ, fugientibus occurrebat ignis, laten-
tium veſtigia inueſtigabat. Oblãbebat vndiq; agros,
pecora tota incẽdebat, deuorabat pueros, incinera-
bat aduleſcentes, omniũ erat incendiũ quaſi lignorũ,
ſpectaculum horribile & admirabile. Ignis eructans
imbrẽ, imber caminũ manans, flamma in flumen ſol-
uebatur, & pluuia flamma redaccendebatur. Retribu-
tionẽ enim erroris ſui in ſeipſis recipiebant. Erat au-
tem iuſta quædam retributio his, qui naturæ ſubuer-
terant leges, fœminas in maſculis quærentes, vt inuer-
tatur & in eis naturę ordo, & fiat eis naufragiũ ex igni
quaſi ex aqua. Idq; futurum erat, igne quaſi ſuccen-
dente Sodomitas, cùm non ſolùm hi qui tunc erant
perderẽtur, ſed & locus in perpetuum corrũperetur.
Deuorat em̃ omne quod videtur. Terræ vteros per-
dit, tan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit,tantùm sibi vsurpãs ꝓfunditatis, quãtum quis fodiendo capiat.Non solidat fundamentũ ædificiis, ita vt vbicũque est Sodomitarum terra, non possit agricultura esse,vtpote in cinerosa terra:neq; domus, vtpote fundamentum ad ædificiũ non habente. Quia em̃ incultas animas ad pietatẽ prębuere, quia ad virtutẽ visi sunt inædificabiles,ea ipsa passi sunt, quæ fecerunt,& ob sua mala cõdemnati sunt.Vnicuiq; enim
3. Reg. 21 deus quã seminauit messem reddit.Rapuit Achab vineã,& alienos vindemiauit labores: vidit iniustitiam deus,tulit misericorditer.Nã qui correptus deplorauerat,& vt lachrymauit,veniam obtinuit. Contentus em̃ est iudex misericors & lachrymis, sed Achab cõuersus est ad cœnum pristinũ. Quid igitur,qui cũ innocente innocens,cum peruerso peruertens, conuer-
4. Reg. 10 b. sus est ipse in vindictã? Et vide quomodo retributio peccato par.Filij,inquit,Achab erãt septuaginta viri, & occiderunt septuaginta,& posuerunt capita eorum
Psa. 118. c in corbes,& miserunt eos in Israël. Profectò iustus es
3. Reg. 21. d. & 22. f dñe,& rectũ iudiciũ tuum. In Israël Nabutha occisus est,in eundẽ locum occidẽtis genus occisum missum est in sportis.Achab Naburhæ peccauit botris aliquibus in corbes cõiectis. Tale em̃ est peccatorũ debitum,vt si soliciti simus,ad soluendũ leue sit: sin negligentes,erit grauissimum. Totam em̃ simul mergit debentium substantiam. Non curabant Sodomitæ debita,neglexerũtquotidie:neglectu crescẽte,creuit debitum.Repetitionis chirographũ auctum est,fœnera peccati aucta sunt,factũ est tempus repetitionis.Non habuerunt aliquid in promptu quod redderent, non erant soluendo.Imperauit dominus debiti,vt ipsi traderentur igni,& mulieres eorum,& filij eorum,& omnia quæ habuerunt,in satisfactionem cederent. Non
Rom. 2. a enim mendax Paulus, qui testimoniũ præbet: Benignitas dei ad pœnitentiam te ducat.Secundum duritiam,& cor pœnitere nescių, thesaurizas irã in die iudicij.Vitam laudatam agamus, cohibeamus animæ negligeutiã, germanã teneamus pietatem: spe detineamur iudicij,proba ornemur voluntate,vitæ opera operemur,thesaurizemus virtutis fiduciam,materiam gehennæ ne demus, bonitatis æternæ operarij cõstituamur:repellamus peccatum adulationis, memores simus dñi iudicantis peccatũ, quíque reddet vnicuique secundum opera sua : cui gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi super illud Geneseos, Inimicitias ponam inter te & mulierem. Incerto interprete.

Gen. 3. c. CHristiano cum hoste certamẽ in origine ipsa mõstratur, & in ipsius mũdi exordio inuenitur, dum diabolus serpens deceptor hominis,prævaricator mũdi,origo mortis,delicti materia, seminarium sceleris, culparum genus,inuentor pœnę, vitæ ablator cœlesti sentẽtia addicitur, & inter ipsum & mulierem,& inter vtriusque semen inimicitię diuina authoritate firmantur,vt exinde homo sociare cognoscat cum hoste amicitias non debere,nec fœdera cum serpente coniungere,nec amoris cũ inimico cõsortia copulare.Nunquam em̃ cum hoste concordia iungitur nisi imperator ꝓprius offendatur, nec Imperatoris aliter iussa seruãtur,nisi hostis decreta soluantur. Vnde qui amicitias cũ hoste coniũgit,& Imperatoris voluntatem offendit, & inimico sese ipse addicit:renunciat enim amicitiis Christi, qui se amicitiis coniunxerit diaboli:& diabolum habebit perditionis authorem,qui Christũ contẽpserit saluatorẽ.Inimicitias,inquit,ponam inter te & mulierẽ, & inter semen tuum & semen illius.Malè cũ hoste coniungitur, qui separari sententia diuina præcipitur:nec sine vtilitate ab inimico separatur,qui pernicioſè hosti cõiungitur. Duplex enim malum in ipso contemptu consistit : q̃ separari iussus se hosti cõiungit,& q̃ adiunctus hosti sine periculo esse non poterit. Certè quale est, vt diuersa ista hominũ peruersitati conueniant, vt & charitas cum dño fœderata rumpatur, & amicitiæ hostiles diuinitus interdictę pernicioſa concordia copulẽtur?Nam etsi nunquã nobis hostilis malitiæ nocuisset audacia,domini tamen fuerant obseruãda præcepta, aut si parentibus, id est, protoplastis serpens tantummodo nocuisset,& nobis nocere non posset: pro affectu,pro charitate,pro ipsa denique causa naturæ, inimicitiis & simultate,parentũ fuerant iniuriæ vindicãdæ. At cùm nos cum parentibus nostris occidit, nec vlli nostrũ aliquãdo pepercit, cur inimicũ, cur hostẽ diligimus,cur cũ serpẽte antiquo fœdera illicita cõmiscemus?Nã si separamur ab illo,& nocet:qualis erga nos esse poterit,si ei contra interdictũ domini copulemur?Nullus inimicum suũ homo hominem diligit:nullus odientem se pia benignitate assumit. Nam & si diligere inimicos præcipimur:tamẽ eos vt caueamus,admonemur.Tunc em̃ inimicus diligitur,cũ eius blandimẽta seruãtur,& iussa cœlestia contemnuntur. Nunquam enim contraria impunè iungũtur, nec diuersa sine pernicie copulantur. Vt etenim neq; lupus agnũ,aut hædũ pardus patitur: ita nec peccator fert iustum,neque pauperem diues.Siquidem hæc aut separata durãt, aut fortiora infirma dilaniant. Cogita homo prĩcipia ipsa.Inde quid declines,inuenies.Nõne cum mulierẽ interrogat serpens,& mulier serpenti respõdet, familiaritate sermonis mulier afflata decipitur,& colloquendi consortio iugulatur? Cuius si colloquia mulier deuitasset,& serpens fallendi astutiã perdidisset,& mulier mortis sentẽtiã declinasset. Colloquiũ serpẽtis,venenũ fuit mulieris.Vt em̃ conceptũ virus in fœminã colloquendo serpens effudit:sic mulier virũ, persuadendo contraria,decepit. Neq; enim in virum aliud mulier posset effundere,nisi quòd eam constat serpentis colloquio concepisse.Vnde iam cũ hoste inimicitiæ constitutæ, vt amor dei præceptorũ obseruantia teneatur. Si me amatis,inquit dominus, Ioã. 14. b. mea præcepta seruate. Nemo se fallat, nemo se decipiat, dominus & diabolus ab vno pariter amari non possunt.aut enim diabolus oditur,vt dominus diligatur:aut si diligitur diabolus, dominus necesse est cõ- Luc. 16. c. temnatur. Non potestis duob' dominis seruire.Quid acturus es homo, si instructus contempseris, quod in origine mulierem instructam decepit: aut deceptus, quomodo te vindicabis,qui ne decipiaris, instrueris? Pendet edictũ, inimicitias cum hoste, & simultates cum serpente firmari. Cur iungis, quod dominus separauit:aut cur non separas,quod dominus iungi voluit:aut cui tutum est iungere, quod constat dominũ in origine separasse? Adeò inimicitiarũ istarum pugnam dominus incontinenti prosequitur: & certamẽ atrox inter mulierem & serpentẽ sua authoritate præfatur. Nam postquam dixit ad serpentem,Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: addidit,dicens : Illa tuũ obseruabit caput, Gen. 3. c. & tu obseruabis eius calcaneum. Magnum inter mulierem & serpentem certamẽ attendo, magnum bellum,bellũ dispositum esse considero, magnã solicitudinem

dinem habendã esse cognosco.Directa est inter vtrũque acies,paratũ bellum,certamen compositum.Statur comminus,propius consistitur, ab vtrisque intentio prouocatur, vt cautela adsit, solicitudo intendat, securitas cõquiescat.Stat em̃ mulier in procinctu,serpentis caput & obseruans & vitans, obseruans vt calcet:vitans,vt serpentis morsus declinet.Adest paratus & serpẽs,callidus & subtilis. Callidus,ne mulieris pede calcetur:subtilis, vt eius morsu incauta mulier ꝓsternatur. Hanc pugnã lætus aspicit deus,libenter attendit dominus Christus:si tamen illæsa mulier serpẽtem calcando deuincat.Sed hoc prælių ad te iã Christiane cõuerte, qđ mater ecclesia in filiis quotidie gerit. In confessoribus vincit, in martyribus triumphatrix existit. Hac intentione etiam ipsi momentis omnibus dimicamus,assiduè congredimur,continuatim ac iugiter præliamur,vt cum victoribus in Christo, in æterna secula triumphemus.

Gen. 15. b & 22. *De fide Abraham, & de immolatione Isaac, sermo. Incerto interprete.*

Fidei virtus. ILdes est religionis sanctissimæ fundamẽtum, charitatis vinculum,amoris subsidium. Hæc sanctitatem firmat,castitatẽ roborat,dignitatem exornat.In pueris splendet,in iuuenibus floret,in perfectis apparet:gubernat sexus, gradus ꝓuehit, officia cuncta custodit : in paupere grata est, in mediocri lætа,in locuplete honesta.Fides amicitias seruat, collegia copulat,artes cõmendat:nullum despicit, nullũ contemnit,nulli deest, nisi qui ei fortè defuerit.Fides mandata tenet, præcepta seruat, ꝓmissa consummat. Fides familiares efficit deo, amicos cõstituit Christo. Neq; enim quisquã fidei ꝓmissa percipiet, nisi ꝓfessionem actibus seruet : aut præmiorũ potest compos existere,qui ꝓmissam fidem conseruare noluerit,vt iã aut impletæ fidei merces homini recompensetur, aut violatæ pœna competens tribuatur. Huius fidei Abraham ducamus exordium, qui cum in occidua cõstitutus ætate,filium à deo ꝓmissum se crederet accepturum,& fidei preciũ in filio conspexit,& in stellarũ suam sobolem numerũ redundantem,fide comparauit eadẽ:deniq; vnus filius Abrahæ exoptatur, & immensa ei multitudo ꝓmittitur: solatiũ vnius hæredis conquiritur,& innumerabilis soboles destinatur.Nescis,inquit dñs, nescis Abraham quid destinatum sit tibi:sed idcirco nescis , quia quid mereris nõ respicis.Tãtum em̃ de me tua meruit fides,tantũ tua obsequia valuerunt, vt & quid desideres norim, & facere quod mereris decreuerim . Nanq; tibi nascetur filius, cuius semẽ diffunditur in milia , vt & similitudini syderum coæquetur,& arenæ immensitatibus comparetur.Credo,inquit Abrahã, domine,credo quia potes,facturum te confido quod spondes.Nec em̃ confectam senectutẽ marcescentis meæ ætatis cõsidero, aut Sarræ coniugis sterilem effœtámq; conditionem attendo,sed tuæ maiestatis potentiam tracto : nec cui talia ꝓmittantur,sed à quo ꝓmittantur agnosco.Generare enim filios senilis ætas non patitur,sed tua domine iussione cõpletur.Steriles filios habere non possunt,sed hoc posse tuę virtutes efficiunt.Natura quidẽ negat,sed potẽtia imperat:ætas ꝓhibet, sed tua potestas ostendit. Impossibile quidẽ istud videtur nobis, non tibi:homini,non tuæ domine maiestati : naturæ, non deo:seruis,nõ domino.Vnde credo pater, credo domine istud te facturũ quod dicis, quia his virtutib' cunctis gentibus innotescis. Tunc Sarra concepit in vtero,& peperit filium, patrem multarũ gentium destinatum. Nascitur Isaac ornamentũ generis,parentũ gloria,propinquorũ lætitia,familiæ decus , hæreditatis spes, fidei preciũ, ꝓmissæ sobolis testimonium.In cuius natiuitate & dominus promissum reddidit, & Abraham votum quod optauit accepit:gaudent omnes,cũcti lætantur. Fit enim Isaac dulcis cùm nascitur,dulcior cùm nutritur:nec em̃ poterat esse non dulcis,quem & patris fides,& ꝓpria innocentia commẽdabat. Fit & Sarra ex sterili mater , fœcunda in filio, fœcundior futura ex ipso.Redit iuuẽtus in senẽ,marcens ætas reparatur in iuuenẽ , & manente senectutis ætate,iuuenilia geruntur à matre,deniq; blãditur,nutrit & lactat,& consequentia complet officia quę iam forsitã obliuiscereturi,si suo tempore Sarre parere cõcederetur. Tunc loquutus est dominus ad Abraham, dicens:Accipe filiũ tuum quẽ diligis Isaac, & vade in Gen. 22. a vnum montiũ,& offer mihi illum in sacrificium.Mox Abraham tam celeriter decernit iussis cœlestibus esse parẽdum,quàm fuerat diuinitus imperatum.Verebatur ne votum mora offenderet, aut iussionẽ tarditas impediret.Denique ꝓperat quod iussum est perficere,festinat quod præceptum est adimplere. Fuit enim lętus cùm eum acciperet , lætior cùm eũ immolandũ dñs postularet. Ostendit Abrahã charissimum quidẽ sibi esse filiũ , sed multò chariorem filio existere dominum:nec dulcedinem, aut affectus pignoris respiciebat, qui iussionem vt perficeret cogitabat. Totos affectus conuertit in deũ , cui iam se nouerat mancipatum .Deniq; illã fidem seruabat in sese,cùm filium iuberetur offerre, qua deũ promeruerat cùm eũ mereretur accipere. Adest Isaac patri quidem ętate dissimilis,sed fide ac deuotiõe ęqualis. Adest,inquã,Isaac, qui si quid pater disponeret , ipse fieri libẽter optaret. Ita enim filius paruit patri , vt pater diuinæ obtẽperaret iussioni,vt de consensu filij pater securus existeret, & voluntati patris sese filius mãciparet. Erat em̃ in vtrisq; vnus animus , par sensus , & similis circa deum affectus,vt generositatem patris in filium transfusam conspiceres,& innocentiam filij patri nõ deesse videres:vt & paternę fidei particeps filius extitisset,& simplicitati filij patris sublimitas redundaret.Qua securitate Abraham fretus,sternit sibi asinã, ad sacrificiũ ligna concidit,pueros secũ adducit.Cumq; ad ciuitatẽ venissent : estote isthic,inquit,ego & puer iste ibimus soli:& cùm adorabimus dominũ,reuertemur ad vos. Statim pater cum filio ꝓficiscitur solus,ad quem idẽ filius:Pater,inquit,ligna video,cultrũ & ignemvideo, hostiam quam immolaturus es quęro.Desine,inquit, desine istud quærere fili , quod sibi dominus ad horã ꝓcurabit:desine quęrere,quod sibi dominus iam pręuidit. Magnum præsagium promittentis, magna innocentia inquirentis. Isaac hostia, de hostia patrẽ interrogat, sacrificij effectus desiderat. Ouis ab eo quæ deerat quæritur, ne ipse qui loquitur, immoletur. Ast vbi ad locum ventum est, vterque montem ascẽdit.Aram pater extruxit, ligna composuit,filium colligauit:Patere mi,inquit,fili,patere votũ perficere:patere,inquit,per te iussionem dñi explere. Deus enim qui te cõdidit, expetit:quæ dedit,quærit:qui te creauit,te sibi desiderat immolari: nõ est em̃ hoc parricidium,nõ est crudelitatis admissum,quia votũ est, nec tibi fili à genitore mors miseranda infertur, sed vtrisque nobis salubriter prouidetur.Tãtò eris acceptabilis hostia,quãto libẽter glorioſe mortis exceperis beneficia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

neficia. Quod iussus pater es, perfice, inquit: quod dis- A
ponis, cõstanter adimple. Ego em̃ nec renuo, nec re-
cuso: quod volueris, volo: quod optas, exopto: quod
desideras, & ipse desidero. Deniq; eo voto istã mortẽ
excipio, quo te eã mihi inferre velle cognosco. Hæc
& si vterq; non dixit, tamen cuncta ista in actu ostẽ-
dit. Mox pater extensa manu gladiũ sumit, dexteram
erigit, iugulare filiũ, sacrificium perficere, iussa domi-
ni voluit deuotus implere, & pendẽte iam atq; immi-
nente mucrone: parce, inquit dñs, parce, fidem tuam
quæsiui, non filium vt iugulares optaui: nec amabile
pignus tibi subtrahere, sed deuotionem tuam volui
pertentare. Nunc cognoui, quia amas dominum ma-
gis, quàm filium: imò magis amas filium, quia dili-
gis dominũ: quia dũ non pepercisti filio ꝓpter deũ,
eundem tecum constituisti domino gloriosum: quare
te benedictionibus cumulem, & infinitã filiorũ mul- B
titudinem ex eo tibi prouenire confirmem. Statim
procuratur aries, qui pro Isaac sanctissimo mereretur
occidi. Nec enim fas erat, vt Isaac, qui typum Chri-
sti portabat, à patre hoc in tempore mactaretur: quia
perfecta sacrificij hostia Christo domino seruabatur.
Procurabatur, inquã, aries, qui pro Isaac mereretur oc
cidi, vt & ꝓmissum patris de hostia compleretur, &
perfecto sacrificio patri Isaac incolumis redderetur.
Tunc vterque lętus de mõte descẽdit: pater, ꝙ sacrifici-
j votum saluo filio perfecerit: filius, ꝙ iussa patris li-
benter optasset. Gaudet de patre filius, de filio pater.
Gaudent ꝓpinqui, familia cuncta lætatur: gaudẽt in-
quam, ꝙ & opus tantum perfectũ sit, & quod patrem
cum filio incolumes illis dominus reuocarit.

Diui Ioannis Chrysostomi de habenda cura salutis proximi, & quare Abram vocatus sit Abraham, homilia.

C Aud difficile foret ex consequentia nuper di
ctorum, præsentis sermonis sumere proœ-
mium: siquidẽ vobis possibile esset scire, quid
nuper à nobis dictum, & quomodo finitus fuerit ser-
mo. Verùm quia plerique ex his qui nuper affuêre, ho
die non assunt, & ex his qui nunc assunt, nuper abfuê-
re, cogit auditorũ varietas, vt repetenda sint, quæ nu-
per dicta. Vnde & hi, qui prius sermonem audierunt,
melius dictorum memoriam firment: & his qui ab-
fuerunt, non tam damnosum sit abfuisse, si & ipsis in-
notescat doctrina pridẽ habita. Et fortassis dicent, qui
semper sunt præsentes, quod ꝓpter illos nuper dicta
nõ sint resumenda, vt hi qui cum aliis conuenire con-
tempserunt, hoc damno emendentur, & fiant posthac
diligentiores. Equidẽ laudo, ꝙ fratrum doletis igna-
uiam, & admiror zelum. Vellem autẽ vos zelum tem- D
perare misericordia. Zelus em̃ veniam negans, potius
furor est q̃ zelus: & admonitio misericordia carens,
tortura quædam est: Quapropter magis vos obsecro,
ne amarè vicinorum iudicetis peccata. Nam sicut is
qui absque compassione vulnera fratrum spectat, nul-
lũ inueniet qui se digneturvenia, si quãdo & ipse pec-
cauerit: ita qui cum misericordia lapsum proximi iu-
stificat, si quando & ipse supplantabitur, multos vide-
bit manum porrecturos. Et hæc nunc dico, non quòd
velim eorum qui rarò huc conueniũt negligentia au-
geri, sed ꝙ maiorem, honestioremq; curã nostram er-
ga illos cupiam, ita vt cum ratione, & amoris affectu
geratur. Alioquin & nos superioribus diebus multos
& longos sermones aduersum illos ꝓnunciauimus,
& neque hominum nomine dignos diximus: sicut
meministis nos in hoc ꝓduxisse prophetas duos præ-

cipuos contra illos, quorum vnus dicit: Veni, & non *Esa. 65.a.*
erat homo: vocaui, & non erat qui audiret. Alius autẽ *Hier. 6.b*
declamat & dicit: Cui loquar & testificabor? incircun-
cisę aures eorum, & nõ possunt audire. Quibus verbis
mentẽ eorũ satis acriter perstrinximus, nũc verò ite-
rũ obsecramus. Sic em̃ & Paulus iussit: Argue, inquit, *2. Tī. 4.d.*
increpa, obsecra. Neq; enim hoc semper solùm age-
re oportet, neq; semper illud solùm: sed vtrũq; alter-
nis vicibus, quò maior inde ꝓsequatur vtilitas. Nam
si semper arguerem⁹, impudẽtiores illi fierent: si sem-
per obsecraremus, ignauiores redderent. Quapropter
& medici non solùm secant, sed & vulnera obligant:
neque semper amara, sed nonnunquã & lenia phar-
maca infundũt: vt ꝓ priora purificentur sanies & pu-
tredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et idcir- *Gal. 6.d.*
co & alibi inquit Paulus: Fratres, si prœoccupatus fue-
rit homo in aliquo delicto, vos q̃ spirituales estis cor-
ripite illum: considerans temetipsum, ne & tu tenteris.
Optima admonitio, perfectũ consiliũ, quod paterna
viscera declarat, & eius qui magnã nostri curã gerit.
Verè linguæ Paulinæ verba, Fratres. Satis eximio no-
mine beneuolum reddidit auditorem: quasi dicturus:
Eiusdẽ vteri partu & dolorib⁹ prognatus es, eundem
habuisti patrẽ, iisdem alimentis educatus es, cõmuni-
casti ei in natiuitate spirituali, cognationem & frater-
nitatem hanc etiam in corrigẽdis proximi erratis de-
clara. Si prœoccupatus. Non dixit, si peccet, sed ad ge-
nus peccati cõfugit, quod maiorẽ meretur veniam. Si
prœoccupatus fuerit, si grauiter tentatus succubuerit,
si errauerit, neq; eũ qui dedita opera peccauit dicit,
sed eum qui studuit bene agere, supplantatus tamen
est à potestate diabolica & victus. Nã talis non tã ac-
cusationem q̃ veniã meretur. Si prœoccupatus fuerit C
homo. Iterum ad aliam veniæ speciem confugit, nẽpe
naturę infirmitatem, quam nomine hominis insinuat.
Sicut & magnus Iob veniã à deo impetrare volens, *Iob. 7.d.*
dicebat: Quid est homo ꝙ reputas eũ, & visitationem
peccatorũ eius fecisti? Sic & nos faciamus, quando cũ
peccatore aliquo expostulatur, cõtinuò dicamus, Ho
mo est: & naturæ recordatione ad misericordiã stomachãtes prouocemus. Et ea de causa Paulus ad na-
turam & eius infirmitatem confugit, cùm dixit: Si &
præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto. Nõ sim-
pliciter magna peccata dicit, quæ maiora q̃ vt com-
passionẽ & misericordiã mereri videãtur, sed parua &
deordinata. Vos qui spirituales. Is qui peccat, homo:
qui verò bene operantur, spirituales dicũtur. Hic vir-
tutis vocabulũ posuit, illic naturæ nomen dixit. Mul-
tùm autẽ differt homo, & spiritualis. Vos qui spiri-
tuales. Si spiritualis es, ostende mihi virtutem tuam:
non à tua, sed mea salute, sed à subsidio quod lapso
fers. Hoc em̃ spiritualis est, non despicere sua mẽbra
periclitantia. Instruite talem. Facite, ait, ne capi possit,
ne certando defatigetur, ne præliando aduersus dia-
bolũ succũbat. Considerans temetipsum, ne & tu ten-
teris. Hoc summũ consilium est, & admonitio maxi-
mè cogens. Etiamsi saxeus fueris, & audias, verbũ hoc
sufficiet ad terrendũ, & ꝓuocandum, quò feras auxi-
lium lapso. Nõ vis, ait, vt frater misereri, non vis vt ho-
minibus concedere veniam, nõ vis vt spiritualis ma-
num porrigere, considera conditionem tuã: neq; in-
digebis consiliario, sed per temetipsum iacentem iu-
uabis, & à temetipso admoneberis. Quo pacto & quo
modo? Cõsidera temetipsum ait, ne & tu tenteris. Nõ
dixit: Nam omnino & tu peccabis, ne molestior esset:
sed

sed quomodo dixit? Ne quãdo & tu tenteris. Fieri e-
nim potest, vt pecces: fieri etiam potest, vt nõ pecces.
Et quia incertum est futurum, para tibi misericordiæ
ꝓportulas, quas illi dones, vt per illa quæ proximo im-
pẽdis, si & tu aliquãdo lapsus fueris, inuenias promp-
tuaria compassione & miseratione referta. Non dixit,
ne quando & tu pecces, ne quãdo & tu cadas. Atten-
dite diligenter ad vim verborũ suorũ. Sed ne quando
& tu tẽteris. Quo simul indicatur, quòd habemus ini-
micum tentatorem. Et tentator nõ statim insidiandi
tempus habet. Plerunque enim nobis dormientibus,
& negligentibus imponit: & idcirco prœoccupatus
ille magis dignus est vt ei condonetur, quoniã à ten-
tatore captus est. Nõ em̃ erat ei manifesta pugna, ne-
que cõdictus dies belli, sed per ignorantiã deceptus
& superatus est. Sic nautę quoq; faciunt cùm per ma-
gnum & spaciosum mare nauigant: licet nauis secun- B
do vento feratur, licet omni fruantur securitate, cùm
tamen viderint alios vel à longè naufragium facere:
non ad propriam spectantes vtilitatem, illorum con-
temnũt calamitatem: sed sistunt nauem, & eiiciũt an-
coram, detrahunt vela, eiiciunt funes, proiiciunt tabu-
las, vt ille qui à fluctibus mergitur, fortè aliquo illorũ
arrepto, emergat. Imitare & tu nautas homo: nã & tu
mare nauigas magnũ & spaciosum, nempe vitæ præ-
sentis mare, quod multas habet beluas, piratas, petras,
& latẽtes scopulos, crebrisq; turbatur fluctib⁹, & in eo
naufragantur plurimi. Cùm igitur videris nauigantiũ
aliquem diaboli insidiis circunuallari, & amittere di-
uitias salutis, natare in fluctibus, & iam submergi, reli-
ctis negotiis tuis, statim illius ꝓuide saluti. Neque em̃
moram sustinet, neq; dilationẽ, qui submergi incipit.
Igitur statim accurre, & quãtocyus è fluctibus eum e- C
ripe. Age & moue, quicquid ei prodesse credis, atque
ita ipsum ex ꝓfundo interitus extrahas, etiamsi te plu
rima negotia aliorsum vocent, & trahant, nihil ducas
magis necessariũ salute sic laborantis. Nam si parum-
per differre volueris, perdetur tempestate rapida. Vn-
de in tantis periculis magna acceleratione opus est &
studio. Audi quomodo Paulus, viso homine quodã
qui in profundum rapiebatur, solicitus & anxius erat,
2. Cor. 2.b & alios excitabat. Valeat in illum charitas, inquit, ne
fortè tristitia abundantiore absorbeatur ille. Et ꝓpter
hoc iubet statim præbere manum, vt ne interim dum
differimus, prœuẽtus ille absorbeatur. Curã igitur ge-
ramus fratrũ nostrorũ. Hæc summa vitæ nostræ est.
Hoc signo internoscimur an Christiani sim⁹, cùm nõ
solùm quæ nostra sunt spectamus, sed & membra no-
Ioan. 13.d stra peruersa corrigimus & instruimus. Hoc maximũ D
indicium fidei. In hoc cognoscent omnes, inquit, ꝙ
discipuli mei estis, si diligitis mutuum. Charitatẽ au-
tem synceram declarat non communio mensæ, non
breue colloquium, nõ verborum adulatio, sed studiũ
& sedulitas in considerando, quid proximo cõducat,
vt erigatur qui cecidit, & porrigatur lapso manus, vt
1. Cor. 13. b. ante bona propria, inquirantur quæ ꝓximi sunt. Hæc
est germana charitas. Nã charitas non spectat quę sua
sunt, sed prius videt ea quæ proximi, q̃ quæ sua. Et ego
nunc non ꝓpter memetipsum tam prolixis sermoni-
bus vtor, sed propter vos. Igitur & vos audite, nõ pro-
pter vosmetipsos, sed ꝓpter alios à vobis erudiendos.
Quippe ecclesię corpus per membrorum cohęrentiã,
& mutua subsidia nutritur & seruatur: & sicut mẽbrũ
quod apud seipsum cibos omneis reseruat, vicinóque
non communicat, & seipsum offendit, & reliquũ cor-

A pus corrumpit: vt de stomacho videmus: is em̃ si ci-
bum solus continuerit, & reliquum corpus fame cor-
rũpit, & seipsum sua inexplebili improbitate perdit:
si autẽ acceperit quantũ pro sua portione satis, & reli-
quum aliis membris transmiserit, & seipsum & reli-
quũ corpus in bona valetudine cõseruat: Ita & tu nũc,
si ea, quæ à nobis audis, detinueris, aliisq; nõ cõmuni-
caueris, & illum incõmodabis, & teipsum iam corru-
pisti: quia ignauiæ & inuidiæ grauissimos morbos fo-
ues. Satis enim ad perditionẽ tuam fuerit, vel ob ma-
litiam, vel ob inuidiam, vel etiam ob ignauiã non cõ-
municare aliis. Cõtra, si citra inuidiam & ad allos trãs
miseris alimoniam, & tibiipsi & aliis profuturus es. Et
de his dictũ est satis. Nunc operæprecium fuerit, ve-
nire ad contextum eorum quæ nuper dicta fuerunt.
Quæ erant ergo illa? De Saulo & Paulo tunc exqui-
rebamus, quare aliquando Saulus, & aliquãdo Paulus B
vocatus sit. Et inde digressi sumus in multorum no-
minũ historiam. Verùm quia semel hinc soluimus, nõ
videtur dignũ esse, vt cum vtilis adhuc occurrat ne-
gotiatio, temerè eam prætereuntes negligamus. Nam
licet per Paulum in hoc argumentum deuenerimus,
nihilominus & aliorum nominũ rationes hac nego-
tiatione inuenire possumus: Sicut & mercatores, qui
mare nauigant, & propter minuta quędam in longin-
quas terras ꝓficiscuntur: cùm venerint in petitam ci-
uitatem, & viderint copiam aliarum rerũ sibi condu-
cibilium, præter eas ꝓpter quas à patria exierunt, mul
to plura quàm decreuerãt mercãtur, sic dicentes: Lõ-
ga via venimus, multas tempestates, multáq; p ericula
pertulimus: quid igitur vetat negotiationẽ nostram
fieri ampliorem? Talia vtiq; & nobis dicere licet. Nã
C inquirẽtes de nominibus Pauli, inuenimus cõsequẽ-
ter & nundinationem aliorum nominũ. Nempe Pe- *Mat. 4.c.*
trum antea Simonem dictũ: & filios Zebedæi Ioan- *Mar. 3.b.*
nem & Iacobum, filios tonitrui nũcupatos. Inuenimus
& in veteri, Abraham, qui antea Abram vocatus fuit: *Gen. 32.f.*
& Iacob Israëlem nominatũ: & Sarai Sarrã. Inueni- *Ibid. 17.a.*
mus autẽ ꝙ & alij nõ fuerint agnominati, sed à prin-
cipio sibi indita nomina retinuerint, sicut Ioãnes Ba-
ptista, Isaac & Adam. Asurdũ igitur fuerit, & extremæ
desidiæ tantum è manibus thesaurum abiicere. Nam
ꝓpterea longiorẽ fecimus sermonem, & quia nuper
diximus de his, qui suũ primũ nomen retinuerunt,
hodie de dionymis dicere mens est. Quorũ vnus est
Abraham. Adam eodẽ semper nomine vocatus est.
Et Isaac quoque aliam appellationem non accepit,
sed ab initio vsq; ad finẽ semper Isaac dict⁹ est. Pater
D autem Isaac Abram & Abraham dictus fuit. Dixit em̃ D
ad eũ deus: Non erit vltrà nomen tuum Abram, sed *Ibid.a*
Abraham vocabitur nomen tuum. Etem̃ Abram vo-
cabatur prius: sed hoc nomen non est Græcum, neq;
nostra, sed Hebræorũ lingua sic vocatur. Quid igitur *Abram.*
sonat nomen hoc cùm interpretatur? Transitor. Nam
Abram Syrorum voce idem est quod trãs, vel vltrà:
Et sciũt qui linguę eius periti sunt. Magna quoq; Sy-
rorũ cũ Hebræa lingua cognatio est. Sed dicis, quare
transitor vocabatur? Iudæa regio, hoc est, Palæstina
omnis quæ ab Aegypto vsq; ad Euphratẽ è regione
iacet Babyloniæ, vnde erat Abraham: & fluuius cõ-
munis terminus vtriusque terræ, medius vtrámq; se-
cat. Et quia Abrahã non Palæstinus erat, sed ab vlte-
riori ripa fluminis venerat, nẽpe à Babylonia: ideo à
loco & facto nomẽ accepit, & dict⁹ est Trãsitor: quia
à loco vlteriori fluminis venit. Quare autem fluuium
transiit?

Universidad de Deusto Biblioteca

transiit? quia deus iusserat. Et quare deus iussit? vt ostẽderetur obediẽtia iusti. Et quomodo ostẽsa fuit obedientia iusti? quia propter præceptũ dei domum suã quam reliquit, pro aliena commutauit. Vides quanta catena rerũ in appellatione iusti nectat̃? Vides quàm ingens historiarum pelagus nomẽ hoc nobis aperiat? Disce igitur eius nomen primum, vt cùm videris eum Palęstinam incolentem, appellatione nominis in memoriam patriæ eius, & causæ propter quam eam reliquit, manuducaris, & ita ad imitandũ eum admoneare. Ecce enim vir ille ante legem, & sub lege vitam agens, philosophiam quoque quę nobis tẽpore gratiæ tradita, suscepit implendã, & ante tempus gratię fecit, [Mat.19.d] quod postea discipulis Christus dixit: Amen dico vobis, quòd nullus est qui relinquit aut domum, aut fratres aut sorores, aut patrem, aut matrẽ, qui non cẽtuplum accipiet, & vitam ęternã possidebit. Non solùm autem hinc apparet, quàm sapiẽter vixerit iustus, sed [Gen.12.a] etiã dei promissio hoc declarat. Veni enim, inquit, in terram quam monstrauero tibi. Nam tametsi vtræq; illæ regiones Chaldæa & Palæstina erant corporales, illa tamẽ sua erat, hæc aliena: illa certa, hæc incerta: illa in manibus, hæc in spe: ipse autẽ relictis certis, manifestis, & his quę in manu erant, festinauit & transiit ad incerta, incognita, & ad ea in quibus sibi nõ licebat dominari, vt persuadeat, erudiátq; neque cõtradicendũ, neq; cunctandũ, quando deus certa relinquere iubet. Non enim tam certa quæ in manibus, atque ea quæ in spe. Non sic manifesta est pręsens hæc vita, vt futura illa. Hanc eñ videmus nostris oculis, illam videmus oculis fidei: hãc videmus in manibus nostris positã, illam videmus in manibus dei custoditã. Promissiones autem dei multò certiores sunt, quàm quæ in nostris sunt manibus. Vis discere quomodo hæc quidẽ vita in incerto sita est semper, futura autẽ illa, quæ videtur incerta esse, hac præsenti certior sit & solidior? Inquiramus, si placet, quę sunt illa pręsentis vitę pręclara. Diuitię? gloria? potentia? magnũ existimari ab hominibus? sed videbis nihil illis esse incertius. Quid enim infidelius diuitiis, quæ sæpe nec vsque ad vesperã nobis permanent, sed sicut ingratus transfuga, ab hoc ad illũ, & ab illo ad aliũ subinde transeunt? Quid & gloria est minus fidele? sæpenumero qui clarus erat & nobilis, repentè cõtemptibilis fit, & ignobilis: & è diuerso quoq; sępe obscuri subitò clarescũt. Et sicut videri nequit in rota, quæ continuò versatur, aliqua pars eius, eo ꝙ crebra circunferentia semper summa fiunt ima, & ima summa: ita & nostrarum rerũ impetus, dum continuò vertũtur, summa facit infima: vt videre licet in diuitiis, potentiis, ac aliis. Nunquam enim in eodẽ statu manẽt, sed semper instabiles, fluminum fluxus imitãtur. Quid igitur his incertius, quę tam crebrò transferuntur, & priusquã rectè appareãt, auolãt: priusquã adueniãt, resiliunt? Vnde & propheta de deliciis & diuitiis talibus differens, & spectans vacantes talibus quasi permaneant, dicit: Reputarunt quasi stantia, & nõ quasi fugiẽtia. Nõ dixit, quasi prętereuntia, sed quod multò minus, quasi fugiẽtia. Non enim paulatim recedunt, sed mira celeritate. At patriarcha ille nõ sic egit, sed relictis omnibus illis, tantùm ad ꝓmissiones dei spectauit, viam nobis parans ad futurorũ fidẽ: vt cùm ꝓmiserit tibi deus futura, & quæ non videntur, ne dicas ꝙ hæc incerta sint, & obscura. Incerta enim illa, certiora sunt his quæ videntur, modò oculos fidei habeamus. Quid autem, ꝙ ipsa non videmus? Deus ea promisit, & pollicitus est. Quando deus ꝓmittit, nulla variatio promissionibus adiungitur, atq; adeò illa maximè manent, quæ in manu dei sunt. Ex manu eñ dei, inquit, nullus rapere potest. [Ioan.10.f] Igitur quia nullus rapere potest ex manu dei, certus ille thesaurus semper manet. Præsentia autem omnigenis variationib⁹ & vicissitudinibus sunt obnoxia, & propterea pro eis sæpe laborem ferimus, & fine eorũ frustramur. In his autem quæ speramus non ita est, sed is qui laborauit, necessariò coronas & præmia cõsequitur. Nam spes non pudefacit, quia dei est promissio: & dona promissa sequuntur eius naturã qui ꝓmisit. Relictis igitur incertis, apprehẽde ea quæ cõspicua sunt: Conspicua autẽ sunt non præsentia, sed futura. Iam ꝙ aliqui ad præsentia spectant, & futura respuunt: non ideo respuunt, quòd obscura & incerta, sed quòd sublimia sunt & supra suam imbecillitatẽ. Considera igitur quanta sit virtus iusti. Promiserat ei deus corporalia, & ipse spiritualia quærebat. Vbi, dices, promisit ei deus corporalia, & ipse spiritualia quęsiuit? Egredere, [Gen.12.a] inquit, de terra tua, & de cognatione tua & de domo patris tui, & veni in terram quã mõstrauero tibi. Corporalis erat terra prior, sed & futura, quæ illi danda erat. Quid ergo ille? imò non illum, sed Paulum audiamus de illo dicentem. Nã licet hanc ꝓmiserat deus, relictis tamẽ præsentibus, festinabat ad futura. Quid igitur Paulus dicit? Iuxta fidẽ mortui sunt hi omnes, [Heb.11.c] cùm non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent. Quid dicis? non obtinuit Abraham ꝓmissiones? nõ venit in Palæstinam? Falsa ergo ea quæ dicta sunt. Venit quidem in Palæstinam, nõ hanc autẽ spectauit, sed aliã quæ in cœlis, desiderauit. Cuius rei & Paulus testis, cùm adiicit: Et confessi sunt se hospites [Ibidem.] & peregrinos in terra. Hospésne est, qui tantã accepit patriam, & tantam regionem? dic obsecro. Non enim hanc, sed cœlum spectauit. Nam qui hæc dicunt, inquit, declarant quòd aliã inquirãt patriam, cuius artifex & opifex est deus, illam inquam Hierusalẽ cœlestem, & quæ suprà est. Vidisti quomodo promiserit illi deus corporalẽ, & ipse quæsiuerit supernam Hierusalem? Itaque corporalis est ꝓmissio, spirituale autẽ iusti desideriũ. At nos planè diuersa facimus. Deus illi promiserat Palæstinam, sed ille spectabat cœlum. Nobis promissum est cœlum, & ad terram tẽdimus. Hæc lucra ex Abraham nobis cõtigerunt, quia nomẽ eius didicimus, & quare Transitor dictus sit, & ꝙ relicta terra sua in alienã concessit, præteritísq; certis ad incerta se cõuertit, & abiectis his quæ in manib⁹ & corporalib⁹, aspirauit ad ea quæ spe cõcipiebat, ídq; ante gratiam, & ante legẽ, atque ante prophetarum doctrinam. Vnde manifestũ, quòd præceptore caruerit, suffecerítq; ei natura mouens cogitationes consciẽtię eius, vt sic inueniret opificem vniuersi, & ꝓpter hoc dicebatur Abrã, quod nomen ei & parẽtes ea de causa indiderũt. Sed fortè statim dixerit aliquis: Mendacium hoc est, & confictũ. Parẽtes enim Abrahæ iniusti fuerunt, & neq; placuerunt deo, neq; sciuerunt futura, neq; pollicitationem à domino dandam præcognouerunt. Certè impij erant & idololatræ, & Barbaris magis Barbari. Scio & ego, & propterea laudo iustum, ꝙ tales parentes habens, talis ipse factus sit. Etenim valde rarũ & admirabile est, ex agresti radice dulcem fructum produci. At nõ accusandi sunt ob parentũ malitiã filij piè viuentes, sed & vt admirabiles habendi, eo quòd cùm pietatem à parentibus nõ acceperunt,

perunt, nec habuerũt qui manuducerent, quasi in eremo & inuio euntes, viam quæ in cælum fert, inuenire potuerint. Non igitur crimen est, habere patrem impium, sed imitari patris impietatẽ. Et crimen est maximũ, non ꝙ habemus improbos parentes, sed quòd illorum non agimus curam, & non offerimus omnia quę ab eis habemus, vt ab impietate sua eos eruamus. Hæc autẽ dixi, vt ne turberis dilecte, cùm audis quòd Abraham impiũ patrẽ habuerit. Nam & Timotheus impium patrem sortitus fuit: filius eñ Iudææ mulieris erat fidelis matris, patris autem Gentilis. Et quòd pater eius mãserit in impietate, & fuerit conuersus, manifestum est ex hoc. Laudans eñ Timothei fidẽ Paulus [2.Tim.1.b.] sic dicit: Quæ habitauit in auia tua Loïde, & matre tua Eunice, cõfido autem quòd & in te. Nusquam hìc patris nomen legitur. Et quare? quia in impietate perseuerans, non erat dignus qui cum filio numeraretur. [Mat.12.c] Et apostolos malos habuisse patres manifestauit Christus, cùm dixit: Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? ꝓpter hoc ipsi erũt iudices vestri. Sed ne turbet hoc neque offendat. Nam ex hoc discimus, ꝙ non naturæ, sed voluntatis est vitium & virtus. enimuero si naturæ esset, omnino mali malos parerent, & boni bonos. Sed quia electionis & voluntatis est probũ vel improbũ esse, idcirco sępe malis patribus boni filij, & ignauis filiis studiosi patres sunt, vt non naturæ, sed volũtati semper illa imputemus. Verùm cùm parẽtes Abrahæ, vt dixi, fuerint impij, quomodo ei hoc nomen indiderunt? Fuit hoc opus diuinæ sapientiæ per incredulã linguam dispensantis, vt [Nume.23 c.d.] puero nomen imponeretur, habens in se futurorũ historiam. Sicut eandẽ virtutem & in Balaam declarauit, cogens eum futura prædicare: quo manifestat, ꝙ nõ solùm in suis, sed & in alienis dominari potest. Et vt discas, quòd parentes etiam non valde pij, sæpius nescij imponũt nomina filiis, quæ multã futurorũ dispensationẽ declarent, docebimus etiam alio exẽplo. Lamech qui fuit pater Noë, non erat gratus deo. Nã [Gen.6.b.] si fuisset ꝓbatus apud deũ, non dictum esset, Noë solum perfectum inuentum in generatione sua. Neque nos trãsiuissemus iusti patrẽ in commemorandis nominibus, si iustus fuisset. Quid igitur ille? Imposuit nomen puero, quod præcipuam futurarum rerum haberet historiam, erátq; appellatio iusti ꝓphetia. Significabat eñ nomẽ eius futurum diluuium. [Noe, quomodo interpretetur.] Nomen eius Hebraica lingua vocauit Noë, quod interpretatũ est, quies. Niah eñ, Syrorum voce quies est. Sicut igitur Abraham ab abar quod est trans vel vltrà dicitur: & Adam ab Aedẽ, quod est terra, dictus, eo quòd sit terrenus: ita hic à Niah vocatus est Noë, hoc est author quietis: declarat autem hoc & adiecta particula, Vocauit eñ eum Noë, dicens: Hic nos quiescere faciet. [Gen.5.d.] Quietem diluuium vocans, eo quòd sub illo futurum diluuium. Diluuiũ autem mors fuit: Mors verò quies viro est. Et idcirco hominem, sub quo diluuiũ factum, quietis authorem vocauit. Et quòd non torqueã scri- [Ibidem.] pturas, ex scriptura ipsa audiamus hoc. Vixit Lamech annos cẽtum octoginta, & genuit filiũ, & vocauit nomẽ eius Noë, dicẽs: Hic nos quiescere faciet. Et quare non dixit: Hic occidet nos, hic faciet diluuiũ fieri: sed dicit, Hic faciet nos quiescere? Creatura omnis resoluitur, abyssi de subtus erumpunt, cataractæ superius aperiuntur: omne pelagus erat mirum & admirabile & horribile, & in luto quasi communi sepulchro promiscua hominum & equorũ ac ferarum corpora occultabantur: & tantam calamitatem, tãtáque mala quietẽ vocas? Profectò dicit: Nam homines in magna malitia viuebant. [Ibid.6.a.] Diluuium autẽ quia malitiam resecuit, ideo liberati illi à malitia, quiescere dicũtur. Generationem enim illorum quasi corpus incurabiliter languescens, & malis multis nullã consolationẽ admittentibus obnoxium, superueniens diluuium eripuit, & quiescere fecit. Nam si mors viro quies, multò magis his qui inemendabiles in malitia viuunt, mors quies est, liberãs eos à laboribus, nec sinens vlterius in iniquitatis consuetudinẽ progredi. Nõ est enim grauius, ingestabiliúsve pondus, quàm peccati natura: nihílque ita labores & ærumnas nobis affert, vt malitiæ species & delicta. Et ꝓpterea Christus his qui in peccatis viuunt, dicebat: Venite qui laboratis & onerati [Mat.11.d] estis, & ego vos quiescere faciam. Et idcirco Lamech diluuiũ quietem appellauit, eo quod superueniẽs malitiæ finem impositurum erat. Volebam sermonem hunc prolixiorem facere: multa enim omitto, quæ ad nomen Noë pertinent: sed hæc nunc memoria retinete, & fratribus vestris qui absunt, dicite: vt ne cogamur iterũ ꝓductiorib⁹ vti prooemiis, & dictorũ repetere consequentiã. Sermonem in precibus finiamus, gratias agentes deo, qui hæc vt dicerem, dedit: Cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Iacob & Esau. Incerto imterprete.

[Gen.25.] Portabat Rebecca geminos in vtero fratres, ante ortus principia bellatores: certantes filios mater ante sentit, quàm nouit: ante patitur, quàm videt: ante sustinet, quàm agnoscit. Licuit filiorũ bella sentire: quos nondũ licuit generare. Certamen inter fratres in vtero geritur: bellum inter natos cõmittitur. Materna viscera quatiũtur, nec ad ortus principia ꝓperatur: sed ante principia, noua certamina celebrãtur. Velim causas tanti certaminis nosse, velim istius pugnę negocia tractare. Quid intercesserat, quid factũ fuerat, quæ pugnandi ratio, quæ causa vincendi, quo spectatore id geritur, quo iudice celebratur, quid victori promittitur, quid victo è cõtrario denegatur? Quis certare docuerat: quis pugnare mõstrarat? Sed notũ est cũctis, istorũ certamine fratrum causas duorum exprimi populorum. Vult enim deus antè ostendere futura, quàm veniant: ante vẽtura monstrare, quàm fiant. Etenim præiudicare nõ potest pugna, si pugnæ non consentiant merita. Sed futurorũ præscius deus qui mõstruosum certamen voluit exerceri: dat certandi affectus, vincẽdi vota ostẽdit, & spectatorẽ se cõstituit, se iudicem demonstrauit. Adeò certamen geritur præsente domino, qui genuit: & matre teste, quæ sensit. Sed mater certamẽ sentire potuit, videre non potuit. Denique interrogat dominum: Quid est, inquit, domine quod geritur? quid est, quod in vtero meo te teste tractatur? Quid facturi sunt nati, qui sic luctãtur innati, aut quæ natorum vota suscipiam, cùm sic in luctamine nondum natorum concutiar? Duo sunt, inquit dominus, populi in vtero tuo: & duæ gentes de ventre tuo diuidentur. Et populus populũ superabit, & maior seruiet minori. O veneranda præsciẽtia dei. Designantur in vtrisque fratribus gentes: in singulis populi declarantur, imò ipsi gentes & populi nũcupantur. Futurarum sobolum nomina in natos conferuntur: & adhuc innatorũ nomina ignorantur. Dicuntur enim parentes, qui necdũ filij nomen acceperant: appellãtur patres, qui nati nõ fuerant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerant:vt fierent genitores,antequam filij fierent:patres, antequam nati. Ostendũtur amborum merita: & operationis nondum est causa. Quid quisque mereatur, edicitur: & meritæ causæ silentur. Sententia à deo profertur: & adhuc qui meretur,non nascitur. Iudiciũ diuinitus celebratur : & adhuc in vtero,qui iudicatus est detinetur. Præcedit mores iudiciũ , sententia actibus prior est. Non expectatur tẽpus,vt merita dispungantur: quia dispunctoris potentia ante nouit omnia, quàm nascantur. Interea certamẽ nec nascẽtibus defuit : dum maioris plantæ innixus,aut prior nasci desiderat,aut se victorem tali gestu demonstrat. Maior tamen properat in lucem,& adhuc tenetur in ventre: quærit prior nasci,ne & in hoc possit à fratre deuinci. Cupit pudorem properãtia tegere,desiderat ignominiã festinatione mutare,timet videri victus,antequam natus : sed iam matri prouentus certaminis iudicauerat deus. Iudicat & nascentium ortus: vnde dignè Iacob supplãtator vocitatus est. Sed diuidit in amorem vterque parens vtrunque nascentem : sic pater maiorem,sic mater minorem assumit. Pater in vtero victũ amore solatur:mater verò victorem diligit,quem pugnantem nõ vidit. Optat pater victori victũ æquari: si victi mores possent à malitia immutari. Sed iam seruatur sententia , quia sententiam prouocauerant causæ,nec in aliquo potuit bonitas in innocente corrumpi:vt malitia in reo non potuit immutari. Igitur properant impleri prędicta:festinant geri,quę fuerant diuinitus nunciata. Denique coquit Iacob pulmentum cõstitutus in domo,desiderio rapitur veniens Esau de campo. Sed malè desideratur,quod in damnum salutis assumitur:quia cõtrariè esuritur, quando salus mãducando deperditur, aut in vitæ interitum ordinatur. Molesta enim est fames,quæ ad hoc saginatur, vt perdat:pernicioſa esuries, quæ idcirco excludit , vt peior in homine nutriatur. Quoniã damnosa mercatio est, si salus pro cibo impẽditur,aut magnis vilia comparantur. Adeò Esau primatus desiderio lentis addixit, eosdémque Iacob intemperantia desiderãtis accepit: quandiu Esau possidere nõ potuit, quod in vtero cõstitutus amisit. Deniq; reddit Esau aliena,Iacob recepit sua. Fit Iacob benedictione iam primus,qui fuerat natura postremus. Primatus reddidit causa,quos negauerat aliquando natura. Nec diu eius gratiã indignus posuit vsurpare, quam Iacob meruit antequã nascereturaccipere. Interea hæreditaria benedictio à patre in Esau disponitur, & ab eo ciborũ delectatio postulatur. Facito,inquit,mihi fili cibos,quos amo:vt mãducans benedicam te,antequam vita ista decedo. sed ignorat Esau illum placitũ in cibo , qui iam placuerat merito:nescit eum benedictioni aptissimũ , cui tradiderat ipse primatum. Deniq; pergit venatũ, vt imperata perficeret:remoratur,& tardat. Fit difficile, quod quæritur:vt in Iacob paterna benedictio cõpleretur. Quærit Esau inuenire,quod pater fastidiat : desiderat capere,quod genitor iam saginatus exhorreat . Hortatur & mater Iacob amantissimũ filium,narrat verba patris ad fratrẽ,refert imperata ciborũ,benedictionis promissæ compotem dicit : si quæ fieri iussa sunt, implere festinet. Cogitur Iacob profiteri,quod non erat: mẽtiri,quod fuerat. Cogitur,inquam,simulare se fratrem,mẽtiri maiorem. Adeo pergit ad gregem,duos hædos adducit:quorũ pellibus brachia,nudámq;ceruicem absconderet , & hirsuti fratris præsentiã simularet. Itaq; parat cibos delectabiles mater,infert filius patri : pater miratur aduentum tam celerẽ filij. Quid est hoc, inquit, quòd tã cito venisti fili ? Quod dominus dedit,ait,attuli tibi. Surge,mãduca quod desiderasti,vt benedictionem conferas quam ꝓmisisti. Accede,inquit,ad me fili,vt palpem te,& videam si tu es Esau filius meus. Accede,inquit ad me,vt sentiã tactu, quod oculis videre non possum : palpãdo intelligam, quod visu non cerno. Duo sensus,id est auditus & tactus in patre sancto cõtendũt,quisnam eorum , quod latebat,ostenderet : sed auditus indicat , quod tactus ignorat. Fallit eũ habitus patrem,sed vox indicat veritatem. Refert vox, quod habitus refellebat : nudat lingua,quod tegmina simulabant. Indumẽto quidem fratrẽ mẽtitur:sed verborũ sonitu, qui fuerat, indicatur. Vnde Iacob sanctissimus diuiditur apud patrẽ in duo,dum mẽtitur:alium habitus,sed vox indicat verum. Vestitus maiorem simulat, sed sermo minorem non celat. Ita enim alienum est,quod simulatur:& ꝓprium est,quod per vocem dignoscitur: vt benedictione sit dignum , quod est proprium . exhæredari enim meruerat,quod fuerat alienum.

Primatus, pluralis numeri nouè ponitur.

Gen.27.a

Sermo diui Ioannis Chrysostomi Cõstantinopolitani,de Ioseph, vbi à fratribus venditur. Incerto interprete.

Illij autem Iacob pascebant oues patris sui in Sichem : & dixit Iacob ad Ioseph filium suũ minorem: Vade fili,& vide quomodo se habeant fratres & oues:& renuncia mihi. Ioseph autem abiit. Illi autem cùm viderent eum venientem , dixerũt : Ecce somniator ille venit. Venite,occidamus eũ: & videamus quid significent somnia eius. Mittitur à Iacob patre sanctissimo Ioseph sanctus ad fratres, qui salutẽ patris ad illos , & ipsorum ad patrem afferret: vt inter absentes medius vtriusque salutis nũcius existeret : vt quod per semetipsos absentes scire nõ poterãt,Ioseph referente cognoscerẽt: & disiunctos huius relatio iungeret,quos locorũ diuersitas separauerat. Quem cùm venientem de longè conspicerẽt: ecce,inquiũt,ecce somniator ille:venite itaque , & occidamus illum : & videamus,quid portendant somnia eius. O nefanda rabies iniquorum. Non licet Ioseph, non licet,inquã,impunitũ esse,quod bonus est? Non licet meliorem tutum esse cum malis , & quasi inuidi aliquid perdant,aut dispendiũ alicuius rei incurrant: sic bonorum vita detrimentum est pessimorum. Zelant mansuetum inuidi,modestum superbi,probũ improbi, mitem tumidi , inimica æmulatione lacessunt. Patitur Ioseph sanctus innocentis vitæ inuidiam,& ꝙmulos in se fratres sancta excitat vita. Bonum mali vidĕre non possunt:denique venientem ad se, lacerant, sæuiunt,necare festinant. Nolunt meliorem viuere,ne degeneres ipsi possẽt improperia sustinere. Cur innocẽtẽ zelas inimica fraternitas? Cur inuides bono? Cur pati simplicẽ non potes? Cur modestum persequeris? Cur probum nõ diligis? Cur rea innocentis sanguinis inueniris? Saltem distractus aliquatenus viuat,ne in te accusator innocens sanguis,vt in Cain, aliquãdo existat. Serua tibi,serua inimica fraternitas viuum,quem sentias aliquando placatum. Serua incolumem,quem necessitatis tempore inuenias prouisorẽ. Forsitan eũ adueniat tempus, quo eum seruum feciſſe pœniteat quidem, parricidiũ perpetrasse minus collibeat. Leuius crimen est sanctũ seruituti addici , grauius nihil est innocẽtem animam iugulari. In seruo quod curetur inuenies:in parricidio nõ reperies quod excuses. Multis prouides, si istum distraxeris : tibi nocuerit, si innocentem

Gen.37.d

innocentem animam iugularis. Distractus igitur Ioseph sanctus in Aegyptum, accepturus totius prouinciæ dominatum, venundatur in seruum , in famulum addicitur,in innocẽtem fraterna crudelitas operatur. Susceptit seruitutis notam,quem dominus præparabat ad gloriam. Humiliatur ad tempus, imminẽti necessitate regnaturus. Ministrat vt seruus, vt famulus paret, domestica complet officia: nec obsequendo deest in aliquo : vt humilitate perciperet , quicquid illi ingenuæ necessitatis præstitisset. Adeò tantùm sublimatur in domo,tantùm famulis cunctis præfertur, tantùm à seruis omnibus honoratur : vt quantùm ei dominus, tantũ ipse familiæ imperaret. Fit rector & præpositus domus,sit cunctis imperans:solus sit domesticæ curæ aptissimus. Sed his bonis cœlesti dono concessis, tentatio inimica non defuit. Pudicum iuuenem matrona appetit impudica:vt diabolus, qui in eius necẽ fratres armauerat,contra eum armaret & fœminam. Sed tam hæc dei iudicio concidit,q̃ fratres deus ab eius parricidio separauit. Deinde solum sola aggreditur:& cum casto puero incesta mulier fabulatur. Tandem,inquit, quærẽs optatum tempus inueni:& ad cupiditatem voluptatis implẽdæ,aptissimum silentium reperi. Nullus inter nos arbiter testis existit,nec maritus domum repetit, nec familia recognoscit, nec aliquis de externis interuenit. Inter nos solummodo causa est. Nullus potest existere,qui possit , quod gerimus, indicare. Fac, quæso,quod peto . Exple animũ cupientẽ tui , vt posco. Desiderantis preces,nec asperneris,exoro. Ego te muneribus honorẽ,ego marito cõmendem, ego te libertate condonem: nec quisquam mihi te charior poterit inueniri,si mihi,quod desidero, contigerit adipisci. Frustra,inquit Ioseph,frustra mẽtis inimica tentatio,frustra me innocẽtem appetis: frustra mihi castissimo lasciuiæ verba immittis. Ego enim, quod loqueris,fugio:quod quæris,nolo: quod desideras, perhorresco. Solum metuo in cœlestibus deum, cuius disciplinam seruo,integritatem diligo , castitatẽ custodio. Si enim domus totam potestatem accepi,si nihil mihi prẽter te,meus dominus denegauit:quomodo faciam istud,quod dicis,vt & dominatorem dominum & patronum tam liberalẽ offendã? Nam si in me per mendacium crimen cõuerteris, & quod nolo, me voluisse contenderis:dei erit liberare , quem in præsenti desidero non offendere . Igitur postquam Ioseph mulieris blandientis illecebras & serpentini oris colloquia aspernatus,respuit:detẽtus ab eadem, relictis vestibus fugit. Quę cùm se publicatam conspiceret,vociferata clamauit:& facinus , quod vitiosa mente conceperat, in innocentẽ ipsa conuertit:& eum voluisse, quod ipsa non potuit , accusauit . Fugit igitur Ioseph,inquam nudus,pudicitia & castitate vestitus : fugit relictis vestitus,innocentia,qua vicerat,tectus. Et cui impudica mulier indumẽta detraxerat, eum sanctitas ipsa tegebat. Habe tu mulier detestanda,vestimenta quę tenes: habe exuuias,quas in argumentũ defensionis falsę tulisti. Habe apud te testimonium pudici victoris. Confinge falsas calumnias, necte,marito persuade. Cõscientiam tuã non fallis,qua superatã te ab innocẽte cognoscis. Lætabatur interea Ioseph pudicitiæ perfecisse bella,peregisse castitatis prælium, pugnam innocẽtia superasse : in qua pugna lasciuia vincitur , calcatur petulantia,omnis impudicitia detruncatur,triumphat castitas,integritas gaudet, victrix innocentia collætatur. Sed postquam maritus aduenit : detestanda mulier,quam libido nuper in perniciem innocẽtis accẽderat,in eius mox accusationẽ exurgit. Gestabat namque in facie teterrima mulier dubios & ancipites vultus,& alterna coloris intẽtio , rubor pallori immixtus, diuersos mentis ęstus verbis trementibus præferebat. vt videres & conscientiã victi facinoris aperiri : & innocenti accusationẽ, rabido furore aptari. En,inquit, quem nobis seruũ intuleras,en cui vniuersam domum & omnia tua gubernanda credideras. Hic mei pudoris latro,hic pudicitiæ hostis,hic castitatis prędo extitit : quem vix luctando expuli , vociferando caui, pugnando deuici. Putauit me quoque sibi denegandam nõ esse:cui totum,quicquid possides,tradidisti. Tunc maritus furias in se incestæ transfert mulieris,tunc inflammatur insania,tunc fœuitia excitatur. Vix ab iniuria abstinet manus,vix sese regit,vix cohibet. Cogitat digna causæ tormenta:meditatur conuenientia sceleri tãto supplicia. Obtinet apud eũ falsitas, veritas exulat. In custodia innocens,quia reus esse noluit , religatur. Cur in innocentem grassaris importuna tentatio? Cur appetis iustum? Cur sanctum persequeris? Ioseph enim innocẽtia reus est, nõ culpa:castitate, non adulterio offendit . Custoditi pudoris , non violati hostis est. Vim passus est ipse,non fecit:iniuriam accepit, nõ irrogauit. Peccauit,quia peccare noluit,non quia peccauit:quinimò pœnã meruit, quia peccare pertimuit. Eat licèt in carcerem, iustus coniiciatur in vincula, in custodiam religetur:iniuria iniuriosi est,non innocentis:pœna lædẽtis est,non læsi. Supplicium si merui,patior:si nõ merui,ille patitur qui irrogauit. Reus quem peccatum nõ pœna castigat,spectat suum supplicium. Qui quod patitur non meretur, sine pœna torquetur: quia tormentũ non meretur,quod patitur. Adeo tormentũ quod irrogas,pateris:quod tribuis,sentis:quod infers,ipse torqueris. Nec vlla tibi solatia poterũt subuenire, nisi iustum à pœna volueris reuocare . Interea Ioseph in carcerem traditur,in custodia religatur, exultat & gaudet. Exultat,inquam,victor & liber. Exultat domesticam calcasse calumniam:exultat pudicitię obtinuisse victoriam. Licet in carcere morari illęsum, quem lasciua mulier fecerat reum . Licet hîc sine periculo diuersari,quoniã apud suos nõ licuit domi . Fit Ioseph in custodia tutus,in carceris loco securus. Domi enim nonnunquam calumnia aptatur , in custodia innocenti securitas inuenitur . In carcere enim nullus appetitur , nullus alieno crimine oneratur : innocens isthic tempus expectat,reus iudiciũ. Nec aliena quenquã opprimũt crimina: quia nec bona malis, nec mala bonis deputantur aliena. Intrat Ioseph sanctissimus custodiam , visitator magis q̃ reus , prouisor non socius,medicus non ægrotus. Adeò fit cunctorum præpositus,fit prouidẽs omnibus solus,fit in reorum solatium procurator. Gaude innocentia & exulta. Gaude, inquam,quia vbiq; illæsa es,vbique secura. Si tẽtaris, proficis:si humiliaris,erigeris:si pugnas,vincis:si occideris,coronaris. Tu in seruitute, libera es:in periculo, tuta:in custodia,lęta. Tibi omnis reatus addicitur:tibi vniuersa militia subiugatur. Te potẽtes honorant , suscipiunt principes,magnates exquirunt. Et iam illi te non,inquam,desiderant,qui impugnãt. Tibi boni parent,mali inuident:zelant æmuli,inimici succumbũt. Nec vnquam poteris victrix non esse, etiam si tibi inter homines iudex iustus defuerit.

Innocẽtia. ἐγκράτεια

Diui Ioannis Chrysostomi sermo in Ioseph de continentia. Incerto interprete.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIhi quidẽ ſemper vtiliſſimus videtur,& Chriſti ſeruis dignus ſermo de continentia,maximè autem tempore hoc,quando Chriſtũ induti pueri eccleſiæ præ aliis bonis continentiã poſſidere maximè debẽt. Nemo iniuſtè vel intẽpeſtiuè, de fortitudine & certamine factũ dixerit ſermonẽ, cùm athletæ iuxta olympicas leges exercẽtur. Itaq; & nos nunc,athletas Chriſti quos vidimus accepiſſe virtutẽ à ſpiritu propter diuina ſacramẽta,ad agonẽ ſpiritualẽ miſſuri,meritò de cõtinentia diſſerimus. In mundanis enim certaminibus poſt victoriam coronæ, in Chriſti autẽ ſtadiis ante victoriã coronę. Quare autẽ coronatos in agonẽ mittit nos Chriſtus? vt metũ incutiat aduerſariis, ſenſúſq; noſtros erigat, vt ad honorẽ à deo nobis datũ ſpectãtes,nihil indignum domino vel loquamur,vel faciamus. Nã ſi rex aliquis purpura amictus,coronáq; caput ornatus,&victus naturę affectionibus indignũ quiddã regia maieſtate fecerit, mox vt in regiam ſtolã aſpexerit,emẽdat ſe, operámq; dat ne poſthac à fœdis vincatur cupiditatibus. Et tu quoque indutus Chriſtũ,viſa turpis animæ concupiſcentia,ad diuinã ſtatim ſtolam reſpice, melióӧrq; ſtatim eris, neque maligni artibus offenderis. Igitur pulchrum quidem continentiã cõmendare laudibus,pulchrius autẽ poſſidere. Et ſanè non parũ ad continentiã incitantur, qui multũ de ea loquuntur & audiunt. Atq; eam ob rẽ virtutes ſanctorum celebrare ſacris ſcripturis voluit deus, vt omnes homines in illorũ trahantur imitationem,veſtigiáq; illorũ diligenter ſequendo,perſuaſi cõtinẽtiam parent. Etenim ſi in gymnicis certaminibus plerique viſis athletis coronatis, accenſi, etiam ipſi ſe exuerunt,& multos ſudores laboréſq; pertulerunt, vt ramis vel oleæ, vel lauri coronarentur: quanta ergo nos conuenit alacritate pro cõtinentia ſudores ferre, quando alios à deo coronatos videmus,vt cœleſtibus redimamur coronis,propter bona ſalutariáq; facinora? Quomodo non graue & multa ira dignũ,ſi athletas allectet folium lauri vel oliuæ,& gloria tranſitoriæ huius vitæ:nos autẽ nihil moueant Chriſti munera,vt omnem voluptatẽ amoueamus, & timorem dei præferamus concupiſcentiis? Porrò non in ſolis hominibus videmus ſimilium imitationẽ, ſed & in brutis. Nã & columbæ ſæpe viſa vna auolante, ſtatim ſequuntur omnes. Et pullus generoſus in equorum armento exiliens,ſecum rapit omne armentum. Et inter vos,vt in armento Chriſti,bonus eſt pullus,Ioſeph continentiſſimus cœleſtibus exultationibus ad ſui imitationem nos cõſeruos vocans. Saltemus igitur cum bono adoleſcente ſpiritualem choream, laudantes ipſius continentiam,non verbis ſolũ,ſed & operũ imitatione. Ille igitur ille erat diligens & perpetuus cõtinentię cuſtos, cum poſſet reginæ ipſi imperare, & in deliciis atq; luxu diuitem & voluptariũ agere. Veruntamen quãuis talium & tantorum dominus futurus, cũ cogitaſſet ꝙ diuitiæ quidem & potentia ac gloria cum pręſenti vita tranſeant,& temporalium lucrũ duntaxat habeant, ſolius autem virtutis nullus ſit finis, ideo voluptatibus timorem Chriſti,vt frænũ quoddam iniecit. Diuitias autem &delicias,ac promiſſiones dominę deriſit,miſeriam in carcere dulciorẽ cenſens præclaris domiciliis,tametſi his qui excellẽter formoſi ſunt,difficile eſt imperare voluptati. Hic autem tãtum ſpecimen exhibuit continentiæ, vt pulchritudine animæ pulchritudinem corporis occultaret, ſtellæ cuidã pulchræ formoſitate corporis,angelis autem venuſtate animę cõ-

A ferendus. Nos autem decet admirari,non ſolùm adoleſcentis continentiam,ſed & pericula,quæ pro illa ſuſtinuit, qui morte grauius ac terribilius iudicauit ſeruire voluptatibus. Admirabitur autem,qui virtutẽ ipſius diligenter cognouerit, & tempora expenderit in quibus animam puram ſeruauit. Nam priuſquam in terra & dominus & opifex vniuerſi apparuit,libertatẽ cuſtodiuit mentis. In domo impiorum educabatur, multos habebat ad deteriora adhortantes, carebat cõtinentiæ magiſtro. Omnes voluptati ſeruiebant,ventri indulgebant, nihil pium, nihil ſanctum faciebant: attamen in tantorum taliúmq; impiorum corona, videns dominam intemperantem iacêre,cœleſtium theſaurorum proditor non eſt factus, ſed ſpiritus templũ indeprædabile cuſtodiuit, malens mori q̃ ſeruire voluptatibus. Non audierat Paulum dicentem, corpora noſtra membra Chriſti eſſe: & priuſquam audiret vo- *1.Cor.6.d*
B cem diuinam, non minor apparuit his qui cœleſtibus promiſſionibus honorati ſunt, docens nos in eccleſiis quàm oporteat nos certare,& incorruptã ſeruare animam. Nam ſi ego,dicere poteſt Ioſeph, qui ante natũ Chriſtum fui, nec audiui excelſum apoſtolum Paulũ clamantem,corpora noſtra membra eſſe Chriſti, putaui dei ſeruos decere vt imperent voluptati: nec inuentus ſum continentiæ decoctor, quanuis multa pericula parata viderem: Quantùm vos conuenit cum timore & tremore viuere in continentia, vt ne appareatis indigni honore,& ne membra Chriſti fiant mẽbra ſcorti? Hoc verbum poteſt omnem animam continentia munire, hoc verbum ardentes concupiſcentias facilè reſtinguit. Neq; imber in ignem cadens, ita facilè flammam deprimit, vt malas concupiſcentias
C marceſcere facit ſermo ille in animam admiſſus. Eoſdem ſermones nobis loqui & magnus Iob poteſt, qui non ſolùm diligens continẽtiæ fuit exercitator,ſed & legem oculis ſuis poſuit,ne in virginis viderent faciẽ, ne fortè mentem illius irradians raperet pulchritudo: quanuis quis non admiraretur & obſtupeſceret,vidẽs virum hunc cum diabolo quidem viriliter certare, & omnes maligni machinas vincere, virginis autem faciem fugere,& à formoſæ puellæ aſpectu oculos ſubducere. Diabolum quidem videns, accedentem non fugit,ſed manſit ſicut leo viribus fidẽs: virgine autem viſa non ſtetit,neq; moratus in contuenda pulchritudine, ſed ſtatim ſeceſſit. Cenſebat nimirum in prælio contra dæmones virili & audaci animo opus. In continentiæ autem præparatione victoriam concedi:non ex virginum cõſuetudine,ſed ſeceſſu. Quiſquis igitur *Iob.31.a*
D promittit virginitatẽ, accipiat conſilia continẽtiſſimi omnium hominum, qui & ipſe ante Chriſtum incarnatum tam diligens continentiæ fuit cuſtos. Neque enim negligenter audiẽdum, ꝙ ante Chriſtum incarnatum apparuerint iuſti tantum continentiæ ſpecimẽ exhibentes. Non enim erat quod tanta vi ad virtutem illam vrgeret,neque virginibus crimen erat, neglecta continentiæ poſſeſſio. Quomodo autem hoc? quia huius cauſæ gratia deus excelſus vniuerſorum opifex noſtram accepit formam, vt angelorum ſanctimoniam ex cœlo deduceret. Quãdo igitur homines poſt tantum honorem voluptatibus ſe mancipant, dici nequit temeritatis magnitudo, qua membra Chriſti membra meretricis facientes, domini miſericordiam afficiunt,& quantum in eis eſt vanã reddunt. Audiunt dæmones & timẽt,quia deus non conniuet vt cõiungantur ſibi,nos autem ſibi adiungat. Et audent fideliũ quidam

quidam abſcindere ſe à Chriſto,& iungere meretricibus? Non tantum eſt malum è cœlo in lutum cadere, quantum malum fuerit membrũ Chriſti factum à diuino honore excidere, & mẽbrum fieri ſcorti. Quando igitur cõcupiſcentia mala inflammat animam,ſtatim recordare Chriſti, cogita adſtare tibi Paulum adhortantem, ac dicentem: Neſcitis ꝙ corpora veſtra membra ſunt Chriſti? Gerens mẽbra Chriſti, faciéſne membra ſcorti? Si illorum verborum fueris recordatus,ſtatim fugientem videbis voluptatem. Nam ſi ancillas domina caſta & pudica turpitudini deditas ſtatim ſolo aſpectu pudicas facit, quid mirum ſi titillantem voluptatẽ Chriſti memoria ſtatim ſopit? Semper crucẽ habe ante oculos tuos radiãtem,& purus à peccatis per id tẽporis abibis. Nam ſicut columna nubis figura noſtræ crucis,Hebræorum multitudinẽ protegebat,ne quid mali ab Aegyptiis pateret: ita crux ante oculos viſa,omnẽ ſtatim abigit malam voluptatẽ. Hæc enim ſalus eſt animæ, fœdarúmq; concupiſcentiarum ſalubre antidotũ. Etenim infirmitates corporis medicorum artes ſanant, animam autem ægrotam curãt ſtatim eloquia Chriſti. Eapropter &eos qui peccarunt, & adhuc carnis ſeruiunt voluptatibus,oramus & precamur,vt excitẽtur ac reſipiſcãt, ne omnino ab affectionibus vincãtur,néve impetu ferantur, néve in amaram ſeruitutem ſpontè ſe ſubiiciant, ſed ſe in acie opponant,& timore Chriſti mentem corroborent, ac eiiciant ex arce grauem dominã:vt abiecta omni macula,& peccãtium turba,cũ ſancta & incorrupta anima poſſimus accedere ad diuina & reuerenda ſacramẽta magni dei & ſaluatoris Ieſu Chriſti, cui gloria & imperium,in ſecula ſeculorum, Amen.

1.Cor.6.d — *Exo.13.d & Num.14.c*

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi Conſtantinopolitani, de Moyſe. Incerto interprete.

Exod.17.c.d.

STabat Moyſes in monte non armis,ſed precibus pugnaturus: ſtabat extenſis manibus ad cœlum,deuoto orans affectu nõ de terra, ſed de cœlo auxilium poſtulabat. Pugnabat cum hoſtibus abſens,cũ externis ſine bello decertat: vt quẽ loci diuerſitas ab inimicis ſeiunxerat, orationis effectus bellatorem præſentẽ hoſtibus exhiberet. Fit Moyſe orãte occulta pugna, ſed manifeſta victoria: latenter dimicat,vt euidenter deuincat. Solus orat, vt multi ſaluentur. Stabat Moyſes in monte proximus iam cœlo, iam vicinus ſyderibus. Et quãtò eum ſublimitas montis extulerat,tãtò oratio deo proximum exhibebat. Fit Moyſe orante victoria,ceſſante mœſtitia: potẽtior hoſtis efficitur, iuſti corpore fatigato. Deſinit Iſraël vincere,Moyſe deſiſtente in prece:vt dũ diuerſa populis exhiberentur,orationis potentia nobis monſtraretur. Denique tandiu iſta diuerſitas valuit, quandiu oratio defuit:perſeuerante prece, perſeuerans victoria roboratur. Iam geritur pugna cũ hoſte, iam Amalech precibus debellatur. Commendatur Hebræorũ populus deo,quem hoſtilis immanitas prouocarat ad bellum. Oratio in vltionẽ inimici dirigitur, cuius ſcelera iam interitum prouocabãt:ne dum Moyſi oratio circa victoriæ effectus minus valeret, inimici virtus in populum dei potentior eſſet:&non iam cœleſte,ſed humanũ certamen ab omnibus putaretur. Quis enim iuſtorum non orando pugnauit? Quis hoſtem non orando deuicit? Orationibus Danieli viſa panduntur, ſopiuntur flammæ,feræ hebeteſcunt, cadunt hoſtes, inimici vincuntur. Quantò enim purior frequentiórq; fuerit celebrata oratio,tantò celerior veniet inimico vindi-

Orationis vis quàm efficax, attende.

A cta. Licet colloqui cum deo orando, licet cum eo fabulari,cùm velis:licet precibus mercari, quod optas. Et quanuis vocem eius audire non poſſis:tamen dum id,quod petis,accipis: colloqui tecum, etſi nõ verbis, tamen beneficiis dignatur, Et factum eſt, inquit, cùm leuaret manus Moyſes, præualebat Iſraël: vbi autem ſubmiſerat manus,inualeſcebat Amalech. Bellũ Chriſtianis indictum hoc exemplo monſtratur: belli effectus,orationis inſtãtia aperitur. Orat enim Moyſes, & vincit:ceſſat,& vincitur. Didicit Chriſtianus quid gerat:inuenit quid fugiat. Didicit,inquam,vnde aut vincatur,aut vincat: quanuis inſtantius Chriſtiano orandum ſit:& quia periculoſior hoſtis eſt,& pro ſeipſo,nõ pro altero pugnat. Moyſes enim & contra hominem, & pro aliis orando pugnabat: Chriſtianus verò & pro ſeipſo,& cõtra diabolum pugnat. Nec quiſquã pote-
B rit excuſari,qui hoſtẽ vincere noluit, dum orãdo ceſſauit. Et tamen in Moyſe corpus deficiebat: non voluntas aliquando ceſſabat. Si ergo fragilitatis cauſa in Moyſe excuſari non potuit: quẽadmodũ in nobis voluntas poterit excuſari? Vnde apparet vires hoſti illum dare qui ceſſat:& ſeſe ei ſubiicere,qui non orat, quod totũ eſt odiſſe ſua,& diligere aliena:ſibiipſi hoſtẽ exiſtere,dum contra hoſtem nolit iugiter exorare. Hoſtis enim,dum oras,premitur:dum ceſſas,erigitur. Iniuriã nobis ab homine nonnunquam illatam impatienter, quod non licet,ferimus: & maiorem contumeliam in illum,qui intulit, reuocamus. Tu contumeliam tuam à te tibi illatã, quomodo in te ipſum poteris vindicare,qui ab alio illatam non potes ſuſtinere? Aut tu in te vltionem cui mandabis: cùm contra te ipſum hoſtem erigis,dum eum in te non orando admittis? Oratio iu-
C gis,infirmitas hoſtis. Cæterùm ipſe contra ſe tela miniſtrat,qui hoſtem precum inſtantia nõ fatigat. Quare orationis inſtantia, hoſtis ſæuitia debelletur: nõ reſumat vires, dum parcimus:non erigatur, dũ aliquando ceſſamus. Oportet,inquit,ſemper orare,& non deficere. Dum, oportet, dicit: neceſſitatem inducit. Neceſſitas autem tanta vi aſtringitur,vt quod neceſſe eſt, & ſi nolis, præterire non poſſis. Denique manducãdi, bibendi, veſtiendi, neceſſitas à natura illata præteriri non poteſt:ſine quibus geri vita iſta non poterit. Aut prætermitte iſta,& viue:ſine quibus viuere non potes, ſi prętermittis. Igitur ſi prętermitti iſta nõ poſſunt,ſine quibus vita iſta non poteſt celebrari: quemadmodum tutus ab hoſte eſſe poterit,qui, quod oportet,ſemper orare contẽpſit? Petite,inquit,& dabitur vobis. Optat dare,qui præcipit petere:beneficia ingerit,qui poſcẽ- *Luc.18.a* *Luc.11.b*
D di hortamẽta exprimit:cupit largiri,qui deſiderat poſtulari:ille ſuadet,qui præſtat:ille hortatur,qui donat: occaſiones ille dãdi exquirit,ꝗ beneficia tribuere cõſueuit. Petite,inquit,quod vultis,&faciã:poſtulate qđ deſideratis, vt cõpleam. Talem me ſentietis in dãdo, qualẽ nunc in promittendo conſpicitis. Magna fœlicitas hominis,ſi beneficiis reſpõderit creatoris. Habe fiduciam Chriſtiane,vt petas:pete, quod deſideras vt accipias:ſi tamẽ te actus indignũ non faciant: ſi facta, quod vocaris,oſtendãt. Deus enim tibi & petendi fiduciam tribuit,& voluntatẽ dandi ſe habere oſtendit. Cæterùm ceſſant beneficia,vbi mala non ceſſauerunt facta. Tũc enim tribuitur, quod optatur, ſi bonos act⁹ morum probitas comitetur. Ipſe ſe amabilẽ facit, qui cauſas, quib⁹ obſequatur, inquirit. Etenim odio dignus eſt,qui aliud,q̃ quod profitetur,exercet. Sed ſi peccatorem ſe quiſpiã nouit:damnet vitia, delicta horreat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.15.b peccare desistat. Plus enim deus vnius pœnitentia cõmouetur, q̃ iustorum merito delectatur. Sic erit gaudium in cœlo, inquit, super vno peccatore pœnitentiã agente: quàm super nonaginta nouẽ iustis, quibus non est opus pœnitentia. Nemo ad eũ aliquando flens accessit: qui non, quod postulauit, accepit. Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrauit, quod voluit. Ipse est enim, qui cõsolatur flentes, dolẽtes curat, pœnitentes informat. Detestare peccata, si officia pœnitentis inuadis. Aut si peccare delectat: quare sic pœnitentiã, quã profiteris, infamas? Contumaciæ crimen est: quod oderis, facere: quod damnaueris, velle: quod horrueris, exercere. Amare probatur, qui quod odit exercet: & odisse vicissim, qui quod se amare mẽtitur. Neq; enim poterit excusari, cuius verba aliud sonãt, & aliud facta demõstrant. Doleat peccator aliud se esse, quod fuerat: lauet lachrymis, quod delictis infecit: curet fletib⁹, quod peccãdo vexauit: gemitib⁹ purget, quod contemnendo commisit. Si pœnitet, corrige: si dolet, quiesce. Curet pœnitendo, quod fecit: vt possit recipere, quod amisit.

De eo quod scriptum est in lectione Iudicum capite Vndecimo: Iepthe perrexit ad pugnã, & votum vouit domino dicens: Si reuersus fuero in pace, &c. homilia. Incerto interprete.

1.Cor.10. c. DEus qui voluit nihil absconditi à populo suo, quod erat velatum in lege, in euangelio reuelauit. Omnia enim patribus quæ cõtingebant, in figura contingebant. Scripta sunt autẽ ad eruditionem nostram, in quos finis seculi obuenit. Nunc aggrediamur lectionem ex libro Iudicum, quę nobis à lectore apposita est, & ex ferculo oris sui aures nostræ pulsatæ sunt. Hæc lectio de Iepthe lecta est, vbi iudex populi factus perrexit ad præliãdum pro victoria populi, proponens propositũ, vt regrediens gloriosus victor, si quid ei occurreret primũ, offerret deo. Hic vnicam filiam habẽs occurrit ei præ nimio gaudio exultans, q̃ patrem suscepit sospitem, victorẽmq; populi: iste cum vidisset pignus vnicũ viscerum suorum, scidit Iudic.11.f vestimenta sua, dicens: Heu filia decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ante dominum, vt si quid mihi occurrisset de prælio reuertenti, immolarem domino. Et illa obtẽperans patri, postposita dulcedine præsentis vitæ, ait: si aperuisti os tuũ, fac & imple quod promisisti. Sed tãtùm obsecro te, vt dimittas me duobus mensibus plangere virginitatem meam. Trãsactis ergo iis diebus oblata est domino. Ista secũdum historiã lectionis facta. Sed in sinu secreti habebant difficultatem interpretationis, quod dominus aperiet mihi & vobis, orantibus vobis pro nobis. Ergo vnusquisque nostrũ debemus esse Iepthe, qui deuictis inimicis cupiditatũ nostrarũ, & voluptate carnis nostrę, offeramus vnicam animam nostram, de qua dicePsal.21.d bat propheta: Erue à framea animã meam, & de manu canis vnicam meã. Occisis in nobis omnibus delectationibus carnis, victores redimus ad deum, offerentes (vt dixi) animam nostram, quæ est singularis & vnica. Sed scissis vestimentis malarum cogitationum temporaliũ, quæ velant animam, offeramus illam occidendam in malis, viuificãdam in bonis. Vnde dice-
Mat.16.d & Luc. 9.c bat dominus in euãgelio: Qui perdiderit animã suã, inueniet eam. Nam sexaginta dies plangere virginitatẽ: quid significabat, nisi cõgeminatus trigenarius numerus demõstrat nobis baptismũ Christi, qui triginta annorum baptizatus est, & alius trigenarius numerus pertinet ad ecclesiã in trinitate baptizans, decalogum implens? Nam ipse sexagenarius numerus conquadratus & bis trigeni sexagies facit, & ter vigeni sexagies facit, & quater quindeni sexagies facit, & sexies deni sexagies. Ergo iste cõquadratus numerus demõstrat nobis planctũ præsentis vitæ, dicente domino: Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Desertũ ergo plangimus huius mundi. Desertũ enim dicitur res vbi non manetur. Quia ergo hîc nõ permanetur, desertum dicitur. Sed tales sunt cõserui nostri cultores dei, filij sapientiæ, germẽ bonitatis, qui nobiscum vnum & vnicũ amant, quos vna vulua fontis ex semine verbi in fide baptismi produxit. Ideo ergo quia saxagenarius iste sacratus semper inuenitur, eo q̃ per sex dies deus constituit omnia quæ in mũdo sunt: & sex ætates esse voluit, id est, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, grauitatem, & senectutem. Quæ infantia agnoscitur ab Adam vsq; ad Noë: pueritia à Noë vsque ad Abraham: adolescentia ab Abraham vsque ad Dauid: iuuentus à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis: grauitas à transmigratione Babylonis vsq; ad Ioannem Baptistam, & incarnationem domini: senectus vsq; ad finem mũdi. Nam & generis humani sex ætates agnoscuntur, hoc est, vt dixi superius, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, & senectus. Decalogum ergo omnes ætates implentes omnibus diebus nostris, quia sexies deni sexagies facit: & quia videntur duo mẽses impleri, & bis trigeni sexagies: ideo duplex iste numerus pertinet ad duo testamẽta, vel di lectionem dei & proximi. Plãgendum est ergo in vita ista caduca, ruinis plena, casibus obuoluta: vt cũ plangimus, suscipiat deus immolationem animę nostræ, & vnicam offeramus victores, dicẽtes cum apostolo, Bo num certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem ser- 2.Tim.4.b. uaui: de cætero superest mihi corona iustitię, quã reddet mihi dominus iustus iudex in illa die: non tantùm autem mihi, sed & omnibus qui diligũt manifestationem eius. Adhuc istum Iepthen existimo esse dominũ nostrum Iesum Christum, victorem mundi, qui obtulit filium suam vnicam, ipsam ecclesiam tempore persecutionis malis pontificibus, nõ agnorum, sed luporum, dicẽte ipso: Ecce ego mitto vos sicut oues in me- Mat.10.b. dio luporum. Obtulit ergo ecclesiã per immolationẽ martyrũ tẽpore persecutionis, & victima vnica oblata est deo, vt sacrificiũ acceptabile esset patri ex lucris vnigeniti. Offer vnicus vnicam, sponsus sponsam, pater filiã. Quid enim potest inueniri fortius integritate & virginitate ecclesiæ, quæ concipit in corruptione, creat in integritate? Virgo est ista, quæ virum non nouit. Plãgit autem sexaginta diebus virginitatem suam, id est, omnibus diebus suis. Nec enim mittit ad dominum, qui in ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex planctu & fletu & lachrymis. Hæc ecclesia cultoribus suis lætitiam non promittit, neque in præsenti seculo securitatem: quia reuera omnis lætitia periculosa est, omnis securitas casibus plena, omnis iocunditas laqueis impeditur. Gaudete ergo, quia dominus noster reuelauit nobis, quod absconditum Iudæis inimicis suis esse voluit. Si enim vellet manifestare se- Matt.13. & Luc. creta eis, in parabolis nõ loqueretur: sed ideo locutus 8.b. est Iudæis in parabolis, quia præsciuit eos futuros crucifixores suos. Et nec alius ordo erat, quo trãsiretur ad nos, nisi vt animam nostram offeramus cõtribulatam: quia propè est dominus, qui cõtritos corde, & humiles spiritu saluabit. Nullus asperam habeat præsentis vitę Psal.33.d tristitiã, quia sola est quæ in futuro repręsentat perpetuam

tuam lætitiam. Vos qui fortes estis, infirmitatem infir- A
Iacob.5.d morũ tolerate, & pro inuicẽ vt saluemini orate. Charitatem diligite, pacẽ possidete, iram temperate, oculum pudicitius agite: humanam gloriam appetere nõ lite, innocẽtes & recti in deo permanete: vt ibi de vobis gaudeat mater ecclesia, quæ deo quotidie mittit proficiẽtium lucra, vt venientes in sanctum locum illum secretum tribunalis Christi, dicat de vobis filius,
Ioan.17. a.b. Ecce ego & pueri quos dedisti mihi.

† De Iepthe, vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum, Homila. xiiij.

1.Regum 1. & seq. *De fide Annæ, déque philosophia, hoc est animi moderatione, de humanitate, de honore deferendo sacerdotibus, & quòd tum in initio tum in fine prandij sit orandum. Des. Erasmo interprete.*

Primæ orationis tãtum finis extabat. NVlla profectò res est charissimi, quæ possit æquari deprecationi, neque quicquam est fide potẽtius. V trunq; vobis heri declarauit Anna: cum his enim muneribus accedens ad deum, omnia quę voluit effecit. Siquidem & naturam mancam ac sterilem correxit, & vuluam quæ erat concluſa aperuit, & probrum sustulit, & conuicia æmulæ dissoluit. Séque ipsam ad magnam restituit fiduciam dum è petra infrugifera spicam messuit comantẽ. Omnes audistis, quomodo fleuerit, quomodo precata sit, quomodo orarit & exorarit. Concepit, peperit, educauit, & consecrauit templo Samuelem. Itaq; nequaquam aberrarit, qui hanc mulierẽ, pueri simul & matrem & patrem appellarit. Quanquam enim & vir addiderat semen, huius tamen deprecatio vim efficaciámque semini præbuit, effecitq; vt Samuel auspicatioribus exordiis nasceretur. Neq; enim quemadmodum in cæteris hominibus somnus & congressus tantùm parentum, verumetiã preces, lachrymæ, fidésq; fuerunt huius generationis principia. Eóq; cęteris illustriorẽ habuit ortum, propheta propter matris fidem factus. De
Psa.125.a hac muliere forsitan aliquis non absurdè dixerit: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metunt. Hanc æmulemur viri, hanc imitentur fœminæ: nam vtriusq; sexus magistra est mulier. Quæ steriles sunt, ne desperẽt: quę matres sunt, sic educẽt natos liberos. Sed omnes simul imitemur mulieris philosophiam, quam habuit ante partum, fidem quam habuit in partu, curam studiũq; quod habuit post partũ. Quid enim esse possit illa muliere magis philosophicũ, animíq; moderatioris, quæ calamitatẽ adeò intolerabilẽ, placidè fortitérq; tulit, nec prius destitit, donec eam molestiam discussit, malíq; finem reperit, tum admirandum, tum incredibilẽ, nullo è terrenis accito adiutore & opitulatore? Nouerat enim humanitatem domini, eóq; so- D
la illum adiit, & quicquid voluit impetrauit. Neque enim humanum auxilium, sed diuinã gratiam requirebat, illius desperationis correctio: q̃ ea non nascebatur ex iactura pecuniarum, vt aliquis allato auro diluere posset angorem: neq; ex aduersa corporis valetudine, vt accitis medicorũ filiis morbum posset abigere. Natura erat maledicto obnoxia, cœlestem manum desiderans. Eóq; sanè prætermissis omnibus terrenis ad naturæ dominum cõfugit, nec prius destitit, quàm illum flecteret exorarétq; vt orbitatem tolleret ac vuluam aperiret, éque sterili faceret matrem. Itaq; beata est & ob hoc, non q̃ mater facta sit, sed q̃ quum non esset, facta sit. Siquidem illud est naturæ commune, hoc autem erat eximium fœminæ meritum. Beata quidem igitur & propter nixus illos, nihilo minus tamen beata propter omnia illa quæ partum præcesse- B
runt. Scitis enim, profectò omnes, siue mulieres, siue viri, nihil grauius aut intolerabilius accidere posse fœminæ, q̃ vt liberis careat, adeò vt si mille prosperitatibus alioqui fruatur, dolorẽ ex hoc vulnere natũ haud vnquam ex animo valeat depellere. Quòd si id nunc post euangelij lucem adeò est intolerandum, quum ad maiorem philosophiam vocati sumus, quúmq; ad cœlum tendentibus nullus est rerum præsentium respectus, sed ad alteram vitã adornamur, quúmq; multis laudibus effertur virginitas: cogita quãtæ infœlicitatis ea res visa tum fuerit, quũ futurorũ nulla esset spes, ac ne cogitatio quidẽ, veteris illius legis alumnis, sed omnia fierent rerum præsentium gratia: quũ id tẽporis sterilẽ & orbam esse fœminã, execrabile quiddam erat ac dãnabile. Nemo possit eloqui, nec vllo sermone cõsequi doloris magnitudinẽ ex hoc vulnere venientis. Testes verò sunt fœminę, quę quum in cæteris omnem præstiterint philosophiã, hanc infœlicitatem non pertulerũt æquo animo, sed quædam maritis indignatæ sunt, aliæ sibi vitam iudicarunt esse iniucundam. Hanc verò fœminam nõ anxietas modò à sterilitate proueniens, verùm & aliud quiddam obsidebat malũ, ira videlicet, propter æmulę opprobria. Et quẽadmodum ventis ex aduerso inter sese concurrentibus, mediámq; scapham dum inter se depugnant, corripientibus ac multis fluctibus partim à prora, partim à puppi insurgẽtibus, gubernator clauo assidens seruat nauim, vndarum incursus gubernandi prudentia depellens: sic & mulier tum illa, quũ ira & angor in animum ipsius facerẽt impetum, rationem illius perturbantes, multósque fluctus excitarẽt, non iam biduum aut triduum, aut dies viginti, sed ad totos annos, (nam 1.Reg.1.d hoc, vt ait scriptura, ex multo tẽpore factum est) fortiter pertulit tempestatem, nec passa est rationem demergi. Siquidem dei timor tãquam nauclerus gubernaculis assidens, persuasit eam tẽpestatem magno animo perferendã esse, nec prius destitit mentẽ illius gubernare, donec in tranquillum adduceret portũ, onere plenã, hoc est vterum precioso thesauro onustum. Neq; enim aurum argentúmve portabat, sed prophetam, sed sacerdotem. Erátq; gemina eius vteri sanctificatio, & q̃ tali puero prægnans esset, & quòd conceptionis initium, per deprecationem ac cœlestem gratiam accepisset. Onus autẽ illud nõ solùm erat inopinatum & admirabile, verum & importationis modus fuit admirabilior: neq; enim illud hominibus vllis vẽdidit aut negociatoribus, sed protinus vt exposuerat è scapha, deo vendidit. Tantum autem hac negociatione lucrũ fecit, quãtum facere par est eam quæ cũ deo habuerit commercium. Etenim posteaquam eum fœtum acceperat deus, reddidit illi alterum filium: Imò potius, non vnum, neq; duos, neq; tres, neq; quatuor tantùm, sed his multò plures, vt iam vsura sortem excederet. Talis enim est negociatio commerciúmque quod cum deo geritur. Nõ ille quantulamcunq; sortis partem, sed multis partibus cõduplicatam reddit. Neq; solùm dedit illi proles fœmineas, sed ex vtroq; sexu lucrũ illius cumulauit, vt illi iam plenũ ac perfectum contigerit gaudium. Hæc eò commemoro, non vt laudemus tantùm, sed & æmulemur huius mulieris fidem ac tolerantiam, quam ex parte quidem audistis hesterno die. Verùm vt reliquias persoluamus, concedite mihi pauca cõmemorare de sermonibus post primam deprecationem cum sacerdote eiúsque ministro habitis, vt perspiciatis mitem ac placidũ huius mulie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris animum. Et factum est, inquit, quum multiplicaret A precationem in conspectu domini, Heli sacerdos obseruauit os illius. Geminam scriptor hîc virtutẽ in fœmina suo testimonio cõprobauit: in precibus assiduitatem instantiámq;, & animi vigilantiam: illam quidẽ quum ait, multiplicauit: hanc, quũ addit, in conspectu domini. Nam omnes quidem oramus, sed nõ omnes in conspectu domini. Etenim quum corpore in terra prostrato, & ore frustra delirante, mens vbiq; per domum ac forum circunuagatur: quo ore talis posset dicere, q̃ orauerit in conspectu domini? Nam in cõspectu dei orat, qui orat vndiquaq; colligens suã mẽtem, nihil habens cum terra cõmercij, sed ad ipsum deũ totus commigrans, omni cogitatione humana ab animo depulsa. Quẽadmodũ id tẽporis hæc fecit mulier. totam enim sese collegerat ac mentẽ intenderat, atq; ita deũ inuocauit, animo dolente. Sed quomodo dicit, q̃ B multiplicauerit precationẽ, quãdo exiguus est modus precationis quã fudit mulier? Neq; enim in longum produxit sermonẽ, neq; in multũ temporis extendit supplicationem, sed pauca nudaq; verba proloquuta
1.Reg.1.b est. Adonai domine, Eloi Sabaoth, si respiciens respexeris ad humilitatẽ ancillæ tuæ, meiq; memor fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; ancillæ tuæ prolem masculam, offeram illam dono in conspectu tuo, vsq; ad diem mortis ipsius. Vinũ & quicquid inebriat, non bibet, & ferrum non ascendet super caput eius. Quæ est hîc verborum multitudo? Quid igitur innuit, quum ait, multiplicauit? Assiduè sonabat eadem, nec destitit iisdem verbis iterandis multũ temporis absumere. Ad hunc modum & Christus in euangelio docuit orare.
Matt.6.a Quum enim iussisset discipulis ne more Gẽtium orarent, vtentes multiloquio, etiã modũ precationis do- C cuit: ostendens vt exaudiamur, non esse situ in verborum multitudine, sed in vigilantia mentis. Quomodo igitur, dixerit aliquis, si paucis orãdum est, parabolam
Luc.18.a eis proposuit admonẽtem semper esse orandum? Vidua quædã erat, quæ assiduè appellando crudelem & inhumanum iudicem, neq; deum timentem, neq; homines reuerentem, frequenter adiens flexit. Quin nos
Rom.12.c & Paulus hortatur dicens, precationi instãtes. Ac rur-
1.Thes.5.c sus, indesinenter orate. Vtrunq; faciendum est, vt nec in longum verba proferamus, & tamẽ assiduè deprecemur. Hoc, inquies, cũ illo pugnat, sed nõ inter se pugnãt ista. Absit hoc: sed magnoperè inter se cõgruũt. Siquidẽ & Christ⁹ & Paulus iussit breues, sed crebras fieri precationes ex paucis interuallis. Nã si in lõgum extenderis verba, quum frequẽter parum sis attentus, multam audaciã diabolo suppeditasti, vt accedat sup D plantétq; ac mentẽ ab his quæ dicũtur auocet. Quod si frequenter ac subinde orareris, tẽpus omne crebris dirimẽs interuallis facilè poteris esse sobrius ac vigilans, vt precationem multa cum attentione perficias. Quòd sanè hęc fecit, dũ nõ sermone prolixo, sed cre-
1.Reg.1.b bris ac frequẽtibus precib⁹ adiit deũ. Deinde posteaquã sacerdos illi occlusit os: nam hoc est quod ait, obseruabat os eius, & labia eius mouebantur, vox autem illius non audiebatur: coacta est obedire sacerdoti, & ab orando desistere. Et vox quidem illi intercluſa est, at non est excluſa fiducia, sed vehementius etiam corclamabat intus. Nã illa potissimũ est deprecatio, quũ ab intimis voces sursum ferũtur: hoc præcipuè mẽtis est exercitatæ, nõ intentione vocis, sed animi feruore precationem absoluere. Sic orauit & Moses: cui quum nihil voce resonaret, deus tamen, quid, inquit, clamas ad me? Homines quidem externam hanc vocem tan- Exo.14.d
tùm audiunt, at deus & ante hanc intus inclamantes audit. Itaq; fieri potest, vt etiam qui non clamant audiantur, vt per forum ambulans quis oret accuratissimè, vt in cõsessu amicorum aliorúmq;, quíduis aliud agens vehementi clamore inuocet deum, clamore inquam interno, etiamsi nihil faciat, quod à quoquam præsentium sentiatur. Quod sanè tum hæc fecit mulier. vox, inquit, illius non audiebatur, & exaudiuit illã deus. Tantus erat illius clamor internus. Et dixit illi puer Heli, Quousq; eris ebria? Discute vinũ tuum abste, & recede à conspectu domini. Hîc potissimũ licet huius mulieris philosophiã perspicere. Domi exprobrabat æmula, venit in tẽplum, & sacerdotis puer affecit illam contumelia, & increpat ipse sacerdos. Effugerat domesticam tempestatem, venit in portum, & rursus inuenit vndas, venit acceptura medicamen, & vulnus exasperatũ est. Scitis quomodo animi in mœrore constituti, aduersus contumelias & conuicia sint affecti. Quẽadmodum acerba vulnera ne leuem quidem manus cõtactum ferunt: sic & animus perturbatus difficilis est ac morosus, & ad omnia indignatur, quouísq; verbo mordetur & offenditur. Verum hoc nõ accidit huic mulieri, ne tum quidem quum à puero cõuiciis peteretur. Nã si sacerdos fuisset conuicia-tus, non erat perinde miranda tolerantia, propterea q̃ dignitatis magnitudo, ac magistratus authoritas vel inuitam illã compulisset ad modestiã. Nunc verò nec aduersus sacerdotis puerum indignata est: quo magis etiam sibi conciliauit deũ. Sic enim res habet, quoties opprobriis milléq; malis affecti, cõuiciãtes excelso ferimus animo, maiorẽ nobis à deo beneuolẽtiam conciliamus. Et vnde hoc liquet? ex his quæ euenêre Dauidi. Quid autem illi euenit? Exulabat aliquando è patria, simul & de libertate & vita sua periclitãs, & exercitu aduersus intemperantem illum iuuenẽ tyrannum ac patricidam instructo, errabat in desertis. Nec tamẽ indignatus est, nec despõdit animum apud deum, neque dixit: Quid tandẽ hoc rei est? permisit vt filius insurgeret aduersus illum, à quo progenitus est: qui etiã si quid haberet, de quo iustè queri posset, nõ oportuit tamen id facere. Nunc verò nec in paruo nec in magno lęsus à nobis, obambulat cupiens dextram paterno sanguine polluere, & deus hæc videns patitur. Sed nihil horũ dixit. Quin quod profectò maius est & admirabilius, errantem & vndiq; expulsum, Semei quidã vir improbus ac sceleſtus insectatus est, homicidio pollutum & impium appellans, aliisq; innumeris conuiciis impetẽs. At ne sic quidẽ fuit exasperatus. Quòd
2.Reg.16.b si quis dixerit: Quid miri, si non vltus est, quũ propter imbecillitatem vleiscendi potestatem non haberet? Primùm illud dixerim: Non perinde mirarer eum, si diadema gestans & regno potiens, inq; throno sedẽs conuiciantem pertulisset, vt nũc illum & laudo & admiror tempore calamitatis philosophantem, animóq; moderãtem. Nam illic & imperij magnitudo, & conuiciantis vilitas, sæpenumero persuasit, vt contumeliam negligerẽt. Multi reges frequenter similem animi moderationem præstiterunt, qui insignem conuiciantium insaniam acceperunt pro excusatione. Neq; enim æquè nos in rerum prosperitate atq; in aduersis opprobria mordere solent. Sed vbi concidimus, tunc magis pungunt nos acriúsque mordent conuicia. De hoc porrò, & aliud quiddam licet cõmemorare, videlicet q̃ illi fuerit in manu vindictam sumere. Atq; vti perspicias

perspicias eam animi moderationem nõ fuisse impo- A dium, ac ferarũ in morem insilimus in conuiciatores, tentiæ, sed patientiæ, quũ id princeps exercitus cuperet sibi cõmitti, vt ad conuiciantem transiret, eiúsque præfocantes, obstricto collo trahentes, pro dictis supplicium repoſcẽtes. Atqui his ipsis factis susp icionem caput amputaret, non solùm non permisit Dauid, ve- de nobis confirmamus. Nam si cupis exprobrantibus
Ibidem. rumetiam indignatus est, dicens: Quid mihi tecum fili ostendere, te non esse temulentum, ostende per man- Saruiæ? sinite illum maledicere, vt videat dominus hu- suetudinem, ostende per humanitatem, non per cõtumilitatem meam, & reddat mihi bona pro maledictis melias & conuicia. Nam si percusseris eum qui te affe huius in die hoc. Quod quidem & euenit. Vides q̃ iu- eit conuiciis, temulentiam tuam condemnaturi sunt stus intellexit magno animo perpeti conuicia, occa- omnes: Sin magno pertuleris animo, factis ipsis depusionem esse maioris probationis. Hanc ob causam & leris malam de te suspicionem: id quod tum hæc fecit Saulem aliquando nactus inter geminum parietem, mulier. Quum enim diceret, nequaquã domine: re nimirũ ipsa declarauit, falsam esse illius suspicionẽ. Vnquum esset occidẽdi facultas, pepercit, idq; quum co- de autẽ hoc vel suspicari potuit sacerdos? Neq; enim
Ibidem. mites hortarẽtur vt stringeret gladium. Sed neq; tam ridentem vidit, neq; saltantem, neq; vertigine concidentem, non audiuit vllum verbum obscœnum, aut prompta occidendi facultas, neq; comitum qui ade- illiberale sonantem. Vnde igitur concepit hanc susrant prouocatio, neq; multarum iniuriarum, quas per- picionem? Haud ille quidẽ temerè nullàq; de causa cõpessus fuerat memoria. Neque enim illũ perinde mi- ceperat eam: sed ex diei tempore, erat enim meridies ror, priusquam esset ab vxore instigatus, vt post illud B quũ precaretur illa. Vnde hoc liquet? Ex his quæ locũ pernicioſum consilium. Verùm ne cui videatur incre- hunc præcedũt. Surrexit, inquit, Anna, postquam illi dibile quod narro, frequenter quos ipsa rerum natura comederant & biberant in Silo, & cõstitit in conspon subuertit, verbum corruptáque exhortatio deui- ectu domini. Quod omnes faciũt tempus relaxationis, cit. Quod quum non ignoraret diabolus, post inflictũ illa fecit tempus deprecationis: post cõuiuium accurvulnus ipsa malorum experientia, etiam per sermones rens ad supplicationẽ, fontes lachrymarũ emisit, mentfecit insultũ. Nimirum hoc est quod fecit in Dauide. témq; prę se tulit sobriam ac vigilãtem: ac post epulas Posteaquam enim vidit illum infracto animo tulisse adeò intẽtè orauit, vt donum acciperet supra naturã, filij rebellionem, & impiam illam tyrannidem, volens soluerétq; sterilitatẽ, ac naturæ imbecillitatem corrisupplantare Dauidis mentem, atq; ad iracundiã per- geret. Hoc igitur à fœmina lucro cõsequuti sumus, vt pellere, aggressus est illum amarulentis Semei verbis, sciamus & post conuiuiũ orare. Quisquis enim ad hoc hoc agens vt morderet & exasperaret animum illius. præparatus fuerit, nunquã in ebrietatem aut vinolenHoc ipsum & in beatum Iob astu molitus est. Vt enim tiam incidet, nũquam edacitate distendetur: sed quoperspexit & illum sua deridere iacula, neq; secus atque niam expectationem precationis habet pro frẽno imturrim quãdam adamantinam aduersus omnia forti- C positam animo, consentiente mensura attinget ex omter consistere, obarmauit in eum vxorem, quò videlinibus quę fuerint apposita, multáque benedictione tũ cet non esset suspectum consilium, & venenum verbis animã tum corpus implebit. Siquidẽ cõuiuium quod fœminæ texit calamitatẽ exaggerãs. Quid igitur beaIob.2.c tus ille ac magnanimus? Quur loquuta es, inquit, sicut à precatione cœptum, in precationẽ desinit, nũquam vna de stultis mulieribus? Si bona accepimus de manu deficiet, sed quouis fonte vberius nobis omnia adfedomini, mala nõ excipiemus? Nam si nõ esset, inquit, ret bona. Ne igitur tantũ negligamus lucrũ. Absurdũ dominus, neque tantò nobis excellentior, sed amicus enim fuerit, si quũ famuli nostri, si quando partem alialiquis pari loco & cõditione: quam haberemus excu- quam eorum quæ nobis appoſita sunt acceperint, nosationem, si tot tantísq; affecti beneficiis, diuersa nolibis gratias agant, benéq; nobis precantes abeant: nos mus perferre? Vides vt vir deũ diligens, excelso est pequum tot tantísq; fruamur bonis, ne hoc quidẽ honoctore, nec effertur animo nec gloriatur, q̃ plagas illas ris deo persoluamus, præsertim quum hinc multam sihumanam naturam excedentes fortiter toleret, neq; mus assequuturi securitatẽ. Vbi enim precatio & gratsuæ sapientiæ tribuit, non insolescit tam insigni tole- tiarum actio, eò sancti spiritus aduenit gratia, abigunrantia, sed perinde quasi debitum exoluisset, nihilque tur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit ac præter æquũ accidisset, ita ex superfluo mulieri os oc- discedit. Qui se conuersurus est ad orandum, non auclusit. Idem factum est in hac muliere. Nam simul vt det quicquã absurdè loqui, ne in medio quidẽ conuiSatanas perspexit eam magno animo ferre sterilitatẽ, uio: aut si loquut⁹ fuerit, mox resipiscit. Proinde oporadiit sacerdotis puerum, qui magis illam exacerbaret. D tet tũ in initio tum in fine conuiuij gratias agere deo, At nihil horum accidit mulieri. Sed domi præparata ob hanc præcipuè causam, q̃ quemadmodum dicere ad perferenda maledicta, æmulæq; cõuiciis exercita- cœperam, haud facilè prolabemur in ebrietatẽ, si nos ta, intrepidè iam aduersus eiusmodi assultus colluc- ipsos in hanc consuetudinem constituerimus. Quin si tabatur. Quapropter & in tẽplo multam prestitit humaquãdo surrexeris crapula potúq; grauatus, ne sic quinitatem, admodum viriliter magno animo scommata dẽ abiicies cõsuetudinẽ: sed quãuis habeamus grauaperferens, dum audit temulẽta ac vinolenta. Nihil autũ caput, quãuis vertigine circunferamus, & concidatem vetat & ipsa mulieris audire verba. Quum enim mus, nihilo secius tamẽ orabimus, nec abolebimus cõ puer dixisset, digere vinum tuũ abs te, & recede à cõ- suetudinẽ. Etenim si præcedenti die ad hunc orauerispectu domini: respõdit Anna & dixit, nequaquã do-
1.Reg.1.b mine. Qui cõtumelioſè loquutus fuerat, eum appellat modũ, postridie corriges dedecus pridie cõmissum. dominũ. Non dixit quod pleriq; solent homines, Ista Quoties igitur prãdebimus, meminerimus huius mune sacerdos? Ista qui alios docet, temulẽtiam ac vino- lieris, & illius lachrymarũ, necnõ præclaræ eius ebrietentiam mihi exprobrat? Sed illud spectabat, quomo- tatis. Nã ebria erat mulier, nõ è vino, sed ex abundando suspicionem depelleret, licèt falsam. Nos contrà, si tia pietatis. Etenim si post prãdiũ talis fuit, qualis erat quando cõuiciis appetimur, quum oporteret excusa- sub auroram? Si tam instãter orauit post cibum & porę & in gratiam redire, frequenter excitamus incen- tũ, qualis erat ieiuna? Redeam⁹ igitur denuò ad verba

Universidad de Deusto
Biblioteca

illius, verba multæ plena philosophiæ, multáq; referta
manſuetudine. Quum enim dixiſſet, nequaquã domi-
1. Reg. 1. c ne, ſubtexit: Mulier in duro die ſum ego, vinũ & quod
inebriat non bibi. Obſerua quomodo nec hîc cõme-
morat æmulæ conuicia, neq; traducit illius malitiam
nec domeſticam calamitatem exagerat euulgans, ſed
hactenus aperit ſuam anxietatem, vt tãtùm ſeſe apud
ſacerdotem purgaret. Mulier in duro die ego ſum: Vi-
num & quicquid inebriat, nõ bibi, ſed effundo animã
meam coram domino. Nõ ait deprecor dominũ, ſup-
plico domino, ſed effundo animam meam coram do
mino: hoc eſt, meipſam totam conuerti ad dominum,
mẽtem meã exinaniui apud illum, toto animo totáq;
virtute precationẽ meam peregi. Deo narraui calami-
tatem meã, oſtẽdi vulnus, ille poteſt dare remedium.
Ne des ancillã tuam in faciẽ in filiam peſtilentẽ. Rur-
ſus ancillã appellat ſeipſam, multam adhibens curam,
ne à ſacerdote malam referat opinionem: nec apud ſe
dixit, Quid mihi curæ eſt iſtius calumnia? ignoranter
ac temerè accuſat, ſuſpicatur vbi nihil erat opus. Mea
cõſcientia pura eſto, & omnes me traducant, ſed apo-
2. Cor. 8. d ſtolicã illam impleuit legem, quæ iubet vt prouideamus
bona nõ tantùm coram domino, ſed etiã coram
hominibus. Atque omni modo ſuſpicionem depulit,
quum ait, ne des ancillam tuam in faciem, in filiam pe
1. Reg. 1. c ſtilentẽ. Quid autẽ eſt, in faciem? Ne me exiſtimes ef-
frontem & impudentem eſſe. Angoris nõ vinolentiæ
eſt hęc audacia, mœroris nõ ebrietatis. Quid igitur ſa-
cerdos? Conſidera & illius prudentiam. Non inquiſi-
uit curioſè de genere calamitatis, non exactius ſcruta-
tus eſt angoris cauſam: Sed quid ait? Vade in pace, da-
bit tibi dominus deus Iſraël omnẽ petitionem quam
ab eo petiſti. Mulier ex accuſatore fecit patronũ. Tãta
res eſt humanitas ac manſuetudo. Pro contumelia co-
pioſo accepto viatico diſceſſit, eúmq; nacta eſt, ꝓpug-
natorẽ & interceſſorẽ, quẽ habuerat obiurgatorem.
At ne ſic quidẽ deſtitit, ſed rurſus ait, Inueniat ancil-
la tua gratiam in oculis tuis: hoc eſt, vtinam è fine re-
rúmq; exitu diſcas, ꝙ hanc deprecationẽ obſecratio-
némque fecerim non ex vinolentia, ſed ex angore. Et
quum abiiſſet, inquit, nõ amplius concidit. Vides mu-
lieris fidẽ? priuſquam acciperet quod poſtularet, per-
inde confiſa eſt, quaſi iam accepiſſet. In cauſa erat, ꝙ
oraret multo cum feruore, multóq; ſtudio citra vllam
hæſitationem aut diiudicationem. Hanc ob rem abiit
animo pacato, quaſi totum impetraſſet. Quin inſuper
deus iam totã anxietatem illi excuſſit ex animo, largi-
turus donum quod petebat. Hanc fœminã imitemur
& nos, & in omnibus afflictionibus ad deum cõfugia-
mus. Et ſi nobis non fuerint liberi, ab illo poſtulemus:
quos ſi acceperimus, multa cura educemus: adoleſcẽ-
tes quũ ab omni vitio ſeuocemus, tũ præcipuè à laſci-
uia, ꝙ hoc difficile ſit bellum, nec alia res moleſtior eſt
illi ætati, q̃ hic morbus. Vndiq; igitur circunuallemus
illos conſiliis, adhortationibus, terroribus, minis. Si
hanc deuicerint concupiſcentiam, nec ab aliis facilè
expugnabũtur, ſed & pecuniis erunt ſuperiores, & te-
mulentiã vinolentiámq; ſuperabũt, & improbos con-
uictus omni ſtudio diſcutient, & amabiliores erunt pa
rentibus, & omnibus hominibus magis reuerẽdi. Quis
enim non reueretur iuuenẽ caſtè ſobriéq; viuẽtem?
Quis nõ amplectatur, exoſculetúrq; cum qui cupidi-
tatibus frænũ impoſuit? Quis non vel è numero præ-
diuitum multa cum gratia volet illi locare filiã ſuam,
etiam ſi fuerit omnium pauperrimus? Sicut è diuerſo
luxurioſè viuentem, etiam ſi fuerit omnium opulẽtiſ-
ſimus, nemo tam miſer eſt, nemo tam abiectę fortunę,
vt ſibi generũ velit aſciſcere. Contrà nullus adeò ſtul-
tus eſt, vt ſobrium ac pudicum reiiciat, & hoc honore
iudicet indignum. Vt igitur filij naſcantur & hominі-
bus reuerendi, & deo amabiles, exornemus illorũ ani-
mos, cúmq; pudicitia ad cõiugium perducamus. Hoc
enim modo tum illis velut è fonte proueniẽt omnia,
& deum habituri ſunt propitiũ, deniq; tum huius pręſ-
entis tum futuræ vitæ gloria perfruẽtur. Quam aſſe-
qui cõtingat nobis omnibus gratia & bonitate domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti, cum quo patri gloria ſimul cum
ſancto ſpiritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

Eiuſdem de Anna, déque Samuelis educatione, & quòd vtilis ſit in pariendo tarditas, & quòd periculoſum ſit liberos negligenter habere. Deſ. Eraſmo interprete. Aurhore damnato.

NIſi videor aliquibus faſtidio eſſe ſatietatem
adferẽs, volo idem argumentum rurſum at-
tingere, quo de vobis heri diſſerui: vóſque ad
Annam introducere, atque in pratum virtutum illius
inducere ſermonem, pratum inquam, non quod roſa-
ria profert aut alios flores qui marceſcunt, ſed quod
deprecationem, ac fidem, magnámque tolerantiam.
Siquidem hæc ſunt longè vernis floribus redolentiora,
vt quæ non aquarum fontibus, ſed lachrymarum
imbre rigantur. Neque enim perinde amnium fontes,
floridos reddunt hortos, vt plantam deprecationis
fontes lachrymarum irrigantes faciunt in ſummam
altitudinem excurrere. Quod huic contigit mulieri.
Simul enim vt loquuta eſt, ſubuolauit in cœlum eius
deprecatio, ac fructum ipſi produxit tempeſtiuum,
ſanctum videlicet Samuelem. Nolite igitur moleſtè
ferre, ſi rurſus idem argumentum tractare incipimus.
Neque enim vetera dicemus, ſed noua quędam ac re-
centia. Nam in conuiuio corporali, ex eodem obſo-
nio multa eduliorum genera poteſt aliquis conficere.
Quin & aurifices videmus ex eadem auri maſſa, & ar-
millas, & inaures, aliáſque multas res aureas fingere.
quanquam enim eiuſdem generis eſt materia, ars tա-
mẽ eſt varia, nec coarctatur ſimilitudine materiæ ſub-
iectæ, quòd ipſa ſit copioſa, variiq; artificij: multa ve-
rò magis ſpiritus gratia. Nam ꝙ gratiæ menſa ſit varia,
multiformis, & opipara, audi Paulum dicentem: Alij
quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij verò 1. Cor. 12. b
ſermo cognitionis, alij rurſus fides, alij verò dona ſa-
nationũ, ſubuentiones, gubernationes, genera linguа-
rum. Hæc autem operatur vnus & idem ſpiritus, diui-
dens ſeorſum cuiq; vt vult. Multa inquit, flumina, ſed
vnus eſt fons. Varia ſunt edulia, ſed vnus eſt conuiua-
tor. Ergo quum tam magna támq; multiplex ſit ſpiri-
tus gratia, ne defatigemur. Scimus eam fuiſſe ſterilem,
ſcimus eam factam matrem, ſcimus lachrymaſſe, ſci-
mus gauiſam eſſe. Ac tum ſimul cum illa indoluimus,
ſimul cũ illa gaudio afficiamur & hodie. Sic & Paulus Rom. 12. c
iubet gaudere cum gaudentibus, flere cum flẽtibus. Id
verò faciendũ eſt, non ſolùm ſuper his qui noſtris vi-
uunt temporibus, verumetiam ſuper his qui olim nati
fuerũt. Ac ne quis mihi dicat, quid fructus capiam ab
Anna, & ab illius commemoratione? Siquidẽ & orbæ
hinc poterunt diſcere, quomodo valeant fieri matres:
rurſus matres ſciẽt, quę ſit optima ratio liberos educã-
di. Nec fœminæ tantũ, ſed & viri plurimum ab hac hi-
ſtoria fructus auferent, ſi hinc didicerint, placido mi-
tíque erga vxores eſſe animo, etiam ſi ſterilitatis vi-
tio laborent, quemadmodum Helcana erga Annam
fuit

fuit affectus. Nec verò hoc ſolum, ſed & aliud quiddã
boni lucrifacient, quũ didicerint patres omnes opor-
tere liberos qui nati fuerint educare deo. Ne igitur
quoniã pecunias & argentũ accipere ex hac narratio-
ne non licet, exiſtimemus ſermonẽ nobis infrugiferũ
eſſe: ſed ob id ipſum arbitremur lucroſum & vtilem,
ꝙ non aurũ argentúmve, ſed qđ his longè maius eſt,
animi pietatem, cœleſtéſque theſauros nobis oſtẽ-
dit, docens quo pacto periculum omne depellamus.
Siquidẽ præbere nummos & hominibus in procliui
eſt: cæterùm corrigere naturã, ac talem mœrorẽ ex-
cutere, talẽ animi cruciatũ tollere, animũ iamiam col-
lapſurum erigere, nulli quidẽ hominũ, ſed ſoli naturæ
domino in manu eſt. Tu verò ſi quum morbò labora-
res inſanabili, percurſa tota ciuitate pecunias impen-
diſſes, pluribus vtens medicis, nec vllum mali ſolatiũ
reperiſſes: incidetes in mulierem, quæ quũ eodẽ mor-
bo teneretur, liberata ſit, haudquaquã deſineres obſe-
crare, rogare, exhortari, vt eum tibi cõmonſtraret cu-
ius opera fuiſſet ſanata. Nunc verò quũ videas Annã
in medio ſtantẽ, ſuúmq; morbũ enarrantẽ, & eiuſdẽ
remediũ cõmemorãtem, ac medicum vltrò cõmon-
ſtrantẽ, nullis obſecrationibus, nullis precibus addu-
ctam, non accedes acceptura remedium? Nec audies
tota cum attentione hiſtoriam? Hoc ſi piget, quid vn-
quã boni poteris conſequi? At alij frequẽter magna
etiam emenſi ſunt maria, longinquas peregrinationes
ſuſceperunt, pecunias impenderunt, labores perpeſſi
ſunt, vt medicum commonſtratum in peregrina re-
gione conſpicerẽt, idque quum non admodũ certa
eſſet fiducia, vt prorſus à morbo liberarentur. At tu ô
mulier, quum non ſis initura profectionem tranſma-
rinam, nec vltra patriæ fines demigratura, nec vllum
laborem ſimilem perpeſſura: & quid dixi, vltra patriæ
fines, quũ nec ipſum domus limen trãſire cogaris, ſed
vel in ipſo thalamo poſſis cõuenire medicum, citráq;
internuncium vllum cum illo colloqui de quibuſcũ-
Hier. 23. c que volueris, (deus omniũ, inquit, appropinquãs ego
ſum, & non deus procul) differs & cunctaris? Et quam
habitura es excuſationem, quam conſequeris veniã,
ſi quum procliuem & vndiquaq; facilem viam inue-
nire poſſis, qua ab vrgentibus malis libereris, per ſo-
cordiam tuam ipſius ſalutẽ prodideris? Hic enim me-
dicus non ſterilitatem, ſed & omne morborum ge-
nus tum corporis tum animi ſanare potis eſt, ſi velit
tantùm. Neque id ſolùm mirandum eſt, quòd citra
laborem ſine peregrinatione, ſine impendiis, abſque
interceſſoribus curationẽ adhibet, verumetiam quòd
citra dolorem. Neque enim ferro igníve nouit tolle-
re malum, quemadmodũ cæteri medici faciunt: ſuffi-
cit vel ſimplex nutus, ac protinus omnis angor, om-
nis dolor, omne malum fugit atque exulatum abit.
Nec cunctemur igitur ac procraſtinemus, licet pau-
peres ſimus, & ad extremam redacti egeſtatem. Ne-
que enim hic numeranda eſt pecunia, vt inopiã poſ-
ſimus obtendere. Hic nimirum medicus non argen-
tũ pro mercede petit, ſed lachrymas, preces, ac fidẽ.
Hæc ſi portãs ad illũ acceſſeris, quicqd omnino po-
ſtularis accipies, multóq; cũ gaudio diſcedes. Atq; id
ſanè quum multis ex rebus cognoſcas licet, tum verò
præcipuè ex hac muliere, quę non aurum non argen-
tum exhibuit, ſed preces, fidem & lachrymas obtulit,
atque ita quicquid petiit conſequuta diſceſſit. Proin-
de ne putemus hanc narrationem nobis infrugiferam
eſſe, quandoquidem ſcriptura hæc commemorat ad
correptionem noſtrã, in quos fines ſeculorum deue-
nerunt. Sed adeamus eam, diſcamus quomodo libe-
rata ſit à malo, & quid egerit morbo leuata, & quo-
pacto fuerit vſa munere à deo dato. Sedit, inquit, &
lactauit Samuelem. Ergo conſpiciebat deinceps in-
fantem illũ, non tantùm vt infantem, verumetiam vt
rem deo conſecratã: eóq; matri geminus amoris ſti-
mulus inſitus eſt, alter à natura, alter à gratia. Ac mea
quidem ſententia, etiam reuerebatur puerũ ſuũ. Etenĩ
ſi qui phialas poculáve aurea deo dicaturi ſunt, poſt-
eaquã ea iam confecta acceperint, domíque repoſue-
rint, nequaquam ea quaſi prophana vaſa intuentur,
ſed tanquã deo ſacra, nec audent ea temerè citráque
cauſam attingere, quemadmodum cætera: multò ma-
gis hæc mulier ſimili animo attendebat ad puerũ etiã
priuſquam illũ in templũ induceret: & diligebat im-
penſius, tanquam filiũ, & curabat tanquã deo dicatũ,
exiſtimans ſe per illum ſanctificatum iri, quando do-
mus ipſius iam erat facta templũ, vt quæ prophetam
ac ſacerdotẽ intra ſe contineret. Non ſolùm autem
ex eo quòd illũ deo ſpopondit, verumetiam ex hoc
quòd non auſa ſit aſcendere in templũ priuſquã abla-
ctaſſet infantẽ, fœminæ pietatẽ licet perſpicere. Ait
enim viro ſuo, Nõ aſcendã donec aſcendat puer me- Ibidem.
cum: Quum autem ablactauero illum, offeretur in
conſpectu domini, & ſedebit illic in æuum. Non
exiſtimabat eſſe tutũ relicta domo aſcendere in tem-
plum, quòd quum accepiſſet donum, non ſuſtineret
abſque dono comparere. Rurſus adducto illo ac mox
recepto, deſcendere verebatur: Eoque tanto tempo-
re remanſit, vt cum dono cõpareret. Adduxit, ac re-
liquit, nec puer à mãma diuulſus moleſtè tulit, quũ
ſciatis q̃ ſoleant indignari pueri quoties à lacte de-
pelluntur. Verùm nec ipſe puer ægrè tulit à matre di-
uulſus, ſed ad dominũ reſpexit, qui matrẽ creauerat:
nec ipſa mater doluit à puero ſeiuncta, propterea ꝙ
naturalem affectũ vicit interueniẽs gratia, & vterque
ſe alteri conuiuere exiſtimabat: quemadmodum eo-
dem in loco fixa vitis, in longũ producit palmites &
vua multo interuallo pendens, cum radice habet cõ-
merciũ. Itidem & in hac accidit fœmina, quæ in vrbe
manens vſque ad templũ extendit ſuũ palmitem, at-
que illic vuam ſuſpendit maturã: nec interuallũ illud
vllũ attulit impedimentũ, quum charitas quæ ſecun-
dum deum eſt, puerum matri copularet. Quanquã
enim puero ætas erat immatura, virtus tamen aderat
matura: nam aſcendentibus in templũ omnibus mul-
tæ religionis ac pietatis magiſter factus eſt. Siquidem
illi dũ inquirunt diſcúntque modũ natiuitatis illius,
abundè magnũ ſolatiũ accipiebant ſpei quæ eſt erga
deum. Neque quiſquã viſo puero tacitus deſcende-
bat, ſed omnes glorificabãt illũ à quo prẽter ſpem da-
tus erat. Hanc ob cauſam deus diſtulit partũ, vt hanc
augeret voluptatẽ, vt mulierẽ redderet illuſtriorem.
Nã quicunq; calamitatẽ eius nouerant, ij teſtes facti
gratiæ dei: & quòd longo tẽpore manſit in orbitate,
effecit, vt & ipſa multis eſſet notior, & ab omnib⁹ bea-
ta prædicaretur, eſſetq; apud oẽs in admiratione. Po-
ſtremò in cauſa fuit, vt per illã deo gratias agerent q̃
plurimi. Hæc ideo loquor, vt etiam ſi nos fœminas
ſanctas nouerimus in orbitate degentes, ne moleſtè
feramus, néve indignemur, neq; ita loquamur apud
noſipſos: Quare tandẽ deus deſpexit mulierem tanta
pietate prædità, nec dedit prolem? Neque enim iſta
ſunt negligẽtis, ſed hoc nobis expedire melius ſciẽtis
quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam nos ipsi scimus. Ascendit igitur in templum, & A agnellum induxit in ouile, ac vitulum perduxit ad armentum, & in pratū deduxit rosam à spinis liberā, rosam inquā quæ nunquā marcescit, sed flotet perpetuò, quę́q; possit ad ipsum vsq; cœlū exilire, cuius fragrantia in hodiernū vsq; diem iuuantur ac reficiūtur omnes qui terrarum incolunt orbem, tātus annorum numerus præteriit, & tamen virtutis illius fragrantia semper augescit, nec tanta temporis magnitudine facta est languidior. Talis enim est rerum spiritualium natura. Ascendit igitur præclarū illud germen transplantans: & quemadmodū industrij agricolæ, primū semen in terrā deponunt, cupressi, aut aliarum arborū similium: deinde vbi conspexerunt à semine factā arborem, non relinquūt in eadem terra, sed inde reuulsam plantulam in aliud transferunt solum, vt terra in recens gremio suo exceptam illius radicem, puram & B integram vim suam proferat, ad nouam educationē: Itidem & hæc fecit mulier, quæ puerum præter spem proseminatum in illo vtero, à domo transtulit, & in templum transplantauit, vbi perpetuę sunt fontiū scatebræ & irrigationes spirituales, vt videre licuerit illud propheticū in illis impleri, quod Dauid dixit ita
Psal.1.a canens: Beatus vir qui non ambulauit in consilio impiorū, & in via peccatorū non stetit, & super cathedrā pestilentiæ non sedit: sed in lege domini volūtas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte: & erit tanquā lignū quod plantatū est secus decursus aquarū, quod fructum suum dabit in tēpore suo. Neque enim post malitiæ experientiā venit ad malitiæ remissionē, sed ab ipsis cunabulis ad virtutē transiliit, non habuit cōsortium cū confessibus iniquitati obnoxiis, neque cōmunionē habuit cum cōuenticulis impietate plenis: C sed prima statim pueritia, à mamma matris venit ad mammam spiritualem: Et quemadmodū arbor perpetua irrigatione in magnam excrescit altitudinē: sic & hic diuinorū eloquiorū doctrina assiduè irrigatus, aduirtutis fastigiū pernenit. Agè videamus quomodo illum plantarit, affectemur mulierem, simul cū illa tē-
1.Reg.1.d plum ingrediamur. Ascēdit, inquit, cum illo in Silom, in vitulo triennante. Iam geminū fit sacrificiū: & erat vitulus hic irrationalis, ille rationalis: & illum quidem sacerdos immolauit, hūc verò dedicauit mulier. Erátque mulieris victima melior q̄ hostia, quam obtulit sacerdos, propterea q̄ hæc suorum viscerum facta est immolatrix. Imitata est patriarcham Abraham, cúmque illo certamen suscepit: Sed ille quidem filiū receptum reduxit de monte, hæc verò reliquit in tēplo, vt illic perpetuò maneret. Quin potius ille quoq; to- D tum dedicauit, caue iam illud spectes q̄ non occidit, sed q̄ animo totum peregerit. Vidisti fœminam cum viro decertantem: Vidisti nihil à sexu vetitā, quo minus æmularetur Patriarcham. Sed videamus quomo-
Ibidem. do illū consecrarit: Adiit, inquit scriptura, sacerdotē, ac dixit illi: In me domine. Quid tandem est illud, in me? Ausculta, inquit, diligenter quę loquar. Quoniam multum temporis iam interciderat, studet illa quæ prius dicta fuerāt in memoriā reuocare. Eóque dicit: In me domine. Viuit anima tua. Ego sum mulier quę constiti in conspectu tuo, deprecans dominum pro puero hoc. Effudi preces ad dominum, & ille dedit mihi petitionem quam petebam ab eo. Et ego commodo illū domino, vt seruiat domino omnibus diebus vitæ suæ. Non dixit, ego sum illa mulier cui tu exprobrasti, quam maledictis impetisti, quam velut temulentā & ebriam derisisti, eóq; deus tibi declarauit me non esse vinolentam, te verò crimen hoc temerè mihi impegisse: nihil huiusmodi verborū asperorum dixit, sed multa cum mansuetudine loquitur: quāquā quum haberet rerū euentū sibi patrocinantē, iure potuisset exprobrare sacerdoti, q̄ id temporis ipsam temerè ac citra causam incusasset: nihil horum facit, sed tantùm cōmemorat dei erga se beneficētiā. Cōsidera verò gratum ac prudentem ancillę animū. Quū afflige retur, nemini suam aperuit calamitatē, ne sacerdoti quidem dixit: æmulam habeo mulierē, quæ mihi exprobrans conuitiánsq; chorum habet liberorū: ego verò quæ modestiā mansuetudinémque colo, ad hūc vsque diē nondum potui fieri matet: sed deus concluserit vuluam meā, quúmq; videret afflictionem meam, non est misértus. Nihil horum dixit, sed suppresso calamitatis genere, tantùm indicauit se animo angi, dicēs, mulier in duro die ego sum, ne illud quidē dictura nisi sacerdos huc compulisset, suspicans eam esse temulentam. At posteaquā id vulnus sustulit, deo dāte quod postularat, tum demum dei beneficētiam aperit sacerdoti, cupiens illum in agendis gratiis habere consortem, quemadmodū prius habuerat in precando. Aítque pro puero hoc precabar, deditq; mihi dominus petitionē meam quam petebam ab eo. Et nūc cōmodo eū domino. Vide quàm sit modesta. Neputes, inquit, me magnā rem aut admirandam facere, q̄ infantem dedico: non ego huius benefacti sum author, sed persoluo debitum. Depositū accepi, & hoc ei restituo qui dedit. Atq; hæc dum loquitur, seipsam quoque dedicauit cum puero quasi solido quodā naturę affectu seipsam templo alligans. Etenim si vbi est *Matt.6.d*
thesaurus hominis, illic est & cor eius: multò magis vbi puer mulieris, ibi & mens illius erat, atque vterus illius rursum implebatur benedictione. Nā simul atq; *1.Reg.2.b*
hæc dixerat, orauerátque, audi quid loquatur sacerdos Elcanæ: Reddat tibi dominus semen alterum ex muliere ista pro fœnore quod domino fœnerasti. Initiò nō dixerat, reddat tibi: Sed quid? Det tibi dominꝰ quicquid postularis. Verùm posteaquā illa deū fecerat debitorem, ait: reddat tibi, bonā de futuris spē prębens. Etenim si dedit quū nihil deberet, multò magis redditurus est postquā accepit. & hic primus ex prædicatione, & post hunc cæteri è benedictione duxerunt originē, totus autē mulieris fructus sanctificatus est. Atq; hic primogenitus fœminę virtuti debebatur, alter verò mulieris ac sacerdotis erat cōmunis, nec secus quàm terra pinguis ac fertilis, postquam accepit fœlicia semina, ostēdit nobis segetes: sic & mulier hęc quoniā cum fide excepit verba sacerdotis, alias nobis lætas aristas produxit, veterémq; maledictionē Heuę mutauit pariens ex deprecatione ac benedictione. Et tu igitur ô mulier hanc æmulare, & si sterilis fueris, talem precationē exhibe, sacerdotem accerse, vt tecum susciplat apud deum legationē. Omnino si cum fide verba exceperis, patrū benedictio in fructum exibit præclarum ac maturum. Quòd si mater fueris, ad hu- *1.Cor.6.d*
ius exemplum consecra filiū tuum deo, & in templū adducito. Quin ipsum potius templū deo regale para. Membra, inquit, vestra corpus Christi sunt, ac templū *2.Cor.6.d*
sancti spiritus qui est in vobis. Ac rursus, Inhabitabo inquit, in vobis, & inambulabo. An non absurdum est nos domum veterem, ruinam minitantem fulcire, pecunias impendentes, fabros accersentes, denique nihil non facientes: domum autem dei, nam dei domus esse

esse debet adolescentis anima, ne vulgari quidem dignari cura. Vide ne idē audias quod olim audiere Iudæi. Nam illi posteaquā è captiuitate templū materiale conspicientes neglectum, priuatas ædes suas exornarūt, adeò deum exasperarunt, vt mitteret eis p̄phetā, qui famē minitaretur, magnámq; rerū necessariarū penuriā, atque hanc cōminationis causam eloqueretur. Vos quidem in domibus vndique habetis mansiones, domus autem mea deserta est. Quòd si illius templi neglectus tantā excitauit iram numinis, multò magis huius templi neglectus ad iracundiā p̄uocabit dominum. Siquidē hoc templū tantò est illo honoratius, quò plura habet sanctimoniæ symbola. caue igitur cōmittas, vt templū dei fiat spelunca la-
Luc.19.g. tronum, ne & alteram audias obiurgationem, qua Christus obiurgauit Iudęos, dicēs: Domꝰ patris mei, domus deprecationis est, vos autē feciſtis eā spelun- B cam latronū. Sed quomodo fit spelunca latronū? Quū patimur illiberales ac seruiles concupiscentias intrare, sedémque figere in adolescentulorum animis. Tales em̄ cogitationes grauiores ac pernicioſiores sunt latronibus, quę puerorū ingenuitatē vertunt in seruilitatem, ipsósq; brutis cupiditatibus dedunt in seruitutem, vndiq; confodientes illos, ac mentem illorum multis implētes vulneribꝰ. quapropter super his quotidie disputemus, & verbis pro scutica vtentes, omnes id genus affectus ab illorū animis depellamus, quò videlicet filij nobiscum cœlestis ciuitatis valeant esse participes, & vniuersum cultū qui celebratur illic ritē peragere. An non videtis frequēter q̄ qui in vrbibus versantur, pueros nuper à lacte depulsos faciūt Thallophoros, aut agonothetas, aut certaminū præfectos, aut chorearum magistros faciunt? Idem & nos facia- C mus, à primis statim annis inducamus eos ad disciplinam reip. cœlestis. Siquidem hęc terrena, quū impendium adferat, fructū tamen nullū habet. Nam quæso te, quis fructus esse possit è populari applausu? Simul vt vespera nos occuparit, ilicò plausus ille totúsq; tumultus emarcescit: ac festo peracto, perinde quasi in somnis fuerint deliciati, ita omni voluptate destituti cōsistūt, dum nec à corona, nec à magnifica veste, nec à reliquo fastu vniuersō cōceptam voluptatē si quærant inuenire valeāt, q̄ omnia illa quouis vento celerius prætercurrant. Cæterum in cœlesti politia omnia secus habent, citra impendiū lucrū adferunt & copiosum & stabile. Nam illic non homines ebrij, sed angelorū populus iugiter applaudit rem gerēti. Sed quid D dixi, angelorum populus? ipse angelorū dñs, laudabit & comprobabit illum. Nec vno alteróve die aut tertio, sed in ęternū triūphat illic, gestans coronā, nec vnquam caput illud videbis ea nudatum gloria: neque enim illius celebritatis tempus certis diebus circunscriptum est. Huic cultui nunquā paupertas esse possit impedimento, sed vsq; ad futuri seculi immortalitatē extenditur. Verum & pauperi licet hoc celebrare festū, imò pauperi maximē, quippe qui ab omni mūdi fastu strepitúq; sit liber: neq; em̄ opus est pecuniarū impēdiis & opulētia, sed animo puro, ac mente sobria. Hæc em̄ est quæ illius politiæ vestes texit animę, hæc quæ coronas concinnat: quæ nisi virtutis officiis fuerit exornata, nulli vsui fuerit auri magna copia: sicut è diuerso nec damno erit paupertas, si diuitias intus habeat repositas. Hanc celebritatē nō modò masculi liberi, sed & filię nobis celebrent: neq; em̄ quēadmodū in externa administratione viris tantū im-
peratum est hoc festum peragere, verùm & fœminas A illud recipit theatrū, & senes & iuuenes, & seruos & ingenuos. Vbi em̄ animi spectaculū est, ibi nō sexꝰ, nō ætas, non dignitas huius seculi, non aliud quicquā impedire potest. Eóq; vos omnes exhortor, vt à teneris statim annis & filios & filias huiusmodi functionibus dedatis: & huic administrationi cōgruētes diuitias eis addatis, nō aurū defodiētes, non argentū cōgregantes, sed modestiā, sobrietatē ac pudicitiam, reliquásq; virtutes omnes in animis eorum reponentes. Hos em̄ sumptus exigit illa functio. Si hanc igitur opulentiam tum nobis, tum filiis collegerimus, & in præsenti vita multum splendoris consequamur, & in futura vita beata illam vocem audiamus, per quā Christus omnes qui ipsum professi fuerint, suo ornat præconio. Professio autem non tantùm fit per fidem, verumetiam per opera, adeò vt si hæc absint, veniamus in periculū ne cū abnegantibus pœnas luamus. Neque em̄ vnus est abnegandi modus, sed multi ac multiplices, quos Paulus nobis describens ita loquitur: Profitentur se nosse deum, sed factis negant. & rursus, *Titū.1.d* Si quis suorum & maximè domesticorum curam nō *Gal.6.c.* habet, fidē abnegauit, & est infideli deterior. Et iterū, Fuge auaritiam, quæ est idolorū cultus. Quum igitur *Coloſ.3.a.* tot sint abnegādi modi, manifestum est totidem esse profitēdi, ac multò etiā plures, quibus omnibus profiteri studeamus, vt & ipsi in cœlis honorem cōsequamur, munificētia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quem & cum quo patri gloria, simul cū sancto spiritu, in secula seculorum, Amen.

Super orationem Annæ: & quòd vtilis est paupertas, & maiorem habet quàm diuitiæ voluptatem & securitatem, homilia, Bernardo Brixiano interprete.

C Vi thesaurū effodiunt in mundo, charissimi, licet infinitas inde capiant diuitias, nō prius absistunt, quàm totum exhauserint. Non em̄ vt multa tollāt, sed nihil relinquāt, hæc eos præcipuè cura tenere solet. Si verò circa pecunias insaniētes, tātò circa pereuntia neq; permanētia studio fungūtur: multò magis hoc nos in diuinis facere thesauris oportet, nec prius retrocedere, q̄ totū exhauserimus apparens. Apparēs autē dixi, quoniā omnia exhaurire nō datur. Fons enim est perenniter manans, diuinarū virtus cogitationū, nunquā deficiens, nunquā consumpta. Ne fatigemur itaque, nec em̄ de paruis est nobis oratio, sed de oratione, spe nostra: oratione per quam sterilis mater est facta, & fœtuosa, quæ filiis carebat: & mœrēs lætā, per quā læsa natura reparabatur, & clausa reserabatur matrix, & impossibilia quæque fiebant possibilia. Quapropter oīa paulatim perscrutemur per singulas explicātes dictiones, vt ne minimū quidem nos, quātum fieri potest, effugiat. Propterea qui- *Hi sermō-*
dem duos integros sermones in duas dictiones solas *nes nō ex-*
assumpsimus. primā dicentē. Confirmatū est cor meū *rant.*
in domino. & secundā post illam: Exaltatū est cornu *1.Reg.2.d*
meum in deo meo. cōsequens igitur est hodie, ad tertiā venire. Quæ verò hæc est? Dilatatum est os meū super inimicos meos, lætata sum in salutari tuo. Animaduertite dictionis perfectionē, non dixit, Acutum factum est eos meū super inimicos meos: non em̄ ad cōtumelias & conuicia præparatū erat, nō ad accusationem & opprobria, sed ad consilium & admonitionem, ad correctionem & institutionē: propterea nō dixit, Acuta facta est lingua mea sup inimicos meos: sed, dilatatum est os. Remissionem, inquit, assecuta *Ibidem.*
sum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum,possum liberè loqui,nũc pudorem excussi, ad libertatẽ sum reuersa. Nec hîc nominatim mulierem dixit riualem:sed simpliciter dixit indefinita nuncupatione,quasi quadã personam tãtę tristitię authorẽ abscondit.Non dixit,qđ multæ dicũt mulieres: Cõfudit eam deus,dissipauit,& deiecit sceleſtã,arrogantem,& magniloquã:sed simpliciter, Dilatatũ est os meũ super inimicos meos, lætata sum in salutari tuo. Videq; qualiter eandẽ legem per totam orationẽ conseruat: sicut enim in principio dicebat,Confirmatum est cor meum in domino, Exaltatum est cornu meũ in deo meo:Dilatatũ est os meum super inimicos meos: itidem & hîc,Lætata sum in salutari tuo.Non simpliciter in salutari:sed,in salutari tuo.Non em̃ quoniã saluata sum,sed quoniã per te saluata sum, propterea lętor & exulto. Tales sanctorũ animę, de deo qui dedit, magis q̃ de donis gaudent. Non em̃ ipsum ꝓpter ipsius dona,sed hęc ꝓpter illũ diligũt. Hoc est famulorum se recognoscentiũ. Gratorũ hoc est seruorũ,omnibus suis suũ pręponere dominũ,ita nos quoq; parati simus. Cum peccauerimus,non doleamus quia punimur,sed quoniã dominũ exacerbauimus.Et si quid boni fecerimus,nõ gaudeamus ꝓpter regna cœlorũ, sed quoniã rem cœlorũ regi gratam gessimus. Mentẽ em̃ habenti, gehenna quãq; formidosius deũ offendere, & omni regno desiderabilius deo placere:nec admireris si circa deũ esse sic affectum oportet, cùm & in homines multi sic affecti sint. Filios certè frequẽter habuimus legitimos, & si vel inuiti quopiã eos affecerimus malo, nos vlciscimur ipsos, & punimus: & in amicos idẽ facimus.Sed si in amicis & filiis,illos lædere multò grauius, q̃ pœnas luere putamus:multò magis erga deũ sic affici decet,& omni gehẽna peius esse putandũ est,aliquid ex his quæ non illi sunt grata, fecisse. Talis erat beatus Paulus, ꝓpterea dicebat:

Rom.8.d. Certus sum,q; nec angeli,neq; principatus,neq; potestates,neq; præsentia,neq; futura,nec altitudo,neque profundum, nec alia creatura poterit nos separare à charitate dei,quæ est in Christo Iesu domino nostro. At & martyres cùm beatos vocamus, ex vulneribus primùm beatificamus,& tunc ex pręmiis:ex plagis,& mox ex coronis repositis. Nã ex vulneribus præmia, non ex præmiis vulnera principium sumũt, atq; materiam. Ita beatus quoq; Paulus ante reposita bona in molestiis sibi ꝓpter Christũ irruẽtibus gaudebat, cla-

Colos.1.d. mabátq; dicens : Gaudeo in passionibus pro vobis.& *Rom.5.a.* iterũ: Non solùm autem, verùm & gloriamur in tri- *Colos.1.d* bulationibus.& rursum:Quoniam nobis donatum est à deo, vt non solùm in eum credamus,sed etiã pro eo patiamur. Etenim gratia verè maxima, dignumcenseri propter Christũ aliquid pati, & corona verè perfecta, & merces futura retributione nõ minor.Et hoc norunt, qui legitimè feruentérq; Christum diligere sciunt.Talis erat & hæc mulier, ardentissimũ habens in deum desiderium, & ignitũ amorẽ, propterea dicebat:Lætata sum in salutari tuo.Nihil enim ipsi cum terra fuit commune, sed omne humanũ despiciebat auxiliũ,& erat eleuata spiritus gratia,& sublimis constituta,& in omnibus ad deũ respiciebat,& incumbẽtiũ molestiarũ solutionẽ inde petebat. Nouerat em̃, planè nouerat,q; humana quidẽ,qualiacunq; sint, dãtiũ imitantur naturã. Opus autẽ nobis diuino semper est auxilio,sivelim° anchorã in tuto firmare.Quapropter ad deum in omnibus cõfugiebat,& accepta gratia magis de datore gaudebat, & gratias agens dicebat:Non est sanctus,vt est dominus:& non est iustus, *1.Reg.2.d* sicut deus noster.Et non est sanctus præter te:incomprehensibile nanque iudiciũ eius, inquit, & munda infallibiliſq; sententia.Vidisti gratæ cogitatũ animæ? Non intra se dixit, Quid em̃ mihi magni factum est? Quid verò maius q̃ aliis?Quod olim æmula susceperit, cum magna quidẽ copia, hoc ego post multũ tẽporis & cũ labore tamẽ,& lachrymis,& precibus,& supplicatione,multáque fatigatione. Sed quoniã bene sentiebat de dei prouidentia, factorũ rationes à domino nõ repetit,quod multi faciũt hominum, per singulos dies deũ iudicantes. Si viderint hunc quidẽ opulentum, hunc verò pauperẽ, innumeros contra ipsius,puidentiã sermones cõmouent. Quid ais homuncio? consuluũ te iudicare non permisit Paulus, sic inquiẽs: *1.Cor.4.d* Nolite ante tẽpus iudicare,donec veniat dñs. Et dominũ in iudicium trahis, & gestorum exigis rationẽ, & nec horres,nec expaueſcis? Et quam assequeris veniam?quam rogo excusationem, tot quidem per singulos dies & horas ipsius prouidẽtiæ probationes capiens:ex ea verò, quæ diuitiarũ & paupertatis esse videtur,inæqualitate, bonũ in omnibus ordinem damnans,& hæc iniustè?Nam si congrua mẽte,laboriosaque voluisses hęc scrutari meditatione,si nõ etiã aliud dei cõmendans prouidẽtiam occurrisset, diuitiæ hãc & paupertatẽ absuleris,omnẽ vitæ sustuleris conseruationẽ,vitãq; nostrã corruperis.Nec nauta, neque gubernator,nõ agricola,nec ædificator,neq; textor, aut calceamentorum sutor, non faber nec ærarius, aut coriarius, pistórve,nec alius quis horum erit artificũ: qui si non fuerint,omnia vobis trãsibunt. Nam nunc quidem quasi magistra quædam optima paupertatis necessitas singulis instans ad opera vel inuitos compellit.Si verò diuites omnes esse deberent,oẽs quoq; deberent in ocio viuere,& omnia periissent,atq; fuissent corrupta. Citra verò dicta & aliter eos ex ipsis, quæ obiiciunt,obmutefieri facile. Cur em̃ quæso, dei prouidentiam accusas?quoniam hic quidẽ plures, ille verò pauciores possidet pecunias. Quid igit̃ si in necessariis,& multò maioribus,nostrámq; cõtinentibus vitam,omnibus insitam hominibus æqualitatẽ ostenderimus?Attestatur dei prouidentię,necessitas omnis. Nam si nõ omnes æqualiter vna re, pecuniis scilicet potiri,probationẽ facit,nullã esse prouidẽtiam: si visi fuerint omnes æqualiter potientes non vna re, neque tam vili,sed pluribus, & multò maioribus : clarissimũ est, q; inde vel inuitus dei prouidentiæ cogeris adstipulari.Agè ad ea quæ nostram continent vitam, sermone progrediamur, eáq; diligenter inquiramus : & videamus, an in illis plus paupere diues habeat. Puta diues habet thasium, & alia multa huiusmodi medicata pocula, & cum multa delectatione cõposita:sed aquarũ fontes omnibus ꝓpositi communiter sunt & diuitibus,& pauperibus. Fortè riseris hanc audiens æqualitatem. Igitur audi, quãtò dignior est omni vino aquę natura,magisq; necessaria & vtilis,tũcq; temetipsum cõdemnabis, & veras pauperũ diuitias intelliges.Nam vino quidem sublato nõ multũ fuerit detrimentũ, præterquã solis ægrotantibus : si quis autẽ aquarũ fontes restinxerit, atque sustulerit elementum, vitam omnem nostrã subuerterit, & omnes perdiderit artes : neq; duos tantùm dies sufficere poterimus, sed statim omnes moriemur morte quadã miserabili atque grauissima. In necessariis itaq; vitam nostram

cõtinentibus pauper nõ superatur. Sed si quid admirabile dicere fas est,& diuitẽ superat.Multos em̃ diuites cernere possumus corporis valetudine ꝓpter delicias orta, vt plurimũ ab aquæ potibus abstinere:pauper autẽ per omnẽ vitã his fluentis liberè vescitur: tãquam ad mellis fontes,sic ad aquarũ currẽs riuulos,& inde syncerã & puram hauriẽs voluptatem.Quid autem ignis natura, nónne numerosis vtilior thesauris, & humanis omnibus diuitiis ? Et hic quoq; thesaurus vtilitatis diuiti pariter & pauperi propositus est. Quæ verò nascitur ab aëre corporib° nostris vtilitas,& lux splẽdoris, nunquid diuitibus magis, pauperibus verò minus exhibetur:&eã illi quidẽ quatuor,hi verò duobus tantũ oculis inspiciunt?sed nec hoc quisquam dicere possit. Nam & diuitibus æqua delectationis est portio definita,imò verò & hic pauperes præstare diuitibus quis viderit,quantò & efficaciores habẽt sensus,& acutiorẽ oculum, & perfectiores habẽt quasq; susceptiones.Quapropter & veraciorem hauriũt voluptatem, & creationis contemplatione delectantur magis,& perfruuntur : nec in his solis autẽ elementis, verùm &in omnibus aliis nobis à natura collatis multam videbis æqualitatẽ,imò superabundantiã pauperibus attributã. Nã somnus omnibus suauior deliciis, magisq; necessarius,omniq; vtilior nutrimento, pauperibus est q̃ diuitibus facilior : nec tantum verò facilior,sed etiã syncerior. Nam illis quidẽ multæ deliciæ,citra famem cibus,potus absq; siti, carẽsq; dormitatione somnus, in omnibus voluptatẽ dissoluere cõsueuerũt.Non enim ita rerũ natura, sicut necessitatis vsus horũ quodq; nobis iucundũ cõstituit.Non ita certè suauis vini, meriq; potus, sicut potantis sitis delectare solet.Non ita placentas comedere, sicut cum esurie cibũ sumere. Non ita molli recubare strato, vt dormitãtes dormire. Quæ omnia magis apud pauperes sunt,q̃ apud diuites. Quæ verò pertinent ad corporis valetudinem, & omnẽ aliam bonã habitudinẽ, non cõmunia diuitibus & pauperibus proposita sunt? Nemo dicere poteſt,aut ostendere,q; pauperes quidẽ tantùm ægrotant, diuites autem semper in syncera permanent valetudine. Contrarium quidẽ vidrri potest:pauperes quidẽ insanabilibus morbis non facilè capi,hos autem passim in diuitum corporibus germinare. Pedum certè dolores,& capitis grauedines, & remissiones,incurabiléſq; neruorũ torturę,&maligna cuiusque generis corruptáq; rheumata, præsertim illos vexare cõsueuerũt,qui deliciis vacãt, olẽt vnguẽta:in laborãtibus & ærũnas patiẽtibus,&ex quotidiana opera necessariũ quærentibus nutrimẽtum, huiusmodi nihil inuenitur. Quapropter & mendicis miseriores in deliciis viuentes.Et hoc nec ipsi deliciis potientes negarent. Frequenter quippe diues molli lectulo stratus,seruis præsentibus & ancillis, ab omnib° multũ accipiẽs obsequium :pauperem per vicum audiens clamantem,& panem petentem, fleuit & ingemuit:&talis cũ sanitate fieri precatus est potius,quàm cum diuitiis contrariã habere valetudinem.Nec tantùm autem in valetudine,sed rursum & in filiorũ procreatione, nihil quispiã videbit diuitem pauperem plus habentẽ:sed similiter & apud hos, & apud illos & numerosa soboles atq; sterilitas:quin potius & hic diuitẽ viderit inferiorẽ.Pauper em̃,licet pater non efficiatur,haud multũ sentit dolorẽ : diues autẽ quantò magis auctã rem videt, tãto magis ex sterilitate cruciat, ꝓpter hæredis priuationẽ,nullã sentiens voluptatẽ.Et pauperis quidẽ hæreditas,licet absq; filiis obeat,cùm nõ habeat vnde pugnetur, ꝓpter tenuitatẽ,ad amicos transit atq; cognatos.Diuitis autẽ multos vndiq; in se trahẽs oculos,ad inimicorũ defuncti manus sæpe deuenit.Et hæc viuẽs ille in aliisq; fieri videns, vitã omni morte degit molestiorẽ, in se quoq; expectans idẽ factũ iri.Sed ad mortẽ spectantia,nónne communia? nónne tã in diuitib°, q̃ in pauperibus immaturę mortes accidunt? Et post mortẽ verò, nónne tam his, q̃ illis omnibus similiter corpus dissoluitur, fauilláq; fit & puluis,& vermes gignit? At funeralia, inquit, non similia:sed quænã vtilitas? Cùm em̃ defuncto multã inculcaueris vestẽ pretiosam,& auratã,nihil aliud nisi maiorẽ inuidiã, & accusationẽ attuleris, & aduersus defunctũ omniũ ora reseraueris,&innumeras attraxeris maledictiones,& accenderis acriorẽ auaritiæ accusationẽ, singulis lacerantibus, & suffocantibus defunctũ ac maledicentibus, quòd neq; mortuus circa pecunias insaniã dissoluit:nec hoc tantùm est graue, verùm & q; furum oculos aperit. Itaq; maius officiũ maioris illi fit turpitudinis occasio. Pauperis quidem corpus iam nemo spoliare quæsierit, vestimẽtorũ em̃ vilitas corporis amictui fit custodia. Hic autẽ obices & seræ,fores atque custodes, & omnia incassum adhibẽtur &fruſtra, pecuniarũ cupiditate talia maleficia cõmittere doctos,omnia audere persuadente. Itaque maior honor maiorẽ infert defuncto cõtumeliã. Et qui vilia quidẽ accepit funeralia,iacet honorẽ cõseruans:qui verò preciosa, spoliatur, & afficitur cõtumelia.Si verò nullũ horũ fiat,neq; sic illi plus erit,nisi largiorẽ vermi mẽsam apposuisse,& maiorẽ fieri corruptionẽ. Hæc igit̃,quæso,beatificatione sunt digna? Et quis tam miser,& ęrũnosus,vt ex his hominẽ arbitretur inuidiosum? Verùm & alia singula percurrẽtes, diligẽtérq; scrutantes,pauperes plus diuitibus habẽtes inueniemus. Hęc igitur omnia cũ sedulitate considerantes,& omnia reliqua peercurrẽtes(dicitur em̃, Da sapiẽti occasionẽ,& erit sapiẽtior) & illud continuè seruantes memoria, quòd nec ex ipsa pecuniarũ superabundantia quippiã amplius erit possidentibus, nisi curæ & solicitudines, atque timores & pericula, nihil diuitibus nos minus habere putemus. Nã si vigilemus,etiam plus habebimus,tam in diuinis, quàm in cunctis præsentibus.Nã & voluptatẽ,& cautelam, bonámq; gloriã,corporis valetudinẽ,& animi philosophiam,atq; bonam spẽ,difficultatẽq; peccãdi magis apud pauperes, q̃ diuites quispiã inueniet. Nolimus itaq; iuxta seruorũ ingratos murmurare,aut condemnare dominũ:sed in omnibus gratias agamus, & vnum duntaxat malum esse putemus peccatũ, & bonum,iustitiã. Si sic em̃ senserimus,non ægritudo,non inopia,non ignominia,aut quicquã aliud eorum,quæ grauia esse videntur,nos afficiet molestia: sed puram ex omnibus nacti voluptatẽ, futuris fruemur bonis, gratia domini nostri Iesu Christi,cũ quo patri gloria, simul & sancto spiritui, in secula seculorum, Amen.

†De Ionatha & Saule,vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum : homilia xiiii. *1.Reg. 13. & seq.*

Diui Ioannis Chrysostomi episcopi Constãtinopolitani, homilia de Dauid & Saule,dęque tolerantia,& quòd oportet inimicis parcere,nec de absentibus male loqui. Domine miserere. Des. Erasmo interprete. *Authore damnato.*

Voties diutina quępiam ac dura inflatio corporibus inhęsit,tum & longo tẽpore, multóq; labore,& multa sapientia in admouẽdis

Universidad de Deusto
Biblioteca

remediis est opus,vt collectus tumor,absque vitæ periculo dissoluatur.Idem videre est in anima. Quoties enim aliquis morbum qui iam radices egit in anima, multóque tempore cõcretus sit,radicitus euellere voluerit,non satis est ad correctionem vnius duorúmve dierũ admonitio:verùm oportet frequenter ac dieb⁹ compluribus in hac cura versari,si modò non ad ambitionẽ ac voluptatem, sed ad fructum, & vtilitatem munus hoc publicũ gesturi sumus.Eóq; quemadmodum de iurando fecimus,multis ordine diebus vobis de eodẽ disserentes argumẽto : itidẽ de ira nunc faciemus,cõtinuámq; de ea faciemusexhortationẽ pro nostra quidẽ virili. Nã hic mihi videtur optimus esse docendi modus,si non prius desistamus consulendo quacunq; de re,quàm viderimus admonitionẽ ad effectum peruenisse.Etenim qui hodie de eleemosyna, cras de orando,perendie de humanitate, deinde rursus de animi modestia disserit,nihil horum in auditorũ animis perficere rectè poterit,ab hoc ad illud, rursus ab illo semper aliò trãsiliens.Sed necesse est,vt qui velit orationẽ in auditorũ animis fructum destinatũ assequi, non antè desistat iisdem de rebus admonens consulénsq;,nec prius ad aliud quippiam transiliat,q̃ conspexerit superiorem admonitionẽ in eis bene fixã ac radicatam. Idem hoc facere solent præceptores. Non prius ad syllabas,hoc est, literarum coniunctionem adducũt pueros, quàm elementorum cognitionem in eis viderint rectè confirmatam. Hesterno igi-
Matt. 18. tur die parabolã vobis de decem denariis, ac decem milibus talentorũ enarrantes,ostẽdimus quantũ esset malum,iniuriarũ meminisse.Quem enim decem milia talentorum non perdiderant, hunc centum denarij exitio demerserunt,ac veniam pro debitis concessam,in irritũ reuocarunt,debitẽq; pecuniæ condonationẽ dissiparunt:eúmq; qui fuerat à criminibus liberatus,in iudiciũ retraxerunt, atq; ipsum debitorem in carcerem coniecerunt,denique immortali supplicio tradiderunt. Sed hodie de diuerso argumento dicere tentabimus.Oportuit enim de humanitate ac mãsuetudine verba facientẽ,è domo atque ex sese istius prę-clarę philosophiæ exempla præbere, atque ita demũ simul & verbis eam docere,& factis ad eã instituere. Quoniam autẽ nos ab hac virtute longo absumus interuallo,vno quopiam è numero sanctorũ in medium producto,oculisq; vestris subiecto, perspicuam quandam ac potẽtem vobis admouebimus exhortationẽ, admonentes vt dũ velut ad archetypi cuiusdã æmulationẽ adhortamur,admoneamus & nos ipsos.Quis igitur in mediũ proferendus est de humanitate dictu
D ro?Quis verò alius,q̃ is qui cœlesti testimonio laudari meruit,ob hoc ipsum maximè suspiciendus ? Inueni, inquit, Dauid filium Iesse,virum secundũ cor meum.
1.Re.16 et Act.13.d Porrò posteaquã deus pronunciauit, nulla contradicendi reliqua est occasio. Nam illius calculus incorruptus est, eo q̃ deus nec ad gratiã,nec per odium iudicat, sed pro mera animi virtute fert suffragium. At non ob id tantum hunc in medium produximus, q̃ numinis suffragio fuerit laudatus, verùm etiam q̃ sit de numero eorum qui sub vetere lege sunt educati. Siquidem sub lege gratiæ extitisse quempiam ab ira purum,& inimicis delicta condonantem,ac parcentẽ iis à quibus fuerit molestia affectus,nihil sanè mirum, videlicet post Christi mortem,posteaquã illẽ tam clementer nobis omnia peccata remisit, post tot præcepta referta euangelicæ philosophiæ. Cæterùm in ve-
A tere testamento quum lex permitteret oculũ pro oculo effodere,ac dentem pro dente extundere, cúmque qui læsisset talionis æquilibrio vlcisci,aliquẽ extitisse qui præceptorum fines trãsilierit,adq; apostolicã peruenerit philosophiã,quem hominũ si audierit, nõ adducet in stuporẽ? Quem si quod audiuit,nequaquam imitetur,nõ priuet omni venia, omniq; excusatione? Sed vt exactius pleniúsque huius Dauidis virtutẽ cognoscatis,concedite mihi vt orationem paulò altius repetam,ciúsque benefacta cõmemorem quę beatus ille vir in Saulem cõtulit.Nam non vlcisci eũ qui simpliciter inimicus læsit,nihil miri est. At qui hominẽ à se multis affectũ beneficiis,sed qui pro benefactis beneficium semel atq; iterũ imò frequenter interficere
B conatus sit, posteaquã in manus incidisset, vt iam liceret occidere, sustinuit , non ipsum dimittere tãtùm verumetiam ex aliorũ insidiis eripere, præsertim quũ sciret illũ post eadẽ moliturũ, quid is reliquum fecit, quod ad summã philosophiam possit adiũgi? Quibus autem beneficiis Dauid affecerit Saulem,quando,& quo pacto, paucis enarrantem me sustinete. Quũ aliquando Iudæi bello difficillimo premerẽtur, adeò vt omnes pauore essent cõsternati , nec quisquã auderet erigere caput,sed in extrema desperatione esset ciuitas,singulis mortẽ præ oculis habẽtibus,quotidiéque mortẽ expectantibus cũctis, vt vitã agerent miseriorẽ iis qui degunt in teterrimo carcere,hic ab ouibns veniens ad exercitũ,quũ per ætatem nec artem bellandi callere posset,ac laborũ militarium rudis esset,ipse pro vniuersis bellũ in se recepit,ac fœliciter rem gessit,suprà quàm quisquã sperasset.Quanquã etiã si virtuti defuisset euentus, tamen ob solã animi prõptitu-
C dinem egregiúmq; propositũ coronandus erat.Iam si quis è numero militũ ætate vigens facinus hoc detrectasset,nihil fuisset mirum, videlicet id postulãte militari lege. At hic qui vsq; adeò nullã videbat necessitatẽ huc adigentẽ,vt multos etiã haberet dehortãtes: Nam & frater illum increpauit,& rex perspiciens illum nondũ ætate maturũ,ac periculis perferendis inhabilem cohibuit,ac manere iussit dicens: Non pote-
1.Re.17.d ris ire,quoniã puer es:ille verò vir est bellator ab adolescentia sua:attamẽ quũ nulla illum prouocaret occasio,suapte spõte & ex sese diuino accensus zelo, patriæq; charitate,perinde quasi oues cerneret verius q̃ homines,& quasi canes inuasurus esset,potiusquã tam numerosum hominum exercitum,adeò intrepidè ad Barbaros cucurrit:idq; tẽporis tãtam erga regem solicitudinẽ declarauit, vt illũ etiã ante præliũ ac victo-
D riam in faciem prostratum exerit. Neq; enim factis modò iuuit illum , sed ante factum etiam verbis hortatus est bono animovt esset,ac persuasit,vtq; de euẽ-
Ibidem. tu bonam cõciperet spem effecit,ita loquens: Ne cõcidat cor domini mei in ipso,quoniã seruus tuus ibit, pugnabitq; cum alienigena hoc.Quæso num hoc parumvidetur,nulla necessitate compulsum,suam ipsius vitam prodere, & in eorum vtilitatem à quibus nihil vnquã acceperat beneficij,in medios hostes irruere? An non par erat , hunc post tale facinus ornare titulo domini columnis inscripto,& publicum ciuitatis seruatorem appellare?qui & regni decus,& ciuitatũ fundamenta,& omnium vitam opitulante dei gratia seruarit? Quod esse poterat aliud beneficiũ hoc maius? Neque enim in gloriam aut potentiam , sed in ipsam ipsius vitam beneficium hoc cõtulit, & ab ipsis mortis portis reuocauit. Atq; hoc beneficium peruenit ad hominem.

hominẽ.Per illum deinde vicit rex,ac principatũ obtinuit. Et posteà, quã illi reposuit gratiã? Nam si quis perpẽdat præclarè gestorũ magnitudinẽ, etiamsi rex à suo capite detractã coronã Dauid capiti imposuisset,nunquã parem retulisset gratiã, sed ampliorẽ debuisset.Hic em̃ & vitã & regnum illi donauit, ille verò huic regnũ tantùm erat cessurus. Veruntamen cõsideremus relatam pro benefactis gratiã. Quæ tandẽ erat illa?De cætero & ab illo die suspectũ habuit Dauid,& ab illo metuit sibi. Quur & quã ob causam?Nã & suspicionis causa cõmemoranda est.Neq; em̃ protinus quicquid aliquis dixerit , idẽ dicet esse iustum. Quanquã erga eum qui animam impendit,vitam dedit,quę poterat esse iusta suspicionis causa? Sed tamen ipsam inimicitię causam inspiciam⁹, vt aliquid discatis,quod nec ipsa victoria sit inferius : quódq; Dauid
Ibid.18.b sit honore dignus ob ea ipsa ,ppter quæ deinceps venit in suspicionem & insidiis appetitus est.Quæ igitur erat suspicionis causa? Posteaquã Barbari illius caput abstulit,& spolia gestans rediit : Exierunt,inquit, mulieres canẽtes ac dicẽtes:Percussit Saul in milib⁹ suis, & Dauid in decẽ milibus suis.Et iratus est Saul,& suspectũ habuit Dauid ab eo die ac deinceps. Cui⁹ obsecro rei gratia?Etiam si hæc præter meritum fuissent dicta,ne sic quidẽ oportebat hostilẽ in Dauidẽ gerere animum.Sed posteaquã ex rebus gestis , illius erga se beneuolẽtiã habebat cõpertam, quippe qui nullo cogente aut cõpellente,suapte beneuolentia tantũ subisset discriminis,non oportebat deinceps quicquã de illo suspicari mali.Nunc autẽ ecce etiã ipsa laus dabatur promerito, & si fas est vera ,ploqui , in Saulis gratiã illa dicta sunt potius q̃ in Dauidis. Debebat autẽ esse sua laude contentus, q̃ illi tribuissent mille. Quur
C igitur indignatus est, q̃ Dauidi tribuerint decem milia? Etenim si rex ad bellum finiendum vel paululũ aliquid momenti contulisset, rectè tum dictũ fuisset, Saul in milibus , Dauid in decẽ milibus. Quòd si ipse quidem pauidus ac tremẽs domi desedit, in singulos dies mortem expectans,hic autẽ totũ facinus peregit:an non absurdũ erat,eum qui nihil ad depellenda pericula contulerat,ob id indignari quòd hic plus laudis tulisset? Nam si indignandũ erat, Dauidem potius conueniebat indignari,quòd quũ solus totũ gessisset,alterum haberet laudis participem. Sed horum nihil dico.Verùm illud dixerim: vt donemus non rectè feciſſe mulieres , eásq; fuisse crimini obnoxias & accusatione dignas:quid hæc ad Dauidẽ? Neque em̃ ipse composuerat cantionem , neque illas iusserat ea
D dicere quæ dicebant, neque adornarat illum laudationis modũ. Proinde etiamsi indignandũ erat, mulierib⁹ oportuit indignari,nõ publicitus de rep. benemerito,& infinitis digno coronis. At Saul omissis illis in Dauid ferebatur. Iam si ea laude sublatus ille beatus inuidisset rerũ potiẽti , fuisset; in illũ contumax, & aspernatus fuisset eius imperiũ ,forsitan aliqua fuisset inuidendi causa. At si factus fuit humanior ac modestior mitiórq;, si in subditorũ ordine se continuit: quæ tandẽ erat iusta dolẽdi causa? Siquidẽ quũ is qui honore afficitur,attollitur aduersus eũ à quo prouect⁹ est,nec desinit in illius contemptũ honore abuti : habet dolor nonnullã excusationem. Cęterùm vbi persistit in honorando illũ, aut potius magis obsequitur cedítq; in omnib⁹, quẽ posteà potest habere prætextum inuidiæ? Itaq; etiamsi nihil aliud præclarè gestũ fuisset,ob hoc ipsum tamen magis erat diligendus, q̃
A quum tantã nactus esset occasionẽ occupandi regni, perstiterit in sua modestia.Neque em̃ quæ prius gesta sunt tantùm,verùm nec ea quæ cõsequuta sunt superiorib⁹ illis multò præclariora, sustulerũt illi animos. Quæ tandẽ illa?Erat,inquit, Dauid prudens in omni- *1.Reg. 18. a.d.*
bus viis suis,& dominus omnipotens erat cũ eo, vniuersúsq; Israël & Iuda diligebat Dauid,quoniam ipse ingrediebat̃,& egrediebatur ante conspectũ populi, & Melcho filia Saul & vniuersus Israël diligebat illũ, & sapiebat supra oẽs seruos Saul,& honorabatur nomen illius valde. Et Ionathas filius Saul diligebat Dauid vehemẽter. Veruntamen quũ vniuersum populũ ac regis familiã sibi conciliatã haberet , quũ vbiq; in bellis vinceret,nec vsquã frustraretur successũ , quũq; pro bene gestis rebus illis,talem gratiã reciperet:non erexit ceruicem,nec regnũ affectauit, nec hostẽ vltus
B est , sed perseuerauit in benefaciendo & in bellis pro rege fœliciter gerendis.Quis est tã efferatus & crudelis,cui ista non fuerint persuasura, vt inimicitiã deponeret , & inuidiã abiiceret? At crudelẽ illum & inhumanũ nihil horũ flexit,sed ad hęc omnia cæcus, & inuidiæ permittẽs animũ,conatus est illũ è medio tollere:& quid obsecro facientẽ (nã id maius est ac stupendũ)canentẽ cithara & ipsius insaniam sedantem. Dauid,inquit,psallebat manu sua quotidie,& hasta in *1.Re.19.b*
manu Saul:ac sustulit Saul lanceã, dixitque, infigã in Dauid. & fixit in parietẽ: & declinauit Dauid à facie eius bis. Agè,potést ne huic malitiæ quicquã adiũgi? Qui nuper hostes abegerat , per quẽ ciuitas sibi fuerat reddita,cunctis pro victoria victimas immolãtib⁹: Saul benemeritum & seruatorẽ, ac bonorũ illorum authorem conatus est interficere,ídq; psallentem : ac
C ne beneficiorũ quidẽ memoria furentẽ illum ac delirantem coërcuit,sed iterũ atq; iterũ torsit in illũ lanceã,cupiens occidere.Et huiusmodi mercedẽ illi pro susceptis periculis reposuit.Idq;fecit non vno die,sed sæpius. At sanctus ille post hęc omnia perseuerauit curare regis negotia,próq; salute illius susc ipere pericula, & in acie stare in prælìis omnibus , suóq; periculo seruare trucidatorem suũ:deniq; nec dictis nec factis contristauit immitem illã bestiã,sed concessit in omnibus,dictóque audiens fuit.Cúmq; victoriæ prę miũ non accepisset,sed omniũ illorũ periculorũ mercede fraudatus esset , ne verbo quidẽ expostulauit vnquã, non cum militibus , non cum rege , propterea quòd hæc non gessisset spe mercedis,cœlitus expectans retributionem. Nec id solùm est admiratione dignum, quòd non poposcit præmium,sed q̃ etiam quũ daretur, ob eximiam animi modestiã recusauit. Siquidẽ posteaquã Saul, omnia molitus,& omnibus tentatis, nõ potuit illũ interficere,consuit illi dolũ per nuptias, ac nouã quandam dotis ac dotaliũ formam cõmentus est.Non em̃ cupit,inquit,rex dotem, sed vt centũ præputia exoluat ab hostibus regis. Quod sentit, tale est: Occide mihi,inquit,centum viros, atque hoc erit mihi dotis vice . Hæc autem dicebat , cupiens illum obtentu cõiugij hostibus obiicere. Nihilo fecius Dauid pro sua modestia res æstimans , recusauit coniugium,non deterritus periculis aut hostium metu, sed quòd existimaret sese indignum affinitate regia. At- *1.Re.18.f*
que his verbis respondit ad seruos illius: An leue est in oculis vestris me facere generum regis,quum ego sim vir humilis & inhonoratus? Atqui debebatur hoc honoris,vt merces ac pensatio laborũ. Verùm vsq; adeò cor habebat contritũ,vt post tot res cum laude gestas,

post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post adeò splendidam victoriam, post expressam pro-
missionem, indignum se iudicaret, qui debitam reci-
peret mercedem, idque quum denuò esset se pericu-
lis obiecturus. Posteaquā autē hostes deuicerat, ac fi-
liā regis acceperat, rursus psallebat Dauid, & quære-
bat Saul eū lancea percutere: Dauid autē declinauit,
& hasta impacta est parieti. Quē non ista vel exactè
philosophiæ gnarū animiq; moderatissimi ad iracun-
diā excitassent? Quē, vt nihil aliud, certè quo familiæ
suę incolumitatē prouidētia tueretur, nō perpulissent
ad occidendū prēter meritū insidias molientē? Neq;
iam res intra metum constiterat. Etiamsi constitisset,
sic quoq; vindictæ modū à lege præscriptū mansue-
Exo. 21.c. tudine superasset. Nā illa oculū pro oculo iussit effo-
dere. Saul autē occidebat etiā, vt Dauid pro trib⁹ ho-
micidiis, vnū fuerit exacturus, pro tribus inquā homi-
cidiis, nulla probabili de causa tentatis. Nihil tamen
horū tentauit Dauid, sed potius habuit fugere, & à pa-
triis ædibus exulare, atq; erronē profugúmq; agere,
& in calamitate sibi necessariū parare victum, q̄. regi
cædis occasionem dare. Nec enim eò spectabat, vt
seipsum vlciscereturl, sed vt illū ab eo malo liberaret.
Hāc ob causā ab oculis inimici subduxit sese, vt sub-
sidere faceret vomicā, cōtraherétq; tumorē vlceris, &
inuidiā mitigaret. Satius est, inquit, me miserum esse,
innumeráque pati acerba, q̄. hunc apud deū de inno-
centis cæde condemnari. Hæc nō audiamus tantùm,
verū etiā imitemur, nihil nō tum faciamus, tum patia-
mur, vt inimici simultatē erga nos deponant, nec il-
lud inquiramus, vtrum meritò, an immeritò maleuo-
lum animum erga nos gerant: sed hoc modo specte-
mus, qui fieri possit, vt nobis inimici esse desinant. Si-
quidem hoc spectat medicus, vt morbo liberet ęgro-
tum, non vtrum meritò an immeritò sibi morbū con-
traxerit. Tu quoq; igitur medicus esto ei qui te læsit,
vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Id
quod fecit hic beatus, egestatē præ diuitiis, solitudinē
præ patria, labores periculáq; præ deliciis ac securita-
te, perpetuū exilium præ terrarum orbe elegit, vt Sau-
lem ab illo in ipsum odio maleuolentiáque liberaret.
At ne sic quidē melior factus est Saul, sed perseque-
batur, sed vbique circūibat quærens eū, qui non solū
nihil læserat, sed quū esset læsus, tum maxima tum in-
numerabilia pro iniuriis bona repēderat. Ac Saul im-
1.Reg.24.a. prudens post incidit in retia Dauidis. Erat em̄, inquit,
ibi spelunca, & ingressus est Saul vt exoneraret aluū.
Dauid autē cum comitibus suis in interiore speluncæ
parte sedebat. Dixerúntque viri Dauid ad illū, Ecce
dies de quo dixit dominus, Tradam inimicū tuum in
manus tuas, faciésq; illi quod placitum erit in oculis
tuis. Et surrexit Dauid, sustulitq; laciniam chlamydis
Saulis clanculū. Et post hæc percussit Dauidem cor
ipsius, q̄ abstulisset laciniam chlamydis, dixitq; Da-
uid ad viros suos: Auertat à me dominus, ne faciā ver-
bum hoc domino meo, Christo domini, mittámque
manū meā in illum, quoniā Christus domini est. Vi-
disti tensa retia, vidisti venatū insidiantem, vidisti ve-
natorem erectū, vidisti omnes adhortantes, vt ensem
in hostis pectus immergeret? Nūc mihi specta philo-
sophicā animi moderationē, specta luctam, victoriā,
coronā. Nā spelūca illa cāpus erat, in eo lucta quædā
mirabilis dictúque incredibilis facta est. Luctatus est
Dauid, pugilem egit iracūdia. Saul positus erat cer-
taminis materia, Agonothetes erat deus. Quin po-
tius, nō ipsi modò aduersus seipsum, propriamq; cu-

A piditatem erat prelīū, sed & aduersus milites qui ade-
rāt. Etenim si voluisset animo moderari, ac parcere ei
qui læserat, consentaneū erat vt & illos metueret, ne
fortè ipsum contrucidarent in spelunca, tanquam qui
illorū salutē prodidisset, exitiúmq; attulisset, ac publi-
cum ipsorū hostē seruasset. Probabile em̄ est illorum
vnumquenq; dolore percitum, hæc suo cū animo di-
cturos fuisse: Errones exulésque facti sumus, domo,
patria, cæterísque omnibus excussi, omniúmq; difficultatū tuarū consortes sumus. Et tu eum qui horum
malorū tibi est author, in manus tuas traditū cogitas
dimittere, ne nobis vnquā liceat ab his calamitatibus
respirare, ac proditis amicis hostem seruare studes? Et
quo pacto ista sunt æqua? Nam si tuā ipsius salutē ne-
gligis, nostræ certè vitæ parcas. Non tibi dolent ante-
acta, neque memor es eorū quæ ab illo perpessus es
mala? certè ob ea quæ futura sunt, tolle hostē, ne ma-
B iora & acerbiora perpetiamur mala. Hæc vt verbis
non sint proloquuti, tamen animo secum voluebant,
quū ista, tum istis etiam alia maiora. Verùm nihil ho-
rū iustus ille apud se perpēdebat, vnū illud spectans,
quomodo possit redimiri tolerantiæ corona, ac nouā
quandā admirabilémque philosophiā philosophari.
Neq; em̄ perinde mirum erat, si quū esset solus & absq;
que comitibus, pepercisset illi à quo fuerat læsus, atq;
nunc est q̄ hoc idem aliis præsentibus fecit, eo q̄ mi-
litū illorū præsentia geminū adferat obstaculum iræ
moderādæ. Nobis ipsis frequenter euenit, vt quū sta-
tuerim⁹ vindictā remittere, & cōmissa cōdonare, post
vbi viderimus aliquos nos irritantes, & ad vltionem
concitantes, mutemus sententiā, & illorū dictis ob-
temperemus. Verùm hoc non accidit huic beato, sed
C etiam post illorū consiliū & exhortationē, perseuera-
uit in animi sui decreto, At ne hoc quidem tantū est
admiratiōe dignū, q̄ nec aliorū admonitu dimot⁹ est
à proposito, quódque non est illos veritus, sed quòd
perfecit, vt & illi eādem animi moderationem sume-
rent. Magnum quidē, si qui suis cupiditatibus impe-
ret: sed multò maius est & aliis persuadere posse, vt
& ipsi mentem eandem sumant cum ipso: aliis, in-
quā, qui nec modesti sunt homines, neque temperan-
tes, sed milites, qui multis difficultatib⁹ iam in despe-
rationē erant adducti, à quibus paululū respirare cu-
piebant, haud ignari non modò totam malorum dis-
solutionem in hostis nece sitam esse, verumetiā pluri-
morum bonorū acquisitionē, quando nihil obstabat
quo minus illo trucidato protinus regnū transiret ad
Dauidem. Attamen quuū essent tam multæ res quæ
D milites irritabant, tantū valuit ille generosus, vt satel-
lites his omnibus fuerint superiores, hostíque parce-
rent. Operæprecium verò est, etiam ipsorum militum
audire consultationē, eo q̄ exhortationis versuta ma-
litia illustrat iusti mentē solidā & inconcussam. Non
enim ita loquuti sunt: Ecce qui multa in te molitus est
mala, qui necē tuā cōcupiuit, qui nos immedicabili-
bus vallauit difficultatibus: Sed vbi perspexerūt q̄ hęc
omnia negligeret Dauid, nec magnam haberet ratio-
nem in se commissorum, allegant illi diuinam auctho-
ritatem, deus, inquientes, illum tradidit, quò videli-
cet iudiciū à deo profectū reueritus, prōptius iret ad
homicidiū. Nō em̄, inquiunt, tuam ipsius vicem vlci-
sceris, deo subseruis, ac minister es, illius sententiā cō-
probas. Sed quò magis hęc illi dicebāt, eò magis hic
pepercit hosti. Intelligebat em̄ q̄ deus ideo tradide-
rat eum, vt ipsi maiores occasiones probandę virtutis
suppeditaret.

suppeditaret. Proinde tu quoq; si quando hostis tuus
A inciderit in manus tuas, caue putes esse datā vlciscen-
di opportunitatem, sed seruādi hostis oblatam occa-
sionem. Eóq; tum maximè parcendum est inimicis,
quum illi fortè venerunt in potestatem nostrā. At hīc
fortasse dixerit aliquis: Et quid magni, aut quid miri,
parcere ei quē habes in tua potestate? Cōplures enim
& alij reges ad principatum euecti, sese indignum iu-
dicarūt in tanto regni fastigio ab iis pœnas exigere, à
quibus olim fuerāt offensi. Nam ipsa potētiæ sublimi-
tas causam adfert reconciliationis. Verū in hoc nego-
cio tale nihil possis dicere. Neq; enim Dauid ad prin-
cipatum euectus, neq; regnum adeptus, ac Saulem in
manibus habēs ita demū illi pepercit, ne quis causari
possit regni magnitudine dilutam fuisse iram: sed quū
sciret fore, vt ille seruatus rursus ad eadem rediret, &
ipse in grauiora pericula cōiiceretur, ne sic quidē oc-
B cidit. Profectò hunc cum illis ne conferendū quidem
duxerimus. Siquidem illi quoniam habent certum tu-
túmq; pignus futuræ deinceps securitatis, meritò par-
cūt. Hic verò quum sciret se hostem in suā ipsius per-
niciem amittere, ac salutem dare inimico, haud tamē
illum occidit, idque quum haberet multa ad eam cæ-
dem impellentia. Etenim solitudo regis ob absentiam
eorum qui possent Sauli esse auxilio, dein exhortatio
militum, prēterea anteactorum memoria ac futurorū
metus: Ad hæc q̄, si interfecisset inimicum, non posset
damnari cædis, quódq; post cædem peractam liceret
ipsi violare legem: Hæc, inquam, cúmq; his alia plura
vrgebant compellebantq; gladium in illum stringere.
Ast horum incitamentorum nulli cessit, sed adaman-
tis inuicti more perstitit, philosophiæ moderationisq;
legem seruans. Cæterum ne dicas illum nihil eorum
C sensisse affectuum quales nos illi per coniecturam tri-
buimus, sed id quod accidit non fuisse philosophiam
sed stuporem, considera q̄ vehementer exasperatus si-
bi temperarit. Siquidem q̄ iracundię fluctus in animo
illius intumuerint, multáq; cogitationum iactatio cō
citata fuerit, sed eam tempestatem refrænarit timore
dei, animósq; represserit, ex iis quæ facta sunt perspi-
cere licet. Surrexit, inquit, & abstulit oram chlamydis
Saulis clanculum. Vides quanta iræ tempestas coorta
fuerit? At non processit vlterius, neq; fecit naufragiū,
eo q̄ gubernatrix illico sentiens periculum, videlicet
pia ratio, tempestatem vertit in tranquillitatem. Per-
cussit enim, inquit, Dauidem cor ipsius, ac velut equū
subsilientem ac ferocientem, reuocauit iram. Huius-
modi sunt sanctorum animæ, priusquam concidant,
resurgunt: priusquam ad peccatum perueniant, re-
D frenantur, eo q̄ sobriæ sint, sempérq; vigilent. Et tamē
quantulum erat interuallū inter corpus & chlamydē?
1.Reg.24.b. Attamen ille seipsum cohibuit, ne progrederetur vl-
terius. Quin insuper & ob hoc ipsum grauiter seipsum
condemnauit. Percussit enim, inquit, illum cor ipsius,
q̄ abstulisset extremum chlamydis, dixitque ad viros:
Nequaquam hoc mihi sit à domino, propitius, inquit,
sit mihi, si hoc voluissem. Ne cōcedat vnquam vt hoc
faciam deus, neq; permittat me ad tantum deuenire
scelus. Quoniam videbat hanc philosophiā superare
penè naturam humanam, cœlestíq; opus habere mo-
mento, séq; propemodum collabefactum ad cædem,
precatur vt dominus cōseruet illi manum impollutā.
Quid tandem hoc animo possit esse mitius? An hunc
posthac dicemus hominem qui in natura humana vi-
tam præstitit angelicam? Verùm id non passuræ sunt

diuinæ leges. Quis enim obsecro, te facilè sustineat à
deo eiusmodi petitionē petere: Quid dixi, huiusmo-
di? Quis sustineret, nō precari aduersus eū qui molest⁹
fuisset? Quis hoc, quæso, facilè perferret? Nam pleriq;
mortales eo feritatis abrepti sunt, vt quū sint adeo im
becilles, vt nō queant eū à quo lacessiti sunt vllo incō-
modo afficere, deū ad vltionem inuocēt, obsecrantes
vt ipsis donet iis à quibus læsi sunt manus iniicere. Hic
verò illis omnibus velut ex diametro cōtraria precā-
do, rogat ne permittat vt manus iniiciat, loquēs hūc in
modū: Ne mihi hoc accidat, ô domine, vt iniiciā ma- *Ibidem. e.*
num meā in illū. perinde quasi de filio ita de hoste lo-
quitur, quasi de prole germana. Neq; pepercit tātùm,
verū & excusationē pro eo componit. Vide verò quā
prudēter quámq; sapienter. Siquidē quum vitā Saulis
perscrutans nihil inuenisset boni, vt dicere possit, non
sum ab illo læsus, nec vllo affectus incōmodo: (proti-
nus enim his reclamaturi erant milites qui aderāt, re-
gísq; malitiā experimento cognouerant) alia ex parte
circumibat studēs probabilē inuenire excusationem.
Id quū non posset, nec ab illius vita, nec à factis, ad di-
gnitatem illius confugit, dicens: Quoniam Christus
domini est. Quid ais, inquiunt? q̄ sceleſtus, q̄ sceleri-
bus opertus, ac vitiis innumerabilibus refertus, & in
nos extrema cogitans? Non. Sed rex est, sed princeps,
sed prēsidētiam in nos suscepit. Neq; tamen dixit, rex
est, sed Christus domini est, non ab humano honore,
sed à cœlesti iudicio sumpto honorifico testimonio.
Contemnis, inquit, conseruum tuum, reuerere domi-
num. Aspernaris electum, metue eum qui elegit. Ete-
nim si vulgares istos prīcipes ab imperatore designa-
tos, etiā si sint improbi, si fures, si prædones, si iniusti, si
deniq; quodcunq; aliud fuerint: timemus cū horrore,
non propter malitiam despicientes eos, sed propter
dignitatem illius à quo electi sunt, reuerentes: multò
ampli⁹ id facere cōuenit in his quos elegit deus. Nō-
dum, inquit, deus abdicauit illum principatu, nōdum
fecit eum ex rege priuatum. Itaq; ne inuertamus ordi-
nem, neque rebellemus deo, Apostolicum illud dic-
tum factis præstantes: Quoniam quisquis resistit po- *Rom.13.a*
testati, dei ordinationi resistit. Quicunq; autē resistunt,
sibi ipsis accipiēt damnationem. Non solum appella-
uit illum, Christum: hoc est, vnctum & regem, verum-
etiam suum dominū vocat. Non est profectò media-
cris philosophię, hostem honoris & obsequij vocabu-
lis appellare. Atq; id rursus q̄ sit magnum, ex his quæ
cæteris accidunt, queat aliquis perspicere. Pleriq; si-
quidem inimicos suos ne nudis quidē ac simplicibus
nominib⁹ appellare sustinēt, sed aliis vocabulis accu-
sationē habentibus eos nominant: puto illū impium,
illum insanum, illum mēte captum, illum delirum, il-
lum pestilentē: aliāq; multa contexūt, hísq; notis desi-
gnant hostē. Id esse verum, exemplo non eminus pe-
tito, sed è proximo⁹ sumpto docebo: nimirū ab hoc ip-
so Saūle, qui iustū hunc ob vehemens odium nō susti-
nuit proprio vocare nomine, sed quū aliquando festū
quoddā celebraretur, requirens eū dicebat, vbi est fi- *1.Reg.20.*
lius Iesse? Sic autē appellauit eū, partim odio proprij *c.*
nominis, partim genitoris humilitatē notans, sperans
fore, vt hoc pacto iusti fama contaminaretur, haud in-
telligens hominē nobilē illustrémq; reddi solere non
progenitorum claritate, sed animi virtute. At non iti-
dē fecit beatus Dauid. Neq; enim patris cognomento
vocauit illum, quāquam is quoq; fuit admodū humi-
lis & cōtēptus: neq; nudo simpliciq; nomine designa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,ſed dignitatis & principatus titulo. Vſq; adeò purũ ab omni maleuolentia gerebat animum. Proinde tu quoq; chariſſime, hunc imitans,illud in primis diſcito,ne vnquam inimicum famoſis nominibus,ſed honorificis potius appelles. Etenim ſi os aſſueuerit eum qui læſit, honoris obſequiſq; nominibus appellare, & animus hęc audiẽs à lingua doctus,nõ refugiet cũ illo redire in gratiã. Nam ipſa verba remediũ erunt optimum vlceris in corde tumeſcentis. Hæc nunc loquutus ſum,non tantum vt laudemus Dauidem, ſed vt æmulemur quoq;. Hanc igitur hiſtoriam in ſuo quiſq; corde ſibi depingat, cõtemplatione veluti manu aſſiduè proponẽs oculis ſpeluncam illam, illam chlamydem,ipſum Saülem intus dormientem,ſomnóq; perinde vt catena vinctum,eúmq; qui grauiſſimè læſerat dextræ ſubiectum, Dauid imminentẽ dormiẽti, præſentes milites & ad cædem adhortãtes, beatum illum philoſophantem:hoc eſt,& illorum animos,& ſuã ipſius iram cohibentẽ,eúmq; qui tam multa peccauerat excuſantem ac defendentem. Hęc,inquam,nõ ſolum in animo depingamus,verumetiam in conſeſſibus inter nos aſſiduè loquamur:has apud vxorem, has apud liberos frequenter renouemus narrationes. Etenim ſiue de rege loqui voles, ecce rex: ſiue de militibus,ſiue de re familiari,ſiue de publicis ciuilibúſq; negociis,videbis in ſcripturis horum omnium magnã copiã. Huiuſmodi commemorationes maximam adferũt vtilitatem. Impoſſibile eſt enim,impoſſibile,inquã,eſt,animum in hoc genus hiſtoriis verſantẽ, à cupiditatibus ſuperari. Ergo ne tempus inutiliter cõſumamus, néve vitam noſtram fruſtra teramus in nugis ineptiis ac ſuperuacaneis, ſed fortiũ virorũ diſcamus res geſtas. De, his aſſiduè diſſeramus. Quòd ſi quis voluerit, aut de ſpectaculis,aut de curſu equorũ, aut alioqui de rebus nihil ad te pertinentibus verba facere: ab illa materia fac eũ reuoces,& in huiuſmodi narrationem inducas, quò ſimul & purgatis animis,& voluptate quę periculo careat delectati,deniq; ipſi mites ac placabiles erga cũctos malè de nobis meritos facti,ex hac vita migremus,& in futuro ſeculo nullũ habentes inimicũ bonis etiam æternis perfruamur, gratia & bonitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in omne æuum, Amen.

Magnum eſſe bonum, non tantum exercere virtutem, verumetiam laudare, quódque Dauid magnificentius trophæũ erexerit parcendo Sauli, quàm proſtrato Goliath: quódque hæc faciens magis profuerit ſibi quàm Sauli, déque excuſatione ipſius apud Saulem. D. Eraſmo interprete. A. Aemaeo.

VOs quidem heſterno die laudaſtis Dauidem ob malorum tolerantiam, ego viciſſim admirabar veſtram erga Dauidem beneuolẽtiam ac charitatis affectũ. Nõ enim oportet expetere modò & æmulari virtutem,verumetiam eos qui virtutem amplectuntur,laudibus vehere, & admirandos prędicare,nobis fructũ aliquem eúmq; haud vulgarem adfert. Quemadmodum ex aduerſo prauitatem non æmulari tantùm,verumetiã in ea viuentes laudare, ſupplíciũ haud mediocre nobis cõciliat: & ſi fas eſt quiddam nouum & admirandũ dicere, grauiꝰ ſupplicium quàm manet illos ipſos qui malè viuunt. Id declarans Paulus poſteaquam omnem malitiæ ſpeciem enumerarat,accuſaſſetq; omnes qui leges dei conculcant,de illis ipſis mox ſubiicit: Qui quum dei iuſtitiã noſſent, quòd qui talia faciunt,digni ſunt morte, nõ ſolùm ea faciunt,ſed & comprobãt illa facientes: demonſtrans hoc eſſe grauius illo. Nam collaudare inſuper delinquentes,qđ ad ſupplicij pertinet ęſtimationem,longè plus eſt quàm delinquere. Idq; iure optimo, propterea q; hoc ſuffragiũ proficiſcatur ab animo planè corrupto,& inſanabili morbo laborante. Siquidem is qui dum peccat,condemnat interim peccatum ſuum,poterit aliquando temporis progreſſu ad ſe redire: cæterũm qui laudat malitiã, is ſeipſum priuauit curatione quam adfert pœnitentia. Proinde meritò Paulus pronunciauit hoc illo eſſe grauius. Itaque ſicuti qui praua non tantùm faciunt, verumetiam tales collaudant ac prædicant,eandem aut etiam grauiorem pœnam ſortiuntur:ita qui bonos laudibus vehũt ac ſuſpiciũt, coronarum illis repoſitarũ fiunt participes. Quod ipſum ita eſſe,è ſcriptura licet perſpicere. Deus enim ita loquitur Abrahæ: Benedicentibus tibi benedicam, & maledicentibus tibi maledicam. Idem in Olympiacis certaminibus accidere videbit aliquis. Neque enim athleta tantùm coronam geſtans, quíque laborem ac ſudorem pertulit modò,verùm & is qui admiratur victorem,non minimam laudis illius ac voluptatis partem decerpit. Quapropter & ego non ſolùm generoſum illum ac magnanimum ob animi moderationem effero beatúmq; prædico, verum & vos ob beneuolũ erga illum animum. Ille quidem certauit ac vicit, coronámq; tulit:vos autem quia victoriam collaudaſtis, non mediocrem coronæ laudiſq; partem vobis tuliſtis. Vt igitur vberior ſit vobis iſta voluptas, ac fructus abundantior, agedum reliquas quoq; huius hiſtoriæ partes vobis perſoluamus. Quum hiſtorię ſcriptor cõmemoraſſet verba,quibꝰ Dauid abhorruit à cęde,ſubiecit: Non permiſit illis vt ſurgerent & occiderent Saul:ſimul & illorum animos ad cędem promptos, & huius fortitudinem demonſtrare volens. At iſti ſanè qui videntur per philoſophiam habere moderatos affectus, etiam ſi ipſi in ſe non recipiunt homicidium, nolunt tamen alios occidere parantes cohibere. At non ita Dauid, ſed perinde ac ſi depoſitum ac pignus aliquod ſuę fidei concreditum accepiſſet, pro quo rationem foret redditurus,ita non tantùm ipſe non attigit inimicum, verumetiam alios occidere volentes coërcuit,ſatelles optimus& corporis cuſtos pro hoſte factus. Itaq; nequaquã aberrarit à vero qui dicat, Dauidem id tẽporis in grauius incidiſſe diſcrimen quàm ipſum Saulem. Neq; enim leue certamẽ periculúmq; ſuſtinebat, dum omnibus modis conatur illũ ab inſidiis eripere, quas ei parabãt milites: neq; perinde metuebat quum ipſe eſſet occidendus,ac formidabat ne quis militum iræ obſequens perderet hominẽ, cámq; ob cauſam eiuſmodi cõmentus eſt excuſationem. Atque illi quidẽ accuſabant,accuſabatur autẽ Saul dormiẽs,ſed defendit inimicus, Deus verò iudex erat, ac Dauidis ſententiã confirmauit. Neq; enim abſque dei præſidio valuiſſet illos furẽtes deuincere: ſed hęc erat dei gratia,in prophetę labiis reſidẽs,quę veluti ſuadelam quandam addebat illius verbis. Tametſi non leue momentũ & Dauid huc attulit,qui quoniã illos ſuperiore tẽpore ſic inſtituerat, idcirco in articulo certaminis paratos illos ac morigeros reperit. Præfuerat enim illis nõ vt belli dux militibus, ſed vt ſacerdos, iáque ſpelunca illa erat eccleſia. Neq; enim aliter atque aliquis epiſcopi ſortitus munus,ad illos concionẽ habebat: ac peracta hac cõcione ſacrificium obtulit,ídq; admirabile quoddã dictúq; incredibile: haud quidem mactato vitulo,aut occiſo agno,ſed quod his erat multò honorificentius, manſuetudinem & humanitatem offerẽs deo,atq; irrationabili animi motu mactato,hoc ciſáq; iracundia, videlicet mortificatis membris quæ ſunt ſuper terrã. Et factus eſt idem tum victima, tum ſacrificus,tum altare. Siquidem & ratio quę offerebat manſuetudinem atq; humanitatem,& ipſa humanitas ac mãſuetudo, deniq; cor in quo hęc offerebãtur omnia erant eiuſdẽ hominis. Poſteaquam igitur hanc immolaſſet prędaram victimam,poſteaquam victoriam tulit,neq; quicquam prætermiſit quod ad trophæũ faciebat, ſurrexit tandem horum certaminum materia Saül,& egreſſus eſt è ſpelunca ignarus omniũ quæ geſta fuerant. Egreſſus eſt autem poſt illum & Dauid,liberis deinceps oculis cœlum intuẽs, ac tum temporis magis exultans, q̃ quum Goliath deiciſſet,ac Barbari caput amputaſſet. Siquidem hęc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora ſpolia, hæc præda illuſtrior,hoc glorioſius trophæum. Siquidem illic & funda & lapidibus & acie habebat opus. Hîc verò cũcta prudẽtia rationéq; peracta ſunt, ac ſine armis contigit victoria, atq; incruentum trophęum erectum eſt. Itaq; rediit non Barbari illius caput geſtans,ſed animi commotionem mortificatã, ſed iram eneruatã. Neq; hæc ſpolia repoſuit Hieroſolymæ,ſed in cœlo,ínq; ſuperna illa ciuitate. Nunc haudquaquã in choris obuiã veniebant fœminę excipiẽtes illum cum laudibus: ſed angelicus populus è ſublimi applaudebat, admirans eius philoſophiam & humanitatẽ. Aſcendit enim hoſte vulneribus innumeris ſauciato, vt qui tametſi ſeruaſſet Saülem,tamen illum reuera hoſtem diabolum multis plagis confixit. Quemadmodũ enim nobis per iracundiam inter nos pugnãtibus, & mutuo conflictu colliſis,ille tũ gaudet,tum floret:ita nobis pacẽ habẽtibus & cõcordibus,iráq; moderantibus, rurſus contrahitur ac deiicitur,nimirum hoſtis pacis & inimicus concordię,& inuidię pater. Egreſſus eſt igitur Dauid, dextram illã totius orbis precio parem, ſimul cum capite coronatã geſtãs. Quemadmodum enim ſæpenumero fit,vt imperatores eorum qui egregiè ſeſe in pugilũ certamine, aut in reliquis certãdi generibus geſſerunt,ante caput coronẽt dextram: ita & deus manũ illam coronauit, quæ gladiũ purum potuerit educere, enſẽmq; deo nullo ſanguine contaminatũ oſtendere, deniq; aduerſus tantam iracũdiæ procellam reſiſtere. Non egreſſus eſt geſtans Saülis diadema,ſed egreſſus eſt geſtans coronam iuſtitiæ. Non egreſſus eſt geſtans regis purpureã veſtem,ſed egreſſus eſt amictus humanitate,naturam humanam ſuperãte, quod pallium eſt quauis ſtola magnificẽtius. Egreſſus eſt è ſpelunca,tanta cum gloria, cũ quãta tres pueri egreſſi ſunt è camino ardente. Nam quẽadmodũ illos non exuſſit ignis, ita hic non conflagrauit iræ incendio. Et illis quidem foris nihil ignis in quo verſabant nocuit,hic verò quũ intus haberet carbones accẽſos,quũ foris videret diabolum caminũ incendentẽ,ídq; variis modis, ab inimici cõſpectu,ab exhortatione militũ,à facilitate perficiẽdi cædem,à ſolitudine eorũ qui Saüli poſſent auxiliari,à præteritorũ memoria, à futurorũ periculorũ metu:ſiquidem hæc & ſarmentis,& ſtipulis,ac cæteris omnibus quibus caminus ille Babylonius incendebatur,lucidiorem excitabant flammã:tamen non exarſit Dauid,neq; vllo pacto ſic fuit affectus,quemadmodũ conſentaneum erat hominem affici tot modis irritatum:ſed exiuit purus, & intuitus inimici faciem, hinc maximè ſumpſit animũ fortem ac philoſophicũ. Cũ enim videret illũ manere immobilem, neq; quicquã poſſe facere,ſuo cum animo loquutus eſt Dauid: Vbi nunc ille furor? vbi illa malitia? vbi tot technę, tot inſidiæ? Abierũt omnia illa, perieruntq; exigui ſomni incurſu. Iacet alligatus rex, quum nihil horum nos neq; cogitauerimus,neq; perfecerimus. Cõſpiciebat illum dormientem, ac de morte omnibus communi philoſophabatur. Somnus enim nihil aliud eſt, quàm mors temporaria,& vnius diei interitus. Haud intempeſtiuũ fuerit,ſi quis hîc meminerit etiam Daniẽlis. Quemadmodum enim ille aſcẽdit è lacu ſuperatis feris leonibus:itidem hic è ſpecu prodiit, aliis beſtiis longè ſęuioribus deuictis. Nam ſicut iuſto illi leones hinc atq; hinc aſſidebant,ita hunc omnibus leonibus efferationes ac validiores animi motus inuaſerunt, hinc indignatio de pręteritis,hinc futurorum metus:verùm horum vtrúmq; hic coërcuit,ora beſtiis occludens, ipſis factis docens,nihil eſſe tutius quàm parcere inimico. Cõtrà nihil periculoſius, quàm velle vlciſci ac vindictam ſumere. Alter igitur qui ſtatuerat inuadere, nudus & inermis,omnibúſq; deſtitutus auxiliis,nõ aliter quàm captiuus in manus inimici traditus iacebat: hic verò dum cedit, & vbique dat locum, dúmq; ne iuſtè quidem vult manus iniicere,ſine machinis,ſine armis, ſine equitatu,ſine militibus,hoſtem in poteſtatẽ ſuam accepit,& quod eſt omnium maximum,deum erga ſe beneuolẽtiorem reddidit. Non enim eò beatum prædico ſanctum illum,q̃ hoſtem viderit ſub pedibus ſuis iacentem, ſed q̃ illi in manus dato pepercerit: quorũ alterum fuit opus diuinæ potentiæ,alterum Dauidicę philoſophiæ. Quomodo milites deinceps illum obſeruaſſe conſentaneum eſt,quanta erga illum beneuolentia fuiſſe affectos? Nam ſi mille habuiſſent vitas, an non promptè impendiſſent pro ſuo duce, iam ex reuerentia quam hoſti pręſtitit reipſa perſpectũ habentes,quàm beneuolum animum gereret erga ſuos? Cæterum qui mitis ac mãſuetus eſt in eos à quibus moleſtia affectus eſt,multò magis erit erga beneuolos eum affectũ geſturus: quæ profectò res fuit illi maximũ ſecuritatis pignus. At nõ in ipſum modò beneuolentiores erant, verumetiam aduerſus hoſtes prõptiores: q̃ ſcirẽt ſe deũ habere propugnatorẽ, qui ſemper adeſſet duci,omnes illiꝰ actiones proſperãs. Idcirco poſtea Dauid, nõ iam vt homini, ſed vt angelo parebant. Itaq; Dauid & priuſquam deus ipſi mercedem repẽderet,etiã in hac vita maius accepit pręmium, ac illuſtriorẽ tulit victoriã ſeruato Saüle, q̃ ſi eum mactaſſet. Quod enim tanti precij lucrifeciſſet præmium occiſo hoſte quantũ nunc tulit illi parcẽdo? Hæc igitur & tu tecũ expende,vbi ceperis eum qui te læſit,multò eſſe maius ac lucroſius parcere q̃ perdere. Siquidẽ is qui occidit inimicũ,frequẽter & ipſe ſeſe condẽnabit dũ prauã gerit conſcientiã,dúmq; in ſingulos dies,& ſingulas horas, à peccato illo vrgente affligitur. At qui pepercit,breuíq; tẽpore vicit affectꝰ ſuos,pòſt exultat ac delectatur optima ſpe fultus,ac tolerãtię brabia expectans à deo. Quòd ſi quando in aliquod acerbũ inciderit, multa cũ fiducia pręmiũ à deo repoſcet: quẽadmodũ & hic magna miráq; in hoſtẽ exhibitæ reuerentiæ prędmia deinceps diuinitus recepit. Sed quę ſequũtur videamus. Exiuit Dauid è ſpelũca poſt Saülẽ, clamauitq̃ poſt illum ita dicens: Domine mi rex. Et reſpexit Saül poſt tergum ſuum, & vidit Dauid in facie proſtratum in terram,& adorauit eum. Hęc nõ minus adferunt ornamẽti Dauidi, quàm ſeruatus hoſtis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Neq; enim vulgaris erat animi, non inflari beneficiis in proximum collatis, perinde vt mancipia superciliis adductis despiciendo quos beneficio iuuarint. At non ita beatus Dauid, quin potius, post impensa beneficia, pleniore mensura effudit beneficentiã. Nihil autẽ eorum quæ præclarè gesta fuerant, suæ ipsius industriæ ferebat acceptũ, sed totũ diuino muneri adscribebat. Eoq; qui seruarat, idem adorabat seruatũ, rursumque regem nominat, videlicet ob illius dignitatẽ animi tumorem reprimens, irámq; mitigãs, & inuidiã submouens. Audiamus porrò & excusationem ipsam. Quur audis verba populi dicentiũ tibi, ecce Dauid quærit animam tuam? Et tamen qui hanc conscripsit historiã prius dixit q; totus populus esset cum Dauid, quodq; gratiosus esset in oculis seruorũ regis, & q; principis filius vniuersúsq; exercitus animo staret à Dauide. Quo pacto igitur hic ait fuisse qui deferrent ipsum, ac Saũlẽ in eum prouocarent? quum non aliorũ instinctu, sed ipse ex propria mente malitiã hanc peperisset, vt bellum gereret cũ iusto: idq; declarauit qui volumen conscripsit, quum ait, è laudibus Dauidis natam esse inuidiã, quódq; progrediens creuisset indies. Quã igitur ob causam crimen transtulit in alios, dicens: Quur audis verba populi tui, dicentiũ, ecce Dauid quærit animam tuam? nisi vt illi præbeat occasionẽ excutiendi malitiã. Hoc nimirũ & parentes sæpenumero faciunt erga filios, dum quispiã corripiens filium suum corruptũ, multáq; operatũ mala, quãuis sibi persuasum habeat, illũ ex propria malitia ad perditos mores exorbitasse, frequenter tamen in alios culpã reiicit, ita loquens: Noui non fuisse tuum delictum, sed alij te corruperunt ac seduxerunt. Illorũ est totum hoc peccatũ. Nã hæc audiens filius poterat paulatim à malitia resipiscens facilius ad bonã frugem reuerti, dum pudefit erubescítq; hac laude videri indignus. Idẽ fecit Paulus scribens Galatis. Post multos illos ac prolixos sermones, postq; non cõmemorandas accusationes, quibus illos accusarat, sub epistolæ finẽ volens ab illis amouere culpã, vt aliquantulũ à criminibus recreati ad excusationem venire queant, hunc in modũ loquitur: Ego confido de vobis, q; nihil aliud sentietis. Cæterũ qui vos perturbat, feret iudiciũ quisquis ille fuerit. Itidem fecit & Dauid hîc. cùm enim ait, Quur audis verba populi dicentis, ecce Dauid quærit animã tuam: indicat, alios esse qui prouocarent, alios qui animũ illius inficerent, modis omnibus studẽs illi porrigere excusationis occasionẽ. Mox suã ipsius causam agẽs ait: Et ecce viderunt oculi tui hodie, q; tradiderit te dominus in manus meas in spelunca, quódquæ noluerim occidere te, sed pepercerim tibi, dixerímq;: Nõ iniiciã manum meã in dominum meum, quoniam Christus domini est. Illi quidẽ, inquit, verbis calumniantur, at ego re ipsa me purgo, ipsíq; factis depello crimẽ. Mihi nihil opus est verbis, quũ ipse rerũ exitus quauis oratione clarius possit te docere. Qui porrò illi, & quis ego? & quomodo facta est aduersum me mẽdax delatio, & calumnia? Harum rerum nõ aliũ, sed temetipsum testem inuoco, teipsum inquã, qui meo beneficio seruatus es. Sed quomodo potuit Saul harum rerũ esse testis, qui quum hæc fierẽt dormiebat, ac neq; verba audiuit, neq; Dauidẽ vidit tum præsentẽ, neq; cũ militibus colloquentem? Quomodo igitur vt etiidens esset declaratio, ad testimoniũ citat eos, qui id temporis cũ ipso fuerãt? Nam Saul suspectum habuisset eorum testimonium, eósq; iusto gratificantes ea loqui putasset.

Quòd si ratiocinationibus ac probabilibus argumẽtis tentasset excusare sese: futurũ erat, vt minus ipsi crederetur, quippe iam corrupto iudicis animo. Quomodo enim is qui tot beneficiis affectus nihilo secius bello persequebatur nihil commeritum, suspicari potuisset, q; aliquis iniuria affectus, cum qui fecerat iniuriã nactus in manus, pepercisset? Plerunque enim vulgus hominum ex suo animo de aliis iudicat. Velut qui assiduè inebriatur, haud facilè credere posset esse quẽpiam hominẽ sobriè frugalitérq; viuentem. Qui scortis indulget, etiam pudicè viuentes habet pro incontinẽtibus. Rursus qui res rapit alienas, nõ facilè persuadebitur, esse homines qui sua quoq; profundãt. Similiter & hic semel occupatus ira, haudquaquam facilè credidisset esse hominem vsq; adeò suis affectibus superiorẽ, vt non modò nihil læderet, verùm & eũ qui læserat seruaret. Quoniã igitur & animus iudicis erat corruptus, & testes si producti fuissent, in suspicione erant futuri, consilio prudẽti reperit probationẽ quandam, quę posset & vehementer impudẽtibus obturare os. Quęnam est hæc? Lacinia chlamydis quã induitus dicebat, ecce lacinia chlamydis tuæ in manu mea, quam abstuli, nec occidi te. Mutus quidem testis, sed omnibus vocem habentibus euidentior. Neq; enim si non fuissem, inquit, proximus, ac corpori tuo vicinus stetissem, potuissem chlamydis amputare partẽ. Vides quantum sit ortum boni ex eo quòd initio commotus fuerat Dauid? Nisi enim ad iram cõmotus fuisset, neq; philosophiam hominis cognouissemus, sed plerisque quod accidit, stupor potius fuisset visus q; clementia, neq; chlamydis partem amputasset. Quòd si non amputasset, non poterat aliis argumentis inimico fidẽ facere. Nũc verò quoniam & commotus fuit, & amputauit, suæ prouidentiæ certissimum præbuit argumentum. Quoniam igitur hunc in modum verum & indubitabile testimonium exhibuit, ipsum mox inimicum, & iudicem & testem facit suæ erga regem reuerentiæ, loquens hunc in modum: Cognosce & vide hodie q; non est in manu mea iniquitas, neq; cõtemptus tui, & alligas animam meam vt capias eam. Hinc vel maximè quis admirari debeat illius magnanimitatem, q; non sumit excusationem nisi ab iis quæ eo die acciderant. Nam hoc innuit quũ ait, Cognosce & vide hodie. Nihil enim loquor de anteactis: Mihi ad probationẽ satis est hic dies: tametsi poterat multa magnáque enumerare beneficia, quæ prius in illum contulerat, si voluisset: poterat cõmemorare singulare certamen, quod cũ Barbaro susceperat, ac dicere: Quũ bellum Barbaricum ceu diluuiũ quoddam vniuersam ciuitatem esset dissipaturũ, consternatis vobis ac metu trepidis, quotidiéq; mortẽ expectãtibus, ego accedẽs adeò nemine cõpellẽte, vt tu quoq; prohiberes ac retineres dicens: non poteris ire, quoniã puer es, ille autem vir bellator à iuuentute sua: non me continui, sed vnus pro omnibus insilij, hostem excepi, caput amputaui, ac veluti torrentis impetũ quendam, Barbarorũ illorũ insultus depuli, rempublicam vacillantem constabiliui: ac per me tu quidem regnũ ac vitam, cæteri verò omnes præter vitam, ciuitatẽ ac domos, liberos & vxores obtinẽt. Ac post illud rursus trophęũ, & alia bella quæ fortiter ac fœliciter gesserat cõmemorare, hoc non inferiora. Ad hæc q; quum semel atq; iterũ, imò sæpius tentasset ipsum è medio tollere, lanceáq; in caput illius torsisset: non tamen meminit malorũ, neq; refricuit, quòd post illa gesta, quũ Saũl deberet prioris

prioris pugnæ reddere præmia, poposcit dotem, non aurum, nõ argentum, sed cædem & exitium ipsius. Ac ne id quidem abnuit Dauid. Nec ista tantùm, sed his etiã multò tum plura tum maiora dicere poterat. Verùm nihil horum dixit, neq; ei erat animus illi exprobrare benefacta, sed tantũ persuadere, se esse vnum ex eorum numero, qui ipsum & amarent & reuererẽtur, non qui rebellionẽ aut insidias molirentur. Eóq; prętermissis illis omnibus, tãtùm quod eo acciderat die, in excusatiouem adduxit. Vsq; adeò purus erat, & ab omni inani gloria immunis, nec alio respexit, q̃ ad vnius dei voluntatem. Deinde ait, Iudicet dominus inter me & te. Hoc verbum dixit, non q; cuperet puniri Saulem, aut de illo pœnas sumi, sed vt illi formidinem iniiceret, venturæ condemnationis commemoratione: neq; vt timorem incuteret tantùm, verum vt seipsum à criminis suspicione purgaret. Præcipuã quidẽ, inquit, probationem ex ipsis habeo factis: q; si nõ credis, ipsum deum inuoco testem, qui & cuiusq; mentis arcana nouit, & scrutari potest conscientias. Hæc autem loquutus est, declarans quod nequaquam ausus fuisset appellare iudicem illum cui nõ potest imponi, & in sese condemnationem accersere, nisi certissimũ haberet, quòd ab omni insidiarũ crimine purus esset, quódq; ea quæ dicebat non essent coniecturæ, sed simul & sese purgare cupiens, & illũ ad sobrietatem reuocare, illius iudicij fecit mentionem. Atq; illa quidẽ quę iam gesta fuerãt, suffecissent ad innocentię declarationem: nõ minus autem his & illa quæ postea acciderũt, huius rei fidem facere possunt. Nam quum rursus Saul incidisset in manus ipsius, post datam salutẽ imminens illi, & occidere volens, quúmq; posset hostem cum vniuerso exercitu concidere, dimisit illum integrum & incolumẽ: idq; quum sciret morbum regis immedicabilem esse, neq; illum vnquam hostilem in se animum positurũ, submouit sese ab oculis illius, & apud alienigenas ac Barbaros vitã agebat, seruitutem seruiens, honore priuatus, pudore suffusus, labore ac miseria sibi ipsi parans ad victum necessaria. Atqui non hoc tantùm est quod miremur, sed illud quoque, quòd posteaquam audierat regem in acie cecidisse, & discidit vestimenta sua, & cinere conspersus est, & eo luctu luxit, quo quis lugeret amisso primogenito germanóque filio: subinde nomen illius inclamans, vnà cum filij nomine compósito etiam in defuncti laudẽ encomio: ac voces acerbi doloris testes emittẽs, impastus duravit vsq; ad vesperam, execrans & ipsa loca, quę Saulis sanguinem exceperant. Mõtes, inquit, Gelboë, ne cadat super vos neq; ros neq; pluuia, montes mortis, quoniam illic sublata sunt tabernacula potentium. Quod sæpenumero patres faciunt, vt domum etiam auersentur, & limen dolẽter aspiciant per quod extulere filium: hoc & hic fecit, eos montes deuouẽs, qui cędem illam exceperant. Odi, inquit, ipsum etiam locũ, propter mortuos illic prostratos. Ne igitur irrigemini posthac cœlestibus pluuiis, quia semel irrigati estis amicorum meorũ sanguine. eáq; nomina subinde repetebat ita loquens: Saul & Ionatha, amabiles ac speciosi, qui vt in vita sua non fuerãt disiuncti, ita nec morte sua separati sunt. Quoniam enim præsentia illorum corpora non licuit amplecti, nomina illorũ coniuncta complexus est, suũ dolorẽ hisce modis quatenus licuit leniens, & calamitatis magnitudinem mitigans, præterea quoniam vulgò malum putabatur insanabile, ambos eodẽ cecidisse die, hoc ipsum arripuit in

consolationis argumentum. Nam quod ait, in vita sua non fuerant disiuncti, nec in morte sunt separati, verba sunt nihil aliud agentis, q̃ vt hoc cedat in solatium doloris. Iam enim inquit, non potest dici, q; filius orphanum esse se lugeat, neq; q; pater orbitatem suã deploret: Verum quod nullis, inquit, obtigit, illis cõtigit, videlicet vno eodémq; die è viuis eripi, neutro alteri superstite. Existimabat enim vitam iniucundam fore, si alter ab altero fuisset diuulsus. Commoueminine nunc, lachrymaminine nũc, & animo perturbamini? Equidem vsq; ad lachrymarũ effusionem mutabiles facti sunt oculi vestri. Nũc mihi quisq; recordetur inimici qui læsit, dolore etiamnũ in animo æstuante, atq; hunc & viuum obseruãtia prosequatur, & vita defunctum deploret, haud quidem ad ostẽtationem, sed ex animo, veróq; corde, etiam si quid perferẽdum sit incommodi. Ne quid offendat eũ qui læsit, omnia tum faciat, tũ patiatur, magna à deo expectans præmia. En hic noster Dauid etiam regnũ adeptus est, nec tamen inquinauit cæde manus, sed dextrã habens puram, sic corona redimitus est, sic ad thronum ascẽdit, honesti nominis argumentum gestans, purpura ac diademate magnificentius, videlicet q; hosti pepercisset, q; eundem extinctũ luxisset. Atq; ob hæc, non viuus modò, sed & mortuus hominum memoria celebratur. Quapropter ô homo si cupis & hîc perpetuã consequi gloriam, & illic solidis perfrui bonis, huius iusti virtutem imitare, huius æmulare philosophiam, ostende factis ipsis hanc iniuriarum tolerantiam, vt eosdem cum eo labores sustinens, eadem cum hoc bona consequaris. Quæ vtinam cõtingat nobis omnibus adipisci, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui cum patre vnà cũ sancto spiritu, gloria, imperiũ, honor nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Periculosum esse adire spectacula, quódque ea res adulteros perfectos facit, & hinc socordia, bellúmque nascatur: tum quòd omne tolerãtiæ genus Dauid in his quæ fecit erga Saulem superarit: postremò quòd rapinam æquo animo ferre, non minor virtus sit quàm largiri eleemosynam.

D. Erasmo interprete. Authore damnato.

EQuidem arbitror multos ex his qui heri nos destituerãt, & ad iniquitatis spectacula discesserãt, hodie præsentes esse: optarim autẽ istos qui sint palã nosse, vt eos à sacris vestibulis arceã, non vt perpetuò foris maneant, sed vt correcti denuò redeant. Quandoquidẽ & patres filios delinquẽtes frequenter ex ædibus exigunt & à mẽsa submouent, non vt semper illinc exulẽt, sed vt hac correptione reddita meliores, cum debita laude in paternũ redeant contuberniũ. Idem sanè faciunt & pastores, dum oues scabie oppletas, à sanis segregant, vt misero morbo leuatæ, denuò tutò ad sanas reuertantur, potius q̃ ægrotæ gregẽ vniuersum suo illo morbo impleant. Has ob res cupiebamus & istos nosse, sed quanuis eos oculis dignoscere non valeamus, verbum tamen dei filius eos prorsus agnoscet, correptáq; illorũ conscientia facilè persuadebit vt sua sponte volentésq; redeant, docens q; ille solus sit intus, qui mentem hac exercitatione dignam largiatur: veluti cõtrà, qui corruptè viuẽs huius congregationis particeps est, etiamsi corpore hic astiterit, reiectus est, veriúsq; submotus est, q̃ hi qui sic foras excluſi sunt, vt nondũ liceat illis sacræ mensæ participes esse. Siquidem illi secundum diuinas leges expulsi, foríq; manentes hactenus spei bonę sunt, si modo velint

Universidad de Deusto
Biblioteca

do velint corrigere delicta sua. Per ecclesiam electi sunt, possunt denuo cum pura conscientia reuerti. At qui seipsos contaminãt, & admoniti ne prius introëãt, donec maculam è sceleribus cõtractam repurgarint, dein pudet agere pœnitentiam, hulcus animi reddunt acerbius ac maius. Neq; enim tam graue est delinquere, q̃ post delictũ de remedio erubescere, nec parêre sacerdotibus talia iubentibus. Et quid hîc, inquiunt, adeò magni sceleris commissum est, vt ab istis sacris cancellis arcẽdi sint? Imò quod delictum his grauius quæris? quum seipsos planè adulterio contaminarint, impudenter ac rabientium more canũ, ad sacrã hanc mensam irruunt? Quòd si auetis adulterij modum cognoscere, non mea verba vobis referam, sed illius qui
Matt. 5. d de tota hominis vita iudicaturus est: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendam illã, iam mœchatus est eam in corde suo. Quòd si mulier spõtè ac fortè in foro obuia, & neglectius culta sæpenumero curiosius intuentem cepit ipso vultus aspectu: isti qui nõ simpliciter neq; fortuito, sed studio & tanto studio, vt ecclesiam quoq; cõtemnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem in facies fœminarũ illarum nobiliũ defixos habent oculos, qua fronte poterint dicere, ꝙ eas non viderint ad concupiscendum? vbi verba quoq; accedunt fracta lasciuáq;, vbi cãtiones meretriciæ, vbi voces vehementer ad voluptatem incitantes, vbi stibio picti oculi, vbi coloribus tinctæ genæ, vbi totius corporis habitus fucorum impostura plenus est, aliáq; insuper multa lenocinia ad fallendos inescandósq; intuentes instructa: vbi socordia spectãtium multáq; confusio, & hinc nascens ad lasciuiã exhortatio, tum ab iis qui spectaculis interfuerunt, tum ab illis qui quę viderunt in spectaculis, pòst aliis enarrant. Accedunt huc irritamẽta per fistulas ac tibias, aliáq; huius generis modulatio, in fraudẽ illiciens, mẽtísq; robur emolliens, ac meretricum insidiis delectatione præparans illic desidentium animos, efficienscq; vt facilius capiãtur. Etenim si hîc vbi psalmi, vbi diuinorum verborum enarratio, vbi dei metus multáque reuerentia, frequenter ceu latro quispiam versutus clã obrepit cõcupiscentia, quomodo qui desidẽt in theatro, qui nihil sani neq; audiunt, neq; vident, qui vndiq; obsidionẽ patiuntur per aures, per oculos, possint illã superare concupiscentiã? Rursum si nõ possunt, quomodo poterint vnquam ab adulterij crimine absolui? Tum qui nõ liberi sunt ab adulterij crimine, quomodo poterunt absq; pœnitentia ad hæc sacra vestibula accedere, huiusq; præclari conuentus esse participes? Quapropter equidem hortor rogóq; vt prius confessione ac pœnitentia, aliisque remediis omnibus sese à peccato ex theatricis spectaculis cõtracto, perpurgẽt, atq; ita diuinos audiant sermones. Neq; enim hîc mediocriter à nobis delinquitur, id quod vel ab exẽplis cuiuis perspicuè videre licet. Nam si famulus in arculam vbi herilia vestimenta preciosa aureáq; recondita sunt, seruilem tunicam sordibus ac multis pediculis refertam imponat: agè dic mihi, num eam contumeliam æquo animo ferres? Quid autem si quis in vasculum aureum, in quo semper vnguenta seruari consueuerint, stercus ac cœnum infundat: an non & plagas infligeres qui scelus hoc commisisset? Et post hęc scriniorum ac vasorum, vestium, & vnguentorum tanta cura solicitabimur, animam verò nostram, omnibus istis viliorem esse putabimus? atq; vbi spiritus insusum est vnguentum, eò diabolicas pompas immittemus? eò fabulas Satanæ, eò cantilenas meretriciæ turpitudinis plenas? Agedum dic mihi, quo animo ista feret deus? Atqui non tantum est discrimen inter vnguentum & cœnum, inter vestes heriles & seruiles, quantũ est inter spiritus gratiam, & istam peruersam actionẽ: Non metuis, non expauescis, dum oculis quibus illic lectum qui est in orchestra spectas, vbi detestandæ adulterij fabulæ peraguntur, iisdem hanc sacram mensam intueris, vbi tremenda peraguntur mysteria? dum iisdẽ auribus audis & scortũ obscœnè loquens, & prophetam apostolúmq; ad arcana scripturæ introducẽtem? dũ eodem corde & lętalia sumis venena, & hanc hostiam sanctam ac tremẽdam? An non hæc sunt vitę subuersio, coniugiorum corruptelæ, bella pugnæq; & rixę in domibus? Quum enim spectaculis illis dissolutior ac mollior lasciuiórq; omnisq; pudicitię hostis factus, domũ redieris, vxoris aspectus minus erit iucundus, qualiscunq; etiam illa fuerit. Siquidẽ inflammatus illa concupiscentia quam in spectaculis hausisti, & ab illa noua spectatione, quę te dementauit captus, sobriam ac modestã vxorem, victúq; plebeio cõtentam despicis, cõtumelia afficis, innumeriscq; probris operis, nõ ꝙ quicquam habeas quod in illa culpes, sed ꝙ erubescas cõfiteri morbũ, ꝙ pudet vulnus ostendere quo in spectaculis sauciatus redisti domum: alias nectis cauſationes, iniquas inimicitiæ quærens occasiones, omnia quæ domi gerenda sunt fastidiens, & ad sceleſtam illam & impuram inhians concupiscentiã, à qua vulnus accepisti: dúmque sonitum vocis geris in auribus tinnientem, cúmq; his, vultus, motus, breuiter omnia illa meretriciæ libidinis simulachra, nihil eorum quæ domi sunt cum voluptate intueris. Et quid loquor de vxore aut familia, quando ipsam etiam ecclesiã postea minus libẽter visurus es, cum tædio audies sermonem de pudicitia déq; modestia? Neque enim iam eæ quę dicũtur tibi pro doctrina sunt, sed pro accusatione, téq; paulatim in desperationem adducent: tãdem & abrumpes teipsum à disciplina ad publicam omnẽ vtilitatẽ adhibita. Quapropter rogo vos omnes, vt & ipsi prauas in spectaculis cõmemorationes vitetis, & alios ab his deductos retrahatis. Quicquid enim illic geritur, non est oblectatio, sed pernicies, sed pœna, sed supplicii. Quid prodest illa temporaria voluptas? dũ hinc perpetuus nascitur dolor, dúmq; nocte pariter ac die à concupiscentia stimulatus omnibus molestus es & inuisus. Excute igitur teipsum, reputãs qualis fias ab ecclesia rediẽs, rursus qualis à spectaculis, atq; hos dies cum illis cõferas: id si feceris, nihil opus erit meo sermone. Satis enim fuerit, hunc diẽ cum illo comparasse, ad ostendẽdum & quàm magna sit hinc vtilitas, & quanta sit illinc noxa. Hęc nunc ad vestram charitatẽ dicenda putaui, nec vnquã dicere cessabo. Sic etenim & eos qui huic morbo obnoxij sunt, admonebimus: & qui sani sunt, confirmabimus. vtrisq; enim fuerit vtilis hæc oratio, alteris quidem vt desistant, alteris verò ne incidant. Cæterum quoniam oportet & increpationẽ esse moderatam, hic admonitioni finem imponemus, quæ de superiore restant argumento persoluemus, redeuntes ad Dauidem. Siquidem hic pictoribus mos est quoties imaginem aliquam ad viuũ expressam absoluere cupiunt, non vnum tantùm diem ac duos, sed & complures dies assidẽt iis quos effingunt, vt assidua contemplatione citra errorem exactéq; formarũ exprimant similitudinem. Itaque & nos non corporalis formæ imaginem, sed animi pulchritudinem, ac spiritualem

tualem decorem cupimus vobis hodie proponere, ipsum videlicet Dauidẽ, vt omnes in eum intuentes, in suum quisq; animum imitatum referamus pulcherrimum, huius iusti imaginem, mãsuetudinis, tranquillitatis, in summa virtutum omnium. Etenim si corporis imagines, nonnullum intuentibus solatium adferunt, multò magis idem facient mentis imagines. Atque illas quidem nõ licet vbiuis intueri, sed eodem in loco cõsistas oportet: hãc verò nihil vetat quò minus quocunque velis tecum circunferas. Nam posteaquã eam in animi penetralibus reposuisti, vbicunque locorum fueris, poteris cõtemplari, plurimúmq; ex ea vtilitatis capere. Et quẽadmodũ qui laborãt ab oculis, si spongias ac vestiũ cyaneo colore pannos tenẽtes frequenter in ea intueantur, ex eo colore nonnullum capiunt morbi leuamẽ: similiter & tu, si Dauidis imaginẽ præ oculis habeas, & in hanc assiduè defigas oculos, etiã si millies obtundet ira, mentis oculũ perturbans, ad hoc virtutis exemplar respiciens, perfectam cõsequeris sanitatem, purámq; animi philosophiam ac trãquillitatem. Ne quis igitur mihi dicat, inimicum habeo scelestum, improbũ, corruptum, incorrigibilem. Quicquid dixeris, non est tamen Saüle deterior, qui semel & iterum, imò sæpius seruatus à Dauide, quum ipse mille modis illi struxisset insidias, tamen pro tot beneficiis acceptis, perseuerauit in sua malitia. Quid tu igitur habes quod incuses inimicum? Quòd terrę partem ademit, ꝙ in agris fecit iniuriam, ꝙ domus limites transgressus est, ꝙ mancipia tua rapuit, ꝙ vim attulit, ꝙ tua præterius occupauit, ꝙ ad paupertatem redegit? At nondum eripuit vitam, quod molitus est Saül: ꝙ si & vitã eripere conatus est, fortasse semel id ausus est, non semel atq; iterum, non sæpius, quemadmodum fecit Saül. Quod si etiam semel, si bis, si ter, si sępius hoc tẽtauit, at non tot affectus abs te beneficiis, at nõ quum semel atq; iterũ incidisset in manus tuas, seruatus est. Et si hoc quoq; factum est, sic etiam rursus superat ipse Dauid. Neq; enim paria sunt, sub vetere lege degẽtem & nunc post illustratam euangelij gratiã talia cõdonare gratis. Non audierat Dauid parabolam de de-
Matt. 18. c. d. Ibid. 6. b cem milibus talentorum, neq; de centũ denariis. Non audierat precationem dicentem, Remittite hominibus debita ipsorum, quemadmodũ & pater vester cœlestis. non viderat Christum crucifixum, non viderat effundi preciosum illum sanguinem, nec audierat innumerabiles domini sermones de refrænandis animi cupiditatibus. Non cõtigit illi gustare talem hostiam, neq; particeps fuerat sanguinis dominici, sed legibus imperfectioribus educatus, neq; tale quicquã exigentibus, tamen ad euangelicæ philosophiæ fastigiũ peruenit animi moderatione. At tu frequenter præteritarum iniuriarum memoria offenderis: hic verò quum & de futuris metueret, certò sciens fore vt si hostẽ seruaret, & ciuitate exularet, & vitam egenam calamitosamq; ageret, non destitit tamen illius habere curam, sed omnia fecit, hunc talem hostem fouens. Quis commemorare valeat tolerantiam hac maiorem? Porrò vt non tantum ex præteritis, verũ ex his quoq; quæ nunc fiunt discas fieri posse, vt cum quouis homine animũ in te hostilem gerente redeas in gratiam, quid leone sæuius? Et tamen hunc cicurem mansuetúmq; reddũt homines, arte naturam superantes: fitq; quauis oue mitius animal bestiis omnibus immitius regaliusq;, adeò vt per forum ambulet neminem expauescens. Quam igitur habituri sumus excusationem, quam impetrabi-

mus veniam, si quum feras bestias cicuremus, negauerimus homines vnquam posse placari, beneuolósque erga nos reddi? Atqui bestiæ quidem præter naturam est esse mansuetum, homini verò præter naturam est feritas. Ergo quum in illis naturam vincamus, qua frõte nos excusabim', si in homine causemur, animi propositum non posse corrigi? Quòd si adhuc contendis, illud dixerim, quanuis insanabili morbo ægrotet homo, quò plus fuerit laboris, hoc tibi merces erit amplior, si assideas, curãs immedicabili morbo laboranti. Vnum igitur illud spectemus, non ne quid mali patiamur ab inimicis, sed qua ratione fieri possit, ne quid illis mali faciamus. Ita nihil patiemur mali etiãsi innumera perferamus mala: quemadmodum nec Dauid, dum eiicitur, dum in exilium agitur, dum vsq; ad vitæ discrimẽ insidiis appetitur, quicquam acerbi passus est: quin potius tũ hoste suo factus est illustrior honorabiliórq;, tum cæteris omnibus amabilior, idq; nõ hominibus tantùm, sed ipsi etiam deo. Quid enim detrimẽti cepit sanctus ille, quum tam multa perpeteretur à Saüle? An non in hodiernum vsq; diem canitur illustris in terra, illustris in cœlo? An non illum inenarrabilia manent bona? nónne cœlorum regnum? Rursus quid cõmodi cepit infœlix ille ac miser, tot insidias molitus Dauid? nõne regno excussus est? Nónne 1. Reg. vlt. b miseranda morte periit vnà cum filiò? Nónne ab omnibus vituperatur? & quod his grauius est, æterna luit supplicia. Postremò quid tandẽ est quod incusas, quãobrem non vis cum illo redire in gratiam? pecunias eripuit? sed si fortiter perferas rapinam, tantundẽ accipies mercedis ac si eas in manus pauperũ reposuisses. Siquidem & qui dedit egenis, & qui aliena vsurpanti, neque parat illi insidias, neque malè precatur, ambo propter deum id faciũt: proinde quum impendij causa sit eadem, perspicuum est & vnam eandémq; fore coronam. Sed vitæ insidiatus est, & conatus est occidere. Ea res tibi pro martyrio imputabitur, si insidias molientem, & ad tantam prouectum maleuolentiam, inter bene meritos numeraris, non desinẽs orare pro illo, deum obsecrando vt illi fiat propitius. Ne igitur illud reputemus, ꝙ deus vetuit ne Dauid occideret Saülem: sed illud considera, ꝙ ex insidiis Saülis tripla quadrupláque martyrij corona redimitus est. Etenim qui seruauit hostem, eum qui semel atque iterum imò frequenter lanceam in caput illius vibrarat: quum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit, idq; cum sciret post eam præstitam clementiam fore, vt denuò ab illo impeteretur: perspicuum est, ꝙ milies coronam meruit animi propositio, milies autem interfectus propter deum, plurimas tulerit martyrij coronas: qui quemadmodum & Paulus ait, Quotidie mor- 1. Co. 15. d tuus est propter deum. Quum enim posset hostem sibi insidiantem è medio tollere, propter deum noluit, maluit quotidie periclitari, quàm iusta cęde à tot mortibus liberari. Quòd si vsque ad ipsius vitæ periculum insidiantem vlcisci atque odisse fas non est, multo minus licet eum qui vulgariter læsit vindicare. Plerisque ab inimicis affici cõuiciis, aut in suspicionem adduci, videtur omnibus mortibus intolerabilius. Agè igitur & istud expendamus. Aliquis tibi maledixit, adulterum ac scortatorem appellauit. hoc si verè dicit, corrige: sin falsò, itride. Si tibi ipse conscius es eorum quæ obiiciuntur, resipisce: si non es, despue. Imò potius nõ solum deride ac neglige, verumetiam gaude atque exulta iuxta domini sermonem qui nos iubet ita facere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.6.d Quum,inquit,exprobrauerint vobis, & dixerint omne malum verbum aduersum vos,mentientes, gaudete & exultate,quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. Ac rursum, Gaudete & exultate,quũ eiecerint vos, Ibidem. nomen malum mentientes. Cæterum vbi cõuiciator quidẽ vera dixerit,tu verò modestè pertuleris ea verba,non regerens contumeliam, neq; conuicia conuiciis retalians, sed amarè ingemueris damnans tua delicta,haud minorem feres mercedem,q̃ ille prior,idq; vobis è scripturis approbare conabor,vti pernoscatis, q̃ quantum vtilitatis non adferunt amici dum laudãt & ad gratiam loquuntur,tantum vtilitatis adferũt inimici vituperando,etiam si vera dixerint, tãtum vt nos reprehensionibus illorum ad id ad quod oportet vti Ex Plutarcho. velimus.Nam amici frequẽter ad gratiam adulantur, contrà hostes delicta proferũt in medium. Quoniam cum nos nostra peccata non videmus ob amorem nostri nobis insitum,illi quia propter odium ea melius q̃ nos perspiciunt,opprobrãdo nos ad correctionis necessitatem impellunt: vt illorum maleuolentia nobis cedat ad maximam vtilitatem,nõ ob id tantum q̃ per illos admoniti intelligimus errata nostra, sed q̃ ea deponimus quoq;. Itaque si inimicus opprobrauerit tibi crimen,cuius tibi conscius es, tu verò audiens,nõ conuiciaris illi vicissim, sed cum amaro gemitu deum imploras,protinus omnem culpã deposuisti. Rogo quid hoc esse poterit fœlicius? quid ad criminum abolitionẽ facilius?Sed ne videamur vos verbis humanis excitare,è diuinis scripturis super hac re proferemus testimonium,ne quid præterea dubites. Erat pharisæus quidam & publicanus : quorum hic quidem ad summam progressus erat malitiam,alter ad summam peruenerat iustitiam, vt qui facultates suas dissiparet in pauperes,assiduéq; ieiunaret, purus à rapinis. Contrà alter in rapinis ac violentiis vitæ tempus omne consumpserat. Luc.18.c Ambo ascenderunt in templum orãdi gratia. Mox ille stans dicebat, gratias ago tibi domine, quoniam non sum sicut cæteri homines,rapaces,auari,neque velut hic publicanus. At publicanus procul stans non regessit contumeliam, neque vicissim dixit conuicium.Nõ protulit ista vulgaria verba: Túne audes meæ vitæ mentionem facere? túne audes mea facta reprehendere? An non sum te melior? Referã tua peccata, faxóq; ne vnquam in hæc sacra conscendas atria : nihil inquam, istiusmodi frigidorum verborum loquutus est Publicanus,quibus vtimur quotidie nos, conuiciis ac maledictis aspergentes : sed amarè suspirans pectúsq; percutiens,hoc tãtummodo dixit, propitius esto mihi peccatori, & descendit iustificatus.videsne celeritatem? Accepit probrum,& abluit probrũ. Agnouit peccata,& deposuit peccata, & criminũ accusatio,facta est illi criminũ remissio,& hostis insciens factus est beneficus. Quot labores erant Publicano subeundi,iciunando,humi dormiendo,vigilando,bona sua egenis impartiendo,longo tempore in sacco & cinere sedendo,vt illa tam multa peccata posset deponere? At nunc quum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem deposuit iniquitatem, ac probra conuiciáq; pharisæi qui videbatur illum contumelia afficere, pepererunt iustitię coronam,idq; sine sudoribus,sine laboribus & absq; longi temporis mora. Vidés ne,quòd etiam si quis vera de nobis prædicet, quorum nos ipsi nobis conscij sumus, nos verò ista prædicantem non vicissim impetierimus maledictis, sed amarè ingemiscẽtes,deum pro delictis nostris implorauerimus,omnia peccata deponere possumus? Hoc pacto & hic iustificatus est,quoniam Pharisæum non repetiit conuiciis,sed pro suis peccatis ingemuit,descendit iustificatus præ illo. Vides quantum adferat vtilitatis inimicorum exprobratio,si modo eam philosophico pertulerimus animo. Quòd si pariter & mentientes & vera loquentes nobis prosunt, quamobrem dolemus? quã ob causam vrimur?Ni teipsum læseris ô homo,neque amicus,neq; inimicus, ne ipse quidem diabolus poterit te lædere.Etenim quũ & ij qui nos contumeliis afficiunt,qui traducunt, qui vsque ad ipsius vitæ discrimen insidiantur,vtilitatem adferunt, dum alij martyrij coronã nobis plectunt,quemadmodũ ostendimus: & alij rursus dum peccata nobis exprobrãt,ea subducunt,nósq; ex iniustis reddũt iustos, quemadmodum accidit in publicano:quur in illos efferimur & incandescimus?Ne dixerimus itaq;, ille me atrociter irritauit, ille me lacessendo perpulit vt dicerem inhonesta verba:nos vbiq; taliũ causa sumus. Nã si velimus philosophari,ne dæmon quidẽ poterit nos ad iram cõcitare,idq; liquet quũ ex aliis compluribus, tum ex hac ipsa quæ nunc in manibus est historia de Dauide, quã operæprecium fuit & hodie in medium adferre,quãquam heri super ea charitatem vestrã admonuerimus, quum absolueremus concionẽ. Vbi igitur eã absoluimus?in excusatione Dauid. Proinde necesse est,vt hodie vobis Saũlis verba referamus,quò videamus quid hic ad iustissimã illius excusationẽ responderit. Neq; enim videlicet è verbis tantũ quę Dauid loquutus est, verumetiam è Saũlis oratione, Dauidis virtutem perspiciemus : eo q̃ si Saũl aliquid placidè mansuetéque respõderit, huius causam Dauidi imputamus qui immutarit hominem, quiq; erudierit & ad sobrietatẽ cõ- C posuerit illius animum. Quid igitur ait Saũl?postea- 1.Reg.24 quam audierat Dauid loquentem, Ecce lacinia chla- a.b. mydis tuæ in manu mea,aliáq; cuncta quæ in excusa- Ibid.d. tionem attulit: Vox,inquit,ista tua fili Dauid. Quanta subitò facta est mutatio?qui nunquam sustinuerat illũ vel simplici vocare nomine,ipsam etiã appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellãs eum filium.Quid igitur Dauide fœlicius,qui ex homicida fecit patrem,è lupo ouem,qui fornacem iracundię multo impleuit rore,quiq; tempestatẽ vertit in tranquillitatem, quíq; tumorem omnẽ ira exæstuãtis animi restinxit?Verba quippe Dauidis ingressa in animum istius efferati,totam hanc perfecerunt immutationẽ,qđ è Saũlis verbis deprehendas licet. Neque enim dixit, sermones tui isti fili Dauid: sed, vox D tua ista fili Dauid:adeò mox ad ipsam vocem incaluit. Et quemadmodũ pater ex longo interuallo audita filij reuertẽtis voce,non ad conspectũ modo illius, verumetiã ad ipsam vocem excitatur:sic & Saũl simul vt accepit verba Dauidis in animũ ingressa, abiecit inimicitiam,iamq; sanctũ agnouit,positóq; affectu,recepit affectũ. Siquidem posita ira,recepit tranquillitatẽ & condolescentiam. Et quemadmodũ quamdiu nox adest,sæpe ne pręsentẽ quidem amicũ agnoscimus,at mox vt exortus est dies, etiam eminus conspectum agnoscimus:itidẽ & in iracundia solet vsu venire. Donec inter nos maleuolum gerimus animũ, & vox audita nobis aliter sonat,& ipsam faciem corrupta mente aspicimus. Cæterum vbi posuerimus iram, & vox quæ prius erat inuisa atq; hostilis,placida nobis ac iucũdissima videtur,& aspect° ipse prius inimicus & iucũdus,tunc fit amabilis & iucũdus. Idem accidit in tempestate

tempestate. Non patitur nubium cõcursus nobis cõ- A spicuam esse cœli pulchritudinem,sed quanuis milies habeam° oculos perspicaces & acres, nequaquã pertingere possumus ad illam supernam iucunditatẽ.Cęterùm vbi iam radiorum calor, perruptis ac discussis nubibus Solem ostendit, rursus & cœli decorẽ ostendit.Idem accidit in nobis ira feruentibus,dum simultas velut densa nubes,ante oculos & aures stat,facitvt voces aspectúsq; videantur aliter quàm sunt. Verùm simul atque aliquis animi robore posuerit odium,nubémque diruperit ægrimoniæ,tunc demum incorrupta mẽte & videbit & audiet omnia : qđ & huic euenit Sauli,qui simul atque nubem maleuolentiæ disrupit,agnoscens vocẽ Dauidis ait : Vox tua ista fili Dauid. Quænã ista? quæ Goliath deiecit,quæ ciuitatem periculis eripuit, quæ cunctos in seruitutis ac mortis periculo cõstitutos,in libertatẽ restituit, & in tuto cõstituit,quæ Saulis furorem sedauerat, quæ multa ma- B gnáque beneficia in eum cõtulerat. Siquidẽ hæc barbarũ illũ & alienigenã prostrauit, eo q̃ priusquã mitteret lapidem,eum precationis robore fuerat aggressus.Neque eñ vulgari more proiecit lapidẽ,sed prius 1.Re.16.f dixerat,Tu venis ad me in diis tuis, ego autem venio ad te in nomine domini Sabaoth,cui exprobrasti hodie. Atque hæc loquutus,emisit lapidẽ,atque hęc vox lapidem veluti manu direxit in Goliath. hæc pauorẽ incussit barbaro, hæc hostis confidentiam fregit. Et quid miraris,si vox iusti, & furorem mitigat,& hostes deiicit,quum impios quoque spiritus expellat?loquebãtur tãtùm apostoli, & fugiebãt aduersariæ potestates. Vox sanctorum frequenter & elementa stare fecit, Iosue.10.c & potestates illorũ illorũ immutauit. Loquutus est tã- Exo. 14.c tùm Iesus Naue,& cõstitit sol & luna. Sic&Moses ma- Danie.3.c re ingressus est,& cessit : sic tres illi pueri ignis vim ex- C tinxerunt,hymnis illis suis ac voce.Itidem & Saul ad eandem vocẽ incaluit,dicens: Vox tua ista fili Dauid. Quid igitur Dauid? Seruus tuus dñe, mi rex. Posthac certamen oritur & contentio vter alterũ maiore prosequatur honore. Saul quidẽ ad cognationẽ adsciuit, filium appellans:Dauid autem dominũ eum appellat. Quod autẽ dicit tale est:vnũ,inquit,vnum illud quæro,salutem tuam ac virtutis profectum. filium me appellasti,mihi verò satis est, si me pro famulo habeas, tantùm vt iram ponas,tãtùm vt ne quid de me suspicere mali,neu me ducas hostem aut insidiatorem.Im- Rom.12.c pleuit illam legem apostolicam, quæ iubet,vt nos ipsos vincẽtes honore inuicẽ prævenian°, nõ iuxta plurimorũ morem qui peius affecti sunt q̃ ipsę pecudes, qui proximũ ne affari quidem priores sustinẽt, existimantes sese contumelia affici, & à dignitate deiici, si D quem vel affatu simplici impertiant. Quid ista demẽtia possit esse magis deridiculum?quid hac arrogantia fastúq; fœdius? Tunc eñ tunc inquã à dignitate deiectus es ô homo,tunc iniuria affectus es,tunc cõtumelia affectus es, quoties expectas vt proximus te prior alloquatur.Quid eñ arrogantia deterius?quid fastu & inani gloria magis deridiculum? Nã si prior alloquaris,& deus ipse collaudabit, quod est omnium maximum,& homines insuper comprobabunt, túq; illius appellationis mercedẽ totam accipies.Quòd si expectaris,vt prior honoratus,tum deniq; proximũ honores,nihil iam magni feceris. Nã is vnde honoris cœpit initium,idem relati abs te honoris totam mercedẽ accepturus est. Proinde ne expectemus,vt alij priores nobis honorem deferant, sed accurramus ad exhibẽdum proximo honorem,semperq; à nobis oriatur salutationis initiũ:neq; putemus hoc officiũ esse contẽnendum vt vulgare,si libenter & amanter salutemus. Nam hoc prætermissum multas amicitias disrupit, multas peperit simultates: quemadmodum è diuerso idem studiosè exhibitum,& veteres inimicitias dissoluit,& amicitias priores confirmauit. Noli igitur charissime his in rebus studiũ negligere, sed si fieri potest obuios qualescunq; fuerint, tum in salutando, tum in cæteris oĩb° priores deliniamus. Quòd si quis te prę- Phili. 2.b uenerit, repẽde honorẽ cum fœnore. Nã & hoc admonuit Paulus,ita loquẽs : Inuicem alius alio se non existimet præstatiorẽ.Ita fecit Dauid,qui & prior honorẽ detulit,&honoratus maiorẽ honorẽ reposuit dicens,Seruus tuus dñe mi rex. Vide verò quantũ fece- 1.Reg.24 rit lucri Dauid hæc loquutus. non iam sustinuit Saul a.b hanc vocem audire sine lachrymis,sed plorauit amarè,animi sanitatẽ ac philosophiam, quam Dauid inseuerat, lachrymis declarans. Quid esse possit hoc propheta beatius,qui breui tęporis momento sic hostem è furore ad sobrietatẽ cõposuit? & animum nactus sanguinis ac cædis sitientẽ, repentè ad lamẽta & eiulatus compulit?Nõ perinde miror Mosem, q̃ è sa- Exo.17.b xo prærupto fontes elicuit aquarũ, vt admiror Dauidem, q̃ ex oculis lapideis fontes eduxerit lachrymarum.Siquidẽ ille quidem vicit naturã,at hic vicit animi decretum:ille virga percussit lapidem, hic sermone pepulit cor,non vt contristaret, sed vt purum mãsuetúmq; redderet. Quod etiam perfecit maiore beneficio regem afficiens q̃ antea fecerat.Est quidem & illud laude summáq; admiratione dignum, q̃ ensem nõ tinxerit sanguine, nec caput illud hostile resecuerit:sed longè maiore corona dignũ erat, quòd ipsum inimici proposituũ immutauit, eúmque reddidit meliorem, idq; priusquã ipse suam immutaret humanitatem. Hoc beneficium illo præstantius est. Neq; eñ paria sunt condonare culpam, & ad animi sobrietatẽ adducere.Non sunt paria, liberare à morte,& liberare ab ira cædem iniustam spirante:eximere à cæde,& eximere à furore ad tantũ properãte nephas. Dũ eñ satellites suos Dauid cohibet neSaulẽ occiderẽt,præsenti quidẽ vitæ profuit:cæterùm quum mitibus verbis malitiam ex animo depellit, futurã illi vitam ęternáq; largitus est bona:quod quidẽ erat in ipso. Quoties igitur Dauidẽ laudas ob ipsius mãsuetudinẽ, magis illum lauda, q̃ Saulem immutarit. Siquidem multò minus est propriis temperare cupiditatibus, quàm alienum vincere furorem, quàm cor ira intumescens compescere, eó; tanta tempestate tantam facere trãquillitatem,quàm oculos homicidium prę se ferentes calidis implere lachrymis. Atque hoc est stuporis ac miraculi plenum.Etenim si Saul fuisset homo moderatus & æquus,non admodũ magni erat negocij, ad solitam reuocare virtutem. At efferatum & ad extremam proiectũ malitiã,iámq; ad cædem properantẽ breui temporis momento sic afficere, vt omnem illã amaritudinem euomat ex animo, quem non obscuret omniũ qui vnquam super philosophiæ doctrina clarũ promeruêre nomen? Et tu igitur si quando hostis inciderit in manus tuas,ne illud specta, quomodo illum vlciscaris,innumerísque conuiciis conspersum emittas,sed quomodo sanes, quomodo ad sobrietatem reducas:neque prius desistas omnia tum facere tum pati,donec tua mãsuetudine superaris illius truculentiam. Nihil enim humanitate potentius, quod

ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum quidam declarauit,dicens: Sermo mollis con- A
Prou.25.b fringit ossa. Atqui quid osse durius? Et tamen si quis
Ibid.15.a æquè durus sit & rigidus ac præfractus, nihilominus facilè vicerit, qui illum mansuetè tractet. Ac rursus: Respõsio submissa auertit iras. Vnde liquet,vt hostis irritetur, aut recõcilietur, magis in tua potestate esse quàm illius. Non em̃ in iis qui ira cõmoti sunt,sed in nobis situ est,vt vel extinguatur illorũ ira, vel ad maius irritetur incẽdiũ. Et hoc item qui priora dixit simplici declarauit exẽplo: quemadmodũ enim, inquit, si infles in scintillam ignis,excitas incendium: contrà si inspuas,extinguis,& vtrumq; tibi in manu est, quoniã vtrũque, inquit, ex ore tuo proficiscitur: Idem fit & in inimicitia proximi, si inflatos ac vecordes ingeras sermones,excitas ignem illius,accendis carbones: Sin mites ac moderatos admoueas sermones, priusquam exardescat,iram omnem extinxeris. Ne dixeris igitur,hæc aut hæc audiui, quũ hæc omnia sint in tua potestate. Hoc enim pacto iram veluti scintillam, vel extinguere vel accendere,furorémq; vel excitare,vel contrà sedare in te situm est: quum videris inimicum, si in mentẽ veniat, q̃ multa tum audieris,tum perpessus sis molesta,fac omnium horũ obliuiscaris. Etiamsi recorderis,tamẽ fac ea calumniatori imputes: collige verò si quid vnquam humaniter vel dixit vel fecit. Si in horum recordatione commoratus fueris,ocyus dissolues inimicitiam. Quòd si est animus illum incusare,cúmq; inimico expostulare: fac prius abiicias animi motum, irámq; extinguas, ac tum cum illo expostula, tũ argue, & facilè poteris vincere. Siquidem ira commoti nihil sani poterimus vnquã vel dicere, vel audire. Sed à ptũrbatione liberi, nec ipsi verbũ asperius vnquam emittemus, nec aliis acerbè loquentib⁹, C
eodẽ modo audiemus. Neq; enim ipsa perinde natura eorum quæ dicuntur,atq; animus odio occupatus, nos exasperare solet. Frequenter em̃ fit vt quum eadẽ conuicia audimus ab amicis iocantibus facetiísve ludentibus,aut à pueris paruulis,nõ solum nullã sentiamus molestiam, neque incrudescamus,sed rideamus etiam atque exhilaremur, eo q; illa non audimus animo affectu corrupto, neque mente ira præoccupata: Itidem in inimicis,si extinxeris iram,si odiũ ieceris, nihil eorum quæ dicuntur te poterit offendere. Quid autem loquar de verbis? Ne facta quidẽ offenderint, quemadmodũ nec beatũ hunc quicquam horũ offendit: sed quum videret inimicum aduersus ipsius incolumitatem belligerantem, huiusq; gratia nihil intentatum relinquentẽ,nõ solum non est exasperatus, verùm magis illius indoluit malis. quò vehementius in- D
fidiabatur ille, hoc impensius eum defleuit. Nouerat em̃,nouerat inquam certò, non eũ qui patitur iniuriã, sed qui facit,lachrymis ac lamentis esse dignũ, vt qui lædat seipsum. Eóq; prolixa apud illum excusatione est vsus,nec prius destitit quàm & hostem commoueret ad excusationem cum lachrymis ac lamẽtis. Posteaquam enim plorauit, vocémque amaram emisit,
1. Reg. 24 d. posteaquam clarè eiulauit, quid dicat audi: Iustior tu es, quoniã tu mihi retribuisti bona, ego verò reddidi tibi mala. Vides vt suam ipsius damnat malitiã, ac iusti virtutem prædicat, nulloq; cogente sese purgat. Idẽ tu facito, quũ hostis inciderit in manus tuas, noli accusare illũ,sed teipsum purga, vt illũ perpellas ad sui ipsius condemnationẽ. Nam si nos accusemus, exasperatur. Sin nos excusauerimus,ille reuertitur nostram humanitatẽ,mox seipsum condemnabit. Hoc pacto simul & redargutio fit carens suspicione,& ille omnem exuit malitiã. Quod & hìc euenit: quum tacet is qui affectus erat iniuria, is qui fecerat,multa cũ vehementia seipsum accusat. Neque em̃ simpliciter dixit, fecisti mihi bona: sed, retribuisti mihi bona. Hoc est pro insidiis,pro cẽde,pro malis illis innumerabilib⁹ magna mihi repẽdisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior,sed post illa tua benefacta perseueraui in malitia: tu verò ne sic quidẽ es immutatus, sed constanter tuũ obtinuisti morem, nos iterũ atque iterum tibi insidiantes beneficiis prosequẽs. In hisce singulis verbis,quot coronis dign⁹ apparuit Dauid? Quanquam enim os Saulis ista sonabat,sapientia tamen & ars Dauidis ea in animũ illius inseuerat. Renunciasti,inquit,mihi hodie, quæ mihi feceris bona, quũ me dominus hodie cõcluserit in manus tuas,nec occideris me. Eñ rursus de aliena virtute perhibuit te- B
stimonium,videlicet, q̃ benemeritus nõ tacuerit, neque dissimularit,sed accedens narrarit: non quidẽ ad ostẽtationem,sed ipsis factis illum docere cupiens, se de numero eorum esse, qui regi bene cuperẽt,eiusque cõmodis prospicerent, non eorum qui tenderent insidias. Tum enim sas est propria commemorare benefacta, quum insignis hinc speratur vtilitas: Nã quoties nulla data occasione iactat quis ac deprẽdicat sua in alium beneficia, nihilo potior est exprobrante. cæterum quoties id facit, vt correpta persuadeat, & malam de ipso opinionem habentẽ flectat in diuersum, is & curator est & beneficus: quod sanè fecit & hìc Dauid, haudquaquã à Saule gloriam captans, sed iracundiã in illo radicatã euellere studens. Atque hoc nomine Saul collaudauit eum, q̃ & benemeritus esset, & merita sua cõmemorasset. Dein quũ Saul referre gratiam cupiens non inueniret vllam parem, ipsum deum illi pro se constituit debitorem, ita loquens, Si inueniet *1.Reg.24 d.* aliquis inimicũ suũ in angustia, dimittet illũ in via bona,& dominus reddet illi bona, quemadmodũ fecisti tu mihi hodie. Quid em̃ poterat Saul reponere dignũ meritis, etiam si regnum dedisset, cum omnib⁹ oppidis? neque enim oppida modò, & regnum, verùm & vitam ipsam donarat illi Dauid: ille verò non habebat alterã vitam, quam rependeret: eóq; illũ relegat ad deum,& ab illo manaturis præmiis honorat: pariter & hunc laudans,& vniuersos erudiens,quòd tũ maiora nobis apud deum præmia reposita sunt, quum pro innumeris beneficiis in hostem collatis, diuersa reci- *Ibidem.*
pimus. Post hæc ait, Ecce agnosco, quod regnans regnabis,quódq; regnũ Israël constituetur in manu tua: Et nunc iura mihi per dominũ, q̃ non aboliturus sis semen meũ post me, nec extingues nomen meum de domo patris mei. Sed dic obsecro, vnde istue scis? penes te sunt exercitus, penes te sunt pecuniæ, arma, ciuitates, equi, milites, breuiter vniuersa vis apparatus regij: hìc contrà desertus ac nudus, nec ciuitatem, nec domum, nec familiam habens. Vnde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirũ ex ipsis Dauidis moribus. Neq; enim nudus & inermis ac desertus me armatum, tantáq; circunuallatũ potentia superasset, nisi deũ haberet adiutorem. Porrò qui deum habet fauentem, omnibus est potentior. Vides ad quãtam philosophiam Saul post insidias deductus sit? vides qui fieri possit, vt inimicus omnem expuat malitiam, immutatúsque ad meliora sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem per iracũdiam deuouere. Quandoquidem etiam si ad ipsa malitiæ barathra fuerimus deducti,

deducti, fieri potest, vt nos ipsos inde reuocemus, & omni deposita malitia ad meliorem frugem redeamus. Deinceps quid ait? Iura mihi per deum,quòd nõ abolebis semen meũ post me, nec obliterabis nomen meum de domo patris mei. Rex priuatum rogat: qui diademate cinctus est, supplicem agit pro filiis suis, obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Dauidis, q̃ hostis ausus sit hæc ab hoste petere. Nam q̃ iusiurandũ exigit,non eò facit, q̃ diffidat Dauidis moribus,sed q̃ reputet quot malis illũ affecisset. Iura mihi te non aboliturũ semen meum post me. Hostem filiis suis relinquit tutorẽ,suásque proles in illius deponit manus,dum his verbis filiorum ac Dauidis manus apprehendens,deum sequestrem inducit. Quid igitur Dauid? Num vel leuiter dissimulatione & ironia ad hæc vsus est? nequaquã: sed protinus annuit, quodq; petebatur concessit: ac mortuo Saule, non modò nõ B
occidit illius posteros, sed tum plura præstitit quàm erat pollicitus, siquidem filium eius quum esset claudus ac debilis cruribus,in suam ipsius domum induxit, suæq; mensæ fecit participem, summo illum honore dignatus,nec erubuit, nec occultauit, nec arbitratus est regiã mẽsam claudicatione pueri dehonestari,sed decorari potius ac lautiorem fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibãt magnam philosophię doctinã consequuti. Cùm enim viderent Saulis filium, illius qui tanta mala patrarat aduersus Dauidẽ,tanto in honore haberi apud ipsum,etiamsi feris omnibus fuissent immitiores,pudore tamẽ ac rubore cum omnibus inimicis redibãt in gratiã. Quanquam si etiã ipse aliunde illi cibum dari iussisset, certúmque victus modum ordinasset, valde magnũ erat: sed illum ad suam ipsius mensam recipere, eximiæ cuiusdã est philosophiæ. Scitis profectò, non esse facile, hostiũ filios diligere. Quid dixi diligere? non odisse,non persequi,magnum est. Itaque multi defunctis inimicis,in illorum liberos,irã quam in eos habebãt, effuderunt. At nõ ita generosus ac magnanimus iste, sed & viuẽtem inimicum obseruauit,& illo defuncto,beneuolẽtiam quã erga illũ gesserat, filiis exhibuit. Quid illius mensa sanctius? quã cingebant filij hostis inquam occidere conati. Quid illo conuiuio spiritualins? in quo tam multę abundabãt benedictiõnes. Angelo potius quàm homini erat plausibile. Siquidem inimici filios amplecti & amare,& illius filium qui toties ipsum tẽtasset è medio tollerre,atq; id moliẽs excesserat è vita, facit vt ille chorus celebretur. Hoc tu quoq; facito chariſſime,& viuentium & mortuorum filios fouens: viuentium quidẽ vt hoc modo parentes illorum tibi D
conciliés: defunctorũ verò filios curans,vt à deo multum tibi pares fauorẽ,plurimísq; coronis decoreris, vtq; innumera ab omnibus vota precésque cõsequaris,non ab iis tantùm qui tuis beneficiis adiuti sunt, verumetiã ab iis qui viderunt. Hoc pro te stabit in illo die,magníque tibi futuri sunt patroni in articulo iudicij,hostes tuo beneficio adiuti: magnáq; ex parte à peccatis liberaberis,& reposces mercedem. Etiam si *Matt.6.b* innumera cõmiseris peccata,si proferas illã precationẽ quę dicit: Remittite inimicis vestris,& pater vester remittet vobis peccata vestra: multa cum fiducia cõmissorum omnium remissionem cõsequeris: atq; hìc interim bona cum spe viues, habiturus omnes amanter erga te affectos. Quum em̃ viderint q̃ inimicos & inimicorum filios sic diligis, qui fieri poterit, vt non affectent tibi amici, tuíq; studiosi fieri, & omnia tua causa tum facere,tum pati? Porrò quum tantum apud A
deum tibi pares fauorem,quũ cunctos habeas omnia bona tibi cõprecantes, quam sensurus es molestiam, aut quis te vitã viuat fœliciorem? Hæc in hac vita nõ tantum miremur,verumetiã factis exequamur,ac obambulantes inimicos perscrutandi gratia,suos quisq; sibi reconciliemus, & ex inimicis synceros reddamus amicos. Quòd si etiã excusatione fuerit opus,veniáq; ab ipsis petẽdã fuerit,ne recusemus, etiãsi ipsi fuerim⁹ iniuria affecti. Hoc pacto copiosior nobis erit merces,hoc pacto maior fiducia, hoc pacto cœlorum regnum haud dubiè consequemur, munificentia & bonitate domini nostri Iesu Christi,cum quo patri simul & sancto spiritui,gloria,imperiũ,honor nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

HOMILIA DIVI IOANNIS CHRYsostomi de Dauid vbi Goliath immanem hostẽ deuicit. Incerto interprete.

POminus deus cùm Dauid regẽ populo destinasset,cũq; primò singulos homines ac diuersos attingeret,examinaret cũctos,plurimósq; puideret, è quorũ numero eligeret regẽ,rectorẽ præponeret,ducẽ populo præfeciſſet,inuenit Dauid cuius *1.Reg.13.e* meritũ transiri non potuit,cui & testimoniũ reddidit, *Magnum Dauid meritum.* dicens: Inueni mihi Dauid virum secundũ cor meũ, qui faciet omnẽ voluntatẽ meã. O beatũ Dauid sanctissimi meritum, quod laudat deus, prædicat dominus,iudex præfert summus. Dũ em̃ Dauid sanctissim⁹ homo secundum cor dei quicquid deus cogitat, gerit: quicquid mente cõcipit,perficit: Dũ em̃,inquam, C
Dauid cordi dei cor proprium iungit, & menti eius mentem suam adnectit: hoc est,vt quę vult deus,velit: & quæ non vult,similiter nolit: sic eum dominus indiuiduo amore & coniuncta charitate dilexit. Denique deus Dauid elegit obsequentem, & Saulem re- *1.Reg.15.f* probat contemptorẽ. Dauid qui notus populo non erat,promouetur,& Saul qui regnauerat,spernitur. Hic ab ouibus ad regnũ deligitur,ille à regno ad gladium destinatur. Hunc sancta vita promouit,illũ mandato- *Ibid.17.d* rum despectio reprobauit. Dauid adhuc pastor debellat leonem,interficit vrsum. Saul contemnẽdo dominũ,malũ in se prouocat spiritũ. Regnat Dauid sanctissimus,sed latẽter: Saul reprobus efficitur euidẽter. Hic iam rex est,ille putatur: hic iam obtinet, ille tãtũmodo dicitur: hic occultam possidet dignitatem, ille habet publicam regni imaginẽ. Adeo Dauid sancto D
spiritu inundatur,Saul verò spiritu isto deseritur. Deniq; Saul Dauid persequitur innocẽtem, Dauid verò traditũ sibi illæsum exhibet peccatorem: vt & in Dauid spiritus sanctus miteſceret,& in Saule malus spiritus in innocentẽ sæuiret: vt vitæ diuersitas diuersa iã merita demõstraret,& causę istæ hominibus deputarentur,nõ deo,qui malè vel benè gerentibus regnum aut tollerẽt aut cõferrent. Interea ab Allophylis Saul *1.Reg.17.* prouocatur ad bellũ,disponitur acies,præparatur ex- *a. & seq.* ercitus,pugna dirigitur. At contrà hostes haud aliter præparantur, ardescunt ira, tolluntur insania, furore feruescunt, pendet in inuicẽ vterque exercitus, expectat signũ,sustinet iussum: & cùm nondũ aut lituorũ sonitus, aut tubarum clangor, aut strepitus armorum colliderent, prosiluit in mediũ de Allophylorum castris vir corpore immani vastissimus, horrendus statu, mirabilis visu, cristato vertice galeatus, coruscus armis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis fulgẽs gladio, vmbone tectus, lorica vestitus, nomine Goliath. Qui stupẽtibus cunctis, vos vos, inquit, exercitus Saulis admoneo, vobis mea verba depromo. Nolite, inquit, nolite pugnare nobiscũ, vt pugnaẽ in bello: nolite contra nos solita exercere bellorũ, nemo contra alterũ pugnet, nullus communis hostem solito more debellet, eligite si potestis vnũ ex vobis, qui mecum fortiter pugnet. Eligite vnum qui contra me si poterit dimicet, cuius virtus virtutẽ totius monstret exercitus, cuius potentia potentes exhibeat cunctos, cuius victoria aut nos vobis seruos efficiat, aut si fuerit victus, vos nobis in seruitutem subiiciat. His dictis Saul rex populúsq; terretur, formidãt cuncti, trepidant omnes, vniuersos inuadit metus, formido occupat, possidet tremor. Non in forti virtus, non in audace animus, nõ salus in bellatore consistit. Fuit enim Goliath metuendus visu, metuendus armis, metuendus & verbis: & trementibus cunctis solus Dauid cõsistit intrepidus. Nõ eum immanitas hostis exterruit, non armorum enormitas fregit, aut superbia verborũ imminuit, sed fortiorẽ cunctis virtus diuina cõstituit. Noli, inquit ad Saulem, noli rex domine formidare, noli eius immania verba, aut armaturæ potentiam pertimescere. Iste enim quod minatur leue est, quod loquitur facile, quod ostentat mortale. Ego contra illum exeam, ego pugnam contra eum instituam, & iactantiã eius, & superbam vocis insaniam deo mitigante consternam. Nam cùm pascerẽ gregem in cãpo, ouem mihi à leone & vrso abreptã, his beluis interemptis prædam excussi, ouem eripui, nocentes bestias interfeci. Hoc exemplo etiam istam immanem beluam prouocem bello, pugna congrediar, dei populum de eius manu eripiam, & ipsum vt nocentissimã beluam dei virtute percutiã. Nõ poteris, inquit Saul, nõ poteris pugnare cum eo. Tu enim puer es, ille bellator: tu insuetus es, ille peritus: tu pastor es ouium, ille rex & imperator est populorũ. Pugna ista, inquit Dauid, quam loqueris, dei est: bellum quod geritur, cęleste atque diuinũ. Nihil istic humanum inuenies, nihil quod hominis virtus conficiat, aut potentia bellatoris exerceat. Adest dominus, adest inquã qui me in prælium cogit procedere. Adest qui me bellum desiderat gerere, & hostẽ immanissimũ iugulare. Induitur Saulis armis Dauid sanctissimus puer, vt quasi potentibus armis rex potentissimus vinceretur. Sed tam ista arma vt puer gestare non potuit, quàm Goliath his armis non meruit interire. Denique istis armis abiectis, noua & inopinati generis Dauid arma cõquirit, quinque lapides eligit, fundam sumit, situlam pastoralem corripuit, contra Goliath debellandum exiuit. Quem Goliath cùm contra venientem aspiceret, irrisit ætatem, irrisit arma, irrisit & puerum. Irrisit, inquam, ætatem, sed non intellexit in Dauid esse dei virtutem: irrisit & puerum, nec tamen sciuit dimicare in puero dominũ: lapides & fundam irrisit, sed vno se lapide moriturum nescíuit. *Quasi ad canem, inquit Goliath, existi cũ lapidibus & virga.* Tu, inquit Dauid, si canis fuisses, nũquam in hac pugna dimicare auderes, nunquã constanter in hoc prælium processisses, nunquã ad dimicandum contra te dominum prouocasses: sed vt canis bellum fugeres, prelium declinares, interitum tibi futurum & dignum supplicium metuisses. Peior es autem cane, qui nec virgam metuis, nec lapidem quo moriturus es, extimescis. *Et maledixit alienigena Dauid in diis suis, & dixit: Veni, inquit, veni ad me, & faciam te vo-*

Goliath cũctis metuendus.

1.Reg.17.d

Ibidem.

Noua Dauid arma.

lucrum cibum, & pabulum bestiarum. Et Dauid dixit ad eum: Tu venis ad me fidens in gladio, ego in deo. Tu terrenis dimicas, ego cœlestibus pugno. Tu in lãcea, ego in fide. Tu in clypeo, ego in prece. Tu venis ad me in armorum virtute, ego in potẽtissimo genitore. Deniq; in te tua arma vertẽtur, in te tuus gladius exeretur. Dei est em̃ hæc pugna, dei erit & ipsa victoria. Interea in vtrunque ducẽ vterque pendet exercitus, stupet metu, formidine tremit, vicinitatẽ mortis horrescit. Procedunt ad inuicem contra semet idem pugnaturi duces, & excitati in sese iam quærunt dilatum bellum conficere, iam desiderant alternam victoriam perpetrare. Sed Dauid properè lapidẽ de situla rapit, fundæ apponit, & contorto vertice in Goliath excussit. Qui lapis per inane volans verberat aures, aërem scindit, & violento impetu Goliæ frontẽ inuadit. Qui nutabundus ac tremẽs totam molẽ corporis cùm armorum potẽtia secum ipse deiecit. Dehinc Dauid festinans accurrit, hostis gladiũ sumit, caput eius abscidit, & de tam immani belua hactenus victoriam perpetrauit. Quem cùm extinctum socij vidissent, in fugam versi, & Israëlitarũ sunt cęde mactati. Reuertentis populi laudes & glorias Dauid sanctus excepit dicẽtis, Percussit Saul in milibus suis, & Dauid in denis milibus suis. Quibus ego te laudibus, quibúsq; gloriis præferam sancte ac gloriose puer, qui innocentia pares, virtute fortes, senes merito præueneristi: qui potuisti desistentibus cunctis immanem beluã vincere, hostem prosternere, inimicum populi detruncare. Tu em̃ deficiẽte rege, rex ipse & dignitate & merito extitisti. In desistentibus fortibus, fortiter in prælio prosiliisti. Tu formidãti populo & Goliæ æquitiam moliẽti dum fortissimè geris, victoriam de hoste dei populo tradidisti. Tu hac pugna monstrasti, nec pueros esse posse imbelles, nec à gloria maiores immunes, nec senes vnquam esse degeneres, quoniã in omnibus ætatibus victor si pugnauerit deus, victus iacebit & deficiens inimicus. Ideoq; pro his omnibus gratias agamus domino per Christũ dominum nostrum, cui est gloria & potestas cum spiritu sancto, per immortalia secula seculorum, Amen.

1.Reg.18.b Religiosus puer David præstantium.

De eo quod sanctus Dauid dixit, Quis sum ego, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego &c. Incerto interprete. *2.Reg.7.a*

IMitatores Christi lineas tenent humilitatis, & sola est quæ charitatem acquirit, pacem inuenit, sereno corde totum intendit: humilitas nõ habet vnde cadat, communio non inuenit quod dissipet, concordia bonitate plena est. Et quia de humilitate proposuimus, dictionem hanc sequamur. Dixit propheta, vt modò cantauimus, Quis sum ego domine mi, quòd talẽ gratiã inuenerim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Attẽdistis hominem gratia plenũ, & deo nõ esse ingratum? Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratię, vt se in omnibus vnusquisque agnoscat. Primò, quia mortalis est. Secũdò, quia casib' vita humana plena est. Tertiò, quia tribulationes & dolores in seculo inuenit. Quartò, vt sciat quia patientia pauperum non peribit in æternum. Quintò, vt norit quia perseuerantia perdidit ad deum. Sextò, vt intendat, quia quãtò magnus est, humiliatus si fuerit & humilitatis vias tenuerit, inueniet gratiam in conspectu dei.

Psal.9.d

Iacob.4.b

Luc.18.a

dei. Septimò quia nõ est sine peccato nec infans vniꝰ diei natus super terrã. Octauò, quia cõtra insidias diaboli oportet semper orare & nõ deficere. Nonò, vt in oratione non captiuemur terrena cogitatione. Decimò, vt in spe non deficiamus. Vndecimò, vt contemplemur delectationẽ domini & protectionem speremus diuinitatis. Duodecimò, quia nõ tacebimus trino illo clamore, dicẽtes: ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος sine cessatione. In his omnibus qui se agnoscit, vt in capite posuimus, viã tenet humilitatis. Nam omnes patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, eremitæ in monasteriis constituti, clerici & episcopi has tenuerunt semitas, in quibus potuerunt ad deum peruenire. Si voluerimus singulorum verba dicere, quomodo clamauerunt ad deum in humilitate cordis, syluosum est. Sed quod nõ credo, fastidium ingeret auribus, ad versiculos reuertamur, quos nunc proposuimus. Diximus, Quis sum ego domine mi? Agnouerat iste sanctus, quod dixit

Gen.18.d

Abrahã deo: Ego sum terra & cinis. Et singuli ita deo dixerũt, vt forma esset perfectę humilitatis. Ergo quis sum ego domine mi? Ecce nihil se esse dixit, & seruũ se esse non negauit: quia omnis qui confitetur seruitutem, meretur gratiæ libertatem. Ergo dicit, Quis sum ego domine mi? Videtis vbique regnare gratiam, vbique pia viscera possidere, cor humile illustrare, benignos sibi redigere, confessores suos ditare, dixit enim: Quis sum egò domine mi, q̃talem gratiã inuenerim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouiũ, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum: & quia nõ est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine regali. Inuenit gratiã, vt & regnũ perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo non redderet. Videtis quanta culmina procedunt de radice humilitatis, q̃ vberem fructum deo offerret? Inde omnes virtutes, inde omnes bonæ actiones, inde cunctæ potentiæ ascẽdunt, id est totũ posse. Ergo dixit: Quis sum ego domine mi, q̃talem gratiam inuenerim ante faciem tuã? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videte quomodo subiunxit humilitati innocẽtiam, vt cùm esset homo, diceret: Elegisti me ex ouibus. Demõstrauit, quia hoc genus pecudis innocens est. Significabat enim

Ioan.10.b

illum pastorem bonum, qui animam suam ponit pro

Ibid.1.d

ouibus suis. Illum agnũ dei, qui venturus erat, vt tolleret peccatũ mũdi. Electus ergo ex ouibus, vt pastorem ostenderet, & innocentiã non negaret, dicit: Ego em̃ minimus fui in tribu mea. Quàm suaue est, quàm dulce in auditione veræ confessionis, vt diceret se minimum in tribu sua: non erubuit quod erat, vt esset quod non erat. Confessio eius adduxit ei non peccatum, sed gloriã & misericordiã. In ista confessione cõfusio non est dicenda, sed gloria & exultatio. Quod dixit, Minimus fui in tribu mea, significabat perfectã domini humilitatẽ in mundo venientis, qui formam non ingenui, sed serui assumere voluit. Quid humilius seruo? tamẽ hoc dominus esse dignatus est, vt ex seruis liberos faceret, vt seruitus ipsius nobis ingenuitatẽ donaret. Hoc significabat, quod dixit, Minimus fui in tribu mea. Eia nunc erigite mentes genus electum, & nolite esse pigri, neque superbi, neque de vobis aliquid sentientes: quia quicunque putat se aliquid scire, cùm nihil sciat, quẽadmodum oportet scire. Nullus in morbum superbię cadat. Quia deus superbis resistit. Sed orandus est ille deus, vt ipsa superbia quã-

do in corde cadit, agnoscat ille interior homo, & excutiat à se, & dicat: Nihil mihi coscius sum. Dicat quod ait Apostolus. Nõ sum dignus vocari apostolus. Aequè alio loco audi quid dicat: qui priꝰ fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiã consecutus sum. Videtis quomodo muneratur omnis qui nõ obliuiscitur quod erat, & efficitur quod non erat? Nam sanctus Cyprianus in epistola sua ita loquitur: De humilitate ad summum ascendimus, dicimus vnde placeamus. Hoc dicere debet omnis Christianus. Ecce quanta est humilitas, quàm dulcis, q̃ radicata, quæ nulla tempestate mouetur, quia non habet vnde cadat. Humilis homo omnibus subditus est, non alio inuidet. Quando videt meliorẽ sibi, non possidetur spiritu zeli, sed laudat deũ in homine sibi meliori, & dicit: Diues es domine, & in me facere misericordiam. Non attendere vnusquisq; debet, quod in tempore isto, sed quod in futuro bene viuentibus reseruatur. Imitatores ergo debemus esse bonorũ, non carnalium, non eorũ qui ornant corpus suum, vt videantur ab hominibns, qui satiant carnes suas deliciis & ebrietatibus, qu numũ numo reponunt, & viscera sua pauperibus claudunt, qui propter habere viuunt, & nescíunt habentem. Ipsi sunt qui dicunt, nõ in lingua, sed in opere: Manducemus & bibamus, cras em̃ moriemur. De ipsis clamat propheta: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. De ipsis dicit Apostolus: Animalis homo nõ percipit quæ sunt spiritus dei, stultitia enim est illi. Isti in limo seculi hæseru, in via dei ambulare non possunt, quia tenentur, Ipsi sunt qui pro re aliqua temporali viuũt, & non propter æternitatẽ promissam. Separemur ergo à talibus, quia scriptũ est de nobis: Separamini separamini, qui fertis vasa domini. Quæ sunt vasa domini, nisi corpora sancta plena dei gratia accepta? quomodo dictum est de illa sancta domini matre: Aue gratia plena, dominus tecũ. Fugiamus ergo caducos mores, tẽporales & terrenos, carnales & superbos, seipsos amãtes. Amatores pecunię, procaces, inuẽtores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectu, sine misericordia, tales fugiendi sunt. Qui ergo sunt appetẽdi? Sancti & humiles corde, benigni & pacifici, misericordes, lugentes in isto mũdo, quia ipsi in æternum cõsolabuntur. Misericordes misericordiam consequentur, pacifici filij dei vocabuntur. Istos ergo imitari debemꝰ, illos fugere. Illi dicturi sunt in futuro: Quid nobis profuit superbia, aut quid diui tiarũ iactantia contulit nobis? Imputabunt sibi in illa vita, vbi iam non erit misericordia. Ecce, dicturi sunt, ij quos habuimus in risu, & quorũ vitam æstimabamus insaniam, quomodo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Gementes, stridentes, plangentes in ipsa regione, vbi iam non erit indulgentia, sed plenissima sententia. Quia vita aut hìc tenetur, aut hìc amittitur. Cùm tẽpus habetis, imitatores estote bonorum, laudantes deum summæ bonitatis patrem, vt cùm ista obseruaueritis, & doctrinã nostram non neglexeritis, deus pacis & humilitatis sit vobiscum, Amen.

1.Cor.4.a *Ibid.15.b* *1.Tim.1.b* *Luc.1.a* *Eph.2.a* *1.Cor.15.c* *Psal.31.c* *1.Cor.2.d* *Esa.52.d* *Sap.5.d*

Sermo diui Ioannis Chrysostomi de Absalon, vbi patrem persequitur, & de prælio fugiens, obligato gutture, arboris ramo suspenditur. Incerto interprete. *2.Reg.17 & 18.*

Perdidit

Universidad de Deusto Biblioteca

Perdidit Absalon scelestissimus mentem, perdidit sensum, amisit consilium insectatus patrem, fugat innocentem, insequitur genitorē, vsurpat imperium, potestatem arripit, regnum inuadit: non vt cum patre societatem regni iniret, sed vt totum regnū patris sanguine possideret. Perdidit, inquam, Absalon consiliū, dum parricidio cupit mercari imperiū: amisit sensum, dum per exitiū patris cōsequi desiderat regnū. Festinat, properat, quærit innocentē opprimere reus, patre superstite moriturus. At contrà Dauid humilis ac mitis cedit domo, persequētem fugit, declinat hostē. Reliquit affectus, ne aut parricidæ interitus ei luctū afferret, aut perēptio eius reū filium exhiberet. Vult furorē filij fugiēdo compescere: desiderat declinando, parricidę sæuitiam temperare, sed crudelitas mente concepta iam sedari non potuit, quā immani sæuitia ad perficiendū facinus prouocauit: O innocentia, quantum apud reos, periculi suscipis: quantū malitiæ, per flagitiosos incurris? Dauid sanctissimus tot dementes exercitus, quia non deliquit, offendit: tot populorum rabiem, quia non lęsit, incurrit. Absalon vnus est reus, & vniuersus cōtra patrem cōspirat exercitus. Armantur in cædem funestæ multorū manus, prouocantur in innocentē vlcisci facinus alienū. Vnius parricidæ furor tot milia insanire compellit, vnius dementia dementes effecit multos. Offendit em̄ Dauid filium, quia fratris in eum voluit vlcisci parricidium. Semper em̄ scelera, dum nō resecantur, increscūt: & in augmenta facinorū prosilitur, quoties secura impunitate peccatur. (γνώμη.) Dū enim in Absalon fratris occisi facinus non vindicatur, in parricidium patris recidiuum facinus iteratur. Vos, vos, inquam, exercitus infœlices admoneo, vos affectū pietatis exhortor. Cur in alienum facinus ruitis? cur furētis insaniā adiuuatis? cur parricidę similes ac demētes existitis? Deserite, quęso: deserite reū deserite, nouo supplicio moriturum. Forsitan em̄ si deseritis, cessabit: qui, vt auderet, vester numerus prouocauit. Certè solus pereat, qui naturæ iura debellat. Solus cōcidat, qui pietatem patris impugnat. Aut enim cessabit, dum pœnitet, aut perseuerabit & periet. Ego doleo reum, doleo impiū, doleo nouo supplicio moriturū. Quis te in hoc facinus prosilire, parricida deterrime docuit? Quis te furor audere tam immane facinus prouocauit? Si offendit, pater est: si læsit, genitor. Quinimmo nec offendit, nec læsit. Vincat furorem pietas, affect⁹ insaniā superet: crudelitatem natura debellet. Aut nūqd te pater, quia nō lęsit, offēdit: aut idcirco te offendit, quia non læsit? Qui forsitan non offenderet, si læsisset. Sed de affectu exhibe pietatem. Tibi parcis, dū à patre manus auertis: quē defendere deberes, si quod audes, alterum audere cognouisses. Vbi iam solatium patres, vbi præsidium genitores inuenient, si filios senserint parricidas? Aut quando externa tuta sunt, si domestica nobis obsistunt? Bestiæ & mutæ pecudes pietatis iura conseruāt: & quibus natura denegat rationē, non tamen denegat pietatem. Innocentem perimere, nefas est: patrem occidere, scelus: prophetam iugulare, facinus inauditū, & ante hoc tempus mortalibus cunctis ignotum. Cessa iam ab isto scelere: cessa, cessa, inquam, ne te boni omnes semper exhorreant: ne audaces ex te, quod nō nouerant, discāt. Cessa, inquam, ne qui post te tātum facinus perpetrarit, te vtatur authore. Cur mundo nouum facinus tradis? Cur doces, quod natura non nouit? Cur cupis, quod pietas ipsa

A horrescit? Cur audes perficere, quod nouo supplicio cogatur deus vindicare? Interea parricidæ furor non minuitur, non frænatur. Ardescit in peius, in maius accenditur. Cupit facinus conceptum festinanter implere, desiderat scelus dispositū instantissimè perpetrare. Properanti ad nefas, tarda sunt cuncta: festinanti ad facinus, videntur remorari disposita. Cupit parricidiū antè cōplere, q̄ gerat: festinat patrē antè intercipere, q̄ occidat. Sitit sanguinem patris, cruorem appetit genitoris. Timet differre vel modicum: ne aut ira remorata deficiat, aut furia dilata languescat. Disponitur properè bellū, acies dirigitur, pugna paratur: cognatæ classes in semet ardescunt. (2.Re.18.a) Inde parricida exercitum contra patrem inflammat: hinc Dauid, vt parcant filio, abeuntes duces exorat. Parcite, inquit, filio meo Absalō. Inde demētia cōtra genitorē exurgit: B hinc clementia, vt parricidæ parcatur, exposcit. Inde furor, hinc pietas operatur. Inde insania, hinc misericordia interponitur. Inde crudelitas, hinc bonitas ostētatur. Parricida non læsus insanit, Dauid lęditur & mitescit. Debellatur ab impietate pietas, nec mouetur: pietas patris nec gladio vincit, nec terrore mutatur. Parricida nec ratiōe frangitur: nec imminēti interitu deterretur. Obduratur in pœnā, in suppliciū cogitur, nec salutem in aliquo iam meretur, qui patrē salute spoliare connititur. Respice iam scelestissime hostis ac nephande, iam respice parricida: respice inquam, vsquequaque in te cuncta conuerti: respice cōtra te ab ipsa natura repugnari. Et quanuis contra te dimicet cœlum, moueatur terra, exercitus pugnet: tamen aliud te ignotum & inopinatum sustinet bellum, aliud tibi iam paratū præliū est, quod fugiētem exci- C piat, properantem interimat, festinātem occidat. Nō enim isti exercitus, quos cernis, quos cōspicis, aut tuus furor contra patrem armauit, aut patris contra te necessitas prouocauit: qui quamuis dignè contra te exerant gladios, vibrent enses, lanceas torqueant, vt dolor læsi patris tuo interitu diluatur: tamen te fugientem arbor excipiet, rami interimēt, ligna suspendēt. Adest, inquam, arbor in campo ramorū telis armata, quæ te excipiat fugientē, properantem rapiat, patris iniuriam in parricidā defendat. Adest, inquā, arbor, quæ nec patrem, vt tibi parcatur, audiuit, & iussa dei instanter implere contendit. Nec poteris hoc bellum impunitus euadere, qui genitori necē conatus es irrogare. Igitur cōmisso bello, prosternuntur hostes, aduersarij cadunt, inimici vincuntur, nudatur hostis, deseritur parricida: iam suā in suis conspicit pœnam: iam D supplicium debitum sibi, suorū interitu recognoscit. Iam timet, iam formidat, iam propriū meditatur interitum. Deniq; animal petit, mulum conscendit: dat se in fugam præcipitem. Paratam properè festinat ad arborem, cui est traditus, & ictu violēto immissus, animali subducto & subter in cāpos elapso, inseritur ramis: obligatur lignis, transfixo gutture † colligatus. Pēdens iam mortuus ab hominibus inuenitur, quem iam nec cœlū potuit cōspicere viuū, nec terra vlterius sustinere. O nefandū meritum parricidæ. Iniuriā patris non pugnantis gladius, non hostilis manus, non iaculantis ictus defendit: sed vindicant ligna, arbor vlciscitur, rami defendunt. Nec est vlla creatura, quæ mota non fuerit, cum ipsum dominum senserit moueri authorem. Igitur redeunt cūcti de bello, parricida authore belli prostrato, cuius sanguine scelus diluitur, cuius supplicio immanis crudelitas sepelitur. Gaudent

† habetur tamen 2. Regū. 18. quod Ioab illius cor transfixerit telis tribus, iuxta & Hebræos & LXX.

Gaudent omnes, cuncti lætantur: solus Dauid plangit filium, parricidæ lamentatur interitum. Quid plangis gloriose pater, quid lamentaris, quasi Absalon, quod ausus est, cōprobaris? Quid fles scelestum, quasi eum parricidium perpetrare volueris? Frangis gloriam victoris exercitus, si fletur hostis interit⁹, nec lętitia esse poterit in victoria, si parricidę plāgitur pœna. Ille tuus nō fuit filius, qui sic violauit paternos affectus. Ille tu⁹ dici non meruit, qui ius patris sanctissimi violauit. Te non contempserunt exercitus, nō duces, quibus parci scelesto mādasti. Sed illa arbor, illa te primùm vlta est: illa defendit, illa læsi patris iniuriā, qui te nō audierat, vindicauit. Defensio tua securitatē patribus attulit, & parricidarū audaciam reuocauit. Per te & iniuria naturæ defensa est, & patrū pietas reuocata. Nouo enim supplicio debuit interire, qui seculo nouum scelus, per patris exitum, voluit inferre.

Diui Ioannis Chrysostomi in Heliam prophetam, sermo.

Gloriosus olim ꝓphetarū possessione, vti peculiaris quędā illorū agricultura erat Iudęorū populus: sed plaudite, Gloriatio hæc nūc ab eis in ecclesiā translata est. Ecce apud nos & prophetarū corpora. Neq; em̄ cōgruit, vt ꝓphetas agricolas adhuc habeat sterilis ille populus. Neq; decet, vt apud illos seruentur ꝓphetæ, qui eū, quē isti prædixerunt, crucifixere pro mortuis quos apud illos excitauit, ꝓ cęcis quos apud illos visu donauit, pro esurientibus quos apud illos pauit, pro violentia quam beato Heliæ deus omniū dn̄s ꝓpter illos fecit, & raris modis, vt dicemus adreuocandū, quā contra illos tulerat sententiā, coëgit. Quē precor, vt & nunc mihi in cōmemorandis ꝓphetæ huius factis dux sit & doctor. Igitur Helias ille, zelo dei insignis, vt vidit Iudęorū gentē, contēpta dei misericordia, perpetuò in delicijs viuere, & idolorū cultui deditā: & à deo quidē impietatē tolerari, ipsos autem longanimitate ista, ad maiorē vitæ impœnitentiā abuti: volēs eos punitū iri, cogitabat quidnā aduersus eos diuinę bonitati opponeret, quæ paruis lachrymis statim mouetur vt iram ponat: decernit tādē, vt ad conceptā cōtra eos pœnā, deum iuramento adstringat, quo ligatus, sentētiam in eos non facilè solueret. Non ignorabat em̄ & iustorū zelo deū placari. Dicebat itaque, Bonus erga illos de⁹ est, paucisq; eorū flectitur lachrymis: verùm bonitas illa populo malè cedit: longanimitate enim abutētes, (3.Re.17.a) perditè viuūt, & simulachra colunt, atq; ita & deus ipse contemnitur. Viuit dominus, inquit, & non erūt per annos illos ros & pluuia. Deinde, cùm deus ei responderet: Quid ergo, si pœnitentes illi mihi blandientur, si lachrymas afferentes spectem, si à delictis resipiscē- (Ibidem.) tes videā, statímne dare debeo pluuiā? Minimè, īquit, viuit dominus, nisi per os meū. Non, viuit dominus. Illi idolis se addixerūt, ego per deitatē tuā iuro. Ostēde mihi, ꝙ iuramentum hoc & contra te valeat: vt & per hoc idolorum infirmitas declaretur. Nō, viuit dominus, non erunt tribus annis ros & pluuia, nisi per sermones oris mei. Non, quādo tibi videbitur pœnæ finē facias. Tibi em̄ pro clementia tua semper videtur misericorditer agēdū. Sed tūc, quādo ego pro eis orauero & iudicauero ꝙ dignā animæ suæ curā gerāt, ꝓbéq; resipiscant. Igitur propheticā sententiam reueritus est deus, & honorē iuramento illi dedit. Rem ta-

A men moderatus dominus sic est, vt & prophetam simul reuereri videretur: & populi, quē fame puniebat, misereretur. Et quid facit? Prophetam vnà cum populo punit, vt dum etiā ipse in famis supplicio cōprehenditur, aliquid misericordiæ in relaxando sententiæ suę iuramento addiscat. Et punit quidem prophetam cum populo, leuiori tamen pœna eum corripit, & mirabili sapientia misericordię opus complet. Prophetam enim per illas potissimū aues, quibus sui fœtus inuisi, nutrit. Odit enim prolē suā coruus, & natā non educat. Id quod propheta insinuans dixit: Et pullis coruorū inuocantibus eum. (Ps.146.b) Quoniam enim pulli coruorum, imò omnes auium pulli, recens nati, infirmiores sunt, q̄ vt ipsi cibum sibi parent, vnde adhuc implumes à parentibus suis enutriuntur. Sed ab ea parentum cura coruorum pulli destituti, attamen ab illis B nō curatū permanet coruorū genus. Vnde Dauid diuinam nobis misericordiam subinde commonstrans, eorum educationē deo adscribit. Expositis em̄ ad aërem, vtpote à parētibus neglectis, obuolitant animalcula quædā, diuina prouidentia suppeditata, quæ captantes illi, crescunt & aluntur. Vnde dicit: & pullis coruorum inuocantibus eū. Proinde per patres illos filiorum suorum osores, apud Heliam, qui Iudæis vt filiis malæ frugis succēsebat, deus intercedit, quasi ad eum silenter ita diceret: Ne tanto Iudæorum filiorū tuorum odio teneare, quanto erga pullos suos corui. Et ecce illi nunc conuersi sint, vide vel eorum misericordiam. Qui natura pullis sunt immisericordes & inhumani, illi ipsi vt hospites tibi seruiunt. Absurdum est ô Helia, ꝙ apud te misericordiæ meæ patrocinantur corui: tu autem pro Iudæis, in quos sæuio, non in- C tercedis. Erubesce, & vel coruorum exemplo Iudæis esto clementior. Ego em̄, vt tuæ sententiæ honorem do, ita & illorū qui affliguntur misereri velim. At Helias quū deo nondū cederet, reuocatur alumni corui beneficiū, & alia reconciliandi via quęritur: nempe vt fame victus, sentētiā ipse soluere cogatur. Verùm ille coruorū ministerio destitutus, nihilo mitior inediam etiam ipse sustinuit, & inquit: Non ingratum est, quòd fame crucior, tantùm vt impios puniri videam, pereat etiā corpus meum cum his qui fame affliguntur. Itaq; cùm deficiente per coruos alimonia, trāsiret multum temporis, iterum corripitur Helias, & in aliū transire locum iubetur, vt famelicus ipse, famelicæ viduæ, quę & ethnica erat, supplex esset. Quod hoc consilio dominus fecit. Nam cùm Iudæis interdictum sit habere commercium cum Gentilibus, volens eum ad miseri- D cordiam prouocare, prædixit ei futurum, vt à muliere (Ioan.4.a.) Gētili & vidua pascatur. Quò, mox vt audiret Gentilis nomen, ab alimento ab ea sumendo abhorreret, & vel sic deum pro effundēdo imbre imploraret. Surge, (1.Re.17.b) inquit, hinc, & vade in Sarepta Sidoniorum, vt præcipiam illic mulieri viduę ac Gētili vt te pascat. Ille autē neq; ad hanc vocē mitior factus, cucurrit ad ethnicę mulieris alimoniā. Iam quod maius est, excitat deus viduā, vt esurienti verba aspera loquatur, ita vndequaque ipsum ad benignitatē cōpellēs. Et quidnā inquit mulier ethnica ad illū? Viuit, ait, dominus deus tuus. Et vnde mulierculæ Gētili hæc vox vt dicat? Præuenerat deus, & ei per visionē prophetā ostendit. Hoc (Ibidem.) em̄ est, quod deus prophetæ dicit: Præcipiā illic viduæ, vt te pascat. Ostenderat em̄ deus mulieri figurā, formam, ætatem, & futuram petitionem prophetæ. Vnde ipsa reuelationis diuinæ conscia, statim vt aduenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

3.Re.17.b uenit propheta,& cibũ popoſcit,clamabat: Viuit dominus deus tuus:non eſt mihi ſubcinericius panis,niſi quantum pugillus farinæ in hydria: & parum olei in amphora,vt cùm intrauero, faciã illum mihi, & pueris meis,vt comedamus & moriamur.Nihil enim nobis,inquit,reſiduum q̃ mors,vbi pugillum hũc farinæ inſumpſerimus.Ad hanc tandem vocem affici aliquo modo cœpit Helias.Et in maiori anguſtia eſt hæc,inquit,q̃ ego ſum.Ego ſolus eſurio, illa cum puero fa-
Ibidem.c. me laborat,non ſim hoſpiti mortis author.Quid tum? Ad hanc vocẽ relaxatur ſeueritas eius. Incipit miteſcere, & intra ſe miſericordiã exercere.Dicit:Nõ deficiat oleũ cadi, neque farina hydriæ, donec det dominus pluuiã ſuper terram. Iam tandem ſubmeminit imbris dãdi.Antequã fame domaretur, miſericordiã
Ibid.a. in danda pluuia deo permittere nolebat, dicens: Nõ erũt tribus annis pluuia vel ros ſuper terram,niſi iuxta verba oris mei.Nunc autem permittit,& ſoluendo iuramento præludit: & ſubmeminit quidem petitionẽ, tamen nondũ adhibet.Quid igitur miſericordię fons ad hæc? Tertiam ei miſericordiæ machinam admouet,præcipiens animã pueri viduæ è corpore migrare.Saluus manet prophetæ honor,benedictio nõ ſoluitur,hydria & cadus non deficiunt. Atque adeò hinc magna miſericordiæ neceſſitate propheta conſtringitur. Erat enim contumelia prophetæ, ſi benedictio Gentilis viduæ,apud quam agebat,periret, & obfuiſſet viduæ fidei, ſi ex hac cõſuetudine non maioris benedictionis ſenſiſſet commodũ. Eapropter deus benedictionem quidẽ non irritauit, prophetam autem tertia machina oppugnat. Faciens eũ mori filiũ viduæ,in eam neceſſitatẽ induxit prophetã, vt ſe orare cogeretur.Nam vidua mortui pueri mater,lachrymabunda ſtabat apud prophetam,& dicebat: Vtinã pridem fame mortua eſſem, & ante hanc benedictionẽ emigraſſem, & non eſſem miſera filij mortui ſpectatrix.Quo euentu cõfuſus ,ppheta:Hæ ſunt,inquit, viduæ hoſpitalitatis mercedes? Antequã me in domum ſuã ſuſcepit,erat ei ,ples: poſteaquã autẽ me ſuſcepit, dilectũ filiũ mortuum plangit & lamentatur. Hoc euentu,vt dixi,confuſus propheta,& apud ſeipſum expendens factũ,ſenſit opus domini,ſenſit technas diuinas,& exclamat:Heu mihi,domine teſtis viduæ apud quam ego habito. Quid autẽ eſt quod hîc vult dicere? Habeo,inquit, domine penes me teſtimoniũ tuũ de muliere hac.Tu eũ dixiſti: Præcipiam mulieri viduæ,vt te alat:teſtificans mulieris piam voluntatem. Ad hanc ex illis me locis huc tranſire feciſti,& quam prius teſtimonij tui honore dignatus es proſequi,eã D nũc filij morte punis? Heu mihi, domine teſtis viduæ apud quã ego habito,tu occidiſti filium eius.Non eſt mors illa naturæ cuẽtus:tuũ opus eſt,tuæ techne, quibus me in miſericordiæ neceſſitatẽ adigis:vt ſi dicere tibi voluero,Domine miſerere filio viduæ mortuo: tu mihi ex aduerſo reſpondeas,miſerere filio meo Iſraël. Ad miſericordiã me compellis.Sẽtio artes tuas. Hoc agis domine, vt ſi dixero tibi, Salua filiũ viduæ mortuũ, tu mihi ex aduerſo reſpõdeas, Filium meũ Iſraël tu fame occiſum miſericordia dignare. Petis à me gratiã,petitur viciſſim & à te gratia. Solue famis ſententiam,& ſoluam mortis calculũ. Poſtquã igitur vidit deus Heliam bene domitum, & aliquanto miſericordiorẽ redditum,tandẽ & ipſe miſericordiores cũ eo confert ſermones. Neque enim ſoluiſſe vltionem, vltrà iniuria erat.Proficiſcere,inquit. Verba legatio-

A nis dei ſunt. Deus ipſe per ſemetipſum de miſericordia apud ſeruum legationis munus obit,& intercedit. Profiſcere,inquit,quia factus es miſericordior,declara q̃ miſericordes ſint ſermones tui. Quia me agnouiſti,agè & ego parturio miſericordiã,audias poſthac de ea re me manifeſtius. Parturio vindictæ ſolutionẽ, vrgeo vt reconcilientur,reuereor lachrymas eorũ qui puniuntur.Omnes peccatores,ô propheta,miſericordiæ meæ chirographum habent. Ne mendacij apud illos me argui feceris, audi autẽ & ipſe chirographi
Ezec.18.g vocem,quã certè & ipſe noſti. Nolo mortẽ peccatoris,ſed vt conuertatur & viuat. Arrigit ad hæc aures Helias,& animã his quæ à deo dicebantur, accõmodat,Proficiſcere,inquit,& cõpare apud Achab.Recõ-
1.Re.18.a ciliari eis volo,ſed abſque te nõ recõciliabor:tu gratiã illis præbe,qui nunc caſtigãtur. Ego clàm apud te
B pro illis intercedo,tu autẽ manifeſtus amicitiæ reſarctæ ſis author. Vade & cõpare apud Achab, & dabo pluuiã ſuper terrã.tu cõcilia,tu ſignifica,tu pluuiã cõceſſam pronuncia,& ede:ego autẽ tuis ſententiis ſubſcribam. Currit igitur volens & nolens, & imbres futuros prædicat.Verùm impietatem eorum adhuc videns,iterũ triſtem quandã in eos meditabatur ſentẽtiã.Et quid tunc ad ea deus? Videns pertinacẽ Heliæ animũ adhuc à miſericordia abhorrentem, à peccatoribus ipſum ſegregat.Ego,dicit,ſcio zelũ tuũ, grata eſt mihi anima tua.Verùm interim & peccatorib⁹ miſericors ſum, cùm ſupra modum puniuntur, tu verò valde ſeuerus es pieratis exquiſitor. Vnde, quia pec-
C catores ob zeli nimietatem ferre non vales, aſcende quaſi in cœlũ, ego autẽ in terra peregrinus ero. Nã ſi diu tibi manendum in terris, propediẽ humanum genus, quod à te continuò plectitur, aboleretur. Dein tranſi in cœlos ô Helia. Non poteſt cohabitare ignis calamo.Impeccabiles contuberniones poſthac habiturus es:inter angelorũ choros habitare te faciã: ego autem cum peccatoribus peregrinabor,qui in humeris ouem erraticam baiulare poſſum, qui clamo pec-
Mat.11.d catoribus omnibus: Venite ad me omnes qui laboratis,ego non punio vos,ſed requieſcere vos faciam.Illi ſit gloria in ſecula, Amen.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi de Helia.
Incerto interprete.

CVm geſta peccata recẽſemus, & virtutes dñi
auida cupiditate tractam⁹:& officiorũ ſtudiis
accẽdimur,& in obſequia debita excitamur.
D Neq; eũ alia de cauſa, iſta cõſcripta ſunt nobis, q̃ vt prouocemur,dũ legimus:dum loquimur, excitemur. Hoc eũ modo, & virtutũ laudes, & geſtorũ dñi glorias immolamus:dũ nos ipſos gratiarũ actionibus cõpotes eſſe cognoſcim⁹. Dignũ eũ ſeſe geſtorũ laudibus deputat ſemper, qui geſta laudib⁹ digna ſilẽtio ſe
nõ patitur prẽterire: vt dũ iſta aſſiduè frequentamus, mentẽ noſtram in amorẽ domini prouocemus. Et locutus eſt,inquit, Helias ad populũ, dicens: Viuit do-
3.Re.17.a minus,ſi erit his annis ros aut pluuia, niſi per verbum oris mei.Cúmq; Helias propheta ſanctiſſimus populum præuaricatũ aſpiceret: cúmq; Baal & lucos, deſpecto dño,coli à ſacrilegis peruideret:cũq; creatore deſpecto,figmẽtis ſeſe,nemoribúſq; omnis populus addixiſſet:zelo dei cõmotus, Iudææ terram ſiccitatis ſententia, & pluuiarum ſterilitate addixit. Tunc ſubitò anhelat terra,ſiccatur cœlum,ſitiunt omnes,fontes

tes areſcũt.Omnis humor ima petit,ſupera deſerit,aër
A feruet,ſerenitas torquet,trãquillitas pœna eſt.Aeſtuãt noctes,dies areſcunt,ſata torrentur, arbuſta ęgrotant, prata deficiũt,nemora languẽt,campi ieiunant,ſqualet terra,herbas,quas produxit, interimit: irã dei vniuerſa creatura teſtatur.Moleſta eſt fames,vbi quod eſurit neceſſitas,deeſſe inuenit. Tãdẽ pœna,quod torqueat:& culpa meruit cõpetens aliquando ſuppliciũ. Sera vltio fœneratã meruit pœnam: & diu dilatũ eſt, quod quandoq; dignè ac meritò interueniret. Proh nefas, nulla ex pœna correctio, & quaſi aduerſis, hominum malitia prouocetur:ſic creſcit quotidie, quod puniatur.Amant pœnam,ſupplicium diligunt:nolunt recordari, vt viuant:nolũt corrigi, vt euadãt, & quaſi frugem mẽtis ſterilitas arefecerit ſiccitatis, ſic areſcẽte terra aruerãt & hominum corda. Interea ſolus Helias altior mundo,proximus cœlo, montis habitaculo
B & dei colloquio fruebatur,ne illorum pœnam perſpiceret,quorum ſcelera videre non poſſet.Tunc dominus ad eum loquitur,dicens:Exurge,inquit,& vade in
3.Reg.17. b. Sarepta Sidoniæ.Ecce prẽcepi ibi mulieri viduę, vt te paſcat. Ad quam cũ Helias veniſſet ignotus ad ignotam, ad inopem indigens, ad religioſam deuotus: victum petit,pabulum quęrit,modicum panis expoſcit. Nec cũctatur vidua,quod habebat,offerre:vt ſufficiẽtiam poſſit,quã non habebat,accipere.Neq; enim vidua victu potuit indigere quæ nefariis in ſcelere nunquam potuit conſentire. Aut in eam famis potuit dominari ſentẽtia, quam iniquorum prouocauerat cauſa, vt diuerſa merita fames diſcerneret, & iuſtitia in neceſſitatibus non egeret.Nũquam enim diuerſa merita vna aſtringit ſententia:nec iuſti potuerũt cum in-
C iuſto coniungi, quos conſtat vitæ diuerſitatibus ſeparari. Quia nec poteſt par exerceri iudiciũ, vbi diſpar eſſe conſtitit meritũ.Horrea enim diuitum finiuntur, apothecæ ſceleſtorum deficiũt, & capſæ iuſtorum nõ minuuntur. Opulentos fames occidit, & viduæ filios dominus per Heliã paſcit. Fidelis farris quod erogat, accipit: quod cõmodat, ſumit: quod tribuit domino reddẽte acquirit. Nec enim aliquo pacto potuit finiri, quod dominus iuſſerat per famis tempora diſpẽſari.Interea perſeuerat in populũ fames, malis perſeuerantibus populi.Creſcit malitia populorum, creſcit & inopia rerum. Sæuit cunctorum impietas, ſæuit & in cunctos neceſſitas.Vniuerſi deficiunt victu, & ab idolorum non deficiunt cultu. Et quaſi diuerſitas iſta inuicem concertaret,ſic ſeſe iſta ſuperari cõtendunt, vt putarent dementes ſceleribus famẽ vincere,facinoribus neceſſitatem auertere,peccatis inopiam ſuperare. D Sed poſtquã dominus populum quaſſatum vidit,miſeratus,iubet Heliam de mõte deſcendere: iubet eum vniuerſum populũ congregare, vt ſacrificio perfecto, pluuias venire faceret, quas ſcelerato populo anteà denegaſſet:afferẽdiſq; pluuiis Helias author exiſteret, vt qui & cõmoti dei iram oſtenderat, idem & placati beneuolentiam demonſtraret. Denique ſtabat Helias medius inter deum & populum.Stabat,inquam, inter ſacrilegos ſanctus, inter peccatores iuſtus, inter prophanos deuotus: aduocationem populis cunctis præſtaturus,obiurgat populum, exorat deũ,iram domini auertit, & errantem populum à dei cultura,ad dei latriam reuocauit.Coniungit dominum populo, & deo populum. Fit per Heliam vna concordia inter deum & hominem, inter populum & genitorem. Et vt vniuerſi dicerent,verè dominus deus ipſe eſt deus: clauis

A cœli fit ſermo Heliæ ſanctiſſimi.Iubet enim,& claudi- 3.Reg.18
tur:orat poſtmodum, & aperitur. Claudit, inquam, g.
cœlum,& aperit:ligat & ſoluit:reſerat, quod cõcluſit: Iacob.vlt.
vt ſanctorum meritum monſtraretur non ſolùm in d.
terris poſſe quod voluit:ſed & in cœleſtibus poſſe impetrare quodcunque petierit.

De aſcenſione Heliæ,homilia.
Incerto interprete.

APud quoſdam veteres reges moris erat, vt ſi 4.Reg.2.i
quis fortiter pro rege feciſſet in bello,& cor- a.b.
pus & animam periculis obiicere nõ timuiſſet,curru,atq; aliis regię dignitatis inſignibus donaretur.Igitur reges terreni, atq; mortales ita ſibi deuotiſſimos remunerare conſueuerunt. Quantò magis omnipotens deus,quia rex regum,& dominus dominorũ eſt, Heliam ſuum tota ſe corporis & animæ deuotione zelantem, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum perſecutionum grauiſſimas fatigationes,poſt tantorum bellorum magnas illuſtréſq; victorias,optima de mundo,& diabolo ſpolia referẽtem igneo curru, atque equis flammantibus impoſitum triumphali gloria præfulgente,ad ſua regna voluit peruenire? Oportebat nanq; errantis populi rectorem,gubernatorem ſacrorum, moderatorem diſcrepantium voluptatum, Iſraëlis aurigam, qui ad iugum timoris dei, quoniam ad laſciuos,& vagos animos reuocauit, frænis,loríſq; adſtrinxit,& ad iter diſciplinæ recto tenore currendum concordi quadam copulatione compoſuit,ad regna cœleſtia curru, atque equis tranſuolaret euectus.Hinc poëtas, atq; pictores in figuranda Solis imagine exempla credo ſumpſiſſe. Qui curru,atque
C equis fulgẽtibus ipſe rutilans,atque radians,& fluctu Oceani ſubleuatus inter præruptos montium ſcopulos euadens quaſi ad cœleſtia videtur aſcendere in ſimilitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco ſermone Helios appellatur.Vnde Helias verè Helios, Helios
quoniam curru,atq; equis fulgentibus igne de Oceani fluctu,id eſt,de mundi commotione: per montium ſcopulos, id eſt, per magnorum laborum difficultates progrediens ad cœleſtia deuectus aſcendit. Huic cœleſtis ignis non modò currum quadrigarum ſubpræbuit ad ſuperna,verumetiam iuſſis eius obſequutus ſę- 4.Reg.2.i
pe monſtratur. Armatum deniq; militem,qui ad acci- b.c.
piendum eum ab improbiſſimo rege fuerat deſtinatus, eius ſuccenſione cœlo lapſus ignis abſumpſit, ad puniendos idolorum quoque ſacerdotes verę diuinitatis index de cœlo ignis hoc orante deſcẽdit. Quantùm iſte ergo gehennæ ignibus illuſiſſet, qui ſic cœleſtibus aſſueuerat temperare? Igitur poſtremò currus ignei ſimul & equi prouecturum de ſeculo prophetam præſtolantur intenti. Qui opifex hunc currum, quæ manus illas rotas in orbis volumine circumegit, temonem protendit,iugum inſuper aptauit, cæteraq; compoſuit, cùm materies omnium vnus ignis arderet? Quæ regio illos equos, quáve ſtirpe progenitos, quorum natura ignis deſtinauit? Si animalia dixeris, ignis occurrit:ſi ignem crediderís, forma ſe animalis opponit. Aliud tibi forma, aliud tibi natura demonſtrat.Si animalia contrectare velis,ignis vrit: ſi ignem refugis,animalia non credis.Ridiculoſa ſanè gentium ſemper opinio diuerſas animalium formas,currus, atque alias res in theatris feruentiſſima ſemper natura ſingulari quadam prædita ſoliditate conſtituit. Sed nos tã verè currũ,& equos fuiſſe, quàm verè fuerit &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis, credentes ac profitentes, nequaquam Gẽtilium vanos confirmare videmur errores. Quæ autem apud nos iſtius igneæ formæ natio fuerit, vel origo, paulopoſt dicemus. Interim ex improuiſo currus, & equi apparuere flammantes. Quis hos ad Heliam perduxerit equos, quis illis tã ſubitò curſum ſtatuit, quis iter ſuũ in aëre currentibus demonſtrauit, quò currum dirigerent, vbi aër ille onus exponeret, nullus omnino præterquam qui ſapit: ſoli autem equi ſubitò veniunt, Heliam vt viderũt ſubſiſtunt, & vt aſcenſuro currũ præberent, terga ſpõtè conuertunt. Statim verò pio onere ſuſcepto, in auras ventóſq; profiliunt, & rapidis per inane paſſibus aëris ſpacia corripiunt. Hoc illis aër, quod campus erat: hoc inane, quod terrenũ: quod dicas, an aliter dicas. Vbi rogo alternos figunt pedes, dũ citis ſaltibus glomerãt curſus? quod eſt in aëre ſolum, quod duro calcibus cornu feriũt? Vbi rotarum inſtabilis illa ſic currit inuerſio, vt impetu globoſo cõtinuò in ſemet volubilitate redeunte, radiorũ tibi diſcrimine velox vertigo cõfuſa luce ſurripiat, vt omnino dubitare poſſis an currant? Mirum prorſus, & incredibile penè ſpectaculum equis currere ſupinis vtique ad regna cœleſtia tendẽtibus. Stat ſecus auriga, nec funditur, ſed omnia ignis erat, qui leuitate naturæ & per inane diſcurrit, & ad ſuperna ſemper inſurgit. Hoc ipſum magis mirum eſt, tenue ac liquidum corpus ignis ſolidum auferre potuiſſe, aut ambulare non potuiſſe. Stat intrepidus ſuper ignem, ac ratam, nec incalefcũt omnino veſtigia. Totum corpus ignis ambit, nec lædit, per colla, per latera, flamma diſcurrit innoxia. Mira prorſus ratio, hominem & illicita itinera petentem ignis euehit, & munit, & quicquid cœleſtis naturæ eſt iuſtorum itinera ſemper obſidere noſcuntur.

Ephe. 6. b Cõtra quos apoſtolus nos Paulus inſtruit: Non eſt vobis, inquit, luctatio aduerſus carnẽ & ſanguinem, ſed aduerſus principes harũ tenebrarũ, aduerſus ſpiritalia nequitię in cœleſtibus. Quis itaq; putat hos omnes ſpiritus vagos, inquietos, ac ſemper exſomnes cũ tanto & tam præfulgẽte triumpho Heliã per aërem tranſeuntem ignorare potuiſſe? Accurrũt omnes, nouũ mirantur ſpectaculum, hominem vident, dubitant, cominus accedere cupiunt, ignẽ metuunt: & ſi quis improborũ fuerit, plus in eum cuſtos & vector exarſit. Quocunq; deinde currus impetũ tulerat, ſpiritus nũc metu denſantur in agmina, nunc diſperſi venienti locũ turpi fuga citius derelinquunt. Ignis eſt iſta natura, an aliqua illa cẽſura verſatur, vt vnus atq; idem ignis prophetæ voluptatẽ tribuerit, hoſtibus minaretur incẽdia? Hoc quò magis credas, Babyloni⁹ te caminus edoceat, qui vno, eodẽmq; momento iuſtis refrigeria, iniuſtis verò mouebat incẽdia. Quin etiam ille ipſe latro, ipſe princeps in ſumma aëris arce reſidẽs, veluti peregrino ſua tranſeunte miratur, ſtuper, ac ſic deinde ſecũ ipſe volutát, & quærit. Verúmne iſtud quod video, an aliquid erit, quod meos fallere poſſit obtutus? equos atq; currum video coruſcantes, ignes rutila luce fulgentes, & quod magis mirãdum ſit, hominem deſuper inſiſtere, equos agitare, nec lædi. Quid tamẽ iſtud eſt, quod ſic mihi mens cõfuſa turbatur, vires torpent, conatus omnis infringitur? Obuiã procurrere cupio, non poſſum: ſolita tela torquere conor, nõ valeo. Nõ ſine cauſa eſt, quòd ſine cõgreſſione afficior, quòd ſolo vincor aſpectu. Quis tamen iſte ſit, curru propinquante iam cognoſco: ipſe eum fulgor, qui celabat, oſtendit. Heliam video, Helias eſt iſte. Agnoſco fortiſſimũ bellatorem, ſed de me fateor ſepe victorẽ. Quoties ego illi, & quoniam fortiter in bellum cõgreſſus, quoties in eum milites quoq; meos iratus armaui, quoties armis preſſi, pepuli, fugaui, fame, ſiti, ſolitudine fatigaui, vincere tamen non potui. Quinimò acrior redit ad pugnã, & ineptas inermésque legiones meas crudeli ſtrage deiecit. O regis mei miſera ac ſemper deflenda conditio, ô virtus ipſa ſuis ſe armis frequenter expugnans: proh dolor, hoſtes meos ipſa, quæ dedero, vulnera faciunt ſæpe victores. Quòd ſi meum vincere perdere eſt: nũ tibi ſatis eſt Heliam toties in terris regem famoſum viciſſe? Nunquid & hęc regna me iterum expugnaturus inuadis, me iterum petis, me terribilis, ac metuendus inquiris? Tibi cedẽs, tuę́q; robur virtutis effugiens ad hanc aëris arcem, tanquam ad tutiſſimum præſidium, vbi nullus vnquam mortalis acceſſit, cõuolaui, nec hæc mihi iam tuta ſedes eſt, nec hîc licet iam ſine timore conſiſtere. Quòd ſi quod credere magis libet, quia hac iter ad cœlum eſt, ſummum regem viſurus aſcendis, non inuideo, nec tibi iam toties victus obſiſto. Fœlix de me perpetuò triumphaturus in regno. Nunc iam dilectiſſimi, currus, equorúmq; igneorũ, vt ſuperius propoſuimus, rationẽ breuiter exponamus. Scriptũ de deo eſt: Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & *pſa. 103. c* miniſtros ſuos ignẽ vrentem, Horum natura cũ ſit cõuertibilis, in eas ſe formas vertunt, quæ profint cauſis, ob quas dirigũtur neceſſariæ. Diximus iam quibus ex cauſis oportuerit Heliam ſic ad ſuperna transferri, & ideo hic ignis eſt, qui & miniſtri dei, & ipſius iuſſione Heliam leuaturus ad cœlũ, currus, & equorum forma executurus iuſſa ſuſcepit. Igitur ſi Helias curru, atque equis igneis ad cœleſtia tranſuectũ ſe gloriatur: quãto magis maior hæc q̃. credidimus gloria eſt, ipſum ſcilicet dominũ de inferis, de diabolo, de mundo, omnibus mundanis virtutibus, tam glorioſum trophæũ ferentem, nulla angelorũ opera, nullo adminiculo miniſtrorum, non ad cœlum, ſed vltra omnes cœlos ſola ſuæ maieſtatis aſcendiſſe potentia? Quod & vos quidem, qui ad conſequendum dei munus acceditis, tota fidei deuotione credentes, percipietis ea quæ deus pater daturum ſe credẽtibus promiſit, per Chriſtum dominum noſtrum, cui eſt gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi de Naaman Syro ab Heliſæo curato. Incerto interprete.

4. Reg. 5. CVm Naaman regis Syriæ princeps perfuſus lepra fuiſſet, cúmq; horrẽdæ plagę maculoſo affectus cõtagio, & ſibi iam, & cũctis horreret: dolebat rex Syriæ talis ſe viri priuatum auxilio, per quem plurima confecerat bella, gẽtes domuerat, victorias perpetrarat: & de manu hoſtium, Syrorum populum liberauerat. Tunc audit Naaman apud Iſraëlem populum, Heliſæum eſſe prophetam ſanctiſſimum, mirandis virtutibus prædituṁ, & ſtupendis operibus nominatum, per quem poſſit & cauſæ periculo liberari, & pernicioſa varietate detergi. Mox ſuum pergit ad Regem, commendari ſe literis Iſraëlitarum regi depoſcit. Confeſtim in hunc modum ad regem literas mittit: Miſi, inquit, ad te Naaman ſer- *4. Reg. 5. b* uum meum, vt cures eum à lepra ipſius. Has literas cùm rex à rege miſſas acciperet, & legiſſet: ſcidit veſtimenta ſua, dicẽs: Videte, inquit, videte quoniam malitiam iſte conquirit. Miſit enim ad me, hominem, vt curem eum à lepra ipſius. Nunquid deus ſum ego, vt

mortificare, aut viuificare poſſim? O fides Naaman principis. O iſtius perfidia regis. Naaman Syrus, fideliter feſtinat ad deum: & rex perfidus ſuum ſcidit veſtimentum. Diffidunt, qui nouerant: & qui non nouerant, credunt. Domeſtici repugnant, & externi feſtinãt. Rex Syriæ credit poſſe fieri, quod audierat: & rex Iſraël non credit fieri poſſe, quod nouerat. Alieni currunt ad auxilium, & proprij cœleſte denegãt donum. Qui prędicare debuit, deſtruit: & qui deſtruere potuit, feſtinauit: vt tantò gloria potior eſſet externis, quãtò perfidia innotuerat regis. Tunc ad Heliſæum cùm regis commotio perferretur, mitte, inquit, ad me: mitte Naaman Syrum: vt ſciat, quia eſt deus in Iſraël. Adducitur itaq; ad hoſpitium hominis dei Naaman Syrus cum quadrigis, & equitibus, & potentatu magnifico:
4. Reg. 5. c ad quem miſit homo dei, dicens: Vade, & baptizare in Iordane ſepties, & mundaberis. Quo audito Naaman cõmotus, proripuit ſe, dicens: Ego dicebam, quoniam exibit ad me homo dei, & imponet ſuper me manum ſuam, & inuocabit dominũ deum ſuum, & curabit me à lepra mea. Sed enim aquis me mũdari oportet: nónne meliores ſunt aquæ penes nos? Tunc dixit ad eum quidam ex ſuis: Nunquid difficile verbũ eſt, quod locutus eſt propheta ad te? Quare non facis, quod dixit? Tunc reuerſus eſt Naaman, & deſcẽdit in Iordanem: & baptizatus ſepties, aſcendit inde mundatus: & facta eſt caro eius quaſi caro infantis pueri. Tunc miratur Naaman, tunc ſtupet, tunc prophetam conſpicit, tunc cœlũ attendit, miratur vno iuſſu affuiſſe virtutem, miratur operatum dominũ, miratur deterſum tanti temporis vitium, miratur ſeſe corpore mutatum & mente. Pernicioſa ab eo cõtagio pellitur, & optata ſanitas reparatur. Totus homo naturæ redditur: quia perfecta virtus in propheta ſanctiſſimo operatur. Gaudet Naaman, propheta lætatur, ab vtroq; dominus collaudatur. Gaudet Naaman, ſe, quod optauerat, percepiſſe: & quod crediderat, inueniſſe. Gaudet, ppheta in opere, & lętatur populus in virtute. Gaudet Iudæa, quòd venientibus ad ſe præſtet auxilia: dicunt & gentes in Iſraël eſſe, quod apud ſe inuenire non poſſunt. Seminatur per omnes gẽtes gloria dei. Qui curatus eſt, prędicat: qui ſenſit, annũciat. Nec iam dubiũ habetur, quod dicitur: quando Syria, qđ in Naaman cõſpicit, proteſtatur. Tunc lætus Naaman Heliſæo offert munera: tunc ſanitatis voto dona vt accipiat, deprecatur. Accipe, inquit, accipe munera, quæ offero tibi: quæ domo tuli, libẽter aſſume. Non enim precium curationis eſt iſtud, quod tribuo, nec ſanitatem perceptam iſto munere redimo: quippe cùm ſanitas iſta, quã merui, nec precio poterit redimi, nec vllo munere inueniri. Mihi, inquit Heliſæus, quod offers, non accipio: quod ingeris, vt alienũ recuſo. Nec ipſe tibi ſanitatem, qua lætus es, præſtiti: nec perniciosum vitium in te ego ipſe correxi: nec naturæ, vt æſtimas, reddidi: ſed eſt potens in cœleſtibus deus, cuius imperio ſeruio, officio pareo, ſeruituri inſiſto: cui ſoli tuus dicandus eſt animus, prępărandus eſt ſenſus, tribuendus famulatus. Huic enim ſi ſoli ſeruieris, aut ſi obſequia illi debita manciparis, quãta mereberis, coniice: qui antequam ſeruieris, tantam meruerit ſanitatem. Mox Naaman cultus ſibi diuinos indicit, ſuperſtitioſos abſcondit: mox ſe deũ venerari teſtatur, & deteſtari idolum profitetur. Mox ſe, quem agnouerat, deum colere: & figmẽta, quæ coluerat, abhorrere proloquitur. Nũc, inquit, cognoui quia dominus colendus eſt ſolus: nunc primùm addidici quia vnus eſt venerandus deus: cæteri dij gẽtium nec ſaluare potuerũt, nec nocere: quippe cũ humano indigentes auxilio, auxilia ipſi prẽſtare non poſſint. Nec enim ſeruare potuerunt, qui ſeruantur: aut vitam tribuere, qui non viuunt: aut ſanum quempiam ſe colẽtium facere, qui ſe non poſſunt de nõ colentibus vindicare. Tũc Naaman proficiſcitur lætus in Syriã: tunc ad ſuos properat ſanus. Lætantur omnes, qui cum eo triſtes aduenerant: gaudent cuncti, qui eius valetudinem exhorrebant. Magnalia dei, ſecum cũcti loquuntur: virtutes eius, vniuerſi inuicem fabulantur. Statim Giezi prophetæ puer ſecum loquitur, dicẽs: Quoniam dominus meus à Naamã Syro noluit quicquam accipere: ego pergam, vt quod ille noluit, ſumam. Pergit properè, feſtinãter accurrit: quẽ cum poſt ſe feſtinantem pueri Syri conſpicerent, ac domino nunciarent: mox Naaman ſuos ſiſtit currus, vehementer retrahit, animalia flectit, ipſe properus & feſtinans in obuiam redit. Cauſas exquirit ad ſe properandi: rationes expoſcit. Ille ſimulator ac fallax aptat mendaciũ, falſum cõponit: dicit à propheta ſibi eſſe mandatũ, quaſi argẽti aliquid mitteret, quod ad ſe aduenientibus prophetarum liberis tribueret. Inſtanter Naaman puero duplũ quàm petierat, dedit, quod prophetæ ſupplex ipſe ac deprecans dare non quiuit. Quo accepto in ſequeſtri depoſito, Heliſæo apparuit: atq; in eius conſpectu ſolito more cõſiſtit. Vbi, inquit propheta, fuiſti: vel quid rei aut negocij geſſiſti? Nuſquã, inquit, iſthinc diſceſſi: nuſquam à tuis cõſpectibus abfui. Tũc propheta ſanctiſſimus erumpit in vocẽ: Nónne, inquit, cor meum fuit tecum? Et ſcio quemadmodũ Naaman properarit in obuiam tibi, à quo accepiſti argentum, & poſſidebis ex eo agros, & vineas, & oliueta, & ſeruos, & ancillas. Sed & lepra Naamã Syri applicabitur tibi & ſemini tuo, vſq; in æternum. Et ſtatim diſceſſit ab eo, ſicut nix. O admiranda potẽtia dei. O ſublime meritũ Heliſæi. Vno in tempore duplex virtus oſtenditur: & gemina poteſtas prophetam ſanctiſſimum demonſtrat. Curatur Naamã Syrus, & lepra Giezi perfunditur ſeruus. Syro fides attulit gloriam, & ſeruo perfidia intulit pœnã. Ille de Syria veniẽs, quod deſiderauit, accepit: hic de prophetę exiẽs domo, plagã ſibi de perfidia acquiſiuit. Naamã curatur, & gaudet: Giezi vulneratur, & deflet. Alius ſuis redditur ſanus, alius cunctis oſtenditur maculatus. Alius exemplum virtutis oſtendit, alius meritum fallaciæ demõſtrauit. Curatur fide, qui fuerat maculatus: & maculatur perfidia, qui fuerat ſanus. Naamã inuitat ad deum, Giezi profertur ſingulis in perfidiæ exẽplum. Per Naaman, deus collaudatur: per Giezi, iudicium cœleſte metuitur. Inde ſalus naſcitur, hinc metus: inde gloria petitur, hinc fraudis moleſtia formidatur, vt his exemplis, & fidei preciũ, & perfidiæ ſupplicium, cunctis gentibus monſtraretur.

Sermo diui Ioannis Chryſoſtomi de Heliſæo, & Syrorum inſidiis detectis. Incerto interprete.

4. Reg. 6. SI frequenter populorum meritis aut bella naſcuntur, aut fames inducitur, aut exitialis vaſtitas irrogatur: quibus aut frangatur malitia, aut ſuperbia reſecetur, aut increſcens vitioſitas cõprimatur: tamen iſthic diuinæ oſtendendæ virtutis & demonſtrandæ potentiæ genitoris Heliſæi ſanctiſſimi temporibus, filiis Iſraël à Syriis bellum indicitur, & futura pugna inſtantiſſimè nunciatur: in qua pugna tendũtur in campo ab inimicis inſidiæ, doli ab hoſti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus præparantur, deceptionum latebræ disponuntur, vt populus dei nõ tam bello, quàm insidiarum fallacia deuincatur. Hoc nudat Helisæus propheta sanctissimus, mittẽs ad regẽ Israël. Obserua, inquit, locum fili mi, quia in ipsum Syri confidunt: cuius vitatio loci & Israëlitas fecit incolumes, & Syros reddidit strictiores. Tunc Syrorum rex conuocat suos: Dicite, inquit, mihi: dicite quisnam me Israëlitis detulerit, quis cõsilia insidiarum nudauerit, aut deceptiones, quas contra eos fecimus, indicarit. Nullus te, inquiunt, detulit: nullus tua consilia denudauit: sed est in istis propheta sanctissimus: qui, si quid cogitas, nouit: qui, si quid loqueris, scit, & quæcunq; occultè disposueris, recognoscit. Idem illis totum retulit: idem, quod disposueras, indicauit. Sedebat nanq; Helisæus in monte altior mundo, propior cœlo. Sedebat, inquam, in edito, iacentia infra sese despiciens, superna iam deuotus attendens: nec humano colloquio deditus, qui per precũ colloquia deo fuerat copulatus. Tunc itaq; Syriæ rex mittit exercitus, multitudines aggregat, armatos instigat, vt circundato monte hominem dei adducerent sibi. Irrisit se nequissimus hostis: irrisit, & stulto consilio de homine dei aliud, quàm debuit, sensit. Si enim Helisæum, dei hominem non putauit: cur multitudinem misit? Aut si dei hominem sciuit: cur eum contra se armatum dei virtute nesciuit? Aut priuatum hominem adducere pauci non possent, aut contra hominem dei valere eius exercitus potuisset. Debuit enim stultus iã credere, contra eum ire non posse, quem latentes insidias audierat denudasse. Cogitabãt igitur Helisæi indaginem hostes, & ille ad deum dirigit preces. Multitudo contra sanctũ armatur, & ille in monte deprecatur. Circundant locum, ambiunt montem, non vt dei hominem captiuarent, sed per eum ipsi captiui in Samariam deuenissent. Quem montem cùm prophetæ puer armatis circundatum conspexisset: O, inquit, domine surge: quia circũdati sumus. Sede, inquit, fili, sede intrepidus: sede, inquã, vt dixi, securus, quia quod non vides, video: quod nescis, aspicio: quod non putas, recognosco: plures enim sunt qui nos tuentur, quàm illi
4.Reg.6.d qui contra nos missi venerunt. Domine, inquit, aperiãtur istius pueri oculi, & videat quanta sit multitudo nobiscum. Cõfestim videt angelorum exercitus puer: & quadrigam igneam stãtem ante Helisæum. Dehinc descendit Helisæus ad illos, & inuocato domino, dixit: Percute domine gentem istam cæcitate. O admiranda diuersitas rerum. Helisæi precibus diuersi cedunt effectus. Pueri enim oculi aperiuntur, & nephandi exercitus excęcantur: videt puer, quæ videre nõ poterat: & exercitus non videt, quæ videbat. Alterius reseratur visus, & alterius excæcatur obtutus. Ita enim fuerat dignum, vt puer inconcessa videret: & prophetæ oratio inimicis cõcessa denegaret. Interea descendit ad eos Helisęus, & dixit, Venite, inquit, venite post me: & ego vobis virum, quem quęritis, demonstrabo. O virtus admirabilis dei. Ducuntur captiui, qui prophetam venerant captiuare: detinentur vt rei, qui dei hominem voluerant detinere. Propheta sanctissimus non pugnat, & vincit, non dimicat, & subigit. Fit sine sanguine victor, sine gladio triumphator. Vna enim prece & inimicos qui nocere venerant, excæcauit: & prophetę victoriam de hostibus acquisiuit. In reos sua vertuntur, in hostes propria retorquentur: nec se esse cæcos agnoscunt, donec reddito visu, & se captiuos conspicerent, & prophetam authorem supplices ado-

A rarent. Mox vt captiui exercitus ciuitatem ingressi sunt, clauduntur portæ, accurrit populus, rex festinat, stupent omnes, cuncti mirantur. Stupẽt, inquam, sine pugna hostes adductos, & inimicos sine prælio indagine cinctos: quos non potuerunt facere in bello captiuos. Domine, inquit Helisæus, qui virtutes semper ostẽdis, & mirandis operibus innotescis: quíq; prodigiis & signis salutaria semper & vtilia operaris, reserẽtur istorum hominum visus: & nuper illis clausa quæ fuerant, in apertam lucem & manifestos aspectus resplendeant: vt & illa quæ non vident, videant: & quæ videre debeant, recognoscant. Tunc reddito visu lamentantur & plangunt. Tunc se captiuos, tunc reos, tunc se morti iam proximos recognoscunt. Statim rex Heliseo locutus est, dicẽs: Si percutiam illos, pater? Et dixit ad eum Helisęus: Non percuties, quos non cepisti in gladio & lancea tua: sed appone illis panem & a-
B quam. Manducent & bibant, & eant in regionem 4.Re.6.d suam. Nõ percuties, inquit, quos nec in pugna cepisti, nec in prelio superasti. Alia est enim conditio belli, alia est virtus dei: alius est ordo pugnantis, alia est causa virtutes & signa monstrantis. In bello salus adimitur, gladius timetur, arma tractantur, in portentis & signis vitæ vtilitas exhibetur. Illic timor est, hîc admiratio. Illic metus, hîc gloria. Illic formido hominem concutit, hîc lætitiam dei cultus indicit. Illic effectus victoriæ, cæde hominum cõstat: hîc signorum ostensio dei potẽtiam prædicat. Intercipitur enim virtus, si virtutis relator extinguitur: frustra signum apud nos, quod gestum est, remanens ostenditur, si ipse signifer aboletur. Discant qui nesciũt, referant qui senserunt: pergant ad suos, ad proprios redeant, virtutes indicent dei, potentiam referant domini. Nuncient in-
C quam, qui senserunt: qui nunciare non poterunt, si idem, qui senserant, occiduntur. Discant hostibus parcere, qui innocentes persequi consueuerant: discant parcendo vincere, ignoscendo terrere, furias hostium humanitate lenire. Igitur postquam apponi mensas aspiciunt, & dapibus se inuitari cognoscunt, mirantur & stupent sibi pro morte victum, pro interitu cibum, conuiuium pro pœna offerri. Aut isthic, inquiunt, aliquę latent insidię: aut si simplicia ista & vera sunt, quales se exhibent suis, cùm tales se exhibeãt alienis? Aut quomodo ciues diligũt, qui hostes taliter tractãt? Aut quemadmodũ accepta referunt beneficia, apud quos humanitate expungitur pœna? Deniq; postquã portis apertis ad suos cuncti dimissi: tunc secũ inuicẽ tractãt, tunc secũ diuersa apud suos animos cogitãt. Recolũt
D subitò se visu mulctatos, ac per hoc in ciuitatẽ hostiũ venisse captiuos. Dehinc reddito visu, nec quid fecerint, meminisse, & quid euadere potuerint, perdidisse. Posteà à rege petitos ad mortẽ, sed prophetam illis fecisse pro morte tribui humanitatẽ. Gaudent se sensisse tot pericula, quot virtutes: tot signa aspexisse, quot mortes, quibus liberati: & cognouisse, quod non nouerant: & euasisse, quod meruerant, gaudent. Fit tunc propheta sanctissimus gloriosus in suis, gloriosior in alienis. Exhibet suis signa virtutũ, & alienis causas exhibet gloriarum. Docuit prior inimicos foueri, docuit primus debere hostibus parci, docuit aduersariis pro pœna epulas exhiberi. O dominum Christum, & in veteribus nouum, & in nouis exemplis veterem figuratum. Helisæus sanctissimus clausit visum, & reserat: cæcos efficit, & illuminat: aspectum adimit, & condonat: persequentibus adimit, & se sequentibus tribuit:

cæcos

cæcos efficit alienos, & videntes efficit in ciuitate in-
A clusos. Qui captiuare prophetam venerant, excæcantur: & qui capti iam fuerant, † oculãtur. Huius vtriusque veritas cõpletur, vt & figura Christi, & exemplũ futuri populi monstrarentur, vt iam fierent ex alienis proprij, ex inimicis amici, ex hostib⁹ sui. Dimittit, Helisæus exercitus istos ad suos. Dimittit inquã, tot prædicatores, quot habuit hostes: tot relatores virtutum, quot homines hostium. Iam apud gentes deo negocium geritur, iam apud exteros comperta veritas demonstratur. Fragrãt, inquam, magnalia dei, virtutes in Iudæa gestæ: ab ipsis, qui senserant, prædicantur. Nulla natio ignorat, quod didicit. Nulla gens est, quæ nesciat, quod audiuit: vt quod tunc temporis defuit, per
Psal.18.d apostolos postmodum compleretur, dicente scriptura: In vniuersam terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Cui tutum est ignorare, quod
B gentes iam manifestum est nosse? Quis sine periculo nescit, quod cum metu, qui sensit, exponit? Cui expedit talia de deo non credere, quæ gentes iam conspicit demõstrare? Virtutes dei & qui sensit, prædicat: & qui audiuit, cum alacritate frequentat. Nec sine periculo poterit tacere, qui didicit, quando qui sensit hæc gaudia, tacere non nouit.

† Nosse quidẽ, pro visum recepisse, dicitur.

† Pulchrè habes infrà de Ozia rege, in homiliis de verbis Esaiæ: & maximè homilia. iij. in illud. ij. lib. Paralipomenon, cap. xxvj. vbi dicitur, Elatũ est cor Oziæ.

LÆLII TIFERNATIS IN SEquentes diui Ioannis Chrysostomi homilias, præfatio.

Consueuerũt, pater beatissime, qui sub cæteris prædecessoribus tuis fideles militauerũt, diuersis studiis diuersos imitari. Et, vt se probet quisque in ecclesiæ corpore, quasi membũ capiti conforme, illorum moribus se debet exhibere. Fuerunt nanque in illorum numero, qui decretis condendis, litibúsque sopiendis admodum sudarunt. Quidã paci subditorum tantũmodo consulere: alij dogmatibus diuinis apostolicã munire ecclesiã: alij sedẽ hãc illustrare ceremoniis, indultísque honorare, scissuras cuitare: atque alij in vnum resarcire statuerũt. Ita passim dum se quisque rei vnius perfectioni adhibet, eius vtilitatis princeps, & quasi magister quidã est habitus. Te verò tenentem librum, euangelistæque simillimũ intuemur: ipsæque tuæ actiones eò cõueniunt, quòd sibi fidelis quisque pro accepta gratiarum diuisione ad imitamentũ statuere debeat, iam satis nouimus. Librũ ipse lectionis euangelicæ nisi offerre studerẽ ad imitamentũ, meas
D non admodũ partes implerem. Ioannis igitur Chrysostomi Græci sermones, quorum aliquot quidem in Iob de patientia, aliquot verò de pœnitentia conscripti sunt: cùm in meas nuper venissent manus, & debito meo conuenire visi sunt: atque ipsi etiã tẽpori cõgruere, quo Iubileo appropinquãte & pati primũ velle, & ipsas per passiones pœnitentiã agere: sicq; remissionis, indulgẽtiæq; tẽpus subire monemur. Hos ergo Latinos facere, beatitudinique
Mat.25.c tuæ offerre curaui: cuitans simul & vnicũ acceptum talentũ fo-
Luc.21.a. diens in terra abscondere: & cum vidua properans duo saltẽ æra in dominicum gazophylacium mittere. Quo quidẽ in opere, sicut ille inquit: Et verbum de verbo, & sensum quoque de sensu, aut ex vtroque cõmixtum, & medie temperatum genus translationis expressi: quædámq; de sacris mutuata scripturis iuxta Græcã editionem traduxi, quæ tametsi nouissima nostra discrepent: consilium tamen non fuit eadem à Græca dimouere sententia, quo à Chrysostomo quæ disputãtur, clarius conuenientiúsq; consentiãt.

Tomus primus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani, de patientia Iob, Lælio Tifernate interprete.

Homilia prima.

MAgnus ad nos hodierna die certator orbis aduenit, venit ad nos peregrinus, atq; angelis par: qui permultũ à diabolo pulsatus, & permultũ à deo testimoniis comprobatus: qui permultũ à diabolo tritus, & multa brauia ab angelis spectãtoribus consecutus: qui ab inimico mirum in modum cæsus, & magnus vir magnis dignus coronis, in orbe à deo ostensus. Hic enim ipse secum disputans, inquit: Nunquid vanum putasti iudi- Iob 40.d
cium meum, sed vt videaris iustus? Quis igitur bellatorem talem extollere præconiis pro dignitate poterit? Quis brabia fortibus eius condigna gestis audebit extexere? Quis tentabit immẽsum laudum pelagus ascẽdere? Quemadmodum enim sanæ mẽtis nemo audebit vnquam maris pelagus humanis pertransire pedibus: sic nec ex sapientibus quisquam, summéq; peritis tentabit quandoq; nobilis illius ac beatæ animæ laudes audientibus enarrare. Omnem enim humanã sapientiam officiosa eius facta superexcedunt, eiusq; lu-
C ctatio humanam omnem diadematis authoritatem superat. Igitur euangelica lingua nobis mirè necessariò accedat, quò summis, vt ita dicam, digitis, vnguenti alabastrum tangentes, ecclesiam simul repleamus. solum enim vas Iob, si tãgere cœperimus, idq; paulisper dimouerimus, illico vnguenti fragrãtia ecclesia replebitur. Audiamus historiam de ipso dicentem: In om- Iob 1.d
nibus his quę euenerunt ei, nihil peccauit Iob labiis in conspectu domini. Audisti testimonium angelorum, commendationem excitans: vidisti testimonium diaboli suis eum conatibus lacerans. In omnibus his quæ euenerunt ei, nihil peccauit: hoc dei testimonium, nõ secus quàm vnguentum admodũ precio sum per omnem ecclesiam audientes lætificat. O vas summi precii, vno in Arabiæ loco reconditum, per totum orbẽ suauem vnguenti odorem transmittens. O vas lapidibus & plagis & telis à diabolo ictum, vnguntum non effundẽs. Plurimũ itaq; laboris diabolo accidit, quo vas illud cõtereret, vnguentúmq; boni odoris perderet, qui & statuit per vlcerum fœtorem, vnguẽti odorem denigrare. Nam & huius corpus sanie vulnerum efferuescere fecit, sed & mansit vas vulneratum, & nõ amissum vnguentum, vt & nos fidenter ipsi dicamus:
Vnguentum effusum nomen tuum. Opportunum est Cant.1.b
ergo modum ipsum, quemadmodum ipse dimicauerit bellator, considerare, vt in admirabilem illam imaginem prospicientes, intelligamus, quoniam deus diabolo ostendere volens super terram homines iustos habere, non iam per adulationem veluti Adam seductus, sed mille per cruciatus, milléq; flagella Iob tentare permisit. Et licèt apostata Adam decipiens, & Gene.3.b
mulieri per blanditias pręualens, de paradiso eiecerit: hunc tamen hominem non potuit euertere. Ecce Iob sine mandatorum scriptura viuens, legémque naturæ non scriptam, mente rectè gerens. Adhibe mille blandimenta, adulationes mille, totidem cruciatus, si pote-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris optimam hanc, beatámq; animam vel dimouere, vel obliquare. Ecce primum eiecisti hominem de paradiso, nunc tenta, si vel à sterquilinio pugilem supplãtare poteris. Sed paulò altius in ipsam recurramus historiã. Vir erat in terra Hus, nomine Iob, & erat vir ille irreprehensibilis, ac timens deum, & recedens à malo. Talis erat Adam, priusquã à muliere seduceretur. Ille indutus fuit incorruptione, sed vt mulieri credidit, nudus effectus & condemnatus est: Iob verò nudus erat, & mulieri non credidit: & quia mulieri non credidit, corona per angelos allata indutus est. Ille vt mulieri credidit, à paradisi deliciis cecidit, in terram spinarum mortémq; incidit, quam & tãquam hereditatem consecutus est: hic quia non credidit mulieri, & à sterquilinio plagisq; liberatus, regnũ hereditauit cœ
Gene.3.c lorũ. Ille respondens deo, inquit: Mulier quam dedisti mihi, illa mihi dedit, & comedi. O respõsum indulgẽtiam nõ habens, illa inquit, comede: deus dixit, Ne comedas: quare ergo mulieri obsecundas & deum spernis? sed non eiusmodi fuit sanctus Iob. Qualis ergo? cũ
Iob.2.c terrore inquit, ô mulier quare quasi vna de stultis mulieribus locuta es? dicit ergo historia: Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Cuius rei gratia prouinciam nominauit? vt disceres non peruersorum commercia agere id posse, vt iustus vir peccet: sed piorum, deóq; deditorum propositum firmum, stabilémq; oportuit habere mentem. Nam & Arabiæ prouincia impurorũ corruptorúmq; hominũ habitaculũ est: omnes iniqui erãt, omnes deo odibiles, omnes iniqui & facinorosi, omnes superbi ab Esaü descendẽtes, peccatísq; non secus quàm conuiuiis gaudentes: sed tantũ impietatis pelagus, pietatis luculentã faciẽ nequiuit extinguere. Tantus malorum locus, continentiæ decorem denigrare nõ valuit. Ideo huic proximus accedere diabolus cœpit: quoniam quidẽ eleemosynis ipsum magis, quàm pecunia ditescere vidit. Audi eum sine mẽdacio dicẽ-
Iob.29.c tem: Oculus fui cęco, & pes claudo. Et iterũ: Ego super
Ibid.30.c impotente fleui, & ingemui virum in necessitate videns. Et non modò rebus supra modũ ditescebat, sed etiam operibus thesauros beneficij egentibus largitus
Ibid.31.c est. Alibi enim dicit: Nõ exiuit de domo mea indigẽs sinu vacuo, os viduæ benedixit mihi: de velleribus ouium mearum calefacti sunt humeri pauperum. Manifestum itaq;, q̃ ex diuersis ditescebat thesaurus suus, & operibus & sermone & eleemosyna, & assistentia pauperum & subuentione indigentiũ. Sed vide quid diabolus facit, omnium primò ab eo substãtiam vniuersam diripit, postremo & liberos aufert. Camelorũ primum armenta sustulit & ouium gregem: asinorũ magnum illum numerum & maximũ boum arripuit hęc vniuersa, & vltimo loco liberos. Obsecro omni cum diligentia attendendum: primùm diripuit vniuersam eius substãtiam, postmodum liberos: diripuit hæreditaria bona, postmodum hæredes ipsos perdidit. Quò enim per liberos totaliter plecteret, primùm cœpit substantiam perdere: primùm cœpit hęreditaria bona viuis hęredibus arripere, quò filiis filiabúsq; existentibus, per iumẽtorum amissionem letale accipiat iustus mœstitiæ vulnus. Considerauit enim prauus dæmon, liberis fortasse prius extinctis, nullo mouendum sensu amissione iumentorum. Sed qui prorsus adamas, nobilisq; dimicator, qui multis cæsus flagris, atque in omnibus coronatus, qui multa accipiens in se tela, & ipsis cum telis diabolũ confodiens, qui per arma confortatus iustitiæ à dextris, & à sinistris non doluit, nõ lachrymas fudit, non motus est, sed neq; adiumentorum perditionem curuatus, neque in liberorum morte pietati fraudem fecit. Mansit quasi turris minimè nutans, sub terra inferius detenta, ac radicitus fundata, atque ad ipsos vsus cœlestes base munita. Venit *Iob.1.c* prior nuncius, & dixit Iob: Boues arabant & asinæ pascebantur iuxta eos, venerunt prædones, tulerunt omnia, & pueros interfecerunt gladio. Adhuc eo loquente, venit alius nuncius, & dixit Iob: Ignis cecidit de cœlo, & tactas oues pueros que consumpsit. Respice quid facit diabolus. Vt enim vidit eum ad primam secundámque plagam generosè stantem, neque suis omnino cruciatibus dimotum, neq; debellatum, tale quid machinatur: ignẽ ex aëre iacit, vt opinetur is de cœlo ignem demissum, & quò putauerit deum se de cœlo expugnare, blasphemet deum, quem putauerit se sic sine peccati vllius nota iniustè debellantem. Et, inquit, ignis de cœlo cecidit, & tactas oues pueróq; *Ibidem.d.* consumpsit. Etiã hoc adhuc loquẽte, venit alius nuncius & dixit Iob: Chaldæi fecerunt tres turmas, & circumierunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio. Sed perstitit in omnibus his beatus Iob veluti columna quędam immobilis: quasi turris, quæ non quatitur: velut luctator inuictus, vulnerãs magis q̃ vulneratus. Nam cùm quis inutilibus laborat, in multis quidem dimicans, in nullo verò proficiens: sæpe pugnans, neq; omnino superans: ipse est qui magis flagella cõtra vanos suos conatus suscipit, quàm q̃ flagellet. Etiam hoc loquente venit alius nuncius, continuum bellum, sed vanum, indicens: densiora tela, sed lætiora brabia intulit, non finit eum vsque ad horam respirare: immisit omnia tela, neq; repugnãtem vicit, suam euacuauit pharetram, sed nec ipse dolore euacuatus est. Confundantur omnes iniquè agentes su- *Psal.24.c* peruacuè. Igitur vbi ille aduersarius est humiliatus, cõfusus, qui multa quidẽ conatus est, per cuncta verò victus: immisit enim aduersus pastores tela sua, aduersus oues, aduersus camelos, aduersus natos, aduersus domum, aduersus corpus, per amicos & domesticos, per vulnera & saniẽ: omnia vana existimauit vir sanctus, pietatémq; non soluit. Murum perfodit inimicus, thesaurúmq; non minuit, nec abstulit. Quotquot habuit mundi tyrannus iacula mouit: per ignem, per enses, per ruinam, per captiuitatem, per sanguinem: hæc omnia tetendit, & virilem magis bellatorem effecit. Quare & propheta exclamat, dicens: Inimici defecerunt *Psal.9.d* framea in finem. Fortassis & ad ipsum dicitur: Durum *Act.9.d* tibi contra stimulum calcitrare: diripuit vniuersa, pecuniam, iumenta, substantiam. Et vltimus nuncius ait: *Iob.1.d* Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Vt quid putas dilecte, homo nõ erat qui hæc Iob narrabat, sed ipse diabolus, hominis in speciẽ transformatus? Cũ omni diligentia aduerte quod dicitur. Filiis tuis, inquit, & filiabus tuis vescẽtibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemẽs irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppressit liberos tuos, & mortui sunt. Vnde nouisti, dic mihi, quoniã vẽtus venit è deserto, & concussit quatuor angulos domus? Si homo es, & intra domũ fueras, quomodo quę extra facta erant, videras? Si autem spiritus ẽras, homo non eras, sed in hominis effigiem transformatus.

formatus. Filiis, inquit, & filiabus tuis vescẽtibus apud fratrem suum seniorem. Vide quomodo omni intelli-
Gene.4.b gentia sapientiáq; repletus erat sanctus Iob. Putabat enim, quoniam Cain & Abel duo fuerunt fratres soli per orbem existẽtes, nullas habentes belli causas: omnis enim terra communiter ambobus subiecta erat: sic par honorí Abel Cain inuidus interfecit fratrem. Huius rei gratia beatus Iob, pro occultis filiorum quidem
Iob.1.b deo sacrificium faciebat quotidie surgens, hæc atque his similia dicens: Nequando cogitauerint mala filij mei ad deum in cordibus suis. Pro his verò, quæ vel verbo ipsis alterutro, vel cõtentione contigissent, continuò vesci adinuicem faciebat. Existimans, quoniam & si quicquam liuoris vicissim cõtraxissent, mẽsa, panisq; appositio eos conciliaret vnanimes, intercidentémq; faceret exulare malitiã: optimè sciẽs, quoniam ex mensa continua maligna quæq; intercidentia soluerẽtur. Sed boni totius aduersarius, inuidúsq; diabolus obseruauit tali eos tempore necare (qui nullatenus peccauerunt) pueros, tempore scilicet meridiano, quo cùm omnes læti simul erant, cùm ad pacem cõiungebantur. Tunc perfidum contra eos bellum relaxat. Et illi quidem amicitiam, hic verò gladium acuebat: illi charitatem ædificabant, hic domum subuertit: factáq; est eadem hora domus sepulchrum, & mensa calamitatis cymba, & naufragiũ, & pastoralis statio, cũctáq; dissipata. Quid ergo generosus ille? non confusus est, non decidit: quid eius maior laudatio? qualis sermo sufficiet? qualis sufficiet ad eam narrationem sudatio? O nobilem beatámq; animam, ô patiẽtiam magnam, nihil sublimius habentem: profecto dilectissimi confundor spiritu, conscientia turbor, in his coronatum videns Iob. Sed magis confundor, eum diademate videns insignitum. Si tunc ille sufferre potuerit filiorum crudelem casum coram intuens, confundor anima. Puto autem & vos itidem sapere. Quomodo ergo talem tantámq; tragœdiam explicauero, non satis noui, ex hoc quidẽ quorumcunq; præconiorum, laudúmq; magnitudinem in lingua ferens. Qui enim secundum carnem parẽtes sunt, cùm natum vltimo spiritu laborantem habuerint, circunsedent, vltimáq; eius audiũt verba, manus circũpalpant, adhortationes, fomentáq; alia de industria adhibent. Os deosculãtur vltimo parẽtum osculo. Exinde cùm reddiderit puer animam, quemadmodũ desiderant, iubent parentes officia adhibere. Manus componũt, oculos claudunt, caput directo statuunt, pedes reducũt, lauant, sepulchróq; cõdigno dignis funeralibus condunt, atq; propria calamitate solantur. Sed quid generoso huic pugili? Abiit ad domum funestam, quæ ipsis vna & eadem hora domus & sepulchrum, cõuiuium & tumulus, festũ & fletus facta est. Circunfodit, & quęsiuit liberorum membra, inuenitq; vinum & sanguinem, panem & manum, & puluerẽ. Et excepit quandóq; quidẽ manum, quandóq; pedẽ, quãdóq; caput cum puluerulẽta materia, quam abstrahebat cum lapidibus, cum lignis: & quãdóq; quidem vẽtris, quandóq; intestinorum partem, viscera cum macerie cõfusa. Sedit autem cœlo celsior ille luctator, dispersa liberorum membra legens. Sedit componẽs membra ad membra, manus ad brachium aptans, caput ad humeros, genu ad fœmur. Neq; vna erat illius casus calamitas, sed diabolica operatione & tyrãnide omnem sermonẽ excedens subuersio. Sedit itaq; verus fortísque adamas beatus Iob, discernens liberorum suorũ membra, cauẽsq; ne fortè in masculinis membris fœminea cõiungat. O beatam, profectóque generosam fœlicémque animã, celebrẽ angelorũ famã superantem. Quare? quia in omnibus quæ superuenerũt ei, non peccauit Iob in cõspectu domini. Sed pro his omnibus perfectam gratiarum actionẽ sacrificij loco obtulit, dicẽs: Sit nomen domini benedictũ, *Iob.1.d.* nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Homilia secunda.

MAgnum rerum pondus, magnarũ narrationum dignitatẽ postulat: splendidísq; iustorum historiis splendida lingua, splendidáq; mens cõuenit. Et mens quidem diuinas literas syncerè iugitérq; cõtemplans, lingua verò diuina interpretans. Idque potissimum in subiecto nobis, sumptóq; sancti Iob laborum opere, qui omnem peragrantem sub cœlo regionem, patientiæ sermonem, coruscantium more vibrauit. Sed noui gratiã dei prębituram fore verbum, non pro dicẽtis authoritate, sed patrum interueniente legatione sanctorum. Cęterùm *Ibidem.a* in eam veniamus historiam. Vir erat in terra Hus. Necessarium est omnium primò, qualem vim prooemiũ ipsum habeat inquirere, cuiúsque rei gratia historicus ab hac facit dictione principium, Vir erat. Quoniam quidem vitam narraturus erat virtuosam, nostramque vim supra modum vincẽtem: ne quis ad agonis sublimitatem respiciens, putaret non humanam, sed peregrinam esse naturam, describit naturam, vt propositionem admireris. Quòd homo existens, supra hominem viuendo conuersatus sit: & communi quidẽ natura omnibus communicans, animam verò in sublimi superiorem adducens. Vir erat in terra Hus. Prædicat eum, & à natura prædicat, & à prouincia: vt quemadmodum miraris hominem audiens, supráq; hominem viuentem, & prouinciam ex qua tãtus fructus floruit, verè mireris, qualísque rosa in spinarum medio germinauerit, diligẽter attende. Prouincia nanque Hus, Esaü prouincia erat: etenim ab Esaü Hus nominat, aut prophani prauíque Esaü sedem, sicut inquit apostolus: Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Esaü. Quò *Hebr.12.d* discas, quibus ex malitiæ scholis quintus veritatis fructus eruperit. Sed hunc non modò Esaü prouincia tulit, sed & radix ipsa praua: pronepos enim abiecti, repudiatíq; erat. Nam scriptura quintum ab Abraham dicit esse Iob. Quomodo autẽ quintus sit, audi: Abraham genuit Isaac, Isaac Esaü, Esaü Raguelem, Raguel Zaram, Zara Iob. Successionẽ ergo ab Abraham habuit per Esaü. Ostendit igitur scriptura radicem, quò fructum admireris. Quis enim Esaü erat? fornicator & prophanus: quis erat Iob, qui à fornicatore descendit, hinc vide. Mirãdus vir nunc nobis in narratione subiectus dicit: Si deceptum est cor meum super mulie- *Iob.31.a* rem, & si ad ostium amici mei insidiatus sum, scortum sit alterius vxor mea. Esaü ad multas mixtionem habuit mulieres, insatiabilis ad luxuriã existens. Iob verò modum tantummodo vitę habuit, tantúmq; abstinuit, vt alienis formis non circumlaboraret: atq; à fornicatione adulterióque tantum abfuit, vt nec alienis mulieribus iungeretur. Vnde & oportet mãsueta magis oratione vti: tantùm abfuit ab alieni thori insidiis, vt neque ad innuptam virginem, in qua nihil periculi fuerat, impudentem oculum deflexerit. Vnde inquit, *Ibidem.* Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem quidem de virgine. Vide ad quam disciplinæ sententiam hunc virum pietatis partes vexerunt. Instituit oculum ad pietatem, instruit ad iustitiam: & mẽbra quæ à fornicatore

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicatore ſucceſſioné duxerunt, maxima pudicitia claruerũt. Eſaü quoad propoſitum parricida fuit: nam & ſi actus non proceſſerit, propoſitum tamen accuſatur, dixit nanq; Eſaü in corde ſuo, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Radix itaq; parricida, qui verò de radice floruit, iuſtitiæ triũphator: ille cum natura pugnauit, fratrémque alienum eſſe dixit: hic & alienos fratres eſſe putauit, qui dicebat, Factus ſum fratribus tanquam pater, atque omnia aliena ſuorum loco habet, qui ab Eſaü ſucceſſionem habuit, ex eo ſcilicet, quia aliena ſua faciebat. Eſau mente ſua Iacob interficere cogitabat: Iob verò ſacrificium offerebat pro filiis, cogitãs, ne fortè quid mẽte peccaſſent: quandoquidem ille mente parricidium patraſſet. Timens magnus hic generoſúſq; miles, ne quando & hi mente ſuſcipiant peccati virus, offerebat ſacrificiũ, & vitulum vnũ pro peccatis: dicebat enim Iob, Nequãdo filij mei ad deũ mala cogitauerint. Cogita ad quale quãtúmq; ſtudiũ eũ peruenire faciebat moris diſciplina: & quid facit, quãdoquidem progenitores Eſau & Iacob viciſſim ſe expugnantium, non Iacob in malitiam cõſentiente, ſed Eſau primùm ad malitiam inuecto progenitorum diſcordiam menſæ conſilio ſoluit, liberóſq; facit mutuò per dies ſingulos conuiuari, quo aſſueta mẽſa reſoluit malitiæ virus. Ad alterutrũ accedebant mutuò filij Iob, & ſenſu inſtructi, à priore ætate, pace exerciti, cõcordia educati, adinuicem comedebant & bibebant. Suſcipiebãt autem & tres eorum ſorores, vt comederẽt cum eis & biberẽt, & quid ad vtilitatẽ hæc audienti? Quare & ſororum addidit eſum? vt oſtendatur ſcilicet, q̃ ad pudicitiam conuiuium agebatur: quódq; ibi non riſus intercedebat diſſolutus, immo deſtiáq; effuſus mẽſam iniurians. Inducit ergo & comedẽtes virgines, quò ſpeciẽ figurámq; conuiuij oſtendat, nõ ebrietate deformatam, ſed concordia ornatã. Vir erat in terra Hus, nomine Iob. Columba in medio accipitrum, ouis in medio luporum, ſtella in medio nubium, lilium in medio ſpinarũ, germen iuſtitiæ in oppido iniquitatis. Et erat vir ille irreprehenſibilis. Attende diligẽter, quę ab extra ſunt, hominem definire cõſueuerunt. Quid eſt homo? Homo eſt, inquam, animal rationale, mortale, de his philoſophorum termini cõſultantur, ſcriptura autem nõ eoſdem dat terminos. Sed quid homo? irreprehenſibilis, iuſtus, verax, & recedẽs ab omni opere malo. Si quis ergo te interrogauerit, quid eſt homo? dic ad eum: irreprehenſibilis, iuſtus, verax, & recedẽs ab omni opere malo: adeò, vt qui talium perfectorum officiorũ teſtimoniis non fuerit cõprobatus, homo nõ ſit. Etenim talis, quanuis naturæ charactẽrẽ ferat, hũc tamen malitiæ propoſitũ deformat. Audi à propheta: Homo cũ in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et erat ille vir irreprehenſibilis, nõ parua hæc laus, examina verbũ, quò propoſitionem admireris. Aliud eſt crimẽ, aliud reprehenſio: nam crimen quidem grauiſſimis peccatis committitur, reprehenſio verò leuioribus culpis. Oſtendere igitur voluit ſcriptor non modò à crimine longe fuiſſe iuſtum, ſed etiam à reprehenſione. Quomodo enim magna quis ſibi obiecíſſet, vbi nec locum quidem in minoribus videbat? hoc autẽ magnum eſt argumentũ eius, cuius ſine crimine media vita. Quem enim de adulterio & homicidio accuſare non habes, talis ſine crimine: cui autẽ ſine iniuria reprehenſiones irrogaueris, detractiões, maledicta, ebrietates, talis crimine quidem vacuus ſub reprehenſione currit. Vult ergo ſcriptor oſtendere, & à paruis, & à minimis quibuſque culpis procul fuiſſe virum ſanctum: & inquit: Et erat vir ille irreprehenſibilis, iuſtus, verax, timens deum, recedẽs ab omni opere malo. Ex quo etiã deus Abraham oſtendit primùm irreprehenſibilem, & virtutem habere, dicens ei: Tu placuiſti in cõſpẽctu meo, & factus es irreprehenſibilis: hoc autem irreprehenſibile pro modi excellentia ſuſcipitur. Paulus enim apoſtolus vbi ad gentes proficiſcitur, ſummum virtutis pondus illis non impoſuit: ſed vbi in orbe adulteriis fornicationibúſq; repleto, voluit orbis paſtores conſtituere: & quoniã virtutes raro inueniebãtur, epiſcopos ordinans, Tito dixit: Conſtitue epiſcopos, ſicut ego tibi diſpoſui: ſi quis eſt ſine crimine. Porrò irreprehenſibile tunc locum non habuit, quãdoquidem pietatis vigor deficiebat. Magnum, irreprehẽſibilem eſſe: medium autem, ſine crimine eſſe: magnum malum in hominibus, vel exiguũ bonum, & propterea dixit: Et vnius vxoris virum: nõ ea ratione q̃ id nunc in eccleſia obſeruetur. Oportet enim omni prorſus caſtitate ſacerdotem ornatum eſſe. Sed q̃ id quandoq; ad eos qui in fornicatione erant magnum fuit, ideo dicit: Cõſtitue epiſcopos, ſicut ego diſpoſui tibi: Si quis eſt ſine crimine, vnius vxoris vir: nõ q̃ id legis loco poſuerit, ſed q̃ errori ignoſcebat. Sciebat enim quoniam florente pietatis verbo, ſua induſtria bonum ſibi naturа vendicabat. Electióq; melior fit, quum irreprehenſibilis, iuſtus, ac verax deligatur (primùm igitur nõ eſt iuſtum, fieri irreprehenſibilem, non ſanctum.) Vultu, non facie figuram quandam præ ſe ferat, aliúmq; habens mentis habitum: nec is, qui prudẽtia obumbratus, incontinentia verò indutus: non iuſtitiam quidem extrinſecus ferens, malitiam verò intrinſecus fouens, hic verax, atque illico deum colens: cùm enim fuerit irreprehenſibilis, cùm iuſtus, cùm verax, tunc vera religio, verúſque dei cultus perficitur. Recedens ab omni opere malo. Quoniam quidem inuiti recedunt à multis malis, ab omnibus autem non recedũt, iterum culmen iuſtitiæ oſtendere volens dicit: Recedens ab omni opere malo. Vnde & Dauid dicit: Qui diligitis deum, odite malum: non enim poſſibile eſt deum diligere, & operari malum. Exponit autem & eius ſubſtantiam. Quoniam ouium habuit ſeptem milia, camelorum tria milia, quingenta quoque iuga boum, & quingentas aſinas. Quare ſcriptor hæc exponit? non Iob diuitias admiratus, ſed tibi auditori relinquens in obiectum ſubſtantiæ multitudinem: quò ſi eundem videris poſt hæc vniuerſis nudatum bonis, minimẽque ingemiſcentem, mireris quantum priuatus bonis donatorem non repulerit, neque conditorem maledictis inceſſerit. Hæc itaque ſcripta ſunt, non quò ad diuitias in admiratione habeas, ſed quò iuſti conſtantiam, patientiámq; laudes, atq; præ oculis deum ſemper habeas. Sequens verò orationis ordo in aliud tempus contemplandus ſeruatur: etenim diabolus quandoquidem eum diteſcẽtem eiſdem temporalibus diuitiis vidit, atque ex eiſdem æternas ſibi theſaurizare diuitias putauit. Quoniam, quemadmodum eo diteſcente diteſcebat iuſtitia: ſic ad paupertatem ductus, eadem quoque virtus paupercula apparebat. Tentat eum igitur pecuniis nudare, quò claris eundem facinoribus nudet. Hic aduertant diligenter, qui dicunt: Nónne Iob dives fuit? quare igitur nobis ipſa rerum proponitur renũciatio? Dicã ego ad te. Fias iuxta Iob

Gen. 27. g

Iob. 29. c

Ibid. 1. b

Homo quid.

Crimẽ & reprehẽſio differunt.

Ad Tit. 1. b.

Pſa. 48. d

Iob 31. b. c dives, atq; ego tibi maiores diuitias exoptabo: fias iuxta Abrahã, atq; omnis terra diuitias coaptabit. Dic & tu, ſicut ille dicebat: Ianua aperiebatur omni tribulato: dic, humeros pauperum calefeci: dic, ex velleribus ouium mearũ calefacti ſunt humeri pauperum: dic, os viduæ benedixit mihi, atq; diuitiis quibuſvis diteſce. Nã pauperibus neceſſaria præbẽdo, ianuã q; omni tribulato apertam exhibẽdo, tibiipſi benefacis. Imitare hũc ſummæ paupertatis amatorẽ, zelũ patientiæ, viriliter cõtra aduerſarios age: ſed de his hactẽn°. Fiat autem in nobis zelus, patientiãq; habentibus cohabitatricem, eorũ quæ relinquimus non ſentiemus dolorẽ. Excutiamus amiſſorum memoriam, ac nos nobiſipſis impendamus, voluentes ſequentes contemplationes. Fiat & nobis, ſyncerè feſtũ diem celebrantes, paſſionibusq; ſanctorum cõmunicantes, & paſſioni Chriſti. Verè enim fratres, ad Chriſti paſſionem fulſerunt ſanctorum paſſiones, fulſerunt & ſicut fulgura paſſiones iuſtorum, quò poſt hæc appareat Chriſtus, ſicut inquit *Rom. 8. c* Apoſtolus: Qui omnibus compatitur, & omnib° glorificatur. Orationibus igitur, lectionibúſq; ſanctorum patrum, & prædictis intendentes: quódq; reliquũ eſt expectantes, gloriam referamus patri, & filio & ſpiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

Ibidem. Sacerdas cœlebs eſſe debet.

Homilia III.

DAm nos omnes promiſſum auditum attingamus, atque in Iob rerum ſerie conueniamus, nóſq; metipſi verbo patiẽtiæ fideliter adhortemur. Etenim indignum eſt, in ſterquilinio quidem ſedentem Iob ad pietatem abundantius excitari: nos verò quaſi choreis in eccleſia perſiſtentes ad veritatẽ pigritari: & hunc quidem mille ſuæ calamitatis fletib° intonatum, animo non frangi: nos verò hymnis, diuiniſq; ſcripturis, & cãticis ſpiritualibus ſonoritate plaſibúſq; excitati, per deſidiam propoſitũ perdere. Iob corpore à vermibus conſumpto, pietate animã cuſtodiuit vulneratam. Illum vermes nõ vicerant, & nos ſudores deliciunt. Sumus & ipſi nos homines iuxta datam paulò antè definitionem. Hominẽ enim format, quod irreprehenſibile, quod iuſtũ, quod verax, quod dei cultus eſt. Et quemadmodum in cõmuni conſuetudine quis ſi quando vel filium, vel domeſticum, ad deſtinatũ opus tranſmiſerit, modũ dat dicẽs, ſicut hominem decet hãc & illam actionem aggredere: communéque nomẽ proprium admiratio facit. Sic etſi omnes appellantur homines, ſolus ille verus homo, qui imaginem ſeruauerit, cum dixi hominẽ. Vt & à cõmuni natura patriã laudes, de terra Hus dixit, quò de infidelitate fornicãtis prouinciæ fructũ ſuperextollas: dixit iumẽta, quò fortia eius geſta in admiratione habeas: dixit diuitias, non quòd ſubſtantiam laudes, ſed quòd hac nudatum maiori habeas in celebritate: omnibus enim exutus eſt, atq; in deum pietate veſtitus. Sed erat quemadmodum obſeſſa ciuitas, ſolis autem muris cuſtodita nudatis liberis, nec pietatis fruct° amiſit: habuit enim filios, modos: & filias, virtutes. Tres ei *1. Cor. 13. d.* filiæ iuxta carnẽ, trésq; ei virtutes iuxta ſpiritum, quẽadmodũ inquit apoſtolus Paulus: Manẽt tria hæc, fides, ſpes, charitas, maiórq; horũ charitas: nudatus eſt omnibus, & naturæ conditorem non negauit. Scribit enim liberos ſolatiũ eſſe ſucceſſionis: cultorem verò radicis nõ auerſum, qui fruct° repudiaret. Sciebat ipſum cultorẽ radicis in ſeculũ ſeculi permanere. Nudatus eſt ouibus, & ipſe ouis erat à deo cuſtodita. Nudatus eſt bobus, & iuga quidem boum ſublata ſunt: animæ autem corporíſq; iugũ haud erat inciſum, ſed concors tamen anima, caro ad pietatem trahebat aratrum: pro patientiæ verò modo, patientiæ fructus accepit, quò patientiæ fructus multiplicaret. Erãt ei igitur camelorum tria milia, quingentæq; aſinæ, & ego exiſtimo parua admodum quædam & hæc poſſediſſe. Si enim cuique pauperi impendebatur, quẽadmodum ipſe dicit: Oculus fui cæco, pes claudo, patua *Iob 29. c.* profectò ſubſtantia ad propoſitum quod habuit fuerat: pluris erat hoſpitalitatis menſa, quàm prouẽtuum abundantia. Pauper erat Iob, bonæ non ſufficiens vo- *Iob 1. b* luntati: & poſſeſſione quidem dives, pauper verò dato propoſito erat: erant autem ei, inquit, opera magna ſuper terram: quænam? paupertatis hoſpitalitatiſque amor, ſumma humilitas, incorporalis eleemoſyna, & quotquot ad virtutem proficiunt: ſed hic quidem ſic in deliciis nõ tam diuitiarũ, quàm pietatis verſabatur. Alius autem ex ſapientibus verbum communi modo loquendi ſuſcipiens: magna eſſe opera dicet, vineta, oliueta, ſata, iugera, & quotquot ſunt his ſimilia. Verè magna ei erant opera ſuper terram, deliciis ſuper ſibi cœleſtibus diuitiis parturientibus. Diabolus autem, veluti heſterna diximus, omniũ ſceleratiſſimus ſuſpicans, quemadmodũ virtus diteſcebat, ſic quoque ad paupertatem ipſo declinante, ſimul quoq; virtus declinaret. Nudat eum iumentis, quò & virtutis munimentis nudet. Poſtulat autem à deo aduerſus iuſtum dæmon tentandi authoritatem: vt ſcias, contra Chriſtianum propria virtute præualere non poſſe: nec aduerſus virum timẽtem deũ, vbi niſi fuerit aſſenſus vel q̃ diſciplina deſuper, vel ex permiſſione fiat. De° em cũ diſciplinæ correctiones addiderit, dat aut peccatorum pœnam, aut certè virtutem diuinis profectibus exercebit. Igitur diabolus Iob debellare non potuit, q̃ id permiſſum non fuit à deo. Neque mireris ſi aduerſus Iob non habuit poteſtatem, permiſſu non prę- ueniente: neque eũ aduerſus porcos poteſtatem habet, Audi quomodo legio deprecabatur, dicẽs: Si eii- *Matt. 8. d* cis nos, permitte nos abire in porcos. Si ergo in porcos non habuit non permiſſus poteſtatem, in his quæ contra deum fiunt, quomodo niſi permiſſus poteſtatem habet? Factũ eſt autem vt eodem die & angeli dei venirent aſſiſtere domino, & diabolus ſtetit in medio eorum. Ergo cum angelico miniſterio aſſiſtit & diabolus, atque in medio ſanctorum ſpirituum immundus ſpiritus aſſiſtet. Neq; enim deo ſancti angeli corporaliter adſtiterunt, neq; ſatan corporaliter: ſed omnis miniſtratio ſummi & dei, aſſiſtẽtia dicitur: quem- admodũ Helias ſuper terrã verſatus, deo aſſiſtere di- *3. Reg. 17. d* cebatur. ſic inquit, Viuit dominus cui aſſiſto in cõſpectu eius hodie: non quia in cœlum aſcendens adſtiterit, ſed q̃ diuino præcepto miniſtrabat. Sic & diabolus adſtitit, non in cœleſti choro, neq; cum ſupernis mundi potentiis: ſed vt dei creatura congruentia ſibi facere iuberetur, & quomodo, audi: Neque eũ meũ arripueris verbum, & dixeris: Igitur diabolo miniſtro vtitur deus? Sicut eñ in hominum poteſtatibus, manifeſti quidem ſunt milites, qui honoribus miniſtrando inſiſtunt, atque certiſſimi ſunt milites qui ad exigendas pœnas ſegregantur: Sic & hoc in loco ad miniſteria quidem bona, atque ad hominum diſpenſationes, ſancti angeli: ad malorum verò hominum pœnas poſtulandas dæmones tranſmittũtur. Et quomodo, audi. Cum ſanctorum angelorum meminit Pau- *Heb. 1. d* lus: Nónne omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus, propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

pter eos qui hæreditatẽ accipiunt ſalutis? Ex quo manifeſtum, ſanctos quidẽ angelos hominum ſaluti miniſtrare: malos verò ſpiritꝰ his quę aduerſus malos in-
Pſal.77.c feruntur pœnis. Miſit eũ, inquit Dauid, in Aegyptum iram indignationis, immiſſiones per angelos malos. Praui itaq; & immũdi dæmones, & ſi propoſito defecerunt, iugo tamen ſeruitutis ſubiacent: atque vt carnifices quidam iubentur mãdata perficere. Et miraris deum prȩcipere dęmoniis? apoſtoli veluti carnifice v-
1. Ti. 1.d tuntur dęmonio: dicit eñ Paulus: Quoniã ergo aliqui circa fidem naufragauerunt, hos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare. Et iterum de quodam, qui fuerat fornicatus, pœnámque debẽte, ipſe idem Pau-
1.Cor. 5.b lus dicit: Congregatis autem vobis & ſpiritu meo, cũ virtute domini Ieſu iudicaui, tradens huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Nam ne putent dęmones aduerſus diuinam potentiam, tyrannico ſe prorſus more habere poſſe, iubentur mandata facere, non quidẽ ſeriоſas res, atque ad vbertatem lætitiámque tẽdentes, ſed ad pœnam trahentes. Nónne & eos qui apud nos ſunt principes, vidiſti quomodo cum honore quidem quoſdam ad ſe vocari iubent? Curſores Romã lingnę vocatos mittunt, quandoque verò cum decore alios emittunt crudeles, & duros milites: Sic & deus ſanctis ſuis ad ſalutem angelos mittit. Cum verò punire vult, id dæmoniis ꝓmittit. Propterea deo aduerſus Achab
3.Reg. 22 d. ſententiam laturo, & dicente: Quis ibit & cadet? Reſpondit ſpiritus nequam, Ecce me. Sciebat enim ad id ſe deputatũ ipſe diabolus. Ignoſce quæſo mihi, de inuiſibilibus & non viſibilibus diſputanti. Sed neque ab initio quidem tale aggreſſi eſſemus, niſi occaſio nobis ex ſancta ſcriptura proceſſiſſet: neque enim humanæ eſt mentis inuiſibilia à ſenſibilibus ſeparare: ſed quoniam his, quæ deus dixit, refragari, inquã, non eſt locus, cum ſcripturis incedimꝰ & innitimur: itaq; peſſimi dæmones mittuntur quidẽ, præcipuè ad exigẽdas malorum pœnas. Mittuntur autem & ad iuſtos, nõ vt puniant, ſed vt tẽtent. Quandoq; ſanctus angelus tẽtationi miniſtrare nõ iubetur, neq; enim deus angelo mandat, quod indignũ: idcirco dæmoniis ipſa tentatio permittitur, nec mirum ſi dæmones ad iniuſtos
Matt.4.a mittuntur. Nam & omnium quandoque dominus ab Iordane in deſertum ductus eſt, vt tentaretur à diabolo: & omnium itaque dominum & ſaluatorem diabolus tentauit. Quid mirum ſi contra iuſtum pro patientiæ exercitatione dęmon tranſmittitur? Tranſmittitur non iubẽte, ſed deo permittente. Figurat autem ſcriptura ſermonẽ, veluti in imitatione perſonarum. Non enim vox à deo ad prauũ dæmonem procedit, neque verò hac habẽt digna prævaricatrix illa præſumptio. Natura eñ bona, præſumptio verò mala. Et iniquis hominibus legitur dominus locutus fuiſſe. Vnde Da-
Iſa.49.c. uid: Peccatori dixit deus, quare tu enarras iuſtitias meas? Vocẽ ergo ad peccatorẽ fingit? nõ, ſed ꝓ eo qđ loquit̃, per ipſas res ad indignos loquit̃. Et dixit dominus cæco: ergo vocem emittẽs, aut mandata roborans, mandauit deus vermiculo. Sic ſi ſermo figurauit deum diabolo fuiſſe locutũ, nõ ex honoris ęqualitate proceſſit, inhonoratam hanc prævaricatricémq; ſubſtantiam ad domini conſpectum perductam: ſed ſteterunt angeli iuxta deſtinatum ordinem. Voluit autẽ & diabolus adeſſe in medio angelorum, vti diſcas angeli quidem naturam ſuſcepiſſe, proditoris vero mentem oſtendiſſe. Nam diabolus non naturæ nomẽ, ſed
A præſumptionis: non enim diabolus factus à principio, ſed angelus creatus eſt. Diabolꝰ verò, quia detrahebat & deo apud homines, & apud deũ hominibus, appellatur, quaſi deum contra homines, hominéſq; contra deum: dominum aduerſus ſeruum irritãs, & ſeruũ aduerſus dominum. Cum enim ſuggerit diabolus nobis & dicit: Quot mala in mundo? vbi deus quatenus nõ dominatur? ſic detrahit cõditori apud nos, illud enim negotij diabolo à principio fuit. Detraxit deo apud
Gen.2.d Adã, dicens: Scit enim deus ꝙ in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, quod detrahendo dixit: hîc & Iob corã deo detraxit,
Iob.1.b cum dixit: Num gratis colit Iob deum? videlicet quia ſub mercede id facit, nõ virtute mercedem tibi beneficij rependit: abſtulit pecuniam, atque eius propoſitũ mutatum eſt. Cum ergo vidit deus iuſtum iniuriatum,
B per illius verſutiam & iumenta tollit: quò ſuſpicionẽ auferat peccati, nudatam pietatẽ oſtẽdit: ac vide praui dæmonis propoſitum. Dixit, inquit, dominus diabolo: Vnde venis? Hinc ſuperbus & tumens, neque ſui
Ibidem. locum & ſtatum ſciens, neq; interrogantis dignitatẽ, dicit: Circumiui terrã, & quę ſub cœlo ſunt perambulans, aſſum. Quaſi diceret ſe hoſtis his quæ ſub cœlo ſunt dominari. Et ab eo quoq; terreſtria quæque calcãtur, atq; ſub pedibus habet vniuerſos homines: circumiens terrã, & perãbulãs quæ ſub cœlo ſunt, aſſum. Sed iam reſcinditur diaboli ſuperbia. Nam cũ putauit ſe imagini dei dominari, excluſus eſt de terra, vt non iam eandẽ perambulet, exularéque ipſum facit omniũ dominus. Ipſe enim qui prædicit: Quomodo habitabo in eis, & ambulabo, & ero eorũ deus. Priora quidem illa perambulauit diabolus, tũc ſcilicet, cum
C idololatria vndique diffuſa, cum luxuria in dominio erat, cũ vniuerſa malitiæ germina pullulabãt, perambulauit diabolus. Cũ autẽ ſanctitudo & veritas, ab his qui veritatem cuſtodiunt, deus inhabitabat, atq; perambulabat. Nunquid conſideraſti ſeruũ meũ Iob, ꝙ nõ eſt ei ſimilis in terra, homo irreprehẽſibilis, iuſtus, verax, recedens ab omni malo? Poſtquàm dixit, Et quæ ſub cœlo ſunt omnia perambulaui: atque ſic elatus eſt ſuperbia, tanquã vniuerſis dominaretur: hanc ſoluens veritatis ſermo, dicit ad eum: Vidiſti hominẽ à te minimè ſuppeditatũ? quandoquidem dicis te omnibus dominari: vidiſti eum qui vniuerſam tui malitiam vicerit? vidiſti conculcantẽ te qui omnes conculcas? vidiſti eum qui ſoluit tyrãnidem, atque iniquitatem iuſtitia reſoluentem, impietatémq; pietate? Hic autem circunſtans deo dicit: Non gratis colit te: obiicit iumenta, vt eius vituperet modũ: & quo eius verſutia imbecillem oſtẽdat virtutem. Tu ei dediſti abũdantiã: ſi nudetur, hypocriſis apparebit: dicit ei deus,
Iob 1.b Tange vniuerſa quæ habet. Sciebat enim quoniã ad auaritiã inſatiabile propoſitũ habet, ideo dicit: Ecce omnium do tibi poteſtatẽ, tantum in eum manum nõ extendas. terminis deſcribit malitiã diaboli. Cæterũ vide qualem tendit arcum aduerſus iuſtũ, qualia mittit tela. Et primũ ipſe mali operator, ſemetipſum malorum nunciũ præbet. Ipſe iumenta percutit, atq; idẽ percuſſionẽ annũciat. Dixit nanq; diabolus Iob: Boues arabant, & aſinæ paſcebãtur iuxta eos, & irruerũt prædones, tulerũtq; omnia, necnõ & pueros percuſſerunt gladio, & quaſi ego ſolus euaſi vt annũciarẽ tibi. Prima diaboli tẽtatio, primũ telum aduerſus iuſtum generoſúmq; dimicatorẽ. Sed oppoſuit Iob ex aduerſo fidei vmbonem, qui potuit omnia tela ignita extinguere.

Diabolus nunciat ad Iob.

tinguere. Iuga boum perdidit, & anima nõ eſt diuiſa. Aſinæ perierunt, nobiliſq; pullus pietatis frænum nõ negauit. Vidit amaram nũciationem perditionis iumentorũ, & permanſit veluti firma turris inſuperabilis. Diabolũ prauitate crudelẽ exiſtentẽ, crudelémque facti propoſito pœnituit, & pœnituit ſic nũciaſſe. Atque diligenter attende, ne te prauitatis ſuæ intẽtio fu-
2.Cor.2.c giat, quã & Apoſtolus proſpiciens, Non eñ, inquit, ignoramus verſutiam eius. Vt ergo ſibi nunciauit, ꝙ & iuga boũ arabant, & aſinæ paſcebantur, & venerũt prædones. Vidit autẽ Iob auditã rem tolerare generoſo animo, pœnituit ꝙ malè nunciauerat, & ad ſemetipſum fermè cõuerſus, dixit diabolus: Malè nunciaui, dicẽs homines ſecũ pugnare. Poteſt ex hoc iſte cogitare, quoniã ſi me homines expugnauerunt, affecerúntq;, quid apud deũ interrogatio? Malo, ĩquit, arcuſum vſus, nõ pro intẽtione eieci, ſagittæ in emiſ-
B ſione fefelli, errauerũt tela. Vt ergo ab hominibꝰ eius mentẽ ad deum traducat, atq; oſtendat nõ homines, ſed deũ bellum ſuſcipere, dicit ei: Ignis de cœlo cecidit, vt non homines & hoſtes videantur iniuriari, ſed ignis de cœlo cecidit. Quare ergo ſeruis iniuriãti? qua re iumenta tu cõſumenti fœneraris? Ignis de cælo cecidit, audit Iob, & iterũ fortiter tulit. nam patientia illa vera, patientia erat vſq; in finẽ præparata, de qua in-
Matt.10.c & 24.b Amiſſa obtulerat Iob pro ſacrificio. quit Saluator: Qui autẽ ſuſtinuerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Ignis de cœlo cecidit, quotidie laboranter offerens pro liberis ſacrificium. Quod ergo quotidie laborans ferebat, repentè autẽ ſimul deus in ſacrificiũ ſuſcepit: Ignis de cælo cecidit. ſi ergo ſolus inductus eſſem, iuſtè dolerẽ: ſi autẽ pauperes induebãtur, nunquid poterit deus pauperes deſpicere? noui quoniã in ſacrificiũ ſuſcepit, reddet centuplum. non enim
C ex iniquitate parta ſunt iumẽta, neque enim per auaritiam oues acquiſiui. Exvelleribus ouium mearũ calefacti ſunt humeri pauperũ, os viduæ benedixit mihi. Noui quid facit dominus, nunc veluti ſacrificium meã accipit ſubſtantiã, eandẽ mihi augebit cũ additamento virtutis: non me mouent exteriores ſagittæ
Pſa.37.a interioribus vallatũ, cõfirmant me magis intrò dei ſagittæ, potentis acutæ, de quibus dicebat Dauid: Quoniã ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. quales ſagittæ? Sagittæ pietatis, ſagittæ iuſtitię, ſagittæ deſiderij ad deũ, ſagittæ zeli virtutis. His diuinis ſagittis anima vulneratur. Vbi autem omnem induſtriã adhibens diabolus, iumentíſque illum nudans, virtute minime nudauit. refugit de cætero ad aliã naturã, agriculturámq; naturæ violat, & ramos à radice diuellit, boníq; luctatoris pueros cõterit, tollítq; circulatim fructus, quò ge-
D nitorẽ triſtitia afficiat. Et quid facit? reſpice praui nũciationẽ quomodo eſt ironia plena, atq; ad ſeductorẽ repens, potenſq; illius generoſi animũ frangere: dicit
Iob 1.d. ergo ei: Filiis tuis & filiabus veſcentibus & bibentibꝰ vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè venit ventus vehemẽs, irruit è deſerto, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruẽs oppreſſit pueros tuos, & mortui ſunt. Et verbũ fictũ potens excitare fletum, nõ dixit ſuper filios tuos, ſed ſuper pueros: ſimul audiens, miſericordia vulneretur, atq; miſerabundus cõpaſſione flectatur. Venit ſpiritus magnus è deſerto: iterum iudici detrahit. Spiritus enim non hominibus, ſed deo eſt ſubditus. Corruens oppreſſit pueros tuos, & mortui ſunt. Tũc Iob ſurrexit, ſic enim ſcriptũ eſt: Bonum verbum, ſurrexit, non eñ decidit plaga, ſed ſurrexit pietatis virtute. Surrexit & adorauit. Merces calamitatũ, adoratio, pulſatus ærumnis benedicit, oppreſſus gratias agit, & circuntotondit comam. Nũc in nobis flentibus multi nutriunt comam, ille autem circũabſtulit. Quare id quod quæritur, flenti contrariã in formam conſtituit habitũ. Ibi enim ſignũ fletus vbi honoratur coma: vbi verò tonditur, à fletibus contraria ſumitur figura. Et ſcidit tunicã ſuam. Figura quidẽ ipſa ad dolorẽ tractus, reuera ad virtutẽ exuitur tunica: qui veluti nudus luctator, adſtãtem aduerſariũ circũplectatur, atq; mirabili lucta pro brabio iuſtitiam reportet. Exuit tunicam iuſtitia veſtitus. Et inquit magnus iſte religionis ſplendor: Dominus dedit, domi-
Iob.1.d nus abſtulit, ſicut domino placuit ita factũ eſt, ſit nomen domini benedictum in ſecula. Nobilis animæ eadem ipſa vox ſagitta diabolo fuit, fregit hoſtium aciem. Nudus exiui de vtero matris meæ, & nudus re-
Ibidem. uertar illuc. Apoſtolica vox, tẽporibus apoſtolicis virtutis ad profectũ veniens: Nudus exiui de vtero matris meæ, & nudus reuertar. Quemadmodũ apoſtolus
1.Ti. 6.d inquit: Nihil intulimus in hunc mundum, manifeſtũ quoniam nihil efferre poſſumus. Dominus dedit, dominus abſtulit. Omnia, vt breuibus vtar verbis, auferuntur: ſola mulier relinquitur, antiquum diaboli organum, ſcilicet ſibiipſi vetulam ſeruans. Quoniãquidem ſciebat, quoniam per mulierem primum hominem ſubegerat, ideo mulierẽ ſibi reſeruat, quò ad verſutiam vt eiſdẽ armis vtatur: ſed ibi Adam inuenit, hîc autem Adam non inuenit: ibi Adam inuenit & Heuam, hîc Heuam inuenit, Adam verò nõ inuenit. Dicit ei mulier, quouſque tu ſuſtines? verè diaboli verba ſunt hęc: quouſque, torquentis vox eſt. Ego torqueor, tu dicis quouſq;: ego flagellor, túque ad plagas addis
C flagellato, quouſq; ſedes expectans de die in diem ſalutem tuam? Inuitè diabolus Iob virtutẽ laudat, prædicat eius potentiã, quoniam ſub ſpe certauit. Exinde vide ſcribentis ſapientiam. Et proſpiciens in eam Iob dixit. non dixit reſpiciens eam: ſed proſpiciens. Quare ĩgnorabat nanque ſuam vxorem? num ſecum ſedebat? num ex eadẽ liberos genuerat? Quare ergo proſpexit? proſpicere oſtendit, ꝙ non eam vidit, ſed eum qui in eã proſpexit: diabolũ Iob cognoſcebat, qui in ſerpente fuerat locutus, & nunc in muliere loquentẽ, & dicit: Vt quid quaſi vna de ſtultis mulieribꝰ locuta
Iob. 2.d es? quare non dixit, quaſi vna de impiis, quaſi vna de infidelibus? Sciebat eñ eam non infidelẽ, ſed ad inſipientiam ſimul arreptam. Secus autem atque aliter deum neganti inſipienti vox datur. Dixit eñ, inquit,
Pſal.13.e inſipiens in corde ſuo, non eſt deus: quaſi vna de ſtul-
52.a tis, veluti ſi quis diceret, quaſi Heua locuta es. deinde, Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? O nobilem animam, hîc mihi eius animam proba: nã nouit Iob ſe pro virtute certare, non nouit ſe pro patientia coronandum, ſed exiſtimauit eſſe tantummodo calamitatem à deo latam. Mala eſſe putauit, atque mala putans ſic certauit: ſi nouiſſet coronam, multò magis certaſſet. Quare ergo puniens deus ſibi non dixit, Vide quam rem agis, futurum eſt vt tibi prælium per diabolum paretur: decerta, potẽter age, quò ne tuam mentẽ in fugam vertat, ne ſacrilegij more tuos diripiat cogitatus, ne tuam animam prædæ habeat loco: ſed neque alienum deeſſe dicas, deceptiones errorémque dimicatori nunciare.
Luc. 22.c Nam Petro dicit dominus: Petre, ecce expetiuit vos ſatanas, vt cribraret ſicut triticum. Apoſtolis prędicit tentationes, Iob autem dimicationem non prędicit:

Universidad de Deusto Biblioteca

dicit:nũquid iniquitas apud deũ?absit. Sciebat enim deus diaboli malitiã, sciebat inuidiam, sciebat versutiam,qua inficere virtutem poterat: si dixisset ei deus: Caue tibiipsi& certa:si sustinueris in finem,substantiã tibi duplo magis restituam, regnũ cœlorum hæreditabis,immortalitatis accipies coronã,vniuersus orbis tuis laudibus resonabit.Si hoc dixisset, certasset vtiq; iustus,sed iterum diabolus occasionem cepisset. Et si quidẽ certans ille vicisset,deo dixisset: Nunquid gratis certauit?promisisti ei immortalitatem, ꝓmisisti regnum, promisisti coronã. Si enim qui temporalia ex eiusmodi consequuntur,nõ vtiq; iusti, sed quasi mercenarij habentur:si cœlestiũ promissionẽ recepisset, num diabolo multò maior accessisset occasio?sed occultat coronã,quo dimicatorẽ ostendat. Quare ergo, inquis,& apostolis non occultauit?Si enim non dixit Iob,quare ratione pari apostolis dimicationẽ non tacuit?Solus Iob certauit,pro semetipso desudauit, apostoli autẽ erant prçcones terræ,orbísq; doctores: ipsis occultari poterat, sed res mundo detrimentũ fuisset. Potuerat Paulus sine coronæ promissione certare:sed non vbique Paulus,non vbiq; Petrus. Multorum animæ infirmæ sunt,multorũ animæ vacillant.Si ẽm hodie regno prædicato,fruitione futurorũ bonorũ, angelica conuersatione,paradisi deliciis,multi promissa despiciunt,ad præsentia anhelantes, cùm de re prorsus tacitum fuisset,quis ad pietatem euolasset?Meritò ergo dilecto Iob ventura non ostendit, quò auditorum animũ excitet,quò mundi roboret mentẽ.Multi nunc regnum & audiunt, & despiciũt, prauitatémq; induunt,multi à malitia non recedunt, honorant hodie ieiunia multi,& dicunt:hodie aduersario meo nihil dico,trãsibit passionis Christi dies, causámq; peragam,vlciscar iniurias, mulctã faciam. Nónne igitur frater es Esau?hęc cogitans,eadẽ ipsæ quæ & Esau dicis.Etenim tunc &Esau fratrem interficere voluit,sed venerabatur patrẽ. Et quid dixit? Venient dies luctus patris mei,& occidã Iacob fratrem meũ: transeat patris mei mors,& tunc interficiã.Et tu quid dicis? Trãseat Christi passio, & tunc contra aduersariũ meũ litigabo. Vide ne frater sis,audi quid Paulꝰ dicit: Ne quis prophanus & fornicator,vt Esau.Hæc à nobis non irritatione fratrũ,sed susceptionis auxilij loco, atq; ad eorum salutem dicta sunt. Contingat autẽ nos & verbo instructos,& historiis edoctos, sanctorúmque patrum & prophetarum certaminibus ad perfectionem dirigentibus, & opere perficientibus, continuò deo gloriam reddere, & nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

Apostolis quare prædicta tentatio. *Gen.27.g* *Heb.12.d*

Homilia quarta.

VBique quidẽ,ac omni(vt ita dicam) in diuino sermone rebus inferiora sunt verba, materia inferiores dictiones, præcipuéq; in his quæ summè perfectéque à beato Iob acta sunt.Nemo vnquam potuit sermone sancti huius præconia abunde dilucidare:etenim tametsi mille de eo, decémq; milia dicantur, sermo tamen à condigna veritate relinquitur,tum verò cũ præcesserunt à nobis pro virtute, quãuis mediocriter dicta sunt. Nihil hodie impediet, quò minus eisdem ipsas narrationes attingamus: nec quisquã existimet materiæ iniuriam fieri, si narrationem cõsideremus.Nam neq; Iob incisus dolet: si ẽm merso corpore non doluit,quomodo narratione cõcisus? Cognouimus ex præmissis quemadmodũ vni-

A uersa amisit,magis autẽ vniuersa inuenit. Cuncta ẽm læta amittens,lætitiæ radicem non amisit: amisit lirã, sed artifex remansit:amisit abũdantię fructus,sed beneficentiæ fructus superfuit. Nudatus est omnibus iumentis,atqui haud est virtute nudatus.Abiecit diabolo iumenta,vitæ cõmoditates abiiciens, quemadmodum Ioseph palliũ impudicæ mulieri,in passione non patiebatur. *Gen.39.c* Oportet enim naturæ passionẽ fateri,atq; animæ virilitatẽ laudibus celebrare. Ostensa sunt naturæ indicia,& virtutis fortia ostensa sunt. *Iob 1.d* Audiuit liberorũ exitũ,& scidit vestimenta, quò naturæ cõpassionẽ ostenderet.Nisi ẽm passus fuisset, fortasse veluti virtutis amator non laudaretur, sed veluti insensibilis damnaretur.Sed passus quidẽ fuit vt homo, sustinuit autẽ velut amator dei: & naturæ infirmitatẽ reprehẽdendam prodidit, sed non pietatis modũ. Scidit vestimenta, sed adorauit. Igitur diabolus non tam intu-
B lit,q̃ accepit plagas:non tantùm vulnerauit,quantum vulneratus est:sed primum ad agonem bene certantẽ adducit deus,quò clariori eum patientiæ diademate coronet.Item ex secundario angeli assistũt, & diabolus in medio,interrogatur ab eo qui oĩa nouit: Vnde tu venis? *Ibid.2.a* Nũ sapientiam diuidẽs nouerat vnde venit, quòd victus à iusto venerat? Vult ergo dicere:si optimè scienti suam fateatur fugam,pandere nanque cõfundebatur: eadẽ ipsa prima voce vtitur: Circumiui terram,& quæ sub cœlo sunt perambulans,adsum. In hoc enim exiuisti,hæc postulasti:nónne tu dixisti: Da mihi Iob & vniuersa quæ possidet? quare certamen abscondis,quò iusti coronam occultes?Dic certamen maledicte, dic luctã,quò victoriã iudicet. Sed quod occultabat inuidens diabolus, id eximia philosophia
C extollit omnium dominus. Nũquid cõsiderasti seruũ meum Iob?quod occultas, ego palàm facio. Interrogat deus sæpenumero,non vt discat: sed quò interrogatorũ mẽtem experientia intueatur,si verè scientérque fateantur.Sic interrogauit Cain,vbi est Abel frater tuus? *Gen.4.b* Voluit nãq; eum,qui malũ fecerat, vel sui ipsius accusatorẽ stare, quò sui accusatione,facinoris magnitudo leniretur.Omnis ẽm qui seipsum accusat, iudicis irã mitigat. Quemadmodũ igitur tunc interrogabat Cain:vbi est Abel frater tuus? Ille autẽ putãs interrogationẽ ab iustitia ꝓcedere,dicit: Nescio,nũquid custos fratris mei sum? atque vbi mẽtem probauit,tũc increpauit facinus,dicens: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Sic & nũc vbi diabolũ interrogans, fugã,quã pertulerat ab eo, non didicit: ipse tandem edicit fugam, victoriámq; iusti laudibus
D celebrat: Nunquid considerasti seruum meũ q̃ non est similis ei super terram,& adhuc retinens innocentiam?Hîc mihi diligenter attende, neque transeas diuinarũ scripturarum verba. In primo testimonio minimè dictũ est,& adhuc retinẽs innocentiã, sed in secundo.In primo dixit deus:Nunquid cõsiderasti seruum meũ Iob?Quoniã nõ est ei similis in terra,homo *Iob 1.b* irreprehensibilis,& timens deum,iustus, verax, & recedens ab omni malo opere.Et,adhuc retinens innocentiam,non apposuit.post certamen verò, póstque victoriam quasi coronam adducit famæ celebritatẽ suis certaminibus conuenientẽ. Cum enim mille,decémque milibus modis patiens, absq; malitia tulisset calamitatem,contra dominũ non blasphemans,cuncta iudicans bonitate,& dicens: Si bona suscepimus *Ibid.2.c* de manu domini,mala quare non suscipiamus? Cùm sine malitia fuisset verbũ,coronam sibi plectit malitia vacuam

Ibid.1.b vacuam,& dicit:Quoniã non est homo ei similis, retinens innocẽtiam. Tu autem quare incassum dixisti, perde vniuersa quę possidet,in vanũ suę inuidisti substantię? Dixisti ẽm hominẽ pecuniarũ occasione deũ colere,nudatus est pecunia,atque haud virtute nudatus. Tu verò diabole inuacuum dixisti: perde vniuersa quæ possidet.Nõ stupet malitia in sui prauitate. Itẽ *Iob 2.b* malitiã aliam comperit, quæ iusti virtutẽ superare, ac prosternere posset. Dicit ergo deo:Pellẽ pro pelle,& cuncta quæ habet homo,dabit pro anima sua. Nihil, inquit, magnum, si pecunia excidit, libenter omnia spreuerit,quò se seruet.Sed si vis hũc ipsum probare, carnes eius tange:si in faciẽ benedicat tibi, id est, maledicat.etẽm scriptura benedictis maledicta velauit. Et quare hæc scripta sunt?vt tu fidelis discas,cũ alieni mali turpia narraueris, eadẽ verborũ honestate velare:neque honesteris turpibus operã præbẽs,sed turpiũ locutionẽ fugiens. Propterea inquit Apostolus: *Col.3.b.et Ephe.4.f* Omne verbũ turpe nõ exeat de ore vestro.Hinc deus iustum secundæ dimicationi tradit,& dicit. Non ipse ea ex tentatione discens, qualis sit dimicator: sed ex *Iob.2.c* tentatione diabolum vituperans. Deus enim prius vniuersa cognouit.Egressus autẽ diabolus à facie domini,percussit Iob vlcere pessimo,à plãta pedis vsque ad verticem eius.Totũ eius corpus vnũ vulnus effecit, vnam cicatricẽ:oportuerat ẽm totũ,ac per totum coronari luctatorem, à pedibus vsq; ad caput. Salutare vulnus, victoriosum vlcus: vlcus quidem apparenter scaturiens sanie,quantum verò quis intellectu considerare potest,famæ celebritate plenũ. Sanies vlceris affuit paruo pro tempore, eadẽ verò famæ celebritas, quã lucta peperit,nullis deficiet. Percussit eum vlcere pessimo,à pedibus vsque ad caput,quò totus per totũ mẽbra coronatus appareat: hinc vbi eũ corpore tam inualidè se habentẽ, nullus contingit qui caperet locus:sed omnis domus, veluti corruptelam quandam eiecit: neque enim secus erat vulnus Iob,quàm fœda corporis quædã corruptio. Exiuit ciuitatẽ, nõ humanum habens certamẽ,sed vim nostrã valde superans: *Heb.13.b* nam &extra ciuitatẽ esse Christi imago erat:propterea Paulus dicit:Quorum enim animalium infertis sanguinem in sancta,horum corpora cremãtur extra castra. *Mat.27.d.* Propterea Iesus vt sanctificaret populum, extra *Ibid.21.b* portam passus est. Christus extra portã, Iob extra ciuitatem sedet in stercore,expectat suscitãtem de terra *Esa.112.a* inopem, de stercore erigentem pauperem. Videbat proprium corpus labens, animã verò stabilitam. Videbat corpus vermibus ebulliens, animam verò pietatem parturire:videbat corruptum terreũ vas,atque ante Paulum recordatus est verborũ Pauli.licebat ẽm *2.Cor.4.d.* sibi dicere: Sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur,tamen qui intus est renouatur de die in diẽ. Testam accepit qua sanies ferueret. Testa quidem saniem ebulliebat,hostis verò patientia frãgebatur. *Ibid.b* Decuit & ipsum dicere habentem testam:Habemus thesaurum hunc in vasis fictilibus. Sedit in stercore, qui *Iob.2.c* multos de stercore erexit:testam suscepit, qua saniem ebullire faceret:in mortuo luto,viuens lutum ebullire faciebat. Venerũt tres amici, trahunt ad solamen aduersa: venerunt Eliphas, Baldath, & Zophar, tres reges ad regem. *Ibi.29.d* Rex enim erat ante hæc, qui dicebat: Cum sederem quasi rex,circunstãte exercitu. Et sederunt,inquit,septẽ diebus, ac septẽ noctibus, & nemo loquebatur. Mediocres enim calamitates solamen recipiunt, magnitudo verò calamitatis silentio hono-

A ratur.Id enim verũ est solamẽ,cum passio vincitur.Et quemadmodum morbi ipsa in summa potẽtia diffugiunt medelã,sic supremæ calamitatis passiones omne solatiũ fomentúmq; repellunt:siluerũt taciturnitate passioni cõmunicãtes.Et quid facit? Cũ enim illos calamitas superasset,nemóque ausus fuisset solatij vocẽ frãgere, primus ipse verba incipit, ianuã aperit patiẽs nõ patientibus.Scimus omnes, quoniã his qui passionibus,qui tribulationibꝰ,aut alio mœstitiæ malo laborãt,prius vocẽ rumpere quisque pudore tenetur, ne importunus aliquis virtutis aut exẽpli magister videatur.Si autẽ viderit incipientẽ, sine periculo & pudore sequetur.hoc fratres & cõsuetudo docet,& re ipsa exercitatio suggerit. Vt vidit passionẽ amicorũ solatium excludere,portam aperit patiens, & quamprimum incipit veluti tragœdiis quidẽ de calamitate dicere,prorsus vbiq; blasphemię sensum fugiens. Pri-
B ma vox Iob: Pereat dies illa in qua natus sum, & nox in qua dictum est,natus est homo. *Iob 3.b* Non impiè agens hæc dicit,sed patiens.Et vide quid facit.Quemadmodum si quis apostematis morbo circũuetus, ferro recidatur à medico:nõ habẽs quomodo recidenti aduersetur,circũstantia tangit,atq; adstantes mordet,illis quidem inferre nihil habens, ad medicum autem extendere manum non volẽs.Sic & Iob blasphemiæ magnitudinem timens, facit inanimatis iniuriã, atq; fiduciam passione adauget,nõ cõtra deum audẽs, sed se deniq; accusans.Maledicit autẽ non creaturam,sed suiipsius diem.Potestatẽ,inquit, habeo diei mei, non maledico conditorem,mei ipsius diem maledico.Pereat dies in qua natus sum,& nox in qua dictũ est,natus est homo.Hæc dicit & Hieremias:Heu mihi mater, *Hier.15.b* vt quę me talem peperisti virum iudicatũ & dam-
C natum?maledicta dies in qua natus sum. Hæc omnia quasi mœsta quædã tragœdiisq; simillima sancti exprimũt:vt tu posteà discas,nõ in deliciis egisse vitam, sed mala innumera tolerãtes, in agone certasse.Fleuit ergo Hieremias,dicẽs:Heu mihi mater,vt quę me peperisti virũ?Et patiebatur quidem veluti homo, sustinebat autẽ quasi dei amicꝰ. Moses pari modo magnꝰ dei legislator,qui tabulas sacras suscepit,qui eorũ quę *Exo.34.a d.* cõducunt in vitã,prior magister fuit, hac ipse multitudine calamitatũ deo dicebat:Domine tu dixisti,quoniam *Nũ.11.b* inueni gratiam apud te,& noui te super omnes. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, tolle animã meã à me, non possum ferre onus populi huius, penè me lapidant. Nunquid ego eos genui? nunquid ego eos peperi? quoniã dicis, porta eos quemadmodum nutrix portat puerũ: non possum ferre populi defe- *Ibidem*
D ctus. Tamen ingemiscẽs & flens vt homo, nõ vt infidelis blasphemauit:sed ostendebat naturæ passiones, quasi per ipsas argueret.Sic ex perfectis quisq; ingemiscit.Similiter Habacuc dicit:Vt quid mihi labores o- *Haba.1.a* stendisti,& labores inspicerę miserias hominũ?In cõspectu meo factũ est iudiciũ,& contradictionem potentiarum iudex accipit, & propterea egredietur iudiciũ prauũ:princeps postulat, & iudex accipit, & laceratur lex.Sic omnes passi sunt iusti, summáq; laborãt modestia aduersus mũdi difficultates, sed hæc loquẽs,haud ad tuæ intẽtionis cõuenientiã trahas,neq; dixeris:Nũquid ego sum melior Hieremia cõtra mũdum clamitante?ne sanitatis verba vulnera tibi fiant. Hæc autem scripta sunt, vt discas qualem agonem pertransiuerunt, vitámque quibúsnam periculis plenam duxerunt. Vis discere qualis esse debes,disce quę post

Universidad de Deusto
Biblioteca

post gratiam fuere passi sancti ,pphetæ, passi & apostoli. Sed illi quidē patientes dolebant, hi verò patiētes gloriabātur. Venit Paulus in mediū patiēs quidē, ingemiscens, verberatus, sed nō plorās: tormentis afflictus, sed gaudens. Et quid dicit? Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationib', sciētes quoniā tribulatio patientiā operatur, patiētia autē probationē, probatio spem, spes autē nō confundit. Et iterū: Verberati ibant gaudentes apostoli, quoniā digni habiti sunt pro nomine Christi cōtumeliā pati. Ne ergo suspiceris, quæ ante gratiā fuere, sed gratiæ consequentiā. Dicta verò sunt nobis, vt discamus ex laboribus spē: sic & Iob maledicit diei, & anima patitur, neque animam torquet impietate, sed suffert vulnera: neq; animā blasphemia vulnerat. hinc quoniā expedit ocyus recedere, Iob vobis serie breui' perstringā. Deo excepto, vniuersi quò id certamē tēderet, ignorabāt. Iob cuius rei gratia dimicaret, nesciebat: nesciebat, quoniā ei gymnasiū palæstra fuerat ,ppposita, amici ignorabāt dei intentionē, diabolus ignorabat futurū: si em̄ sciuisset sibi succumbendū fore, nequaquā tentasset Iob, nesciebat quonam agonis huius finis tēderet, quoniāquidē deus ,pmissione id cōcedebat. Sciebat Iob nō præsciens, sed à deo edoctus: diabolus autem nesciebat quemnam finem certamen respiceret. Non em̄ tentasset, ne maiorē secū confusionē traheret, sed & quæ in sanctis passus est martyribus, eadem & in Iob: trucidauit martyres, quò deleret ecclesiā, nesciēs q, post martyres floreret ecclesia. Omnes ignorabant amici, deo excepto, dei consilium ignorantes, Iobq; probationē, trahebantur veluti in cōparationē ignorantię. Magis damnū est Iob, quasi digna patientē, q̄. dicere contra deū iudicantē indigna. Attende diligenter, trahebātur in condēnationē hominis, veluti digna peccato suo patientis, q̄. aduersus deum dicere q, iniustè iudicauerit. Et parte quidem vna pro intentione ducebantur, deū scilicet ab iniustitia vēdicantes: parte autē peccabant, innocentē damnantes. Ista autem ignorātia pro ignorantibus respondet. Et fatentes se ignorantiam philosophari, sententiā non ferunt videntes dei iustitiā: iustitiā quidē Iob proscribunt, dei autem iustitiam laudant. Hinc Iob ab amicis reprehenditur, & dicunt ei: Quādo radicati in veritate perierunt? quando vidisti iustos funditus delectos? nisi peccasses, inquiunt, & peccato dignus fuisses, nō te iniustè iudicasset iustus. Multa tua sunt peccata: si verò non peccasti, vnde tibi hoc, nisi filij tui peccauerint? sæpenumero viduis iniusta, orphanis tristia feceris. Si autē hæc ita sunt, iustè te hac deus plectit pœna. Iob se quidē sciebat nihil egisse tale. Vbi ergo vidit Iob quoniā apud homines quidē damnatur, propria verò conscientia ipsum non damnat. Neq; eum deus negligit, quoniā hominibus suadere non posset, sermonem ad iudicem vertit, animęq; oculum ad alta dirigit, non blasphemans, sed rogans cum lachrymis, dicit ad eum: Qui nouisti mentem hominū, vt quid me posuisti contrariū tibi? tu feciste me comporē iustitiæ tuæ, nouisti cor meum. Hinc magnum quoddā Iob, non malitia, sed puritate loquitur, atque vt plura in vnū cōplectar, Multa em̄ est materia sermonis iustitiæ, dicit: Quis mihi dabit iudicem mediū inter me & te, vt cognoscas quot sunt peccata mea? quoniā sic me iudicasti. Horridū verbum, sed absq; malitia: prēueniens em̄ dies, inquit, quoniā non est ei similis sine malitia. ei autē qui est sine malitia, nemo verbum ad malitiā reputabit. Semper em̄ omnes nos, sicut deus homines, non modò rebus, sed ipso operantiū proposito iudicamus. Iniuriatur filius patri, factum intolerabile & patienti, & audienti: qui erit huiusmodi, patricida vocabitur, sceleratúsque, impius, q, patri cōtrariam vocem fregerit, q, ausus fuit vituperare suā radicem. Hoc iste patitur, & tacet, & qui perfecto fuerat sensu. Porrò infans, vel sine malitia puer tametsi patrē matrémve offenderit, omni lætitia desiderabilius. Sępe matres irritant filios ad iniuriā trahentes, non iniuria, sed abq; malitia, integritate, & obseruantia moris admonitæ. Sic & deus sciens, quoniā non malitia, sed puritate loquitur, testimoniū ei reddit, dicens: Et adhuc perseuerans in innocentia. Suscipit verba Iob ab eo vocatus, tremendū verbū: dominum seruus in iudiciū trahit, homo deū, factura factorē. Sed quemadmodū paulò antè diximus, puritatis non malitiæ verbum fuit, veruntamē fratres eadē nō sunt sine intellectu puritatis, sed omni sapientia referta. Vis autē diligentius intueri? nihil petiit Iob quod non fecerit: sciebat sese dei domesticū, sciebat deū sui ipsius dominū. Sed quoniā Iob ipse sæpenumero inter seruos suos iudicandos disputans, in iudicio permisit eis paris sermonis potestatē: atq; si quando secum seruus experiretur, non veluti seruo obstruebat os, sed iusto sermone vtebatur. Quod ipse fecit, ab alio sibi fieri petiit, verbo illo suasus: Quoniam eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Et dixit, quis dabit iudicem? Et quando seruo paris sermonis fecisti potestatem, audi eū cū virtutes dinumerat, & eas non honoris cupiditate, sed puritate dicentē: Non contempsi iudiciū subire cū seruo meo & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Dabo respōsum deo: Nūquid & non in vtero fecit me, qui formaret eum? hoc cogitans, naturæ cōmuni cōmunē dicendi tribuit potestatē. Nos autē fratres non tales: admiraris, iustū ipsum damna. Quoniam sæpe cum quis accusat, non dico seruū, sed se paulò inferiorem: si responderet iusta, audacia inhonesta putaretur: pro paritate honoris loqui decet: postulat quod iustum est, & tu iustā accipe dicendi paritatem. Accusat superbus, & neq; iustū accipit sermonē, neque silentij veneratione mouetur. Si tacuerit qui accusatur, damnatus est, inquit, labia nesciuit aperire. si loquetur, ausus est, inquit, aduersus dominum verbum frangere. Alius arrogantia tumens, si à iusto, si à nobili viro rogatur alteri sermonē reddere, regrediq; ad parem, & charitate conculcare malitiam, illico superbia arreptus dicit: Ego ad hoc condescendam? O superbia, vbi stetisti vt descendas? Ego ad hoc condescendā, veluti cœlum perambulās, & nubes, sic loquitur. Eandem perambulas terram, ex eadem nutriris, in eandē reuerteris, in eandē tumulaberis, & quò descendis? Non pudore confunderis ad conseruum dicere, Ego in hoc condescendam? Non erubescis eadem dicens, sciens quoniā Iesus ,ppter te descenderit? Ad tales ergo sententias, similémq; superbiam cū Salomone clamare licet: Quid superbis terra & cinis? Tamen ad nobis subiectū opus reuertamur. Quis dabit mediū iudicē inter te & me? Apparet ei tandē iustus iudex, & de turbine ei, nubibúsq; apparet futurus imbrē benedictionis effundere, apparet ei ex nubibus stercoratū semen irrigaturus, atque excitat Iob, nutuq; solo passiones dissipat, nutúque eum erigit, qui ceciderat, & dixit ei: Exurge atq; præcinge sicut vir lūbos tuos, interrogabo, & respondebis mihi.

Rom. 5.a
Act. 5.g
Iob. 4.a
Ibid. 7.d
Ib. 10.a.b
Ibid. 9.d
Matt. 7.d
Eccli. 10.c
Iob. 31.d
Iob 38.& 40.a

hi. Quandoquidem in iudicium vocasti me, & dixisti: Quis dabit iudicē mediū inter me & te: Surge ô generose miles, qui aduersitatis ictu non cadis. Si em̄ quis correctus generosē tulerit correctionem, audit à deo, Exurge: veluti cū ad Hierusalē dicit, Exurge Hierusalem, quæ bibisti de calice iræ. Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & respondebis mihi. Nō em̄ vocasti, inquit, me vt tecū iudicarer: inter me & te iudiciū postulasti, tu sis iudex: nunquid vanū putasti iudicium meum? Sed vt videaris iustus, putas à me, inquit, hanc aduersum te permissam esse calamitatē, q̄. vt te iustū ostendā? Et inde eisdem diligenter attende verbis, non dixit secus se visitasse, q̄. vti fiat iustus: nō enim aduersitas iustū eum effecit, sed iustū esse ostendit. Existimas me secus visitasse te, quàm vt appareas iustus? mihi quidem, inquit, & ante ipsum agonē notus eras, mundo autē per aduersitatē innotescs, mūdo per certamen prædicaberis: propterea visitaui te, non vt noceam, sed vt coronē: vt illustrarē, nō deturparem. Verum quoniam ex puritate ipsa naturæ mēsuram egressus, tuæ parco integritati. Nam etsi quispiam puritate peccauerit, deus ad rectum redigit ex puritate factū. Cum verò prorsus deū in iudicium vocaueris, dic mihi, qualem habes apud me honoris paritatem? vocasti me, vbi eras cum ponebā fundamenta terræ? Coętaneus factori fuisti, q, eū in iudiciū vocares? Hic quidem ante secula, tu autē post multa secula. Cū formarē terrā, nō aderas: omnis creatura facta erat, & tu nusquā eras. Antiquiorem ergo seculis creatorē conditionis in iudiciū vocasti: cum extenderem funiculum super terram, cū fundarem columnas eius, cum eduxi de ventre matris eius, cum pariebatur mane, vbi eras? cum eandem nubes operuerūt, caligine autem circundedi, vi eras? Admonet eum tanquam indignè fuerit locutus puritate quidem, verum & ignorantia. Et quid facit? Non pro omnibus eundem increpat, sed quasi amicum inter se & illum corripit. Vbi ergo hæc, hísque similia dixit (non enim nobis est tēpus omnē dictionem interpretari) & Iob in sui notitiam veniens: nam iustus prius ex reprehēsione lapsum corrigit: dicit, Domine auditu auris audiui te, nunc autē oculus meus vidit te, & examinaui meipsum, puto me terrā & cinerem: vnū locutus sum, & secundum non addā. Vide quomodo reuocat peccatum vir bonus, correptionem suscipiens? Semel locutus sum, & id non malitia, sed puritate, secundò non addā. Qui enim sum ego iudicatus in conspectu dñi: quæ non nouerat Iob per puritatem, per correptionē discit: hinc quid deus? non concedit ei excusare iudicium, sed dicit: Modò accinge vt vir lumbos tuos, sta inquit, sicut vir: ne putaueris q, te propterea deterruerim ponere iudicium fugiens, sed quò tuam puritatē in melius reformarē. Iudicium quidem non effugi, iustè me iudica, rationemq; gestorū expostula. Iustificatus es vt sanctificeris in omni regione sub cælo. Ante passionē vnus te terræ angulus nouerat, post passionem omnis te sub cœlo regio cognoscet. Sterquiliniū tuū omni regali diademate illustrius, qui diademata ferunt videre cupiēt: & agonem tuū & laborem certaminis, paradisum feci, sterquilinium tuū colui, ad pietatē plantā cœlestem ostendi: suscepisti cœlestia, accipe & æterna, suscipe omnia duplicia. Hic tuam Christiane spem disce, excellentiāmq; promissionis tuæ. Duplum quidem Iob promisit, & duplicia dat: saluator autem suis discipulis dicit, Qui reliquerit patrem vel matrē, fratres vel sorores propter me, centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit. Sed illud diligenter attende, quomodo scorsum quidē, ac priuatim corrigit amicū: Iob verò amicos publicè redarguit. Dicit em̄ eisdē deus: Vt quid nō estis recta locuti aduersus seruū meū Iob? Sed ô iuste iudex, pro te sermonē fecimus, tuā prædicauimus, iustitiā: condemnauimus hominē, sed tuā iustitiā innocuā ostēdimus. Hic ergo iustū dei iudiciū attende. Si em̄ pro secundū iustitiā dicentē non recipit, eos qui iniustè contra ,pximū dicūt, recipiet? Ergo eius amicos corripit, & dicit: Et nūc nisi propter seruū meū Iob morti vos fortasse tradiderim. Simul ergo & corripit. Saluat quidē, eo q, nihil mali cōtra deū dicatur: corripit autē iustū, integritatē in melius reformans. Et honorat quidem amicos per illum, honorat autem iustū per certamen, dátque ei duplū: atq; de tenebris ei lumen & tunc illuxit, & nunc. Vnum etiam addentes rei ad excellentiam, ostendemus. Suscepit oues in duplum, decē autem amittens liberos, viginti non recipit. Hic exquirendū est, quomodo iumenta quidē in duplū, in simplum verò restituuntur liberi? Bestiæ quidē & iumēta, quoniam quidem amissa perierant, homo autē viuens in vita reseruatur, non ei liberos in duplum dat: ne per eos qui obeunt, spē tollat: sed vt ostendat, quoniam illi tametsi prærepti sint, viuūt tamē, ac illi quidem omnes sancto Iob lætitia sunt, cohæredésq; applaudunt: quamobrē ei non dat præter decē, quò Iob inueniatur non à vita in mortē, sed à domo in domū transiens. Cū eum decē filij vitæ terminū finientem ad tumulum vsq; duxerunt, decē eundē iterum in resurrectionis die à tumulo in regnū suscipient, atque ineffabilibus illis, sempiternísq; bonis, simúlq; parili lætitia perfruetur. Quibus omnes nos dignos fieri cōtingat, gratia & pietate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & imperium cum patre & sancto spiritu, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Iob. 42.a
Matt. 19.d
Iob 42.b

Homilia V.

PRoponam' igitur vobis dilectissimi, si placet, pro patiētiæ solatio, iusti Iob fortia gesta. Hic est em̄ q, amplitudine gloriæ tanta dignatus, armísque multorū vallatus, atque vbique plurima in nobilitate, plurimáque in celebritate prędicatus, magna repentè tactus paupertate, & morbo, & liberorū interemptione, hostium prædatione, amicorū impari fide, pestēq;, & carnis doloribus, calumniisq;, laborauit. Et id intolerabilius, q, incogitato sibi omnia eadem, inexpertóque ingruerunt. Nam qui parentibus quidem egenis, talique in domo nutritus, quòd & exercitio eadē & cogitatione pēsauerit, facilè onus pauertatis tulerit: qui verò lautus affluentia, tótque pecuniarum deliciis gaudēs, si repētè patiatur ab his casum, non facilè sustinuerit talem mutationem. Iterum & qui liberos amittit, tametsi omnes amiserit, non tamen vno atq; eodem tempore, reliquos solatio abeūtium tenet: atq; prioris amissionis deficiente dolore, si secunda post tempus amissio acciderit, id sibi tolerabilius fiet malū: non enim vlceri obuiat recenti, sed dormienti iamdudū & extincto, quod non parū doloris amputet: hic autē vniuersum sibi totaliter chorū in vno momento, atq; modo mortis amarissimo surreptū vidit, conuiuij hora: atq; ea domus, quæ aduenis hospitariis erat aperta, tumulus facta est illis. Quis autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dixerit,famem illam nouã,& interpretatu difficilem,voluntariã an inuitam nescio. Quomodo eñ appellem? Volũtariã? sed nolebat appoſita deguſtare: inuitam? sed aderant cibi,nemóq; impediẽs erat, appoſitæ ſedebat menſæ,viſóſq; non tãgebat cibos. Nã is qui circa corp⁹ ab vlceribꝰ erat fœtor, decerptioni accidens,deſideriũ reſoluebat,ipſámq; mẽſam ęrumna quadã replebat. Putores,inquit,meos cibos eſſe videos. Et famis quidẽ neceſſitas appoſita tãgere cogebat. Fœtoris verò magnitudo è carne proueniẽs, vim famis ſuperabat. Quomodo enarrauerim dolores, quomodo vermiũ fontes, ſcaturientẽ ſaniẽ, amicorũ improperia,domeſticorum neglectũ? Non eñ pepercerunt, inquit, domeſtici mei à ſputis faciei, & nunc deriderent me iuniores tempore, quorũ non dignabar. patres ponere cũ gregibus patris mei. Num igitur arma hæc eſſe videntur? Nam & arma & intolerabilia, tamen cum dignatus eſt amator hominũ deus dicere ei certaminis huiuſmodi cauſas,q; vti iuſtus appareas, contra te hæc permiſſa ſunt: ſic reſpirauit quaſi ex illis malis nihil triſte ſenſiſſet. Quemadmodũ eñ in deſudatione luctatorem ſudore & puluere, & calore multo,& laboribꝰ & miſeriis pugnare decet: ſic iuſto multa hîc tolerare expedit, generoſéq; ferre vniuerſa, ſi claram hinc coronam ſit accepturus. Nã & ſi corpus illud laudamus,quod & frigora illæſẽ & calores ferre poſſet,egeſtatémq; & famem, itineráque & miſerias alias: multò magis animam dicere beatã decet, quæ fortiter generoſéq; dolorũ inuaſiones quaſq; ſufferre, mentémq; ſuã in cũctis poteſt ſeruare liberam. Sicut igitur ea, quæ ocio & licentia victitat anima, facilè à paſſionibus vincitur: ſic quæ continuò in agone pro pietate verſatur, robuſta, inuictáque perſeuerare cõſueuit. Neq; ocium egit eadem ipſa cogitans, cura ab illis eã ad certamen traducente. Nõ modò eñ facere quid bonum, ſed & quid malũ pati, mercede multa rependitur: atq; Iob ipſe paſſionibus videtur magis, q̃ virtutis actionibus profeciſſe. Nam neq; ita illuſtris eſt habitus,cum pecuniã poſſidebat, cum domũ pauperibus referabat, ſubſtantiámque erogabat, q̃ quòd audieus ruinam non ſe acerbè egit. Non adeò tũ clarus erat,cum de velleribus ouium nudos veſtiebat: q̃ illuſtris probabiliſq; cũ de cœlo ignem cecidiſſe, cõſumpſiſſéque omnia audiebat cũ gratiarum actione. Tunc amator hominum, nunc amator ſpientiæ fuit: tunc pauperum miſerabatur,nunc dño gratias ſoluebat. Neq; ipſe dixit, Quidnã hoc eſt? greges conſumpti ſunt,quorũ ope decẽ mille enutriebãtur pauperes: & ſi indignus ipſe eram in rerũ affluentia aſſiſtens, propter eos certè qui longè ab eo diſtabant, parci oportuerat. Nihil dixit tale,neq; cogitauit: ſed deũ nouit cũcta & vtiliora diſpenſantem. Atque vt diſcas, quoniã maiorẽ poſtmodũ diabolo plagã intulit, cũ ſublatis ſibi bonis gratias egit, q̃ cũ poſſidens miſerebatur pauperum,audi. Cum poſſidebat,vel ſuſpicionem diabolus habuit, quoniã non gratis te colit Iob: vbi verò vniuerſa ſurripuit,omnibúſq; nudauit eum, hic verò eandem deo ſeruauit mentem, tunc obſtructum eſt turpe illius os, nec tũc quid habuit dicere: clarior nanque q̃ in prioribus iuſtus erat,clarior inquã quàm in deliciis viuens,eleemoſynáſque præbens, ſurrepta enim bona generoſẽ ac cum actione gratiarũ tolerare multò maius eſt. Nam ſecundis quidẽ ſeſe rebus habentibus gratias referre deo, non admodũ mirabile: porrò cum multus fuerit fluctus,cymbáque circũacta periclitatur,tũc magna atq; excellẽs eſt patientię atq; bonæ voluntatis oſtẽſio. Si eñ infinitorũ malefactorum ſibiipſis conſcij,cũ parum quid auri amiſerũt, & id plerunque ex præda habentes,acerbam ſibi atque intolerabilem vitam eſſe dicũt: quantis quibúſq; coronis dignus fuerit Iob,cui iuſtiſſimè parta, ſimpliciter à ſe diripi videre contigit, ſubiréque mille alias procellas poſt illa omnia, atq; in cũctis ſeſe immobilẽ reddere,debitáſq; propenſius domino gratias agere? Nã & ſi quis cætera omiſerit, ſola mulieris verba vel ſaxum mouere poterant. Si enim his qui iucundè viuunt,nihilq; ęrumnoſum patiuntur, mulieres ſæpenumero ſuadere potuerunt: puta q̃ valida erat anima, quæ illã poſt tot arma repulerit? Cum eñ mulier ſic verba miſeranda dicat, Tẽpus accommodatũ atque cõparatio ſimul facta,vulneráq; & cicatrices, milleq; calamitatũ fluctus: quomodo quis omni adamãte duriorem eam animã negauerit, quæ tanta in tẽpeſtate non ſuccubuerit? Data mihi pace oportet dicere,quoniã etſi nõ maior apoſtolis, minor beatus ille nõ fuit. Hos enim eadem pro Chriſto pati ſolabatur,ille autẽ hoc ſolatio deſtitutus, quódq; maiꝰ, multis in deliciis educatus,nequaquam de piſcatoribus & colonis, atque ex his qui tenuiter viuunt, ſed tot honoribus dignꝰ effectus, paſſus eſt oĩa. Et grauiſſimũ in apoſtolis videbatur,q; ab amicis, domeſticiſq;, atq; ab his qui ſua beneficia ſuſceperant: ſic & Iob non ab inimicis odio & iniuria affectus. Quòd verò ſic ſe hæc habebant, iam ergo & geſtorũ cũ dignitate fortitudinéq; paſſionũ ſimul cõparationem dicamus, quò & manifeſtè pateat,non bene factorũ modò, ſed & paſſionũ manere meritum: & meritum quidem admodũ magnum,neq; meritò benefactorum inferius. Introducamúſque,ſi placet,ipſum hunc magnũ patientiæ luctatorem Iob,hinc atq; inde illuſtrẽ,ſimúlque videamus compatientes. Quando fuit illuſtrior, cum domũ cunctis aperuerit,aut eadẽ cadẽte,cum benedixit deum, nullóq; amaro ſermone locutus eſt? Quando alacrior fuit,dic mihi,cũ pro natis agebat ſacrificiũ, atq; concordiã adducebat,aut quando ipſis cõtumulatis,functiſque vita amariſſimo mortis genere,multa cũ philoſophia caſum ſuſtulit? Quãdo magis claruit, cum de velleribus agnorũ ſuorum calefacti ſunt nudorum humeri,aut cum audiens de cœlo ignem deſcendiſſe,gregémque conſumpſiſſe cum paſtoribus, nec eſt turbatus,non tumultuãs quid peregit,ſed mãſuetè tulit calamitatem? Quando maior fuit, cum ad oppreſſorũ defenſionem corporis ſanitate vtebatur, conterens molares iniquorũ, & è medio dentiũ eorũ prædã eripiens: aut cum hoc ipſum corpus oppreſſorum ſcutum conſumi vermibus videbat,ſedéníque in ſterquilinio,idẽ ipſe ſaniẽ radebat, teſtam accipiens? Et illa quidẽ omnia præclara geſta, hæc autem patibula,tormentáque erant: ſed tamen plus hæc, q̃ illa Iob clariorẽ oſtenderunt. Siquidem cum illa fiebant, quanuis turpitet valdéq; atrociter, contradixit tamen diabolus,dicens, Nunquid fruſtra colit deũ Iob? His verò contingentibus ſe occultans,terga dedit, neque turpis ſermonis alicuius cauſas,vmbrámve inferre habuit. Igitur ſi quãdo virũ iuſtũ,magnorum operũ profectu fulgere videris,multiſq; ſubeſſe malis, ne mireris. Nã è diuerſo mirari oportuerat,ſi multas accipiẽs diabolus plagas taciturus fuiſſet,mãſuetéque vulnera perlaturus. Neque enim ſi ſerpens aſſiduè ſtimulatus indignetur, atque reſiliat contra ſtimulantem, mirandum

Iob 19.b & 30.a

Iob nõ minor apoſtolis.

Iob 1.b

randum fuerit:& à prælio victoriáq; & cæde redeuntem,pugnare neceſſe eſt,ſæpenumero autẽ & vulnera habere. Cùm ergo videris quempiam eleemoſynas facientem,aliáque mille operantem bona, præcidẽtem diaboli vires, poſteà tẽtationibus periculiſq; circunduci,idcirco ne turberis: nã propterea in tẽtationem cecidit,quòd diabolo plagas vehemẽter infligeret. Et quomodo id deus,inquis,permiſit? quò magis ſcilicet coronetur, quò plures ille recipiat plagas. Magnum quidẽ ſecũdis ſe rebus habẽtibus & miſereri,vel florere virtute: lõgè autẽ maius malè patientẽ,inuictũ ſeſe, maioríq; cum propoſito præſtare pro virtutis laboribus. Quemadmodum enim in peccatoribus cõtingit, qui nihil hîc patiuntur mali,maiorem illic ſubeunt vltionis pœnã: ſic & hi qui ſe officioſè gerunt,qui multa hîc tolerant aduerſa,multo illic honore dignantur. Et quemadmodum peccatoribus duobus exiſtẽtibus,alter quidem hîc tormẽtis affligatur, alter non: affligtus ille nõ afflicto melior erit: Sic & duobꝰ iuſtis hîc exiſtẽtibus,ſi quidem alter plures, alter pauciores ærumnas ſufferat: qui plures ſuſtinuerit, beatior erit. Qui enim dei diſciplinã cum gratiarũ actione non ſufferũt dedignãtes,& ex hoc nullum ſequi fructum cõtingit, & calamitatibus vltimis ſe implicant. Si in paupertate degis,& fame,innumeriſq; periculis,diſce vel ab egenis domino gratias reddere. Si autẽ vitam eorũ mendicando terentes,non blaſphemant,nõ turbantur,nõ indignantur: ſed cum gratiarũ actione tolerant. Quid eñ tale es paſſus,quale ille? Oculo priuatus es,ille ambobus. Morbo diuturno laborasti, ſed ille inſanabili. Amiſiſti liberos, ſed ille & proprij corporis ſanitatẽ. Damno magno plecteris,at nec ad id peruenisti,vt aliis indigeas. Sed neq; ſatis tibi ſunt hæc. Conſiderabo Iob patientię turrim minimè nutantẽ. Quis enim hoc paupertate? qui publica ad balnea abiectis pauperior fuit,his qui ſuper fornacis ſedẽt cinere, atq; omnibus prorſus hominibus miſerior. Hi nanq; vel veſtimentũ lacerum habent, ille verò nudus ſedebat: & quod habuit indumẽtum à natura,carnis ſcilicet velamen, ſabnie acerba diabolꝰ corrupit. Et pauperes quidẽ vel ſubtecto ſunt,ſtipuláq; vel ſaltẽ operiuntur: ille verò ſub dio nocturnus ſemper agebat, neq; tugurij tenuis ſolamen habens: atq; quod maius, quoniam multorum malorum pro exacta iam vita ſibi conſcij ſunt. Neque paruum ad ſolatium ingruẽtis calamitatis,ſe ſibi conſcium eſſe,iuſtéq; punitum. Hic autem & eo priuatus ſolatio erat, vtpote qui conſolationem,cõuerſationẽ, virtutem plenã oſtenderet: eorum qui vltima audent mala pœna pendebat. Et illi quidem olim & à principio de ęrumna calamitatéq; cogitauerũt: ille verò calamitatem inopinatam ſubiit,repẽtinam accipiens ex diuitiis mutationem. Vidiſti eum in vltimam venientem paupertatẽ, & eam poſt quam nõ eſt aliam inuenire? Quid enim vel nudo,vel tectũ non habente pauperius? nõ eñ in terra,ſed in ſterquilinio ſedebat. Itaque cũ temetipſum videris paupertate vrgeri, cogita huius iuſti tormenta,atq; illico exurges, paruipendéſque propriam calamitatem. Si autẽ vis bellum à natura vehemẽtia multa, multáq; violentia generoſo huic illatum audire,ad ea quę dico,aduerte. Decem amiſit liberos,decẽ repentè,decem ipſo in ætatis flore, decẽ multa fultos virtute, non cõmuni lege naturæ,ſed nece violenta ac miſeranda. Quisnam poterit talem calamitatem explicare? quis vel ferreus homo? quis adamas tot mala pertulerit? nam eſt nemo: nam ſi horum quodlibet intolerabile per ſe eſt, cogita cũ ſimul vniuerſa coiuerunt,qualẽ excitauerunt tumultum. Cùm filium amiſeris,filiámve, refuge ad iuſtum illum, ſolatiúmq; tibi prorſus ſummum inuenies. Memento eius in miſerãda illa liberorum calamitate verborúmque, mille coronis anguſtiæ ſanctum id caput ornauerunt. Cogita calamitatis magnitudinem, nouúmq; id naufragium, extraneámq; illam inopinatam tragœdiam. Tu quidem fortaſſe vnum amittes, vel ſecundum, vel tertium,ille verò tot natos,natáſq;: & qui multis abũdat liberis,repentè liberis orbatus eſt, neq; ſibi ſenſim viſcera carpſerunt,ſed omnis repentè fructus arreptus eſt: neq; aſſiſtenti aſſidentive, quò vel vltima audiens verba,vllum haberet funeris tam acerbi ſolatium, ſed repẽtè præter ſpem omnem,horum alterum lugubre, alterũ horribile,ſuperauit. Nõ enim mors importuna ſolùm,ſed & in ætatis vigore omnes cõſiſtere, omnes virtute præſtare,amabiles omnes ſimul,omnéſq; ſexus vtriuſque eſſe,non communi lege naturæ, poſt talem tantámq; iacturam,quòd nullius mali nec ſibi,nec illis erat cõſcius,quò eiuſmodi pateretur. Horum quodq; potuerat & à ſemetipſo turbare. Cũ verò vnà concurrere apparuerunt,cogita fluctuum altitudo quãta fuerit,quanta hyemis procellę illius exuberrima fluctuatio. Miranda quidẽ hæc, vel auditu ſolùm accepta. Si autem ſolerti eadem diligentíq; indagine perſcrutatus fueris,tunc maius admodũ eſſe proſpicias. Cogita enim q̃ non quidem diabolus ſurripuit,dimidiámque reliquit,ſed prorſus, atq; omnino fructum omnem legit,arboremq; non deiecit: omne ſuperinduxit mare cum fluctibus,cymbámq; non demerſit: omnem euacuat virtutẽ,turrímq; vel quatere nequiuit, ſed ſtabat aſſiduè ictus, miniméq; nutãs. Multitudo telorũ ferebatur, neq; territus erat: magis autẽ mittebantur quidem,non autẽ vulnerabãt. Excogita quantum eſt tot liberis orbari. Quid enim? ſatísne fuit lachrymis vti? nónne in ipſo ætatis flore, nõne multa virtute præſtãtes,atq; modo vltionis tã acerbo finiuêre vitã? Nónne poſt tot plagas nouiſſima hæc illata eſt? Non pietatis amore feruebat,qui genuerat: nũ abeũtes tot optabiles? Cùm enim malos quis amittit liberos, paſſione quidẽ mordetur,ſed acerbitate, vehementiáq; minori: nam decedentium malitia acerbiorem nõ ſinit eſſe dolorem. Cùm autem virtute præſtiterint, permanens vulnus fit,nõ modò à natura,ſed à virtutis honeſto deſiderium faciente. Cęterùm cùm partim ſurripiuntur, eadem paſſio aliquod ſolatium facit: nam & reliqui qui ſunt,abeuntium triſtitiam obumbrant. Cùm verò funditus obierit vniuerſus chorus,ad quémnam reſpicere poterit,qui in multis filiis repẽtè filiis orbatus? Si enim tribus, aut quinque diebus quibuſdã decedentibus,mulieres & proximi quiq; id maximè plorãt,q̃ citò repentéq; ab illorũ moriens captus eſt oculis: multò magis hic doluerit,cui nõ diebus duobus tribúſve, aut vno,ſed hora vna ſic omnes ſurripiunt. Cogita tũ: nanq; tempore malum non iam valde fuerit intolerabile,expectatione id leue fortaſſe de facili faciente: contra verò ſpem quid cõtingere,ac repentè fieri, intolerabile,omnémque ſermonem ſuperat. Non ipſos enim lectulo expirantes,animam reddentes vidit, ſed domo cõtumulatos omnes. Cogita igitur quis erat ille maceriam effodiẽs,& nunc quidem lapidem,nunc filij mẽbrum retrahens, & manum videns adhuc phialam tenentem,dexterámq; alteram recumbentẽ cyatho, & ipſam corpore corruptã filiã, capite diſſipato,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nasóq; contrito, oculis extinctis, cerebro dispersо, vulnerúmq; varietate non permittente faciei desideratæ formam nosse. Confusi estis hæc audientes, & lachrymas funditis. Cogitate igitur quis ille erat hæc vidēs. Si enim post tātum temporis, sine lachrymis nequiuimus tragœdiæ huiusmodi ferre auditum, hęc alienam audientes calamitatem: qualis ille adamas fuit, coram hæc accipiens, nō in alienis, sed propriis philosophās in malis, neque tamen iracundia auersus est, neque dixit: Quidnam hoc est? ea est pietatis continentiæ merces? Aduenis idcirco domum aperui, eam vt viderem liberorum sepulturam? omnem in eos idcirco virtutis modum exercui, quò talem subirēt exitum? Nihil horum dixit, neq; cogitauit: sed tale tantúmq; post studium orbatus, cuncta generosè pertulit. Igitur sibi sola hæc contigerunt mala: Et amicorum desertio, proditióq;, increpationes & iniuriæ, subsannatio & derisus, & distrahi à cūctis: tolerabiliáne hæc & solatio digna? hæc nō modò rebus ipsis, sed ne quidem auditu ferēda. Neque enim talis calamitatum natura, vt sint qui etiā nobis improperent, nostrámq; consuescunt mordere animam. Respice mihi consequenter vel hoc in loco mansuetudinē, ad deúmq; religionem, generosę illius adamātinę animę. Vbi enim semetipsum implicitum malis vidit, qui totius virtutis summā impleuerat: malos autem homines, & veneficos vitam secūdis agentes rebus, non dixit quid tale, quale quidam ex infirmioribus consueuerunt, Ad hæc filios educaui, cúmq; solertia instruxi omni? ad hæc meam pauperibus domū aperui, quò illos post cursus pro egenis susceptis, pro nudis, ꝓ orphanis id me sequatur meritū? Sed horum loco etiam omnis sacrificij meliora verba
Iob.1.d protulit, illa dicēs, Dominus dedit, dominus abstulit. Si autem scidit vestimēta, comámq; totondit, ne mireris. Pater enim erat & amator, pater piúsq;: & oportuit quidem naturæ passionē ostendi, mentisq; philosophiam. Si verò neq; id fecisset, fortasse quis & insensibilem hanc putasset esse philosophiā. At tu qui pecuniā si amiseris, ne ira, aut alio perturbationis malo cōciteris, sed viriliter tolerans, gratias agas deo, & Iob verba loquaris: Dominus dedit, dominus abstulit: lucrum per hoc damnū facies. Quid dicis, dominus abstulit? fur abstulit, & tu dicis dominus abstulit? Ne mireris: nam & Iob quæ diabolus furripuit, eadem & dominum abstulisse dixit: & quomodo hęc fur eripuerit, tu dicis quoniam dominus abstulit. Nam neque illam gratiam minimè habeo. Non mea, suum factum: neq; scienti, neq; volenti hæc facta sunt. Quomodo enim, sed tū nihil minus habet eis qui dant eleemosynas, il-
Ad vates ire prohibitum. le qui tunc non dat. Si autem & ad vates te hortabuntur quidā, tu verò dei timore, quoniā quidem prohibetur, eliges magis nō accipere pecuniam, quàm deo aduersari: eorum merito quæ in pauperes cōtulerunt, mercedem habes, quoniam amittēs gratias egisti potensq; ad vates abire, cōtines nō accipere magis, q̄ sic accipere. Quemadmodum enim ille dei timore actus, pauperibus impēdit: sic & tu dei timore expertos nūmos ereptos non recepisti. Priuauit te ille pecunia, tu teipsum salute minimè priuaueris. Dolens enim in his quæ à cęteris malè es passus, ipse pluribus temetipsum implicabis malis. Ille te fortasse paupertate circundedit, tu te funestis offendis. Ille author mali, tuis te exterioribus priuauit bonis, tu ętternis temetipsum diuitiis priuas. Tristitia te diabolus cōfecit pecuniam furripiens, confice & hunc ipsum gratias agens, neq; gaudio eundem accumulauēris. Si ad vates abieris, tum effeceris: si gratias egeris deo, mortalē illi plagam intuleris. Et respice quid fiet: neque eam inuenies ad vates abiens, non enim illorum est videre. Si autem quid dixerint rei quomodolibet cōpotes, & animā ipsam perdes, & fratribus tuis derisio eris, atque iterum eandem malè amittes. Nam dæmon sciens vnā te nō ferre tentationem, atq; pro hac tuum negare deum, iterum prębebit pecuniam, quò sibi occasio accedat iterum seducere te, atq; abducere. Et quemadmodū nos aduersus hostes illa exponimus arma, quib⁹ eos dolore afficiamus: si verò eos minus dolere viderimus, recedimus quasi nō habentes, quò ipsos mordere possimus: Sic ergo diabolus, si viderit deridētem te ac despicientē suos conatus, cedit ex via hac, non iam vlterius propinquans. Licet ergo tibi sufferēti mercedem accipere tantam, quātam si pecuniam volēs proieceris. Atqui non immerito admirabuntur magis eū, qui cum gratiarum actione tentationes tulerit, q̄ qui vltrò dederit. Quid enim, quoniam hic quidem laudibus enutritur & conscientia, bonásq; habet spes, & primò viriliter ferens pecuniarū penuriam, tunc abiecit eas? Illi etiam annexæ violēter arripiūtur. Neq; verò æquè est, eū qui prius paratus atq; suasus erat à pecunia recedere, hācq; sic à se mittere, atq; eū qui amore huius etiam tenetur, eadem illico esse priuatū: neq; iterum multo tempore pecuniā despicere, & repentè contingens damnum tolerare posse. Qui enim paratus ad ingruentia mala fuerit, illata facilius tulerit: qui autē cadens animarum sese cogitationibus inuoluerit, si quid tale cōtigerit, duplici turbatur malo, ex insperato scilicet, quódq; omne studium suum pereat, omnísq; ad id præparatio nō parum ad dolorem interest. Sed omnium est intolerabilius, si quis malis se exutum putās, atq; ipsum peruenisse ad finem, & curam omnem, cogitationémq; deposuerit, iterū principium aliud malorum inueniet. Quare enim vxorem Iob cum liberis non extinxit diabolus? Quoniam viderat, scilicet, magna se cum illa operaturum ad illius insidias. Si enim, inquit, paradiso eieci Adā, multò magis à sterquilinio Iob supplantare potero. Et respice malitiā. Neq; enim bobus pereūtibus hac machinatione est vsus: neq; asinis, neque camelis, neque domo diruta, neque liberis macerie tumulatis. Sed tacet tandem, atq; silere permittit, dimicatorē videns. Cùm autem vermium fons erupit, pellémq; corrumpi, atque dilabi vidit, exesam carnem sanie multis scilicet putoribus plenam, cúmq; torqueret eum & sartaginis & fornacis omni flamma acerbior consumens diaboli manus, omníq; fera truculentior, cōtinuò comedens atq; exedens corpus, & pleraq; tempora tali in calamitate trāsirent: propterea sitiens liberationē, moríq; cupiens, vtpote qui respirare non poterat, Si possem dicebat memetipsum vindicare, vel alterum qui mihi id conferat deprecari, Tunc ipsam introducit, & inquit, vsquequo expectas, dicens: Ecce sustineo tēpus, adhuc paululū expectans spē salutis meæ: & molestantē semper ille solās ac repellēs talia dicebat: Paululū adhuc expecta, & celeriter horū erit finis. Improperās igitur sibi, inquit: Nunquid & nunc idipsum dices? Multum iam tēpus præteriit, horúmq; non videtur finis: periit enim memoria tua de terra, filij tui & filię vētris tui, labores & dolores quibus inuanū cum gemitu laboraui, atq; errabunda ego & serua quærēdā locum ex loco, domum ex domo petens: neq; enim mendico solùm, sed errans vado,

Quare vxor Iob nō vnà cum pueris, aut reliqua eius substantia perijt.

vado, seruitióq; nouo & insueto seruio, vbiq; circumiens, pignúsque calamitatis meæ mecum ferens, cunctos edocēs mala mea. Et quod omnium est miserius, Solíscq; plerunq; occasum præstolor, quò vel ab ærūnis meis, atq; ab his qui me circundederunt laboribus quiescam. Sed dic aliquod verbū ad dominū, & morere. Quid autē beatus hic adamantéq; durior? respiciens in eam amarè. O mētem castam, ô morigeratā, atq; ante vocem ab ipso prospectu machinamēta repulit. Illa quidē visa est lachrymarū mouere fontem,
Iob.2.c hic autē leone truculētior factus, furore plenus & iracundia, & inquit: Vt quasi vna de insipiētibus mulieribus locuta es. Si bona suscepim⁹ de manu domini, mala autem quare nō sustineamus? Quibus ex causis illa
Ibid.1.d nobis dedit deus, qualē rependit mercedem? nullam: neq; enim meritis præcēūtibus nos in terra beatos hactenus effecerat dominus, sed vltrò, atq; sua de bonitate solùm, humanitatéq;. Nudus exiui de ventre matris meæ, nudus reuertar illuc. Fingite igitur vobismetipsi dimicatorem ipsum, atq; existimate summū illum videre, sinúq; medio sedentem statuam auream preciosam. Quomodo eum nominem nescio, nequeo tam preciosam inuenire materiam, vt comparare queam percussum illud, vulneratúmq; corpus: adeò preciosa omni materia, valde supráq; modum carnis illius natura clarior apparuit, vulneráq; solaribus radiis lætiora: hi enim corporis illustrant visum, illa verò mentis nostrę illuminat oculos. Quis vidit, quis audiuit tales, támq; mirandas dimicationes? nam exteriorum agonum pugiles, cū aduersariorū capita ceciderunt, tunc demum vincunt & coronātur: hic autem cū iusti corpus deiecit, tūc & victus fuit, & abiit. Quid factum est ô diabole? cuius rei cedis gratia? Num cūcta pro nutu sequūtur? Nū eius perdidisti greges? Nū boum, equorum, mulorúmq; armēta? num chorum illum liberorum perdēs, & vniuersam insuper carnē vicisti? Quoniam factum est, inquit, omne quod volui, quod autē fieri maximè volueram, atq; ob id cuncta fueram conatus, id minus factum. Neq; enim blasphemauit: id dum minus fit, nihil magis ab illa pecuniam iactura accedit liberorū interēptione & corporis plaga: quinimò contrà, quod minimè volebam contigit, hostem lætiorem, aduersarium clariorē effeci. Nosti quale tribulationis sit lucrum? Bonū quidem erat, corpus sanitate vigere, multò tamē preciosius vel vulneribus cōcisum. Quoniam verò & vellera pulchra quidē, etiam dū illota perdurant, cùm verò lauatoris opera demersa atque exersa fuerint, incomparabilem pulchritunem, decorémq; suscipiūt. Nisi enim eundem spoliasset, nunquam optimam coronādi huiusmodi nouisset habitudinem. Nisi enim vulnerum stimulis eius fodissет corpus, nusquā interiores radij reluxissent. Nisi in stercore sedere coëgisset virum, nequaquā eius diuitias cognouissemus. Neq; enim rex tā illustris in throno sedens, q̄ ille tunc in sterquilinio erat, sic insignis & celsus. Nam post regalem thronum mors, post verò sterquilinium illud cœlorū regnum. Propterea enim eius ille sacrilegus bona surripuerat, non quò afficeret morbo, sed quò virtutē in eius anima supplātaret. Sed tamen vniuersa remouēs eius machinamenta, & pauperem pro diuite faciens: hícq; quod magis horridum cunctis videtur, & cùm qui multorū fuerat liberorum pater, orbatúsq; omnino, vlceréq; feriens eius totum corpus crudelius his carnificibus, qui publicis versantur in iudiciis: neq; enim illorum vngues sic effodiunt corū latera, quos pœna in suas dederat manus, sicut ei⁹ lambebant corpus vermiū ora. Et pellens eum nō vrbe solùm & domo, atque in aliam transferens vrbem: sed stercora sibi pro domo, pro vrbe statuēs. At eo modo nusquā exīstimauit, sed & per eas, quas tetēdit insidias splendidiorem reddidit, tótq; & tāta diripiens, maioris sibi virtutis diuitias cumulauit. Tu igit si quis tibi tuam surripuerit pecuniā, ac generosè tuleris, ipsam eorum qui pauperibus erogāt, vniuersam mercedem accipies. Quēadmodum studiosi, etiam ab iniuriantibus lucrari consueuimus: sic & pigritantes neq; ab his qui prosunt meliores efficimur. Si eū Iob tot, tātáq; passus est, nō ab homine, sed à dæmone, omnibus hominibus peiore: quis ergo ex eorū est nota, qui dicūt, hic mihi est iniuriatus, ille me spreuit? quale respōsum habebit? Si enim diabolus tāta redundās malitia, vniuersa eius mouēs organa, vniuersa mittens tela, atque quotquot in hominibus erant mala atrocitate multa, multáque cum vehementia, & in domum iusti, & in corpus nullā intulit viro iniuriam, sed magis profuit: quomodo poterūt alij illū, & illum accusare, quasi ab his nō verò à semetipsis iniuria affici? Miraris tres pueros? & ego, quoniam contra caminum ignis
Dan.3.b sunt ausi, quoniā contra tyrannū insurrexerunt, Deos tuos (dicentes) non colimus, & statuam auream quam erexisti non adoramus: sed grande illis erat solamen, manifestè scire, quoniam propter deum hęc eadē patiebātur. Beatus verò ille nesciebat certamina, & palęstram esse quæ patiebatur. si enim sciuisset, nequaquā
Iob.40.c omnino quę fuerunt facta sensisset. Cū igitur audiuit, Nunquid vanū putasti iudiciū meum, sed vt appareas iustus? cogita quomodo nudo ex ore respirauit, quomodo exinaniuit sese, quomodo se nihil passum fuisse putauit, ex his quæ pertulerat, sic dicens: Quid etiā iudicor correptus à domino, & reprehēsus audiēs hæc? Imitemur igitur huius sancti modestiā & dignitatem, discētes quotquot à patientia germinant bona. Sicuti enim in communi orbis theatro stans beatus ille, glorioſusq; vir, omnesq; sibi pertingentes passiones mouet, nouitq; omnes contingentes tolerare casus, neq; vsq; ingruentibus malis cedere: haud enim in humanis est passio, quę solatiū inde accipere nō posset. Quæ enim in omni orbe sparsæ passiones sunt, si in vnum coëant, facilè in illius corpore apparuerint. Quę igitur erit illorū excusatio, qui nequeunt vel partē hanc illatorū malorū cum gratiarū actione ferre, qui non modò partem, sed vniuersa amisit? Alij naufragiis incidētes, ad paupertatē redacti sunt: item alij infirmitate & morbo, à nullo neq; vllum auxiliū susceperе. Et quid hoc? recordare eorum quæ Iob euenerunt, gratias age domino prohibere potēti, & nō prohibenti. Si in paupertate degis, & fame, milleq; periculis: Lazari recordare paupertatis, solitudinis, milleq; aliis huiusmodi dimicantis, & hæc plurimā præstabunt virtutem. Memento apostolorum qui in fame & siti, nuditateq; viuebant, prophetarū iustorum: atq; omnes ipsos inuenies, nō diuitum, nō in diuitiis positorum: sed pauperum, sed tribulationibus, suspiriis afflictorū, partes sustulisse. Hæc autē huiusmodi apud te colligens, redde deo gratias, qui te ad hanc sortem vocauerit, non iam odiens, sed vehementer amans. Qui quidem non illos odiens, tot permittebat aduersis laborare, sed quoniā vehemēter diligebat eos, per ipsa mala splendidiores illos reddidit. Si enim homines qui in eorū causa insudāt, sine mercede, sine retributione abire nō sinunt:

Universidad de Deusto
Biblioteca

multò magis deus eos, qui tot insudauerũt laboribus, A
non permittet quandoq; suorum laborum repẽsatione fraudari. Sed necesse quoddam alterum tẽpus esse
post mortem, quo laborum mercedem accipiãt. Nam
& multos audiui dicẽtes, ille & ille mansuetus quidẽ,
mitísq; existens homo, ab altero iniquo quodam malóq; quotidie in iudiciũ trahitur, alter iniquè calumniatus, alter demersus est, inquit, alter præcipitatus, &
deus hęc fieri permisit. Quare? ne citò in insaniam eleuentur mirabilium magnitudine, ac operũ perfectione, permisit eos deus affligi: atque ne maiorem de humana natura cæteri habeant suspicionẽ, deos non homines eosdẽ esse dicentes. Et vti dei virtus appareat,
per infirmos, per victos vincẽs & superans, prædicationem suam adaugens, atq; vti illorum ipsorum patientia manifestior fiat, nõ pro mercede seruientium,
sed ad bonam tam abundè volũtatem ostendendam.
Et vti post tot mala tempestiuè, atque opportunè, sancta eorum mens appareat, omnésq; stimulati aduersis
abundantius & solatiũ habeant & fomentum, ad illos
respicientes, atque memoriam habẽtes eorum malorum, quæ sibiipsis cõtigerunt. Atq; vti quando exhortamur vos ad illorum virtutẽ, & ad vestrum dicimus
vnumquemq;, imitare Paulum, zelo Petrum sequere,
nequaquã existimetis gestorum excellẽtia, perfectionéq; altera eos participasse natura, propterea ad imitationẽ pigrius excitemini: atq; cùm oportet aliquot
vos vel beatos dicere, vel miseros, dicam° quos quidẽ
& beatos existimari decet, quódve in ęrũna, miseriáq;
constitutos. Si autẽ discere volueris, quoniam nõ malefacere hoc fortiores facit, sed inferẽtes mala, tolera-
Gen.31.c re: respice Iacob, quomodo quantũcunq; à Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat, qui eum in manus ac-
C ceperat, nõ audẽs tãgere, sed timens: aut qui sic absq;
armis & exercitibus mille regibus sibi terribilior fa-
Desiderãs offendere seipsum ladit. ctus? nónne hic? Quemadmodum enim calcans, semetipsum excoquit: & adamãtem percutiens seipsum
lædit: & qui cõtra stimulum calcitrat, seipsum vulnerat: Sic qui offẽdere cogitat, seipsum offendit, omniq;
luto fit infirmior. Excidit quandoq; patria & sanctus
Dauid, atq; de libertate, déq; anima ipsa periclitabatur, & exercitum aduersus impudentem adolescẽtem
1.Reg.15.c tyrannum illum & patricidam parans, errabat per desertum, neque exasperabatur zelo, neq; à deo auersus
est: neq; dixit, Quidnam hoc est? Permisit puero aduersus genitorẽ insurgere? tametsi pro iustis habuit incusare, non sic fieri oportuisse: nã in paruo à nobis iniuria lacessitus, circuit dexterã patrio sanguine inquinare, & hæc deus videns sustinet. Sed nihil horum di- D
xit, neq; cogitauit: quódq; magis admirabile, quoniã
erranti sibi, & vniuersis nudato, Semei homo quidam
malus, & contaminatus sese exposuit, virum sanguinũ
eum appellans & impium, milléq; malis infectum, neque sic irritatus est: quinimò imperatorem exercitus
rogantẽ, vt descendere permitteret, & illius truncare
caput, nõ modò non permisit, sed & insuper ira cõci-
2.Re.16.b tus, dixit, Quid mihi & tibi fili Saruię? Dimitte eum vt
maledicat, si fortè aspiciat dominus afflictionẽ meã,
& reddat mihi bonũ pro maledictione hac hodierna.
Vides quomodo nouit iustus quoniã generoso animo
perferre maledicta, occasio maioris sit meriti? Etenim
res sic se habebat. Nam maledicta, & mille perferẽtes
aduersa, eos qui nobis improperant, si fortiter toleramus, maiorẽ in nobis dei gratiã cumulamus. Voluit &
Exod.2.b Moses iniuriato cuidam opem ferre, atq; vltimis ferè implicatus est periculis: patriáq; excidit deo permittente, vt & tu sanctorũ patientiã discas. Si enim prouidẽtes, quòd nihil patiamur mali, sic ad spiritualia cõcedamus, nihil magni facere videbimur: hoc & tres pueri dicebãt, Est deus in cœlo potens eripere nos de ma- *Dan.3.b*
nibus tuis, tametsi incognitũ tibi sit: quoniam diis tuis
non sacrificamus, & statuam quam erexisti nõ adoramus. Et tu igitur si quãdo ea quæ secundũ deum sunt
attingere volueris, multa proinde pericula, multa detrimẽta, multas mortes sustinebis. Nec quidẽ arbitreris extraneum, neq; turberis his contingentibus. Fili,
inquit, si accesseris seruire domino, prępara animã tuã *Eccli.2.a*
ad tẽtationem. Nemo certare volens, sine vulneribus
coronari expectat. Cũ igitur ipse quid boni egeris, atque cõtraria receperis, vel alterum idipsum videris pa-
tientem, lætare & gaude. Iure enim maior exigitur tri- *Non credendum malis.*
bulatio: neq; à proposito concidas, neq; fias desidior; B
sed magis cũ maiori proposito super incũbe, tametsi
millies videris diabolũ recidentem tuos gressus, nunquam aut deficias aut recidas. Quoniamquidẽ & apostoli cùm prædicabant, verberati cõtinuò, mancipati
vinculis, nõ post periculorum euasionem, sed ipsis in
periculis maiori cum proposito veritatis annunciauerunt prædicationem. Atq; videre Paulum licet in vinculis ipsis, in catena habitantem, docentem, atq; in iudicio idipsum faciẽtem. Intueréq; beatã ipsam ánimã, *Act.20.*
in quibus gloriatur, in vinculis, in tribulationibus, in
catena, in stigmatibus. Vado, inquit, & in Hierusalem
alligatus spiritu, quæ in ea vẽtura sunt mihi ignorans, *c.*
nisi q; spiritus sanctus per omnes ciuitates protestatus
est mihi, quoniam vincula & tribulationes me manẽt.
Quid igitur abis in vincula, si te tribulationes manẽt?
Ob idipsum vt pro Christo vinciar, vt pro Christo
moriar: non enim solùm alligari, sed etiam mori paratus sum pro nomine domini Iesu Christi. Quid igitur
pudore non superaris? non times orbem circumiens
vinctus? non times ne quis dei damnet infirmitatẽ, ac
propterea nullus accedat? Non ciusmodi, inquit, mea
vincula. Vt, inquit, mea vincula nota fierent in omni
prætorio, & plerisq; ex fratribus in domino, confidens
meis vinculis abũdantius audientibus sine timore loquebar verbum. Vides vinculorum fortitudinem, magis q̃ resurrectionis mortuorum esse gloriam? Vinctus
est Romæ, & plerosq; attraxit: vinctus est Hierosolymis, atq; ligatus concionans regem exterruit, præsidi *Ibid.22.g*
timorem incussit. Timens, inquit, soluit eum. Vinctus
nauigauit, naufragium soluit, hyemem superans, eo in *Act.28.*
vinculis existente. Bestiam illam tetigit, quæ nihil no- *b.*
cens cecidit: atque aspice id vbiq; cùm fieret, eę debebatur, & fortiter cædebat: multas ei, inquit, plagas in- *Act.16.c*
fligẽtes: & ligatus est, & id ipsum fortiter: in interiorẽ,
inquit, carcerem miserunt eum, plurimáq; cum firmitate: atq; in his tot tantísq; existens circa mediam noctem, tunc cùm quietissimi quiq; dormiunt, cantabat
& psallebat domino. Quid hac fuerit anima cõstãtius?
Sciebat enim quoniã pueri in igne cantabãt & in camino: fortasse cogitabat, quoniã nihil tale sum passus.
Sed bene faciens sermo iterũ in alia vincula traducit,
carcerémq; alium. Quidnam est quod patior? volo tacere, sed nequeo. Alium inuenerunt carcerẽ illo valde mirabiliorem, magísque tremendum. Volo sermonẽ præcidere, neq; permittor: quiescere nequeo, tacere nequeo, vehemẽter me circunstrahit: quid prius dicam, nescio, quid secũdò, quãobrem ne quis à me ordinem exigat oro, multa nanq; rebus nobilitas inest.

Longa

Longa fuit Pauli catena, propterea tandiu me tenuit. A
Sed nõ ideo tacebo: nam si in vinculis ipse nõ tacuit,
neq; in flagellis, ego sedens tacebo iam die existente,
multáq; cum quiete loquens? atqui quomodo hęc sermonẽ habuerint? Multa eñ multis in locis Pauli mirabilium signa sunt, sed nulla stigmatibus desiderabiliora. Nec in scripturis tãtùm me reficit gaudio mira-
Act.14.d. bilia operans, quãtùm quòd malè patiens, flagellatus,
tractus, lapidatus. Lapidantes autẽ eum, inquit, trahebant extra ciuitatẽ, & iterum, verberatũ & plagas inferentes eiecerũt in carcerem. Quãta gloriatio, quanta
voluptas? quísnam honor, quis splẽdor videtur? Quoniam pro Christo victus est: sed admirabile intellige.
Et motus est inquit, carceris locus vincti Pauli, & vniuersa vincula soluta sunt. Vidisti vinculorum naturam
vincula soluẽtem? Expergefactus autem custos carce-
Act.16.e ris, & videns ianuas carceris apertas, euaginato gladio B
volebat se interficere. Quid ergo Paulus? clamabat voce magna, dicẽs, Nihil tibi feceris mali, vniuersi enim
hîc sumus. Vidisti ne omni inani gloria vacuum, omni
superbia? vidisti pietatem? Nõ inquit, quoniã propter
nos hæc facta sunt: sed tanquã vnus ex vinctis inquit.
Si enim siluisset, atq; magna voce non clamasset, illius
manus per guttur fortasse gladiũ transegisset. Clamauit autem, quoniam quidẽ in interiorẽ carcerem fuit
missus. Cõtra temetipsum, inquit, id egisti, interius eos
mittens, qui te à periculo liberaturi erãt. Vidisti Pauli
humanitatem, & ad proximum curam? Elegit vinciri,
& ipse periclitari, quàm illum despicere pereuntem.
Quemnam nõ exterruisset ea, quæ circa se vinculorũ
erat potẽtia? & tamen eos qui vinxerant, ad vincti pedes adegit, eosdẽq; illos quasi seruos huic effecit. Ce-
Ibidem.f. cidit, inquit, carceris custos ad pedes Pauli, & qui liga- C
uerat ad ligati pedes erat: idémq; rogabat ligatũ à timore solui. Nónne tu ligasti, dic mihi? nõ in interiorẽ
misisti carcerem? nõ in ligno firmasti pedes? quid tremis? quid paues? quid lachrymas? quid gladiũ eduxisti?
Nesciebam, inquit, tantã esse victoriam, Christi potẽtiam. Quid dicis? Cœlos aperiẽdi cepit potestatem, &
carcerẽ aperire non debuit? Vinctos à dęmone soluerat, & ferreũ quid sibi prędualere debuerat? Animas igitur alligatas soluens, propriũ non poterat corpus solu-
uere? Qui per sua vestimẽta cęteros illis à vinculis solsuit, à dęmoniisque liberauit, ipse per semetipsum sese
nõ soluerit? Idcirco primũ vinctus est, & tunc vinctos
soluit, quò discas seruos Christi ligatos, vim supra ligãres habere multò maiorem. Sic enim sancti fortitudo
clarior ostenditur, cùm non semetipsum modò, sed & *Act.28.*
ipsos ligantes soluit. Quænam murorum vtilitas? quid D *b.*
magis in interiorem carcerem mittere, quoniam quidem & exteriorẽ aperuit. Sed audiamus ipsum in hoc
Ephe. 4.a ipso gloriantem, & dicentem, Obsecro igitur vos vinctus in domino: nam magna dignitas & multa, regno
Vinciri pro christi quã honorificũ. & cõsulatu vniuersisq; maior, pro Christo ligari. Nihil enim tam clarum est, q̃ pro Christo victum esse, ita
vt catenæ circundatæ sanctis illis manibus, apostolatu
& doctoratu multum sint illustriores, maioriq; venerationę dignæ. Si quis amat Christum, nouit quod dicitur: si quis insanit atq; aduritur domini amore, vincit potẽtiam vinculorũ: eligeret fortasse victus esse
pro Christo, q̃ cœlos inhabitare. Nã fortè vel in dextris eius sedere, hoc clarius, hócq; clarius quàm super
duodecim sedes sedere. Si quis me cœlo condonet
omni, vel ea qua Pauli manus vinciebatur catena, illam ego honore præponerem. Si quis me cum angelis

statuat, aut cum Paulo victo, vincula eligerẽ. Si quis
me cum illis faciat potestatib°, quæ circa thronũ sunt,
aut victum talem: talem eligerem potius, etiam vinctum. Etenim nihil melius, quàm mala pro Christo pati. Si quis mihi mortuos suscitare dederit nunc, non iã
id, sed catenã eligerem. Vellem nunc locis in illis versari, quibus vincula illa manẽt, & catenas videre, quas
timuerũt quidem dæmones, & horrent, & angeli venerãtur. Si ecclesiasticis curis essem vacuus, corpúsq;
robustum haberem, nequaquam peregrinationẽ tantam facere recusarẽ, quò catenas solùm viderem, carcerẽ quo Paulus victus. O beata vincula, ô beatas manus, quas ornauit catena illa Paulo circũdata: non tam
preciosæ erant manus, quæ claudum in Lystris erexerunt, quàm vinculis circundatæ. Si per illa tẽpora ipse fuissem, tunc potissimum fouissem eas, & ante meas
oculorum pupillas ponens, nusquã desiissem deosculari manus, dignas effectas pro domino meo vinciri.
Non eum sic dico beatum, q̃ tertium vsq; ad cœlum, *2.Cor.12.*
& in paradisum raptus est, quemadmodum q̃ in vin- *4.*
cula sit coniectus. Non eum sic beatum dico, q̃ audi- *Ibidem.*
uerit arcana verba, quemadmodum q̃ vincula sustinuerit. Etenim hęc illis longè maiora. Eligibilius nanque mihi est male pati pro Christo q̃ honorari pro
Christo. Hoc Paulus cogitabat: & meritò. Si ipse propter me factus seruus, gloriámq; euacuans, non sic in
gloria esse putabatur, q̃ cùm pro me affigebatur cruci: quid me pati non oportet? Audi enim ipsum dicentẽ, *Ioan.17.c*
Glorifica me pater. Quid dicis? Ad crucem duceris cũ
latronibus, tumulorúmq; fossoribus maledictam sufferre mortem, conspuendus, cædendus colaphis, &
hæc gloriam appellas? Ita, inquit, pro dilectis ipse patior, meritóq; hæc eadem gloriam existimo. Si enim
dominus meus miseros & ærumnosos amans, gloriam rem vocat, etiã id patrio throno magis adiicit gloriæ: multò ipse magis hęc gloriam existimare debeo. Terrent quę in Iob dicuntur, cunctos homines, pro patiẽtia, pro vitæ puritate, pro dei testimonio, & forti illa
pugna, & mirabili post pugnam victoria. Sed Pauli patientiam quænam adamantina anima ostendere poterit? Non enim mensęs multos sic decertans deguit,
sed annos multos nõ terræ glebas liquefaciens, ac sanie macerans, sed in os ipsius intelligibilis leonis continuè incidens, milléq; dimicans tentationibus. Neq;
ab amicis tribus quatuórve, sed cunctis ab infidelibus
improperatus, cõsputus, iniuriatus, maledict°, milléq;
tentationum globos sustinens. Et nunc quidẽ flagellis
corpus distendẽs, nunc lapidibus obrutus, famẽq; asfidua & asperitate liquescens. Sed Iob hospitalitas magna, neq; id nos inficiamur, sed Paulo tantò inueniemus egeniorem, quanto corpus animę cedit. Quod enim ille ad eos qui secundum carnem infirmabantur
fecit: hic ad eos qui in anima iacturã acceperãt ostendit. Et ille quidem ouibus, bobúsq; numero immenso
sibi existentibus eadẽ egit: hic autem nihil supra suum
possidens corpus, ex hoc ipso indigentibus satisfaciebat, & clamabat dicẽs, Necessitatibus meis, & eorum *Act.20.*
qui erant mecum, subministrauerunt hæ manus. Hos *g.*
amplectamur zelo, hos imitemur omnes, quò pares ipsis laudes assequamur, in Christo Iesu domino nostro,
cui gloria in secula seculorum, Amen.

De beato Iob, Homilia. Incerto interprete.

VEruntamen fratres charissimi, intendat charitas vestra quid dico: quando audiuimus librum sancti Iob, percepimus q̃ perditis reb°,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perditis filiis,nec ipsam carnem,quę illi sola remanserat,saluam potuit obtinere:sed percussus graui vulnere à capite vsq; ad pedes, sedebat Iob in stercore, putrescens vlcere,sanie fluens, vermibus scaturiens, tormẽtis acerbissimis dolorũ cruciatus. Si nobis sic nunciaretur vniuersa ciuitas, nullo ibi sano in grauissimo vulnere,cùm sic putrescere vermib⁹ viuos, quomodo mortui putruerunt, quid esset grauius hoc? in ea illud bellum tam graue esse puto, q̃ mitius in carne humana ferrum sæuiret, quàm vermis: tolerabilius de vulneribus sanguis erumperet,quàm de putredine sanies distillaret. Cadauer corrũpi respicis,& horrescis: sed ideo minor pœna,imò ideo nulla pœna, q̃ absens anima. At verò in Iob præsens anima quæ sentiret, ligata ne fugeret,subiecta vt doleret,compuncta vt blasphemaret:sustinuit tamen tribulationem Iob, & deputatum est ei ad magnam iustitiã. Non ergo quisquã attẽdat quid patiatur,sed quid faciat homo: in eo quod pateris,potestas tua non est:in eo quod facis, voluntas
Iob.2.c tua vel nocens,vel innocens est. Patiebatur Iob,& stabat mulier relicta sola:non ad cõsolationem, non quę afferret medicinã, sed quæ moueret blasphemiã: dic aliquid in deum & morere. Videte fratres charissimi, quemadmodum illi mors beneficiũ fuit, & tale beneficium nemo illi dabat. Sed in his omnibus quę sancta anima sustinebat,patientia exercebatur, fides probabatur,mulier confundebatur. Spectaculũ magnum,& in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo virtutis:vastabat latenter inimicus, apertè malum suadet inimica,adiutoriũ diaboli,non mariti. Heua noua,sed ille non vetus Adam. Dic aliquid in deum, & morere, blasphemãdo extorque, quod precãdo nõ potes impetrare. Locuta es, inquit, tanquam vna ex insipientibus mulieribus. Attẽdite verba foris putrescentis, in-
Ibidem. tus integri. Locuta es,inquit, tãquam vna ex insipientibus mulierib⁹. Si bona percepimus de manu domini,quare & mala non sustineamus? Pater est, nunquid nam amandus est blandiens, & resp uẽdus corripiens? Nõne ipse est pater,& imponens disciplinam? Cogita quoslibet cruciatus, extẽde animũ in quaslibet in hac vita pœnas humanas,cõpara gehẽnas, & leue est omne quod cogitas. Hîc tẽporalis,ibi ęternus. Et qui torquentur, nũquid adhuc patiũtur, qui illo tẽpore passi
Luc.16.c sunt? Diues autẽ ille adhuc apud inferos patitur, arsit, ardet,ardebit, viuet vsq; ad iudicium,recipiet carnem non ad beneficium,sed ad supplicium. Illas pœnas timeamus,si deum timemus. Quicquid hîc passus fuerit homo, si corrigatur, emendatio est:si non corrigatur, duplex damnatio est. Et hîc enim luit pœnas temporales, ibi experietur æternas. Dico charitati vestræ fratres: Martyres sanctos laudamus, glorificamus, admiramur,dies eorũ pia solẽnitate celebramus,merita eorum veneramur,& si possumus imitamur. Est ꝓfectò magna martyrũ gloria,sed nescio vtrum minor gloria fuit sancto Iob. Nec tamen ei dicebat: Thus pone, idolis sacrifica,& diis alienis,nega Christum: dicebatur tamen,si blasphemaueris,putredo omnis absc essura,sanitásq; reditura est: sed si blasphemaueris,dicebat inepta & insulsa mulier,morieris,& moriẽdo tormentis carebis. quasi verò moriẽti blasphemo nõ æternus dolor succederet. Mulier fatua prę sentis putredinis horrebat molestiam: ęternã flammam minimè cogitabat. Forebat ille prę sens incendium,ne incurreret in futurum. Tenebat cor à mala cogitatione, linguã à maledicto,seruabat animæ integritatem in putredine corporis. Videbat quidẽ & iudicium de se futurum, euadebat,præstãte Christo domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Diui Ioannis Chrysostomi in beatos Iob & Abraham, sermo.

Athletam in certamen impellit erecta victori statua, armigerum in prælium prouocat decreta fortibus gloria: Christianos autem cõfirmant in patientia, eorũ qui strenuè certarunt, præconia. Quis autẽ tã strenuus & fortis, vti beatus Iob? quẽ vidit quidem diabolus, aggredi tamẽ primũ detrectauit. Vnde sapiẽs agonotheta fidẽs athletæ suo, aduersariũ irritat,& ad certãdũ mouet: & idcirco beato Iob testimoniũ dans, præfert hunc suum,& apostatam inferiorẽ facit. Nam posteaquam diabolus circuisset omnia,tẽtasset q; omnes, ab vno autẽ hoc forti fugisset,cũ eo congredi timens,ne proderet se ignominiosẽ victũ,ipsum cauillatus est. Dicebat igitur diabolo deus,qui omnia videt: Animo aduertisti ne seruũ meum Iob, q̃ non sit ei similis super terram, vir inculpatus,verax,iustus,pius,abstinẽs ab omni malo? Testificatur deus,vritur diabolus. Non permittitur ei aliud aduersus superiorem. Irridet ergo & cauillatur, dicẽs: *Iob.1.b* Nónne tu muniuisti omnem domum eius intus & foris? Tãta concedis,& admiraris si gratias agat? Accipe quod dedisti, & accipiã quod habet. Nã si in calamitates inciderit,desistet etiam ipse à gratiarum actione. Dixit conjectans,nec consequutus est quod sperabat. Quemadmodum præsentia scire, ita futura ignorare ostẽsus est. At deus sciens athletę sui gratitudinem indeprædabilẽ, irritauit fugientẽ, vt coronaret vincentem. Magnum præconium Iob, q̃ tam gratus in fœlicitate: sed amplius, q̃ sui similis inuenitur in aduersitate. Itaq; in bonum cedunt tẽtationes. Et diabolus certat, vt victus confundatur. Iob autem dum tẽtatur, apparet scientia, quæ post multa tẽpora danda erat, spiritu sancto erudiente edoctus. Quo pacto demonstrabitur hoc? Nondũ erat lex,& longè ante euãgelij prædicationem præcessit. Quintus enim erat ab Abrahã, & nepos Esau,& legẽ seruauit sacrificãdo, & euangelium cum cogitationibus certando. Vitulum enim sacrificabat,quasi legem vidẽs, & de internis cogitationibus solicitus erat,quasi euangeliũ spectans. Dicebat enim Iob: Ne fortè filij mei mala cogitarint in corde *Iob.1.b* suo cõtra deum. Quis enim legẽ posuit cordi, nisi qui dicit alibi: Qui videt mulierẽ vt cõcupiscat, iam mœ- *Matth.5.d* chatus est eã in corde suo? Et qui dicit: Omnis qui irascitur fratri, reus erit iudicio? Vidit futura, qui ita mẽ- *Ibidem.c* tis curam habuit, vidit euãgelium ante datam legem. Oportebat autẽ, vt is qui proficiebat, & ad perfectionis apicem ascendebat,& propria rectè ageret, & pro pueris solicitus esset. Amabat autem pueros, quib⁹ ornatus erat,& honestè educabat eos, offerebátque pro incertis eorũ peccatis sacrificia: Melius existimans offerre,cũ non debeas, q̃ ingratũ esse, cùm debeas. Dues erat ex benedictionibus,vtebaturq; pro necessitate diuitiis, ita vt satiando pauperes, diabolum mirum in modum cõtristaret. Bona enim opera humana,plagæ & vulnera sunt dęmonib⁹. Porrò audiuit deus quę sciebat,ab eo qui quæ diceret nesciebat. Opinabatur enim satan, q̃ si auferretur possessio, auferretur & gratiarũ actio, & tolleretur patiẽtia. Verũ deus sciens cui cõfidebat, pmisit diabolo vt abraderet beati facultates, quo cõprobaretur perpetuò vigẽs eius gratiarum actio. Videbatutẽ dei prouidẽtiam. Imperfectum petit diabolus,

diabolus,sed nõ obtinet. Vnde saluator & Simoni di-
Luc.22.c cit: Satanas expetiuit vos,vt cribraret sicut triticũ: Ego autẽ orau pro te,vt ne deficiat fides tua. Quandiu imperfecti sumus, nobis parcitur: quandiu lactamur,paterne fouemur: vbi autem perfectiores facti fuerimus, perfectorũ certamina etiam suscepimus. Dicit enim: Ablactati à lacte, aulsi ab vbere: afflictionem super afflictionem susc ipe,spem super spem. Nõ dixit ablati ab vbere: sed,aulsi. Proficiens enim ad perfectionem cogitur, vt cedat à lactendo. Sciebat suum athletam agonotheta, videbátq; eius futura, de cuius præsentibus testabatur,& dicit diabolo: Ecce omnia quæcunque habet do in manum tuam, sed ipsum ne attigeris. Saluus sit accusatus,tollantur ab eo quæ existimãtur gratiarum actionis causæ,diues gratiarum actione appareat. Et exiuit diabolus à domino. Et factum est, cùm filij Iob,& filiæ eius eius biberẽt vinum in domo fratris sui senioris. Honestum conuiuium erat,id quod ostendit omnium fratrum præsentia. Sorores cum fra-
Iob.1.c trib⁹,honestatis chorus sunt. Aetásq; natu maximi apud eos in honore est. Et ecce nuncius venit ad Iob,& dicit ei: Iuga boum arabant, & asinæ iuxta pascebantur,& venerunt latrunculi,abegeruntq; eas, & pueros trucidarunt gladiis: saluus autem mansi ego solus, & veni vt nunciarem tibi. Seruatus est vnus,non miseratione eius,qui tantam substantiã abstulerat,sed vt grauius affligat: & ne ignoret is quem tristitia afficere cupiebat,nuncium saluum reliquit. Adhuc eo loquente venit nuncius alius,& dixit ad Iob. Tu interim attẽde quomodo continentes sunt tẽtationes. Fluctus fluctũ impellit, sicut in vndis marinis. Adhuc illo loquente, venit nuncius alius. Vt sanctus conturbaretur, & quãquis fert,quod prius dictum,non ferat tamen quod to-
Ibidem. ties dicitur. Hęc autem enarramus,non sicut ij qui veteres fabulas annunciant, sed monstramus rerum etiã, quæ nunc contingunt vestigia. Adhuc illo loquente, venit alius nuncius,& dixit ad Iob: ἄγγελος nuncius,à nunciando,nõ à natura. Nam angelus à natura angelica quomodo dicere posset, Saluatus sum ego solus, quum ab interitu alienus sit? Quid dicit nuncius? Ignis de cœlo decidit,& combussit oues, & pastores similiter deuorauit. Vide insatiabilem diaboli furorem,vide extremam insaniam, vide compassionis expertem tyrannidem, vide quomodo iuxta ferentis vires permittũtur omnia. Saluatus sum ego solus,& veni,vt nũciarem tibi. Adhuc illo loquente, nuncius alius venit ad Iob. Vide nuncios super nuncios, tristia super tristia,vide adamantem indiuisibilem,vide petrã immobilẽ. Equites fecerunt tres acies, & circundederunt ea melos,& abegerunt eos,& pueros gladiis trucidarunt. Quid prodest dicere,& pueros gladiis trucidarũt? cõmemorantur gladij, vt ad misericordiam moueantur viscera. Adhuc illo loquẽte,alius nũcius venit ad Iob, dicens: Filiis & filiabus tuis comedẽtibus. Hoc versutè postremo loco nũciari facit,vt si prima fortiter ferret Iob,quasi extraria: his saltẽ auditis, & motis super filiorum morte visceribus, nouis conficeretur doloribus,& indignam aliquam ederet vocem,quam tẽtans se auditurum sperabat. Ad prima enim nihil respõdit, semper posterioribus adobrutus. Audiuit tertium, & quartum,& vt sapiens expẽdebat secum,fieri posse, & solere, q̃ equites verè latrocinati essent,iniusti verè rapuissent. Verùm, q̃ oues absumptæ erant igne,nõ perfunctoriè cogitabat, sed manifestè agnoscebat eũ qui hoc permittebat. Nõ enim potestatẽ habuissent dæmones,nisi permissum eis fuisset à deo. Argumentum autem quod supernè eis concessum esset, erat q̃ ignis descendebat. Vnde enim missus? è cœlis. Inde scilicet venit,vnde & iudicium. Igitur propter diuinã permissionem tolerabiliora erãt. Ignis cecidit de cœlo. Verè iniusti iniustè egerunt,& auari rapuerunt. Quis autem ignem detulit? Ostendit mihi ignis,qui descẽdit,quid velit & spectet agonothetes. Nam licet diabolus aliquid possit,nihil tamen potest,nisi quando potestas ei fuerit concessa. Potestas enim ei non est propria, sed à deo illi cõcessa. Dixit itaq; opportuno loco: Filiis tuis, *Iob.1.d* & filiabus tuis comedentibus & bibentibus apud fratrem suum natu maiorem, repentè validus spiritus venit ex solitudine,& concussit quatuor angulos domus, corruitq; domus super filios tuos, & mortui sunt. Factus est ergo sympositj locus, sepulchrum: & cœnaculũ communis mortuorũ tumulus. Saluus ego vnus euasi, & veni vt nunciarem tibi. Quid igitur fortissimus ille? quid victor ille inclytus? quid vtraq; dextra valens armatus ille,ad hæc agebat? Vicerat armis iustitię à dextris,agẽs in fœlicitate & diuitiis,vicit & à sinistris. Habens filios gratias agebat,ablatis eis non minus gratus est. Pro viuentibus solicitus erat,pro mortuis solicitus non est. Non iam pro peccatis sacrificia offert. Neque enim habebat quæ offerret: sufficiebant autẽ eius volũtati pro sacrificiis preces. Tũc surrexit Iob, & discrupit vestes suas. Surrexit & discrupit. Tu ne somniculo- *Ibidem.* sus,supinóq; sensu hæc audieris,sed mente excitata & vigili. Discrupit enim vestem, non ingratus, neq; indignam vocem emittens præ animi impotentia: sed insultãs diabolo,& inexplebilẽ eius qui omnia abstulerat,rapacitatem cõfundens. Vnam quam habebat vestem,& qua indutus erat, discrumpit & deponit, gloriatúrq; contra tentãtem,ei ostendens q̃ maiora illis sustinere queat. Dices autẽ mihi,tenui cõiectura hęc loqueris,& suspicaris: videtur hæc quasi ad gratiam à te cõposita. Haberẽ,qua aduersus hos me defendere possem,apologiam. Discrupit,ait,vestimenta sua,& abrasit comam suam: non more gentiliũ euulsit,neq; comam neglectam,sicut lugẽtes,habuit: sed abrasit, & abiecit. Quorsum hæc spectant? In terram cecidit & adorauit, ac dixit: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus & *Iob.1.d* abibo illuc. Non hæc vt ingratus vel obmurmurans, vel impius dixit: sed insultans diabolo, & abiiciẽs etiã quod reliquũ erat, exuit vestes: declarans & robur suũ, & q̃ promptus & paratus aduersus fugientem esset. Ego nudus exiui, nud⁹ & reuertar illuc. Illuc quorsum? vbi præmia expecto, vbi coronã spero. Dominus de- *Ibidem.* dit, dominus abstulit. Nullus enim è manu eius, qui omnia continet, me rapiet: nullus vim faciet virtuti omnipotentis: quanuis equites prędati sint, auarus rapuerit, diabolus incenderit, non tamen absq; volũtate eius qui permisit, factum est aliquid. Sicut deo visum, ita & factum: Sit nomen domini benedictum. Vide & imitare. Aduersa fert, & gratias agit. Magnitudo perquam gratæ mentis in tristibus apparet. Vides, q̃ si in prosperitate gratias egeris, sycophanta diabolus factũ tuum extenuat,& dicit: Nõ frustra colit Iob dominũ? Igitur vt pateat, q̃ gratis colas dominum, tẽtationibus *Ibidem.b* exploraris, & sic strenuus & fortis cõprobaris. Et nos quia dominicum Pascha perficimus, azyma syncerę fidei habeamus: oportet autem gustare & agrestes lactucas. Agrestes lactucas spõtaneos labores intellige. Cum illis autem, & ea quæ diuina permissione nobis accidunt. Infert enim nonnunquam afflictiones per-

Universidad de Deusto Biblioteca

quam amaras. Verùm tu quando amaritudinem plagarũ deguſtas, dic ſicut ille: Viuit dominus, qui ita me ſecuit: viuit omnipotẽs, qui amaram fecit animã meã: futurum eſt olim amarum hoc antidotum, animæ ſalubre. Et quia inteſtino malo laboramus, nociua illa amaritudinis guſtu expellamus, quo bona valetudine vegeti, dominicarum carnium cœna expleamur. Paſcha enim comeſturi ſum⁹. Popoſcit olim deus Iſaacũ ab Adraham, quem ille quidem alacriter dedit: deus autem non accepit, vtpote ſaluti noſtræ non ſufficientem hoſtiam. Attamen typus ille vtilis fuit, præſignãs quod poſthac veritas præſtitit. Colligatur Iſaac, & nõ occiditur. *Gen. 22.c* Dicit deus: Abraham Abraham, nõ extendas manum tuam ſuper puerum. Quare non dixit filium: ſed, puerum? Vilior erat, vtpote homo. Opus autem erat non ſeruo vel puero, ſed filio. Ne extendas manum tuam ſuper puerum, contẽtus eſto figura, veritatem expecta. Et Abraham quidem prophetat, decipítque ſeruos. Vide veritatem in dictis quę eueniũt. *Gen. 22.a* Et quid dicit? Sedete, ait, hîc cum aſino, ego autem & puer tranſibimus vſque illuc, & poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Dixit quidem ita, ſed non ita in animo habebat: accidit autẽ vt dicebat, non vt ſentiebat. Cæterùm ſeruos relinquit, vt ne cogatur aliqua ex parte facere quod ingratũ deo. Timebat enim, ne illi exiſtimarent paſſum eum ſenile aliquid, & ita à ſacrificandi conatu abſtraherent, dicentes: Quid ô domine? eúmne, qui ex promiſſione tibi datus eſt immolas? ſacrificáſne dilectum illum à deo datum, ſenectutis alumnum, hęredem, noſtrum dominum, tuum ſucceſſorem, Saræ filium, vnicum ex ipſa, & iam tantum ac talem? Quid facias conſidera, communica id conſilij vel generationis & vitę conſorti, quæ propter ipſum tot dolores partus tulit: detinemus te, nos occide. Eapropter ſapiens ille ſenex obſiſtentes non accepit, ſed fecit, vt ſacrificium ſua portaret ligna, eſſétque figura ſaluatoris crucem geſtantis. Porrò geſtat puer & loquitur, mouentur paterna viſcera, & ab obedientia dei pater non deſiſtit. Quid inquit puer? Pater inquit. Cogita qualis ſit hæc vox apud patrem amantem filium. Nos balantis ouiculæ, quę inarticulatam vocem emittit, miſeremur ſacrificaturi: cogita quantùm hæc ouis moueret, ſi cum puſillo animo ita loqueretur? Pater inquit, ecce ignis & ligna, vbi ouis ſacrificio deſtinata? Erat autẽ ipſe ouis, quæ iuxta ſpiritus ſancti ſententiam loquebatur, quò ad miſericordiam ſacerdos moueretur. *Mat. 10.d* Verùm ille iam didicerat: Qui diligit pa-

A trem vel matrem, vel filium vel filiam, plus quàm me, nõ eſt me dignus. & imitabatur patrem illum, de quo dictum eſt, ꝙ proprio filio ſuo non pepercerit deus. *Rom. 8.f* Vbi eſt ouis, inquit ſenſatus puer. Quid igitur pater dicit? Deus prouidebit ſibiipſi ouem in ſacrificiũ, filium. Non ſeruum, ſed filium: non famulum, ſed filium. Scito igitur quare Paſcha perficias. Ne fermẽtes azyma, ne hęretica malitia permiſcueris, habe pura azyma. In azymis enim ſynceritatis & veritatis feſta celebram⁹. *1. Cor. 5.c* Feſta autẽ non intellige relaxationem ſolam. Sit & ieiunium bene ſenſatę animę feſtum: ſint & afflictiones, & caſtigationes feſta. Pro teipſo ieiuna: propter cibũ fuiſti inobediẽs, per ieiunium obedis. Cibus è paradiſo eiecit, ieiunium te reducit. Hoc nos præceptum diuinum ſancta ſcriptura docet, quæ ſolui nequit, & cœlo ipſo præferenda eſt. *Mat. 24.e* Cœlum enim, inquit, & terra tranſibunt, verba autẽ mea non tranſibunt. Ne timeas B hominũ minas, ſed dei. Tuta armatura eſt dei timor, inexpugnabile ſcutũ pia fides. Ne ſimus timidi, ne ſimus inconſtantes. Minæ indoctum facilè transferunt, firmatum autem ſcientia, non ignis, non gladius, non præſentia, non futura, non periculum, non diabolus, modò diuina adſit gratia. In rem noſtram ſunt tentationes. Probati fuimus in fœlicitate, probati ſimus & in aduerſitate. Alacres ſimus, erítq; vt non affligamur. Deus enim alacritatem mentis videns, contentus erit ſola voluntate. Quòd ſi deus nos etiam affligi voluerit, hoc erit in gloriam & probationem noſtri, vt dicamus ei etiam nos: Hæc omnia venerunt ſuper nos, & *Pſal. 43.c* *Rom. 8.f* nõ ſumus obliti tui. Si enim nobiſcum deus, quis contra nos? Momẽtanea eſt afflictio, ſed perpetua gloria. Ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. *Pſal. 29.b* C Qui imitatores fuerint patientiæ beati Iob, & fidei beati Abrahæ hęredes, & pietatis vtrorũq; ſucceſſores, in eundem quoq; ſanctorum adnumerabuntur chorũ. Quorum enim ſimilis ordo & par fides, eorũ & idem honor. Deus qui coronauit beatũ Iob, & confudit diabolum, credentibúſq; virtutem eius mõſtrauit, is omnes nos cõſeruet immaculatæ vitę ſtudioſos, & piam fidem toto pectore amplexantes, in Christo Ieſu domino noſtro, cum quo patri, & ſpiritui ſancto ſit gloria, & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

† De patientia & tolerantia ab exemplo Iob: vide in vltimo tomo ad populum Antiochenum homiliis quarta & quinta.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI

Pſalmorum Proœmia.

A POſt Moſem, & eius ſucceſſorem Ieſum Naue, & eos qui dicebantur iudices in Iſraël, cum regnũ Iſraëliticum deinceps ſuſcepiſſet Saul, fuiſſétque reprobatus, excitauit eis Deus regem virtute præditum, iuſtúmque, & prophetam, qui librũ centum & quinquaginta pſalmorum, diuino ſpiritu motus metricè ex propriis propriæ linguæ modis cõpoſuit concinnè, cum numero & diuerſis inſtrumentis & ſaltationibus & canticis, eos canens: ipſe enim tenebat citharam. Habebat autem etiam ſub ſe diuerſos choros paruorum prophetarum. (Ita em̃ eos vocabat qui manebant apud prophetas: ſæpe autem eos B etiam filios prophetarum nominabat) qui habebant diuerſa inſtrumẽta, hic quidem cymbala: ille verò tibias: alius autẽ tympana: alius verò tubas: alius autem pſalterium & citharam: alius verò ea quæ dicuntur *κιθάρα. ἰδίως λεγομένους βουκολίους.* Bubulcorum cantica. Vnuſquiſque autem chorus habebat principem. Quorum alius quidem dicebatur Aſaph, alius autem Idithum. Alius, filij Core. Alius, Etham Iſraëlitæ. Alius Moſis hominis Dei. Quando ergo à ſpiritu incitabatur ad prædicendum vel de captiuitate populi, vel de eorum reditu, vel de doctrina morum, vel de prouidentia, vel de Chriſto Domino: vnumquenque pſalmum numeroſè componebat tẽdentem ad vnum argumẽtum. (Propterea enim ſunt parui & magni pſalmi) & eum vni choro tradebat. C Quòd ſi ei rurſus viſum eſſet in medio pſalmi id quod pſalmi reliquum erat alij choro tradere, tũc ipſa pſalmi ſucceſſio vocabatur diapſalma. *διάψαλμα.* Quare quãdo etiã volebant iis qui dicuntur cantores ſeu bubulcis in medio pſalmi tradere, tunc vocabatur canticum diapſalmatis, quoniam cantores per ſucceſſionem quod reliquum erat pſalmi canendum ſuſcipiebant. Id autem qui velit ſcire, poteſt ex eo quod ſic ſcriptũ ſit in *Paral. 16.* libris Paralipomenon, ſeu eorum quæ in libris Regũ prętermiſſa fuerant, Et cecinit hoc canticũ in manu Aſaph Prophetæ. Poſtquã autem ipſe primus pſalmũ tradidiſſet, deinceps vnuſquiſque chorus & per ſe & concorditer in eundẽ & numeroſè, hi quidem in his *ἀντιφώνως.* inſtrumentis, illi verò in illis, ſibi inuicem reſpondentes in Dei gloriam & laudem ſaltando pſalmum canebant. Hoc autẽ rurſus quoq; fieri poteſt, quod ipſe D *2. Reg. 6.* Dauid, cum arcã accepiſſet ab alienigenis, per ſe ante ipſam ſaltauerit: & cũ eum probro inſectata eſſet eius vxor Michol, dixerit: Ludam & ridebo coram dño. Non ſolum enim non ceſſauit, ſed ea etiam ſe magis facturum profeſſus eſt. Nõnulli autem cum ordinem & rem ipſam exactè nõ attendiſſent, nec ab iis q̃ ſciebant, hæc diſcere voluiſſent, conuerſi ſunt ad allegorias: & nec omnes quidẽ pſalmos eſſe Dauid pronunciarunt, ſed eorũ qui ab ipſo accipiũt, nec interea dixerunt vbinam vel dñs, vel Apoſtolus aliquis in vllo pſalmo alterius q̃ Dauid meminerit. Deſcribamus ergo eum ſedentẽ, & choros eius à dextris & ſiniſtris, vt cognoſcat quiſpiam eius etiam ordinis ſpectaculum, Deinceps autẽ dicamus quos ipſe pſalmos prædicere dignus eſt habit⁹. De dñi carnis ſuſceptę œconomia, eos varia compoſitione & diuerſis figuris immutans.

A De paſſione & reſurrectione eius humanitatis. Similiter etiam ꝙ diuinitate eſt æternus & omniũ opiſex, & vniuerſi renouator ac inſtaurator, ad quem tendit omnis ſcop⁹ ſcripturę diuinit⁹ inſpiratę, *Chriſtus, Deus & homo, ſcripturæ ſcopus eſt.* Chorus Idithũ, Chorus filiorũ Core, Chor⁹ Ethã Iſraelitæ, Chor⁹ Aſaph, Chorus Moſis hominis dei. Hi ſunt chori Prophetarũ qui ei ſuberant, diuerſis inſtrumentis canentes, & pſallentes, & ſaltantes ad Dei gloriam pſalmos centum quinquaginta qui facti erant à ſancto ſpiritu.

ALTERVM PROOEMIVM.

Omnis ſcriptura à Deo inſpirata, vt ait beatus Apoſtolus, *2. Tim. 3.* eſt vtilis ad docendum, ad arguendũ, ad corrigendum, ad diſciplinam, quę eſt in iuſtitia. Docet em̃ quę ſunt vtilia, arguit autẽ peccata, & quę deſunt corrigit, & hominẽ ita perfectũ reddit. Subiungit enim, *Ibidem.* Vt ſit integer homo dei, ad omne opus bonũ perfectus. Nec errauerit quiſpiam ſi vniuerſam hãc diuinæ B ſcripturæ laudẽ in hoc libro pſalmorũ ſimul eſſe dixerit. Iuſtitiam em̃ leniter docet & comiter eos qui diſcere voluerint: Inſolentiores autẽ diligenter & nõ aſperè increpat. Rurſus aũt corrigit delicta, quę forte noſtra ſponte à nobis admiſſa ſunt. Sed hæc quidem non perinde intelligimus quãdo canimus, vt quando in ipſis ſeorſum verſamur negotiis, & pſalmis nobis opus fuerit. Beati itaque ſunt exiſtimãdi ij qui iis ſolis pſalmis indigent, quibus aguntur gratiæ propter vitæ proſperitatem. Sed quoniã fieri non poteſt vt qui ſunt homines, non difficultates ſentiant & atterantur afflictionibus, & in neceſſitates tam externas, q̃ quæ à nobis in nos cooriuntur incidant, vtiliſſimum medicamentum agnoſcũt animæ eorũ qui ſunt cum deo locuturi, in vanitates promptiſſimã in pſalmis enũciationem ipſius ſancti ſpiritus, qui res quidẽ omnes hu- C manas pręelegit, per beatiſſimũ aũt Prophetã Dauid expoſuit voces malis cõueniẽtes per quas curari poſſint qui in ea inciderũt. Ita ergo quæ prius forte canẽtes percurrimus, & leuiter tantum & in ſuperficie attingimus, cũ in neceſſitates & afflictiones inciderim⁹, tunc ſcimus & cognoſcimus ipſa re quæ eſt in nobis, conueniens medicamentum naturaliter attrahẽte, & ipſo etiã medicamento conuenientẽ affectionem tãquam propriam ſibi aſſumente & amplectẽte. In primis ergo neceſſariæ pſalmorum ſcripturæ, æquũ eſſe exiſtimaui ſicut quoque accepi, argumentorũ cõpendioſam tradere explanationẽ, quæ pſalmis ſingulis cõueniunt, & dictionũ interpretationes, ne tẽpore pſallendi fratres à vocibus diſtrahãtur, nec ex eo ꝙ ea nõ intelligant, mentem ad alia conuertant. Sed vt agno- D ſcentes conſequentiã eorũ quæ dicuntur, prudenter canant prout ſcriptum eſt ex profundo cordis ſui, & *1. Cor. 14.* non in ſuperficie tãtùm, & ex ſummis labris. *Coloſſ. 3.* Vniuerſum itaque pſalmorũ argumentũ diuiditur in omnes partes. In morale, & quod ad dogmata decretáve pertinent. Sed morale rurſus hanc habet ſectionem. Aliqui enim eorum, mores vniuſcuiuſque corrigunt, aliqui autem, gentis Iudęorũ tantũ. Aliqui verò communiter quoq; omniũ hominum. Quĩnam autem ij ſint, ſingulorũ explanabit interpretatio. Rurſus autẽ id quod ad dogmata ꝑtinet, in duo diuiditur. Aliqui enim pſalmi cum eis agunt qui ea quæ ſunt, caſu eſſe & fieri dicunt. Alij autẽ cum eis qui dicunt non regi mundum prouidentia. Qui enim res eſſe & fieri caſu ſtatuit, conſentaneum eſt vt eas etiam nulla regi prouidẽtia exiſtimet. Qui autẽ dicit nulla regi prouidentia, non omnino etiã dicit ea eſſe ac fieri fortuitò, ſed

opificem

Universidad de Deusto Biblioteca

A opificē quidem fatetur vniuerſi,quemcunque is fatetur:eius autem prouidentiā vel omnino tollit, vel ad res vſque cœleſtes circunſcribit. Eos ergo qui ſic ſentiunt pſalmi refellunt,probantes q̃ quæ ſunt,eundem habent & deum & opificem:& quòd eius prouidentia vel minima peruadit,& quod nihil eorum quæ ad hoc vt eſſent,deduxit: eſt deinceps expers eius prouidentiæ. Neq; em̄ fieri potuit vt Deus quidē potuerit efficere vt ea eſſent quæ ſunt parua & vilia, tenuiſſimarum autem rerum prouidētiam abiecerit,& propter ſummam ſuam dignitatem ea curare neglexerit, quorum non eſt dedignatus eſſe opifex. Id autem cognoſcet ex pſalmis, qui eorum interpretationē ſigillatim perſequetur. Eſt autem etiam aliud argumentū pſalmorū,captiuitas Babylonica, in quo eſt etiā multiplex diuiſio. Alij enim pſalmi dicti ſunt vt eorū qui eſſent abducendi captiui. Alij verò,vt eorū qui ſperarent reuerti. B Alij autem vt eorū qui iam eſſent reuerſi. Porrò autem ſunt etiam alij pſalmi narratorij rerum iam pręteritarū,narrāte Propheta ea quę in Aegypto, & quæ in ſolitudine facta ſunt,ad poſterorū vtilitatē. Iam verò ſunt etiam quidam ex iis Maccabeici, qui ex perſonis propriis priuatim dicti ſunt,vt Oniæ,& ſi quis eſt eiuſmodi. Alij verò à communi omnium ſimul Iſraëlitarum,qui adhuc laborabant. Sunt etiā alij qui Hieremiæ & Ezechiæ peculiariter cōueniunt. Sūt autem hi etiam ex genere eorum quæ prædicunt. Hi enim ſignificāt futuras genti calamitates propter multitudinē peccatorum. Alij verò narrant etiam miracula incredibilia quæ res eorum aduerſas ſunt conſecuta. Hi verò rurſus variè inſtructi ſunt ad futurarū rerum varietatem,cum ſpiritus ſanctus ægritudine affectis iam paratam medelā recōdidiſſet. C Sed ne eis moleſti ſimus qui cupiūt accedere ad minutam ſingulorum in pſalmis explicationem,dum eos retinemus in exponenda varietate argumentorum : hæc quidē ita habeant:veniamus autem ad ipſa verba pſalmorū, ſi fratres,licet hoc ſciētes,prius adhuc admonuerimus vniuerſum genus prophetię tripliciter diuidi, in futurū,præſens,& pręteritū. *Prophetia triplex ſpecies.* Prophetia em̄ eſt. Moſis quoque prophetia,narrantis de Adamo & de temporibus ab alto repetitis. *Gen.1.& tribus ſequētibus.* Quinetiam prophetia eſt eius quod eſt occultū,inuentio, vt à Petro factū eſt, qui furtum Ananiæ & Sapphiræ detexit. *Act.5.* Eſt autē magis propriè prophetia,quę futura prædicit,eáq; eſſe euentura poſt multas generationes:quemadmodū dixerūt prophetæ de Chriſti aduentu,& Apoſtoli de gentiū ad fidem obedientia,& Iudęorū reiectione. A pſalmis ergo iam incipiēdum eſt,ordine qui inuenitur in libro pſalmorum vtentes,non autē rerū ipſarū ordine. D Neq; enim pſalmi ſiti ſunt per ordinem,ſed vt vnuſquiſque inuētus eſt. Et id oſtendetur per multos pſalmos. Quadrageſimus enim tertius pſalmus habet inſcriptionem, Canticum aduerſus Goliath. tertius autē pſalmus habet inſcriptionē,pſalmus Dauid quādo fugiebat à facie Abſalon filij ſui. Quis autē neſcit q̃ ſint antiquiora quæ aduerſus Goliath facta ſunt,iis quę aduerſus Abſalon? Id autem pſalmis accidit,eo q̃ liber perierit in captiuitate Babylonica,poſtea autem inuentus ſit tēpore Eſdræ,nō totus ſimul liber, ſed diſperſus, vtpote vel vnus vel duo,vel tres forte pſalmi, & fuerit cōpoſitus ita vt fuerunt inuenti,non autē vt ab initio dicti ſunt. Et hinc factū eſt vt multæ inſcriptiones eorū qui pſalmos cōpoſuerunt falſæ ſint : & tamen quoad eius fieri à nobis poterit, interpretationem pſalmorū

A afferemus,& à veritate ipſorum non recedemus : ſed eam & ex hiſtoria & ex ipſa dictione exponemus, & nec ſenſum anagogicum nec ſublimiorem contemplationem vetabimus. Non enim aduerſatur hiſtoria ſublimiori contemplationi:ſed contrà ea eſt baſis & fundamentum altiorum intelligentiarum. Illic autem ſolum eſt animaduertendum,ne contemplatio videri poſſit ſubiecti euerſio : quod quidē nō fuerit amplius contemplatio,verùm allegoria. Quod em̄ explicatur aliter q̃ ſit poſitum, eſt & contemplatio & allegoria. Apoſtolus em̄ nuſquā euertit hiſtoriam, licet cōtemplationem introduxerit,& hanc contemplationē vocarit allegoriā, *Galat.4.* non q̃ nomina quid ſibi vellent ignoraret, ſed docens q̃ licet ſententiis allegoriæ nomen attribuerit,per contemplationē tamen id ſufficiat accipere,nuſquā lædentes naturæ hiſtoriam. Sed diuinę ſcripturæ innouatores,& qui ſibi videntur ſapientes, B de hiſtoria vel dubitantes,vel in eam ſe improbè gerentes,introduxerunt allegoriā,nō ex ſententia Apoſtolica,ſed ex vana ſua gloria facientes vt qui legunt, alia pro aliis accipiant:quemadmodū pro abyſſo quidem dæmones, pro dracone autē diabolū, & ſiquid eſt eiuſmodi,ne cogar nugari,dum nugas cogor refellere. Hæc ergo omnino eiicientes, non vetamur grauiter & honeſtè contēplationes afferre, & mentis cogitata extollere ad ſenſa ſublimiora: quemadmodum conferre Cain & Abel ſynagogæ Iudæorum & eccleſiæ, *Gen.4. Exod.25.* & conari oſtendere reiectā quidē eſſe ſynagogā, vt Cain ſacrificium:accepta autem eſſe dona eccleſię, vt tunc fuerūt dona Abel:vel agnum immaculatum, qui offerebatur ex lege,transferre ad dominum: hæc enim nec infirmant hiſtoriam, nec expellunt cōtemplationem. C Sed hæc moderatio,hiſtorięq; & contemplationis peritia,& à gentilitate liberat,quæ alia dicit pro aliis,& aliena inuehit:nec ad Iudaiſmum nos attrahit & impellit cogens ſoli hærere dictioni, illámq; colere & obſeruare,nihil autē vlterius nec alti' quidquam cogitare permittens. Hęc breuiter eū ſcire neceſſe eſt,qui ad diuinorū pſalmorum interpretationē eſt acceſſurus. Eſt itaque primus pſalmus moralis, & moralis vniuerſus: nō enim quempiam docet hominem, ſed vniuerſum genus hominum. Si autem legis meminit, id nō cogit vt ſcriptam ſolam intelligamus, ſed eam etiā quæ in natura ſita eſt,quæ nō vim affert, vt dicunt Manichęi,ſed eū docet qui vult diſcere. Ne æquiuocatio ergo errorem afferat. *Naturæ lex nō vna.* Dicitur em̄ lex naturalis & ea etiam quæ eſt coniuncta naturæ,quę quidem non poteſt tranſiliri,vt hominem eſſe ridentem, D bipedē,& caneſcere in ſenectute. Ita in omnibus & in ſingulis hominibus inſita eſt. Ea nec tranſiliri, nec cōmutari poteſt. Eſt etiam alia lex naturalis, per quā & diſcere poſſum', & id quod eſt meli', à peiori diſcernere:quemadmodū ſcire deum eſſe,& honeſtum eſſe honorare parentes,& alium non lędere. Hęc enim vel ipſa vniuſcuiuſq; docet natura,propemodum præcipiens ne faciat alij quæ vnuſquiſque non vult ſibi fieri ab alio. *Tob.4.* Quando em̄ dicit,Et in lege eius meditabitur die & nocte,eā dicit ſcilicet per quā id quod eſt melius ac deterius,diſcernimus. *Lex ſcripta.* Quòd ſi nominis cōmunio legem quoque ſcriptam inducit, ſenſum nihil lædit, cum recte ſe gerat ſi vel vtranque vel alterutram etiam legem meditetur. Sciendum autem quòd poſtquam arca fuit in Hieruſalem à Dauid reſtituta, *Matt.7. Luc.6. 1.Par.25.* accepta tribu Leui,elegit quatuor principes canticorum, Aſaph, Aemā, Eethan,& Idithum, vnicuique autē tribuit

buit cantores ſeptuaginta duos (nonnulli autem dicūt vſque ad ter mille) pro ſeptuaginta duab' gētibus quę cōgregatæ fuerint in turris ædificatione,prædicēs fore vt in vltimis tēporibus omnis lingua laudet dominum. *Pſa.84. Eſa.vlt.* Et pſallebant,ille quidē hoc inſtrumēto,hic verò alio. In quorū medio ſtabat Dauid cum pſalterio, & vnuſquiſq; ſpiritu ſancto incitus hymnum canebat: & reliqui quieſcebāt,ſolum autem acclamabant alleluia. *ἐπιλέγοντες* Sunt autē pſalmi 150. omnes Dauid. Ex multis autem,qui dicūt,In honorē ſanctæ & viuificæ trinitatis. Numerus enim quinquageſimus eſt in honore apud Hebræos. Sicut em̄ dicunt,multos etiā alios pſalmos fęcit Dauid. Quinetiā ipſi principes cantorum multos fecerūt. Omnes autē ad ipſum referebātur, quòd ipſe deū gloria & honore hoc modo afficiendi author fuerit,& quòd ipſe eiuſmodi pſalmorū genus inceperit. B *נבל* Quod autem apud nos Pſalteriū, ab Hebræis Nabla dicitur. Eſt autem pſalmus quidem, melodia quæ fit per muſicum inſtrumentum. *ᾆσμα ᾠδή.* Canticū autē,numeroſa quæ fit per os cum verbis elocutio. *προσευχὴ* Precatio autem, ſupplex pro aliquo cōducibili bonorū verborū cōceptio. *ὕμνος.* Hymnus autē,quæ pro bonis quę nobis adſunt, Deo offertur bonorū verborū cōceptio. Laus autem ſeu laudatio,diuinorū miraculorū cōmendatio. Laus enim nihil eſt aliud quàm eius quod laudatur amplificatio. *διάψαλμα* Diapſalma autem,cum alicuius muſici cantus vel numeri facta eſſet conuerſio, vel mutata ſententia, *ψάλμος.* diapſalma ſcripſerunt interpretes, vt dicit doctiſſimus Hippolytus. Pſalmus autem cantici dicitur, quoniā cum canticū præceſſerit,idem pulſatur cātus per pſalterium. Canticū autē pſalmi,contra. Alleluia autem interpretatur,laudate eum qui eſt, ſeu deum, vel ſic etiam. Al,venit. El,deus. Via,ipſum glorificate. C

Dauidica cantica diuerſis ſubſeruiunt noſtris conſolationibus & meditationibus : ſermo, incerto interprete.

Orditur ab homœoſi. QVemadmodū cibo vita hæc ſuſtentatur,quē mox eadem illa ſubminiſtrat: ſic & ſi bonis actionibus adnitamur,ſpiritu potiemur,quo parto,& bonis operibus abundabimus: quibus cōtrà ſi caruerimus,idem à nobis ſpiritus auolabit, quo deſtitutos neceſſe erit circa res gerendas claudicare, ſiquidem ſpiritu hoc decedēte impurus ſuccedet:quod liquidò poteſt in Saule cognoſci:quo ſpiritu quid refert ſi nō adeò ipſi vrgemur, quēadmodū Saul vrgebatur,quādo ex malefactis ipſi & flagitiis,& angimur & ſtrangulamur? *Collatio elegans.* Opus itaq; nobis Dauidica cithara, vt animæ diuina carmina,tum à propheta, tum à bonis actionibus deſumpta incinamus. horū vtrūuis modò egerimus,vel Dauidico cantico occepto,vel optimis initis facinoribus, *1.Reg.16.* non ſecus dæmonē impugnabimus,ac Dauid ſolebat Saulis veſaniam lenire,eritq; eiuſmodi nobis ad iuſtitiam medela. Quinetiā dæmonū furor efferatius cōcitabitur,cum ſe nobis praua ſuggerentibus, nihil ipſi ad malum flectimur. Verentur em̄ vel initio ſtatim impuriores illi & malefici, ne ex ſuis nephariis ſuggeſtionibus ad laudabile aliquod facinus cōuertamur: cūq; nos viderint immotos perſtare,& timore priſtino vacui erunt & cura. Idcirco re bene geſta canticum decantemus,vt dæmoniacū illud vel vrgentiſſimū propulſemus ſcelus. Dæmones quidē non prorſus priuare nos cœlo poſſunt, quin iuuent potius plerunque nos oppugnando:vigiles tamen,& ſobrios ad cœlos capeſſendos, è quibus delictis & ſcelere plerique deiiciuntur. Nā qui volens deliquit,vel ſpōte furit, dæmon eſt:pręterea neq; ve-

A niam ab homine,neq; miſericordiā promeretur. Incinamus itaque animæ hoc ſe pacto habēti, cum aliis ſacrarum literarum ſcriptis & Dauidica, & ita vt os canendo mentem erudiat:neque enim tenue illud, & exiguum videri debet:ſiquidem cum linguā ad cantū inſtruimus,pudebit animam vel contraria ſentientem non ſaltē canentem illa imitari. Qua ex re, neque id ſolum vtilitatis aſſequemur,quin & pleraque alia quę nobis conducent,referemus. Dixit quippe propheta ille non ſolùm futura,ſed de viſibilibus his,déq; inuiſibili cœlorum ſtructura diſputat, cupientiq; tibi forſan edoceri,vtrū hoc cœlū eodē ſit ſtatu ꝑpetuo permāſurū,nónne reſpōdebit Dauid,dicétq;: Cœli quēadmodum veſtimentū veteraſcent,ac velut amictum mutabis eos,& mutabuntur? *Pſa.101.d* Itē de forma cœlorum ſi quid optaueris audire,illud intelliges: Extendo cœlū *Ibi.103.a* B ſicut pellē. Inſuper ſi de cœli dorſo volueris quid amplius noſſe,dicet tibi: Qui obtegis aquis ſuperiora ei': *Ibidem.* neque his contentus,quin etiā de latitudine mentionem facit, oſtendens vtraque hæc pari eſſe menſura: Quantū,inquit,diſtat Ortus ab Occidente, elongauit à nobis iniquitates noſtras,ſecundum altitudinē cœli à terra obfirmauit dominus miſericordiā ſuam ſuper timentes ſe. *Pſa.102.b ἐκραταίωσε.* Accedit etiam ſi terrarum fundamēta conquiras,neq; illa te clam ſit habiturus,cum pſallentem illū huiuſmodi audieris : Quoniam ſuper maria fundauit eam. *Pſal.23.a* Item ſi terrę diſcurſus cognoſcere cauſas concupiſces,intelliges: Qui reſpicit terrā, & facit eam tremere. *Ibi.103.d* Hoc modo omnem ex animo ambiguitatē eximet. Noctis præterea ſi rationē requiris, vel hāc referes ab eo edoctus: In ea em̄ pertrāſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. *Ibid.c* Ad quam etiam ſint montes vtilitatem C effecti,reſpondebit: Montes excelſi ceruis. *Ibid.b* Quid opis & lapides fuerant allaturi exponit: Petræ refugiū erinaciis. *Ibidem.* Quid vel arbores ſint infœcūdæ creatæ. Ibi em̄ & paſſeres nidiculabunt. Quid inſuper ſibi velint in ſolitudine fontes: In his quidē inhabitabunt beſtiæ agri. *Ibid.c* Quid vinum,vt non ſolū eo in potu vtaris,quando ad id vel aqua facere ſatis potuiſſet, quin vt te faciat iucundiorē: *Ibidem b* Vnū,inquit,lætificat cor hominis, vt intelligas quouſq; vini vſus progredi debeat. *Ibidem.* Vnde autem & aues & feræ beſtiæ nutriātur,audies ab eodem hoc pacto dicente: Omnia ad te reſpectāt domine, vt des illis eſcā in tēpore oportuno. *Pſa.103.d* At ſi de beluis quæras,reſpondebit vel has tui gratia fuiſſe creatas, hoc modo: Qui educit herbas beſtiis,& virētia in ſeruitutem hominū. *Ibid.b.* Quid luna ſit opus, audi dicentē illum: Qui fecit lunam in tēpora. *Ibidem.c.* Quid præterea quæ viſuntur D vniuerſa, & quæ nuſquā apparent creata ſint,clarè edocet: Ipſe dixit,& facta ſunt: Ipſe mandauit,& creata ſunt. *Pſ.147.a Ibid.48.d* Quódq; mortis futura ſit æternæ ſolutio, hoc pacto te inſtruit: Deus liberauit animā meā de manu inferni,cum me ſuſceperit. *ἐμνήσθη, recordat' eſt.* Vnde etiam noſtrum hoc corpus ortum ceperit,explicat: Recordatus ſum,quoniā puluis ſumus,quóve ſit & in poſterum rediturum, ita docet: & in puluerem ſuū reuertetur. *Pſa.102.c* Vtq; vniuerſa ſint in tui gratiā creata,ita diſſerit : Gloria & honore coronaſti eum domine,& conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. *Ibi.103.d* Quid verò mortales ipſi cōmune cum angelis habeamus,ita explicat: Minuiſti eum paulo minus ab angelis. *Pſa.8.b* De diuino autē in nos amore illud affert: Quemadmodū pater filios miſeratur, ſic ſe timentium miſertus eſt dominus. *Ibidem.* De his etiā quæ nos in futurum manēt,déq; vitæ huius fine quietiori ita dicit: Reuertere anima mea in requiem tuam. Cur autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem tã vaſta ſit cœlũ magnitudine hoc inquit:Cœ-
Pſa.102.c li enarrent gloriã Dei. Cur nox & dies ſint facti, non
Ibi.14.d vt lucem duntaxat præbeant & quietẽ,ſed etiã vt eru-
Pſa.18.a. diant. Non ſunt inquit,loquelæ neq; ſermones, quo-
Pſa.18.d. rum non audiantur voces eorum. Quo demum pacto
Ibi.103.a & mare & terras obeat. Abyſſus ſicut veſtimentum
amictus eius,ita quidẽ apud Hebræos habetur. Ex his
itaq; enarratis ſumentes initium & reliqua pernoſce-
tis,de Chriſto ſcilicet,déq; eius reſurrectione, de futu-
ris ſuppliciis,deq; his quæ bonis moribꝰ aduerſantur,
de legibus,ita vt multiplici bono refertos vobis liceat
Dauidicos codices conuenire. Nã ſi in moleſtiam aut
aliquam animi perturbationem incideris, plurimum
hi ad te conſolandũ valebũt,ſi fueris in peccata pro-
lapſus,quàm multa ibidẽ inuenies ad medelã: ſi pau-
pertate eris,vel preſſuris grauatus, multos tibi ex his
ad tranquillitatẽ portus videbis offerri. Si iuſtus, non
mediocrẽ eris ſecuritatẽ nactus:ſi crimini obnoxius,
fiduciæ plurimũ. Quippe ſi pro iuſtitia ſis mala per-
Pſal.43.d peſſus,illum audies prædicantem: Quoniã propter te
et Ro.8.g tota die mortificatus ſum. Et illud: Aeſtimati ſumꝰ ſi-
cut oues occiſionis:hęc omnia venerũt ſuper nos,nec
Ibi.142.a obliti ſumus tui. At ſi ex re bene geſta inſoleſcere cœ-
peris,audies eundem dicentẽ: Ne ingrediaris in iudi-
cium cum ſeruis tuis domine,quoniã non iuſtificabi-
tur corã te omnis viuens, ſic mox humilitatẽ ſectabe-
ris. Quinetiam ſi quippiam cõmiſeris vel deſperatio-
ne capieris,intelliges illũ frequentius id incinentem:
Ibi.94.b. Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda
veſtra,quo audito ſtatim reſipiſces. Porrò ſi regio fue
ris diademate inſignitus, elatus, inſuper & tumidus,
Ibid.32.d illud ediſces:non ſaluatur rex magnis viribus, nec gi-
gas ſuæ virtutis magnitudine, ſic poteris modum ſu-
perbiæ ponere. Si opibus præterea afflues & gloria,
Ibid.48.b rurſus audies modulantẽ: Væ qui cõfidũt potẽtiæ ſuę,
Ibi.102.c & multitudine diuitiarũ ſuarum gloriantur, & illud:
Nam homo ſicut fœnum dies eius, nec deſcendet cũ
eo gloria eius: hoc pacto nihil duxeris fore in terris
magnifaciendũ, ſiquidẽ gloria & potẽtia fulgore cũ-
cta excedũt: quæ duo ſi fuerint per te neglecta, quid
eſſe aliud poteſt cuius apud te ratio cõſtet? Quòd ſi in
aliquo fueris animi mœrore conſtitutus, intelliges:
Ibid.41.b Quare triſtis es anima mea,& quare cõturbas me? ſpe-
ra in domino,quoniã cõfitebor illi. At ſi nõnullos vi-
Ibid.36.a deris probari immeritò,id dices: Noli æmulari in ma
lignantibus, quoniam quemadmodũ fœnum exare-
ſcent,& tanquã olera virẽtia concident. Si iuſtos ſpe-
ctaueris æquè atque iniuſtos pœna affici,ſenties haud
parẽ fore ſupplicij cauſam. Pleraque ſunt,inquit,pec-
cantiũ flagra,quæ tamen iuſtis inferri propheta non
Ibid.33.d aſſerit, quando, Multæ, inquit, iuſtorũ anguſtiæ, & ex
his omnibus liberauit eos dominus. & rurſum: Mors
Ibidem. peccatorũ peſſima:& honorabilis corã domino mors
ſanctorum eius. Hæc itaque frequẽtius repete,inſtru-
ctúſque iſtiuſmodi erudire:nam verbis hiſce vel ſin-
gulis per nos ſimpliciter ex tranſcurſu prolatis,paten-
tiſſimũ ineſt ſententiarum pelagus. Quòd ſi libuerit
prophetica hęc dicta diligentius perſcrutari,videbitis
in maximam diuitiarũ copiã fluxiſſe. Licebit interea
volenti cuique ex dictis hiſce,quę inhæſerint vitia re-
purgare:ſi neque inuidiam facilè admittat,neq; mœ-
rorem,ſi diuitias cõtempſerit,ſi anguſtias,anxietates,
ẽgeſtatem pro nihilo duxerit,ſi vitam denique ipſam
nihil eſſe exiſtimauerit. Eiuſmodi à te opinatio vitia
ꝓpulſabit:pro quibus omnibus & gratiæ ſunt deo a-

A gendæ,vt his rebus cõtemptis gazas attrectemus cœ-
leſtes,& per aduerſantiũ rerum tolerantiam, pérque
ſacrorum ſcriptorum cõſolationem, ſpem habeamus
& futura beatitudine potiamur.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiſcopi Conſtantinopolitani, in Pſalmos interpretatio. Pſalmus primus.

BEatus vir qui nõ abiit in conſilio impiorum. Impiorum
Beatitudo eſt omnium bonorum ba- cõſilium
ſis ac fundamentum, quæ neceſſariò diabolus,
in pſalmis propoſita eſt pro coronis, vt piorũ Chriſtus,
eius amatores ad victoriã præparans ſed & idẽ
& incitans:vt qui vult in fine eſſe bea- via & ca-
B tus,impiorum conſilium toto animo fugiat, *in via au-* thedra.
tem peccatorum pedem non figat, nec vnquam in cathedra pe- Eſa.7.8. 29.
ſtilentiæ ſedeat. Conſilium enim impiorum cadet, vt Iob.11.
ait Eſaias:per id ipſum diabolum ſignificans. Ipſum Gen.4.
enim conſilium primum homicidã inſtigauit, & fra- Gen.3.
ternorum viſcerum obliuionem ei iniecit, & coniun-
ctum par bonorum amore ſeiunxit: & eos lugere do-
cuit,qui erant alieni à triſtitia, & terram quæ ſitiebat
pluuiã,ſanguine irrigauit. Vnde etiam dignum fructũ
nempe execrationem & maledictionem produxit.
Sanguine enim inebriata tremorem genuit:& cæde
ſata planctum & eiulatum peperit, laboribus dignas
ſpicas proferens. Piorum autem conſilium eſt Chri-
ſtus,quod inuenitur in via, & cathedra. Via quidem,
vt quę ducit ad ipſum patrem. Cathedra autẽ, vt quæ Ioan.14.
C facit quieſcere eos qui afflicti ſunt in vita. Venite eñ, Matt.11.
inquit,omnes qui laboratis,& onerati eſtis,& ego re-
ficiam vos. Illud quidẽ conſilium conſuluit vt Ioſeph Gen.37.
in Aegypto venderetur, hunc autẽ venditum Regem Gen.41.
fecit. Illud docuit Paulum perſequi: hoc autem iuſſit Act.9.
eum ipſum prædicare, & ideo illud quidem eſt fugi-
endum,hoc verò expetendũ. *In lege domini habẽtes vo-*
luntatem, & in lege eius meditantes die ac nocte. Et quæ
nam eſt ea lex niſi Chriſtus,qui inenarrabiliter eſt ex Lex,Chri-
patre genitus, nec eſt ſcriptus in tabulis lapideis? Ex ſtus.
Sion. enim egredietur lex, & verbum domini ex Eſa.2.
Hieruſalem. Qui lex quidem dicitur, vt qui in ſe fe-
rat paterna conſilia. Verbum autem ſeu ratio, vt qui Chriſtus,
à patre ſit inſeparabilis. Ipſe autem eſt etiam *Lignum* λόγος, ver-
quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum. Quod pater bum & ratio.
abſque vllo interceſſore, ferax,frugiferum, bellè ger- Chr.lignũ.
D minans, alticomum frondoſumque progenuit. Hoc
lignũ ſpõſa deſiderans dicit in cantico Canticorum. Cant.7.
Dixi, aſcendam in palmam, & tenebo ramos eius:
palmam quidem ipſum vocans, propter carnis turpi-
tudinem, infrà:fertilitatem autem diuinitatis, ſuprà.
Huius ligni eſum cum recuſaſſet Adam, in contrariũ
incidit: nos autem nunc myſticè comedentes, tranſ-
greſſionem ex ipſo exterminamus: lignum enim vitæ Lignũ du-
eſt Chriſtus, lignum mortis diabolus. Hic enim ho- plex.
minem expellit ex paradiſo: ille verò latronem ducit Rami apo-
in paradiſum. Ramos enim habet Apoſtolos:fructus, ſtoli.
eos qui ſalui fiunt:foliorum comam,orationes:radicẽ Fructus
baptiſmum: Agricolam,patrem,qui ipſum & ſuprà & fideles.
infrà abſq; interceſſore peperit. Vis etiam videre eius
fructũ, *Quem dedit in tempore ſuo?* Vide eum crucifixum,
& latus eius cõpũctum,ex quo ſanguis & aqua ſcatu-
riit. Sanguis quidem ad repręſentandum martyrium,
aquam

aquam verò in ſignũ baptiſmi. Quoniã enim com-
punctum latus Adam ſupplantauit,neceſſario punctus
quoq; latus eũ regenerauit. Humidum lignum,vnum
Gen.2 deiecit:lignum autem ſiccũ, mundum rurſus erexit.
Eſus illius mortem peperit:eſus huius vitam fecit rur-
Pſal.33. ſus germinare. De illo eñ dictũ eſt, Non comedite
ex illo,de hoc autẽ: Guſtate & videte ꝙ benignus eſt
dominus,ſpecioſus eſt,vt malum:ſuauis eſt vt vinum:
fructifer, vt olea:quæ multa habet tegumenta, ſicut
ὡρίμαιον. malum punicum:fructu abundans,vt palma:maturus,
vt botrus. Guſtate & videte, fructus crucis floruit in
Patriarchis,germinauit in prophetis, dedit odorẽ in
aduentu,maturuit in paſſione, comeditur poſt reſur-
rectionem. Guſtate ergo & videte,ꝙ ſit ſuauis, quàm
ſolidus,ꝙ maturus,quàm floridus, quàm omni ſpecie
ac decore plenus. Hunc fructum nos quoq; decerpa-
mus. Eſt eñ à ratione omnino alienum,eos quidẽ qui
ſenſibilem ingrediuntur vineam, ex vnaquáque vite
quod eſt vtile inexplebiliter colligere,cum oculorum
deſiderio alacriter cõcurrentes: nos autem qui talem
ac tãtum paradiſum,id eſt hortum ingreſſi ſumus, vbi
eſt vitis vnigenita, quæ palmites pandit apoſtolicos,
& botros fert patriarchicos,nõ colligere inexplebili-
ter ea quæ ſunt vtilia, licet vinea quo maior decerpi-
tur vindemia,eò magis abundet. Eã ergo vindemia in-
ſaturabiliter, non lædens vineam. Omnibus eñ ſuffi-
ciet, & obtinebit plenitudinẽ,& mundũ ſatiabit, nec
fructus deficiet. Nam cùm ſit fons bonorum, exina-
nita reſtagnat, totum dans & totum continens, quæ
etiam nunc nos delectat,& tunc nos afficiet gloria in
ſuo aduentu. Quoniã eum decet gloria & potentia in
ſecula ſeculorum, Amen.

In ſecundum pſalmum, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania.

Ab homœoſi orditur.
QVemadmodum qui in Solem iaculatur, & in
cœlum iacit lapides,rem vanam & inanẽ ag-
greditur,& quicunque eum aſpicit, vel inge-
miſcit,vel ridet. Ingemiſcit quidem,vt aduerſus pec-
cantem,ridet autem, tãquam ebrium, quod cum ter-
ra ſit,in cœlum bellũ gerit:ꝙ cum ſit lutum, aduerſe-
Eſa.40. tur ei qui ipſum finxit,ꝙ cum ſit fœnum,cum igne pu
Dan.4. gnet. Scriptum eſt eñ,Omnis homo fœnum:&,Deus
Heb.12. noſter ignis conſumens. Ita beatus ꝓpheta, cum vi-
diſſet ſpiritu & Iudæos & Græcos ſeu Gẽtiles aduer-
ſus Chriſtũ belligerantes,& aduerſus ſuum factorem
tanquam hominem arma capiẽtes,dixit ingemiſcẽs,
per pſalmũ propoſitũ, *Quare fremuerunt gentes, & populi*
meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ,& principes con-
uenerunt in vnum. Aduerſum quẽ? Dic citò, vt qui au-
diuerint,pertimeſcant. *Aduerſus dominum, & aduerſus*
Chriſtum eius. Opus aduerſus opificem, figmentũ ad-
uerſus fictorem,lutum aduerſus figulũ,fœnum aduer-
ſus ignem. Vidiſti cæcum bellum,pugnã quæ non po-
Βεβαίωσις. à ſimili petita. teſt cõmitti. Quemadmodum eñ cæcus vna virga pu
gnat cum diuite & paupere,cum ſeruo & libero,& cũ
non habeat oculum viæ ducem, dextera aberrat: ita
aliquando Iudæi & Græci, & Gentes incredulitate
cæcutientes,in prophetas,& Chriſtum bellum ſimili-
ter geſſerũt. Quare fremuerũt gẽtes,populi, Reges, &
Currus vitiorũ auriga diabolus. principes currus vitij ac ſceleris, cuius eſt auriga dia-
bolus? Interrogat autem propheta,nõ vt diſcat ab ip-
ſis,ſed vt lapſos eſſe conuincat: vel de impudenter ſe
gerentibus triumphum agat,vel vt nõ habentes quid
loquantur ac reſpondeant, maleficij arguat, quando
gẽtes,& populi,Reges,& principes, hi inquã quatuor

A ordines Deũ quatuor finiũ crucifixerunt. Crucifixe- Act.4.
runt autem,quoniã ſuſtinuit qui crucifigebatur. Hoc
eñ nos apertè docuerunt apoſtoli, dicentes,Domine
tu es Deus qui feciſti cœlum & terram,mare, & om- Pueri tui.
nia quę in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto per os patris no- παιδός σου
ſtri Dauid pueri tui dixiſti,Quare fremuerunt gentes, ſerui tui.
& populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terræ,
& principes conuenerũt in vnũ aduerſus Dominũ &
aduerſus Chriſtũ eius. Deinde quínam fuerint; inter-
pretantes dicunt, Cõuenerunt eñ verè aduerſus ſan-
ctum filiũ tuũ Ieſum quem vnxiſti, Herodes & Pon-
tius Pilatus cũ Gentibus & populis Iſraël,ad faciendũ
quæ manus tua & conſilium tuum decreuerunt fieri.
Quas ergo ꝑſonas interpretati ſunt Apoſtoli, fieri nõ
poteſt vt aliter interpretemur. Sed dicet quiſpiã,Cer- Quæſtio.
tè ecce Gẽtes,& populus Iſrael oſtẽdunt quod Chri-
ſto crucifixo Iudæi & milites & cuſtodia concurre-
B runt. Cur ergo cum pluraliter dictum ſit, Aſtiterunt
Reges terrę,& principes conuenerũt in vnũ,Apoſtoli
vni Regi Herodi,& vni principi Pilato id dictũ attri-
buerunt,dicentes: Conuenerunt eñ verè in hac ciui-
tate Herodes & Pontius Pilatus: Nunquid Herodes
Reges: Nunquid Pilatus principes? Sed non errarunt Solutio.
Apoſtoli,qui ſic ſunt interpretati. Cum rege eñ He-
rode peccati quoque regem diabolum oſtenderunt,
& cũ principe Pilato dæmonum poteſtates & princi-
patus ſignificarunt. De quibꝰ dicebat Apoſtolus: Ne Rom.6.
regnet ergo peccatũ in mortali veſtro corpore. Non Ephe.6.
eſt eñ nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,
ſed aduerſus poteſtates & principatus,aduerſus recto-
res mundi. Quia eñ Deus in carne erat qui crucifige-
batur,& qui ſub viſum non cadebat,in eo qđ videba-
tur, afficiebatur iniuria. Dæmones cum hominibus,
C & qui carnis erant expertes, cũ carnalibus, aduerſus
eum conuenerunt. Vis videre reges & principes con-
ueniſſe aduerſus Chriſtũ? Quando Chriſtus aſcẽdit in
montẽ vt tentaretur à diabolo, tunc Archidæmon in Matth.4.
puncto tẽporis omnia regna mundi & gloriã eorum
coëgit,& cum omnibus viſus eſt, vt cũ omnibus eua-
neſceret:& de omnibus cõtendebat,vt in omnibꝰ ca-
deret & vinceretur:faciebat enim quod neſciebat, &
paſſus eſt quod ignorabat. & qui prius quærebat ado-
rari,retro eiiciebatur audiens, Vade poſt me ſatana. Marc.5.
Scriptũ eſt eñ diabolũ ab ipſo ad tẽpꝰ abſceſſiſſe,ob-
ſeruantẽ tempus crucis. Quando ergo venit tempus
paſſionis, tunc reges, & principes dæmones,& mali
principes cũ Herode & Pilato cõuenerunt aduerſus
Chriſtũ. Aſtiterũt reges terræ,& principes cõuenerũt
in vnum aduerſus dominũ & aduerſus Chriſtũ eius.
D Et principes cõuenerunt in vnum. Quando? Quando Matt.8.
bis mille dæmones & legio in vnum hominẽ ingreſ-
ſi,in eo habitarũt. Illud ergo, Cur fremuerunt gentes,
pro eo quod eſt, Cur gentes inſolentes euaſerunt, &
ſuperciliũ erexerunt? Quænã gẽtes & populi & quã-
do maximè meditati ſunt inania? Quando Iudæi &
gentes,Herodes & Pontius Pilatus,& cuſtodia,& mi-
lites Ieſum tanquã mortuum ſeruabãt,qui erat inter
mortuos liber. Cum viuo bellum geſſerunt,& à mor-
tuo victi ſunt. Cur fremuerunt gẽtes,cur mortuũ ſer-
uare nõ potuerũt qui mortuus dicebatur, Deus autẽ
cernebatur? Quando lapidẽ obſignarunt, & petram
non tenuerunt. Cur fremuerunt gentes? Thecã tuto
cuſtodierunt, & qđ in ea reconditũ erat nòn habue-
runt. Cur fremuerunt gentes. Mors eñ tunc domi-
nans fecit reſurrectionẽ: & ſepulchrum,accepto cor-
pore

Universidad de Deusto Biblioteca

pore depoſito,territum quod patris theſaurũ accepiſ-
ſet,depoſitum cum timore reddidit. Cur fremuerunt
gentes?Et milites quidẽ lapidẽ vt lapides ſeruabant.
Angeli autem ſepulchrum Dei monimentum oſten-
derunt.Quemadmodũ enim milites ſepulchrũ priua-
ti non cuſtodiunt,ita ſepulchrũ hominis minimè ſer-
uant Angeli:neq; enim Chriſtum obſeruabãt qui iam
Angeli cur aſſeſſores ſepulchri.
reſurrexerat,ſed propter hęc tria Angeli ad ſepulchrũ
manebant. Primùm, vt oſtenderent Deum fuiſſe ſe-
pultum,ad ſepulchrum tanquam apud cœlum mane-
bant.Secundò,vt mulieribus reſurrectionẽ annuncia-
Luc.24. rent,dicentes:Quid quæritis viuentem cum mortuis?
non eſt hîc,ſed ſurrexit. Niſi enim angeli hoc dixiſsẽt
mulieribus, ſuffumigaturæ erãt ſepulchrũ quod nihil
continebat,& honoraturæ lapidem, qui petram non
habebat,& vncturæ thalamum cùm non adeſſet ſpõ-
ſus,& præconio reſurrectionis allaturæ impedimen-
tum.Tertiò ad ſepulchrũ propterea manebant Ange-
li,vt inſidias omnes & machinationes diſturbarẽt, ne
Iudæi cùm audiſſent Chriſtum reſurrexiſſe,aliũ mor-
tuum in ſepulchro ponerent,& interdiu dicerẽt,Quid
erratis exiſtimantes Chriſtum reſurrexiſſe?ecce teſta-
tur ſepulchrum,quod mortuũ retinet. Quem videtis
tanquam mortuum,qui reſurrexerit,viſum quoddam
eſt ſeu ſpectrum, quod & vos decepit. Vos facimus
iudices, an non in nouo monimento ſepelierunt Ie-
ſum?ſcrutemini ſepulchrũ. Si nõ habet mortuum, re-
Matt.28. ſurrexit,vt dicũt.Et ne tibi videatur incredibile quod
dicitur. Qui enim militibus permultum pecuniæ de-
derunt,vt dicerent eum fuiſſe ſurreptum à diſcipulis,
nõ dubitaſſent aliũ mortuũ ſepelire in ſepulchro, &
dicere viſum vel dæmonium vel ſpiritũ eſſe qui ſur-
rexerat,ſi id fuiſſet eis permiſſum.Sed à ſeipſis proditi
ſunt,cùm dixiſſent eum fuiſſe ſurreptũ. Niſi enim Iu-
dæi hoc diſſeminaſſent, poſtquã à pluribus audiuerãt
eum reſurrexiſſe & multis apparuiſſe, ꝙ ſpiritus appa-
ret,non autẽ reſurrexit Chriſtus: ꝙ ſurreptũ fuit cor-
pus,non autem reſurrexit qui fuerat ſepultus:non di-
Luc.24. xiſſet Dominus Apoſtolis poſt reſurrectionem, Pal-
pate me & videte, quòd ego ipſe ſum, quòd ſpiritus
carnem & oſſa non habet,ſicut me videtis habere. ꝓ-
pterea milites & Angeli ſepulchrũ ſeruabant. Nemo
autem alienum exiſtimet,ꝙ propoſitum Pſalmum re-
ſurrectioni Chriſti attribuimus. Apoſtolicam eñ re-
gulam ſecuti ſumus, & Pauli interpretationẽ tanquã
Act. 13. legẽ tenemus. Paulus dicit in Actibus, Et nos vobis
annunciamus ꝓmiſſionem factã patribus,quòd hanc
Deus impleuit filiis ſuis, nobis reſuſcitans Ieſum. Et
mentionem faciens reſurrectionis Ieſu, propoſitum
Pſalmũ accepit dicens. Sicut & in Pſalmo ſecundo
ſcriptum eſt, Filius meus es tu, ego hodie genui te:
quẽadmodũ ex virgine non ſatum, ita ex ſepulchro
incorruptũ: neq; enim caro eius nouit corruptionẽ.
Hinc dicitur regeneratio,ex mortuis reſurrectio. Sed
nunc etiam Eccleſia videns gentes multorum deorũ
Ἕλληνες Græci, Gẽtiles, Pagani.
cultui deditas,dicit,Quare fremuerunt gentes?Græci
ſcilicet qui elementa deos appellauerunt,terram qui-
dẽ Cererem, aquã verò Neptunũ, aërẽ autem Iuno-
nem,ignem autem Vulcanũ,pluuiam verò Iouem? Si
enim ſunt elementa dij, quomodo pugnant inter ſe?
quomodo armãtur ad bellum inter ſe gerendũ? Aqua
enim eſt igni inimica: ignis autẽ aquã perimit & cõ-
ſumit:& quemadmodũ in acie cõflictúq; bellico, vbi
ſunt vires ſuperiores, illic exultat victoria:ita etiam in
pugna ignis & aquæ,vbi ſunt maiores copiæ, illic ca-

A nũtur epinicia.Terra verò ab aëre frigido flagellatur:
aër autem à terræ vaporibus peſtilentẽ affectionẽ ſu-
ſcipit.Si dij ſunt elemẽta,quis nouit deos cum ſeipſis
bellũ gerere?Quare fremuerunt gentes,& populi me-
ditati ſunt inania? Et in creatione quidẽ mũdiq; opi-
ficio,quæ ſunt inimica natura, concordiam amplexa
ſunt, & mundũ perfecerunt, nutui opificis parentia:
in vniuerſi autem ꝓuidentia ſunt ſibi inuicem infeſta,
impium multorum deorũ cultum refellentia, vt om-
nes ſciamus ꝙ quæ bello impetunt & impetũtur, Dij
eſſe non poſſunt.Et populi meditati ſunt inania. Hæ-
retici qui ſcripturas cõculcarunt, & opera elemento-
rum tanquã legis * proferunt. Et quínam ſunt qui di- **leges, pro legẽdũ.*
cunt?Spiritus ſanctus,& Dauid,& Apoſtoli. De quib⁹
autem dicũt?De Herode,Pilato,& Iudæis, militibus
qui Chriſtũ crucifixerunt.Quis eſt huius teſtis? Liber
Actuũ. Quòd autẽ ſpiritus ſanctus,& Dauid,& Apo- *Act.9.*
B ſtoli hæc dixerint,ille quidem reſpondens, hic verò
prædicens,illi verò ꝓphetię exitum reſpicientes, au-
di,Quando Petrus & Ioannes claudũ in templo cura- *Act.3.*
runt,& tanquam ſacrilegi in ius vocati examinabãtur,
abſoluti venerũt ad coapoſtolos, & ipſis renunciarũt
quæ ſibi dixerunt pontifices & presbyteri. Illi verò
cùm audiſſent,cõcorditer ſublata voce dixerunt, Tu
domine Deus qui feciſti cœlum & terram,qui Spiritu *Ibidem.*
ſancto per os patris noſtri pueri tui dixiſti,Quare fre-
muerunt gentes,& populi meditati ſunt inania? Aſti-
terunt reges terrę.Vides quomodo ſpiritus,& Dauid,
& Apoſtoli dixerunt ea quæ ſunt ꝓpoſita.Quinã Re-
ges? Atqui ſolus Herodes in paſſione eũ examinauit.
Quinque reges aduerſus Chriſtũ in humanæ eius na-
turæ ſuſceptione aſtiterunt.Primus diabolus, ſecũdus *Luc.23.*
C mors,tertius peccatũ. Quartus Herodes, qui propter
ipſum infantes interfecit:& quint⁹ alius Herodes,ſub
quo paſſionem ſuſtinuit. Quoniam ergo pẽtas Regũ, *Matt.2.*
& egregia pentapolis aduerſum cœleſtem Regem in- *πεντὰς à πέντε, vt à tribus, trias.*
ſurrexerunt.Aſtiterunt reges terræ. Quòd autẽ Sata-
nas ferens nomen alienum,& tãquam fugitiuus, Do-
mini ſuſcepto nomine, Rex dictus ſit,audi. Quando
Dominus fugauit dæmones, & curauit dæmoniacos,
dicebãt Iudęi:In beelzebub principe dæmoniorũ eii-
cit dæmonia.Deinde Dominus, Omne regnum in ſe *Luc.11.*
diuiſum,deſolatur.Et ſubiungit, Si ergo ſatanas quo-
que in ſeipſo diuiſus eſt,quomodo ſtabit eius regnum?
Cùm autẽ eius regnũ dixit,eum dici regem oſtendit.
Quòd autẽ rex eſt etiã mors impietatis, dicit Paulus, *Rom.6.*
Sed regnauit mors ab Adã vſq; ad Moſẽ.Quòd autẽ
etiã quod malum facit peccatum,Rex ſit,audi:Ne re-
D gnet ergo peccatũ in mortali veſtro corpore. Quòd
verò etiã qui infantes interfecit Herodes,rex ſit,ſcri-
ptũ eſt,Cùm autẽ audiſſet rex Herodes famam Ieſu, *Matth.2.*
turbatus eſt,& omnis Hieroſolyma cum ipſo. Quòd
autẽ cũ hic mortuus eſſet Herodes,& Archelaus eius
filius regnaſſet,poſt Archelaum alius Herodes regna- *Luc.19.*
uerit,ſcriptum eſt,Audiuit autem Herodes rex famã *Matt.14.*
Ieſu. Quia ergo quinq; reges aduerſus regem vnige-
nitum conſpirarunt,Aſtiterunt reges terræ, & princi-
pes cõuenerũt.Viæ duces,rerũ adminiſtratores,regu-
læ reipublicæ, vitæ medici, conuenerũt diabolicum **concilium dicerem.*
*cœtũ aggregantes, conuenerunt improborũ eccle-
ſiam cogentes.Quare fremuerũt gẽtes?Qui erãt mor-
tales,creatorẽ immortalem voluerunt de medio tol-
lere.Quámnã inde capturi vtilitatem,& quando po-
teſt manus hominis aduerſus Deum aciem inſtruere?
Quanuis eñ pati ſuſtinuerit,diuinam tamen poteſta-
tem

tem non amiſit.Quanuis in ligno penderet,Angeli eũ
Eſa.63. admirabantur.Quanuis eũ Iudæi maledictis inſecta-
Luc.23. rentur,patri tamen ſpiritum commendabat.Quanuis
Zach.9. eſſet in monimento ſepultus,inferorum tamen pena-
ria exinaniit. Quanuis eſſet mortuorũ vinculis illiga-
tus,mortis tamẽ vincula cõfregit. Quanuis ab infide-
Act.2. libus fuerit condemnatus, venit tamen iudex viuorũ
Epheſ.4. mortuorũ.Quid ergo cõmodi acceperunt impij, qui
Act.10. erãt homines,& cum Deo pugnabãt? Quare fremue-
runt gentes,& populi meditati ſunt inania? Quanuis
eñ crucem ſuſceperit ô Iudæi,ne imbecillitati eã rem
Matt.21. adſcribatis,ſed patientiã potius admiremini. Qui eñ
Gen.19. verbo ficũ fecit areſcere, & Lot vxorem in columnã
cõuertit,poterat vel ſolo aſpectu vos cùm vniuerſa ci-
uitate in profundũ terræ hiatum deturbare. Sed non
fecit,ne de hominũ interitu lætaretur diabolus, & a-
lioqui quoniã acceſſerat ſeruator vniuerſorũ, non æ-
quũ exiſtimauit eo ipſe tempore de improbis ſuppli-
Coloſ.2. cium ſumere. Si enim orbis terrarum chirographum
non tũc fuiſſet deletũ,quomodo potuiſſent tũc red-
Cõfirmat à ſimili. dere rationẽ qui erant obnoxij? Et quemadmodũ rex
qui publicũ feſtũ celebrat, eos quidẽ qui ſunt in car-
cere liberat:illo autem tempore nullũ qui in ipſum a-
liquid admittit,morte afficit: ita etiam Chriſtus cum
publicũ feſtum paſſionis perageret, & mundo impa-
Ioan.3. tibilitatẽ procuraret,non ſolùm reos abſoluit,ſed eos
Alterũ ſimile. etiam qui ipſo tẽpore peccabant,non perdidit.Quẽ-
admodum enim qui ſunt apud nos principes, tẽpore
paſchæ nullũ quidẽ puniunt:eos autẽ qui ſunt in car-
cere,abſoluũt,hoc prius fecit Chriſtus.Sed dices, Nõ
dederunt pœnas qui Chriſtum crucifixerunt? non a-
miſeruut ciuitatem?non conflagrauit eorũ templum?
non ex eis innumerabiles perierunt myriades? Quo-
modo ergo dicis non animaduertiſſe in eos qui cru-
cifixerunt?Sed ſi eo quidẽ tẽpore, vel paulò pòſt ob-
ſeſſa fuiſſet Hieruſalẽ,rectè contradiceres. Sin autem
multis poſt annis pœnas luerunt, ne eum accuſes qui
Rom.2. puniit, ſed eos accuſa, qui tot annis nulla ducti ſunt
pœnitẽtia.Qui eñ tot annis fuit patiẽs,oſtendit ꝙ ne
deinceps quidẽ quicquam remiſit de patientia:cruci-
fixus autem fuit patiens,vt vocaret eos ad pœnitentiã
immanes homicidas.Quoniam nunc ei gloria & po-
tentia nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum, Amen.

In tertium Pſalmum, Domine quid multiplicati
ſunt qui tribulant me?

Similia.
DVcibus exercitus victoriã aſſecutis reges po-
nunt ſtatuas in honorem victoriæ: Aurigis ve-
rò & athletis columnas & imagines eorũ vi-
ctoriæ teſtes excitant Principes, & inſcriptione tan-
quã ore efficiũt,vt materia victoriã prędicet. Alij rur-
ſus in libris & ſcriptis, victorum laudem deſcribunt,
ſuas in laudando vires iis qui laudantur maiores volẽ-
tes oſtendere.Et pictores,& ſtatuarij,& ſculptores, &
populi,& Principes,& ciuitates,& pagi, victores ad-
mirãtur.Nemo autẽ fugiẽtis, eiúſq; qui nõ bellũ geſ-
ſit,deſcripſit imaginẽ, vt nunc Dauid. Eſt enim Pſal-
2.Reg.11. mus Dauid,dum fugeret à facie Abſalonis filij ſui. Et
quãdo laude dignus habitus eſt qui fugit? Quãdo di-
gnus eſt habitus exul,cuius nomẽ inſcriberetur?Fugi-
tiuos ſcriptis literis perſequuntur, non honorant in-
ſcriptionibus.Sed diſce,ô frater,cauſam inſcriptionis,
& animã tuã cõfirma,in tuto colloca.Sit tibi hiſtoriæ
narratio,vitæ tuæ correctio.Sit iuſti perſecutio, mẽtis
ſtabilimentũ.Diſce eñ cur Dauid perſequeretur Ab-
ſalon,vt cum rei fundamẽtũ inueneris,timore Domi-

A ni ædificeris. Quemadmodũ eñ abſq; fundamento *βεβαίωσις à ſimili.*
inualida & imbecilla eſt ædificatio: ita niſi inuento
ſcopo ac inſtituto ſcriptura eſt inutilis. Beati Dauid
fuit hoc inſtitutum,per propoſitũ pſalmũ vitam do- *λύσις quæſtionis propoſitæ.*
cere & caſtigare,vt nihil vnquam mali faciat, nec le-
ges Dei cõtemnat, ne peccatori ea eueniant quæ ſibi *Exo.20.*
euenerunt.Fugiebat filium ſuũ Dauid,quoniã caſtita- *Matt.19.*
tem fugerat: fugiebat filium,quoniã matrimoniũ pu- *Mar. 10.*
dicũ violauerat. Fugiebat filiũ, quoniã legẽ Dei quæ
dicit:Non occides,non adulterabis,fugerat. Quoniã
enim alienam agnam in domũ ſuam introduxerat, &
eius paſtorẽ interfecerat, qui erat in domo ſua agnus,
paſtorem cornu petebat. Alienæ domui bellum intu-
lit,& ex domo ſua in ipſum bellum incitatum eſt. Nõ **pro cogitato legerem, commentum.*
eſt meũ*cogitatum,ipſius Dei dictum eſt. Vbi autem
Deus eſt qui interpretatur, nemo eſt qui contradicat.
B Quod eñ aduerſus Dauid filius ſuus ideo inſurrexe-
rit,quoniam Vriam interfecit, & vxorẽ eius accepit,
audi Deum per Prophetam Nathan Dauid dicentẽ: *2.Reg.12.*
Ego vnxi te regẽ ſuper Iſraël,& erui te de manu Saul. *Ita legit Chryſoſt.*
Ego dedi tibi domũ domini tui,& vxores domini tui *ἔδωκά σοι*
in ſinu tuo: dedíque tibi domum Iſraël & Iuda. & ſi *τὰ πάντα*
parua ſunt hæc,adiiciã tibi multò maiora. Quare er- *τοῦ κυρίου σου,*
go contempſiſti verbum Domini, vt faceres malũ in *Ego dedi tibi omnia*
conſpectu meo? Vriam Hebræum percuſſiſti gladio, *quæ erant*
& vxorẽ illius accepiſti in vxorẽ tibi,& interfeciſti eũ *domini*
gladio filiorũ Ammon. Quamobrẽ non recedet gla- *tui.*
dius de domo tua in ęternum. Alienam domũ gladio
diuiſiſti:gladium aduerſus te fundã in domo tua.Ecce
ego ſuſcitabo aduerſus te mala de domo tua. Non a-
liunde,nec foris,ſed ex domo tua. Vnde eſt fons pec-
cati, illinc eſt plaga ſupplicij. Quia ergo à præcepto
C dñi fugitiuus exulq́; fuerat, propterea filiũ fugiebat.
Pſalmus Dauid dum fugeret à facie Abſalon filij ſui,
bellíq; narratione,melior eſt cauſa belli ſuſcepti,vt cũ
iuſti lapſum viderimus,caueamus ne cadamus,& eiuſ
modi ſuppliciũ fugiamus.Multi eñ vel in hodiernum
vſq; diẽ bella habẽt in ædibus,& hic quidẽ oppugnatũ
ab vxore,ille verò obſidetur à filio:alius autẽ à fratre,
& alius domatur à famulo,& vnuſquiſque angitur &
afflictatur,& pugnat,& bellũ gerit,& bello vexatur,&
nemo ſubducta ratione apud ſe cogitat, ꝙ niſi pecca-
ta ſeminaſſet,nõ in domo ſua ſpinæ & tribuli ſuccre-
uiſſent: niſi peccatorũ ſcintillas occultaſſet,dom⁹ nõ *μεταφορικῶς hæc.*
cõflagraret. Quòd enim peccatorũ fructus ſunt mala *Eſa.9.& vltim.*
ꝓpria,& domeſticos lictores deus in peccatores ele-
git,teſtis eſt ſcriptura, qua ad faciendam fidem nihil *Rom.2.*
eſt validius. Vxor tecũ bellũ gerit, ingreſſo tanquam
D fera occurrit, linguam tanquam gladium acuit. Res
quidẽ valde moleſta ac difficilis, ꝙ auxiliatrix aduer-
ſaria facta eſt:te ipſum tamen examina nũquid in iu-
uentute in mulierẽ noui quid attentaris, & quod mu-
lieri à te vulnus inflictum eſt,curetur per mulierem,&
alienum vlcus propria vxor, chirurgi officio fungens
medicetur:& quamuis quæ ſecat ignoret,nouit tamẽ
deus medicus. Ipſe eñ ea tanquam ferro aduerſus te
vſus eſt.& quẽadmodum ferrum neſcit quid agat,fu-
turam autem per ferrum medelam nouit medicus:ita
etiã licet ignoret vxor quæ ferit, & maritus qui feri- **κόνδυλος*
tur,cauſam ictus:de⁹ tamẽ vt medicus nouit quid cõ- *pugn⁹. hic*
ferat.Quòd autẽ mulier mala ſit peccatorũ * pugnus, *cõmodius*
teſtis eſt ſacra ſcriptura. Quid eñ dicat audi, Mulier *verti poterat, cola-*
mala viro peccatori dabitur. Et dabitur tanquã ama- *phus vel*
rum antidotum,qđ peccatorum malos humores cõ- *talitrum.*
ſumat.Quòd autem etiã obſideri à filiis,ſit peccatorũ *A ſimili.*
ſupplicium,

Universidad de Deusto Biblioteca

supplicium,testis est Dauid qui propter nefariũ cõiugium à suo filio Absalon bello impetitur, vt superius ostendimus. Quòd autem etiã fratres aduersus fratres *Iu.19. & 20.* propter peccata bellũ gesserunt,testis est liber Iudicũ. Quando eñ in viatoris concubinã fornicati sunt qui erant tribus Beniamin,illa autem cùm immensam nõ tulisset contumeliam,mortua est: vndecim tribus aduersus vnam bellũ gesserunt.& quia vndecim tribus à Deo defecerant,& fornicati fuerãt in idola, vndecim tribus ab vna tribu victæ sunt, & sæpe ab vna victæ semel illam vicerũt, & fratres in fratres bellum gesserunt,quãdoquidem deus propter peccata eorũ intermediam peccati maceriam sustulit. Quoniam enim vna tribus in mulierem fornicata,vndecim autem tribus in idola fornicatę fuerant,& hi & illi à deo ex- **Siue disperdidisti ἐξωλόθρευσας.* terminati sunt,sicut scriptũ est, Exterminasti* omnẽ qui fornicatur à te.Fratres ergo aduersus fratres propter peccata,bella gesserũt.Si te fratres oppugnant,nõ tãtum de illis ingemiscas,quãtum apud teipsum ratio- *Psal.72.* nem ineas & inquiras ꝓpter quęnam peccata tui fratres tui sint hostes. Non ꝙ omnes propter peccata à fratrib⁹ oppugnẽtur. Ioseph eñ oppugnabatur à fra- *Gen. 30. Iob per totum.* tribus, & non omnino propter peccata, & Iob vxor insidiabatur,& nõ omnino propter peccata,sed quòd longè plures homines ꝓpter peccata habemus bella domestica. Nonnunquã etiã amici in inimicos conuertuntur propter peccata,& qui olim amabant,oderunt & auersantur,deo tale odium immittẽte propter eas quas nouit rationes. Ita enim in psal. 104. scriptũ est de Aegyptiis, Conuertit cor eorum vt odirent po- *γνώμη.* pulum eius. Non datum autem esset à deo odium,nisi prius malè amassent. Quibus amicitia cõparabat exitiũ,iis odiũ erat occasio virtutis. Iam verò serua quoque & obedientia corpora sæpe propter peccatũ in- *Ge.1. et 2* surrexere in dominũ. Vide eñ Adam cũ nondũ pec- *Eccl.7.* casset, bestias tanquam seruas & obedientes haben- *Sap.3.* tem,& eis tanquam seruis nomina imponẽtem: Postquam autẽ aspectũ peccato cõmaculauit, tunc bestię eum non cognoscebant,& quæ seruæ erant ei, hostes euaserunt,& quemadmodũ canis qui in domo est ei *Cõfirmat simili.* seruit qui eum alit,& eum timet ac reueretur,sed si eũ repente viderit vultu fuligine atrato vel personatum, aggreditur tanquam alienum, & cogitat eum dilacerare: ita etiã Adam quandiu purum seruauit vultum *Gen. 2.* factũ ad imaginem Dei, bestiæ ei tanquam seruæ parebant. Quando autem vultum fœdauit inobedientia,non agnoscentes dominum, tanquam alienum eũ odio habebant. Seruorum itaque insurrectio est peccatorum retributio. Iustus Daniel, & leones agno- *Dan.6.* uerunt dominium. Viderunt eum non gustasse peccatum,& eum supplicij expertem reliquerunt. Peccauit propheta mentitus,& leo eum in via inuẽtum morte *3.Reg.13.* affecit.Erat mendaci fuligine atratus, & leo eum non cognouit.Si prophetam vidisset vt Danielem, eũ honorasset, inuenit pseudoprophetam,& tanquã alienũ inuasit. Dominus mentitus est, & seruus negauit dominium.Et quid dico de malis domesticis?quãdo ipsum etiam nostrũ corpus,quod est nobis omnibus familiarius & charius,quandoque nobiscũ peccantibus bellum gerit,per febres,& morbos,& dolores nos oppugnans,& seruũ corpus dominã animã quæ peccauit flagellat,nõ ꝙ hoc velit,sed ꝙ hoc iubeatur facere. Huius testis est Christus, qui curato dicit Paralytico, *Matth. 9* Ecce sanus factus es,noli ampli⁹ peccare, ne quid deterius tibi contingat. Cùm ergo didicerimus fratres

A quòd & domestica, & intestina & seruilia bella, & morbi etiam corporis sæpe fiunt per peccatum, peccatum fontẽ malorum reprimamus,& si torrẽtes animi perturbationum non fluunt,fluuij tamen aquarum dei oblectant animum. Quoniam ergo Dauid mulierem,quæ erat in mariti potestate, tanquam alienũ regnum occupauerat (Cuilibet enim viro regnũ est cõcors coniux,& non sic rex purpurã & diadema,vt vir vxorem diligit) ꝓpterea qui ex vxore natus ei erat filius,insurrexit tyrannus, volens arripere regnũ patris. Vi rapuit,& vim passus est: & qui clanculũ peccauerat, de eo palã triumplus actus est,& qui erat occultò vulneratus, chirurgi manũ corã omnib⁹ passus est, propter deũ qui dixerat, Tu fecisti abscõditè: ego autem *2.Reg. 12.* faciam in aperto,& in cõspectu solis huius. Absalonis tamen scelus non ei ad finem vsq; processit: & meritò, ne parricidę hoc facinus tenerent pro lege parricidij. B Cùm autem tanquã lictor deseruisset, interfectus est, *A simili.* vt qui esset damnatus: & quemadmodũ quæ sunt in theatris beluæ,alios quidem inuadũt,ab aliis verò interficiũtur: ita etiam Absalon Dauid aggressus, à Ioab occisus est,& in alto ligno suspensus est, qui aduersus *2.Reg.18* patrẽ erigebatur,& ab arbore detinebatur, qui cũ radice pugnabat,& vinctus erat à ramo ramus qui erat à paterna affectione abruptus: & capite tenebatur, qui genitoris caput auferre cõtendebat,& tanquã fructus pendebat ab arbore,qui naturæ agricolã volebat excindere,& in corde iaculo confossus est,illic occisus, vbi cædem parabat. Et tũc videri poterat spectaculũ admirabile. Mulo eñ equitans, ex pilorum coma à coma arboris tenebatur,& coma tenebat comã tyrãnum, illic eum contundens vbi diadema paternũ gestare contendebat. C Poterat ergo videri Absalõ suspẽsus in medio cœli & terræ. Cœlum eum nõ admittebat. Si enim primũ insurrectorem eiecit diabolum, *Esa. 14. 1.Pet.2.* quomodo ipsum insurrectorẽ secundum admisisset? Terra eum auersabatur, nõ ferens pollui passibus parricidæ. Si enim Dathan deuorauit qui contra Mosen *Num.16.* erat locutus, & os suũ aperuit aduersus eũ qui os improbè aperuerat: quomodo potuisset ferre pedes currentes aduersus genitorem? Cùm ergo sublimis in arbore penderet,eum aggressus est Ioab prim⁹ dux exercitus, & in cor excordis tres sagittas infixit, illic eũ *Cor, virtutis vel iniquitatis domicilium.* feriens vbi erat reptaculum iniquitatis, & cùm in arbore sublimis penderet, pulchrũ epitaphium ei Dauid cecinit, Vidi impiũ superexaltatum & elatũ tanquam cedros libani: & transiui,& ecce non erat. Psalmus Dauid, quando fugiebat à persona Absalon filij D sui. Fugiebat autẽ, nõ vt qui timeret,sed vt qui filium caueret occidere. Etẽm parcebat tanquã filio,sed qui cum eo erant, non pepercerunt tanquã insurrectori. Vnde Dauid, cum filius eum persequeretur, & ꝓpter ipsum Semei eum maledictis insectaretur, ipse quidẽ *2.Reg.16* patientia vsus est. Quoniam autẽ multi aduersus eum offendebantur,& maximè qui vnà cũ Asalone insurgebant, & deinceps aduersus eũ erigebantur tanquã cui⁹ nulla esset cura ac ꝓuidentia, dicẽtes, Desertus est nũc Dauid absq; auxilio penitus, nũc discessit ab eo De⁹, vt etiã aliquãdo à Saule, quemadmodũ eñ tũc discessit à Saule,& fuit cum Dauid: ita nũc discessit à Dauid,& est cum Absalone, insurgamus, inaudiam⁹, non est ei salus in Deo. Quoniam autẽ hæc dicebant, hæc ęgrius ferens Dauid q̃ filij insultus, Deum interrogat, *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me?* Circunseptus sum tentationibus, circundor torrentibus malorum

malorum,descẽdit periculosus laqueus, venerunt flumina hostium,venti spirarunt,in meã domum irruperunt,volentes animam meã à te dimouere,sed fundatus supra petram fidei non cado,sed procumbo,vt dicam, Domine quid multiplicati sunt qui tribulãt me? Qui ex me genitus est,contra me est,sed tu es pro me. Mea mecum viscera bellũ gerunt,meus populus. Post *μεταφορά.* Absalonem meus contra me armatur exercitus. Oues meæ lupi facti sunt,& leones agni, & canes rabie perciti,agnelli & tauri cornu petentes arietes,nõ propter meipsum afficior tristitia,sed illorum doleo exitium.

In psalmum quartum, Cum inuocarem, exaudiit me deus iustitiæ meæ.

NOn hæc dicit Propheta vt solùm intelligamus eum fuisse exauditum: sed vt discamus quomodo ipsi quoque Deũ inuocantes, citò poterimus exaudiri,& ante finem orationis postulatũ consequi. Non dixit enim, Postquã ego inuocaui, exaudiit me,sed, Cùm inuocarem. Nam ipsius quoq; dei *Esa.65. γνώμη.* est eiusmodi promissio, dum alicubi dicit ei qui inuocat, Te adhuc loquẽte dicam, Ecce adsum. Non solet enim deo persuadere verborum multitudo, sed pura anima,& rectè factorũ seu bonorum operum ostẽsio. Eis itaq; qui improbè quidẽ viuunt, verborum autem *Esa.1.* prolixitate se eum placare existimãt, vide quid dicat, Quando multiplicabitis orationem, nõ exaudiã vos. Si extenderitis manus, auertam oculos meos à vobis. Ante alia itaq; omnia oportet eum qui precatur habere fiduciam, & postulatum omnino consequetur. Et *παῤῥησίαν διὰ παντός.* ideo nõ dixit propheta, Exaudit me,sed, Iustitiã meã: suam in deum fiduciam ostendens, & ꝙ cum ea omnino ad eum accedit. Nec verò putet quispiam eum dum hæc dicit se iactare & gloriosè loqui. Non enim hæc dicit se volens extollere, sed doctrinã quandam & admonitionem valde vtilem afferẽs. Ne dicat enim quispiam,ille fuit exauditus,quoniam erat Dauid,ego verò non exaudiar,quoniam sum pusillus & abiectus: ostendit ꝙ nec illum audit quomodocunq;,nec te nõ *Attende necessitatẽ operum.* audit temerè & nulla ductus ratione,sed semper res & facta exactè contemplatur. Quæ si habueris,& eorum possis vti defensione,omnino exaudieris. Quẽadmodum si non habueris,nec si Dauid quidem fueris, po- *Ex collatione.* teris Deo persuadere: & quemadmodum auari qui studio tenentur pecuniæ, nec dignitatem, nec aliquid aliud respiciunt,nisi eos tantùm qui habent pecuniam, & ad eos, tanquam nihil non effecturi, accedunt: ita etiam deus, quandoquidem est amator iustitiæ, quicunq; cum ea ad ipsum accesserit, nõ recedet vacuus, quemadmodũ qui ea caret, & iis quæ sunt illi contraria, inquinatur: quantumuis prolixè oret & obsecret, nihilo plus efficiet, cùm non sit penes eum persuadere. Quamobrem si apud deum velis aliquid efficere, ea accepta proficiscere. Iustitiam autẽ ne hìc esse par- *Cõmunis virtus ex collatione.* tem virtutis existimes, sed integram, & vniuersam, & omnibus numeris absolutam. Ita etiam erat Iob iustus, vt qui humanam omnem haberet virtutem, non qui ab hoc quidem malo abstineret, illud verò retineret. Ita etiam nos iustam stateram esse dicimus, quæ omni ex parte ęqua est: non si aurum quidem possit ex æquo statuere, secus autem plumbum, sed quę in quauis materia æquitatem exhibet,& rursus mensura, quę est omni ex parte æqua. Ita etiam erat Iob iustus, qui erat æquus ex omni parte. Neque enim in pecunia solum eam seruabat ęquitatem, sed etiã in aliis omnibus, modum nunquam excedens. Nec possit dicere quispiam

A quòd in pecunia quidẽ diligebat æquitatem, in congressione autem & sermone cum propinquis modum excedebat,vt qui esset superbus & arrogãs. Hoc enim summo studio fugiebat. Et ideo dicebat. Quòd si etiã *Iob.31.* contempsi iudiciũ serui mei vel ancillæ: vel non sicut ego fui,fuerũt & ipsi. Et hoc ergo etiam iniustitia est, esse superbum & arrogantẽ, & plura habendi cupiditatis seu auaritiæ vitium. Quemadmodum enim auarum esse dicimus qui vult in ea quæ sunt aliorũ inua- *Auarus quis, quis item arrogans.* dere,nec suis est contentus: ita etiã superbum & arrogantem, quãdo plus exigit quàm quod homini debetur à proximo, quando quis seipsum quidem in omni honore collocat,aliũ verò habet despectui. Hoc autẽ non aliunde oritur, q̃ ex iniustitia. Quòd enim hoc sit iniustitia, ex hoc considera. Et te & illum fecit Deus, & tibi omnia dedit cum illo communia & ex æquo. B Quomodo ergo eum expellis, & spolias honore quẽ Deus dedit,& ad societatem non admittis, sed omnia tibi tribuis, & non solum in pecunia, sed etiam in honore eum facis pauperem? Deus dedit vnã vtrique essentiam: æquali principatu, æquali scilicet creationis honore dignatus est. Illud enim, Faciam⁹ hominẽ, est commune vniuerso generi. Quomodo ergo eum ex- *Gen.1.* turbas à bonis paternis, ad summam humilitatẽ redigens,& quod est cõmune, tanquam tibi propriũ vendicans? Sed talis nõ erat beatus Propheta, & ideo audacter & liberè dicebat: Exaudiit iustitiam meam. Ita etiam Paulus seipsum adducit in medium, nõ se efferens,nec intumescens,sed se aliis exẽplar proponens, quemadmodum quando dicit, Volo omnes homines *1.Cor.7.* esse sicut & meipsum. Ita etiam Dauid in tẽpore quo *1.Reg.17.* postulabat, fortitudinẽ suam quæ ei diuinitus obtige- C rat, in medium adducit, dicẽs se & vrsos suffocasse, & leones superasse, nõ seipsum quidem sic extollens, absit, sed ea ratione procurãs vt sibi fides haberetur. Et si habeo iustitiam, dicet fortasse quispiam, quid opus est oratione, cùm & res ipsa ad omnia rectè gerenda sufficiat: & qui daturus est, sciat quibúsnam opus habemus? Quoniam oratio non est paruum vinculum dilectionis in Deum, quæ cũ eo colloqui nos assuefacit, & ad *Hanc ipsissimam collationẽ habes in priore τῶν τῆς προσευχῆς.* sapientiæ studiũ nos deducit. Si enim qui cum magno aliquo & admirabili viro multum versatur, ex eius cõsuetudine maximũ fructum accipit, quantò magis qui cum Deo perpetuã habet consuetudinem? Sed nescimus vt oportet quódnam sit commodum orationis, quandoquidem nec eam exactè attẽdimus, nec ea ex Dei legibus vtimur. Sed homines quidem aliquos alloquuturi qui sunt nobis superiores,& habitum, & in- D cessum, & amictum, & omnia composuerimus, ita vt oportet alloquimur. Ad Deum autem accedẽtes, hiamus, fricamus, nos huc & illuc versamus, negligẽtes, ac socordes sumus, humi genibus flexis, per forũ oberramus. Quòd si cum ea qua par est reuerentia, & tanquã cum Deo loquuturi accederemus, tunc sciremus etiã antequam acciperemus quæ petimus, quantũ lucri faciamus. Homo enim qui cũ Deo loqui didicit, vt par est eum qui cum Deo loquitur, erit deinceps angelus, ita liberatur anima à vinculis corporis, ita ei ratio in altum tollitur, ita è terris migrans in cœlis habitat, ita de victu curam omnem abiicit,& quę ad victum pertinẽt, despicit: ita apud ipsum thronum sistitur, etiamsi sit pauper, si famulus, si priuatus, si indoctus: Non quę- *1.Cor.1.* rit enim Deus linguæ elegãtiam, nec verborum com- *Quàm exorabilis Deus.* positionem, sed animæ pulchritudinem, & si illa ea quæ ipsi placẽt loquatur, tota re effecta recedit. Vides

Universidad de Deusto
Biblioteca

κατ' ἐναντίωμα.

quanta facilitas. In hominibus quidē oportet eum qui ad aliquem accedit, esse & dicēdi facultate prēditum, & posse blanditiis sibi conciliare omnes assecłas principis, & multa alia excogitare, vt gratus & acceptus esse possit. Hīc autem nullo alio, prēterquam sola sobria & vigilanti mēte opus est. Et nihil est quod prohibeat quo minus prope Deum simus. Deus enim appropinquans ego sum, & non deus procul. Quamobrē quod lōgē abest, à nobis, pficiscitur. Ipse enim semper propè est. Et quid dico nos nō opus habere dicēdi facultate? Sæpenumero ne voce quidē opus habemus. Nā si vel in corde locutus fueris, & eum vt oportet vocaueris, vel tunc quoque facilè annuit. Ita & Mosem audiuit. Ita etiam Annam. Nō adsistit miles qui expellat, nō satelles, qui tempus interrumpat. Nō est qui dicat, Nō est nunc tēpus accedendi, veni postea. Sed quando veneris, stat audiēs, etiam si tēpore prandij, etiamsi tempore cœnæ, etiamsi nocte intempesta, etiamsi in foro, etiamsi in via, etiamsi in cubili, etiāsi intus in iudicio apud magistratum fueris, & eum vocaueris, nihil vetat quo minus tuam petitionē audiat, si ritè vocaueris. Non potes dicere. Vereor accedere & orare, adest meus inimicus. At hoc etiam impedimētum ablatum est. Neque enim inimicum tuum attendit, nec tuam interrumpit petitionem: sed semper & assiduè eum potes interpellare, & nulla adest difficultas, neq; enim opus est ianitoribus qui te introducant, non dispensatoribus, procuratoribus, custodibus, aut amicis, sed quādo ipse per teipsum accesseris, tūc maximè te audiet, tunc quando neminem rogaueris. Non ita ergo eum per alios placamus orātes, sicut per nos ipsos. Cum enim nostram expectat amicitiam, omnia etiam facit, vt nos ei cōfidamus. Quādo viderit nos hoc per nos ipsos facientes, tunc maximè annuit. Ita etiā facit in Chananæa, & cum Petrus quidem & Iacobus accederent, non annuit. Cum ea autem permaneret, quod petebatur dedit protinus. Et si enim visus est parū differre, non hoc fecit vt protelaretur muliercula, sed vt eam magis coronaret, & eius assiduitatē magis sibi familiarem redderet. Meditemur ergo nos quoq; Deū interpellare. Discamus quomodo ea sit faciēda interpellatio. Non est eundū in Musæum, non sunt consumendæ pecuniæ, nec sunt conducēdi pædagogi, rhetores, & sophistæ, neq; verò multum temporis consumendū est, vt hanc dicendi artem discas, sed solū voluisse sufficit, & ars perfecta euasit. Et nec pro te solùm poteris dicere in eo iudicio, sed etiam pro multis aliis. Et quisnam est scopus? quod institutum artis huius iudicialis? Modus orationis. Sobria mente, animo cōtristo, cum fontibus lachrymarū ad eum accedere, nihil quod ad hanc vitam pertineat petere, futura cōcupiscere, pro spiritalibus interpellare, inimicis non male precari, acceptam iniuriam memoria non tenere, omnes perturbationes ex animo expellere, cōterentē cor ita accedere, cupiditates contrahere ac moderatū esse, mansuetudinē exercere, & linguā ad bene loquendum cōuertere, cum nullo pro rebus improbis cōspirare, nihil habere commune cum communi orbis terrarum hoste, cū diabolo, inquā. In eum enim qui pro aliis cum rege loquitur, & cum eius inimicis cōmunicat, externæ etiā leges animaduertunt. Et tu ergo si vis & pro te & pro aliis dicere, fac vt hac in re maximè te rectè geras, vt nihil cōmune habeas cum cōmuni hoste orbis terrarū. Ita enim fiet, vt sis iustus: & cum fueris iustus, audiēris, vt qui talē habeas patronam. *In tribulatione dilatasti mihi.* Non dixit, Non adduxisti afflictiones, neq; sustulisti tentationes, sed stare permisisti & dilatasti mihi. Quanta sit enim dei solertia & quàm facilis liberādi facultas, hinc maximè ostenditur, non solum in eo q̄ nō inducat afflictiones, sed etiam in eo q̄ his manentibus eas non toleratu difficiles efficiat. Hoc & dei ostendit potentiam, & qui in eas incidunt, sapientiæ reddit studiosiores, quādo & latitudo fuerit quę afflictam animam consolatur, & afflictio non dissoluitur, quæ & negligentē astringit, & ab omni contemptu liberat. Et quomodo in afflictione, inquit, fuerit dilatatio? Quemadmodū in trium puerorum fornace, quemadmodū in lacu leonum. Nō enim extinxit flammam, & tunc fecit vt ipsi essent in campo libero & aperto. Neq; occidit leones, & tunc securos eos reddidit, sed & illic fornace vehemēter ardente, & his feris manētibus, iusti difficultatis molestiam non senserūt, sed tuti & securi fuere. Potest etiam aliter accipi dilatatio, vtpote quādo anima à tētationibus oppressa liberatur à perturbationibus, & multis ægritudinibus. tūc enim maximè libero & aperto cāpo fruitur. Multi enim quandiu manent in rebus secundis, grauissimis ac turpissimis tenentur amoribus, qui affligunt eorum animam, pecuniarū, corporum, & eiusmodi aliorum, quę sunt absurda & valde aliena, sed postquam in afflictionem inciderint, liberātur ab illis omnibus, & in liberum & apertum cāpum euadunt, & quemadmodū qui febre laborant, quādiu quidem intempestiuis fruuntur voluptatibus, lauta, inquam, & referta mensa & vino mero, & huiusmodi aliis, in maiores cogūtur angustias. Sed si voluerint pauliſper seipsos affligētes sustinere, lati & liberi campi magnū fructum percipiūt, & eo quod eos angebat depositō, iucūdè deinceps in pura sanitate versantur. Ita etiam in rebus & negocijs vsuuenit. Nihil enim æquè relaxare consueuit, vt afflictio quæ abducit ab omnibus quæ ad hanc vitā pertinent. Quomodo existimas Iudęos fuisse in afflictione etiam quādo erant res eorum secundæ? An nō hæc fe bricitantis animæ ægritudinéque confectæ & vexatę, dicere: Fac nobis deos qui nos præcedāt? Moses enim hic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid ei factum sit. Aut non illa verba animæ quæ tenetur studio sapientiæ, & à perturbationibus ad hanc vitā pertinentibus respirat, quando afflicti tam vehementer orarūt, vt ipsum dei auxilium attraxerint? Iam verò hic ipse quoq; Propheta quando versabatur in remissione & quiete, quodammodo affligebatur, ab improba cupiditate in angustias coactus & laceratus. Quando autem versatus est in afflictione, scitis quomodo fuerit in remissione, & animi quiete: neque enim eū ignis attigit, sed etiam flāma vniuersa extincta est: Nihil enim ęque affligit, ac si anima obsideat à perturbationibus. Aliæ enim extrinsecus incidunt, hæ verò intus nascuntur, & hęc est maxima afflictio: Etiamsi nos vexet mundus, nos autē ipsos non vexemus, nihil nobis fuerit molestū. In nostra potestate situm est vt vel affligamur, vel nō affligamur. Vt autem discas etiam ex voce Apostolica q̄ latus & liber cāpus oriatur ex afflictione, audi ipsum Paulū dicentē fructum afflictionis, Tribulatio autē patiētiā operatur. Patientia autē probationē. Probatio vero spem. Spes autē non confundit. Ineffabilē vidisti latitudinē. Vidisti portum lętitię. Patiētiam, inquit, efficit afflictio. Quid enim homine fortissimo, & qui omnia facilè ferre potest, patientius? Quid probato autem fuerit fortius? Quid autem conferri

In oratione persistendum.

Scopus seu modus orandi.

Sapien. 8.
Psal. 50.
Thren. 2.
Matth. 6.
Rom. 12.
Iudith. 9.
Ephes. 4.
Colos. 4.
Tob. 21.
2. Cor. 6.
A simili.

2. Cor. 2.

Dan. 3.
Cor vt in afflictione dilatādū.
Dan. 6.

Exod. 32.

Matth. 6.

Rom. 5.

ferri potest cū ea quæ hinc oritur, delectatione? Dicit enim nobis tres voluptates quæ hinc oriūtur, patientiam, probationē, & spem futurorum bonorū. De his nunc Philosophās Propheta dicebat, In tribulatione dilatasti mihi. Quoniā enim dixit, Exaudiit me Deus, dicit quónam modo exaudiit. Non in pecuniis: nihil enim petebat eiusmodi. Non vt vinceret inimicos, nā neq; hæc postulabat. Sed in relaxatione quę in medio afflictionis exorta est. *Miserere mei & exaudi orationem meā.* Quid dicis? Meministi superius iustitiæ, hic miserationis & misericordię. Et quānam hæc habeāt consequentiam? Pulchrā, & prioribus admodum connexam. Nam etiāsi innumerabilia rectè fecerimus, à miserationibus & clemētia audimur. Etiāsi ad ipsum virtutis fastigiū peruenerimus, seruamur à misericordia. Hinc discimus quod cum iustitia, mente quoque contrita opus est. Etenim licet sit peccator, si cum humilitate orauerit, quæ est pars virtutis, magna poterit efficere: & licet sit iustus, si cū arrogantia accesserit, à bonis omnibus excidet. Vtriusq; exempla nos docuerūt Publicanus & Pharisæus. Oportet itaq; scire etiā modum orandi. Quomodo autē sit orandum, discę à Publicano. Nec te pudeat eo vti magistro, qui hac in re adeò se præclarè gessit, vt solis verbis vniuersum effecerit. Quia enim erat mens ei rectè parata, sufficit vel verbum vnum ad cœlum ei aperiendum. Quomodo autem erat parata? seipsum miserum clamabat, pectus tundebat, ne cœlū quidē aspicere audebat. Si tu quoque ita orareris, vel penna leuiorē reddes orationem. Si enim peccator, iustus ab oratione factus est, cōsidera cuiusmodi erit iustus, si talem orationem offerre dicerit. Et ideò ne hic quidē seipsum absolutè posuit, sed orationem suam: superius iustitiam, hic orationem meam. Ita etiam exauditus est Cornelius, quoniā eius patrocinio vsus est. Orationes tuę, & eleemosynę tuę, inquit, ascenderūt corā Deo. Et meritò. Opera enim sunt quæ exaudiūtur, & rectè facta. Non absolutè autem orationes, sed orationes quæ fiunt ex lege Dei. Et quænam sunt eæ? Quæ ea petunt quæ Deū dare conuenit, quæ ab ipso non postulant quę sunt eius legibus repugnantia. Et quis est, inquit, adeò audax, vt ea velit deū facere quæ repugnant eius legibus? Qui aduersus inimicos eū rogat, hoc enim est præter legē quę ab eo lata est. Ipse enim dixit, Dimittite debitoribus vestris. Tu autem eū ipsum, qui tibi iubet condonare, aduersus inimicos inuocas? Ecquid hac amentia fuerit deterius? Oportet eum qui orat habere habitum, mentē, & sensum supplicis: cur aliā ergo personam induis, nempe accusationis? * Quomodo enim poteris veniā tuorum peccatorū assequi, quando rogas vt Deus puniat peccata aliorum? Sit itaq; oratio mansueta, placida, iucundo & molli vultu prędita. Talis est quæ cum lenitate, atq; adeò pro ipsis etiā fit inimicis, quemadmodum contraria, ebriæ & deliranti cuipiam mulieri & instar apri efferatæ est similis. Quocirca ad cœlum ei nō datur aditus. Non enim est eiusmodi ea quæ fit cū mansuetudine: quę habet aliquid canorum & lene, dignúmq; regiis auribus, suaue, concinnum ac numerosum. Quamobrem nō expellitur è theatro, sed corona redimita recedit, etenim habet auream citharam, vestem auream. Qua de causa delectat etiam Iudicem & habitu, & aspectu, & voce. Propterea nullus eā exturbat à cœlestibus circulis. Vniuersum enim illud theatrū incredibili lætitia afficit. Hæc est digna cœlis oratio. Hæc est lingua Angelorū, quando nihil acerbum, iucunda autem omnia loquitur, quando pro iis qui faciunt iniuriam, & probris persequuntur, venit supplicans, tunc adstāt etiam Angeli magno audientes cum silentio, & postquam cessauerit, ei applaudentes, laudantes, admirantes. Talem nos quoq; afferamus orationem, & omnino exaudiemur: & quando ad Deum accedimus, id esse existimemus theatrum, sed ex vniuerso orbe terrarū, vel potius ex supernis populis cœlestibus collectū: & regē in medio sedere qui vult nostram audire orationem, & faciamus vt res sit comparata ad demonstrationem. Nullus sit citharœdus, nullus lyricen, qui ita se exerceat scenā ingressurus, timēs ne quid insuaue & inconcinnum canat, vt nos ingressuri theatrum Angelorum. Plectrum autem sit nobis lingua, quę nihil iniucundum sed numerosum & modulatum dicat, cùm ea qua pars est cogitatione, & ad Deum accedentes, & rogātes, & orantes, pro inimicis primum fides pulsemus, ita enim pro nobis quoq; ipsis exaudiemur. Hęc vox Dęmones pudore afficit. Hęc dat nobis liberam loquēdi potestatē. Hæc pudore afficit Diabolum, & facit vt secedat. Neq; enim dęmon ita eum metuit, qui eū expellit & eiicit ex alio homine, vt hominē qui iram vincit, & animo imperat: nam hoc ipsum quoq; est sæuus dæmon. & ij potius quàm qui à Dæmone vexātur, miseri dicēdi sunt. A dæmone enim vexari, non immittit in gehennam: Irasci autem, & acceptæ iniurię meminisse, expellit ab ipso regno cœlorum. Si orationem ita cōposuerimus, poterimus nos quoq; Deo fidenter dicere, Exaudi orationem meam. Quare nō solùm teipsum iuuabis & promouebis tua supplicatione, sed Deum etiā audientem delectabis, vt qui eius præceptis aliquid dignum petas. Quocirca etiā facilè annuet. Hoc illa adoptione dignum est, hoc illum maximè characterem ostēdit, Estote, īquit, misericordes, sicut & Pater vester qui est in cœlis. Et rursus, Orate pro iis qui vobis insultant & vos iniuria afficiunt, vt sitis similes Patris vestri, qui est in cœlis. Quid ergo potest cum hac oratione cōferri? Hæc nō Angelis nec Archangelis, sed ipsi Regi facit similem. Qui autem regi, quātum licet, fuerit factus similis, cōsidera quanta vtetur fiducia & loquēdi libertate in orationibus. *Filij hominū, quousque graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mēdacium?* Ad quósnā dirigit orationem, & increpat, & subiungit consilium? Quósnam vocat filios hominū? Eos qui viuunt in improbitate, qui sunt procliues ad vitium. Quamobrem? Nos quidem nō filij hominum, natura quidem hominum filij, gratia autem nō amplius, sed Dei filij. Si ergo etiam eius imaginē quæ est ex virtute conseruauerimus, erit nobis donū integrum. Eos enim qui Dei filij facti sunt per gratiam, etiam per vitæ suę institutionem eam oportet imaginem exprimere. Quòd autem eos qui vitæ curis paulò plus dediti, & sunt ad vitium propensi, vocat filios hominū, audi, Vidētes autem filij Dei filias hominū. Atqui contrarium, inquit, dixisti. Nequaquā. Dei enim filios hīc vocauit, eos qui antea ex viris bonis nati fuerant, & Dei honorem perceperant, deinde mutati erant, & euaserāt deteriores, & suum honorem perdiderant. Vt enim magis amplificaret eorū reprehensionem, eorum honorem reuocauit in memoriā, maximū esse crimen ostendens, quod cū tales essent, & orti ex talibus, ad tantā se prępicipitassent improbitatē. Et rursus Deus, Ego dixi dij estis, & filij altissimi omnes. Vos autē vt homines morimini. Et considera Prophetę prudentiā. Cùm prius ostēdis-

Filij hominum.

Ioan. 1. 8.

Gene. 6.

Psal. 81.

Univerſidad de Deusto Biblioteca

ſet Dei potentiã,facultatem, ſolertiam, benignitatem
& clemẽtiam,quòd in afflictione dilatat, quòd miſe-
rans annuit. Deinde mente agitans effuſum in homi-
nibus vitium,& tyrannidem impietatis, tanquam ani-
mi mœrore coactus,cõuertit ſermonem ad eos qui in
vitiis vitam degunt,propemodum dicẽs, Cùm talem
habeatis Deum,adeò benignũ,adeò clemẽtem,adeò
potentem,quomodo declinaſtis ad impietatem? Vide
autem quanta etiam cum ira,lenitate: quanta Philoſo-
phia,admonitio plena ſit. Quid enim dicit? Filij homi
num,quouſque graui corde? Hoc eſt eius qui grauiter
inuehitur etiam ex temporis diuturnitate. Si enim Dei
beneficentiã ab initio non cõſideraſſe ſcelus eſt: quo-
modo vllam veniam conſequetur,qui in veritate tan-
diu hallucinatur? Quid eſt autẽ eſſe graui corde? Gra-
ues corde ſunt, qui ſunt craſſo corde, carnales, affixi
terræ,vitiũ perſequẽtes,improbitatẽ exercentes,libi-
[κατασπώμενοι.] dine & voluptate corrupti ac marcidi. Talis eſt enim
homo carnalis,& vitã eorum reprehendens, oſtendit
fontem impietatis,ſignificans hoc eis eſſe maximo im
[γνώμη.] pedimẽto quo minus ad alta dogmata perueniãt. Ni-
hil enim facit cor adeò graue, vt libido, & ad ea quæ
ad hanc vitam pertinent affectio,& terrę affixum eſſe.
[μεταφορά.] Quod tale eſt, nõ errauerit qui cor luteum appellaue-
rit,& ideo id graue vocauit,& id dixit eſſe cauſam ma
lorum,quod cùm aurigæ locum teneat, non ſolùm e-
quum nõ cohibeat, ſed etiam cum ea trahente deor-
ſum præcipitet,& cùm oporteat carnẽ alatam & ſe in
altum erigẽtem efficere,& in cœlum ſuſtollere, id ve-
rò cùm ægritudinum grauiſſimo onere peſſundatur.
Quando ergo vel auriga, vel gubernator talis fuerit,
quænam eſt ſpes ſalutis? Quemadmodum quando di-
[Matth.6.] cit, ſi lux quæ in te eſt,tenebræ ſunt,quantæ ſunt tene-
brę? Quando eſt gubernator ebrius, & fluctuũ ac ven-
[A ſimili.] torum imitatur inconſtantiã ac perturbationem,quo-
modo fieri poteſt vt nauis ſeruetur? Quid ergo poteſt
[Coloſ.3.] leuem animam efficere? Vita admirabilis ad nihil eo-
rum quę hîc ſunt aſpirare nec pedibus ſuis quicquam
alligare eorum quæ deorſum & ferũtur & ferunt, po-
teſt. Ex corporibus enim alia quidẽ deorſum ferri ſo-
lent,vt lapides,& ligna,& quæ ſunt eiuſmodi. Alia ve-
rò ſurſum,vt ignis & ſpiritus,& alarũ natura leue quid
eſt. Si quid ergo eorum quæ deorſum ferũtur,ei quod
leue eſt alligaueris,nulla eſt alarum nec ſpiritus vtili-
tas,cum commoderationem excedat, ſuperet,& vin-
[Ex collatione.] cat grauitas. Ita etiam ſiquis pedes habuerit aggraua-
tos,vel propter malos affluentes humores,vel propter
aliquam aliam ęgritudinem,nihil eum iuuerit ſi ſit re-
liquũ corpus leue. Si autẽ hoc eſt in corporibus,multo
magis in corde. Ne faciamus ergo id graue,ne quem-
admodum nauigia,quæ nimium habent ſaburræ, de-
mergatur. In noſtra enim hoc poteſtate ſitum eſt. Nõ
eſt enim talis natura: ſed leuis natura & ſurſum tendẽs
facta eſt: nos autem ipſam præter naturam grauem fa
cimus,& ideo Propheta quoq; reprehendit: Si autem
naturale,nequaquam reprehendiſſet. Quemadmodũ
ergo ſecundum naturam nobis eſt ingredi, ſed ſi ag-
grauata fuerint nobis genua,res fit pręter naturã, cùm
nos ſimus impediti: ita etiam in pedibus mentis, dico
autem cogitationibus,vſuuenire ſolet. Vt quid amatis
vanitatem, & quæritis mẽdacium? Hic & ſimulachra,
& vitam quę in improbitate verſatur,videtur mihi di-
[Vanum quid.] cere. Vanum enim illud dicitur,quod eſt inane, quan-
do nomẽ quidem fuerit,res nequaquã. Ita apud Græ-
cos nomina quidem deorum multa,res verò minimè,

& in aliis ſimiliter,nomẽ diuitiarum,res autẽ minimè,
& nomen gloriæ,res verò minimè, nomen potentiæ,
& remanet ſolum nomen. Quis eſt ergo adeò excors,
vt quærat nomina quę rebus deſtituũtur? & perſequa-
tur inania,quæ oportet fugere? An non vitæ volupta-
tes & fœlicitates tales ſunt? Non omnia mẽtiuntur, &
decipiunt? Etiam ſi dixeris gloriam, etiam ſi diuitias,
etiam ſi potentiam, omnia ſunt vanitas. Et ideo dixit
etiam Eccleſiaſtes: Vanitas vanitatum, & omnia va- [Eccleſ.1.]
nitas. Propterea dolore afficitur propheta, dum in vi-
ta videt tantam amẽtiam: perinde enim eſt ac ſi quis
cùm videat quempiam lucem fugiẽtem,tenebras au-
tem perſequentẽ,ei dicit: Cur hoc facis adeò abſurdũ
& præter rationẽ? Ita enim ipſe, Cur diligitis vanitatẽ,
& quæritis mendacium? *Et ſcitote quoniam mirificauit* [ἐθαυμάστωσε,]
dominus ſanctum ſuum. Alius interpres dicit, ſed ſcitote [fecit admirabi-]
quoniam fecit admirabilem. Vidiſti prophetę ſapien- [lem.]
tiam: Vndénam eos adducit ad dei cognitionem? à
quadã parte manifeſtiſſima & moribus magis cogni-
tis,nempe ſeipſum in medium adducens. Ego,inquit,
ſeruus ſum dei veri, à me ergo eius diſcite potentiam,
virtutem, prouidentiam. Non eſt enim hoc paruum,
quod etiam ex creaturis euadit manifeſtũ. Propheta,
quando de eius prouidentia diſſerit,cùm ad Solem &
cœlum,& terram,& aërem feratur, & ex ordine eorũ
quæ videntur opificem prędicet, eam quoque tractat
orationem quæ ab eius ſeruis,& iis quæ ex eo accidũt,
ſumitur. Quod quidẽ etiam in Abraham vſu venit. Ei
enim dicebant, Scimus q; à deo venis nobis rex. Vnde [Gene.21.]
ſcitis? Ex victoria,ex triumphis,ex bellis. Hoc etiam in
Iudæis accidit. Miracula enim quæ pro eis facta ſunt,
vniuerſæ terræ timorem attulerunt, quod etiam tunc [Rahab.]
dixit meretrix illa Hierechũtina, Cecidit in nos timor [Ioſ.2.]
veſtrũ & tremor. Vna eſt ergo via ea quę eſt per crea- [Rom.1.]
turas. Alia verò, eáq; vel manifeſtior, quæ eſt per ſer-
uos: Et hãc deus à multis retro ſeculis diſſeminauit in
vnaquaq; generatione. Aegyptios itaq; docuit ex A-
braham, Perſas rurſus ex eodẽ. Iſmaëlitas,ex eius ne-
potib⁹,& alios innumerabiles,& per Iacob eos qui ha-
bitabant in Meſopotamia. Vides vniuerſum orbẽ ter-
rarũ futurũ fuiſſe à ſanctis doctũ, ſi modò ipſi voluiſ-
ſent. Quinetiã ante eos,diluuium, linguarum cõfuſio,
ad excitandam eorum mentem ſatis fuerant. Ne enim
quod euenerat, tẽporis diuturnitate obliuioni trade-
retur,locus appellationẽ accipit: & exinde Babylõ ex
linguarũ cõfuſione dicitur,vt auditor ab ipſa appella-
tione deductus,ad eorũ quæ euenerunt principiũ de-
ueniat,& dei virtutem intelligat. Ita etiam qui habita-
bant in occidẽte omnes omnia diſcẽbãt, cum merca-
toribus Aegyptiis verſantes. Quãquã alioqui in prin-
cipio ne multæ quidẽ gẽtes erant in illa religione: ſed
maxima hominum frequẽtia ac turbæ multitudo erat
in partibus Oriẽtis. Etenim & Adã illinc egreſſus eſt,
& genus Noë illic verſabatur,& poſt turrim illic erãt,
& vt plurimum verſabantur in Oriente. Sed tamen in
vnaquaq; generatione Deus illis doctores conſtituit,
Noë,Abrahã,Iſaac,Iacob,Melchiſedech. Quamobrẽ
hic quoq; Propheta,ex iis quę in ſanctos fiunt,eos qui
in improbitate ac ſcelere viuũt,excitat, dicẽs, Scitote
q; mirificauit Dominus ſanctũ ſuũ. Quid eſt, mirifica-
uit? fecit admirabilẽ,inſignem,clarum,cõſpicuũ, cum
qui eſt ipſi dedicatus. Ex ſeruo ergo, & iis quæ ipſi ac-
cidunt,domini diſcite potentiã. Non dixit ſolũ, Bonũ
dedit, ſed admirabilem fecit, ſignificans eum dediſſe
cum magno miraculo,& præter fidem & opinionem.
Ita

Ita etiam in Abraham factum eſt. Nõ ſolùm enim de-
dit vxorem intactam,ſed eum etiam reddidit admira-
bilem. Vt non ſolùm donum in eo conſiſteret q; nihil
graue paſſus ſit,ſed etiam in eo quòd clarus in Aegy-
pto euaſerit. Propter eius enim iuſtitiam factum eſt,vt
nihil moleſtum illi fieret. Propter aliorum autem vti-
litatẽ,vt admirabiliter & præter opinionẽ illinc redi-
[Gene.20.] ret. Hoc in tribus pueris,hoc in leonibus accidit, hoc
[Dan.3.] in ceto, & vndiquaque ſeruat cum miraculo, ſed non
[Dan.6.] quemlibet abſolutè, ſed ſanctũ. Vidiſti quomodo cũ
Dei cognitione ad vitam quoq; exactam exhortatur,
docens,nõ ſolùm in Dei benignitate, ſed in proprio-
rum etiã ſanctorũ virtute, ſpem ſalutis ponere. *Domi-
nus exáudiet me cùm clamauero ad eum.* Poſtquam dixit q;
eum fecerit admirabilem,non in his ſubſiſtit: ſed dicit
etiam aliud genus fœlicitatis. Quódnam autẽ hoc eſt?
Deum habere perpetuò adiutorem & auxiliatorem,&
vbiq; præſentem. Non enim hoc ſemel facit,& bis, &
ter,ſed perpetuò, inquit, ſi ipſum inuocemus. Et vide
rurſus hîc etiam celeritatem. Quemadmodũ enim di-
xit ſuperius, Cùm inuocarẽ, exaudiuit Deus meus iu-
ſtitiam meam: ita etiam hîc, Dum clamauero ad eum.
Quomodo ergo, inquit, non audiuntur multi? Quo-
niam petũt inutilia. Hîc enim melius eſt nõ fuiſſe ex-
auditum. Quare etiãſi exaudiamur,non propterea læ-
temur: ſed & quãdo non exaudimur,etiam propterea
deum glorificemus. Vel enim inutilia petentes nõ ex-
audimur,& eo q; nõ accepimus,lucrifacimus. Vel ne-
gligenter petimus, & in dono differẽdo Deus vt nos
illi adſideamus, ſubtilem init rationem: & hoc etiam
[Matt.7.] non eſt exiguum lucrũ. Si enim vos,inquit,noſtis dare
bona filiis veſtris,multò magis Deus qui ſcit dare. Nã
Paulus etiam petiuit,& non accepit. Petebat enim in-
utiliter: & Moſes,& nec illi quidẽ deus annuit. Ne er-
go deficiamus,quãdo non exaudimur,nec triſtitia af-
ficiamur & torpeamus, ſed permaneamus. Agit enim
Deus omnia vtiliter. *Iraſcimini, & nolite peccare: Quæ di-
citis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini.*
Quod antè dixi,id etiã nunc dico. Quoniã ad Dei co-
gnitionẽ eos eſt deducturus, liberat animũ ab ægritu-
dinibus. Scit enim vitam corruptã ac deprauatam eſſe
impedimẽto, quo minus perfectionẽ decretorum aſ-
ſequamur. Quod quidem Paulus quoq; innuens dice-
[1.Cor.12.] bat. Non potui loqui vobis tanquam ſpiritualibus,ſed
[Exod.32.] tanquam carnalibus. Et rurſus, Tanquam infantibus in
[1.Cor.3.] Chriſto lac vobis potum dedi,nõ cibum. Et rurſus de
[1.Cor.5.] [Hebr.5.] quo eſt nobis multus ſermo & explicatu difficilis,quo-
[τυφλοί.] niam eſtis hebetes auditu. Et Eſaias, Scire vias meas cu
[Eſa.58.] piunt, vt populus qui iuſtitiã fecerit, & Dei iudicium
[Oſee.10.] nõ reliquerit. Et Oſee, Seminate vobis ipſis in iuſtitiã,
[Ioan.3.] illuminate lucem cognitionis. Et Chriſtus, Omnis qui
[Ioan.5.] mala facit,odit lucem, & non venit ad lucem. Et rur-
[Ioan.9.] ſus, Quomodo poteſtis credere,gloriam à vobis inui-
[Ioan.12.] cem accipientes,& gloriã quæ eſt à ſolo Deo nõ quæ-
[Sapien.1.] rentes? Et rurſus, Hæc dicebãt parẽtes eius,quia time-
[Eſa.29.] bant Iudæos, ne expellerentur à ſynagoga. Et rurſus,
[1.Cor.1.] Multi autem crediderunt in ipſum, & propter Phari-
ſæos non confitebantur. Et vbique videri poteſt vita
praua ac corrupta ad perfectionẽ dogmatum afferre
impedimentum. Quemadmodum enim lema perſpi-
cuæ oculorũ pupillę inſidens,id quod illuſtrat,obſcu-
rat & obtenebrat: ita enim ratio quã obſedit & occu-
pauit vitium. Quocirca cùm id etiam ſciret propheta,
dicit, Iraſcimini,& nolite peccare. Nõ tollit enim irã,
eſt nanq; vtilis, nec excindit excandeſcentiam. Pro-

deſt enim aduerſus eos qui faciunt iniuriam,& aduer-
ſus negligẽtes,ſed etiam quæ iniuſtè mouetur,excan-
deſcẽtiam,quæ nulla ratione regitur. Et quemadmo-
dum Moſes cùm in ſermonem de moribus incidiſſet,
ex eo primò quę ferebatur,legis ducit initium,dicens,
Nõ occides: ita hîc etiam,ſed hîc amplius,quò magis [Exod.20.]
ei erat nota vera pietas. Ille enim euellit cædẽ. Hic ve-
rò iram,quæ cædis mater eſt,fons,& radix. Quocirca
Chriſtus etiam iram cõprimens ac refrænãs dicebat,
Qui iraſcitur fratri ſuo temerè,erit obnoxius in gehẽ- [Matth.5.]
nam ignis. Vidiſti vbiq; modum, Iraſcimini, & nolite
peccare. Qui iraſcitur temerè (licet enim etiam iuſte [Ira quæ]
iraſci. Nam & Paulus Elymæ ſuccẽſuit,& Petrus Sap- [licita.]
phirę. Sed id non iram dixerim abſolutè, ſed philoſo- [Act.13.]
phiam, curã, & œconomiam, Iraſcitur etiam pater fi- [Act.5.]
lio,ſed eius curam gerẽs.) Ille eſt qui temere iraſcitur,
qui ſeipſum vlciſcitur. Qui autem aliena corrigit,is eſt
omnium manſuetiſſimus. Nam Deus etiã quando di-
citur iraſci, non ſeipſum vindicans iraſcitur, ſed nos
corrigens. Eum ergo nos quoq; imitemur. Ita enim ſe
gerere, diuinum eſt, aliter verò humanum. Sed Deus
non eò ſolum à nobis differt quòd iuſtè iraſcitur, ſed
quòd nec in Deo quidem irę eſt perturbatio. Nec nos
ergo temerè iraſcamur. Ira enim in nobis ideo inſita
eſt,non vt peccemus,ſed vt alios peccantes prohibea-
mus,non vt fiat animi perturbatio & ægritudo, ſed vt
ſit ægritudinum & perturbationũ remedium. Cogita
apud te quàm ſit inſigne vitium,quãdo medicamen- [μεταφορά.]
tum,venenum efficitur: quando per quod aliorũ vul-
neribus medẽdum eſt,per id vulnera infligimus: quẽ-
admodum ſi quis accepto ferro vt quę in aliis putrefa-
cta ſunt excindat,ſeipſum vbiq; concidat, ſe per totũ
corpus ſaucians. Vel gubernator per clauum cymbam [Elegans]
ſubmergat, per quem ventorum impetentium impe- [μεταφορά.]
tum oportebat cohibere. Huiuſmodi eſt etiam ira,vti-
le inſtrumẽtum,vt noſtram excitet ſomnolentiam, vt
animum noſtrum intendat, viréſque & robur addat.
Vt nos acriores efficiat,vt pro his indignemur qui ſunt
affecti iniuria. Vel ad pœnas de inſidiatoribus ſumen-
das nos moueat. Ea de cauſa dicit, Iraſcimini,& nolite
peccare: Quòd ſi hoc fieri non poſſet,minimè præce-
piſſet. Quæ enim fieri non poſſunt,nemo pręcipit. Le- [γνώμη.]
gem itaq; afferẽs Apoſtolicam, & philoſophiã Euan-
gelicam,cum eadem dixiſſet quę Chriſtus,aliam adii-
cit admonitionẽ quæ ſic dicit, Quæ dicitis in cordi-
bus veſtris, & in cubilibus veſtris cõpungimini. Quid [κατανύγητε,]
eſt quod dictum eſt? Videtur enim eſſe obſcurũ. Poſt [cõpũgite.]
cœnam,inquit,quando itis dormitũ,quando eſtis de-
cubituri,& nullo pręſente multa quies & ſilentium, &
nemine interturbante profunda tranquillitas, excita
iudicium tuæ conſcientiæ, ab ipſo rationem exige, &
quæ interdiu mala cepiſti cõſilia,vel dolos cõſtruens,
vel propinquum circunueniẽs,vel praua deſideria ſu-
ſcipiẽs,ea cùm in illius quietis tempore in mediũ ad-
duxeris, & improbis illis cogitationibus cõſcientiam
iudicem dederis,eas fodica & dilania, & de eis pœnã
ſume,occide cogitationem quę peccauit. Id enim ſibi
vult illud, Cõpungite,pro eo quod eſt, Pũgite, ſtimu-
late,quæ in cordibus veſtris dixiſtis interdiu. Hoc eſt,
mala quæ cogitaſtis conſilia, ea in cordibus veſtris, in
tẽpore illius quietis punite,in ea animaduertite: quã-
do neque amicus interturbat, nec famulus irritat,nec
turba negociorũ vrget, tunc vitæ interdiu actæ ratio-
nem exigite. Et cur non dixit, verborum & factorum, [ἐκ περιου-]
ſed malarũ cogitationũ? Hoc docens ex abundantia. [σίας.]

Universidad de Deusto Biblioteca

Si enim mala sunt castiganda cõsilia,vt nõ in opus exeant:multò magis pro factis &dictis oportet angi animo. Hęc fiãt singulis diebus,nec prius dormieris ô homo,q̃ mente versaueris quæ à te interdiu perperã acta [*A simili.*] sunt:& die sequẽti eris omnino tardior ad ea ipsa rursus aggredienda,& quod facis in pecunia, nec sinis vt duo dies prætereant,quin cum famulo rationẽ ineas, ne confusionem inducat obliuio,hoc etiã fac in actionibus:singulis diebus vesperi ab anima rationẽ exige, & cogitationem quæ peccauit,condemna,eam veluti in ligno suspende,& torque,& iube ne amplius ea aggrediatur. Vidisti optimam medendi rationem, quomodo & præseruatoriis & correctoriis medicamentis vsus est.Præcipere enim ne in peccata incidas,pręseruatorij medicamenti locum obtinet,nempe irascimini,& nolite peccare. Illud autẽ, Quæ dicitis in cordibus vestris,in cubilibus vestris cõpungite,correctorij. Postquã enim peccauit,adhibet rursus medicamenta ab ipso qui peccauit accepta medicina.Hac ergo vtamur medicina, quæ nihil habet omnino difficultatis. Sin autẽ nõ sustinet anima meminisse peccatorũ erubescẽs & pudore suffusa,dic illi,Nihil lucri facis,si nõ [*Esa.47. Mar.3.*] memineris:sed magnũ potius damnũ accipis.Si enim nõ nunc apud te memineris, tunc ante omniũ oculos tua statuentur peccata.Sin autẽ nunc ea supputaueris, & ab illis citò liberaberis,& in alia non facilè incides. [*Psal.113. διδαγμα.*] Anima enim hesternũ verita iudiciũ, ne eãdem rursus subeat sententiam:si pungatur,& flagelletur,reddetur ad peccatũ tardior, & ex ea re tantum erit emolumẽtum,q si id vno solo mense fecerimus,in perfecto virtutis habitu nos ipsos constituemus. Ne tantum itaq; bonũ neglexerimus.Qui hoc enim hîc iudiciũ statuerit,acerbas illic pœnas nõ dabit. Si enim nos ipsos iu- C [*1.Cor.11.*] dicaremus, nõ vtiq; iudicaremur. A domino autẽ iudicati erudimur,inquit,ne cũ mundo condemnemur. Ne ergo condẽnemur,hoc faciamus. *Sacrificate sacrificium iustitiæ,& sperate in domino.* Vidisti consequentiã optimi cõsilij.Vidisti perfectã admonitionẽ.Postquã enim propter peccata vnumquẽq; pupugit, & ad eadem rursus aggredienda tardiores effecit,& iudicium quod nõ potest corrũpi constituit, & actæ vitæ rationem exegit,ita ad virtutis actionẽ deducit.Neq; enim [*γνώμη.*] sufficit si à malis abstineamus,sed oportet etiã bonorũ accedere actiones.Quocirca etiã progrediens admonet,dicens,Declina à malo,& fac bonum.Non solum enim improbitatis actio, sed etiã à virtute cessatio, vt puniamur,efficit.Nam & quia esurientẽ non pauerũt, [*Matt.25.*] & sitienti potum nõ dederunt: & qui nudum non vestierũt,nõ furati sunt,nec auari fuerũt,nec bona aliena D ceperunt:sed quia nõ fecerunt eleemosynã, propterea pœnę immortali dati sunt & supplicio,cuius nullus [*Esa.1.*] est finis. Ex quo intelligimus q abstinere à malis non satis est nobis ad salutem,nisi adsit etiã bonorum possessio & virtutis actio. Propterea ergo etiã propheta, cùm & ab improbitate per cõpunctionem abduxisset, & ad virtutis actionem aptiorem fecisset, & duritiam mẽtis emolliisset, & eam per cõpunctionem,teneram reddidisset,incipit verba facere de iustitia,&dicit,Sacrificate sacrificiũ iustitiæ & sperate in domino.Quid est,sacrificate sacrificiũ iustitiæ?Persequimini iustitiã, offerte iustitiam,hoc est maximum deo donũ, hoc est acceptum sacrificium.Hęc oblatio valde grata est,nõ oues & vitulos sacrificare,sed quę sunt iusta facere. Vides ecclesiasticæ vitæ instituendę rationem multis retro seculis fuisse ante descriptam,& pro illis sensilibus

A ea quæri quæ cadunt sub intelligentiã * Iustitiam autem hîc,sicut antè dixi,non singularem aliquam dicit virtutem, sed vniuersam: quemadmodum etiã virum iustum vocamus,qui omnem in se virtutem continet. [** Iustitia nomine virtus.*] Hoc sacrificium nõ eget pecunia,non gladio,non altari,non igne,nõ aliò resoluitur in fumum,cinerem & nidorẽ,sed animo eius qui offert cõtentum est.Ei nec est paupertas obstaculum,nec mẽdicitas impedimentum,nõ locus,nec aliquid eiusmodi, sed vbicunq; fueris,id offerre poteris,cũ ipse sis & sacerdos,& altare, & gladius,& hostia. Talia enim sunt quæ sunt intelligentia ac spiritalia, plurimũ habent facilitatis, vt quæ nulla externa operatione egeãt.Et sperate in domino. Alius dicit,Et confidite in domino.Qui enim per iustam vitæ institutionem deum sibi propitium & clemẽtem reddiderit,maximã habet opitulationem, auxilium inexpugnabile,& plurimũ quod illinc depen- B det momẽtum. Vidisti fructum sacrificij qui est in foribus.Vidisti celerrimè germinantem densum & constipatum bonorũ thesaurum.Qui enim deũ habet auxiliatorem,quémnam timebit amplius? Nullum. Iam verò hoc quoq; est nõn parua virtus,ipso fretum, bono animo esse,& in ipso confidere,sed cum iustitia: & à nobis hanc virtutem exigit, vt in eo speremus, vt in nulla re quæ ad hanc vitam pertinet confidamus, sed nos ab omnibus seiungẽtes,cogitationem omnem illic defigamus.Res enim vitæ præsentis sunt vmbris & [*Iob.8. & 14*] somniis similes,& sunt etiam iis imbecilliores, vt quæ [*Sap.2.14.*] simul appareant & euolent:& interea dum adsunt, iis qui illas habent, multum turbæ ac molestiæ afferunt. [*Spes duplex.*] Spes autem in Deum est immortalis, immutabilis,immobilis,quæ nullam suscipit conuersionem, quæ omni ex parte tutum reddit,& inexpugnabilem eum efficit qui ea cum qua pars est exacta cura & affectione vtitur. *Multi dicunt quis ostendet nobis bona?* Signatũ est super nos lumẽ vultus tui Domine.Postquã de moribus perfecit admonitionẽ, & ad Dei adduxit cognitionem, & omnẽ versauit rationem quę potest erigere mẽtem eorum qui aberrarunt,& maximè ex iis qui illi sunt dedicati, & ex eius in eos prouidentia curam eius ostendit,ponit quandam obiectionem quæ fit ab imbecillioribus ac crassioribus,& dicit,Multi dicunt, [*ἀντίθεσις.*] Quis ostendet nobis bona? Non pauci, qui sunt veri, probi ac synceri,& norunt philosophiam,hæc dicunt, sed confusa & promiscua multitudo,quæ ignorationi & stultitiæ affixa est.Quid est autem quod dicit?Quis ostendet nobis bona?Sunt quidam qui dicũt,alij quidem Dei prouidentiam accusantes, alij verò volupta- D tis amatores,socordiæ,opum, gloriæ, & potentiæ,qui etiam hæc amantes, dicunt talia, Vbi sunt bona Dei? Ego sum in mẽdicitate & morbo & calamitate & extremis malis, probris, & contumeliis: Alius autem in fœlicitate,voluptate,deliciis,potentia, gloria, & diuitiis:& alij quidem hæc bona tantùm requirunt,ea quę verè sunt bona prætermittentes, virtutem, inquam, & studium sapientiæ.Alij verò,vt antè dixi,Dei etiam prouidentiã ex eo criminantur.Vbi est dei prouidentia,cùm tanta sit in vita confusio, cùm plures in mendicitate & inopia & in extremis malis degant? Quod est signum eius curationis? Qui autem hæc dicunt, [** Ex collatione reuincit.*] * perinde faciũt ac si quis meridie quęrat solem videre, & dubitet de luce. Quod ostendens Propheta, & quamprimũ afferens solutionem,dixit. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Non dixit,Apparuit,nõ dixit,Resplenduit,sed,Signatum est,significans quòd

quemadmodum

quemadmodum quod in fronte signatum est,est omnibus manifestum, nec fieri potest vt id aliquẽ lateat: nec visum luce plenum & radios potest quis ignorare, ita,inquit,nec tuam prouidentiam. Quemadmodum enim lux signata,hoc est impressa,& insculpta,est manifesta omnibus:ita etiam prouidentia tuę benignita- [*Lumen vultus domini.*] tis. Lucem enim hîc dicit, defensionem, curationem, auxilium,prouidentiam. Deinde cùm pronunciasset, subiungit etiam probationem.Quámnam autem? *Dedisti lætitiam in corde meo.* Postquam inconsideratam reprehẽdit multitudinem, ex iis qui sapiunt & sani sunt, dei probat prouidentiam, & dicit, Dedisti lætitiam in corde meo,hoc est,Docuisti me philosophari,res quę ad hanc vitã pertinent aspernari,ea scire quæ sunt vera ac permanẽtia, vt bona spe ducerer effecisti, ad fu- [*Ex collatione.*] turam vitã manu duxisti,ante bonorũ perceptionem, me spe bonorũ pennatum reddidisti.Si quis enim pe- B cuniæ,vel etiam alicuius maximi regni hæres futurus, nõ solùm tempore perceptionis,sed etiam antequam ea experiatur, erigitur expectatione, ex spe magnam voluptatem perpetuò capiẽs,cogita qualem eum esse [*1.Cor.2.*] consentaneum est,qui expectat regnum viuens & immortale, & bona illa quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascẽderunt. Propterea inquit,dedisti lætitiã in corde meo. Quòd maximę erat [*Matt.17. 1.Cor.2.*] prouidentiæ,illa tunc prouidisti & præparasti. Quòd si ij qui sunt crassiores,carni & terræ affixi, hæc nõ attendunt,non ex eo qui est pollicitus, sed ex illorũ ve- [*Eccle.2.*] cordia turba & tumultus oritur.Et non dixit simpliciter & absolutè,Dedisti lætitiam,sed, In cor meum,ostendens nõ esse in rebus externis lætitiã,nec in mancipiis,nec in auro,nec in argento,non in vestibus,non in lauta & opipara mensa,nec in potentię magnitudi- C ne,nec in domus laxitate.Hęc enim lętitia nõ est cor- [*Lætitia et cordis & oculorum.*] dis, sed solùm oculorum. Multi ergo eorum qui hæc possident,vitam non esse vitalem existimant,& angoris fornacem in animo circũferunt, à curarum multitudine exhausti,& continuis timoribus oppressi. Sed mihi, inquit,non est in his lætitia, sed in corde intelligente,in mẽte incorporea, & ea quæ sunt incorporea cogitante.Quare si te delectãt præsentia, & ex iis Dei prouidẽtiam cognoscis,multo magis eam disce ex fu- [*Matth.6. Luc.12.*] turis quò sunt illa & præstantiora, & diuturniora, & quæ auferri nõ possunt.Si q diuitiis affluas & prospere agas,id tibi persuadet esse Dei prouidentiam, multo magis id tibi persuadeãt quæ sunt in cœlo diuitiæ. Si autem dicas,Quare sunt hæc in spe sita,& nõ apparent?hoc dixerim,quòd maximè nos quidẽ fideles ea quæ in spe sita sunt,his quę sunt manifesta manifestio- D ra ducimus. Talis enim est dei certitudo.Quòd si rursus dicas,Qua de causa hîc illa nõ accipimus?illud di- [*2.Tim.4.*] cam.Hoc est quidẽ tempus laborum & certaminum, illud vero coronarum & præmiorum. Quin etiam & hoc quoq;Dei est curationis effectus,labores quidem & sudores breui hac & fluxa vita circunscribere,præmia autẽ & coronas in vitã æternam extendere.Alioqui autem etiã quando multi erant imbecillioris animi,sensilia quoq; hæc eis bona dedit.Populum itaque [*Deut.28. Esa.1.*] Iudaicum per eam vitæ agẽdæ rationem deduxit. Etenim eis affluebant diuitię,& ad seniũ vsque vita producebatur,& omnis morbus procul aberat, & hostiũ internecio,& pax alta,& triumphi,& victoriæ, fœlixque bonorum liberorum multitudo & quęcunq; eius- [*Matt.19. Mar.10. Luc.18.*] modi oderant,iis qui deo parebant. Postquam autem accessit Dominus noster Iesus Christus,in cœlũ nos

A vocans,& quę hîc sunt, despicere persuadẽs, illorúmque nobis amorem immittẽs,& ab iis quę ad hanc vitam pertinẽt nos seiungens, hæc meritò in angustum cõtracta sunt:in illis autem vniuersæ sunt sitæ diuitiæ, vt qui iam perfecti euaserimus. Nam etiam in pueris, iis quidem qui sunt adhuc paulò minores,patres prębent eiusmodi,calceos,vestes,aureas quasdã bracteas, & armillas.Postquam autem creuerint,illis eis ablatis, dant alia maiora,bene dicendi in suggestu gloriam, in ciuitate splendorẽ,in aula imperatoria loquẽdi libertatem,magistratus & principatus,eos ab omni puerili ambitione abducẽtes.Ita etiam fecit Deus, nos à paruis illis &puerilibus abducẽs,ea quę sunt in cœlis pollicitus est. Ne hæc ergo quæ fluunt & prætercurrunt admireris,nec sis pusilli & abiecti animi. Quanquam nec iis quidem te omnino defectũ reliquit. Quoniam B enim eos qui carne tecti erãt,& in corpore versabantur,ne iis quidem penitus priuatos esse oportebat, hęc quoq; nobis affatim suppeditat. Et ideo propheta cũ altam illam & philosophicam prouidentiæ speciem agitasset,& dixisset,Dedisti lętitiam in corde meo,sub [*Act.14.*] meo,subiungit dicens: *A fructu frumenti vini & olei sui multiplicati sunt.* Hoc autem cùm dicit, non paruam inde tangit partem eius prouidentiæ quæ cernitur in iis quæ sub aspectum cadunt.Quando enim dicit frumentum,vinum & oleum,& quæ est in his abundantiam dicit & pluuiam,& bonam temporum temperationem, & terræ in vtero conceptionem, & pariendi nixum,& partũ,& aërem diffusum,& solis cursum, & lunæ ambitus, & numerosam stellarum choream, & æstatem,& hyemẽ,& autumnum,& ver,& agri colendi artem, & instrumentorum aptitudinem, aliarúmq; C artium examen. Nisi hæc enim omnia concurrerint, fieri non potest vt fructus perficiantur & ad maturitatem perueniant.Quando ergo dicit frumentum,vinũ & oleum,dat sapienti occasionẽ ex parte totum intelligendi,aperto mari prouidẽtiæ quæ apparet in sensilibus. Quocirca etiam Paulus alicubi concionans, & de eius prouidẽtia disserens,hinc verba facere aggreditur, dicens, Qui dat pluuias, & tempora fructifera, qui implet nutrimento & lætitia corda nostra. Quoniam autem propheta fugit quæ sunt superuacanea, prætermissis aliis omnibus,fructibus,baccis,generibus plantarum,generibus seminum,generibus herbarum, pratorum,florum,hortorum,& quæcunque sunt alia: ea ponit quę sunt cõtinentia,& ad vitam nostram necessaria,ex his illa quoque manifesta faciens.Quę nec dat nobis solummodo, sed cum magna copia ac mul- D titudine,& singulis annis.Quòd si ea etiam quandoq; contrahit, & dat parcius, in eo etiam rursus ostendit suam prouidẽtiam, multorum socordiam expergefaciens,& eos excitãs ad hæc bona ab ipso petenda.Sin autem dicant aliqui nõ esse Dei dare pluuiã sed simulachrorum: eos interrogemus vndénam hoc constabit?Quia poëtæ,inquiunt, dixerũt Iouẽ esse qui pluit. Sed illi ipsi dixerunt eum esse & adulterum, & pędiconem,& parricidam,& alia non minora his crimina illi adscribẽtes. At non sunt, inquit, vera. Ergo nec q pluat. Si hoc enim admittis, illa quoq; admittere necesse est.Si illa autem reiicis,& hæc quoque cum illis. Nos enim quoniam testes præbemus illius potentiæ quæcunq; ab eis dicuntur, suscipimus. Necesse est ergo te admittere illum quoq; esse adulterum, & ex eo discere q eiusmodi crimina sunt longè à diuina potestate remota, & qui talis est nequaquã fuerit deus, sed

Universidad de Deusto Biblioteca

fabula ipsa sibiipsi repugnat, & mendacium à seipso cõuincitur etiam si nolimus, & poëtas eiicit. Quòd illis autem eiectis omnia vestra sint peritura, clarum est. Ipsorum enim nomina inuenerũt illi & imposuerunt, quod etiam ex vestris quidã dixit philosophis. Quòd si illis relictis ad allegorias confugeris, te illud interrogabo, Quid est Iupiter? Est feruens, inquit, substantia, & pars quæ superat aërem, & quam appellãt æthere, ex eo ꝙ ferueat & vrat. Non est ergo ratiocinandi nec discernendi potestate prędita, sed expers rationis. Quòd enim natura aëris nec rationẽ habet nec ratiocinationẽ, cuiuis est apertum, & nemo est qui hoc nesciat, etiã si minus quàm lapis, sensus habeat. Quare iam de medio sublatus est Iupiter. Si aër enim est Iupiter, aër autem est id quod iam diximus, ex eo quoq; interibit fabula. Si autẽ est aër, nec fuit alicuius pater, nec aliquam peperit substantiam, cuiusmodi confingunt Solem, quem etiã vocant Apollinem, & eum dicunt esse eius filium: nec enim sol habet rationem, nec mentem, nec cogitationem, sed ipsum etiam est opus naturale, quod agitur & circunfertur legẽ quã ei Deus in principio posuit. Quanquam alioqui nec pluere est ætheris, sed nubium, quę aquam suscipiunt vel ex mari, vel ex aquis quę ab alto super cœlum ferũtur, vt dicunt prophetæ. Sin autem fidem nõ habes prophetis: signa aperta & manifesta præbemꝰ, quę maximè ostẽdũt eos fuisse à deo inspiratos, & nihil nobis disseruisse quod è domo sua afferrent, sed diuina illa gratia & supercœlesti afflatos. Quęcũq; enim ab eis dicta sunt, finem sunt assecuta, & omnia ad rerum veritatem euenerunt, seu vetera seu noua velimus accipere. Nam & quę de Iudęis à Prophetis dicta sunt, omnia finem ceperũt, quorum etiam exitus fuit omnibus manifestus: & quæ de Christo in nouo, quæ maximè ostẽdunt diuinam esse vtranque scripturam. si autem sunt diuina, quæ de deo in ea dicta sunt, ea vera sunt omnia. Ne dubita igitur de dei prouidentia, sed eius curã quã gerit, admirare, ꝙ cùm sint boni & mali, orbem terrarum & solem omnibus permittit, & omnibus dat pluuias. Quòd si sinit aliquos degere in mẽdicitate & inopia, id facit vt animam illorum corrigat, sapientiæ studiosiorem animã efficiens. Sciatis enim, sciatis apertè, ꝙ diuitię quidem iis qui non attendunt, sunt vitiorũ ministræ: paupertas autem, mater philosophię, eáque res ipsæ indicant quotidie. Quot pauperes sunt diuitibus prudentiores, & sapientiæ amantiores, & corpore saniores, cum paupertas eis & carnem & animam corrigat? *In pace in idipsum dormiam & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.* Vide etiam aliam non paruam speciem prouidentiæ, ꝙ pace fruantur qui sunt Deo dedicati. Pax est enim iis qui legẽ tuam diligunt, & non est ipsis offendiculũ. Nihil enim ęquè solet pacẽ facere ac Dei cognitio, & virtutis possessio, quæ animi perturbationem internum bellum domo procul eiicit: nec permittit vt homo cum seipso seditiones agitet. Sanè si hac pace non fruatur, etiamsi sit extrinsecus summa pax, etiamsi nullus eũ hostis inuadat, est omnium qui viuunt in terra miserrimus. Neq; enim Scythæ, nec Thraces, nec Sarmatę, nec Indi, nec Mauri, nec quæcunque sunt feræ gentes, tam atrox bellũ gerunt, quàm improba ac nefaria cogitatio, quæ versatur in penetralibus animi, & quæ non castigatur intemperans libido, & amor pecuniæ, & potentiæ vehemens desiderium, & in res quę ad hanc vitam pertinent, affectio. Et meritò. Illud enim est bellum externum, hoc verò est internũ prælium. Quòd autem quæ intus nascũtur, sunt iis quę extrinsecus inuadũnt, grauiora, & interitum magis afferre solẽt, hoc licet videre in omnibus. Etenim & ligni naturam vermis qui est intus magis corrumpit: & vires & sanitatem corporis, morbi qui intus procreãtur, plus lædũt, quàm qui extrinsecus adueniũt, & ciuitates non tam externi quàm interni & qui sunt eiusdem generis hostes perdunt. ita etiam animæ non tam externæ quæ in eam inuadunt machinationes, quàm quæ intus oriũtur ægritudines, perniciem afferunt. Sed si quis timorẽ Dei habẽs, hoc bellũ perfectè sedauerit, & perturbationes animi composuerit, & varias illas improbarum cogitationum beluas suffocans non permiserit vt in antris delitescant, is purissima & altissima pace fruetur. Hãc pacem Christus veniens largitus est. Hanc etiam Paulus precatus est fidelibus dicẽs in singulis epistolis: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro. Qui hãc enim habet pacem, nõ solùm barbarum & hostem, sed ne ipsum quidem diabolum extimescit, sed vniuersam ridet dæmonum phalangem, & est omnibus hominibus tranquillior & animo alacrior, vt qui non paupertate prematur, non morbo & mala valetudine grauetur, nõ aliquo eorum quæ humanitus inopinatò accidunt, perturbetur, propterea ꝙ valentem & sanam habeat animam, quę hæc potest præclarè & facillimè administrare ac tẽperare. Et vt sciatis hoc esse verũ, sit aliquis inuidus, & nemo cum eo bellũ gerat, quid iuuat? Ipse enim cum seipso bellũ gerit, quouis ense penetrãtiores in se cogitationes acuens, in omnibus quæ videntur offendens, & in singulis qui occurrunt hominibus seipsum saucians, in nullum beneuolo & grato animo prędit⁹, sed omnes illos tãquam hostes intuẽs. Quæ est ergo illi pacis externę vtilitas, quãdo ille furẽs & rabie percitus, & cõmunis naturæ hostis, circũcursat tantũ internum bellum gestans, & mille telis ac sagittis cõfodi, atq; adeò potius millies mortẽ pati optans, quàm videre quempiam ex iis qui sunt eiusdẽ generis, in bona esse existimatione, aut paulò fœlicius agere? Teneatur rursus alius pecunię cupiditate, innumerabilia bella, pugnas & seditiones in sua conflat anima: & tumultu ac perturbatione exagitatus, ne potest quidẽ paululũ respirare. At nõ is qui est liber ab eiusmodi perturbationibus, hoc modo affectus est: sed in tranquillo portu sedet, se studij sapiẽtiæ voluptatibus explens, & nullam eiusmodi molestiam sustinens. Quocirca hac quoq; prouidẽtia fruẽs propheta dicebat, In pace in idipsum dormiã & requiescã, innuens ꝙ ei qui hanc nõ habet pacem, ne communis quidem omnium portus est apertus, sed is quoq; obstructus est, nempe quietis & noctis. Huiusmodi enim perturbationes etiã eam quæ à natura datur securitatẽ profligant, alia grauiori tyrannide somni tyrãnidem omnino deturbantes. Inuidi enim, auari, & raptores hoc bellum vndiquaq; circunferentes, & intus sedẽtes inimicos habentes, quocunq; recesserint, pugnam nõ possunt effugere. Sed etsi domi maneant, & si in lecto iaceant, telorũ nubes, & tumultus vndis violẽtiores, cędes & vociferationes, querelas & eiulationes, & alia multò iis quæ inter hostes accidũt, grauiora sustinent. At nõ sic iustus, sed & vigilans delectatione fruitur, & nocturno tempore cum magna voluptate somnum capit. Quid est autem, In idipsum? In meipsum, inquit, totus coactus & cõuersus, non in curas innumerabiles diuisus, non quæ sunt huius vel illius cogitans, nec in orbem terrarum solicitudines dispertiens,

Plato in κρατ. & Iulius Pollux. ζεὺς ἀπὸ τοῦ ζέειν, id est à feruendo dictus.
Pluere nubium, non ætheris.
Psal. 17. & 12. 2. Pet. 1.
Matth. 5.
Psal. 118. σκάνδαλον. γνώμη.
βιβρώσκει à simili.
μεταφορά.
Luc. 2.
Ephe. 1.
Vt perstat imò ludit metaphoris.

dispertiẽs, sed quæ mea sunt cogitãs, & quæ mihi vtilia, & quæ sunt homini maximè cõuenientia. Quia tu dñe singulariter in spe cõstituisti me. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Propter spẽ futurorũ, & expectationẽ quæ est in te, oẽs animi mei perturbationes compressi. Sicut etiã dicit Paulus, Quod est enĩ in pręsentia admodũ leue afflictionis, insigniter æternũ põdus gloriæ nobis operatur, non cõsiderãtibus nobis quæ videntur. Nulla enim res est adeò difficilis, quæ non fiat facillima spe futuræ à deo bonæ existimationis. propterea dicit: In spe constituisti me. Et illud, singulariter, nõ est paruæ virtus doctrinæ. Quid est autẽ singulariter? seorsum ab improbis. Hanc enim pacẽ, inquit, apud te præclarè habui, & separatim habito, fugiens homines improbos ac corruptos. Et iure ꝓfecto. Quẽadmodũ enĩ corpora sæpe à corrupti aëris lue infecta pereunt: ita etiã anima sæpe damnũ accepit ex malorũ congressione: & quẽadmodũ sanus oculus quãdo laborantẽ aspexerit, afficitur, & qui est scabie refertus, iis etiã qui sani sunt eã impertit: ita etiã sæpe cõtingit in cõsuetudine improborũ hominũ. Et ideo etiã suasit Christus non solùm eos qui sunt tales fugere, sed etiã excindere, sic dicens, Si oculus tuus dexter te scãdalizat, erue eũ, & eiice à te, nõ dicens de oculo, quid enim mali fecerit oculus, si sit sanus animus? sed de amicis necessariis, & qui sunt nobis loco horũ membrorũ, & nos lædunt, hæc constituit, iubens eorũ etiã amicitiã contẽnere, vt sua salus efficiatur tutior. Quãobrem ipse etiam rursus progrediens dicit, Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniquè agentibus non ingrediar. Quinetiam Hieremias eũ dicit beatũ, qui sedet separatim, & tollit iugũ ab adolescẽtia. Iam verò etiã ꝓuerbia multa de ea re verba faciunt, dicẽtia & suadentia omnibus, non solùm declinare sed etiam resilire ab iis qui mala consulunt, & nõ cum illis versari. Si enim quę sunt naturalia, sæpe mutant naturam ex nala consuetudine: quantò magis quæ sunt arbitraria & nostræ volũtatis? Color enim & sanitas inest nobis natura: sed ea nõnunquã corrumpuntur ex alio habitu contrario, & rursus appetitus ciborũ, & eum sæpe perdidimus vitio ægritudinũ, multa etiã alia licet videre eiusmodi quę accidũt. Quòd si ea quę sunt naturalia, mouentur, multò magis ea quæ sunt voluntatis, quò facilius mutãtur ad vtrũlibet. Ne parũ damni afferre existimemus malorũ consuetudinẽ: sed ante omnia eos qui tales sunt vitemus, etiamsi sint vxores, etiamsi amici, etiamsi quilibet. Nam hoc etiã malos illos perdidit, Solomonẽ, inquã, & Sampsonem. Quinetiam totum genus Iudaicũ sic periit. Neque enĩ feræ ita pungunt vt hominũ improbitas. Illę enim venenũ apertè præ se ferunt: hi autẽ insensiliter & absque vllo strepitu virus quotidie immittunt, de animi robore quotidie paulatim detrahẽtes. Quocirca etiã impudicũ aspectũ Deus amolitur, dicens, Qui respexerit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. propterea ꝙ sit facile & procliue exitium. Tu autẽ si in ciuitate aliqua sis habitaturus, de aëre curiosè inquiris, an non sit salubris, non temperatus, non siccus. De anima autẽ rationẽ initurus, non es solicitus de eorũ cõsuetudine qui cũ ea sunt congressuri: sed temerè & inconsideratè eã omnibus permittis? Dic tu mihi, quomodo veniã assequêris qui eam sic negligis? Vndénam existimas eos qui deserta incoluerunt, admirabiles & claros euadere? nõ ꝙ strepitus & fora fugiũt, nec quòd longè à fumo qui est in medio, se collocarent. Eos ipse quoque imitare, in media ciuitate solitudinem persequens. Quomodò autem hoc erit? Si fugias improbos, & si bonos sequaris. Ita enim maiorem percipies securitatẽ quàm qui in desertis habitant, non solùm in iis fugiendis qui lædunt, sed etiam in communicando cum iis qui prosunt. Si enim malos quidem fugias, bonos autem sequaris, vtrinque & virtus augescet, & decrescet vitiũ. Vt hoc ergo fiat, hæc faciamus, parentes psalmographo, qui dicit: Tu domine singulariter in spe constituisti me.

2. Cor. 4.
τρόπον.
Cõfirmat similibus.
Matt. 5. Vt oculus dexter eruendus.
Thren. 3.
Arguit à simili.
Cõfirmat collatione
Matt. 5.
A simili σύγκρισις.

EIVSDEM IN QVINTVM PSALMVM.

In finem pro hærede. Psalmus Dauid. Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorem meum.

Videamus primùm quę sit hęreditas, & si ea ad nos quoque pertinet. Deinde tẽpus quo datur. Est enĩ absurdum si deferatur quidẽ nobis ex testamento hæreditas, tanquã quæ ad nos pertineat, de ea esse solicitos, & curiosè indagare, & scripta inquirere, & pecuniã soluere, & ad tabulas accedere, & quę in iis scripta sunt exscribere, & omnẽ adhibere diligentiã: hîc autẽ productis in mediũ testamentis, & omnibus libris apertis, esse socordẽ ac negligentẽ, idq; cùm non sit sensilis hæreditas. Accedamus ergo, & aperiamus scripturas, & iis quæ scripta sunt incumbamus, & videamus quibúsnam de causis hæc nobis relicta sit hæreditas, & quę sit natura hæreditatis. Non enĩ reliquit nobis hæreditatẽ purè & absolutè sed sub quadã cõditione. Quænã autẽ ea est? Qui me diligit, inquit, præcepta mea seruabit. Et rursus: Qui nõ tollit crucẽ suã, & sequitur me. & plura alia, quæ in testamento scripta sunt. Discamus etiã tẽpus quo eã sumus accepturi. Nõ est enĩ pręsens, sed futura vel potius & præsens & futura. Quærite enĩ regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis, tunc autẽ perfecta & integra dabitur hæreditas. Quoniã enim præsens vita est incerta & instabilis, & sumus adhuc imperfectiores: quod externi faciunt legislatores, vt iis qui ad plenam ac perfectã ætatem peruenerint, paterna bona tradãt, hoc etiã facit Deus. Postquã in virũ perfectũ, & mẽsurã ætatis occurrerimus, & ad vitã ab omni interitu alienã trãsierimus, tunc illã nobis tradit hæreditatẽ. Interea autem testatus est, & scripturas nobis reliquit, & dixit quænã facientes assequemur hęreditatẽ, vt ab ea non excidamus, neq; exhęredes efficiamur. Quòd si ꝑturbetur quispiã, ꝙ nos nõdũ sumus perfecti, & suspecta ei sint quę dicta sunt, audiat Paulũ dicẽtẽ, Quando eram paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabã vt paruulus. quando autẽ factus sum vir, euacuaui quæ erãt paruuli, loquẽdo de præsenti & futuro seculo. Et rursus, Donec occurrerimus omnes in virum perfectũ, in mensurã ætatis. In vita enim præsenti veluti apud nutricem quandam creatura hac alimur. Quãdo autẽ in domũ domini deducemur, exuentes vestes corruptionis, & assumẽtes incorruptibilitatẽ, ad aliã vitæ conditionẽ tũc traducemur. Hoc testamentum multos etiam exhæredes futuros minatũ est, si conditionibus in eo scriptis indigni fuerint. Sed videamus deinceps quænã sit hęreditas. Quæ nec oculꝰ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽderunt. Quomodo ergo in præsenti vita eorum sumus vsum percepturi, quorũ vel cognitio nostram cogitationẽ superat? Propterea ea illic nobis sunt reposita. Vide autem curam eius ac prouidentiã. Labores quidẽ vitæ præsenti attribuit: vt eius breuitate

Collatio.
Ioan. 5.
Matt. 10.
Luc. 12.
1. Cor. 9.
Ephe. 4.
1. Cor. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

tate vnà etiam terminaretur molestia, bona autem in futurum seculum reseruauit, vt remunerationes extẽderentur cum æternitate quæ est expers senij. Illam
Mat.6. Matt.12. 25. 1.Tim.6. et Apoc.1 conditionẽ vocat etiã regnũ. Etsi em̃ rationẽ superãt, quantũ tamen licet audire, ænigmaticè futura significauit, nunc quidẽ, vt iam dixi, regnum vocans, nunc autem nuptias, nunc autẽ imperiũ, ex splendidis quæ sunt apud nos nominibus ad illa cogitanda nobis viã aperiens, æternam gloriam, ab interitu alienã beatitudinem, cùm Christo conuersationem, cui nihil potest conferri. Quænã sunt autẽ cõditiones? Quæ nihil habent difficultatis.
Matt.7. Quæ vultis, inquit, vt faciant vobis homines, ea vos etiã ipsis facite. Vides quomodo nihil alienũ attulerit, sed ea quæ natura prius constituerat? Quæ vis, inquit, vt ꝓpinqui tui in te faciant, ea ipse quoque fac. Vis laudari? lauda. Non vis aliquid tibi furto surripi? ne furare. Vis honorari? honora. Vis misericordiam assequi? miserere. vis amari? ama. vis non malè audire? nec tu malè dixeris. Vide autẽ q̃ accuratè locutus est. Non dixit: Quæcunque non vultis vt faciant, nec vos facite, sed, quæ vultis. Quoniam duæ
Ad virtutẽ via duæ. sunt viæ quæ ducunt ad virtutẽ. Vna quidẽ, liberatio à vitio: alia verò, virtutis actio: hanc ꝓponit, per hanc illam etiã manifestans, & illã quidẽ significauit cùm
Matt.22. dixit, Quod odisti, alij ne feceris. hanc verò, Quæcũque vultis vt faciãt vobis homines, & vos ipsis facite. Est etiam alia cõditio. Quænam ea est? Diligere proximum, sicut seipsum. Quid esse possit hoc facilius? Odisse em̃ graue est, & turbas ac tumultus excitans. Amare autem, facile est & expeditũ. Si enim dixisset, Vos cum homines sitis, diligite bestias, prçceptũ fuisset difficile. Si autẽ qui homines sunt, homines amare iussit, vbi & substãtiæ similitudo, & cognatio, & ipsius naturæ admonitio plurimũ momenti afferunt ad diligendũ, quídnam habeat difficultatis? Quod fit etiam in leonibus & lupis. Nam apud illos etiam naturę cognatio conciliat amicitiã. Quãnam ergo poterimus afferre excusationẽ, qui leones quidẽ mãsuefacimus, & in iisdẽ nobiscũ ædibus collocamus: quod est autẽ eiusdẽ nobiscũ generis non attrahimus? Non videtis ꝙ multi ꝓpter hæreditatẽ senes venãtes circumcursant, & senectutis omnia mala tolerant, cum sint iuuenes, vegetóq; ac luxuriãti corpore podagrã, & alios qui senectuti accidũt morbos, mucũ, ac screatũ, ꝙ illis perpetuò assideant? Atqui illic sunt pecuniæ, & spes incerta, hîc autẽ cœlũ, & ante cœlũ Deo fuisse gratũ. Quæ est autẽ hæres? Inscriptio enim dicit, Pro hærede Ecclesia, & eius plenitudo. De qua dicit Paulus:
2.Cor.11. Despondi vos vni viro virginẽ castã exhibere Chri-
Ioan.3. sto. Et Ioannes, Qui habet spõsam, spõsus est. Ac spõ-
Collatio sponsi & sponsæ. sus quidẽ post primos dies remittit amoris vehementiã: spõsus autẽ noster nos amat ꝑpetuò, & auget desideriũ. Quod innuens Ioannes vocat spõsum, quando sunt summa desideria. Nõ solum autẽ ꝓpterea sponsam vocauit: sed etiã ꝙ vult omnes vnũ esse corpus, & vnã animã, ratione virtutis & amoris: & ꝙ quemadmodũ spõsa omnia facit vt viro placeat: ita nos etiam tales esse oportet per totam vitã. Quemadmodũ spõsa in illo die sedet in cubili, id vnũ tantummodo cogitans, quomodo viro placeat: ita etiã nos in hac vita sedentes, vnum solùm, nẽpe sponsi virtutẽ consideremus, & sponsæ modestiã ac decorẽ conseruemus. Hu-
Psal.44. ius sponsæ Dauid quoq; meminit dicens, Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varie-
Ephe.6. tate. Vis videre eius calceos? Audi Paulum paranymphũ qui dicit, Calceati pedes in præparatione Euãgelij pacis. Vis etiam videre eius zonam, & quomodo cõposita est ex veritate? Ille ipse te docebit. Accincti lũbos vestros in veritate. *Eph.6.* Vis etiã videre eius pulchritudinẽ? Id ab eodẽ quoq; disces. Non habens maculã vel rugã. Audi etiã quid de ea dicat Eccesiastes, *Cant.6.* Tota pulchra es propinqua mea, & macula nõ est in te. Vis etiã videre pedes? *Rom.10* Quàm speciosi pedes Euãgelizantiũ pacem, inquit Paulus. Et cùm eos sic cõposuisset, non venit gloriam suam ostẽdens, ne insigni sua pulchritudine eam obstupefaceret & amẽtem redderet, sed venit eodẽ indutus indumẽto quo spõsa, nec ipse eam sursum vocat, sed ipse ad eam accedit, seruãs hîc quoq; sponsi legẽ, quæ spõsum ad sponsam adducit, quod etiã dixit Moses: Pro eo relinquet homo patrem *Gen.2.* & matrem, & adhærebit vxori suæ. Et Paulus, Sacramentũ hoc magnũ est. Ego autem dico in Christo & *Ephe.5.* Ecclesia. Cùm ergo venisset in eius habitaculũ, & eam inuenisset sordidã, squallidã, nudam, sanguine inquinatã, lauit, vnxit, abluit, id q̃d in nullo alio potest inueniri. Cũ ipse ipsi fuisset indumentũ, eã sublatã sursum ducit. Ei parata est hæreditas. Quid ergo de ipsa dicit Propheta? Multa. est enim eius patronus, & multa eorũ quæ ei sunt euẽtura prædixit & proclamauit, queẽadmodũ de sponso, de sponsalibus & deductione ad sponsum, de bonis quæ sunt ei euentura, & hîc etiã pro ipsa loquitur, & incipiens, sicut hi qui causas defendunt oratores, dicit quẽnam sua oratione defendat, dicens se verba facere pro hærede. Quid autẽ petat hæres, audiamus, *Verba mea auribus percipe domine.* Spõsum vocat dñm, hoc est em̃ spõsæ prudentis officiũ. Si em̃ hoc fit in iis q̃ sunt eiusdẽ substãtiæ, & vxor maritũ vocat dominũ: multò magis in Christo & Ecclesia, vbi est etiã natura Dñs. Ita ergo eum vocat dominũ, non tantùm vt spõsum, sed etiã vt verè Dominum, & eum ad preces audiendas attrahit. Quoniam enim est ei ꝓposita hæreditas, hæc autem hæreditas non aliâs effectũ sortitur, quã si quæ sibi sunt præcepta rectè fecerit, orat & obsecrat vt ei opem ferat, vt quæ sunt ꝓposita perficiat, & nõ excidat ab hæreditate. dicit itaq;, Verba mea auribus percipe domine. & hoc dicit audacter & liberè, quoniã ea petit quæ ipse etiam dare vult. Queẽadmodũ siquis ea petat quæ eo qui sit daturus indigna sunt, nõ potest eã petere gratiã. Quãdo oratur aduersus inimicos, quãdo aduersus eos qui molestia aliqua affecerunt, ea nõ sunt verba hominis, sed diaboli. *Matth.5.* Si iurare enim est ex diabolo (quod em̃ est his ampli⁹, à malo est) clarũ est quòd etiã precari aduersus inimicos. Si ergo dicas, Verba mea aurib⁹ percipe, dic ea verba quę sunt hominis mãsueti ac humani, & qui nihil habet diabolicũ. *Intellige clamorem meũ.* *Clamor quid propriè.* Clamorẽ hîc dicit, non vocis intentionẽ, sed mẽtis affectionẽ. Nam Mosi etiam tacenti dixit, Quid clamas ad me? Non dixit, Quid oras ad me, sed quid clamas ad me? quoniã cum vehemẽti affectione ad eũ accesserat. Vt ergo scires ꝙ hîc quoq; nõ dicit clamorẽ, sed mentis affectionem, & intensum studiũ, nõ dixit: Auribus percipe clamorẽ meum. Sed quid? Intellige, hoc est, disce seu cognosce. Etsi enim humanis verbis vsus est, sed in ipsis tamen verbis humanis quod rectè repræsentatur, significat. *Intende voci supplicationis meæ.* *Exod.14. 1.Sam.1.* Dicit rursus vocem internam. Ita etiam clamabat Anna. Et non dixit simpliciter & absolutè, Intende voci orationis meæ, sed supplicationis meæ. *deprecationis.* cum enim qui orat oportet & habitũ & mentem supplicis

plicis induere. Qui est em̃ supplex, non suscipit verba accusatoris. Qui autẽ inimico malè precaẽ, est accusator potius q̃ supplex. Vidisti quomodo orationẽ attulit, quãdo eã fecit dignã quæ audiretur: ita etiã nos quãdo oramus, & volumus exaudiri, eam primùm ita cõparemus, vt sit oratio & non accusatio, & latis ab eo legibus cõuenienter eã introducamus. *Rex meus & deus meus.* Quod frequẽter dicit ꝓpheta, vel poti⁹ quod
Heb.11. erat Abrahæ vt eximiũ attributũ, vt dicit Paulus, Qua de causa non erubescit Deus, Deus eorũ vocari: hoc ipsa sibi assumpsit, & desiderio impulsa præclarè vsurpauit. Nõ em̃ dixit, rex absolutè, sed rex meus, & deus meus, amorẽ suũ indicans. Deinde affert autẽ causas
Matt.6. ꝓpter quas vult eam exaudiri. Quænam autẽ sunt eæ? *Quoniã ad te orabo domine.* Quis, ĩquit, deũ nõ orat? Multi videntur quidẽ deũ orare: sed id faciunt vt se ostentent hominibus. At nõ hæc sed ad deũ ferebatur, humanis rebus omnibus dimissis. *Manè exaudies vocẽ meã.* Vides vehemẽs studium, & contritũ animũ. A principio diei, inquit, hoc ago. Audiant qui post innumerabilia opera tandẽ veniũt ad orationẽ. At non ipsa, sed ab initio diei dabat deo primitias. Oportet em̃, ĩquit,
Sap.16.d. ad gratias tibi agendas solẽ præuenire, & ante ortum lucis te interpellare. Tu autẽ in Imperatore quidẽ minime patiaris eũ qui est inferior ante te adorare: nũc autẽ sole oriẽte ipse dormis, & cedis primo loco creaturæ, nec omnẽ creaturã præuenis quæ ꝓpter te facta
Collatio. est: nec ei agis gratias, sed cũ surgis, manus & faciẽ lauas, animã autẽ immundã negligis. Nescis quòd sicut corpus aqua, ita oratione mũdatur anima? laua ergo ante corpus animã, multæ illi insident vitiorũ maculæ, eas expellemus per orationẽ. Si em̃ os nostrum ita munierimus, diurnæ actionis pulchrũ iecerimus fundamentum. *Mane astabo tibi & videbo.* Adstabo tibi,
Sap.7.8. nõ loco, inquit, sed factis. Qui em̃ est eiusmodi, is ꝓpè esse potest. Vt em̃ ꝓpè simus, vel procul, ex eo euenit: deus enim est vbique. *Quoniã non deus volens iniquitatem tu es.* Ali⁹ interpres dicit, Et cõsiderabo ꝙ nõ deus volens iniquitatem tu es. *Neque habitabit iuxta te malignus.* Simulachra hîc innuit, ꝙ his delectarentur, & omni iniquitate, & rebus improbis. Neq; habitabit iuxta te malignus. Non erit tibi amicus, nõ erit tibi vicinus. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Ostẽdit hîc deũ odisse malos, docẽs eos qui illi ꝓpinqui esse volent, seipsos tales reddere, nempe ꝙ non alia ratione ꝓpe eum esse liceat. Si em̃ viro bono non possit esse ꝓpinquus, qui ab eo discrepet moribus: ei multo magis.
Sap.2. Quòd em̃ improbi nõ possint esse ꝓbis propinqui, audi quid dicãt de iusto, Grauis est nobis etiã dum videtur. Ita Ioannes vel agens in carcere, cùm ne videretur quidẽ, molestus erat Herodiadi, licet tantum ab ea aberat: post mortẽ autẽ, etiã illius qui tũc erat tyrãni vexabat cõsciẽtiã. Nemo ergo eorũ qui ex virtute viuũt, se graue aliquid pati existimet, etiãsi improbi eis insidientur. Qui em̃ faciunt, ij patiuntur. *Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquũtur mẽdaciũ.* Virum sanguinũ & dolosum abominabitur dominus. Hæc dicuntur nõ vt solũ audiamus, sed etiã vt doceamur hęc assiduè audiẽtes, & spõsi moribus cõgruere, & ei esse ꝓpinqui. Si hæc em̃ nõ fiant, superno auxilio deficimur, quo nihil potest esse deterius. Odisti omnes qui operãtur iniquitatẽ. Siue seruus, inquit, fuerit, siue liber, siue rex, siue quicunq; fuerit: Nõ em̃ ex dignitate, sed ex virtute solet deus amicos eligere. Sed quoniã nõnulli paulò crassiores odium nihil esse existimant: audi quomodo etiã supplicij timorẽ induxerit. Perdes omnes qui loquũtur mendacium, ad id quod est in peccatoribus crassius orationẽ transferẽs. Nõ em̃ vsq; ad odiũ subsistit suppliciũ, & si hoc quoque sit punitio ineffabilis, sed etiã perdet omnes qui loquũtur mendaciũ. Quanquã prius quoq; graue est, & gehenna deterius, sed ad eos quidẽ qui possunt intelligere, illud posuit, ad crassiores verò hoc quoq; adiecit. Ne ergo ꝑturberis ô homo, neq; obstrepas quãdo videris aliquos mẽtientes, rapientes, in bona aliorũ inuadentes, qui tamen nihil mali patiũtur: hoc em̃ erit omnino. Talis est em̃ dei natura, auersatur improbitatẽ, eã odit & abhorret. Loquentes autẽ mendaciũ hîc dicit eos qui malè viuũt, eos qui res fallaces persequũtur, eos qui libidini, gulæ, & auaritiæ sunt dediti. Hæc em̃ omnia appellat mẽdacia, seu falsa, pseudos enim vtrunque significat. *Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus.* Hominẽ hîc dicit qui cęde delectatur, qui insidiatur, qui est fraudulẽtus & versipellis, qui aliud quidẽ habet in ore, aliud in pectore, qui mãsuetudinis quidẽ ac comitatis ꝑsonã induit, sed se factis lupũ ostẽdit, quo nihil posse esse deterius. Apertus em̃ inimicus potest facilè caueri. Qui autẽ malitiam quidẽ celat, & vtitur malitia, cùm nõ possit facilè deprehẽdi, plurima mala facit. Quocirca Christus etiã, quãdo illi accesserint, sobrios & attẽtos nos esse iubet. Veniũt em̃ ad vos, inquit, in vestimentis ouiũ: intus *Matt.7.* autẽ sunt lupi rapaces. *Ego autẽ in multitudine misericordiæ tuæ, introibo in domũ tuam.* Quoniã ex eiusmodi hominibus collecta erat ecclesia, gẽtib⁹ magis, homicidis, prçstigiatorib⁹, mẽdacib⁹, impostorib⁹: dixerat autẽ, Odisti & auersaris: ostendẽs ꝙ ipsa nõ ex iustitia & rectè factis, sed ex illi⁹ clemẽtia ab illis liberata in penetralia introducta est, subiũxit, Ego autẽ in multitudine misericordię tuæ introibo in domũ tuã. Ne quis enim dicat, Quomodo ergo tu, quę hæc & illa fecisti, seruata es? dixit modũ salutis, Propter magnã, inquit, clementiã, ꝓpter ineffabilẽ bonitatẽ seruata sum: sed sunt nonnulli, qui nec misericordiã quidẽ admittunt, immedicabili morbo affecti, cuiusmodi sunt Iudæi. Gratia em̃ & misericordia, & si sit gratia & misericordia, volentes tamen & gratiã habẽtes seruat, non eos qui effrænata audacia repugnãt, & donũ non volunt suscipere, quales fuerũt Iudæi, de quib⁹ etiã dicit Pau- *Rom.10.* lus, ꝙ ignorantes dei iustitiã, & propriã iustitiã quærentes statuere, iustitiæ dei nõ fuere subiecti. Deinde quoniã de deo dixit, de seipso quoq; loquitur. *Adorabo ad templũ sanctũ tuũ in timore tuo.* Vbi enim gratiam accepero, tunc, inquit, mea offerã, hoc tibi sacrificiũ offeram. Adorabo ad tẽplũ sanctũ tuũ in timore tuo. Nõ sicut, inquit, multi qui orant, fricãtes, hiantes, torpescẽtes, sed cũ timore, inquit, & tremore. Qui em̃ sic orat, omne vitiũ deponit, ad omnẽ virtutẽ deducitur, Deum sibi reddit ꝓpitiũ. *Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos.* Dixit laudes Dei, dixit in malos odiũ, benignitatẽ, clementiã. Dixit suam salutẽ. Dixit quomodo seruata sit. Dixit postquã seruata fuit quænã attulerit, vitia auersata est, ad virtutẽ deduxit: iis etiam qui malè viuũt, bonã spem dedit, si voluerint cõuerti, vt qui possint misericordiã consequi: cõuertit sermonẽ ad petitionẽ, quę deinceps dicit, Domine deduc me in iustitia tua, per hæc docens auditorem prius hymnos ac laudes deo offerre, & pro beneficiis acceptis gratias agere, & tunc quæ vult petere, & pro iis quæ acceperit rursus agere gratias. Sed videamus

Universidad de Deusto Biblioteca

mus quænã ea ſunt quæ petit, num aliquid eorũ quæ ad hanc vitam pertinent?num quid temporale ac momentaneũ?num quid eorũ quæ præterfluunt?Num de diuitiis loquitur? nũ de gloria?nũ de potentia ? nũ de vlciſcendis inimicis?Nihil horũ. Sed quid ? Domine deduc me in iuſtitia tua ꝓpter inimicos meos. Vides quomodo nihil petit fluxũ&caducũ,& quomodo ſupernũ rogat auxiliũ?Qui eñ ea via ingrediuntur, eo maximè auxilio indigẽt.Iuſtitiã autẽ hîc dicit vniuerſam virtutẽ. *Iuſtitia virtus omnis.* Et rectè dixit,Tuam iuſtitiã.Eſt enim etiã hominũ iuſtitia, quæ ex externis legibus ꝓficiſcitur, ſed vilis,& quæ nihil habet perfectũ & abſolutum, & conſtat ex humanis cogitationib⁹. Ego autẽ tuã peto iuſtitiã quę à te delata eſt,quę deducit in cœlũ, & auxiliũ vt hãc iuſtitiã mihi conciliem. Rectè autẽ dixit illud,Deduc me.Præſens eñ vita via eſt,quę vt à manu ſuperna deducatur, opus habet. Si enim vrbẽ ingreſſuri opus habemus aliquo qui viã nobis indicet, multò magis in cœlũ peregrinaturi opus habem⁹ ſuperno auxilio,vt indicet,cõfirmet,& deducat. Multæ eñ ſunt ſemitæ quę diuertunt.Propterea dexterã dei teneam⁹.Propter inimicos meos.Multi,inquit, cõſpirarũt inimici,volẽtes greſſus meos diuertere,& in errorẽ abducere,& in aliã viam ducere. Quia ergo tales ſunt inſidiæ,tales inuaſiones, ipſe me deduc. Tuo eñ auxilio egeo.Nã vt in via quidẽ deducamur, eius eſt. Vt autẽ digni ſimus vt illa manu teneamur, noſtræ ſit diligentiæ.Si fueris enim immundus, non te tenet illa manus:ſi fueris auarus,ſi aliquã aliã habens maculam. *Dirige in conſpectu tuo viã meã.* Hoc eſt, fac mihi eã claram,apertã,notã:fac vt ea ſit apud me certa & recta. Alius autẽ interpres dixit: Cõplana ante me viã tuã, hoc eſt,redde planã ac facilẽ. *Quoniam non eſt in ore eorum veritas,cor eorũ vanũ eſt.* Mihi videtur hæc dicere & de iis qui in errore verſantur,& os & mentẽ accuſans, vt omni bono defectã,& de iis qui viuunt in ſcelere. *Sepulchrũ patens eſt guttur eorum.* Vel hominũ cæde delectari,vel mortua & malè olentia dogmata proferre hîc dicit. Non aberrauerit quiſpiã, ſi etiã eorum qui obſcœna verba loquũtur, ora ſepulchra appellauerit. Ille eñ fœtor eſt ſenſili multò grauior, qui quidem ex animæ putrefactione oritur:ſunt etiã auarorũ ora talia,quãdo nihil aliud ꝓferũt q̃ cędes & rapinas. Ne ſit ergo os tuum ſepulchrũ,ſed theſaurus.Theſauri enim multũ à ſepulchris differunt, *Sap.6.* ꝙ illa quidẽ corrumpũt qđ acceperint,illi verò cõſeruãt. Habe ergo tu quoq; diuitias ſtudij ſapientiæ,quæ perpetuò permanẽt, ſed non maleolentiã aliquam & putrefactionem. Et non dixit ſimpliciter & abſolutè ſepulchrũ, ſed patens, vt etiam ſignificet maiorẽ eſſe abominationẽ. Cùm eñ oporteret eos huiuſmodi verba celare, illi etiam proferunt,vt ſuum magis morbũ oſtẽdant.Et in mortuis quidẽ corporibus contrariũ faciẽtes,terræ tradimus. Hi autẽ in his verbis faciũt contrariũ,& quod in imo celare oporteret,proferentes,& multos offendentes, & omnibus vidẽda ꝓponentes,ſed eos qui tales ſunt, abigam⁹. Si eñ mortua corpora extra vrbẽ ſepelim⁹, multò magis eos qui verba mortua,& qui talia proferunt,& ne tegere aut obumbrare quidẽ volunt,longe amandare oportet.Huiuſmodi eñ ora ſunt cõmunis ciuitatis pernicies. *Linguis ſuis doloſè agebant.* Vidiſti aliud genus improbitatis. Hi quidem dolũ in mẽte ſua celant,blãdis verbis vtẽtes.Alij aũt adeò ſunt vafri & aſtuti, vt in ipſis verbis improbitatẽ obtegãt,fraudẽſque & inſidias cõſtruant. *Indica illos deus,excidant à cogi-*

A *tationibus ſuis.* Vide hîc etiam q̃ ſit mitis oratio. Non enim dixit,Puni,ſed iudica eos, & fac ceſſare à vitio, fac vt ſint irrita eorum conſilia, quod etiã pro ipſis licet orare,vt nõ vltra ꝓgrediatur eorũ improbitas. *Secundum multitudinẽ impietatũ eorum expelle eos, quoniã irritauerunt te domine.* Hoc eſt,Non ſunt mihi curæ ea quę mihi facta ſunt:ſed doleo propter ea quę tibi fecerũt. Hoc eſt eñ in primis pij & ſapientis animi,ſuos quidẽ nolle vlciſci : ſed dei iniurias vehementer perſequi. Multi faciũt his cõtraria,quæ in deũ quidẽ facta ſunt cõtemnẽtes,quę in ſe autẽ peccata ſunt acerrimè vindicantes.At non ſic ſancti,ſed eorũ quidẽ quæ in deũ fiebant,erant acerrimi vindices,quæ in ſe autẽ negligebãt. *Et lætentur omnes qui ſperant in te.* Vide lucrũ orationis.Et illi meliores euadẽt,& deſiſtẽt à vitiis:& alij magna voluptate afficientur, vidẽtes illorũ mutationem,& ad id quod eſt melius conuerſionem, & alios B ea ratione fieri meliores. *In æternum exultabunt,& habitabis in eis.* *Iob.20.* Hoc eſt maximè gaudiũ perpetuũ. Alia eñ *1.Cor.7.* gaudia nihilo ſunt ſtabiliora q̃ fluuiorũ fluẽta, quæ ſi- *Ioan.16.* mul ac videntur præterfluũt. Quæ eſt autẽ ex deo læ- *Philip.4.* titia, manet,firmiſq; hæret radicibus,& eſt ſufficiens, *Act.5.* perpetua ac ſtabilis,quæ nullis inopinatis ac inexpectatis caſibus interrũpitur, ſed per ea quæ ꝓhibẽt maior & ſublimior redditur. Nã & Apoſtoli flagellis cędebãtur,& gaudebãt,& Paulus affligebat̃, & exultabat.Moritur⁹ erat,& gaudij participes appellabat.Sed etſi delibor ꝓpter ſacrificiũ & miniſteriũ fidei veſtrę, gaudeo & collætor cũ vobis omnib⁹.Itidẽ & vos gau- *Phil.2.* dete,& mecũ collætamini.Cũ iis qui ita lætãtur,deus habitat. Quãobrẽ ipſe quoq; dicit,In æternũ exultabũt, & habitabis in eis.Hoc ipſum Chriſtus etiã ſigni- C ficãs dicebat,oſtendẽs eã voluptatẽ minimè poſſe ceſſare.Rurſus videbo vos,& gaudiũ veſtrũ nemo tollit. *Ioan.16.* Et rurſus Paulus,Sẽper gaudete, aſſiduè orate. *1.Theſ.5.* *Et gloriabuntur in te qui diligunt nomẽ tuum.* *1.Tim.5.* His eñ ſolis licet maximè gloriari,his gaudere, his lætari. Nam qui de iis quæ ad hãc vitã pertinẽt gloriatur,ac ſibi placet,is nihil differt ab iis qui in ſomno voluptate fruuntur. Quid eñ mihi,dic quæſo,ex rebus humanis eſt eiuſmodi,vt de eo quis poſſit verè ac ſolidè gloriari? Vires corporis? Sed vt eas validas habeam⁹ nõ eſt noſtri arbitrij,& ideo nõ eſt ꝙ gloriemur,& alioqui flacceſcũt & excidũt,& ſępe etiã lædũt eũ qui eſt iis præditus, ſi iis nõ vt oportet vtat̃.Hoc etiã videri poteſt & in pulchritudine,& in diuitiis,& in potẽtia,& voluptate, & omnib⁹ quę ad hanc vitã pertinẽt. Ideo autẽ gloriari & in amore in ipſum,eſt ornatus omniũ maximus, & D ſplendor qui innumerabilia ſuperat diademata, etiãſi ſit captiuus,& in vincula coniectus qui gloriatur.Hic ornatus,nõ morbo,nõ ſenio,nõ rerũ viciſſitudine, nõ tẽporũ varietate,non ipſa deniq; morte interrũpitur: ſed tunc etiam magis reſplendet. *Quoniam tu benedices iuſto.* Quoniam multi ex iis qui ita affecti ſunt,probris ac maledictis ab hominibus appetuntur, ac irridẽtur, & maximè qui virtutẽ perſequuntur: ne quis ex craſſiorib⁹ propterea animũ abiiciat, vide quomodo eius mentẽ fulcit,& ſuſtentat, dicens, Quoniã tu benedices iuſto.Quid eñ dãni accipit ſi homines cõtẽnant, & vniuerſus orbis terrarũ,quando dñs angelorum eũ laudat & prædicat?quemadmodũ ſi ipſe non benedicat:etſi omnes laudent qui terrã & mare habitant, ei nihil prodeſt. Hoc ergo omni ratione conſideremus,vt ipſe nos prædicet, ipſe nos coronet.Quòd ſi fiat,ſumus omnibus excelſiores, etiãſi in paupertate, etiamſi

etiam in morbo,etiamſi in extremis malis ſimus. Nã etiam beatus Iob,& in ſterquilinio ſedens,& vulnerũ ſanie exulceratus,& innumerabilibus ſcatens vermiũ fontibus,& illa indigniſſima patiens, vt qui à ſeruis cõſpuerẽt:eiq; ab amicis & inimicis,& ab vxore inſidiæ tenderẽtur,& ad inopiã,famẽ,& immedicabilem *Iob.1.* ęgritudinẽ illã eſſet redactus,erat omniũ beatiſſimus, quoniã deus ei benedicebat, dicens, Homo à reprehenſione alienus, iuſtus, verus, pius, ab omni re mala abſtinens. *Domine vt ſcuto bonæ volũtatis tuæ coronaſti nos.* Rurſus deſiit in gratiarũ actione,quibus gratiæ aguntur hymnos offerens. Quod eſt autẽ ſcutũ bonæ vo- *Scutum.* luntatis?ſcutũ optimũ,arma quæ ſunt ex dei ſentẽtia; arma optima ac pulcherrima. Quod autem dicit,tale eſt,nos optimo auxilio muniiſti.Alius autẽ interpres, qui dicit,Coronabis ipſum,de iuſto dixit, vt doceret, Coronabis ipſum iuſtum,hoc eſt,Bona tua volũtas eſt illi ꝓ armis,iiſq; pręſtãtiſſimis: vel illud, Optimo auxilio iuſtũ munis,& neq; eius pulchritudo priuata eſt ſecuritate,neq; eius ſecuritas gloria deficitur. Quid enim fortius, quid rurſus formoſius eo viro qui à ſuperna dextra munitur? *Pſal.102.* Hęc corona etiã ex miſericordia cõtexitur,quẽadmodũ ipſe Dauid dicit alibi,Qui te coronat in miſericordia & in miſerationibus. Hæc *2.Tim.4.* etiã ex iuſtitia,quẽadmodũ dicit Paul⁹,De cętero mi- *Eccle.32.* hi eſt repoſita iuſtitiæ corona.Eſt etiã corona gratiæ, *Eſa.28. iuxta 70. interpre.* ſicut dicit alius,Corona autẽ gratiarũ defendet te. Iã verò eſt etiã corona glorię,ſicut dicit Eſaias, Erit corona ſpei, ex gloria contexta. Corona eñ habet hæc omnia,benignitatẽ,iuſtitiã,gratiã,gloriã, decorẽ. Eſt *1.Cor.9.* eñ dei donũ,quod variã ꝓducit gratiã.Eſt etiã incorruptionis,quẽadmodũ dicit Paulus:Illi quidẽ vt corruptibilẽ coronã accipiant,nos autẽ immortalẽ.Hoc eſt ergo quod hîc dicit, ſecuritate & gloria nos coronaſti.Talia ſunt eñ dei dona valida, & decore plena. Tales ſunt coronę.At in hominib⁹ nõ ita eſt.Sed quid eſt quidẽ in gloria, non eſt omnino ſecurus.Quid eſt autẽ in ſecuritate,non eſt omnino in gloria, nec hæc facilè euenerint. Quòd ſi etiã euenerint, celeriter auferũtur.Dico verbi gratia,Qui ſunt potentes, & ſummos gerunt magiſtratus:ſunt quidẽ ſplendidi & illuſtres,ſed non ſunt ſecuri,imò vel eo maximè nomine in lubrico & periculoſo loco verſantur,propter glorię magnitudinẽ. Qui autẽ ſunt abiecti & viles, ſunt quidẽ ſecuri,eo ꝙ nõ cognoſcãtur, ſed eo ipſo ſunt vel maximè inglorij ꝙ ſint in ſecuritate.In deo autem nõ ita eſt:ſed vtraque inſigniter concurrunt. Conſiderãtes itaq; bonorũ magnitudinnẽ, & ante omnia ſit bo- *Heb.2.* nũ deo eſſe gratũ,quod eſt & arma, & gloria,& ſecuritas,& alia innumerabilia.Ad certamẽ nobis propoſitum curramus cum tolerantia,nec vnquã animo deficiamus,nec vnquam videamur inermes. Hoc enim belli genus nõ patitur, vt miles videat̃ ſine armis: ſed tunc demũ dimittitur apparatus, quando fuerit theatrum diſſolutũ:ſoluitur autẽ thearũ,quãdo anima ſoluitur à corpore. Quare quandiu hîc ſumus, pugnare neceſſe eſt,& domi ſedentes,& in forũ euntes, & prãdentes,& ægrotos & ſanos.Morbi eñ tempore,huius maximè pugnæ tẽpus eſt,quãdo dolores vndiq; conturbãt animam, quãdo triſtitiæ obſidẽt, quãdo adeſt diabolus incitans,vt acerbũ aliquod verbũ dicamus. Tũc maximè nos muniri oportet,tegi lorica,clypeo, galea,& armis cæteris,& perpetuò deo gratias agere. Hæc ſunt grauiſſima quę in diabolum torquẽtur tela, hic eſt ictus in dæmonẽ certiſſimus,tunc ſunt coronæ

A ſplendidiſſimæ.Nã etiam beatũ Iob (Nihil enim vetat quò minus ad eũ rurſus cõfugiamus) hoc maximè clarũ reddidit,hoc maximis laudibus affecit, hoc coronauit,ꝙ tempore tentationis morbi & paupertatis, immutabili animo apparuerit,& mẽte ĩmobilis, quib⁹ gratias ageret, deo verba obtulit,& ſpirituale illud ſacrificiũ.Erãt eñ ſacrificiũ verba eius quæ dixit,Do- *Iob.1.* minus dedit,Dominus abſtulit:ſicut domino placuit, ita factũ eſt:ſit nomen domini benedictum in ſecula. Quod quidem nos quoque ſemper faciamus, in tentationibus, in calamitatibus,in inſidiis, Deum gloria & honore afficientes,& perpetuò benedicẽtes. Quoniam ei gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

IN PSALMVM VI.

Domine ne in furore tuo arguas me,neque in ira tua corripias me. Quando furorem & iram audiueris, nihil humanũ ſuſpiceris.Sũt eñ verba quibus *συγκατάβασις.* B ſe accommodat,& ad captum noſtrũ demittit. Deus enim ab his omnibus liber eſt. Ita autẽ loquitur vt in craſſiorum cadat intelligentiã. Nam nos quoq; quãdo loquimur cum barbaris, illorũ lingua vtimur: & ſi cum puero loquimur,vnà cũ eo balbutimus:& vt millies docti ſimus,ad humilitatẽ illius nos demittim⁹.Et quid mirũ ſi hoc in verbis facim⁹,quãdo id etiã in rebus fit à nobis?Vt qui & manus mordeamus, & irã ſimulemus,vt infantẽ corrigamus.Ita etiã deus volens reprehendere,talibus verbis vſus eſt.Non eñ pro ſua dignitate loqui ſtuduit,ſed pro auditorũ vtilitate. Nã ſe non eſſe iræ obnoxiũ alicubi rurſus oſtẽdens, dicebat:Nunquid me ad iram prouocãt, non autem ſeipſos? Tu autẽ quomodo velles ipſum differere cũ Iudęis,cùm neq; iraſcitur,nec odio habeat malos?Odiũ *odium.* eñ eſt animi perturbatio,nec humana reſpicit. Vide- C re enim ex corpore ſumptũ eſt,neque audit:nam hoc quoque eſt ex carne, ſed ſi ei attributę nõ eſſent quæ ſunt hominibus ꝓpriæ affectiones,ex hoc malũ aliud dogma inductũ eſſet, nẽpe nõ regi omnia à dei ꝓuidentia:& dũ talia de deo audire recuſarent, multi ex iis qui tunc erant omnino deum eſſe ignoraſſent: eo autẽ ignorato,omnia periiſſent.Illo autẽ humanarũ, inquã, affectionũ deo attributarũ dogmate introducto,eius celeriter fieri poterat correctio. Cui eñ perſuaſum eſt deũ eſſe, etſi nõ habeat eam quã par eſt de deo ſententiã, ſed quid de eo craſſius ſuſpicatur:tempore quidẽ certè ei perſuadebit nihil tale in deũ cadere. Qui autẽ habet perſuaſum eius nullã eſſe ꝓuidentiã,nec vllã eorum quæ ſunt curã gerere, imò ne eſſe quidẽ, quid eum iuuerit ſi tractetur de dei impatibilitate?Illa ipſa de cauſa,cùm prius cũ illis diſſeruiſ- D ſet,poſtquã eis perſuaſit vt eum eſſe opinarẽtur, paulatim eos rurſus expurgat, ad hoc dogma euehens, de eo loquẽs ſublimius, & eum eſſe ab affectione remotũ oratione pertractãs. Dicit eñ, Nõ eſuriet, neq; laborabit:& qui eũ iraſci dixerat,idẽ rurſus oſtẽdens deũ eſſe impatibilẽ, ſubiungit, Nunquid me ad iram ꝓuocant,non autẽ ſeipſos ? & qui dixerat eum eſſe in templo,rurſus dicit,Non eſt homo in te ſanctus,& nõ *Eſa.40.* ingrediar in ciuitatẽ,hoc eſt,loco nõ cõtineor. Quòd *Hiere.7.* ſi non omnibus cõceditur,at prudentiori quidẽ certè *Oſee 11.* reliquit cogitandum, quòd qui à tyrannicis liber *iuxta 70. interpre.* eſt affectionibus,& ſine quib⁹ nõ licet viuere, ab aliis multò magis liber eſt. Dicit itaq;, Num eris vt homines dormiens? & vbiq; tractat ac loquitur de impatibilitate. Quare hîc quoq; quãdo furorẽ aut excãdeſcentiam audieris,ne putes eſſe affectionem. Si enim homines

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines qui sapientiæ studiũ meditantur,quoad eius A
fieri potest, ab ira alieni permanent:multò magis illa
1.Tim.6. substantia,quę est ab interitu & corruptione libera,&
quę nec dici nec cõprehendi potest. Nõ vides q; etiã
A simili. medici dum secant, vel vrunt, non ira adducti id fa-
ciunt:sed vt quod male affectum est corrigant scopũ
sibi proponentes, non irascentes ægrotis, sed eorum
miserentes,& à morbis liberãtes.Quando ergo dicit,
Ne in furore tuo arguas me: hoc dicit, Ne pœnas su-
mas de meis peccatis,nec mea delicta ꝓsequaris. *Mi-
serere mei domine,quoniã infirmus sum.* Hac voce oẽs ege-
mus,etiamsi innumerabilia rectè & ex virtute fecerimus,& vel ad summã peruenerimus iustitiã. Quocir-
Psal.142. ca ipse etiã procedens rursus dicit,Nõ iustificabitur in
Psal.139. conspectu tuo omnis viuẽs.& illud,Si iniquitates ob-
1.Cor.4. seruaueris, quis sustinebit?& Paulus,Nihil mihi cõsci'
Prou.20. sum,sed nõ in hoc iustificatus sum.Et alius, Quis glo-
riabitur purum habere cor,vel quis asseret se esse mũ-
dum à sorde?Omnes ergo egemus misericordia: sed
non omnes digni sumus misericordiã assequi. Nã etsi
sit misericordia,dignũ tamen requirit, quemadmodũ
Exod.33. ipse dicebat Mosi, Miserebor cuius miserebor:& mi-
serabor quem miserabor. Qui ergo fecit aliquid ꝓ-
pter quod sit dignus misericordiam assequi,dicit,Mi-
serere mei. Qui autem ab illius gratiæ assecutione se
deturbauit,frustra dicit,Miserere. Si em̃ esset peruen-
tura ad oẽs misericordia, nemo supplicio afficeretur.
Quãquã habet ipsa quoq; aliquod iudiciũ,& eum qui
dignus & aptus est vt ea fruatur, requirit. Multi ergo
sæpe eadẽ peccata admiserũt, & nõ easdẽ tamẽ pœ-
Psal.13. nas dederũt,vt qui alias haberẽt culpas quę ea præces-
Rom.3. serãt:& si vultis,in hac nũc immoremur oratione.Pec
carunt Iudæi oẽs,& fuerunt idololatræ,sed nõ omnes C
easdẽ pœnas dedere,sed alij quidẽ ceciderũt,alij verò
veniã sunt assecuti. In peccatis em̃ nõ quęritur solum
natura eius quod factũ est:sed etiã animus,& tẽpus,&
causa: & post peccatũ, si hi quidẽ perseuerarunt, illos
verò pœnituit,&si casu,si ex amore,&si dedita opera.
Et multa sunt quæ quærũtur,& tẽporis differentia, &
status reipublicæ.Vt exẽpli gratia. Peccarũt qui erãt
sub veteri,peccãt etiã qui sunt sub nouo:sed non de-
derũt vtrique easdẽ pœnas, imò hi grauiores. Et hoc
Heb.10. Paulus significãs dicebat, Qui legẽ Mosis fecit irritã,
sub duobus vel tribus testib⁹ moritur. Quãtò putatis,
deteriori supplicio dignus habebitur,qui filiũ dei cõ-
culcauerit, & sanguinẽ testamenti cõmunẽ existima-
uerit?Quãdo autẽ dicit,quãtò, intẽsum ostẽdit suppli
ciũ.Peccarũt qui legẽ præcesserunt, & qui erãt in le-
ge.Rursus priores pœnas leuiores luerunt. Hoc autẽ D
Rom.2. significans,dicebat, Quicunq; em̃ sine lege peccaue-
rũt,sine lege & peribũt.Illud,sine lege, significat leui⁹,
nõ grauius.Et,Qui cũq; in lege peccarũt, per legẽ iu-
dicabuntur. Quare?Quoniã illi quidẽ habent quę eos
accusat,naturã. Hi verò cũ natura etiã legem, & quò
plus doctrinæ acceperunt,eò maius subibunt supplici-
ũ.Rurs⁹ etiã ex authoritate licet hoc videre euenire.
Idq; ꝓspici potest ex sacrificio.Pro vniuerso certè qui
Leui.4. peccarat populo tantũ offerebatur sacrificiũ, quantũ
pro solo sacerdote.Id autẽ significat,q; quò maior est
authoritas,eò est grauius eorũ qui peccant, supplicĩ.
Ea de re quæ simpliciter quidẽ fornicabãt, de medio
tollebatur, sacerdotis autem filia cõburebatur.Possu-
mus etiã aliunde videre & veniã, & grauitatẽ augeri
supplicij,vt cum quisq; peccauit, hic pœnas dederit,
alius autẽ se voluptate expleuerit. Ille em̃ illic maio-
res:hic verò minores pœnas dabit,si nõ hic fuerit om-
nino absolutus.Et id significãs Christ⁹,inducit Abra- Luc.16.
hã dicentẽ diuiti:Recepisti bona tua,hic verò mala,&
nũc hic cõsolationẽ accipit,tu verò cruciaris.Sed hic
quidẽ sibi integrũ reseruauit suppliciũ, & ideo grauiter
fuit punitus, alij autem nõ integrũ,sed ex parte, &
ideo leuius puniũtur.Videris etiã quispiã supplicij dif
ferentiã ex magna intelligentia & ex simplicitate, vt
quando dicit, Seruus qui nouit voluntatẽ domini sui, Luc.12.
& nõ fecit,vapulabit multis. Qui autẽ non nouit, nec
fecit,vapulabit paucis. Multa etiã alia inuenerit quis-
piã quę faciũt differentiã punitionis,& differentiã mi
sericordiæ & benignitatis. Cõsidera autẽ id etiam in Gen.3.
eo qui prius homo fictus est. Peccauit Eua,peccauit
etiam Adam.Vnum autem erat peccatum.Ambo em̃
de fructu comederunt.Ambo autẽ non easdẽ pœnas Gen.4.
dederũt.Occidit Cain,& occidit Lamech,& hic qui-
dẽ misericordiã est assecutus,ille verò punit⁹ est.Col-
legit quispiã ligna sabbato, & nullã veniã est assecu- Num.15.
tus.Dauid occidit, & adulterium cõmisit: & salutem 2.Reg.12.
est consecutus.In his ergo quęrẽdis immoremur,mul
tò est em̃ melius hæc inquirere, q̃ nugas & conuen-
tus qui fiunt in foris attendere. Non solùm enim hæc
inuenisse,sed etiã quærere, magnũ est lucrũ, etsi non
inuenerimus.Cogemur enim in his immorari,& vni-
uersum tempus in his consumere. Cur ergo (oportet
enim ad prius institutã redire orationem)cùm omnes
Iudæi vitulũ conflassent, alij quidem puniti ,sunt: alij Exod.32.
verò minimè? Quòd illi quidẽ pœnitẽtia ducti sunt,
& ipsam naturã ignorarunt ꝓpter simplicitatem: illi
verò perseuerarũt. Quare fuit quidẽ peccatũ æquale:
sed quę consecuta sunt,non fuere æqualia.Quare au-
tem & in Adã & in Eua nõ fuit idẽ suppliciũ,& si fue-
rit idem peccatũ? Quòd non idẽ est à muliere decep-
tum esse & à serpente. Itaq; Paulus illud appellauit 1.Tim.2.
deceptionẽ,dicens,Adã nõ fuit deceptus, Mulier au- Num.15.
tẽ decepta fuit in transgressione.Cur autẽ is qui ligna
collegerat,non est assecutus veniã? Quoniã erat ma-
xime iniquitatis præceptũ statim ab initio transgredi:
& oportebat aliis magnũ timorẽ immitti. Hoc etiã in Act.5.
Sapphira&Anania accidit.Et nos itaq; quãdo pecca-
mus,cõsiderem⁹,an simus digni misericordia, si quid
fecimus vt misericordiã assequamur,si pœnitẽtia du-
cti sumus,si meliores euasimus,si destitimus. Nam qui
dum pœnitentia ductus est,salutẽ est assecutus,eo ip- ex positione
so seruatus est à dei misericordia. Ita ergo hic etiam ex collatione præcedentibus.
vult ex eo seruari,ex lachrymis, ex lamẽtationibus ac
planctibus.Lauabo em̃,inquit,per singulas noctes le-
ctum meũ,lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Id est,
ex compunctione conturbata sunt ossa mea,& anima
mea turbata est valde.Nõ hoc statim dicit,sed ad na-
turæ ad labendũ procliuitatẽ confugit,dicens: Mise-
rere mei domine,quoniã infirmus sum.Ita dicit ostẽ-
dens hoc non solùm sufficere. si em̃ sufficeret,omnes
ex eo seruati essent.omnes em̃ sumus homines. Mihi
autem, si de eo aliquid exactius dicendũ est, fortassẽ
ne hoc quidẽ videtur dicere,sed significat imbecilli-
tatem quæ proficiscitur ex tentationibus, ad miseri-
cordiam assequendã & clementiã, hanc quoque non
paruam rationem afferens. Hoc quidem certè etiam
in progressu significauit,dicens,Inuetaui inter om-
nes inimicos meos. Afflictio em̃ quæ offertur cũ gra-
tiarũ actione,solet magnam præbere ansam miseri-
cordiæ,& deum reddere propitium. Hanc ergo mi-
hi etiã videtur significare, dicens, *Sana me domine,quo-
niam*

niã cõturbata sunt ossa mea,& ãia mea turbata est valde. Nõ
dixit, Remitte mihi,neq; condona mihi,sed sana.Ro-
Ossa quę. gat em̃ vt priora deleantur vulnera. Ossa autẽ hic di-
cit vniuersam virtutem. Turbationem autem, ictum,
pœnam,suppliciũ. Sana me dñe quoniam conturba-
Attende hæc. ta sunt ossa mea,& anima mea turbata est valde.Quẽ
admodũ ergo in medicis tria sunt, vel poti⁹ quatuor,
vel etiam quinque, medicus,ars,ægrotus,morbus, vis
medicamentorũ,& existit quædã pugna ac cõflictus.
Si em̃ cum medico,arte,& medicamẽtis, accedit etiã
voluntas ægroti, morbũ vincunt. Si autem cum illis
stare in acie desierit, ad infirmitatem seipsum reducit:
cui seipsum tradidisset, etiamsi non cum illa aduersus
artem stetisset in acie. Ita etiam in nobis accidit, imò
poti⁹ nõ sic,sed multo admirabilius.Sub medicis em̃,
sæpe etiã cum morbo,& cum arte,& cũ medicamen-
tis stat ægrotus, & tamen nihil ꝓdest, cùm & natura B
imbecilla facta sit,& ars hæsitauerit,nec exitum inue-
nerit,& vis medicamentorũ aliquo casu effugerit. In
deo autẽ hoc nõ est,sed si cum medico steteris, vlcus
omnino curandũ est. Non est em̃ ars humana, vt du-
bitet:sed diuina facultas,quæ & naturas, & morbos,
& improbitatẽ,& omne deniq; vitiũ superat. Et ideo
hic quoq; cùm ad deum tanquã ad medicum accesis-
set,dicebat,Sana me domine,quoniã conturbata sunt
ossa mea. Nõnulli autẽ dicunt eum hic dicere cõtur-
Probatio per simile. bationẽ,illam quæ fit ex peccato. Quemadmodũ em̃
quando venti vehementes mari incubuerint, omnia
turbãt, & quę est in profundo arena sursum fertur,&
qui nauigant, in magno versantur periculo : ita etiam
in nobis turbatur anima,mouetur corpus : omnia cõ-
plentur tẽpestate:& plena est nobis deinceps cymba
tumultus ac perturbationis,& dẽsæ tenebrę,& pereũt C
omnia propriis locis relictis, & est maxima confusio.
Collatio. Hoc maximè & in libidinosis solet cupiditatib⁹ eue-
nire,hoc etiã in ira,& in calamitatibus.Hęc em̃ omnia
conturbant & ossa & animã,& pupillę inuertuntur:&
nec oculi quidẽ ritè intuẽtur, sed quemadmodũ per-
turbato auriga,equi insolenter feruntur: ita etiã con-
turbata ratione omnia confundũtur:omnia inuertun-
Expositio. tur,& ꝓpriũ locũ amittunt. Quomodo autẽ hæc fiat
perturbatio,dicere etiã necesse est.Non em̃ quemad-
modũ in mari ex ventorũ impetu, ita etiam in anima
ex inopinato casu,sed ex nostra socordia euenit.Nam
vt vel fiat,vel nõ fiat,ipsi in causa sumus.Vt,verbi gra-
tia,excitata cupiditate,nisi tu flammã accẽderis, for-
nax nõ excitatur,nisi materiæ dederis alimentũ. non
accenditur autẽ fornax,nisi de speciosis vultibus cu-
Prou.20. Eccl.16. riosè inuestigaris, nisi de aliena pulchritudine fueris D
nimiũ solicit⁹,nisi in theatra iniquitatis ascẽderis.Nisi
enim carnẽ deliciis ac lautitiis pinguefeceris,nisi vino
rationẽ obrueris,flãma nõ excitatur,fornax nõ accẽ-
ditur,non euadit belua ferocior, non tanquã à ventis
immanibus excinditur cogitationis puritas. Hæc er-
go,inquit,sufficiũt?Nõ sufficiunt hęc sola,sed oportet
etiã alia accedere,orationes assiduas, sanctorũ cõsue-
tudinẽ,ieiuniũ commoderatũ,victũ tenuem,necessa-
ria exercitia,ante alia autẽ omnia Dei timorẽ,futurũ
iudiciũ,supplicia intolerabilia,bonorũ promissiones.
Per hæc omnia refrenanda est cupiditas rabie exagi-
tata,& sedandum est mare commotũ fluctibus. *Sed tu
domine vsquequo?Conuertere domine,& eripe animam meam,
saluum me fac propter misericordiam tuam.* Ponit assiduè
illud, Domine, veluti quandam rationem adducens
gratiæ condonationis.est enim hęc nostra spes maxi-

A ma eius ineffabilis clemẽtia ac benignitas,& q̃ suapte
natura sit ꝓpensus ad cõdonandũ.Illud autẽ, Vsque-
quo,non est grauiter ac molestè ferentis,sed dolentis
ac mœrentis,& non ferentis molem tentationũ.Con-
uertere domine,& eripe animam meã.Duo hîc ponit
& ipsum conuerti,& eripere animam.Hoc em̃ à iustis
maximo studio cõtenditur,vt ipse reconcilietur,& sit
benignus ac propitius,& non auersetur. Hoc em̃ etiã
aliud cõsequitur,nempe vt seruetur anima, non quẽ-
admodũ multi homines, & maximè crassiores,vnum
solum requirunt vt præsenti fruantur prosperitate.At
non illi sic,sed vt salutẽ animæ consequantur,qua ni-
hil est eis antiquius. *Quoniam non est in morte qui memor
sit tui, in inferno autẽ quis confitebitur tibi?* Vide quot af-
fert causas salutis. Quoniã infirmus sum,inquit,quo-
niam conturbata sunt ossa mea, quoniam hæc peto à
domino, quoniã non est in morte qui memor sit tui.
Non hoc dicens,vitã nostrã vltra id quod præsens est
non progredi & extendi,absit : nouit em̃ resurrectio-
nem,sed quòd,postquã hinc excesserimus,non datur
locus pœnitentiæ.Diues enim & confitebatur, & du- Luc.16.
cebatur pœnitentia,sed nihil ei proderat, quoniã tẽ-
pus præterierat.Voluerũt etiã virgines accipere oleũ, Matt.25.
sed nemo eis dedit.Hoc ego vult hîc etiã, vt hîc pec-
cata eluamus. Vt in terribili tribun. a. fi liberè ac fiden-
ter loqui possimus.Deinde docens auditorem q̃ cum
dei clementia oportet etiã nostra consequi, nam etsi
imbecillitatẽ adducamus,si turbationem,si dei boni-
tatem, si hoc etiam ipsum quod dixit: nostra au-
tem his nõ accedant, nobis nihil prodest. Vide quid-
nam subiungit, *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singu-
las noctes lectum meũ,lachrymis meis stratũ meum rigabo.* Au-
diant qui sunt humiles & abiecti,qualẽ rex & purpura
indutus offẽdit pœnitentiã,audiamus, cõpungamur.
Non solũmodo laborauit,sed laborauit gemens, non *Hortatur ad pœnitẽtiam paradigmate*
tãtùm lachrymatus est, sed etiã lachrymis lectum la-
uit,non vno aut duobus aut tribus diebus,sed etiã sin-
gulis noctibus,& non solùm dicit præteritum,sed etiã
futurum. Ne putetis enim q̃ cùm hæc semel fecisset,
deinceps se quieti tradiderit,& laxamento vsus sit:sed
hoc assiduè fecit per totam vitam, non sicut nos, qui
vno die vt plurimum laborantes, atque adeò ne vno
quidẽ,nos ipsos risui,voluptati,& ocio tradimus. At
non ille:sed in lachrymis perpetuò agebat.Hanc nos
etiam imitemur confessionẽ.Si enim noluerimus hic
flere,illic omnino necesse est flere & eiulari: illic qui-
dem inutiliter,hic autẽ cum emolumento:& illic qui-
dẽ cum ignominia ac dedecore: hic verò decorè &
honestè. Quod enim necesse sit hoc fieri, audi quid *Matt.8. Luc.18. Matth.5. Luc.6.*
dicat Christus, Illic erit fletus & stridor dentium. At
non ij qui hic flent: sed magnam consequentur con-
solationẽ. Beati enim qui lugent, quoniã hi consola-
tionẽ accipient.Væ vobis diuitibus, quoniã accipitis
consolationem vestrã. Audiant qui lectos habent ar-
genteos,qualis erat lectus regis,non ex gemmis con-
flatus,nõ auro cõtextus,sed ablutus lachrymis.Et no-
ctes erant,nõ quietis,sed noctes fletuum & lamenta-
tionũ. Quoniã interdiu eum multæ curæ circunsiste-
bant,quod alij quietis ac relaxamenti tempus sumũt,
id ille ducebat tempus cõfessionis,tunc acrius lamẽ-
tans.Bonum est em̃ semper flere, maximè autẽ tem-
pore noctis,quãdo nullus est qui hanc admirabilẽ vo
luptatẽ excutiat,sed licet volẽti ea liberrimè expleri.
Sciunt qui eius quod dico fecere periculum, quantã
lætitiam habeãt hi fontes lachrymarũ.Hæ lachrymæ

possunt

Universidad de Deusto Biblioteca

A possunt extinguere ignē inexpugnabilē, fluuiū illum
Act.20. qui trahitur ante tribunal. Propterea Paulus etiā triēnio fleuit noctu & diu, alienas affectiones corrigens, nos autē ne nostra quidē, sed nos ipsos risui ac voluptati dedētes, tota nocte graui somno & crapula obruimur. Et hi quidē somno morti simili sunt affixi: alij verò agunt morte grauiores vigilias, fœnora & vsuras & in alios insidias eo tēpore animo agitantes. At nō ij qui sunt sani & sobrij, sed suas colunt animas, his lachrymis tanquā imbre vtentes, & semina virtutis augentes.
γνώμη. Nulli vitio & libidini erit adit⁹ ad lectū ei⁹ qui lachrymas eiusmodi suscipit. Qui eas em̄ fundit, nihili ducit quę sunt in terra, sed liberat animū ab oī obsidione, mētē reddit vel sole clariorē. Nec me existimaueritis solis hęc dicere Monachis, etiā ad eos qui reb⁹ ad hāc vitā pertinētib⁹ attēti sunt, habetur hęc exhortatio, & ad hos poti⁹ q̄ ad illos. Hi em̄ sunt q maximè
B indigēt pœnitētię pharmacis. Qui hoc modo lamentatur, surget animo meli⁹ affecto & cōposito q̄ sit portus trāquillus, oēs animi ꝑturbationes expellēs omni refertus lętitia, in domū dei liberè & securè ingredietur, cum propinquo iucundè colloquetur, non eū vexat ira in internis penetralibus, nō inflāmat cupiditas, nō amor pecunię, nō inuidia, nō aliquid aliud eiusmodi. Hæc em̄ omnia tāquā beluę in cauernis delitescūt, nocturnus ille gemitus & lachrymę te ad hæc obruēda præparauit. *Turbatus est à furore oculus meus.* Vidisti contritā animā. Postquā dixit pœnitentiā, dicit rursus perturbatiōes animi, cōturbationē quę est in mēte, timorē qui ex ira dei ꝓcedit. Oculum em̄ hîc dicit oculū animæ, perspicacitatē illam & ratiocinandi facultatē, quā solet perturbare suorū peccatorū cogita-
C tio. Quia em̄ sua delicta ante oculos perpetuò habebat, Dei etiā iram apud se cogitabat, timore affectus, nō omnis doloris penitus expers, sicut multi: sed horrens & cōtremiscens. Talis cōturbatio est mater trāquillitatis: Talis metus, est fundamētū securitatis. Qui ita est cōturbatus, omnē tēpestatē expellit. Qui tali nō est anima præditus, graues fluctus subibit, &
Collatio. quēadmodū nauigiū gubernaculo defectū, violentorum ventorū impetui relictū celeriter submergitur: ita etiā anima quæ nullo doloris sensu tangitur, exposita est innumerabilib⁹ perturbationib⁹. Quocirca etiā beatus Paulus dicebat ostendēs hāc affectionē, Qui omni doloris sensu priuati seipsos tradiderūt impudici-
Ephes.1. tiæ in operationē omnis immunditiæ, in auaritia. Et
Altera. quemadmodū gubernator, quādiu pro nauigātib⁹ solicitudine vexatur, oēs reddit quietos ac trāquillos:
D sed si ab ea liberatus dormiat, magnā affert perturbationē: ita etiā homo, qui horret quidē, tremit, & perturbatur, quietā reddit suā cogitationē. Qui autē socordiæ somno seipsum tradidit, efficit vt cymba obruatur. *Inueteraui inter omnes inimicos meos.* Quid est inueteraui? Debilitatus sum, inquit, ab inimicis meis. Vi-
Iob.7. ta enim nostra versatur in certamine, & innumerabilibus inimicis plena est, qui etiam efficiuntur potentiores quādo in peccata inciderimus. Quamobrē omnia sunt faciēda vt eorum manus effugiamus, & ne eis vnquā recōciliemur. Hoc est em̄ nobis securitatis maximæ fundamentū. Horum inimicorum phalangem
Ephes.6. Paulus significans, dicebat, Non est nobis colluctatio cū carne & sanguine, sed cū dominationibus, cum potestatibus, cum rectoribus tenebrarū huius seculi. Cū ergo talis sit phalanx inimicorū, semper & perpetuò in armis esse oportet, & fugere peccatorum insultus.

A Nihil enim facit adeò inueterare, vt natura peccati. Quamobrē Paulus quoque volens inueteratione quę ex eo fit amoliri, dicebat, Ne cōformemini huic seculo, sed trāsformemini renouatione mētis vestæ. *Rom.12.* Quādo ergo à peccato inueteraueris, renoua teipsum per pœnitentiam. *Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, quoniā exaudiuit dominus voce fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationem meā, Dominus orationem meā suscepit.* Nō est hęc quoq; parua via ad virtutē deducēs, malos fugere, qđ quidē Christus quoq; à nobis cū tanta hyperbole exigit, vt etiam amicos qui maximè necessariorum nobis membrorū loco sunt, iubeat excindere, quādo nos scādalizant, & nobis aliquid damni affert eorū cōsuetudo. Si oculus, inquit, te scandalizat, erue *Matt.5.* ipsum: & si manus te scādalizat, excinde ipsam, & eiice à te, non dicens de membris, absit, sed de veris & *Ocul⁹ eruendus & manus excidenda.* necessariis amicis, quorum sunt aspernandæ amicitiæ
B quādo nec nobis nec ipsis sunt vtiles, sed dānosæ. Ex hac virtute se rectè gerens hic quoq;, non solùm non persequebatur tales familiaritates & cōgressiones, sed etiam eis iubebat à se resilire. Hic est fructus pœnitētiæ, hoc est lucrū lachrymarū. Mens enim quæ ita est contrita, nulla deinceps libidine tenetur. Hoc ipsum nos quoq; faciamus: & si sit quispiā vel ipso diademate redimitus, nos autē lædat, aspernemur eius amicitiā. *Eradicatio ex collatione.* Nihil est em̄ viro vilius (etsi sit rex) quādo est vitio deditus, quēadmodū nihil est vel captiuo regalius ac magnificentius, quādiu virtutē possederit. Quoniā exaudiuit dominus vocē fletus mei. Non dixit, Exaudiit vocē meā simpliciter, sed vocē fletus mei. Vides quomodo sua largè & copiosè ꝓferat. Vocē hîc dicens, non intēsionē clamoris, sed affectionē animi: & *Vox & fletus qui.*
C fletū non eum solùm qui profluit ex oculis, sed etiam eum qui ex anima. Qui enim inducit pœnitentiā, & à deo exauditur, hoc etiā bonū potest præclarè consequi, vt consuetudinē improborū amoueat. *Tuto leg. Non exauditur.* *Erubescant & cōturbentur omnes inimici, cōuertantur & erubescāt valde velociter.* Hæc oratio maximā habet vtilitatē, pudefieri, inquā, & retrocedere. *A simili.* Quemadmodū em̄ si viderimus hominē in præcipitio & præruptis locis ingredientē, ne vlterius procedat retinebimus, dicētes, *Similia.* Homo, quò ferris? Occurret tibi præcipitiū quod ante est: ita etiā hîc vult malos retrocedere. Ita etiā furētem equū nisi quis citò represserit, citò peribit. Ita etiā medici, serpētis alicuius venenū sæpe serpens & emanans maxima celeritate, ne vlterius progrediatur, sistūt, eius vitiū incidentes. Hoc autē nos quoq; faciamus, & quod in nobis est, vitiū maxima celeritate reprima- *γνώμη.*
D mus, ne vlterius progrediēs morbum augeat. Neglecta enim peccatorū vulnera sæpe maiora euadunt, & nec vsque ad vulnera solùm sistit morb⁹ & infirmitas, sed sæpe etiam mortē parit immortalitatem, quēadmodū etiam si ab inito parua sustulerimus, nec magna consequentur. Cōsidera autē, Qui meditatus est *κλίμαξ seu gradatio.* non facere iniuriam, nec sciet pugnare: qui pugnare nesciet, se etiā rectè geret in amicitia. Qui se in amicitia rectè geret, non habebit inimicum. Qui autē non habet inimicum, sed habet charitatem, habebit omnem virtutem. *Ephes.5. Coloss.3.* Ne priora ergo negligamus, ne mala in maius crescant. Iudas si pecuniæ amorē coërcuisset, non venisset ad sacrilegium. Si illud compressisset, nō ad colophonem (vt aiunt) malorū prosiluisset. Et ideo *Matth.5.* Christus quoque non solum fornicationē & adulterium, sed impudicum etiam obtutum reprimit, radicem ab imo euellens, vt facilius possit superari vitiū.
Hoc

A Hoc etiā faciebat Iudæis crassius quidem, & tanquam per ęnigma. Loquebatur enim cum carnalioribus, sed
Deut.22. tamen faciebat. Quomodo? Non permittebat vt in bestiis vlla esset coniunctio ex diuersis generibus, non si-
Deut.12. nebat comesse sanguinem brutorum, nō permittebat
Deut.24. tenere pignora post vesperum, magna per hæc mala reprimēs. Per primum quidem initum masculorum, per secūdum autem cædes, per tertium autem crudelitatem & inhumanitatem. sed nunc omnia passim & impudenter fiunt, & ideo omnia sûsque dêque aguntur & feruntur. Quando ergo paruam animi perturbationem susceperis, ne eā neglexeris, quod parua sit, sed consydera ꝙ id quod ex ea alitur, maxima mala
Cōfirmatio. parit. Etenim postquam in domo aliqua parum stup-
Simile. pæ accensum viderimus, conturbamur & tumultum mouemus, non enim attendimus initium: sed ex initio finem consyderantes, mouemur, & cōcurrimus vt
B totum caminū extinguamus. Hoc igne vehementius animam exedit vitiū. Oportet itaque pręuenire. Nam si fuerimus negligentes, id correctu euadet difficilius.
A simili. Hoc viderit quispiā euenire etiam in nauigio, & conturbari nautas, non quando mare iam superare, sed quando id facturū esse viderint. Ne simus ergo in paruis peccatis socordes, sed ea reprimamus cum magna vehementia, vt liberemur à maioribus & bona futura consequamur, Gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cui gloria in secula. Amen.

IN PSALMVM SEPTIMVM.

DOmine deus meus in te speraui: saluū me fac ex omnibus persequentibus me & libera me. Oportet quidē scripturarū & historiarū adeò exactè habere cognitionem, vt non egeremus longiori ora-
C tione ad earum doctrinam, sed quoniam alij quidem in rebus quæ ad victum pertinent occupati, alij verò seipsos socordiæ dedentes, ea non audiuerunt, necesse est paulò longiori vti oratione, psalmi argumentū dicentes, sed attendite diligēter quódnam sit argumentum. Psalmus Dauid quē cecinit domino, Alius Psalmus pro ignorantia Dauid. Alius, Ignoratio Dauid, & pro Chusi Aethiope, inquit. Sed sic etiā obscura sunt quæ dicta sunt, quòd vos ignoretis historiā. Sed quoniam non oportet solum reprehendere, sed etiam docere, necesse est aggredi narrationē. Quis est ergo hic Chusi filius Iemini, & quęnam sint verba eius pro qui-
2.Reg.15. bus deo cecinit hoc canticū Dauid, hinc deinceps dicendum est ab initio ducta oratione. Absalon fuit filius Dauid, iuuenis incōtinens & perditus. Is aliquan-
D do insurrexit aduersus patrem, eóque regno & domo & patria eiecto, pro illo ipse tenebat omnia, & neque naturam, nec educationem, nec ętatem, nec quæ præcesserāt respiciebat, aut reuerebatur, sed erat adeò, vt semel dicā, crudelis, & immitis, & belua potius quàm homo, vt his omnibus perruptis obicibus, ipsis naturę insultaret legibus, & turba omnia ac tumultu compleret. tunc enim omnia euertebantur decreta naturę, hominum reuerētia, in deum pietas ac religio, humanitas & misericordia, alimentorum remuneratio, & in senectutem reuerentia. Nam etsi nolebat eum reuereri vt patrem, saltē reuereri oportebat vt senem. Quòd si canos negligebat, certè vt benefactorē. Quòd si nec sic quidem, vt eum quidem certè qui nullam fecerat
Att. vim φιλοτιμίας. iniuriam: sed amor principatus hāc omnem eiecit reuerentiam, & vt homo fera esset, effecit. Et hic quidē beatus, qui & genuerat & aluerat, tanquam qui è pa-

A tria migrasset, errabat in alienis finibus, & quæ ex his sequuntur malis opprimebatur: ille verò in bonis paternis voluptatem explebat. Cum res ergo ita se haberent, & cum illo instructi essent exercitus, & tyranno vrbes parerent, quidam Chusi vir probus, Dauid amicus, suam in eum amicitiam perpetuò conseruauit in hac mutatione temporum, & cum sæpe eum vidisset errantem in solitudine, dirupit tunicam, aspersit se cinere, acerbè fleuit & miserabiliter, & cum nihil aliud posset, lachrymarum affert consolationem: non erat enim amicus temporum, nec potentiæ, sed virtutis, & *Amicus temporū.* ideo licet regno euersus esset, non mutarat amicitiam. Cum ergo videret Dauid eum hæc ita faciētem, dicit ei. Sunt hæc quidē amici & eius qui in nos syncerè affectus est: sed nihil nos iuuabunt, sed consultandum est, & aliquid excogitandum, vt quibus impliciti sumus, mala expediantur, & inueniamus rationem nos
B liberādi ab his calamitatibus. Hęc cum dixisset, talem illi suam dixit sententiam, Vade ad filium meum, & amici suscepta persona disturba mihi illius consilia, & fac vt sit irritum Achitophelis consilium. Hic autem Achitophel, apud tyrannum tunc omnia poterat, rei quidem militaris valde peritus, & qui in bello & prælio Imperatoris partes præclarè poterat sustinere, & ideo Dauid eum plus timebat quàm tyrannū, tantum ingenio valebat & prudentia. His auditis ille paruit, nec vllam pusilli aut abiecti animi cogitationem suscepit, nec humile aut ignauum quid dixit, vtpote, Quid si fuero deprehensus? Quid si detecta fuerit mihi persona? Quid si fuerit deprehēsus actus simulationis? Callidus Achitophel hoc fortasse cōuincet & deprehēdet, & temerè ac frustra illic peribo. Horum ni-
C hil reputans, se in castra tyranni proripuit, vniuersæ rei cura in deum coniecta: & seipsum in media immisit pericula. Hęc omnia à me dicta sunt non solum vt laudemus, sed vt & quæcunque Dauid tristia euenerunt, quæcunque passus est, discamus, & quæcunq; alia commoda possunt ex historia percipi, ea etiam in medium adducamus. Vide enim quòd assiduè à multis inquiritur, Cur iusti affliguntur, improbi autem in quiete ac ocio versantur, hoc hîc inuenire possumus. Iustus enim versabatur in calamitatibus: sceleratus autem, & parricida, & ipsius naturæ inimicus & hostis, in fœlicitate agebat & palatiis regis. sed nec ille quidquā ex eo lucrabatur, neque hic lędebatur, sed ille quidem euasit maioribus obnoxius afflictionibus: hic autē clarior & splēdidior factus est: vt aurum in fornace, redditus afflictione purior. Hinc ergo primum hoc disce, *Documēta quatuor.*
D ne conturberis in huiusmodi rebus aduersis, cū videas etiam iustis id euenire. Aliud autē postea, ne muteris pro tēpore, sed noris leges amicitię. Tertium, vt etiam pericula audeas adire pro virtute. Quartum, vt etiā in rebus dubiis & afflictis bona spe sis præditus, Dei auxiliū expectans. Ille enim Chusi nō castra respiciebat, non tyranni timorē, non equorum multitudinem, nō armatorū phalanges, non ꝙ vrbes iam antè captę fuerant, non Dauid solitudinem & imbecillitatem, sed vnum solum respiciens inexpugnabile dei auxilium, & illius beneuolentiam, ita vtrasq; partes diiudicauit: & illas quidem inuenit impotētes & inualidas, has verò firmas & potentes. Ille enim iniuste faciebat, hic verò cum iusto seipsum seruabat. Cum ergo staret non vbi multitudo hominum, sed vbi erat virtutis præsidium, opem dei ad se attraxit. Hæc dico, vt nos quoque, etsi sint imbecilli à quorum parte stat ius, illorum par-

Universidad de Deusto Biblioteca

tes tueamur:licet ſint potẽtes qui faciunt iniuriam,ſo
γνώμη ex cietatem illorũ fugiamus. Vitium enim,etſi ſecum ha-
contrariis. beat vniuerſum orbem terrarum, eſt omnium maxi-
mè imbecillum. Virtus autem,etſi ſola ſit,eſt omnium
potentiſſima,habet enim deum ſecum ſtantem. Quis
ergo ſeruare poteſt eum qui à deo oppugnatur? Quis
autem poteſt perdere eum cui ipſe fert auxilium? Hęc
autem omnia ſapiẽter conſiderãs Chuſi,bona ſpe cõ-
cepta venit quò mittebatur:& poſtquam adſtitit,cum
vidiſſet tyrannum,ad æquitatẽ acceſſit. Ille autẽ cum
frequẽter eum vidiſſet, & eſſet imperandi cupiditate
ebrius, non diligenter examinauit:ſed illum irridens,
& probris impetens, Abi,inquit,cum tuo amico.ne in
animum quidem inducens vt nomen diceret,tantum
erat odium,& inimicitiæ. Cui Chuſi nihil commotus
2.Reg.16. nec conturbatus dicit:Quãdo deus erat cum ipſo, illi
beneuolebam:quoniã autẽ nunc tecũ eſt,conſequens
eſt vt tuas partes ſequar. Hoc tyrãno magnos ſpiritus
fecit,tumidũmq; reddidit,& re non diligẽter exami-
nata:nam vir leuis credit ſermoni cuilibet,quod illi e-
πεπαρχη- tiã vſuuenit,& inimicis apertus, ipſum ſtatim inter in-
δισμένος. timos admittit,& in primorum amicorum refert nu-
merum. Deus autẽ præſens,& quæ fiebãt regens,om-
nia diſpenſabat,& propoſito de bello cõſilio,cum alij
alia dicerent de eo de quo cõſultabatur,an ſtatim in-
uadere,an parũ differre oporteret, accedẽs ille Achi-
tophel, qui conſilio plurimum valebat, & in dicenda
ſententia prudẽs erat:hanc dicit ſententiã,dicens, Af-
flictum nunc & perturbatũ patrem tuum inuadamus.
Nam ſi ei reſpirandi nullum tẽpus dederimus,ita eum
de medio tollemus. Si enim eum imparatum nũc ag-
grediamur, res citra vllum laborẽ à nobis tranſigetur.
Hæc cum audiſſet tyrãnus,vocat etiam Chuſi,qui ad
ipſum transfugerat per ſimulationẽ, & eum facit eius
quod petebatur conſilij participem,quod nõ erat hu-
manę rationi conſentaneum, vt eum qui recenter ve-
nerat,tanto honore afficeret,&fide dignum exiſtima-
ret, vt etiam de rebus eiuſmodi eum eſſe vellet conſi-
γνώμη. liarium:ſed ſicut antè dixi, quando deus eſt ductor,e-
tiam quæ ſunt difficilia, euadunt facilia. Introducitur
2.Reg.17. Chuſi,& facit ei liberã dicendi poteſtatem, & vult eũ
dicere de eo quod proponitur. Quid verò Chuſi? Nũ-
quam,inquit,aberrauit Achitophel, noſti viri prudẽ-
tiam. Non reprehendit ſtatim eius ſententiã, ſed cum
laude. Eũ enim admiratus ꝙ oportunũ antea conſiliũ
dediſſet,ita præſentẽ vituperat ſententiã. Quod autem
Icon. dicit,tale eſt, Miror quomodo nunc errauerit: nõ mi-
hi enim videtur eſſe vtile conſiliũ. Si eũ enim nunc in-
uaſerimus,tãquã vrſus rabie percitus, ira plenus pater
tuus,& de vita deſperans, & cum ſumma pugnans in-
dignatione,ſuæ ſalutis nullã ducet rationẽ,& maximo
impetu in nos irruet. Quòd ſi parũ ceſſerimus, eum
cũ maioribus & inſtructioribus copiis aggrediemur,
& longè tutius,& citra vllũ laborẽ,& cũ maxima faci-
litate eũ veluti laqueo implicatũ capiemus & adduce-
mus. Laudat Abſalon ſententiã, & hæc dicit eſſe ſibi
vtiliora. Hęc autẽ dicebat Chuſi, Dauid volẽs dare tẽ
pus vt ſe parũ recrearet,ac reſpiraret, & cogeret exer-
citũ. Ita ergo repudiata Achitophelis ſententia,per vi-
ros aliquot ſecretos mittens,omnia Dauid renũciauit,
ꝙ tyrannus ſuam confirmarat ſentẽtiam, quæ Dauidi
2.Reg.18. afferebat victoriã. Quod ita etiam accidit. Cum enim
illi parũ ſpacij dediſſet,paratus Dauid eum inuaſit,fu-
ſiſq; ac fugatis hoſtibus victoriam retulit. Quòd cum
ꝓ ſua prudẽtia & ingenij ſolertia videret Achitophel

A & ex eo exitum intellexiſſet, nempe ꝙ hæc ſententia
Abſaloni afferebat exitiũ,non ferens cõtumeliã,rece- O Dignã
dẽs aptato laqueo ſe ſuffocauit,& ita vitam finiit. Hęc Achito-
itaq; omnia cum didiciſſet Dauid,pſalmũ ſcribit,qui- phele ne-
bus gratias agit deo hymnos offerẽs, & totũ ſtratage- cem.
ma deo tribuẽs. Quocirca incipiẽs ſic dicit, *Domine deꝰ*
meus in te ſperaui,ſaluũ me fac. Nõ in Chuſi,nec in huma-
na ſapientia,nec in illius prudẽtia, nec in meo cõſilio
ſed in te. Ita nos etiã faciamus, etiãſi per homines à no
bis aliquid præclarè geratur,Deo gratias agamus,tam
pro iis quę per nos quàm quę per alios nobis euenerũt
beneficiis. Si enim ita faciamus,nihil erit graue,nec dif
ficile,quod etiã faciebat Dauid, propemodum dicẽs:
Nõ in verbis Chuſi habebã ſpem ſalutis,ſed in tuo au-
xilio. Vide autem cũ quanta loquitur affectione, ſicut
ſolet facere. Non enim dixit,Dominus deus: ſed, do-
B mine deus meus. & alibi,Deus deus meus ad te de luce Pſal.62.
vigilo. Etenim cũ omnibus eo opus habebat: ſeorſum
autẽ ac ſeparatim propter inſigne deſyderiũ. Ita etiam
deus hoc ipſum facit iniuſtis, & cũ ſit omniũ deus, ſe
dicit ſeparatim eſſe deũ iuſtorum, Ego deus Abrahã, Exod.3.
& deus Iſaac,& deus Iacob. Vide autẽ eius ſapiẽtiam,
cum dixiſſet,Domine deus meus in te ſperaui: nõ di-
xit,Puni hoſtẽ,tolle de medio inimicũ: ſed quod ſuũ
eſt tantũ quærit,& dicit,Saluũ me fac,hoc eſt,ne per-
mittas vt malè patiar ab omnibꝰ perſequẽtibus me, &
libera me. Vide quomodo ne malè quidẽ patiens,no-
minatim meminit parricidæ,& naturam in calamitate
agnoſcẽs,& in bello reſpiciens filiũ, & in periculis nõ
obliuiſcẽs viſcerũ. Tanta erat in filios pietas & chari-
tas,vel potius tãta erat eius ſapiẽtia. Non enim tyran-
nis naturę,ſed animi potius mãſuetudo eum talẽ red-
C debat,& plus exercitui imputabat quã tyrãno:& ideo
dicit,Ab omnibus perſequẽtibus me,& libera me. Vi-
de quomodo non meminit illorum. Non enim dixit,
Ex iis qui mecũ belligerantur, ex iis qui mea diripiũt,
ex iis qui per ſummam libidinem meæ regiæ inſultãt,
& ſe omnibus explent voluptatibus:ſed, A perſequẽti-
bus me. *Nequãdo rapiat vt leo animam meã, dum nõ eſt qui*
redimat,neque qui ſaluũ faciat. Atqui collegit exercitum,
& multos ſecum habuit. Quomodo ergo dicit, Dum
non eſt qui redimat,neque qui ſaluum faciat? Quoniã
ne vniuerſum quidem orbem terrarũ auxilij loco ha-
bet,niſi opem diuinã fuerit aſſecutus,nec ſe eſſe ducit
in ſolitudine,licet ſolus ſit,ſi ſit illius auxilij particeps.
Et ideo dicebat, Non ſaluatur rex per multam poten- Pſal.32.
tiam, & Gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis
ſuæ. Nonnulli autem hoc dictum anagogice accpien-
D tes,leonem & perſequẽtes dicũt eſſe diabolum & dæ-
mones. Quoniam enim videbat filium ab ipſo raptum
& deuoratũ,rogat ne idipſum quoq; ei accidat, & di-
cit etiã cauſam propter quã hoc illi accidit. Quænam
eſt autẽ cauſa? Propter vitium,inquit,à ſe dei auxilium
auertit. Propterea dicit, Dũ non eſt qui redimat,neq; Leo diabo-
qui ſaluũ faciat. Quòd autẽ leo dicitur diabolus, audi lus.
ex ſcriptura quę dicit:Inimicus noſter diabolꝰ circuit 1.Pet.7.
vt leo rugiens,& quærens quẽ deuoret. Quin etiã ipſe
propheta dicit alibi, Et cõculcabis leonẽ & draconẽ. Pſal.90.
Eſt enim belua mutiplex,ſed ſi ſapuerimus, hic leo &
draco erit quouis luto vilior, & nec aduerſus nos qui-
dem diriget aciem. Sin autẽ direxerit,conculcabitur.
Ambulabitis enim,inquit,ſuper ſerpentes & ſcorpio- Luc.10.
nes. Circuit enim eum multa ira tanquã leo, ſed ſi eos
inuaſerit qui Chriſtũ habẽt,& crucẽ in fronte,& ignẽ
ſpiritus,& lampadẽ quę nunquã extinguitur, ne aſpe-
ctum

ctum quidem ferre poterit,ſed verſo tergo recedet,ne
conuerti quidem audens. Et ne glorioſa tantùm putes
Act.9. verba eſſe quæ dicta ſunt,conſidera mihi Paulũ. Nam
Probat pa- ipſe quoq; homo erat, ſed eum ita leo pertimeſcebat,
radigma- vt veſtes eius & vmbrã fugeret. Chriſti enim fragran-
te. tiam ex eo ſpirantẽ & aſcendentem non ferebat,& ad
lampadẽ reſpicere nõ poterat. *Domine Deus meus ſi feci*
iſtud,ſi eſt iniquitas in manibꝰ meis. Hoc perpetuò ſeruãdũ
eſt,vt non ſolummodo oremus,ſed ita oremus, vt etiã
exaudiamur. Non enim ſufficit oratio ad efficiendũ id
Luc.18. quod eſt propoſitũ,niſi eam cõpoſuerimus ſicut Deo
Eſa.1. videtur. Nam orauit etiam Phariſæus, & eum nihil iu-
uit, & Iudæi rurſus orarunt, ſed orantibus ipſis Deus
auertebatur. neque enim orabant, vt orare oportet,&
ideo iuſſi ſumus eã afferre orationẽ,quæ maximè poſ-
ſit exaudiri. Hoc etiã oſtẽdit in præcedenti oratione,
ſe non ſimpliciter & abſolutè rogare vt audiretur, ſed
poſtquam ſua attuliſſet. Quænam autem erãt ea? hoc,
Lauabo per ſingulas noctes lectũ meum, in lachrymis
ſtratũ meũ rigabo. & illud, Laboraui in gemitu meo.
Gratiæ &hoc,Diſcedite à me omnes qui operamini iniquita-
dei conci- tẽ,& illud,Cõturbatus eſt à furore oculus meus. Hæc
liatrices. enim omnia ad deũ attrahendum ſatis ſunt,luctus, la-
Pſal.4. chrymæ,gemitus,reſilire ab improbis,eiúſq; pertime-
ſcere & horrere ſententiam. Et alibi dixit, Si audiuit
Deus iuſtitiã meã, in tribulatione dilataſti mihi. Hac
Orãdi for enim ratione fit,vt exaudiamur. Primùm quidẽ ex eo
mulæ. ꝙ digni ſumus accipere. Deinde ex eo ꝙ ex Dei legi-
bus oremus. Tertiò, ex eo ꝙ aſſiduè. Quartò,ex eo ꝙ
nihil petamus eorum quæ ad hanc vitam pertinent.
Quintò,ex eo ꝙ petimus ea quæ ſunt vtilia. Sextò, ex
eo ꝙ quę noſtra ſunt omnia afferamus. Vide ergo mul
Act.10. tos qui ſic exaudiũtur. Cornelium, ex vita: Syrophœ-
Matt.15. niſſam,ex aſſiduitate:Salomonẽ, ex modo petitionis.
4.Reg.3. Matt.18. Propterea enim,inquit,quod nõ petiiſti pecunias,ne-
que animas inimicorũ tuorum. Publicanũ, ex humili-
tate, & alios ex alia ratione. Quemadmodũ ergo effi-
citur ex his vt audiamur: ita etiam alia ratione fit vt
non exaudiantur,licet iuſti ſint qui petant. Quid enim
fuit Paulo iuſtius? Sed quoniã petiuit quæ erant inuti-
2.Cor.12. lia,nõ fuit exauditus,pro eo,inquit, ter dominũ roga-
ui,&dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Quid verò Mo
Deut.3. ſe? Sed nec ille exauditus eſt,deo dicente, Satis tibi ſit.
Quia enim petebat ingredi in terrã promiſſionis: hoc
autẽ erat inutile, nõ permiſit Deus. Cum his etiam eſt
aliud quod facit nõ exaudiri,quãdo in peccatis perſe-
uerantes oramus. Quod etiam de Iudæis dixit Deus
Hier.7. Hieremiæ, Ne deprecare pro hoc populo. An nõ vi-
des quid hi faciunt? ab impietate nõ defecerunt, & tu
offers pro eis preces,ſed te non exaudiã. Rurſus, quã-
Oratio do cõtra inimicos petimus, non ſolũ non exaudimur,
medica- ſed etiã irritamus:eſt enim oratio medicamentũ,ſed ſi
mentum. neſciamus quomodo ſit adhibendũ medicamentum,
vtilitatem ex eo non capiemus. Videamus ergo quid
[illegible] hoc. hic etiam orãs dicit,Domine Deus meus,ſi feci iſtud.
Quid eſt,ſi hoc feci? Quod patior, inquit, Si inſurrexi
aduerſus patrẽ,ſi ſic me iniquè geſſi. Sed ne hic quidẽ,
eum qui fecit iniuriã,dicere nominatim in animũ in-
ducit,ſed pro filio erubeſcit & pudore afficitur. Quẽ-
Conuincit admodum ſi quis vir generoſus videns vxorem ſuam
impietatẽ adulterari,ne nominatim quidẽ eius delictum in me-
a ſimili diũm proferre ſuſtineat:ita hic etiam, Nõ dixit,Si in-
per adul- ſurrexi aduerſus eum qui genuit,ſi fui parricida. Sed,ſi
terium. feci hoc. Et quid hoc dico,inquit? cuiuſmodi enim eſt
virtus,non fuiſſe parricidam,quod nec in feris quidẽ

A cernitur? Si eſt iniquitas in manibus meis. Nõ dico de
hac iniquitate: ſed nec alia, inquit, inuenietur eſſe in
meis manibus iniquitas. Hæc autẽ dicit,non glorians,
nec ſe magnificè extollẽs,ſed quæ à ſe rectè facta erãt
coactus dicere. Sed nec hoc quidẽ magnũ eſt,ſi cõfe-
ratur cum eo quod eſt dicendũ. Quid hoc autem eſt?
Si reddidi retribuentibus mihi mala,inquit. Attẽde diligẽ-
ter. Non eſt enim vulgare quod dicitur, Bonũ quidẽ
eſt iniuriã non facere,ſed multo pręſtantius,& ſapien-
tis eſt animi,non vlciſci eũ qui facit iniuriã. Atqui hoc
quidẽ lex concedebat,iubẽs oculũ pro oculo, & den- Deut.19.
tem pro dente excindere:nec ſic lex trãſiliebatur, ſed
hic tanto erat ſtudio ſapientiæ præditus,vt non ſolum
legem non tranſgrederetur,ſed etiã ex nimia quadam
abundantia eã longè ſuperaret,foſſas,vt eſt in prouer-
bio,tranſiliens. Nõ enim exiſtimabat ſufficere ad vir- παροιμία
B tutem,niſi etiam iuſſa lõgo interuallo ſuperaret. Quẽ-
admodum ergo fecit etiam Paulus, qui ex Euangelio 1.Cor.9.
iubebatur viuere,& non viuebat,ſed ſine ſumptu prę-
dicabat Euangelium: ita etiam beatus Dauid,cum lex
ei permitteret vlciſci inimicos, non ſe continuit intra
hunc modũ,ſed eum lõgè etiã ſuperauit. A nobis au-
tem hoc non ſolũ exigitur,vt nõ retribuamus,ſed etiã
vt benefaciamus. Orate enim, inquit, pro iis qui vos Matth.5.
offendunt, benefacite iis qui vos oderunt. In Dauid
autem nõ paruum eſt non vlciſci, ſed etiam multò eſt
maius q̃ ſit legis præceptũ. Et ideo dicit, Si hoc feci,ſi
eſt iniquitas in manibus meis, Si reddidi retribuenti-
bus mihi mala. In filio enim vel ipſa natura prohibe-
bat,ſed ſi alios,inquit,iniuria affeci, vel etiã vltus ſum.
Quámnam ergo nos veniam conſequemur, & quam
afferemus excuſationẽ, qui poſt Chriſti aduentum nõ
C peruenimus ad menſuram eorum qui viuebãt ſub ve-
teri teſtamento? ídq; cum à nobis longè maiora exi-
gantur. Niſi enim abundauerit, inquit, iuſtitia veſtra Matth.5.
pluſquã Phariſæorũ, non intrabitis in regnum cœlo-
rum. Quemadmodũ enim non eſt æqualis is qui ſe in
lege rectè gerit,ei qui in iiſdẽ ſe rectè geſſit ante legẽ,
ita nec qui in gratia ei qui ſub lege, ſed etiam ex tẽpo-
re magna fit differentia. Hoc oſtendens Paulus & in
vitio & in virtute, vide quomodo illos quoque magis
admiratur,&hos maiori ſupplicio dignos eſſe pronũ-
ciat,ita dicens: Quando enim gẽtes,quę legẽ non ha- Rom.2.
bent,natura quæ ſunt legis faciunt,ij legẽ non haben-
tes ſunt ſibiipſis lex. Vides quomodo eos qui ſine lege
ſe rectè gerũt laudat & prædicat. Vide rurſus quomo-
do eos etiã qui peccant in gratia, oſtendit eſſe dignos
maiori ſupplicio iis qui peccãt in lege, ſic dicens: Qui
D irritam fecit legẽ Moſis,ſine miſericordia ſub duobus Heb.10.
vel tribus teſtibus moritur,quãtò putatis,deteriori ſup
plicio dignus habebitur qui filiũ dei cõculcauit,& ſan
guinẽ teſtamenti communẽ exiſtimauit? Et rurſus eos
qui ante legẽ,iis qui in lege trãſgreſſi ſunt,minori ſup- Rom.2.
plicio dignos eſſe oſtendẽs, Quicunq;, inquit, ſine le-
ge peccauerũt,ſine lege & peribunt,hoc eſt,mitius, vt
qui legẽ non habeant accuſatricẽ,ſed naturã tantum.
Quicunq; autẽ in lege peccarunt, per legẽ iudicabũ-
tur,hoc eſt,habentes grauiorẽ etiã cum natura legem
accuſatricem. *Decidam meritò ab inimicis meis inanis. Per-* Meritò nõ
ſequatur inimicus animam meam,& comprehendat, & cõcul- eſt in Græ
cet in terra vitam meam,& gloriam meã in puluerem deducat. co Chryſo-
Vidiſti iuſti fiduciam,& optimam cõnſcientiam. Niſi ſtomi ſed
enim valde ſibi confidiſſet,non eſſet talia imprecatus. ἄρα quæ
Quod autem dicit,eſt eiuſmodi. Si feci iniuriam, ſi me eſt exple-
vltus ſum,hæc & illa patiar, & in ſeipſum fert ſenten- tiua particula.

tiã,& nõ poſtulat vt pro modo rei iudicetur, ſed multo magis vt ſupra meritũ luat pœnas, & ſeipſum reddit illi ſupplicio obnoxium,à quo ipſum lex prohibet. Vide autẽ quódnã ſit illud. Decidã,inquit,ab inimicis meis inanis. Perſequatur inimicus animã meã, & cõprehendat,& cõculcet in terra vitã meam,& gloriam meam in puluerem deducat. Hoc eſt, Me inglorium, & bonæ famæ & exiſtimationis expertẽ perdat,& ſimul cum vita mea meã quoq; gloriam deſtruat. Quid eſt,Et gloriã meam in puluerẽ deducat?humiliet, conculcet, efficiar, inquit, meis inimicis expoſitus. Quid poſſit eſſe Abſalõ ſceleratius, qui patrẽ & talẽ patrẽ,

Attende mãſuetudinẽ Dauidis. adeò mãſuetum & mitẽ perſequebatur,cũ eſſet impudicus,petulãs,& contumelioſus? Quid ergo? Nũ reddidit retribuẽtibus ei mala? num reuocauit in memoriam quas acceperat iniurias? Nequaquã, & ſi examinaueris Saülis hiſtoriã, tunc maximè videlis illam vocem eſſe claram & illuſtrem. Cum enim eum qui poſt innumerabilia beneficia,& trophęa,& victorias,ei iniuriã faciebat,& inſidias tendebat,& quotidie cupiebat de medio tollere,& ſemel,& bis,& ter,& ſępe dormientẽ, & tanquã in carcere incluſum, & ſatellitibus deſtitutũ in manus accepiſſet,multíq; eũ iuberent occidere & de medio tollere,ei pepercit,& irã vicit,ídq; cum ſciret,quod eum dimittẽs, hoſtẽ eſſet & irreconciliabilem inimicum dimiſſurus. Sed tamen neq; memoria præteritorum,nec metus futurorũ, neq; vllum aliud eiuſmodi, eum ad illam cædẽ faciendã impulit: ſed ſapientia vſus eſt,& manũ cõtinuit,& iram refrænauit,& maluit periculum adire,& inſidiis appeti, & à patria & libertate excidere,quàm inimicum qui nulla de cauſa ei inſidiabatur,qui poſt innumerabilia beneficia ei mortem moliebatur,occidere,& de medio tollere. Ex multis quoq; aliis poteſt cognoſci bonus eius & innocẽs animus,& ideo multa ſibi imprecatur,eáq; grauia,ac difficilia,vt re infecta rediret,vt inimici eius ſint pro arbitrio compotes, vt moriatur inglorius, vt hoc patiatur ab inimicis, quod videt eſſe morte multo grauiꝰ,& ideo nihil homo nõ molitur, vt poſt mortem poſſit eius eſſe memoria. Vide igitur quot ſibi imprecatur, Vt fruſtra laboret,vt ab inimicis vincatur,vt moriatur,vt ne morte quidem communi, vt eius etiã memoria deleatur,vt cum ignominia, non tot & tanta ſibi imprecaturus,niſi cõſcientiæ vehementer confideret. Quòd ſi illi erat inimicus,non poteſt in eũ culpa conferri,neq; enim ipſe præbuit occaſionẽ. Quam

2.Reg.16 & ſeq. enim dedit filio occaſionẽ? Quam Saül? non illũ,cum quę mortẽ mererentur,feciſſet,ad tempus caſtigatum

2.Re.24. 26. reduxit,& reſtituit? Hunc autẽ mortem ei machinantem,in manus ſæpe acceptũ ſeruauit. Nõ ergo reſpice an inimicos habuerit,ſed an eos ipſe fecerit. Neq; eñi Chriſtus hoc iuſſit,nos non habere inimicos, ſed non

Penes nos eſt nõ odiſſe. odiſſe,hoc enim eſt in noſtra poteſtate, illud verò omnino nõ eſt. Ne autẽ ſine cauſa odio habeamus,nõ eſt in noſtra poteſtate,ſed in eorũ qui oderunt. Improbi enim bonos nulla omnino de cauſa odiſſe conſueuere. Etenim Chriſtum quoque ſine cauſa odio habue-

Pſal.34. runt,quẽadmodum dicit, Oderũt me gratis. Et Apoſtoli habuerũt inimicos pſeudoapoſtolos,& Prophetę falſos Prophetas. Nõ eſt enim hoc ſpectãdũ vt nõ ha-

γνώμη. beamus inimicos,ſed ne iuſtè,& ne cum cauſa,vt licet millies odio habeamur,nõ habeamꝰ odio, neq; auerſemur. Sũt hæc enim inimica,odio habere,& auerſari. Quãdo ego odio habeor,& odio nõ habeo,ille me inimicũ, nõ ego eũ habeo. Quãdo ei bene precor, quã-

A do ei volo benefacere, quomodo ego illi ſum inimicus? Propterea dicebat Paulꝰ: Si poſſibile eſt quod eſt *Rom.12.* in vobis,cũ omnibus hominibus pacem habẽtes. Noſtra ergo afferamus,& huic ipſi ſufficientẽ laudẽ. Quænam ſunt autẽ noſtra? vt verbi gratia. Hic odio te habet,& bellũ gerit. Tu ama,& eũ beneficio affice. Probris & maledictis appetit,tu benedic & lauda. Sed ne ſic quidẽ ſoluit inimicitias, maiorem igitur tibi affert mercedẽ. Mali enim,quo magis à nobis obſeruati bellum nolunt cõponere:eo nobis ſplendidiorem remunerationem comparant, & ſe reddunt imbecilliores. Qui enim odio habet,& nõ recõciliatur: colliquatur, tabeſcit,& in perpetuo bello verſatur. Qui eſt autẽ his telis ſuperior,ſtat remotus à magnis tempeſtatibus,& ſibiipſi ante illum maximè prodeſt, ſtudet illi recõciliari,& nõ cum eo bellũ gerere,ſeipſum à bello & pugna liberãs. Fugiamus ergo inter noſipſos bellũ gere-

B re,& eorũ radicẽ de medio tollamus,vanã gloriam,& auaritiã. Vel enim propter pecunias eſt inimicus quiſpiam:vel propter vanam gloriã. Quòd ſi iis fuerimus ſuperiores,etiã ne nos apprehendant inimicitiæ, euademus ſuperiores. Et ſi ergo contumelia affecerit,magno & forti animo feramus. ſeipſum enim, nõ te afficit iniuria,& ſi percuſſerit,ne dextram contrà tendas. Ipſe eſt enim qui feritur,te quidẽ manu, ſeipſum verò ira pulſans, & ſibi malã ab omnibus exiſtimationẽ cõparans. Quod ſi hæc tibi videntur eſſe difficilia,conſidera. Si quis furẽs veſtem tuã perfregerit,quémnã dixeris malè pati, téne qui paſſus es,an illũ qui male fecit? Clarum eſt ꝙ illum. Deinde vbi veſtis quidẽ confringitur,qui fecit,paſſo grauiora paſſus eſt. vbi autem cordis rumpitur(hoc enim facit ira)non illũ grauiora

C eſſe paſſum putabis eo ꝙ nihil omnino paſſus eſt? Neque enim hoc dixeris,ꝙ veſtem tuã diſrupit,ſed quod *ἀντιπολ. Collãtio phyſica.* prius cor tuum. Quẽadmodum enim non fuerit morbus regius,niſi bilis diſrupta ſit,& proprios limites tranſilierit:ita vehemens ira tibi nõ fuerit,ſi non fuerit cor diſruptũ. Quemadmodũ ergo ſi videris aliquẽ regio morbo teneri,& ſi mala fecerit innumerabilia,morbũ ad te nolis attrahere:ita etiã in ira. Ne imitare vitium, ſed illius potius miſerere qui quã in ſe habet,non frænat beluã,ſibíq; prius damnũ affert & exitium. Quòd enim qui tales ſunt ſibiipſis damnũ afferũt,licet audire multos,qui huiuſmodi pugnas & lites componunt, dicẽtes,& eos admonẽtes, Parce tibiipſi, facis tibi iniuriã. Tale eſt vitiũ:eum qui ipſum parit, ſolũ damno afficit,omnia ſúſq; déq; mouẽs & agitãs. Ne ergo vo- *A ſimili argumentum.* lentes alios vlciſci,ipſi à portu excidamus. Neq; enim

D ſi quiſpiã nauem fracturus,& ſubmergẽdus,te in terra ſedentẽ cõtumeliis afficeret,ex eo dolorẽ caperes,nec è terra excedens,cũ eo eſſe velles naufragij particeps. Hoc ergo apud te reputa, ꝙ qui te contumelia afficit, & probris inſectatur,tãquã turbine & procella aliqua agitatus ſubmergitur,in irę naufragiũ incidẽs, tu autẽ qui fers fortiter,& in portu & in littore agis ſuauiter. Sed ſi ad eandẽ deferaris cõtentionẽ, nõ illũ ſed teipſum demerſiſti. *Exurge domine in ira tua, exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Hoc ita dixit, oſtẽdens quod poteſt etiã ſurgere nõ in ira,quãdo dicit. Surge domine, ſerua me deus meus. Cũ autẽ audis, Exurge,nihil corporale ſuſpiceris. Quẽadmodũ enim ſedere nõ dictũ *Pſal. 44.* eſt in deo corporaliter, ita nec hoc. Tu enim, inquit, ſedẽs in ſeculũ. Quid eſt ergo quod ſignificat per ſeſſionem? firmitatem, immobilitatem, & naturæ ſtabilitatem,atq; conſtantiam. Quod quidem ſignificauit etiam

A etiam per id quod ei ex aduerſo opponitur. Cũ enim *Pſal.91.* dixiſſet, Tu ſedens in ſeculũ, ſubiunxit, Vos autẽ pereuntes in ſeculum. Quemadmodũ ergo ſedere nõ eſt corporale:ita nec etiã ſurgere,ſed illic quidem ſtabili-

Sedes,iudiciaria poteſtas. tas:hic autẽ puniendi vis & conſumendi poteſtas. Sedere autem ſignificat etiã nonnunquam iudicandi facultatẽ, vt quando dicit, Sediſti ſuper thronũ, qui iu- *Pſal.9.* dicas iuſtitiam. & Daniel, Throni poſiti ſunt: & ſedit *Danie.7.* iudiciũ. Eſt etiã regale ſedere,vt quando dicit, Thro- *Pſal.44.* nus tuus deus in ſeculũ ſeculi. Virga rectitudinis,vir- *106.* *Ira dei.* ga regni tui. Vnde illud, Sede à dextris meis, ſignificat ęqualitatem honoris. Quid eſt autẽ, In ira tua? Id quoque ita rurſus accipiendũ eſt vt deo conueniat,eúmq; deceat. Ira enim dei,non eſt animi perturbatio,ſed punitio. *Exaltare in finibus inimicorũ tuorum.* Alius dicit, in ira aduerſus inimicos tuos. Alius, In bile eorũ qui me affligunt. Alius,in dilationibus alligantium. Hebræus autem id quod eſt, In finibus, dicit בְּעֶבְרוֹת צוֹרְרַי videquomodo rurſus nõ ſe vlciſcitur,ſed hæc dicit pro dei gloria. Non enim dixit ſolũmodo, Puni inimicos meos,vel tuos,ſed, Exaltare. Et quomodo exaltatur al-

Eccle.18. Mala.2. Pſal.109 Rom.2. tus & qui eſt ſemper altiſſimus? Eius enim naturæ altitudo nec creſcit, nec minuitur, eſt enim perfectus & nullius rei indigẽs,& qui ſemper ſimiliter & eodẽmodo ſe habet. Quomodo ergo, & quánã ratione exaltatur? Exaltatur in multorũ mentibus. Quẽadmodũ ſæpe lenitate & lõganimitate vſus eſt. Inimici autẽ exiſtimabant hoc nõ eſſe longanimitatis, ſed humilitatis & imbecillitatis. Quocirca etiã humiliatur,non re quidẽ

ἀνομοιος Exaltatur deus per ſimile. ipſa ſed illorum cogitatione. Quẽadmodum enim ſol videtur eſſe obſcurus & ſubluſtris iis qui laborãt oculis:ita deus videtur eſſe infirmus & imbecillus in eorũ mentibus. Sed quemadmodũ ſol ita exiſtimatur, non

C eſt autẽ ſubluſtris & opacus, ſed eſt affectio illorũ im- *Iuſti ad deum collatio.* becillitatis:ita etiã deus,etiam ſi hoc exiſtimetur, non eſt imbecillus:ſed id ex illorũ inſipiẽtia accidit. Quid ergo dicit iuſtus? Exaltare etiam apud inimicos meos.

**Varietas interpretũ hic adductorũ,proficiſcitur à polyſemia vocis עַל quæ & reſpondet præpoſ. ὑπὲρ hic cũ affixo eſt. עָלֶיהָ enim propter,ſuper,ad,apud,vſque,vltra ſupra.* Perſequere,& vires tuas oſtẽde,vt qui te humilẽ exiſtimant,ex iis quæ patiuntur,tuam videãt gloriã, vidiſti eius inſtitutum,nõ id quod ſuũ,ſed quod dei eſt quærentis. Illud autẽ, In finibus,alij quidẽ dicũt, In capitibus. Alij autẽ,nullus fugiat inimicorũ. Magna eſt autẽ iuſti uirtus,quãdo eoſdẽ habet dei inimicos,& eoſdẽ amicos,quẽadmodũ magnũ vitiũ,quando dei amicos inimicos,& inimicos amicos habeat. Quẽadmodũ ergo deus dicitur habere inimicos, nõ odio habẽs, neq; eos auerſans, ſed improbas eorũ actiones abhorrens. Ita etiã iuſtus habet inimicos nõ eos vlciſcens,ſed improbitatẽ auerſans. *Et exurge domine deus meus in præcepto quod mandaſti.* * Alius dicit, In iudicio. Et Synagoga populorũ circundabit te. Alius dicit, Circundet te. Et

D propter hanc in altum regredere. Alius dicit, Et ſupra ipſam in altũ cõuertere. Hebræus autẽ illud, ſuper ipſam,dicit וְעָלֶיהָ vealeah, Quid eſt, in præcepto quod

ὑπὲρ τοῦ-τοῦ ἐ-πιστρέ-ψου. mandaſti? Vt opem feramus,inquit,iis qui afficiuntur, & nõ negligamus eos quibus ſtruuntur inſidiæ. Quod tu ergo nobis lege cõſtituiſti, hoc etiã factis nobis ex-

Pro ipſa in altũ cõuerte,vel ſuper ipſam. ὑπὲρ enim eſt ambiguum. prime. Alij autẽ dicunt etiã aliud,ꝙ iuſſit nos non habere odio inimicos, *Et Synagoga populorum circundabit te.* Nihil humanum ne hîc quidẽ ſuſpiceris. Etſi enim tales ſunt dictiones, ſunt tamen ſenſa quæ deo conueniant. Quid eſt ergo, Circundabit te. Pro eo quod eſt

Iob.4.22. 34. canet tibi,laudabit te, bonis & honorificis te verbis afſatim proſequetur. Quoniam enim hoc per choros faciebant,in orbem circunſiſtentes in templo & in alta-

A ri,& ita gratiarũ actiones offerebant:ex ipſa ſtandi forma laudationẽ eorũ ſignificauit. Quod autẽ dicit, tale eſt. Perſequere, fer auxilium. Hoc te & apud inimicos reddet excelſum, & vt tuus populus multis te laudibꝰ & hymnis afficiat, efficiet. Vide quomodo non quod ſuum ſed quod eſt dei quærit vbiq;. Vult enim ipſum & apud inimicos & apud ſuos gloria & honore affici. *Et pro ipſa in altum conuerte.* Pro ipſa. Quánam? Synagoga,inquit, Hoc eſt, propter ipſam in altum conuerte, exalta nos,extolle nos,fac vt ſint res altę & excelſę,fac vt ſit clarior & illuſtris,reduc eam ad priorem proſperitatem. Vide autẽ quomodo vbiq; precibus doctrinã admiſceat. Etenim cum prius dixiſſet, Miſerere mei, & exaudi me,conuertit ſermonẽ ad conſiliũ,ſic dicẽs: Filij hominũ quouſq; graui corde? Et hic cũ dixiſſet, In altum conuerte domine,ſubiũgit, *Dominus iudicabit*

B *populos.* Alius autẽ dicit,dominus iudicabit, docẽs eos qui omnia caſu & temerè fieri putant, rebus quãdam præeſſe prouidentiã,quæ eorũ quæ fiunt rationẽ exigit. Iudicium autẽ hic dicit, & futurũ, & præſens. Illic enim ipſum erit & vniuerſum,& manifeſtũ,hic autem ex parte etiam ſumit pœnas,& ſocordiores excitãs,& infideliores attrahens ad cogitandam vniuerſi prouidentiam. *Iudica me domine ſecundum iuſtitiam meã.* Alius *συντελεσθήτω νῶσιν.* dicit,ſecundum ius meum. *Et ſecundum innocentiã meã ſuper me. Conſumetur nequitia peccatorum.* Alius dicit,per- *Cõſummetur obſecro.* agatur vexatio aduerſus impios. *Et diriges iuſtum.* Alius. Et ſtabilies iuſtum. Quî fit vt qui alibi dicat, ne ingre- *Quæſtiũcula.* diaris in iudicium cum ſeruo tuo,hic dicat, Iudica me ſecundum iuſtitiam meam? Quòd hoc aliud, & illud *Pſal.142. λύσις.* aliud. Illic enim dicens, ne ingrediaris in iudicio cum ſeruo tuo,ſignificat,ne tu me cum iudicio cõtenderis,

C ne meam vitam,eam cum tuis beneficiis conferendo, examinaueris. Et ideo ſubiunxit etiam, Quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens,hoc eſt, ſi tecum in iudicio contendat. Hic autem non hoc dicit. Non vult enim in iudicio cum ipſo contẽdere, ſed ſecum. Et ideo dicit,ſecundum iuſtitiam meam,hoc eſt, *Iuſtitia Dauidis quæ.* ſecũdum iuſtitiã quæ mea eſt. Iuſtitiam autẽ hic dicit, non affeciſſe aliquẽ iniuria,quod dixit ſuperius,ſi hoc feci,& quæ ſequuntur. Idem autem ſignificat illud,ſecundum innocentiã meam,ſecundũ hoc,inquit, volo iudicari. Magna eſt autẽ etiam hic iuſti fiducia. Hæc autem dicit coactus. Et quomodo? Quòd multi ſtulti, ex iis quæ patiebatur,malam de eo opinionem ceperant. Multi enim ſtulti ex iis quæ accidunt calamitatibus ſolẽt etiam vitam criminari. Quod etiam ipſi Iob accidit. Quocirca ei etiam dicebant, cum nihil ſcirẽt

D ab eo malè factũ, Non dignè pro peccatis tuis flagellatus es. Paulum quoq; ſceleratum aliquem & maleficum exiſtimabant Barbari, quoniam vipera eius manum apprehenderat, & ideo dicebant: Seruatum ex *Act.28.* mari iudiciũ non ſinit viuere. Porrò autẽ Semei quo- *2.Reg.16.* que Dauid vocabat homicidam, propter calamitatẽ, hanc nefariam de eo ferens ſententiam. Ne ergo idipſum quoq; vobis accidat age de his pauliſper diſſeramus. Multos enim audio dicẽtes, Si Deus amaret pauperes,non ſineret eſſe pauperes. Rurſus alios, Vbi ſunt illius eleemoſynæ? Vbi eius benefacta? Ne in his ergo *In calumniatores prouidentia diuinæ.* peccetis,de his clarè & diſtinctè dicamus, ſi enim homo qui ſapit, nec bonos odiſſe, nec malos amare poteſt:quomodo tu audes dicere,ꝙ eos qui ſunt in paupertate odit Deus,& ſi ſint virtute præditi:diuites autem, & ſi ſint vitioſi & ſcelerati, diligit, maledicum & blaſphemum os aperiens? Ne ergo pecces in talibus,

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan.14. disce quid deus amat & odit. Quem ergo amat deus? A Eum qui mandata eius seruat. Eum enim, amabo, inquit, & veniam ad eum, non eum qui est diues, non eũ qui sanus est, sed qui paret meis præceptis. Quémnam autem odit & auersatur? Eum qui præcepta non facit. *Epagoge.* Quando ergo videris aliquem, qui præcepta eius non seruat: etiamsi sanus sit, etiamsi opibus affluat, refer eũ in numerum eorum qui odio habentur. Virum autem bonum & virtute præditum, etiamsi ægrotum videris & inopia oppressum, inter eos qui amãtur annumera. *βεβαίωσις à simili.* Non enim in his consistit amicitia sed in illis. An non vides etiam in iis rebus quæ ad vitam præsentem pertinent, Regum amicos in bellis maxima adire pericula, & accipere vulnera, & peregrè proficisci? Nõ audiuisti quod scriptum est, Quem diligit dominus, castigat: *Heb.11.* flagellat autem omnem filium quem recipit? At multi, inquit, offenduntur hæc videntes. Non propter B ipsos, sed propter suã stultitiã. Non datur enim hic nobis laborũ remuneratio, *σκάμματα agonũ intelligit.* sed sunt hic quidẽ fossæ transiliendæ: postea autẽ erunt præmia & coronæ. In tempore ergo luctæ & certaminis, ne quæras quietem & animi remissionem: nec confundas tempora. At multi sunt, inquit, imbecilliores, sed deus his etiam prouidit, & permisit vt multi etiã iusti hic quoq; in prosperitate agerent, non propter illos, sed propter imbecilliores. Quare si te & offendũt qui sunt in afflictione, ædificent rursus qui in quiete vitã degunt: & si te supplantant scelesti qui rebus vtuntur secundis, te erigant & recreent qui torquentur ac puniuntur. Non audiuisti *Ioan.16.* Christum dicentẽ, In mundo afflictionẽ habebitis? Quid ergo quæris quietem, cum ille hæc dixerit? Non audiuisti eum dicẽtem, Mundus gaudebit, vos autem tristitia afficiemini? Proinde cõsentaneum esset offendi C insipientiores, si iis quæ dixit euenirent cõtraria. Sin *ἐξ ἀκολουθίας.* autem omnia eueniunt ex consequentia, cur ergo offenderis? Et cur, inquit, deus ita decreuit? Ne inquire, *Rom.9.* nec sis nimium curiosus. Neq; enim dicit figmentum figulo: cur me sic fecisti? Propterea etiam propheta increpat Iudæos, q; cum innumerabilibus essent malis *Esa.58.* referti, Dei vias nimis curiosè scrutarentur, dicẽs: Scire vias meas desiderãt, tanquã populus qui fecit iustitiam, & iudiciũ dei sui nõ reliquit, perinde faciẽtes ac si quis seruus qui offendisset, & innumerabilium esset reus criminum, mittens studium adhibere vt sedetur ira domini, exigat ab eo rationem, cur sic fecerit. Ne hæc itaq; inquiras, prætermittẽs flere, & lugere, & tua peccata abluere. Hęc dico non quòd nõ possim rationem dicere, sed volẽs te ab hac nimis curiosa inuestigatione ad salutis tuę curã traducere. Cur ergo sic iussit? D Humano generi parcẽs. Labores enim hic vbi breuis est vita attribuit, coronas autẽ in futurũ reseruauit, vbi senij expers est æuum, & nunquã finiẽdum. Et hic quidem labor celeriter soluitur & præterfluit, illa autẽ *2.Cor.4.* manẽt æterna, & nunquã desitura. Alioqui autẽ exercet etiã animas ad amorem virtutis. Quãdo enim vel cũ laboribus ipsam eligit, nũquam præmiũ accipiens, meditatur in eã exactissimè affici: quãdo autem etiam cum voluptate fugit vitiũ, suppliciũ nunquã sustinẽs, ad ipsum odio habẽdum & auersandũ exercetur. Vnde fiet vt ex hoc accipiat habitum & odij aduersus improbitatem, & amoris in virtutẽ. Est etiam alia ratio. Quænam autẽ ea est? Quòd afflictio nos vel maximè vngit, cõfirmat, & fortiores reddit ad studium sapientię. Et cum hac etiam alia. Quænam autem ea est? Vult nos docere præsentia despicere, & non eis esse affixos

A & alligatos. Propterea afflictionem concessit & laborem: quæ autem bona sunt & iucunda, vt facilè soluerentur, effecit. Consumatur nequitia peccatorũ, & diriges iustum. Quid est cõsumatur? Infer, inquit, supplicium & cessare facies à vitio. Quemadmodũ enim putrefactiones cedunt amaris medicamentis, vsturis, & sectionibus: ita etiã à supplicio arcetur improbitas. *Collatio Physica. Prou.14.* Cũ hæc ergo intelligant, non oportet eos flere qui puniũtur & supplicio afficiuntur: sed eos qui peccantes nullas omnino pœnas luunt. Primum enim malũ est, peccare: Secundũ autem, si peccantibus nulla adhibeatur medicina. Imò vel hoc primũ iure dixerit quispiã, & longe grauius. Quemadmodum enim non graue est *Altera.* ægrotare: sed eum qui ægrotat nõ curari, nec eum qui putrefactione laborat, simpliciter & absolutè deflem': sed eum qui laborat quidem, sed iacet neglectim, nec B habet medicum qui ei manus adhibeat, eum autẽ qui scinditur & vritur, eum dixerimus iter ad sanitatẽ ingredi, non respiciẽtes dolorem qui ex sectione, ad sanitatem, quæ ex ea oritur: Ita etiam oportet nos in anima affici, lugere quidem & deflere nõ eos qui puniũtur: trahũtur enim ad sanitatem: sed eos qui cùm peccant, nõ dant pœnas. Et si pœnæ, inquit, peccata pro- *Quæstio.* hibent, cur nõ inquit, quotidie damus pœnas nostrorum peccatorum? Quoniam si hoc factũ esset, prære- *solutio.* ptum fuisset humanum genus, & sublatus esset fructus pœnitentiæ. Considera in Paulo. Si ille enim dedisset persecutionis pœnas, & fuisset sublatus: quomodo habuisset tempus agendi pœnitentiam, & post pœnitentiam, faciendi bona innumerabilia, & vniuersum, vt semel dicam, terrarum orbem deducendi ab errore ad veritatem? Non vides etiam medicos, quando quis *βεβαίωσις* C multis est affectus vulneribus, non tantam adhibere medicinam quantam postulat natura vulnerum, sed quantã ferunt vires eius qui est sauciatus, ne dum vulneribus medentur, ægrotum de medio tollant. Ea de causa deus nec omnes simul punit, nec omnes pro meritis, sed sensim & aliquantum cedens, & sæpe vnum puniens, multos per illum castigauit. Hoc etiã sæpe fit *Altera à simili.* in corpore. Vnius membri abscissio, pluribus aliis prębuit sanitatem. Vide autem charitate plenam iusti animam, quomodo vbiq; quærit quod est cõmuniter vtile, & vt peccatũ de medio tollatur, nõ vt sumat pœnas de inimicis, sed vt inimici cessent ab improbitate. Hoc ergo semper spectemus vt sistatur vitiũ, & lugeamus eos qui illo tenentur, etiãsi sericis vestibus sint induti: eósq; è diuerso beatos iudicemus qui sunt virtute præditi, etiamsi cũ extrema inopia colluctẽtur, ab ex- D ternis cogitationẽ vtriusq; subeũtes. Tunc enim videbimus huius quidem diuitias, illius verò inopiã. Quid enĩ si splẽdida veste extrinsecus est indutus? Quid differt ab officinis & lignis quę eam ferunt? Qua in re est iis locupletior qui eam vendendã accipiunt? Sed non iusti sunt eiusmodi diuitię, sed firmæ, & stabiles. Quòd si non sentiunt diuites se esse in paupertate, nihil mi- *Simile.* rum. Nec ij etiam malum sentiunt, qui laborant phrenesi: & propterea sunt maximè miserandi, non beati ducendi. Si enim sentirent, ad medicum accurrerent: nunc autẽ hoc est in vitio grauissimum, q; cum in eo sint, ne se quidẽ in eo esse sentiant. Ne hoc respexeris, quòd se esse diuitem lętatur diues, sed propter hoc ipsum vel maximè eum defle, quòd ne sentiat quidẽ in quanto malo versetur. Non est enim humanum, sed à ratione maximè alienum, propterea exultare. Et diriges iustũ. Quid hoc est? Punitis enim malis, inquit, fiũt iusti

Ex pœna impij duo bona. iusti attentiores. Proinde duo hinc bona oriuntur. Nã & illi à vitio desistunt, & hi ad virtutẽ magis accedũt. A *Collatio.* Quemadmodum enim homo sanus cum videt quempiam vri aut secari, redditur attẽtior ad sanitatem: ita hic etiam. Et multi eorum qui tunc erant, offendebãtur, etiam eorũ qui videbantur seipsos attendere, propter malorum prosperitatẽ adhuc imbecillius affecti. *Psal.72. Hier.12.* Quapropter hic etiam alibi dicit: Propemodum effusi sunt gressus mei, quoniam æmulatus sum propter iniquos. *Iob.12.21* Alius autem rursus: Quare via impiorũ prosperatur? Quinetiã Iob multa quęrebat eiusmodi. Sed tũc quidem imperfectius affecti dicebant, hæc dicẽtes, & quærebant quærentes, nunc autẽ nulla est dignus venia qui his perturbatur: qui tot & tãta philosophię scita didicit, & de futuris talia decreta accepit, & de gehẽna & regno apertius edoctus est: & quod illic vnusquisq; accipiet pro meritis. *ἐτάζων καρδίας.* *Scrutans corda & renes deus iustus. Adiutorium meũ à domino, qui saluos facit rectos corde.* B Alius, Examinator cordiũ & renũ deus, iustus defensor meus. Et alius: Deus iustus. Septuaginta autẽ ita dixerunt: Scrutans corda & renes deus, iustum auxilium meum à deo. Dixit eum esse iudicaturũ orbem terræ. Dicit deinceps etiam quomodo sit iudicaturus. Dixit eum nõ egere testibus, non probationibus, nõ demõstrationibus, non scriptis aut instrumẽtis, aut alio eius- *Prou.20. Hier.17.* modi. Ipse est enim qui scit etiam quę sunt arcana. Ne dicat ergo stultus quispiã, Et quomodo iudicabit mũdum, qui est tantus? Qui enim fecit, cum nõ esset: is fa- *Renes.* ctum iudicabit. Renes autem hic dicit mentis arcana, quæ sunt intima, quæ sunt profundissima ex positura partis. Quid est, scrutãs? Quod alius dixit, probãs. Et si sint autem humanæ dictiones, sunt tamen sensa deo cõuenientia. Quemadmodum enim Paulus cum C *Rom.8.* dicit, Qui autem scrutatur corda scrutari ponit, pro a- *Scrutatio dei est eius scientia.* pertè scire: etiã hic scrutans, pro perfecte cognoscente. Porrò autem examinare est etiam nudare, quod est *Hebr.4.* perfectę scientiæ: vt etiam dicit Paulus: Omnia autem *Examen denudatio.* sunt nuda & resupinata oculis eius. Iustum auxilium meũ. Alius: Iustus defensor meus. Quid est, Iustũ auxilium meũ à deo? Nihil enim peto iniustũ. Quare si supernum auxiliũ impetrare volumus, ea sunt petenda, quæ etiam iusti habent rationem: vt natura petitionis attrahamus auxiliũ eius qui seruat rectos corde. Hoc est eius officiũ, hæc est ei consuetudo. Quoniam ergo nec ego eum iniuria prouocaui, nec vlcisci desidero: propterea mihi iustũ fuerit à deo auxiliũ. Hęc ergo cũ *Matth.5. Rom.2.* sciamus, nihil petamus eiusmodi, quod vetet donationem. Quando enim cõtra inimicos petieris, non est iustum tuũ quod petis auxiliũ, est enim cõtrarium le- D gi eius qui pręberet. Itidem etiam quãdo diuitias, quando pulchritudinẽ, quãdo aliquid aliud quod ad hanc vitã pertinet, quod pręterfluit, petiueris, id est contrarium philosophiæ animæ. Petamus ergo, vt etiam consequamur. *Deus iudex iustus, fortis & patiẽs, & irã nõ inferens per singulos dies.* Alius dicit, Fremens quotidie. Hebræus autem, In omni vita. Et alius, Minans, fremens, non puniẽs. Quod autem dicit, est eiusmodi. Si est iustus: volet omnino punire iniquos. Si fortis: omnino poterit. Et vbi, inquit, est clementia, si ex iusto iudicabit? Primum quidem in eo, q; non statim pœnas infli- *Rom.8. Rom.2.* gat, vel potius in eo, q; ante omnia remiserit per lauacrum regenerationis. Secundò autem in eo, q; etiam dederit pœnitentiã. Si enim cogitaueris q; peccamus quotidie, tunc maximè videbis ineffabilem eius clementiæ magnitudinem. Quod quidem etiam signifi-

A cans, subiungit, dicens: Deus iudex iustus, fortis, & patiens. Dubitas cur cum velit & possit, non puniat? Disce, inquit, q; est patiens, & nõ inferens iram per singulos dies. Ne quis enim stultus existimet q; propter imbecillitatẽ non exequitur: ostendit causam dilationis, q; magna habeat spacia & magnã mensuram patiẽtiæ. Quia enim propterea mitis est & patiẽs, te adducens ad pœnitentiam: quando nihil tibi prodest hoc medicamentum, etiam exequitur. Nos ergo quotidie digni sumus qui puniamur. Nisi enim ita esset, non tanquam magnum quid posuisset illud: Non inferens iram per singulos dies, sed tanquam rebus quidem hoc postulantibus, Dei autem clemẽtia iustam sustinente punitionem, hoc dicit. Vide quomodo hic etiam ostendit *Ira dei punitio.* deum à molestia alienũ, & iram appellat punitionẽ. Nemo enim iram infert alij: sed ipse quidẽ habet irã, supplicium autẽ infert alij. Nihil ergo significat aliud B q̃ punitionem, cum dicit, Et non inferens iram per singulos dies. Et quomodo dicit per singulos? Ingrediatur vnusquisq; suam cõscientiam, & tunc videbit. Vt enim pretermittã arcana vniuscuiusq; peccata, hęc quidem cõmunia quis effugiet? Quænã autẽ ea sunt? Quis est dies in quo non socorditer oremus, & cũ magna negligentia? Quòd autem hoc etiam ira dignum sit, hinc sciri potest. Dic enim mihi, Si ad iudicẽ osci- *Probatio per simile.* tans accessisses, & conuictus esses, nõ de te statim sumpsisset pœnas, & misisset in exilium? Certè, inquis: homo enim est. Et quid tum? si homo enim affectus est contumelia, nõ fuerit æquum vt irascatur: ab eo enim cõtumelia affectus est, qui est ei honore æqualis. Deus autem contumelia affectus, iure supplicium intulerit. Maius enim est hoc peccatum eo quod fit in hominẽ. *Matt.15.* C Et homo quidẽ hoc facit quærẽs quod suum est: Deus autem quod est tuum. Quamobrem vel hoc nomine iustius irascatur. Nõ est enim ęquale, eos contemnere qui sua quęrũt, & eum qui quę tua. Hoc maiorẽ enim iram meretur, quãdo nec ea quidem petiturus quę tibi vtilia sunt, sapis. Quis est autem qui nõ fratrem cõtumelia sine causa affecerit? Nec mihi dixeris, seruũ affecit cõtumelia. In Christo enim nec mascul' nec fœ- *Gala.3.* mina, nec seru' est, nec liber. Quis te accusauit, nec est mentitus? quis mulierẽ non aspexit impudicis oculis? quis non inuidit? quis non inani gloria laborauit? quis nõ locutus est verbũ ociosum? Hæc autem omnia pœnæ sunt obnoxia. Et si in iis quidẽ quę ad vitam pertinent, non versantes, essemus diligentes in spiritalibus, venia digni essemus: nunc autẽ hæc quoq; nobis præcepta est defensio. etenim in illis quidem sumus vigi- D lentes: in his verò planè supini. Ne autem qui audiunt eum esse patientẽ, fiant negligentiores, subiunxit, *Nisi conuersi fueritis, gladiũ suũ vibrauit.* Alius autẽ dicit. *Ensem* *σιλβώσει* *suum acuet. Arcũ suum tetẽdit, & parauit ipsum.* Alius dicit, *vibrabit.* *Intendet. Et in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardẽtibus effecit.* Alius dicit, *Ad ardendum.* Quid ad hæc dicãt qui deum dicunt humana esse forma præditum, ex eo q; dicatur habere manus, pedes & oculos? Súntne in supernis cœli regionib' arcus & tela, & cos & gladius, & pharetra? Atqui dicit alius: Dũ tu respexisti, turbabuntur à te montes terræ. Et hic ipse, Qui respicit in terrã: & facit eam tremere. Quod si qui terram solum aspicit, lapidum naturam liquefacit: quanto magis hoc ipsum poterit in hominibus? Cur ergo qui solo obtutu potest orbem terrarum euertere, imò qui sola volũtate? Qui enim per solam eum fecit volũtatem, clarũ est *Iaco.1.* quòd sola potest eũ voluntate tollere. Dicitur gladiũ *Psal.45.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.40. & arcũ habere. Si enim in manu eius sunt fines terræ, & qui in ea habitant, vt locustæ: & omnes gentes tanquam gutta à cado, & tanquam trutinę momentũ reputabuntur: iam verò Angelus quoq; ab eo egressus, breui momento temporis centum octogintaquinque *4 Reg. 19* *Exod. 3. 4 & 5.* milia interfecit. Quid dico Angelus? Muscæ, erucæ, & vermes Aegyptiorum exercitũ perdiderunt: vbi illic arcu opus est, vbi gladio? Cur ergo hęc dicta sunt? *Cur hæc deo tribuantur.* Propter auditorũ crassitudinem, & vt his cõsuetis armorum nominibus eorum mẽtem terreãt. Cuius enim in manu est omnium nostrum spiritus, & in facie frigoris eius quis sustinebit? quomodo his armis indiget? Sed vt dixi antea, hæc propter auditorum crassitudinẽ & tarditatẽ ita dicta sunt. Quid est autẽ, Et vibrabit, seu acuet? Coténe opus est? & est rubigo in gladio? & quisnã qui sapiat, hæc ita accipere sustinebit, vt dicta sunt? Sed vt antè dixi, per omnia describit punitionẽ, & ꝓcedit ad ea quę sunt crassiora, vt etiam qui sunt valde stulti, intelligant non esse insistẽdum dictionibus, sed quę deo cõueniẽt sensa, esse ex iis accipiẽda. Quare si quis dubitat qua de causa excandescẽtia & ira de deo dicta est: multo magis propter hęc dubitauerit. Sin autem hæc non sunt accipienda vt dicta sunt, sed ita vt deo conueniant: clarũ est ꝙ etiã ira & excandescentia. Crassæ autẽ sunt dictiones, vt auditorum penetrẽt crassitudinẽ. Et ideo nec iis quidẽ quæ dicta sunt, fuit contentus: sed terrorem adaugens adhuc more magis humano procedit. Non solum enim inducit eum habentem gladiũ, sed etiã armatum. Quia enim non æquè quis metuit audiẽs acui gladiũ, & audiens arcum esse in manibus: ex figuris humanis mentẽ auditorum concutit, dicens: Arcum suum tetendit, & parauit illũ, auditorẽ terrens, simul & patiẽtiam eius & iram indicans. Nõ enim dixit, Immisit, nec iaculatus est: sed, Intendit & parauit, hoc est, est paratus ad emittendũ. Et quid miraris si sic in veteri dictum est, cum etiã in nouo Ioannes cum Iudęis tale quid dicit: Iam autẽ ad radicẽ arboris securis posita est. *Luc. 3.* Quid ergo? Lignicidãne deus imitatur securi ligna scindentẽ, & hic & securis accipienda est, & ligna? Absit, quẽadmodũ nec paleæ nec frumẽtum, quando dicit: *Matth. 3.* *Luc. 3.* Cuius ventilabrum in manu eius, & mũdabit aream suã, & frumentũ quidem cõgregabit in aream suã: paleam autẽ comburet igne inextinguibili. Quę est ergo securis? Punitio, supplicium. Quæ verò sunt arbores? Homines. Quænam verò Paleæ? Mali. Quod vero frumẽtum? Boni. Quid autem ventilabrum? Discretio. *Securis dei, Arbores, Paleæ. Frumẽtũ, vẽtilabrũ gladius, arcus, sagitta.* Ita etiam hic, gladius, arcus, & sagittæ, pœna est & supplicium. Deinde dilationem, & abesse quidem pœnam, sed non longè, adesse autẽ in foribus, per intendisse & parasse ostendit. Instrumẽta autem mortis dicit sagittas. Quemadmodum instrumenta agriculturæ, ea quibus terra colitur, & nauigationis, quæ ad nauigandum cõferunt, & textrinæ, quibus texitur: ita etiam mortis instrumẽta, quæ mortem efficiunt. *Ardẽtes.* Deinde interpretans quænam sunt instrumenta mortis, subiungit, sagittas suas, ostendens celeritatem supplicij quãdo voluerit. Quid est autem ardẽtibus? *μεταφορικῶς ἢ ἐμφατικῶς hæc omnia.* Iis qui puniuntur, iis qui dant pœnas. Vide ꝙ omnia per translationem & emphasim dicta sunt, & vt per hæc cuncta augeretur timor. Quod enim dicit, tale est, Parauit supplicia iis qui sunt puniendi. Sed si non sic dixisset, non ita terruisset. Nunc autẽ cum sagittarum, & gladij, & arcus, & immissionis, & intensionis, & instrumentorum mortis, & incendij meminit, nominum varietate metũ incussit. Deinde rursus me-

A tum cõsolatus, subiunxit, Ardẽtibus. Ne quis enim insipientior existimaret in omnes eum manus dirigere, & armatum esse, subiunxit, Ardẽtibus. Quod etiã Paulus significat de magistratu dicens: Non enim frustra *Rom. 13.* gladium portat. Quòd si in magistratibus gladius hoc facit, & terret: multò magis in deo. Porrò autem hoc est non vulgaris clementię argumentũ, per verba terrere, & pœnã amplificare, ne re ipsa eam experiamur. Propterea enim intẽdit, propterea parauit, propterea sagittas imposuit, propterea se parat ad supplicium, ne veniat ad supplicium. Orationem autem reddit grauiorem per vibrauit quidem seu acuit, supplicij vehementiam: per intendit autem, propinquitatem: per appropinquauit verò, id quod omnino futurũ est, si non fuerint mutati: per ardentibus autem, reos ostendens, vt per hæc omnia docti, improbitatẽ reprimãt. Quòd B si hęc essent furoris & excandescentiæ, non prædixisset eis quos est inuasurus. Ita enim nõ hoc facit, sed cõtrarium, & maximè quando ad summum peruenerit, & supplicio ac supplicij apparatui imminet. Hostes *Dissimile.* certè, & qui volũt suppliciũ infligere, nõ modo id nõ dicunt, sed etiam id celãtes inuadunt, ne qui sunt puniendi, si resciuerint, caueãt. At non sic deus, sed con- *Esa. 38.* trà omnino, & prædicit, & differt, & verbis terret, & *Sopho. 2.* *Matt. 23. 24.* nihil non facit, vt quæ minatur, nõ afferat. Hoc etiam fecit in Niniuitis. *Luc. 23.* *Ionæ 3.* Nam illic quoq; arcũ tetendit, & gladiũ vibrauit, & iacula parauit, & ictum nõ inflixit. An non tibi vidẽtur verba Prophetæ esse arcus, & telum, & gladius acutus, quãdo dicit: Adhuc tres dies, & Niniue subuertetur? Sed telum nõ emisit, non ideo enim erat apparatũ vt emitteretur, sed vt reponeretur. Nam milites quidẽ ea de causa armantur, vt puniant: Deus C autẽ nõ sic, sed vt cum reddiderit metu modestiores, abstineat manũ à supplicio. Ne ergo conturbemur, est enim terror verborũ maximæ clementię, & quo dicit intolerabiliora, eo illa ex maiori dicit mansuetudine. *Cõfirmat.* Nam patres etiam quando nolunt punire filios, verbis *Matt. 10. 18.* iram attollũt. Ita ipse etiam, quia non vult punire, verbis metum reddit grauiorẽ. Dicit etiam se parasse gehennam, ne mittat in gehennam, & ideo etiã in Euãgeliis plura dicũtur de supplicio q̃ de regno. Quia enim in iis qui minus sentiunt, non tam bonorum promissio q̃ tormentorum metus adducit ad virtutem, & abducit à vitio: propterea in iis magis immoratur, & ea ponit assidue. Ne ergo molestia afficiamur dum grauia verba audimus (magnum enim lucrum in se continent) sed eius considerantes & patientiã & iustũ iudicium, ne de salute desperemus, est enim patiens, neq; D tristi animo simus, est enim iustus, hic quidẽ multam ostendens patientiã, illic autẽ eos qui nõ hic lucrifecerunt, experiundo tradẽs supplicio. Quod ne fiat, hic iã suppliciũ depellamus. *Ecce parturiit iniustitiã.* Hebræus autẽ pro parturiit, *Concepit dolorẽ.* Alius, *Et concepisset. Et peperit iniquitatem.* Alius, *mẽdacium. Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.* Alius, *Interitum quẽ fecit.* Dicit deum esse paratum ad supplicium. Dixit eũ immittere supplicia, hoc castigauit, & modestum reddidit auditorem, vt qui supernam iram ei impendẽre ostenderit. *Interitum incidet.* Eum deinceps docet etiam ex rebus ipsis, docens vel ante supplicium, ipsum vitium esse pœnam. Quod quidem etiam Paulus ostendens, dicebat, *Rom. 1.* Et mercedem quam oportebat erroris in se recipientes. & adducit in medium eos qui extrema à vitio passi sunt. Quia enim multi ex crassioribus tunc maxime solent reprimi & moderatiores effici, quando eos qui passi

A qui passi sunt viderint: ꝓpterea ipse quoq; eos adducit in medium. Ita etiam facit Christus, qui cum de gehenna multũ disseruisset, eos etiam qui illuc mittuntur, in mediũ adducit, vt diuitẽ qui erat sub Lazaro, virgines, cum insuper qui vnum talentum abscon- *Luc. 16.* *Matt. 16. 25.* *Luc. 13.* derat, & in præsenti vita eos qui in turri obruti fuerãt; & quorum sanguinẽ Pilatus miscuit in sacrificiis. Ita *Act. 5.* *Act. 10. 15.* etiam Petrus cum de gehenna multũ disseruisset, eos tunc maxime perculit, quãdo punitos adduxit in medium, & ante oculos ostendit supplicium. Quod quidem fecit etiam Paulus in mago. Porrò autẽ hoc etiã *1. Cor. 10.* alio quoque modo confirmat, quando eorum qui in solitudine fuerãt meminit, sic dicens, Nolo vos ignorare fratres, quòd omnes patres nostri sub nube fuerunt, & omnes in Mose baptizati sunt, & cibũ spiritualem comederũt, & potum spiritualẽ biberunt, sed nõ in pluribus eorum cõplacitum est Deo, sed perierũt, B & ceciderunt. Quia enim disseruit de futuris, de gehenna, inquã, pœna & supplicio, ex præteritis, eorum quoque affert probationem, eos qui puniti sunt adducens in mediũ, hos quidem à serpentibus, illos verò ab exterminatore. Quod quidem hic quoq; facit Dauid, vel de Achitophele dicens, vel de Absalone. Nõnulli itaq; dicũt dicta esse de Achitophele. Nõ eñ erat eiusdem dicere: Parcite filiolo meo Absaloni, & *2. Reg. 18.* post casum: Quis dederit mihi mortem pro te? & hæc nunc dicere. Sed illa quidẽ dicebat instigante natura, nũc verò afflatus à spiritu. Sed siue de Absalone, siue de Achitophele dicta fuerunt, consideranda sunt quę dicta sunt. Neq; eñ de personis à me magnopere agendũ est. *Parturiit dolorem.* Quid ergo ex hoc loco discimus? Ostendit ꝙ qui propinquo fodit foueam, ipse in eam incidet, & quemadmodũ mulieres parturientes, à doloribus discerpũtur: ita etiam qui facit dolum, priusquã propin- C quum iniuria afficiat, ipse discerpitur, & non leui aliquo sed vehementissimo dolore afficitur. *Partus dolor & intolerandus, & inopinus.* Quocirca cum vellet acerbitatẽ doloris ostendere, rem parturitionis nomine appellauit. Quãdo eñ vult scriptura intolerabilem aliquẽ dolorẽ ostendere, partus doloris eã nomine describit. *Osee. 13.* *1. Reg. 5.* *1. Thes. 5.* *4. Reg. 10* *Esa. vlt.* Proinde alibi dicit, Pariendi dolores ceperũt habitantes Philistiim, hoc est, timor, tremor, labor, & dolor. Et rursus, Quando autẽ dixerint, Pax & securitas, tũc eis repentinus imminet interitus, quemadmodũ dolor pariendi ei quæ vterũ gerit. Hic duo significat, & esse intolerabile, & esse inopinatum. Et Ezech. Venit dolor parienti, non habet autẽ virtutẽ pariendi, intolerabilem eius timorem indicans. Ita etiã hic ꝓpheta. Etsi enim sit quis millies improbus, non interit iudicium conscientiæ, est enim *συνείδησις.* naturale, & à Deo ab initio insitum. Etiam siquis mil- D lies se ambitiosè iactet & glorietur, instat illud vociferans, castigans, condemnãs, & nemo est eorum qui viuit in scelere qui non innumerabiles dolores sustineat, & de malis consultans, & consilium exequens. *Esa. 57.* *3. Reg. 21.* Quid Achab sceleratius? sed tamen cum ille vineam concupiisset, cõsidera quantum dolorem senserit. Itaque cum rex esset, & omnia dominatu teneret, nec vllus esset qui ei contradiceret, quoniã conscientiæ nõ ferebat sententiã, ingressus est tristis, humi procumbens, confusus, vel ipso aspectu præ se ferens cõscientiæ condemnationẽ, prædicans in vultu probationẽ, necvalens tegere quam animo conceperat tristitiam. Ita ergo fuit vel ab vxore deprehensus. Proditor quidem certè, qui in tantum scelus impegerat, cum non *Act. 1.* posset ferre iudicij conscientiæ dolorẽ, adaptato sibi

A laqueo vitam finiit. Quemadmodũ ergo qui improbè *ἀνομίᾳ ἀπόλλυται* viuit, tanta patitur: ita qui vitam ex virtute instituit, tranquillitate & mente minime perturbata fruitur. Cõsydera autem. Si voluerit quis vlcisci quempiam, vel prior iniuriã facere: vide quot mala patitur. Furore repletur, ab ira discerpitur, mouet innumerabiles fluctus cogitationum, mille vias ingreditur, inuadit timor, pauor, ac tremor quomodo offendet, quomodo rem perficiet, & ante eum quẽ est iniuria affecturus, seipsum perdit. Qui autem iram expulit, ab his omni- *ἐναντίωσις.* bus liber est, & iurè certè. Hoc enim est in eius potestate, & vniuersum confecit. Sed illud nõ itidẽ, sed & opportunitate opus est, & loco, & dolo, & maleficio, & armis, & machinationibus, & offensionibus, & adulatione, & securitate, & simulatione. Vides quàm res sit facilis virtus, difficilis autẽ vitiũ: quemadmodũ illa *γνώμη.* quidem est tranquilla, hoc vero turba & tumultu re- B fertum. Hoc ergo describens dicebat Propheta, Ecce parturiit iniustitiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ex hoc ostendit iniustitiam non esse nobis secundum naturam, sed esse quid alienũ, & ideo graue est, & donec ab eo fuerimus liberati, nobis dolores immittit. *Embryonẽ intelligit.* Nam fœtus etiã donec secundũ naturã perficitur, naturæ adhæret: propterea & manet, & dolorẽ non habet. Postquã autem perfectus fuerit, si intus maneat, mora est pręter naturam: vnde etiã fiunt partus dolores. Quapropter vexata natura ad eum extrudendum vim affert, vt quæ vniuersum fecerit ac perfecerit, & ferre non possit amplius. Sed illic quidem prius fit conceptio, & nunc dolor partus: hic autem primum parturiit, & tunc concepit. *Parturitio cur hic cõceptione prior.* Quid hoc autem sibi vult? Quod illic quidẽ in tempore partus est dolor, hic autẽ dolor est à principio. Simul ac enim quis- C piam de malo consultauit, etiã priusquã in cogitatione concreuerit, tumultus ac turba est in cogitatione. In muliere enim deiectum semel semen, ipsum etiam formatur. In iis autẽ qui dolos cõstruunt, hæc hodie deiecta est cogitatio, & cras rursus alia, & sunt innumerabiles malorum seminũ deiectiones, & sunt singulis diebus cõceptiones, & partus dolores, qui perimunt quæ ea parit cogitationẽ. *Iniquitas partus viperinus.* Non enim talis partus qualis est in mulieribus, sed quemadmodũ in viperis, vterum discerpunt, & latera dilaniantes fœtus procedunt: ita etiã in fraudibus & in iniustitia. Sed quantumuis contendamus, non poterimus oratione explicare molestiam ac dolorẽ quem improbi sustinent. Et ideo dicit quispiã, Exhauriet verò malus solus mala. Quid est enim eo qui inuidet, grauius, & dolentius eo qui insidiatur? eo qui aliena concupiscit? D Quouis carnifice grauius perturbationes hæ mentem excruciant. Meritò ergo dolores partus has vocauit *Collatio.* cogitationes. Sed quemadmodũ mulieres ex congressione pariunt, & si sunt sana quidẽ corpora, talia sunt etiam quæ nascuntur, vt quæ parentum naturam imitentur, ita etiã in cogitationibus: & si cum bonis verseris, tales quoque erũt tui fœtus. Sin autem cum malis, & nõ attẽdas, magnum illinc quoq; damnum capies. *Esa. 26.* Audi ergo quid dicat propheta: A timore tuo in vtero concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis. In iis autem qui ex Diabolo: Oua aspidum *Esa. 39.* fregerunt, & araneæ telam texuerunt. Fugiamus ergo improbos. Quomodo enim non est absurdum, cùm liceat ex dei præceptis & concipere & parere, id nolle, sed improborum persequi congressiones, sed perinde facere ac si mulier in cuius est potestate cum

Universidad de Deusto Biblioteca

cum rege cõiungi,nõ ſuſtineat, ſed pro illo latronem A &murorum perfoſſorẽ velit habere coniugem? Lacũ aperuit & effodit eum,& incidit in foueam quã fecit. Vſus eſt rurſus tranſlationibus, quemadmodum per paturitionem,dolorem:ita per lacum,difficilem liberationem indicans.Et incidet in foueam quam fecit. Prou.26. Quod alius dicit: Qui fodit foueam proximo ſuo, incidet in ipſam. Porrò autem hoc quoque Dei benignitatis eſt & clementiæ,inſidiis talem tribuere naturam,vt retia cõuertãtur in ipſos inſidiatores, vt ideo deſiſtãt cum propinquis belligerari,& eis parare inſidias. παράδειγμα. Hoc etiam in Moſe accidit.Qui enim eſſet perimendus,conſeruatus eſt.Pharao autem per viam quã aduerſus infantes machinatus eſt,per eã periit. Cùm enim iuſſiſſet infantes interimi, coëgit matrem Moſis Exod.2. infantem propter metum exponere.Cùm autem filia Pharaonis fiſcellam ſcirpeam de fluuio ſuſtuliſſet, & B Exod.14. infantem inueniſſet,eum nutriit: auctus autẽ ille oẽs perdidit.Hinc & dei maximè elucet ſolertia,& improbis magna caſtigatio,& iis qui effugiunt,voluptas.Ita etiam in Ioſeph accidit. Cùm eñ eum fratres in ſeruitutem cõieciſſent,paſſi ſunt quę paſſi ſunt,& eũ qui- Gen.37. vſque ad finẽ libri. dem nihil læſerunt,ſed etiam iuuerunt:ipſi autem tragœdiam illam ſuſtinuerunt. Cùm multa autem poſſint dici eiuſmodi,conſydera etiam in aliis.Aliena inuaſit aliquis?ſeipſum perdidit.Eum enim in cuius bona inuaſit,ſæpe etiã iuuerit, ſuam autẽ animã prodidit.Fecit aliquis iniuriã?enſe ſeipſum cõfodit. Nõ eñ malè affectũ eſſe,ſed malè affeciſſe,hoc verò eſt malè 1.Cor.6. pati. Et ideo Paulus quoque ſuadebat iniuria potius Matt.5. affici, q̃ afficere:& Chriſtus alapis impeti,& non con- Luc.6. tra impetere, ſed etiam ſeipſum ad patiendum offerre.Hoc eſt maximę virtutis,hoc efficit tolerantiã,hoc C fortem reddit animam,hoc omnibus animi perturbationibus potẽtiorẽ efficit. Qui eñ alij iniuriam facit, vel eum verberat,aut contumelia afficit, ipſe priùs ab animi perturbatione victus, & in ſeruitutem redact᷑, tunc videtur proximo iniuriam facere: ipſe autẽ grauiora paſſus eſt,in extremam redactus ſeruitutẽ. *Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.* Et de Achitophele & de Abſalone hęc 2.Reg.17. dicta eſſe dicunt. Vtriuſque enim caput deſcendit ad 2.Reg.18. ſupplicium.Ille eñ laqueo vſus vitam finiit, hic verò cùm ſub arborem veniſſet, & coma fuiſſet ſuſpenſus, Act.1. illic longo tempore pependit.Ita etiam Iudas laqueo vitam finiit,ſciens ſe hæc omnia feciſſe in malum ſui capitis: & Achitophel cùm animaduertiſſet omnino futurũ vt Dauid vinceret,ſeipſum ſuffocauit:Abſalon autẽ inuitus pependit,& non ſtatim de medio ſubla- D tus eſt,ſed tanquam in iudicio priùs ſuſpenſus eſt, & ligno affixus, & Deo è ſuperis ferente ſententiã, longo tẽpore pepẽdit, à cõſcientia deinceps flagellatus. Ipſe enim cupiebat in patris gulam dexteram intingere:pater autem vel ſic rogabat milites ei parcere. A vana autẽ gloria(quod dixi)erat adeò alienus, vt etiã poſt mortem eum lugeat.Et vt ſcias quod factum eſt, non fuiſſe humanæ induſtriæ, ſed totum fuiſſe diuini iudicij,capilli & lignum eum alligarunt,& brutũ eum animal tradidit,& pro funẽ quidem coma, pro ligno autem arbor extitit:pro milite autẽ eum adduxit mulus.Cõſydera autẽ id quod eſt admirabile.Cùm hæc paſſus eſt,nemo ſuorũ ad eum accedere auſus eſt,cùm tantum fuiſſet ſpaciũ. Hoc autẽ Deus prouiderat, vt neque detraheretur, nec vinctus ad patrẽ afferretur, quoniam paterna viſcera ei parci velle vltra modum

A indicauerant:& quod eſt admirabilius, qui patrem ei reconciliauit,is ipſum interfecit, propemodum inſtãs vehemens accuſator:ſed is quidẽ eum occidit, Deus autem tulit ſententiã. Quòd eñ è ſuperis lata ſit ſententia,audi quomodo id ipſe oſtẽderit.Cùm enim dixiſſet,Et in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet, dicit:*Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallam nomini domini altiſſimi.* Gratias agam,inquit,non aliorum gaudens cædibus,ſed dei ſententiam ſuſcipiens. Et quis poteſt ei gratias agere ſecundum iuſtitiã eius? Quis autem eũ laudabit ſicut eſt?Nullus. Quid eſt ſecundũ iuſtitiam eius?Pro eo quod eſt,propter iuſtitiã Secũdum pro propter eius.Et pſallam domino altiſſimo. Eius eſt eñ victoria,eius trophæa,non mea. Quemadmodum enim in Simile. bellis cùm rex vicit, choros ducẽtes canunt laudes in eum conferentes:ita ego quoque faciam, inquit,propterea non dixit, Confiteor: ſed, Confitebor:ſignifi- B cans q̃ nec poſtquã eſt aſſecutus, bonorum obliuiſcitur:nec fit negligẽtior,ſed eſt diligens,& vigilat,nõ q̃ Deus iis indigeat, ſed q̃ hoc ſit nobis vtile & cõmodum. quemadmodũ enim accipiebat ſacrificia, non egens ſacrificiis (Si eñ eſuriero,inquit,nõ dicã tibi) Pſal.49. ſed homines deducẽs ad eius honorẽ: ita etiã hymnos laudéſq; ſuſcipit,noſtra laudatione nõ egens, ſed noſtram ſalutem deſiderans. Deo enim magnæ curæ eſt vt in virtute creſcamus. Nihil autem æquè facit in virtute creſcere, atque cũ Deo aſſiduè verſari & colloqui, eiq; perpetuò gratias agere & pſallere. Pſallit autẽ Deo,iuſtũ eius iudiciũ admirans, & patientiam. Et vbi, inquit, eius eſt patientia interfecto tyranno? Longè certè maxima.Longo enim tempore eum dimiſit, vt veniret ad pœnitentiã: & regiam tenendam C dedit,vt cùm videret domum in qua creuerat,& educatus fuerat,& patris ſigna,ad pœnitentiã veniret. Si enim non fuiſſet immanis beſtia,nec cor habuiſſet lapideũ, omnia illa ſufficiebant ad illum reducendum: menſa cuius cum patre erat particeps,domus,ſedilia, vbi verba eum reconciliauerãt cùm talem cædem feciſſet. Cum his erant etiam alia, quæ ad eũ emolliendum ſufficiebant. Audiuerat enim eum exulẽ ſedibus incertis errare,&mala grauia tolerare.Quòd ſi ne hęc quidẽ eũ molliebant, oportebat ea quę Achitopheli euenerant, eũ caſtigare,laqueum,mortẽ:vt per hæc omnia veniret ad pœnitentiã. Neq; enim ignorabat quæ amico acciderant.Quam autem culpam in patrẽ conferẽs, hæc faciebat?Quòd eum ab aſpectu remo- 2.Reg.15. uit?Sed eo nomine debebat eũ admirari & ſuſpicere, quòd cùm fratrẽ interfeciſſet,eum molli & leni ani- D mo tuliſſet.Sed cũ nihil ei poſſet dari crimini,ſed importuna teneretur cupiditate,idq; cùm pater eſſet iã ſenex,& eſſet expectatio in foribus, ne tantillũ quidẽ expectauit.Quomodo autẽ non cogitauit, q̃ etiam ſi viciſſet,miſerrimam omniũ vitam eſſet acturus, cùm eſſet ſceleroſus, immundus, & execrandus? Vbi nunc ſunt qui deflent paupertatem? Qua non paupertate, quo non morbo,quo non dolore ſunt hæc longè grauiora?Nihil tale dixit apud ſe, neque indignatus eſt, nec lamentatus eſt,dicens: Egregiã verò refero mercedem,qui in eius lege die & nocte meditor:qui cùm in tanta eſſem authoritate, nunc ſum omnium abiectiſſimus.Qui peperci inimicis, in petulantis filij ſum manus traditus.nihil tale dixit,nec cogitauit,ſed omnia ſapienti & forti animo ferebat:in his quæ fiebant, vnam habens conſolationem, quòd deo hæc ſciente fierẽt. Quemadmodum tres quoque pueri dicebant. Dan.3. Sin minus:

Sin minus:Notum ſit tibi rex, q̃ deos tuos non colimus, & ſtatuam tuam auream quam ſtatuiſti, non adoramus.Si quis autem eis dixiſſet, Et qua tandẽ ſpe morimini?quid expectantes,quid verò ſperantes poſt ὑπόμνημα. mortem,poſt ignem?(Reſurrectionis eñ nondũ erat expectatio)audiuiſſet: Hæc eſt maxima remuneratio mori propter Deum.ita hîc etiam maximum exiſtimabat ſolatium,deum hæc ſcientem non prohibere. Cõfirmatio à ſimili. Amator enim vel millies pro amica moreretur, quãuis poſt mortem nihil ab ea expectaret. Ita eriam nos oportet nõ propter regni expectationem,nec propter aliquã ſpem futurorum bonorum, ſed propter ipſum Enantioſis Matt.19.25. deũ omnia pati. Sed ſunt multi adeò ignaui & ſupini, vt ne cum mercede quidem virtutẽ expetant.Et deus quidem qui regnum promittit, non auditur: qui gehennam autem procurat diabolus, amatur. Quid hac eſt inſania grauius?Quid autem dixi procurare gehẽ- B nam,etiam ante gehennã hîc dolorem,riſum & ignominiam,& innumerabilia adducens ſupplicia,multos habet qui ad ipſum accurrunt. Conſidera quomodo adulter vel ante gehennã eſt omniũ miſerrimus, omnia ſuſpicans,vel ad vmbrã contremiſcens, ad nullũ liberis reſpiciens oculis, ſed omnes pertimeſcens & qui ſciũt, & qui neſciunt, acutos videns gladios, impendentes lictores, iudicia.Quid tale habet temperãtia,etſi labores habeat innumerabiles? Nõ eſt ſemper in voluptate continens:in dolore autẽ ſemper eſt adulter,etiã in tenebris.Ita etiam videre poſſumus in aliis, qui vincuntur ab ira,& qui iram vincunt:in iis qui rapiunt,& in iis qui ſua propter deũ donãt, vel(vt verius dicam) profundunt. Hi eñ ſedent in portu, illi verò in præſentium malorũ euripum detruſi, quotidie circuncurſant.Præter hæc autem,quando qui eſt maxi- C mè auarus,præſentia bona nõ ſatis ducit ad fruendũ, & mortem timet imminentẽ: conſidera quanta patitur.At non qui eſt virtute præditus, ſed tunc gaudet & oblectatur cum eius non pereat, ſed potius germinet & efflorecat fruitio. Adulteris itaq; & incontinẽtibus & auaris & helluonibus ſenectus affert, vt ab illis fruendis excidant: bonis autem maiorẽ ftuẽdi facultatem. Concluſio parænetica. Quare vel ante gehennã hoc vel ad mentem vexandam ſuffecerit. Hæc ergo cogitantes, fugiamus vitium, ſectemur virtutẽ, Deum amemus non propter ea quæ ſunt eius, ſed propter ipſum. Ita enim in præ- Matt.7. Prouer.4. ſenti vita ingrediemur via quę ducit ad virtutem, quæ eſt anguſta quidem natura, ſed viatorũ voluntate & inſtituti lata redditur. Ad cuius faſtigij cacumen nobis detur peruenire gratia & clementia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM VIII.

In finem pro torcularibus. Alius, *Epinicion pro torcularibus.* Alius, *victoriæ effectori, pro gitthitide. Hebreus autẽ* לַמְנַצֵּחַ *Lamamnazeah alhanathith* עַל־הַגִּתִּית

Domine dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Alius, *Quàm magnũ nomen tuũ.* In priore pſalmo dixerat, Confitebor domino ſecundũ iuſtitiã eius, & pſallam nomini domini altiſſimi: hîc implet quod ꝓmiſerat, ei hymnũ offerens. Et in illo quidem ſunt ea quæ dicuntur tanquã ex vna perſona. Domine enim deus meus, inquit, in te ſperaui, ſaluum me fac. Hîc autem tanquã ex perſona multorum. Domine enim, inquit, deus noſter, q̃ admirabile eſt nomen tuum. Sed præbete ſilentium, &

A attente audite. Si enim cùm in theatro chori canunt Argumẽtũ à minori. ſatanici, ſumma eſt quies, & maximũ ſilẽtium, vt perniciosa percipiantur cantica: hic vbi chorus quidem eſt ex viris ſanctis: qui autem chorũ ducit, eſt propheta: canticum autem ac melodia non eſt ex operatione ſatanæ, ſed eſt ex gratia ſpiritus: qui autem canitur, non eſt dęmon, ſed deus: quomodo non eſt ſummum adhibendũ ſilentium, & cum veneratione & ſumma Βίκκη. reuerentia audiendum? Chorum enim ducimus vnà cum ſupernis poteſtatibus. Supernorum eñ chororũ Cherubim & Seraphim hoc eſt munus, Deũ aſſiduè laudare, & hymnis celebrare. Ex his choris eriã in terra apparuerũt cum vigilantibus paſtoribus canentes. Luc.2. Audiamus ergo hoc quoq; canticũ. Qui terrenũ quidem regẽ laudant, cum eo loquuntur de imperio, de A ſimili. trophæis, de victoria, & dicunt gentes quę ab eo victę B ſunt, vocãtes eos expugnatores, & barbarorum victores, & quæcunque ſunt eiuſmodi. Huiuſmodi cãticũ canit etiã hîc beatus. narrat enim victoriam, & trophæum, & bella confecta, nõ quidẽ talia, ſed his multo difficiliora. Vide autẽ quomodo incipit, Domine deus noſter. Aliorum enim, qui nõ credunt in ipſum, vno modo eſt dominus: noſter verò ſimplici ratione, & q̃ nos ex iis quæ nõ erant, fecerit, & q̃ agnoſcatur à nobis. Et vide quomodo ſtatim à principio ponit ſummã beneficij. Si enim didiceris quomodo dominus tuus factus ſit, q̃ abalienatos & inimicos, & morte affectos, familiares effecerit, & viuificauerit: pulchrè videbis ſummã beneficij. Hoc ergo admirans propheta dicit: Quàm admirabile eſt nomẽ tuũ, hoc eſt valde admirabile. Quàm admirabile autem ſit, nõ dixit: neq; eñ dimetiri potuit, ſed tãtũ amplificatio- C nem & hyperbolen attulit. Vbi ſunt qui dei eſſentiã curioſè perueſtigant? Si enim cùm nomen eius dixiſſet, adeò admiratus eſt, vt obſtupeſceret: quomodo venia eis dabitur qui ſe dicunt noſſe dei eſſentiam, 1.Cor.15. cùm ne propheta quidẽ q̃ ſit admirabile eius nomen, Eph.4. cognoſcere potuerit? Quàm admirabile nomen Act.4. tuum? In nomine eñ tuo mors victa & fracta eſt, vin- 1.Cor.5. cti ſunt dæmones, cœlum apertum eſt, fores paradiſi Act.2. patuerunt, ſpiritus demiſſus eſt: ſerui, facti ſunt liberi: Rom.8. inimici, filij: alieni, hęredes: homines, angeli. Quid di- Rom.5. Tit.3. co angeli? deus homo factus eſt, & homo deus: cœlũ Ioan.1. accepit naturam è terra ſumptam, terra eum ſuſcepit Eph.2. qui ſedet ſuper Cherubim cum exercitu angelico: Ioan.1. quę intercedebat maceria, diruta eſt, ſublata eſt ſepes: 1.Cor.15. quæ diuiſa & diſiuncta erant, vnita ſunt: tenebræ ſunt extinctæ: lux reſplenduit, mors abſorpta eſt. Hęc om- D nia cogitans, & lõgè his plura propheta, exclamat dicens: Quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Vbi nunc ſunt Iudæi, qui ſunt impudentes aduerſus veritatẽ? Lubenter enim eos interrogarem de quõnam hęc dicuntur. De omnipotente, inquiẽt. Sed non erat nomẽ eius admirabile in vniuerſa terra. Teſtatur Eſaias dicẽs, Propter vos blaſphematur nomen Eſa.52. meum inter gentes. Si autem qui eum colebãt, in cauſa erant vt ipſe blaſphemaretur, vbi erat admirabile? Quòd enim natura ſit admirabile, clarũ eſt, apud ho- Nomẽ dei admirabile cũ Chriſto. mines autem non erat tunc pluribus admirabile, ſed etiam vile & aſpernandũ. Sed nõ ſic nũc: quia quãdo acceſſit vnigenitus filius, vbique nomẽ eius admirabile cum Chriſto. Ab ortu Solis, inquit, vſque ad occaſum glorificatum eſt nomen meum in gentibus. Et Pſal.112. rurſus: In omni loco offertur incenſum nomini meo, Mal.1. & ſacrificium mũdum. Vos autem ipſum prophana- Eſa.11. tis.

Universidad de Deusto Biblioteca

tis. Et alius, Impleta est vniuersa terra cognitione do-
mini. Et rursus, Veniēt dicētes, patres nostri falsa ido-
Hier. 10. la posse derūt. Vides hæc omnia dicta esse de filio, fa-
ctū est em̄ eius nomen admirabile in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos. Alius, *Qui
posuisti laudem tuam super cœlos.* Quia enim terræ memi-
nit, transfert etiā orationem in cœlum, quod semper
consueuit facere, ostendens vniuersum orbem terra-
rum laudare suū dominū. Hoc etiā hic ostendens di-
cit: Admirabile infrà, admirabile suprà. Non solū em̄
homines, sed etiam angeli laudant ea quæ facta sunt,
& pro eius in homines beneficiis agunt gratias, quod
Luc. 2. etiam fecerunt in principio, cum in terris choros du-
xerunt. Vel hoc ergo dicit, quòd canunt etiā angeli,
vel vult eius ostendere magnitudinem. Quando em̄
scriptura vult aliquid magnū dicere, distantiam horū
elemētorum adducit in mediū, vt quando dicit, Se-
Psal. 102. cundum altitudinē cœli à terra. Et rursus, Quantum
16. distat ortus ab occasu, longè fecit à nobis iniquitates
nostras. Hic ergo admiratur q̃ magna sint & quàm
grandia quę facta sunt omnia, cum infimam substan-
tiā effecit omnibus superiorē. *Ex ore infantiū & lactē-
tium perfecisti laudem.* Alius, *Ex ore infantium & lactentiū
fundasti fortitudinem.* Alius, *Constituisti robur.* Quod au-
tem dicit, est eiusmodi. Potētiam tuam ex hoc maxi-
mè ostēdisti, ꝙ vires imbelles moueris, & linguā bal-
butientem ad illam glorificationē, claram & expedi-
Matt. 21. tam feceris. Quæ em̄ facta est à pueris in tēplo, hym-
norum decantationem hic dicit. Et quámnā ob cau-
sam, aliis prætermissis miraculis, mortuorum resurre-
ctione, leprosorum mundatione, Dæmonū expulsio-
ne, nunc puerorum miraculi meminit? Quoniam illa
quidem etiam antè facta sunt, & si nō sic, tamen facta
sunt, & aliquid inter se commune habuerunt, licet nō
4. Reg. 4. modum. Suscitatus est em̄ mortuus sub Heliseo, & le-
4. Reg. 5. prosus mundatus, & Dæmon per Dauid expulsus est,
1. Reg. 16. quando Saül inuadebatur à Dæmone. Chorus autem
infantium & lactentium nunc primum locutus est. Ne
ergo imprudenter se gereret Iudæus, dicens hęc dicta
esse de iis quæ facta sunt in veteri, elegit signū qđ nūc
primū & solū factū est, & alioqui quæ fiebant, erant
figura ac typus apostolorū. Nam cum ij essent valde
infantes, & ipsis piscibus magis muti, vniuersum orbē
terrarum irretierunt. Quòd autē hoc sit maximè dei
virtus & potentia, vide etiam Prophetam hoc de pa-
Exo. 4. tre dicentē. Cum Mose enim loquens dicit: Quis fecit
Esa. 50. mutum & surdum, videntē & cæcum? Et rursus: Qui
dat linguas expeditas iis qui sunt impeditioris linguę.
Et rursus, Dominus dat mihi linguam disciplinæ vt
sciam quando oportet loqui sermonem. Iam vero di-
Gen. 11. cit etiam in principio: Agite descēdamus, & confun-
damus ipsorum linguas. Magna ergo est & valida de-
monstratio. In aliis enim, etsi præter rationem, aliqua
tamen suspecta habebāt qui sunt impudentes, hic au-
tem nihil potuerūt dicere, cum ipsa per se nuda natu-
ra contenderet. Et ideo nō dixit simpliciter infantiū,
ne quis innocentes & simpliciores eum dicere puta-
ret, sed subiunxit, Et lactentiū. ætatem, cibi abiectione
exprimens. Non enim dixit solummodo infantium,
sed etiam vbera sugentium, qui nondū solidi cibi fue
runt participes. Non est ergo hoc solū admirabile, ꝙ
vocem, eámq; clarā & expressam emiserint, sed etiā
quòd plenam bonis innumerabilibus. Quæ em̄ apo-
stoli nondum nouerant, ea pueri laudibus hymnis-
νηπιακῶς. que celebrabant. Ex hoc etiam aliquid aliud signifi-

A cat, nempe oportere eos qui ad dogmata accedunt,
animo pueros effici. Si quis enim nō susceperit regnū Matt. 18.
cœlorū vt puellus, inquit, non potest ipsum ingredi.
Propter inimicos tuos. Dicit etiam causam cur hoc mi-
raculum factum sit. Alia enim non propter inimicos
facta sunt, sed vt accedentes beneficium acciperent,
& alij docerentur: hoc autem nō solū propterea factū
est, sed vt obstruerentur ora inimicorū. Quos etiam
alius clarius significans, dicit, Propter alligantes te. Ij
enim enm alligarunt ductum ad crucem. *Vt destruas
inimicū & vltorem.* Vt compescas inimicum, & qui se-
ipsum vlciscitur, populum hic dicens Iudaicū. Chri-
stum enim expellebant vt inimicum, præ se ferebant
autem hoc facere tanquam patrē vlciscentes. Et ideo
hanc illis excusationē auferens, dicebat, Qui me odit, Ioan. 15.
odit & patrem. Et rursus, Qui credit in me, credit in Ioan. 5.
eum qui me misit. honori suo & iniuriæ semper patrē
B coniungens. Vide autem q̃ accuratè locutus sit Pro-
pheta. Non dixit, Vt punias, sed vt destruas, quod aliꝰ
clarius significat, dicens, Vt cessare facias, hoc est, vt
eorū de medio tollas impudentiā, non vt doceas, la-
borabant enim morbo qui corrigi non poterat. Cum
ergo tale viderent miraculū, & nihil possent cōtradi-
cere, in ipsum cōuertebantur, dicētes, Nō audis quid
hi dicant? Et cum oporteret deinceps adorare & ad-
mirari, erant valde perplexi & incerti quid agerent, &
cum deberent vnusquisque inter se dicere, Nō audis
quid hi dicunt? id seipsis dimissis Christo dicebant. Et
cur non emissa est vox angelorum? Quòd illud quidē,
visum seu spectrū eis potuisset videri, ad hoc autē ni-
hil poterant cōtradicere. Quid autem dicebant pue-
ri? Nihil graue aut importunū, nec quod eos iure pos-
C set percellere, sed quod eius cum patre consensionem Matt. 21.
maximè significaret. Benedictus, dicebant, qui venit
in nomine domini. Tunc ergo eorum coërcuit impu-
dētiam, posteà autem vrbem quoque eorum euertit,
nec est vlla pars totius orbis terrarum quæ sit Iudæo- Elegās ho-
rum calamitatis expers, sed quemadmodum qui cor- mœsis.
pore est mutilo, vndiquáq; circuncursat sua vulnera
ostentans, & quemadmodū iudices cum multos ho-
micidas de medio sustulerint, vnum furcę affigunt, vt
vel ipsis mortuis, tanquam recenter inflictū suppliciū
viuos coërceat & in officio contineat, ita hic etiā non
mortuos, sed viuos omnibus exemplū proposuit, eos
quoquouersus dispergens, & qui vnam habitabāt re-
gionem, nunc sunt dispersi per totum orbem terra-
rum. Et si causam rogaueris, nullam aliam inuenies, q̃
quòd Christū crucifixerint. Cur enim, dic mihi, hoc
D ita factum est? Sed & si id aliquando factū est, in vnā
gentem exterminati sunt, & ad paucos annos. Nunc
autem non sic, sed infinito supplicio puniuntur. Et si Pulchrè
eos rogaueris, Cur Christū crucifixistis? dicunt: Quòd reuincit
esset impostor & præstigiator. Vos ergo oportebat Iudæos.
propterea honorari, & fines vestros propagari, vt
qui deo fecissetis rem gratam. Qui enim imposto-
rem & præstigiatorem, & dei aduersarium de medio
sustulerit, is dei hostem sustulit. Qui autem hostem su-
stulit, is iure optimo laudetur. Nunc autem, Phinees Num. 25.
quidem ꝙ vnā meretricem interfecit, tantam laudem
à deo est consecutus, vt sacerdotio & tanto honore
dignus habitus fuerit: vos autem, quos multo maiori
honore affici oporteret, si modò impostorē occidis-
setis, non modò nullo honore afficimini, sed, quod Esa. 64.
longè est grauius, errones & exules, nullámque certā Ioan. 8.
sedem aut patriam habentes, huc & illuc obitis. Hoc
ergo

ergo nulla alia de causa passi estis, quā quòd præsidē, A
πλάνος se- & benefactorem, & veritatis doctorem crucifixistis.
ductor. Si fuisset enim impostor ac planus, & dei aduersarius,
& cum deus non esset, voluisset esse deus, & patris ho-
norem ad seipsum attraxisset: & Phinee, & Samuele,
& illis omnibus oportuit vos magis honorari, qui le-
gis defendendæ tantū zelum ostenderetis. Nunc au-
tem quod nūquā passi estis cū idola coleretis, cū im-
pij essetis, cū filios interfeceretis, hæc nunc passi estis,
& nulla datur ratio vos liberandi à malis, & errones,
exules, vagabundi, & Romanorū legibus seruientes,
terram & mare obitis, migrātes, nullásq; certas sedes,
vrbes aut domos habentes, & in seruitutē redacti, & à
patria, & à sacerdotio, & omnibus quæ priùs habeba-
tis, expulsi estis, in mediis barbaris & gentibus innu-
merabilibus dispersi, omnibus hominibus exosi, exe-
crandi, & omnibus ad iniuriam accipiendā expositi.
Et meritò quidē. Nō enim præmia accepistis, quòd B
dei inimicum occideritis: hoc mera est insania & nu-
gę. Quæ em̄ nunc patimini, non sunt eorū qui dei ini-
micos occidunt, sed eorū qui amicos interimunt. Sed
nos, ô amice, inquit, hæc non dicimus. Propter nostra
peccata hæc patimur. Nunc confitemini increduli, &
quænā peccata cedo? Nūquid nūc primū peccastis?
nūc certè mitiores & moderatiores euasistis. Sed nō-
dum hoc agimus. Sed vos illud lubenter interrogarē,
quamobrem priùs semper peccantes, Dei benignita-
tem & clementiam sensistis, nunc autem non itidem,
Num. 25. & quod est admirabilius, nunc minora peccata com-
Exod. 31. mittentes? Tūc em̄ & Beelphegor initiabamini, & vi-
Psal. 105. tulū adorastis, & filios occidistis, & filias de medio su-
Ezec. 16. stulistis, ídque cū vobis signa abundè suppeterēt, nūc
Exod. 14. autē cum nec videatis mare diuidi, nec petram frāgi,
& 17. ne adesse Prophetas, nec vestri consuetā sentiatis pro- C
Attende uidentiā, maior tamen appareat probitas, & vitæ mo-
αἴνιγμα! deratio, quænam est causa, ꝙ quādo minùs peccatis,
Chrysost. & maior est vestra modestia, maior est pœna ac sup-
in impios Iudæos. pliciū? An nō vel stultis clarū est, id ideo fieri, quoniā
Matt. 23. maius est vestrū nunc peccatum? Quandiu enim in
Act. 7. seruos peccastis, veniam estis assecuti, vt cum Pro-
Heb. 11. phetas interficeretis, & lapidibꝰ impeteretis, sed post-
*Attēde quam manus in dominum iniecistis, vobis deinceps
ætatem Chrysosto. euasit vlcus immedicabile, & ideo quadringenti* iam
Dan. 9. anni pręterierūt ex quo ciuitatis vel ipsum solū periit,
sublatum est sacerdotiū, regnū abruptū, confusæ tri-
bus, præclara illa & magnifica euanuerunt, & ne ve-
stigiū quidē est apud vos reliquū, quod nunquā antè
factum est. Sed in principio quidē cum dirutum esset
templū, remanebant ꝓphetæ, & suppeditationes spi-
ritus, & miracula, nunc autem vt clarè intelligatis deū D
vos esse perpetuò auersatum, ea quoque sublata sunt:
Argumē- & seruitus, & captiuitas, & rerum omniū euersio, &
tū à simi- (quod est omniū difficillimū) Dei vos inuasit dereli-
li. ctio, & perinde fecit deus, vt siquis seruum ingratum,
Esa. 64. sæpe flagris cæsum & non correctū, vestibus exutum,
& seq. et nudum, desertum, vagabundum errare permitteret
Matt. 23. mendicantem, & vndique eiectum. Antea autem res
vestrę nō ita se habebant, sed apud vos erant prophe-
tæ & in Aegypto, & Babylone, & in deserto. Moses in
Aegypto, Babylone Daniel & Ezechiel, in Aegypto
rursus Hieremias: & miracula adiecta miraculis, cla-
riórq; & illustrior gēs euasit, vt quæ apud vos captiuis
regibus esset superior. Sed nunc illa omnia perierunt,
& suppliciū est grauius prioribus, nō solū propter lō-
gitudinem tēporis, sed etiam propterea ꝙ estis vndi-

A quaq; derelicti. Quánam ergo de causa, dic quæso,
quādo plura peccabatis, tanta vestri erat cura ac pro-
uidentia: quando autem pro lege zelo accensi estis,
passi estis grauiora? Ex hoc enim deū damnatis iniu-
stitiæ, ꝙ peccatores quidē honoraret, eos autem qui se
rectè & ex virtute gerūt, cōtēpserit. Si em̄ impostorē,
vt dicitis, sustulistis, vos rectè ac præclarè gessistis. Vel
si iustus est deus, vt certè est iustus, clarū est vestra nūc
esse grauiora peccata. Si autem nunc nec impij estis, Psal. 150.
nec filios (vt antè) sacrificatis, quódnam est aliud pec- Hier. 7. et
catum propter quod grauiora passi estis? An non est 4. Reg. 17
euidens, ꝙ crucifixio est veluti quidam colophon & ἐναντίωσις
summa omnis malorū? Hoc magis perdidit q̃ idolorū
cultus, vituli conflatio, & filiorum occisio. Non est e-
nim conferendū, filium suum interficere, & dominū
suum crucifigere. Propterea quando filios quidē oc-
cidebas, veniam es consecutus: sed quando dei filium
B & tuum dominū occidisti, puniris deinceps absque
vlla venia. Quot sunt anni ab exitu ex Aegypto vsque
ad aduentum Christi? mille & quingenti puto, & plu-
res. Quomodo ergo in his omnibus vos peccantes
passus est: nunc autem vos abiecit, quando maximè
coronare oportuit, etsi multa peccassetis? Præclarum
enim esset vestrū facinus, si impostorem occidissetis.
Cùm hoc autem nunc & sabbata obseruare videmi-
ni, & idola minimè adoratis, & alia seruare magno stu
dio cōtenditis. Quando ergo & vita vestra est melior,
& tam præclarum, vt dicitis, facinus fecistis, tunc vlti-
ma patimini. Quid hac insania fuerit deterius? Quid
hac amētia? quòd cùm vos defendere velitis, blasphe
miis & maledictis deum insectamini. Si enim quod
aduersus Christū peccastis, non est illis omnibus de-
terius, sed id à vobis, vt dicitis, iustè & rectè factū est:
C cur vos quidem punit, vos sic rectè gerentes, peccan-
tibus autem pepercit? Hoc non solùm deus, sed nec
vllus homo mentis compos facere in animum indu-
xerit. Sed quid ad hæc dicunt? Disiecti sumus, vt esse-
mus orbis terræ doctores. Nugæ sunt hæc, & ineptiæ.
Eos enim qui futuri sunt doctores, se priùs rectè ges-
sisse oportuit, & tūc ad id mitti: cuiusmodi fuerūt pro-
phetæ & Apostoli. cùm autē ipsi sint peruersi, & omni
vitio referti, quomodo ad docendum ꝓcesserunt? Vi-
deamus ergo qualis eorū fuerit vita quæ præcessit. In-
ueniemus em̄ eos beluis fuisse immaniores. nā & par-
ricidæ, & filicidę, idolorúmq; cultores, & alienorū bo
norum occupatores fuere: eorū autē sunt plenæ pro-
phetiæ. Ac vestram quidē libidinem ac incontinen-
tiam significans Hieremias dicebat: Equi in equas Hier. 5.
insanientes facti sunt: vnusquisque hinniebat ad vxo-
D rem proximi. Quid hac fuerit peius immunditia? Nō
enim vt homines cum suis inuicem vxoribus coibāt,
& ideo eorum furorē appellauit hinnitū. Nec eos so-
lùm arguit fornicationis, sed eos etiā accusat adulte-
rij, quod etiā ab eis impudenter admittebatur, quem-
admodū in brutis. Alius autē propheta dicit, Ingressi Amos. 2
sunt ad mulierē facientes aulæa filius & pater, eādem περιπετάσ-
puellam. Propterea ergo dic quæso, vos misit do- ματα.
ctores, vt fornicationes & adulteria disceremus, & ꝙ
oportet patrem & filium idem inire cubile? Quid ve-
rò Ezechiel? Ne secundum gentium quidem legiti- Ezech. 5.
ma fecistis, inquit. Eos ergo qui erant deteriores gen-
tibus, dic mihi, doctores misit? Factas autē ab eis cæ-
des quis ferre possit? Filios enim & filias mactarunt
dæmoniis, & eos combusserunt. Hoc autem Dauid Psal. 105.
quoque ostendit, dicens: Et mactarunt filios suos
& filias

Universidad de Deusto Biblioteca

& filias suas dæmoniis. Propterea ergo misit, vt hoc
disceret natura hominum, quòd oportet filios & filias
mactare dęmoniis? Nō erubescitis, nec pudore suffusi
vos tegitis, cum huiusmodi nugas comminiscamini.
Osee.4. Alius enim dicit, Sanguinē miscēt sanguini: & execra-
Hiere.3. tio, & mendacium, & furtum, & adulterium fusum est
Ezec.22. super terram. Alius autem: Facta est tibi facies mere-
Psal.13. tricis, erga omnes fuisti impudēs. Alius rursus, Princi-
pes vestri tanquam lupi Arabiæ. Alius rursus, Non est
intelligens, non est requirens deum. Omnes declina-
uerūt, simul inutiles facti sunt. Egressi ergo estis vt hęc
doceretis, impudentiā, amentiā, fornicationes, adul-
teria, cędes, omnē viā improbitatis? Non cessatis nos
Esa.49. cogere vestra mala tradurcere. Vos estis qui erigimi-
iuxta 70. ni ex vtero, & docemini vsque ad senectutē. Vos estis
interpre. cæci, & qui vos inuicem in foueam præcipitatis. Cæ-
Psal.70. cus enim, inquit, cæcum ducit, & ambo in foueam ca-
Matt.15. dent. Qui prophetas semper habuistis, & nunquā fa-
Luc.6. cti estis meliores, futuri estis aliorum doctores? Non
cessatis hæc nugari, vestram agnoscitis culpam? Hoc
eī vos semper perdet, ꝙ vestrorū malorū nolitis fun
Homœosis damentum cognoscere. Propterea ꝙ faciunt iudices,
elegans. qui iubent vt eos qui flagris cæduntur, sequantur qui
clament & dicāt cur cædantur, si fures, si raptores: ita
etiam deus vos quoquouersus traducens, iussit sequi
prophetas qui causam dicerent supplicij. Vbique eī
terrarū vnà vobiscū vincti sunt, qui etiā nunc adhuc
vobis inclamāt. Et si in synagogas ingrediaris, audies
assiduè eos hæc verba dicere. Et Dau d quidē descri-
bens illud (quod latrocinij instar habebat) Caiphę iu-
dicium, dicit vos propterea periisse. Cum enim dixis-
Psal.2. set, dirumpamus vincula eorum, & abiiciamus à nobis
ipsorū: subiunxit, Tūc loquetur ad eos in ira sua, & in
furore suo conturbabit eos. Esaias autē cum dixisset
Esa.53. ouem ductam esse ad occisionem, subiunxit: Et dabo
improbos pro sepultura sua, & diuites pro morte sua:
Esa.5. & rursus alibi de vite loquēs: Expectaui vt faceres iu-
stitiā: fecisti autē iniquitatem, & non iustitiā, sed cla-
Matt.27. morem. Quemnam autem clamorem? Crucifige,
Mar.15. Crucifige. Et subiunxit: Propterea diruam sepē eius,
Luca 23. & erit in conculcationem: & mandabo nubibus vt
non pluant super ipsam pluuiam. Non propterea ergo
dispersi estis, sed propter ea quę in cruce ausi estis, id-
que manifestum est ex prophetis. Et vt scias Christi
virtutem, & vt ex vobis ipsis discatis, quæ non didici-
stis à ꝓphetis, vide res quoq; ipsas id testātes. Quod
eī vos lex non docuit, hoc ex redundanti copia fecit
Ezech.23 Christi potentia. Quandiu eī legē habuistis, & occi-
debatis, & filios mactabatis, & adulterabatis: postquā
autem illuxit sol iustitiæ, de vestris malis multum de-
cessit, & moderatius vitam instituistis, correcti per ve-
stram in nos æmulationem. Propterea vos dispersit, vt
sciretis quantam in terris plantarit rempublicam: &
templum soluit, vos vel inuitos à vitio abducens: &
vbi templum fuit solutum, illic etiam Christus sepul-
tus est, vt propter illius sepulchrum recedentes, vide-
rent etiam trophæum illius potentię, & verbū stetisse
Matt.24. quod dicit: Non manebit hic lapis super lapidē. Vbi-
que enim sunt eius trophæa & monimenta potentiæ.
Sin autē erat, vt dicitis, impius, & dei aduersarius, etsi
innumerabilia peccata fecissetis, ne sic quidē puniri
oportebat: & si oportebat, non tunc: ne quis existima-
ret vos pro illo pœnas luere. An non audistis deū di-
Ezech.36 centem, quādo eratis in captiuitate, Non propter vos
facio, sed propter me, ne meum nomē prophanetur.

A Atqui tunc erat maior vestra improbitas: sed tamen,
inquit, ne existiment barbari me esse imbecillum, di-
mitto vestra peccata, & cōseruo vos. Deinde tūc qui-
dem vos iniquè vos gerentes seruauit, ne eius nomen
prophanaretur: nunc autē hoc non fecisset? Si enim
vel inmumerabilia peccata fecissetis, vos nihil opor-
tuit pati eiusmodi si fuisset impostor Christus, ne quis
existimaret vos illa propter ipsum esse passos, sed etiā
cōseruatos vos esse oportuit: & si, vt iam dixi, vos pa-
ti oportuit, at non tunc. Nunc autem hæc simul facta
sunt. Quando enim crux processit, paulò pòst exierūt
apostoli, & difficile bellum aduersus illam ciuitatē su-
scitatum est, & quod est in euangeliis: Væ lactantibus
& prægnantibus, & omnia illa exitum sortita sunt: &
illud, Tūc erit tribulatio, qualis nunquā antè fuit, im-
pletū est. Nam & mulieres filios comederunt, & ho- Matt.24.
B stes perfregerunt ventres mortuorum, & ignis barba- Luc.21.
ricus est omnia depopulatus, & omnia erāt plena san- Ios. de bel.
guine, & nouæ tragœdiæ, & vniuersus orbis terrarum Iudaico.
refertus erat malis Iudaicis. Hæc ergo apud vos cogi-
tantes, vestrum dominum agnoscite. An nō prophe-
tas occidistis? nunquid tale quid passi estis? Nō alta-
ria diruistis? nūquid talis vobis cōtigit calamitas? Nō Exod.32.
vitulum adorastis, & Beelphegor estis initiati, & natu Nume.25
ram ignorastis? Nūquid tales hostes experti estis? An
nō vel in mediis beneficiis immemores & ingrati ser-
uati estis? Vnde ergo innumerabilia in vos mala ꝓfe-
cta sūt? An nō clarū est ex eo, ꝙ in dñm ausi estis pec-
care, nō in seruos? Vnde nec est vobis à malis libera-
tio, nec erit. Si esset eī, eam prædixissent prophetæ.
Nunc autem dixerunt quidem captiuitatem, sed non
reditū: licet bona suppliciis assiduè admiscētes, & tē- Hier.26.
C pora definientes. Etenim Hieremias definiit septua- & 29.
ginta annos, & Daniel similiter 70 hebdomadas & di Dan.9.
midium. Quin etiā prædictū est eos quadringentis Gen.15.
& triginta annis in Aegypto seruituros. Huius autem Matt.23.
captiuitatis nusquā situm est tempus, nec finis, sed re- Prou.9.
licta est vestra domus deserta, & quotidie res vestræ 1.Tim.3.
deterius ꝓcedunt. Hęc apud vos cōsiderantes, & quæ
breuiter dicta sunt fusius tractantes (Da enim sapien-
ti occasionem, & erit sapientior) illorū impudentiam
immemorémq; & ingratum animū poteritis refelle-
re. *Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorū tuorum.* Alius,
Video enim cœlos, lunam, & stellas quæ tu fundasti. Alius,
Parasti. Alius, Stabiliisti. Cùm dixisset, Destruxisti ini-
micos, splendidæ huius victoriæ affert probationem.
Tu eī, inquit, qui crucifixus es, qui de medio subla-
tus es, apparuisti orbis terrarū creator & opifex. Pro-
D pterea dicit, Videbo cœlos tuos, significans multos
non antea cognouisse, postea quidem certè omnes
scient. Et cur non vniuersas orbis terræ partes perse-
cutus est? Quòd eorum quæ videbātur opportuniora
persecutus, de aliis docere minimè opus habuit. Adeò
ergo destructi sunt inimici, vt qui ab eis expellebatur,
& ab eis de medio sublatus est, omnium quæ videbā-
tur apparuerit opifex. Et quare nō dixit, Manuū tua-
rum: sed, Digitorū tuorū? minimæ operationis opus
ostendens ea quæ videntur, & admirabilitatem opi-
ficij, quòd suspensæ stellæ non cadant: etsi natura fun
damentorum exigat, vt infernè non supernè iaciātur:
sed opifex qui est optimus artifex, & qui facit admi-
rabilia, in his quæ apparent, plura fecit supra naturæ
consequentiam. Et quare nihil dicit de potestatibus
incorporeis? Illinc etiam ostendit eius creationem,
quòd tunc cum hoc agebatur, vt ipsi discerent de
iis quæ

Esa.48. iis quæ apparebant. Et ꝓpterea eius quoq; pater cum
susq; déq; cum Iudęis loqueretur, nō dicit: Ego feci
Angelos & Cherubim, sed, Ego cœlū extendi: manus
mea terram fundauit, dextra mea firmauit. & omnem
Ordo cognitionis & semper orationē consumit in iis quæ apparēt, omnia
agēs ad salutē auditorū. Cùm enim essent crassiores,
progressus magis ducebantur ab iis quæ videntur, quā ab iis quæ
sub visum non cadunt. Propterea Paulus quoq; sem-
Act.17. per ingrediens & concionans, ducit exordiū à crea-
tura quæ videtur, dicens: Deus qui fecit cœlū & ter-
rā, & mare, & omnia quę in eis sunt, & à pluuiis annuis,
& à genere hominū ducit exordiū orationis. Si enim
dixero & eum fecisse Cherubim, duo erunt mihi pro-
banda, ꝙ sunt Cherubim, & ꝙ ea fecerit. In iis autem
quæ videntur, cogor solùm ostēdere eum illa fecisse:
quocirca est etiam oratio facilior. habet enim visum,
testem eorum quæ dicuntur. videt enim auditor ma-
gnitudinem, pulchritudinē, & vsum, constantémque
ac numerosum cursum. In hoc ergo est solū mihi stu-
dium ponendum, vt ostendā id deum fecisse. Et qua-
re non meminit solis, sed lunæ, & stellarum? Hoc cū
dixit, illud quoq; significauit. Quoniā enim nonnulli
à dei opificio noctē separant, per lunam eam ostēdit,
dicens eum etiam huius esse opificem. Non est autem
תפקדנו parua stellarum varietas. & lunarium cursuum demō-
vt visites eum. stratio. *Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis*
quòd visitas eum? Alius, Quid quod viritim eius recor-
daris? Alius pro visitas eum, dicit, Visitabis. Postquam
dixit de opificio, & vniuersum ex parte significauit,
inserit deinceps sermonem de prouidentia hominū.
Nam illa etiam quæ dicta sunt, sunt ꝓpter genus no-
strum, quinetiam quæ eorum habetur cura & proui-
dentia. vniuersa enim creatura propter hominē. Verū
enimuero aliud quoque genus pertractat prouiden-
tiæ, & non temere, sed valde prudenter & gratè de his
dicere aggreditur, pro toto orbe terrarum agens gra-
tias, & vniuersum dicens beneficium, & ostēdens ma-
gnitudinem eius dispensationis in hominē. Si enim
nihil erat antea: multo magis quando Christus acces-
sit post tot & tanta peccata: & ostendit Christi aduē-
Simile. tum ita fuisse, vt ei parceret, & is à summa proficisce-
retur clemētia. Nam tanquā optimus aliquis medi-
cus, ægrotis relictis venit ad nos, qui laboramus, qui
nihil eramus. Hoc ergo ostendens, dicebat, Quid est
homo? Pro eo quod est, Nihil est, est quid vile. Ad tā-
tam enim respiciens dei curam & prouidentiā, & ad
ea quæ fecit pro salute hominum, valde stupet & ad-
miratur, cur eum tanta sit ꝓuidentia dignatus. Consi-
dera enim esse propter ipsum, omnia quæ videntur:
propter ipsum, quæ ab Adam vsque ad eius aduentū
dispensata & administrata sunt. Propter ipsum, para-
disus & pręcepta, pœnę & miracula, suppliciáq; & be-
neficia post legem. Propter ipsum dei filius homo fa-
ctus est. Quid dixerit quispiā futura quę est cōsecutu-
rus? Hęc ergo omnia reputās, dicit, Quid est homo tā-
tū, ꝙ tot & tantis dignus fuerit habitus? Si quis eī cō-
siderauerit quot & quanta ꝓpter ipsum facta sunt &
fiant, & quanta sit postea percepturus, multo horrore
implebitur, & tunc clarè videbit quantæ curæ deo sit
hoc animal. *Minuisti eum paulominus ab angelis.* Alius,
מאלהים Parum à deo, Hebræus autem ותחסרהו מעט מאלהים
Hic elohim pro regibus. Hebræi Hic meminit cōdēnationis, & veteris peccati, mortē
in medium adducens. Quin eam quoque soluit, cum
venisset vnigenitus. *Gloria & honore coronasti eum.* Ali⁹,
Gloria & authoritate coronabis ipsum. Licet quidem

A hæc & historicè, licet & anagogicè accipere. Dicit interpre-
enim & eius imperium, quod ei cum factus est, tradi- pretātur,
tum est. Dicit etiam quæ bona cōsecutus sit post ad- Alij, pro
uentū Christi. In principio eī audiit, Tremor & me- deo, vt Hierony.
tus vestri erit super omnes bestias terræ, & imperent Ecclesia ab
piscibus maris. Post hæc autē: Calcate super serpētes Angelis.
& scorpiones. Sed his dimissis, contexit orationē ex Gen.2.
humilioribus, relinquens illa consideranda iis qui pos Luc.10.
sunt cernere acuti⁹. Gloria eī maior & honor ea sunt
quæ fiūt in nouo testamēto, quādo habet Christū ca-
put, quādo eius corpus efficitur, quando fit frater &
cohæres, & conformis eius corpori, quando maiorē
Mose accipit gloriā, sicut significauit Paulus, ostendēs
ꝙ nō quemadmodū Moses imponebat velamē, sed 2.Cor.3.
omnes reuelata facie domini gloriā contēplamur. &
ideo dicit: Non eī glorificatū est quod glorificatum
B est in hac parte, propter excellentē gloriā. Hanc ergo
gloriam dicit propheta per anagogen. Quid enim est
cum ea conferendū, quando simul cum angelis cho-
ros ducimus, quando in filios adoptamur, quādo nec
vnigenito quidē pro nobis parcitur? Qua non purpu-
ra, quo nō diademate sunt hæc longè splendidiora,
quando mortem irridemus, quando ad potestatum
incorporearum impatibilitatem traducti sumus, qui
prius eramus contempti, inglorij, & execrandi?
Adam cum nec boni nec mali quid fecisset, statim ho
noratus est cū primū factus est. Quomodo eī fecis-
set, qui non erat? Nos autem qui mala fecimus innu-
merabilia, longe sumus maiorem honorem assecuti.
Non amplius, inquit, dico vos seruos. vos enim amici Ioan.15.
mei estis. Non amplius nostri causa pudore suffundū-
tur angeli, sed etiā nostræ saluti deseruiunt. Nam &
C ad Philippū venit angelus, & ad multos alios: & euā- Act.8.
gelium nunciabant hominibus. Non in terra autem Luc.2.
hæredes, sed sumus socij bonorum cœlestiū, & Chri- Rom.8.
sti participes, & venimus ad cōmunionem vnigeniti.
Hæc omnia per gloriā & honorem significat. Quam-
obrē dicit etiā alius, Gloria & honore coronabis eū,
prædicens quod futurum est. *Et constituisti eum super*
opera manuum tuarum. Alius, Fecisti vt haberet potesta-
tem operum manuum tuarum, *Omnia subiecisti sub pe-*
dibus eius. Oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi.
Alius feras. *Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant*
semitas maris. Domine dominus noster, quàm admirabile est no
men tuum in vniuersa terra. Quemadmodū cū de crea-
tione loquitur, non solū supernas attingit potestates,
sed etiam orationem deducit ad sensilia: ita etiam
eum docet de honore habito hominibus, cū tantū si-
D gnificasset illa arcana & incorporea quę enumerauit,
nunc amplius immoratur in sensilibus. Quænam autē
ea sunt? Terrenū illi datum imperiū. Est autem admi-
rabile, & quod maxime significauit, ꝙ cum honoratū
ante transgressionem, ne post peccatum quidem pri-
uauit honore. Minuisti enim, inquit, eum paulominus
ab angelis, hoc est, morte condēnasti cum peccasset.
non tamen postquā eum morte condemnasti, dono
eum spoliasti. & propterea postquam illud dixit, hoc
ponit, ostendens inenarrabilem dei clementiam, ꝙ
vel diminutum propter suam transgressionem, per-
misit esse gloriæ honore coronatum, nec ei abrogauit
imperium. Si autem parum quid detraxit, hoc est etiā
eius prouidentiæ. Nam ante inobedientiam domina-
batur bestiis: post inobedientiam autem de hac po-
testate aliquantum detractum est. Nam nunc etiam
dominatur eis aliquib⁹ artibus, sed cū timore ac tre-
more.

Universidad de Deusto Biblioteca

[Hominis imperiũ in beſtias cur imminutum ſit.] more.Nã nec totum imperium ſuſtulit, nec totũ reliquit,ſed quæcunque erant ei quidem ad alimentum & exercitiũ neceſſariæ,ſubiectas eſſe permiſit:quę autem ſunt efferatiores,non itidẽ, vt ex ſua cũ illis contentione,primi parentis Adæ veteris peccati admoneretur. Vnde etiã ex eo quòd non valde nobis ſubiiciuntur,magnũ lucrũ accedit.Quid enim nos iuuaret, ſi leonem noſtræ poteſtati obnoxium & mãſuefactũ haberemus?Quid nobis prodeſſet, ſi pardũ haberemus cicurem?Nihil,niſi ad arrogãtiam tantum & ſuperbiam:ꝓpterea has quidem permiſit eſſe exemptas ab imperio:quę ſunt autẽ nobis vtiles, effecit mãſuetas, bouem arantẽ, & ouem amicientẽ noſtri nuditatem corporis,& iumenta apta ad ea vehẽda quæ importari aut exportari poſſunt,aues & piſces vt eſſet nobis menſa lautior. *[Rationem confirmat à ſimili.]* Quemadmodũ enim cum quis exhæredat filium,non priuat eũ omnibus, ſed parte aliqua,vt ſe corrigat,ita etiã deus. Imò non ſic, ſed contrà potius. Qui enim exhæredat, maiori parte priuat, minorem verò relinquit:deus autẽ maiori relicta,exigua priuauit portiuncula,ídq; ad eius vtilitatẽ, ne alia omnia facilè ſuperaret.Sed hoc ipſum eſt etiã dei ꝓuidentiæ,qui hominis ſapientiã excitans, & arrogantiam deprimens,& intempeſtiuũ otium interrumpẽs, (ſi em̃ ei omnia cum facilitate ſuccederent,ſupinus& diſſolutus euaſiſſet) cõparando rerum vſui admiſcuit quandam difficultatẽ, & nec omnibus cũ labore, nec omnibus ſine labore frui permiſit: ſed quæ ad vſum quidem ſunt, ſine labore & ſudore habere permiſit: quæ verò ſunt ad delicias, cum labore & ſudore: volens hanc quoq; nobis nimiã præcidi facultatem. *[Ferarũ vſus quis.]* Si quis autẽ dicat,& quis eſt nobis vſus ferarum? Dicemus:Primùm quidẽ, animæ humilitatem efficiunt,& vt homo ſe exerceat & ad certamẽ comparet, in cauſa ſunt:& vel valde arrogantem, propriæ naturæ admonent,quandoquidẽ brutũ eſt ei terribile.Iam verò laborantibus quoque corporibus multa ex his fiunt medicamenta.Qui hæc autẽ interrogat,cúrnam feræ factæ ſint,interrogabit etiam cur in nobis ſit bilis & pituita? Nã ea quoque ſi incitata fuerint, exeunt fera vehementius ac pernicioſius,totíq; corpori exitiũ afferunt.Porrò autẽ nobis quoq; ineſt ira & cupiditas, quæ ipſis quoq; feris grauius nobis incommodũ afferunt,niſi eas coerceamus & refrenemus.Quid autem dico animũ & irã,cum ipſe etiã noſter oculus in peiores,q̃ feræ,affectiones nos præcipitet, vt qui nos in amorẽ acerbum totos configat?Sed nõ propterea dicemus, cur hæc facta ſunt, ſed etiã pro omnibus deo gratias agemus. *[Simili cõfirmat.]* Quod enim eſt puero ſcutica,hoc eſt fera hominibus.Si enim cum vel tot rebus aſperis & difficilibus cõtineantur, plures tamen in tantam extolluntur arrogantiã:ſi hoc etiam frenũ ademeris, cõſidera quò ſit tandẽ proceſſura improbitas.Ea de cauſa datum eſt nobis corpus adeo valetudinariũ, morbiſq; obnoxiũ,patibile,quod obſidetur à malis innumerabilibus: & terra,quæ ſua ſunt, ꝓducit cũ laboribus: *[Gen. 3. Iob. 5.]* & vniuerſa vita plena eſt ſudoribus, quoniã præſens vita eſt veluti quoddã gymnaſiũ ſeu locus in quo exercẽtur pueri: *[Metaphora.]* ociúmq; &remiſſio plures perdit homines,propterea nobis laborẽ & inquietudinem admiſcuit,vt tanquã à quibuſdã frenis caſtigetur acrimonia mentis & vigilantia. Tu autẽ conſidera quomodo ea etiam quæ natant per profunditatẽ aquarũ, & quæ in ſublime tolluntur, per artem tibi dominus ſubiecerit.Et cur non omnia quæ videntur, perſecu-

A tus eſt, plãtas,arbores,& ſemina? Ex parte totũ ſignificauit,& ſtudioſis de iis quod diceret reliquit.Et rurſus in eundem deſinit finẽ, ex quo cœperat. Domine deus noſter,& ante ꝓbationem & poſt ꝓbationẽ eadem verba ponens. Perſeueremus ergo nos quoque eadẽ aſſiduè dicere,admirantes eius ꝓuidentiã,ſuſpiciẽtes ſapientiã, clementiam,& quã noſtri gerit ꝓuidentiã.Et hęc quidẽ à nobis dicta ſunt ad interpretationem.Si autẽ vultis,rem maiori quoq; contentione agamus:& Iudæos rogemus, vbinã vocẽ puelli emiſerint,vbi autẽ inimicũ talis vox deſtruxerit, quando autem eius nomen fuerit admirabile?Sed aliud tẽpus q̃ hoc nõ poterunt dicere, quod ſole clarius oſtendit vim veritatis.Et ideo dicit,Videbo cœlos opera digitorũ tuorũ,& tamẽ iã dixerat Moſes,Fecit deus cœlũ & terram. *[Gen. 1.]* Sed aduerſus Iudæos quidem ſufficiunt & hæc,& quæ antè dicta ſunt. *[De hoc Euſebius in Eccl. hiſt.]* Sed quoniam qui illorum
B dogmata,ſi dematur circũciſio,æmulantur, Pauli Samoſateni aſſeclæ dicunt Chriſtũ fuiſſe ab eo tempore,ex quo ex Maria ꝓceſſit:illos etiã rogemus, Quomodo ſi ab eo tẽpore erat Chriſtus,cœlos fabricatus eſt?Eundẽ em̃ hic eſſe dicit, qui ex ore infantium & lactentiũ laudẽ perfecit,& qui cœlos fabricatus eſt. *[Heb. vlt.]* Si autẽ eſt cœlorũ opifex,reſtat vt fuerit ante cœlos, & nec duxit initiũ ex Maria,imò erat ante Mariam.Cõſidera autem Prophetæ ſapientiam. Non enim eum ſolũmodo inducit opificẽ, ſed etiã fabricantẽ cũ magna facilitate.Et ideo dicit, Videbo cœlos opera digitorum tuorũ, non q; habeat deus digitos, ſed minimæ eſſe operationis oſtendens quę videntur, familiaribus nobis & conſuetis nominibus docens quæ ſunt ſupra nos.Nã etiam quãdo dicit,Qui metitur cœlum *[Eſa. 40.]*
C palmo,& terram pugillo : nõ pugillum & palmum ſignificans,hęc dicit,ſed volens dei infinitam oſtẽdere potentiã.Quomodo ergo audent nonnulli filiũ dicere adminiſtrum?Qui em̃ ne vniuerſam quidẽ ſuã mouit operationẽ,quãdo cœlũ facere oportuit?Quid dico totã? ſed qui ne minimã quidẽ, ſed quod erat vel maximè puſillum,quomodo fuerit adminiſter?Quomodo adminiſter ſi quæ facit pater, ea quoq; facit filius ſimiliter? *[Ioan. 5.]* Vbi eſt enim illud ſimilitet,ſi hic quidẽ eſt adminiſter,ille vero opifex ? Quomodo autẽ dicit eius eſſe opera,aliquãdo quidẽ dicens,Domine tu ab initio terrã fundaſti,& opera manuũ tuarũ ſunt cœli, *[Pſal. 102.]* hic verò,Videbo cœlos opera digitorũ tuorum?Non enim adminiſtrorũ ſunt opera, ſed opificũ : & ſi quis ſit adminiſter,nõ illi attribuitur opus,ſed ei qui fabricatur. Ergo ea etiã quæ ante à Moſe dicta ſunt, dicta *[Gen. 1.]*
D ſunt de filio, nempe illud, In principio fecit deus cœlum & terrã. & illud,dominẽtur piſcibus maris.Is em̃ qui perfecit laudẽ ex ore infantium & lactentium, is viſitauit hominẽ. *[Heb. 1.]* Quæ ergo de patre dicit Moſes, ea Paulus de filio accipit,magnã æqualitatem oſtẽdẽs. Cũ ergo liceat ſanctis,quę de patre dicuntur,indiſcriminatim filio tribuere,& quæ de filio,patri(omnia enim per ipſum facta ſunt)vbi adminiſtri nomen omnino ſitum eſt?Hoc nuſquam viderit quiſpiã.Imò,inquit,dictũ eſt,per ipſum.Quid,q; hoc ipſum etiam de patre dictum eſt?Audi autẽ quomodo . Fidelis deus, per quem vocati eſtis in ſocietatem filij ſui. *[1. Cor. 1.]* Et rurſus, Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem dei. *[2. Tim. 1.]* Et rurſus, Quoniã per ipſum, & ex ipſo, & in ipſum omnia. *[Rom. 11.]* Quãnam ergo de cauſa eũ dicitis adminiſtrũ?Vt patrẽ honoremus.Atqui dicit filius: Vt omnes honorent filium,ſicut honorant patrem. *[Ioan. 16.]* *[vehementer aduerte.]* Qui autem

tem non honorat filiũ,clarum eſt q; nec patrem.Quid ergo,inquit,patrem dicam filium? Nequaquam. *[Sabellianus error.]* Non enim dicit,Vt me dicatis patrem : ſed quid ? Vt filium manentem vt honoretis patrem . Quòd ſi patrem dixeris filium,omnia confuderis. Manẽte ergo hac proprietate eſt honor cõmunis.Propterea enim dixit filiũ & patrem, ne confunderetis perſonas ſeu hypoſtaſes. Si autem non eſſet eadem ſubſtãtia,quomodo æqualem honorem exegiſſet?Quánam ergo de cauſa dicit Chriſtus multa abiecta & humilia?Et nos docens humilitatem, & propter indumentum carnis, & propter ſtuporem Iudæorum, & q; oporteat genus hominum deducere paulatim ad cognitionem, & q; eſſent imperfecti auditores,& alioqui ſæpe loquitur ad auditorum exiſtimationem . Sublimiora enim ſunt ea quæ ſunt ſolius dignitatis,vel potius quodcunq; de deo dixeris,eſt longè illa ſubſtantia inferius, & ad demiſſionem,ad auditorúmq; captum ſe accommodãs . Quid vis enim dicere, Magnus deus ? Atqui hoc eſt paruũ, ſi de deo dicatur.Magnũ enim, quantũuis ſit magnũ, eſt finitum:ſed deus eſt infinitus. Et hoc etiã paruum eſt,ſi de deo dicatur.Quod enim finẽ non habet,ſcio: ſed quid ſit aut vbi ſit,neſcio.Et ſi ſapientem, & ſi bonum dixeris, ea quæ ipſa quoq; ſunt infinita, nihil de illa ſubſtantia dixiſti pro dignitate, ſed verbo adeſſe oportet ſenſum deo dignũ . Si hæc ergo adeò magna dignitatẽ non oſtendunt : quomodo venia digni fuerint qui hæc quoq; manca & mutila efficere conantur? *[Hæretici vitandi.]* Fugiamus ergo eorum conuenticula, & cum dicerimus vnigeniti ante ſecula eſſentiam, opificiam facultatem,authoritate præditam poteſtatem, nec vllam eius eſſe à patre diuerſitatem, œconomiæ demiſſionem, multiplicem eius in nos curæ prouidentiam (hęc enim omnia,& his plura,theſaurus qui in Pſalmo ſitus eſt,eos docet qui diligenter attendunt) dogmata exactè cuſtodiamus, & vitæ inſtitutionem iis dignam oſtendamus, vt bona futura aſſequamur. Quibus nos dignos eſſe concedatur gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti cum quo patri vnà cum ſancto ſpiritu honor & gloria in ſecula ſeculorum.

IN PSALMVM IX.

[Τὸ ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, pro occultis filij]

*In finem pro occultis filij,Pſalmus Dauid.*Alius,*Epinicion pro morte filij canticum Dauid,*
Alius,*pro iuuentute filij.*

C*Onfitebor tibi domine in toto corde meo,narrabo omnia mirabilia tua.* Lõgus eſt hic pſalmus. Hoc autẽ eſt etiã ſapientiæ ſpiritus.Neq; enim fecit omnes breues,neq; omnes fecit prolixos,ſed multiplici mẽſura hunc librũ variauit, longitudine quidẽ ſocordiam excitans,breuitate autem leuans laborem. Confitebor tibi domine in toto corde meo , narrabo omnia mirabilia tua. *[Confeſſio duplex.]* Duplex eſt genus confeſſionis. Vel eſt enim propriorum peccatorum condemnatio. vel in deum gratiarum actio.Hic quidẽ ſignificat gratiarum actionem.Quid eſt autem,In toto corde meo? Cum omni alacritate animi.Cum ſtudio,inquit. Non pro rerum ſucceſſu,inquit,ſed propter contraria.Hoc enim eſt maximè grati animi,hoc ſapiẽtiæ ſtudioſi, in rebus etiã aſperis & aduerſis gratias agere, pro omnibus gloria deũ afficere, nõ ſolũ pro beneficiis, ſed etiã pro ſuppliciis,hoc enim maiorem mercedẽ conciliat. *[Ephe. 5. 1. Theſſ. 5.]* In bonis quidẽ gratias agens,reddidiſti debitũ:In malis autẽ,deum cõſtituiſti debitorẽ.Qui enim beneficio

A affectus eſt,& agit gratias,reddit debitum: qui autem malè affectus eſt, & gloria afficit: is debitum acquirit. Multa alia bona deus & tũc & nũc reddit . Quare nec malorũ quidẽ ſenſus ad nos perueniet.Nemo enim de iis dolore afficitur, pro quibus deo agit gratias . Quocirca aliud quóq; hinc lucrifaciemus,q; ægritudinem animi diſcutiemus.Quãdo enim priuatus fueris pecuniis,& gratias egeris,nõ tantũ te mordet damnũ,quãtum lætitia afficit gratiarũ actio. Hoc diabolo certum vulnus infligit.Hoc reddit animã ſtudio ſapiẽtię præditam.Hoc de rebus pręſentibus verum cõparat iudicium.Multi enim homines non habẽt verã de his quę hic ſunt,ſententiam,& ideo arguuntur.Ita etiã qui inſaniunt,ea ſępe pertimeſcunt,quę nõ ſunt terribilia,& ſæpe formidãt ea quę nõ ſubſiſtunt,& vmbras fugiũt. Hi ſunt ſimiles qui damnũ pecuniæ metuunt. *[Metus nõ naturæ eſt ſed voluntatis.]* Nõ eſt
B enim naturę metus,ſed liberæ volũtatis. Si eſſet enim res moleſta, oporteret omnes dolere qui priuati ſunt. Si autẽ non omnes quibus ea periit,dolẽt: nõ eſt hoc vtiq; rei naturæ,ſed imperfecti animi. *[A ſimili.]* Quemadmodũ enim in tenebris ſæpe quis vel funẽ timuerit,ſerpentẽ eſſe ratus, & omnia habet ſuſpecta, & amicos hoſtes eſſe exiſtimat:ita etiam quos inuaſit defectio rationis, tanquam profundis quibuſdam capti tenebris, rerum naturam nõ cognoſcunt,ſed voluuntur in luto,nec fœnum exiſtimant eſſe fœnum : & pleni auaritia tetrum odorem non ſentiunt. Quod ſi forte receſſerint,tunc ſcient. *[Collatio elegans.]* Et quemadmodũ qui deformis mulieris amore capti ſunt,poſtquã à morbo conualuerint,tunc ſciunt deformitatem:ita etiam qui tenentur amore pecunię. Et quomodo, inquit, potero ceſſare ab amore ? Vtar rurſus eodẽ exemplo . Quemadmodum qui deformẽ
C amat mulierẽ, ſi aſſiduè quidem cum ea habeat conſuetudinem,accendit fornacem: ſin autẽ parum ſeipſum ſeiũxerit,paulatim effluit affectio:ita etiam tu parumper ſecede,paululum cõcede,& paruum illud erit multum interuallum.Incipe tantùm rectè facere. Habes domum ſuperfluam?Vende, & da iis qui indigẽt, non hoc reputans, q; eam à te alienas,ſed q; eam magis propriam efficis.Non ſumptum cõſidera, ſed redditum, non q; ea hic priuaris, ſed q; eius illic dominus efficeris.Ita etiam perpetuò poteris narrare dei miracula.Hoc enim dicit pſalmus ab initio . Nã qui tenetur amore pecuniæ, non valde poteſt in ea re verſari. nã perpetuò meditatur vſuras, cõtractus, ſyngraphas, venalia,teſtamenta,agrorũ precia,precia domorũ,lucra, cauponationes & narrare & cogitare non ceſſat. Vbi eſt autẽ theſaurus hominis, illic eſt etiã cor eius. *[Matth. 6.]*
D Hæc loquitur,hęc meditatur, & quemadmodum ſerui ea quæ ſunt dominorũ meditantur, ita hic etiam ea meditatur quæ ſunt domini.Quid iuſſit? Quid perfectum eſt?Quid nondũ perfectũ eſt,ſed eſt perficiẽdũ? Quocirca te adhortor, vt ab illa obſeſſione liberatus, verſeris in his narrationibus,narrans dei miracula quę fiunt quotidie, quæ priuatim, quæ cõmuniter,quæ in omnes,quæ in vnũqueq;. Plena eſt enim vita his narrationibus,& vndequaq; inceperis,videbis luculentũ emanare prooemium, ſiue à cœlo, ſiue à terra, ſiue ab aëre,ſiue à brutis,ſiue à ſeminibus, ſiue à plantis & arboribus,ſi velis dona antiqua recenſere,ſi quæ legem anteceſſerunt,ſi quæ fuerunt in lege,ſi quæ ſunt in gratia,ſi quę poſt ex hoc loco exceſſum,ſi quę in ipſa morte,inuenies immenſum pelagus narrationum.Quantę eſt ergo ſtultitiæ,cum tot narrari poſſint per quæ voluptas, lucrum, & vtilitas poſſit animæ accedere, luto

Universidad de Deusto Biblioteca

rationem inquinare, de auaritia & rapina narrantem? Quòd ſi velis, ſupernis relictis de terra diſſeramus, de eius magnitudine, poſitione, vſu, natura, aſſiduis parturitionibus, rebus variis, & diuerſis quæ ex ea gignũtur, ſeminibus, herbis, plãtis, floribus, pratis, hortis. Ab his rurſus arboris vniuſcuiuſque figuram oratione diuidamus, poſitionem, altitudinem, bonũ odorem, fructum, tempus, miniſteriũ, alia omnia mẽte reuoluentes, ipſius terræ & eã quæ eſt ferax, & quę ſterilis. Eius enim nihil eſt inutile. Etenim hęc quidem ferrum, illa vero æs: hæc aurũ, illa tulit argentũ, hæc aromata, illa verò medicamẽta varia & omnis generis. Quid, ſi dixerit quiſpiam naturã aquarum, potabilium, ſalſarum, vſum montium, metalla variorum marmorum, fontes qui ſunt in ipſis, arbores quę ſunt aptæ ad tecta & ędificia? Hęc omnia ſunt fruct⁹ ſolitudinis, hęc & animalia & omnes feras alit. Quid ſi quis dixerit lacus, montes, fluuios? *Simile.* Quẽadmodũ enim mulieres quæ pepererunt, fontẽ lactis profundẽtes, natis præbẽt alimentũ: ita etiã terra hortis & viridariis fluuios & fontes tanquam mãmas porrigens, ea affatim irrigat. Sed in mulieribus quidẽ oportet infantem ad mammã accedere: hęc autem ipſa extẽdit vbera, vndiq; ea ex alto demittens. *Solitudinis encomium.* Eſt etiã alius vſus ſolitudinis. eſt enim aptior ad ſanitatẽ corporis, vt quæ præbet puriorẽ inſpirandum aërem, & vniuerſum orbem terræ ex alto circũſpiciendum, & in ſolitudine philoſophandũ, & à vitæ curis parumper reſpirandum. Quid dixerit quiſpiam aues quæ canunt, & animalium quæ capiuntur, vitam? Habet etiã alium vſum eremus, ſępe enim prędiis murorum vicem prębuit, habẽs montes in altum erectos, voragines, & præcipitia. Quid enim dixerit quiſpiam herbas quæ in ipſis naſcuntur, quæ laborãtibus corporibus magnam opem afferũt? Si autem deſertorum & mõtium tantus eſt vſus, tantáq; ex eis bonorũ eſt ſuppeditatio: ſi ad terrã veneris arabilem, & ſupinos campos: conſidera quantos videbis fontes narrationum: Quẽadmodum enim in noſtro corpore hæc quidem ſunt oſſa, illa vero nerui, alia autem carnes: ita etiam in terra alia quidem ſunt mõtes, alia vero voragines, alia vero pinguia prædia. Sunt hæc autẽ omnia vtilia. Sed quid dico terram, quæ tãtum eſt elementum? Si vnius arboris velis dicere figuram, vſum, fructum, folia, tempus, alia omnia, magnam videbis narrationẽ, ſi montium ſitum, ſi alia omnia. Si autem hunc ipſum hominẽ oratione perſequaris, & ipſius corporis formationem, hinc rurſus inuenies immenſum pelagus narrationum. In his ergo verſemur, hinc erit nobis voluptas maxima, hinc lucrũ maximum, hinc ineffabile ſapiẽtiæ ſtudium. Qua de re hoc ſignificans, ſubiunxit, *Lætabor & exultabo in te, & pſallã nomini tuo altiſſime.* Alius, Canam nomen tuũ. Non eſt hoc paruũ genus philoſophiæ, *γνώμη.* lætari in domino. Qui enim in deo vt oportet lętatur, omnem quæ ex iis quę ad vitam pertinẽt proficiſcitur, expellit voluptatem. Quid eſt autem, Lætabor in te? *Gala.3. Philip.8.* Cum talem habeam dominum, hoc eſt mihi voluptas, hoc eſt exultatio. Si quis hãc nouit voluptatem, ita vt noſſe oportet, non ſentit aliam voluptatem. Hoc enim eſt propriè voluptas: alia verò omnia ſola ſunt voluptatis nomina, re ipſa defecta. Hæc ſublimẽ & excelſum hominem efficit. Hęc animã liberat à corpore. Hæc ad cœlũ eum pennatum reddit. Hęc terrenis, & iis quæ ad victum pertinẽt, altiorem conſtituit. *Argumẽtum ex collatione.* Hæc à vitiis liberat. Et meritò. Si enim qui pulchra ac præclara amant corpora, nihil eorum ſentiunt quę ad vitam pertinẽt, ſed in vno ſolo amicæ aſpectu verſantur: qui deum amat vt oportet, quídnam deinceps vel boni vel mali ſentit eorum quæ ſunt in vita? Nihil, ſed erit iis omnibus ſuperior, ſe rerũ immortaliũ voluptate perfundẽs. Talis enim eſt qui ab eis amatur. Qui enim amant alia, vel inuiti cito traducũtur ad obliuionem, cum intereant & flacceſcant quæ amãtur. Hic amor eſt infinitus, qui non poteſt deſinere, qui & maiorẽ habet voluptatẽ, & plus lucri: & hoc ipſo amantem delectat & recreat, q̃ nunquã diſſoluitur. Canã nomini tuo altiſſime. Hoc ſolet maximè fieri ab amãte. Qui enim amãt, canunt in amãtes cantica, etſi illos non videant: & per canticũ ſeipſos cõſolantur. Ita etiam facit propheta, quoniam deus videri non poteſt, facit in ipſum cantica, per cantus cum ipſo congrediens, & deſiderium accendens, & ipſum videre exiſtimans. Vel potius cantando hymníſq; celebrando multorum inflammat deſiderium. *A ſimili argumentum.* Quemadmodũ enim qui amãt, eorũ quos amant celebrant encomia, & ipſorum nomina circũferunt: ita hic etiam, Pſallam, inquit, nomini tuo altiſſime. Vide quomodo ſeipſum è terra erexit, & ſui materiam ad illam eſſentiã extulerit, ſeipſum deo dedicans, & ideo verſat eius nomen aſſiduè: is eſt enim mos amantis. *In conuertendo inimicum meum retrorſum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua.* Alius, Cũ conuerſi ſint inimici mei retro, offenderint, & perierint à facie tua. *Perſtat in metaphora.* Hic quoq; eſt mos amantis, perpetuo dicere beneficia, & in iis ſibi placere: hoc enim ab amore proficiſcitur, & ipſum rurſus amorem accẽdit. Non aberrauerit autem quiſpiam, ſi dixerit eum hîc dicere inimicos, qui mente ſolùm percipiuntur. Nam ij quoq; auertuntur quando generoſam animam inuenerint. *Elegãs hic mæſis.* Quemadmodum enim haſta quæ in clypeum incidit, ſi mollis quidẽ ſit, eum excindit: duro autem & repugnanti nihil facit, ſed reflexa acie vana & inutilis excidit: ita etiã vſuuenit in anima. Si mollem enim & delicatam inuenerint tela quæ mittuntur à diabolo, in profundum peruadũt: ſin autẽ duram & validiorem, *Iacobi.4.* & ipſe abit re infecta, & ei nihil mali facit, duóq;, imò verò tria, ex eo capiuntur commoda. nam ipſam nihil lædit, ſed reddit etiam fortiorẽ, & ipſe ex eo imbecillior factus eſt. Conſidera autẽ quomodo dei virtutem prędicat. Infirmabũtur, inquit, & peribunt à facie tua. Rurſus cùm audis faciem, nihil ſuſpiceris corporeum. Hîc enim operationẽ, eius apparitionem, & eius viriũ facilitatẽ ſignificat. Sicut alibi dicit: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. *Pſal.103. Act.16. Collatio.* ita hîc etiã idem dicit, Sufficit enim ſolus obtutus ad perdendos improbos. Si enim ſanctorum præſentia facit vires dæmonũ imbecillas, multò magis dei. Si eius fulgur apparens omnes terrore afficit, conſidera illam potentiam ab interitu alienã, quomodo terret, quomodo perdit improbos. Vidiſti genus hymnorũ, vidiſti modũ glorificationis, & quemadmodũ eius narrat potẽtiam. Non paruum autẽ hinc docet decretũ philoſophię, cum dixit, Pſallam nomini tuo altiſſime, in cõuertendo inimicũ meũ retrorſum. *In conuertendo ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου. In eo quòd conuerſus ſit inimicus meus.* Quódnã verò hoc eſt? Quòd non ſolùm in afflictionibus, ſed etiã in rebus quietioribus ſe moderatè geſſit & ſapienter. multi enim malis humiles effecti, redduntur meliores: bonis autem ſocordiores & ignauiores: quod quidem dicit de Iudæis, progrediẽs. Quando occidebat ipſos, tunc quærebant ipſum. Sed non eſt hîc eiuſmodi, imò etiam in rebus ſecundis moderatus eſt & vigilans. Non eſt autem hoc parum ad ſapientiæ ſtudium. *Quoniam feciſti iudicium meum, & cauſam*

Pſal.77. *cauſam meã.* Alius, Iudicaſti pro me. Sediſti ſuper thronũ qui iudicas iuſtitiam. *Increpaſti gentes, & periit impius,* Alius, Perdidiſti. *Nomẽ eius deleſti in æternum, & in ſeculũ ſeculi.* Vide rurſus viri philoſophiam, quemadmodum non ipſe vlciſcitur inimicos, ſed deo concedit iudicium, *Rom.12.* ſeruans pręceptum apoſtolicum, Non vos ipſos vlciſcentes. Non hoc autem ſolùm videre poſſumus, ſed q̃ hęc etiam iniuſtè paſſus eſt. Niſi enim iniuſtè eſſet paſſus, ea deus non eſſet perſecutus. Sediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiam. Humano more loquitur, dicens thronum & cathedram. Illud autem, Qui iudicas iuſtitiam, id dicit quod eſt deo conſuetum, & eſt eius ſubſtantiæ eximium. In hominibus enim nõ licet hoc dicere. Non iudicant enim iuſtitiam, etſi millies iuſti ſint, vt qui aliquando quidem propter iuſtitiam, aliquãdo verò propter ſocordiam, quod iuſtum eſt, ignorẽt. Deus verò qui ab his omnibus liber eſt, & ſciens & volens iuſtam fert ſententiam. Illud ergo, Sediſti ſuper thronum, iudicaſti, inquit, perſecutus es, vltus es. Increpaſti gẽtes, & periit impius. Vide quomodo armis deo non opus eſt, non gladio, non arcu, non ſagittis: ſed illa humano more dicta ſunt. Deo enim ſufficit increpare & perdere eos qui puniendi ſunt. Vt autem eius potẽtiam intelligas, audi etiã quæ ſequuntur, Nomen eorum deleſti in æternũ & in ſeculum ſeculi. Radicitus perdidiſti, cõuulſiſti, ita deleuiſti, vt eorum etiam perierit memoria. *Inimici defecerunt frameæ in finem.* *Framea חֶרֶב bipennis, taliter.* Alius, Ruinæ. Hebræus autem הֲרָבוֹת Et ciuitates deſtruxiſti. Quid hoc eſt? Machinis, inquit, & cõſiliis cõſumptis, eum propriis armis deſtituiſti. Talis eſt enim ira dei. *חָרֵב vaſtari inde.* Omnia delet, & perdit. Vel quod alius docet interpres, dicens, Deſerta, id eſt, non ſolùm eorum ciuitates, ſed ipſa etiã deſerta deleuiſti, & vrbes diruiſti: ita enim iuſtus bellum gerebat, ita aduerſarios proſternebat, non vtens armis & haſtis, ſed dei fretus auxilio, propterea ei quoque bellum eſt pręclarum & inſigne, & vi parta eſt victoria. *Periit eorum memoria cum ſonitu.* *διαλύγου.* Alius, Cum ipſis. Hebręus autem הֵמָּה hemah. Quid eſt cum ſonitu? Vel dicit internecionẽ, vel malorum mœrorẽ. Porrò autẽ hoc eſt etiã dei prouidentiæ, q̃ non facit hoc latenter, vt aliorum calamitatibus alij reddantur meliores, ſignificat ergo manifeſtũ exitium. *Et dominus in æternum permanet.* Alius, Sedet. Sedere enim ſæpe ponitur pro ſtabili & permanẽte ſubſtantia, vt declarat etiã Hieremias, dicens: Tu ſedes in *Baruch.3.* ſeculũ ſeculi. *Sedit. יָשַׁב manſit.* Et Hebręus hîc יָשַׁב Ieſeu Propheta hoc dicit aſſiduè in hominũ interitu, oſtendens interminatam eius eſſe ſubſtantiam, & q̃ hominum quidẽ genus *2.Reg.14.* eſt caducum & momentaneũ, illius autẽ ſubſtantia & *Iacobi.4.* magnificẽtia finẽ nunquam accipit. Hoc autem facit timorẽ incutiens, vt duabus de cauſis eum timeant, & propter magnitudinẽ gloriæ, & propter vilitatẽ propriæ ſubſtantię, & vt ſemper manentẽ, & vt mirãdum in modum punientẽ. Quòd ſi aliquid etiã oportet dicere anagogicè, id nõ eſt recuſandũ. Alia enim poſſumus etiã contemplari: alia verò ita ſunt ſolũ intelligẽda ſicut dicta ſunt, quemadmodũ illud, Fecit deus cœ*Gene.1.*lum & terram. Alia verò aliter quàm habeant dicti*Prouer.5.*ones, quemadmodũ, Cerua amicitiæ, & hinnulus gra*Ibidem.*tiarum tuarum, tecum habeat conſuetudinem. Et rurſus, Sint tibi ſoli quę habes, & nemo alienus ſit tibi particeps. Et rurſus, Fons aquę ſit tibi ſoli. Hoc enim ſi intellexeris id quod ſcriptum eſt, & nõ verba quidẽ fugias: ſenſum autẽ perſequaris, erit valde inhumanum, vt ne aquam quidem illi impertiaris. Sed hîc quidem loquitur de vxore, vt ea fruamur cum tẽperantia, fontem vocans eam & ceruam, propter puritatẽ congreſſus cõiugalis. Et hîc quidem hoc modo. Alicubi verò & q̃ ſcriptum eſt accipiendum eſt, & quod ex eo ſignificatur, quemadmodum eſt illud, Sicut ſerpentem exaltauit Moſes. *Ioan.3.* Credendũ eſt enim hoc factum eſſe: factum eſt enim & quod ex eo ſignificatur in figuram Chriſti. Ita hîc etiam non aberrauerit quiſpiam, ſi quę dicta ſunt, acceperit de iis quæ euenerunt Iudæis, hæc nempe, Sediſti ſuper thronũ qui iudicas iuſtitiam. Increpaſti gentes, & periit impius. Inimici defecerũt frameæ in finẽ, & ciuitates eorum deſtruxiſti: periit memoria eorum cum ſonitu. Calamitas enim eorum qui Chriſtum crucifixerũt, eſt omnibus manifeſta, & ciuitates eorũ ſunt dirutę, & diaboli machinę defecerunt, cum Chriſti cura ac prouidẽtia omnia ſuſceperit. *Coloſſ.1. Hebr.2.* Sed hæc relinquẽtes adaptanda ſtudioſis, ea quæ ſunt propoſita perſequamur. *Parauit in iudicio thronũ ſuũ.* Alius, Stabiliit ad iudicium. *Et ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia.* *Aequitate δικαιοσύνῃ, iuſtitia. Iuſtitia, ἐν εὐθύτητι, in rectitudine.* Vidiſti quomodo paulatim attollit orationem. Quoniã throni meminit, oſtẽdit throni naturam, non ex lignis, nec ex aliqua materia compoſitam, ſed ex iuſtitia. In iuſtitia enim, inquit, collocatus eſt: iudicabit orbẽ terræ in iuſtitia. Et præſentia, & quæ futura ſunt, prædicit. Generale enim iudicium illic eſt reſeruatum: ſingulare autem etiam hîc multa facit, ne ſtolidi exiſtimarẽt ea quę ſunt, non regi dei prouidentia. Quòd ſi nõ hîc omnes coronas accipiunt, ne mireris. Parauit enim diem in quo eſt iudicaturus orbem terræ: in pręſentia autem ſtadium, luctas, & certamina. Propterea non recipiunt hîc omnes pro *Roma.2.* meritis, ſed iis qui ſe rectè gerunt, dona ſunt illic repo*Matt.25.*ſita: & iis qui ſecus, ſupplicia. Hîc autem eſt lenitas patientia, vt per pœnitentiam abſtergamus peccata. Sed illic non ita. Homicida enim, quandiu eſt in via, poteſt *Hier.18.* mutari, & liberari ſupplicio, ſed poſtquã deductus eſt *Ezech.33.* ad accipiendam iudicis ſentẽtiam, reſtat deinceps enſis, & lictor, & barathrum. Ita etiam hîc. Quandiu fue*Sapien.5.*rimus quidẽ in vita præſenti, poſſumus vitare ſuppli*Heb.10.*cium ſi mutemur: poſtquam autẽ illuc diſceſſerimus, fruſtra lachrymabitur. *Parauit enim iudecio thronum ſuũ.*

Si quis autem etiã illud parauit, acceperit vt dictum eſt, nõ peccabit. Omnia enim ſunt parata, & ſupplicia, & coronæ, & ſentẽtia. Non eſt cunctatio, nec tempus, nec tarditas apud deum: quandoquidẽ qui viuunt, nõ præueniẽt eos qui dormierunt, quemadmodum dicit Paulus: Nos qui viuimus, qui reliqui ſumus in aduen*1.Theſ.4.*tum domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Iudicabit populos in iuſtitia. Vide ſapiẽtiam prophetæ, quomodo dicit præſentia, quomodo futura. Præſentia, Increpaſti gentes, & periit impius. Futura, Parauit in iudicio thronum ſuum. Et ipſe iudicabit orbem terræ in ęquitate. Hoc autem facit, vt qui illi non cre*Illis nẽpe futuris.*dunt, ex præſentibus argumenta accipiant. *Et factus eſt dominus refugium pauperi.* *Pſal.39.* Alius, Attrito, Alius, Cõfracto. Vocat aſſiduè ſeipſum & pauperem & mendicũ, licet regiam teneret. Ita etiã alibi, Ego autem mendicus ſum & pauper. Sciebat enim, clarè ſciebat omnia humana eſſe vmbra imbecilliora, & nihil eſſe nobis virtute magis proprium: reliqua autẽ omnia eſſe ſimilia foliis extrinſecus appoſitis. Quòd enim virtus ſit nobis propria, ex hoc clarum eſt, Quocunq; receſſerimus, eã circũferimus: illa autẽ non itidem. Hoc eſt ergo nobis magis proprium, alia autem ſunt remotiora. Quemadmodum ergo eum dicimus proprium ac ne-

Universidad de Deusto Biblioteca

cessarium qui est nobis propinquior:ita etiam hãc pe- A
cuniis dicimus magis propriam,quoniã nobis semper
est propinquior. Cõsidera autem mihi eius gratum &
sapientiæ studiosum animum. Cùm enim haberet &
equos, & castra, & alia innumerabilia, illis omnibus
missis supernum accessit auxilium, & suam ei salutem
fert acceptam. Non enim dixit: Fuerũt mihi castra re-
fugium meũ,nec pecunia,nec muri: sed fuit dominus
refugium pauperi. Ipse me, inquit, in tuto collocauit:
nihil enim conferri potest cum hoc refugio, quod &
Matt.14. ad facilitatis & securitatis rationem attinet. Aliis enim
Matth.7. refugiis possunt afferri insidiæ, nec possunt in prõptu
Ioan.13. inueniri, sed & tempore & loco innumerabilibus ar-
Esa.58. centur circunstantiis. Hoc autem, vtpote quod propè
Hiere.23. sit,inuenies,si id tãtùm exactè quæsieris. Te enim ad-
huc loquente dicet, Ecce adsum. Et, Deus appropin-
quans ego sum,& nõ deus procul. Nec cursu ergo,nec
peregrinatione nobis opus est, sed vel domi sedentes
hoc possumus euocare auxilium. Et aliquando quidẽ
liberat à periculis:aliquãdo autẽ eos ipsos reddit præ-
claros & potentiores aduersariis, & vtrunque in tem-
pore conuenienti. Quando enim se modestè gerunt
qui id assequuntur,dat vtrunque. Sin autem in eo non
se rectè gesserint, intra vnũ subsistit, ne alterius addi-
tamento nimis fiant arrogãtes. Vt autem scias id sæpe
παιδ- in causa esse vt in insolentiã efferantur homines: Eze-
δάγμα. chias ea de causa elatus est. Sed ne sic quidẽ eum con-
Esa.38. tempsit,sed quoniam victoriæ successus mentem eius
extulerat,immisit infirmitatem quæ eum corrigeret.
Adiutor in opportunitatibus,in tribulatione. Quid est in
Opportu- opportunitatibus?In tempore,inquit,opportuno. Du-
nitas du- plicem dicit opportunitatem, ꝙ & fert auxilium,& ꝙ
plex. in tempore. Opportunitatem enim hîc dicit afflictio- C
1.Cor.6. nem. Qua de re? Quòd sit mater studij sapientiæ, &
maximè diuinum attrahat auxilium. Tunc sublata est
socordia,& nimia dissolutio,tũc supplicationibus va-
camus diligẽtius. Et quemadmodum hyems est tem-
pus opportunum ad terræ agriculturam: ita etiam af-
flictio ad curam & studium animæ. Eius enim semper
opus habemus auxilio, etsi sint nobis res secundæ.
Tunc autem maximè sentimus auxilium,quando ver-
samur in afflictionibus. Hic etiam aliquid aliud signi-
ficauit, nempe ꝙ oportet nos operari. Qui enim fert
auxilium,ei fert qui operatur. Non oportet ergo ocio-
sos esse,& animo deficere, sed & preces afferre & ele-
emosynas, & omnia quæ à nobis ipsis afferri possunt.
A simili. Qui sunt enim in bello socij, iis qui pugnãt opẽ ferũt,
non iis qui animo deficiunt,& se dedũt ocio. Si vis er-
go dei assequi auxilium, nunquam quæ tua sunt pro- D
dideris. Ita Iob opes latæ sunt stanti,& fortiter dimi-
canti. Ita etiam Apostolis pulchrè laborãtibus. *Et spe-
rent in te qui nouerunt nomen tuum.* Alius, Et confident.
Propheta hoc facit assiduè, à precatione ad exhorta-
tionem orationem conuertens, vt qui sit cõmunis do-
ctor orbis terrarum,& Philosophiæ thesaurum propo
nens in medium. Pulchrè autem dicit: Sperẽt in te qui
Rom.5. nouerunt nomẽ tuum. Qui te nouerunt,inquit, & au-
2.Cor.1. xilium & defensionem tuam,satis validam habent an-
choram,spem quam in te habent, satis validum auxi-
lium,& turrim infractam,qui non solùm pollicetur li-
berationẽ à malis, sed ne præsentibus quidẽ difficul-
δόγμα. tatibus perturbari permittit. Qui enim est liberatus ab
humanis,& à superna spe dependet, non solũ adsciscit
sibi celerrimã à malis liberationem,sed ne in ipsis qui-
dem malis vexatur & perturbatur, vt cui ferat auxiliũ

A spes illius anchoræ. Ita ergo tres pueri nõ solùm libe- Daniel.3.
rati sunt à fornace, sed ne dum in fornace quidẽ ver-
sarentur,conturbabantur. Norant enim ꝙ sibi aderat
à deo auxilium. Et ideo alius dicit: Et cõfident,pro eo
quod est,habebunt fiduciã. Perturbationũ enim prin-
cipio longè maior est cautio quæ ex spe in deũ oritur.
Illæ enim sunt humanę,hoc verò diuinum & inexpu-
gnabile. Quandoquidem dixit eum fuisse adiutorem,
& fuisse refugium:dicit etiam quomodo sit. Quomo-
do autem est? Quãdo in eum assiduè sperare perseue-
ramus. Quòd si nõ statim soluit difficultates,hoc quo-
que sit pro tua probatione. Quemadmodum enim cũ
posset nõ permittere vt te inuaderẽt,permittit tamen,
vt te faciant robustiorem, ita etiã cum posset ab initio
soluere, rursus cunctatur & differt,tuam augens con-
stantiam,& tuam spem exercẽs,& tuam in ipsum affe-
ctionem reddens vehementiorẽ, & neq; semper per-
B mittit opprimi,ne deficiam⁹, nec semper quiescere &
relaxari,ne collabamur. *Quoniam nõ dereliquisti quæren-
tes te domine.* Alius: Non enim reliquisti. Ita etiam dicit Eccl.2.
alius: Respicite antiquas generationes, & videte quis
sperauit in domino,& pudore affectus est?aut quis in-
uocauit dominum, & dereliquit ipsum? Et quomodo,
inquit,quæritur deus qui est vbique? Studio,& animi
promptitudine, & si ab iis omnibus quæ ad victũ per-
tinent, liberemur. Sæpe enim cum ante oculos & in
manibus habeamus,nescimus,sed circũcursamus sępe
quærẽtes quæ tenemus,quãdo mens aliò versa fuerit.
Quomodo ergo deum quærere possumus? Quãdo il-
luc animũ intendimus, quando ab iis quæ ad hanc vi-
tam pertinẽt,fuerimus liberati. Qui enim quærit,om-
nia ex anima eiiciens,venit ad illud quod quærit. Nec Quærendum &
C oportet solùm quęrere,sed etiã exquirere. Qui exqui- exquirendum.
rit, non ipse solum quærit, sed aliorum etiam ope vti-
tur,vt inueniat quod quærit. Sed in iis quidem quæ ad
hanc vitam pertinent,cùm sæpe quæsiuerimus,nõ in-
uenimus. In spiritalibus autẽ hoc nõ licet,sed omnino
necesse est vt qui quęrit,inueniat. Si enim ad quæren-
dum tantũ egressi fuerimus, non permittit deus vt nos
multum vexemur:& ideo dicit, Omnis qui quærit,in- Matth.7.
uenit. *Psallite domino qui habitat in Sion.* Alius,qui sedet,
Annunciate inter gentes studia eius. Alius dicit, In po-
pulis machinationes eius. Quid dicis? Cuius cœlũ se-
des est,& terra scabellum pedum: cuius in manu sunt
fines terræ, is habitat in Sion? Certè. Habitationem Habitatio
enim hic dicit,non loco circuncludi(est enim infinita dei quo
eius magnitudo) sed peculiarem in locũ affectionem, intelligatur.
& peculiariter in eum affici,vt Iudęos per hanc sui de-
D missionem ad se attraheret. Propterea enim nostra
quoque domus esse dicitur, quòd peculiariter in eam
afficiamur. Iam verò in nobis quoq; habitare dicitur,
non quòd à nobis comprehẽdatur, sed quòd propriè
ac peculiariter in nos afficiatur. Sion autem ecclesia Siõ, eccle-
anagogicè dicitur. Accessistis enim ad montem Sion, sia. Hebr.12.
& Ecclesiam primogenitorum. Et meritò mõs est Ec- Ecclesia,
clesia,quòd sit firma,& stabilis,nec possit conquassari. vt mons,
Quemadmodum enim mons non potest labefactari, per simile.
ita nec dei Ecclesia. Annunciate inter gentes studia
eius. Vult eos esse pręcones dei beneficiorum, & nun-
quam eius celare beneficia. Et hoc dicit vbique, tam
propter eos qui dicunt, quàm propter eos qui audiũt.
Nam & hi & illi lucrifaciunt si attenderint. *Quoniam
requirens sanguinem eorum recordatus est.* Vidisti quænam
dicit eorũ studia, beneficia. Hic etiam magnũ quod-
dam decretũ significat,non perpetrari vllã cædem,de
qua

qua pœnę non sumantur,& quę nõ vindicetur. Quòd A
Gene.9. etiã Moses ostendit in Genesi,dicens, Sanguinem ve-
strum requiram. Hoc est indicium infinitę eius proui-
dentiæ,ingentísq; & prolixæ curæ. Si autẽ non statim
requirit,ne mireris, dat enim peccatoribus tẽpus pœ-
Rom.2. nitentiæ. *Non est oblitus clamorem pauperum.* Vide rur-
Matth.5. sus esse in honore pauperes. Nõ autem dicit simplici-
ter & absolutè pauperes:sed illos qui sunt pauperes spi
ritu,sicut dicit Christus. Ii enim maxime exaudiuntur
dum orant,qui sunt corde humili & contrito. Hic au-
tem duo ponit, & orationẽ & humilitatem. Ad quem
enim,inquit,respiciam,nisi super humilẽ,& quietum,
& timentem verba mea? Vbiq; autem orationis vehi-
culũ inuenitur humilitas. Prope enim est dominus cõ-
Φλεγμόνης. tritis corde. Oportet itaq; eum qui orat,maximè libe-
rari à bilioso ardore. Quod etiã quærit Paulus dicens:
1.Tim.2. Asq; ira & disceptatione. Rectè dixit, Clamorem pau- B
perum,dicens clamorem,mẽtis affectionem, non au-
tem vocis intensionem. Eo autem quod dixit,Non est
oblitus, significauit eos inuocare assiduè, & tamen ne
tantillum quidẽ assequi. Quid est ergo quod dicit? Ne
putetis deũ esse oblitũ, & propterea non esse persecu-
tum,eius enim est propriũ,ea quæ sunt eiusmodi quę-
rere,etiãsi nemo roget:quando autẽ rogant,& qui ro-
gant sunt humiles, multo magis. *Miserere mei domine,
vide humilitatem meã de inimicis meis. Qui exaltas me de portis
mortis, vt annũciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.*
Alius,Hymnorum decantationes tuas. Alius,laudes
tuas. Vide eum perpetuò orationi affixũ. A malis enim
liberatus,& in tuto collocatus,non cessat rursus orare,
dicens: Miserere mei,& rogare eum pro futuris. Sẽper
enim egemus dei prouidentia,maximè autem dum li-
beramur à malis. Aliud enim bellũ excipit priori diffi- C
cilius,socordiæ, & arrogantiæ,tunc enim spirat vehe-
mentius diabolus. Quare maximè postquã liberati su-
mus à malis, illo opus habemus auxilio, vt facilè res
secũdas feramus. Nam Iudęi quoq; ab Ægyptiis libe-
rati,grauiori bello vexabantur,arrogantia & socordia.
tunc itaq; maximè moriebãtur,vt qui non possent re-
Exod.16. ctè ducere exercitum. Quia enim nec aduersus inglu-
uiem, nec aduersus pusilli abiectíq; animi vitiũ forti-
2.Reg.11. ter in acie steterunt,sed Aegyptiorum vitia sunt ęmu-
lati:ea illos perdiderunt. Dauid quoq; cum & à Saulis
difficultatibus, & ab aliis omnibus hostibus fuisset li-
beratus:postquã quietem & laxamẽtum essecutus est,
difficilius bellum passus est incontinentis cupiditatis,
quod eum etiã maiori supplicio affecit. Quocirca tũc
maximè timendum est,quãdo fuerimus liberati ab æ-
Homœosis rumnis. Quemadmodum enim alligatam bestiam nõ D
elegans. ita timemus vt emissam: ita etiam vitium nõ est ita ti-
mendum in afflictione, tũc enim alligatum est anima
ægritudine,& aliis vinculis,sed post quietem & remis-
sionem maximè timendum est. Et ideo sæpe videbis
rerũ successus maiora mala facere quàm res aduersas.
4.Reg.14 Ita etiã Ezechias fusis fugatísq; hostib⁹ erat periturus.
Psal.118. Quocirca ipse quoq; alibi dicit: Bonum, ꝙ me humi-
liasti. Quærit autem misericordiam etiam post libera-
tionẽ:& affert causam petitionis misericordiæ,ꝙ ma-
le sit affectus. Vide enim humilitatem meã de inimi-
cis meis. Et aliam rursus, *Qui exaltas me de portis mortis.*
Ad eum enim qui præest,& mei curam gerit,& sem-
per manus mihi prębet,confugio. Vidisti eum in futu-
rorum petitione pro præteritis etiam gratias agere, &
duplex dicere beneficium. Nõ dixit enim,qui liberas
me de portis mortis,sed,qui exaltas me. Non enim in

A eorum malis tantũ soluendis substitit dei beneficium:
sed fecit eos etiam admirabiles, insignes, & clariores.
Non dixit autẽ,ex porta: sed ex portis, multa pericula
significãs. *Vt annuncient omnes laudationes tuas in portis filiæ
Sion.* Quod suasit aliis facere, ipse facit. Annunciate
enim,inquit,inter gentes studia eius. Hoc ego quoq;
nũc faciã:& nõ solũmodo faciã vno pręsenti vel duo-
bus vel tribus,sed in medio theatro. *Exultabo in salutari
tuo.* Hoc est mihi corona,hoc diadema,propter te tro-
phæum erigere, propter te salutẽ adipisci. Ita etiã nos
quoque quæramus non omnino seruari, non omnino
à malis liberari, sed per deum. Hoc autẽ dico propter
eos qui in morbis vtuntur incantationibus,& alias ex-
quirunt imposturas & præstigias ad suam leuandam
ægritudinẽ. Hoc enim non est seruari, sed perire. Ma- Interitu
xima enim salus est,per deũ esse seruatum. *Infixæ sunt* διαφθο-
B *gentes in interitu quem fecerunt.* Alius,immersę sunt. Cor- ρᾷ corru-
ruptionẽ dicit vitium: nihil enim æquè corrumpit, vt ptione.
vitium. Improbo enim homine nihil est imbecillius, Collatio.
propriis armis capitur, quemadmodũ ferrum à rubi-
gine,& lana à tinea,ita etiam improbus à vitio. Vnde Rom.2.
etiã ante suppliciũ quod à deo infertur, ipsum vitium
ab eo qui id facit pœnas exigit. Quia enim multa de
superna iustitia disseruit, & de dei auxilio, ipsum autẽ
nõ statim venit,sed cunctatur & differt,& hoc multos
efficit ignauiores,ostẽdit esse in foribus supplicium,&
malos id perpeti,sicut dicit etiã Paulus: Et mercedem Rom.1.
quã oportuit erroris sui in seipsis recipientes. Vide au- ἐνεπάγη-
tem quàm propriè vtatur dictionibus, Infixę sunt,hoc σαν.
est,per vim retẽtæ sunt,sunt eis ineuitabiles paratę in- Act.5.
sidiæ. Et rursus, *In laqueo isto quem fecerunt,comprehẽsus est* Rom.5.
pes eorum. Vinculis,inquit,quæ solui nequeunt,astrin- Rom.10. Collos.1.
C gũtur improbi. Hæc Apostolis & Iudæis vsu venerũt. Dan.3.
Quãdo enim bellũ gerebant cum apostolis, illos qui- Dan.6.
dem nihil lædebant:malis autem innumerabilibus se-
ipsos implicabãt,ciuitate,& libertate,& aliis omnibus
euersi,& crescebat quidem prædicatio,displuebantur
autem qui parabant insidias. Et qui tres pueros in Ba-
bylonicam fornacẽ immiserũt,ab ea rursus capti sunt.
Quod etiam in Daniele factũ est. Sed in Daniele qui- Ab exem
dem hoc meritò accidit,ipsi enim ipsum iniecerũt. In plo.
tribus autem pueris quídnam est in causa ꝙ cum rex
peccasset,ij qui stabant ante fornacẽ, puniũtur? Quo-
niam ij quoque qui fuere combusti,Regis iussui inser-
uierunt,& auream statuam adorarunt. *In laqueo quem
absconderunt, comprehensus est pes eorum.* Vide quomodo
ostenderit inenarrabilem eorum esse vituperationem.
Quia enim quod fiebat,erat plenum ignominia, ideo
D celant, & conantur latere. *Cognoscitur dominus iudicia fa-
ciens.* Alius,cognitus est iudicium faciens. Hoc est,pu-
niens,vlciscens,persequens. Vidisti aliud genus bene-
ficij ex castigatione. Non solùm enim facit eos melio-
res qui castigantur, sed facit etiam vt dei cognitionis
eluceat ratio, & ex eo qui eum magis viderit hominũ
curam gerere. Cum itaq; permisit gregem porcorum Marc.5.
deturbari,& in mari submergi,tunc admiratione ma- Luc.8.
xima perculsi sunt. Porrò autem in veteri quoque Iu- Psal.77.
dæi,quando eos occidebat,tunc eũ quærebãt,quem- 2.Cor.9.
admodum dicit propheta. Et cur non hoc facit fre-
quentius? Quoniam vult nos non per vim & compul-
sionem,sed per liberam eligendi volũtatem ex virtu-
te nos gerere,& beneficio potius affectos quàm puni-
tos. Et quanto,dicet quispiã, melius est esse necessitate
bonum, quàm malum libero eligendi arbitrio? Non
potest esse bonum quod fit necessitate. Qui enim vin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

γνώμη. culo illaqueatus bonus est, nunquam erit semper bo- A
nus,sed à necessitate liberatus reuertetur ad vitiū. Qui
autem ita instituitur,vt sua spōte & libera eligendi po-
testate fiat bonus, cum bonus factus fuerit, constans
manet & stabilis. *In operibus manuum suarum comprehen-*
sus est peccator. Non dixit, manuum dei, sed manuum
peccatoris. Vidistis quomodo variat orationē,&quod
à superis infertur suppliciū inferens, & pœnas quæ ex
vitio infliguntur,inducens. Quomodo suppliciū quod
infertur à superis? Cognoscitur,inquit,Dominus iudi-
cia faciens. Quomodo pœnas quæ infliguntur à pec-
cato? Infixæ sunt gentes in interitu quē fecerūt. Et rur-
sus ea quæ proficiscuntur ab improbitate,in operibus
manuum suarū comprehensus est peccator. Nō enim
dicit solum suppliciū quod à deo proficiscitur, quoniā
sæpe cunctatur & differt:neq; solū quod à vitio, quo-
niam multi in eo libenter versantur,sed vtrinq; confir-
mat orationē. Et ideo dicit,in operibus manuū suarū
cōprehensus est. Alius,Plantarū suarum. Ne ergo exi-
stimes te machinationē in alium moliri,quando struis
alicui insidias,tibi enim ipsi cōtexis retia. Cantus dia-
פבף psalmatis. Alius vox semper. Alius, Modulatio sem-
70.τῶν per. Hebræus autē הגיון סלה higaiō selach. *Conuertan-*
χειρῶν *tur peccatores in infernum,omnes gentes quæ obliuiscuntur deū.*
αὐτοῦ. Alius, Conuertentur. In iisdē rursus persistit, ostēdens
vitium habere suppliū constitutum. Et impietas parit
mortem, & peccatū pericula. *Quoniam non in finē obli-*
uio erit pauperis,patientia pauperum non peribit in finē. Alius
interpres dicit, Non enim in finē, mitium expectatio
tradetur obliuioni. Pulchrè dixit,in finē:ostendens nō
semper quæ remissionē & laxamentū. Si enim semper
futura sit quies & remissio,vbínam ostendetur patien-
tia? Quod autem dicit,est eiusmodi. Pœnas dabūt im- C
probi,& extrema patientur. Neq; enim deus patietur,
vt iis qui iniuria afficiuntur, perpetuæ parētur insidiæ.
Per hoc & eos consolatur, & illos terret, & dei ostēdit
clementiam,ꝙ hos quidem mora reddit probatiores:
illos verò trahit ad pœnitētiam. Vide autē quomodo
rursus pauperes in honore habentur,pauperes non ab-
solutè, sed qui sunt cōtriti corde. Ii enim sunt vel ma-
ximè apti ad patientiam,vel ea potius se inuicem con-
stituunt,humilitas patientiam,patientia humilitatem.
Siquis autē dixerit, & quomodo est paupertas humi-
litas? dicemus eam esse aptiorem ad virtutem. Qui est
Paupertas enim diues, animi ægritudine afficitur & cōturbatur.
ad virtu- Qui autem pauper est,omnia fert facilè,vt qui in pau-
tē aptior. pertate veluti in quadam palęstra frequenter exercea-
Matt. 19. tur. Et ideo Christus quoq; dicebat, difficile esse cum
diuitiis regnum cœlorum ingredi. Quid est autem,pa- D
Matth. 5. tientia pauperum non peribit in finem? Nunquam,in-
quit,peribit,sed proprium fructum omnino recipiet.
Quod quidem non semper euenit in iis rebus quæ ad
victum pertinent,sed finē non consequuntur pereun-
A simili. tibus laboribus. Nā & agricola expectat & mercator,
sæpe autem propter æris iniquitatem vtrique à fructu
sui laboris excidunt. In deo autē non ita fit,sed neces-
se est omnino finem consequi. Hoc autem nō paruam
affert consolationem,semper de fine confidere. *Exur-*
ge domine,non confortetur homo. Alius: Nō audax euadat.
Iudicentur gentes in conspectu tuo. Alius, Et in facie tua.
Postquam dixit vitium quod plures homines inuadit,
& narrauit hominum improbitatē,rapinas,auaritiam,
cædes hominum, rogat deum pro auxilio eorum qui
afficiūtur iniuria. Talia sunt enim sanctorum viscera,
vt non solum sint de se soliciti, sed perinde ac si vna sit

A domus orbis terrarum, vel vnum corpus multitudo
hominum ita precantur dominum. Exurge domine,
ne confortetur homo. Quid est autem,Surge domine?
Persequere,inquit, fer opem, puni eos qui faciunt in-
iuriam. Et egregiè nudis nominibus vsus est, cum di-
xit,Surge,& non confortetur homo:vt significet ꝙ vi-
lis,quòd terrenus,quòd puluis & cinis. Iudicentur gen
tes in conspectu tuo. Quid hoc est? Dent, inquit, pœ-
nas suorum peccatorum, Non redditi sunt meliores
patientia, audacium inceptorum & eis rationem ex-
posce. *Constitue domine legislatorem super eos. Et sciant gen-*
tes quoniā homines sunt. Diapsalma. Alius,semper. Quid
est,Constitue legislatorem super ipsos? Quoniam, in-
quit,omnia faciunt perinde ac si essent sui iuris, nolē-
tes dare pœnas,persequere, & sit eis suppliciū pro ad-
monitione. Hoc alius quoq; significans dicebat,Con-
stitue domine eis timorem. Vide quomodo non quę-
B rit vt puniantur,sed vt admoneantur, & corrigātur,&
non viuāt inique. Erit enim,inquit, eis supplicium lo-
co legis,non eis tantùm,sed etiā aliis. Et vt scias quan-
tum ex eo fiat lucrum, & quomodo morbū reprimat,
audi quod deinceps sequitur. Et sciant gentes ꝙ homi-
nes sunt,Quod autem dicit, hoc est. Multi hoc etiam
perdiderunt, naturæ obliti sunt, in furorem impege-
runt,seipsos ignorarunt. Et pulchè adiecit illud, Sem-
per,vt significaret non solum in rebus aduersis,sed etiā
in secundis. Verum enimuero si eos nunc punieris ha-
bentes magnum timorem,& memoriam malorū quæ
eis euenerūt,etiā si eis prosperè res successerint,scient
suam naturam. Vides quomodo facit pro eis oratio- *Ignoratio*
nem,& eorum vult furorē corrigi. Seipsos enim igno- *sui gra-*
rare, est extremæ amentiæ, & phrenesi grauius. Hoc *uior phre-*
C enim est morbus necessitatis: illud verò deprauatæ & *nitide.*
corruptæ voluntatis. *Vt quid domine recessisti longè,despi-*
cis in opportunitatibus,in tribulationibus. Hæc dicit pro-
pheta orans & supplicans ex persona eorum qui affli-
guntur,non autem accusans. Absit. Nam multi eorum *Collatio.*
qui affliguntur,præ dolore cupiunt ante tempus con-
ueniens,fieri iudicium:quemadmodum qui secantur,
nondum perfecta sectione rogant medicum vt manū
abstineat,damnosam quidem gratiam petētes, eo au-
tem ꝙ non ferant dolorem,hoc agentes. Sæpe autem
apud medicos vociferātur. Torsisti me,perdidisti me,
me de medio sustulisti. Hæc autem verba non ex mē-
te sed ex dolore procedunt. Ita etiam dicunt multi pu-
silli & abiecti animi,in afflictionibus laborem non fe-
rentes. Sophonias quoq; tali oratione vtitur. Sed hæc
quidem in veteri, quando erant eis fossæ commode-
D ratæ, longè autem absunt à noui Philosophia. *Dum*
superbit impius,incenditur pauper:comprehenduntur in consiliis
quæ cogitant. Quoniā laudatur peccator in desideriis animæ suæ,
& iniquus benedicitur. Exacerbauit dominum peccator. Pro-
pheta,imposita sibi persona supplicis,& rogans pro iis
qui afficiuntur iniuria,dicit etiā affectiones quæ vene-
runt, quæ sunt humanæ imbecillitatis, nempe ꝙ ante
punitionem angitur & excruciatur is cui fit iniuria,nō
ferens prosperitatem improbi. Nō est autem paruum
hoc quoq; supplicium. Deinde rogat vt dent pœnas,
& eorum in seipsos vertantur insidiæ. Dicit etiā into-
lerabile genus improbitatis. Quódnam autē hoc est?
Quoniam laudatur peccator in desideriis animę suæ.
Pro iis pro quibus se abscōdere, pro quib⁹ erubescere
oportebat,pro iis in admiratione habetur, pro iis lau-
datur. Quomodo autē poterit huic deinceps remediū
adhiberi, quando laudatur vitium? Hoc autem nunc
quoque

quoq; fit. Hic in admiratione habetur,vt qui sit potēs, A
ille verò,vt qui vlciscatur inimicos: alius verò vt pru-
dens,quoniam omnium bona coēgit:& quando seip-
sum perdiderit, eum dicunt seipsum inuenisse, & alij
alia dicūt:de spiritualibus autem rebus ne verbū qui-
dem. Nequaquam laudatur qui est negociorum & li-
tiū fugitantior,nec paupertatis amator: sed qui est rei
faciendæ cupidus,cauponator,adulator,qui seruili est
ingenio, qui pro nulla re vtili nullum non genus obit
ministerij. Hæc deflet propheta,ꝙ vitium ita inualue-
rit,vt sibi placeat & blandiatur,& quod est grauius, vt
minimè erubescat:nec solum seipsum laudat propter
ea quæ facit, sed habet etiam alios laudatores. Quid
hac autē insania fuerit deterius? Exacerbauit dominū
peccator. Alius,Irritauit dominū peccator,Ali⁹,Quo-
niam cum laudauit iniquus secundū desiderium ani-
mæ suæ,& auarus benedixit,irritauit dominū. Quādo B
exaltata fuerit ira eius, non quærit ira eius,non quęrit.
Alius,Quòd laudauit in desiderio animæ suæ, & aua-
rus qui benedixit,detraxit domino. Impius secundum
exaltationē iræ suæ non exquiret. Septuaginta autem,
Exacerbauit dominū peccator. Vidisti quò vitiū pro-
cesserit. Quid dico,inquit,ꝙ pauperes molestia afficit?
Ipsum deum irritat. *Et secundum multitudinem iræ suæ non*
quæret,inquit,*Dominum.* Alius autem hoc ostendit esse
de impij exaltatione,hoc est,arrogātia,insolentia. Vi-
disti insignē & perditā insaniam? Est iis qui sunt eius-
dem gētis ac generis, hostis & inimicus, à virtute alie-
nus. Et pulchrè dixit alius, Non est deus in omnibus
eius cogitationibus, significās eum deum nō quęrere,
Vitia hu- plenum esse tenebris, non habere illius timorem præ
mor quo oculis,sed quemadmodū lema obscurat pupillam,ita
cōcreto lip etiam improbitas fert mētem vel per præcipitia. *Non* C
pissimus. *est deus in conspectu eius.* Alius,Per omnes cogitationes
eius. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tēpore,auferuntur iudi-*
cia tua à facie eius. Alius,Exaltatū est iudicium tuū. Vi-
disti fructum vitij,lux eius extinguitur, orba redditur
ratio,traditur captiuus improbitati. Quemadmodum
enim qui est luminibus orbus,frequēter incidit in ba-
rathra:ita hic etiam, quoniam dei timorem nō habet
præ oculis, in vitio perpetuo versatur, non nunc qui-
dem in virtute, nunc autem in vitio, sed semper in vi-
tio,& nec gehēnę meminit,nec futuri iudicij,nec red-
dēdæ rationis:sed his omnibus auxiliis tanquā fræno
excussis,tanquā nauis quæ caret gubernaculo,traditur
malis spiritibus & sæuis fluctibus,cū nullus sit qui eius
animum regat & instituat. Vidisti malū in ipso etiā vi-
Metapho- tio pœnas luere? Quid enim equo effræni, quid naue
re. cui deest clauus,quid oculis orbo homine graui⁹? Sed D
his omnibus miserior est qui viuit in vitio, vt qui ex-
tincta luce, quæ ex dei timore proficiscitur, captiuus
sit traditus. *Omnium inimicorum suorum dominabitur.* Di-
xit enim in corde suo,Nō mouebor à generatione in generationē
sine malo. Alius,Omnes inimicos suos insufflat, dicens
in corde suo, Non cōuertar à generatione in genera-
tionē. Nō ero enim in afflictione. Vidisti arrogātiam.
Vidisti inenarrabilem perditionē. Vidisti ꝙ paulatim
augetur exitiū. Vidisti quomodo quę sunt beata apud
stultos, verè plena sunt multa miseria, & quomodo
obruuntur. Laudatur in peccatis, benedicitur in ma-
Peccatori leficiis. Hoc est primū barathrū, quod satis est vel ad
nō adblā- præcipitandum eum qui non aduertit. Et ideo magis
diendum. sunt admittendi qui accusant & corrigunt, q̃ qui lau-
dant & ad interitum blādiuntur. Hi enim corrumpūt
stolidos, & ad maius vitium propellūt, quēadmodum

A qui hunc peccatorem insufflarūt, exercuerunt ad ar-
rogantiam. Et ideo Paulus quoq; hoc ipsem dicit Co-
rinthiis de eo qui erat fornicatus,Et vos inflati estis,& *1.Cor.5.*
non potius luxistis. Eum qui peccat, multū lugere,nō
laudare oportet. Vidisti peruersum vitium,ꝙ non solū
nō accusatur,sed etiam laudibus afficitur. Hic ex pro-
pria arrogantia amplificauit laudū improbitatē. Obli-
tus est timoris dei,iudiciorū eius. Hic etiam propriæ
est naturæ oblitus. Qui enim iudiciorū dei obliuisci-
tur,sui ipsius quoq; tandē obliuiscitur. Vide ergo quæ
cogitat, *Non mouebor in generationem,& generationem,sed*
ero sine malo. Quid est hac cogitatione stultius, vt qui
homo est,& interitui obnoxius, & caducis ac momē-
taneis rebus implicatus, & innumerabilibus mutatio-
nibus subiectus,visione talia apprehendat? Vndénam
autē hoc fit? Ex stultitia. Quando enim vir stultus mul *Λόγιμα.*
B tis rebus secundis vsus fuerit,& inimicos vicerit,& ab
omnibus laudatur, & in admiratione habetur, omniū
miserrimus efficitur. Eo enim ꝙ non expectat muta-
tionem,res quidē secūdas fert modestè,& si res ei ad-
uersæ euenerint,cū sit inexercitatus, nec eas sit vnquā
meditatus,turbatur & tumultuatur. Sed nō sic Iob,sed *Cōfirmat*
etiā rebus in secūdis res aduersas quotidie sperabat:& *exemplo.*
ideo dicebat: Metus quē timebam, venit mihi, & quē *Iob.1.*
timuerā,occurrit mihi,nec in pace egi,nec quieui,nec
cessaui,venit tamē mihi ira. Et ideo alius dicebat. Me- *Eccl.18.*
mento tēporis famis in tēpore abūdātię,paupertatis&
inopiæ in die diuitiarū. Sed hic quidem semel corru-
ptus non cōsiderat humana,sed propter fœlicē rerum
successum ea esse immobilia existimat:quod est extre
mæ stultitiæ & corruptelæ argumentū, & occasio in-
teritus. Ne beatos existima eos qui sunt diuites, eos
C qui vincunt inimicos, eos qui propterea laudantur.
Magna sunt hęc barathra & præcipitia iis qui nō attē-
dunt eū qui iacit basim impietatis. *Cuius os maledictione*
plenū est,& amaritudine & dolo. Sub lingua eius labor & do-
lor. Alius,Inutile. *Sedet in insidiis cū diuitibus in occultis,vt*
interficiat innocentem. Alius insidiās apud aulas. *Oculi eius*
in pauperem respiciunt. Insidiatur in abscondito quasi leo in spe
lunca sua. Alius, In septo suo. *Insidiatur vt rapiat paupe-*
rem,dum attrahit eum. Alius, in tractione eius. *In laqueo*
suo humiliabit eum. Alius,In sagena. *Inclinabit se & cadet,*
cum dominatus fuerit pauperum. Alius,Confractus autem
inflectetur cū is irruerit in ipsum cū fortibus in imbe-
cillos. Vidisti eū etiā effectū esse ferā, immanémq; be-
luam. Eum enim tanquā ferā describens propheta,ita
de eo loquitur,dolos,fraudes,insidias traducēs. Quid
eo potest esse miserius, quid pauperius, cum pauperis
D egeat pecuniis? Hūc ergo(dic quæso)dicemus diuitē?
Ergo etiā furē & murorū effossorē. Absit?inquit. Quid
enim si noctu non perfodit iudicia? Quid si non noctu
aggreditur,sed cū dolo iudicis lumē extinguit? Quid
enim si nō dormiētibus, sed vigilātibus omnibus? Hic *Corruptor*
est enim impudentior. Ex furibus enim leges eos gra- *iudicis fu-*
uius puniunt,qui interdiu furātur. Vidisti paupertatē, *re peior.*
vidisti crudelitatem. Paupertatem, ꝙ bona pauperis
concupiscit:crudelitatē verò, ꝙ nec calamitate quidē
frangitur: sed cuius misereri, & cui subuenire oporte-
bat,paupertatē opprimit. Nec tamē hæc faciet impu-
ne:sed quādo pręualuerit,quando sibi visus fuerit esse
superior,quando se putarit esse inexpugnabilem,tunc
peribit:vt & dei videatur vincendi facilitas,& paupe-
rum patientia, & huius corrigendi difficultas, & dei
lenitatis tolerantia. Proterea non euestigio persequi-
tur iustitia, Deo per patientiam vocante eum ad pœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitentiã,sed quãdo nihil lucrifacit lenitate & patientia,tunc eum per suppliciũ admonet. Hi enim qui iniuria affecti sunt,nihil læsi sunt:sed etiã meliores & clariores afflictione facti sunt. Deus autẽ suam ostendit patientiã,vt qui sustinuerit & tolerauerit,cũ patientia autem pòtentiã,& rei gerendæ facultatem,q̃ quando is esset seipso potentior,tunc temporis ipsum superat. Hic autẽ cum mansisset incorrigibilis,vltimũ dat supplicium.Hoc autẽ non parum facit ad corrigẽdos eos qui abutuntur rebus secundis. Ne ergo quãdo viceris inimicos,& omnia tibi secunda fuerint, confidas improbè viuens,sed tunc magis pertimescas. Augetur enim vitiũ,tollitur tibi defensio, præciditur & aufertur venia si malus maneas. *Dixit enim in corde suo,oblitus est deus.Auertit faciem suam ne videat in finem.* Vide in quãtum barathrũ perditionis descendit, qualia dogmata colligit,quę propter impudentiã quidẽ non audet efferre,ea autẽ apud se versat, pugnans cum veritate,& quæ sunt sole clariora, propter mentis suæ orbitatem adumbrans. *Exurge domine deus, & exaltetur manus tua. Ne obliuiscaris pauperum.* Alius,Exalta manum tuam. *Propter quid irritauit impius deum?Dixit enim in corde suo, nõ requiret, Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras, Vt tradas eos in manus tuas.* Alius,vt dentur in manum tuã. Iniquus quidẽ hæc dicit,raptor,auarus,vtpote qui nõ det pœnas.Propheta autem eius euertẽs dogmata,de dei patientia amplè loquitur. Ille enim dicit, Auertit faciem suam ne videat in finem.Hic autem contrà,Et vides,& consideras, & es patiens, donec ij eciderint in manus tuas.Quid est,donec traditi fuerint in manus tuas? Dixit more humano.Hoc est autem quod dixit, Expectas,toleras,vt insigni tradantur improbitati.Poteras enim vel à principio eos subigere & euertere,sed est ineffabile pelagus tuæ tolerantiæ,videntis, & non persequentis,sed expectãtis eos ad pœnitentiã. Quod si nolunt, tunc punis, quando nihil ad eos redit lucri ex tua patientia.Quòd enim magnam habeat rationẽ eorum qui iniuria afficiuntur, audi quomodo per ea quæ sequuntur confirmat. *Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.* Alius,Tu fuisti. Quod autem dicit,tale est.Hoc est officiũ tuum egregium.Quod autẽ suum est, non prodiderit. Quemadmodum enim est artificis ædificare,& gubernatoris nauem dirigere, & solis illuminare: ita etiam tuum est præesse orphanis, manus præbere pauperibus. Nemo est qui sic eorum curã gerat,sed tu solus.Hoc enim significat illud, Derelictus est.Nullus,inquit,alius,sed tu solus orphanorũ & pauperum curam geris. *Contere brachium peccatoris & maligni. Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Alius, Quæratur impietas ipsius,vt non inueniatur ipse. Nõ vult peccatorem absolutè conteri,sed vires,potentiã, & eius improbitatis fomitem:deinde vult eum eorum quæ fecit reddere rationem:& ostendens iniuriæ magnitudinem,dicit,Si hoc fecerit, ne stare quidem poterit,nec apparebit,sed peribit,interibit, radicitus delebitur,iis quæ ferit examinatis. Nemo ergo orbitatẽ defleat,nemo paupertatem.Quo enim ea maiora fuerint,eo magis eum deus auxilio dignabitur.Nemo de potestate sibi magnificè placeat,nec intumescat. Locus enim est & lubricus,præceps, & eos qui non attẽdunt, facillimè subuertit. *Dominus regnabit in æternum, & in seculum seculi.* Hic respondet eis qui perturbantur eò q̃ peccatores non statim pœnas dederint.Quid times?inquit.Quid formidas? Non est iudex temporaneus,finem enim non habet regnum eius: etsi enim nunc nõ det pœnas qui inuasit dominatum,qui est raptor,qui auarus, omnino tamen dabit. Manet enim qui exigit,& regnat perpetuo. *Peribitis gentes de terra illius.Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Alius,Præparabis cor eorũ ad attendendum auri tuæ. *Iudicare pupillo & humili:Vt non apponat vltrà magnificare se homo super terram.* Vides prophetam malorum maiorẽ curam gerere:Est enim eorum maximè malè pati.Is enim qui iniuria afficitur, accipit damnũ pecuniæ, ille autem versatur in rerum maximarũ periculo. Quid tum enim si non sentiunt ægritudinẽ qua vexãtur?eo magis crescit eorũ stupor, & eo nomine magis oportet eorũ misereri. Nã pueri etiã terribilium nullã ducunt rationẽ: sed sæpe etiã in ignem manus immittunt,personas autẽ inanes videndo pertimescunt.His sunt auari similes,qui paupertatem quidẽ verentur, quæ non modò terribilis nõ est, sed fundamentũ potius est securitatis,iniustas autẽ diuitias, & alienorum bonorũ inuasionẽ multi faciunt, quod est quouis igne terribilius.Semper enim malum est auaritia.Vt ea ergo excindatur, semper rogat prophetam,minans,vociferans, deum rogans vt exurgat ad puniendum talem mentis stuporem. Et ideo subiũgit dicens, Peribitis gentes de terra illius.minans illis interitum, & rogans vt sit adiutor & vindex eorum qui iniuria afficiuntur:vt & hi respirent, illi verò castigentur.Nemo ergo opum & facultatũ copiam persequatur. Multa hinc mala oriuntur iis qui non attendunt, arrogãtia,socordia,inuidia, vana gloria,alia multo his maiora.Sed vt ab his omnibus malis liberemini,radicem excindite. Si ea enim non maneat,mala germina non germinant.Et ideo hæc dicta sunt, non solùm vt audiamus,sed etiam vt corrigamur.

DE EO QVOD IN EVNDEM PSALmum scriptum est,Narrabo omnia mirabilia tua domine: Homilia incerto interprete.

CReatoris,& omniũ rerum institutoris opera tacenda non sunt: sed tantum potest dicere lingua,quantum cõcipit memoria.Nec possunt ab aliquo narrari cũcta quæ deus operatus est ab initio mundi:quia fecit omnia ex nihilo verbo illo ineffabili,non aerẽ verberante,& per syllabas literarum transeunte:non à silentio incipiens,& ad silentium finiens:sed illo verbo quod semper loquitur,nunquam silens,per creaturam ministeriũ assumens siue per nubem,siue per angelum,siue per prophetã, siue per doctorem.Nec enim hoc est quod ministratur,quale est vnde ministratur. Hic deus noster, qui dixit, & facta sunt:qui est miraculorũ plenitudo, infudit se prophetæ:& cum considerat cuncta miraculorũ opera,quę mirabilis fecit deus,ad hoc se cõuertit vt diceret:Consideraui opera tua,& expaui.Aequè propheta sanctissimus,sicuti modò cãtauimus, Narrabo omnia mirabilia tua. Quæ sunt miracula,etsi nõ multa potest promere lingua nostra,tamen vtcunq; loquimur, intelligimus,& agnoscere possumus. Fecit ergo deus cœlũ & terrã,mare,& omnia quæ in eis sunt,cũcta animantia,quadrupedia,volatilia, serpentia,natãtia, germina arborum,fructus,radices, ramos, folia, & cuncta sunt creata &prẽparata.Ista omnia mirabiliter fecit,homine manu pietatis è limo terræ, dans ei præceptũ, vt præscripta lege seruata nõ moreretur,prẽcepto transgresso moreretur.Peccante primo homine, totus vitiatus est mundus,labes peccati tota inoleuit, cõcupiscentia in homi-

in hominibus augmẽtata est, labiles facti sumus & infirmi.Medico indigebat generatio hominũ. Ille è sinu patris missus,qui semper fuit,& nõ fuit quando nõ fuit,vnam cũ patre habens substantiam & essentiam, sanauit morbum quem protoplastus infuderat massæ hominũ.De aduentu autẽ incarnationis eius quid enarrem, nisi mirabilia eius? Angelus adueniens, qui est vehiculum verbi,infudit Mariæ,concepit credens verbo.Hoc verbũ,caro factũ est,assumens(quod non erat)nostrũ non amisit quod erat ex patre,permansit in suo quod erat in diuinitate. Ingressus vterũ virginis,non violauit integritatem,creatus nõ abstulit virginitatẽ.Quæ sunt ista miracula? Generationẽ ei⁹ quis enarrabit? Transeamus id quod est super nos, redeamus ad nos. Quid est illud, vt homo in vtero matris cõceptus formaretur? Lineamenta corporis quis cõponit,quis oẽs artus,quis pulchritudines capillorũ ordinat,nisi ille mirabilis,qui est plasmator totius generis humani?Quid dicã de mirabilib⁹ illius? vt succedãt sibi tẽpora,fructus occurrãt maturi in ordine suo, sapores diuersi, cepularũ magnitudo?Quid dicam de deo iusto, misericorde,faciẽte de superbo humilẽ, de adultero castũ, de edace parcũ,de iracũdo mansuetũ, ex impio pium,ex ebrioso sobriũ, ex discorde concordem,ex tenace largum, ex inquieto quietũ, ex odiente,charitatẽ habentem?In his omnibus quis operatur,nisi ille cui cantauimus modo, Narrabo omnia mirabilia tua? Ex fonte miraculorũ impleuit fistulam linguæ nostræ,areolas cõscientię nostræ.Lætandũ est, exultandũ est, non in nobismetipsis, sed in domino, qui ista operatus est. Nam cõtexuit subsequens versiculis psalmi, lætabor & exultabo in te,psallã nomini tuo altissime.Psallere verbo,opere subsequi,fructũ est inenarrabilis. Qui psallit deo,& facit id quod cantat, psallit spiritu,psallit & mente:orat spiritu,orat & mẽte:vt quod facit,dicat:& quod dicit,faciat. Et cũ hoc inimicus aduersarius totius mundi viderit, retrorsum redit pessum perductus:atque subter pedes famulorũ dei prostratus non dominatur, quia aditum nõ inuenit introeundi.Clausa ianua cordis, firma vecte crucis,ingredi minimè potuit: quia tyrannus imperatorẽ intus agnouit Christũ, & filiũ maris ecclesiæ. Et vos germen ecclesiæ,qui estis vno verbi semine concepti agnoscite qui cantatis,quod cantatis, & cui cantatis. Quid enim sumus,nisi quod ait sanctissimus ille vates Christi:Memento quia puluis sumus?Quid cantamus illi? canticum nouũ.A vetustate primi hominis separati,in Christo recreati:cantamus canticũ nouũ,à vetustate narrantes miracula eius in nos collata.Cui cãtamus?domino omnipotenti,pręstanti talia miracula facienti:cui credentes,peruenite ad ciuitatẽ olim promissam nobis,intrate, nullus remaneat. Miliaria sanctorum attendite,qui positi sunt in via vitæ nostræ.Et ibi resumẽtes,ibi ciuitatẽ nobis in eisdẽ monstratam quo tendimus, dicamus cũ propheta: Narrabo omnia mirabilia tua, quia fecisti iudicium meum, & causam meam.Vt causæ nostræ sic sibi conueniant cum præceptis dei,sciẽtes quia stat uri sum⁹ ante tribunal Christi,& reddituri rationẽ,quæ per corpus gessimus, siue bonum siue malum.Vt cum chartæ operum nostrorũ fuerint discussæ, si nulla in eis falsitas, nulla prauitas inuenta fuerit,liberi & non serui peccati, applicemur ad dexteram pastoris pastorũ,& cum ouibus innocẽtibus deputet nos,qui sanguine suo redemit nos.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN eundem psalmum, Patientia pauperum non peribit in æternum, &c. Homilia,incerto interprete.

DEus generis nostri,qui non despexit creaturã suam,neque facturæ suæ se negauit:prẽsertim præstando hominibus vniuersa beneficia, vt det quæ vsui corporis necessaria sunt:virtute adornauit,ordinem constituit,rationem cordibus non negauit, vt ad viam vitæ peruenientes, sine offensione incniamur.Nunc quis cognoscit,quis verbis explicat, quis enarrat magnalia dei,miracula omnipotẽtis dei? Omnipotẽs deus iste egentiũ,qui in oĩ ordine ita voluit suos clamare ad se,& iugiter indigere à se beneficio,vt quæcunque dici possint,à nullo deo sperentur, nisi à deo nostro.Illi vagi & pagani non à deo cuncta sperant,sed à diis manufactis:nos verò speramus beneficia ab omniũ creaturarũ factore. Nã modò quasi ipsa tolerantia clamabat ad deum, dicens corde & ore nostro ex dicto prophetæ, Nunquid in æternũ in obliuione erit pauper? Modo hic pauperes audiunt, & quasi eriguntur,quasi ipsi non sint in obliuione, & diuites in obliuione sint. Non est vna paupertas. Nã euangeliũ demõstrat nobis pauperes non substantia, sed spiritu,quos & laudat & beatos dicit, quoniã dicit: Beati pauperes spiritu,quia ipsorum est regnũ cœlorũ.Qui sunt isti pauperes? Respicite si possint æstimari diuitiæ illorũ. Quicunq; possidẽt in terra, partẽ possident terrę,& eã exiguã. Qualis ille diues, qui possidet totũ cœlũ,& meretur regnũ?De istis pauperibus dicebat propheta:Nunquid in obliuione in æternũ, id est,in illa vita erit pauper,aut patiẽtia pauperũ peribit in æternum? Videtis quæ est tolerantia,quàm potens,vt toleret homo fratrem inquietũ, superbũ, iracundũ, bilinguem, detractorẽ, subdolũ, pigrũ, iniuriosum,murmurabundũ,sibi placentem,cupidum,inordinatè ambulantẽ.Ista patientia cum admonitione increpat,non peribit in æternũ.Sic tolerandi sunt isti, vt tamen nõ taceatur istis talibus.Si tacuerimus,alios perdimus.Sed sic moderatione seruata, fixa admonitione,vt & lingua clamet, & cor amet: quia clamor iste,etsi clamat,sed intus amat. Nam dictum est prophetæ,Clama.Et interrogauit ipse,Quid clamabo?Et responsum est ei, Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius vt flos fœni.Exortus est sol,flos decidit:aruit fœnum,sed verbũ domini manet in æternun. Ergo ista patiẽtia talis esse debet,vt & charitas seruetur, & proteruus homo increpetur.Ergo in æternũ in obliuione erit pauper? Quis est iste pauper?An fortè ille, qui dixit nos in se portans,Pauper & dolens ego sum,& salus vultus tui deus suscepit me?Pauper erat, quia nos esuriebat.in tantũ nos esuriebat, vt quando discipuli obtulerunt ei de Samaria venientes cibos vt manducaret,dixit eis,credentibus Samaritanis: Habeo cibũ mãducare,quem vos nescitis.Ergo iste pauper potest dici & populꝰ Christianus,mẽbra ista sub vno capite: quia caput nostrũ Christus, nos verò mẽbra eius. Et quare pauperes? quia quomodo pauperes omni tempore,omnibúsque momẽtis pulsant aures omniũ hominũ clamoribus suis pro pane ventris: ita pauperes spiritu clamant pro pane mẽtis, qui de cœlo descendit.Ergo pauperes isti beati, isti in obliuionem erunt nunquã,quia semper prestolantur,semper intendunt, semper rogant,semper conseruant, promissionẽ dei expectantes.Quomodo erit in obliuione iste pauper, qui diu noctúq; genu flectit ad patrem dñi nostri Iesu,

Universidad de Deusto Biblioteca

ſu Chriſti?qui orationi inſtat,& vigilat in ea in gratiarum actione? Magna eſt patientia,eò ꝙ totum patitur anima Chriſtiana.Impugnationes diaboli patitur,ſed nõ ſuperatur.Delectationes,immiſſiones,cupiditates. Stimulis carnis colphizantur, exagitantur,illuduntur, imaginantur,phantaſię immittuntur:iſta omnia tolerat anima,ſed non ſuperatur:vincit,nõ tamen ſuis viribus:adiuuatur,vt vincat:accipit,vt perueniat: donatur,vt coronetur.hæc patientia,quę ad victoriam peruenit,non periet in æternum.Sed quia non poſſumus noſtra potentia, noſtra virtute, noſtra magnitudine iſta facere,dicamus cum eodem propheta,ſicuti pſalmus ſubtexuit dicens:Exurge domine,non præualeat homo.Quis eſt iſte homo,niſi Antichriſtꝰ? Audite fratres dilectiſſimi,Multi in ſeculo iſto caduco & fœneo

Antichriſti,qui. habitãt Antichriſti,& audite qui ſunt iſti Antichriſti. Antichriſti dicuntur ficti Chriſtiani:Antichriſti dicũtur hęretici,pagani.Ecce iſti omnes Antichriſtiani dicuntur,quia in vno nomine Chriſti non eis placet ſimplicitas catholicę eccleſię,qui aut ſub laude vituperãt, aut inimicitiam apertè exercẽt.Sed iſti cum à fide

Antitheſis. noſtra nos non tollunt,nõ præualet homo. Atque vtinã non nos laudes humanæ extollant, non vituperationes frangãt:quia & laus periculoſa eſt, & vituperatio æquè periculoſa eſt.Illa ꝓſperitate corrũpitur anima, dũ delectatur humanis laudibus:illa aduerſitate fran-

In anthropomorphitas. gitur,obtuſa vituperationibꝰ.Ergo oremꝰ & dicamus: Exurge domine,non præualeat homo:non quaſi deus

Pſal.43. Pſal.102. noſter ſedeat,& ſurgat,& ſtet,aut corporeus, aut viſibilis ſit iſtis oculis:ſed aliquid dicitur de illo,qđ poſſumus intelligere ex ipſo.Quod dicimus deo exurge, vt in nobis ſurgat,& nos ad illum ſurgamus.Nam alio loco dicitur:Exurge,quare obdormis domine? æquè alio loco dicitur:Ecce non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſraël.Nunquid iſta teſtimonia impugãt ſe,quia hic dicit:Exurge,quare obdormis domine?& ibi dicit,Ecce nõ dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.Sed attendẽda ſunt teſtimonia ſibi conuenientia cũ omni ſolicitudine. Nam ſi locis ſuis ponantur,non claudicãt.Quod dictũ eſt,Quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem: vox eſt martyrũ,qui volebant ſe in præſenti defendi de per-

Apoc.16 ſecutionibus. Nam vox illorũ eſt in Apocalypſi dicens:Quouſque ſanctus & iuſtus non iudicas ſanguinem noſtrũ de his qui in terris habitant?Volebant ergo martyres vt in præſenti miracula faceret deus, & cõfunderet fortitudinem aduerſariorum & inimicorum Chriſti,ſed deus qui volebat pati ſuos, & multas pœnas tolerare, dimiſit eos torqueri, cruciari,affligi, vt vbi eſſet magna pugna,cõcederet eis & glorioſa victoria. Exurgit ergo in nobis Chriſtus,quãdo tolerãtiam habemus,quãdo erigimur ad dulcedinem eius: quãdo vigilamus,ne nobis inimicus ſurrepat,ne præualeat homo iſte filius interitꝰ.Veniat ergo pietas tua, & iudicẽtur gentes in conſpectu tuo. Conſtitue domine legiſlatorem ſuper eos,vt ſciãt gentes quoniam homines ſunt.Nunc orandus eſt,qui non nos ſinat tẽtari ſupra quàm poſſumus ferre, ſed faciat tentationẽ

Luc.22. cum exitu,vt poſſimus ſuſtinere.Vigilate & orate, ne intretis in tentationẽ: quia omnis qui vigilat, & aduerſarium non timebit,& coronã repoſitam accipiet.

Pſal.18. *Nonnihil ſuper Pſalmum,Cœli enarrant gloriam dei, &c. reperies in vltimo tomo ad populum Antiochenum Homilia nona.*

EIVSDEM IN PSALMVM X.

in finem Dauid. Alius,*Epinicion Dauid.*

Alius,*victoriæ effectori.*

IN domino cõfido,quomodo dicitis animæ meæ, Trãſmigra in montẽ ſicut paſſer? Alius,Tranſi in mõtes ſicut paſſer.Alius,Trãſmouere. *Quoniã ecce peccatores intenderunt arcũ,parauerũt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Alius, In tenebris. *Quoniã quæ tu perfeciſti deſtruxerũt.* Alius, Quoniã leges diſſolutæ ſunt.Alius, Quod doctrinæ confringentur. *Heb.8. μεταφορικῶς hæc omnia.* Magnæ ſunt vires ſpei in dñm,præſidiũ quod nõ poteſt ſuperari:portus trãquillus,turris quæ nequit pati, arma inſuperabilia,vires inuictæ,& quæ in rebꝰ difficillimis & impeditiſſimis exitũ inueniũt.Per eã,inermes armatos,& mulieres viros ſuperauerũt: & pueri, iis qui in rebꝰ bellicis exercitati fuerãt,facilè ſuperiores fuere. *Iudic.4. 1.Reg.17. Iudith.13* Quid mirũ autem ſi hoſtes vicerunt, quãdo ipſum quoq; mundũ ſuperarunt? Elemẽta enim proprian ignorantia naturam, ad id quod erat illis vtile, mutata ſunt,& ferę nõ erant amplius feræ,nec fornax fornax.Omnia enim cõponit ſpes in deum. Dentes erant acuti,& arctus carcer,naturæ immanitas, & fames naturã irritãs:nuſquã autẽ erat quod eas arceret ſeptũ,& ora prophetæ corpori erant ꝓxima:ſed ſpes in deum,quæ eſt quouis freno potentior, in ora earũ irruens eas retro trahebat. *Dan.3. Dan.6.* Eadem ipſe quoq; philoſophatus dicebat iis qui eum iubebant effugere, & ex locorũ tutela ſibi ſalutẽ parare:In dño confido, quomodo dicitis animæ meæ,&c. Quid dicis? Eum qui eſt orbis terræ dñs,habeo ſocium:eum qui vbiq; omnia facilè facit,habeo ducẽ,& à partibus meis ſtantẽ, & me mittis ad terrã inhabitabilẽ, & ex ſolitudine *Iob.42. Sap.11.12* cautionẽ cõparas?Maiúſue fuerit ex ſolitudine auxiliũ,q̃ ex eo qui omnia poteſt q̃ facillimè? Quid me pulchrè armatum, tanquam nudum & inermem ad fugam incitas,& tranſmigrare iubes? Deinde eũ quidẽ qui habet exercitũ, muriſq; & armis munitus eſt, nõ iuberes fugere in deſertũ, ſed videreris ridiculus eſſe ſi hæc conſuleres. Eum autem qui habet ſecũ orbis terræ dominũ exterminas,& mittis in exiliũ,& iubes tranſmigrare propter bellum quod peccatores inferunt?Cum his enim quę dicta ſunt,hæc etiam alia cauſa eſt cur non fugiat. Quãdo em̃ & deus fert auxiliũ,& peccatores ſunt ij qui bellũ gerunt, quomodo nõ lõgè eſt omniũ ſtultiſſimus, qui iubet imitari auiũ timiditatẽ? Non conſyderas quomodo exercitus,qui cõtra me ſtat in acie,eſt vilior aranea? Si enim Imperatoris terreni inimicus, vbicunque fuerit,in periculo viuit,timet & contremiſcit:multò magis dei vniuerſorũ.Quocũq; em̃ venerit,omnes habet inimicos, atque adeò ipſam etiam creaturã. *Sap.5. Collatio.* Quemadmodũ enim ſuos amicos & elementa & beſtiæ metuunt,& omnis creatura reueretur:ita inimicum & hoſtem bello petunt & execrantur vel ipſa etiam inſenſilia. Et ideo illos quidem prius quàm vel terram tangerent, feræ confecerunt. hos verò ignis conſumpſit. At habent arcus & pharetrã,& eis parata ſunt omnia. Pararunt em̃,inquit,ea in pharetra. Sed nullæ ſunt eorũ vires, nec eos ꝓpterea timemus. Nã neque ſi viderẽ quempiam qui haberet arcum ſolutum,timerẽ. Quid enim iuuant arma,ſi nõ ſit virtus? Nec hîc ergo,ſi non adſit dei beneuolentia.At dolos ſtruunt,& nõ recta aggrediũtur,& propterea eos maximè rideo, quòd ſagittãt in tenebris.Nihil em̃ imbecillius viro qui ſtruit inſidias.

dias.Non opus habet vt armis aliorũ capiatur: ſed cadit manu propria,& ſua ipſius fraude euertitur. Quid ergo poſſit eſſe eo imbecillius, quando capitur à propriis machinationibus?Cum his autẽ poſſumus etiam aliud dicere, ꝙ nõ ſolum bellum gerunt aduerſus eos quibus deus fert auxilium,idque cũ dolo: ſed ꝙ etiã aduerſus innocentes,& qui eos nulla affecerunt iniu-

Simili cõfirmat. ria.Hoc autem eos non parũ reddit imbecillos.Quẽadmodũ enim qui aduerſus ſtimulos calcitrant, illos quidem non lædunt, ſed ſuos pedes cruentant: ita hi etiã. Cum his autem alia quoque cauſa eſt, quæ belli eorum vires frangit. Quænam autem ea eſt? *Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt.* Quod aute dicit, eſt eiuſmodi.Tecum bellum gerũt & præliantur, legem tuam & præcepta tua deſtruẽtes.Præcepta enim tua eaq; perfecta conantur deſtruere. Vel hoc dicit, vel quòd etiã ſunt legis transgreſſores. Iam verò hoc quoq; eſt non parũ argumentũ imbecillitatis, ꝙ qui tua præcepta non cuſtodierunt, in bellũ proficiſcuntur. Propterea enim & cum rectis bellũ gerunt,& dolos ſtruũt, quoniã tua præcepta nõ audiunt. Poſtquã narrauit hoſtiũ imbecillitatẽ,eámq; oſtẽdit non ex iis ex quibus alij, ſed ex his quæ ſibi conueniebant. (non enim dixit, Pecunias non habent, non præſidia, nec ſocios nec vrbes,nec ꝙ ſunt rei militaris imperiti, ſed his omnibus prætermiſſis & repudiatis,vt quę nihil eſſent,cum dixiſſet eos eſſe iniquos,& bellum gerere cum iis qui nullam fecerant iniuriã, & quæ dei ſunt deſtruere)dicit deinceps iuſtorũ aciẽ, ex eo oſtendens q̃ ſint hoſtes expugnatu faciles. Ita nos etiam cum qui eſt potens & imbecillus, examinemus, ſed non propter ea maximè timeamus,propter quæ timẽt homines ridiculi.Quid em̃ dicunt?Eſt terribilis,improbus, ingenti pecunia & opibus munitus. Propterea eũ maximè rideo. Hæc enim ſunt genera imbecillitatis. At ſcit,inquit,tẽdere inſidias.Rurſus mihi dicis aliud genus im-

Formula Chriſti agonis ineundi. becillitatis.Quid eſt ergo in cauſa ꝙ multi vincũt,qui tales ſunt?Quoniã tu rectè pugnare neſcis. Quoniã tu quoq; de eis decertas, ex quibus illi fiunt imbecilliores,nempe de gloria & potentia. Fuge cauſam certaminis,& alia parte feri eos qui te inuadunt, arrogantẽ moderatione ac lenitate,auarum paupertate, incontinẽtem cõtinentia,inuidũ humanitate: & ita eum vinces facilè.Sed,ſicut prius dixi,dum narrarẽ imbecillitatem hoſtiũ,vide quomodo iuſti quoq; dicit armaturã. Subiungit enim: *Iuſtus autem quid fecit?* Hoc eſt, Cum illi autem ſic inſtruerent aciem, quæris vndénã ſe iuſtus armauerit? Audi,*Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cœlo ſedes eius.* Vides q̃ paucis eius narrauit auxilium. Quid fecerit rogas? Ad dominũ confugit qui eſt in cœlis,qui eſt vbiq; præſens.Non arcum intendit:nec pharetrã parauit ſicut ille, nec aciẽ inſtruxit in occulto:ſed his omnibus ſpem, in deũ in omnes muniit,& eam illis oppoſuit, qui nullo horum indiget,nõ loco,nõ tempore,non armis, non pecuniis, ſed ſolo nutu omnia peragit. Vidiſti inexpugnabile expeditúmq; & facile auxiliũ. *Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt, palpebræ eius interrogant filios hominũ. Dominus interrogat iuſtum & impiũ. Qui autẽ diligit iniquitatem, odit animã ſuã.* Alius,Palpebræ eius probant. Alius,Dominus iuſtus examinator.Alius,Iuſtum ꝓbat & impiũ.Et eum qui amat iniuſta,odit anima eius. Alius,Qui amat iniuſtitiã,odio habet animã ſuã. Vidiſti paratũ adiutorem, promptũ opitulatorem, vbiq; præſentẽ, omnia reſpicientem:cuius hoc maximè munus eſt,etſi nullus cum roget,prouidere,curam gerere, eos qui iniuriam faciunt ꝓhibere,iis quibꝰ fit iniuria ſuccurrere, illorũ rectè facta remunerare, his pro peccatis ſupplicia infligere.Nihil ergo ignorat.oculi enim eius orbẽ terræ reſpiciunt. Nõ ſolum autẽ hoc,ſed etiam ea vult corrigere. Et ideo alius quoq; hoc ipſum ſignificãs dicebat, Iuſtus. *Heb.4.* Si enim iuſtus, non inducet in animum vt hæc temerè fieri ꝑmittat.Auerſatur malos, laudat iuſtos.Deinde quod in priori pſalmo dicebat, oſtendẽs ſatis eſſe vitium ad ſeipſum conſumendũ,hoc hîc etiã ſignificans,ſubiunxit:Qui autẽ amat iuſtitiã,odit animã ſuam. *Rom.1.2.* Eſt enim animæ inimicũ vitiũ, infeſtum, & pernicioſum.Quare vel ante ſuppliciũ dat pœnas improbus.Vidiſti quomodo vndiq; oſtẽdit aduerſarios facilè capi poſſe,cũ & talẽ habeat adiutorẽ, & à propriis illi armis vincantur,per quę muniuntur,per ea ſe conſumentes,& ſeipſos lædentes. *Pſal.138. Hier.23.* Vidiſti auxilij facilitatẽ.Neq; enim aliquò eundũ, nec currendũ eſt,nec conſumendæ pecuniæ,cũ deus ſit vbique præſens,& oĩa videat. *Pluet ſuper peccatores laqueos ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum. Pars calicis eorũ. Quoniã iuſtus dominus,& iuſtitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* Alius, Pluet ſuper iniquos carbones. Alius.Rectitudines videbit vultus eorũ,hoc eſt,iuſtorum,vel etiã ipſius dei. Poſtquã dixit ſuppliciũ quod ex vitio oritur, quoniã multi id contemnunt:mentẽ deinceps improborum concutit & ictu qui ſupernè infertur, emphatica & rẽ exprimente oratione vtens, & per nomina terribilia ꝓcedens.Ignẽ enim, & ſulphur,& ſpiritũ ꝓcellarũ,& carbones dicit eis ſuꝑnè pluiturũ,dictionũ trãſlatione pœnã ineuitabilẽ, ſupplicij ꝓfuſionẽ, feriendi facilitatem,& conſumptricẽ vim volens oſtendere. *μεταφορικῶς.* Quid eſt,pars calicis eorũ?Hæc,inquit,eſt ſors eorum, hæc poſſeſſio: in eo verſabuntur,in eo conſumentur. Deinde cauſam quoq; affert, ꝙ qui omnia reſpicit, non permittit vt hęc impunè abeant.Quod alius etiã dicit propheta:Purus oculus tuus ne videat mala, & ſuper labores reſpicere non poteris. *Abac.1.* Hoc hîc quoq; oſtẽdit dicẽs:Quoniã iuſtus dominꝰ,& iuſtitias dilexit. Hoc dei eſt eximiũ,quę iuſta ſunt admittere, ęquitatẽ amplecti:nec quæ aliter fiũt,vnquã ſuſtinuerit. Propterea pſalmũ incipiens,dicebat:In domino cõfido,quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in mõtes ſicut paſſer? *Paſſeris in montes emigratio. Collatio paſſeris & diuitis.* Qui em̃ in rebus terrenis, & iis quæ ad hanc vitam pertinẽt, cõfidunt, nihilo melius afficiuntur q̃ paſſer, qui fidens ſolitudini,facilè capi poteſt ab omnibus.Talis eſt qui ſperat in pecuniis. Quemadmodũ paſſer & à pueris & à viſco capitur,& à laqueis, & ab aliis innumerabilibus:ita etiã qui eſt diues,& ſuorum & hoſtiũ petitur inſidiis: & in maiore q̃ ille verſatur periculo,vt qui multos habeat qui viſcũ adhibent, & ante illos malas cupiditates, & eſt ſemper trãſmigrator,ſemper tempori ſeruiens, & lictorũ iras pertimeſcens,& imperatoris indignationẽ, & adulatorũ inſidias,& fraudes amicorũ:& cum hoſtes irruerint,plus quàm omnes contremiſcit:& cum eſt pax,ſuſpicatur inſidiatores.neq; enim habet diuitias ſtabiles,& quæ auferri nequeunt:& ideo ſemper volat & trãſmigrat, montes & deſerta perſequens, verſans in caligine, & in meridie craſſas habens tenebras, & dolos ſtruens. Sed non talis eſt iuſtus. *Sap.4.* Viæ enim iuſtorum reſplendent inſtar lucis,neq; enim inſidias parare,neque iniuriam facere conſtituunt,ſed quietũ & remiſſum habent animũ. Illi autẽ dolos ſemper ſtruentes, ſemper ſunt in metu & in tenebris, ſicut latrones, & murorũ perfoſſores,

Universidad de Deusto Biblioteca

perfossores,& adulteri:& interdiu vident tenebras,cũ sit eorum anima timore conturbata. Quomodo ergo possint hæ discuti tenebræ?Si te ab his omnibus seiũxeris,& à dei spe pepẽderis, etsi sis millies peccator. *Eccl.2.* Respicite eñ,inquit,ad antiquas generationes, & videte quis sperauit in dominũ,& cõfusus est.Nõ dixit, Iustus:sed,quis?etsi sit,inquit,peccator. *Spes, anchora.* Hoc enim admirabile,quod etiã peccatores anchoram hanc tenẽtes,sunt ab omnibus inexpugnabiles. Hoc est eñ maximæ in deũ affectionis, quando tot malis oppressus, in eius benignitate habueris fiduciã.Quẽadmodũ eñ est execrãdus qui sperat in homine, ita etiã beatus est qui sperat in deo. *Hiere.17. A cõtrariis collatio.* Ab omnibus ergo te seiungens,hãc tene anchoram.Deus eñ omnia intuetur:& quę iusta sunt iudicat: & non solum iudicat, sed etiam ad opus deducit:& ideo postquã dixit de eius iustitia,ostendit etiam suppliciũ per ignem, per procellam. Hoc autẽ facit illorum curam gerens, & per supplicium reddẽs modestiores. Omnibus ergo de causis ad eum accedamus,& perpetuo ad eum respiciamus.Ita enim etiã omnia bona consequemur, in Christo Iesu domino nostro:cui gloria in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN PSALMVM XI. IN *fine pro octaua.* Alius, *victoriæ effectori pro octaua.*

Hebræus autem על-השמינית

Hasiminith, citharæ octauæ chordæ. Probatio à simili.

S*Aluum me fac domine,quoniã defecit sanctus: quoniam diminutæ sunt veritates à filiis hominũ.* Alius, Quoniam finiti sunt fideles à filiis hominũ. Ardua quidẽ res est virtus,& per se difficilis, maximè autem quando qui operatur, est in magna bonorum virorum paucitate.Quemadmodũ enim viæ quidem ingressus affert laborem, multo magis autem quando fuerit solus viator, & nullum habet viæ comitem: ita hic etiam. Non parua enim res est fratrũ societas, & adhortatio. *Heb.10* Et ideo dicit etiam Paulus, Considerantes vos ipsos ad prouocationem dilectionis & bonorum operum. Et ideo sunt vel maximè beati iudicandi veteres nõ quod rectè & ex virtute se gesserint, sed quod tum,cum magna esset virtutis sterilitas,& nusquam apparerent qui se rectè gererent. Hoc ergo significans quoque scriptura dicebat: *Gene.6.* Noë iustus perfectus in generatione sua.Propterea admiramur Abraham, propterea Lot, propterea Mosem, *Metaphora.* quod veluti in profunda nocte stellæ apparebant, & tanquam rosæ inter spinas, & oues inter lupos innumerabiles, vt qui viam omnibus contrariam ingrederentur, & cœptum iter minimè interrumperẽt. *A simili.* Si hoc ipsum enim est difficile in multitudine: & qui multis contrarium iter ingredientibus ipse solus contra tendit, magnis afficitur molestiis,& in nauigatione est etiam difficile, cum fluctus & æstus contra feratur, nauem in contrarium dirigere:multò magis in virtute. Propterea hic quoque iustus, vt qui solus eam apprehendisset,cæteris contra tẽdentibus,confugit ad dei prouidentiam. dicens:Saluum me fac domine. Nihil ergo hic aliud quàm hoc significat:Superna mihi manu opus est,cœlesti ope,& illo diuino auxilio. Cum enim viã ingrediar omnibus contrariam, magna mihi opus est prouidentia. Et non dixit, Saluum me fac quoniam non est sanctus,sed quoniã defecit sanctus: ostendens eos etiam qui erãt,periisse postquã inualuit vitiũ, & morbus superior factus est. Hoc Paulus quoque timet dicens:Nescitis quod parũ fermenti totam massam fermentat? *Gala.5.* Et rursus, Corrumpunt bonos mores colloquia praua. *1.Cor.15.* Quid est autem, Diminutæ sunt veritates?

A Multæ sunt veritates. Quemadmodũ in coloribus & aliis generibus alia quidem sunt vera, alia falsa, & est purpura vera, & purpura falsa, & in croco, & in lapidibus,& in aromatibus, & aliis eiusmodi: ita etiam in virtutibus. *Elegans homœosis.* Veritas enim est quod vere est, falsum autem quod non est.Quoniã ergo hæc inuersa & obscura fuerant,non quod suã perdiderãt substantiã, sed ꝙ ab hominibus fusa & fugata fuerant:propterea nõ dixit solum,Diminutæ sunt,sed adiecit,A filiis hominũ, hoc ipsum volens significare.Cõsidera autẽ. *Mundus duplex.* Est mũdus verus, est etiam falsus. Quis est ergo verus mundus? Qui est in anima. Quis est autẽ falsus? Qui est in corpore. *Diuitiæ. Lætitia.* Sunt diuititiæ veræ,sunt etiã falsæ.Falsæ,pecuniarũ:verę,rectè factorũ. Est lætitia hæc quidẽ vera,illa vero falsa,& pulchritudines,& potentiæ,& gloriæ.Sed maxima pars hominũ, horũ veritate relicta, quæ falsa sunt persequitur: quemadmodũ eñ est homo B verus & falsus:verus quidem,qui viuit & operat: falsus autẽ qui pictus est:ita etiam videre possumus in virtutibus. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Labia dolosa & in corde & locuti sunt mala.* Alius dixit, in corde alio & alio loquitur. Duo hic dicit vitia,& ꝙ vana locuti sunt,& ꝙ ꝓximo suo. Vel ea quę falsa sunt dicit vana,vel ea quæ sunt superflua & inutilia. Tale quid etiã dicit Paulus,cũ dicit, Ne mẽtimini adinuicem, *Colos.3.* & quod est omniũ grauissimũ ꝙ omnes erant corrupti.Et ideo non dixit, hic vel ille, sed vnusquisque. Neq; eñ erat tantũ vitiũ quod natabat in superficie:sed erat in profundo, & in corde. In corde & in corde:quod alius interpres dixit,In corde alio & alio: docens esse magnã in corde duplicitatẽ.Hoc est omnibus hostibus acerbius.Illi eñ sunt aperti, vnde etiã C facilè possunt caueri. *Cordis magna duplicitas.* Hi verò cum aliam personã præ se ferant, & sint aliud : ab iis quibus tendunt insidias, non facilè deprehenduntur, multo grauiores iis qui gladios abscondunt. *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa,& linguam magniloquam. Qui dixerunt,Linguam nostrã magnificabimus.* Alius, dominabitur. *Labia nostra à nobis sunt. Quis noster dominus est?* Alius, adsunt nobiscum. Ali⁹,Quis nostri dominabitur? Vidisti quomodo eorum curã gerit ꝓpheta,quomodo pro eis orat. Neq; eñ cõtra ipsos est id quod dictũ est,sed pro ipsis. Neque eñ orauit vt perderentur, sed vt eorũ vitium de medio tolleretur. Non dixit enim,perdat ipsos dominus,sed labia dolosa. Et rursus, non substantiam, sed linguam,arrogantiã, fraudem vult auferri,superbiam excindi.Irridens autem eorũ stultitiam, dicit : Labia nostra à nobis sunt.Quis noster dominus est? Insanorum D & mente captorũ verba. Et ideo Paulus contrà ac ij loquẽs suadet:Nõ estis vestri, precio empti estis. *1.Cor.7. Rom.14. 1.Cor.6* & iubet eos non sibiipsis viuere. Non sunt tua labia, sed domini.Ipse enim ea fecit:ipse construxit,ipse vitam inspirauit. At tu habes. Sed non omnia quæ habemus,nostra sunt.Pecunias enim habemus,quas alij apud nos deposuerunt:& agros conductos habemus, quos alij nobis dederũt.Ita hæc etiã tibi locauit Christus,non vt feras spinas,sed vt cõuertas semina ad id quod est vtile:non vt arrogantiã, non vt dolum, sed vt humilitatẽ, & laudem ac benedictionem, vt dilectionem facias per ea germinare. Et dedit oculos, nõ vt impudicè aspicias:sed vt ipsos ornes tẽperantia: & manus,non vt ferias,sed vt miserearis.Quomodo autem dicis, labia nostra sunt à nobis, quãdo ea peccati serua feceris,quando fornicationis,quãdo immundiciæ? Quis est noster dominus? O verbũ diabolicum.

O ani-

O animam dæmoniacam. Vides, ô homo, vniuersam A creaturam prædicare domini potentiam, sapientiam, curam,ꝓuidentiã,corpus tuum, animám, vitam, quæ sub aspectum cadunt,& quæ non cadunt,omnia propemodum vocem emittentia laudare potentiã artificis, & dicis:Quis dominus noster est?Hoc est furoris, hoc stuporis,hoc corrupti animi.Propterea sunt mala innumerabilia.Sed hi quidem dicũt, Quid est noster dominus?Alij autem dñm quidẽ confitentur, iudiciũ autem & pœnas propositas auferunt, breui iucunditate magnũ sibi ementes suppliciũ,& dũ volunt se recreare ꝙ gehennæ non meminerint per hãc securitatẽ metúsq; vacuitatẽ in magnũ se barathrũ imprudẽtes immittũt.Et ideo rogo vt gehẽnæ memineris, de gehẽna loquaris.Ita animã tuã cõpone,pulchrámque ac decorã effice. Magna enim horũ verborũ vtilitas.Non enim ei deus temere minatus est, & eã terrore affecit:sed id fecit vt metu meliores redderet.Et B ideo diabolus omnia facit & molitur, eius volens auferre memoriã.Noli eam è memoria eiicere : nec dicas,Quid me importuna afficiam tristitia? Importuna erit tristitia,quando angeris in gehẽna. *Luc.16.* Hoc est tempus tristitiæ,non illud:& hoc ostendit diues sub Lazaro,cui nihil profuerunt innumerabiles quibus afficiebatur molestiæ.Si autem in tempore doluisset, nõ ea passus esset quæ passus est. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgã, dicit dominus. Ponam in salutari, fiducialiter agã in ipso.* Alius, Ordinabo salutare apertũ.Disce quanta sit virtus humilitatis. Pauperum patiẽtia, pauperũ inquã eorũ qui sunt contriti corde, est quod malè patiãtur,defensio. Nõ enim vitam nec virtutem, sed malorum perpessionem dicit deum excitare,& eum ad suppliciũ & vindictã euocare. *πτωχείας ad patientiam.* Tanta C res est,si tibi fiat iniuria,eam ferre forti animo,tantam deus curam gerit eorum qui afficiuntur contumeliis, maximæ defensionis loco est calamitas, & mala pati. Magna est vis eiulatus quę supernũ euocat auxiliũ.Timete quicunq; pauperes iniuria afficitis. Habetis vos potentiam,opes & pecuniam,& iudicum beneuolentiam,sed habẽt illi arma omniũ validissima, luctus, & eiulatus,& illud ipsum iniuria affici,quæ è cœlis auxilium attrahunt.Hæc arma domos effodiunt,hęc fundamenta euertunt:æc integras gentes submergunt:gemitus dico eorum qui afficiuntur iniuria.Bonũ ac piũ eorũ animũ deus reueretur, quãdo mala patiẽtes, nullum malũ verbum ꝓferunt, solũ autẽ gemunt, & sua mala deplorãt. Quid est aũt,Ponã in salutari, fiducialiter agã in ipso?Cũ fiducia,inquit, apertè & manifestè eos defendã,vt omnes intelligant.Et quandônam D non conseruat eos palã & manifestè? Nonnunquam id facit non manifestè, sed clam, neq; eñ opus habet vt ab hominib⁹ gloria afficiatur,nũc autẽ quoniã erat verisimile inimicos eos insectari, eisque insultare, & eis exprobrare ꝙ deũ non haberent adiutorem: vt illi quoque castigarentur, & fierent meliores, cum experientia didicissent domini auxiliũ:apertè,inquit,faciam pro eis salutem. *A simili ducta probatio.* *Eloquia domini eloquia casta,argentũ igne examinatum, probatum terræ.* Et quomodo sunt hæc iis quæ dicta sunt cõsequentia? pulchre admodũ. Ne hęc eñ,inquit,existimetis temerè dicta esse, inanésq; & superuacaneas esse minas. Sunt eñ pura eius verba, à mendacio libera. † Quemadmodũ enim argentum ignitum nihil habet alienũ & adulterinũ:ita etiam dei verba quæ dixerit, omnino euenire oportet. Et ideo dicit,Eloquia dñi,eloquia casta, argentũ igne exami-

† Mirè hic variant interpretes. Hebræi cũ Chald. habẽt, argẽtũ repurgatũ infuso, à terra repurgatũ septies.

natum. Alius,Ignitũ cedens terræ. Hebræus autem ꝓ eo quod est cedens terræ dixit, בעליל לארץ Baalil laares,hoc est,fusum,in terram fluens, *Purgatum septuplum.* *Hiero. argentũ igne probatum separatũ à terra, colatum septuplum.* Vidisti quomodo quod verum est, & à mendacio alienum, per similitudinem materiæ ostenderit. Quemadmodũ eñ illud fusum, ignitum, & hoc sæpe passum,est ab aliena materia alienũ, exactissimè purgatum:ita etiam dei prolata sententia. *ὑποδείγματα ex collatione.* *Tu domine seruabis nos & custodies nos ab hac generatione & in seculũ.* Alius, Custodies ipsos. Alius,Custodies ipsa,& conseruabis nos ab hac generatione & in seculum. Alius,Cum generatione quæ est in seculum. *In circuitu impij ambulant.* Alius,Ambulabunt. Alius,In circuitu impiorũ ambulabunt. †*Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominũ.* Alius,Quando exaltati fuerint viles filiorũ hominum. Alius,secundũ altitudinem exaltati filij hominũ. Hebræus autem כרם זלות לבני אדם cerum zuloth liben Adam. *† ὕψος Hie. cũ exaltati fuerint pro quib⁹ Caldæi* בעלקא *sicut sanguisuga, quæ & Heb.* עלקות B Tu autem domine custodies nos & conseruabis nos. Vide eũ frequẽter,imò verò assiduè ad deum confugere,& ab eo auxiliũ petere. est enim potentissimum auxiliũ, quod nullo tempore interrũpitur. Nulla re,inquit,humana opus habemus. Tu eñ es,inquit,qui ꝑpetuo custodis. Quid est autẽ, In circuitu impij ambulant. Cõueniẽter quidẽ septuaginta.ita dicendũ est, Etiamsi impij nos circũcirca obsideant, nihil graue patiemur, nos enim conseruas, & extollis, clarósq; & illustres reddis. Si alium autẽ interpretem sequamur hoc dicendum est, impij extrutrudentur quando viles ex filiis hominũ exaltaueris. Hoc est,quando nos, qui viles reputamur & cõtẽpti, humiliatos gloria affeceris,seiunges ipsos & expelles. Quid est autẽ,Secundũ altitudinẽ tuã ? Pro eo quod C est,Similes tui effecisti,quatenus fieri potest vt homo sit similis. Faciamus enim, inquit, hominẽ ad imaginẽ & similitudinem nostrã. *Gene.1.* Quod ipse eñ est in cœlo,nos in terra:& quemadmodũ supernè nullus est eo superior, ita nullus in terra est huic animali virtute similis. Estote,inquit,similes patris vestri qui est in cœlis. *Matt.5.* Quinetiã nominis quoq; sui nos fecit participes. Ego dixi,inquit,dij estis,& filij excelsi omnes. Et rursus,cõstitui te deũ Pharaonis, & feci esse opificẽ corporeorum & incorporeorũ. *Psal.81. Exod.7.* Et nunc quidem mutat Moses creaturam:nunc autem alij alia elementa: nobis autem iussit nos ipsos deo templũ extruere. *1.Cor.6.* Etsi ergo non fabriceris cœlum, dei tamen templũ fabricaris. Propterea eñ cœlũ quoq; est splẽdidũ, quoniã habet deũ in ipso habitantẽ: imò verò per Christum *Eph.2.* nos vnà quoque suscitauit & nos considere fecit in D dextris in cœlis,& dedit vt maiora faceremus iis quę *Ioan.14.* ipse fecit.Signa enim,inquit,quę ego facio, ipse quoque faciet,& maiora his faciet. Et in veteri hic quidẽ mare mutauit:ille verò solẽ frænauit: alius lunam iussit manere. Alius autem rursus in se radios auertit. *Gen.7.* Filij autem in fornace elemẽti operationem alligarũt, *Iosue 10.* & flamma insaniens silebat,& alligata sibilabat. *1.Para.4. 4.Reg.20 Dan.3.* Norunt etiã feræ reuereri dei amicos : & licet fames vrgeat,sapientię tamẽ studiũ maius indicant. *Dan.8.* Qui sunt gulæ dediti, vereantur ferarũ abstinentiã. Leones viderũt Danielem,& philosophati sunt: nos ad nos venientem filiũ dei videntes, minimè philosophamur. Maluerunt illi fame perire, quàm sanctũ corpus tangere. *Matt.25.* Nos nudum Christum & fame confectũ circuire videntes,ne quę sunt quidem supereacanea dimittimus,sed in summa rerũ affluentia viuẽtes, sanctos despicimus. *Iob vlt.* Terra rursus alij dei amico tanta dona ex

suo

Universidad de Deusto Biblioteca

Acto.19. Acto.5. Gene.18. 19.22. Exod.14. Iudic.2. Mar. vlti. Acto.5.8 10.12.

A suo sinu protulit, & tantam fertilitatem quantã nunquam antea. Et quid miraris si ipsi erant venerabiles, cum & vestes eorũ, & vmbrę dæmonibus & morti & morbis essent formidabiles? Quinetiam Angeli quoque reueriti sunt & insigniter honorarunt homines. Quidni enim honorarent, quos ipse dominus honorabat? Hoc autem videri potest & in nouo & in veteri. Et ideo dicit: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Cum ergo considerauerimus honoris magnitudinẽ, quam par est, præbeamus pro ea remunerationem, ne nobis habitus honor insignis, sit nobis viaticum futuri supplicij.

EIVSDEM IN PSALMVM XII. IN finem Psal. David. Alius, *Epicinion canticum Dauid.*

V*Squequo domine obliuisceris me in finẽ?* Alius, obliuisceris me perfectè. Alius, ad contentionem. *Vsquequo auertis faciem tuam à me?* Alius, abscondis. *Quandiu ponam consilia in anima mea?* Alius, statuam sententias. *Dolores in corde meo per diem.* Alius, solicitudinem in cogitatione mea quotidie. *[Obliuio dei.]* Non est hoc paruum bonum, sentire dei obliuionem. Obliuionẽ autem ne existimes esse affectionem, sed derelictionẽ. Multi certè quibus hoc accidit, hoc ipsum quidẽ norunt, neque deflent. Hic autem beatus non solum hoc nouerat, sed tempus etiã animo reputabat. Illud enĩ, *[ἕως πότε]* Vsquequo, est eius qui magnũ tẽpus ostendit: & ideo deflet ac luget. Tu autem cõsidera quomodo de nulla re terrena, & quę ad hanc vitam pertineat, angatur, non de pecuniis, non de gloria, sed vbiq; de dei beneuolentia. *[Enãtiosis.]* Et vndénam nouit, inquit, deum esse sui oblitum? Quoniã nouerat etiam quando meminerat, & apertè sciebat quid sit quidem obliuio, quid verò memoria. Non quemadmodum multi homines quando sunt diuites, quando apud homines gloriam assequũtur, quãdo eis omnia fœliciter succedunt, quãdo vincunt inimicos, tunc existimant deũ eorum meminisse, & ideo nec sciunt quando deus eorum obliuiscitur. Qui enĩ signum memoriæ nesciunt, nec norũt etiã signum obliuionis. Si enim non norunt signa amicitiæ, nec inimicitiarum etiam signa norunt. *[Quorum deus maxime meminerit & obliuiscatur etiã.]* Multorũ enim qui hæc habent, deus obliuiscitur, atque adeo eorum maximè: eorum autẽ qui in rebus aduersis versantur, sępe meminit. Nihil enim apud deum æquè facit meminisse, ac boni aliquid facere, quam esse sobrium ac vigilantem, virtutis curam gerere: quemadmodum nihil æquè obliuionis causa est, vt esse in peccatis, auaritiæq; & rapinę esse deditum. Et tu ergo, ô dilecte, quãdo in aliqua fueris calamitate, ne dicas, Deus mei oblitus est: sed quando fueris in peccatis, & omnia tibi fœliciter succedunt. Si hoc enim cognoueris, à rebus malis agendis cito recedes. Vsquequo auertis faciem tuam à me? Hoc est maxima obliuio, ex humanis enim figuris ostendit dei operationes, & eius iram & punitionem exprimit. Deus autem rursus faciem suam auertit, quãdo facimus quæ sunt indigna eius præceptis. *[Esaiæ.1.]* Quando enĩ extendetis, inquit, manus vestras, auertam oculos meos à vobis. Deinde causa subiungitur. Manus enim vestræ sanguine plenę sunt. Hæc ipsa autem derelictio, & vultus auersio, magnæ est curæ ac prouidentię. *[A simili cõfirmatio]* Hoc autem facit, vt nos ad se vehementius attrahat. Nam etiam is qui est insano amore captus, eum qui amatur contemnentẽ dimittit ac dereliquit, non animo quidem expellens, sed ipsum volens ad se cõuertere, & sibi coniungere. Postquam autem dixit auersionem, dicit etiam obliuionẽ, & quæ sibi ex ea euenerunt. Quænam autem ea sunt? Ea quæ subiungit, dicens, Quandiu ponã consilia in anima mea? *[Collatio.]* Quemadmodũ enim qui è portu egressus est, vbique vagatur, & qui luce priuatus est, in multis offenditur, ita etiam qui in dei obliuionẽ incidit, curis, solicitudinib⁹ ac doloribus perpetuo angitur. Hoc autem non parũ confert seipsum conuertendum ad deum, curis & solicitudinibus angi, doloréque & tristitia extabescere, auersionis eius rationem ducere. Quod etiam Paulus scribẽs ad Corinthios dicit de seipso. *[2.Cor.2.]* Et quis est qui me læticia afficiat, nisi qui ex me tristitia afficitur? Hoc enim nõ parum lucri est, ô dilecte, sentire dei auersionẽ, dolere, tristitia affici. Ita enĩ ipsum ad nos celeriter conuertemus. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiã in morte.* *[Altera collatio.]* Quemadmodũ enĩ cũ retinet ac defendit nos de⁹,
B & stat à nobis, quę molestiã afferunt longe recedunt: ita etiam cũ recessit & oblitus est, & anima discerpitur, & cor dolore angitur, & qui vexant insultant, & sunt omnia scopuli ac præcipitia. Hæc autem vtiliter permittuntur, vt per omnia stimulati qui sunt socordiores, maiori studio redeãt eo, vnde exciderunt. *[Hiere.2. iuxta 70. Iob.15.]* Erudiet enim, inquit, te defectio tua, & vicium tuum te redarguet. Dei itaque derelicto est species prouidentiæ. Quando enim qui prouidet, & curam gerit, contemnitur, parum dimittit & derelinquit, vt tũc expulsa socordia, negligentes fiant diligẽtiores. Respice, inquit, vide inimicum meum, qui exaltatur supra me: & si non ꝑpter meam miseriam, saltem propter illius arrogantiã & superbiã exaudi me. Et quid petis? Vt vincas inimicos? Non hoc dicit, sed vt illuminentur oculi cordis, vt expellantur tenebræ, quæ sunt offusæ per-
C spicaci animę facultati, & intelligentię oculum obscurarũt. Hoc peto, Illumina oculos meos. *Nequando dicat inimicus meus,* Cum me viderit deturbatũ ad mortẽ peccati, *Ita præualui aduersus eum.* Ipsum superaui quod volebam videre, hoc mihi accidit. Quid est, præualui aduersus ipsum? Et si per se nõ est fortis, cõtra me quidẽ certè est fortis. *[Hoste, cũ vincimur fortiorẽ efficimus.]* Nostri victoria ei affert vires, eúmq; reddit potentẽ & validũ & inexpugnabilem. Vides ꝙ quando peccamus, non solum nos ipsos dedecore afficimus, perdimus, ad mortẽ cogim⁹, sed, eo ꝙ victi sumus, inimicos nostros validos potentésq; prædicam⁹, nec hoc solum, sed etiam eos in magna lętitia & exultatione collocamus. Papæ quantę est stultitiæ, quanti stuporis, aduersariis aduersus seipsos ferre auxilium, & vt ij qui animam excruciant & affligunt, lętentur & exultent parare? Vide quot absurda. Cum inimicum
D vincere oporteret, imbecillæ enĩ factæ sunt ei⁹ rhompheæ in finẽ, inquã, cũ vincere oporteret, vincimur, nec id solum, sed etiam validum ac potentem reddimus: & nec eousq; sistit extrema amentia & summus morbus noster, sed quæ ei etiam læticiam & exultationem afferant, comparamus. Reuera est extrema ebrietas, & summũ malũ, peccatum. *Qui tribulant me si motus fuero, exultabunt.* Tres causas affert propheta, vt dominum moueat vt respiciat, & facem suam cõuertat, & eius orationẽ exaudiat: vires inimicorũ: & ante id erectionem, & eorum exaltationem: & tertium, lęticiam & exultationem ipsorum, propemodum dicens: Si nõ propter meam orationẽ, nec propter meã miseriã conuertis ad me faciem tuam domine: saltẽ propter inimicorum arrogantiam, eò quòd suas vires ostentant, & sibi valde placẽt: quoniã meis malis lætantur,

tantur, & casum meum irrident. Exaudi me, illumina oculos meos. Aufer grauem somnũ in peccatis meis: quo sopitus propemodũ ad animæ mortem dormitando deductus sum. Si enim à securitate tua tantum emotus fuero, eis lætitia & gloria & virtus hoc ducitur, & hoc nomine se iactant, & sibi valde placent: & sunt intolerabiles. Si autẽ ad mortem fuero deductus, quid ij non fecerint? Vides quàm magnum damnum existimet propheta, & nihilominus quam pœnam ac supplicium, communem inimicum lætitia afficere, & vt ipse potens excelsúsque videatur efficere. Si hęc enĩ nõ existimaret mala maxima & intolerabilia, nõ hæc proposuisset ad deũ placandum, & ad sui beneuolentiam attrahendũ. Ita etiam nos faciamus, & consideremus, & contendamus ne inimicũ exaltemus, ne potentẽ faciamus, ne lætitia afficiamus, sed contrà & humilem & abiectum & imbecillũ tristémq; & demissum reddamus. Si enĩ eos qui peccant, rectè & ex virtute se gerere viderit, hęc omnia simul fiunt. *Ego autem in misericordia tua speraui.* Quid ergo rectè fecisti vt petas vt rursus te respiciat, vt tuam orationem exaudiat, vt tuæ mentis oculi illuminentur? Vndénam autẽ hęc tibi speras futura? Dicant quidẽ, inquit, alij, si quid possint dicere: ego autem vnum scio, vnũ dico, omnem spem meam in illo colloco: illud mihi ꝓpono, misericordiam tuã, tuam clementiam. *[Attende Dauidis gratitudinem.]* *Ego autem,* inquit, *in misericordia tua speraui.* Vidisti Prophetæ humilitatem. Vidisti pium & gratum viri animum. Licet posset innumerabilia à se rectè facta dicere, & per ea deũ exorare, eorum nihil dicit, sed ad solam confugit dei misericordiã. Vnde clarum est quod cum hæc dicit, nẽpe, si feci illud, si retribui mala pro bonis, & quæ sunt huiusmodi: in magnã adductus necessitatẽ hæc dicit. Quæ si non adsit, nihil dicit illorum, sed misericordiã & dei clementiam pro omni supplicatione proponit, deinde confidens fore vt spe non frustraretur, subiunxit, *Exultabit cor meum in salutari tuo.* Vidisti animã bene sperantem. Petiit, & priusquã acceperit, tanquam qui accepisset, agit gratias, & deo canit hymnũ, & omnia facit quæ prædicta sunt. Vndénam autẽ est tam bona spe præditus? Ex pio & grato animo, ex magno & vehementi studio petitionis, sciebat eũ qui sic peteret, à deo exaudiri, ex magno cordis calore & agitatione. *[Antithesis ex collatione.]* Quemadmodũ ergo qui segniter & negligẽter petũt, etiam cum acceperint, vix donationem sentiunt: *[Gratiarũ actio ante beneficij acceptionẽ.]* ita qui cum intenso studio & vehementi animi contentione petũt, etiã priusquã acceperint, ex magna & pura sua affectione perinde ac si accepissent, donũ sentiunt, diuina eis gratia lætitiam antea immittente: & propterea agunt gratias, & ab accipiendo non longè absunt. Exultabit cor meũ in salutari tuo. *[Prouer.2.]* Hoc, inquit, meam animam lætitia afficit, quòd à te salutem assequatur: lætatur anima mea, quòd eius sis salus. Vidisti exultationẽ, & exultationem, inimicorũ exultationẽ propter lapsum, & exultationem animæ propter propriam salutem. Illa est improbi: hæc est eorũ qui conseruantur. Illa est exitium & eius qui videbatur exultare, & eius propter quod exultabat: hæc est salus & adoptatio eius qui exultat. Hac ergo exultatione & lætitia lætemur & exultemus: illã autẽ fugiamus & auersemur. *Cantabo domino qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altißimi.* Monimentũ, inquit, huius beneficij canticũ deo offeram, ꝙ me beneficio affecit, inimicum humilẽ & abiectũ reddidit, ignominia & dedecore impleuit, imbecillum esse conuicit, meam ex-
A audiit orationẽ, in me vultum suum conuertit, discussa caligine & tenebris per quas ad mortem ferebar, & propter eius salutare exultans, tanquã aliquod monimentum indelebile, hoc canticũ eius in me beneficiorum dedico, non nunc solum hoc canens, & beneficia eius apud me mente versans, sed etiam in posterum cãtabo & psallam nomini tuo, nulla vnquã obliuione delendã beneficij magnitudinẽ animo circũferẽs. Talis ergo anima malis irretita nõ solùm à malis liberatur, sed etiam fit tutior, vt non amplius in similia incidat. Quando enĩ beneficiũ semper habet in memoria, clarum est ꝙ malorum quoque recordatur, à quibus liberata beneficium fuit consecuta. Cum autem mala memoria teneat, diligenter apud se reputat vndénam ea sibi euenerint, & propter quã causam in tantum malum fuerit deturbata, & deinceps id repu-
B tans, seipsam vndiq; munit ne in tales recidat calamitates, & ita deinceps suam vitam rectè componens & instituens, ei qui liberauit, magnas agit gratias, quemadmodum inuenit liberatorem, ita vt etiã custodẽ in *[παραίνεσις]* futurũ habeat postulans. Hãc nos quoque imitemur, & si in aliquod peccatum inciderimus, ad nos cito redeamus, faciamus vt lapsus sit occasio securitatis, & argumentum & impulsio non amplius peccãdi. Quo modo ergo facies? Habes Dauid præceptorẽ. Peccauisti, ne dormias in peccato, sed exurge, & statĩ apud te cogita ꝙ deus à te faciem auerterit, ꝙ tui tui oblitus sit, deinde plora, ingemisce, laua per singulas noctes lectum tuũ lachrymis, cito recede ab iis qui operantur iniquitatem. Nam hæc quoque sunt Dauid præcepta. Dic cũ ipso, Vsquequo dñe obliuisceris mei in finem? Vsquequo auertis faciẽ tuam à me? Dic non
C lingua, sed corde multo antè. Dic alias Dauid quoque rationes. Quãdo dixeris omnia, spera in misericordia eius, spera, ne hæsitaueris. Qui enim hęsitat, inquit, est *[Iaco.1.]* similis vndæ maris quæ vento excitatur & agitatur. Ne ergo existimet qui est eiusmodi, se aliquid à deo accepturũ. Vir enĩ duplici corde, est instabilis in oĩb⁹ viis suis. *[Ibidem.]* Spera ergo in eius misericordia nihil hæsitãs, & postulatũ omnino consequeris. Postquam autẽ cõsecutus fueris, ne sis accepti immemor, & ingratus in benefactorem, sed fac monimentũ eius beneficij, & pro gratiarũ actione ei dedica canticum. *[Luc.14.]* Non potes ipse fortè componere, conuoca pauperes, eorum linguas commodatò accipe & tibi eas compara. Scias eum lubentius id auditurum, quàm canticum Dauidicum, quod illi pro te cecinerint. *[Elegãs homœosis.]* Quemadmodum enim quod ex diuersis est chordis cõstitutum, iucun-
D diorẽ emittit modulationẽ, q̃ quod ex vnica: ita etiã quod est ex diuersis pauperibus. Deo qui audit vocem pauperum, iucundum quid resonabit & amabile. Erige tibi ipsi & deo huiusmodi monimentũ. Ei quidem monimentum beneficij: tibi verò ostensionem gratiarum actionis grati animi & memoris, signum perpetuæ memoriæ, quã in corde semper habens infixam, corrige tuam vitã: imò verò corrigamus, vt simus digni hæreditate bonorũ quæ illic sunt. In Christo Iesu domino nostro: cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

EIVSDEM IN FINEM Psalmus Dauid XIII.

D*Ixit insipiens in corde suo, Non est deus.* Quemadmodũ cum dominus iniuria afficitur, bonus seruus, vt qui sit in primis beneuol⁹, ægrè fert & indi- *[A simili orditur.]*

Universidad de Deusto Biblioteca

& indignatur:ita etiam dum deus nihili ducitur, Dei Propheta impium corrigit dicẽs, vt audiiſti,dixit inſipiens in corde ſuo,nõ eſt deus. *Altero cõfirmat.* Quemadmodũ enim ſeruus qui amat dominũ,poſtquã intellexit ſuos conſeruos habere dominũ deſpicatui,vt oſtendat ſuam in eum beneuolentiã,ad eum vlciſcendũ ſe comparat,& vel manibus vlciſcitur eum qui illũ affecit iniuria, vel traducit reddens omnibus exoſum,vel ad correctionem & metũ aliorum,domino renũciat, & vt grauioribus plagis afficiatur, procurat, in eum qui ſeditionẽ excitauit, tanquam in proteruum & rebellẽ bellum gerẽs:ita etiã propheta cum intellexit creatorẽ ignominia affici à creatura,& figulum à luto contumeliis inceſſi,& deũ ab impio ludibrio haberi ac nihili pẽdi, perinde ac ſi lapidis ictum in corde accepiſſet, & dolorem nõ ferret,exclamauit, Dixit inſipiens in corde ſuo,Non eſt deus. Vide autẽ quàm aptè pſalmo qui præcedit coniungitur. Quia enim in illo ægrè ferens dixerat, Vſquequo domine obliuiſceris me in finem: & paulo poſt, Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me,inſipiens dicens non eſſe deũ(qui enim aduerſus deũ extollitur, multò magis extolletur aduerſus dei prophetas:& qui cõtra dominum erigitur,etiã aduerſus conſeruos erigetur) quaſi interrogatus cúrnam die & nocte excruciatur hęc nunc reſpõdet:Cur excrucior rogas?Quoniã dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Cũ impio conuerſationẽ exiſtimo eſſe à deo auerſionem.Deum mei eſſe oblitum ſuſpicor,ꝙ vnà cum ipſo viuã.Sancto eñ eſt cruciatus,& ad iram *Act. 17.* prouocatio,impiorũ impietas. Ita etiam de Paulo dictum eſt.Athenis autẽ cum Paulus expectaret Timo- *Iob. 21.* theum, incitabatur ſpiritus eius, videns idololatriæ *1.Reg. 28* deditam ciuitatem.Cur,ait,viuunt impij? Hoc Dauid dixit de Saule,vt narrat hiſtoria,propter ventriloquã, *ἐγγαστρίμυθον.* quemadmodũ etiam 52.Pſalmũ,ꝓpter Doec,qui eadem continet. Dixit inſipiens Saul, Videte mihi mulierem ventriloquã,& quærite. Alius Adam à muliere deceptus eſt.Dicit autẽ ei,Diuina mihi in pythone.& relicta ꝓphetia deturbatur ad diuinationẽ. Dixit inſipiẽs in corde ſuo,Non eſt deus. Muniamus nos fratres,ne in inſipientis naufragiũ incidamus, verbis ipſum fatentes, factis autem negantes :bonũ & miſericordẽ vocantes,eius autẽ qui ægrotat,vel pauper eſt, aut affligitur, non miſerentes. Et quod non ſolũ verbis,ſed etiã factis quis neget deũ, & qui Chriſtianus *Tit. 1.* nominatur,eadem dicat quæ inſipiens, Nõ eſt deus: teſtis eſt Apoſtolus,qui dicit:Deũ fatentur ſe ſcire,fa- *γνώμη.* ctis autẽ negãt.Quãto ſunt autẽ facta potentiora ver- *Factis quã dictis deũ negare grauius eſt.* bis ad perſuadendũ, tantò factis q̃ dictis deũ negare ore vel corde grauius. Dixit inſipiens in corde ſuo. Nõ eſt deus.Qui in ore dicit,Diligã te Domine: & in *Deut. 6.* corde fratrem habet odio,quomodo deũ diligit, non obediens ei qui dicit, Diliges dominũ deũ tuum, & *Ioan. 14.* proximum tuũ ſicut teipſum?Dominus dicit, Qui diligit me,ſermones meos ſeruat.Qui ergo non ſeruat, *Eſa. 29.* non diligit. Ore dicit deum, & corde dicit, Non eſt *Matt. 15.* deus.Teſtis eſt dñs,qui dicit, Populus hic ore me ho- *Marc. 3.* norat,cor autẽ eorũ longè eſt à me. Dixit inſipiens in corde ſuo,Non eſt deus.Quod autẽ qui fratrem ſuum habet odio,is etiã deum odit, licet ore clamet ac vociferetur ſe deum amare,dicit Ioannes Euangeliſta in *1.Ioan. 4.* Epiſtola,Qui dicit ſe deũ amare, & fratrem ſuũ odit, mendax eſt.Si enim fratrem ſuum quẽ videt, nõ diligit:deum quẽ nõ videt, quomodo diliget? Cum ergo qui talis eſt,ſe deũ ſcire fatetur,& nõ apertè negat, is

A impietatẽ in corde fabricatur. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus.Vnde hanc ſententiã cõfirmans propheta dicit inferius:Nõne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem,qui deũ cõfitentur verbis, factis autem negant?Qui deuorant plebem meam ſicut *Pſal. 13.* eſcã panis: Dominũ non inuocauerunt. Deũ eñ fatentur ſcire:ſed quoniã factis negarũt, inuocantes nõ inuocarunt.Ipſe dñs dicit, Cur me vocatis domine *Luc. 6.* domine,& non facitis quæ dico? Omnis, inquit, qui *1.Ioan. 4.* peccat,non agnouit dominũ:dicit Ioannes. Cũ enim vitium virtutes perſequatur,pietas quoque vnà cedit ac religio,vt quæ ideo adſint, ꝙ id non adſit. Ita etiã filij Heli,filij peſtis, dominũ quoque neſciebant, non *Sam. 2.* eò ꝙ dominũ ore negarent, ſed quòd turpia facerent in tabernaculo. Et qui dant fœnori pecuniam,deum non nouerunt.Ipſe dicit,Vſura ſuper vſurã, dolus ſu- *Ezech. 22* per dolum, noluerunt me noſſe (dicit dominus) qui B dixi,Si fratri tuo pauperi dederis mutuò pecuniã,non *Exod. 22.* eum vrgebis,non impones ei vſurã. Non eſt deus. Et quomodo quæ ſunt poſt deũ? Non eſt deus. Et quomodo quæ ſunt per deum? Non eſt deus. Et quomodo omnis lingua hominis deũ nominat?Falluntur ergo omnes hominũ myriades quæ deũ eſſe dicũt,& ſolus inſipiens ſe putat verũ dicere, qui ſolus ita mẽtitur.Et qui quinque quidẽ vel ſeptẽ teſtimonia vult in teſtamentis euertere,per conſenſum reprobatur ac reiicitur quando iudicat veritas,publicã autem totius orbis & vniuerſam mundi lingam ſolus vult inſipiens euertere?Et quomodo non eſt vere reprobus inſipiẽs, & ſeipſo inſipientior? Inſipiens in negando, in ſe impudenter gerendo inſipientior. Quanuis enim mũdi homines de deo diuerſas ſententias germinauerint: C nominis tamẽ fundamentũ nemo labefactauit. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. Non eſt funda- *Elidit hæreſim de deo metaphoris.* mentum,& quónam modo ſtat ædificiũ? Non eſt carina,& quomodo cõſiſtit nauigiũ?Non eſt fabricator nauis,& quonã modo nauis cõparata eſt?Nõ eſt ædificator:& quomodo domus facta eſt?Non eſt archite- *Vt denſus eſt ac vehemens τῇ δεινώσει.* ctus,& quis vrbẽ condidit? Non eſt agricola, & quomodo agri tulere manipulos?Nõ eſt muſicus, & quomodo in mundi lyra apparet concentus? Non eſt qui ꝓuideat,& quomodo per omnia peruadit prouidentia?Nõ eſt auriga, & quomodo elementorũ quatuor currus agitur?Nõ eſt ſtatuarius,&quomodo homines veluti quædã ſtatuæ in mũdo facti ſunt? Nõ eſt fornicis cõſtructor, & quis tibi cœli fornicẽ cõſtruxit? Nõ eſt aurifex, & quis veluti diſcũ aureũ tanquam in mẽſa ſolem in cœlo poſuit?Non eſt qui ferat lampadem, D & quis tibi veluti lampadem argenteã dedit lunã in nocte?Non eſt qui illuminet,& quis tibi clara & lucẽ præbentia dedit lũminaria? Non eſt qui faciat ſolus magna lumina,& quis accẽſos aſtrorũ lychnos tibi in *Pſal. 135.* cœlo poſuit?quẽadmodum dicit propheta: Qui facit luminaria magna ſolus,Solẽ,vt præſit diei:& Lunã, vt præſit nocti.Non eſt opifex, & quomodo pulchritu- *Sap. 13.* do creaturarũ teſtatur creatorẽ? Ex magnitudine eñ & pulchritudine creaturarũ conuenienter earũ genitor conſideratur.Dixit inſipiens in corde ſuo, Nõ eſt *Reuincit argumẽto à minori.* deus.Quæcunque in mundo fiunt,aguntur,& exercẽtur,habent qui eis præſit eáque perficiat:& ſolus mũdus non habet qui eum adminiſtret? Si non eſt deus, quid facis in iis quæ dei ſunt? In domo dei manes, & domum dei inficiaris?Vel da mercedem domus, gratiarum actionem, vel domo egredere: cur etiã fumo eructati maledicti ac blaſphemiæ domum imples?

Inſipien-

Inſipiens quis intelligatur. Inſipientem autem nunc dicit,nõ eum qui eſt emotæ mẽtis,vel qui delirat,aut ſenſu minus valet, ſed eũ qui *Prudẽtia.* malè ſentit,nõ eum qui inſita & cõmuni hominũ prudentia priuatus eſt,ſed eum cui prudentia,quę vna eſt ex quatuor virtutibus,peruerſa eſt, quæ quidẽ prudẽtia eſt lucerna animę,regina cogitationũ,magiſtra eorum quæ bona ſunt & honeſta: de qua dixit ſcriptor *Prou. 4.* Prouerbiorum:Et qui poſſidet prudẽtiam, amat ſeipſum.Et rurſus,Poſſide ſapiẽtiam, poſſide prudentiam, intelligẽtiam . Ei autem cui læſa eſt principalis animæ facultas,& inſitam amiſit prudẽtiam,intelligentiáq;& mente priuatus eſt,nõ dicebat,Acquire ſapientiam & ſcientiã.Nam etiam ſi maximè velit,non poteſt,vt qui prudentiæ inſtrumentum perdiderit. Et vt intelligas ꝙ qui nunc dicitur inſipiens, non erat naturali priuatus intelligentia,vide quantũ valebat prudentia.Neq; enim lingua dixit,Non eſt deus: neque per os locutus eſt,ſed in corde celauit improbitatẽ. Sciebat enim ſe in periculo futurũ,ſi id eructaſſet.Quoniã enim qui il- *Leuit. 24. 3.Reg. 21.* lis temporibus deum blaſphemabat, vel eũ inficiabatur,lapidibus obruebatur(teſtis eſt Naboth,qui tãquã blaſphemus condẽnatus eſt) ne huic improbè ſentiẽti idipſum vſuueniret,in corde impietatẽ inſculpſit, impietatis templũ cor ſuũ conſtituens. Dixit inſipiens in corde ſuo,Non eſt deus.Si fuiſſet enim emotæ mẽtis, & naturali caruiſſet prudentia,non in corde ſolũ, ſed ore etiã dixiſſet,Non eſt deus:nec apud deũ nec apud homines vocatus eſſet in periculum. Si enim imperator, (qui eſt totius orbis auriga) ſæpe ab inſipiente & ſtulto cõtumelia affectus,ſuſtinet,naturę ductus mi- *Mente captorũ blaſphemiæ nõ vindicantur.* ſericordia,ſi eum abripuit animi perturbatio: multo magis eum qui eſt natura inſipiens, blaſphemantem nec deus nec homo vltus eſſet, ſed vt hominem ſtulta lo- C quentẽ dignũ venia iudicaſſet. Et ideo qui ſunt à dæmone correpti,vel furore perciti, non cenſentur blaſphemare.Porrò autẽ quicunq; multos deos adorat, dicit,Non eſt deus . Quẽmadmodũ enim maritorum *Ioan. 4.* multitudo efficit vt nõ cẽſeatur maritus (quinq; enim viros habuiſti,& nunc quẽ habes,non eſt vir tuus) ita etiam multorũ deorũ cultus eſt impietas, & perinde eſt ac ſi nullũ colas.Multorũ enim deorũ admiſſio,eſt vnius negatio.Et ꝙ qui multos deos colunt,ſint impij, *Epheſ. 2.* & deum non habent,audi Apoſtolum ſcribentem ad Epheſios:Vos aliquando gentes,quando eratis in illo tempore ſine Chriſto,abalienati à cõuerſatione Iſraël ſpem non habentes,& ſine deo in mundo.Et quòmo- *νεωκόρος. Act. 19. Gẽtes cur ſine deo etiam eſſe dicuntur.* do Epheſij ſine deo?Hinc ſimulachra:illinc imagines: illic neocoros Diana, illic Demetrius argentarius, qui faciebat templa Dianæ argentea:tantus eſt grex deo- D rũ,& quomodo ſunt abſq; deo Epheſij?Sed propterea ſunt impij & ſine deo, ꝙ cũ multos deos elegerint, ab vno exciderunt. Dixit inſipiens in corde ſuo, Non eſt deus. A primo inſipiente peruaſit ad ſuos diſcipulos.Primus inſipiens diabolus,qui inſipientię fuit pri- *Gene. 3.* mus ſeminator:qui primus pręco deorũ multitudinis, Eritis,ait,ſicut dij.Qui autem multos dicit, vnum negauit.Inſipiens eſt etiam Iudæorum populus.Inſipiẽs *Luc. 7.* irritauit nomen domini, dicens Chriſtũ non eſſe deũ. Hic ſi eſſet propheta, ſciret quæ & qualis mulier eſt quæ eum tangit,ꝙ eſt peccatrix. Qui autem eum nec *Luc. 7.* prophetam quidem eſſe dicebant, quomodo poſſent deum dicere?Nemo poteſt remittere peccata, niſi ſolus deus. Chriſtus autem, Quid cogitatis in cordibus veſtris?Dixit inſipiens in corde ſuo,Non eſt deus. Eſt enim vbiq;:ſed non eſt in corde inſipientis.Dixit deus

A ſynagogæ, Propterea ꝙ non accepiſti me in cogita- *3.Reg. 14.* tione tua,ſed proieciſti me poſt tergum tuum. Primus ex ſeipſo inſipiens,inſipiẽtiæ ſeminator diabolus fuit, ꝙ cum eſſet prudens, imprudentiæ munus executus eſt. Serpens autem erat prudentiſſimus . Et quódnam *Gene. 3.* fuit eius ſtudium?Voluit deo eſſe æqualis,dicens: Po- *Eſa. 14.* nam thronũ meũ ſuper nubes, & ero ſimilis altiſſimo. Suſtulit deus:& poſuit,altiſſimus:erubeſcens eum nominare,quẽ iam negauerat. Ita etiã facit quilibet hæ- *Hæreticorum mos.* reticus vehementiſſimus in tempore perſecutionis, loquens cum pontifice:nec eum vocat pontificem, nec archiepiſcopũ,nec religioſiſſimum, nec ſanctum.Sed quid?Reuerentia tua,ſapientia tua, prudẽtia tua, iuſtitia tua,& nomina illi adducit communia,eius negans authoritatẽ.Diabolus hoc tunc fecit in deo.Ero ſimilis altiſſimo,nõ deo,ſed altiſſimo. Et diligenter quæſo attende, q̃ ſolers & accuratus fuit diaboli accuſator B propheta.Dixit inſipiẽs in corde ſuo,Non dixit,dicit, ſed dixit.Semel auſus eſt, & dixit. Et quoniam cũ dixiſſet, eiectus eſt è cœlis tanquã ſuperbus inſurrector, nõ amplius per ſe dicere auſus eſt. Quoniam enim ſemel tantùm dixit,Ponam thronum meũ ſuper nubes, & ero ſimilis altiſſimo:& deum negans, deum expertus eſt:ex alto deturbatus,& in imo ab hominibus cõculcatus, non amplius auſus eſt dicere, Non eſt deus, ſed per ironiam & ſimulationẽ deũ nominauit. Quomodo?Dixit deus,ne comedatis de ligno. Noui te qui *Gene. 3.* ſis ſanct⁹ dei.Hi homines ſunt ſerui dei altiſſimi.Quia *Luc. 4.* ergo ſemel dixit dogma impiũ,nõ audet amplius di- *Act. 16.* cere.Scit enim quid paſſus ſit.Non dicit inſipiens,ſed dixit inſipiẽns in corde ſuo,Non eſt deus. Non enim amplius hoc dicit per ſe, & nullo intermedio: ſed di- C xit in corde ſuo.In quolibet qui eadẽ cum eo ſentit,& non diſcrepat ab eius moribus, & eſt impius. Dixit in Pharaone,Non noui dominum, & curauit vt profun- *Exod. 5.* dum maris eſſet ei ſepulchrum. Dixit per Sẽnacherib *4.Reg. 18.* Aſſyrium,Nõ poteſt deus Ezechiam è meis manibus *2.Par. 1.2* eripere. & effecit vt occideretur manibus filiorũ ſuo- *4.Reg. 14* rum. Dixit per Nabuchodonoſor, Quis eſt deus qui *Daniel. 3. Daniel. 4.* eripiet vos à manibus meis ? & qui ſibi deo potentior *Eſa. 1.* videbatur cunctis,viſus eſt omnibus hominibus abiectior,fœnũ vt bos comedens:vt diſceret bouem,ſuum cognouiſſe creatorẽ, quem ipſe negauerat. Dei nega- *Act. 1.* torem Iudam fecit perire laqueo,ꝙ deum ipſum tan- *Ioan. 13.* quam hominẽ tradendũ curauerit.Cum diabolus,inquit,iam miſiſſet in cor Iudæ,vt ipſum traderet.Dixit inſipiens in corde ſuo,Non eſt deus.Si enim deum ipſum tunc dixiſſet,nõ tradidiſſet ad mortẽ, nec Iudęos D docuiſſet occidere dominũ, quoniã eis ꝑſuaſit Ieſum non eſſe deũ.Hunc neſcimus vnde ſit.Quoniam ergo *Ioan. 9.* iis ſtudebant quæ fieri non poterant,traditi ſunt corruptioni.Dixit propheta deflens. *Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.* Cum enim diaboli fuiſſent diſcipuli,in lapſum diaboli inciderũt: ſicut ille de cœlis,ita hi è ſedibus regalib⁹ delapſi. Quẽ quis enim ſequitur,eandem cum eo partem capit.Corrupti ſunt, *Rom. 16.* & abominabiles facti ſunt.Corrupti ſunt, quoniã eum conati ſunt corrũpere,qui corrũpi non poteſt.Et mutauerũt gloriã incorruptibilis dei in ſimilitudinẽ ima- *Rom. 1.* ginis hominis corruptibilis.Homines mẽte corrupti, *2.Tim. 3.* corrupti ſunt, ſed & abominabiles facti ſunt. Quare? Quoniã abominationẽ deſolationis impietatẽ in tem- *Dan. 3.* plo cordis ſui collocarũt.In ſtudiis ſuis.Quamobrem? *Mar. 13.* Quoniam quę natura negauit,ea mala excogitauit affectio.Corrupti ſunt vt Pharao,& Nabuchodonoſor.

Corrupti

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corrupti ſunt,quoniam vulnerati,&putrefacti,& ma- A
le olentes,& tabo ſaniéq; madẽtes,nõ quęſierunt me-
Metaphora. dicum. Abominabiles facti ſunt, quoniã tanquã por-
ci in peccatorum cœno volutati,&tanquam canes ad
2.Petr. 2. ſuum ipſorum vomitũ reuertẽtes,exoſi euaſerunt. Ita
enim ſcriptũ eſt, Abominatio peccatoribus eſt pietas
Eccle.1. & dei cultus. Quoniã ergo abominati ſunt dei cogni-
Iob.13. tionem,eos viri pij ſunt abominati. Corrupti ſunt tan-
quam pannus à tineis,tanquã ferrum quod exeditur à
rubigine. Abominabiles facti ſunt, vt qui oſſa & mor-
Num.19. tuos tetigerũt. Propterea enim lex eum qui mortuum
tetigerat,fecit abominabilem,quoniã Iudas Chriſtum
mortuum ſemper tangens, & viuentem nõ aſpiciens,
Thren. 2. fact᷒ eſt abominabilis. Corruptioni tuę Iſraël quis opẽ
feret? Deinde vt impietatis fructum oſtendat, ſubiun-
Bonum. git, *Non eſt qui faciat bonum.* Qui enim deum negauit,&
χρηςότητα bonitatẽ. de eo qui prouidet,&curã gerit, non cogitat: nõ mor-
tem, non conſummationẽ, non reſurrectionẽ, non iu-
dicium, non retributionẽ expectat, & ideo nihil boni
A cõtrariis collatio. facit. Quemadmodũ enim qui alicui regi dat nomen,
in eius legibus & præceptis ingreditur: qui autem ty-
rannum ſequitur,nõ facit quæ Rex præcipit: ita etiam
qui deum negat, dei mãdata auerſatur,& reip. inutilis
& pernicioſus euadit. Non eſt qui faciat bonum: Non
Matth.2. Herodes, Bethleemeticos infãtes innocẽtes occidẽs:
Mar.3. non Iudęus, eũ qui dæmonia eiiciebat, Beelzebub vo-
Luc.11. cans: nõ legiſperitus tentans: non pontifex contume-
Luc.10. lia afficiens, non ſcriba abrogans,& nihili ducens: non
Matt.14. Phariſæus probra ingerens, aut inſultans: non Saddu-
Matt.15. cæus cõtradicens, nõ Iudas vendens, & miniſter ala-
Mar.12. pam incutiens, nõ Pilatus condemnans, non populus
Luc.20. clamans, Tolle, tolle, crucifige eum, non milites vin-
Matt.26. & 27. cientes, nõ turbæ cõſpuentes, colaphos impingentes,
Ioan.18. arundine verberãtes, ſpineam coronam contexentes,
Matt.20. crucifigentes, aceto &felle potãtes. Non eſt qui faciat
bonum, diligenter enim obſerua, ꝙ hoc dictũ, quando
Chriſtus crucifixus eſt, maximè finem accepit. Tem-
pore enim Dauidis, quãdo hæc dicebantur, erant qui
bonum faciebãt, beati prophetæ, qui cum Dauid ver-
Luc.1. & 2. ſabãtur. Sed quãdo natus eſt Chriſtus: Ioſeph, Zacha-
rias,& Simeon iuſti,& Apoſtoli bona faciebãt: hi qui-
dem admirãtes, illi verò in vlnis tenentes. Solũmodo
quando crucifixus eſt, nõ fuit qui faceret bonum. Nõ
Mar.15. dixit autẽ, Non eſt qui loquatur bonum. Nam & Cẽ-
Matt.26. turio,& latro bona de eo dicebãt: Memento mei do-
Mar.14. mine, quando veneris in regnũ tuum. Verè hic homo
Luc.22. filius dei erat. Nõ eſt qui faciat bonũ, quando & diſci-
Luc.2. puli omnes eo relicto fugerũt. Ioannes nudus recedit.
Ioan.19. Petrus negat. Diſcipuli fugiũt: ipſius Mariæ matris ani
mam gladius dubitationis pertranſit. Quoniã ergo in
paſſione nullius fructum charitatis accepit, Nõ eſt qui
faciat bonum, *Non eſt vſque ad vnum.* Ne illum quidem
vnum militem, qui etiã poſt mortem lancea latus eius
pupugit. Et quãobrem, ô propheta, ante ſuũ in carne
aduẽtum,& humanæ naturæ ſuſceptionem, non viſi-
tauit tanquã medicus mundũ laborantẽ? Viſitauit cer-
te,& opẽ ferre, ac ſeruare voluit, ſed nullus ſibi voluit
adhiberi medicinam. *Dominus de cœlo proſpexit, vt vide-*
ret ſi eſt intelligens, aut requirens deũ. Sed omnes declinauerunt,
ſimul inutiles facti ſunt: Et impletum eſt illud, Iuſtitia de
Pſal.84. cœlo proſpexit. Ex patre Chriſtus, veritas è terra orta
Proſpicere dei de cœlo, quid ſit. eſt. Dominus ex virgine. Cum autem audis iuſtitiam
de cœlo proſpexiſſe, ne exiſtimes diuinam & incorpo-
ream naturam ſe flexiſſe & incuruaſſe, aut genu incli-
naſſe, aut ceruice annuiſſe, ſed eius demiſſionẽ, & hu-
manitatem,& viſitationem intellige. Quemadmodũ
enim caput,& oculos,& aures, & os,& manus habere
dicitur,& ſedere,& ſurgere, nec tamẽ omnino ex mẽ
bris, partibus,& figuris cõſtituitur: ita etiam proſpicit,
non ipſe ſe inflectens, ſed ſuam in nos benignitatem
oſtendens. Illud autem, E cœlo proſpexit, non ꝙ in
cœlo quod cernitur, feneſtras aut portas fecerit, & iis
apertis reſpexerit: ſed ꝙ è cœleſtibus ordinibus, in-
telligentibus, incorporeis,&immortalibus humanita-
tem viſitauerit. Quemadmodum enim homines terra
dicũtur, Quòd terra es, & in cinerẽ reuerteris: &, Ego *Gene.3.*
ſum terra & cinis: ita etiã dicũtur cœlum cœleſtes or- *Gen.17.*
dines, ex quibus deus terram & humanitatem aſpicit.
Dominus è cœlo in terram proſpexit, vt videret. Non
vt tunc videret, ſed vt tũc ſeruaret, non vt tunc diſce-
ret, ſed vt tunc opem ferret, vt tãquam amicũ ample-
B cteretur,& vt iuſtum amaret, vt dicat ſicut dixit Noë: *Gene.6.*
Te ſolũ vidi iuſtũ in hac generatione, & vt tanquã iu-
ſto ei appareat. Iis autẽ apparet, qui in eum fidem ha-
bent. Vt videat an ſit ægrotus qui quærat medicũ, an
eſt pauper gentiũ populus, qui requirit Chriſtum, pa-
tris theſaurũ. Vt videat ſi eſt intelligens, vt cũ eo tan-
quam cũ prudẽte & intelligente diſſerat. Vel requirẽs
deum vt hoc inueniat. Deinde poſtquã viderunt pro-
phetæ dominũ è cœlo proſpexiſſe vt videret, eum ro-
gant, Nõ ſatis eſt, ô domine è cœlo ſolùm proſpexiſſe, *Pſal.143.*
ſicut proſpexiſti. Et iã deſcende. Domine inclina cœ-
los,& deſcẽde. Veni fili patris, quęre quod factum eſt
ad tuã imaginẽ. Omnes enim declinauerunt, ſimul in-
utiles facti ſunt. Vniuerſus hominũ exercitus deflexit
ad tyrannũ. Duces prophetas nõ amplius retinẽt. Ve- *Ioan.7.*
ni rex,& appare,& verebũtur tuã authoritatem. Om-
C nes declinauerunt vias prophetarum. Veni via, & qui
aberrarunt, reuertẽtur. Cum autem dixit, Declinaue-
runt, oſtendit eos didiciſſe à natura rectè ingredi, ſed
ex mala electione in errorẽ declinaſſe. Queadmodũ
ſcriptũ eſt in Eccleſiaſte, Deus fecit hominem rectũ, *Eccle.7.*
& ipſe ſibi inuenit multas cogitationes. Omnes decli-
nauerunt ſicut vituli qui ferũtur in voragines, & ſimul
inutiles facti ſunt, vt dolia perforata, vt vtres perfluen-
tes,& ad id ad quod facti ſunt, non amplius vtiles. Et
non paulatim, ſed omnes ſimul inutiles facti ſunt, vno
impietatis reti ſimul concluſi. Si declinarunt, ſcilicet,
erant recti natura. Deus enim cum hominẽ fecit, eum *Homo rectus à deo creat᷒ eſt.*
rectum creauit,& nullum fecit malum natura. Et alibi
Præuaricãtes reputaui omnes peccatores terræ. Et eo
ꝙ dixit, Simul inutiles facti ſunt, oſtendit ꝙ cum natu-
ra facti eſſent vtiles, inutiles præter naturam propria
D animi electione facti ſunt. Proſpexit ergo dominus vt
videret è cœlo, an pœnitẽtiam agant qui declinant, vt
ſalutem conſequãtur, an verò ita peccant, vt nulla du-
cantur pœnitentia, vt eo ipſo condẽnentur. Et ꝙ ideo *Pſal.100.*
proſpicit & deſcendit & viſitat dominus, vt vel ſeruet,
vel condemnet, audi ipſum dominum dicentem: Cla-
mor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus *Gene.18.*
eſt apud me,& peccata eorum magna valde. Deſcen-
dam ergo,&videbo an iuxta clamorem eorum qui ad
me venit, efficiant. Sin minus, vt ſciã. Sodomitæ, quo- *παραδείγματα per antitheſin.*
niam omnes declinauerunt, propterea inutiles facti
ſunt. Ignis enim deſcendit, & eos tanquam materiam
cõſumpſit. Niniuitæ declinarũt, ſed quoniam citò ve-
nerunt ad pœnitentiã, propterea non facti ſunt ſimul *Ionæ 1. & 2.*
inutiles, ſed ſimul ſeruati ſunt. Vidiſti quomodo viſi-
tat dominus, vel vt ſeruet, vel vt condẽnet. Et ideo di-
cebat etiam Oſee propheta: Audite verbũ domini filij *Oſee.4.*
Iſraël,

Iſraël, quia iudiciũ domino cum habitatoribus terræ,
propterea ꝙ non eſt veritas, nec miſericordia, nec co-
gnitio dei in terra. Maledictum,& mendacium,& ho-
micidium,& furtum, & adulterium effuſum eſt ſuper
terrã,& miſcẽt ſanguines ſanguinibus. Omnes decli-
nauerũt, ſimul inutiles facti ſunt. Et propterea domi-
nus de cœlo in terrã proſpexit. Quomodo proſpexit?
Vel terram quatiens, vel fulmina mittens, vel aliqua
Pſal.103. quæ terrorem incutiãt faciens, & ſuã indignationem
oſtendens, Qui reſpicit terrã,& facit eã tremere. Do-
minus de cœlo in terrã proſpexit, vt videret terra ſeu
A ſimili Baſsiliis. humanitas dominũ indignantem,& ceſſaret peccare.
Quemadmodũ enim ſeruis inferius in atrio aut in pla
tea ſe petulãter ac inſolẽter gerentibus, Dominus aut
rex ex alto proſpicit, vt cum eũ ſerui viderint, timeant
& deſiſtant: ita etiam quoniam vniuerſa terra proſilie-
bat ad impietatẽ, Dominus de cœlo in terram proſpe
Pſal.75. xit, vt terrore affecta terra peccare deſiſteret. Hui᷒ te-
ſtis eſt propheta, qui dixit. Terra tremuit,&ſiluit, dum
Omnes, maior pars. exurgeret deus ad iudiciũ. Et quoniam dixit, Omnes
declinauerunt: illud autẽ, Omnes, ſæpe etiã de maiori
parte accipitur, queadmodũ illud, Omnes me dereli-
2.Tim.4. querũt, cũ tamen veri & ſynceri diſcipuli Paulum nõ
reliquiſſent, vt oſtenderet vniuerſum mundi naufra-
Eſa.1. gium, ſubiungit, *Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad*
vnũ. A pedibus vſq; ad caput, ab vltimo paupere vſq;
ad eum qui rerum potitur, vniuerſus mũdus ægrotat.
Vnum quærit deus fidelem & iuſtum, vt in Chaldæis
Abraham,& Lot in Sodomis. Sed illi quidẽ nec fidẽ,
nec rectã habent vitam: illi verò veram habent fidem,
Tit.1. ſed vitam rectam nõ habent: Deum confitentur ſcire,
factis autem negant. De deo præclarè & ſplendidè lo-
quuntur, & veluti tuba canunt: in bene autem facien-
do dormiunt. Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq;
ad vnũ. Deinde quoniã dominus de cœlo proſpexit,
& propter eos qui peccabãt, indignatus eſt, docet nos
propheta eum nõ ſolum proſpexiſſe, ſed etiam minã-
Dan.13. tem eſſe locutum. *Nónne cognoſcent omnes qui operãtur ini-*
Pſal.93. *quitatem?* Et quid cognoſcẽt? Quòd dominus eſt deus
Act.10. vltionum. Cognoſcent ꝙ aduenit iudex viuorum &
Rom.2. mortuorum. Cognoſcent ꝙ reddet vnicuiq; ſecundũ
opera ſua. Non cognouerunt dũ monerentur, cogno-
Exod.14. ſcent dum cruciabuntur. Ita etiam aliquando ſimilia
dixit deus de impiis Aegyptiis, Et cognoſcent omnes
Aegyptij ꝙ ego ſum dominus, dum ego glorificor in
Pharaone & in curribus eius. Scient tunc, quãdo nihil
eis proderit cognitio, quando perſequentes curribus,
obruti fuerint fluctibus. Vel etiã legẽdum eſt negati-
ue: Nõ cognoſcent omnes qui operãtur iniquitatẽ. Et
quid nõ cognoſcẽt? Quòd dominus de cœlo in terrã
proſpexit. Quid nõ cognoſcẽt? Quòd quæ malè fiũt,
ei diſplicẽt. Quid non cognoſcent? Nolent ſcire viam
Iob.21. domini. Huius rei Iob teſtis eſt, qui dicit: Dicit autẽ im
pius domino: Recede à me, vias tuas ſcire nolo. Eo e-
nim ipſo ꝙ operãtur iniquitatẽ, leges domini cogno-
uiſſe nõ ſuſtinebũt. Et nunc ſunt bella,& peſtes,& ter-
ræmotus: multi tamẽ peccata nõ ſentiunt, & imminẽ-
tibus malis nõ caſtigantur. Quid nõ cognoſcent? Dei
voluntatẽ, promiſſa bona cœleſtia, Dei theſaurum, pa
radiſum deliciarum, vitam ęternam. Non cognoſcent
omnes qui operantur iniquitatem. Iudæi, ꝙ legiſlator
1.Cor.2. & dominus glorię ab eis eſt crucifixus. Si enim cogno
uiſſent, Dominũ gloriæ non crucifixiſſent. Et quinã ij
ſunt? *Qui deuorant plebem meã ſicut eſcam panis.* Qui pro-
pter inuidiam, mortem fidelium eſuriũt. Et non dixit,
A Comedentes, ſed deuorantes aut exedentes, feris cru-
deliores. Feræ enim cùm carnẽ humanã guſtauerint, *Ferarum erubeſcentia in guſtu carnis humanæ.*
mox ceſſant, propter inſuẽtũ nutrimẽtum erubeſcen-
tes. Improbi autem & inuidi fidelẽ perpetuò maledi-
ctis exedentes, nõ ſatiantur. Caueamus fratres, ne eos
qui ſunt eiuſdẽ nobiſcũ fidei, maledictis & calumniis
inſectãtes, cum iniquis inueniamur. Non cognoſcent
omnes qui operãtur iniquitatem, ſiue ſint hæretici, ſi-
ue ſint eiuſdem fidei, qui deuorant populum meum.
Quòd autẽ ij etiam qui ſunt eiuſdẽ fidei, eos deuorãt
qui eandem habent cum eis fidem, dicit Apoſtolus, Si *Gala.5.*
autẽ vos inuicẽ mordetis & exeditis, videte ne à vo-
bis inuicem cõſumamini. Alienigenis Gentibus, Syris
& Græcis, eos qui populum deuorãt, aſſimilans Eſaias
dicebat: Ducam Syriam ab ortu,& Gręcos ab occaſu *Eſa.9.*
ſolis, qui deuorãt populum meum toto ore. Sed etiam
B ſi propter peccata noſtra ab inimicis tãquam à leoni-
bus deuoremur: propter noſtrã tamen in deum pieta-
tem, vltionem aſſequemur. Audi Hieremiã dicẽtem:
Sanctus Iſraël domino: omnes qui deuorãt ipſum, de- *Hier.12.*
linquent,& inducã ſuper ipſos. Dicit dominus, ꝙ eos
qui peccarunt exedentes, grauius peccarunt q̃ ij qui
exeduntur, vt qui plus quàm deus in animo haberet,
populum ſuum flagellarũt, quemadmodũ de eo dixit
dominus: Ego tradidi eum in manus tuas, tu autẽ non *Eſa.46.*
feciſti miſericordiã cum ipſo. Et rurſus: Propterea ꝙ *Partĩ iuxta veritatẽ hebraicam & 70.*
ego parum iraſcebar, ipſi autem in mala inuaſerũt. Et
ꝙ propter peccata popul᷒ dei à dei inimicis exeditur,
dicit Hiere. Quis errans Iſraël? Leones extruſerunt ip-
ſam. Primus deuorauit ipſum rex Aſſyriorũ, & ſecun- *Zach.1.*
dus rex Babylonis eius oſſa contriuit. Si non erraſſet *Partĩ iuxta veritatẽ hebraicam iuxta 70.*
vt ouis, non deuorata fuiſſet à leonibus. Intellige quæ
C dico. Qui deuorant populũ meum ſicut eſcam panis.
Dominũ non inuocauerunt, etſi putauerunt ſe inuocare. Quẽ-
admodum enim qui ex rapina deo aliquid offert, nõ *Hier 50.*
offert, quandoquidẽ deus ea non ſuſcipit: ita qui fra- *Eccl.35.*
trem deuorãt deũ inuocantes nõ inuocant. Vel etiam
dominũ non inuocarunt, pro eo quod eſt, A Chriſto
non vocati ſunt Chriſtiani: quandoquidẽ cũ Chriſto
bellum geſſerũt. Neq; enim audiuerunt eum dicẽtem,
Cõfitemini domino,& inuocate nomẽ eius. Quanuis *Pſal.104.*
autem tanquã feræ irruerũt, *Illic tamen trepidauerunt ti-*
more, vbi nõ erat timor. Audaces fuerũt vt leones,& tan- *Antitheſis.*
quam lepores trepidarũt. Hoc etiã dicit propheta ad-
uerſus timidos in perſecutionibus, ꝙ cum audiiſſent,
Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autẽ *Pſal.10.*
nõ poſſunt occidere,& ne timete hominũ opprobria:
trepidauerunt timore vbi non erat timor. Cùm enim
D deum nõ timuiſſent, homines timuerunt. Illic timore
trepidarũt impij, cùm vidiſſent deum piis ferre auxi-
lium. Tanquã enim interrogatus,& cur timore trepi-
darũt impij? reſpõdet, *Quoniã dominus in generatione * iu-* ** iuſtorũ*
ſta eſt. Qui dixit, Vbi ſunt duo vel tres congregati in *Matt.18.*
nomine meo, illic ſum in medio, ſi autem venit in me-
dium duorum vel trium ſanctorum, multò magis in-
uenitur in generatione iuſtorum, vbi eſt vita inexpu-
gnabilis, vbi cõuerſatio quę caret triſtitia, vbi eſt quies
immortalis, hęreditas inſeparabilis, regnũ quod caret
ſucceſſione, ad quod Chriſtus vocat dicẽs, Venite be- *Matt.25.*
nedicti patris mei. *Deſunt nonnulla.*

IN PSALMVM XIIII.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Eſt pul-
cher pſalm᷒ prophetæ, eſt eñ animæ ſanctifi-
catio, eſt pulcher pſalmi cõcentus: oſtẽditur

Universidad de Deusto Biblioteca

enim acutissimum telum aduersus dæmones:nec cerui ita tela fugiunt,vt psalmos Dauid dæmones. Sumpsit Dauid citharam,& pulsauit,& à Saüle recessit malus spiritus,& recedēs dæmon cecidit vt ceruus sagitta percussus, & in iecore sauciatus. Pulchra est Dauid cithara: est enim animæ consolatio. Pulchra est lyra pastoris: mētis enim nostræ neruos confirmat ad virtutem. Pulchra est pastoris & regis tibia prophetica. Habet enim calamum, linguam, spiritum paracletū, & vocem,verbum, & melodiam, moderatā voluptatem & harmoniā, prophetiam, & vehiculum supernā gratiam. Quia ergo in spiritale theatrū, & verborum cœlestium auditorium conuenistis,propterea diuinus orator & theologus, & à deo doctus musicus, beatus Dauid, venit vt populi doctor, & deum interrogat vt dei discipulus,Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Tabernaculum tuum regale,in mundo,tanquam in agro,video ecclesiam.Sed quoniam magno precio acquisiuisti tabernaculum.Preciosum enim tuum dedisti sanguinem,& accepisti tabernaculum, & aperto latere (quod est theca eius quod est reconditum marsupium diuinitatis,arca sanctificationis)& lancea tanquam claue in arcam iniecta:iniecta autem, nō vt qui te improbè gereres,sed qui cōcederes ac permitteres, dedisti precium ex paterno thesauro. Quia ergo magno precio emptum est tabernaculum,& cùm sit preciosissimum,habet etiā paradisum scripturarum diuinitus inspiratarum,recentes autem incolę & habitatores in arcanis tuis fuerūt, qui sunt recenter illuminati, doce eos per me domine qualis esse debeat tuus incola,vt cùm institutum tuum scopúmque didicerint,tibi grati & accepti euadant.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui in tui pulcherrimi gregis numerū relatus,& accepto signaculo sancti spiritus, & florido pastoris Christi sanguine notatus, floridum signaculū pice non coinquinabit.Quánam?Cum aliis hęresibus, Arrij & Eunomij, in baptismo accepta & madefacta fide,humefacta glutino, labe quæ nō potest elui.Habuerūt illi quoq; olim vt oues album vellus, & floridū signaculum:sed tunc eousque album vellus seruarunt, donec seruarunt baptismum ecclesiæ: & tunc eousq; eorum signaculū ferebat florem Christi sanguinis, donec seruarunt obsignatam de baptismate constitutionem.Ex quo autem tres immersiones in vnam cōtraxerunt,trinitatis alterius substātiæ non incolæ sed parasiti facti sunt. Sicut enim illis est dogma alteri⁹ substantiæ, ita his etiā baptismus. Vt ergo recentes tui incolæ,qui sunt recenter illuminati,tanquam oues feras fugiant quę ouium speciem præ se ferunt,qui in indumentis ouium oues in errorem abducunt,doce domine leges tuas tuos incolas. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Quis huius vitę visa ac spectra cōtēnit?Quis mūdi voluptates spernit, vt Moyses regiam? Quis mauult cum populo dei in persecutione vexari & affligi,q̃ ad tempus peccati iucūditate perfrui,dum ei & dogmata & authoritas blanditur? Quis tanquam in agro inquilinus vitam ab inani gloria remotam amplectetur? Quis iniustè partas repudiabit pecunias, vt criminib⁹ minimè sit affinis?Scriptū est in Iob:Diuitię iniustè cōgregatæ euomentur ex ventre eius. Quis renunciabit mundi vanitati, & coniungetur cum Christi charitate, dicens, Cum Christo coniungor? Quis cum Paulo dixerit,Mihi crucifixus est mundus,& ego mundo?Quis omnibus valere iussis, Christū sequetur? *Aut quis requiescet in mōte sancto tuo*? Quid est mons san-

Collationes. 2.Reg.16. & 18. μυτωθεὶς. παροικοι, ἀλλὰ παράσιτοι. Matth.7. Exod.1. Hebr.11. Iob.20. Galat.6. Matt.10. Ioan.1.

A ctus tuus? Videamus primū in historia quid sit tabernaculum,& quid mons. Tabernaculū appellabatur tabernaculū testimonij,quod fixit Moyses. Mōs autem dei, templum quod ædificauit Solomon.Et q; dei tabernaculum appellabatur Mosaicum tabernaculum, quemadmodum domus & templum dei,scriptum est primo regum.Et ingressus est Helcana & Anna in domū dei in Silo, & puellus Samuël erat cū ipsis. Atqui templum & domus nondū erat extructa. Tabernaculum autē Mosis erat in Silo.Et rursus: Et Samuël dormiebat in tēplo dei. Templum autem dei dicit tabernaculum. Domini itaq; tabernaculū dictum est, sicut domus dei & templum.Quòd autem mons diceretur dei templum quod extruxit Solomon,scriptū est,Venite & ascendamus in montem domini,& in domum dei Iacob.Et hæc quidē quo ad historiam. Videamus autem etiam per anagogicam cōtemplationem quid B sit tabernaculum,& quid sit mons dei,& quomodo oporteat primū habitare in tabernaculo, & ita habitare in mōte dei.Tabernaculum Mosis,& templum Solomonis ferebant imagines & figuras duarum dei ecclesiarū Christi,eius quæ est in mundo,& eius quæ est in cœlis.Ecclesię quę est in mūdo,imago est Mosis tabernaculum.Ecclesiæ autem quæ est in cœlis,templū quod est in monte.Duæ ecclesiæ numero, vna autem modo fidei.De ea quę est in mūdo,dicebat dominus: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.Et de cœlesti Apostolus:Accessistis ad montē Siō,& ciuitatem dei viuētis,Hierusalem cœlestē, & ad multorum millium angelorū frequentiam, qui conscripti sunt in cœlis. Quemadmodū ergo Mosis in deserto tabernaculum,erat tuguriū in quo cōgregari poterant, quod C Romani vocarūt papilionem: & à loco in locum frequenter transferebatur:& eos faciebat inquilinos,qui in eo habitabant:ita etiam in terra est Christi ecclesia tabernaculū,quæ in solitaria vita resplendet.Et quare tabernaculum?Quia verbum caro factum est,& habitauit in nobis.Quare tabernaculum?Propter eum qui dixit,Ecce ego venio:& habitabo in medio vestri, dicit dominus.Et ideo est etiā ecclesia tentorium,quod fixit dominus,& nō homo:& mūdum tanquam incolatum suscipit,& veluti tabernaculū, è locis in alia loca migrat in persecutionibus propter eū qui dixit, Si persequūtur vos in hac ciuitate,fugite in aliā. Sed loca quidem mutat,loca autem rursus cōseruat: fugit à ciuitate in ciuitatē,sed non fugit à pietate in impietatem. Quēadmodū ergo Moysis tabernaculum huc & illuc transferebatur,& in multis locis habitabat: Solo- D monis autem templum in mōte fundatum,in vno loca stabat immobile, & quod nullo modo poterat labefactari,donec fuit templū dei:ita etiā in terra; Christi ecclesia tanquā peregre versans, pios facit inquilinos: superna autē ecclesia primogenitorum in cœlis, nō habet illic inquilinos,sed habitatores,pios.Illic nō sunt inquilini: neq; enim est illic persecutio. Vnus illic ciuis,tāquam inquilinus,mouit seditionem: & eiectus est tanquā externus,& à deo alienus, & cū eo,qui eū secuti sunt dæmones. Illinc eiecerūt te Cherubim, dixit de diabolo Ezechiel.Quoniam ergo quæ hîc est ecclesia,est tāquam tabernaculū in incolatu:quæ autē suprà est ecclesia,est ciuitas tuta & munita: & oportet in hac primū nos esse inquilinos, & sic in illa habitare:propterea Dauid,dignū inquirens,interrogat:Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mōte sancto tuo? Sed dices, Et quomodo sumus

Tabernaculum. Exod.26. Mons dei. 3.Reg.8. 1.Reg.1. Ibidem. 2.Reg.3. Esa.2. Matt.16. Hebr.12. Collatio tabernaculi & ecclesiæ. Ioan.1. Zach.2. Matt.10. Tabernaculum ecclesia militans, triumphans templum in monte. Hebr.12. Esa.14. Ezech.28.

sumus in hac ecclesia inquilini? audi, Quemadmodū A inquilinus prædium aliquod ingressus, rursus trāsit in aliud prædiū si iubeat dominus: ita nos per baptismū ecclesiam ingressi, per mortem rursus trāsimus: & inuenta ecclesia,ecclesiā dimittimus:& cùm in ea fuerimus inquilini, ex ea adsumimur:& qui infrà eram⁹ inquilini, superni ciues efficimur: & qui vt inquilini hic persecutiones patiebamur,illic vt amici & hęredes requiescimus. Venite benedicti patris mei,este hæredes regni vobis parati. Quoniam ergo sumus inquilini & peregrini in ecclesia, supernā autē habitamus: eū qui & hoc incolatu & superna habitatione dignus sit inquirens,interrogat. Iustitia cōflatur ex multis virtutibus,& vna virtus actiua nō facit iustitiam, quēadmodum nec vna tabula perficit nauigium, nec vnus lapis domū,vna sola virtus iustificat,fides,quę est virtutum fastigium. Credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad B iustitiam.Iustificare ergo ex fide.Diuersis modis habitare possumus. Tabernaculū est hæc vita:mōs autē est cœlum. Tabernaculum quoq; est litera diuinarū scripturarum:mons autē, quæ in ipsis sita est intelligētia. Tabernaculum lex est,& mōs Euangelium. Tabernaculū etiam corpus domini,mons autē diuinitas. Quæ quidē quomodo sint,vt & à peregrinis & vt à ciuibus habitanda,non sinit tēpus dicere. Quoniam ergo rogauit beat⁹ Dauid,quis habitat in tabernaculo,& quis in monte requiescit?audi spiritum sanctum dicētem, disce qualis esse debet. Virū tibi sermone describo, vt inuenias quē quærit, *Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiā*. Et quis hic est? Qui immaculata dei via ingreditur.Deus meus,immaculata via eius.Qui nō habet maculam peccati.Et quòd peccatū sit macula, dicit scriptura de mēdacio: Mala est macula in homine C mendacium.Macula est etiam fornicatio.Ita etiam dictum est de eo qui se inebriabat. Existimationē tuam macula aspersisti, & quæ sunt eiusmodi. Qui ingreditur sine macnla. Quemadmodum autem qui habet labē aut maculā in vultu, non venit prope Regē aut principem:ita fur,aut qui mētitur,non potest ad deū accedere.Quamobrē?Quoniam mūdus est oculus eius,vt nō videat mala.Et nō permanebūt iniqui ante oculos tuos. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiā. Declina enim à malo,& fac bonum. Quis est autē is? Qui est mūdo corde,qui dolū non fecit in lingua sua, sicut Nathanaël:Ecce verus Israëlita,in quo dolus nō est.Qui nō fecit proximo suo malū, sicut Achab Naboth. Qui proximū probris non affecit,vt Pharisæus publicanū:nec probris affectus est,& malè audiit propter proximos,quemadmodū Heli propter filios.Qui D de medio tollit improbos,& ad nihilū redigit, vt Helias sacerdotes Baal. Qui eos qui deū timent,gloria afficit,vt Abdias propheta.Qui iurauit proximo suo, & nō fefellit, vt Abrahā Abimelech,& Dauid Ionathā. Qui pecuniā suam non dedit ad vsuram, vt Zachæus & Cornelius,nec propter res sceleratas accepit pecunias,vt nec Petrus Simonis: & qui nec emotus est,nec labefactatus in persecutionibus vt Paulus.si hūc videris,ô Dauid,inuenisti quē quæris.*Qui loquitur veritatem in corde suo*. Atqui dicet omnino quispiā,talis certè homo inuenitur.Is verè est beatus Iob, qui multas sibi parauit victorias athleta,qui fuit diaboli expugnator. Et erat,inquit,vir ille inculpatus,iustus,verus,pius, abstinēs ab omni malo.Huic ergo vni accommoda illud, Quis habitabit in mōte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula,Iob inculpatus,qui operatur iustitiam. Iob

Inquilinatus & municipatus discrimē. Matt.25. 2.Cor.5. Hebr.vlt. Iustitia virtutū cōplexio. Gene.15. Roma.4. Tabernaculi & mōtis acceptiones. Sine macula. ἄμωμος nulli reprehēsioni affinis. 2.Reg.22. Eccle.4. Argumētum à simili. Gene.49. Matt.15. Esa.28. Osee 4. Abac.1. Psal.5. Psal.30. Ioan.1. 2.Reg.21. Matt.18. 1.Reg.1. 3.Reg.18. Gene.21. 1.Reg.20. Luc.19. Act.10. Act.8. 2.Cor.11. & vbique in Act. Iob.1.

iustus,qui loquitur veritatem in corde: verus, qui non egit dolum in lingua sua, dum de rebus diuinis loquitur,pius,& deum colēs:nec fecit proximo suo malum, abstinēs ab omni malo. Vides quomodo totum psalmum Iob prius induerit, sicut Dauid. Aut quis requiescet in mōte sancto tuo? Multi enim habitarunt in ecclesia,sed quoniā non habitarūt vsq; ad finē, sed trāsgressi sunt,propterea in monte non requieuerunt,nec sedes suas fixerūt. Qui loquitur veritatē in corde suo. Qui veritatem vt virginem & sponsam ex animo diligit,qui tanquā matrem & reginam in honore habens, eam aspicit,qui loquitur veritatem cum proximo suo. Sed ne quis dicat,quid mihi officit in persecutione, si dicēs mendaciū,in corde dico veritatē? quādoquidē scriptum est,Qui loquitur veritatē in corde suo: adiectione tutam reddidit orationem, sic dicens, *Qui non egit dolū in lingua sua*.Nec in corde tanquā in sepulchro veritatem sepelias, nec tāquam mortuam includas in monimēto,sed tanquā viuentem & regnātem doceas eam extra sensuum fores progredi.Si enim occultatur veritas,tyrannidē obtinet mēdacium, & tanquam ex agris qui carēt dominis,ex animis prędas agit.Sin autem veritas ducat exercitum,mortuum iacet quod falsum est. Quemadmodū enim tenebræ à luce deuorātur:ita etiam mendacium à veritate sepelitur. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Neq; enim vt proditor, eum in lingua tulit,sed dolum tanquā virus expuit:Fugiamus ergo dolum vt mortale venenū. Dolus cùm armasset serpentem eū execrandū reddidit. Dolus matrē generis nostri desertā reddidit, vt Cain tremeret & gemeret effecit,Dolus Abel,sicut fera agnū,discerpsit.Decē fratres aduersus vnū armauit, & vt qui vēditū vēdiderūt adorarent,perfecit:& quē per dolum tanquā seruum vendiderant,eum per metū tanquā dominum adorarunt. Dolus discipulū proditorē reddidit: & Apostolum,dei prefractum vēditorem effecit.Sed is quidem cùm deum vēdidisset,emit laqueum: venditus autem deus mūdū redemit.Et aliâs factis & verbis simul impletum est quod à domino dictū est,Petite,& dabitur vobis:quęrite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis. Hoc cū sciret beatus Dauid,petiit,& pulsauit, & quęsiit,& vnus tria cōsequutus est.Petiuit remissionē peccatorum,dicens:Remitte omnia peccata mea: & audiit,Et dominus remisit peccatū tuū, vniuersum peccatum tāquam vnū.Et accepta remissione peccatorū, dixit gratias agens:Tu remisisti impietatē cordis mei. Pulsauit portas iustitiæ,dicēs: Aperite mihi portas iustitię,& portę ei apertæ sunt,& vidit in portis prophetarum vnigenitam portam patris,quæ dicit, Ego sum porta.In portis vnam portam:& admirans dicit, Hæc est porta domini, iusti introibunt in eam. Sicut ergo petiuit, & pulsauit,& vnus duo impetrauit: propterea tertium quoque quæsiuit: & cùm quæsiisset, inuenit. Cùm enim interrogasset,Quis habitabit in tabernaculo tuo?audiit,Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.Psalmus Dauid.Et cur non complectitur,In finem?Quoniā docet de iustitia, & reliquis virtutibus. Qui autem docet de iustitia,& cæteris virtutibus,non debet in finē vitę suadere hęc acquirere,sed ab initio, ab ipsis incunabulis,& à teneris vnguiculis cū eis versari.Nemo enim puero suadens, & eū admonens, dicit,Sis temperās ad finem,sis prudens,aut iustus ad finem, sed ab initio eum instituit ad vitam modestam, & ab ineunte ętate ei iacit fundamentum,dei metum,

μεταφορικῶς. Veritas in corde non sepeliēda, sed ore promēda, per simile. Collatio. Doli execratio. Gene.3. Gene.4. Gene.37. Gene.43. 44. Matt.26. Act.1. Luc.11. 2.Reg.12. Psal.31. Ioan.10. Psal.117. 70. aliqui habēt εἰς τὸ τέλος.

Universidad de Deusto Biblioteca

Cōfirmat homœosi à baptismo tracta. Huius autē testis est experientia. Adducit quispiā infantē adhuc vbera sugentem, vt baptizetur, & statim sacerdos exigit ab infirma ætate pacta cōuenta & assensiones,& minoris ętate fideiussorem accipit susceptorē,& interrogat, Renunciat Satanæ, & non dicit, *Paruulorum baptismus.* In finem:vel,Cum Christo coniungitur in finem: sed *Altera.* statim in principio vitę petit renunciationes,& cōiunctiones.Iam verò omnis quoque vir orat, vt filius eius non in finem ditetur:nec vt quando fuerit senex, prudens euadat: sed vt diuitiæ & prudentia & authoritas cum eo ab initio & ab ineunte ętate versantes,ei comites sint vsq; ad senectutē. Propterea dicebat etiā beatus Hieremias: *Thr.Hie.3* Bonum est viro quando iugum tulerit *Tertia homœosis.* ab adolescentia sua. Ab adolescentia,& nō in finē: ab initio,& nō ad senectutem. Si enim nullus nostrū vult possidere seruum senem, nec qui habet delectū exercitus,senes refert in numerū: imperante autem necessitate,& vi impellente, tunc senes etiā ad bellum pro- *Virtus in adolescentia gratior.* ficiscuntur: multò magis regnans virtus mauult adolescētiam quàm senectutem, & tanquā intactam virginem,& nihil probri passam adolescentiā secum iungit necessitudine,vt cuius vitę primitias ambiat. Quoniā ergo hîc propositus psalmus est columen virtutū, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requiescet in mōte sancto tuo?Qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam: propterea nō complectitur in finem,ne cum iuuentutem peccato exhauserit,languidam & eneruatam senectutē virtuti reseruet, & vitæ fæcē temperet sapiētia.Psalmus Dauid.Lex bonarum actionum cum numero & suauitate vocis oblata. Quāobrē? Vt virtutis asperitate temperata vocis modulatione,iucundam & acceptam reddat admonitio- *μεταφορά.* nem.Vt dei legum cōtemptores, per cantus suauitatē bonos & attentos auditores efficiat, vt lingua tāquam calamo,& tāquam visco melodia auditorem aucupetur.Psalmus Dauid.Propositus psalmus habet magnā harmoniam & cōuenientiam cum iis qui pręcesserūt. Quoniā ergo in illo publicā veluti negationē aduersus hominū genus protulit,dicēs: Non est vllus iustus. nō erat autē homo qui dixit, sed deus. Si homo enim dixisset, venisset in suspicionem ꝙ ignorans vel dolore affectus id dixisset, vel vlciscens inimicitias, vel æmulatione percitus,non autem ꝙ id ita esse sciret. Ita etiā Helias aliquando vt zelotes,& maximo dei amore incēsus,ratus se esse solum relictū dei auditorē, di- *3.Reg.19.* xit deo,Zelās zelaui deo omnipotēti, quoniam te reliquerūt filij Israël,altaria tua effoderūt, & prophetas tuos in gladio occiderunt, & relictus ego sum solus,& quęrunt animā meam vt accipiant ipsam.Et dixit dominus ad ipsum:Ingredere,reuertere viam tuam,quoniam tu non es solus. Reliqui enim mihi septem milia virorū,qui nō flexerūt genua ante Baal.Sed nunc etiā *Psal.13.* nō homo,sed deus dixit, Nō est iustꝰ vllus. Dominus enim ex cœlo prospexit, vt videret: nō vt tūc videret, sed vt tunc seruaret,vt quæ præuidit,ostenderet.Non est intelligens,non est requirens deū.beatus Dauid timore &admiratione &angore animi plenꝰ interrogat in psalmo proposito,an nullꝰ sit iustus, an nō sit intelligens vel quærēs deum. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,vel quis requiescet in mōte sancto tuo? Vt apparet,ego frustra desideraui tabernaculū & templum tibi in mōte extruere. Tātæ meę fuerunt vigilię, tātum desideriū,toties humi cubui,mane surrexi, me- *Psal.131.* ipsum iureiurādo obstrinxi,iuraui domino si introibo in tabernaculū domus meę.Si ascendā in cubile strati

A mei.Si dabo somnū oculis meis,&palpebris meis dormitationem,& requiem fronti meæ,donec inueniam locum domino,tabernaculū deo Iacob.Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Rogo te de habitatoribꝰ vt eorū curator,respōde mihi vt dominus.Video domine ecclesiam tuam veram,tabernaculum quod fixit dominus,& non homo.Sed quoniā patriarchę quidē mortui sunt:prophetæ dormierunt:iusti abrepti sunt: Iudæi crucifixerūt:gentes maledictis impetierūt: hæretici aberrarūt:Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?Illuminatus sum spiritu sancto : didici quis ille populus habitabit, cuius meminit præcedēs psalmus. Qui propter nomen tuum deuoratur sicut esca panis. De quo dixisti, Qui deuorāt plebem meā sicut escam *Psal.13.* panis.Qui deuorant, non habitant. Qui deuorantur, habitāt.Oues enim possunt versari in atriis. Tabernaculum dicitur etiam corpus domini,cui dixit spiritus, B Non accedent ad te mala,& flagellum non appropin- *Psal.90.* quabit tabernaculo tuo.Sed quoniā nullꝰ cęcus,claudus,vel vllam habens in vultu maculam, manet cum rege in regia: cum interrogasset Dauid, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?audit,Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiam.Qui nō habet peccati maculā,cui non insidet labes fornicationis,qui non est sauciatus periurio, cui ad bene faciēdum non sunt manus impeditæ,cui pes nō claudicat dum est currēdum ad ecclesiam, cui non caligant oculi, dum videt filium alterius substantiæ.Qui ingreditur sine macula. Si enim regi Nabuchodonosor adsistebant adolescē- *Dan.1.* tuli in quibus non erat macula,& omnis ætas profitēs offerebat regi primitias iuuentutis : multò magis qui *Eccle.4.* ad deum accedit, debet esse sine macula ingrediens. *Psal.100.* C Quòd autem peccatū sit macula, scriptum est de mēdacio, Et Dauid in via ingrediens sine macula ministrat mihi. Deinde Dauid,pulchrè,Et si qui ingreditur sine macula,cum deo habitat, ero etiā sine macula cū ipso. Deinde rursus Dauid. Si qui operatur iustitiam, *Psal.118.* cum deo habitat,sum omni curavacuus,feci iudicium & iustitiam in terra, iniustitiam autem odio habui & abhorrui. Qui loquitur veritatem in corde suo. Deinde Dauid,Si qui loquitur veritatē domine,tecum ha- *Psal.39.* bitat:nō celaui iustitiā tuā in corde meo, veritatē tuā & salutare tuum dixi,non occultaui veritatem tuam à congregatione multorū. Qui non egit dolum in lingua sua.Deinde Dauid, Et si qui non egit dolū in lingua sua,tecū habitat, domine probasti me, & cogno- *Psal.138.* uisti me.Tu cognouisti sessionem &stationem meam, ꝙ non sit dolus in lingua mea. *Nec fecit proximo suo malum.* D Deinde Dauid, Ego autem in simplicitate mea *Psal.7.* ambulaui.Ambulaui in simplicitate cordis mei.Si reddidi retribuentibus mihi mala, ne habitem tecum vt amicus,sed cadā ab inimicis meis inanis. *Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Deinde Dauid. Et in *Psal.100.* hoc etiā,inquit,me rectè gessi. Eū enim qui clā detrahit proximo suo,persequebar.superbo oculo,& inexplebili corde,cū eo non comedebam,& quæ sequuntur,vsq; ad, Non direxit in cōspectu meo,nec exprobraui omnibus proximis qui nō potuerunt percutere *1.Reg.17.* Goliath. *Ad nihilū deductus est in conspectu meo malignus.* Deinde Dauid,Qui te oderāt domine odio habui, & *Psal.138.* propter inimicos tuos tabescebā.Perfecto odio oderā eos,pro inimicis fuerūt mihi. Ad nihilū redegi eos, inquit,dicens, Ad nihilum redigentur tanquam aqua *Psal.57.* quæ transit. *Timentes autē dominū glorificat.* Deinde Dauid:Appropinquent mihi qui timent te,vt eos coram glorificem,

Psal.149. Psal.118. 1.Reg.20. 2.Reg.21. glorificem,dicēs, Beati omnes qui timent dominum, A gloria hæc est omnibus sanctis eius. *Qui iurat proximo suo,& non mutat.* Deinde Dauid,Iuraui & statui seruare iudicia iustitiæ tuæ.Iuraui etiā proximo meo Ionathę non delere semen eius cū ipso,& id seruaui. Post suam enim & patris eius Saulis mortem,quādo Gabaonitæ propter periuriū à Saule in eos cōmissum, semē Saulis ex dei sententia volebāt excindere, tunc Dauid cū filios Ionathę,qui erāt Saulis nepotes, occultasset,tradidit reliquum semē Saulis Gabaonitis:& cum Dauid iurasset Ionathæ,iusiurandū non violauit.Quoniā autem hic fit mentio iurisiurādi, periurium autē vbique instar caliginis diffusum est : age breuiter disce ex historia,quomodo post sexcētos quinq; annos deus iusiurandū vindicauerit, & filios perdiderit qui patrum *Iosu.12.* iusiurandū violauerant.Quando Iesus Naue filius aduersus 29.Reges & populosissimas nationes bellū ges- *Dolus Gabaonitarū.* sit,inuasit etiā gentem Gabaonitarum.Gabaonitæ autem aduersus Israëlem nō direxerūt aciem,sed arte & B dolo muniti,vitandæ mortis rationem excogitarunt. Cum enim panes qui emarcuerāt, & veteres vtres tulissent,&veteres calceos induissent,accesserunt ad Iesum,dicentes: E longinquo legati missi sumus,bellum quidem deprecātes, vobis autē seruire promittentes. *Iosu.9.* Deinde ad testandā vię longitudinem,viaticum ostēdebant,dicētes, Panes hos calidos ad viaticū sumpsimus,& ecce marcuerunt. Idē etiam de vtribus & calceis dicebāt.Deinde Iesus Naue filius hoc de Gabaonitis negociū cōmunicat ducibus,& principibꝰ, & iurarunt Gabaonitis se aduersus eos bellū non gesturos. Eis autem vsus est lixis & calonibus . Cum autē iusiurandum accepissent Gabaonitæ,tunc cōfessi sunt Iesu & principibus se nō è longinquo venisse, sed in iis lo- C cis esse natos,& esse indigenas,& quoniā eis iusiurandum dederāt Israëlitæ, aduersus eos nō amplius bellum gessere.Hęc cū ita facta essent,post sexcentos annos Saul rex Israël patrum iusiurandū violauit, & ad- *2.Reg.21.* uersus Gabaonitas bellū gessit, & ideo iratus est deus, *Fides iusiurandi quàm sit obseruanda.* non ꝙ bellum fuisset illatum Gabaonitis, sed ꝙ esset violatum iusiurandum,& ne si tanquam lege permissa inualescat iniquitas,vitæ perniciem afferat,quod sexcentis antè annis datum erat iusiurandum, tanquā re- *1.Reg.vlt.* cens vindicauit,rē ipsa docens iusiurandum nō inueterascere nec corrumpi. Deinde Saul quidem vnà cū filiis bello petitus,suis ipsorū gladiis seipsos confoderunt,vt intelligerent quod per quæ quis peccat,etiam per ea punitur.Post Saulem autem tribus annis fuit fames & pestis,& gladius eos passim peruasit qui iusiurandum violauerant.Sciscitatus est itaq; Dauid deum D quænā sit causa famis, & ei deus hæc verba respōdet, Quoniam super Saulem,& super domum eius iniustitia,quoniam ipse morte affecit Gabaonitas,quibus iurarāt filij Israël se eos nō esse morte affecturos. Deinde vocat Dauid Gabaonitas ex Dei iussu, & eis tradidit illos qui ex Saule descēderant, & abscondit filios Ionathę,quoniā iurauit ei viuenti se non deleturū eius semen post mortem, & non iurauit in dolo proximo suo.Hoc considerans, si filij qui patrum iusiurandum *Patrū iuramēta filij seruāt.* violauerant, à Deo dati sunt vt interirent: quid patiar ego qui ausus sum peierare? Si ergo post sexcētos annos deus iusiurandū vindicauit, & cum alij iurassent, alij qui iusiurandum violarant,pœnas dederunt,quid *Periurij vitia.* patiemur qui peieramus?Qui iurat proximo suo,& nō decipit. *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Et hoc quoque fecit non dans fœnori.

A *Desunt plurima.*

EXPOSITIO PSAL. XXII. ET CXVI.

Homilia. Incerto interprete.

Circulo consecrato, anno reuoluto, debitum vobis sermonem electis ad fidē decreuimus. Et quia constringimur suo quoque tempore ad ordinem ecclesiasticum repręsentare, & formam vobis dare,vt sicuti nos vobis reddimus, ita & vos inuicem vobis reddatis, præsertim honore mutuo præuenientes: & charitatem in qua est vinculū perfectio- *Rom.12.* nis,tenentes:debitum reddite, & debitum exigite : vt ibi faciamus conclusionem,vbi Apostolus fecit:testimonio ipso fulciamus,quod dixit:Nemini quicquam *Ibid.13.* debeatis,nisi vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum,legem implet.Nam non occides,non mœchaberis,non falsum testimoniū dices,& si quod est aliud mandatū,hoc in sermone recapitulatur,quo ait: Dili- B ges proximū tuū sicut teipsum:quia dilectio proximi malum nō operatur.Plenitudo autē legis est charitas. *Ibidem.* Et vt plenissimè sciatis quæ sit perfectio, ait in epistola sua sanctus Ioannes:Deus charitas est,& qui manet *1.Ioan.4.* in charitate,in deo manet, & deus in illo manet. Ergo de ista charitate compellit nos veritas,vt psalmum vobis electis,& ad fidē concurrentibus exponamus.Hos versiculos psalmi memoria tenete,ore reddite,operibus implete.Nō sufficit verba reddere deo, nisi & cor mundū applicetis deo.Dicit ergo quod audistis: *Dominus regit me,& nihil mihi deerit.* Videte quomodo se commendat ecclesia ore filiorum suorum : quia verè quē deus regit,nec cadere potest, nec errare. Iste rex noster,qui regit quotidie corda & corpora nostra, interiores & exteriores sensus conseruat,& nihil deficit. C Fortè aliqui dicunt, quia quem regit deus, & nihil ei deficit:tantummodo de temporalibus sentit.Quid est nihil deficere,nihil petētibus aurem patētem præbere?Et regit,& nihil negat.Quod dixit,Nihil deerit,magnum est.Quando deo non peccatur,donat sapientiā, prudentiam,temperātiam,fortitudinem, & iustitiam. Cum ista non defecerint, quid quærit auarus? In istis virtutibus totum deus se refundit : & in quo totus est deus, nunquam erit reus. Dominus regit me, & nihil mihi deerit.Sequitur versiculus: *In loco pascuæ ibi me collocauit.* Grandis est ista pascua. Epulæ istæ & semper satiant,& nunquam deficiunt. Nam vultis nosse quomodo pascit deus prestolatores suos,id est,sustinentes se?dixit Propheta : In illis diebus mittam in eos, non dico famem panis,aut sitim aquæ,sed audiendi verbū *Amos.8.* dei.In isto campo legis & in floribus testimoniorū cū D anima nostra venerit,reficitur,pascitur, nutritur, pinguescit,exultat in simplicitate cordis: proficit ibi anima collocata, requiescit, exultat, & gloriatur. Iste pastor bonus, qui posuit animam suam pro ouibus suis, *Ioan.10.* talia dedit pascua credentibus,sperantibus,peruenientibus.ibi collocauit animas fundatas sine motu . Ergo in loco pascuæ ibi me collocauit.Sequitur dicēs: *Super aquam refectionis educauit me,animā meam cōuertit.* Ma- *Aqua refectionis.* gna ista aqua.Est alia aqua, quæ nō est aqua refectionis,sed aqua cōsumptionis:de qua dixit Propheta,Fo- *Hier.2.* derunt sibi lacus detritos,aquā mendacem, aquā quæ non habet fidem.Et aqua catholica,in qua ostenditur fons æternus,qui reficit,id est,iterum facit, quomodo generatio & regeneratio reficit animas, quia innouat in fide.Abluit sordes,tollit maculas,rudem facit aptū, expolians veterem hominem cum actibus suis,induēs nouum eum, qui secundum deum creatus est. Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aqua regenerationis. aqua primatum tenet in elemẽtis. Sed cum istud elementum acceperit spiritum sanctum, fit sacramẽtum: & iam nõ erit aqua potationis, sed sanctificationis: nõ erit aqua communis, sed refectionis. Per istam aquam educit, purgatos facit perfectos, ratione claritatis & gratiæ illuminans & replens eos: vt vbi abundauerat peccatũ, faceret diuites in gratia. Super aquã refectionis educauit me, animã meã conuertit. Quid est enim cõuertere? ex aliquo alicubi ducere, ex peccato ad iustitiam, ex falsitate ad veritatem, ex miseria ad misericordiam, ex opere carnali ad spiritualem intellectum. Sic conuertit ad se deus animas. Animam meam conuertit. *Deduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suum.* Sic sequitur. Istæ semitæ agnoscuntur diuersæ viæ generis humani. Licet vniuersas semitas domini agnoscamus, misericordiam & veritatem: tamẽ semita vna agnoscitur, quæ est prima in semitis, id est, virginitas: secunda continentia, quæ est & vidualis: tertia, coniugalis. Sunt aliæ semitæ, quę ad patriam perducunt. Nã semitæ ideo dicuntur, eò q̃ planæ viæ non sunt, sed semiuiæ, id est angustæ. Audite, istę semitæ angustę quę sint. Orare pro inimicis, nulli malum pro malo reddere, cibare inimicum, potare & vestire, iniuriam pati, & non facere: & vt concludamus semitas iustitiæ, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: semitæ sunt iustitiæ. Et hoc facit non pro merito nostro, sed propter nomen suum. Sequitur, dicens: *Nam etsi ambulem in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Medium vmbræ mortis agnoscimus vitam tentationis. Nam ille in medio vmbræ mortis ambulabat, qui dicebat, Inhabitaui in tabernaculis Cedar: id est, cum filiis tenebrarum. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: dum loquebar illis, debellabant me gratis. In medio vmbræ mortis ambulabat, qui talia tolerabat. Nã Apostol⁹ quãdo inter falsos fratres ambulabat, in medio vmbræ mortis incedebat. Maledicebatur, benedicébat: iniuriã patiebatur, & non comminabatur: lapidabatur, virgis cædebatur: quando ista patiebatur, in medio vmbræ mortis ambulabat. Ille cũ illo erat, qui ei de cœlo clamauerat, dicens, Saule Saule, quid me persequeris? In medio ergo vmbræ mortis, vt dixim⁹, vita est tẽtationis. Sed nõ timemus, quia deus pro nobis est, & fortior nobiscũ magis q̃ cum illis, & potior est ille ad protegendum, q̃ illi ad expugnandũ. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Sequitur, *Virga tua & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt.* Duo ista sacramentis sunt plena, virga & baculus. In virga dualitas intelligitur, vigor legis, & virgo Maria. nam ait Apostolus: Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in sermone spiritus mansuetudinis? Et alio loco dictum est, Reges eos in virga ferrea, & tanquã vas figuli cõfringes eos. Et virga, virgo Maria intelligitur, vt dixit Esaias ꝓpheta: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Quid est, Florebit virga de radice Iesse, nisi de tribu Iesse surget flos? Partus eius reddidit nobis istum florẽ in odorem suauitatis. Baculus intelligitur æquè ipsa lex, quæ ostendere nouit peccata, nõ auferre: quia lex ostendere nouit peccata, gratia auferre peccata. Nam agnitio peccatorũ cùm ostẽsa fuerit, subsequitur & correptio. Nam Giezi ille puer sancti Heliſei, cùm mitteretur ad filium cuiusdã mulieris defunctũ, baculum illi dedit sanctus Heliſæus, vt resuscitaret puerũ. Sed nõ potuit illum resuscitare baculo, nisi ipse veniret & breuiaret corpus suũ, vt oculos suos ad infantis poneret oculos, os ad os, manus ad manus, pedes ad pedes, proiiciens se super puerũ mortuũ, & resuscitauit eũ. Quid ostendebat in baculo, qui suscitare nõ potuit, nisi legis ostẽsionẽ? Et in Heliſæo significabat Christi natiuitatem, qui se habuit minorare, assumens quod non erat, non amittens quod erat: Et suscitaret mortuũ, id est, genus humanum, quod acceperat sentẽtiam primi hominis, Morte morieris. Nam baculus sustentatio est senectutis. Et quia populus qui legem acceperat, secũdũ literam intelligebat, & tremula mẽbra in ipso baculo incumbebãt: quia litera occidit, spiritus autem viuificat: in senectute mũdi venit veritas, vt figura auferretur, & adimpleret legẽ, nõ item solueret. Ergo in virga vigor legis, in baculo ostensio peccatorum. Ipsa me cõsolata sunt? quia videbat in spiritu ipse propheta, de quo dicebat dominus: Quãti prophetæ cupierũt videre quæ videtis, & nõ viderunt? Sed in corpore duntaxat. Nam mente viderũt, in tantũ vt diceret: Abrahã vidit diem meum, & gauisus est. Nec enim nõ viderat Abrahã diem ipsius, quãdo dixit seruo: Mitte manum tuam sub femur meum, & iura per viuentem in secula, non te ductурũ vxorem filio meo de filiabus Chananæorum. Et vtiq; quale secretũ videm⁹ in femore patris nostri Abrahę, nisi ex femoribus eius secũdum carnẽ venire Christũ in seculo? Ergo ipsa me cõsolata sunt, virga & baculus. Sequitur dicẽs: *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulãt me.* Ista mensa agnoscitur altaris domini consecratio. Nã vide quid dicit sapientia, Sapientia ædificauit sibi domũ, suppoſuit columnas septem, parauit mensam suã, misit seruos suos cõuocans omnes, & dicẽs: Venite & edite de panibus meis, & bibite vinum quod miscui vobis. Et quia istam mẽsam præparauit seruis & ancillis in conspectu eorũ, vt quotidie in similitudinem corporis & sanguinis Christi, panem & vinũ secundum ordinẽ Melchisedech nobis ostenderet in sacramẽto, ideo dicit, Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Qui sunt isti qui nos tribulãt? suggestiones inimici, exagitationes, cupiditates, delectationes, seculi honores. Isti tribulãt, quia huiusmodi qui ita viuũt tribulationes carnis habent, sed veniunt ad mensam potentis, considerantes ea quę apponũtur eis, accipere cum timore & tremore: & tribulationes efficiuntur cõsolationes. Auferuntur ea quę sunt carnis, infundũtur ea quę sunt spiritus, & ex mẽsa prępparata proficiunt contra eos qui tribulant eos. Sequitur, dicens: *Impinguasti in oleo caput meũ, & calix tuus inebriãs quàm præclarus est.* Gratias tibi domine Iesu, qui ostendisti nobis istud oleũ, non illud oleũ quod habent hæretici, de quibus dictũ est: Muscæ morientes exterminãt oleum suauitatis. Nec illud oleum de quo dictum est: Oleum peccatoris non impinguet caput meũ. sed istud oleum, quod significabat Esaias propheta, dicens: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me: Euãgelizare pauperibus misit me prędicare annum acceptabilẽ remissionis, dimittere captiuis remissionẽ, & cęcis reddere lumen. Istud oleum agnoscimus oleũ chrismatis. Christus eũ dicitur vnctus, Christiani ab vnctione. Impinguat caput nostrũ, id est, Christũ dominũ. Caput enim viri, Christus. In isto oleo facies cordis exhilaratur, de quo dixit ꝓpheta: Vt exhilaretur facies in oleo. Quæ est ista facies in oleo quæ exhilaratur, nisi imago & similitudo dei cũ de peccatore dicitur: Impinguasti in oleo caput meũ, & calix tuus inebrians q̃ præclarus est. Qualis est iste calix

Baculus Heliſæi, legis ostensio.

Gene. 2.

2. Cor. 3.

Matt. 15.

Ioan. 8.

Gene. 14.

Ecclc. 10.

Psal. 140.

Esa. 61.

Luc. 4.

Mensa domini.

Prou. 9.

Ibidem.

Christus.

Christiani.

1. Cor. 11.

Psal. 104.

Psal. 74.

Calix. calix audite. Ipse est calix, qui fuit in manu dñi vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hũc. Verũtamen fęx eius nõ est inanita. Iste calix est de quo clamauit tempore passionis, dicens: Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Et quia obedientię nobis formam dedit, subsecutus adiunxit: Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis. De isto calice bibit ecclesia, inebriauit martyres, vt non agnoscerent ꝓximos carnis suę nimio amore Christi: neq; patres filios, neq; filij parẽtes. Inebriauit vino sanctitatis, nõ vino erroris. Non agnouerũt suos, & sanguinẽ fuderũt. De mẽsa illa inebriati sunt, de qua dictum est, Accedens ad mensam potentis, cõsidera ea quæ apponuntur tibi, sciens quia talia te oportet præparare. Quid est, Talia oportet te prępparare, nisi corp⁹ & sanguinẽ quod accipis? Nã & illi apostoli de ipso calice inebriati erant, de quibus dicebatur: Hi ebrij sunt musto, cũ esset hora diei tertia. Sed q̃ pręclarus est iste calix, videte quãta est claritas in toto mũdo ex passionibus apostolorum & martyrũ. Vbique spiritus immundi clamant se ardere orationibus & meritis eorum. Virtutes quas operatur Deus, videte: cæci illuminantur, mortui suscitantur, & cuncta quæ fecerunt & faciunt, declarata sunt & declarantur in toto mundo. Iste calix facit claros & prælaros, & calix tuus inebrians q̃ prælarus est. *Et misericordia tua subsequetur me per omnes dies vitæ meæ*, sic sequitur. Et quia non ex merito, sed ex misericordia facta sunt superiùs comprehẽsa, ideo voce populi subiecit ecclesia, clamans: Misericordia tua subsequetur me per oẽs dies vitæ meæ. Quia verò quotidie misericordia fit in populo dei, vt Pagani ad ecclesiam perducantur, Iudæi cõuertantur, hæretici corrigantur, peccatores indulgentia munerentur vsque in finem seculi, hæc misericordia subsequetur ecclesiam omnibus diebus vitæ eius quãdiu est mũdus. Sequitur: *Et vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum.* Hæc domus domini illa significata est, de qua propheta cecinit: Beati qui habitãt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Aequè domũ domini agnoscimus cor humanũ, de quo dicebat Apostolus: Quæ domus sumus nos. In ipsa domo cordis habitat dñs, in corde nostro dominus manet, & nos cum dño manemus. Nam cum ei locum habitationis in corde facimus, in domo domini habitamus, & eò peruenimus in longitudinem dierũ. Quare non dixit, Et longitudinem noctiũ? quia ille dies non habet noctem. Ideo dixit tantummodo, in longitudinem dierum, quia nõ erunt breues, sicut dies illi de quibus dictum est in alio loco: In illis diebus, si non fuerint abbreuiati dies illi, etiam electos meos seducent. Ista lõgitudo dierum æternam vitam ostendit, non præsentem. Sed ex puro corde eò venitur. Ecce inquantum ipse præstitit, non quantum debuimus, sed quantum potuimus ipso subministrante & donante expositum psalmum auribus vestris repręsentauimus.

Misericordia subsequens Ecclesiam.

Psal. 83.

Hebr. 3.

Ibidem.

Matt. 24.

IVNGAMVS & breuem propter tardos, qui prolixos versus psalmi tenere non possunt. *Laudate dominũ omnes gentes, laudate eum omnes populi: Quoniã confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternũ.* Quãm breuis psalmus est, & grandẽ habet intellectum. Laudate dominũ omnes gẽtes, intelligimus hic totum mundũ, de quibus dixit ꝓpheta: Vocabo non plebẽ meam, plebem meam: & non dilectã, dilectam. Et erit, in loco vbi dictũ est eis, Non populus meus vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Isti laudant deũ: ex omni tribu, ex omni gẽte, ex omni lingua laudãt deũ. Quare? Quia popul⁹ factus est sub charactere Christi, cõfirmatus est, sub ꝓfessione beati nominis eius liberatur. Collaudẽt illũ & laudẽt, quia redempti sunt de manu inimici, id est ex opere eius, quia corroborata est super nos misericordia eius. Quàm roborata facta est, vt quotidie se impẽdat & nũquã deficiat: quotidie gaudeat lucris: quia mai⁹ gaudiũ est in cœlo supervno cõuerso à vanitate vię suæ, q̃ super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia. Corroborata est super nos misericordia eius: sequitur: Et veritas dñi manet in æternũ. Quæ est ista veritas, quę manet in ęternũ? quæ nos perducit ad æternũ vetustũ dierũ, ad deũ nostrũ sine initio, sine fine. Ipsa est veritas, quæ fidem tenet rectã, verã, & integrã. Ipsa est in qua Christus requieſcit, quã in se tulit dicens: Ego sum via, veritas & vita. Ipsa est quæ manet in æternum. Tenete traditũ vobis psalmũ, vt cum tenueritis lingua, reddideritis vita vocib⁹ & moribus, mereamini audire: Intrate in gaudium Domini vestri. Amen.

Luc. 15.

Veritas in æternũ permanens.

Ioan. 14.

Matt. 25.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo xxiiij. Dirige me in virtute tua, & doce me: Homilia incerto interprete.

VIatores arctæ & angustæ viæ, qui se crucifigũt cum vitiis & cõcupiscẽtiis & passionibus, qui post voluntates suas non pergunt, & suggestionibus malignis resistunt, cantant & dicunt: *Dirige me in veritate tua, & doce me: quoniã tu es Deus salutaris meus.* In hac directione iste rogabat non tortuosam, sed rectam viã. Directio enim non curua est, sed recta, quæ lineas legis tenet, mentem dirigit in via immaculata. Præceptis obtemperat, iussa implet, id est, ad perfectionẽ dirigit, propheta clamat: Dirige me. Sed quia hæc directio habet veritatẽ coniunctã, à falsitate est separata. Quæ est eñ veritas, quæ vita, nisi ille qui veniens pro nobis clamabat & dicebat: Ego sum via, veritas & vita? Prophetãs ergo vates Christi futurũ Christum, dicebat: Dirige me in veritate tua. Assumẽs vocem in isto versiculo etiã totius ecclesiæ vbique diffusæ, dirigi quærebat. Ergo in isto populo qui gentilis erat & tortum cor habebat, ipsa est de qua clamabat alius ꝓpheta, dicens: Vocabo nõ plebẽ meam, plebẽ meam: & non dilectã, dilectam. Et erit in loco vbi dictũ est, non populus meus vos: ibi vocabũtur filij Dei viui. Hoc ecclesia clamat, & dicit: Dirige me in veritate tua. In ista veritate falsitas nulla inuenitur. Hæc veritas cũcta ecclesiis donata est, omnib⁹ appropinquãtib⁹ deo, timoratis, iustis, beneuolis, & sanctis: quibus mysteria agnoscere donatũ est: q̃ sunt, vbi nondũ sunt: & nõ sunt, vbi sunt: qui in corpore ambulãt, sed non secundũ carnem militant. Hi sunt qui habent veritatẽ, & possident eã, & possidẽtur ab ea. Doctrinam postulat dicens: Et doce me. Quid vult doceri, nisi id quod nescit? Quid est quod nescit? perfectionẽ virtutum, vt sciat quod nescit. Quid est quod nescit? quid? O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, hoc est quod vult scire, & clamat: Quoniã tu es Deus salutaris me⁹. Quid est, Doce me? instrue me, perfice me, ædifica me, quia tu à vulnere peccatorũ saluasti me. ideo vbi dixit, Saluator meus, ibi subiunxit, dicens: *Et te expectaui tota die.* Per diem expectauit, non in nocte. Quæ est tota dies nisi vbi lux est, & tenebrę non sunt? Tota dies ipse est saluator mũdi, ad quem venit princeps huius mũdi, & in eo nihil inuenit iuris sui. Ipse est qui venit in mundũ: ipsum sustineamus quandiu veniat

Ioan. 14.

Rom. 11.

Ioan. 14.

calix

Universidad de Deusto
Biblioteca

niat in nobis,separās nos à delectationib⁹ carnis,pur- A
gans à cupiditatibus carnis. Sustineamus cū quando
veniat,vt paratos nos inueniat.Sustinemus eum, quā-
doimpetus tentationū portamus,quādo tempestates
aduersas patimur, sed naufragiū non facimus. Susti-
nemus cū,quādo nō deficimus, sed proficimus:quādo
nō cōturbamur,sed confirmamur:quādo exagita-
mur,sed non cadimus: tunc sustinemus, tunc tolera-
mus,tunc clamamus ad illum qui est fidelis, vt non
nos faciat tētari supra id quod possumus ferre, sed fa-
1.Cor.10. ciat tentationē cum exitu,vt possimus sustinere.Diri-
gite ergo iter sine offensiōe. Obseruate ergo,ne offē-
dentes curtū faciatis pedē, & claudicātes in vitiū ve-
niatis, & nō ambuletis:ne stantes nō ꝓficiatis,sed de-
ficiatis. Veritatē tenete,falsitas de ore vestro nō ꝓce-
dat,turpis sermo longè sit à vobis,ociosus,trialis,su-
perbus,médax,vt de ore exiens sit sale cōditus:in hac B
Coloss.4. veritate persistite.Erudimini, scitote quoniā dies no-
stri velut vmbra declinauerūt. Discedite quia totum
esse nostrū ad non esse rēdit. Scitote quia staturi su-
2.Cor.5. mus ante tribunal Christi cum chartis operū nostro-
rū.Et siquis gessit bonū aut malū,ibi reddet rationem
illi quem nihil latet.Nolite obliuisci saluifactotē no-
strum,redemptorē nostrū,veritatē nostram,viam no-
stram,dominū nostrū,qui est saluator, via, veritas,&
vita:qui se obtulit, ne nos captiui remaneremus. Qui
libertatem donauit nobis,qui cor illuminauit toto se-
culo. Quid pro iis omnibus retribuemus ei? quæ sunt
cōpensationes operū nostrorū? quis laudet,quis defi-
niat tantā potentiā, tantan magnificentiam, tantam
virtutem, nisi q̄ debemus agnoscere nos eum qui ex
nihilo fecit nos? Peccauimus in inobedientia patris
nostri protoplasti,& regenerati sumus in illo qui venit C
de sinu patris reconciliare nos ei à quo eram⁹ longè,
vt faceret nos propè.Nolite obliuisci tanta bona mu-
neratoris dei. Seruite domino in timore, & exultate
ei cum tremore. Apprehendite disciplinam,nequādo
irascatur dominus,& pereatis de via iusta,vt quotidie
Psal.2. clametis:Dirige me inveritate tua,& doce me,quoniā
tu es deus salutaris meus,& te sustinui tota die.

Sustinere seu expectare deū quādo dicimur.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo xxv. Redime me, & miserere mei, Homilia incerto interprete.

Illij lucis in libertatem vocati, qui sedebāt in
tenebris & vmbra mortis,illuminati sunt, re-
dempti sanguine precioso. Obliti non sunt
quæ & quanta & passus est ille qui splēdor venit. Cū-
ctos quidem obligatos inuenit & illaqueatos, vulne-
ratos,cæcos,debiles,claudos, reos. Sed quia non ve- D
Ioan.12. nerat vt iudicaret mundum, sed vt saluificaret, libe-
rauit seruos à seruitute,illaqueatos soluit, vulneratos
sanauit, cæcos illuminauit, debiles fortificauit, clau-
dos iter rectum ambulare fecit, reos indulgentia mu-
neraui.Nam vnde erat quod modo cantabat ex ore
nostro propheta,dicens deo:Redime me, & miserere
mei:Pes meus stetit in rectitudine, in ecclesiis bene-
dicam te domine? Vox est capitis portans in se per-
sonam membrorum,quæ membra nos sumus, caput
verò Christus,dicente Apostolo: Vnum corpus sum⁹
Rom.12. in Christo Iesu. Redemptio autem hęc non est numi,
Redēptio nostra Christus. sed gratiæ:non est corporis,sed animæ.Intantum re-
demptio est animæ, vt sicut hi qui captiui ducuntur à
Captiuus quis. barbaris, ita ducantur à diabolo capti. Ille captiuus
dicitur, qui efficitur non potestatis suæ, sed ditionis
alienæ, qui suggestionibus eius subditus est. Captiui

tales videntur sibi liberi esse,quia nulli imperio huma- Ioan.8.
no subditi sunt,& tamē serui sunt: quia omnis qui fa-
cit peccatū seruus est peccati.Exclamandum est ergo
cum propheta, vt liberemur, non merito nostro, sed
eius misericordia. Nisi cm̄ nostri miserear, liberi esse
non possumus.Ergo redimat nos misericors deus no-
ster,separet nos ab affectibus,à desideriis & cupidita-
tibus inimici:vt libertate accepta, pes noster stet non
claudus,sed rectus.Quid est em̄ claudū pedem habe- *Claudicāt.*
re,nisi infœlicē offendere? De quib⁹ dicebat ꝓpheta: *re in via*
Errauerunt & claudicauerūt à semitis suis.Claudicat, *dei.*
qui sic deo credit, vt scandalizetur quoties prosperi- *Pes, Fides.*
tatem videt malorū,sanitates impiorū, diuitias paga- *Psal.72.*
norū,possibilitates gentium & dicit nō sano pede, id
est,non sana fide. Effusi sunt paulominus gressus mei,
quia in peccatoribus pacem peccatorū zelaui intuēs:
Quia non est declinatio morti eorum, & firmamentū
in flagella eorum. In laboribus hominū non sunt, &
cum hominibus non flagellabūtur:ideo tenuit eos su-
perbia, circumamicti sunt iniquitate & impietate.
Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, pertransierūt *Ibidem.*
in dispositiones cordis. Similiter si dicat: quare viæ
impiorū ꝓsperātur? Idcirco perturbatur pes eius talia *πάθος.*
sentiens,& cōmouetur:quia ad tēpus ad tentationem
bonorum dimittuntur mali, in æternū verò damna-
buntur.Ad tempus floret impius:ad tempus emēda-
tur bonus.Sed flos illius sicut fœnū arescit, emenda-
tio illius transiet.Ille accipiet pœnam perpetuā, quia
hic flagellatus non est,& ad tempus floruit:ille autem
qui tentationē sustinuit, in æternū vitæ perpetuæ re-
tributionē accipiet.Non debet ergo perturbare fide-
les mētes sublimitas malorum, ꝓsperitas impiorū, ne
vnusquisque nostrū apud semetipsum ægra mēte di- *Δόγμα.*
cat,quia placent deo facta malorū,aut deus constitu-
ta non implet,aut non curat res humanas. Qui vt fa- *Δόγμα.*
ceret te esse, curam habuit:quomodo viuos in seculo
non curat? Nolite ita sentire de deo, sed alto iudicio
suo & de secreto pietatis & dimittit malos,vt probē-
tur boni:& humiliat bonos,vt prēsentia bona nō spe-
rent,sed æterna credāt.Quid fuit ille diues, qui byssō *Luc.16.*
& purpura induebatur,splendidēq; edebat, qui cun-
ctos subditos habebat,adulatorib⁹ delectabatur, cur-
soribus ornabatur,à clientibus constipabatur,deliciis
fruebatur,quādoq; finita est vita caduca,spes præsen- *Antithe-*
tis vitæ migrauit,transiit.Et qui in seculo nō se agno- *sis per exo-*
uit,de inferno gemēs clamauit.Lazarus ille, cuius pes *plasm.*
stetit in rectitudine,qui cōtentus erat paupertate, qui
nō delectatus est deliciis, qui iacebat vlceros⁹ quidē
corpore,sed mēte integra, æquè vltima die veniente
illi, ex hac luce migrauit.Et quia tolerauit emēdatio-
nem & ꝓbationē dei,meruit suscipi in sinum Abrahę,
in loco quieto,pacifico,trāquillo. Agnouit diues pau- *Luc.16.*
perem,superbus humilem,elatus tolerantē, & clama
bat, dicens:Pater Abraham,mitte Lazarū, qui cōtin-
gat linguā meam ex digito suo gutta, quia crucior in
hac flāma.Et quia prętermisit diues in hoc seculo mi- *Psal.31.*
sericordiā,& nō posuit deum adiutorem suū, sed spe-
rauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit
in vanitate sua:ideo nō meruit guttā, quia non fecit *Matt.7.*
misericordiā. Si enim dedisset,acciperet.In qua mē- *πάραινος.*
sura mensus est,in eandem remetitum est ei. Eia fra- *πάθος.*
tres, nolite desidiosē audire verbū veritatis, non vos
possideat vita falsitatis,mūdus iste non vos obdulcet.
Amarus ad tempus mundus iste,non manens, nō vos
seducat.Mūdus transitorius nō vos decipiat in æter-
num.

nū.Pes vester,id est,fides vestra nō extollatur in pro- A
speris,in aduersis non deiiciatur:sed clamate cum ꝓ-
pheta,dicētes;Pes meus stetit in rectitudine;in eccle-
siis benedicam te dñe.Si videtis malos potētes à deo
alienos in hac vita florere:nolite moueri à fide vestra,
sed tolerate voluntatem dei, quia ista vita communis
est bonis & malis.In area huius mundi non separatur
Luc.3. palea à frumento,sed ille veniet cū ventilabro purga-
turus aream suam, qui triticum cōgregabit in horreū,
paleas autē tradet igni inextinguibili. Hic & bonis
& malis dat bona:ibi autem solis bonis bona, & ma-
lis pœnam perpetuam. Nolite esse temporales,sed ad
æternitatē proficite:vt ibi in secula seculorum laude-
Psal.83. tis eum, quia de omnibus sanctis eius clamabat vates
Christi,dicens:Beati qui habitant in domo tua domi-
ne,in secula seculorum laudabunt te. Amen

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN principio psalmi xxvi. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Homilia incerto interprete. B

EX plenitudine verbi formamus verba in ore
nostro vt trāseat aliquid ad aures vestras.Sic
à nobis procedit doctrina, vt ad vos trāseat,
& à nobis non recedat. Sed hæc doctrina non est ex
nobis,sed ex deo,qui ex nihilo fecit hominem atque
mundū:qui illuminat conscientiā, amouet tenebras
cordis,in mentē suggerit dictionē,vt veniatur ad cor-
reptionem vitæ,& ad conscientiam spiritualem.Pro-
pheta sanctissimus,in cuius animo & corde sedem fe-
cerat deus,vociferabatur & clamabat dicēs: *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quē timebo?* O magnū seruū,
qui sciebat quomodo illuminabat, vnde illuminaba-
tur,qualis erat qui illuminabat.Videbat lucē,non istā
πάθος. quæ ad vesperū tendit:sed illam lucem quam oculus
non videt.Mentes ex hac luce illuminatæ, non ruunt
Ioan.12. in peccata,nō offendunt in vitiis. Dicebat enim do-
Ibidem. 9 minus:Ambulate dum habetis lucē in vobis.De qua
enim luce dicebat,nisi de ipso qui dixit:Ego lux veni
in mundū,vt qui vident,non videāt,& cęci lumen re-
cipiāt.Iste ergo dominus illuminatio nostra, sol iusti-
tiæ qui irradiauit ecclesiā suam catholicā vbiq; diffu-
sam,& clamabat ꝓpheta in figura eius:Dominus illu-
minatio mea,& salus mea,quem timebo? Illuminatus
homo interior non claudicat,à via non recedit, totū
tolerat. Qui de longinquo videt patriā, aduersitates
sustinet,in tēporalibus non cōtristatur, sed in deo cō-
firmatur:deprimit cor,& sustinet,& in humilitate sua
Ibidem.1. patientiā habet. Lumen istud verū est, qui illuminat
omnem hominem venientem in hunc mundū. dat se
metuentibus,infundit cui vult, vbi vult, reuelat se cui D
filius vult.Qui sedebat in tenebris & vmbra mortis,in
tenebris malorum & vmbra peccatorū,orta luce hor-
ret sibi,& abiicit se,pœnitet,erubescit,& dicit:Domi-
nus illuminatio mea,& salus mea, quem timebo? Ma-
gna salus fratres mei. Ista salus infirmitatē nō timet,
lassitudinem non formidar, dolorem non videt. Sa-
nitas ergo ista mentis est: quò febres non accedunt,
quò tepor culturæ dei nō appropinquat. Ista ergo sa-
lus possidetur à sanis,qui nō obliuiscuntur sanitatem,
sed dicūt:Saluator es medice bone, & tolerādo men-
tem phreneticam & insanā saluas animam: quia om-
nis qui medicum non agnoscit,phreneticus est. Nam
quoties phrenetieos videmus medicis cōtumeliā fa-
cere,resistere sanitati,nolle curari,deridere veram cu
rā? Debemus ergo plenè atque perfectè non tantum
lingua,sed etiā mēte clamare & dicere: Dominus il-

luminatio mea,& salus mea,quē timebo? Si ipse illu- A
minat,ipse saluat,quem timebo? Veniāt caligines sug-
gestionum,dñs illuminatio mea. Venire possunt, pro-
ficere non possunt, cor nostrum impugnando, non
tamen vincēdo.Veniat cæcitas cupiditatū, Dominus
illuminatio mea.Fortitudo ergo nostra ipse est, qui se
dat nobis,& nosipsos damus illi.Currite ad medicum
cùm potestis,ne cùm velitis,non possitis. Est tempus
currēdi:nullus negligat infirmitatē suā:nullus desidia
possessus non currat ad lumē, ne delectationibus se-
culi obligatus, obliuiscatur quod minatur deus, post-
ponat quod promittit de⁹. Fugiamus imitationē ma-
lorum,appropinquemus operibus bonis, vt cum illo
regnemus in regno cœlorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo xxix. Domine deus meus in æternum confitebor tibi: Homilia incerto interprete. B

CElebritas confessionis perficitur ex iugi ora-
tione, quia de præceptis regularibus conue-
nit semper orare. Oratio ergo cōtinua & in-
stans prædicatio necesse est vt habeat mentis euigilā-
tiam,vt agnoscat quis oret, quid oret, ad quem oret.
Nā illudvas fictile thesauro dominico plenū,quod de
bono thesauro cordis sui ꝓferat bona,sicut modò cā-
tauimus,vniti charitate dixit, *Domine deus meus in æternum confitebor tibi.* Quando dñm nomināt serui, agno-
scunt se debere esse subditos, non contumaces & su-
perbos.Ergo dñs iste, qui nos emit precio, qui fudit
sanguinem suū,vt nobis æternā vitam donaret, Do-
minus est,qui nobis impartitus est tātum munus gra-
tiæ,tantam misericordiam inenarrabilem,tātam vir-
tutem sine lassitudine. Iste ergo dominus bonorū ser- C
uorum,& Deus totius creaturæ, confessionē quærit à
nobis,non vt ignarus, sed vt nos nobismetipsis mani-
festaret. Quid enim ei occultū est, cui patet omne se-
cretum? Nullus dubitet de bono domino & clemēti,
qui cōfitentes suscipit,& nō punit vt terrenus iudex:
qui non torquet,aut eculeo imponit quasi ignarus,vt
veritatē exprimat cōfessionis:sed ille dicit,Cōfitemi-
ni ei qui scit omnia antequā fiāt,cui nihil est occultū,
qui est cordis inspector. Cōfiteamur illi quæ in actis, *Δόγμα.*
quæ in factis,quæ in cogitationibus cōmisimus. Ideo
nos cogit confiteri,nolens aliquē perire à sua miseri-
cordia,qua deus est:clementia,qua pius est: bonitate,
qua creator est. Cōfiteamur illi multiplicē confessio-
nem:tamen prima prætermitti confessio non debet.
Assumentes vocem illā publicani,qui pectus suū tun- *Exemplo cōfirmat.*
debat,& se,sicut Pharisæus,non iactabat: qui humilis
iustificari meruit,& Pharisæus q̄ quasi de meritis suis *Luc.18.*
gloriari cœpit, damnatus descēdit. Si bene viuimus, *Psal. 15*
dño nihil prestamus,quia bonorū nostrorū non indi-
get.si malè viuimus, nobis contrarij sumus:deo nihil
nocemus.Humiles ergo & deposita ceruice confitea-
mur illi,qui totū nouit. Dicamus ergo cū isto humili,
qui reatum suū nō tacebat,& deposita ceruice pecca- *Luc.18.*
tū suum semper agnoscebat,& iniustitiā suā non ope-
riebat.Quid ergo dicebat? Propitius esto mihi pecca-
tori. Nūquid singula facinora sua deo enarrabat,qua-
si nescienti? Aut poterat in memoria tenere ex initio
natiuitatis suæ quę cōmiserat flagitiosus publicanus,
reus omniū malorum? Sed collectè summatimq; cla-
mauit & dixit,quia nihil boni in me habeo quod di-
cam de me,sed totū malum sentio in me: confitebor
tibi deo bono,qui nō punis confitētes, sed liberas ad
te confugiētes: propitius esto mihi peccatori. Nullus

desperet

Universidad de Deusto Biblioteca

desperet de malis suis, null' presumat de meritis suis. A *[γνώμη.]* Præsumptores, & de operibusvestris quasi bonis erecti, timete, Pharisæũ agnoscite: vt illius mores ad vestram salutẽ proficiant. Quare repudiatus descendit? quia non cõfiteri, sed iactare merita sua in templum ascendit. Nã discutite eius verba, & videbitis quomodo erectus est ad apicem superbiæ, vbi dixit: Gratias tibi ago, quia nõ sum sicut cęteri homines. Vnde nosti Pharisæe quia nõ es sicut cæteri homines? quasi totũ mũdũ iã discusseris, quis, qualis est, aut quomodo habeat vitam quispiã: & cùm teipsum nescias, quomodo sentẽtiã de omnibus hominibus cùm te iactas, dedisti, vt diceres, Quia nõ sum sicut cæteri homines? Si homo es, casibus plenus es. Si temporalis es, feris, feriris: vincis, & vinceris. Si homo es, pugnas cum sarcina carnis, cũ voluptatibus vẽtris, cũ auaritiæ cupiditatibus. *[Galat.5.]* Si homo es, sensus tui impugnãtur desideriis. Agnosce miser, quia caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Hæc em̃ inuicẽ sibi aduersantur, vt non ea quæ vis, facias. Quomodo ergo non es sicut cęteri homines, cũ teipsum nõ videas quid sis? Iactas te, quia ieiunas bis in sabbato, q̃ à spiritu superbiæ nõ declinas. Quomodo ieiunas, publicano peccatori insultas, & teipsũ sine peccato existimas? Quomodo ieiunas? si ieiunares ab obseruando peccata in mente, ꝓficeret tibi. Et ieiuniũ vnde te iactas, de ventre insultas publicano, nesciẽs te futurum inde reprobum. Raptorẽ te nõ dixisti, iniustũ te non dixisti: sed *[Sẽtẽtiosa ἀποστροφή.]* hoc totũ insultãdo publicanũ accusasti. Quid egisti, nisi vt cum nos legimus hanc lectionem, nobis beneficiũ præstitisti? Agnoscite fratres, quæ sit in humilitate gratia, qualis in superbia ꝓxima ruina. quod fecit caput fideli, hoc faciant omnes credẽtes in fide, vt iurè & legitimè dicam': Domine deus meus, in æternũ cõfitebor tibi: nõ temporaliter, sed in ęternũ. *[Esa.6. ἅγιος.]* Qualis est cõfessio ęterna, nisi vox illa angelica: Hagios, hagios, hagios? Sine cessatione ꝓficite, vt accipiatis non pro meritis gratiam, sed gratuitam coronam, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *psalmo xxxiij. Quis est homo qui vult vitã, & cupit videre dies bonos? Homilia incerto interprete.*

SErmo diuinus peragrãs curréńsq; per campos singulos, velut luminaria ecclesiis cõtulit claritatẽ, qui discutiens corda vniuersorũ credentiũ in Christo, clamabat bonis malísque: *Quis est homo qui vult vitam?* Isto offerente tantũ munus, tãtam lætitiã exoptatã toti generi humano, quasi omnes vna voce exilistis ad interrogationẽ hominis dei dicentes: Ego. Sed qui vult viuere audiat præceptum, D *[simile quid Aureli' Augustinus.]* Nec enim potest homo hîc accipere id quod promittitur, nisi impleuerit præceptum quod iubetur. Ergo cùm interrogaret iste ore prophetico cuncta corda, & conueniret omnes aures, & pulsaret omniũ conscientias, dicens: Quis est homo qui vult vitã? Et respondentibus, non in lingua, sed in donsciẽtia voluntatéq; desiderij, Ego: subsecutus adiunxit: *Et cupit videre dies bonos?* Aequè talis interrogatio. Nam quid dixit, Quis est homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Vtrunq; desiderabile ꝓmissum ostendit, sed audi sequentia: Si vis videre vitã, si vis inuenire dies bonos, *Cohibe linguam tuam à malo.* Eia fratres mei hîc modò respondere volo. Quãti modò dicunt, Nolo, qui dicebãt Volo? Qui veterauerũt in detractionib', qui mordent & comedũt humanas carnes detrahendo, non timentes ne ab inuicẽ consumantur, qui adulationib'

A linguam suã impendũt, qui bifaciem habẽt mentem, *[Bifaciem, nouè dictũ.]* præsentibus bene loqui, absentibus detrahere, quomodo modò dicunt, Volo, perseuerãtes in malo? Nũquid si esset, quicunque ille est in officio, sine labore acquireret panẽ? Si militaret, & iudici non obtẽperaret, acquisitionem inueniret? Rusticus rura sua colens, sine labore posset colligere fructus? Et quicũq; homo in seculo nascitur, à sentẽtia primi hominis nõ potest esse alienus, dicente dño primo homini post lapsum: In labore & sudore vultus tui manducabis panẽ tuũ. *[Gen.3.]* Ergo vos qui vultis vitã, & cupitis videre dies bonos, laborate vt corrigatis malos mores, vt possint vos sequi promissiones bonæ. Cohibe linguã tuã à malo, id est, à mendacio, à furto, à superbia, à detractione, ab adulatione, à fictione: & cùm hæc feceris, inuenisti vitam. Etsi labia tua non fuerint locuta dolũ, occurrunt tibi dies boni. Nam quomodo potest malo occurrere B bonũ, cũ ipse bonus nõ sit? Sed modò sunt hic aliqui stantes, qui inquirere à nobis nõ possunt, sed cogitant hoc in cordibus suis, dicẽtes: Ergo omnes boni bona inueniũt, & mali mala? ergo omnes boni vitam inueniunt, & dies bonos: & mali habentes vitã malã, habent dies malos? Et respondeo eis, ita est. Et illi mihi non inquisitoriè, sed contumeliosè dicunt, quomodo dixit Hieremias: Quare via impiorum ꝓsperatur? *[Hiere.12.]* Et nunc videmus homines malos abũdare filiis, familia, argento, auro, vestibus, prędiis, & diuersis rebus locupletatos. O homines inanes: & hoc est totum bonũ? Quid hic est bonum? audi dominũ dicentem ita: *[Matt.1.]* Et si omnem mundũ lucreris, animæ verò tuæ detrimentum facias, quã dabis cõmutationem pro anima tua? Quale bonũ est, quod male vtendo creat malum? Au- C di quid audiuit quidam diues: Stulte, hac nocte postu- *[Luc.12.]* latur anima tua: quæ autẽ pręparasti, cuius erũt? Quid dico de Apostolo, qui dixit: *[1.Tim.6.]* Nihil intulimus in hunc mundũ, verùm nec auferre aliquid possumus. Habẽtes victum & tegumentũ, iis contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum & muscipulam diaboli. Radix omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes naufragauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Modò si potestis diuites seculi, laudate quos videtis *[ἐπιτίμησις.]* naufragari, & ad portũ nõ peruenire. Ecce iste diues mortuus in malis perseuerãs, lecto eburneo portatus, ornatus luminib', holosericis tectus: tota ciuitas exequias ei exhibẽs: perductus ad sepulchrũ marmoreũ. Ingreditur aliquis in tumulum defuncti, laudat diuitem, laudat potentiam, laudat ædificium: videt locum D marmoratum, & non videt locũ tormentorũ. Vidisti quomodo à populis deductus est in malis perseuerãs, & malis suis terminũ vsque in diem vitæ suæ non ponens? Nunquid intellexisti futuram pœnã, quomodo angeli tartarei eum tulerũt, & incarcerauerunt vsque in diem iudicij? Audi diuitem purpuratum, comedẽtem splendidè, qui pauperẽ vidit, & eius misertus non est, & sibi impertiuit. Stultus est, de viuis peruenit ad mortem: & Lazarus pauper, inops, egenus, pallidus, pannis obsitus, vlcerosus, vix pane corporis ventrem implens, sed tantùm pane cælesti abundans satiabatur. Quandoque Lazarus etiam ex hac luce migrauit. simplex & humilis & beatus pauper migrauit ad cœlum, & diues purpura tectus mãsit in inferno. Nónne melius erat pauperem cum bona vita peruenire ad satietatẽ angelorum, quàm diuitẽ obligatum peccatis ire in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dẽtium?

tium? Nã iste peruersus diues, sibi & nõ alij locuples, A quomodo erexit oculos in cœlũ de loco tormentorũ, & clamauit ad patrẽ Abrahã, patrẽ fidelium, & bene viuentium, vt remitteret Lazarum, vt contingeret linguam eius, quia cruciabatur in flamma: & tamen non est auditus? Quia quando potuit & habuit, non audiuit. *[Matt.7.]* In qua mensura mensus est, in eadẽ remetitum est ei. Eia ille qui dicebas modo, quia hoc erat bonum, quemcunque hominem esse diuitem: modò dic, modò lauda, modo iudica, modo discerne, modo respõde, Ecce trãsiit quod habebat, perrexit solus sine seruo, sine argẽto, sine numo, sine nitore seculi: ecce peruenit ad pœnã. Qualis illi fuit in seculo vita? q̃ miserum temporalis vita creauit illi tormentum, & pœnã sine fine? Ergo cohibete linguã vestram à malo, & labia vestra ne loquantur dolum. Declinate à malo, & facite bonũ: quęrite pacẽ, & sequamini eã, & inuenietis vitã, & dies boni occurrent vobis. *[Diuitiæ, bonũ indifferens.]* Diuitię istius seculi malis boníisq; cõmunes sunt. Dat ergo illas deus malis, vt nõ habeant quid de deo queri. Item nõ illas dat bonis, vt æterna bona de deo sperent, & non propter aliquod tẽporale colant deum, sed gratis. Item nõ illas dat malis, vt paupertate humiliẽtur. Itẽ dat illas bonis, vt dent formã malis, quomodo vtantur bonis. *[γνώμη.]* Ergo dat ista temporalia bonis & malis, sed se nõ dat nisi tantũmodo bonis. Melius ergo eligendũ est non habere hic cõmunionem cum malis præsentiũ bonorum, q̃ hic habere præsentiam bonorum, & peruenire ad perpetuum suppliciũ malorum. Facite ergo quod propheta prædixit, Cautio & conditio est posita, vt declinemus à malo, & faciamus bonũ. Crescite in bonis, decrescite à malis: ascẽdite ad virtutes, descẽdite à peccatis. Proficite in castitate, separamini à luxuria. Quærite pacẽ omniũ hominũ, pacem cum C corde & carne vestra, quæ concupiscit aduersus animam, quæ casu trahit ad lapsum. Cupiditatem vitate, quæ delectationibus inuiscat animã vegetantem. Iam *[μεταφορικῶς hæc]* facite terminũ malis cogitationibus, date limitẽ, sufficiat diei malitia sua. Noui surgite: nullus vetustus cũ pannis peccatorũ suorũ incedat. Tu ergo qui carnalis *[ἀντίθεσις.]* es, & in temporalibus tantum speras, si videas nudũ pannis obsitũ, quomodo horres, quomodo execraris, quomodo contemnis, ne in te impingat ex vestimento suo? Pannos pauperũ horres: & pannos peccatorũ tuorũ non horres? Displicete vobis, placete deo. Sustinet vos genitrix vestra, de celerrimis & bene currentibus in agone sancto gaudet tota ecclesia, de pigris verò & somnolẽtis cõtristatur. Sit ergo vobis bona societas, si vultis videre vitã. Agite dies lætitię sanctè viuendo, confitemini domino piè sperando: & nõ D tantum vitam, sed & dies bonos inuenietis, & sine naufragio ad portum salutis peruenietis. Amen.

IN PSALMVM XXXVII. ALIVS PSAL*mus David in commemorationem sabbati. Cuiusnam sabbati? Neque enim cuiuslibet. Vnde neque de sacrificiis legalis sabbati, sed de perpeßionibus Christi psalmus loquitur.* *[Ioan.19.]* *Illius itaque sabbati cõmemorationẽ habet præsens psalmus, de quo dicebat Ioannes Theologus: Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato, erat enim magnus ille dies sabbati, rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.*

D*Omine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Sæpe à nobis dictũ est, Christum sicut in affectionibus, ita etiam in Prophetia suscipere personã humanitatis, ex qua etiam nũc hæc

A loquitur, argui quidem naturã, sed nõ in furore, corripi autẽ ipsam volens, sed non in ira. Quomodo autẽ argui? Propter salutem. Vult itidem etiã in pace corripi: quod quidẽ non poterat aliter euenire, nisi eam quæ in nobis erat, redargutionẽ & correptionẽ Christus suscepisset, qui ipse arguebat, & arguebat. vt deus quidem, arguebat: vt homo autẽ, pro nobis arguebatur. Cum tunc ergo vtraq;, & eius qui arguebat, & eius *[Christus arguit & arguitur.]* qui arguebatur, personã simul sustineret, hæc loquebatur per Esaiæ Prophetiam, Si fuerint peccata tua vt coccinum, sicut niuem dealbabo. *[Esa.1.]* si fuerint autem vt purpurissum, tanquam lanã dealbabo. Atque etiam correptionem similiter, de qua idem dicit Propheta. Disciplina pacis nostræ super eũ: liuore eius nos omnes sanati sumus. *[Esa.53.]* *Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.* Nõ temere ergo Christus hęc patrẽ precatur pro humano genere, sed quo- B niã quæ in eos intorta erant tela, hoc est, quæcũque mala propter Adam communem naturã inuaserant, in me infixa sunt, quoniã em̃ generis humani peccata suscepi, necessariò etiam pro eis castigor. *[Esa.53.63 1.Pet.9.]* Et ideo cõfirmasti super me manũ tuam castigatoriã, de qua dicebat Iob. *[Iob.19.]* Est manus dñi quæ me tetigit. *Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ:* Ostendit se iram iustè deprecari, nõ vt quæ sit æterna, sed vt quæ * medelã nõ habeat. *[*ἴασις medela.]* Quódnã enim inuenietur iræ Dei medicamentũ? Tu autem considera q̃ sit exactè & accuratè vsus dictionibus. Non dixit enim, non est sanitas mihi, sed, non est sanitas in carne mea. Hæc scilicet ex persona humanitatis, & dicũtur affectiones quas pro nobis suscepit. Ne fortè autẽ iniustã iusti iudicis iram existimem, ostendit quia factum sit vt in hæc incide- C ret, per ea quæ deinceps sequuntur, & id confirmat. *Non est pax oßibus meis, à facie peccatorum meorum.* *[Caro & ossa Christi.]* Ossa rurs' dicit suã humanitatẽ. Ipse autẽ id declarat, dicẽs discipulis post resurrectionẽ, quando susceptæ carnis voluit confirmare œconomiã, Palpate me, & videte, *[Luc.24.]* q spiritus carnem & ossa non habet, quemadmodum me videtis habere. A facie ergo peccatorũ meorum, quæ pro nobis portauit, pacem non habuit, sed conturbationem in suis ossibus, hoc est in humanitate. Ab omni enim perturbatione libera conseruabatur * humanitas. *[* Diuinitas.]* Hoc ipsum autẽ disces etiã dicente vnigenito, *[Ioan.12.]* Nunc anima mea conturbata est. Per animã em̃ significabat humanitatẽ, quibus subiungit causam cõturbationis. Et quid dicẽs? Pater, serua me ab hac hora, sed ꝓpterea veni ad horã hanc. Hoc est, frustra carne angor & excrucior, quoniã vt Deus, sum morte superior, & ꝓpterea veni cũ carne, & portaui peccata D humani generis, vt omnes morte mea redimã. *Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me* Hic apertè ostendit se ꝓpria peccata non habuisse, sed aliena cepisse, & ideo in capite dominicæ carnis fuisse accumulata, ita enim cõsueuerunt portari onera grauia, & ideo spinis quoque *[2.Cor.5.]* fuit caput coronatum. *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipiẽtiæ meæ.* *[Iob.19.]* Et quónã modo putruerunt cicatrices carnis? Eius em̃ caro non nouit corruptionem. *[Psal.15.]* Quámnã autem insipientiã habuit, quæ est vere sapientia? Sed insipientiam suam dicit Iudam, vt magister, sui discipuli lapsum sibi tribuẽs. Huius proditione putrescebant vitij cicatrices. Quid enim fuit illo peccato fœtidius, in quo figmentũ tradebat opificem ad mortem? Corruptę sunt autẽ, quando se suffocauit: tunc em̃ fuit planè desperatus, vt quæ emar-

cuere

Universidad de Deusto Biblioteca

[*Collatio.*] cuere vulnera,à medicis deſperantur. *Miſer factus ſum & curuatus ſum vſque in finem.* **A** Afflictus eſt non ſolum in cruce,ſed etiã antequã crucifigeretur,multa ferens [*Metaphora.*] vt agricola,vt noſtrũ agrũ purgaret. Incuruatus ſum autem vſque ad finẽ, quãdo mortem pro nobis ſuſtinuit.Qui eſt enim omni creatura altior,ad ipſam vſq; terrã incuruatus eſt,eum qui crediderat volens ex ea erigere. *Tota die contriſtatus ingrediebar.* Et quánam de cauſa triſte eſſet mundi gaudium, docent ea quæ ſequuntur. *Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus,& nõ eſt ſanitas in carne mea.* Illuſiones vocat paſſiones quas in cruce ſuſtinuit,quoniam irridentes hæc faciebant Iudęi.His,inquit,impletus ſum,dum peccata hominum inter eos ſanare ſtudeo.Sed Iudæis non eſt ſanitas in carne mea,hoc eſt,in afflictionib9 meę carnis.Ad crucem eñ offendunt,in qua vel ſola eſt ſalus peccatori- [*1.Cor.1*] bus,& ideo meritò erat triſtis. *Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis.* **B** Afflictus ſum, ſycophantiis & calumniis vexatus.Humiliatus ſum,nihil reſpondens calumniatoribus.Vſque adeo autem ſum humiliatus,vt iraſcẽ- [*Matt.26.*] te pontifice & petẽte,Si tu es Chriſtus, non dixi ſum, ſed tu dicis, ne meipſum quidẽ in hoc volens gloria afficere,etiãſi illi dubium reſpõſum,à veritate coacti, perinde ac infirmationẽ acceperint. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* [*Rugitus Chriſti per collationẽ.*] Rugiebam dixit,vt oſtenderet magnitudinẽ gemitus,& quòd quemadmodum leo prædam deſiderans,deinde tunc nõ inueniens,rugit, ita etiam ipſe rugiebat,quando non veniebat præda Iudæorũ ſalutis.Quod autem dicitur,confirmant quę ſequuntur. *Domine ante te omne deſiderium meum, & gemitus meus à te non eſt abſconditus.* Et quódnam eſt Chriſti deſideriũ? Paſcha ꝓ nobis peragere.Et ideo dicebat Apoſtolis, [*Luc.21.*] Deſiderio deſideraui hoc paſcha comedere vobiſcũ, **C** priuſquam patiar.Non ſolũmodo Paſcha,ſed hoc,in quo cũ præteriiſſet figura,peracta erat veritas.Sed cur vobiſcũ?Quoniã Iudęi nolũt eſſe myſterij participes, ꝓpter quæ meritò ingemiſcebat. Hunc autẽ eius gemitũ pater,vt qui omnia pręnoſſet,ſciebat.Vnde Paulus eum pro viribus imitans, dicebat, Triſtitia mihi [*Rom.9.*] magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optarem enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis,qui ſunt cognati mei ſecundũ carnem, qui ſunt Iſraëlitæ. *Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea,& lumen oculorum meorũ & ipſum non eſt meum.* Ac quomodo cor quidẽ eius conturbatum eſſet dũ non ſalui fierent Iudæi,iam dictũ eſt.Petrũ autẽ vocat vir- [*Matt.16.*] tutẽ ꝓpter confeſſionẽ fidei:Tu es enim Petrus,& ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiã meam,& portæ inferi nõ pręualebũt aduerſus eam. Is eum reliquit infi- **D** ciatus.Lux autem ſunt omnes Apoſtoli,quibus dixit, [*Matt.5.*] Vos eſtis lux mundi.Hi erãt lux oculorum duorũ teſtamentorũ,legis,& Euangelij. Hi eñ nobis vetus & nouum in luce domini illuminant, qui quo tempore [*Marc.14.*] crucifixus fuit,non erant cum Chriſto, Iudæos eñ ti- [*ἤγγισαν καὶ ἔστησαν.*] mentes fugerunt. *Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt.* Amicos & propinquos reliquos dicit fortè Iudæos.Amicos quidẽ,nõ vt qui Ieſum amarent,ſed vt qui ab eo amarẽtur.Vt eñ opi- [*Simile.*] fex ſuũ opus diligit,& vt paſtor amat oues quæ perie- [*Luc.19.*] runt ex Iſraël. Propinquos rurſus eos vocat propter cognationẽ ex carne.His autẽ propinquiores,vel potius omniũ proximi,fuerunt apoſtoli propter ſuam in ipſum fidem.Iudęi ergo quos quidem amicos & propinquos vocauit, qui nõ remoti, ſed propinquitate ei cõiuncti erant,ꝓpter ſummã impudentiã ei tendebãt

A inſidias,*Qui autem iuxta me erant,de longe ſteterunt,* id eſt, [*Matt.26.*] qui erant omniũ ꝓximi(Eos autem eſſe diximus ſan- [*Luc.23.*] ctos eius diſcipulos)procul ſtabãt tempore paſſionis, non ei inſidiantes,ſed eos qui illi parabãt inſidias, vitantes. *Et vim faciebant,qui quærebant animã meã.* Quare vim afferebãt?Vt ſuã ei auferrẽt gloriam.Propter in- [*Matt.27.*] uidiam eñ parantes inſidias,volebant videri pro lege æmulari.Apertius autẽ ſequẽs id docet verſiculus. *Et qui quærebant mala mihi, locuti ſunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Quænam autem eæ eſſent, dicit Lu- [*Luc.23.*] cas.Cœperunt accuſare eum,dicentes, Hunc inuenimus peruertentẽ gentẽ noſtrã, & prohibentem dare tributa Cęſari.cũ tamẽ Ieſus, quando ab Herodianis & Phariſæis interrogatus fuit, diceret,Reddite quæ ſunt Cæſaris,Cæſari:& quæ ſunt Dei,Deo. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam,& tanquã mutus non aperiens* [*Collatio muti & ſurdi.*] *os ſuum.* Quod, inquit,mutis euenit,quorũ ſunt à na- **B** tura læſi ſenſus:hoc illi ſua ſponte eueniebat. Maledictis enim appetitus,non mouebatur ad iram.Hoc autem eſt ſurdorũ propriũ,non iraſci ſi afficiantur contumeliis: quoniam quæ in eos torquentur maledicta non audiunt. Præterea autẽ dum in eum intenderentur calumniæ, cum poſſet refellere calumniatores, os ſuum non aperuit.Hoc eſt mutorũ,qui à natura loqui vetantur. Quod autem neq; ſurdus erat nec mutus, [*Eſa.53.*] ſed eos imitabatur ſe humilians,oſtendit Eſaias,Tanquã ouis ductus eſt ad occiſionẽ,& tanquã agnus corã tondente ipſum obmutuit,ita os non aperuit in ſua humilitate,quibus ea etiam cõueniunt quę nunc ſubiunxit Pſalmographus ex perſona ſeruatoris. *Et factus ſum tanquã homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones.* Ergo audiebat quidẽ,ſed prę ſe ferebat nõ **C** audire, nec deerat loquendi facultas, qua poſſet cõuincere ac refellere,induerat autẽ perſonã eius qui eſt animi perplexus,& id nõ poteſt facere.Quænã ſit autẽ horũ cauſa,oſtendit quod ſubiungitur. *Quoniam in te domine ſperaui.* Patri enim tanquã vero & incorru- [*Ioan.8.*] pto teſti fidẽ habẽs(de quo ipſe dicebat,Eſt qui teſtimoniũ præbet de me,q miſit me pater,quẽ vos neſcitis)falſos teſtes nõ curabat. *Tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi nequando ſupergaudeant mihi inimici mei.* Quid dicit?Patrẽ exaudiiſſe orationẽ ſuã,vt non ſupgaudeat inimicus, aduerſariæ ſcilicet poteſtates. Pro [*Ioan.17.*] apoſtolis autẽ orauit, Pater ſancte, ſerua ipſos in nomine meo,quos dediſti mihi,vt ſint vnũ ſicut nos. Et rurſus,Nõ rogo vt tollas eos de mundo, ſed vt ſerues eos à malo.Niſi eñ hæc impleta eſſet oratio,ne Apoſtolorũ quidẽ chorus eſſet ſeruatus, & gauiſurus eſſet **D** diabolus verus inimicus,& qui cum eo erant. *Et dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.* Pedes Chriſti,diſcipuli.Ipſe eñ eſt eorũ caput,& ideo nõ eſt [*Ioan.13.*] dedignatus lauare eorum pedes. Quia ergo diſcipuli propter crucẽ paululũ cõmoti ſunt,aduerſus Chriſtũ magna Iudæi locuti ſunt, vt qui eſſet omnib9 ſpoliatus,& ne diſcipulos quidẽ apud ſe retinere potuiſſet. [*Matt.27.*] *Quoniã ego in flagella paratus ſum.* Ea eñ de cauſa cũ car- [*Zach.13.*] ne in mundũ venire ſuſtinuit,quemadmodũ ipſe prę- [*Ioan.12.*] dicans dicebat,Quid dicã?Pater ſerua me ab hora hac, ſed propterea veni ad horam hanc. *Et dolor meus in cõſpectu meo ſemper.* Noſtri ſcilicet commiſeratio,propter quã habet perpetuò ſuæ paſſionis memoriã. Ex quo [*Heb.2.*] eñ paſſus eſt,inquit Paulus,ipſe & tentatus, poteſt iis qui tentantur,opem ferre. *Quoniam iniquitatẽ meam ego annũtiabo.* Atqui non habuit iniquitatem: noſtram tamen tanquam ſuam annũtiat, & propterea orans dicebat,

[*Matt.11.*] [*Luc.5.*] cebat,Cõfitebor tibi pater domine cœli & terræ.Etſi enim cõfeſſio hic accipitur pro gratiarũ actione, gratias tamen egit pro redẽptione noſtrorum peccatorum,quando Iudæos increpabat eum maledictis inceſſentes,vt peccatorũ & publicanorum amicũ. *Et cogitabo pro peccato meo.* Peccatum ſuũ vocat peccatũ noſtri generis,vt qui humanę cõſperſionis fuerit primi- [*1.Cor.15.*] tiæ,vtpote nouus Adam,volens in ſeipſo veterem refringere,& ideo cogitat quónã modo poſſit eius pec- [*Luc.12.*] catum expiari. Cogitantis eñ erant verba quæ dixit in Euangelio,Ignem veni mittere in terrã,& quid volo niſi vt ardeat?Illud eñ dixit,qui noſtras ſpinas cõſumpſit. *Inimici autem mei viuunt, & confortati ſunt ſuper me,& multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.* Iudæos dicit, ꝓpter quos triſtitia afficiebatur, vt qui ſceleratè viuerent.Iam verò quod etiã ſuper ipſum cõfortati ſunt, erãt videlicet ſuperbi & arrogantes.Cũ eñ ipſe pro- [*Philip.2.*] **B** pter nos eſſet humiliatus,quemadmodum dicit Paulus:Humiliauit ſeipſum,obediens factus vſq; ad mortẽ,mortẽ autẽ crucis,illi ignorantes cauſam humiliationis,arrogantia & ſuperbia aduerſus ipſum vtebantur.Vnde etiã qui eũ iniquè odio habebant,in multitudinem prouecti ſunt,videntes pontificũ creſcere ac diffundi arrogantiam. Quínam autẽ iniuria eũ odio habebant? *Qui tribuunt mala pro bonis.* Hoc eſt, cognati eorũ qui viſum recuperarunt,& claudorũ quibus eſt rectus reſtitutus ingreſſus:ciues, ꝓpinqui, pro gratiarum actione eum calumniis inceſſebant. Et quánam de cauſa hoc facerent,ſignificat quod ſequitur, *Detrahebant mihi,quoniam ſequebar bonitatem.* Ex mea,inquit, benignitate & bonitate accipiebant occaſionẽ calũ- [*Luc.13.*] niæ:& iniquũ vocabant & impium, quandoquidem ſabbato eorũ ægrotos curauit. *Ne derelinquas me domine deus meus, ne deſceſſeris à me.* **C** Hæc nõ pro ſeipſo dicit,ſed pro Eccleſia,vel potius pro ſeipſo.Eccleſia eñ vnum eſſe cum ipſo,ſicut ſponſa cum ſponſo, cognoſcitur. Id autem ſciemus ex iis quæ deinceps ſequuntur. *Intende in adiutorium meum domine deus ſalutis meæ.* Auxiliũ ſuũ vocat eccleſiã, ea etiã ratione ſaluã facere volens [*Gen.2.*] Adæ imaginẽ.Illi eñ data erat vxor ad auxilium. Faciamus eñ,inquit Deus,auxilium ſimile ſibi. Et ideo [*Ephe.5.*] Paulus quoq; dixit de Chriſto ea quæ de Adã & Eua dicta fuerãt,nempe,Relinquet homo patrẽ & matrẽ ſuã,& adhærebit vxori ſuę,& erunt duo in carne vna. Deinde quid his ſubiunxit? Sacramẽtum hoc magnũ eſt.ego autẽ dico, in Chriſto & in eccleſia. In hanc ergo vult patrem intendere & reſpicere, non quòd ipſe eſſet imbecillis ad opem ferendam eccleſiæ, ſed **D** volens patri oſtendere quantũ interſit inter ſynago- [*Ioan.1.*] gam & gentiũ eccleſiam,& quomodo illi quidẽ,cum [*Rom.9.*] multi eum prædicaſſent,& ipſe etiam eis Chriſtus ac- [*Epheſ.3.*] ceſſiſſet,nõ ſunt ſeruati:gentes autem cum ſolam vocem Seruatoris audiſſent, protinus ſeruatæ ſunt. Et ideo conſequẽter adiecit,Domine Deus ſalutis meæ. Suam ſalutẽ rurſus vocans ſalutem gentium. Si enim [*A minori*] peccata noſtra ſibi tribuit:quídni magis propriam ſalutem,noſtram reputat?

INTERPRETATIO IN XXXVIII. Pſalmum In finem Idithum Canticum Dauidis.

Nonnulli ſcriptores hunc pſalmum Idithum attribuerunt,& dixerunt eum hunc pſalmũ conſcripſiſſe. Inſcriptio autem docet cõtrarium,pſalmũ quidem eſſe Dauidis:Idithum autem,vt cui cantorum chorus eſſet creditus,datũ eſſe pſallendum. In finem autẽ nos tranſmittit, quoniã humanæ

A naturæ vilitatẽ miſerabiliter canit, & eius finem oſtẽdit.Hunc autẽ pſalmũ dixit magnus Dauid, dum eũ perſequitur Abſalon,& conuicia in eũ iacit Semei.Ha- [*τραγῳδεῖ.*] bet autẽ magnã conuenientiã cum præcedente. *Dixi cuſtodiam vias meas, vt non peccem in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam,cum cõſiſteret peccator aduerſum me:obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt.* Dum fugeret magnus Dauid parricidæ filij tyrãnidem,Semei ei obuiam factus,ceſpites & lapides in [*2.Reg.15.16.17.18.19.*] eũ ꝓiecit,& conuiciatoriis eũ verbis appetiit,virũ iniquũ & virũ ſanguinũ appellans,ſed ſolita Philoſophia vtens diuinus Dauid,non ſolum eũ non vltus eſt, ſed etiamvnum ex ducibus conantẽ in eum iaculari ꝓhibuit, dicens:ſinite eum mihi maledicere, quoniã dominus iuſſit ei vt Dauid malediceret. Et cur ſic feciſti? dicet ei quiſpiam, Vt videat dominus humilitatẽ [*Attende mãſuetudinẽ eximiam.*] **B** meam,& reddat mihi dominus bonum pro maledictione hac die hodierno. magnã habent conuenientiam cum hac hiſtoria verba huius pſalmi.Magnã eñ, inquit, adhibui diligentiã,ſciens hanc particulam eſſe valde lubricam, & ad labendum procliuem, & hanc ſemper tanquã muro continens, & maximè quando mihi reſiſtebat Semei, qui nulla fuerat affect9 iniuria. Eum enim peccatorem tanquam iniuſtũ nominabat. Tunc enim valde obmutui,& humiliatus ſum,& ſilui. Sunt autẽ hæc ſimilia iis quæ ab ipſo dicta ſunt in hiſtoria,Sinite eum maledicere.Dominus enim iuſſit ei Dauid maledicere,vt videat dñs humilitatem meã,& eripiat me hodie è manu inimicorum meorum. Hoc etiam hic dicit. Eram omnino ſimilis ſurdo omnino non audienti,& humiliaui meipſum, expectans lucrũ quod inde erat profecturũ.Et dolor meus renouatus **C** eſt.Cum ille me,inquit,maledictis inceſſeret,peccatũ à me commiſſum reuocaui in memoriã, conſiderans quòd propter ipſum maledictis appetor,& punior, & regia expulſus,fuga cogor meæ ſaluti cõſulere.Quinetiam hæc quoque habent magnã cognationem cũ hiſtoria.Illud eñ,Iuſſit ei deus maledicere Dauid,habet peccati memoriam, quoniã propter ipſum adhibita eſt caſtigatio. *Cõcaluit cor meum intra me,& in meditatione mea exardeſcet ignis.* Hoc ita interpretat9 eſt Symmachus: Concaluit cor meum intra me dum animo agitarem,incendebar igne. Dum peccati, inquit, mei recordor, igne ęgritudinis animi inflãmabar. *Locutus ſum in lingua mea,Notum fac mihi finẽ vitæ meæ, & numerum dierum meorum,vt ſciam quid deſit mihi.* Ei ergo qui maledictis impetebat,nihil reſpõdi:Deũ autẽ vniuerſorum rogaui,vt mihi vitæ finem ſignificaret: mortẽ **D** valde deſiderãs. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos:& ſubſtantia mea tanquã nihilũ ante te.* Hoc rurſus ita interpretatus eſt Symmachus:Ecce tãquã palmos dediſti dies meos,& vita mea tanquã nihil ante te.Mortem autem deſidero, ſciens humanã naturam non eſſe longæuã. Noſtra enim vita ne videtur quidem conſiſtere, ſi cũ [*Eſa.40.*] tua cõferatur.Tu enim es principij expers, & fine cares:noſtra autem vita veluti quibuſdã pugillis & palmis mẽſuratur.Per hæc autem declarauit vitę humanæ breuitatem.Ita etiã dicit alibi. Quoniã mille anni [*Pſal.89.*] in oculis tuis dñe,ſicut dies vnus qui præteriit, & cuſtodia in nocte.Et alibi cum cœli & terrę meminiſſet, Ipſi,inquit,peribũt: tu autem permanes, & omnes ſi- [*Pſal.101.*] cut veſtimentũ veteraſcent,& tanquã amictũ circumages eos,& mutabuntur.Tu autem idẽ ipſe es, & anni tui non deficient. *Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Quare,inquit,omnis hominum natura, & [*Iac.4.*]

diuites

Universidad de Deusto Biblioteca

Vita hæc vapor. diuites & pauperes ſunt ſimiles vapori qui diſſoluitur: & fruſtra ædificant & plantant, diuitias & facultates cõgregãt. *Veruntamẽ in imagine pertrãſit homo: ſed & fruſtra cõturbatur. Theſaurizat, & neſcit cui congregabit ea.* Homines, inquit: qui viuũt, nihil differunt ab iis qui ſunt depicti in imagine. Et horũ eñ & illorũ natura tẽpore ſimiliter diffluit & interit: nihilo tamen ſecius cõturbãtur cõtendentes, & cõcertantes, bellũ gerẽtes, mercaturã exercẽtes, & vniuerſa vita plena eſt tempeſtate, cũ finem habeat mortẽ, & cum per ſudorem diuitias congregent, futurũ hæredem non nouerunt. *Luc.12.* Hoc autẽ ſcripſit beatus Dauid, motꝰ ab iis quę ei vſuuenerunt. *2. Reg.8. 9.10.* Nam cũ præda & ſpoliis captis ex inimicis, & tributo quod exigebatur ab alienigenis, maximum & clariſſimũ regnũ ſuũ reddidiſſet, ignorabat impiam & iniquã mẽtẽ filij. Deinde cùm vidiſſet eũ regia eſſe potitum, & quæ repoſitæ erant, ſibi vſurpaſſe diuitias, vocem hanc emiſit admirabilẽ, Sed & fruſtra conturbatur: theſaurizat, & neſcit cui cõgregabit ea. *Et nunc quæ eſt expectatio mea? nonne dominus? Et ſubſtãtia mea apud te eſt.* *παρὰ σοῦ. à te eſt.* Subſtantiã meã Aquila dixit expectationẽ, pro eo quod eſt, Te expectans conſidero, expectans tuam beneuolentiã. Deinde aduerſarũ rerũ cauſam oſtendit. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me.* Et Semei rurſus infert mentionem. *Opprobrium inſipienti dediſti me.* Hoc quoq; valde cõuenit iis quę in hiſtoria dictaſunt: Dñs iuſſit ei vt malediceret Dauid, & quæ ſubiũgũtur ſunt iis ſimiliter quæ dicuntur conſequẽtia. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti.* Cùm tu eñ, inquit, conceſſiſſes, ille me affecit contumeliis, & erat ille quidem ſimilis flagello, tu autem per illud me caſtigaſti. Et ideo tacitus ſuſcepi flagella, illum quidem deſpiciens, te autem reſpiciens caſtigantẽ. Admodũ autem appoſitè poſuit quæ ſubiungũtur: *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci.* Non temerè, inquit, nec fruſtra vſus es caſtigationibꝰ, ſed lapſus redarguens, & medici ritu ſecans, & ſaniem occultã educens. *Correctio dei, medicina animæ.* In medendo quidẽ crucias, ſed iis qui ſecãtur, ſanitatẽ procuras. Verũ fruſtra cõturbatur omnis homo viuẽs. Hæc ergo apud me conſiderans, video homines fruſtra turbari pro rebus momentaneis. *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam. Auribus percipe lachrymas meas. Ne ſileas, quoniã aduena ego ſum apud te & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Remitte mihi vt refrigerer, priuſquã abeam: & amplius non ero.* *Heb.13.* Rogo te, inquit, domine, exaudi me eiulantem, & cum lachrymis orantem. neque enim ſum perpetuus terræ habitator, ſed inquilinus, & cum ſimiliter ac patres mei paruum tempus vixero, mortem ſuſcipiã. Concede ergo mihi parũ dilationis, vt paucos vtique dies abſque triſtitia peragam, priuſquam ex hac vita excedã. Hoc enim dixit illud, Et amplius non ero: id eſt, Ad hanc vitam interitui obnoxiam non reuertar. Eſt autẽ iure admirandus magnus Dauid, qui in regno opibus & potentia, ſeipſum appellat inquilinũ & viatorẽ, vt qui proſperitati rerúmque ſucceſſui non fideret. Re vera enim ſunt hæc verba plena ſapientiæ, quæ cognoſcit rerũ naturam, & ideo præſentem proſperitatem deſpicit.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER.

IN finem Idithum pſalmus Dauid. Et quomodo poteſt pſalmus eſſe duarum perſonarum? nempe Dauid & Idithum? Nũquid ideo vtique, quod Dauid quidẽ ipſum cõpoſuit vt propheta, Idithum autẽ eum cecinit vt cantor pſalmorum? Dauid enim dei cultui valde deditus, non ſolùm cecinit, ſed etiam cantorum cœtus in Sion collocauit, vt canerent ſi vllos ex ſuis pſalmis eis canendos traderet. Ipſe autem plures cecinit. *1.Par.25* Inſcriptus eſt autẽ pſalmus In finem, quoniã vulgus hominũ de fine eſt ſolicitum: ídque ad noſtrã vtilitatẽ, vt cùm didicerimus vitæ noſtræ breuitatem, nos moderatè geramus. *Dixi cuſtodiã vias meas, vt non delinquam in lingua mea.* *Eccl.7.28* Hoc cuilibet prophetæ docenti conuenit, ſuas nempe vias cuſtodire, ſuarum ſcilicet actionũ curſus & ingreſſus, ne declinent ad improbitatẽ: nec lingua peccet, dum ea facit quæ verbis ſuis repugnant. Lingua eñ vere peccat, qui verbis quidem vitia reprehẽdit, ea autẽ factis cõmendat, dum ipſa admittit, & ſuam ipſius doctrinã vitæ propriæ inſtitutione ementitur. *Lingua peccare. Rom.2.* *Poſui ori meo cuſtodiam.* Non eſt omne ſilentiũ pulchrũ, ſed id ſolum quod à mala abducit oratione: *Silentium non omnẽ pulchrũ.* quod iuſti à deo precibus poſtulant, quemadmodum ipſe quoque Dauid *Pſal.140* dicens, Pone domine cuſtodiã ori meo, & portã attẽtionis circa labra mea. *θύραν περιοχῆς.* Oſtẽdens autẽ ſe oraſſe ſilentium à dictis nefariis, ſtatim ſubiũxit: Ne inclines cor meum in verba nequitiæ. Quod autẽ nunc dicit, non eſt eiuſmodi: vnde nec deus ipſum poſuit, ſed ipſe ſibiipſi. Et quando? *Cùm conſiſteret peccator aduerſum me,* hoc eſt diabolus. Is magna contra nos coacta multitudine, diuinæ legis ſuggerit ſilentiũ. Nequit eñ operari quãdo nos illã loquimur. Quòd autẽ malũ & vituperandũ dicit ſilentium, dicunt apertè quę ſequuntur *Obmutui, & humiliatꝰ ſum, & ſilui à bonis, & dolor meus renouatus eſt.* *ἐκωφώθην, obſurdui.* Vides q̃ primum per inobedientiam obmutuit. & cùm obmutuiſſet, humiliatus eſt. Nihil eñ vſqueadeo hominem deprimit & deiicit, vt ſenſuum ſtupor & inobediẽtia. *4.Reg.15.* Poſt hoc autẽ, vel etiam propter hoc, ſiluit ex bono, videlicet ceſſans à meditatione legis boni magiſtri. Vnde iure renouatus eſt dolor peccati. Fit enim grauius vulnus quod nobis ex peccato accidit, quãdo à meditatione legis nos ipſos abduxerimus, & tanquã nullo à diuino præcepto impoſito medicamento depaſcit putrefactio. Et ideo non manſit in ſilentio, ſed cũ ad ſe rediiſſet, id repulit, vt quod afferret animæ interitũ. Hoc itaq; ſignificans, ſubiunxit, *Cõcaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis.* Quemadmodũ ſilentio obſurduit, & propemodũ mortuus, nullóq; ſenſu præditꝰ extitit: ita diuinorũ verborũ meditatione concaluit, & ignis exarſit in ipſo, nẽpe diuini ſpiritꝰ ſuppeditatio. Pulchrè aũt ſignificauit meditationẽ non eſſe tantũ linguæ, quãtũ cordis. ita enim deus quoq; ſignificauit per Hieremiã prophetã, Dãs leges meas in cordibus ipſorũ, & in mẽte ipſorũ inſcribã eas. *Hierem.31* *Locutus ſum in lingua mea, notũ fac mihi domine finem meum, numerum dierum meorũ quis eſt: vt ſciam, quid deſit mihi.* Simul ac legẽ meditatus eſt, cœpit calefieri, & ſtatim ad ſapientiæ ſtudium inclinatus eſt. Finem eñ, & numerũ dierũ, hoc eſt, temporis lõgitudinem, orat ſibi ſignificari, non vt peteret eis aliquid adiici, ſed vt ſciret quid ſibi deſit. Sed quãobrẽ? Vt interea ſuæ ſaluti caueret & proſpiceret: & ſi peccata quidẽ feciſſet, properaret ad pœnitentiã. ſin autẽ iuſtitiam, vt eã retineret & cõfirmaret: vt qui peregrè eſſet profecturus, & coram iuſto iudice ſiſtendus. Verũm enimuero cum ſeipſum, vt qui talia interrogaret, reprehendiſſet, vide quid dicit: *Ecce numerabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanquam nihilum coram te.* *Numerabiles. παλαιστὰς. palmos.* Cur, inquit, de numero dierum ſum ſolicitus? Quot enim fuerint, palmis conferuntur. Palmum autẽ dicit palmę extẽſionẽ, cuius eſt minima mẽſura, maximè

ſi cõferatur cũ maximis dei elemẽtis. Humanã autẽ ſubſtantiã magis volẽs vilipẽdere, dixit noſtram ſubſtantiã nihil eſſe corã deo, non q̃ eã deſpicetur opifex: ſed q̃ quẽadmodũ gutta aquæ nihil fuerit, ſi cũ mari cõparetur: ita homo ſi cũ dei ſubſtãtia cõferatur, iure nihil eſſe inuenitur. Quod eſt eñ huic ſimile, *Eſa.40.* expoſuit Eſaias propheta, dicẽs: Omnes gẽtes tanquam gutta à ſitula, & tanquã momentũ trutinæ reputatæ ſunt, & tanquã ſaliua reputabũtur: Libanus autẽ nõ eſt ſufficiens ad viſionẽ, & omnes quadrupedes non ſunt ſufficiẽtes ad holocauſtũ, & omnes gẽtes ad nihil ſunt, & pro nihilo reputatæ ſunt. Ita etiam intelligamus id quod deinceps dictũ eſt. *Veruntamẽ vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Non ſolũ autem hominẽ, ſed etiã vniuerſa, dixit eſſe vanitatẽ, quẽadmodũ etiã expoſuit Solomon, Vanitas enim vanitatũ, & omnia vanitas, Eccleſiaſtæ inſcriptũ eſt prooemiũ. Non q̃ dei creatura vana ſit, ſed q̃ nos qui verſamur in vanitate, in rebus *διάψαλμα.* inutilibus & incõmodis vitã agimus. Diapſalma ſubiunxit propheta, ideo fortaſſe q̃ ſermonẽ conuẽrterit. Pòſtquã enim noſtrã naturã ceſſauit deſpicere, oſtẽdit cauſam propter quã deus eã honoratã effecit: nos autẽ vituperat, quoniã re precioſa ſecus q̃ oporteret, vtimur. Ita enim dicit, *Veruntamen in imagine pertranſit homo.* Habet, inquit, figmẽtũ in ſe aliquid, quod facit vt ei videatur precioſum. Quid hoc eſt? Dei imaginẽ in qua ingreditur, cum qua in præſenti vita incedit vniuerſæ creaturæ venerabilis. *Sed fruſtra cõturbatur: theſaurizat, & ignorat cui cõgregabit ea.* Illud ſed, poſuit vt oſtenderet q̃ ne dei quidẽ imaginẽ, quæ nos ad altiorẽ vitã vocat, cõſideramus: fruſtra autẽ in rebus terrenis cõturbamur, & theſaurizamus, neſciẽtes cuinã ea cõgregemus. Si delicias enim theſaurizamus, eas corruptioni & fimo colligimꝰ. Si diuitias, eas ſæpe inimicas accipimus. Si arrogantiam & faſtum, nobis detrimentũ, diabolo autẽ lucrũ: & quod verius eſt, neſcimꝰ nos hæc gehennæ colligere. *Apud te παρὰ σοῦ ἐστί.* *Et nunc quæ eſt expectatio mea? Nónne Dominus? Et ſubſtantia mea apud te eſt?* Quoniã omnis noſtra expectatio, & ſubſtantia in deo eſt, ea à deo quoq; eſt. Neq; enim diuitiæ, aut potentia facit vt inimicorum inuiſibilium inſidias ſuſtineamus, imò nec viſibiliũ: ſiquidẽ ſæpe propter hæc nobis tendunt inſidias. Sed neq; deliciæ, nec vllum corporis ſtudium, nobis ad ſubſtantiã, hoc eſt ad vitã acquirendã, ſufficit, niſi ex dei dextera: & quę de inimicis parãt victoria, & ipſa etiã vita noſtra hinc proficiſcitur. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Opprobrium inſipienti dediſti me.* Mirũ eſt qđ hîc dicitur. Nõ enim opprobriũ inſipiẽti mihi dediſti: ſed, Dediſti me, inquit. Inſipiẽtis ergo opprobriũ, intellexit peccatorũ remiſſionẽ, quę nobis ad exprobrationẽ aduerſus diabolũ, vt inimicũ & aduerſarium, & malis noſtris gaudentẽ, data eſt. Vnde nec ſolummodo dixit, ab iniquitatibus: ſed, ab omnibus. Tũc enim Satanã licet verè irridere, & probris appetere, quãdo integrè ac perfectè purgari poſſumus. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniã tu feciſti.* Surditatem hanc & ſilentiũ in bonã partẽ accipit, quando ſcilicet ſuſtinemus dum caſtigamur, & nequaquã aperimus os noſtrũ ad eiulandum, ſentiẽtes nos à deo caſtigari ad noſtrã vtilitatẽ. *Iob.39.* Hoc etiã fecit Iob, hæc etiã ab amicis loqui coactus, & deo dixit. Apponã manũ ori meo. ſemel locutus ſum, in ſecundo autẽ non adiiciã. Cur autem ſemel tantũ locutus eſt? Quoniã amicis, qui eius calumniabantur iuſtitiã, & accuſabãt eum, cogebatur reſpondere. *Amoue à me plagas tuas. A fortitudine enim manus tuæ ego defeci.* *Plagas. μάστιγας. flagella.* Non poſſum amplius, inquit, ferre flagella, vt qui flageller à manu adeò forti, vt nulla vis in nobis relinquatur. Vult ergo amoueri flagella, non vt contradicens ei qui illum flagris cædit, ſed vt iam purgatus. Oſtendit autẽ id quod ſequitur, *In increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem.* *Propter græcè ὑπὲρ ſignificat & propter & ſuper.* Fortaſſe quidem dicit propter iniquitatem: & fortaſſe etiã vltra iniquitatẽ. Hoc eſt, Caſtigationem intulit ſupra modum peccatorũ. Nam hoc quoq; facit Deus, vt tẽtationum pars quidẽ ſit ad noſtra expianda peccata, pars autẽ cedat in occaſionẽ coronarũ & præmiorũ. *Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam eius.* *Tabeſcere feciſti. ἔτηξας liqueſcere feciſti.* Valde quidẽ per ſeipſam tenuis eſt araneæ tela, & nihil in ea facilè poteſt latere, neq; occultari, propter nimiam eius perſpicuitatem. Quòd ſi quid ſit etiã valde ſubtile, dum araneæ tela liqueſcit, hoc eſt, in partes tenues diuiditur, nullo modo occultabitur: *Hier.17. Hebr.4.* ita deus noſtras liquefacit animas, vt ne tenuiſſima quidem in nobis lateat cogitatio, quãdo vult nos omni ex parte purgare & abſtergere. *Veruntamen vanè conturbatur omnis homo.* Rurſus nos noſtræ in vita vanitatis admonet. Cum enim omnes dixit, hominẽ tamen iuſtũ non comprehẽdit, quoniam is ſupra hominẽ vitam agit. *Iuſtus ſupra hominum vitã agit.* Sed dicit ſapiẽtes, potentes, diuites, eorum enim ſtudia ſunt vanitas. Quod ſi dicas etiã iuſtũ cõprehendi, is quoq; vanè facit niſi deus eũ dirigat, & iuſti iuſtitiã confirmet. Non poſſumus enim per nos ipſos rectè agere. *2.Cor.3.* Vnde etiam dicebat Paulus: Non volentis, nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei. *Rom.9.* *Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam auribus percipe, & lachrymas meas.* Quid eſt deprecatio? *Deprecatio quid.* Oratio quę fit ad deũ cum ſupplicatione, trahens deum ad cõmiſerationẽ: vt quando dicit, Miſerere mei domine quoniam tribulor, *Pſal.68.* & Miſerere mei quoniã conculcauit me homo, *Pſal.55.* Et rurſus. Miſerere animæ meæ, quoniã peccaui tibi. *Pſal.40.* Vnde deprecationi lachrymas quoq; adiecit. Cũ lachrymis enim eiuſmodi voces ſolemus emittere. Orationẽ ergo, vtpote ſimpliciorem, petiit exaudiri: deprecationẽ autẽ, quã affert, & lachrymas, auribus percipi, ipſas videlicet dei aures peruadere, vt eius in nos miſericordiã hæc verba tranſeuntia attingãt. *Ne ſileas, quoniã aduena ego ſum apud te & peregrinus ſicut omnes patres mei.* *Aduena, πάροικος, inquilinꝰ.* Dicit cauſam cur homo dignus ſit dei miſericordia & clemẽtia. Cur eſt autẽ homo aduena? Quoniam quãdo deus iuſſerit, migrat ab hoc ſeculo in futurũ, veluti à domo in domũ. Idẽ eſt etiã peregrinus. *παρεπίδημος.* In corpore enim verſantes, vt ait Paulus, peregrinamur à domino. *2.Cor.5.* Vnde etiam ſancti deſiderãt hinc abire, vt poſſint vnà cũ deo verſari. Quos quidẽ ſuos patres appellauit propheta, non ſolũ propter carnẽ, ſed etiã propter cognatas virtutes. *Remitte mihi vt refrigerer priuſquam abeam: & amplius non ero.* Vult remiſſionẽ, id eſt, peccatorũ condonationẽ, in qua beata res eſt refrigerari. Refrigerari autẽ priuſquã abeam, hoc eſt, priuſquam hinc proficiſcar. Si enim hinc receſſerimus nõ accepta per pœnitentiã refrigeratione, nõ poterimus eam amplius accipere. *Refrigeratio pœnitentiæ.* Quare? Quoniam nõ ſumus amplius. Non q̃ eò deueniamus vt non ſimus, & ab eſſentia excidamus, vt nõnulli exiſtimant: ſed amplius non ero, hoc eſt, non poſſum mutari. Qui eſt enim hic in peccato, quando per conuerſionem fuerit immutatus, nõ eſt in ipſo, vt qui per pœnitentiam fuerit factus alius. *Eccl.11.* Hoc autem facere non poſſumus poſtquam hinc exceſſimus.

INTERPRETATIO IN XXXIX. Pſalmum. In finem Dauid pſalmus.

Universidad de Deusto Biblioteca

NOnnulli attribuũt hunc psalmum beato Hieremiæ,aliqui verò beato Danieli, quoniã & hic & ille proiecti sunt in lacũ.Meminit autẽ lacus psalmi prooemium.Vnum autem dictum attendentes, venerunt in illã sententiã . Aliqui verò dicunt hunc psalmũ conuenire captiuis qui habitauerunt in Hierusalẽ . Ego verò hunc psalmũ scriptũ esse existimo typicè quidẽ propter ea quæ Dauid euenerũt:referri autẽ etiã ad naturã omniũ hominũ,quæ à deo & seruatore nostro suscepit spem resurrectionis.In hanc autẽ nos ducit sententiã beatus Paulus, qui in epistola
Hebr. 10. ad Hebræos aliquot eorũ quæ hic dicuntur meminit. *Expectans expectaui dominũ , & intendit mihi . Et exaudiuit preces meas,& eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fecis.* Cõueniunt hæc quoq; verba beato Dauid. Habent enim conuenientiã cũ præcedente psalmo . In illo enim dixit:Exaudi orationẽ meã,& deprecationẽ meã auribꝰ percipe , & lachrymas meas. Ne sileas. Remitte mihi priusquã abeã,& amplius non ero.Et superius etiã dixit, Et nunc quæ est expectatio mea ? Nónne Dominus?Et substantia mea apud te est.Hic autẽ tanquã suscepta oratione,id est data petitione,Expectãs,inquit, expectaui dominum,& intendit mihi.Auersato enim peccatũ,benignũ mihi vultũ ostẽdit,& exaudiuit preces meas.Et quid fecit cum exaudiit?Et eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fecis.Ita autem consueuit scriptura maxima vocare pericula:sicut etiã iam ante diximus.Postquã autẽ liberauit à periculis,quid tibi largitus est? *Et statuit supra petrã pedes meos.* Non enim siuit me moueri, & circunferri:sed fecit vt esset mihi statio stabilis. *Et direxit gressus meos.*Fecit vt absq; vllo impedimento currerẽ ad viã veritatis. *Et immisit in os meum*
Carmen. *canticum nouũ,carmen Deo nostro.* Nõ amplius enim fle-
ὕμνον. biliter supplico,sed hymnum cano propter beneficia. Hæc quidẽ,vt dixi,typicè cõueniunt non solũ Dauid affectionibus,& quæ in ipsum collata sunt beneficiis: sed etiã naturæ hominũ insigniter conueniunt,quæ in ipsum peccati profundũ deiecta est, & ad mortẽ trãsmissa , & per seruatoris nostri humanæ naturæ susceptionẽ educta est,quæ accepta spe resurrectionis , dicit: Expectans expectaui dominũ, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ,
Lacus miseriæ. & de luto fecis . Lacus enim miseriæ mors iure dicta est,vt quæ sit plena interitu. Lutũ fecis autẽ est pecca-
Lutum fæcis. tum,vt quod plurimũ tetri odoris emittat, & rectũ hominum cursum inhibeat . Et statuit supra petrã pedes
*Matt.*16. meos.Super hanc enim petrã,inquit,ędificabo ecclesiam meã,& portę inferi nõ præualebunt aduersus eã. Et direxit gressus meos.Cũ enim ab errore liberasset, diuinam viã veritatis ostendit.Et immisit in os meum canticum nouũ,carmen deo nostro . Pro impio enim cultu idolorũ,eum qui deus est laudare didici,& ei offerre canticũ non vetus,sed nouũ,& recentibus beneficiis conueniens. *Videbunt multi,& timebunt & sperabũt in domino.* Quoniã hæc dicit ex persona eorũ qui salutem acceperũt,meritò dixit propheta ꝙ qui bona nõdum gustarunt,fiduciam habentes videbunt, & timebunt,vt qui nondum accesserint:& spem tenentes,suã salutem cõsequentur. *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius,& nõ respexit ad vanitates & in insanias falsas.*Harum vanitatum propheta in priore quoq; psalmo meminit, Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.Et rursus, Veruntamen vanè conturbatur. Igitur hic quoq; beatos ducit eos qui præsentia contempserunt,spem autem diuinam pro omnibus possederunt.

A *Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua:& cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.Annunciaui,& locutus sum, multiplicati sunt super numerum.* Numerum, inquit, & omnem narrationem superant miracula quæ à tua potentia facta sunt. Non est enim qui possit tibi facere similia.Sunt enim pulcherrima & maxima tua opera.Vincunt autẽ laudes humanas ea quę administrantur à tua prouidentia,quæ in Aegypto , quæ in deser- *In exod.*
to, quæ duce Moyse , duce Iesu , duce Samuële facta *In Ios.* *1.Reg.1.*
sunt,& quæ sunt his antiquiora,quæ in Abraham,quę *In Gene.*
in Iacob,quæ in Ioseph seruitute gesta sunt,& cætera, ne singula persequar.Sed quod nũc factum est, est his *Rom.3.*
omnibus admirabilius.Non enim vnius rãtum homi- *1.Cor.12.*
nis vel gentis , sed vniuersarum gentium procuras sa- *1.Tim.2.*
lutem,& legali cultui fine imposito , qui imbecillitati *Galat.4.*
Iudæorum contingebat , nouam dedisti gratiam,quæ *Heb.7.10*
cultum rationalem constituit. *Sacrificium enim*,inquit,
B *& oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Holocaustum,& sacrificium pro peccato non postulasti.Tunc dixi: Ecce* *Rom.12.*
venio. His conuenit Apostolica admonitio:Obsecro *λογικὴν*
itaq; vos fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis *cultum.*
corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem , rationabilem cultum vestrum. Pro victimis enim legalibus iussit dominus nostra membra consecrare.Cum hãc itaq; tuam vidissem gratiam, tibi meipsum obtuli, dicens,Ecce venio. Hanc autem vocem
beatus Paulus accipit in Christo domino , & meritò. *Hebr.10.*
est enim nostræ naturę primitię,& ei primo nostra dicere conuenit, & eum in seipso præfigurare ea quæ oportet à nobis fieri.Ita primũ accessit ad baptismũ, ba- *Matth.3.*
ptismi gratiã nobis ostendens.Ita lauit pedes discipu- *Mar.1.*
lorum,nobis proponens exẽplar humilitatis.Propter- *Luc.3.*
C ea dixit Ioãni,Sine modo:ita enim cõuenit nobis om- *Ioan.13.*
nem implere iustitiã.Ei ergo conuenit nostra quoque *Matth.3.*
dicere,quomodo caput corporis:vt qui sit multorum *Rom.8.*
fratrum primogenitus secundũ carnem. *In capite libri scriptum est de me.* Hæc multis antè seculis in prophe- *Caput vo-*
ticis libris de me prædicta sunt. Caput,volumen dixe- *lumen.*
runt Aquila & Symmachus.Ita etiam diuinas scripturas in hodiernum vsq; diem solent Iudęi componere. *Vt facerem voluntatem tuam:deus meus volui, & legem tuam* *Cordis*
in medio cordis mei. Ad te, inquit, accedens , adhibeo *κοιλίας.*
& ex omnem diligentiam, vt tua præcepta impleam, In medio vẽtris mei,dixit ex metaphora eorũ qui bene sunt tua volũtate meã vitam instituam.Illud autem,In me- in aliquẽ affecti,& eum quẽ desiderant,cupiunt vel in intima immittere.Hęc autem nec Hieremiæ nec Danieli nec beato Dauidi conueniunt . Cùm enim lex
D adhuc vigeret,holocausta & sacrificia deo offerebantur : prophetica autem oratio his omnibus eiectis suscepit rationale sacrificium . Qua de causa dixi hunc psalmum typicè quidem conuenire Dauidi,quoniam ille quoq; futura præuidit,& cupiebat vitam agere illis conuenienter:verè autem gentibus, quæ sunt salutem consecutæ,& ab errore liberatæ. *Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna. Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti . Iustitiam tuam non abscondi in medio corde meo.Veritatem tuam & salutare tuum dixi.Non abscondi misericordiam & veritatem tuã à concilio multo.*Beatus Dauid pollicetur se magnæ ecclesiæ in vniuerso orbe terrarum à diuina gratia collectæ,dei iustitiam prædicaturum,& prophetię veritatem,& maximè expetendã salutem,& immensam misericordiam.Ipsa quoq; futura natura pollicetur se pro salute redditurã hanc retributionẽ,nempe vt cõueniat in ecclesiam,& ad dicendos

dos hymnos labra moueat, & iustũ dei iudiciũ annũciet,& ineffabilẽ enarret prouidentiã,&propheticarũ promissionũ ostendat veritatẽ . Illud autẽ, A consilio multo:vt Symmachus,in multitudine. Aquila autẽ & Theodotion,In magna ecclesia,posuerunt,vt clarũ sit cum de eadẽ dixisse ecclesia. *Tu autem domine ne longè facias miserationes tuas à me.Misericordia & veritas tua semper*
Susceperunt ἀντελάβοντο, tuebantur. *susceperunt me.* Salutẽ etiã consecuta dei ecclesia, eadẽ rursus cura & prouidentia indiget, propter hominum ac dęmonũ & omnis generis insultus,quorũ in iis quę consequũtur meminit. *Quoniam cõprehenderunt me mala,quorũ non est numerus. Cõprehenderunt me iniquitates meæ, & nõ potui vt viderem.Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei,& cor meũ dereliquit me.*Nemo autẽ existimet ea quę
Dan.3. dicta sunt,non cõuenire iis quæ interpretamur . Tres enim pueri cum ad summã virtutẽ peruenissent , & se corona victoriæ redimissent, orantes dicebant in for-
Dan.9. nace, Peccauimus,inistè egimus , iniquitatẽ fecimus,
Thren.5. & recessimus à mandatis tuis,& non custodiuimus iu-
Esa.64. stificationes tuas . Ita admirabilis Daniel . Ita diuinus Hieremias.Ita diuinus Esaias. Ita sapiẽtissimus Paulꝰ.
1.Tim.1. Christus enim Iesus,inquit,venit in mundũ, vt peccatores saluos faceret,quorũ primus ego sum.Ita etiã hic quoq; dei ecclesia vehemẽtibus impiorũ fluctibꝰ agitata,nõ se iactat & magnificè circunspicit, vt quæ decertet,sed quæ fiũt,peccatis & delictis suis attribuit,&
Matt.13. rogat vt dei auxiliũ assequatᷓ : alioqui nec ex perfectis
2.Tim.2. quidẽ vniuersa constat dei ecclesia,sed habet eos etiã qui ocio & socordię se dedũt,mollémq; &dissolutam vitam amplectũtur & lubenter seruiunt voluptatibus: & quoniã est vnum corpus, tanquã ex vna persona & hęc & illa pronũciat. *Cõplaceat tibi domine vt eruas me:domine ad adiuuãdũ me respice. Cõfundãtur & reuereãtur simul, qui quærunt animã meã vt auferant eam.*Non volunt enim vulnerare,sed æternæ morti tradere. *Auertãtur retrorsum,& reuereãtur qui volũt mihi mala.*Cõuerte eos,inquit, in fugã,& fac ne ea cõsequãtur quæ cupiunt,mihi ẽm mala struunt. *Ferant confestim confusionem suã, qui dicunt mihi,euge,euge.* Et iis qui me irrident & ludificantur, sit fructus ignominia.*Exultent & lætentur super te omnes quærentes te,& dicant semper, Magnificetur dominus,qui diligunt salutare tuũ.* Eos autẽ qui te quęrunt,inquit,& laudant, & perpetuò diligũt,imple ꝑpetua lætitia:& fac vt qui tuæ dilectionis non admittunt mutationem,non accipiant mutationem tuę iucunditatis.Neq; enim iis qui amant solummodo,petiit lætitiã,sed iis qui semper & perpetuò in primis expetendum habent amorem.*Ego autem mendicus sum & pauper:dominus solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus es tu,ne tardaueris.* Quẽadmodũ peccatorũ superius meminit , ita etiã eã vocat mẽdicã,vt quæ auxilio opus habeat, & diuina ope egeat: petit autem vt eam quamprimum assequatur.Hęc autem beato Dauid vel maximè conueniunt . Existimo enim eum illã contemplatũ prædictionem & largam gratiæ suppeditationẽ, seipsum mendicum & pauperem appellasse,&vt ipse quoq; diuina frueretur prouidentia,precibus contendisse,obsecrans ne prædictam salutem in lõgum tempus differret, sed ea hominibus quamprimum præberetur.

IN EVNDEM PSAL. ALITER.

IN finẽ psalmus Dauid . Nec hũc quidẽ psalmũ ad Iudæos pertinere ostẽdunt ipsa verba Prophetiæ.Sacrificia enim,& holocausta, & oblationes,& alia abrogat legalia.Ideo autem fortasse psalmũ spiritus in finẽ Dauid inscripsit,vt eũ, qui Da-

A uid in finem visus est,Christũ omnino significaret,vel populũ,qui in finem ad ipsum Dauid, nempe Christũ accessit. Cum enim in seculorũ cõsummationem venisset,gẽtes seruauit.Attendenda est autẽ diuisio Prophetiæ,ꝙ hic quidẽ Christus aliqua ex propria persona,aliqua verò ex persona gẽtiũ,psalmo ita diuiso,loquitur. *Expectãs expectaui dominũ,& intẽdit mihi & exaudiuit preces meas.*Expectãs expectaui,dicit corpus ecclesiæ , vt ostenderet longitudinẽ expectationis qua deũ expectauit.Quémnã autẽ expectauit?Non legem, nõ Prophetã (nullus enim illorũ gentes seruauit) sed dominum Christũ scilicet incarnatũ, qui nos prius attẽdit,& tunc preces exaudiit,considerans ꝙ puro corde ad eũ accessimus, non sicut populus Iudæorũ solis eũ
labris honorans. Vnde etiã admirans Centurionẽ,di- *Matt. 15.*
cebat,Amen dico vobis, Non inueni tantã fidẽ in Is- *Marc.7.*
B raël.*Et eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fæcis.* Lacũ mi- *Matth 8.*
seriæ vocat cultũ idolorũ , nempe ꝙ miserè degãt qui *Lacus miseriæ ido-*
ex eo hauriunt.Nihil enim hauriunt quod sit ad vitam *lololatria.*
accõmodatum. Quod Hieremias Iudęis exprobrans, *Hier.2.*
dicebat,Foderũt sibi lacus cõtritos, qui non poterunt *Lutum fæ*
aquã continere.Lutum fęcis, voluptates , quoniã sunt *cis,volu-*
interitus & putrefactio corporis.Ex vtroq; autẽ Chri- *ptates.*
stus gẽtes seruauit per fidẽ in ipsum, & prædicationẽ. *Ephes.2.*
*Et statuit supra petrã pedes meos,& direxit gressus meos.*Prius quidẽ statuit pedes nostros super petram , hoc est supra fidẽ.Fides enim in Christũ,petra quæ frangi non *Fides in*
potest,iure dicitur.Et ideo cũ Petrus eam exposuisset, *Christum*
& dixisset, Tu es Christus filius dei viui: ipse subiũxit, *petra.*
Tu es Petrus,& super hanc petrã ędificabo ecclesiam *Matt.16.*
meã , & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Primùm ergo pedes nostros in ea confirmauit,&tunc
C gressus nostros , nostras scilicet actiones, direxit per
præcepta Euãgelica,docens nos quomodo possumus *Matth. 5.*
in vita ingredi, & in nõ adulterando nos rectè gerere, ꝙ nec omnino quidem concupiscamus, & in non occidendo,ꝙ nec omnino irascamur , & non peccare in iureiurando,quando omnino iurare cauerimus.*Et immisit in os meũ canticum nouum,carmen deo nostro.*Quódnã
hoc sit,tradit nobis Lucas scriptor euangeliorũ. Et re- *Luc.2.*
pente fuit cum Angelo multitudo cœlestis exercitus Deum laudãtium,& dicentiũ,Gloria in excelsis Deo, & in terra pax,hominibus bona voluntas. Hoc canticum verè est nouũ . Iudæi enim illud non canunt,sed hymnũ sola accepit ecclesia:vnde id etiã habet in ore quotidie. *Videbũt multi,& timebũt,& sperabũt in domino.* Fortasse quidem significauit Propheta id quoq; quod tunc accidit . Cum enim pastores multa lux tunc cir-
D cunfulsisset,timore affecti sunt,& cum peruenissent in antrum,viderunt infantẽ, & in ipso tãquam in domino sperare cœperunt.Quinetiam prædicantibus Apostolis,multi qui signa videbant,in Dei timorem , & in spem in ipsum adducti sunt , quemadmodũ Philippis
custos carceris,qui, concusso carcere oratione Pauli, *Act.16.*
stupefactus baptizatus est,& cum credidisset,Dei miles factus est.*Beatus ille vir,cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas.* Dicit mysteria idolorum,aliásq; fraudes & præstigias, quas illi
nominant sapientiã.Est enim verè insania , & falsa in- *Cœlũ me-*
sania,cœlum metiri,& quęcunq; Gręci visione appre- *tiri insa-*
hendunt . Apertè ergo dicit beatum Christianũ , qui *nia falsa.*
credidit ex gentibus , qui non respicit quidem ad vanitates & falsas insanias,habet autem spem dei nomẽ. Nobis enim sufficit pro omnibus , ꝙ digni habiti sumus qui à Christi nomine diceremur Christiani.*Multa fecisti*

Universidad de Deusto Biblioteca

ta fecisti tu domine deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Non solum cœlum & terrã, & alia dei dicit opera, vel potius nec illa tantùm dicit. Neq; enim dicit, fecisti iudicia tua: sed fecisti, inquit, [*Mirabilia Dei.*] mirabilia tua. Quænam sunt autem eius mirabilia? Quòd cum deus esset, homo fieri dignatus est. [*Ioan.1. Philip.2.*] Quòd cum esset opifex, luti & figmẽti formam suscepit. Testatur autem versiculus qui sequitur. *Annunciaui, & locutus sum. Multiplicati sunt super numerum.* Quæcunque enim ecclesia, quę à Prophetis didicit, enũciauerit, vel ipsa etiam locuta fuerit per Prophetas: numerum tamen longè superat quod restat, & dictum nõ inuenitur, [*1.Cor.13.*] quandoquidem ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Sed nec Christi decreta, nec eius miracula possumus recẽsere. Id autẽ testatur Ioãnes Theologus, dicens post multa quæ de deo narrauit miracula, [*Ioan.21.*] Sunt & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si sigillatim scribantur, ne ipsum quidẽ mundũ existimo contẽturum libros qui essent scribendi. *Sacrificium & oblationẽ noluisti: corpus autem perfecisti mihi.* Quænam sacrificia, & quásnam oblationes noluisti? Legales videlicet. Eas enim etsi ad tẽpus propter cordis Iudęorum duritiam cõstituit, vt inutiles tamen, & quæ vmbram haberent superuacaneã, cum venisset veritas noluit. Et ideo dixit [*Esa.1.*] per Esaię prophetiam, Holocausta arietum, & adipem agnorum, & sanguinem taurorum & hircorum nolo. Quæ est autẽ veritas quam pro vmbra volebat? [*70. Habent σῶμα corp⁹, Heb. aznaim, aures.*] Christi sacrificium. Et propterea dicit, Corpus autem perfecisti mihi: significans carnẽ domini, quã ex sanctissima & deipara Maria perfecit. Vel etiã, aures perfecisti mihi. Ita enim habẽt libri psalmorũ qui ex Hebræis scripti sunt. Obediẽtiam autem per aures significat, quoniam melior quidem est obedientia q̃ sacri- [*1.Reg.15. Philip.2.*] ficium. Christus autẽ eam pro nobis adeò pulchre exercuit, vt Paulus dicat, Humiliauit seipsum factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. *Holocaustum & sacrificium pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce venio.* Quando enim quæ ex lege fiebãt holocausta, & pro peccato sacrificia reprobauit, tunc dixit Christus, Ecce venio. Vel id dicẽs ex persona ecclesię, tũc enim populus gentium accurrit ad salutem. Vel ex propria persona, quoniã tunc Christus tanquam agnus venit vt pro nobis sacrificaretur. *In capite libri scriptũ est de me.* Hæc Christus si de seipso quidem dicit, intelliges caput libri Euangelium, & multo magis vniuscuiusq; libri Euangelici prooemium, quandoquidẽ solemus capita nominare initia. [*Caput initium.*] Quid ergo de ipso scriptũ est in principio libri Euangelici? In principio erat verbũ, & verbũ erat apud Deum, & Deus erat verbum. Quibus cùm alia adiunxisset Theologus, subiunxit, Et verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Vniuersam Christi authoritatem, & humanæ susceptę naturæ œconomiam, quantum audiri poterat, exponens. Quod si caput libri dicit de ecclesia, dicit fortè huius libri psal- [*Psal.1.*] morum prooemium, in quo beatum dicit eum qui nõ ambulat in cõsilio impiorum, nec stat in via peccatorum, nec sedet in cathedra pestilẽtiæ Iudæorũ, sed stat secus riuos aquarũ, nempe fontes baptismatis, apertè autem significauit populũ ecclesiæ. *Vt facerem volnntatem tuã deus meus volui.* Patris & filij vna est & eadẽ vo- [*Ioan.4.*] luntas, & ideo dicebat, Meus est cibus, vt faciã voluntatem eius qui me misit. quocirca iure hic dei volũtatem nempe patris, se voluisse dicit, ipsum propriã per hoc voluntatẽ appellans. [*Cordis, κοιλίας ventris.*] *Et legem tuam in medio cordis mei.* Ventrẽ appellat ea ratione qua vocat Ecclesiam.

A Vnde etiam Hieremias, propter peccata Iudaica, [*Hier.4.*] Vẽtrem meum, dicebat, ventrẽ meum doleo. Iudæorum synagogam significãs. Sed Christi venter est probus, & bona mẽte pręditus, & habet valida sensoria. Vnde etiam patris legẽ seruare potest in medio sui, hoc est, comprehensim & integrè continens omnia præcepta quæ in ipsa scripta sunt. *Annunciaui iustitiã tuã in ecclesia magna.* Non eam quã diruit, sed hanc magnam appel- [*Ecclesia magna cur maior dicatur.*] lat, non solũ vt quæ sit maior multitudine, (extensa est enim per omnẽ orbem terræ) sed etiam vt quæ maiora suscipiat mysteria. Non solũ enim legẽ & Prophetas quos illa, sed etiam Euãgeliorum accepit latitudinem. In hac Christus iustitia primùm quidem seipsum [*1.Cor.1. Matth.5.*] annunciauit, deinde præcepta quæ dedit, quæ etiã iure dicuntur iustitia: summa enim iustitia fuit in ipsis prædicata. *Ecce labia mea non prohibebo.* Non prohibet enim suã à nobis doctrinã, licet nos ea simus indigni. B Vnde non solũ cum discipulis, sed etiam cum Iudæis, quinetiam cum muliere Samaritana, & cũ multis aliis [*Ioan.4.*] peccatoribus disserebat. *Domine tu scisti iustitiam tuam.* [*Scisti, ἔγνως, cognouisti.*] Verè Christus est patris iustitia, qui verè & propriè ab eo cognoscitur. Quemadmodum enim nemo cognoscit patrem nisi filius, ita etiam nemo filium nisi pater. [*Matt.11.*] *Non abscondi in corde meo veritatẽ tuã, & salutare tuũ dixi.* Veritas patris non solùm dicitur filius, sed etiam sanctus spiritus. Testatur autẽ id ipse dominus dicẽs, Ego [*Ioan.14.*] rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt sit vobiscum in seculum, spiritus veritatis. Idem est etiam salutaris. In ipso enim nostra salus meritò nominatur. Hoc nõ celauit Christus, sed dixit & declarauit Apostolis per eius pręsentiã seruari ecclesiam, quando dixit eis. [*Ioan.16.*] Quoniã hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit corda vestra, sed ego veritatem dico vobis. C Vide quomodo nõ celat veritatẽ, sed etiã eloquitur. Quænam autẽ ea sit, subiunxit in iis quæ cõsequuntur, [*Ibidem.*] Expedit vobis vt ego abeam. Nisi enim ego abiero, paracletus non veniet ad vos, non diuidens gloriam trinitatis, sed ostendens q nullo modo seruari possumus, [*Trinitatis si cõfessio & adoratio ad salutẽ necessaria.*] si patrem solum vel filiũ adoremus, sed per solam adorationem & confessionem trinitatis. *Non abscondi misericordiã & veritatẽ tuam à consilio multo.* Eandem Ecclesiam magnam dictam esse putamus. Vel etiam multũ consilium Iudæos accipe: quoniã non nobis solis, sed & illis prioribus dei misericordiã & veritatem significauit. Misericordiam quidẽ cum dixit, Beati miseri- [*Matth.5.*] cordes, quoniã ipsi misericordiã consequentur. Veritatem autẽ sæpe quidẽ, præcipuè autẽ quando eis dixit, Non potestis deo seruire & mãmonæ. [*Matth.6.*] *Tu autẽ Domine ne longe facias miserationes tuas à me.* D Ecce apertè conuertit orationẽ ad id quod est cõmune humanitatis, à qua dei patris miserationes nõ longè abesse precatur, vt nos doceat sic precari. Neq; enim potest aliter saluum esse nostrũ genus, q̃ per solam eius qui id cõseruat humanitatẽ & clementiam. *Misericordia & veritas tua semper susceperunt me.* Si enim nos peccatores, dũ videmus dei clementiã, non desperamus, sed ad pœnitentiam confugimus, vt qui ex ipsa inueniamus à deo misericordiã: ad Iudicis autem veritatem respiciẽtes, cum per Ezechielis Prophetiam ita esset vnũquenq; allocutus, In viis vestris iudicabo vos, domus Israel, di- [*Ezech.7.*] cit dominus, ad nõ peccandũ cõfirmamus nos ipsos: ita defensio nostra est dei misericordia & veritas. *Quoniam circundederũt me mala, quorũ nõ est numerus.* Quænã ea sunt? *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & nõ potui vt viderem.* Melius est à feris q̃ à peccatis circundatum compre-

[*Collatio à minori.*] comprehendi. Illas enim vel terrere possumus, quãdo autem à peccatis fuerimus circundati, tanquam ab eis semel victi opprimimur, à quibus est miserrimum eũ quem persequuntur, cõprehendi. Vt viderem. Vt bo- [*Peccatum caligo. Psal.103.*] num possem à malo discernere. Peccatũ enim tanquã caligo & nubes tenebrarum incumbit mentis oculis. *Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei, & cor meũ dereliquit me.* Virtus est panis animę & cordis. Hũc ergo panẽ nisi comedat, animo linquitur & eneruatur. Quòd si etiã multitudo peccatorũ accesserit, quę ita creuisse exposuit, vt capitis pilos lõgè excederẽt: tũc est quoddam duplex animi deliquium, & virium imbecillitas. [*Venter corporis & animæ.*] Quemadmodum enim vẽter corporis fit à malis nutrimentis imbecillior: ita etiam venter animæ (is autẽ est cor) animo deficit, quando eorũ maiorẽ admiserit multitudinẽ, corruptionẽ veluti quandã fluxionẽ sustinens. Quod autẽ de pilis dictum est, ne omnino hyperbolicè dictũ esse intelligamus, quoniã vel ignorãtes multa peccata committimus. B Quinetiã vna quoq; [*Gene.4.*] actio in multa peccata diuiditur, quẽadmodũ cædes Abel pro septem peccatis Cain est reputata, Lamech autẽ pro septuagies septẽ. Nostra ergo peccata à Iudice exactè examinata, possunt capillos capitis superare. *Complaceat tibi domine vt eruas me. Domine ad adiuuandũ me respice.* Cõplaceat tibi domine, hoc est, ea quæ bona & clementia plena sunt, tibi videantur, quãdoquidẽ sola [*Clementia dei cõplacentia.*] Dei clementia, quæ à scriptura diuinitus inspirata cõplacentia dicitur, genus nostrũ seruatur: & ideo non [*Exod.33.*] petiit solũmodo vt respiciat aut attẽdat, sed ad ferendum auxiliũ respiciat. Si enim aliter intuens peccatorem respexerit, à iusti iudicis inspectione statim punitus interit. *Confundantur & reuereantur simul qui quærũt animã meã, vt auferant eam.* Confundãtur, vt victi, & reuereantur, dũ videntq̃ sit venerãda nostra anima, & in C quanto honore apud Deũ habeatur. Ita autẽ afficiuntur qui nostrã quærunt auferre animã, quando nos ad deum confugisse viderint, à quo prodi non possumus. *Auertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt mihi mala.* Auertãtur retrorsum, hoc est, terga dantes fugiant, vt non amplius persequantur, sed fugentur. Quinã autẽ sunt qui nobis mala volũt? Non alij nobis malè volunt nisi Dæmones: qui cũ nos ab initio variè deceperint, eos vult pudore affici. Quomodo autẽ pudore afficiũtur? Quando nos, qui ab ipsis decepti sumus, in priorẽ suam gloriam per bonam vitæ institutionẽ ascendisse viderint. *Ferant confestim confusionem suam, qui dicũt mihi, Euge, euge.* Hoc est, qui me irrident, & mihi insultant. Confestim autem, ne adiiciantur alij, vidẽtes eos prius [*Matth.3. Act.11.*] nobis insultasse, & pudore affectos esse. Quis est autẽ D eorum pudor, præterquã nostra salus, quæ per pœnitentiam à nobis acquiritur? Forte autẽ eos qui dicunt, Euge, euge, intelligere oportet eos qui ad res turpes agendas incitant & adhortantur: qui statim pudore afficiuntur, quando eorum improbum consilium declinauerimus. *Exultent & lætentur super te omnes quærentes te.* [*Iusti gaudium duplex. Phil.4.*] Qui in Deo lætatur, lætatur dupliciter, vt qui futura lucretur, & rerum præsentium nullum detrimentum sentiat. Vnde etiam Paulus gaudiũ in Christo duplicauit, cum dixit, Gaudete semper in domino, rursus dico gaudete. Et ideo Psalmographus non solũ exultationem, sed etiam lætitiam prædicauit in iis qui quærebant dominum. Exultationem quidem, q peccatorum onus deposuerunt. Lætitiam autem, q etiam iustitiam acceperunt, si modò alia omnia despicientes, verè & syncerè deũ quærant. *Et dicant semper, magnifi-*

A *cetur dominus qui diligunt salutare tuum.* Vt deũ perpetuò magnificemus orationibus & gratiarum actionibus, nobis quoq; iussit Paulus, Semper, dicens, gaudete, si- [*1.Thes.5.*] ne vlla intermissione orate, in omnibus gratias agite. Quæ autem ex eo ad nos redit vtilitas? Dei memoria, voluptatum & dæmonum memoriam eiicimus. Quare hoc meritò faciunt, qui Christum amant dei saluta- [*Luc.2.*] re. In ipso enim pater nostram fecit salutem. *Ego autem mendicus sum & pauper: dominus solicitus est mei.* Mendicus [*Mendicitas hominis.*] & pauper est homo. Cum enim esset diues & nobilis (Dei enim lege erat locupletatus, & per regiã imaginem ei erat cognatione coniunctus) vsq; adeò tamen mẽdicauit, vt cũ mendicitas peruasisset multas generationes: pauper deinceps, vt qui in paupertate educatus esset, nominaretur. Quantã autem eius curam gerat Deus, dicit Ioannes, Sic deus dilexit mundũ, vt fi- [*Ioan.3.*] lium suum miserit vnigenitum, vt seruaret mundum. B *Adiutor meus & protector meus es tu: domine deus meus ne tardaueris.* Non solũ deus fert auxilium vt benignus & clemẽs, verumetiã protegit & defendit vt valens viribus, imbecillis suam potentiam largiens. Per crucem autem & mortẽ nos maximè protegit. Vnde vult patrem non differre, sed hoc tempus auxilij celeriter adducere, dicens cõuenientia iis quæ ab ipso dicta sunt in Euangeliis: Calicẽ habeo bibere, & quomodo co- [*Luc.12.*] arctor donec bibam ipsum?

EIVSDEN IN XL. PSALMVM interpretatio. In finem Psalmus Dauid.

NOnnulli quidẽ hunc psalmum attribuerunt Dauidi, alij verò Ezechiæ. Nõ permittit autem diuinũ Euangelium, vt alterum eorum admittamus. Cum enim Christus dominus cũ sacrosanctis discipulis quædam disseruisset, hæc quoq; subiunxit: C Si hæc scitis, beati eritis si hæc faciatis. Non di- [*Ioan.13.*] co de vobis omnibus, noui quos elegi, sed vt scriptura impleatur: Qui panem mecum comedit, sustulit in me calcaneum suum. Nunc dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis q ego sum. Cum ergo dicat dominus, vt impleatur scriptura, & ostendat præsentem psalmum sibi & non alij conuenire, nimiũ esse audax & temerariũ existimo, ei aliud, & nõ id quod par est, argumentum effingere. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Inueni in nõnullis exẽplaribus τὸν πένητα, id est pauperem, cum articulo, sed non in Hebræo, nec in Syro, nec in vllis aliis interpretibus. Egenum autẽ vocat vniuersorũ dominũ, quoniã cùm esset diues, vt dicit diuinus Apostolus, propter nos pau- [*1.Cor.8.*] per factus est, vt nos illius paupertate diuites essemus: D & qui cum in forma dei esset, non rapinã arbitratus est [*Philip.2.*] esse se æqualem deo, sed seipsum exinaniuit, serui formam accipiens: & qui est dominus tam eorũ quæ videntur, q̃ quæ sub visum non cadunt, non habuit vbi [*Matth.8.*] caput reclinaret: & natus ex virgine, propterea q lecto [*Luc.9.*] careret, in præsepi positus est. [*Luc.2.*] Beatum ergo dicit sermo propheticus eum qui hanc paupertatẽ potest intelligere, & in memoriam reuocare eum qui illam suscepit. Deinde ostendit fructus beatitudinis. *In die mala liberabit eum dominus.* Malum autem diem, afflictionis diem dixit Symmachus. Innuit autem, vt arbitror, diẽ [*Heb.10.*] iudicij, qui est terribilis, & iniquos affligit & malo afficit: & pollicetur puram illius paupertatis cognitionẽ à diei terribilis malis liberaturam. *Dominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorum eius.* Non solùm autem futuris bonis fruetur, sed etiam in præsenti vita

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinam consequetur prouidentiam, insignis & suspiciendus euadens, & hostium effugiēs insidias. Et quoniam est consentaneum, vt qui corruptioni & interitui habet corpus obnoxium, in morbum incidat, pollicetur fore vt etiam ab eo liberetur. *Dominus opem ferret illi super lectum doloris eius. Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Ipsum, inquit, liberabit ab omni eius infirmitate, & morbum conuertet in sanitatem. Illud enim versasti in infirmitate eius lectū eius, posuit, pro eo quod est, Mutasti. Deinde cum eius qui admirabilē illam paupertatē intelligit, narrasset remunerationes, ostendit nobis quis eam habuerit, & quomodo ad eā deuenerit, introducens eum docentē, & de seipso narrantem. *Ego dixi, domine miserere mei. Sana animam meam, quoniam peccaui tibi.* Ego, inquit, sum is pauper, qui spōtaneam suscepi paupertatem, agnus dei, qui tollo peccata mundi, qui peccatum quidē non feci, sed pro humana natura, tanquā naturæ primitiæ, preces offero. Notādum est autem q̄ Symmachus nō dixit, Peccaui tibi, sed, Etsi peccaui tibi. *Inimici mei dixerūt mala mihi. Quando morietur, & peribit nomen eius?* Inimicos vocat Iudæos, qui ei inuidebāt, & mortem moliebantur. Hoc docet etiam historia sacrorum Euangeliorū. Consiliū enim, inquit, ceperunt, quomodo ipsum perderent. Hinc deinceps in Iudam transfert prædictionem. *Etsi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius, congregauit iniquitatē sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.* Ita etiā nos docent diuini Euangelistæ, quando Iudæis quidē dixit, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Quærebat autē tēpus vt traderet ipsum. Hæc ipsa dicit quoque prædictio, Et ingrediebatur vt videret. Ingrediens & egrediēs illi mortem machinabatur. Deinde eorū sceleratā prædicit conspirationē: *In idipsum aduersus me susurrabant omnes inimici mei, cogitabāt mala mihi.* His autem fert testimonium ipsarum rerum euentus. Clanculum enim inter se colloquentes, quærebāt modum insidiarum: deinde affectatæ tyrannidis crimen in eū intenderunt, cum dixerunt Pilato eum seipsum quidē regem pronunciare, prohibere autē dare tributum Cęsari. Hoc ipsum autē prædixit prophetia, *Verbū iniquum cōstituerunt aduersum me.* Pro eo quod est, Me accusarūt iniquitatis. *Nunquid qui dormit nō adiiciet vt resurgat?* Etsi, inquit, mortē patior, rursus tamen resurgo, eōsque dissipo ac destruo qui hoc machinati sunt. Hoc quoq; est simile dicto Euangelico, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo ipsum. Et rursus, Ecce ascēdimus in Hierusalem, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, & occidēt ipsum: & tertia die resurget. Et ideo mortē somnū iure vocauit. *Etenim homo pacis meæ in quo sperani, qui comedebat panes meos, magnificauit super me supplantationē.* Aquila & Theodotion hoc dixerunt apertius: Et etiam vir pacis meæ, in quo cōfisus sum. Symmachus autem sic: Sed homo & qui mecū in pace agebat, & in quo habueram fiduciam. Non solū enim inimici mortem mihi machinati sunt, sed homo etiam qui mecū versabatur, & beneuolentiā ac pacem præ se ferebat: qui in eadem mēsa eodem mecū cibo vescebatur, dolū quem in me cōcoperat, aperuit. Dolū enim nominauit calcaneū, ex metaphora eorū qui de cursu contendunt, cum alter calcaneo dolū molitur, vt is qui simul currit, offendatur & cadat. Hoc ipsum dixit etiā Esau à Iacob deceptus. Iustè vocatū est nomē eius Iacob: Supplantauit enim me ex altera vice. Primogenita mea antè tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. *Tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuā eis. In hoc cognoui quoniā voluisti me, quoniā non gaudebit inimicus meus super me.* Et hæc omnia dicta sunt tāquā ex suscepta natura, in quā cadebat affectio. Ita etiā in sacris euāgeliis audimus dominū Christū precantem: Pater serua me ab hora hac. Et rursus: Pater, si possibile est, transeat à me calix iste. *Me autē propter innocentiā suscepisti, & cōfirmasti me in cōspectu tuo in æternū.* Hæc quoq; conueniunt formæ serui quā suscepit filius vnigenitus. Nō enim angelos apprehendit, vt dicit diuinus Apostolus, sed semen Abrahę apprehēdit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt esset misericors, fidelis pontifex in iis quæ ad deū pertinent. Quoniā ergo supra naturam permansit forma serui ab omni vitio libera, iure dicit, Me autē propter innocentiā suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternū. Firmā enim & stabilē accepi vnionem, & est coniunctio indiuidua, & gloria æterna. *Benedictus dominus deus Israel à sęculo & in sęculū, fiat, fiat.* Hæc cū diuinus propheta prædixisset, & ineffabilem elementiā & benignitatē domini esset admiratus, & intelligeret eū qui volūtariā suscepit paupertatem: hymnū ei offert per linguā, vt ipse quoq; finem beatū accipiat. Post passiones autem iure hymnū obtulit, docens non esse solum hominem qui prędicebatur, sed etiam deum ante secula, cuius essentia est ab interitu aliena, nullúmque finem suscipit.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER
in finem psalmus Dauid.

ETiamsi propheta sępe psalmos in finē inscripsit, est tamen existimandū eum non frustra vnicuiq; eorū psalmorum hunc titulum imponere. Quænā autem nunc causa est? Quoniam in iis quæ ad finem spectāt, loquitur de susceptæ à Christo carnis œconomia, quem non solum hic propheta, sed etiam alij Dauid vocarunt. Osee autem sic quoq; post hæc dixit, Conuertentur filij Israël, & quærent dominum deū suum, & Dauid regē suum: licet Dauid multis ante hunc prophetā seculis esset mortuus. Tempore enim Ezechiæ exposuit prophetiā. Sed dicit nouū Dauid, ad quē cōuersi sunt qui fuere seruati. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus.* Moralem prophetiæ doctrinam attulit, cum qui psalmū canit, volens vtroq; iuuare. Et quem dicit beatum? Eum qui intelligit super egenum & paupere, hoc est, qui intelligit q̄ Christus cùm diues esset, ideo pauper factus est, vt nos quoq; pauperum, tanquā nostri opificis ac iudicis fratrū, misereremur. Et quódnā redit lucrum ex amore in pauperes? In die mala. Intelligit autē diē iudicij, qui affert peccatoribus dolores & molestias. Liberabit, inquit, eos qui pauperes amār, Dominus. Eis enim benignitatē debet & clementiam, vt qui ipse eleemosynā mutuò ab eis acceperit, & dixit quidē per Solomonē: Qui miseretur pauperis, deo fœneratur. propria autem lingua: Quodcunq; feciſtis vni horū minimorū, mihi feciſtis. *Dominus conseruet eum & viuificet eū, & beatū faciat eum in terra, & non tradat eum in manus inimicorū eius.* Et qui diligit pauperes, nō solū dat futura, seruans eum à gehenna, & in summa voluptate ei vitam largiens, sed eum etiā hic beat. Facit enim vt ipse beatus dicatur ab omnibus qui accipiūt eleemosynā, & præterea ab omnibus qui norūt quæ & quāta bona in futuro excipiūt misericordē. Vnde nec ipsum tradit in manus inimicorū dæmonū. Quēadmodum enim oleum efficit vt athletæ elabātur è manibus aduersariorū: ita etiā eleemosyna facit vt qui ea vtuntur

declinent & fugiāt dæmones. *Dominus opē ferat illi super lectū doloris eius: Vniuersum stratū eius versasti in infirmitate eius.* Lectū doloris diē mortis intelligamus. Ille eū grauis est & molestus peccatoribus, propter metū iudicij: sed in eo fert opem ei qui est amator pauperum. Iubet enim eum esse bono animo, vt qui sit clementiā ac misericordiā consecuturus. Versabit autē eius stratū in infirmitate eius, vt qui ei omnino adsit. Infirmitatem autē intelligamus tentationes. In eis enim morbi omnes inuadunt animos, sed tunc misericordis versatur vniuersum cubile: mutatur videlicet. Qui enim humi dormit propter tētationes, inuenitur in cœlis propter remunerationē eleemosynæ. Vel fortasse nūc Dauid prophetice beatū dicit paralyticū. Ille enim intellexit super egenū & paupere. Intellexit Christi potentiam, qui propter nos pauper factus est: & ideo versatuit eius cubile in infirmitate eius, & in lecto doloris ei opem tulit, cùm dixit, Surge, tolle grabbatū tuum, & ambula in domum tuam. Hęc cum dixisset propheta, conuertit orationē ad Christi passionem, *Ego dixi, domine miserere mei: sana animā meā, quia peccaui tibi.* Christi simul magnitudinē & humilitatē declarat propheta, illam quidem secundū naturā, hanc verò quia voluit. Ego enim, inquit, dixi, Quis? Qui dixit per Moysem, Ego sum qui sum. In euāgeliis autē, Ego in patre, & pater in me. Ego igitur, qui patri sum & sede & honore ęqualis, vel potius qui sum vnū cū ipso, dixi, Miserere mei. Non ipse misericordia indigēs, sed mihi hominū affectiones tribuens. Et ideo subiunxit, Sana animam meam, quia peccaui tibi. Animā suam, cōmunem animam hominū, similiter etiā peccatum nostrū vocans, quod rogat vt per suā sanetur passionem. Atqui quid ad hoc opus habebat oratione, cùm deus esset, & ipse passionē susciperet vnigenitus? Sed hoc fecit, vt ostenderet q̄ carnem, sicut nos imbecillam (non enim aliā) suscepit, & quod Patris bona voluntate eius peragitur mysterium. *Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur & peribit nomen eius?* Inimicos vocat Iudæos, vt qui Christo essent infesti, & ideo dicebāt. Quando morietur, & peribit nomē eius? Hoc autē dixit Caiphas, Expedit nobis vt vnus homo moriatur, & non tota gens pereat. Non solum autem volebant ipsum mori, sed etiam eius nomē perire, nobis inuidentes quod ab eo denominaremur. *Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur.* Hoc apertè dictū est de Iuda proditore, quando in torrentē Cedron ad Iesum cum laternis & facibus explorans ingressus est. Tunc enim frustra Iudæis loquebatur, dans signum suæ proditionis, Quem osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Si enim noluisset, nō fuisset proditus. Sed nec potuissent tenere, qui eū comprehenderant. *Cor eius congregabat iniquitatē sibi.* Et cogitabat. Id autē ostendit, quando Christus adesse permisit tempus propter nostram salutem. Neq; enim id aliter potuisset facere. Id autem ostendit Ioannes talia de Iuda referens, Dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Præsentis itaq; psalmi prophetia, ea per ordinē inducit, quę cū historia Euāgelica optimè cōueniūt. *Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.* Vnde egrediebaī? A cœna dominica. Hoc enim adiecit hic ipse Theologus iis quæ de Iuda dicūtur. Cū ergo accepisset ille buccellā, exiuit eōtinuo. erat autem nox. Quid autem egressus loquebatur, nos docuit Matthęus Euāgelista. Profectus autē vnus ex duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, & veniēs ad sacerdotes, dixit ipsis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eū tradā? Illi autē cōstituerūt ei triginta argēteos. Quāobrē pulchrè conueniūt ea quæ cōsequuntur, *Aduersus me susurrabāt omnes inimici mei.* Dicens pōtifices, qui vnà cū Iuda cōspirabant, qui quidē de Iesu susurrabant, cū Iuda paciscentes. Neq; enim palā id facere audebāt, timētes multitudinē. *Aduersum me cogitabant mala mihi. Verbū iniquum cōstituerūt aduersum me.* Marc⁹ hoc rursus exponit. Quę- *Mar. 14.*
rebant sacerdotes & scribæ quomodo ipsum dolo tenētes, occiderēt. Dicebāt em̄, Nō in die festo, ne fortè tumultus fiat populi. Hoc consiliū nō solùm vocat malū, sed etiā iniquū, quando quidē volebant multitudinem festū differre: oportebat autē in festo paschæ agnum verū tunc vendi & sacrificari, quando typica ouis sacrificabatur. *Nūquid qui dormit, nō adiiciet vt resurgat?* Frustra, inquit, hæc cōsultabant & machinabātur Iudæi. Mors enim nō erat lęsura immortalē, qui ex ipsa tanquā ex somno lætitiāq; & iucunditate surgebat. Fortè autē Iudā quoq; proditorē increpans & reprehendēs, dicebat, q̄ profundo peccati somno segniter dormiēs, nō surrexit. Significāt autē ita esse ea quę cōsequūtur. *Etenim homo pacis meæ, in quo sperani: qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē.* Pacē vocat prædicationē Euangelicā, per quam qui deo tūc eramus inimici, pacē cū deo habuimus. Homo ergo pacis meę, Iudas (quādoquidē fuerat discipulus prędicationis) in quo tātū sperauit Christus, id est, acquieuit, vt ipse comederet panes dominicos, in catino cū ipso solū intingens: (hoc autē faciebat Christus neq; ignorans, neq; proditorē aliis præferens, sed nihil ei volens relinquere quo suā posset defendere aut excusare ꝓditionē) adeò in Iesum magnificauit supplantationē, vt cū eum sæpe non inuitū supplātasset, hoc est, in eū se improbè gessisset, vt ex loculis surriperet pecunias, *Ioan. 12.* postea quoq; ipsum dominū per proditionē supplātare aggressus sit. *Tu autē domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Atq; potestatem habeo ponēdi animā meā, & potestatem habeo accipiendi ipsam, dicebat Christ⁹, vt qui ipse seipsum susciturū ostēderet. Sed seipsum deiicit & humiliat propter carnē, & cùm serui formā accepisset, vt seruus precatur etiā. Quid autē precatur? Vt misericordiam consequatur, & resurgat. Sed eius quidē verba sunt: res verò nostræ. Nos enim per resurrectionē vnigeniti consecuti misericordiam, resurreximus. Quid autē retribuit? Non mala quidem certè, sed bona. Quēadmodū enim ipsi, cū mali essent, mala benefactori pro bonis reddiderūt: ita ipse cū sit bonus, reddit bona pro malis. Id autē testantur quę cōsequuntur. *In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniā non gaudebit inimicus meus super me.* Atqui is scit omnia, vt qui ea præcognoscat: sed cognitionē suā ipsius, nostrā vocat. Tunc enim verè esse patris voluntatē in filio cognouimus, q̄ non solū orauerit pro iis qui peccauerāt: sed etiam cum resurrexisset, tria ex ipsis milia, & rursus *Luc. 24.* quinq; per Petrum, postea autem multa per Iacobū, *Act. 2.* & reliquum chorum Apostolorū seruauerit. Et super *& 4.* Christum non gauisus est inimicus, nempe diabolus. Existimabat enim q̄ etiamsi Christus mundum per crucem seruasset, at eos quidem certè qui ipsum crucifixerant, perderet: illæ autem non perdidit, sed etiam eorum aliquos ecclesiæ primitias acquisiit. *Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo semper.* Neq; enim sicut alij sacerdotes, postquam ipse tempore aliquo sacrificasset, cessauit, sed propter innocentiam mansit pro nobis sacerdos in æternum. *Christus sacerdos in æternū.* Hoc autem fusius declarat Paulus in epistola ad He-

Hebr.7. bræos:Talis enim decebat vt esset nobis põtifex,sanctus,innocens,impollutus,segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus, qui non habet necessitatem quotidie,quẽadmodum sacerdotes,prius pro suis delictis hostias offerre,deinde populi. Hoc enim fecit semel se offerẽdo. Lex enim homines cõstituit sacerdotes infirmitatem habẽtes:sermo autem iurisiurãdi,qui post legẽ est,Iesum in æternũ perfectum. Noster ergo constitutus est põtifex, quoniã esset ab omni peccato alienus. *Benedictus dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum.* Hic,qui hæc pro nobis humilia locutus est,& easdẽ suscepit affectiones, vt in eis noster esset seruator.

Esa.45. Esaias autẽ de eo testatur dicẽs, In te Deus est,&tu Deus es,& non est præter te. Tu es enim Deus noster, & non nouimus. Deus Israëlis seruator. Et rursus: Ego

Ibidem. sum,& nõ est alius Deus pręter me:iustus,& nõ est seruator præter me. Hic est benedict⁹ ab omni creatura, benedictus à seculo & in seculum: *Fiat, Fiat.* A pręsenti,inquit,in futurũ. Ergo à præsenti quidem,quę à nobis procedit,venit dei benedictio:in futuro autẽ perfi-

1.Cor.13. citur. Ex parte enim cognoscimus,& ex parte prophetamus:vnde etiam ex parte benedicimus. Quãdo autem vniuersum,inquit Paulus,fuerit perfectum, quod ex parte est euacuabitur. Per profectũ enim in melius cessat id quod est ex parte. Propterea subiunxit Psalmographus,Fiat,fiat.& preces duplicat. Beata ẽm res est dei benedictionẽ laudẽve inchoare à fide in deũ, & à recta aliorum bonorũ actione, & ita etiam coronare in futuro seculo. Impiis enim &infidelibus deum

διαίρεσις Psalterij. illic laudare non permittitur. Sciendum est autem,ꝙ hanc psalmorum prophetiam nonnulli in quinque libros diuidentes,vsq; ad hunc psalmum, primum existimant, quoniã habet in fine coronam: veluti quandam dei laudem ac benedictionẽ. Vnde etiam ita diuidunt quatuor qui deinceps sequuntur.

EIVSDEM IN XLI. PSAL. QVEMADmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. *Et quánam de causa psalmus in vitã introductus canitur cum cantico. Et de Dei lenitate ac patientia.*

VOs quidem nos nuper admirabamini, quando verba fecimus de Melchisedech, propter eorum quæ dicta sunt prolixitatem:ego autẽ vos admirabar propter vestrã in audiendo attentionẽ & sapientiã, & quod cum prolixior se obtulisset oratio,nos ad finem vsq; consecuti estis. Quanquam non ea quidẽ solùm erat prolixa oratio, sed magnam etiã in se habebat difficultatem. Sed neque prolixitas, nec rei difficultas retardauit vestrã animi prõptitudinem. Age ergo vos pro illo labore remuneremur, apertius

Varietas attentionẽ parit. & dilucidius hodie vobiscũ colloquentes. Neq; enim est semper intendẽdus auditorũ animus, facilè enim disrũpitur:nec rursus semper remittendus ac relaxandus,hinc enim rursus redditur ociosior,&ideo vtendũ est vario docendi genere:& nunc quidẽ populariori, & ad delectandã concionẽ accõmodatiori oratione vtendũ est,nunc autem acriori, & ad contendendum

Homœosis elegans. aptiori. Quẽadmodũ ergo tunc dicebam,ꝙ dum lupi gregem inuadunt,relicta fistula,funda in manũ est sumenda:ita nunc dum festa Iudæorũ præterierunt,qui sunt quibusuis lupis immaniores, relicta rursus funda, redeamus ad fistulam: & à cõtentiosiore dicẽdi genere cessantes,aliqua alia apertiora aggrediamur, ipsius Dauid citharam in manũ sumentes, & obediẽtiam in medium adducentes,quam omnes hodie cecinimus. Quænam est ergo obedientia? *Quemadmodum desiderat*

A *ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus.* Imò verò primũ est necessarium dicere,quánam de causa psalmus in nostrã vitam est introductus, & cum cantico maximè hæc dicitur prophetia. Quánã ergo de causa dicitur cum cãtico? Audi. Cùm deus vidisset multos homines esse socordiores,nec ad legẽda spiritualia lubenter accedere,nec qui in eo capitur laborẽ tolerare,volens gratiorẽ laborem efficere, eiúsq; sensum pręscindere,admiscuit prophetiã melodię,vt omnes versus cantici numero delectati, cũ magna animi alacritate ac prõptitudine sacros ei hymnos emittant. *Idẽ Basilius in proœmio psalmorum.* Nihil enim animã æquè erigit,& alatã quodammodo efficit,& à terra liberat, & exoluit à vinculis corporis, & amore sapientiæ afficit,& vt res omnes ad hanc vitã pertinentes irrideat perficit, vt versus modulatus, diuinum canticum numero compositum. Nostra certè natura vsq; adeò delectatur canticis & carminibus, & *Musica vis.*

B tantam cum eis habet necessitudinem & conuenientiam,vt vel infantes ab vberibus pendẽtes, si fleãt & afflictentur,ea ratione sopiantur. *Similibus cõfirmat.* Nutrices quidem certè quę eos gestãt in vlnis, sæpe abeuntes & redeuntes, & quædã puerilia eis carmina decantantes, supercilia eorũ ita sopiunt. Quocirca sæpe quoq; viatores meridie agentes iugalia animalia,hoc faciunt canentes itineris molestiã illis canticis consolantes. Nec solũ viatores,sed etiã agricolæ vuas in torculari calcãtes, vindemiantes,& vites colentes,& quodcunq; aliud opus facientes,sæpe cantant. *ληνοβατοῦντες.* Nautæ quoq; remos impellẽtes hoc faciunt. Iam verò mulieres quoq; texentes, & cõfusa stamina radio discernẽtes, sæpe quidem & per se singulę,sæpe autem etiam omnes cõcorditer vnam quandam melodiam cõcinunt. Hoc autem faciunt &

C mulieres,& viatores,& agricolę,& nautę,qui ex opere faciendo suscipitur laborẽ cantu consolari volentes, vtpote ꝙ anima,si carmen & canticũ audierit,molesta & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est nostræ animæ valde cognatũ & familiare ne dæmones lasciua & meretricia cantica introducentes,omnia euerterent: psalmos deus construxit,vt ex ea re simul caperetur voluptas & vtilitas. Ex externis enim cãticis damnũ,& exitiũ,& multa grauia inuehũtur:(nam cùm quæ sunt in his cãticis lasciuiora & iniquiora,partib⁹ animæ insederint,eã imbecilliorem reddũt & molliorẽ) *Psalmi cur inuẽti.* ex psalmis autẽ spiritalibus lucri quidẽ plurimũ, maxima autẽ vtilitas insignísq; sanctificatio,&omnis philosophię occasio processerit,cũ & verba animã expient, & sanctus spiritus in canẽtis animã celeriter aduolet. Quod ẽm qui ca-

D nunt cũ intelligentia, vocent spiritus gratiã,audi quid dicat Paulus: Nolite inebriari vino,in quo est luxuria: *Ephes.5.* sed impleamini spiritu. Subiũgit autẽ etiam quænã sit implẽdi ratio, Canẽtes & psallẽtes in cordibus vestris domino. *Psallendũ cũ intelligentia.* Quid est,in cordibus vestris? Cũ intelligẽtia, inquit. Vt nõ os quidẽ,inquit,verba loquatur,mẽs autẽ extra versetur vndiquaq; diuagans:sed vt lingua ab anima audiatur. *A cõtrariis.* Et quẽadmodũ vbi quidẽ est cœnũ, eò porci concurrunt:vbi autẽ sunt aromata & suffitus, apes illic habitant:ita vbi sunt quidem meretricia cantica, illic congregantur dæmones: vbi autem cantica spiritalia,illuc aduolat spiritus gratia, & os sanctificat animã. Hęc dico,non vt vos tantùm laudetis,sed vt & filios & vxores doceatis talia cãtare cantica, non solũ in texẽdo alióve opere faciendo, sed maximè in mensa. *Contra nostri temporis pseudoprophetas.* Quum enim diabolus vt plurimũ insidietur in conuiuiis,cum & ebrietatis,& ingluuiei, risúsque profusi, & remis-

Conuiuiorũ cantio. & remissi animi auxilio vtatur: tunc maximè oportet & ante mensam,& in mensa,se munire psalmorũ prę-

Act.16. sidio,& simul cũ vxore ac liberis surgẽtes à conuiuio, hymnos sacros deo canere. Si enim Paulus (cui intolerabilia flagella imminebãt) cũ ligno alligatus in carcere habitaret,media nocte,quãdo est omnibus somnus iucũdissimus,cum Sila deum perpetuò laudabat, & nec locus,nec tempus,nec solicitudines,nec somni tyrannis,nec illi labores,nec dolores, nec quidquam aliud eũ coëgit modulationem illã intermittere:multò magis nos qui iucundè viuimus,& dei bonis fruimur,hymnos, quib⁹ deo gratię agãtur,oportet emittere,vt si vel ebrietas,vel ingluuies nostræ animæ,tur-

Simili probat ab epulis gratiarũ actionẽ reddẽdã. pe aut absurdũ quid fecerit,vbi ingressa fuerit psalmodia,omnia illa mala & improba consilia resiliant: & quemadmodũ nonnulli diuites impleta balsamo spõgia mensas abstergũt:vt si ex cibis vlla remãserit macula,ea tracta puram mensam ostẽdant:ita nos quoq; faciamus,pro balsamo os implẽtes melodia spiritali: vt si ex saturitate vlla in anima macula remãserit, eã

Psal.91. per illã modulationẽ abstergamus,& cõmuniter omnes stantes dicamus: Lætificasti nos dñe in creatura tua,& in operibus manuũ tuarum exultabimus. Post psalmodiã autẽ addatur etiã oratio,vt cum anima ipsam quoq; domũ sanctificemus. Quẽadmodũ ẽm qui

Enãtiosis. mimos & saltatores & mulieres meretrices introducunt in conuiuia,dæmones & diabolum illuc vocant, & domos suas implent bellis innumerabilibus, (hinc certè zelotypię,adulteria,stupra,& alia ĩnumerabilia) ita qui vocãt Dauid cum cithara, intus Christum per ipsum vocant. Vbi autem est Christus,nullus dæmon quidem ingredi, vel potius ne diuertere quidem ausus fuerit:pax autem & dilectio, & omnia tanquã ex fontibus bona promanauerint. Illi domũ suam faciũt

C theatrum,tu ecclesiam fac tuam domunculã. Vbi ẽm est psalmus & oratio, & chorea prophetarum,& pius canentiũ animus,non aberrauerit quispiam, qui hunc cœtum dixerit ecclesiam. Etiamsi vim verborum nõ noueris,doce interea ipsum os verba dicere. Sanctificatur ẽm etiã lingua p verba,quãdo ea dicũtur promptò & alacri animo. Si nosipsos deduxerimus ad hanc consuetudinem,nec nostra sponte nec per socordiam pulchrum hoc prætermittemus ministeriũ, more vel inuitos nos cogente hunc dei cultum quotidie peragere. In hac modulatione,seu quis fuerit senio confectus,seu iuuenis,seu voce aspera, seu omnis penitus numeri ignarus,nihil ei vitio dabitur. Quod enim hìc quæritur est sobria anima,mens vigilans,cor compũctum, valida ratio, expurgata conscientia. si hæc habens,ingressus fueris in sanctum dei chorum,propter

D ipsum Dauid stare poteris. Hìc non est opus cithara, neq; neruis extẽsis,neq; plectro,nec arte,nec vllis instrumentis:sed si velis,teipsum efficies citharã,cũ car-

Galat.5. nis membra morte affeceris, & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris. Quando ẽm non cõcupierit caro aduersus spiritũ,sed illius iussis cesserit,& eam tandem duxerit in viam optimam, & maximè admirabilem,ita melodiam efficies spiritalem. non hic opus est arte quæ longo tempore perficitur: sed bona tantum voluntate, & generoso animi insti-

Psal.33. Mala.1. tuto opus est,& breui tempore periti euadem⁹. Nõ op⁹ est loco, nõ opus est tẽpore, sed vel in omni loco, & omni tẽpore licet mente canere. Nam siue in foro ambules,siue iter ingrediaris, siue cum amicis consideas,licet excitare animum,licet vel tacenti clamare.

A Ita etiã Moses clamabat,& deus audiebat. Et si fueris *Exod.14.*
opifex,poteris in officina sedens & operans psallere. Licet sis miles,aut sedeas in iudicio, poteris hoc ipsũ facere,cum mẽs intus resonet. Non ẽm hominib⁹ canimus,sed deo,qui potest vel corda audire:& in mentis nostrę arcana ingredi. Hoc quoq; Paulus ostẽdens, vociferatur dicẽs: Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitib⁹ inenarrabilibus. Qui autẽ scrutatur corda, *Rom.8.*
scit quid desideret spiritus,quòd secundũ deũ postulat pro sanctis. Hoc autẽ dicebat,nõ ꝙ spiritus gemeret,sed ꝙ viri spiritales, qui habẽt dona spiritus, pro ꝓpinquis orantes,& supplicationes offerẽtes, hoc facerent cũ cõpunctione & gemitibus. *Gemitus spiritus qui sit.* Hoc nos quoq; faciamus,& quotidie deũ interpellemus per psalmos & orationes. Ne autẽ verba solùm offeramus, sed ipsam etiã sciamus vim dictionũ, age ipsum huius psalmi proœmium in mediũ adducamus. Quod est ergo

B proœmium? Quẽadmodũ desyderat ceruus ad fontes aquarũ,ita desyderat anima mea ad te deus. Hic est mos amantiũ, amorẽ nõ celare sed enũciare vicinis,& dicere se amare. *Orditur exegesin à simili.* Ardens ẽm res est natura dilectionis,nec potest anima sustinere vt eam silentio teneat. Et ideo amãs quoq; Paulus dicebat Corinthiis, Os nostrũ ad vos apertũ est,Corinthij. Hoc est,nõ pos- *2.Cor.6.*
sum cõtinere,& silentio premere dilectionẽ, sed vos semper & vbique & in mente & in lingua circũfero. *Exẽplis cõfirmat.* Ita etiã hic beatus deũ amans,& ardens in amore,non potest in animũ inducere vt taceat,sed aliquãdo quidem dicit,Quemadmodũ desyderat ceruus ad fontes aquarũ:ita desyderat anima mea ad te deus. Aliquando autẽ,Deus,deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit *Psal. 62.*
ad te anima me,sicut terra inaccessa sine aqua, & deserta. Ita ẽm dixit alius interpres. Quoniã ẽm nõ po-

C test oratione amorẽ ostendere,huc & illuc obit quærens exemplũ,vt vel ea ratione nobis suũ amorẽ indicet,& amoris nos faciat participes. Ei ergo credamus, & sic amare ediscamus. Nec dicat mihi quispiam, Et quomodo possum amare deũ, quẽ nõ video? Multos enim amamus,licet eos nõ videamus, quemadmodũ amicos nostros peregrè ꝓfectos, vel filios, vel parentes,vel cognatos & necessarios:nec ad id vllum affert nobis impedimentũ ꝙ eos non videamus, imò verò hoc ipsum magis accendit amorẽ,& auget desideriũ. Et ideo de Mose quoq; dicens Paulus, ꝙ relictis the- *Heb.11.*
sauris & opib⁹,regniq; claritate,& omni alio in Aegypto splẽdore, maluit cũ Iudæis affligi. Deĩde nos causam docens ꝙ hæc omnia faceret ꝓpter deũ, adiecit, Inuisibilẽ ẽm tanquã videns sustinuit. Nõ vides deũ, sed vides eius creaturas,vides eius opera,cœlũ, terrã,

D & mare. Qui autẽ diligit,si dilecti opus viderit, si calceũ,si vestẽ,si quoduis aliud,accẽditur. Nõ vides deũ, sed vides eius famulos, amicos, viros inquã sanctos, & qui habẽt in eũ fiduciã. Illos nunc obserua & cole, & habebis nõ leue solatiũ tui desiderij. Etenim in hominibus nõ solùm nostros amicos,sed eos etiã qui ab illis amantur,amare cõsueuimus. Et sicut dixerit quispiam ex iis qui amantur à nobis, hunc vel illum diligo,& si is beneficio aliquo fuerit affectus,ego me beneficiũ accepisse existimo:omnia facimus &procuramus,vt perinde ac si dilectum videremus,ita omne in eum studium ostẽdamus: hoc ipsum in Christo quoque præclare facere possumus. Dixit, Diligo puperes: *Matt.10.*
& si ij boni aliquid acceperint,perinde ac si ipse recepissem, reddo remunerationem. Pro eis colendis & subueniendis nihil non faciamus: imò verò in ipsos

omnes

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

omnes nostras facultates effundamus, credentes per ipsas deũ alere. Quòd em̃ dũ ij aluntur, ipse alitur, audi quid dicat Christus, *[Matt. 25.]* Esurientẽ me vidistis, inquit, & aluistis: sitientẽ, & potũ dedistis: nudũ, & me operuistis. multásq; dedit nobis rationes quibus possimus nostrũ solari desiderium. *[Amorem tria cõciliant.]* Iam verò aliàs quoque tria sunt quæ amorẽ apud nos efficere consueuerunt, forma corporis, magnitudo beneficij, vel ꝙ ab eo amemur. Vnũquodq; em̃ eorum per se potest in nobis amorem ꝓcreare. Etsi enim nullum beneficium ab aliquo acceperimus, solùm autẽ audiamus eum nos perpetuò amare, vt qui nos laudet & admiretur, ei confestim conglutinamur, & tanquã benefactorem diligimus. In deo autẽ non hoc solũ, sed hæc etiam tria videre licet tãta & tam insignia, vt nulla ea possit explicare oratio. *[Pulchritudo dei.]* Et primùm pulchritudo illius beatę & ab interitu alienæ naturę, res est quædam infinita, & nulla ratione superabilis, quæ omnẽ excedit rationẽ, & omnẽ effugit cogitationẽ. quando autẽ pulchritudinem audieris, nihil corporeũ suspiceris, ô dilecte, sed gloriã quandã incorporeã, & magnificentiam ineffabilem. *[Esa. 6.]* Hanc itaque declarans propheta dicebat: Et Seraphim stabãt in circuitu eius, & duabus quidẽ pẽnis vultũ tegebant, duabus autẽ volabant, & clamabant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, ex stupore, admiratione, ex illo decore, ex magnificẽtia, ex gloria. Et rursus Dauid cum mẽte apprehendisset hanc ipsam beatæ illius naturę pulchritudinẽ, dicebat: *[Psal. 44.]* Accingere gladio tuo super femur tuũ valide specie & pulchritudine tua. *[Exod. 33.]* Propterea Moses illũ sæpe cupiebat videre, hoc amore sauciatus, & illã amans gloriã. Quocirca dicebat quoq; Philippus: *[Ioan. 14.]* Ostẽde nobis patrem, & sufficit nobis. vel poti⁹ quæcũq; dixerimus, ne paruũ quidem, imò ne exile quidẽ vestigiũ illius decoris poterimus explicare. Sed vis beneficia enumeremus? ne ea quidẽ poterit oratio cõsequi: & ideo dicebat Paulus: *[2. Cor. 9.]* Gratia autẽ dño ꝓpter donum eius inenarrabile. Et rursus, *[1. Cor. 2.]* quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ deus præparauit iis qui ipsum diligunt? Et rursus, *[Rom. 11.]* O altitudo diuitiarũ, & sapiẽtię, & scientię dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius. Eius autẽ in nos amorẽ quęnã explicarit oratio? Eum certè admirans dicebat Ioãnes, *[Ioan. 3.]* Sic em̃ deus dilexit mundũ, vt filiũ suũ daret vnigenitũ. Quòd si vis eius verba audire, & cognoscere desideriũ, audi quid dicat per prophetam, *[Esa. 49.]* Nũquid obliuiscetur mulier misereri natorũ vteri sui? Quòd si eorũ etiã obliuiscatur mulier, ego tamen nõ obliuiscar tui. Et sicut hic dicebat: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus: Ita etiã dicit Christus, *[Matt. 23.]* Quẽadmodũ congregat gallina pullos suos sub alis, ita volui cõgregare filios vestros, & noluistis. Et rursus, *[Psal. 120.]* Sicut miseretur pater filiorũ suorũ, misertus est dñs eorum qui ipsum timent. Et rursus, *[Ibidem.]* Secundũ altitudinẽ cœli à terra confirmauit dñs misericordiã suam super timentes ipsum. Et quẽadmodũ ꝓpheta exemplis vtitur, vt suum ostendat desiderium: ita etiam deus vtitur quibusdã exemplis, vt significet nobis suum amorem nostræ salutis. Et ꝓpheta quidẽ dixit ceruam sitientem, & terrã adustã: Deus autẽ gallinarũ in pullos charitatẽ, & patrũ curã ac solicitudinem, & cœli à terra altitudinẽ, & matrũ misericordiã, non ꝙ solùm tãtum amet quantum mater filium, sed quoniã his definitionibus, regulis & exemplis nõ sunt apud nos alia

A maiora signa & argumenta amicitię. Nam ꝙ nos non solùm tantum amat quantum mater pia filios, sed etiã multò magis, audi quid dicat. *[Esa. 49.]* Quòd si etiã oblita fuerit mater filiorũ suorũ, ego tamen tui non obliuiscar. Hoc autẽ dicebat significans suum in nos desiderium esse omni charitate naturali ardentius. Hæc autem omnia apud teipsum considera, & amorem vehemẽtem accendes, clarámque flammã & resplendentem charitatis efficies. Quoniã ergo nihil apud nos homines æquè solet accẽdere amicitiã, vt assiduè meminisse beneficiorũ quæ accepimus: hoc etiã in deo faciamus. *[Beneficiã dei in nos.]* Apud nos consideremus quæcunq; fecit ꝓpter nos, ipsum cœlum, terrã, mare, aërẽ: quæ in terra sunt, arbores, varios flores, iumenta, reptilia: ea quæ sunt in mari: quæ in aëre: astra quæ sunt in cœlo. Solem, lunã, & vt semel dicã, omnia quæ vidẽtur, fulgura, temporum pulchrum ordinem, diei & noctis successionem, B annuas conuersiones. Animam inspirauit, rationẽ donauit, maximo honorauit imperio. Misit angelos, misit ꝓphetas, postea misit filiũ suum vnigenitũ. Et post illa rursus ipse quoque & per se, & per filium vnigenitũ hortatur vt tu serueris: nec cessat Paulus in hodiernũ vsque diẽ dicere, *[2. Cor. 5.]* Pro Christo legatione fungimur, nempe deo per nos hortante, reconciliamini deo. *[Ephes. 1.]* Et ne hic quidẽ constitit, sed ex sua natura acceptas primitias considêre fecit super omnem principatũ, potestatẽ & dominatũ, & omne nomẽ quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiã in futuro. Nunc verè est opportunũ dicere, *[Psal. 105.]* Quis loquetur potẽtias dñi, auditas faciet oẽs laudationes eius? Et illud rursus, *[Psal. 115.]* Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Quid em̃ potest cum hoc honore conferri, quãdo C primitiæ generis nostri (quod in tam multis offendit, quod ignominia & dedecore affectum est) in tanta sedent altitudine, tantóque honore nunc fruuntur? Nec verò cõmunia solùm beneficia, sed etiam propria & priuata apud te reputa, quemadmodũ si quando fuisses delatus per calumniã, absolutus es ab accusatione: siquando cũ media & intempesta nocte incidisses in latrones, effugisti illorũ insidias: siquãdo ex dãno tibi illato te expedieris, si cũ in morbum grauem incidisses, refect⁹ & recreatus es. Reputa quę per totã tuã vitã accepisti à deo beneficia, omnino ea permulta inuenies, nõ solum in tota vita, sed vel in vno die, & si vellet deus omnia beneficia, quibus nos quotidie afficit imprudentibus nobis & nescientibus, in medium afferre, ne ea quidem enumerare possemus. Quot dæmones feruntur per hunc aërem? quot aduersæ potestates? D Si ergo eis solùm permitteret terribilẽ illũ suũ & horrendum aspectũ nobis ostendere, an non mẽte dimoueremur? an non periremus? an nõ omnino interiremus? Hæc omnia reputantes, & peccata quæcũque vel spõte vel insciẽtes admittimus (nã hoc quoq; non est paruũ reputandum beneficiũ, ꝙ non singulis diebus deus nostra persequitur delicta) poteris deum diligere. Quãdo em̃ cogitaueris quot peccata quotidie cõmittis, & quot singulis dieb⁹ beneficia accipis, quanta dei lenitate & clementia fruimur, & ꝙ si deus voluisset quotidie de tuis peccatis pœnas sumere, ne breui quidẽ tẽpore vixisses, prout dicit propheta, *[Psal. 129.]* Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? ei ages gratias, & nihil erit tibi graue ac molestũ eorũ quæ acciderint: sed videbis, ꝙ etiamsi innumerabilia longe grauiora accidissent, nondũ tamen dedisses pœnas quas merueras: & ita affectus magnum accendes

accẽdes desiderium, & poteris dicere cum propheta: Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita desiderat anima mea ad te deus. Est autẽ operępretiũ quærere, quãnam de causa hoc animal in mediũ adduxerit. *[Ceruus siticulosus.]* Ceruus est quodãmodo sitibũd⁹, & ideo frequenter currit ad fontes aquarum. Efficitur autẽ sitibundus & à natura, & ex eo ꝙ serpentes comedat, & illorũ alatur corporibus. Ergo tu hoc quoq; fac. Serpentẽ, qui intelligentia apprehenditur, comede, peccatũ humi prosterne, & poteris sitire dei desiderium. *[Collatio ex cõtrariis.]* Quẽadmodũ em̃ mala conscientia efficit nos sordidos, & adducit nos ad desperationẽ: ita si nostra peccata humi prostrauerimus, *[Prou. 18. Esa. 26.]* si improbitatẽ expurgauerimus, poterimus respicere ad spirttale desiderium, & cum magna animi prõptitudine deum vocare, & vehementiorẽ amorẽ accendere. Nec verbis solùm, sed etiã factis cane hanc obedientiã. Propterea em̃ psalmos nobis cecinit ille beatus, vel potius gratia spirit⁹, non vt verba tantùm dicamus, sed eos factis quoque meditemur. Ne ergo existimes te propterea huc ingredi, vt verba tantùm dicas, sed vt quando canis, cogites obedientiã à te esse pacto conuento promissam. Quando em̃ dixeris, Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus: cum deo pactum fecisti, scripsisti syngrapham absque charta & atramento, voce ꝓfessus te ipsum diligere plus omnibus, & nihil ei præferre, eiúsq; amore ardere. Si ergo egressus videris formosam aliquam & impudicam mulierem te inescantem, & ad sui amorem pellicientẽ, dic ei, Non possum te sequi, cum deo pactum feci, & præsentibus fratribus, sacerdotibus, doctoribus, professus sum & ꝓmisi per obedientiã eum ita diligere, quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ. vereor pacta conuenta transgredi. illum vnũ deinceps amorem meditor. Si videris argentum in foro situm, & vestes aureas, alios gloriosè incedentes stipatos famulis, & habentes equos frænis auratis, nec te moueat illa visio, sed tibi rursus cane, & dic tuæ animæ, Paulò antè cecinimus, Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus, & quod scriptum est, nobis attribuimus, ídque nostrum esse fecimus. Nihil ergo amemus eorũ quæ ad hanc vitam pertinent, vt ille amor nobis purus maneat & integer, & ne diuisus fiat imbecillior. Hæ diuitię omnes diuitias, omnem thesaurum, omnẽ gloriam, omnem existimationem, omnem claritatem nobis largiri poterunt. *[Attende quàm creber sit & densus in similitudinibus.]* Eas obtineamus, & nulla re alia egebimus. Si em̃ qui turpi amore tenentur, & alicuius puellæ sæpe etiam deformis ardore incenduntur, nec parentum minas, nec amicorum cõuicia, nec aliorum multorũ quidquã curant reprehensionẽ, sed ad illam tanquam ad scopum tendentes, & domum despiciunt, & paternam hęreditatem, gloriam, & existimationem, & amicorum adhortationes contemnunt, æstimantes se magnam habere horum omnium consolationem, si apud amicam tantùm in precio & honore fuerint, licet sit vilis, licet famosa, & quæcunque denique ea fuerit: qui deum vt oportet diligunt, sentiéntne vnquam quæ sunt inter homines aut præclara aut molesta? Nec præsentis quidẽ vitæ visa apprehendent, vt qui ad illum amorem dirigantur, sed omnem quidem ridebunt prosperitatẽ, & res omnes *[Rom. 8. Philip. 3. 2. Cor. 12.]* aduersas contemnẽt, vt qui sint alligati dei desiderio, & nihil aliud cernant præterquam illum solum, & eũ semper visione apprehẽdant, & se esse omnibus bea-

A tiores existimant. Licet in paupertate, licet in ignominia, licet in vinculis, licet in afflictione, licet sint in extremis malis, in omnibus quæ patiuntur, existimabũt melius secum agi q̃ cum regibus, admirabilem quandam habentes cõsolationem, ꝙ ea patiantur propter eum quem desiderant. Quocirca Paulus quoque cũ *[2. Cor. 11.]* esset in quotidianis mortibus, in carceribus, in naufragiis, in solitudinibus, in flagellis, in innumerabilibus aliis suppliciis, gaudebat, exultabat, & gloriabatur: & nunc quidem dicebat, Non solũ autem in spe gloriæ dei, sed etiam gloriamur in afflictionibus, *[Rom. 5. Colos. 1.]* nunc autẽ rursus: Gaudeo in passionibus, & adimpleo quæ desunt afflictionibus Christi, in carne mea, & gratiam eam rem vocat, ita cõfitens, & dicens, Nobis ita gratis à Christo donatum est, *[Philip. 1.]* vt non solum in ipsum credamus, sed vt etiam pro ipso patiamur. Nos quoque B studeamus esse eodem animo, & omnes quæ incidũt molestias, placidè & lubenter feramus. Ferre autẽ poterimus, si deum ita amauerimus, vt amauit ꝓpheta. Non solum em̃ ex hac obedientia amorẽ videre possum⁹, sed etiã ex eis quę consequũtur. Cum em̃ dixisset, Quemadmodũ desiderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus, subiunxit dicẽs, *Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum. Quando veniã & apparebo ante faciem dei?* *[Legit Chrysosto. ἰσχυρόν. fortem.]* Non dixit, Amauit anima mea deum viuum, neque amat anima mea deũ viuũ: sed vt ostenderet affectionẽ, amorẽ sitim vocauit, vtrunque nobis significans, & ardorem amoris, & eiusdem perpetuitatẽ. *[Sitis, amor per collationẽ.]* Quemadmodũ em̃ qui sitiunt, non hoc in vno die patiuntur, & duobus & tribus, sed per totam vitam, ad hoc nos ducẽte natura: ita etiam beatus ille, & omnes sancti, non vno solùm die fuerunt in com- C punctione, sicut multi homines, nec duobus, nec tribus (hoc enim non est mirandũ) sed assiduè & singulis diebus amare perseuerabãt, & amorẽ augebãt. Quod quidem ipse quoq; significans dicebat: Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuũ, simul & causam volens dicere, & ostendere quomodo quis deũ amauerit. Hoc enim declarauit per ea quæ sequuntur, cum dixit, Sitiuit anima mea ad deum, & subiunxit, viuũ, propemodum suadẽs & vociferans omnibus qui rebus huius vitæ inhiant. Quid in corpora insanitis? Quid corpora amatis? Quid gloriam desideratis? Quid concupiscitis voluptatem? *[Eccle. 1. 1. Cor. 7.]* Nihil eorũ manet & viuit perpetuò, sed diffluit & pręterit, & est vmbra vanius, & somnis fallacius, & citius quàm verni flores corrumpitur & interit. Quid ni enim citius corrumpi dicam & interire, cum alia quidem nos relinquant simul cum vi- D ta præsenti: alia etiam antè dissoluãtur? Incerta est eorum possessio, instabilis eorum vsus & fruitio, velox est mutatio: in deo autem nihil est eiusmodi, sed viuit *[Malac. 2. 1. Tim. 6.]* quidem & manet perpetuò, nullã mutationẽ nec vllam conuersionẽ suscipiens. Caducis ergo & momẽtaneis relictis, eum qui est æternus & perpetuus, amemus. Neque em̃ fieri potest, vt qui illum amat, pudore vnquã afficiatur, fieri non potest vt ab eo excidat. Fieri non potest vt eo quem amat, deficiatur. *[Iob. 2. Ezech. 5. Luc. 12.]* Qui amat quidem pecunias, vel morte adueniẽte, vel etiã ante mortẽ euadit nudus ab iis quę desiderat. Ei quoque qui præsentem amat gloriam, idipsum sæpe accidit. Porrò autem corporum quoque pulchritudo iis quæ prædicta sunt multo citius extinguitur: & omnia quæ ad hanc vitã, vt semel dicam, pertinent, sunt caduca & momẽtanea, & priusquã adsint & appareant, protinus resiliunt. Spiritualium autem amor contrà se habet,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habet, assiduè viget & floret, non nouit senium, non
suscipit vetustatẽ, nec vlli mutationi & conuersioni
& incertitudini futuræ est obnoxius, sed hic etiam iu-
uat eos qui possident, & eos vndiquaque amplectitur,
& eos qui excesserunt, nõ dimittit, sed vnà cum his
peregrinatur, & vnà cum his recedit, & ipsis lumina-
ribus deos reddit illo die clariores. Quæ quidẽ sciens
quoq; beatus Dauid, in dei amore pseuerauit, & amo-
rem intus continere non sustinuit, sed iis qui audiunt,
omni ratione ignem ostendere contẽdit quem intus
continebat. Cum enim dixisset, Sitiuit anima mea ad
deũ fontẽ viuũ, subiunxit, Quando veniã & appare-
bo ante faciẽ dei? Vide ardentem hominẽ, vide inflã-
matum. Sciens enim se cum hinc recesserit, eũ esse vi-
surum, ne expectat quidem dilationem. moram enim
2. Cor. 5. non patitur, sed hic nobis spiritum ostendit Apostо-
licum. Etenim ille quoq; ingemiscebat ꝓpter diutur-
nitatem huius pergrinationis. Idipsum huic quoque
vsuenit. Et ideo dicebat, Quando veniam & appare-
bo ante faciem dei? Et si esset quidẽ priuatus aliquis,
humilisq; & abiectus, & viuens in paupertate, magnũ
quidẽ esset vel sic vitam præsentem contemnere: sed
non esset adeo magnum vt nunc est, vt qui rex est, &
tantis fruitur deliciis, tãteq; est gloriæ particeps, & est
innumerabiles victorias cõsecutus, multáq; bella vi-
cit, & est omni ex parte clarus, insignis & illustris, hæc
quidẽ omnia irrideat, diuitias, & gloriã, & omnes de-
licias, ad futura autẽ aspiret & inhiet: hoc est magni
cuiusdã & excelsi animi. Hoc est animæ quæ tenetur
studio sapientiæ, & cœlesti amore verè capta est. Eũ
nos quoque imitemur, & ne præsentia admiremur, vt
admiremur futura: vel potius admiremur futura, ne
admiremur præsentia. Si eñ in illis cogitandis perpe-
tuò versemur, & regnũ cœlorum, immortalitatẽ, vitã
quæ nunquã desinet, quæ ducenda est cũ angelis cho-
ream futurã, cũ Christo cõuersationẽ, gloriã illã quæ
nunquã interit aut corrũpitur, vitam autem ab omni
dolore liberam apud nosipsos consideremus, & ꝙ la-
chrymæ, ꝓbra, maledicta, & mors, labor, & tristitia, se-
nectus, morbus, ægritudo, paupertas, & calumnia, vi-
duitas, peccatum, & condemnatio, pœna & suppliciũ,
& si quid est aliud in vita præsenti molestũ & acerbũ,
ea omnia expulsa sunt, loco autem corũ introducta
sunt, pax, lenitas, mansuetudo, dilectio, lætitia, gloria,
honor, splendor, & alia, quæ ne posset quidem oratio
consequi, nihil nos rerum capiet præsentium, sed po-
terimus nos quoq; dicere cũ Propheta, Quando ve-
Esa. 64. niam & apparebo ante faciem dei? & ita affectos nec
1. Cor. 2. res splendidæ & secundæ nos efferent, nec insolentes
efficient: nec quæ sunt molesta ac grauia, tristitia af-
ficient, non inuidia, nõ vana gloria, non aliquid aliud
nosvnquã expugnabit. Ne huc ergo temerè ingredia-
mur, neq; aures expurgãtes dicamus, sed ea quę audi-
ra fuerint pro baculo sumentes, egrediamur. Sufficit
ἀφορισὸυ μένοι τὰς ὑπακοὰς autem vnusquisqueversus ad nobis comparandũ plu-
rimũ philosophiæ, & ad corrigendũ dogmatũ sentẽ-
tiam, & ad afferendũ maximã vitæ vtilitatẽ: & si vnã-
quãque dictionẽ exactè perscrutemur, admodũ vbe-
res inde fructus colligemus. Neque enim paupertatẽ,
nec negocia, nec tarditatem hic opus est prætexere.
Etsi eñ sis pauper, & propter paupertatem libris ca-
reas, vel libros quidem habeas, non superat autẽ tibi
otium, mihi tantum obserua quæ ex psalmo audiisti,
quem hic cecinisti, non semel, non bis, non ter, sed sę-
pe, & ex eo magnã capies consolationem. Vide ergo
vel ipsa psalmi auditio quantum nobis thesaurum
aperuerit. Nec mihi dicat quispiam, Ante interpreta-
tionem nesciebam quid valeret. Nam etiam ante in-
terpretationem omni tempore, à volente vtcunque
animum adhibere, bene potest intelligi quod audi-
tur. Si enim teipsum solummodo docueris dicere,
Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarũ,
ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea
ad deum fontem viuum: quando veniam & appare-
bo ante faciem dei, id vel ante interpretationem suf-
fecerit tibi ad omnem introducẽdam philosophiam.
Nec hæc solùm, sed etiã vnaquæque psalmorũ audi-
tio easdem nobis suppeditabit diuitias. Nam si rursus
dixeris, Beatus qui timet dominum: & potueris scire ꝑsal. 127.
quidnam sit id quod dicis: non diuitem, non princi-
pem, non formosum, non eum qui valet viribus, non
eum qui ædes possidet magnificas, non eum qui ge-
rit magistratus, non eum qui regnum obtinet, nullum
denique alium nisi eum qui est pius ac religiosus, qui
studio sapientiæ tenetur, qui deum timet, beatum du-
ces. Non solum ꝓpter futura, sed etiam propter præ-
sentia. Nam etiam in hac vita hic quoque est illo po-
tentior. Nã si morbꝰ quandoq; inuaserit, ille quidem
indutus purpura, nihil à satellitibꝰ & superba illa ex-
teriori visione iuuatur ad solandam ægritudinẽ, sed
& domesticis, & parentibus & omnibus præsentibus,
& aureis vestibus super eum positis & substratis, iacet
ille ardens veluti in fornace. Qui est autẽ pius, & deũ
timet, non patre, non seruo, non vllo alio præsente,
pòstquam in cœlum non sæpe, sed bis & ter suspexit,
omnem illam fornacem extinxit. Hoc etiam viderit
quispiam euenire in rebus aduersis, & omnibus quæ
inopinatò accidũt, eos quidẽ qui diuitiis affluũt, cla-
rique sunt & insignes, turbari: eos autem qui sunt pij,
& sapiẽtiæ studiosi, omnia ferre facilè & placidè. Iam ꝓuer. 12.
verò ante ea omnia, si nihil graue euenerit, eius qui 1. Cor. 4.
deũ timet, conscientia est & maiori & synceriori vo- 2. Cor. 4.
luptate plena, q̃ diuitis anima. Ille eñ etsi externa vo-
luptate fruatur, grauius afflictatur omnibus qui fame
vexantur, dum sua mala in memoriam redigit, & cum
mala viuit conscientia. Hic autẽ licet necessario ali-
mento careat, erit tranquilliori & alacriori animo q̃
ij qui fruuntur omnibus deliciis, vt qui bona spe ala-
tur, & suorũ rectè factorum remunerationes quotidie
expectet. Et ne longiori vtens oratione, videar afferre
molestiam, relinquens iis qui sunt paulo studiosiores,
legendam vnamquãque psalmi auditionem, & quæ
in eo sita est scrutandam potentiam: hic finiam ora-
tionem, illa suadens vestrę dilectioni, vt non hinc fru- Metaphor.
stra egrediamini, sed quæ audita fuerint, tanquã mar-
garitas sumentes, ea domi perpetuo conseruetis & re-
meditemini, amicisque & vxoribus ea omnia dicatis:
& si vlla vos vexet animi perturbatio, si excitetur cu-
piditas, si ira, aut quęuis alia à ratione aliena perturba-
tio, ea assiduè canatis: vt & in hac vita magna tranquil
litate fruamur, & in futura vita bona æterna cõsequa-
mur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi,
per quem & cum quo gloria patri & sancto spiritui in
secula seculorum, Amen.

INTERPRETATIO IN XLII.

Psalmum. Psalmus ipsi Dauid. Est apud
Hebræos absque inscriptione.

IVdica me deꝰ, & discerne causã meã de gẽte nõ sancta:
ab homine iniquo & doloso eruas me. Hic psalmꝰ est
apud Hebræos absque inscriptione, vt qui ha-
beat

beat eandem sententiã cum præcedente. Rogant au-
tem deũ qui hęc verba fecerunt, vt eos iudicet & Ba-
bylonios, quorũ magna erat sæuitia, & beluinus ani-
mus: & ideo appellant eos gentem non sanctã: quin-
etiam regẽ eorũ, virum dolosum & iniquũ. Hæc autẽ
Dan. 4. de eo quoque docet admirabilis Danielis prophetia.
Quia tu deus fortitudo mea, cur repulisti me? & cur tristis ince-
do dum affligit me inimicus? Easdẽ rursus preces offerũt,
postulãtes vt liberentur à crudelitate hostium, quæ in
causa erat vt essent semper mœsti & tristes. Illud autẽ,
Cur, non dicunt tanquã accusantes, sed vt qui ipsi nõ
fuissent socij aliorũ iniquitatis, & cum illis defecti fuis
sent superna ꝓuidentia. Cõmunem tamen pro om-
nibus fundũt orationẽ. *Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuam.*
Ipsa me deduxerunt in montem sanctum tuum. Hic muta-
runt tempus septuaginta, & tãquam quæ fuerint, di-
xerunt quę futura sunt. Fecerunt autem apertiorẽ in-
terpretationẽ. Emitte lucem tuã, & veritatẽ tuam. Ad
quem deducet me? Adducet in montẽ sanctum tuũ,
in tabernacula tua. Rogo, inquit, vt tuum assequar au-
xilium. Per id eñ possum liberari ab acerba seruitute,
& in paternam terram reuerti, & in templo consecra-
to peragere dei cultum legibus constitutum. Taber-
collatio per anti- nacula enim dei, templum vocauit: montem autem
thesin. sanctum, Sion. Lucem autem & veritatem, iustam &
salutarem apparitionem. Quemadmodum enim te-
nebras vocat calamitates: ita etiam lucẽ, ab eis libera-
tionem. Petunt autem cum luce veritatem, vt qui pe-
tissent vt deus eos iudicaret & Babylonios, & apertè
scirent ꝙ deus vtens veritate & clementia, illos quidẽ
esset condemnaturus, ipsos verò liberaturus. *Et introi-*
bo ad altare dei, ad deum qui lætificat iuuentutem meam. Con-
fitebor tibi in cithara deus, deus meus. Symmachus hoc ita
est interpretatus. Vt cum venero ad altare dei, ad deũ
lætitiã tranquillitatis animi mei, cõfitear tibi in psal-
terio deus deus meus. Cupio, inquit, reditum, tuũ in
primis expetendum altare videre desiderans, & per
illud te dominũ contemplari, qui omnis generis læti-
tiæ & iucunditatis mihi præbes materiam. Illic autem
ꝑsal. 136. cum cithara hymnos canam more solito. Babylone
enim in salicibus nostra instrumenta suspendimus, le-
gis transgressionẽ, extra suũ locũ tui cultum esse rati.
Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Spera in deo,
quoniã adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.
Hinc autem manifestum est vtrunque psalmũ eundẽ
sensum habere. Se autem inuicẽ adhortantur vt me-
liorem spem habeant, & animi vincant perturbatio-
nem, & à deo salutem expectent, vt quæ sine vlla du-
bitatione danda sit.

IN EVNDEM PSALMVM ALITER.

Psalmus Dauid.

QVoniam priori psalmo, & eadem quæ nunc,
exposuit. Vnde etiam simpliciorem inscri-
ptionem adiecit. *Iudica me deus, & discerne cau-*
sam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso
eruе me: Quia tu es deus fortitudo mea. Gentem non sanctã
dixerit quispiam dici vniuersam peccatorum cõgre-
gationem, multò autem magis dæmonum, qui quidẽ
nos impiè aggrediuntur. Cum eis quidem vt iudicio
contendat, orat propheta, vt ipse quidem coronetur,
illi verò condemnentur, quòd cũ carne careant, quæ
sunt carnis committant. Quinetiam orauit vt libere-
tur ab homine iniquo & doloso, est enim lingua do-
losi terribilis, quæ verbis dolosis corda hominum
illaqueat. Intelliges autem hominem dolosum dici
quoque diabolum. Dolosus enim dicitur, vt qui cum
dolo Adam aggressus fuerit. Ipsum autem hominem Gen. 2.
Esaias quoque appellat. Sic autẽ dicit: Et insurget in
domos improborum hominum, & in spem eorum Esa. 31.
vanam Aegyptium hominem, & nõ deum, equorum
carnes, & non est auxilium. Hic cum dolosis quidem
versatur, terribilis autem iure existimatur iis qui de-
cepti sunt, eum tamen declinare possumus, si à deo
confirmemur. Quæ est autem dei confirmatio? stabi-
limentum legis quæ ab ipso data est. *Quare me repulisti,*
& quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Vides q;
quæ sunt huius psalmi, inueniuntur cõsentire iis quæ
sunt in priori, præterquã quòd hæc verba conueniũt
personæ eius qui peccauit, & resipuit. Qui enim pec-
catum agnouit, ꝓpter id quidem afflictatur, deũ autẽ
interpellat ab eius auxilio exclusus, & propterea ex-
clamat aduersus inimicos qui intelligentia percipiũ-
tur, ad quos auertendos cum ipse non sufficiat, preca-
tur ea quæ subiunguntur. *Emitte lucem tuam & Verita-*
tem tuam. Nunc enim, inquit, versor in tenebris faciẽs
ea quæ sunt tenebrarum, & falsi tyrannide opprimor.
Est enim falsum, pater omnis vitij. Quam ergo lucem
emittet? Deum verbũ. Veritatem autem ipsius spiritũ
precatur accedere. Et quid adiicit? *Ipsa me deduxerunt,*
& adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula
tua. Dicit fortasse montẽ legem (nihil est eñ dei lege
altius) tabernacula præcepta. In ipsis enim Iudæi fi-
gunt tabernacula, vnusquisque seipsum efficiens di-
uersa virtutũ tabernacula. Intelliges autem etiã Gol- Matt. 27.
gotha montem verè sanctum. in ipso eñ sanctus san- Marc. 15.
ctorum per crucem orbem sanctificauit. Tabernacu- Ioan. 19.
la ergo, Bethlehem, Sion, resurrectionẽ, præterea autẽ
etiam assumptionem. Sæpe enim in ipsis quoque di-
uersè habitauit. Ad ea enim à deo verbo & spiritu iure
deducti sumus: & quomodo aduersus inimicos possi-
mus consequi victoriam, in ipsis adsumimus. *Et introi-*
bo ad altare dei, ad deum. Quódnam altare? Propriè. Eius
enim in vniuerso orbe terrarum. Hoc est autem verè Heb. 7.
dei altare. In ipso enim dei verbi sacrificium, qui pro
nobis mactatus est, peractum est. Illic nostra iuuen-
tus iure lætitia afficitur. Per crucem eñ veterẽ exuen-
tes, nouum Adam Christum induti sumus, à quo no-
stræ substantiæ renouata iuuẽtus iure lætitia afficitur.
Et quomodo oporteat ad hoc altare ingredi, audi. Cõ-
fitebor tibi in cithara deus deus meus. Vides quòd per con-
fessionẽ introire ad altare dei, & renouari possumus.
Oportet autẽ in cithara contexere confessionẽ, hoc
est, in compunctione psalmorum, vel in mortifica-
tione, vel in cõcentu virtutum. Mortificationem eñ,
nerui: concentũ autem, harmonia significat. Deus au-
tem, deus, inquit, meus. Primum cum articulo, secun- ὁ θεὸς, θεὸς
dum sine articulo, vt eum doceat, qui est deus in om-
nibus. Eum deũ eximiũ per zelum inscribimus. *Quare*
tristis es anima mea, & quare conturbas me? Cur luges, in-
quit, vel turbaris animo? Adest enim, inquit, gaudium
& tranquillitas, si ascenderis in spem quæ in deo sita
est. Si autem dicat anima, Et quomodo possum spe-
rare in deo, cum peccauerim? audi deinceps prophe-
tam docentem quę sequuntur, *Spera in deo, quoniam ad-*
huc confitebor illi. Vbi autem est confessio, illic magna
spes est familiaritatis cum deo. Et propterea adiecit
Psalmographus, *Salutare vultus mei deus meus.* Vultus
noster sunt sensus nostri. Eos cũ suscepisset Christus,
seruauit per mysterium incarnationis, quandoquidẽ
fuerant corrupti à dæmonibus.

IN

Universidad de Deusto Biblioteca

IN XLIII. PSALMVM, victoriæ effectori filiis Core.

Deus auribus noſtris audiuimus, patres noſtri annũciauerunt nobis, Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis. Alius, In dieb⁹ prioribus. Alius, In diebus ab initio. Hunc pſalmũ dicit quidem ꝓpheta, dicit autẽ non ex perſona ꝓpria, ſed ex perſona Macchabæorũ, narrans & prædicens quæ futura erant in illo tẽpore. Tales eñ ſunt prophetæ, omnia tẽpora percurrunt, præſentia, præterita, futura. Quinã ſunt autẽ hi Macchabæi, quidq; paſſi ſunt, & quid fecerũt, neceſſariũ eſt primùm dicere vt ſint apertiora quæ in argumento dicuntur. Ij eñ, cum inuaſiſſet *Macha.1* Iudæã Antiochus, qui dict⁹ eſt Epiphanes, & omnia deuaſtaſſet, & multos qui tunc erãt, à patriis inſtitutis reſilire coëgiſſet, permãſerũt illæſi ab illis tẽtationibus: & quãdo graue quidẽ bellũ ingruebat, nec quidquã poſſent facere quod ꝓdeſſet, ſe abſcõdebant. nã hoc *Ioan.20.* quoq; fecerũt Apoſtoli. Non eñ ſemper apparentes in media irruebãt pericula, ſed nonnunquã & fugiẽtes & latentes ſecedebant. Poſtquã autẽ parum reſpirarunt, tanquã generoſi quidã catuli ex antris exilientes, & è latebris emergentes, ſtatuerunt nõ ſe amplius ſolos ſeruare, ſed etiã alios, quotcunque poſſent, & ciuitatẽ: & omnẽ regionẽ obeuntes, collegerunt quotquot inuenerunt adhuc ſanos & integros: & multos etiã qui laborabant, & corrupti erant, in ſtatum priſtinum redegerũt, eis perſuadẽtes redire ad legẽ patriã. Deum enim dicebant eſſe benignũ & clementẽ, nec vnquã adimere ſalutem quæ ꝓficiſcitur ex pœnitentia. Hæc autẽ dicentes, habuerunt delectum fortiſſimorum virorũ. Non eñ pro vxoribus liberis & ancillis, patriæque euerſione & captiuitate, ſed pro lege & patria republica pugnabant. Eorũ autẽ dux erat deus. Cum ergo aciem dirigerent, & ſuas animas ꝓdigerẽt, fundebant aduerſarios, non armis fidentes, ſed loco omnis armaturæ, pugnæ cauſam ſufficere ducentes. Ad bellũ autẽ euntes, non tragœdias excitabant, non pæanas canebãt, ſicut nonnulli faciũt: non adſciuerũt tibicines, vt fit in aliis caſtris, ſed dei ſupernè auxilium inuocabant, vt adeſſet, opem ferret, & manum præberet, ꝓpter quem bellum gerebant, pro cuius gloria decertabant. Videamus ergo quid hæc caſtra dei loquantur, quæ ſunt ſpiritali munita auxilio, cùm ſunt hoſtes aggreſſura. Deus auribus noſtris audiuimus. Quia eñ nõnulli eorum qui cum ipſis ſtabant in acie, Antiochi multitudinẽ, inſtructam aciem, & victoriam videntes, & ꝙ omnia primo impetu cepiſſet, ꝓpriámque imbecillitatem & paucitatem conſiderãtes, molliores erant & imbecilliores, eorũ animos ſpiritúſque excitans, & oſtendens ꝙ in dei ductu vniuerſum ſitũ eſt, & abſq; exercitu, ſi is opem ferat, poteſt parari victoria: inſtar precationis cõpoſitam ſuaſionem & exhortationẽ facit ad cõmilitones, & deum alloquens, eos promptiores reddit & alacriores. Non eſt autem hæc parua pars adhortationis. Neque eñ tantũ viriũ habuiſſet ad eos conuerſa oratio, ſicut ad deum directa. Et ideo ꝓcedens dixit: Nõ in gladio ſuo poſſederunt terram, & dextra eorum non ſaluauit eos. Hoc eſt eñ eius qui eos recreat & reficit, qui ſunt molliori & imbecilliori animo ad labores ſuſcipiẽdos, ꝗ quærunt victoriam ex humana conſequẽtia. Omnis ergo hæc precatio, eſt ad milites adhortatio, quę iubet vniuerſum in deũ coniicere ſtatueréq; ex ſpe in illũ pendere victoriã. Cur autẽ non dixit abſolutè, Audiuim⁹

A ſed noſtris auribus audiuimus? Quánam eñ alia corporis parte auditur? *Audire auribus.* Nunquid quæ dicuntur, ſunt ſuperuacanea? Abſit. Sed hic eſt mos cõmunis hominũ, qui quãdo aliqua narrant de quibus ſunt facti certiores, & res magnas & magni põderis referunt, iis quibus ea non ſunt vſqueadeo certa, aures ſemper adiiciunt, dicentes ſe auribus audiuiſſe. Non in hac autem ſolùm actione, ſed etiã in aliis hoc ipſum facere conſueuimus, noſtros ipſorũ ſenſus ꝓducẽtes in teſtimonium. Eſt ergo eorũ qui volũt fidem facere auditori, aures adiungere. Nã in oculis etiã & in manibus hoc *Palpare manibus: videre oculis.* ipſum facimus, vt quando dicimus, Manibus noſtris palpauimus. Porrò autẽ etiã dicebant Apoſtoli: Quæ viderunt oculi noſtri, & manus noſtræ contrectauerunt. *1. Ioan.1.* Vide autem eorũ vel hinc ex procemio virtutẽ, qui cum tot & tanta ꝓpter deum paſſi eſſent, à patria & libertate excidiſſent, pericula adiiſſent, alij autẽ in B exilium acti, montes & ſolitudines perſequerentur, nihil eorũ interim dicunt, videlicet, Hoc & illud paſſi ſumus ꝓpter te, da nobis auxilium: ſed tanquã hæc eis deeſſent quæ iure afferre poſſent, nec fiduciam ex ſuis factis haberent: ad ea, quæ deus maioribus illorũ fecerat, confugiunt. Eos eñ qui fiduciã non habent, hæc facere non eſt mirandum, cum eos ad hoc trahat neceſſitas. Quòd autem illi qui ꝓpterea ꝙ rectè fecerũt, magnificè loqui poſſint, nolunt ex iis ſeruari, ſed ex dei benignitate qua in patres vſus eſt: hoc eſt magnũ argumentũ eorũ humilitatis: prompti autẽ & alacris ſui animi non paruã hinc quoq; cauſam ſtatuũt. Sufficit eñ dei vel ſola appellatio ad profligãda bella innumerabilia. *Νόμιμ.* Patres noſtri annunciauerunt nobis. *Patres officij ſui commonētur.* Audite quotquot veſtrorũ filiorũ nullam curam geC ritis: quicunque carmina diabolica canentes, cõtemnitis diuinas narrationes. Sed non hi eiuſmodi, ſed in narrationibus præclarorum dei factorum vitam aſſiduè conſumebant, & duplex lucrũ faciebant. Nã & qui beneficio affecti erant, dum beneficiorũ recordarentur, meliores fiebant: & qui ex illis deſcenderant, nõ paruum dei cognitionis argumentũ ſumebant ex his narrationibus, & incitabantur ad imitandã virtutem. *Hiſtoria ſacrarũ vtilitas.* eis eñ libri erant ora eorum qui ipſos genuerãt. omníſq; ſchola & omnis diatriba has habebat narrationes, quibus nihil erat iucundius, nihil conducibilius. Si eñ rerũ ſolùm narrationes, fabulæq;, & figmẽta, ſolent ſæpe multos conſolari auditores: multò magis hæc quæ magnã oſtendebant beneficentiam, potentiam, ſapientiã, curã, & vnà cũ voluptate auditorẽ excitabant, & meliorẽ reddebant. Qui eñ dum fieD bant, interfuerãt, & viſu exceperant, ea auditui tradebant, & ad fidẽ faciendã non minus valebat auditus quàm viſus. Non minus eñ credebãt ij qui nõ adfuerant nec viderant, ꝙ̃ ij qui adfuerant & viderant. Hoc quoque eos non parum exercebat ad fidem. Videamus autem quid narrarunt, & nunquid ſimilis argumenti meminerunt. *Αἴτησι.* Qui eñ eſt aliquid rogaturus, & poſtulatum conſecuturus, ex data aliis gratia eum oportet petere ſimilia. Quod autẽ dico, eſt eiuſmodi, Petit aliquis famulus à nobis donũ: ſi oſtenderit aliũ quoque id accepiſſe, maximam affert rationem cur id debeat accipere, niſi exemplum lædat differentia. *Paradigma.* Differẽtiam autẽ dico perſonæ vel rei. Si eñ qui accepit, talis ſit qualis qui petit, & id quod petitur, ſimile: cõſiſtit exẽplum. Sin autem ille quidẽ iure accepit, hic autẽ non itidẽ: poſtulatione maiori erit opus. Neceſſe eſt autẽ id quod dico, manifeſtũ facere ex ſcripturis. Chananæa

Matt.15. Chananæa poſtquã audiit, Nõ eſt bonũ accipere panem filiorum, & dare canibus: dicit. Etiam domine. Nã & catuli edunt de micis menſæ dominorum ſuorum. Et Paulus rurſus ſcribens dicebat, *1. Cor.9.* Si alij veſtræ poteſtatis ſunt participes, multò magis nos: ex perſonæ differentia ſe plus iuris habere oſtẽdens. Et rurſus ſcribẽs ad Philemonẽ, dicebat, Quia viſcera ſanctorũ requieuerũt per te frater: propter quod multã fiduciã habens in Chriſto Ieſu imperãdi tibi quod ad rẽ pertinet, ꝓpter charitatẽ magis obſecro. Hîc eſt ex æquo exemplũ. Quãdo eñ primus fuerit qui accepit: veluti quandã ſecũdo feneſtrã aperit, ſi ſimilis ſit qui eſt petiturus, vel ſi eadẽ petat. Non ſolum autem ex iis quę aliis data ſunt, ſed ex iis etiã quę in nos ipſos antea col*Philip.4.* lata ſunt, fit ſępe valida poſtulatio: qđ etiã fecit Paulus ſcribẽs ad Philippenſes, & dicẽs, Quoniã & Theſſalonicã ſemel & iterũ quod mihi vſui futurum erat, miſiſtis. Et ideo multi qui multis donant, hoc præcipiunt ne id dicant aliis, ne in vnũ facta gratia, ei qui dedit, multos petitores excitet, vtpote ꝙ non poſſit ſubterfugiũ inuenire qui dedit, quo minus det aliis. Et hoc quidem meritò iubent homines, vt qui dando fiãt pauperiores: De⁹ autẽ cõtrà prædicat & ꝓclamat ea quæ dat aliis, vt aliis etiã præbeat occaſionẽ rurſus ab eo petẽdi. *Rom.10.* Dando eñ maiores eius oſtẽduntur diuitiæ. Et ideo dicit Paulus, Qui diues eſt in omnes, & ſuper omnes inuocantes eũ. Vidiſti nouã quandã naturã diuitiarũ. *Prouer.3.* Eam tu quoqe imitare magnificentiã. Quando enim opes repoſitas cõſumpſeris, tunc ipſas magis augebis. Si autẽ infoderis, ipſas tunc magis diminues. *Matt.19. Mar.10. Luc.18.* Et quid mirum ſi hoc accidit in ſpiritualib⁹, cùm hoc fiat etiam in carnalibus? Si quis eñ propter parſimoniã frumentum domi ſitum non conſumpſerit, nec in terram iecerit, id vermibus exedendum tradidit. Sin autem diſperſerit, maiorẽ meſſem colliget. Audite quotquot eſtis tardi ad eleemoſynam. Audite qui vobis diuitias ſeruãdo diminuitis. Andite qui nihilo melius affecti eſtis, quàm qui ſunt in ſomnis diuites. *Collatio elegans.* Quæ ſunt eñ præſentia, ſunt ſomnio nihilo meliora. Sed quemadmodũ qui in ſomnis ſibi videntur habere pecunias, licet fuerint regiæ gazæ dñi, cũ dies illuxerit, ſunt omniũ pauperrimi: ita etiam in via pręſenti qui nihil illuc auferre potuerit, eſt omniũ pauperrimus, licet omnia poſſederit. In ſomniis eñ ſolũ eſt diues. Si velis ergo mihi oſtendere diuitẽ, tunc mihi oſtẽde quando fuerit dies, quando in illam patriã receſſerimus: nunc autẽ non potero diſcernere diuitẽ & pauperẽ. Non eſt eñ rerũ veritas, ſed potius ſplendida & ſpecioſa vocabula. Quemadmodũ enim nõ*Polyblepõtes cæci.* nulli appellant cæcos græcè πολυβλέποντας, hoc eſt, multum vidẽtes, licet res nomen non ſequatur: imò ij ſunt maximè nõ videntes: ita etiam nomen diuitum hic dico circũferri eorũ qui nihil illic poſſidẽt. Quãdo eñ hic diues fuerit, tunc eũ ſcio maximè eſſe pau*Diuites, maximè pauperes.* perem. Niſi enim eſſet valde pauper, non valde diteſceret. Quemadmodũ enim cæcum, niſi omnino eſſet excæcatus, nõ appellaſſent ipſum πολυβλέποντα, hoc eſt, multũ videntẽ: ita hic etiã putandũ eſt. Depoſita ergo deceptione nominũ, veritatẽ rerum arripiamus. Res eñ non conſiſtunt in nominibus, ſed rerum naturæ effingunt nomina ex ꝓpria ſubſtãtia. Hic vocatur diues, ſed non eſt. Et quomodo nõ eſt, quando multũ argenti, multũ auri, & lapides precioſi, & veſtes aureæ, & omnia alia ei affluunt? Quoniam nõ aurum, nec veſtes, nec pecunię, ſed eleemoſyna facit diuitẽ.

A Hæc eñ ſunt fœnũ, hæc ligna & ſtipula. *1. Cor.3.* Quarúmnã enim, dic quæſo, veſtiũ amictus illũ ad terribile illud tribunal nudũ ſtantem operire poterit? Quod pertimeſcens Paulus dicebat, Siquidẽ induti nõ nudi reperiemur. *2. Cor.5* Quænã pecuniæ eum venientẽ in periculũ poterunt eximere? Quinã famuli poterunt adeſſe domino qui flagellatur? Quænam domus? Quinam lapides precioſi? Quænã balnea poterunt abſtergere ſordes ſuſceptas ex peccatis? Quouſque voſipſos ſeducitis? Quouſq; rerũ veritatẽ non cernitis, ſed ſomniis inhiatis, cum propè atq; adeo in foribus ſit iudicium? Sed reuertamur ad ea quæ ſunt ꝓpoſita. Patres noſtri annũciauerũt nobis opus quod feciſti in dieb⁹ eorũ, & in dieb⁹ antiquis. Poteſt etiã hoc verbũ ſumi anagogicè. *ἀναγωγικῶς* Si eñ illis patres narrauerunt, ſed & nobis etiã dedit dei gratia, vt quæ illis facta ſunt, per ſancti ſpiB ritus aduẽtũ diſceremus, Quomodo autẽ poterit quiſpiam hæc ſumere anagogicè? Si ea trahat ad pręclara *Epheſ.1.* nouæ gratiæ facinora, ꝙ in cęlũ ſublati ſum⁹, ꝙ regno *Ioan.1.* digni ſumus habiti, ꝙ deus homo factus eſt, ꝙ ſol*Eph.2.* uit intermediã ſepis maceriã. Sed redeamus ad hiſtoriã. Opus quod operatus es in diebus ipſorũ, in diebus antiquis. Meminit cuiuſdã antiquæ narrationis, & quę præclarè olim facta ſunt adducit. Et cur nõ alicuius noui & recẽtis meminit? Quoniã apud homines quidem iure ea quæ ſunt ꝓphetarũ, narramus: & per ea ipſos attrahimus, vtpote ꝙ ſit eis imbecilla memoria. *Pſal.136.* Deo autẽ æquè ſunt omnia cognita, & vetera, & noua. Ecce enim, inquit, tu cognouiſti omnia antiqua & nouiſſima, vltima & prima. Nihil autem refert an veterẽ an nouã narrationẽ dixerit, modò ſit adiecto cõueniens. Quámnã autẽ vult antiquã dicere narratioC nem? Audiamus. *Manus tua gẽtes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos.* Agnouiſtis ne quódnã bellũ dicat, quã victoriã, qđ trophæũ? Opúſne habetis vt id à nobis declarẽt? Exiſtimo quidẽ mulros iã intellexiſſe quod dicĩt. Propter eos autẽ qui ignorãt, neceſſe eſt aliquid noſtrũ addere. Quorúmnam ergo trophęorũ, quorúmnã facinorũ meminit? Eorũ quę in Aegypto, eorũ quę in deſerto, eorũ quæ in terra pro*Nume.14 Hebr.3.* miſſionis facta ſunt, vel potius eorũ quæ in promiſſione. Neq; eñ ij ꝗ ex Aegypto egreſſi ſunt, ij peruenerũt in Palęſtinã, ſed oẽs ceciderũt in deſerto. Quando *Præter Ioſue & Caleb.* ergo qui ex illis nati ſunt, & qui in deſerto ſunt educti, exierũt in Palæſtinã, inquit, eis nõ fuit opus armis, ſed vel ipſo ſolo clamore vrbes ceperũt: & cum Iordanẽ *Ioſue 6.* tranſiiſſent, primã vrbem quę eis occurrit, Iericho, ſaltantiũ potius ꝙ̃ bellantiũ ritu diruerunt. Armati enim D non tanquã ad pugnam, ſed tanquã ad concionẽ feſtúmve ac choreã egreſſi ſunt, ornatus potius gratia, quàm vt tutiores eſſent, armis inſtructi, & ſacris veſtibus induti, & habẽtes Leuitas qui caſtra præcedebãt, muros cinxerunt. Et videri poterat ſpectaculũ admirabile, & penè incredibile, tot milia exercit⁹ certo ordine & numeroſe incedẽtia, in ſilẽtio ſummo, honeſteq; ac decorè, perinde ac nullus adeſſet, cum illo tubarũ cõcẽtu & modulatione omnia rectè geſſiſſe. *Exclamatio ab exemplo.* Erubeſcãt qui tumultuantur in eccleſia. Si enim vbi tubæ reſonabant, tã pulcher erat ordo, & tanta moderatio: vbi deus ipſe loquitur, quámnã veniã aſſequẽtur, qui ꝓpter ſuos tumultus impediunt ne quę dicũtur exaudiãtur? Sed cur, inquit, non meminit eorũ qui exceſſerũt ex Aegypto? Quoniã omnes ceciderunt, quoniã pœnas dederũt. Cur autẽ omnes perierũt? Quoniam valde peccarũt. Hic autẽ aliud quoque ꝓuidit, vt qui Palæſtinam

Universidad de Deusto Biblioteca

Palæstinã erãt occupaturi,mala quę erãt in Aegypto,
nõ vidissent, omnẽ nẽpe superstitionẽ, & omnẽ im-
pietatẽ, & vt tãtæ improbitatis nullũ magistrũ habe-
rent. Eos eñ ita præoccuparat Aegyptiorũ cõsuetu-
do,&eos ita ceperat,vt post tot miracula ne in deser-
to quidẽ purè erroris reliquias abstergerent. Quòd si
etiã accepissent Chananæos priorib⁹ deteriores ma-
Cur filij gistros,quomodo nõ impegisset eorum impietas? Et
Israel tã- ideo eos qui nati erant,cõtinuit in deserto, donec ad
diu in de- virorũ ætatẽ peruenissent eorũ filij. Hæc autẽ loqui-
serto retẽti tur nõ è domo nostra desumpta,sed ꝓducta è scriptu
Ezec.20. ris.Nã per Ezechielẽ deus hoc ipsum eis exprobrat,
ꝙ cũ eos in desertũ eduxisset, & multũ cum eis disse-
ruisset,nõ audiebãt. Sed qua de causa iussit eos armis
indui,cum essent aggressuri Iericho?Fuisset eñ admi-
rabilius,si hoc fecissent sine armis.Maximè ergo cum
iubeat aliquid humanũ facere,& aliquod sensile auxi
liũ accipere,hoc facit se demittẽs ad eorũ imbecilli-
tatẽ. Quid potuerunt eñ arma efficere ad muros di-
ruendos?Quid verò clãgor tubarũ?Si eñ fuisset bellũ
aduersus homines,fuisset aliquod momentũ in armis
reponendũ.Sin autẽ erant casura mœnia,cúrnã armis
Iudic.6. induũtur?Porrò autẽ in Gedeone quoque , qui capti
sunt,erãt numero æquales iis qui non capti sunt, om-
nes eñ manifesti fuerunt.Quamobrẽ ergo hæc fiunt?
Vt qui hęc iubeñt,ad fidẽ deducãtur.Anima eñ quæ
ἀναγωγή. coalita est corpori,&nihil vnquã vidit incorporeũ,&
Rom.1. sensilib⁹ inhiat,ab iis quæ vidẽtur,ad ea quę mẽte cõ-
prehendũtur,deduci opus habebat. Vnde etiã ꝓphe-
tis de deo loquentibus opus fuit humanorũ mẽbro-
rum meminisse, non vt illam naturã à corruptione &
interitu alienã,ad membrorũ figuras formarẽt ac ef-
fingerẽt,sed vt animã in sensilib⁹ cũ corpore enutritã,
ex humanis docerẽt secreta quę sunt supra hominem.
Quoniã ergo dei operatio est aliquid qđ apprehẽdi-
tur intelligentia:ne qui nunc erant,nõ crederent, po-
nit etiã aliquid sensile.Si eñ dixisset, In septẽ diebus
euertetur vrbs vobis quiescẽtibus,& nihil faciẽtibus:
fortasse multi nõ credidissent, nunc autẽ hæc præce-
pta,veluti quoddã fundamentũ,humanæ menti sub-
iicit.Et ne id quod dicitur,existimetis esse solũmodo
coniecturã,volo vobis narrare veterẽ historiam quæ
cõfirmat quod dicitur.Naamã erat quidã Syrus.Eum
Probatio cum lepra inuasisset,& ꝓpter eũ morbũ erubesceret,
ab exẽplo. vt qui in maximo periculo versaretur , venit in Palæ-
4.Reg.5. stinã(breuitate enim vtendũ est)volens à Propheta li-
berari hoc malo. Cũ ergo venisset , & in viri foribus
constitisset,vocauit medicũ. Ille autẽ exaudiit quidẽ,
non tamen est egressus, sed tantùm misit, iubens eum
tingi in fluuio Iordane.Ille autem, quoniam erat leue
mandatũ,nõ multũ habẽs ex sensili,& quod nõ habe-
bat opus sublimi cogitatione,non credidit. Sed quid
dicit?Putabã ꝙ egrederetur ad me, & imponeret ma-
nũ suã,& inuocaret deũ,& curaret leprã. Vides quo-
modo anima opus habuerit re aliqua sensili. Non exi-
stimasset eñ iussum medici sufficere, sed manu opus
fuisse,erat imbecillitatis eius qui curabatur.Porrò au-
tem multa quoq; alia hinc soluũtur.Et ideo Christus
Matt.7. quoq; nõ semper verbo sanat, sed etiã manu , immisit
Marc.7. eñ manũ in os & in linguã:& alicubi quidẽ verbo so-
lo,alicubi autẽ volũtate solũ oĩa faciens, curabat eos
qui accedebãt.Quare ergo hoc faciebat?Propter im-
becillitatẽ eorũ q̃ accedebãt.Etvt scias hoc factũ fuis
se ꝓpter eorũ imbecillitatẽ, laudabat eos q̃ eiusmodi
rebus minimè opus haberẽt.Amen enim,inquit,dico

A vobis,Non inueni tantã fidẽ in Israël: quandoquidẽ *Matt.8.*
non traxit eũ in domũ suam Centurio , sed dixit eius
iussum sufficere.In Ezechia itaque nihil tale fit,sed est *4.Reg.18*
solummodo prædictio, & nihil humanũ adsumptũ *Num.5.*
est. & ideo in eo quoq; qui vxoris zelotypia laborat,
iussa est res aliqua crassior.Quòd si velis hæc quoque
sumere anagogicè(omnia eñ,inquit, hæc in figura e- *1.Cor.10.*
ueniebãt illis,scripta sunt autẽ ad correctionẽ nostrã,
ad quos fines seculorũ deuenerũt)cogita apud te opti
mos ecclesiæ doctores pro tuba oratione vtentes , &
aduersariorũ mœnia diruentes, & populũ integra &
perfecta Iesu armatura armatũ. Septem autẽ dierum
numerus iam antè nobis soluit sabbatũ. Neque eñ
eiusmodi legis præcepta principaliter data sunt. Et
ideo de sacrificiis quidẽ dicit, Quis eñ ea requisiuit è *Esa.1.*
manibus vestris? Et rursus : Nunquid carnes sanctæ *Hier.11.*
auferent peccata vestra?Et rursus:Nunquid hostias & *Amos.5. Hiere.6.*
B sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta an- *Psal.39.*
nis? Et rursus:Cur mihi affers thus ex Saba,& calamũ *1.Reg.15.*
suaue olentẽ è terra lõginqua? Et rursus; Sacrificiũ & *Psal.50*
oblationẽ noluisti. Et rursus , Nunquid holocausta & *Esa.1.*
sacrificia vult deus,vel ea exaudire? Et rursus, Si vo-
luisses sacrificiũ,dedissem.Et rursus, Obedientia me-
lior est q̃ victima.Et rursus festa eiiciẽs, inquit, Odio *Amos 5.*
habui repuli festa vestra,Aufer à me sonũ canticorum *Esa.58.*
tuorũ,& cantũ organorũ tuorũ non exaudiã, & diem *Ezech.20*
magnum nõ sustineo, & ieiuniũ & ferias odit anima
mea. Et rursus , Non est hoc ieiunium quod elegi.
Rursus quoq; dicebat Ezechiel,Dabo vobis pręcepta
non bona,in quibus nõ viuetis in ipsis. Ita etiã sabba-
tũ hîc soluit.Sed cur dicit,Quis hęc requisiuit de ma-
nibus vestris?Hoc vobis relinquo soluendũ. Poteritis
C autẽ talia inuenire,si purã vitã egeritis.Si eñ Corne- *Act.10.*
liũ ꝓpter vitã optimã vocauit ad arcanorum cogni- *Act.8*
tionem,& Eunuchũ ꝓpterea ꝙ studiosè legeret, fecit
etiã cognoscere: multò magis eos qui iã fidẽ assecuti
sunt,si rectã vitã ostenderint,docebit quæ sunt mani-
festiora.Quẽadmodũ eñ vita immunda est impedi-
mẽto quo minus ea cognoscãtur,vt dicit Paulus , Nõ *1.Cor.3.*
potui loqui vobis tãquã spiritalib⁹,quoniã lites sunt in
vobis & cõtentiones.Et rursus Esaias, Scire vias meas *Esa.58.*
desyderãt,vt popul⁹ qui fecit iustitiã: ita etiã vita mũ-
da deducit ad quęrẽdi studiũ. Quærite, inquit, & in- *Luc.1.*
uenietis. Quinetiã parabola eius qui petit panes ab a-
mico qui iã dormiebat, hoc ostẽdit. Propterea Salo- *3.Reg.3.*
mõ quoq; quoniã petiit spiritalia,ea etiã accepit quæ
nõ petiit.Quãdo autẽ & assiduitas,& spiritalis petitio,
& pura vita adfuerit, cogita apud te quãta erit acci-
D piẽdi facilitas.Atqui vel ipsa ꝑ se sola assiduitas pluri- *Luc.11.*
mũ potuit.Dico eñ,ĩquit,vobis,etsi nõ ꝓpterea ꝙ sit
eius amicus,ei dabit,ꝓpter impudentiã tamẽ eius da-
bit ei.Sed reuertamur ad ꝓpositũ.Opus quod opera-
tus es in diebus ipsorũ,in diebus antiquis. Manus tua
gẽtes disperdidit,& plãtasti eos. Vide q̃ ꝓpriè dictio-
ne vsus est.Nõ eo,inquit,solùm rem deduxisti, vt illi
quidẽ vincerẽt,hi verò vincerẽtur:sed omnia longius
ꝓcesserũt,licet antea quoq; non æquo certamine res
gereretur.Illi eñ possidebant , hi verò erant aduenæ:
sed tamen tanta facta est mutatio, vt illi quidẽ radici-
tus euellerẽtur:hi verò fierent ciues & habitatores.Et
ideo de illis quidẽ dicit , Manus tua gentes disperdi- *Man⁹ dei*
dit:de Iudęis autẽ,plantauit. Manũ autẽ dicit eius po
tentiã.Quòd si eos qui aliũde adueniebãt , & nec vr-
bẽ nec domũ habebãt in qua sedes figerẽt,aut in quã
se reciperẽt,reddidit tam cito potẽtiores iis qui intus
habitabant:

habitabant:multò magis nos patriis eiectos nõ despi-
ciet.Quid est autem,Plantasti?Fixisti . Quod est enim
plantatum,sit firmũ & stabile . Quid igitur,dic quæso,
non migrarunt?nõ abducti sunt in loca aliena? Abdu-
cti sunt certè,sed nõ propter inbecillitatẽ eius qui col-
locauerat,sed propter vitium eorum qui plantati sunt.
Nisi enim quæ fecerant,fuissent eis impedimẽto,nihil
vetuisset quo minus domi manerẽt.Afflixisti populos,
& expulisti eos . Nõnulli dicũt hæc dici de Ægyptiis.
Mihi autem videtur hoc quoq; dictũ esse de gentibus.
Nã de illis quoq; sumpsit suppliciũ,in vtroq; suã ostẽ-
dens potentiã,in delẽdis scilicet inimicis , & suis con-
firmãdis. *Nõ enim in gladio suo possederẽt terrã, & brachium*
eorũ nõ saluauit eos. Sed dextera tua, & brachiũ tuũ, & illumi-
Hæreditate possede- *natio vultus tui.* Alius,Lux: *Quoniã cõplacuisti in eis.* Atqui
runt ter. vincebãt omnes armati in bellis . Armati quidem,sed
ἐκληρο- nõ erat opus armis,sed deo duce.Vides quomodo lo-
νόμησαν co orationis adtexit consiliũ, suadens vt omnia in deũ
γῆν. coniiciant,eiúsq; arbitrio permittant?Quomodo autẽ
terrã vocat hæreditatẽ,cum patres, aui, & proaui ter-
ram non obtinuerint,sed alio & alio tẽpore consum-
pti sunt?Quia fuit facta patrib⁹ promissio. Veni,inquit,
Gene.12. in terrã, quam tibi ostendero,& dabo tibi terrã , & se-
Gene.15. mini tuo . Cũ autẽ dixisset dexteram & brachiũ, quo-
niã paulò crassius meminit dictionum,vide quomodo
attollit orationẽ,rursus subiungẽs, & dicẽs: Et illumi-
natio vultus tui,hoc est,defensio,prouidẽtia. Velle e-
nim adesse illis solũ suffecerit. Deĩde etiã causa,Quo-
niam cõplacuisti in eis.Hoc est , quoniã dilexisti eos,
quoniã voluisti.Res itaq; quæ fiebant,erant gratię nõ
rectè factorum,nec id ex propria virtute assecuti sunt,
sed ex dei benignitate. *Tu es ipse rex meus & deus meus,*
qui mãdas salutes Iacob. Alius,Manda de salute Iacob.Et
quænã est hæc cõsequentia?Magna quidẽ cum iis quę
dicta sunt. Quod enim dicit,est eiusmodi. Nos ab illis
originẽ duxim⁹: & tu deus ille ipse es qui & tũc & nũc
illa fecisti. Vndénam ergo est tanta mutatio?Nõ enim
alius quidẽ ille deus, tu vero alius,sed tu idem ipse es.
Neque verò rursus tu quidẽ idem es , ego verò alium
deũ inscribo,sed tu es rex meus,& deus meus.Ab im-
perio tuo nõ resiluimus,alium ducẽ non inscripsimus.
Qui mãdas salutes Iacob.Hoc est,& deus idẽ , & eadẽ
est prouidentia. Vndénam est ergo rerũ mutatio.Quis
est ergo,qui mandat?Qui præcipit, qui iubet Iacob vt
seruetur . Hîc rursus ostendit magnã auxilij facilitatẽ,
& maximam potestatem.Sed neq; parẽtis, nempe Ia-
cob,temerè meminit,sed vt causam suã magis probet,
eius virtutẽ adducit,volens sibi deum reddere propi-
tium. *In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu.* Et tu idẽ es,
inquit,& prouidẽtia eadem , & nos nostra tibi adscri-
bimus, & eisdem armis vsi sumus . Hoc enim sibi vult
Spernem⁹, illud,In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu. Alius
ἐξουδενώ- autem dicit,Eos qui nos affligunt,cornu petemus. *Et*
σομεν, *in nomine tuo spernemus insurgentes in nos.* Alius,Concul-
nihili du- cabimus.Quid,inquit,dico in te?Vel nomen tuum so-
cemus. lum inuocare sufficit ad omnia egregiè peragenda.
Non dixit enim vincemus,vel superabimus:sed,nihili
ducemus, nec eos esse aliquid putabimus . Hoc enim
sibi vult illud,in te inimicos nostros vẽtilabimus, & in
nomine tuo nihili ducemus insurgentes in nos . Non
eñ existimabim⁹ eos esse aliquid, nec perterrebimur,
sed tanquã qui nihil sunt,persequemur. Quod signifi-
cãs alius interpres,dixit,Cõculcabimus,per vim partã
victoriã, instructam absq; certamine aciẽ , pugnã sine
metu ostendẽs. *Nõ enim in arcu meo sperabo.* Alius,Cõsi-

A dit *Et gladius me⁹ nõ saluauit me.* Et quare his vsus es?Cur
autẽ armaris,& arcũ & gladiũ tractas?Qm̃ ita iussit de⁹
noster,ꝓpterea eis vsus sum:vniuersum autẽ in eũ cõ-
iicio,& eius arbitrio permitto.Ita docebantur bellare
cũ inimicis sensilibus,superno auxilio muniti . Ita etiã
cum iis, quos sola apprehẽdit intelligentia. Tu quoq;
quando aduersus diabolum bellum geris,dic ita:Non
confido meis armis,hoc est,nõ meæ virtuti, nec meæ *Dan.9.*
iustitiæ,sed dei misericordiæ. Ita etiã dicebat Daniel. *Prosterni-*
Nõ in iustitiis nostris † nos iactamus misericordiã no- *mus preces*
strã ante te. *Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes* *ante faciẽ*
nos cõfudisti. Alius,Quia seruasti. Quid opus est,inquit, *tuam.*
dicere vetera,& quę facta sunt à maiorib⁹? Nos,ĩquit,
ipsi habemus multa pignora prouidentiæ , & gloriosa
trophęa,frequẽtésq; & admirabiles & incredibiles vi-
ctorias enumerare possumus. Propterea enim dixit,&
B odientes nos cõfudisti,ostẽdens eũ non solũ nos libe-
rasse,nec tantũmodo eripuisse,sed cum magno dede-
core eorũ qui nos inuadebãt. *In deo laudabimur tota die,*
& in nomine tuo cõfitebimur in seculũ. Alius,deũ laudamus
toto die. Victoria quidẽ,inquit,pręteriit,nobis autem *Dies pro*
manet gratiarũ actio. Totũ enim diẽ dicit totã vitam. *vita.*
Nõ enim cessamus,inquit,tuũ laudare& celebrare au-
xilium. Hæc est enim nostra gloria. Hac gloriatione in
eo,apud omnes nos iactamus, nõ ꝙ ciuitatẽ magnam
habemus & admirabilẽ,nec quod primi vincimus,nec
ꝙ viribus corporis sumus superiores: sed quod verum
deum habemus,in hoc gloriamur . Non solũ quando
nobis bene vis, sed etiam quãdo relinquis. Hoc enim
est, Tota die: sicut etiam dicit Paulus: Mihi autẽ absit *Gala.6.*
gloriari,nisi in cruce Christi . Nulla est enim alia eius-
modi gloria. Quocirca rursus dicit , Non solũ autem,
C sed etiam gloriãtes in deo . Nihil enim potest confer-
ri cum hac gloriatione. Nemo ergo se iactet & glorie-
tur propter diuitias,nemo propter ea quæ ad hanc vi-
tam pertinent,sed propter hoc solum: ꝙ habeat deum *1.Cor.1.*
dominum. Hoc est omni libertare melius,hoc est ipsis *2.Cor.10.*
cœlis præstãtius. Si enim huius vel illius dici, gloriãdi *A mino-*
occasionẽ sępe attulit apud homines: cogita quantam *ri.*
affert gloriã dei dici. Quocirca Paulus quoq; hoc pro *Galat.5.*
magna authoritate posuit, dicens, Qui autem Christi
sunt,carnẽ crucifixerunt cum vitiis & cõcupiscentiis.
Diapsalma. Alius,semper. Hebræ⁹ autẽ סלה selah. *Nũc*
autẽ repulisti nos, & confudisti nos. Alius,Quãuis repulisti
nos. Alius,Sed ad hęc reiecisti. *Et nõ egredieris deus in vir-*
tutibus nostris. Alius,Et non progredieris in militiis no-
stris. Repulsionem enim statim pudor sequitur , & ad *Copia.*
mala patiẽda esse omnibus expositum. Copias autem
D hic appellat eorum exercitum,quandoquidẽ in eis est
regis potentia : cum deus hoc summo consilio proui-
derit, vt esset hoc principi, & iis qui eius reguntur im-
perio,vinculũ. Nam & rex iis opus habet qui eius ius-
sis pareant, & hi eo qui illis præsit : & alter alterius au-
xilio indiget. Ne aliqua enim esset arrogantia , effecit *δόγμα*
deus vt magna sæpe paruis egerent . Hoc ipsum fecit *probat à*
etiã in rebus inanimis. Labantem enim columnã sub- *minori.*
iectus sæpe culculus firmã stabilémq; præstitit. Et na-
uigiũ in quo quamplurimi sunt vectores , paruus cla-
uus dirigit,& liberat à periculis. Quid est autẽ, Quan-
uis repulisti nos? Licet,inquit,tot & tanta passi simus, à
te non deficimus,te laudantes, gloria afficientes, & in
te gloriantes. *Auertisti nos retro post inimicos nostros. Et qui*
oderunt nos, diripiebãt sibi. Alius, Posuisti nos extremos
cuiusuis inimici. Vide quomodo mala verbis extollit,
& calamitatẽ verbis amplificat,ostendens eos etiamsi

Universidad de Deusto Biblioteca

essent peccatores,satis tamē pœnarū dedisse.Hoc etiā
fecerunt pueri ex redundanti quadā copia in fornace
[Dan.3.] tunc canētes & dicētes,Tradidisti nos in manus inimi
corum nostrorū pessimorū,præuaricatorúmq;, & re-
[Ibidem.] gi iniusto,& pessimo vltra omnem terrā.Et rursus,Im-
minuti sumus plus q̃ omnes gentes, sumúsq; humiles
in vniuersa terra.Hoc ipsum hic quoq; significat pro-
pemodū dicens, Omnibus hominibus viliores & ab-
iectores redacti sumus,quādoquidē sumus tua nudati
prouidentia: & nec eousq; quidē mala nostra steterūt,
sed etiā præda facti sumus inimicis, qui nos suo arbi-
trio diuidebāt.Hoc enim sibi vult, Diripiebant sibiip-
sis,hoc est, nullo prohibente. *Dedisti nos tanquam oues*
[Ab ouib⁹ ducta similitudo.] *escarum,& in gentibus dispersisti nos.* Alius,Ventilasti,aut
cribrasti nos.Quid est,tanquam oues deuorationis?Id
est,Fecisti nos, inquit, ad inuadendum facillimos,nos
viles esse ostēdens.Sunt enim aliquæ oues acquisitio-
nis,quæ sunt aptæ ad generandū: sunt vero aliæ, quæ
propter seniū vel propter sterilitatē sunt tantùm vtiles
ad comedendū. Et id quod est acerbissimū, & omniū
grauissimū,nempe in gentes esse dispersos,illis eo erat
grauius, ꝙ ne legē quidē possent illic accuratè & per-
fectè seruare, & ꝙ à patriæ reipublicæ institutis exci-
dissent.Et non in vnā gentē, sed vbiq;, inquit, dispersi
sumus & ad vnū solū,nempe malè patiendū,parati su-
mus:vlcisci autem,aut manus extollere nō possumus.
Hoc enim significat similitudo ouium. *Vendidisti po-*
pulum tuum sine precio. Alius,In nō substātia.Alius, Nō
substantiæ. *Et non fuit multitudo in commutationibus eorū.*
Alius,Et non multū fecisti preciū eorum. Videtur di-
ctum esse valde obscurū:sed attendite,vt psallatis cum
intelligentia.Quid est ergo quod dicitur?Quā sint vi-
les & abiecti ostendit,nēpe nullius precij. Tanquā vi-
lis,inquit,precij abiectósq; & contēnendos nos dimi-
sisti.Hoc autē dicit more humano. Solemus enim quę
parui fiunt,& sunt vilia,dare vel sine precio. Quæ au-
tem magni facimus,ea si vēdamus, magno precio vē-
dimus:quæ verò parui,ea vel gratis damus.Improbos
itaq; seruos alij quidē dimidio precio, alij verò nullo
accepto precio vendiderunt. Si minori autem precio
tradere, ostendit q̃ sit vile quod venditur: nullo dato
[Ex collatione confirmatio.] precio accipere,sed sine precio,multò magis.Hoc er-
go dicit, Perinde ac si homo quispiā rebus suis cedat
sine precio, ita etiā ipse nos tāquam nullius precij di-
misisti,nos valde cōtempsisti.Hoc itaq; significat etiā
per id quod subiungit,Et non fuit multitudo in cōmu
[Eorum, ἡμῶν, nostris.] tationibus eorū.Hoc est, In emptione nostra. Et ideo
dicit alius, In appreciatione nostra.Precium enim est
quæ datur permutatio. Sæpe enim seruum damus, &
aurum vel argentū accipimus. *Posuisti nos in opprobrium*
vicinis nostris,subsannationem & derisum his qui in circuitu no
stro sunt. Alius, Pompā iis qui in circuitu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinem gentibus. Graue est hoc sup-
plicium & intolerabile,ab impiis maximè probris af-
fici,ab inimicis hæc pati,esse circuncirca qui eis insul-
tent, & eos vndiquaq; circumiri ab iis qui probra in-
[Similitudinem, παραβολήν, parabolam.] gerunt.Quid est autē parabola?Narratio,probrū.Erāt
enim circūcirca quidam scelerati, nullóq; sensu præ-
diti,qui non solū non miserebantur,sed probris etiam
& cōtumeliis afficiebant,ꝙ eos maximè angebat.Mi-
hi autē videtur hic dicere Arabes, qui prope eos ha-
[מָשָׁל] bitabant. *Commotionem capitis in populis.* Alius, Trans-
motionem: Hebræus autem מנד menod. Vel hoc er-
[מנד] go dicit,Transmouisti nos. Vel per gestum motus ca-
pitis,ostēdit valde lætantis insolentiā. *Tota die verecū-*

A *dia mea contra me est.* Alius, Ignominia. *Et confusio faciei*
meæ cooperuit me,à voce exprobrantis & obloquentis. Alius,
Et maledicentis. *A facie inimici & persequentis.* Hæc
supplicia eos magis cruciabant.Quoniā enim eis sem-
per & assiduè eueniebant res secundæ, & hostes vin-
cebant,omniū tunc ora aperta sunt cū ipsi cecidissent,
afflictíq; & prostrati essent:& nec respirare quidē po-
terant,sed perpetuum supplicium expectabant. *Hæc*
omnia venerunt super nos,nec obliti sumus te: & iniquè nō egi-
mus in testamento tuo. Alius,Nec fraudē fecimus pacto
tuo. Nos, inquit, aliis contraria via ingressi sumus. Illi
enim,antequam res vllę aduersæ euenissent,prostrati
sunt:nos autē etiā post res aduersas grauésq; calamita-
tes,firmo & immobili animo cōstitimus.Hęc autē di-
cunt, vt bono sint animo, & bonā spem cōcipiant qui
cum eis sunt,hortātes. Et ideo cū Daniel & tres pueri
B dicunt,Peccauimus,iniustè fecimus,hi dicūt,Non ini- [Dan.3.]
què egimus in testamento tuo : cōmilitonū animos &
spiritus excitātes.Si enim,inquit,maxima passi sumus, [A contrariis expositio.]
& ab eis originē ducimus qui magnis affecti sunt be-
neficiis,& in calamitatib⁹ minimè declinauimus, spes
est nobis magnæ salutis. Quod ergo dixi à principio,
hoc quoq; nunc dico,quod loco orationis eis addunt
animos, perinde ac si eis dicerēt, Quánā de causa spē
salutis abiecistis?Deū habemus qui nos defendit: & si
quid peccauimus,satis pœnarū pendimus:in tentatio-
nibus fortiter restitimus : eum qui peccatorū semper
curam gerit,viæ ducē habemus, & ideo bonus exitus
est nobis omnino expectādus. Quid est autē,Nō ini-
què fecimus in testamēto tuo?Hoc est, nō iniquè nos
gessimus in iis quæ nobis credita sunt, sed ea perfectè
custodiuimus.Est enim maxima iniquitas,quādo quis
C transgreditur legē quæ vindicat, quæ nō sinit vt vel à
propinquis iniuria afficiamur,& vitiū prohibet, quan-
do quis est ingratus in eū qui tot nobis bona præbet.
Et nō recessit retro cor nostrū. Alius, Non abscessit. *Et de-*
clinasti semitas nostras à via tua. Alius,Nec inclinata sunt
quæ nos erigunt. Alius, Et non auersum est retro cor
nostrum,nec declinarūt gressus nostri à via tua.Quod
prius dixit,hoc etiam hic dicit,ꝙ in tantis malorū flu-
ctibus ne tantillū quidē labarunt. Pulchrè autē sic di-
cit.Quemadmodū enim lex ducit in anteriora, ita ini- [Antithesis ex collatione.]
quitas retro statuit:& quemadmodum lex iubet recta
via ingredi:ita etiā iniquitas traducit hominem in lo- [via, lex.]
cum desertum & inaccessum. Viam ergo hic dicit le-
gem.Illud autem,declinasti,quod alij dicunt, Nec in-
clinata sunt quæ nos erigunt,à vita tua:Hebræus dicit
ותט אשרינו מני ארחך vathet aschurenu mini arche-
D ca.Si quis autē velit sequi interpretationē septuagin-
ta,& non aliorū,illud, Declinasti semitas nostras à via
tua, hoc est, procul à templo tuo nos collocasti, & in
aliena terra fecisti habitare, quod non permittebat vt
tuus cultus perageretur. *Quoniam humiliasti nos in loco*
afflictionis. Alius,In loco inhabitato.Alius, In loco si- [ἀπόδοσις.]
renum. *Et cooperuit nos vmbra mortis.* Alius, Obstruxi-
sti nos.Hæc mihi esse videtur redditio, eo ꝙ superius
dictum sit, vbi mala narrabant dicentes. Et confusio
faciei meæ cooperuit me,à voce exprobrātis & oblo-
quētis,quoniam humiliasti nos: siquis ita acceperit vt
referatur ad illud,Declinasti semitas nostras à via tua:
habet hîc consequentiā conuenientem sensus quem
diximus. Significat enim quomodo eos à viis suis re-
pulerit, legibus inquam & institutis, ꝙ eos in loca de-
serta abduxerit,& inter inimicos dimiserit. Hoc enim [vmbra mortis.]
significat illud, Cooperuit nos vmbra mortis, peri-
cula

cula dicēs quę mortē pariunt, & quibus mors est pro-
xima,quemadmodū dolores mortis, & inferorū por-
tas vocat scriptura.Ineuitabilia autē esse mala hic per
vmbrā & operimentū ostendit,& quę nec vllā libera-
tionem, & ne minimā quidē inuenire possint respira-
tionem. *Si obliti sumus nomen dei nostri, & si expandimus*
manus nostras ad deum alienum:nunquid deus requiret ista? Ip-
se enim nouit abscondita cordis. Hoc est bonorū seruorū,
malè patientes dominū colere & obseruare. Hęc sunt
documenta philosophiæ.Hic etiam docent auditores
nō simulare,sed deū toto corde adorare. Nouit enim,
inquit,abscondita cordis.Hæc autem dicunt, eos ter-
rentes ne quid deo indignū cogitent. Vide autē ma-
gnum virtutis incrementum : subiungit enim dicens:
Quoniam propter te mortificamur tota die:æstimati sumus sicut
oues occisionis. Magnū est enim & manere dei cultores,
& ad aliū non defecisse:multò autē maius est,cū mors
assiduè & quotidiana pericula immineāt,talē conser-
uare dilectionē. Considera autē quantū sit genus phi-
losophiæ,cum ipse quoq; Paulus eo vtatur, Apostoli-
[Rom.8.] corum periculorū procellas enumerans in epistola ad
Romanos.Quot ergo hi coronis digni fuerint, quādo
in veteri ad eandē mensurā certaminū, quæ suscipiē-
[1.Cor.15.] da erant in nouo,peruenerint ? Quod enim dicit Pau-
lus,Quotidie morior: hi hoc quoq;, non experientia,
nec euentu, sed animo. Quare autē dicit, Propter te?
Licebat, inquit, deficere, & à patriæ reipublicæ insti-
tutis recedere,& tutos esse, sed malumus malè pati, &
patria instituta seruare, quā postquā à patriis institutis
[1.Cor.4.] exciderimus,in pace vitā agere . Æstimati sumus tan-
[1.Cor.6.] quam oues occisionis. Tam facilè, inquit,nos interi-
munt. Hic autē ostendit eorū mansuetudinē. Sed ta-
men quāuis simus tam facilè expositi, firmo tamen &
immobili animo permanemus.Hic etiam dei iure ad-
miranda est potentia, quod eos qui tanquā occisionis
[πρόβατα σφαγῆς.] oues erant expositi,cōseruauerit,& quotidie moriētes
non siuerit in mortē incidere. *Exurge,quare obdormis do-*
mine? Alius,Quare es tanquā dormiens?Alius,Exper-
giscere.Alius,Euigila. *Exurge,& ne repellas in finē. Quare*
faciem tuam auertis? Alius, Abscondis? *Obliuisceris ino-*
piæ nostræ & tribulationis nostræ? Alius, Miseriæ nostræ.
Quod autē dicit,est eiusmodi.Potes mala soluere:ne-
[Somnus.] que enim ꝓpter tuā imbecillitatē, sed ex tua permis-
sione hęc fiunt.Somnū hic dicit quietē,& exurrectio-
nem,retributionē,& faciē,protectionē,prouidētiam,
curā,auxiliū.Cur obliuisceris inopię nostræ?Vide rur-
sus pium & gratum animū. Non dixit, Rectè factorū,
nō dixit, Animi firmi & immobilis.Non dixit,Animę
prophetæ in tentationibus. Sed quando se quidā de-
fendunt,illa ponunt,quādo autē petunt auxiliū, ex iis
vt salui fiant postulant,ex quibus ij qui sunt condēna-
[1.Cor.4.] ti.Quoniā,inquit,satis pœnarū dederūt,quoniā extre-
[2.Cor.1.] ma passi sunt. Hoc etiam sæpe facit Paulus,& alij pro-
[4.6.& Esa.25.] phetæ.Atq; hęc hi dicebant,cū nihil adhuc scirēt nec
[64.] de gehenna nec de regno,nec vllā adhuc talē didicis-
sent philosophiā, & omnia facilè ferebant. *Quoniam*
[Thre.1.2.] *humiliata est in puluere anima nostra.Conglutinatus est in terra*
[65.] *venter noster.* Quoniam dixit,Obliuisceris inopiæ no-
[Dan.3.9.] stræ,hoc est, afflictionis, dicit deinceps afflictionem.
Quod autē dicit,tale est,Periimus,defessi sumus, nihi-
lo meliori sumus conditione,q̃ mortui.Iure autē dixe-
rit quispiā,eorū etiā qui rebus præsentibus affixi sunt,
animā in terrā esse humiliatam:eorúmq; qui gulæ ser-
uiunt,ventrē esse terræ agglutinatū . Etenim qui amo-
re quoq; vinctus tenetur,& luto inhiat, & incorporeā

A quæ in se est,facultatē cineri mancipat, iure hæc pati [Pulchritudo corporu, lutum.]
dicatur.Quid enim aliud est pulchritudo corporis,nisi
puluis & lutum, atq; adeo quidpiā his etiā deformius
ac tetrius?Quòd si fidē non habes,cōsidera sepulchra
hominū,& videbis lutū & puluerē. Quando enim fa-
cies vitā præsentē exuerit, tunc apparet id ꝙ est, imò
verò etiā ante mortē,quādo senectus inuaserit,quādo
morbus afflixerit,tunc videbis id quod apparet est enī
lutū:sed vt peritus artifex, vel ex vili & nullius precij
materia fecit ingentē oriri pulchritudinē, non vt for-
niceris,sed vt tibi suam ostenderet sapientiā. Ne ergo [In fornicatores.]
artifici iniuriā feceris, nec cōmiseris, vt eius sapientiæ
opus, stupri & impudicitiæ à te fiat receptaculū. For- [Formæ pulchritudo quatenus admiranda.]
mā eousq; mirare, vt gloria & honore afficias artificē,
vlterius autē ne progrediare, animi perturbationē ex-
citās.Pulchrū opus.Is ergo qui fecit,est adorandus,nō
cōtumelia & probro afficiēdus. Siquis,dic quæso, au-
B ream alicuius statuā & regiam imaginē cœno & aliis
eiusmodi fœdauerit:nōne vltimum luerit supplicium? [Hebr. 10.]
Si qui autem inter homines stultè & scelaratè se gerit,
tāti reus est supplicij:qui dei opus tāta affecit ignomi-
nia,quid tandē patietur : & maximè quando qui hæc
facit,habet vxorē.Ne mihi enim dixeris naturæ cupi-
ditatē. Propterea enim permissum fuit matrimoniū,
ne vltra proprios terminos progredereris. Vide enim [Matrimonium cur permissum.]
quāto dignus eris supplicio.Nā deus tuæ quieti & ho-
nori prospexit, vt & naturæ rabiē per vxorem cōpe-
sceres,& hoc absque vllo periculo faceres,& ab omni
turpitudine & dedecore liberareris. Tu autē eum, qui
tantam tui curā gerit ex redundāti quadam & exube-
rāti copia,iniuria afficis.Dic enim mihi quęso,si noluis
set lege lata statuere matrimoniū, quātam vim & quā-
C tum cruciatū sustinuisses ? Cū ergo oporteat te ei gra-
tias agere & gloria afficere,ꝙ tibi maximā laboris par-
tem amputauerit,dū tibi nō vulgare solatiū excogita-
uit:tu per summū ingrati animi crimen eum cōtume-
lia afficis,& omnē pudorē exuis,& terminos tibi præ-
scriptos trāsilis?Non audis Paulū & nunc, & in medio [1.Cor.6.]
clamātem: Fugite fornicationē: vel potius Christum,
qui eius mouet animū?Cur alienā ediscis pulchritudi-
nem?Cur de vultu nō tuo curiosè scrutaris? Cur ferris
per pręcipitia?Cur retibus teipsum illaqueas?Oppone
murū tuis oculis, tuos oculos obstrue, īpone legē tuis
oculis.Audi Christū minantē, & impudicū aspectum [Matth.5.]
tāquā adulteriū condēnantē. Quid te iuuat voluptas,
quādo ea vermē parit,quādo metū perpetuū,quando
immortale ei qui fecerit,suppliciū?Quantò est melius [Rom.8.]
dū nostrarū cogitationū vim parūper sustinemus, frui
D perpetua animi quiete & trāquillitate,quā dū nefariis
nostris cupiditatibus paululū indulgemus, immortali
cruciatu affici?Ne,ô filij,ne ita faciatis.Nō bona est fa [1.Reg.2.]
ma quā de vobis audio.Scio ad quos dirigatur oratio,
non ad omnes : sed vbi vulnus inuenerit illic medica- [1.Cor.6.]
mentū adhibet.Cur matrimoniū violas?cur cubile in- [Eccle.47.]
iuria afficis?cur mēbrū tuū probro persequeris?cur fa- [Exod.2.]
mæ tuæ maculā & ignominiam inuris?Excinde animi
perturbationē,tolle delicias.Deliciæ enim & ebrietas
sunt fons fornicationis.Si ocio & animi remissione nō
vtaris vt oportet,id affert tibi afflictionem.Audi quid
passi sint Iudęi qui fornicati fuerāt, qui corporis Chri- [1.Cor.10.]
sti nō fuerāt participes, qui spiritualis mēsæ fructū nō
perceperāt.Nec fornicemur,inquit,sicut nonnulli eo-
rum fornicati sunt, & ceciderunt in vno die 23. millia.
Exurge domine,adiuua nos, & redime nos propter nomē tuum.
Alius,Sta nos defendēs, & libera nos propter miseri-

cordiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordiam tuã. Vide quomodo cõcluſerunt orationem A
poſt innumerabilia quę ab eis rectè & ex virtute facta
fuerant. Vndénã ſalutẽ aſſequi ęquũ cenſent? à miſeri-
cordia, à benignitate & clemẽtia, propter nomen dei.
Quid eſt, Propter nomẽ tuũ? Ne ipſum prophanetur,
q̃ ipſe etiã ſæpe dicit, Facio propter nomen meũ. Vi-
2. Cor. 3. diſti humilitatẽ & contritũ animũ. Et vndénã petunt
ſalutẽ? A clementia, à miſericordia, tanquã quibus re-
ctè facta deficerent, & nullã iuſtã ſalutis cauſam affer-
re poſſent, licet tot & tãta pericula laboréſq; ſuſceptos
iactarẽt. Nos quoq;, qui in gratia ſumus, eos imitemur,
& deo gloriã emittamus. Cui gloria & potentia nunc
& ſemper, & in ſecula ſeculorum, Ámen.

EIVSDEM IN XLIIII. PSAL. EPINI-
cion pro floribꝰ filioꝝ Core. Alius, *Victoriæ effectori propter*
lilia filiorum Core. Hebræus pro liliis dicit שׁוֹשַׁנִּים *alſoſa-*
nim. Intelligẽtiæ Canticũ in dilectum. Alius, *Scientis canti-* B
cum propter amicitiã. Alius, *Dilectis: Hebræus autem dicit,*
ידידות *Ididoth. Septuaginta autẽ in finẽ pro his qui commu-*
tabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto.

Ructauit cor meum verbũ bonum. Alius, Erupit. Alius, Motum eſt cor meũ verbo bono. Vel-
lem nũc adeſſe omnes Iudęos & Gentiles, & hoc libro à Iudæis accepto, pſalmum ita legere. Neq;
enim ignoratis, & in iudiciis & vbique tunc maximè à ſuſpicione remotũ eſſe rerum teſtimoniũ, quando id
Teſtimonium inimicorum, minimè ſuſpectũ. fertur ab inimicis. Vt hoc ergo hodie quoq; vſueniat,
exhibeamus teſtimoniũ ex veteri, vt & Iudæi & Gen-
tes pudore afficiantur. Iudæi quidẽ legentes, & nõ in-
telligentes. Gentes verò videntes libros nobis offerri
ab inimicis. Neq; enim poterũt ea à nobis eſſe cõficta,
cũ non nos, ſed qui Chriſtũ crucifixerũt, libros nobis C
præbeãt, qui de eius poteſtate loquuntur. Sed ſiue ad-
ſunt, ſiue non, nos noſtrũ officium faciamus, & aggre-
diamur interpretationẽ. Hic enim pſalmus in Chriſtũ
eſt inſcriptus, & ideo habet inſcriptionẽ, In dilectum,
&, Pro his qui cõmutabuntur. Is enim nobis magnam
facit mutationem, rerúmq; conuerſionẽ, & traductio-
nem. Hanc mutationẽ ſignificans quoq; Paulus dice-
2. Cor. 5. bat: Quare ſi qua in Chriſto noua creatura. Et ideo ſic
dicit in principio, Dixit cor meum. Quoniã enim eo-
rum quę dicebãtur, nihil erat humanũ, ſed cœleſtia ac
ſpiritualia erat narraturus, eáq; nõ ex propria inuẽtio-
ne, ſed ex diuina operatione, eructationis nomine hoc
ſignificat. Eructamus enim nõ quãdo volumꝰ, ſed ſer-
monẽ loquimur quando volumus, eúmq; & dicimus,
& reprimimus: eructationẽ autem nõ itidem. Oſten-
dens itaq; quę dicuntur, nõ eſſe humani ſtudij, ſed di- D
uinæ inſpirationis quæ eũ incitabat, eructationẽ pro-
Eructatio ꝓphetiã. phetiã appellauit. Quemadmodũ enim in eructatio-
ne id quod fit, oritur ex qualitate ciborum: ita etiã in
doctrina ſpirituali. Talia ergo eructabat, qualia come-
debat. Vide autẽ alibi quoq; aliũ prophetã hanc ope-
rationem ſimilitudine ſenſili exprimentẽ, & caput li-
Zech. 3. bri comedentẽ, idq; cum voluptate. Fuit enim, inquit,
in ore meo tãquã mel dulce. Quia ergo ſpiritualẽ gra-
tiam acceperunt, eis quoque ſimilia eructarunt. Quod
eũ nec de hac eructatione ſenſili, nec de cibis agatur,
audi quidnã eructet. Et quis eſt qui eructat? Nõ ſtoma
chus, qui eſt ciborum receptaculũ, ſed cor. Eructauit,
enim, inquit, cor meũ. Et quid eructat? Nõ cibum, nec
potum, ſed quæ ſunt mẽſæ cognata & conſimilia. Bo-
Ioan. 3. num verbũ, nempe de vnigenito. Is eſt enim maximè
bonus. Veni enim, inquit, non vt iudicẽ mundũ, ſed vt

te procedit, omnia leuia, plana & expedita proferens. A
Deinde hoc ipſum rurſus expurgans, & oſtendens ni-
hil eſſe humanũ eorum quæ dicuntur ſubiunxit, *Spe-*
cioſus forma præ filiis hominũ. Nonnulli quidẽ dicunt hoc
dictum eſſe de lingua, q̃ ſit calamus ſpecioſus forma.
Mihi autem videtur eũ deinceps de Chriſto dicere. Et
ideo alius quoq; dicit interpres, Pulchritudine orna-
tus es à filiis hominũ. Magno enim ardore & ſumma
Gene. 49. in eum affectione percitus, ad eum cõuertit orationẽ:
quemadmodum Iacob quoque dicebat, Ex germine
meo fili mi aſcendiſti, lapſus dormiiſti vt leo. A deo e-
nim afflatus, cũ eo deinceps loquitur, & ad ipſum di-
rigit orationẽ. Hoc autem dicit non per comparatio-
nẽ: nõ enim dixit ſpecioſior, ſed ſpecioſus forma præ
filiis hominũ. Hæc pulchritudo eſt alia ab illa. Cõſy-
dera autem quomodo primum loquitur de humanæ
naturæ ſuſceptione. Quòd autẽ de ea loquatur, oſten- B
dunt quę ſequũtur. Cum enim dixiſſet, ſpecioſus for-
ma præ filiis hominum, ſubiũxit. *Diffuſa eſt gratia in la-*
biis tuis. Deus autem non habet labia, ſed de humanæ
naturæ ſuſceptione agitur. Alius autem interpres, di-
cens, Diffuſa eſt gratia in labiis tuis, hoc fecit apertius.
Eſa. 53. Illud autem eſt, Oſtenſa eſt, velut ſi diceret quiſpiam,
Quæ erat intus, ſcaturiit, emanauit. Quomodo ergo
dicit alius Propheta, Vidimus ipſum, & nõ habuit ſpe-
ciem, nec pulchritudinem, ſed ſpeciẽ eius indecoram,
diminutã præter filios hominũ? Non dicit de defor-
Vt verè fuerit Chriſtus paſſus. mitate, Abſit, ſed de eius cõtemptione. Cum enim ſe-
mel humanitatis perſonã ſuſcepiſſet, quæcunq; erant
vilia & contemnenda peruaſit, vt qui nec ſibi matrem
reginam adſciuerit, nec tẽpore incunabulorum ac fa-
ſciarum in lecto aureo poſitus ſit, ſed in præſepi: nec in
Luc. 2. Matth. 4. Matth. 9. Matt. 8. Luc. 9. magnifica domo fuerit educatus, ſed in fabri lignarij C
humili domũcula. Et rurſus cũ diſcipulos aſſumeret,
nõ oratores, & philoſophos accepit, & reges: ſed piſca
tores & publicanos: & tenuẽ hanc vitam perſequeba-
tur, nec domũ habens nec veſtibus precioſis indutus,
nec delicata & lauta mẽſa fruens, ſed ab aliis nutritus,
probris affectus, contẽptus, eiectus & fugatus. Hęc au-
tem faciebat ex ſuperabũdanti quadam copia huma-
num faſtum conculcans. Quoniam ergo nil magnifi-
cũ nec glorioſum præ ſe ferebat, & nec vllos comites
habebat, nec ſatellites, imò vero nonnũquam etiã ſo-
lus obibat, ſicut quilibet è populo, ꝓpterea ille quidẽ
dicit, Vidimus ipſum, & non habuit ſpeciem, nec pul-
chritudinẽ: hic autẽ, ſpecioſus forma præ filiis homi-
num, ſignificans gratiam, ſapientiã, doctrinam, mira-
cula. Deinde deſcribẽs eius pulchritudinẽ dicit, Dif- D
fuſa eſt gratiã in labiis tuis. Vides eũ hæc dicere de hu-
Matth. 3. Ioan. 1. Ioan. 1. Ibidem. mana ab eo ſuſcepta natura. Quæ eſt autẽ hæc gratia?
Per quam docuit, per quam fecit miracula. Gratiã hic
dicit, eã quæ venit ad carnem. Super quem, inquit, vi-
deris ſpiritum deſcendẽtem tanquam columbam, &
manentẽ ſuper ipſum, is eſt qui baptizat. Omnis enim
gratia effuſa eſt in illud templũ. Non dat enim illi ſpi-
ritum in mẽſura. Nos enim de eius plenitudine acce-
pimus. Illud autem templum integrã & vniuerſam ac-
Eſa. 11. cepit gratiam. Hoc Eſaias quoq; ſignificans, dicebat,
Requieſcet ſuper ipſum ſpiritus ſapientię & intelligẽ-
tiæ, ſpiritus cõſilij & virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pieta-
tis. Spiritus timoris dei implebit ipſum. Sed illic quidẽ
Iſbel. 2. Act. 2. eſt integra & vniuerſa gratia: in hominibus autẽ parũ
quid, & gutta ex illa gratia. Propterea nõ dixit, Do ſpi
ritum, ſed, Effundã de ſpiritu meo ſuper omnem car-
nẽ. Hoc itaq; euenit. Omnis enim orbis terrarũ acce-

pit ex illo ſpiritu. Incepit enim donũ à Palæſtina, pro-
ceſſit autem in Aegyptũ, in Phœniciã, Syriam, Cili-
ciam, Euphratẽ, Meſopotamiam, Cappadociã, Gala-
tiam, Scythiã, Thraciam, Græciã, Galliã, Italiam, om-
nem Libyam, Europã, Aſiam, in ipſum Oceanũ. Quid
Pſal. 18. longiori oratione opus eſt? Quantũ terræ ſol reſpicit,
Rom. 10. Coloſ. 1. tantũ peruaſit hæc gratia: & hęc gutta ac ſtilla ſpiritus
impleuit vniuerſum orbẽ terrarum ſcientia. Per eam
ſigna fiebant, omnium peccata ſoluebantur. Gratia ta
men quæ data eſt in tot regionibus, eſt aliqua tantum
2. Cor. 1. pars & arrha doni. Dans enim, inquit Apoſtolus, arrhã
ſpiritus in cordibus noſtris, hoc eſt, partẽ operationis.
Spiritus enim non diuiditur. Vide autem quantus ſit
1. Cor. 12. fons. Alij enim per ſpiritum datur ſermo ſapientię, alij
verò ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alij
verò fides, alij autem gratię curationum, alij verò ope-
rationes poteſtatũ in eodẽ ſpiritu, alij autem prophe-
tiæ, alij verò diſcretiones ſpirituum, alij autem genera
linguarum. Tot gratias in tot gentes, quæ in baptiſmo
ſuſcepta eſt gratia in vniuerſum terrarũ orbem exten-
dit. Hæc autẽ omnia facit ſtilla Spiritus. Quòd enim
ſtilla eſſet, declarauit cum dixit, Effundam de ſpiritu
meo. & arrhã appellauit. Per hoc enim clarũ eſt parũ
quid ex toto datũ eſſe. Quocirca Ioãnes quoq; hoc ip
Ioan. 1. ſum ſignificãs, dicebat, Ex plenitudine eiꝰ nos omnes
accepimꝰ: Ex eo quod, vt ita dixerim, ſuperfluebat, ex
eo quod redundabat, ex eo quod ſupereffundebatur
omnes accepimus. Cõſidera ergo q̃ ſit omni ex parte
ſufficiens poteſtas Spiritus, quæ vniuerſo orbi terrarũ
tanto tẽpore ſufficit, & neq; circunſcribitur, nec con-
ſumitur, ſed omnes quidẽ implet opibus & gratia: ipſa
verò minimè conſumitur. Deinde quoniam nomen
Spiritus vt varię accipitur. ſpiritus multa nomina complectitur (nam & Angelus, C
& anima, & ventus hoc dicitur, & multa alia) ſubiun-
xit, de ſpiritu meo, Quẽadmodum ergo hominis ſpi-
ritui intercedit cũ homine cognatio, ita etiam dei ſpi-
ritui, ſed ei nihilo ſecius manenti in propria hypoſtaſi.
1. Cor. 2. Idq; Paulus ſignificans, dicebat: Quis enim hominum
nouit quę ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in ip
ſo eſt? Ita etiam quæ ſunt dei, nemo nouit, niſi ſpiritus
dei, nõ confundens hypoſtaſes ſeu perſonas, abſit, ſed
nobilitatem ſpiritus ſignificãs. Quanta ergo eſt ipſius
animæ cum ſeipſa conſenſio, tanta eſt ſpiritus cum pa-
tre cognatio. Quemadmodũ ergo filius quoq; dicitur
ſermo aut verbũ, nec eſt tamen eiuſmodi vt non ſub-
ſiſtat, ſed per id cognoſcimus quæ ſit eius cũ patre co-
gnatio: ita etiã ſpiritus dei, dicitur ſpiritus, nec tamen
Rom. 8. non ſubſiſtit. Et quẽadmodum quoniã eſt proprius ac
germanus patris filius, propterea nobis largitur ado- D
ptionem filiorũ: ita etiã ſpiritus, quoniã ſua natura eſt
dei ſubſtantia, dona nobis præbet in æternum. Nã ho-
mo quoq; quandoquidẽ natura homo eſt, propterea
poteſt hominis pingere imaginẽ. *Propterea benedixit te*
deus in æternum. Vides quomodo ex vehemẽti affectio-
ne ad ipſum orationẽ dirigit. Ea de cauſa alibi quoq;
nõ ſimpliciter & abſolutè futura prædicit, ſed præ ſe
ferens figurã intentati criminis: vt quãdo dicit, Quare
Pſal. 2. fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Ita
etiã hic, dicẽs, Propterea benedixit te deus in æternũ.
Cũ enim nec de eius ortu, nec educatione, nec de aliis
quidquã dixiſſet, hic obiter de eo loquitur. Qua de re?
Prophetæ & Euangeliſtæ differunt. Quod omnia quidẽ dicere per ordinẽ ac conſequẽ-
tiam, eſt Euangeliſtarũ, & ideo illa eis reſeruauit, hoc
enim erat officium illorum narrationis, prophetiæ ve-
rò munus eſt partes aliquas ſumere, & de iis diſſerere.

Universidad de Deusto Biblioteca

Et ideo prophetæ quoq; hoc vbiq; faciunt. Nã pau-
ca quædam quæ ad hiſtoriam pertinent, iniicićtes,&
In Chriſto adumbrantes,recedunt. Et ideo hic quoq;, Benedixit
plenitudo te deus,inquit,in æternũ,ſic dicẽs eius verba fuiſſe ple
gratiæ. na tanta gratia. Cõſidera ergo virtutẽ gratiæ. Deam-
Matth.4. bulabat quandoq; prope mare,& inuenit Iacobum &
Ioannẽ,& dicit eis: Venite poſt me,& faciam vos piſ-
catores hominum. Illi verò & patre & retibus relictis,
eum ſtatim ſecuti ſunt. Deinde etiã cum alibi diceret
omnibus Apoſtolis,Nũquid vos quoq; vultis recede-
Ioan.6. re?dicit ei Petrus: Domine, verba vitæ æternæ habes,
& nos credidimus & cognouimus ꝙ tu es Chriſtus fi-
lius dei viui: ad quẽ abibimus? Quid dico diſcipulos?
Ipſi Phariſæi cum miſiſſent miniſtros, audierunt eos
Ioan 7. dicentes,Nũquam homo ſic locutus eſt,vt hic homo.
Matth.9. Et alij rurſus dicebant,Nunquã ſic viſum eſt in Iſraël.
Matth.7. Et mirabantur,inquit,ꝙ eos doceret tanquam habens
Marc.1. poteſtatem, & non vt ſcribæ ipſorum & Phariſæi. Si
velis autem tu quoque ſcire gratiam, cõſidera quanti
ſint põderis & momenti eius præcepta,& videbis eius
Luc.14. potentiam. Niſi quis renunciauerit omnibus, & præ-
terea animam ſuam odio habuerit,inquit, non eſt me
dignus. ſermo tamen tantum potuit,vt in opus exiret,
& re vera id fieret:tãta erat eius gratia. Quid eſt maio-
ri nobiſcum familiaritate ac neceſſitudine coniunctũ,
quàm anima? Atqui ipſa quoq; contemptui habita eſt
propter illius iuſſum. Tu autẽ cum audis, Benedixit te
deus,ne labaris,nec humile & abiectum quidpiam co
Ioan.5. gitaueris. Quemadmodũ enim iam ante dixi,de carne
loquitur,quę habet labia,quæ gratiam ſuſcipit, quę ſu
ſcipit benedictionem: Deus enim nec benedictione
opus habet, nec gratia. Nam deus nullius rei indiget.
Ibidem. Quemadmodũ enim,inquit,pater ſuſcitat mortuos,&
viuificat: ita etiam quos vult filius viuificat. Et rurſus,
Opera quæ ille facit, ea quoq; facit filius ſimiliter. Et
Ioan.14. rurſus,Sicut cognoſcit me pater,& ego quoq; cogno-
Sic,ſimili- ſco patrẽ. Illud enim,ſic,& ſimiliter,& ſicut, ſignificãt
ter. eum eſſe immutabilẽ:ſed hic de humana natura quam
ſuſceperat,agitur. Audimus autem ipſum quoq; rurſus
Ioan.10. dicentem, Propterea pater me diligit,quia ego pono
animam meam pro ouibus. Nunquid eum nõ dilige-
Matth.3. bat antea? Quomodo ergo dixit: Hic eſt filius meus
dilectus? Sed hoc poſuit volens oſtendere quãtum &
quàm præclarũ ab eo fieret facinus. Sicut ergo illic in
reddenda ratione eſt cauſa aliqua, ita etiam hic quoq;
cauſa eſt manifeſta. Hac em̃ de cauſa prius dixit, Spe-
cioſus forma prę filiis hominũ.&, Diffuſa eſt gratia in
labiis tuis,&,propterea benedixit te deus in ęternũ,id
ſuſceptæ humanitati aſſcribẽs,vt quãdo rurſus huma-
nũ quid dicturus ſit,&quod ſit eius dignitate inferius,
ne labaris,ſed cognoſcas de quónã loquatur. Ita etiam
Iacob humanitatis ſuſceptæ conſiliũ ſignificans,dice-
Gene.49. bat,Pulchri eius oculi ſicut vinum,& cãdidi eius den-
tes ſicut lac: Diuinitas autem non habet dentes. Alius
Eſa.11. quoque propheta dicit,Percutiet terrã verbo oris ſui,
& ſpiritu labiorum tollet impium,eadem dicens cum
2.Theſ.2. Paulo dicente: Quem dominus conſumet ſpiritu oris
ſui,& abolebit apparitione ſuæ præſentiæ. Ne tu ergo
cum hęc audieris,contẽnas,oſtendit tibi vires diuini-
tatis. Neq; enim carnẽ diuidit à diuinitate, neq; diui-
nitatem à carne,nõ ſubſtantias confundens, abſit,ſed
vnionem oſtẽdens. Propterea dicit, Benedixit te deus
Chriſtus in ęternũ. Quis eſt autẽ modus benedictionis? Aſſiſtũt
vt benedi- angeli,archangeli,throni,dominationes, principatus,
catur. poteſtates,laudibus celebrantes. Omnis terra à finibus

A in fines deũ incarnatũ canit,& laudibus afficit. Primus
enim Adam repletus fuit execratione, hic autẽ cõtrà *1.Cor.15.*
multa benedictione. Ille audiit, Maledict⁹ tu in operi-
bus tuis,& qui eũ eſt cõſecutus. Et,Maledictus,qui fa- *Gene.3.*
cit opus dei negligẽter. Et,Maledictus,qui nõ perma- *Hier.48.*
net in omnib⁹ quę ſcripta ſunt in libro hoc.&,Maledi- *Deut.27.*
ct⁹,qui pẽdet in ligno. Vides quot maledictiones. Ab *Deut.21.* *Gala.3.*
his omnibus liberauit Chriſtus fact⁹ maledictũ. Quẽ-
admodum enim ſeipſum humiliauit,vt te exaltaret,&
mortuus eſt vt te redderet immortalem:ita etiã factus
eſt maledictum, vt tu implereris benedictione. Quid
poteſt cõferri cũ hac benedictione, quãdo per male-
dictionẽ largitur benedictionẽ? Neq; enim ipſe opus
habuit benedictione, ſed eã tibi donat. Quẽadmodũ
enim quãdo dico eum fuiſſe humiliatũ,non dico mu-
tationem,ſed humanę ſuſceptæ naturę demiſſionẽ:ita
etiam quãdo dixero eũ eſſe benedictũ, non hoc dico,
B ꝙ ei fuerit opus benedictione, ſed rurſus oſtendo de-
miſſionẽ humanę ſuſceptæ naturæ. Benedicta fuit er-
go humana natura. Chriſt⁹ enim à mortuis excitatus, *Rom.6.*
nõ moritur amplius,nec eſt maledicto obnoxius: imò
vero nec ante quidẽ erat obnoxius,ſed ſuſcepit male- *Δυνατέ,*
dictũ,vt te ab eo liberaret. *Accingere gladio tuo ſuper fe-* *ὁ potens.*
mur tuũ potẽtiſſime. Alius,cinge enſem tuũ ſuper femur.
Alius,impone veluti gladiũ tuum ſuper femur. *Specie*
tua & pulchritudine tua. Alius,laudẽ tuã & authoritatẽ
tuã. Alius,gloria & decore tuo. Quænã eſt hæc muta-
tio,& quænã verborũ tranſlatio? Cũ enim de docto-
re loqueretur:(hoc enim ſibi vult illud,diffuſa eſt gra-
tia in labiis tuis)armatũ regem nobis repẽtè deſcribit,
nec ita vt locũ teneat prophetiæ,ſed vt locũ ſupplica-
tionis. Nõ dixit enim,Accingere gladiũ ſuum, ſed ro-
C gat,& dicit,Accingere gladio tuo. deĩde huic etiã ar-
maturæ admiſcet pulchritudinẽ, nũc quidẽ grauis ar-
maturæ militẽ ſignificans, nunc vero venuſtũ hominẽ
ac ſpecioſum. Specie em̃, inquit, tua & pulchritudine
tua,deinde ſagittariũ. Sagittę enim,inquit,tuæ acutæ,
potentiſſime. Et rurſus victorẽ & triũphatorẽ,Populi,
inquit,ſub te cadẽt in corde inimicorũ regis. Porrò au
tem eundẽ rurſus inducit vnguentis delibutũ, qui eſt
miles grauis armaturæ, & rex, & ſagittarius, & victor.
Myrrha em̃,inquit,& gutta,& caſia à veſtimentis tuis.
Quid ergo cõmune inter ſe habẽt arma & vnguenta, *Quæſtio*
gratia & gladius,doctrina & bellũ, arcus & pulchritu- *per anti-*
do? Hęc enim ſunt ſigna pacis,illa verò pręlij & inſtru- *theſin.*
ctę aciei. Quis ergo eſt ſimul & pacis amic⁹,& rei mili-
tari dedit⁹? cui diſtillat vnguẽtũ, & armis eſt munitus?
Quis procedit ex domib⁹ eburneis,& hoſtes fũdit in-
D numerabiles,& maximã ſtragẽ facit? Quomodo ſolue
mus hãc dubitationẽ,niſi rectè ſciamus hęc quoq; di-
ci de patre? Nã ipſe quoq; propheta eũ alibi armatũ
introducit,vt quãdo dicit: Niſi cõuerſi fueritis,gladiũ *Pſal.7.*
ſuũ vibrauit:arcũ ſuũ tetẽdit,& parauit ipſum, & in eo
parauit vaſa mortis. Et rurſus alibi, Induet thoracẽ iu- *Sapien.5.*
ſtitiæ. Vide autẽ eandẽ quoq; authoritatẽ. Quẽadmo-
dum enim illic dicit,Gladiũ ſuum vibrabit,nõ ab alio
iuſſus,ſed ipſe ex ſeipſo:ita hic etiã,ſagittę potẽtis acu-
tæ,populi ſub te cadent in corde inimicorũ regis. De-
inde oſtendẽs eum hæc omnia ex ſua authoritate fa-
cere,dicit,Deducet te mirabiliter dextera tua. Non a-
liunde,inquit,operationẽ ſuſcipis,ſed ipſe tibi ipſi ſuf-
ficis. Audi autẽ ipſum quoq; pacis deũ dicentẽ diſci-
pulis,Non veni pacẽ in terram mittere,ſed gladiũ. Et *Matt.10.*
rurſus, Ignẽ veni mittere in terrã, & quid volo niſi vt *Luc.12.*
accendatur? Hic autem de eodem dicens, quomodo
ſit ventu-

Pſal.17. ſit venturus dicit, Deſcendet ſicut pluuia in vellus, &
tanquã gutta quæ diſtillat ſuper terram. Hæc dico, vt
attenti ſitis & vigilantes,& quæ ex dictionibus ſignifi-
Solutio. cantur,diligenter ſumentes,ſoluatis apud vos dubita-
tionẽ. Hæc enim nomina ſignificant eius operationes.
Ita ergo hic quoq; cũ audieris, Accingere gladio tuo
ſuper femur tuum potentiſſime, exiſtima eſſe nomen
eius operationis. Ita etiã arcus & ſagittas. Quẽadmo-
dum enim ſcriptura dicit deũ iraſci, nõn perturbatio-
Ira dei, nem animi ei tribuens,ſed per hanc dictionẽ,punien-
correctio tem eius operationem oſtẽdens,& quæ ſunt craſſiora
vel puni- attingens, ita id ipſum ſignificat arma dicens. Quia
tio. enim non per noſipſos, ſed per alia inſtrumenta puni-
mur:volens eius punientem oſtendere facultatem, id
per nomina nobis nota ſignificauit, nõ vt arma in deo
cogitemus,ſed vt ſignificãtius & cum maiori emphaſi
eius punitionem audiamus. At multi,inquit,ex hoc lo
co læſi ſunt: ſed temere, & à propria inſcitia: maximè
enim cum deum audirent, debebant intelligere id di-
ctũ eſſe tropicè & figuratè. Nũc verò nec per alia qui-
dem verba neglexit ſcriptura docere deũ eſſe impati-
bilem. Audi ergo quomodo alibi docet ꝗ ſit ei facilè
Pſal.64. ſumere ſupplicium,dicens,Exurgat dominus, & diſſi-
Pſal.103. pentur inimici eius. Nũquid opus eſt armis? Nunquid
Pſal.17. gladio? Sufficit, inquit, ſolum ſi exurrexerit. Sed hoc
quoq; rurſus eſt craſſum,& ideo ſępe dicit,Qui reſpi-
cit ſuper terrã,& facit eã tremere. Et rurſus,A facie ei⁹
commota eſt terra. Atqui hoc quoq; eſt craſſum. Au-
Pſal.113. di ergo rurſus id quod eſt ſublimius. Omnia quæcũq;
Cap.12. voluit fecit: ei enim ſolum voluiſſe ſufficit. Vide autẽ
quomodo in his etiã craſſioribus oſtendit deum nul-
lius rei egere. Neq; enim prius armorum meminit,quã
eum potentem vocauerit,& rurſus cum arma enume-
raſſet, omnem victoriã eius dextræ adſcripſit,hoc eſt,
Eſa.9. eius naturæ & potentiæ. Quod alius quoq; propheta
ſignificans, dicebat, Principatus eius ſuper humerum
eius,nõ vt humerum intelligas,abſit,ſed vt ſcias deum
non egere aliorũ auxilio. Accingere gladio tuo ſuper
femur tuum potentiſſime, ſpecie tua & pulchritudine
tua. Quid hic igitur dicit? Per hæc craſſiora nomina
oſtendit eius operationẽ per quam orbẽ terrarum re-
xit,per quam bellum cõfecit,&tropheum erexit. Erat
enim bellum grauiſſimũ, & omnium bellorum acer-
biſſimum,in quo barbari bellum gerebant,ſed dęmo-
Eſa.53. nes tendebant inſidias,& vniuerſo orbi terrarum affe-
Eſa.61. rebãt exitium. Quocirca Eſaias quoq; dicebat,Et for-
tiũ diuidet ſpolia. Et rurſus, ſpiritus domini ſuper me,
qua de cauſa vnxit me: ad euãgelizandum pauperibus
Rom.1. miſit me,ad prædicãdam captiuis remiſſionẽ. Quam-
Epheſ.2. obrem Paulus vbiq; in principio Epiſtolarum ſcribẽs
dicebat,Gratia vobis &pax à deo patre noſtro. Et rur-
ſus,Ipſe enim eſt pax noſtra,qui fecit vtraque vnũ. Ne
autem dum audis,Accingere gladio tuo,enſem intel-
ligas ſenſilem: audi quæ ſequũtur,Cum enim dixiſſet,
cinge te gladio,ſubiunxit,Specie tua,& pulchritudine
tua: hoc eſt gladius,ſpecies eius,pulchritudo,& autho-
ritas,gloria,maieſtas,&magnificẽtia. Nullius enim illa
indiget ſubſtãtia ad eã rectè gerenda quæ fuerint pro-
poſita, eſt enim nullius indiga. Eum ergo adhortatur
propheta,pro vniuerſo orbe terrarum eum ad bellum
educens. Deinde à ſublimibus orationẽ rurſus dedu-
cit ad craſſiora. Cum enim dixiſſet gladium & femur,
aſcẽdit ad ſpeciẽ & pulchritudinẽ: & illinc rurſus de-
ſcẽdit ad ea quæ ſunt magis corporea, & dicit. *Intẽde,*
proſperè procede, & regna. Cum autẽ dixit,intende,arcũ

A ſignificauit & ſagittam. Deinde oſtendens rurſus eum
armis nõ agere,ſubiunxit,proſpere procede,& regna.
Alius interpres dicit, promoue. Regnum autẽ hic di-
cit,quod adminiſtrauit extremis temporibus aſciſcẽ-
do in familiaritatẽ & ſcientiam. Hæc autem verba in-
dicant prophetæ deſiderium vidẽtis iam quę erant ab
eo faciẽda,& vniuerſum orbem terræ,qui deduceba-
tur ad veritatem: & ideo tropo vſus eſt, nempe præci-
piente & exhortante figura dictionis. Conſueuerunt
enim minores quando ſunt acri maiorum inflammati
ſtudio,his vti dictionibus. *Propter veritatẽ, & mãſuetudi-*
nem & iuſtitiam. Aduerbio veritatis vtitur. Vides quo-
modo ſeipſam interpretatur ſcriptura, & oſtendit vi-
ctoriã verſari in intelligẽtia,& eſſe ſpiritalẽ. Qui enim
meminit armorũ, gladij, & arcuũ, quomodo hic me-
minit manſuetudinis? Quid enim cõmune inter ſe ha-
B bent bellum & manſuetudo,pugna & clementia? Per-
multum quidem certè,ſiquis rectè expẽderit. Nam &
Dauid & Moſes erãt mites: & ideo de illo quidem di- *Pſal.131.*
cit ſcriptura, Memẽto domine Dauid, & omnis man- *Num.12.*
ſuetudinis eius,de Moſe autem,Erat Moſes mitiſſimus
omnium hominum qui erant ſuper terram, tamen vi-
dentur ij qui erant omnium mitiſſimi,omniũ maximè
vlciſci. Sed ſi vultis, dicamus prius de eorum manſue-
tudine. Cum hic beatus cepiſſet ſæpe Saülẽ,& eſſet in *1.Reg.14.*
eius poteſtate eum de medio tollere, manum in eum *26.*
non immiſit: quinetiã cum alij ipſum incitarent,ei pe-
percit,& iram repreſſit. Iam verò cùm Semei eum cõ- *2.Reg.16.*
tumelia afficeret,& eius calamitati tunc inſultaret,vel-
lẽntq; duces tranſire,& maledicum hominem probris
eiuſmodi inſectantem interimere, dicit verba plena
omni ſapientia. Illum quoque parricidam & inconti-
C nentem adoleſcentẽ, quomodo ſuis commendat du-
cibus,dicẽs,Parcite filiolo meo Abſaloni? Quãdo au- *2.Reg.18.*
tem in principio loquebatur cum fratribus ei inuidẽ-
tibus propter futurã victoriam, cogita quàm manſue-
te loquitur,dicens: Nunquid non verbũ eſt? Quid ve- *1.Reg.17.*
rò Moſes? pro iis qui eũ lapidibus petierant,pro iis qui *Exod.17.*
eum,quod in eis erat,de medio ſuſtulerant,audi quid *Exod.32.*
dicat,Si peccatum quidẽ eis dimittis, dimitte: ſin mi-
nus, me quoq; dele de libro quẽ ſcripſiſti. Cũ alij rur-
ſus eum mouerent ad æmulationem, & incitarent ad
iram,pulchra illa & ſapientiæ plena verba locutus eſt,
dicẽs. Quis dederit vt totus populus domini prophe- *Num.11.*
tet? Pro ſorore autẽ rurſus, quæ eũ maledictis inceſſe- *Num.12.*
rat,ꝗ ſuppliciter precatur? Ex multis quoq; aliis locis
videri poteſt eius manſuetudo, quando etiam in Pa-
læſtinam ingredi prohibitus, cum omni comitate &
D manſuetudine Iudæos alloquitur. Sed tamẽ hic mitis, *Num.16.*
vt Dathã,Abiron & Core, cum in ſacerdotium inua-
ſiſſent,à terra abſorberẽtur: & alij exurerentur,quan-
doquidem ignem alienum obtulerant, æquum exiſti-
mauit. Dauid quoque ille manſuetus, & Goliath pro- *1.Reg.17.*
ſtrauit, & exercitum fugauit, & retulit victoriam, hoc
eſt enim vel maximè manſueti,ſuas quidẽ iniurias re-
mittere,eos autẽ quibus ſit iniuria,defendere: quem-
admodum Chriſtus quoq; fecit. Cum enim in crucẽ
aſcendiſſet,dicebat: Pater, ignoſce eis, neſciunt enim *Luc.23.*
quid faciũt. Et Hieruſalẽ rurſus deflens,dicebat,Quo- *Matt.23.*
ties volui cõgregare filios veſtros,& noluiſtis:ecce re- *Ioan.18.*
linquetur domus veſtra deſerta. Et cũ impactus eſſet *Ioan.7.* *Matth.4.*
ei colaphus, non colaphum contra impegit, ſed ei qui *8.12.13.*
impegerat, reſpondet: & cum appellaretur dæmonia- *Marc.1.*
cus, eiiciebat dæmones: & cum vocaretur planus,&
impius, & dei aduerſarius, in regnum ſuum ducebat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matth. 5. Diſcipulis quoq; iuſſit vt vbique flagellarentur,perſe-
Luc. 21. cutionem paterentur,expellerētur, minorémq; & in-
Ioan. 15. feriorem locum diligerēt.Qui enim vult in vobis eſſe
Matt. 20. primus,ſit veſter miniſter. Domeſticū autem ſubiūxit
exemplum,dicens,Sicut filius hominis non venit mi-
niſtrari, ſed miniſtrare: & dare animam ſuam redem-
ptionem pro multis.Quòd ſi expellit dæmones,& cū
diabolo bellum gerit, & errorem tollit de medio,hoc
quoq; eſt maximę manſuetudinis omne quidē vitium
abolere,eos autē qui ab illo detinētur liberare,inſidiā-
tes dęmones coërcere,& qui ab eis probris affecti fue
rint,à malis eripere. Quid eſt autē, propter veritatē,&
manſuetudinē,& iuſtitiā tuā? Dixit bellū, dixit inſtru-
ctam aciem, oſtēdit armatū militē,dicit deinceps quę
pulchra & præclara in regno ſuo geſſerit, genus tro-
phæi,conditionē & naturā victoriæ. Alij enim omnes
homines regnantes,vel pro ciuitatibus,vel opibus,vel
inimicitiis,vel vana gloria bellū gerunt: ipſe autē pro-
pter nullum eorū, ſed propter veritatem, vt eam plan-
tet in terra:& propter manſuetudinem, vt qui ſunt fe-
ris immaniores, manſuetos efficiat: & propter iuſtitiā,
vt in quos tyrānidē exercet iniquitas,eos iuſtos faciat,
primū quidē ex gratia, deinde ex rectè factis. *Et de-
ducet te mirabiliter dextera tua.* Alius,& illuminabit te ſu-
per terribilia dextera tua. Alius,& oſtēdet tibi terribi-
lia dextera tua. Vidiſti quomodo rurſus nobis appe-
ruit dignitatem eius qui hæc præclara facit. Quemad-
modum enim cum ſuperius dixiſſet arma,& gladium,
aſcendit ad ſpeciem ac pulchritudinē,& ad incorpo-
reas intelligentias deduxit auditorem : ita cum rurſus
deſcēdiſſet ad id quod eſt craſſius, nempe arcus & ſa-
gittas,paulatim rurſus erigit auditorē,belli cauſas refe-
rens,veritatem, manſuetudinē, iuſtitiam. Deinde rur-
ſus modum quoq;. Quiſnam autem eſt is? Et deducet
te,inquit,mirabiliter dextera tua. Quod autē dicit,tale
eſt : Ipſa ſibiipſi natura ſufficit, ipſa ſibiipſi ſufficit po-
tentia ad videndum quę ſunt agenda,& finem eis im-
Opera ponendum:Rectè autem dixit alius, terribilis dextera
Chriſti tua, ſunt enim valde terribilia & horrore plena quæ
terribilia. geſſit, mors deleta eſt, perfracti ſunt inferi, paradiſus
1.Cor.11. fuit apertus,cœlum paruit,obſtructa ſunt ora dęmoni-
Hebr.2. bus,inferna cum ſupernis cōmixta ſunt, Deus homo
Act.2. factus eſt,homo ſedit in throno regio, aperta eſt ſpes
Hebr.9. reſurrectionis, immortales expectationes, ineffabiliū
bonorū vſus fructus, & alia quæcunq; per ſuū aduen-
tum pulchrè & præclarè geſſit:& ideo dixit,Oſtendet
tibi terribilia dextera tua,oſtēdens ſibiipſi ſufficere na
turam & potentiam ad ea inuenienda & perficienda
quæ fuerant propoſita. Septuaginta autē dicūt,dedu-
cet te mirabiliter dextera tua,hoc eſt, non ſolū mirari
oportet ꝙ res pulchras & præclaras geſſerit, ſed ꝙ eas
pręter hominum expectationem & opinionē geſſerit.
Per mortē enim mors deleta eſt,per maledictū, male-
Heb.2.9. dictum ſublatū eſt,& data benedictio:per eſum nuper
1.Cor.15. eiecti fueramus,per eſum rurſus introducti fuimꝰ. Vir-
Galat.3. go nos paradiſo expulit, per virginē vitam æternā in-
Gene.3. uenimus.Per quę condēnati ſumus,per ea fuimus co-
Ioan.6. ronati.Hæc ergo animo agitās propheta,dicebat,De-
Gene.2. ducet te mirabiliter dextera tua.Nunquid opus eſt ar-
Matth.1. mis?Nunquid gladio?Nunquid arcu & ſagittis?Vidiſti
Luc.1. quomodo ipſa natura,ipſa potētia,eſt ſibiipſi ſufficiēs.
Sed vide eum tanquam ſaltatorem optimum rurſus à
ſublimibus deſcendere ad craſſiora.*Sagittæ tuæ*,inquit,
*acutæ potentiſſime.Populi ſub te cadent in corde inimicorum re-
gis.* Alius,In corde inimicis regis.Vide rurſus quando

A meminit ſagittarum,quomodo potētis verbum acce-
pit, vt ſcias eum non egere ſagittis, ſed ipſum ſibiipſi
ſufficere. Hæc eſt autem conſequentia ſeu contextus.
Sagittæ tuæ acutæ, potens in corde inimicorū Regis.
Illud autem,populi ſub te cadent,in medio interponi-
tur. Hic ergo mihi eſſe videtur duplex expoſitio. Vel
enim dicit Iudaicam captiuitatem,& ciuitatis euerſio-
nem & interitū, vel per anagogen vim verbi vocat ſa-
gittas. Quibúſvis enim ſagittis velocius peruaſit orbē *Sagitta*
terrarum,& eorum qui prius erant inimici,cor tetigit, *verbi vis*
nō vt interficeret,ſed vt ad ſe attraheret.Quod etiam *efficax.* *Act.9.*
in Paulo vſuuenit. Non enim aberrauerit quiſpiam, ſi
dixerit illud verbum ſagittam,ꝙ è cœlis emiſſum teti-
git cor eius qui prius erat inimicus, & amicum reddi-
dit.Populi ſub te cadent. Vidiſti q̃ rectè bellum geſtū
ſit,quomodo reconciliati fuerint qui prius erant ſedi-
tioſi,quomodo docti,quomodo initiati.Ipſe enim ca-
B ſus,& eſſe ſub illo,eſt omnibus fundamētum & radix
altitudinis.Cū eos enim liberaſſet ab arrogantia,& ab
inani faſtu & gloria,& ab errore dæmonū, eos ſibiipſi
ſubiunxit.Ita etiā alius propheta eum oſtendit cruen- *Eſa.63.*
tatum,cum ſic dicit.Quis hic eſt qui venit ex Edō? ru-
bedo veſtimentorū eius ex Boſor? Nuſquā illic arma,
arcus & ſagittæ, ſed veſtes, verbū quidem paulo craſ-
ſius,ſed eo tamen ſubtilius:& tamen illic quoque in ea
craſſitudine erigit ſenſim orationē ad res incorporeas.
Quoniā enim rogat propheta vndénam rubræ veſtes,
dicit,Torcular calcaui ſolus, oſtendens victoriæ faci-
litatem,& quod nullū habuerit qui ei opem ferret,ſed *Simile.*
ipſe ſibiipſi ſuffecerit. Quemadmodū enim hic dicit, *Sapiē.12.*
Deducet te mirabiliter dextera tua: ita etiā illic, Tor-
cular calcaui ſolus.Quemadmodum enim facile eſt ei
C qui ingreditur torcular, calcare botros:ita etiam deo
facere quæ voluerit,imò ne ſic quidem,ſed lōgè faci-
lius. *Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Virga directionis, virga
regni tui. Dilexiſti iuſtitiam,odiſti iniquitatem. Propterea vn-
xit te deus,deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.* Alius,
Thronus tuus,deus,æternus, & vltra. Hebræus autem
dicit illud, deus deus tuus ארה ס עורם elohim olam. *Chriſti æ-*
Quid hic dixerit Iudæus ? De quónam enim hæc di- *ternitas.*
cuntur ? Quid verò hæreticus? Si dixerit enim dici de
patre, Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, quomodo ei
conueniet quod deinceps ſequitur : Propterea vnxit
te deus deus tuus. Neque enim pater eſt Chriſtus,ne-
que ipſe vnctus eſt . Vnde clarum eſt eum loqui de v-
nigenito, de quo prius quoque dictum eſt,de quo di-
xit etiam Eſaias, Et eius regni non erit finis. Sed illud *Eſa.9.*
quæſierit fortaſſe quiſpiam, cur nunc loquitur de di-
D uinitate, cum de humanæ naturæ ſuſceptione antea
verba fecerit? Quoniam idipſum quoque facit Mat- *Matth.1.*
thæus, A carne enim incipit, & ita exorditur : Liber
generationis Ieſu Chtiſti . Similiter etiam Lucas &
Marcus : Ioannes autem ſolus aliter . Cùm enim prius
dixiſſet de diuinitate, In principio erat verbum, & *Ioan.1.*
verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & de
ea multum diſſeruiſſet,tunc dixit : Et verbum caro fa-
ctum eſt, & habitauit in nobis. Quod ſi ſecus ac alij,
Euangelij ſcriptione vſus eſt, ſic quoque magnam in- *Cōtrario-*
ter ipſos oſtendit conſenſionem.Et quomodo,inquit, *rū in vnū*
fuerit rationi conſentaneum,vt ſit in eo quod eſt con- *finem cō-*
trarium, cōſenſio?An neſcis ꝙ comedere repugnat ei, *ſenſio.*
quod eſt non comedere:& bibere ei,quod eſt non bi-
bere:& dare ei,quod eſt non dare?Sæpe autē medicus
quoq; multa facit eiuſmodi, non ſecum pugnans, ſed
ſibi valde conſentiens, vnū enim ſibi finem proponit,
ægroti

ægroti ſanitatem. Hoc ipſum etiam vſuuenit in Euā-
geliſtis.Nam ęſtas quoque eſt hyemi contraria,vnum
tamen habet finem, perfectionē & maturitatem fru-
Scilicet e- ctuum.Iam verò vniuerſus quoque mūdus cōſtat ex
lementis. contrariis.Quinetiam Chriſtus quoq; via Ioanni cō-
Luc.7. traria ingreſſus eſt. Ille enim comedebat,hic verò nō
comedebat.Venit enim,inquit,Ioānes neq; comedēs
neque bibens,& dicunt,dæmoniū habet. Venit filius
hominis bibens & comedens, & dicunt, Ecce homo
vorax,& vinipotor.Sed etſi erant quæ fiebant cōtra-
ria,vnum tamen finem reſpiciebant, nempe eorū qui
Matt.13. ſagena erant capiendi,ſalutē.Ita etiā hic ordo diuini-
tatis & humanæ ſuſceptæ naturæ,etſi ſecus ac ab aliis,
ab Ioanne introductus eſt, id tamen eis valde cōue-
nienter factū eſt.Et quomodo?Dico ego,ꝙ in princi-
pio quidē cum ſermo nondū eſſet diſſeminatus, cō-
ſentaneū erat verſari in explicanda humanitate,& de
carne doctrinam aperire, à craſſioribus & ſenſilibus
1.Cor.3. ducentes exordium : ſed poſtquam introducta fuerat
ſcientia, & prædicationē iam ſuſceperant, erat dein-
ceps tempus oportunū ab alto inchoandi.Quamob-
rem & prophetæ quoq; ſi quando de eo diſſerunt, ab
Mich.5. humanę naturæ ſuſceptione incipiunt,& exordiū du-
cunt. Vide itaq; quomodo Michæas ab infimo ordi-
tur, Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquā es minima
in principibus Iuda. Ex te enim mihi egredietur dux,
qui paſcet populum meū Iſraël.Atqui nō erat diuini-
tas ex Bethleem, ſed caro. Sed non permanſit in hoc
ſolo,ſed ad diuinitatem etiam aſcendit, dicens, Et e-
Eſa.7. greſſus ab initio ex diebꝰ ſeculi.Et rurſus Eſaias: Ecce
Virgo in vtero concipiet,& pariet filium, & vocabunt
nomen eius Emmanuël,quod eſt interpretatum,No-
biſcū deus. Vides quomodo is quoque à carne aſcē-
Eſa.9. dit ad diuinitatē ? Et rurſus alibi conſidera hoc ipſum
ab eo fuiſſe factū.Dicit enim,Puellus natus eſt nobis,
filius datus eſt nobis, & vocatur nomen eius magni
angelus,admirabilis conſiliarius, deus, fortis, potens,
princeps pacis, pater futuri ſeculi. Vides quomodo
rurſus à puero carniſq; ſuſceptione,veluti per quoſdā
Rom.1. gradus aſcendens, ſiſtit in diuinitate. Ita etiam pater
eius cognitus eſt primùm ex creaturis. Inuiſibilia eīn
eius,inquit Paulus,à creatione mundi operibus intel-
lecta,conſpiciuntur. Et ideo ipſe quoque ſeipſum ſæ-
pe effingit in ſpecie ſenſili,paulatim euehens humanū
genus ad intelligentias incorporeas. Et quid miraris
ſi in dogmatibus hoc conſilio & hac œconomia vſus
ſit,cū in pręceptis & mādatis hoc ipſum faciat? Quo-
circa propheta quoque ſic hoc in loco oratione vſus
eſt,à carne ad diuinitatem aſcēdens: (labia enim ſunt
carnis) & à diuinitate rurſus ad carnem deſcēdens, &
varietate orationis vtens ad ſalutem catechumenorū.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi. Sedem hic non ſo-
Eſa.1. lūmodo ſedē,ſed regnū ſignificat.Hic ergo eam dicit
Dan.7. æternam,alibi autem etiam altam.Vidi enim, inquit,
dominum ſedentem ſuper thronū excelſum . Et rur-
ſus, Quoniam alta ſedes tua.Alius quoque prophe-
ta videt eum ſedentem ſuper thronum gloriæ. Dauid
autem oſtendit etiā thronum humanitatis.Miſericor-
dia enim,inquit,& iudiciū bonū opus ſedis tuæ. Hæc
omnia de eius regno dicta ſunt, ꝙ ſcilicet fine careat:
hoc enim eſt, In ſeculū ſeculi, ꝙ glorioſum, ꝙ excel-
ſum,quòd potens & validum. Rurſus quòd ſit expers
principij, quando dicit, Regnū tuū, regnū omnium
Pſal.88. ſeculorum. Quemadmodū autem thronus eſt regni
ſignum: ita etiam virga,& regni, & iuriſdictionis. Et

A ideo dicit:Virga directionis, virga regni tui. Purum *Pſal.144.*
enim illic eſt quod iuſtum eſt, purum eſt quod eſt re-
ctum,nihil illic adumbratum.Audiant qui inſaniunt,
& ſunt emotæ mentis,imò verò qui ſunt eis deterio-
res. Quinam autem ſunt hi? Qui diuinam prouiden- *Prouiden-*
tiam reprehendunt,& dicunt, Cur hoc & illud ſic fa- *tiæ diuinæ*
ctum eſt?Quomodo enim nō abſurdum, vt qui fabro *reprehen-*
quidem aſſidet,& ligna frangētem & ſecantem con- *ſores &*
templatur,ab eo rationem non exigat : & dum medi- *indagato-*
cus ſcindit & vrit carnem,& in domuncula ægrotum *res redar-*
includit,& fame excruciat,nec vllus adſtantium , nec *guit.*
ipſe qui laborat,de iis quæ fiunt, curioſè inueſtigat: &
dum gubernator tendit funē, velúmque & intendit,
& rurſus remittit,& nauis partē inundat, nemo ſit cu-
rioſus,nec in vnoquoq; horum opificum inquirat &
ſciſcitetur,ſed taceat & quieſcat, quāuis ij in arte ſæ-
B pe peccent:de ineffabili autem ſapientia, benignita-
te ineffabili,infinita & interminata cura ac prouiden-
tia,curioſè indaget? Quantæ hæ ſunt inſaniæ? Et opē
quidem ferre, vel pecuniis erogare pro iis quibus ſit
iniuria , & ſunt pauperes, non facilè inueniuntur qui
velint,perpetuò autē inquirūt,cur hic pauper, cur ille
mēdicus,& cur alter ſit diues. Serue nequam & ſtoli-
de,cur non oculos demittis,& teipſum cōdemnas, & *παραίνε-*
fræno linguæ iniecto,mentē tuam reprimis,& mittēs *σις.*
de tantis rebus curioſè inquirere, hanc anxiam inda-
gationem in tuā vitā conuertis? Reſpice ea quæ feci-
ſti,reſpice mare peccatorū : & ſi es curioſus & anxius
inquiſitor,exige à teipſo verborum quæ malè dixiſti,
& rerum quas male feciſti. Nūc autē tui quidē ipſius
prætermiſſa examinatione, licet hæc quidem ſocor-
dia ſupplicium afferat, curioſa autem indagatio ſalu-
C tem,ſed es deum in ius vocans, tuis peccatis alia adii-
ciens. Non audis prophetā ei dicentem, Virga dire-
ctionis,virga regni tui?Et rurſus alius, Iudicium eius, *Soph.3.*
inquit, tanquam lux exibit.Quòd ſi non noſti omnia
quæ ſunt tui domini, ꝓpterea eum gloria affice, pro-
pterea eum maximè adora, propter ineffabilem eius
maieſtatē, propter incomprehenſibilem eius proui-
dentiā, propter variam ac ſapientem eius curationē.
Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatē. Poſtquam ſu-
perius dixit præclara eius facta,victorias,trophæa,ſa-
lutem orbis terrarum, quòd eam veritate repleuit, ꝙ
manſuetudine,ꝙ iuſtitia,oſtendens fuiſſe orationi cō-
ſentaneum vt hæc fierent, loquitur deinceps de di-
gnitate eius qui illa fecit,monſtrans eum fuiſſe deum,
regem fine carentē,incorruptū iudicem, iuſtorum a-
matorem, malis infenſum. Quoniā enim , inquit, eſt
D eiuſmodi, propterea talia ab eo facta ſunt. Nemo er-
go de his dubitet. Qui ea enim fecit, ea fecit cum &
poſſet & vellet. Poſtquam ergo dixit quę ſunt alta de
diuinitate,reuertitur ad loquendū de carne, & dicit:
Propterea vnxit te deus deus tuus.Propterea,quòd in
iis quæ dicta ſunt, te rectè geſſeris, iniquitatem eiece-
ris,iuſtitiam plantaueris,& quę feciſti feceris. Tu au-
tem ne conturberis dum audis quòd hæc patri attri-
buat.Non enim id facit,vt eum priuet rectè factis,ſed
vt ea quæ ſunt filij, patri adſcribat, qui ea etiam quæ
ſunt patris,ſua eſſe dicit,Omnia enim,inquit,mea tua
ſunt.Nam de reſurrectione quoq; Paulus quidē diſſe- *Ioan.17.*
rens, dicit: Deus ipſum ſuſcitauit à mortuis. Ioannes *1.Cor.6.*
autem, Soluite templum hoc, & in tribus diebus ex-
citabo ipſum.Quid eſt autē oleū lætitię? Atqui Chri- *Ioan.2.*
ſtus nuſquā vnctus eſt oleo,ſed ſpiritu ſancto. Et ideo *Ioan.3.*
adiecit, prę conſortibus tuis:hoc ipſum ſignificās ne-
minem

Universidad de Deusto
Biblioteca

minem ita vnctum fuisse vt ipse. Multi enim fuerunt ante ipsum Christi,id est vncti,sed nemo sic:sicut etiã aghi multi,sed hic eximius:& multi filij, sed ipse vnigenitus.sunt enim omnia eius eximia, non ea solum quæ pertinent ad diuinitatem,sed ea etiã quæ ad humanitatem.Nemo em̃ vnctus est tali spiritu.Si id autẽ appellat oleũ,ne miteris.Nam cùm propheta, loquitur paulò obscurius, & magis ænigmaticè. Rectè autem dixit, Exultationis, vt ostenderet id esse lætitiæ. Fructus em̃ spiritus est dilectio,gaudiũ,pax.Alius autẽ dicit,oleo venustatis, Hebræus autem שמן Sason hoc est,elegantiæ,gloriæ, ornamenti. Sin autẽ sit lætitiæ,id quoq; verum est.Quemadmodũ ergo cũ audiisti gladium, gladiũ non intelligis : & cùm arcũ & sagittas,non arcus & sagittas,sed eius operationẽ qui hæc facit,vt iam antè dixi:ita cum oleum audieris, ne oleum solum arbitrare, sed vnctionem intellige. Oleum enim erat signum spiritus, res autem principalis & necessaria erat spiritus. Cũ hoc ergo ita se habeat, ne dubita eum vocare Christum. nam Abrahã quoque appellabatur Christus,& prophetæ:sed non omnes oleo vncti sunt: quemadmodũ cùm dicit, Nolite tangere Christos meos,& in ppetis meis nolite malignari. Quando autẽ vnctus est Christus? Quãdo tãquã in columbæ specie spiritus super eum venit. Participes autẽ aut consertes hîc vocat omnes spirales, quemadmodũ Ioannes dicit, Nos omnes ex plenitudine eius accepimus. De ipso autem, Non ad mensurã dat spiritũ deus. Et rursus, Effundã de spiritu meo super omnem carnẽ. Illic autẽ non ex spiritu, sed totus venit spiritus: & ideo dixit, Non ad mensurã dat deus spiritum. *Myrrha & gutta & casia à vestimẽtis tuis.* Alius, In vestimẽtum tuũ. Alius,In omnes vestes tuas. Nõnulli quidem dicunt prophetã per hæc significare sepulturam,alius autẽ diuersitatem vnctionis. Neque enim fiebat olim vnctio ex his vnguentis, sed ex aliis. & vt scias hunc fuisse olim alium modum vnctionis, per differentiã materiarũ significauit differentiam operationis. Illud autem , A vestimentis tuis, ostendit eius quoq; vestes fuisse plenas gratia. Quæ itaq; sanguinis profluuio laborabat, sanguinis riuos repressit, cum vestis fimbriã attigisset. Siue hoc ergo, siue illud sit accipiendum, nulla prohibet ratio. sunt enim à me vtraq; admittenda. Quemadmodũ ergo (nihil enim prohibet eadẽ rursus dicere) cùm arcum & gladium audis,& quæ sunt eiusmodi,non ea audis sensiliter:ita nec cũ myrrham aut casiam audieris,ea sensiliter intelliges,sed ad intelligentiã referes. *A domibus eburneis, ex quibus delectauerũt te filiæ regum in honore tuo.* Alius, A templis eburneis, vnde delectauerũt te in te honorando. Alius,In glorioſis tuis. Postquã dixit quæ rectè gessit,dicit etiã honorẽ qui præclara eius facta consecutus est,nempe q̃ in preciosissimis templis sit adorãdus. Antiquitus enim hæc materia erat preciosissima, & magno studio conquirebatur,nempe eburnea. Vnde etiã dicebat alius propheta: Væ qui dormitis in lectis eburneis.Et rursus ostendit q̃ prædicatio nõ perueniet solũmodo ad priuatos, sed reges etiã subiiciet, qui ei ædes magnificas extruent. Hæc iam videtur re ipsa fieri. Volens enim propheta ostendere vim prædicationis,dicit quomodo ceperit,quomodo subiunxerit mulieres,viros,priuatos, diuites, eos ipsos quib⁹ erant redimita capita diadematib⁹, & eorum vxores, templa deo vbique excitarent. Deinde quoniam deinceps ad hæc dicenda digressus est, de his fusius dicere exorditur,eos qui illum colunt, & qui ei supplicant describẽs. Et cum ostendisset quomodo populi sub eo cadunt,quomodo cor ipsorũ tetigit,quomodo inimicos superauit, quomodo eum deduxit dextera, quomodo veritatẽ mansuetudinem & iustitiã plantauit:rursus quoq; metaphorica oratione vsus est,veluti in imagine ac similitudine ecclesiã describens,& quæ postea dixerunt Apostoli:hic quidẽ dicens: Despõdi vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo: ille autẽ, Qui habet sponsam, sponsus est. Alius verò, Simile est regnũ cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. ea hic quoque prædicit, introducens simul sponsam & reginam:& ideo dicit, *Astitit regina à dextris tuis.* Alius, stabilita est, hoc est firmiter stetit, stetit immobiliter.Quod alibi dicit Christus,Portæ inferi nõ prævalebunt aduersum eam. Vidisti insignem honorem, vidisti summã dignitatem:quæ conculcata,& quæ in infimum locum deturbata fuerat, in quantã extulerit altitudinem,vt ei assisteret. Cognouisti, quę erat captiua,alienata,meretrix scelerata & execrãda,ad quãtam dignitatẽ ascenderit,cum ministratoriis potestatibus adsistit.Filius enim,vt qui sit honore æqualis,sedet à dextris:ipsa verò stetit.Quanuis enim sit regina, est tamen creatæ substantiæ. Quomodo ergo dicit Paulus,Conresuscitauit & considere nos fecit in cœlestibus in Christo Iesu? Sed attende quàm exactè loquatur,Non dixit solummodo, Cõresuscitauit & cõsidere fecit:sed,in Christo,hoc est,per Christũ. Quoniam enim,inquit,caput nostrũ est suprà: nos autem corpus,cùm superius sedeat nostrum caput, nos quoque honoris participes fuimus, & stetimus. *In vestitu deaurato, circundata varietate,* Alius, In diademate auri ex Ophir. Quemadmodũ in rege non arcus & sagittas intelligimus,ita nec in sponsa vestes intellige, sed per ea quæ sunt sensilia,accipe intelligentias quæ deo conueniant.Ne quis em̃ tale quid suspicetur, subiunxit dicẽs:Omnis gloria filiæ regis ab intus. Atqui vestes sunt omniũ maximè extrinsecus, & propter eos vitales. qui vident.Sed hoc ita se habet quando sunt res corporeæ:sed quando agitur de rebus spiritalibus, conuerte intrò mentis oculos. Hãc vestẽ rex texuit,eãque illã per baptismum induit. Quotquot enim, inquit, in Christũ baptizati estis,Christũ induistis. Antea em̃ erat nuda, turpis & inhonesta, exposita omnibus qui transibãt per viam. Ex quo autem illam vestẽ induit, euecta est ad illam altitudinem : & vt à dextris staret, digna fuit habita. Pulchrè autem ipsam quoque describit varietatem.Non constat em̃ vestis ex vno tantùm genere. Neque enim licet seruari tantũmodo ex gratia,sed fide quoque opus est:& post fidem,virtute. Nunc autẽ non agitur de vestibus.Neque enim spiritus tantum in eo studiũ ponebat,vt aureas vestes mulieris describeret . Si enim mulieres quæ se exornant, reprehẽdit Esaias, & vbiq; expulsæ sunt deliciæ:quomodo hic ornatam mulierem laudauerit? *Audi filia, & vide,& inclina aurem tuam, & obliuiscere populũ tuũ, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuũ.* Alius, vt cõcupiscat.*Quoniã ipse est dominus tuus.* Alius,Ipse enim est dominus tuus. *Et adorabunt ipsum.* Alius, Et adorabis ipsum. *Et filia Tyri in muneribus.* Alius, Filia autẽ valida dona feret. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Vides quomodo nihil est sensile, quomodo nihil corporeum,sed referuntur omnia ad intelligentiam.Quomodo em̃ sponsa est eiusdẽ filia ? Quomodo autem filia sponsa? In rebus quidẽ corporeis hæc non

non insunt,sed hoc quidẽ aliud, & illud aliud : in deo autem insunt vtraq;.Ipse em̃ & ipsam regenerauit per baptismum,& ipse quoq; eã despondit. Audi filia, & vide.Duo ei præbuit:& doctrinã , quæ per verba traditur:& visum, qui & per miracula & per fidẽ suscipitur:& hæc quidem dedit,illa verò pollicitus est.Audi ergo verba mea,vide mea miracula,& mea opera , & meas fer admonitiones. Vide autem quale det prius præceptũ.Obliuiscere populi tui, &domus patris tui. Quia em̃ eam despondit ex gentibus, hoc ei prius præcipit,vt illam cõsuetudinẽ ex animo deleat,è memoria eximat,à mente eiiciat, nõ solum ea fugiendo, sed ne eorum quidem recordãdo. Et obliuiscere populi tui,& domus patris tui.Quando autẽ dicit & populũ & domũ,intelligit omnia quæ illic ab eis fiunt, & quod ad vitã,& quod ad dogmata decretáq; pertinet.Et cõcupiscet rex decorẽ tuum. Vides eũ non loqui de pulchritudine corporis,si em̃ hęc feceris,tunc, inquit,eris pulchra.Hæc enim non facit pulchritudo corporea.Atqui inter infideles videm⁹ corporeã pulchritudinẽ, & ex gentibus formosas mulieres : sed vt scias eum non loqui de pulchritudine corporis , eam dicit constitui ex eius obedientia, obedientia autem non constituit pulchritudinem corporis , sed animæ. Si hæc, inquit, feceris,tunc eris pulchra,tunc eris spõso grata & amabilis.Quoniã ipse est domin⁹ tuus. En pater,qui & spõsus & dominus apparuit. Quoniã em̃ iussit vt à parentibus recederet,populi obliuisceretur, consuetudinem expelleret,ostendit maximã & iustissimam esse causam cur ea præciperet, magnámq; esse rationis consequentiã,idque debere fieri. Si em̃ idem pater tuus,idem sponsus.& idem dominus : æquũ est vt ab illis omnibus te seiungas,& teipsam illi dedices. Non dixit autẽ,Quoniã ipse est pater tuus,sed, Quoniam ipse est dominus tuus , vt ea ratione eam maximè feriat,quoniã qui est dominus & pater tuus,voluit quoque sponsus fieri. Imò verò illud ipsum quoque factum esse dominũ , summæ est benignitatis & clementiæ:vt quæ erat serua dæmonum,& conculcabatur ab errore,eam suam esse vellet. Non solum autem ancillam,sed filiam fecit,& sponsam. Obliuiscere populi tui,& domus patris tui. Non venis em̃ ad alienũ quempiam , sed ad eum qui te fecit, & est omnibus illis tibi ppinquior,& de te est solicitus,tuíq; curã gerit. Ipse em̃ est dominus tuus & pater, & ipse omnia tibi dedit.Et adorabũt eũ,& filia Tyri in muneribus. Quænam est hæc consequentia? Vel optima,est enim optimũ genus adhortationis. Accede,inquit, sunt em̃ maximæ eius vires,& omnes ei obedient.Mittens autem propheta dicere orbem terrarum, dicit propinquã ciuitatẽ,quæ morbo impietatis tunc maximè laborabat,&erat arx diaboli,&de cuius opib⁹ &magnificentia fama erat maxima, ex parte totũ significans. Mihi autẽ videtur omnẽ impietatem & luxuriam sic vocare, scit em̃ mores ex vrbibus exprimere , vt quãdo dicit: Audite verbũ dñi principes Sodomorũ. Audite legẽ dei vestri, populus Gomorrhæ. Atqui alloquebatur Iudæos:sed quoniã ea faciebãt quæ fiebant à Sodomitis,eos appellat à nomine Sodomorum. Et quid miraris si eos sic appellat ex patria,cum eis quoque det patres eiusmodi,dicens:Pater tuus est Amorrhæus,& mater tua Cetæa?Et ne hic quidem sistit eorum accusationẽ,sed etiã ad feras vsque deducit orationẽ,in noua quidem sic dicens scriptura,Serpentes, genimina viperarũ. Et rursus in veteri. Oua aspidũ rumperunt,& telam araneæ texunt. Et alibi, Nunquid nõ sicut filij Aethiopũ vos estis mihi? Ita hic etiã eos qui impiè & libidinosè vixerunt, Tyrios appellauit , sed etiã eos,inquit,superabo,& in eos dominatũ obtinebo,& ita obtinebo,vt ipsi me adorent: & non solummodo adorẽt,sed munera etiã & primitias offerant, quod est maximũ genus adorationis,& signũ summæ obedientiæ. Vultũ tuũ deprecabũtur diuites plebis. Quid est,deprecabũtur? Honore & gloria afficiẽt,qui magni sunt & excelsi.Hoc em̃ nũc fit in ecclesia , cos qui ex virtute vitã agunt,omnes honorãt,colunt,licet sint & opibus & authoritate insignes. Omnibus enim copiis & facultatibus est maior virtus. Videte autem ecclesiã quæ honoratur ab omnib⁹.Rectè verò dixit, Vultũ tuũ,hoc est,gloriam tuam, formã & pulchritudinẽ tuam. Deinde quoniã vultus meminit,& vestiũ, & pulchritudinis,ne quis crassior sentiret aliquid sensile , subiunxit dicens : *Omnis gloria filiæ regis abintus.* Mentẽ,inquit,ingredere,ediscе pulchritudinẽ animę, de illis tecũ loquor:& si vestẽ dico , & si pulchritudinem dico,& si aurũ dico, & si fimbrias dico , & si aurata dico,& si dico quodcunq; sit eiusmodi,de mente loquor,doctrina est de anima,est de virtute quod dicitur,de interna gloria.Rursus deducit orationem ad corporeas similitudines , postquã crassum auditorem correxit iis quæ dicta sunt. *In fimbriis aureis,circumamicta varietatibus.* Alius,per aureas armillas varie induta. Nomine auri virtutem rursus vocãs. Ita etiã dicit Paulus,Si quis superædificat super hoc fundamentũ,aurũ, argentũ,lapides preciosos,ligna,fœnũ,stipulã: virtutẽ & vitiũ harum materiarũ appellatione ostendens. Ne ea enim non esse existimares:id quod sitũ est interius, non permittit vt quæ sunt externa visione apprehendas,sed intrà trahit cogitationẽ. Quemadmodũ em̃ corpus his indutũ, pulchrũ apparet:ita ornatur anima si sit virtute induta. *Adducentur regi virgines post eam.* Alius,Sequentur. *Proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione. Adducentur in templum regis.* Vidisti vestes,fimbrias,vidisti amictum aureum, florẽ virginitatis,is est vestis ecclesiæ. Considera autẽ mihi q̃ accuratè loquatur Propheta. Quia enim non statim cum primum constituta est ecclesia , floruit bonũ virginitatis,sed aliquanto pòst tempore , propterea ipse quoque postea id ponit , nẽpe postquã ea oblita fuerit populi,& domus patris,&induta fuerit illo ornatu, & specie ac pulchritudine refulserit. Et ideo dicit, Post eam propinquæ eius afferentur. Propinquæ non loco tantũ, sed & moribus & dogmatibus cũ ea congruentes. Hæreticorũ em̃ virgines non rectè dixeris virgines,neque enim sunt propinquæ reginæ.Afferẽtur in lætitia & exultatione.Vide hic dictum Apostolicum resplendere,& illam enunciationẽ ostendi etiã in Propheta. Quænam autem ea est? Tribulationem carni habebunt, quæ nubunt. Quemadmodũ autem illæ afflictionem,ita hæ lætitiam & exultationem. Illæ enim filios & maritum, & domum & famulos, & cognatos,& generos,& soceros, & nepotes, liberorũ multitudinem,eorundémque vel defectum vel orbitatem curare coguntur. Neq; enim nunc tempus est describendi calamitates matrimonij.Virgo autẽ crucifixa, & à præsentibus liberata, & curis ad hanc vitam pertinentibus effecta superior, & euripo traiecto in cœlum quotidie suspiciens, fruitur gaudio spiritus , perfunditur exultatione. Non solùm autem præsentia Propheta , sed etiam futura significat, quando

Universidad de Deusto Biblioteca

[*Matt. 25.*] quando pulchras & ſplendidas lāpades habētes,fiunt **A** obuiā ſponſum excipientes.Templū autem regis hic vocat regiam,thalamū, & cubile. *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij*. Alius,Erunt tibi filij tui. Quoniā ſuperius meminit populi & parentū,dicēs. Obliuiſcere populi tui,& domus patris tui:oſtendens in hoc quoque omnia ei fauſta & ꝓſpera futura,hoc ſubiunxit, Quæ em̄ erat ſterilis,eſt mater filiorū innumerabiliū. Quamobrem etiam ſi auulſa es à parentibus,at tuorū filiorū chori erunt adeò clari,inſignes & illuſtres,vt omnem orbē terrarū impleāt.Mihi autē videtur dicere Apoſtolos,qui fuerunt in ea doctores. Deinde deſcribens eorū vires,potentiam, & gloriam, dicit, *Conſtitues eos principes ſuper omnem terram*. Egéntne hæc interpretatione? Ego quidē minimè exiſtimo,quemadmodum nec ꝙ ſol ſit lucidus.Quæ autē dicta ſunt, eo clariora ſunt. Vniuerſum enim orbē terrarū peruaſerunt apoſtoli,& omnibus principibus fuerunt magis propriè principes,regibus potentiores.Reges enim dū viuūt, dominatum obtinent:iis autē mortuis, intercidit dominatus.Et regū quidē leges ratæ ſunt & validæ intra eorū fines,iuſſa autē piſcatorū per vniuerſum orbem terræ extenſa ſunt.Imperator Romanorū Perſis non poſſet ferre leges:nec Perſarum rex poſſet ferre leges Romanis.Hi autē Palæſtini,& Perſis, & Romanis, & Thracibus,& Scythis,& Indis,& Mauris, & vniuerſo deniq; orbi terrarū leges dederunt. Nec ſolùm dum ij viuerent, firmæ & ratæ fuerunt,ſed his etiam mortuis cōfirmatæ ſunt: & qui eas leges acceperūt,mallent animā millies ꝓfundere, quàm ab illis deſciſcere. *Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in ſeculū ſeculi.* Alius,Reuocabo in memoriā nomē tuū in vnaquaq; generatiōe. **C** Propterea populi laudabūt te perpetuò.Dixit magnitudinē principatus,à longitudine terræ,à latitudine orbis terrarū,à multitudine gentiū quæ ſubiectæ ſunt. Dicit etiā aliunde eius authoritatē, ꝙ non ſolū extēdetur per vniuerſum orbē terrarū, ſed etiam per vniuerſum æuū.Immortalis em̄, inquit, erit tui memoria,deſcripta in libris noſtris,deſcripta in rebuſpublicis,deſcripta in pręceptis. Vide quomodo ſuæ quoque Prophetiæ prædicit perpetuitatem. Cū enim dixit,Memor ero nominis tui domine in omni generatione & generatione,hoc ſignificauit.Etſi ego, inquit,mortuus fuero,te tamen cantabo vel moriens. Corpus em̄ diſſoluetur: literæ autem manent, & lex perpetua.Propterea populi confitebuntur tibi. Vnde cœperat,illic deſinit, nempe in Chriſto. Propterea. Propter quænam?Quòd tot & tanta rectè geſſeris, ꝙ **D** tales principes conſtitueris, quòd vitium exegeris, quòd virtutem plantaueris,quòd noſtrā naturam deſponderis,quòd hæc bona ineffabilia feceris, vniuerſus orbis terrę tibi laudē offeret,non in breui tempore,nec in decem & viginti & cētum annis,nec in parte orbis terrarum,ſed terra & mari, quæ eſt habitabilis regio, & quæ non habitabilis,per omne æuum canent gratias agentes pro bonis quæ à te acceperunt. Pro his autē omnibꝰ nos quoq; gratias agamus benigno & clementi Chriſto. Per quem, & cum quo patri gloria ſimul cum ſancto ſpiritu,nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

[*Eccleſia olim ſterilis, nunc mater eſt filiorū innumerabilium.*] [*Pſal. 18.*] [*Marc. vl.*] [*Antitheſis.*] [*Apoſtolorum dignitas.*]

IN PSALMVM XLV.

VICTORIAE EFFECTORI FILIORVM Core.

In finem pro filiis Core,pro arcanis. Alius, *nempe Heb. Pro adoleſcentiis canticum.*

A D*Eus noſter refugiū & virtus,adiutor in tribulationibus,quæ inuenerūt nos nimis.* Aliꝰ,In afflictionibꝰ inuētus. *Propterea non timebimus dū turbabitur terra,& trāsferētur mōtes in cor maris.* Solita vtiē Philoſophia ꝓpheta, à rebus quidē ad hanc vitam pertinentibus nos abducens, in ſpem autem ſupernā auditorem erigēs. Ne mihi,inquit,dixeris arma,muros, & foſſas,nec pecuniæ copiam, nec rei militaris ſcientiā, nec equorū multitudinem,nec arcus,ſagittas, & loricas, nec ſociorum vires,nec militum phalanges, nec robur corporis,& hoſtium experientiā. Sunt em̄ hæc omnia araneæ tela & vmbra imbecilliora.Sed ſi velis videre copias inexpugnabiles, refugiū inſuperabile, præſidium quod non diripi,turrē quæ labefactari nō poteſt,ad deū confuge,vires illas attrahe. Rectè autē dixit, Deus refugium noſtrū,& virtus:oſtēdens quod aliquando quidē fugientes vincimus, aliquando autē **B** ſtantes & pugnantes. Vtrunq; em̄ oportet facere, & contrà tendere,& declinare.Hoc etiam faciebat Paulus,aliquando quidem cedens, aliquando autē inſultans iis qui aduerſabantur verbo veritatis. Hoc quoque Chriſtus faciebat nos docens. Hoc quoque nos oportet facere, & rectè cognoſcere opportunitatem tēporis,& orare quidē ne ingrediamur in tentationē, vt vult illud dictū Euangelicū:vbi autē aduenerit,non eſſe molli & ignauo animo,ſed fortiter reſiſtere. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Quod ſæpe dixi,nunc quoque dico. Nō ꝓhibet quominꝰ veniāt afflictiones,ſed vbi aduenerint,aſſiſtit,nos frugi & probos efficiens.Illud autem nimis,aut valde, attribuendū eſt ei quod eſt, Adiutor. Neque em̄ leue ſed inſigne fert auxiliū, plus præbens ſolatij ex ope **C** lata,quàm ſit ſuſcepta moleſtia ex afflictionibus. Nō enim quantum malorum conditio poſtulat, tantum nobis præbet auxilium, ſed longè maius. Propterea nō timebimus dum turbabitur terra. Vides quomodo maius & longè copioſius fert auxiliū. Non ſolum em̄ dixit,Nō capiemur,nec cademus,ſed ne id quidē patiemur,quod eſt naturæ proprium, vt terreamur & timeamus. Vndénam autem hoc euenit?Ex eo ꝙ ſit copioſum auxilium.Terram autē hic, & montes, & cor maris,non dicit elementa,ſed eorū nomine intolerabilia pericula ſignificat. Et ſi omnia,inquit, videamus cōfuſa,etiamſi perturbationem planè intolerabilem, & ſi ea omnia euenire quæ nunquā facta fuerunt,etiā ſi ipſam,vt ita dicam, creaturam cum ſeipſa collidi,& ipſius naturæ terminos moueri, & omnia ex ipſis cōuelli fundamentis,& prima elemēta confundi,& om**D**nium deniq; rerum maximam fieri perturbationem, non modò nō vincemur, ſed ne timebimus quidem. In cauſa autem eſt quòd omnium horū dominus opē fert,manū porrigit & aſſiſtit:Si autem vel his euenientibus minimè cederemus, nec molles aut ignaui redderemur:multo magis ſi nos inimici inuadant, & in nos aciem dirigant. *Sonuerunt & conturbatæ ſunt aquæ eorum. Conturbati ſunt montes in fortitudine eius.* Alius,Sonantibus & turbatis aquis, & concuſſis montibus in glorificatione eius. Poſtquā dixit ſe non verituros ne ſi omnia quidē confringantur ac collidantur, deinceps differit de eius potentia,ꝙ ſcilicet ſint vires eius inexpugnabiles.Et meritò, inquit, nō timuerimus,& quòd ſemper facit, nunc quidem ex creaturis, nunc verò ex iis quæ hominibus accidunt,vires eius prædicans:hoc ipſum hîc quoque facit. Quod autem dicit, eſt eiuſmodi. Omnia cōcutit,labefacit,trāsfert quan-

[*Act. 13. 14.*] [*Matt. 2.*] [*Ioā. 8. 10*] [*Luc. 11.*] [*Nimis vel de σφόδρα.*]

do voluerit,adeò ſunt illi omnia prōpta & procliuia. Mihi autem videtur hic ſignificare multitudinē virorū fortiū,& præſtantiſſimos hoſtium,& infinitum populum aduerſariorum.Tanta eſt enim,inquit,eius poteſtas, vt ſi tantummodo annuat, hæc omnia fiant. Quomodo ergo poterimus timere qui talē habemus dominum.Diapſalma. Alius ſemper. *Fluminis impetus.* Alius, diuiſiones.Hebræus autem פלגיו pelagau. *Lætificat ciuitatē dei : ſanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus.* Alius,Sanctum habitationis altiſſimi. *Deus in medio eius non cōmouebitur. Adiuuabit eam deus manè diluculo.* Alius, Circa matutinū. Alius,Quod mane annuerit. Poſtquā dixit de eius poteſtate & virturte, & ꝙ ſunt ei omnia facilia,ad Iudæorum quā gerit prouidentiæ argumētum conuertit orationem, paucis dictionibus oſtendens quæ bona eis data fuerint. Hic em̄, qui eſt adeò fortis,adeò potens,qui omnia fert & agit, qui omnia **B** mouet,concutit & transfert ac traducit,impleuit ciuitatem noſtram bonis innumerabilibus. Fluuius enim hic,profuſam,copioſam,& inoffenſam bonorū ſupernorum ſuppeditationem oſtendit, perinde ac ſi diceret: Tanquam ex fontibus, omnia nobis bona profluunt. Quemadmodū enim fluuius qui ſcinditur in multas partes,ſubiectam regionē irrigat : ita dei prouidentia omni ex parte influit,abunde promanans,cū ſuſurro perfluens, & omnia implens. Non ſolū autem præbet nobis ſecuritatū,certúmq; & infractum auxilium,ſed etiam ſpiritale gaudium:& ideo dicit, Sāctificauit tabernaculū ſuum altiſſimus. Quinetiam hoc ipſum eſt non parua pars beneficij,tabernaculū ſuum, locum noſtrum vocare. Neque enim temere poſuit illud, Altiſſimus.Qui eſt ergo adeò altus,qui nullo loco cōprehenditur,qui eſt ſubſtantia ineffabilis,dignatus eſt vocare noſtrā ciuitatem ſuum tabernaculum **C** éamq; omni ex parte cōtinet. Hoc em̄ ſibi vult illud, in medio noſtri,quemadmodū etiam dicit alibi,Ecce ego vobiſcum ſum. Vndiq; eam coërcet & exercet:& ideo non modò nihil graue patietur, ſed ne commouebitur quidem. Cauſa autē eſt,quod celerrimum aſſequitur auxilium, vtpote quod ſit promptum & paratum.Hoc enim ſibi vult illud,Mane diluculo: quod non differtur nec protrahitur,ſed eſt ſemper recens & vegetum, & in tempore opportuno. *Conturbatæ ſunt gentes.* Alius, ſimul congregatæ ſunt gentes. *Inclinata ſunt regna.Dedit vocē ſuam altiſſimus,mota eſt terra.* Oſtendit hic vim eius auxilij.Nō enim quibuſlibet inuadētibus,ſed regibus, gentibus vndiquáque coëuntibus, vnā ciuitatē circundantibus & obſidentibus,nō modò nihil graue ab eis paſſa eſt, ſed etiā vicit,ſuperauit, **D** & euertit eos qui inuadebāt. Hoc em̄ ſibi vult illud, Inclinata ſunt regna, dedit vocem ſuā altiſſimus. perinde ac ſi dixeris,Vel ipſo ſolo clamore cepit vrbes, verbū quidē craſſum, & quod humano more dictū eſt. Neque em̄ vincit Deus voce & clamore, ſed ſolo nutu & volūtate: ſed tamen ex his quoque craſſioribꝰ eum ſuſtollens, aliis altiorem dictionem excogitauit. Quia em̄ eū ſemper introducit armatum, oſtendens illa omnia dicta eſſe metaphoricè, & tropicè, & vt ſe ad noſtrum captū accōmodaret(deus enim nullo eorum indiget)ſubiunxit, Dedit vocem ſuā, & cōmota eſt terra, oſtendens ipſum non ſolum vrbes,gentes,& regiones,ſed ipſum etiam elementum cōcutere. Scit autem terrā quoq; vocare multitudinē,vt quando dicit,Et erat omnis terra labrū vnum. *Dominus virtutū nobiſcum.Suſceptor noſter deus Iacob.* Hebræus autem pro

[*Hiero. Sāctum tabernaculū altiß.*] [*Fluuius.*] [*Dei prouidentia fluuio confertur.*] [*Matt. 28.*] [*Gen. 11.*]

A eo quod eſt virtutū, dixit צבאות ſabaoth. Vide quomodo à terra tollit orationē,ad infinitos populos angelorū,ad gentes Archangelorū,ad ſupernas poteſtates.Quid enim mihi dicis caſtra,& barbaros,& homines qui pereūt? Cōſidera eius vires.In regno quod in cœlis obtinet,quot inuiſibiliū poteſtatū exercitus ſub ſe habet inſtructos? Rectè autē eos appellauit virtutes,vires eorū oſtendens:ſed etiā dicit alibi: Valentes viribus,facientes verbū eius. Etenim vnus angelus cū aliquādo eſſet egreſſus,cētū octogintaquinq; millia ſuſtulit.Quid igitur,ſi eſt quidē potens, nō vult autē nobis manū præbere? Atqui ne hoc timueris. Propterea em̄ ſubiunxit,Suſceptor noſter. Et vult ergo & poteſt,ne ergo timeas.Quid ſi nos ſumus indigni?Sed habemus à patribus traditā eius in nos benignitatem. Hoc itaq; ſignificans,dixit,deus Iacob: quaſi diceret, **B** Ab alto & ab initio hæc fuit ſemper eius cōſuetudo. Diapſalma. Alius,Semper. *Venite & videte opera domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram,auferens bella vſque ad fines terræ, Arcum conteret, & confringet arma.* Alius,Confregit, *& clypeos comburet igni.* Alius, Et currus cōburet in igni. Poſtquā dixit de terra,de mari, de montibus, de ſpiritali quæ ipſis facta eſt ſuppeditatione,de auxilio, apud ſpectatores rurſus argumētū amplificat, eos vocās ad trophæa ex magna voluptate,& ſumma in dominū affectione,& narrans victorias quas pro eis obtinuit.Rectè autē dixit,Prodigia, nō autē victorias & trophęa. Non em̄ quæ fiebāt, ex certo ordine fiebant & quadam cōſequentia:nec armis & virtute corporū decernebatur præliū, ſed dei nutu, rebus ſignificantibus eum eſſe Imperatorem. Quoniam em̄ potentes vincebantur ab imbecillis, multi à paucis, qui domi**C**natum obtinebant,ab iis qui eis parebant, & res præter ſpē ſuccedebāt,ea iure vocat prodigia,vt quæ admirabiliter & præter ſpem eueniebant, & vbique terrarum ſparſa fuerant.Non aberrauerit autem quiſpiā, ſi hoc per anagogen ad præſens etiā tēpus deſumpſerit. Difficilè enim dæmonū bellū confecit,& per vniuerſum orbem terræ pacem extendit.Quin etiā quod ſub ſenſum cadit, eorū bellum depulit. Quod Eſaias quoque ſignificās dicebat, Cōuertent gladios ſuos in ligones,& machæras ſuas in falces:& non ſumet gens aduerſus gentē gladium: & non diſcent amplius bellare. Ante Chriſti enim aduentum, omnes homines arma capiebant,& nullus erat ab hoc munere immunis,& ciuitates pugnabant aduerſus ciuitates,& bello vbiq; confligebatur:nunc autē maior pars terræ degit in pace,omnibus ſecurè & artes exercētibus, & terrā **D** colentibus,& mare nauigantibus, ſunt autē pauci milites,qui pro aliis omnibus aciem inſtruunt.Quinetiā eorū quoq; nullꝰ eſſet vſus reliquus,ſi quæ decet faceremus, & non opus haberemus vt cōmonefieremus ab afflictionibus. Ignem autē hic vocat eius iram, & dicit rem quæ accidit, quòd ſcilicet arma eorum & currus cōbuſſerūt,cū eos per vim viciſſent. Quod em̄ dicit Ezechiel,& quicunq; ſunt ſtudioſi,nouerunt hiſtoriam. *Vacate & videte quoniam ego ſum deus. Exaltabor in gentibus & exaltator in terra.* Alius,Curemini,& cognoſcite. Alius,Sinite vt cognoſcatis:Hebræus autem dicit הרפו ודעו harepu vdeau. Hîc mihi videtur gētes alloqui,propemodū hoc dicēs: Nouiſtis quidem eius vires,& potentiam, quę vbique terrarum ſe extendit. Opus eſt autem vobis ocio,opus eſt ſano animo. Hoc autem ſignificat etiā illud, Sinite. vos enim hortatur vt errorē dimittatis,à priori vitæ inſtituto recedatis,

à rerum

[*Pſal. 148.*] [*4. Reg. 19*] [διάψαλμα, ꝓ quo *Hebræi habent* סלה *in ſeculū.*] [*Prodigia.*] [*Eſa. 2.*] [illegible] [*Pax terræ per Chriſtū allata*] [*Ignis, ira dei.*] [*Ezech. 39*]

Universidad de Deusto Biblioteca

à rerum improbarum quæ vos detinēt,caligine respiretis,vt deducti à doctrina miraculorum, quietóque animo præditi, Deum vniuersorū agnoscatis. Neque enim miracula solùm sufficiunt, nisi adsit pius & gratus animus. Nā apud Iudæos quoq; facta sunt miracula,nec ex eis quidquā emolumenti ad illorum salutem allatum est.Quemadmodū eñ non sufficiunt solis radij,nisi oculus quoq; sit purus & sanus:ita ne hîc quidem solummodo miracula sufficiūt.Quocirca cū de illis disseruisset,hortatur eos qui sunt ex illis capturi vtilitatē, vt respicerent à malis quæ eos captos detinent,vt possint cognoscere deum vniuersorum. Vacate, & videte, quoniam ego sum deus non simulachra,nec statuæ.Vacate,& multa euidentissima vobis argumenta ostendā.Hoc enim sibi vult illud, Exaltabor in gētibus,& exaltabor in terra,hoc est,per opera vobis magnus & excelsus ostendar. Habet eñ ꝓpriā altitudinem pura illa & ab interitu aliena, & ineffabilis natura.Sed quoniam vos eam non perspicitis,eam vobis per opera ostendam. Non solùm autē in Palestina,nec solùm Hierosolymis,sed etiā apud vos gentes.Ita ergo exaltatur,eos vincens ac superans, miracula faciens Babylone, miracula in Aegypto, miracula in deserto,miracula per vniuersum orbem terrarum, vt illi vndique habeant doctrinā eius cognitionis.*Dominus virtutum nobiscum,susceptor noster deus Iacob.* Hîc est ergo deus,qui est vbique magnus,qui est vbique excelsus.is semper stetit nobiscū.Ne ergo timeatis,neque conturbemini,cùm habeatis dominū adeò inexpugnabilem: quem decet gloria, honor, & magnificentia,cū patre principij experte, & viuifico suo spiritu nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

Miracula sine pio animo non sufficiunt

Altitudo dei per opera eius ostēditur.

IN PSALMVM XLVI.

PRO FILIIS CORE. Alius,
Victoriæ effectori filiorum Core.

O*Mnes gentes plaudite manibꝰ.* Alius,Manu. *Iubilate deo in voce exultationis.* Alius,Significate in voce laudationis. *Quoniā dominus excelsus,terribilis,rex magnus super omnem terram.* Hîc etiā psalmus idem tangit argumentum,dicens victorias & trophęa quæ contra hostes sibi pararunt, & vniuersum orbem terrarum vocans ad ea laudanda quæ gesta sunt. Sed nonnullis fortasse videtur prooemium esse indignum diuini spiritus hortatione,& eiusmodi incitatio, plausus,strepitus,& iubilationes. Neq; enim iis qui in hūc venerandū locum ad docendū constitutum coëunt, hæc,dixerit quispiā,cōueniunt,sed iis quidem qui in scena & conuiuiis versantur, pulsare & plaudere manibus:viris autē qui docentur à gratia spiritus, cōuenit quies,ordo,& moderatio. Quid ergo vult significare quod hîc dicitur, & quémnam plausum inquit? Consueuerunt hoc facere, qui instructa acie prælio sunt decertaturi,iubilare inquā,& manibus maximos plausus edere,ad hostes perterrendos:à pacato autem & tranquillo animo est hoc alienum. Psalmus autem iubet vtrūque,& plaudere manibus,& iubilare. Quid est ergo quod dictum est? Nihil aliud ostendit quod dicitur, nisi victoriam, & signum victoriæ significat. Nam alibi quoq; propheta inducit fluuios pulsantes manibus.Fluuij,dicens,plaudēt manibus in idipsum. Esaias autem arbores quoq; adducit hoc facientes. Hîc ipse autem rursus, & montes & colles exilientes: non vt hoc intelligamus, ꝙ montes & colles exiliant: nec vt plaudentes fluuios,vel manus habentes:hoc est

Iubilus et plausus militū in præcinctu.

Psal.97. Esa.55. Psal.113.

A enim extremæ amentiæ, sed vt summā discamus voluptatem.Ita etiam possumus videre in hominibꝰ. Et cur non dixit, Gaudete, & exilite, sed pulsate & iubilate?Vt nobis insignem estendat voluptatem.Quemadmodū enim Christus quando dicit, Tu autē quando ieiunas,vnge caput tuum, & faciē tuam laua: non hoc dicit iubens vt vngamur:(nemo enim nostrū hoc facit)sed vt ostendamus gaudiū, lætúmq; & alacrem animum.Iubet enim vt lætus ieiunet, tristiciam non præ se ferens. Ita etiam hîc quoq; nō hoc iussi sumus, nempe plaudere manibus,& iubilare,sed dum psallimus,lætari,& voluptate affici. Iure autem sumpserit quispiā psalmum per anagogen,superata historia.Nā etsi initiū ac prooemiū ducit à sensilibus,ad ea tamen quæ versantur in intelligētia,deducit auditorē.Quod enim antea dixit, nunc quoq; dico: Alia quidem ita sunt accipiēda vt dicta sunt:alia verò aliter quàm prę B se ferant quæ sita sunt:quemadmodū se habet in illo: Lupi & oues simul pascentur. Non accipimus enim lupos & oues,nec paleas,bouem & taurū, sed mores hominum per similitudinem brutorum exprimimus. Alia verò sunt accipienda dupliciter,vt & sensilia intelligamus,& quæ in intelligentia versantur, suscipiamus:quemadmodum in anagoge & sublimi contemplatione filij Abraham. Filium eñ oblatum fuisse scimus,verum aliquid etiā aliud quod latet in intelligētia,per filium excerpimus, nēpe crucem. Et rursus in rubo qui in Aegypto visus est, passionis rursus similitudinem similiter exprimimus. Hoc ipsum hîc quoq; faciendū est.Neq; eñ loquitur solùm de Arabibus & vicinis,sed vocat omnes gentes. Quoniam dominus excelsus,& terribilis,&rex magnus super omnē terrā. C Statim à principio auditorem excitat,ad bonorū nūciorum tantam vocans magnitudinem, & ad publicā totius orbis terræ concionem,diuinúmq; ac spiritale festum, & quod deportatū est ex cœlis peragendum mysterium. Et ideo dicit, Plaudite manibus, hoc est, gaudete,exilite. Nam hoc quoq; sermo iubet euangelicus,dicens, Exultate: non omnino iubens saltare & exilire:hoc est enim illiberale,sed vehementiā lętitiæ significans.Quod eñ fit,magnā meretur lęticiam. Quantum eñ terrę sol respicit,sermo peruasit Euāgelicus,& seruatus est vniuersus orbis terrę: & qui ab errore antea detinebantur Iudaico cultu maiorē ostendêre philosophiā. Et ideo dicit, Omnes gentes plaudite manibus. Illis,inquit, antea sceleratis, illis impiis & execrandis, quæ per immunda sacrificia quotidie polluebantur, quibus filios occidebatis, & turpia patrabatis,& aduersus ipsam naturam cōtendebatis, eis D nunc plaudite manibus, iubilate deo in voce exultationis.Lingua illa,qua execranda gustatis, qua verba impia & blasphema protulistis, ea iubilate canticum victoriæ.Solent enim exercitus, quando inclinat exercitus hostiū,non vti extrema victoria, sed concordi voce & clamore fractos iam & abiectos eorū animos conquassare,quod est claræ victoriæ, & trophæi maximi argumentū, quando bellū nō manibus sed clamore decernitur,isq; loco manuum & armorum sufficit. Hoc ergo fuit vniuersum Christi opus. Difficile eñ hoc bellū ipse confecit, forti alligato, suppellectile eius vasisq; ablatis. Cùm sit autē benignus & clemēs,eos q nihil laborauerāt,victoria frui facit & trophæis,& ad epinicion offerendum eos præparat, perinde acsi ipsi se rectè gessissent,& vicissent. Quocirca omnes quoq; clamamus non voce aliqua obscura ac confusa,

Matt.6.
Scripturā sacrā vt accipiēdā.
Esa.11.65
Gen.22.
Exod.3.
Matt.5. Luc.6.
Psal.106
Iubilatio à simili.
Matt.3. Luc.11.

cōfusa,sed clarissima & significātissima: Vbi est mors A stimulus tuus?Vbi est inferne nūc tua cōtētio?Et rursus,Ascendit deus in iubilo. Hoc enim in hoc psalmo dictum est. Et rursus alibi,Ascendisti in altū, captiuā cepisti captiuitatē,accepisti dona in hominibus. Obtulerunt etiam aliquando Iudæi epinicion,quando in mari fuit demersus Aegyptiorū exercitꝰ, dicētes, Canamus domino:gloriose enim glorificatus est.Sed nostrū est multò maius.non Aegyptiis demersis,sed dæmonibus:non Pharaone superato,sed diabolo: nō armis captis sensilibꝰ, sed sublato vitio:nō in rubro mari,sed in lauacro regenerationis: non egredietibus in terram promissionis, sed in cœlum tendentibus: non manna comedētibus, sed dominico corpore vescentibus:non aquā è petra bibentibus,sed sanguinē è latere.Et ideo dicit,Plaudite manibꝰ, ꝙ liberati à lignis & lapidibus, cœlos, & cœlos cœlorum transcenderitis,&ad ipsam regiā sedē steteritis.Iubilate ergo deo, B hoc est,Illi offerte gratiarum actionē, illi victoriā, illi trophæum. Nō est bellū humanū, nec pugna sensilis: nec pro aliquo eorū quæ ad hanc vitam pertinēt, decertatur,sed pro cœlis ipsis, & iis quæ sunt in cœlis. Ipse suis auspiciis suóque ductu hoc bellum confecit: nobis autē victoriā impertiit.Quoniā dominus excel sus,terribilis,rex magnus super omnē terrā.Vbi nunc sunt qui detrahunt gloriæ vnigeniti?Ecce rex magnus dicitur filiꝰ,quod de patre dictū est, Ne iuraueris eñ, inquit,neque in cœlo,quoniā est sedes eius: neque in Hierusalem,quia est ciuitas regis.Et rursus alibi, deus fortis,potēs,quod est rex.Quando ergo audieris crucifixum esse dominū, fuisse sepultū,ad inferiores terræ partes descēdisse,ne labaris,nec angaris: est enim altissimus, & natura altissimus. Quod est autem altū C natura,ab altitudine minimè vnquā recesserit, nec si humile quidē fuerit:sed etiā in eius humilitate eius altitudo manet & ostenditur. Nā vel mortuus maximè ostendit suam in mortē potentiā. Lux in tenebris lucet,inquit,& tenebræ eam non comprehēderunt. ita etiam in humilitate eius altitudo apparuit. Vide ergo ipsum,dum esset apud inferos,vel alta quæuis concutientem. Sol enim tunc auertebat radios,petrę findebantur, & velum templi abrumpebatur, terra mouebatur, Iudas suffocabatur, Pilatus & eius vxor terrebatur,ipse iudex se defendebat. Quādo ergo audieris eum vinctū esse,& flagris cæsum,ne confundaris: sed vide eū ostendētem potentiā vel in ipsis vinculis. Dixit.Quem quæritis? & omnes humi supinos prostrauit,Vides q̄ sit terribilis,qui sola voce & nutu tanta fa D ciat. Quando ergo videris eū mortuū, fac animo cogites sublatū lapidē,Angelos qui cum metu ad sepulchrū maneant: inferos qui refringuntur: mortē quæ consumitur:captiuos liberātem: & tunc cernes quàm sit terribilis.Si autē in ipsos ignominiæ tempore tanta fecit, in cœlo,in terra, apud inferos: quid non faciet tempore futuri sui aduentus?Audi quid dicāt dæmones tempore humilitatis,spumantes,vincula soluētes, inuia via ingredientes,Quid nobis & tibi fili dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?Si ergo hęc tunc: quando aduenerit,& potestates cœlorū cōcutientur, & sol conuersus fuerit in tenebras, & luna non dabit lucē suam,quid dicent?Propterea dicit, Excelsus,terribilis.Vel potius,quid quis pro dignitate dixerit, diē illum narrans, quando mittet angelos per vniuersum orbem terræ,quādo omnia cōcutientur, quando terra mouebitur reddens mortuorū depositū, quādo in-

1.Cor.15.
Psal.67. Ephe.4.
Exod.15.
Exod.16. Ioan.6. Exod.17. Ioan.19.
Matt.5. Esa.23. Esa.9.
Potens, ἐξουσιαστὴς qui potestatem obtinet.
Phil.2. Ioan.1.
Matt.27. Mar.15.
Act.1. Matt.27.
Ioan.18.
Ioan.20. Osee.13. 1.Cor.15. & Col.2.
Matt.8. Matt.24. Luc.21. Mar.13.
2.Cor.15.

A numerabilia corpora excitabuntur, quando cœlū veluti velū aliquod contrahetur,quando statuetur terribile tribunal, quando fluuij ignis trahentur, quando libri aperientur, quando quæ ab vnoquoq; in tenebris facta fuerint,in medium ꝓducentur,quando illæ intolerabiles pœnæ ac supplicia, quādo minabundæ potestates,quando stricti gladij, quādo erit abductio in gehennā,quando omnis peribit authoritas regum, imperatorū,& consulum,& præsidū,quando adfuerit tantus Angelorū populus, quando Martyrum, Prophetarū,Apostolorum, Sacerdotum, Monachorum examina,quando illa ineffabilia prēmia,quando brauia,quando coronæ, quādo bona, quæ omnē mentē superant? Quæ oratio hęc explicare poterit? Si enim creationē propheta persecutus, defatigatus est, & resiliit,dicēs: Quàm magnificata sunt opera tua domine.& Paulus vnū genus perscrutans prouidentiæ, ex- B clamauit dicēs:O altitudo diuitiarū:quid dixerit quispiam diē illum describēs? Hæc omnia cum præuidisset ꝓpheta,dicebat, Dominus excelsus,terribilis, rex magnus super omnē terram, orbis salutē ostendens. Erat itaq; etiā antea magnus, sed ignorabatur. Mundus per ipsum factus est,& mundus,inquit, ipsum nō cognouit. Nūc autē hoc quoq; præclarè gessit, quod nos sibi familiaritate iungendo rex magnus effectus est. Quid ni enim magnus, qui pauperes, piscatores, illiteratos,priuatos,numero vndecim, obscuros,peregrinos,piscibus magis mutos vnicam tunicā habentes,calceis carentes,nudos,per vniuersum orbē terrarū misit, & veluti mādato omnes cepit. Hoc est verè esse regem magnū: qui vniuersum orbē terræ errore liberauit, & breui temporis momento veritatē redu- C xit, & diaboli tyrānidem sustulit. Qui etiā antequam essent qui ei parerent,erat rex magnus,non habens in seruis vim imperij,non in specie ac in vestibus, sed in ipsa natura. Ego eñ,inquit,ad hoc genitus sum. Hoc est esse regē magnū qui nō habet honorem extrinsecus allatum,qui nulla re opus habet vt sit rex,qui facit omnia quæcunq; vult, Volo,mundare. Tibi dico,dęmoniū surdum, egredere ab ipso. Tace, os obstrue. Adeste, este hæredes parati vobis regni. Ite in ignem æternum paratum diabolo ante constitutionē mūdi. Vides vbiq; potestatem, vides facultatē ac potētiam. Ita enim cepit eos qui paruerunt, vt persuaserit vel animā potiùs profundere,q̄ quod iussum est transilire. Rex enim habet honorem ab iis qui eius subiiciuntur ditioni:hic autē præbet honorē iis qui ei obediunt:& ideo illud quidē est solū nomen,hoc verò res.Magnꝰ D est,rex,qui vniuersum orbem terræ,cœlum fecit,& vt barbari philosophi fierent,& angelos imitarētur, curauit:populos nobis subiecit, & gentes sub pedibus nostris. O miraculū:Eis qui crucifixerāt,adorare persuasit:eos qui contumeliis afficiebāt, qui insectabātur maledictis,qui lapidibus affixi fuerāt, docuit vel suas animas profundere,prout ei videbatur. Non gerebatur enim hoc ab apostolis, sed ab eo qui illos præcedebat, & mouebat eorū animū.Quomodo eñ piscator, vel tabernaculorum cōstructor tantū terræ habitabilis orbē ita mutasset,nisi illius verba impedimenta omnia sustulissent?Et præstigiatores,& tyrānos, & oratores & philosophos,& omnes deniq; qui resistebant, tanquàm puluerē discutientes, instar fumi euanescere facientes, ita veritatis lucē seminauerunt, nō armis,nec vi pecunię,sed solo ac simplici sermone vtētes. Imò verò nō erat simplex sermo, sed erat quo-

uis

Dan.7.
1.Cor.4.
Psal.96.
Rom.11.
Ioan.1.
1.Cor.1.
Matt.10. Luc.10. Esa.9. Ioan.1.
Heb.2.
Ioan.18.
Luc.5. Mar.7. & 9. Matt.25.
Luc.23.
Matt.4. Act.18. 1.Cor.9
1.Cor.1. Mar.vlt.

Universidad de Deusto Biblioteca

Act. 3. uis opere potentior. Quomodo? Inuocabant nomen
16.20. crucifixi,&mors fugiebat,fugabãtur dęmones,morbi
propulsabãtur, quæ erant in corporibus mutila ac vi-
Christus tiata,corrigebantur,pericula protinus recedebant, &
cur de cru mutabantur elementa. Quando ergo nobis dixerint,
ce nõ des- Cur non opem sibi tulit in cruce?hoc dicamus:Quo-
cenderit. niam hoc erat admirabilius.Neque sunt paria,ex cru-
cē descēdisse:& postquã fuit crucifixus, tot esse mor-
tuos eius nomine suscitatos. Quòd em̃ tunc sua spõ-
te manserit,ostendit ex iis quæ sunt postea consecuta.
Qui enim mortem,quæ alios inuaserat,expulit:multò
magis à seipso,priusquã inuaderet, propulsare pote-
rat:& qui aliis vitã præbet, multò magis sibi ipsi præ-
Ioan. 20. bere poterat. Quod etiã triduò pòst fecit, ex redun-
Marc.16. danti quadã copia suscitatus. Id aut ostendit per ea
Matt.28. quæ postea secuta sunt. Quando ergo eius nomen vi-
Luc.24. sum est habere tantã virtutē in alienis corporibus, vt
inuocatũ mortē fugauerit,nemo possit dubitare quòd
etiã in proprio corpore magnã potentiã ostendisset,
& mortem sibi subiũxisset. *Subiecit populos nobis & gen-*
tes sub pedibus nostris. Vide sapientiã Prophetæ,qui om-
Act.3. nia accuratè dicit,& exquisitè.Quod em̃ postea dixe-
runt apostoli,Quid nos intuemini quasi nostra virtute
aut pietate fecerimus vt hic ambularet? Ab alto peti-
tum dicit ꝓpheta.Illud autem, Sub pedibus,id quod
subiectũ erat ostendit, vel potiùs magnam subiectio-
Act.4. nē. Si vis autē scire quãta subiectio esset, audi. Quot-
quot,inquit, possessores agrorum aut domorũ erant,
vendentes afferebant precia eorum quæ vendebãtur,
& ponebant ante pedes apostolorũ.Alij autē cum pe-
Act.15. cuniis animã quoq; profuderũt. Qui, inquit, pro me
Galat. 4. seipsos periculis obiecerint. De aliis quoq; scribēs di-
cebat: Si possibile, inquit,oculos vestros effodissetis,
& dedissetis mihi. Porrò autē ad Corinthios quoque
2.Cor. 7. scribens dicebat.Ecce enim hoc ipsum secundũ deũ
tristitia affici,quantũ in vobis studium effecit,imò de-
fensionem,imò indignationē, imò timorē,imò desi-
derium,imò æmulationē, imò vindictam,eos vsque
Act 5. adeò verebantur & pertimescebant. Et Lucas rursus
scribens,dicebat:Cæterorũ autē nemo audebat se cõ
1.Cor. 4. iungere illis,sed magnificabat eos populus. Et rursus,
Quid vultis:in virga veniã ad vos, an in charitate, &
spiritu lenitatis? Vidisti authoritatē & potestatē. Hæc
autem omnia fecit illud verbũ quod dixit eos emit-
Matt.28. tens: Ego vobiscum sum. Ipse impedimenta omnia
remouebat ante eos ambulãs,ipse plana omnia & ꝓ-
cliuia reddebat,& quæ erãt difficilia, faciebat facilia.
Atqui erãt omnia plena bellis,omnia scopulis & prę-
cipitiis,& nusquã licebat pedē figere, nec sistere: ob-
structi erant omnes portus,omnis domus clausa, om-
nes aures obturatę:& tamen cum primũ ingressi & lo-
cuti fuerant, diruebant omnia hostiũ propugnacula,
vt & ipsas animas profunderent,& innumerabilia pe-
ricula sustinerēt pro iis quę dicta fuerãt. *Elegit nobis hæ-*
reditatem suam speciem Iacob quam dilexit. Alius, Glorifi-
cationē Iacob. Vide q̃ sit accurata exactáq; prophe-
tia. Superius quidē dixit, Subiecit nobis populos &
Act.2.3. gentes.Iudæi ei primùm accesserũt, primũ ter mille,
Ioan.10. deinde quinquies mille, & postea gētes. Ipse em̃ rur-
sus dicebat,Et alias oues habeo, & illas me adducere
oportet,&fiet vnꝰ pastor,& vnũ ouile.Deinde ne quis
cum audierit, Elegit nobis hæreditatē suã, dubitet &
angatur,& dicat: Quomodo ergo non credunt nunc
Iudæi? correctione soluit dubitationē, maximè enim
1.Tim. 2. (quod ad se attinet)eos elegit, & quãtũ ad ipsum qui-

A dem spectat,nullum reliquit. Quòd si finē quoq; re-
quiras,audi ea quæ sequũtur. Subiũgit em̃, Speciē Ia-
cob,quã dilexit.Hic autem mihi videtur fideles dice-
re, quod quidē Paulus significans,dicebat: Non autē Rom.9.
ꝙ exciderit verbum dei, non enim omnes qui sunt ex
Israël, sunt Israël, sed in Isaac vocabitur tibi semen.
Hoc est,Nõ qui sunt filij carnis,ij sunt filij dei: sed qui
sunt filij ꝓmissionis,ęstimãtur in semine.Species autē
seu pulchritudo populi iure dicãtur fideles. Quid est
enim speciosius illis qui crediderunt?Hæreditatē au- *Gētes cur*
tem suam vocat gentē, nõ quod aliquando gentium *hæreditas*
nullã curam gesserit, sed vehementē in eos dilectio- *Christi.*
nem,& cũ eis coniunctionē & ꝓuidentiæ accessionē
ostendens.Et vt scias q̃ sit accurata exactáque ꝓphe-
tia,vide quomodo vtitur dictione multorũ,qua multi
vtuntur in rebus quæ emuntur: Sæpe enim permulti
aliquid ementes, pulchrũ illud esse dicunt, quod reli-
B quis antecellit. Ostendens ergo non omnes seruãdos,
dicit,speciem Iacob. Hæc etiam ostenduntur in Euã- Matt. 13.
geliis per innumerabiles parabolas. *Ascendit deus in iu-* 18.20.22
bilo. Non dixit,Assumptus est aut deductus est,sed,as- 22.
cendit,vt ostenderet eũ ascendisse nullo alio eũ ducē- Marc.4.
te,sed ipsum hãc viã esse ingressum. Helias em̃ qui nõ 12.
cò quò Christus processerat, ducebatur ab alia pote- Luc.8.14
state.Non erat enim humanæ naturę via aliena ingre- 20.
di.Vnigenitus autem ascendit ꝓpria potestate. Quo- 4.Reg.2.
circa Lucas quoq; sic dicebat, Et fixis oculis intuebã- Act.1.
tur cum ille iret in cœlum. Non dixit, Cum ipse assu-
meretur, nec, Cum portaretur: erat enim eius pro-
prius incessus,quod fiebat.Si autem antequam cruci- Ioan.6.
figeretur,ferebatur super aquas,adhuc patibili & gra-
ui corpore circundatus:quid mirum si postquã sum-
psit ab interitu alienũ,aërē secuerit? Vbi autē in iubi-
C lo?Quis iubilauit quando ascendit? Atqui hoc silētio
factũ est,& vndecim solùm præsentibꝰ discipulis. Vi-
des non oportere dictiones simpliciter & vno tantùm
modo accipere,sed scire quid ex eis significetur?Quē-
admodũ em̃ dixi in procœmio psalmi, iubilus aliquid *Iubilus.*
aliud significat,nempe victoriã,trophæum. Quod er-
go hic dicit,In iubilo,hoc est,ascendit in victoria, cũ Ioan.12.
mortem vicisset,peccatũ deiecisset,dæmones fugauis- Eph. 4.
set,errorem expulisset, omnia in melius mutasset: in
antiquã patriam, imò verò longè meliorē, nostram
naturã deduxisset.Cum em̃ aduenisset,nemo ei resti-
tit,non peccati tyrannis,non mortis potentia,non vis
maledicti, non interitus, non vitij vehementia, non *Collatio.*
aliquid aliud eiusmodi: sed cũ hæc omnia tanquam
araneam perfregisset,& dęmonũ cateruas, & neruos
diaboli,& hęc omnia fudisset ac profligasset,ascendit
D rebus rectè gestis vt voluit. Quocirca Paulus quoque Colos.2.
eius trophæum narrãs,dicebat:Cũ expoliasset princi-
patꝰ ac potestates, traduxit liberè de eis in seipso triũ-
phans.Et rursus, Deleuit quod erat aduersus nos chi-
rographũ,quod erat nobis cõtrariũ: & ipsum de me-
dio sustulit,affigens illud cruci. *Dominus in voce tubæ.*
Idem rursus significat, hoc est, In præclara victoria.
Hic autē est aliud quoq; intelligendũ nēpe id fuisse ἀλαλα-
clarũ, apertum,illustre. Atqui nullus id tunc nouit,cũ γμόν.
fieret,sed tam euasit manifestũ,q̃ si tuba cecinisset,at-
que adeò multo magis.Illud enim quod tunc clancu-
lũ factum est,nemo ferè eorũ qui orbem terræ habi-
tant,ignorauit: sed ipsum perinde reuelauit rerũ na-
tura,ac si tuba cecinisset,atq; adeò multò magis. Ne-
que em̃ tuba canēs ita omnes vocasset ad illud specta-
culum,sicut postea rerum vox ostēdit ascensum, ma-
gis

gis etiam quàm tonitru rem clarã efficiēs. Neq; enim
tonitru ita vocasset orbē terræ,vt rerũ ostēsio eos, qui
Matt.24. tunc erant,& qui postea erant futuri.Tonitru enim est
Rom.10. tantũ manifestũ præsentibus, ipsa vero omnibus ge-
Colos.1. nerationibus,tuba clarius,& tonitru apertius ostendit
quod factũ est.Nec verò aberraueris,si tubas vocaue-
ris ora Apostolorum,non tubas quidē æreas, sed auro
Vox tubæ preciosiores,& gemmis magnificētiores.Cur ergo nõ
apostoli. 1.Cor.15. dixit,in tuba,sed,in voce tubæ? Significans eorũ con-
Act.4. cordiam,& animi consensionē,sicut etiã dicit Paulus,
Siue ergo ego,siue illi,sic prædicamus.Et rursus,Mul-
titudinis autē credentiũ erat cor vnũ,& anima vna,tu-
Tubarum ba autē canebant,non ad bellũ incitantes, sed prædi-
vsus in cantes & annunciantes victoriã.Quemadmodũ enim
bello. in castris,quando cũ signis in aciem prodeunt, pręce-
dunt tubæ quæ præsentes excitant,nõ aspectu solùm,
sed etiã auditu:ita tunc factũ est.Ingredientibus Apo-
stolis in vnamquanq; ciuitatem, tubæ sonabant, & ad
audiendum omnes effundebantur. *Psallite deo nostro,*
psallite:psallite regi nostro,psallite.Quoniã rex omnis terræ deus,
psallite sapienter:regnauit deus super gentes. Postquã narra-
uit quàm magna sint & quàm pręclara quę gessit,vni-
uersum orbem terrę vocat ad eum laudibus celebran-
dum cum magno studio & diligētia. Vsus est itaq; re-
petione seu cõduplicatione.Nec inuitat solũmodo ad
Psallere psallendum,sed ad psallendum cum magna sapientia.
sapienter. Quid est,psallite sapienter? Cũ quæ,inquit,facta sunt,
didiceritis, cõsiderantes rerum gestarũ magnitudinē,
Mihi autē videtur etiã aliquid aliud obscurè significa-
re cùm dixit,sapienter,non voce tantũ, sed etiã factis,
psallere nõ lingua tantũ,sed etiam vita.Regnauit deus
super gentes, & quódnã hic regnum dicit?Non illud
quod obtinet ratione creationis,sed hoc quod ratione
eius ad quam eas adsciuit familiaritatis ac necessitudi-
nis.Fuit enim rex omniũ etiã antehac,vt qui esset opi-
fex & effector:nunc autē & lubentiũ,& gratias habē-
tium:quod quidem est maxima laude dignũ,& in pri-
mis admirandum,ꝙ qui prius contumelia afficiebatur
à Iudæis,effecit,vt tanta fieret mutatio,vt vbiq; cane-
retur:& qui nec prophetas legerant, nec in lege edu-
cati fuerant,imò verò planè erant ferinis moribus,re-
pentè mutati sunt, & omnibus illis abiectis erroribus,
se ei submiserunt,nõ duæ,aut tres,aut quatuor,aut de-
Sedere dei cem gentes, sed qui vniuersum orbem terrarum inco-
quid. lebãt. *Deus sedet super sanctam sedem suam.* Quid est,se-
Sanctè re- det super sedē?Regnat,inquit,imperium obtinet. Re-
gnare. ctè autem dixit,sanctam.Non solùm enim regnat,sed
Deut.10. etiam sanctè regnat. Quid est sanctè regnat?Purè,ho-
Act.10. mines enim qui veniunt ad hunc principatũ, ea pote-
Rom.2. state ad iniuriã faciendã vtuntur. Ille autē principatus
est ab omni re eiusmodi intactus,purus,& sanctus.Ne-
que enim fraus,neq; aliquid eiusmodi, illud iudicium
corrumpit & circumuenit, sed est purum, syncerum,
quacunq; puritate fulgens clarius,resplendens ineffa-
bili gloria. *Principes populorum congregati sunt cum deo A-*
braham,Quoniã dei fortes terræ vehementer eleuati sunt. Hic
ostēdit quomodo fuerit extēsum Euangeliũ,quod nõ
solum priuatos attigit, sed eos etiam qui sunt redimiti
diademate, & sedent in throno regio. Deinde osten-
dens eum esse deum noui & veteris testamenti, dicit:
Cum deo Abrahã pro eo quod est, ille ipse qui & no-
strorum maiorũ deus est, & qui illis etiam legē dedit.
Hier.31. Et ideo dicebat Hieremias:Dabo vobis testamentum
nouum, non secundum testamentum quod dedi pa-
tribus in die quo ego apprehendi manum eorum, vt

A educerem eos de terra Aegypti, ostēdens vnũ & eun-
dem esse legislatorem & noui & veteris testamenti.Et
Baruch rursus dicebat.Hic est deus noster,nõ reputa- Baruc.3.
bitur alius præter ipsum.Inuenit omnē viam scientiæ,
& dedit eã Iacob filio suo,& Israël dilecto suo. Postea
autē in terra visus est, & cũ hominibus cõuersatus est,
significãs ꝙ qui legem dedit,is est qui fuit incarnatus:
& is qui fuit incarnatus, legem dedit, hoc etiam dixit
propheta.Cõgregati sunt,inquit, cum deo Abraham,
Hebræus autem pro eo quod est, cum deo Abraham
אמאל הו אבלהם Et quomodo quæso,hoc factum est? *Pro fortes*
Quoniã dei fortes terræ vehemēter eleuati sunt?Qui- *Hier. ha*
nam sunt autē fortes dei, nisi Apostoli, fideles omnes? *bet scuta,*
Quoniam enim potentia eorũ vsq; adeò resplenduit, *à* מגן *pro-*
omnes vicerũt:rectè autē eos appellauit fortes. Quid *texit.* *Aposto-*
ni enim fortes, qui aduersum vniuersum orbem terræ *lorum for-*
B aciē instruxerunt,aduersus dæmones,aduersus diabo- *titudo.*
lum,aduersus populos,aduersus ciuitates,aduersus gē-
tes,aduersus tyrannos, aduersus tormēta ac supplicia,
aduersus sartagines,aduersus fornaces,aduersus cõsue
tudinem,aduersus naturæ tyrannidē, & omnia dirue-
bant,& superiores omnibus euadebãt, & à nullo vin-
cebãtur?Quomodo nõ fortes,qui vel post mortē,tan-
tam ostendunt virtutē? Quomodo nõ fortes,quorum
verba sunt quóuis adamante duriora,nec vllũ ea tem-
pus aboleuit, sed quotidie maius incrementum susci-
piunt?Pro his omnibus benigno & clementi deo gra-
tias agamus. Quoniã ei gloria & potētia nunc & sem-
per,& in secula seculorum,Amen.

IN PSALMVM XLVII.
CANTICVM PSALMI FILIIS Core.2.sabbati.

ψαλμὸς ᾠδῆς. *psalmus cantici.*

C MAgnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei* *Hier.Spe-*
nostri, in monte sancto eius. Fundatur exultatione *cioso ger-*
vniuersæ terræ. Alius, pulchro germine, gau- *mine.*
dio vniuersæ terræ. Alius, ab initio præscripto splen-
dore vniuersæ terræ. Hic quoq; significat liberationē
à bellis.Quoniam enim à Babylone reuersi,& à longa
captiuitate liberati,terrã receperunt,& multa bella e-
uaserunt, pro his omnibus deo horũ bonorũ authori
gratias agētes,hos hymnos canũt.Dicit autē.Magnus
dominus,& laudabilis valde.Magnus quidem dicunt,
sed quàm magnus, non dicunt,hoc enim nemo scit,&
ideo subiũxit,Et laudabilis valde. Nõ est em̃ finis eius
magnitudinis. Quod autem dicit, est eiusmodi,opor-
tet eum tantùm gloria afficere,& laudare, ídque supra
omnē modũ, laudare autem eum propter hanc infini-
D tam & incõprehēsibilē essentiæ magnitudinē, & pro-
pter summa eius in nos beneficia. Nã & voluit, & po-
tuit quæ voluit.In ciuitate dei nostri, in monte sancto
suo. Quid dicis? Illic eius laudē concludis qui est ma- Sapiē.12.
gnus,qui laudabilis,In ciuitate & in mõte?Nõ hoc di-
co,inquit, sed ꝙ nos eum ante alios cognouimus. Vel
propterea ergo dixit illud, in ciuitate dei nostri, vel
volens ostendere,ꝙ per magnitudinē eorũ quæ ibi fa-
cta sunt,ostēsa est eius magnitudo & gloria: ꝙ qui erãt
captiui,qui disiecti,qui contēpti,qui in regione hostili
veluti in carcere detinebantur,vt ij adeò repente clari
essent,procurauit:vt & qui eos vicerant,superarent,&
ad priorem redirent prosperitatem, & antiquus patrię
status eis restitueretur.Ostendit enim,inquit,seipsum,
& suarum creaturarũ quæ videntur,magnitudinē,sed
quoniam complures antiquitus erant paulò insipien-
tiores,cognitionem,quę ex inimicis & ex victoria ori-

Universidad de Deusto Biblioteca

tur,adiicit, mirabilia hæc trophæa assiduè erigens, & **A** vt in melius fieret mutatio, efficiens & præter spem & expectationem omnem eiusmodi miracula faciens. *Ciuitas dei κατ' ἐξοχὴν.* Hanc autem vocat eius ciuitatem, non alius eius priuans prouidentia, sed vt eos ostenderet, quod ad cognitionis rationem attinet, aliis fuisse longè priores. Illæ enim eius dici poterant ratione tantũ opificij,hęc verò etiam ratione familiaritatis & necessitudinis,& ꝙ hæc omnia illic fierent miracula. Tunc itaq; ea dicebatur dei ciuitas,nunc autem nos omnes dei dicimur. *Galat.5.* Qui enim Christi sunt, inquit, carnem crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Vidisti summam & intentissimam virtutem, & ideo appellabatur quoque mons dei, quoniam deus illic colebatur. Fundatur exultatione vniuersæ terræ. Dictum valde obscurum, & ideo oportet attẽdere. Ei enim, qui cursim legit & perfunctoriè, magnam affert dubitationem, qui ea autem **B** diligenter persequitur, videbit cõsequentiam, & pulcherrimam sententiarum cõnexionem. Quod autem dicit, est eiusmodi: Magnus dominus in ciuitate dei nostri, in mõte sancto suo bene radicans, hoc est, bene *εὐρίζων bene radices agens.* radices agens, & eam pulchrè firmans ac stabiliens in gaudio & lætitia totius orbis terrarum. Hoc etiã alius obscurè significans, dixit præscripto splẽdore vniuersæ terræ. Eam enim fecit splendorem & lætitiam vniuersæ terræ. Illinc enim est fons pietatis, & radices & principia dei cognitionis. Hanc ergo, cum talis esset, radicibus actis confirmauit ac stabiliuit propter ornamẽtum totius orbis terrarum, propter exultationem, *Esa.2.* propter gaudiũ totius terræ. Doctrinæ enim terræ officina, ludúsq; literarius, erãt tunc Hierosolyma, & qui volebant frui gaudio, cultúmq; & ornamentum capere, hinc ea quę bona & honesta erant discebãt. Et ideo **C** hoc significans, non dixit, Agens radices, sed, Bene agens radices. Quod si velis id ipsum accipere anagogicè, videbis rerum veritatem, hinc enim processit exultatio per vniuersum orbem terrarum, hinc processit gaudiũ & lætitia, hinc emanarunt fontes Philosophię, vbi Christus fuit crucifixus, vnde profecti sunt Apostoli. Ex Sion enim, inquit, egredietur lex, & verbum *Esa.2.* dei ex Hierusalem, habet autem hoc gaudium radices immortales. *Mons Sion latera Aquilonis.* Alius, montes Siõ femora Aquilonis. Alius, femora Aquilonis Græcè himeri, cum articulo. Hebræus autem, תל איו ירנת har Sion iaregtei. Qua de causa meminit nũc Aquilonis, & situm loci nobis describit? quoniam assiduè bellum hinc suscitabatur, inuadentibus barbaris, & Pro*Hier.1.*phetæ hoc dicunt assiduè, ab Aquilone appellantes, & **D** lebetem illinc feruentẽ describũt, ita enim sita est regio Persarũ, si habeatur ratio Palæstinæ, quod factum admirans, hoc subiunxit, id significans, eam quæ illinc assiduè vexabatur, fecisti inexpugnabilem, perinde enim ac si quis diceret de corpore, partẽ illã imbecillam fecisti valentiorem: hoc etiam hic ipse obscurè significat, dicens, vnde luctus & lachrymæ, vnde origo calamitatum, ea mẽbra impleta sunt voluptate, alacritatéq; animi ac trãquillitate. Vnde minę, metus, & pericula, hinc gaudium & lætitia, nec vllus deinceps metuit aquilonarem illam partem creaturæ, nemo animi angitur, nemo suspicatur, sed omnes degunt in lætitia, cum eius radices fixeris in voluptate. *Ciuitas regis magni, deus in domibus eius cognoscitur, cũ suscipiet ipsam.* Alius, cognita est. Alius, Deus in regiis eius cognoscetur ad munimẽtum. Alius, Deus in palatiis eius cognitus est ad eripiendã eam. Prædicat eius authoritatẽ, laudem,

A coronã, dicens, ciuitas regis magni. Deinde ostendens quomodo sit ciuitas Regis magni, per illud in domibus eius cognoscitur, magnã ostendens prouidẽtiam, & ꝙ eam totam omni ex parte seruat, non illius tantũ totius curam gerens, sed etiam in vnamquanq; domũ suam ostendens prouidentiã. Nobis enim etiam absq; eo est cognitus, inimicis autem ex eo suam ostendit virtutem. Tempore enim Ezechiæ, cum barbarorum *1.Reg.19.* nubes eam inuasisset, & eã veluti sagena circundedisset, recesserunt suis mortuis maxima ex parte relictis. Quinetiam multi quoque alij eam sępe ingressi, ignominia affecti recesserũt. Hæc, inquit, omnia gesta sunt dei prouidẽtia, eámq; præclaram & insignẽ fecerunt. Non solùm autem ꝙ præclarè, sed etiam ꝙ adeò pręclara facta sint, magna euasit. *Quoniã ecce Reges congregati sunt, conuenerunt in vnũ.* Alius, Ecce enim Reges si**B**mul instructi sunt. *Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, cõmoti sunt, Tremor apprehẽdit eos. Ibi dolores vt parturiẽtis, In spiritu vehementi.* Alius, Ardoris. Alius, Per ventũ *Lucrabis destrues.* violẽtum. *Conteres naues Tharsis.* Alius, Cõfringes, Hebræus autem, טשבר thessaber. Hic narrat bellũ, bellum difficile, & vndiq; conflatum & clariorem victoriam. Quoniam enim dixit illũ eam suscipere, & eius curam gerere, ostendit deinceps quomodo eam suscipit & defendit. Cùm innumerabiles enim gentes eam inuasissent (hoc enim significat per regum multitudinem) & non solùm inuasissent, sed etiam congregati aciem instruxissent, res eiusmodi gestę sunt, vt ipsi abirent admiratores rerum admirabilium. Ita enim bellum conficiebatur, vt ipsi horrore ac torpore pleni recederent, & cũ magna animi perturbatione resilirent, multi paucos timentes, & qui ordines instruxerant, di**C**uisos: nec secus afficerẽtur quàm mulier quæ parturit. Vnde clarum erat bellum non fuisse gestum humanis viribus, sed deum fuisse ducem in committendo prælio, qui nõ solùm spiritus eorũ deprimebat, sed etiam mentẽ eorum cõquassabat, & eis dolores immittebat, *Cõfirmat homœosi.* & ineffabilẽ timorẽ afferebat, & perinde accidit ac si magna classe cõgregata vehemens vẽtus irruens, omnes naues contriuisset, & triremes demersisset, & magnam repẽte perturbationẽ iniecisset. Hic enim mihi videtur per hoc exemplũ & victorię facilitatẽ, & perturbationis magnitudinem velle significare. Nam hi quoq; cum magnam classem parassent, & ex longinqua aliqua & aliena regione venissent, veluti quodam vehementi vento omnes ira dei perierunt. Et ideo locum quoq; significãs vnde venerunt, subiunxit illud, Tharsis. Ita etiam significauit Hebręus per dictionem **D** quã vestra causa adiecimus in lectione contextus. Vel hoc ergo dici potest, vel illud ꝙ antè dixi, ꝙ quemadmodum naues Tharsis vehemens ventus irruens sæpe contriuit: ita etiã multitudinem illam deus conturbauit: *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate domini virtutũ, in ciuitate dei nostri.* Vides quomodo exponit id quod est superius, Bene radicans, aut, bene radices agens. Non dixit enim, Qui bene radicauit, sed, Bene radi*εὐρίζων.*cans, hoc est, assiduè prouidens, assiduè curam gerens, assiduè muniens. Postquam enim dixit quæ tunc contigerunt, ad res antiquas narrandas rursus conuertit orationem, ostẽdens hæc habere magnã cum illis cognationẽ. Quæ enim, inquit, verbis audiuimus, ea factis vidimus, victorias dei, trophæa, curã ac prouidentiam, & quæ opinionem superãt miracula. Deus enim nũquam intermisit hęc facere. Eius ergo est & liberare à periculis, & deducere ad dei cognitionem. Rectè autem

autẽ meminit Propheta eorũ quæ longo antè tẽpore facta sunt. Oportebat enim & ex veteribus narrationibus, & ex nouis factis doceri, vt qui erãt ex eis crassiores, ex iis quę fiebãt, iis quoq; quæ facta erãt crederẽt, & duplex lucrum facerẽt, & esset eis auditio pro visu. *Deus fundauit eã in æternũ, Suscepimus deus misericordiã tuam in medio tẽpli tui.* Alius, Coniecimus deus misericordiã tuam in medio tẽpli tui. Hebræus autem רמנו חסלך dimenu hasedeca. Secundũ nomẽ tuum deus, hic etiã laus tua in fines terræ. Quoniã enim dixit, Quæ audiuimus, ea & vidimus: dicit & quídnã audierit, & quid viderit. Quid ergo audiuit & vidit? Quòd dei gratia reddit ciuitatẽ firmam, validam & infractam. Hoc est enim ei fundamẽtum, hoc robur, hoc eã facit inexpugnabilem, nõ humanæ opes & auxilium, nõ vis armorum, nec turres & mœnia. Sed quid? Deus eam regit & cõtinet. Hoc enim eos maximè doceri oportuit, & ꝓpheta assiduè illos eò deduxit. *Suscepimus deus misericordiã tuã in medio tẽpli tui.* Quid est, suscepimus? Sperauimus, expectauimus, cognouimus tuã humanitatem & clementiã. Quoniam enim dixit, Fundauit, radicauit, muniit, ostẽdens tantã prouidentiam nõ proficisci ex meritis eorum qui eam assequuntur, sed procedere ex bonitate eius qui illa facit, & simul volẽs fastũ eorum cõprimere, sic dixit, hoc propemodũ dicens: Tuę sunt misericordię hęc præclara facinora, tuę glorię, tuę bonitatis. Et ideo subiunxit: *Secundũ nomen tuũ deus: sic & laus tua deus in fines terræ.* Laus, inquit, tua facit res adeò pręclaras, magnas, & admirabiles, adeò excelsas & gloriosas. Non enim ad mensuram curam gessisti eorum quos beneficio afficis, nec propter eorum merita, sed pro tua magnitudine. Laus ergo tua, hoc est, tui cele*Iosu.1.*bratio, quæ ex operibus profecta est, fecit vt præclara tua facta exaudirentur. Facta enim fuerunt in Palæstina, sed propter ingentem eorum magnitudinẽ peruenerunt ad extremos fines orbis terrarum, & qui erant procul remoti, ea sciebant. Quæ facta itaq; fuerant in Aegypto, meretrix Hierichũtina sciebat melius iis qui interfuerãt. Rursus quæ in Palæstina euenerãt, ij quoque qui in regione Persarum habitabãt, prædicabant. *Daniel.6.* Quæ rursus gesta fuerãt in Perside, qui in extremis finibus terrę agebant, nouerant. Quapropter rex quoq; misit literas per vniuersum orbem terræ, prędicans ea quæ in fornace euenerant. Et ideo hic quoq; cum dixisset, Laus tua in fines terræ, subiunxit: *Iustitia plena est dextera tua.* Quod enim assiduè facere cõsueuit, vt ab *Eccl.18.* iis quæ fiunt hominibus, ascẽdat ad ea quę adsunt ipsi naturæ, hoc etiam facit in præsentia: nõ vt aliqua deo accedere aut recedere cogitemus, absit: sed quoniã est *Iustitia dei cohæret coessentialiter.* imbecillus sermo & lingua humana, oportet ei quod dicitur deo conuenientem afferre sententiã. Quæ ergo dei naturæ adsunt, ea dicit quæ sunt eius substãtiæ coniuncta, & vt eo verbo vtar, cõsubstantiata. Quænã autem ea sunt: Iustitia, inquit, plena est dextera tua. Ostẽdit enim ea quæ fiunt, nõ esse ex meritis eorũ quos beneficio afficit, sed ex sua substantia, quoniã ipsa eius substãtia delectatur iustitia, lætatur benignitate & cle*Collatio à minori.*mentia. Hoc est eius munus, hæc est eius cõsuetudo: & ideo tanta accipiebãt ab eo beneficia. Quemadmodũ enim ignis est calefacere, & solis illustrare: ita etiã eius est benefacere, imò verò ne sic quidem, sed lõgè amplius. Et ideo sic quoque dixit, Iustitia plena est terra, eius affluentiã, illámq; eius esse substantię cõiunctam, &, si ita dici possit, consubstantiatã significans. *Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudææ, propter iudicia tua domine.*

A *Circundate Sion, & cõplectimini eam.* Alius, Et obite. *Narrate in turribus eius.* Alius, Numerate turres eius. *Ponite corda vestra in virtute eius.* Alius, In ambitus abũdantiã. Alius, In abũdantiam. *Et distribuite domos eius.* Alius, Dimetimini regias eius. *Vt enarretis in progenie altera.* Alius, In generatione posteriori. *Quoniã hic est deus noster in seculum & in seculũ seculi. Ipse reget nos in secula.* Quánam de causa hæc percipit, circuire ciuitatẽ, numerare turres, attendere ædificia, considerare eius decorẽ, domos & palatia metiri, non opus est nostra interpretatione, sed oratio ipsa seipsam explicat. Cũ enim hęc dixisset, causam quoq; statim adiecit. Quámnam? Vt enarretis in progenie altera. Quòd autẽ dicit, hoc est, Impleamini gaudio, lætemini, exultetis. Sed non leniter ac obiter, sed accuratè & diligẽter eius vires intellige. Quoniam enim fuit diruta, quoniã radicitus conuulsa, & eius solum propemodum interiit, & desperarũt fore vt ea in **B** melius mutaretur, adeò vt dicerẽt, Aruerũt ossa mea, lassati sumus, cõsumpti sumus, nec expectabãt fore vt eam reciperent: eã tamen receperunt, & non talẽ qualem amiserant, sed longè meliorẽ, clariorem, atq; illustriorem, maiorẽ, ditiorẽ, potẽtiorem, & magnificentiorem in ædificiis, in rebus venalibus, in copiis, in facultatibus. Erit enim, inquit, vltima gloria domus hu*Agg.2.*ius supra priorem. Adhortatur populum, & propemodũ hæc dicit: Ecce hæc ciuitas, de qua erat omnis spes adiecta, quę diruta & euersa fuerat, quomodo in splẽdidiorem speciẽ statúmq; restituta est. Hæc ergo ipsa discite, eius ædificationẽ, splẽdorem, claritatẽ, vt cum hinc dei virtutẽ didiceris, nempe quemadmodũ cuius nulla erat spes relicta, eam maiorẽ fecerit: narretis posteris vestris dei potẽtiã, & perpetuã eius prouidentiã, **C** & ꝙ nostri curam semper gerit, nos regit & defendit. Hæ enim narrationes posteris quoq; erunt magnæ argumentũ philosophiæ, & occasio exactissimæ dei cognitionis, & studij virtutis. Quamobrẽ iubet illos eam obire vt sint perfecti doctores suorum posterorum.

IN PSALMVM LXVIII.
IN FINEM FILIIS CORE.
Alius, *Epinicion.*

Audite hæc omnes gentes. Alius, Audite hoc. *Auribus percipite omnes qui habitatis orbẽ.* Alius, subterraneam terrã. Alius dicit, Quæ in imò est. Hebræus autem חלד halad. *Quique terrigenæ, & filij ho*חֶלֶד *seculũ tẽpus seculi.**minum.* Alius, Et humanitas, & præterea filij vniuscuiusque viri. *Simul in vnũ diues & pauper.* Alius, Pariter. Magna quædã & arcana nobis nũc est dicturus Pro**D**pheta. Neq; enim quotquot sunt vbiq; terrarũ ad audiẽdũ vocasset, nec totius orbis theatrũ exciuisset, nisi magnum quid, & præclarũ, & tanti conuentus magnitudine dignũ nobis esset dicturus. Neq; enim amplius loquitur vt prophetãs seu prædicẽs Iudęis qui Palęstinam habitãt, sed veluti quidã Apostolus & Euangelista, ad omnem humanã naturam dirigit orationẽ. Lex *Rom.3.* enim vno orbis angulo vnam gentem docebat, sermo *Mar.vlt.* autẽ prædicationis vbiq; terrarũ resonuit, & seipsum *Rom.10.* extendit, vt qui tantã peruaserit regionẽ, quantam sol *Galat.2.* prætergreditur. Illa enim erant pædagogica quædam *2.Cor.3. Ioan.1.* institutio & ministeriũ mortis & cõdemnationis, hæc autẽ gratia & pax. Quoniã ergo conuocauit omne genus ad audiendũ, nos quoq; hic adsimus, & videamus quid vult nobis dicere Psalmographus, qui communi hominum generi pręest, licet sint barbari, licet sapientes, licet priuati, certè. Iubet enim omnes eos adesse, &

A ideo incipiēs quoq; dixit, Omnes gētes. Et rurſus amplificauit orationem, Quíque terrigenæ, & filij hominum, vocans omnem humanitatem. Papæ quę doctrina, quàm eſt apta omnibus & communis? Et ideo non ſolùm vocat omnes, ſed magno ſtudio & diligētia iubet eos illa quæ dicuntur attendere. Non ſolùm enim dixit, Audite hęc omnes gentes, ſed etiã, Auribus percipite, vel, vt Græcum melius exprimatur, auſcultate. *ἐνωτίσασθαι. Auſcultare.* Auſcultare autē nihil eſt aliud quàm diligenter & attentè audire. Auſcultare enim propriè dicitur, quãdo quis aure ori admota loquitur, ſeipſúmq; & illum cōtendens iubet adhibere animum iis quę dicuntur. Auribus percipite omnes qui habitatis terrã. Et iã ſi qui, inquit, non referuntur in numerũ gentilium, ſed ſunt miſti, & diſperſi, vt Nomades, eos quoq; voco ad audiendum. *Lege Strabonem.* Vide autem cōcionatoris prudentiam. Primùm eorum animũ excitauit, erectóſq; & alacres fecit ad audiendum, eò ꝙ omnes ſimul vocauerit. B Deinde poſtquam vocauit, faſtum eorũ & inſolentiam cōprimit, ne propter multitudinem nimium efferantur, & ſint nimis arrogantes. Talibus enim maxime auditoribus opus eſt, quãdo quis eſt verba facturus quæ ad ſtudium ſapientiæ pertinent, nempe contritis & compoſitis & ab omni faſtu ac tumore liberis. Quomodo ergo ferocem eorum animum cōpeſcuit? Naturam in memoriam reuocans. Poſtquã enim dixit, Gētes, ſubiunxit, Quíq; terrigenæ & filij hominũ, dixit ſubſtantiam ex qua eſt principium noſtræ generationis communem omnium matrem reuocauit in memoriam. Et quare dixit, Filij hominum? Quoniã dixit, terrigenas, ne quis exiſtimaret (vt volũt antiquę fabulæ) homines ab initio è terra pullulaſſe, quēadmodum nonnulli fabulati ſunt, quoſdã fuiſſe ſatos introducētes: ꝓpterea C ſubiunxit, Filij hominũ. Patres enim vobis ſunt homines: principium autem generationis vobis & illis terra eſt. *Eccl.10.* Quid ergo ſuperbis terra & cinis? Cogita apud te quænam tua ſit mater, & faſtũ tuum cōprime: ſpiritus elatos conculca ac deprime: conſidera ꝙ terra es, & in terram reuerteris, *Gene.2.* & omnē arrogantiam expelle. Tali enim mihi auditore opus eſt. Ideo te ſedatũ reddo ac compoſitum, vt te accipiã aptum ad ea quæ dicuntur ſuſcipienda: Simul in vnũ diues & pauper. Vidiſti nobilitatem cōcionis. Quidni enim nobilitatem, quando propter authoritatem nequaquam arcet auditorē, ſed vniuerſa doctrina ex æquo profunditur, & pauperi, & diuiti mēſa cōmunis exhibetur? Poſtquam enim dixit id quod omnes vnit, eos videlicet eſſe terrigenas, & filios hominũ, & communem eſſe naturã oſtendit, tunc D quę ex rebus ad hanc vitã pertinentibus videbatur eſſe differētiam & inæqualitatem, oratione eiicit, communiter omnes vocãs, eſt enim cōmunis noſtra natura, cōmuniter omnes voco: cōmunis noſtra mater, cōmuniter voco. *Hominũ inter ſe natura communis eſt. Act.17.* Cōmunis enim noſtra ciuitas eſt orbis terrarũ. Sed ex paupertate & diuitiis differentiam aliquam excogitaſtis, & inæqualitatem introduxiſtis: atqui eam quoq; rurſus eiicio, non diuites quidē admittens, pauperes autē habēs deſpicatui, nec diuites quidem vocãs, pauperes autē expellēs, ſed & hos, & illos, & nō ſolummodo & hos & illos, verbi gratia, hos quidem priores, illos verò poſteriores, vel illos quidē poſteriores, hos verò priores: ſed ſimul ſit cōmunis conuentus, cōmunis oratio, cōmunis etiam auditio. Licet ſis diues, ex eodē luto natus es: idem fuit tibi cum paupere ingreſſus, idē ortus. *Sapiē.7.* Et tu hominis filius es, & ille. *Hebr.9.* Cum ergo quæ ſunt præcipua, & magis opportuna, &

A honore ęqualia, ex ęquo habeatis, cur propter vmbras & ſomnia intumeſcis, ex iis quę nihil ſunt, cōmunia diſtinguens, cōmunia naturæ, cōmunia ortus & generationis, cōmunia affinitatis & neceſſitudinis? Cur amictum exteriorem adducis, vt diſtinctionem ex eo efficias? Nō fero, nō patior, & ideo voco te cum paupere, dicens. Simul in vnũ diues & pauper. In aliis enim nō poſſunt ſimul videri diues & pauper, nō in iudiciis, nō in aulis regiis, nō in foris, non in menſis: ſed illũ quidē honoratum, hunc verò contēptum & abiectum: illum quidē liberè & cōfidenter agentē, hunc verò pudore ac ignominia affectum videas. Sapiētia enim pauperis nihili ducitur, & verba eius nō exaudiũtur. *Eccl.13.* Locutus eſt diues, & eũ pulchrè ac rectè dixiſſe dicunt. Pauper locutus eſt, & nō eſt datus ei locus. At nō hic. Neq; enim in hac eccleſia ac cōcione ſtultã illam ambitionē honoríſq; cupiditatē patior, ſed cōmunem omnibus do- B ctrinam propono. Vide doctoris prudentiã, quomodo etiam antequã incipiat cōcionem, ex ipſa ſola vocatione maximũ doctrinæ decretum protulerit. Qui omnes enim ſimul vocauit, neq; illum ſiuit intumeſcere, nec hunc vilem & abiectũ eſſe, ſed oſtendit nec diuitias eſſe bonũ, ſicut nec paupertatē malũ, ſed ea eſſe ſuperuacanea & externa. Quare nihil mea refert an hoc ſis vel illud. Neque enim ſi ſis diues, video tibi aliquid accedere: nec ſi ſis pauper, decedere. Sed fortè dixerit aliquis, Et cur cũ homo ſis, eiuſdémq; naturæ particeps, teipſum tãti facis, vt putes te eſſe idoneum orbis terrarũ magiſtrũ, & eos qui ſunt in extremis finibus orbis, cōuoces? quid potes dicere quod ſit dignũ tãto theatro? Certè, inquit, Poſtquã enim vocauit orbem terræ, credibilem ac fide dignam reddēs oratio- C nem, audi quid dicat, *Os meũ loquetur ſapientiã, & meditatio cordis mihi prudentiã.* Alius, Et declarabit cor meum prudentiã. Hebræus autem hoc dixit והגות vehagut. *vehaguth & meditatio.* Vides quomodo ſtatim extulit orationē. Non dicam, inquit, de pecuniis, non de dignitatibus, nō de potentia, nō de viribus corporis, nō de aliquo alio momentaneo. De ſapientia ſum exactè dicturus, non autem ex tempore: *Inclinabo in parabolam aurē meam.* Hebræus autē dicit למשל *Aperiam in pſalterio propoſitionem meam.* אפתח

Alius, Aenigma meum. Hebræus autem dicit, חידתי hidati. *Chald. nō Hebr. hoc habent.* Et quomodo ſunt hæc iis quę dicta ſunt conſequentia? Pro doctore enim nunc video auditorē. Nos enim vocaſti tãquam aliquid boni & vtilis audituros, poſtquam autem omnes adſunt & conuenerunt, & te aliquid doctum ac præclarum dicturum es pollicitus, nihil adhuc locutus, relicto loco doctoris, auditoris D partes ſuſcipis. Inclinabo enim, inquit, in parabolis os meũ. Quare hoc facit? Valde prudēter, & conſequenter iis quæ dicta ſunt. Quoniam enim dixit, Loquar ſapientiam: ne quis exiſtimaret eſſe humanum quod dicitur, & meditationē cordis: ne haberet ſuſpectã eius inuentionem, per hæc oſtendit diuina eſſe ea quæ dicuntur, ſéq; nihil loqui propriũ, ſed ea dicere quæ audiuit. Inclinaui enim, inquit, Deo aurem meam, audiui ab illo, & quæ in mētem meam à ſuperis demiſſa ſunt, ea dico. *Eſa.50.* Et ideo dicebat Eſaias: Dominus dat mihi linguam doctrinę, vt ſciam quando ſermonem dicere oporteat: adiecit mihi aurem ad audiendum. Et rurſus Paul', Fides ex auditu, auditus autē per verbũ dei. *Rom.10.* Vides illũ quoq; prius fuiſſe auditorē, & deinde doctorē. Et ideo ſuperius etiã dixit alius interpres, Et declarabit cor meũ. Quid eſt, Declarabit? Canet, dicet pſalmum aliquē ſpiritualem. Si autē dicit meditationem, ne con-

A ne cōturberis. Quæ eñ a ſpiritu acceperat, ea aſſiduè meditabatur, & apud ſe verſabat: & cum diu verſaſſet, aliis proferebat. Quid eſt, in parabolã? *Parabola.* Eſt nomē quod habet multa ſignificata. Eſt eñ parabola, loquela, exemplum, & exprobratio aut opprobriũ, vt quãdo dicit, *Pſal.42.* Poſuiſti nos in parabolã in gentibus, cōmotionem capitis in populis. Eſt etiã parabola, oratio ænigmatica quam multi dicunt quęſtionem, quæ aliud quidem ſignificat, ſed id nō eſt apertũ ſtatim ex ipſis verbis, ſed habet ſenſum intus latentem, cuiuſmodi erant ea quæ dicebat Samſom: *Iud.14. 2.Reg.4.* Egreſſus eſt à comedente cibus, & à forti dulce. Dicitur etiã Salomon intellexiſſe parabolam, & obſcurũ ſermonem. Dicitur etiam parabola ſimilitudo. *Matt.13. Luc.8.* Aliã parabolã, inquit, propoſuit eis, dicens: Simile eſt regnũ cœlorum homini ſeminanti bonum ſemen. Eſt etiã parabola, tropologia, ſeu figurata oratio. *Ezec.17.* Fili hominis, dic eis parabolã hanc, Aquila magna, B magnas habens pennas, aquilam dicens Regē. Dicitur etiam parabola, figura & imago, quemadmodũ oſtendit Paulus, dicēs: *Hebr.11.* Fide obtulit Abrahã Iſaac, cùm tentaretur, & vnigenitum offerebat in quo ſuſceperat repromiſſiones. Vnde etiã in parabola eum retulit, hoc eſt, in figura & in imagine. Quid ergo ſibi vult hìc parabola? Mihi videtur dicere narrationē. Si autem orationem facit obſcurã & ænigmaticam, & quę multum habet difficultatis, ne ſic quidē conturberis: *Lectorem ad inquiſitionē inuitat ſcripturæ obſcuritas.* hoc enim facit vt auditorē excitet: & alioqui quoniam facilitas ad ſocordiam & negligentiam adducit, propterea loquitur in parabola. *Matt.15. Mar.7.* Nam Chriſtus quoq; multa loquebatur in parabolis, ſeparatim autem eas ſoluebat diſcipulis. Parabola enim dignũ ab indigno diſtinguit, dignus enim quærit inuenire ea quæ dicuntur, indignus autem prætercurrit. Quod tunc etiam vſuuenit. C Iudæi enim ne difficultate quidem excitati impellebãtur ad interrogandũ. Ita non attēdebant omnino ea quæ dicebantur. Ad incitãdum autem ad exquiſitionem ſufficit quãdo fuerit aliquid adumbratum & obſcurum. *Matt.13. Luc.8.* Quocirca Chriſtus quoq; hoc faciebat, & loquebatur in parabolis, eos ſtimulans & incitans, vt audire cuperent qui ſupini dormiebãt: ſed ne ſic quidem attendebant: diſcipuli autem animũ adhibebãt, & cum eſſent ignorãtes, vel eo nomine maximè permanebant, quoniam ignorabant, quocirca eis ſeorſum ſoluebat parabolas, & ideo hîc quoq; dicit, Inclinabo in parabolam aurem meã. Aperiã in pſalterio propoſitionem meam. *Problema. Pſal.77.* Eſt autem problema oratio obſcura & ænigmatica, & ideo alibi quoq; dicit, Loquar ꝓblemata à cōſtitutione mũdi. Quapropter auſus eſt etiam vocare ſapientiam, diuina fretus reuelatione, & ideo etiam aperit in D pſalterio, doctrinam ſpiritalem indicãs, & ſe ſuperno eſſe numine afflatum. In cantico autem dat cōſilium, orationem reddēs ſuauiorē. Vidiſti quomodo prooemium compoſuit. Vocauit orbē terræ, quæ eſt in vita inæqualitatē expulit, naturam in memoriam reuocauit, arrogantiã compreſſit, pollicitus eſt ſe aliquid magnum & præclarũ eſſe dicturum, dixit ſe nihil domo allatum proloqui, ſed quæ ab illo audiit, ſignificauit in oratione eſſe magnam obſcuritatem, nos reddens attentiores, pollicitus eſt ſe nos ſpiritalem docturum ſapientiam, quã perpetuò meditabatur. Attendamus ergo, & ne prætereamus. Si eſt enim ſapiēs oratio, & parabola, & problema, mēte erecta & excitata opus eſt. Quod eſt ergo cōſilium, & quod problema, quę parabola, & quæ ſapiētia, quã audiit è ſupernis? *Cur timebo, inquit, in die mala?* Alius, In diebus malis. Syrus autē רע

A rha. *Iniquitas calcanei mei circundabit me.* Alius, Veſtigiorũ meorũ: Hebræus autē עון עקבי יסבני vaon aquebei iſubeni. Vidiſti quomodo eſt problema & enigma, & obſcura oratio, & permultum obſcuritatis: ſed, ſi videtur, primum intelligamus quémnã dicit malum diem. Quémnã ergo malũ diē ſolet vocare ſcriptura? *Pro die mala Chald. habet tempeſtatis.* Diem calamitatum, diē ſuppliciorũ, diem ærumnarũ. Quod etiã dicit alibi? Beatus qui intelligit ſuper egenũ & pauperē: in die mala liberabit eũ dominus. *Pſal. 40.* Talis eſt autē dies futurus peccatoribus, illic terribilis & intolerabilis. *Eſa.13. Ioel.2.* Vidiſti primũ decretũ ſupremæ ſapientiæ, & quomodo tibi definiat oratio quænam ſint digna metu, & quęnã condēnatione. *Hebr.10.* Niſi quis enim hæc optimè definiat & diſtinguat, tanquã in ꝓfundis tenebris, rerũq; confuſione huc & illuc circũlatus, exitum nō inuenit. Niſi ſit nobis definitũ & conſtitutum quænã quidē ti- B mere, quænam verò execrari oporteat, magnus in vita error, & magnũ periculũ. Eſt enim extremę amentiæ, timere ea quę nō ſunt timēda, ea verò ridere quæ iure timenda ſunt. In hoc homines à pueris differunt, ꝙ hi quidē (vt quorũ non ſit perfecta adhuc intelligentia) perſonas timēt, hominéſq; ſaccis indutos: *μορμολύκιον, intelligit laruatam perſonam.* patrē autem aut matrē cōtumelia afficere nihil eſſe exiſtimãt, & in ignē quidē & lucernas ardentes inſiliunt, ſtrepitus autem quoſdã minimè timendos extimeſcunt. Viri autē nihil horũ curant. Quia ergo multi ſunt pueris ſtultiores, tradit hanc diſtinctionem, & dicit quęnam timere oporteat, nō ea quæ multis vidētur terribilia, paupertatem dico, ignominiã, & morbũ. Hæc enim non ſunt ſolùm multis terribilia, ſed etiã moleſta & grauia: ſed nihil horum tale eſſe ſtatuit, ſed ſolùm peccatum, hoc enim ſibi vult illud, Iniquitas calcanei mei circunda- *Peccatũ ſolũ terribile eſt ac timendum.* C bit me. Hoc eſt ergo oratio ęnigmatica, hoc eſt, nouus tropus & admirabilis. Valde enim nouũ videtur eſſe multis & admirabile dicere, non oportere aliquid timere eorum quæ ſunt in vita grauia & moleſta. Quid ergo timebo, inquit, in die mala? Vnum tantũ, ne fortè viæ meæ & vitæ iniquitas me circũdet. Scit ſcriptura fraudē vocare calcaneum. Qui comedit enim, inquit, mecum panē, ſuſtulit in me calcaneum. *Pſal.40. Gene.27.* Et Eſaũ rurſus dicebat de Iacob, Iã ſecũdò me ſupplãtauit. Eſt enim peccatũ res eiuſmodi, frauduléta, & apta ad arripiendum. Hoc, inquit, vereor, peccatum quod me decepit, quod me circũdat. Et ideo Paulus id vocat circũſiſtēs, *Hebr.12.* ſignificans, id quod continuè, quod facilè, quod nullo ambit & circũdat negocio. In his ergo iudiciis multa timēt homines, & vim opum, & potentiã, & iniuriã, & fraudē. Illic autē nihil eſt eiuſmodi, ſed peccatũ ſolum D eſt terribile, quod vndiq; circuit eos qui capiunt, quouis exercitu grauius. Sunt ergo omnia agenda, vt non ab ipſo circũdemur, poſtquã autem viderimus id nos velle comprehendere, oportet eius manus effugere, vt faciunt egregij milites. *Collatio.* Quòd ſi etiam capti fuerimus, oportet id celeriter reſcindere, quemadmodum fecit Dauid, *2.Reg.12. 24.* qui per pœnitentiã vires eius abſcidit. Fuit eñ ab eo circũdatus: ſed id ſtatim effugit. Qui hoc timuerit, nihil aliud vnquam timebit, ſed irridebit ea quæ in præſenti vita bona ſunt, & quę moleſta ſunt contēnet, cum ſolus ille metus eius mentē agitet. *γνώμη.* Nihil enim nihil aliud eſt ei formidabile. Qui eſt hoc timore prędi tus: atq; adeò ne ipſa quidem mors, quæ eſt caput rerum terribiliũ: niſi hoc vnum ſolum. Quomodo? Quoniam tradit gehennę, quoniam tranſmittit ad immortalia ſupplicia. Si quis rurſus in eo ſe rectè geſſerit, inducit omnem virtutem. Cogita enim quãta res ſit, nec

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonis rebus intumescere, nec molestiis animũ demittere, præsentiũ nullam rationem ducere, futura respicere, diem illũ expectare, in tali metu assiduè versari. Qui talis est, erit angelus, qui quidẽ hoc solùm timuerit, & nihil aliud, nihil enim aliud timebit, si hoc solũ timuerit, vt timere oportet: quemadmodum qui non hoc timuerit, is erit obnoxius multis formidabilibus. *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarũ suarũ gloriãtur.* Alius, sunt insolẽtes. *Frater non redimit, redimet homo. Nõ dabit deo placationẽ suã, & preciũ redemptionis animæ suæ.* Et quænam est hæc cõsequentia, dixerit quispiã? Pulchra, & rectè cohærens, & magnopere dependens à prioribus. Quia enim loquebatur de iudicio, & de illa terribili reddenda ratione, & de sententia quæ corrũpi non potest: multi autem in iis, quę hîc sunt iudiciis, iudicibus emptis ius corruperunt, & è iudicio euaserunt: sententiã illam quæ minimè corrumpi potest, prędicãs, & quem prius dixit, timorẽ amplificans, hæc subiunxit, ostẽdens se rectè dixisse, oportere vnũ esse timorẽ, nempe eum qui ex peccato proficiscitur, & nullũ alium. Ius enim non potest illic corrũpi pecunia: nec licet datis donis seipsum è gehẽna eripere: nec salutem afferre potest oratoris defensio, nec aliquid aliud. Quanuis enim sis diues, quanuis potens, quanuis

Luc.16. alicui notus & familiaris, hæc omnia sunt illic inutilia.

Matt.25. Illic vnusquisq; ex factis & punitur & coronatur. Quoniam ergo & qui erat sub Lazaro, erat valde diues, sed nihil ei profuerunt diuitiæ & notæ erant virgines virginibus, sed nihil eas iuuit illa familiaritas: (vnum est enim illic solum quod quæritur) vos ergo, inquit, qui opibus fiditis, & estis circundati potentia, frustra intumescitis: nihil enim vobiscũ transmittetur in illud iudicium, non præsidiũ pecuniæ, nec vires potentiæ, sed nec vlla necessitudo aut cognatio, nec aliquid eiusmodi vos illic eripiet. Nõ licet illic solutis pecuniis, aut vlla expiatione, aut precio animæ vllum vnquã seruari.

Luc.26. Quid ergo quod dicit scriptura, Facite vobis amicos ex iniqua mãmona, vt vos recipiãt in æterna tabernacula? Quídnam est quod dictum est? Nihil cõtrarium, nec repugnãs prioribus, sed valde etiã consentiens. In præsenti enim vita faciendi sunt amici, soluẽdo pecunias, erogãdo ac consumẽdo facultates in egenos. Nihil ergo hîc aliud significat, nisi largam & copiosam eleemosynã. Si enim cum nihil eorum feceris, illuc recedas, nemo te defendet. Neq; em̃ nos defendit illorũ amicitia, sed q̀ ex mãmona amici facti fuerint, ꝑpterea adiecit amicos ex mãmona: vt scias q̀ hęc dicuntur tua opera, eleemosyna, clementia, in pauperes munificentia. Nam q̀ nec cognatio, nec familiaritas quidquã prodest absq; factis, audi quid dicat propheta, Si steterit Noë & Iob & Daniel, filios suos & filias suas non liberabunt. Et quid dico in futuro, quãdo nec in præsenti quidquã iuuat amicitia? Quantũ luxit & defleuit

Chrysost. assertor operũ. Opera nostra quæ sunt. Ezec.14.

1.Reg.15. Samuël, & Saülem nõ eripuit? Quantum precatus est

Hier.14. Hieremias, & Iudęos nihil iuuit? imò verò etiam dum

Hier.15. oraret fuit reprehensus. Et quid miraris si nihil profuit Hieremias, quãdo nec Mosem quidẽ dicit, si fuisset illo tẽpore, seruare potuisset Iudæos, quandoquidẽ eorum inualuerat vitium, nec domo aliquid attulerant?

Rom.10. Quantũ pro Iudæis lamentatus est Paulus, dicens, Fratres, bona quidẽ voluntas mei cordis & obsecratio ad deũ est pro ipsis ad salutem. Quid ergo valuit eius ob-

Rom.9. secratio? Nihil. Et quid dico obsecratio? cũ pro eis esse

Sanctorũ preces. etiam anathema optauerit. Quid ergo? súntne superuacaneæ sanctorum preces? Nequaquam, sed magnas

A etiã vires habent, quãdo tu quoq; eis auxilium tuleris.

Ita etiã Petrus suscitauit Tabithan, non solũ oratione, *Act.9.* sed etiam illius eleemosyna. Ita sancti orãtes alios adiuuerunt. Et hoc quidẽ hîc, vbi saltandũ & luctandum est. Illic autem nihil horum, sed est ex solis factis salus. Pulchrè autem hîc ludificatur diuites, & eos qui intumescũt. Neq; enim dixit, qui habẽt pecunias, nec qui magnam habent potentiam: sed, qui cõfidunt in multitudine diuitiarum suarum, & in suis viribus gloriantur, eos irridẽs & insectans, quod in vmbris cõfidant, & propter fumum se iactent & vẽditent. Rectè autem dixit, precium redẽptionis animæ suę nõ dabit. Preciũ enim animę nõ est ne vniuersus quidẽ mũdus. Et ideo *Animæ dignitas.* dicebat, Quid prodest homini si vniuersum mundum *Matt.16.* lucretur, animæ autẽ suæ detrimentũ faciat? Vt autem scias ne vniuersum quidẽ mũdum esse preciũ animæ, audi quídnã Paulus dicat de aliis sanctis, Circũierunt *Hebr.11.*

B in ouinis, in caprinis pellib᷒, egẽtes, pressi, afflicti, quibus dignus non erat mũdus. Mundus enim est propter animã. Quemadmodũ ergo non elegerit pater domũ pro filio, ita nec deus mundũ pro anima, sed operibus & rectè factis opus est. Vis scire quantũ sit preciũ animarum? Redẽpturus eam vnigenitus, non mundũ dedit, non hominẽ, non terram, nõ mare, sed suũ preciosum sanguinẽ. Quocirca dicebat Paulus, Precio empti *1.Cor.7.* estis, nolite fieri serui hominum. Vidisti magnitudinẽ precij. Quãdo ergo eam tanti emptã perdideris, quomodo poteris eam deinceps emere? Christus enim à mortuis suscitatus nõ amplius moritur. Vidisti quàm *Rom.6.* sit preciosa anima, & quanta sit eius dignitas. Ne eam ergo negligas, & captiuã efficias. *Et laboraui in æternum, & viuet adhuc in finem.* Alius interpres dixit, Et quieuit

Opera necessaria sunt.

C in seculum. Alius, Sed cũ desierit huic seculo, viuet in ęternum. Quoniam enim dixit de diuitibus, quoniam dixit de potentibus, & ostendit ex his nihil lucri fieri: dixit deinceps de iis qui vixerunt in virtute, de iis qui vixerũt in laboribus & afflictionibus, vngens & exercens athletas philosophiæ. Sed considera fructum, q̀ homo sit immortalis, q̀ vita immortalis excipit, vita quę finem non habet. Cõsidera ergo quãto sit melius, *πρόσκαιρος.* cùm hic parum laboraueris, requiẽ æternam assequi, q̃ cùm hic tibi parumper indulseris, perpetuò cruciari. Deinde ostendens nõ illic solũ esse præmia & coronas, sed etiam hic quoq; esse principia præmiorũ, subiunxit: *Non videbit interitum cùm viderit sapiẽtes morietes.*

Ne mihi dicas, solummodo futura promittis: do tibi hîc etiam pignora coronarũ, imò verò arrhã ipsam & præmia. Quomodo, & quánam ratione? Quoniã qui

D philosophatur, & spe futurorũ erigitur, ne mortẽ quidem mortẽ esse putabit: sed videns mortuum iacẽtem ante oculos, nõ ita afficietur vt multi, apud se reputans coronas, pręmia, bona ineffabilia, quæ neq; oculus vidit, nec auris audiuit, vitã illam, vnà cum angelis choream. Queadmodũ ergo agricola cùm videt frumen- *Elegans admodum homœsis.* tum dissolui & interire, nõ abiicit animũ, nec mœrore afficitur, sed tũc maximè exultat & lætatur, sciens fore vt ille interitus sit ortus melioris principiũ, & fundamentum maioris fertilitatis: ita etiã iustus, qui rectè factis gloriatͬ, & regnũ quotidie expectat, quãdo viderit mortẽ sitam ante oculos, nõ angitur, nec se afflictat vt multi, non vexatur & perturbatur. Scit enim mortẽ iis qui rectè vixerunt, esse migrationẽ & transitũ ad meliora, & cursum ad accipiendas coronas. Quósnã autẽ dicit sapiẽtes? Nõ eos qui sunt sapiẽtes, sed qui sapien- *Qui hic sapientes.* tes esse existimãtur. Mihi autẽ videtur dicere externos sapientes,

sapientes, eos ideo irridens, q̀ cum viderentur esse sapientes, stulti facti sint, cum de resurrectione non sint philosophati. Quando ergo viderit illos philosophos pereuntes, lamentantes, lachrymantes, cum luctu efferentes, tunc ipsi nihil tale accidet, sed erit telis eiusmodi superior, vt qui bona spe erigatur, & sciat hunc interitũ non interimere substantiã, sed tantũ mortali-

Mors substantiã nõ interimit. tatẽ, & id solũ quod potest corrumpi, cõsumere. Hæc enim mors non perdit corpus, sed cõsumit interitum. Substãtia enim manet, resurgit cũ maiori & ampliori gloria, sed non omniũ. Resurrectio enim est omnium

Resurrectio cõmunis omniũ. cõmunis: resurrectio autẽ cũ gloria, est cõmunis eorũ qui rectè vixerũt. *Simul insipiens & stultus peribũt, & relinquẽt alienis diuitias suas. Et sepulchra eorũ domus eorũ in æternum. Tabernacula eorũ in progenie & progenie. Vocauerũt nomina sua in terris suis.* Alius, Quæ sunt intra domos eorũ in æternũ. Alius, Habitationes eorũ in generationem,

B nominãtes nominibus eorũ terras. Hebræus autẽ hoc dixit, על אלמות al adamoth. Vidisti quomodo non solùm ex futuris, sed ex iis etiam quę hîc eueniunt, abducit à vitio & ab auaritia, & deducit ad virtutem, in pecuniis cõgerendis insaniã coërcens, & eos qui præsentibus inhiant, eáq; admirantur, stultos vocans, & id per res ipsas ostendens. Quid est enim, dic quæso, stultius homine qui laborat, & se excruciat, & tantas opes cõgregat, vt ex eius laborib᷒ alij se voluptate expleãt? Quid est hoc inani labore deterius, quãdo ipse quidẽ sudores & labores perpessus decesserit, aliis autẽ diuitias fruẽdas reliquerit, & nec aliquibus quidẽ necessariis & ei familiaritate cõiunctis, sed sępe etiã hostib᷒ &

ἀλλοτρίοις. inimicis? Et ideo nõ dixit, Aliis, sed alienis, relinquent diuitias suas. Quid est autem, Simul insipiẽs & stultus peribũt? iis qui prius dicti sunt, inquit. Hîc mihi vide-

C tur verba facere in impiis, qui toti rebus præsentibus affixi sunt, eásq; suspiciunt, de futuris autẽ nihil philosophantur, ea de causa vocans eos insipientes. Si enim posthac, vt putas, nihil erit, cur teipsum vexas & excrucias vndiq; pecunias cõgerens, & labores quidẽ sustinens, fructũ autem nõ percipiens? Et sepulchra eorum domus illorum in æternum. Hoc dicit, sicut erat eorũ existimatio. Tabernacula eorũ in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. Alius autem dicit, Quæ sunt intra domos eorũ in æternũ: Hebręus autem קרבם בתימו לעולם careuã bathumo laholam. Quid hac amentia possit esse deterius, q̃ inquam, putare sepulchra esse domũ perpetuã? quàm in iis gloriã

Sepulchrorũ fastus. ambitiosè persequi? Multi certè sæpe sepulchra construxerunt magnificentiora domibus. Vel enim hosti-

D bus laborant, & afflictantur, vel vermi & cineri, hæc stultè cõsumentes. Talis est eorũ mens & sentẽtia, qui de futuris nihil sperãt. Sed hîc mihi venit in mentẽ deplorare, q̀ multi etiam eorum qui sperant futura, illos hac in re imitantur, qui nullam habẽt spem futurorũ, sepulchra ædificantes, & pręclara monimenta cõstruentes, & aurum infodientes, & suas facultates ad alios transmittentes. Qui quidẽ sunt hac in re illis deteriores. Qui enim post hæc nihil expectat, etiam si id facit præter rationem, attamen propterea q̀ nihil expectat, suũ laborẽ & industriam confert in res præsentes. Tu

Matt.13. autem homo qui nosti vitam futurã, & bona illa ineffabilia, & q̀ ex dicto Euangelico, iusti tunc fulgebũt sicut Sol: quámnam veniam assequeris, quomodo te defendes, q̀ non suppliciũ patieris, qui hîc omnia cõsumas in puluere, in cinere, in monimẽtis, in hostibus, in inimicis? Vocauerũt nomina sua in terris suis. Ecce

A aliud genus amentiæ, ædificiis, agris, & balneis sua nomina inscribere, & putare se magnam consolationem *Hominis sui perpetuandi amentia.* ex eo accipere, & vmbram pro rei veritate persequi. Si enim perpetuam memoriã desideras, ne nomen, ô homo, ędificiis inscribas, sed trophæa rectè factorum erigas, quæ & in præsenti vita nomen tibi conseruant, & in futura vita immortalẽ tibi requiem cõparant. Si sis memoriæ cupidus, ego te doceo viam veram & apertissimam: virtutis curam gere. Nihil enim facit nomen *Virtus, nomen immortale parit.* adeò immortale, vt natura virtutis. Id ostendunt martyres, ostendunt apostolorũ reliquiæ, ostendit memoria eorum qui rectè & ex virtute vixerũt. Quot Reges vrbes euerterunt, portus extruxerũt, & nominibus suis inscriptis decesserunt, nec tamen eis quidquã profuit, sed silentio & obliuioni mandati sunt? Piscator autem Petrus, qui nihil fecit eorum, quoniã virtutem est persecutus, & ciuitatem maximè regiam occupauit, etiã

B post mortem resplendet Sole clarius. Quòd tu autem *Nẽpe Romã, velint nolint, Lutherani.* facis, est ridiculum, & plenum ignominia. Hæc enim monimenta nõ solùm nõ te clarum reddẽt, sed etiam facient ridiculum, & ora omnium aperient. Aedificia enim nõ sinunt tuam auaritiã, quæ obliuioni tradi poterat, tẽporis excursu extingui, & stant veluti columnę *Monumẽtorum cura dãnabilis.* & trophæa erecta aduersus auaritiã. *Et homo cùm in honore esset, non intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hîc mihi videtur deinceps ꝓpheta deplorare, q̀ animal rationis particeps, cui fuit traditum regnum in terris eò declinauerit, vt esset non minus vile & abiectum quàm bruta, dum in rebus vanis laborat, & ea quæ sunt suæ saluti contraria molitur, inanem gloriam persequitur, auaritia tenetur, in rebus inutilibus se exercet. Virtus enim est honor hominis,

C & de rebus futuris philosophari, & omnia procurare quæ ad illam vitam pertinent, & præsentia negligere. Brutorũ enim vita præsentis vitæ limitibus cõncluditur, nostra autẽ tendit ad aliam meliorem, & cuius non est finis. Sed hi qui de futuris nihil sciunt, sunt brutis deteriores: nec ij solum, sed etiã qui sceleratam & perditam vitam agunt, vtpote qui fiant serpentes, scorpij, & lupi propter improbitatẽ, & oues & boues propter ignorationem, & canes propter impudentiam. Quid enim, dic quæso, est insipientius iis qui in sepulchris & monumentis operam suam collocant, & ad aliorũ nõ minũ appellationes stant hiantes & mirabundi? Nihil *Virtus sola memoriã efficit.* enim memoriã efficit præterquã sola virtus, nõ ædes, nõ statua, nõ filij, nõ aliquid aliud eiusmodi. Aedes enim opus est architecti, statua statuarij, filij verò naturæ. Tui autẽ nusquam est memoria. Et ideo vocat eum

D brutum propheta: quoniam cum ignorationis se iugo *Ignorationis iugũ.* submiserit, bruto deterius ducitur. Illud enim est vtile & aptum ad agriculturam, hic autẽ, qui seipsum subiecit ignorationi, illo etiam in hoc factus est deterior. Quoniam enim superius dixerat quàm esset mens eorum crassa, terrena, vilis & abiecta, & q̃ inutilis esset labor eorum in cogendis pecuniis: volens amplificare eorum accusationem, adducit dei beneficia: q̀ solent sæpe facere prophetæ. Esaias enim, cũ esset eos accusaturus, primùm quidẽ dicit honorẽ quo Iudæi à deo affecti sunt, ita scribẽs: Filios genui, & exaltaui: ipsi au- *Esa.1.* tem me nihili fecerũt. Hoc quoq; in loco, vna dictione declarãs beneficia quæ homines à deo acceperũt, Homo, inquit, cũ in honore esset, nõ intellexit. Quẽnam autem dicit honorem? Audi eum in alio psalmo dicentẽ: Minuisti eũ paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum. Deinde exponẽs honorẽ, sub- *Psal.8.*

iungit:

Universidad de Deusto Biblioteca

iũgit: Omnia ſubieciſti ſub pedib⁹ eius, oues, & boues
vniuerſas, inſuper & pecora cāpi. Volucres cœli & pi-
ſces maris, qui perābulant ſemitas maris. Hic eſt enim
honor lōgè maximus, ei in omnia quę vidētur, permi-
Gene.1. ſiſſe dominatū, idq; cum nihil rectè geſſiſſet. Cū enim
eum nondū finxiſſet, dixit. Faciamus hominē ad ima-
ginē & ſimilitudinē noſtrā. Deinde interpretās illud,
Ad imaginē, ſubiūxit, Et pręſit piſcibus maris, & vola-
tilibus cœli, & beſtiis vniuerſæ terrę. Et hunc breuē &
tricubitalē, & viribus corporis brutis longè inferiorē,
fecit cunctis excelſiorē, animā rationis cōpotē ei lar-
Animi dignitas. gitus: quod quidē eſt honoris ſignū maximū. Per eam
ēm & ciuitates condidit, & mare ſecuit, & terrā coluit,
& artes inuenit innumerabiles, & feras ſuperauit, &
quod eſt omniū maximū & primū, deum, qui fecit ip-
Hominis dignitas. ſum, cognouit: & ad virtutē deductus eſt, & nouit quid
ſit bonū, quid ſecus. Solus ex iis quę vidētur, deū orat, B
reuelationes accepit, idq; ſolus: cognouit rurſus multa
arcana & ineffabilia, didicit quæ ſunt in cœlis. Propter
ipſum terra, propter ipſum cœlū, propter ipſum ſol &
ſydera: propter ipſum lunæ curſus, tēporúmq; muta-
tiones & viciſſitudines. Propter ipſum fruct⁹ & arbo-
res, & tot genera animantiū. Propter ipſum miſſi ſunt
apoſtoli & prophetæ, propter ipſum ſæpe miſſi ſunt
angeli. Quid pluribus opus eſt? neq; enim fieri poteſt,
vt omnia perſequamur. Propter ipſum vnigenitus dei
filius homo factus eſt, crucifixus, & ſepultus, & terribi-
lia illa miracula facta ſunt poſt reſurrectionē. Propter
ipſum lex, propter ipſum paradiſus, propter ipſum in-
undatio. Nam hoc quoq; eſt maximū genus honoris,
cum & beneficiis & pœnis corrigere. Propter ipſum
omni priori tēpore innumerabilia certo cōſilio geſta
& adminiſtrata ſunt. Porrò autē ipſum quoq; futurū C
iudiciū fit propter eius honorē. Quocirca Iob quoq;
Iob.14. dicit: Quid eſt homo ꝙ duxiſti eū in iudiciū? Quēad-
Pſal. 8. modū alibi dicit ipſe propheta: Quid eſt homo ꝙ me-
mor es eius? Propter ipſum rurſus veniet vnigenitus
donans bona innumerabilia. Alia enim iam dedit per
baptiſmū, & ſacramenta, & myſticam celebrationem:
alia verò ſe daturū eſt pollicitus, regnū cœlorum, vitā
ęternam, facturū ſuos hæredes, & cum eo regnaturos.
Rom.8. Quocirca Paulus quoq; dicebat, Si ſuſtinemus, & cō-
2.Tim. 2. regnabimus.. Hæc ergo omnia conſiderans propheta
eos iure brutis cōparat, qui tantā nobilitatē vitio pro-
diderunt, & ad affectiones illorū deſciuerunt. Hoc ip-
ſum ſępe faciūt alij quoq; prophetæ, impudentem au-
ditorem volētes per cōparationem pudore ſuffunde-
Hier.5. re. Et ille quidem dicit, Equi in fœminas inſanientes
Eſa.1. facti ſunt, hic verò: Cognouit bos poſſeſſorē ſuum, & D
aſinus præſepe domini ſui, dicēs quidē multò Dauide
Homo brutis deterior. acerbius. Dauid enim dicit, Cōparatus eſt iumētis in-
ſipiētibus: ille autem dicit eos fuiſſe magis expertes ra-
tionis q̄ bruta. Illa enim, inquit cognouerunt poſſeſſo-
rem, Iſraël verò non cognouit. Iam vero alibi quoque
alius quidā vir ſapiens, oſtendens vel formicis eſſe de-
teriorem virum pigrum & deſidem, & ocio languen-
tem, eum illuc mittit vt diſcat eſſe laborioſus & indu-
Prou.6. ſtrius. Vade, dicens, ad formicā ô piger, & imitare vias
eius. Illa enim, cū nec agrum cultū habeat, nec ſit qui
eam cogat, nec domini imperio pareat, parat æſtate
Eccl.10. alimentum, & tēpore meſſis multa reponit. Rurſus au-
tem iubet ire ad apem. Proficiſcere ad apem, & diſce
Sopho. ꝙ ea ſit opifex, cuius labores Reges & priuati ad ſani-
iuxta.70. tatem afferūt. Alius verò dicit, Principes tui tanquam
īterpretes. lupi Arabię. Et alius, Sediſti in deſerto tanquā cornix.

A Zachariæ autē filius dicit, Genimina viperarum, quis *Matt.3.*
vobis oſtendit fugere à vētura ira? Et alius rurſus, Oua *Eſa.30.*
aſpidum ruperūt, & araneæ telam texunt. Alibi autem *Pſal.139.*
idem propheta dicit, Venenū aſpidum ſub labiis co- *Pſal.57.*
rum. Et rurſus, Ira eis ad ſimilitudinem ſerpentis. Tale
eſt enim vitium, eum qui talis eſt & tantus, eò redigit,
vt ſit non minus ignōbilis quàm bruta. Et ideo in præ-
ſenti quoque pſalmo cum elegiſſet duo vitij genera, &
alia auditoribus reliquiſſet cōſiderāda, eos qui illis te-
nentur, ita pungit. Quid enim fuerit à ratione alienius
homine, qui temerè & cum ſui capitis malo ac diſcri-
mine, orbē terrę percurrit, & innumerabiles pecunias
colligit, nō ſibi, ſed aliis qui ipſi quoq; nō cognoſcun-
tur, ſæpe autē ſunt hoſtes & inſidiatores? Rectè autem *Eccl.11.*
dixit. Relinquent alienis diuitias ſuas. Quid eſt enim
ſtultius, quàm (vt hi faciūt) laborem quidem & pecca-
B ta quæ in his colligēdis admittuntur, ſuſcipere, alienis
verò eorum vſufructu cedere? Deinde cum amore pe
cuniæ inanem quoq; gloriam adducens in medium,
eos pungit vehementiſſimè, dicens, Vocauerūt nomi-
na ſua in terris ſuis. Quid his rurſus eſt à ratione alie- *Inanis gloria.*
nius? qui lapidibus & lignis & inanimatæ materiæ ſuā
committūt memoriam, & propriam cedunt gloriam?
Aliquot enim bonis omnibus euerterūt, & viduas ſpo-
liarunt, & pupillorum facultates diripuerunt, vt vermi
domum facerent ſplendidam, tineæq; & corruptioni
magnificos ambitus ædificarēt, quòd exiſtiment ſuam
per ea futuram immortalē memoriam, quæ ne paruo
quidem momento tēporis potuerūt corpora retinere.
Hæc via illorum ſcandalum ipſis. Quænam eſt autē hæc
via? Studium quod in res eiuſmodi cōfertur, vanus la-
bor, inſana pecunię habēdę cupiditas, inſatiabilis glo-
C riæ ebrietas: & ante futurū, inquit, ſuppliciū hic fit eis
ſcandalum & impedimentū. Non paruum offendicu-
lum, nō paruum impedimentū, non paruum obſtacu-
lum hæc via eſt ad operationem virtutis. Et ideo dicit,
Hæc via eſt ſcandalum ipſorum. Rectè autē dixit hāc
viam eſſe ipſis ſcandalū. Sibi ipſis vincula iniiciunt, ſe-
ipſos impediunt. *Et poſtea in ore ſuo complacebunt.* Hoc
quod dixit, eſt grauiſſimū, & cauſa omniū malorum.
Qui enim in his peccāt, & delinquūt, & adeò deſipiūt,
ſeipſos fœlices ac beatos eſſe ducunt, & admirantur, &
iis quæ fiunt, delectātur. Vitium autem quod laudatur
ab iis qui eo laborāt, conſidera quātam fecit acceſſio-
nem malæ cupiditatis. Si enim dum vituperatur, dum
probris afficitur, dum arguitur, dum ab eius qui ſobrij
hominis cogitationem parumper ſuſcipit, conſcientia
flagellatur, dum laceratur, & odio habetur, adeò tamē
D impudēter viget, & inualeſcit, & in dies augetur: quan-
do non ſolùm non fuerint quę prohibeant, vtpote ac-
cuſatio, cōſcientiæ reprehenſio, ea quæ fiunt corripe-
re, eorum quæ commiſeris duci pœnitentia, erubeſce-
re, aſpectū hominū vitare, flere ac lamentari, ſed om- *In vitiis*
nino contrà ſeipſos etiā laudant qui faciunt, & ſibi en- *ſibi placere.*
comia componunt, & eo ipſo ſe aliis meliores eſſe du-
cunt, & poſtquā fecerint, laudant ea quę fecerunt (hoc
enim ſibi vult illud, Et in ore ſuo cōplacebūt) quò nō
ij deflexerint? aut quid nō admiſerint? Sunt enim tan-
to furore perciti, & adeò emotæ mentis, vt etiā quan-
do ſuam libidinē expleuerint, quādo eos videntes ini- *Prou.2.*
quitatem oportere erubeſcere, exultant, ſibi placēt, ſe
efferunt, eo quod factum eſt delectātur. Tale eſt enim
peccatum, vt priuſquam factū ſit, ſuam velet turpitu-
dinem, ebrietatē voluptatis prætexēs ſuam abomina-
tionem: ſed poſtquā factum fuerit, & libidinis quidē
voluptas

voluptas parumper ceſſerit, cōſcientię autē accuſatio A
inuaſerit, nudā ac ſolā rationē flagellans, tunc maxi-
Hier. 22. ximè cernitur q̄ ſit pernicioſum. Hi autem nec tunc
Rom.6. quidem poſtquā ſe expleuerint, ſed poſtquā viderint
opes coaceruatas, ſepulchrā excitata, inania ædificia
pfecta. cū oporteret eos cōpungi ac deflere, poſt hæc
etiam, hoc eſt poſt opus, poſtquā res fuerit adimpleta,
tunc adhuc magis laborant. Poſtquā ergo nihil eis re-
lictū eſt ex ipſis remedij, tunc reſtat vt deus exequatur
quod ſuū eſt. Quemadmodum enim qui ſeipſos con-
demnant ꝓpter ea quæ peccant, quæ à deo ferenda
1.Cor.11. eſſet ſententiā anticipātes euitant, ſicut etiā dicit Pau-
lus: Si enim nos ipſos iudicaremus, nō vtiq; iudicare-
mur: ita quorum tam grauis eſt morbus, vt nulla du-
cantur pœnitētia, & peccantes ſua peccata non cō-
dēnent, dei in ſe ſuppliciū cum maxima vehementia
attrahunt. Quoniā ergo hi qui aliena rapiunt, vel qui B
ſua temere profundūt, & quæ in pauperes erogare o-
portet, in ſepulchra, vermes & tineas cōſumūt, & nec
eorum quidem quę fecerunt, vlla tanguntur pœnitē-
tia, ſed manent ęgroti immedicabiliter: audi quid de-
inceps fiat. Quid ergo fit? Dei traduntur ſupplicio &
ideo ſubiūxit: *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet*
eos. Non hic manſuetudinē per nomē ouium ſignifi-
cans (quid enim poſſit illis eſſe ſæuius, qui pauperum
quidē nuda corpora, & vētres fame enectos deſpiciūt,
domos autem corruptioni, vermi & tineæ magnificè
extruūt) ſed facilem eorum interitum, repentinū exi-
tiū, & q̄ facilè capi poſſint ab eis qui illis inſidiantur.
Deſit hic quidpiā. Nihil eſt ēm imbecillius homine qui in vitio vitam
tranſigit. Quod his quoq; eueniet. ita concidentur, ita
funditus peribunt, & tam facilè deuenient ad inferos,
tam breuiter, tā expeditè, tā nullo negotio, quā oues C
quæ mactētur. Hoc eſt mors, imò verò res eſt morte
acerbior. Poſt talē ēm mortem eos mors immortalis
Infernus. excipiet, & ideo nuſquā in ſinus Abrahæ, nec in vllam
aliā regionē cernūtur recedere, ſed in infernum. Hoc
pœnæ, hoc ſupplicij, hoc ſummi exitij nomen eſt. Et
hic mors eorū vilis eſt & contemnenda: & eorū illic
mora eſt plena ſupplicio. Ita etiā ſolemus dicere de iis
qui facilè pereunt, Hic ſicut ouis occiſus eſt. Quoniā
enim ſicut bruta vixerunt, etiā vt bruta pereunt, non
habentes bonā ſpē de futuris. Nec hoc ſolum, ſed etiā
magno eorū malo. Mors depaſcet eos. Hic mihi vide-
Ezech.10 tur mortem dicere interitum qui illic eſt, & ſuppliciū,
Perire animæ, quid. quēadmodum etiam alibi dicit, Anima quæ peccet,
ipſa peribit: non ſubſtantiæ ablationē, ſed pœnam ſi-
gnificans, Perſiſtit autem in metaphora. Quoniā enim
dixit oues, eorū quoque paſtorem oſtendit. Quis au- D
tē hic eſt? Vermis venenatus, tenebræ nunquā ceſſa-
Auarorū punitio. turæ, vincula quæ ſolui nequeūt, ſtridor dentium. Vi-
de ergo eos vndique puniri. In vita, quoniā eis ad vir-
tutem allatū eſt impedimentū, quoniā vitij ſerui &
mancipia facti ſunt, & ſuperuacaneū & ridiculum la-
borem ſuſceperūt. In morte, quoniam fuit mors eo-
rum vulgaris, in gloria. In tempore poſt mortem, quo-
niā perpetuus eos tenet interitus. *Et dominabuntur eorū*
iuſti in matutino. Quoniam multi craſſiores, & non plus
ſenſu præditi quā lapides, non habēt certā & claram
ſpem de futuris, ſed iis quæ ſunt præſentia, & quæ vi-
dentur, inhiant, eos obſcurè tāgit. Deinde cum paucis
futura obſcurè ſignificaſſet, confert rurſus orationem
ad contemptionē eorum & pœnam in vita præſenti,
oſtēdens quā ſint imbecilli, viles, contēnendi, & quod
licet ſint millies diuites, & magna ſint ſuccincti po-

A tentia, ab iis tamen qui virtutē perſequuntur, haben-
tur pro ſeruis & mancipiis. Et ideo dicit, & domina-
buntur eorum iuſti in matutino. hoc eſt celeriter, cō- *Vitiū virtuti ſeruit.*
tinuò, & nec tempore quidem opus habebunt, nec la-
bore, nec mora. Talis eſt ēm rerū natura, vt vitiū virtu-
ti ſeruiat, eámq; formidet ac pertimeſcat, licet illud
quidem ſit verſutum exercitatúmq;, ac præclare in- *1.Reg.18.*
ſtructum, hæc verò nuda, & per ſeipſam decertās. At- *Marc.6.*
qui contrà videmus malos obtinere dominatū in bo-
nos. Sed ne cōſideremus errorē multorū ſententiæ (is
ēm ex falſa opinione oritur) ſed ipſum rectū rerū iudi
cium diiudicemus, & videbis id quod dico, eſſe po-
tius. Sit enim aliquis malus dn̄s, & bonus ſeruus, vel, ſi
mauis, ad aliud maius potiùs exemplū rem deduca- *Hypotheſis.*
mus. Sit rex malus, & priuatus bonus, videamus quis
ſit dn̄s alterius, & vbinā reſplēdet dominatus, quis eſt
B qui imperat, & qui paret alterius imperio. Quomodo
ergo hoc ſciemus? Rex rē malā & ſcelere plenā priua-
to imperet, cui bonus priuat⁹, & qui eius ditioni ſub-
iicitur, non modo nō acquieſcet, nec obediet, ſed eū
etiam qui imperat, conabitur abducere ab inſtituto,
licet mori oporteat. Quis eſt ergo liber? Is ne q̄ quod
vult facit, & ne Regē quidē metuit: an qui ab eo con-
tēnitur, qui eius ſubeſt imperio? Et ne in incerto exē- *Gen.39.*
plo ꝓlixa vtamur oratione, vxor Putipharis Aegyptia,
nūquid erat Regina? nūquid toti Aegypto pręerat? nū
quid habebat Regē coniugē? nūquid maximā habe-
bat poteſtatē? Quid vero Ioſeph? nō ſeruus? nō capti-
uus? non famulus emptius? Non aduerſus adoleſcen-
tulum omnē aciem inſtruxit, non alij belli curā cōmit
tens, ſed ipſa deſcendens in aciē. Quis ergo tunc erat
ſeruus, quis liber? Illáne quæ prædicabatur, orabat, &
C ſupplicabat, & non homini, ſed improbiſſimæ animi
perturbationi ſeruiebat: an is qui cōtemnebat diade-
ma, ſceptrum, purpurā, & omnē illam externā ſpeciē
ac viſionē, & reſcindebat eius machinationē? Nō illa
quidem repulſam paſſa receſſit, & alij rurſus animi
morbo mancipata eſt, nēpe iræ quæ ratione nō regi-
tur & cedit. Hic verò exiit capite redimito coronis
innumerabilibus, & in ipſa ſeruitute libertatē magis
reſplendentē oſtendens. Nihil eſt ēm æquè liberū vt *Virtus libera.*
virtus, nihil æquè ſeruum vt vitiū. Et ideo dicit etiam
alicubi quiſpiam: Sapiens ſeruus obtinebit dominatū *Vitiū ſeruum.*
in dominos inſipientes. Quemadmodū ēm captiuus, *Pro.17.*
etſi immenſas habeat diuitias, eo ipſo facilè capi po- *A ſimili*
teſt & expugnari ab omnibus: ita etiam qui ab animi *probatio.*
ꝑturbationibus captus eſt, eſt tela araneę vilior. Quid
verò in bello, nūquid eos videmus vincere? Quid ve-
D rò in rebus tractandis & conſultandis, nunquid quæ
dicūt firma ſunt & ſtabilia, etſi null⁹ pareat? Quid au- *Luc.16.*
tem in iis quæ hanc vitā conſequuntur? Nunquid di-
ues quidā tanquā mendicus, vnā guttam rogauit, nec
eam impetrauit? Pauper autem, quoniā erat bonus, &
virtutis ſtudioſus, nō in maxima fuit fœlicitate, & ea-
dem ei ſors quæ Abrahæ obtigit? Quid autē in Apo- *Rom.8.*
ſtolis? nunquid vincti, flagris cæſi, innumerabilia ma- *2.Cor.4.*
la paſſi, eos ſuperabant qui illos afficiebāt? Cogita er-
go q̄ animi dubios & perplexos eos reddebant, adeo
vt dicerent, Quid faciemus his hominibus? Atqui te- *Act.4.*
nebant eos vinctos, & in mediis iudiciis comprehen-
ſos, & obtinebant illi quidē locum iudicum & magi-
ſtratuum: hi verò tanquam rei illic ſtabant, & hi tamē
illos vicerunt. Vbiq; denique, ſiquis diligenter conſi- *Probitas,*
deret, videbit virum bonum vincere virum impro- *improbitatis vbique*
bum: eáq; verè eſt victoria, nō ea quæ eſt multorum, *victrix.*
quæ

quæ falſa eſt & errãs,& quæ facile cõuincitur, ſed illa quæ eſt firma,ſtabilis, & immobilis. *Et auxilium eorum veteraſcet in inferno.* Hoc eſt,erit imbecillũ. Quod autẽ dicit,eſt eiuſmodi. Non ſolũ hic facilè capi poterunt, nullo opem ferente,nullo manũ præbente, omnibus expoſiti,imò etiã quod eſt grauius, ne illic quidẽ habebunt qui defendat,& opẽ ferat, & manũ præbeat, & eorum ſuppliciũ conſoletur. Itaq; nec virgines prudentes ſtultis opem ferre potuerunt,nõ Abraham diuiti,non Noë Iob & Daniel filiis & filiabus. *[Matt. 25. Ezec. 14. Luc 16. Heb. 8.]* Illud em̃, Veteraſcet,eſt,erit imbecillũ & euaneſcet, ac delebitur. Quod em̃ veteraſcit ac cõſeneſcit,non lõgè abeſt ab interitu. *A gloria ſua exturbati ſunt.* Quòd maximè deſiderabant,propter quod omnia faciebant, & nihil non moliebantur,nempe vt poſt mortẽ magnam ſibi pararent gloriã per pecunias, per ædificia, per ſepulchra, ꝑ nomina inſcripta in ſepulchris, ab eo, inquit, incident, quod eos maxima moleſtia afficiebat dum viuerẽt,& hæc ſcirent. *[Monumẽta ſuperba accuſationes mortuorum.]* Talia enim ædificia ſunt accuſationes mortuorũ. Nã etſi corpus terra tegatur,lapides tamen vocem emittunt,eorũ crudelitatem & impudentiã quotidie accuſantes,cõmunes eos hoſtes ꝓclamantes,eos qui prætereunt,vt eos diris & maledictis ꝓſequantur,& accuſent,inuitantes. Quænam eſt ergo hæc gloria,accuſatorẽ relinquere non tacẽtem, ſed ſolo aſpectu ora omniũ aperientẽ, & apud omnes qui vident & accedũt, eos qui ædificarunt grauiſſimè increpantem? Quidnã poteſt cum hac conferri ſtultitia? quando ea faciunt de quibus puniuntur,pro quibus ignominia afficiũtur,pro quibus accuſantur, propter quæ etiam poſt mortem à multis effodiuntur: ex quibus execrationes,reprehẽſiones, & crimina innumerabilia in eos intẽdunt, tã ab eis qui iniuria affecti ſunt, q̃ qui non affecti ſunt. *Verumtamen deus redimet animã meam de manu inferni, quando acceperit me.* Poſtquã dixit mercedẽ malorũ,& ſtipendiũ peccati: dicit etiã præmia bonorũ. Quod ipſum cõſueuerunt etiã facere alij prophetæ,vt ex vtroq; auditorẽ componant & corrigant, nempe & ex pœnis peccatorũ, & ex præmiis virtutis. *[Malorũ et bonorum merces.]* Ita ergo ſe habent res illorũ, infamia, labor inanis,ignorantia, riſus,dedecus, interitus, mors, tormentum,æternum ſuppliciũ, inſultandi facilitas,à gloria & ſecuritate excidiſſe,& viuos & mortuos criminari,accuſari,nullũ inuenire malorũ ſolatium. Noſtra autem contrà ſe habent omnia, liberatio à ſupplicio, libertas animæ, ſecuritas, honor, gloria. Hæc em̃ omnia ſignificauit cũ dixit, Veruntamen deus liberabit animã meam de manu inferni,quãdo me acceperit. *[Inferi.]* Inferos hic dicẽs ſuppliciũ,cruciatus illos intolerabiles. Cõſidera autẽ quãtus ſit honor, non propter hoc tantũ,ſed etiam ꝓpter id quod ſubiungitur. *[1. Cor. 5.]* Cũ em̃,inquit,acceperit me,tũc ipſum videbo clarius q̃ nunc. Nunc enim per fidem ambulamus, non per ſpeciem,tũc autẽ facie ad faciẽ. Redẽpta autẽ anima, corpus quoq; erit bonorũ particeps. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, vel cũ multiplicata fuerit gloria domus eius.* Hęc cũ ita ſe habeant,inquit,quid times pręſentia? Quid te malè habet inopia? Quid formidas diuitem? Audiſti quę dicta ſunt de reſurrectione,de bonorũ hæreditate, de ſupplicio malorũ: quid vmbras deinceps pertimeſcis? Illa enim ſunt firma ac ſtabilia, hæc verò ſunt ſimilia floribus qui flacceſcũt. *[Cupiditas diuitiarũ, arx mali totius.]* Omnib' itaque aliis præmiſſis,arcẽ malorũ inuaſit, nempe diuitiarũ cupiditatẽ,ea em̃ diruta alia quoq; ſimul deſtruuntur. Et quomodo non timebo, inquit,eos qui

A tantũ poſſunt? Potentia eſt ad breue tẽpus,vires vnius horæ: tranſit rerũ ſucceſſus, vmbras & ſomnia imitãtur pecuniæ,diuitiæ,& honor tãtus,& ideo ſubiunxit, *Quoniam cũ interit nõ ſumet omnia,neque deſcendet cũ eo gloria eius.* Subiungens cauſam cur non timeat quæ ſunt momentanea,venit mors,radicẽ abſcidit, & vniuerſa coma decidit cũ foliis,& domus facilè capi poteſt ab omnibus. *[μεταφορά. Collatio.]* Quemadmodũ ergo oues & capræ poſt ſectionẽ arborẽ iacentẽ inuadũt: ita etiã in iis qui hoc modo ſunt diuites,multi inimici, multi amici, multi eorũ quos beneficiis affecerunt, inueniuntur res illorum perdere & euertere, & qui tot & tãta poſſidebat, tot pocillatores,tot cocos,crateres aureos & argẽteos habebat,tot & tanta terræ iugera, domos, mancipia, equos,mulos,camelos,caſtra ſeruorũ,ſolus abit,& neque cũ eo diſcedit,nec ipſas quidẽ veſtes ſumẽs. Quo em̃ fuerit ſplẽdidius indutus, tanto lautiorẽ menſam B vermi parans recedit,& ſepulchrorũ effoſſoribus ampliorẽ cupiditatẽ, & in miſerũ corpus maiores inſidias. Quo ſe magis exornat,eo in ſe maiorẽ contumeliã cõparans,manus eorũ qui thecas effodiunt, armãs in ſeipſum & inuitans. Et quid tũ,inquit. At hic quidẽ certè ſe iactat,gloriatur, & intumeſcit vſque ad mortẽ. Imò verò multi ne ad mortẽ quidẽ,ſed in illos coortis inſidiatoribus,quibuſuis reis grauiora paſſi ſunt, pecunia ſpoliati,infamia notati, in carcere habitãtes. Qui em̃ heri in curru,hodie in catena: qui heri obſeruabatur ab adulatoribus, nunc ſtipatur à lictoribus: qui vnguenta olebat,nunc eſt reſperſus ſanguine: qui in molli lecto accumbebat in duro ſolo iacet: qui ab omnibus colebatur, ab omnibus contemnitur. At in morte eius ſunt magnificæ & ſplendidæ exequiæ. *[Exequiarũ faſtus inuidioſus.]* Et quid ad illum,qui nõ ſentit? maior fœtor, maior horror, C inuidia vehementior,eſt em̃ filiis cum mortuo bellum perpetuũ propter illam magnificentiã. Vide autẽ q̃ ſit verbum accuratè poſitũ,& q̃ ſit magna philoſophia. Non ſolum em̃ eum ex eo percellit,quòd non vna recedant,ſed etiã eum hic omni ſpecie & viſione ſpoliat,& nec diuitias quidem eſſe oſtendit, quando eis fruebatur poſſidens. Nõ dixit enim,cum multiplicata fuerit gloria eius,ſed gloria domus eius. Hæc em̃ omnia quæ enumeraui,fontes,ambulacra,porticus & balnea,aurũ & argentũ,equi & muli,ſtragulæ, veſtes, & indumenta, ſunt gloria domus, non hominis qui domum habitat. *[Virtus, vnica hominis gloria.]* Hominis enim gloria eſt virtus, vnde etiã recedit vna cũ poſſeſſore. Manet autem ipſa domus gloria, imò verò ne manet quidem, ſed etiam vna cum domo diſſoluitur, nec quidquam ei profuit qui in ea verſabatur: neque enim erat illius. *Quia anima eius in vita ipſius benedicetur.* D Poſtquam dixit de eius gloria & diuitiis, nũc tranſit ad dicendũ de laudibus. Quia enim diuites hoc magno ſtudio perſequuntur, aſſentationem in foro,obſeruantiam à populo,publicas laudationes, ſimulatione referta encomia, magnũque eſſe videtur in theatris, in conuiuiis, in iudiciis plauſu excipi,ab omnibus prędicari,beatũ exiſtimari: vide quomodo hoc quoq; detrahit, ex tẽpore. In vita em̃ eius,inquit. Hoc eſt,hæc obſeruãtia, & hoc laudibus affici,eſt ad præſentẽ vſq; vitã: vna autẽ cum aliis hoc quoq; diſſoluitur,vt quod ſit caducũ & momentaneum,ſed etiam quando id timore exhibetur à laudantibus & bonis verbis proſequentibus, poſt mortem recedit in contrariũ, quando detracta fuerit ꝑſona metus. *Confitebitur tibi cũ benefeceris ei.* Vide quomodo accuſat etiam eorum beneficia. Tu enim aſſentaris &

taris & obſeruas, quandã ad tẽpus obſeruantiã ſimulans: ille autẽ habebit etiã tibi gratias, à te emens vt quæ ſunt ei grata faciẽs,& magno emẽs,tunc tibi, inquit, aget gratias. Hoc em̃ ſibi vult illud, Cõfitebitur tibi quando beneficeris ipſi. Non dixit,quãdo feceris quod ſit vtile,quãdo benefeceris, ſed quãdo quę ſunt ei cordi,& quę ex eius animi ſentẽtia feceris, oſtẽdẽs vtrinq; eſſe damnũ,& ex ficta aſſentatione, & ex pernicioſo miniſterio. Et quis eum.*Deſunt permulta.*

IN PSALMVM XLIX.

[Pſal. 81. 1. Cor. 8. Exod. 22. Gen. 6. Leuit. 24. Ioan. 10.] *DEus deorum locutus eſt, & vocauit terram à ſolis ortu vſque ad occaſum.* Ipſe quoq; dixit alibi, deus ſtetit in cõgregatione deorũ. Et paulo poſt, Ego dixi,dij eſtis. Et Paulus: Etſi enim ſunt qui dicũtur Dij & domini multi. Et Moſes, Diis non maledices. Et alibi, Videntes filij dei filias hominũ. Et rurſus idem, Qui execratur deũ,peccatũ accipiet,qui autem nominat nomẽ dñi,lapidibus obruetur,& rurſus, Dij qui cœlum & terrã non fecerunt, pereant. Quóſnam ergo ſignificat per hoc nomen in illis teſtimoniis, & quoſnã hic dicit Deos? Principes. Quocirca ſubiũgit etiam, Diis non maledices, nec principi populi tui. Dicit etiã eos qui ex parẽte aliquo inſigni virtute prędito originem duxerũt. Quoniã enim Enos,qui ſummam oſtendit virtutem,dei nomine vocatus eſt: qui autẽ ex illo nati ſunt,omnes, & nepotes fratris illius, *[Gen. 4.]* inter ſe coniungebantur: filios dei vocat qui ex viro bono genus duxerant. Cœperunt enim,inquit, vocari nomine dei. *[Pſal. 81. Exod. 4. Iſrael cur vocatus ſit deorũ populus.]* Dicit etiam populum Iudæorum, qui hac appellatione honeſtat' eſt, dũ dicit, Ego dixi Dij eſtis,& filij excelſi omnes. Et alius, Filius primogenitus meus Iſraël, Sic em̃ vocabat eorum populum propter ſuam benignitatem. Sic etiam ſoluitur illud, Qui C execratur deum,peccatũ recipiet. Hoc eſt, qui principi maledicit,peccat. Qui autẽ nominat nomen dei, obruetur lapidibus. Hoc eſt,qui iis qui non ſunt, eius qui deus eſt,nomen tribuit. Quia enim nõ poteſt eius peccato ignoſci, in ipſum grauiſſinum conſtitutũ eſt ſupplicium. *[Dij gẽtiũ.]* Dicuntur etiã Dij gentium, non propter honorem,nec quod ita ſint appellãdi,ſed propter eorum qui decepti ſunt & illos ita vocarunt, errorem. *[1. Cor. 8.]* Quapropter dicit quoq; Paulus: Nam etſi ſunt qui dicuntur Dij, ſignificans eos non eſſe deos, ne appellationis quidem honore tenus. *[Deus deorum dominus.]* Hic ergo de quibúſnam dicit, Deus deorũ? Mihi videtur dicere de diis gentiũ, non vt qui ſint,ſed vt qui ita exiſtimentur ab iis qui in errorem abducti ſunt. *[Exod. 32. Num. 21. Eſa. 1. Hier. 2. Ephe. 6. 1. Cor. 5. Ephe. 1. Phi. 2.]* Quoniam enim erat craſſior Iudæorũ animus, & à cultu idolorũ non erant omnino liberi,ſed ſimulachra mirabantur, & multas iniquitatis habebant reliquias: D vel ex eo ipſo eorum animos & ſpiritus extollit, oſtendens illum eorum eſſe dominum. Nam eſt ipſorum quoque dæmonum dominus, loquens de ipſis ſubſtantiis,malã autem mentẽ & omne vitium ipſi ex ſeſe inuexerunt. Videtur autem mihi hic quoque pſalmus cohærere priori. Nam in hoc quoq; ſcripta eſt reprehẽſio & accuſatio eorũ qui deliquerunt. Sed illic quidem omnem orbem terræ vocauit ad audiendũ,hic autem ipſa elementa, quæ extenſa ſunt per omnẽ orbem terræ. Aliud eſt hic theatrum,& aliud auditorium. Illic ſunt gentes,terrigenæ, diues,pauper: hic cœlũ & terra. Ipſum quoq; deũ introducit diſceptantẽ,& ei tribuit orationẽ defendentis cauſam ſuam apud populum Iudæorum. Maiore itaq; nobis attentione opus eſt. Hoc etiam facit alius Propheta,& introducit deum cauſam ſuam agentem,

A & ſtatuit loco iudicũ voragines & fundamenta terrę. *[Mich. 6.]* Audite em̃, inquit, voragines, & fundamenta terræ. Quoniam iudicium eſt deo cum populo ſuo, & cum populo diſſeret. *[Hier. 2.]* Et rurſus, Iudicio contẽdet vobiſcũ, & cum patribus veſtris. In multis autẽ locis ſcripturæ poteſt videri hæc figura: q̃ quidẽ eſt in primis admirabile, & dignũ dei benignitate. Oſtendit enim eius ineffabilẽ bonitatẽ,qui ſe adeo demiſerit,vt cũ hominibus iudicio contendat. *Ex Sion ſpecies decoris eius.* *[Ex Sion profectus decor Eccleſiæ dei.]* Habet aliquid ꝓpheticum,habet etiam hiſtoricũ, quod dictũ eſt. fuit em̃ & in veteri ex illo eius decor. Templum em̃,ſancta ſanctorum, omnis cultus, omniſque forma ac ritus legis veteris, multitudo ſacerdotũ, ſacrificia & holocauſta, ſacri hymni & pſalmodiæ, & omnia illinc ꝓficiſcebantur, & typus futurorum illic antè deſcriptus fuerat. Poſtquam autẽ veritas quoq; B adfuit: ea rurſus illinc quoq; cepit initium. Illinc em̃ crux reſplẽduit. Illinc innumerabilia quę pręclarè ab eo geſta ſunt. Et ideo Eſaias quoq; ſcribens de lege noui teſtamẽti, dicit, Ex Sion egredietur lex & verbũ dñi ex Hieruſalẽ,& iudicabit in medio Gentiũ. *[Eſa. 2. Sion quæ intelligatur.]* Sion em̃ hic dicit locũ integrũ, & ciuitatẽ quæ iuxta illam ſita eſt, Iudæorum metropolim. *[Pſal. 18. Rom. 10. Mic. 9. Matt. 2. Luc 12. Matt. 10. 15. Act. 13.]* Illinc em̃ tanquã ex quibuſdã carceribus pernices equi, nempe Apoſtoli, emiſſi ſunt in omnẽ orbẽ terræ. Illic cœperunt ſigna, illic fuit reſurrectio,illic aſcẽſio, illic procœmia & initia noſtræ ſalutis, illic arcana illa cœperunt prædicari dogmata ac decreta. Illic primum pater reuelatus eſt, cognitus eſt vnigenitus, & data eſt tanta gratia ſpiritus. *[Decor ac ſpecies dei.]* Illic Apoſtoli reuelarunt ſermonẽ de rebus incorporeis,de donis,de poteſtatibus,de futurorũ bonorũ promiſſionibus. Quæ omnia propheta conſiderans, C vocat eius decorem. Dei em̃ ſpecies ac decor eſt eius bonitas ac benignitas,& in omnes beneficentia. *Deus manifeſtè veniet,deus noſter & non ſilebit.* Vides quomodo procedẽs aperit ſermonem,& reuelat theſaurũ, & lætiorẽ emittit radiũ,dicens: Deus manifeſtè veniet. *[Aduẽtus Chriſti prior occultus.]* Quando em̃ non venit manifeſtè? Quando? In priori aduentu: venit enim abſque vllo ſtrepitu, multos celans,& multos latẽs. *[Mirũ hoc. Luc. 2. Ioan. 7. Matt. 1. Matt. 4.]* Quid dico multos? cum nec ipſa quidẽ virgo,quæ eum vtero geſtabat,nouerat arcanũ myſterij: nec eius fratres credebant in ipſum: nec is qui videbatur eſſe pater,magnũ quid de eo concipiebat. Et quid dico homines? Ipſum quoq; diabolũ latuit. Neq; em̃ ſi ſciuiſſet, tanto poſt tempore in mõte eũ interrogaſſet an eſſet dei filius, neq; id ſemel & bis & tertio hoc feciſſet. *[Matt. 3.]* Et ideo dixit Ioanni eo reuelare incipienti: Sine modo, hoc eſt, tace nũc, neq; em̃ tẽ- D pus eſt vt reueletur arcanũ carnis ſuſceptæ conſilium, volo adhuc latere diabolum,tace ergo,ita em̃ nos decet. *[Matt. 17. Marc. 9. Luc. 15.]* Et cũ à monte deſcendiſſet, iuſſit vt eũ eſſe Chriſtũ nemini dicerent. Tunc em̃ venit vt paſtor qui quęrebat ouem quæ aberrauerat, & qui repugnantem feram venari volebat,& ideo ſeipſum adũbrabat. Quẽadmodum enim medicus nõ eſt protinus ęgroto terribilis: ita nec ipſe in principio ſe voluit aperire, ſed paulatim & ſenſim. Hunc itaq; eius aduẽtum, qui fuit abſq; ſtrepitu,ſignificans hic ipſe Propheta,dicit procedens, *[Pſal. 71.]* Deſcendet tanquam pluuia in vellus, & tanquã ſtilla quæ diſtillat ſuper terram. Neq; enim venit perſonans ac perſtrepens,nõ turbans ac tumultuans, non terram mouens,non fulgura emittens,nõ cœlum concutiens, non populos Angelorũ immittens, non mediũ firmamentũ diſrũpens,& ita ſuper nubem deſcendẽs, ſed abſq; ſtrepitu per vterũ virginis, cum ea nouem

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouem mensibus illū tulisset, tanquam fabri filius in
Luc. 2. præsepi patitur in vilibus fasciis, insidiis appetitur, fu-
Matth. 2. git cū matre in Aegyptū. Deinde post mortē eius qui
maxima scelera admiserat, tūc reuertitur, & huc & il-
luc obiēs, habitu semper erat vt vnus ex plebe: & erat
illi vestis vilis, & mēsa vilior: perpetuus itineris ingres-
sus, & ita perpetuus, vt ex itinere etiā defatigaretur.
Ioan. 4. Sed nō tunc sic veniet, sed adeo manifestè, vt ne vllo
Aduentus posterior, manifest⁹. quidē opus habeat qui eius aduentū annuncier. Pro-
Matt. 24. pterea ipse quoq; eius claritatē significans, dicebat, Si
audieritis Christū esse in penetralib⁹, si in deserto, no-
lite exire. Sicut em̄ fulgur exit ab oriēte, & relucet vs-
que ad occidentē: ita erit aduentus filij hominis, ipse
seipsum ostendēs, ac prędicās. Nā hoc etiā in fulgure
euenit, nec opus habemus aliquo qui annūciet, sed si-
mul ac apparuit, & omnibus, & simul omnibus cogni-
1. Thess. 4. tū extitit. Ita etiā dicit Paulus: Quoniā ipse dñs in ius-
su, in voce Archangeli, in extrema tuba descendet de
Dan. 7. cœlo. Ita etiā ꝓpheta vidit eū ferri super nubes, & flu-
uiū ante eū ꝓtrahi, & tribunal terribile, & quæ vitari
non possunt, vitæ reddendas rationes. Tunc em̄, tunc
iudicio & sententia opus est. Et ideo non amplius vt
medicus, sed vt iudex apparet. Daniel itaque & thro-
nū eius videt, & fluuium qui ante tribunal trahitur, &
omnia illa ignita ostēduntur, currus & rotæ: sed non
in principio, nec quādo in primo aduentu venit, tale
quid ostendit, nō ignē, non fluuiū, non aliquid aliud
eiusmodi, sed est præsepe diuersoriū, tuguriū, & pau-
Luc. 2. per mater. Quanquam alioqui ex hoc quoq; ostendit
eū esse à conuersione & mutatione alienū. Quoniam
enim dixit eū qui sedet super thronū, habere capillū
candidū vt lanam, & vestem sicut niuem: ne pilos ve-
stémve existimares, sed splendorē ac puritatem, ignē
vbiq; esse dicit. *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Ita etiā hic simul eū esse mu-
tationi & cōuersioni minimè obnoxiū, lucidúmq; &
inaccessum, ostendit per has similitudines. Neq; verò
sistit ad ignē vsq;, sed volens ostendere vehementiam
supplicij, subiungit dicēs, Tempestas valida. Græcè est
Procella. καταιγὶς. Est autē catægis, vel intollerabilis massa ni-
uis, quæ quicquid inciderit cōuellit & euertit, vel ve-
hemens ventorū impetus, qui idipsum efficit, & est iis
quæ occurrunt, intolerabilis. Volens enim ostendere
illud supplicium esse intolerabile, adduxit has simili-
tudines. *Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere*
Elemēto-rum vsus quis. *populū suū.* Rursus meminit elementorū, per quę bona
innumerabilia ad genus hominū peruenerūt, non so-
lū ad vitā & cōstitutionē corporis, sed etiā ad dei co-
gnitionē. Pulchritudines em̄ & magnitudines & ra-
tiones situū & substantiæ ex quibus cōstant hæc ele-
menta, & quę ex eis fiunt, & generaliter omni tēpore,
& quæ sæpe figillatim eueniunt, hæc omnia corpora
alunt & cōstituunt, & ad dei cognitionē deducunt. Et
Rom. 1. ideo dixit Paulus: Inuisibilia eius ex creatura mundi
1. Cor. 1. operibus intellecta perspiciūtur, æternáq; eius pote-
stas ac diuinitas. Et rursus, Quia enim in sapientia dei
non cognouit mundus per sapientiā deū, hoc est, per
sapientiam quæ cernitur in creaturis, vt quæ non sit
parua, sed vel maxima & clarissima doctrina. Atque
quæ quotidie quidē per eū fiunt, etiā si videantur fieri
ex naturæ consequentia: ipsa tamen etiā opificē præ-
dicant. Opifex enim est naturæ dominus. Ne mireris
autem si ad Iudæos dirigat orationē, de generali iudi-
cio differens. Ita em̄ Paulus quoque dicit, Ira & indi-
Rom. 2. gnatio, tribulatio & angustia super omnē animā ho-

A minis operantis malum, Iudæi primum, & Græci. Et
rursus, Quicunque sine lege peccarūt, sine lege & pe-
ribunt: & quicunq; in lege peccarunt, per legem iu-
dicabuntur. *Congregate illi sanctos eius, Qui ordinant testa-*
Dignitas accusatio-nē auget. *mentū eius super sacrificia.* Cūrnam quos est accusaturus,
& quos condēnaturus, sanctos hoc in loco appellat?
Accusationem augens, & honorē adiiciens, ad maio-
rem significationē supplicij. Ita etiā nos quoq; quan-
do viderimus aliquos peccasse, & volumus eos vehe-
mentius insectari, cum eorū dignitatibus eos vocam⁹,
vt grauiorē reddamus accusationem, dicentes: Voca
1. Pet. 2. Diaconum, vel Presbyterū. Quoniā ergo hi quoque
appellabantur regale sacerdotiū, & populus peculia-
ris, & eo nomine sibi valde placebant: ex eo ipso con-
texit criminū magnitudinē. Qui ordinant testamen-
tū eius super sacrificia. Quoniā cū multa innumerabi-
B lia auderent, & tot in se vitiorū genera susciperent, ra-
pientes, in bona aliorū per auariciā inuadentes, occi-
dentes, adulterantes, sanguinem sanguine miscentes:
existimabant præclarè se gerere, & legē ac testamen-
tum adimplere si oues & vitulos sacrificarēt, ideo ꝓ-
bra illis ingerens, eósq; irridens, dicit, Qui ordinant
testamentū eius super sacrificia, hoc est, qui ad salutē
sufficere existimant, si animalia brutorū sacrificent. *Et*
annunciabunt cœli iustitiam eius. Volens hic rursus osten-
dere eius iustitiā esse claram, nitidam, apertā, cui con-
tradici nō potest, & quæ in cōfesso est: introducit ele-
mēta insensilia eam prædicantia, eadē quam prius di-
xit figura. *Quoniā deus iudex est.* Ius, inquit, vnicuiq; de-
finiens. Neq; em̄ temere posuit illud, iudicare, sed vt
ostenderet eū etiam esse iustū, & aliis reddere ꝙ iustū.
In deo em̄ illud Iudex, ꝙ iusto sumptū est, quēadmo-
dum Paulus id quoq; posuit dicēs: Nā quomodo iu-
Rom. 3. dicabit deus mundū? Hoc est em̄ maximè iudicium,
hoc est maximè esse iudicē, non solum ferre senten-
tiam sed eam iustè ferre. Iudicabuntur autē Iudæi, &
qui tunc erant, & qui postea in nouo se iniquè gesse-
runt: illi quidē & naturam & legem habentes accusa-
tricem: hi autem cū eis ea etiam quæ illis fecit Chri-
stus. Quid em̄ poterūt dicere, vel quā causam afferre,
quare non crediderint? Sed ea quæso quæ dicūtur at-
tendite, vt possitis ora eorū qui contradicūt, obstrue-
re. Satius est em̄ eos à nobis victos nunc corrigi, quàm
se vincere putantes illuc abire, & condemnari à com-
muni iudice orbis terræ. Quidnā ergo poterunt dice-
re Iudæi quamobrē Christum interfecerint? Quód-
Ioan. 10. nam paruum vel magnū crimen ei possunt obiicere?
Quòd se deū faciebat, inquit. Atqui non erant hæc
C verba quo tempore crucifixus est, sed quædam alia.
Ioan. 19. Luc. 23. Non em̄ dicebant, Qui facit seipsum deum, sed, Qui
Ioan. 6. facit seipsum regē, non est amicus Cæsaris. Atqui vo-
luerant eum sæpe regē eligere, & aufugit. Sed antea,
inquit, ei crimini dabant quòd se deum faciebat. Quid
hoc ad rem? Si em̄ falso & iniuria, & cū verè nō esset:
iustè fuit crimen intētatū. Si autē iustè, eum adorasse
nō crucifixisse oportuit. Videamus ergo nunquid cū
esset vere deus, Deum seipsum faciebat, hoc est, osté-
debat & demonstrabat. Vndénam ergo vis hoc co-
gnoscere? Ab iis quę tunc facta sunt, an ab iis quę nūc
fiunt? Ab iis quę in partu facta sunt? Quis vnquā natus
est è virgine? Quis talē stellam ostendit? Quis autem
Matt. 1. 2. Magos tanto duxit itinere, non vi aut necessitate, sed
suā ꝓsuasione ac reuelatione? Vides vniuersam crea-
turam dominū cognoscentē. Prima cedit natura, nec
potest repugnare nec contradicere, dicens, partum
non

non expedio: nō didici ex vtero virginis infantem in
A lucē producere: nō noui matrē facere absq; cōiugio,
sed suis cessit finibus, suū em̄ dominū cognouerat. Iā
verò eo nato Angeli adfuerunt, eū qui est in cœlis, esse
in terra significantes: & cœlū terra facta est, vtpote ꝙ
rex hic esset: & Magi adoratūt. qui ex tam remotis lo
cis venerāt: & infans quidem in Palæstina iacebat in
præsepi: illi verò ex barbara regione tantum hono-
rem tantū q; cultū afferebant, quantū ęquum erat deo
offerri. At hæc quidē fortasse non admittent, sed alia
Veritas firma est. Esaiæ 7. signa quærent in præsenti generatione. Sed nec hæc
quidē nobis deficiēt. Talis enim res est veritas: abun-
dat iustis rationibus quibus suā causam tueatur. Nam
hic maximè ne vllam quidē possunt vmbram afferre
contradictionis. Nā etsi nō aderas quando nasceba-
tur ex virgine, oportebat tamē credere prophetæ di-
Baruch. 3. centi, Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filium: &
B vocabunt nomen eius Emmanuel. Si non aderas quā-
do carne tectus terram obibat, & simul cū seruis ver-
sabatur dominus, lege Hieremiā, & ille tecū loquetur
sic dicēs: Hic est deus noster: nō reputabit alius præ-
ter ipsum. Inuenit omnē viā scientię, & dedit eam Ia-
cob puero suo, & Israëli dilecto suo. Post hæc in terris
visus est, & cū hominibus conuersatus est. Iam verò in
aliis quoq; omnibus, videbis prophetas, quorū libros
hac de causa in hodiernū vsq; diē frustra versas & agi-
tas, hęc omnia apertè prædicare. Sed eiusmodi quidē
certamina sæpe aduersus eos à nobis dicendo susce-
pta sunt, & sæpe suscipientur. Nūc autē quæ sunt su-
scepta prosequamur. Annunciabūt cœli iustitiā eius,
quoniā deus iudex est. Hic mihi videtur dicere iusti-
tiam, maximā eius curam & summā in eos ipsos beni-
gnitatē, multiplicē, variā ac multiformē in homines
C prouidentiā, per creationem, per legem, per gratiam,
per ea quæ sub visum cadūt, & quæ non cadunt, per
prophetas, per Angelos, per Apostolos, per supplicia,
per beneficia, per minas, per ꝓmissa, per ordinē tem-
poris. *Audi populus meus, & loquar tibi.* Vide rursus be-
nignitatē & mansuetudinē ex ipso procemio. Perinde
enim ac si homo quispiā homini tumultuanti & tur-
bas excitāti diceret, Si audias, loquar: Si attēdas, dicā:
ita etiā seruis dñs, Si me audieris, inquit, dicam. erant
enim pigri ac negligētes, & ne tantillū quidē legum
Ezech. 33. 2. Reg. 19 Hier. 2. Zach. 7. lectioni quietam præbebant audientiā. Id autem si-
gnificans quispiā propheta, dicebat: Ero eis tanquam
vox psalterij dulce canentis. Sæpe autē iubebant pro-
phetis ne prophetarent, imò verò eos quoq; vexabāt
& agitabāt. Ita etiam videtur rex mirari & prohibere
Repetitio attentionē excitat. D alicui prophetæ ne populi concionē conuocet. *Deus*
deus tuus ego sum. Non temerè sita est hæc conduplica-
tio: sed quoniā iis loquebatur qui erant surdi, & orbi,
& nullo sensu prædīti, loquitur de eius dominio, mox
futuræ narrationis optimum hinc sumens exordium,
ostendens eos illi debere libertatē, & æquū esse vt illi
soluant debitū, tanquā serui dño, tanquā opera opifi-
ci, tanquā maximis beneficiis & honorib⁹ affecti. *Nō*
in sacrificiis tuis arguā te. Holocausta autē tua in cōspectu meo
sunt semper. Ita etiā eos accusant prophetæ, ꝙ potiore
virtutis parte contempta, salutis spē in eis reponebāt.
Ad se enim defendendos hęc erant allaturi. Sacrifica-
mus, holocausta offerimus. Sed non accessi, inquit, de
Esa. 1. his litigaturus, nec ꝙ hęc contempta essent vos accu-
saturus. Esaias autē eos etiam insectatur vehementius,
dicēs: Quid mihi multitudinē sacrificiorū vestrorum?
Plenus sum. Holocausta arietū, & adipem agnorū &

sanguinē taurorū & hircorū nolo. Quis em̄ requisiuit
hæc de manib⁹ vestris. Atqui permulta dicta sunt de
sacrificiis. Sed nō hęc decernit tanquā hæc velit prin-
cipaliter: sed ad infirmitatē eorū se demittit. Hiere-
Hier. 6. mias quoq; dicit, Cur mihi fers thus ex Saba, & cala-
mum aromaticum ex terra lōginqua? Omnes deniq;,
vt semel dicā, prophetæ hoc nihil magni esse dicunt.
Quocirca ipse quoq; incipiens sic dicit, deus tuus ego
sum: ex eo ostendens ipso esse indignam hanc colēdi
rationē. Deū nō fumo, nec nidore, sed per optimā vi-
Deus vt sit colēdus tæ institutionē incorporeā, & in mente sitam, colere
& honorare oportet. Sed nō sic externorū dęmones,
imò etiam hæc requirunt, & hoc videtur ostendere
Dæmones sacrificia requirūt. quidam poëta apud Græcos, dicens. Hoc nos sortiti
sumus munus, deus autē noster nō sic. illi em̄ humanū
sanguinē sitiētes, & eos ad has cędes volētes paulatim
Sacrificia cur Iudæis permissa. pellicere, hęc petebāt assiduè. Ipse autem cū vellet eos
paulatim ab occisione brutorū abducere, hac demis-
sione vsus est & ꝓmisit sacrificia, vt sacrificia tolleret.
Non accipiā de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.
Quoniā meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus,
& boues. Cognoui omnia volatilia cœli, & pulchritudo agri
mecū est. Vides quomodo paulatim erigit eorū mentē,
qui in terras defixi & curui sunt, excęcatā eorū mentē
aperiens, & ostendēs se hæc iussisse non ꝙ eis egeret,
nec lege sanxisse quod ea admitteret. Si eū, inquit, ita
coli vellē, cū omnē terram quæ sub sole est, dominatu
obtineā, & omnia creauerim, ꝓcurarē vt mihi lauta &
opipara fierent sacrificia. Deinde eos etiam irridens
ac reprehendens, vt magis pugnat accusatio, subiun-
κατάπλη ξις. xit: *Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, &*
πλήρωμα. *plenitudo eius.* Quoniā em̄ ipse ea concessit, vt eos pau-
C latim ab eis abduceret: ipsi autē in re adeo vili & ab-
iecta perstiterunt, cū ex ea ad illorū infimitatē demis
sione nullū magnū fructū cepissent, ꝓpterea crassius
& humanius disserens, dicit, Si esuriero, non tibi dicā.
Hoc est, Neq; esurio. (deus em̄ non esuriet, neq; de-
fatigabitur) nec si his vellem coli, deessent mihi innu-
merabilia sacrificia & holocausta. Omnia em̄ mihi af
fatim & abundè suppetūt, & cū sim ipse dñs, mea vo-
lo à te accipere, vt hac via & ratione te ad meā amici-
tiam attraham, & à rerū inaniū consuetudine abducā.
Deinde rursus eū erigens ad id q; sublimius, subiūgit:
Nunquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinem hircorū Leui. 7.
potabo? Hæc, inquit, ne hominibus quidē iussi facere,
sed etiā maximū constitui suppliciū iis qui vescuntur
sanguine. Quomodo ergo indigerē sanguine, qui ser-
uos meos à tali esca abduco? Cū hæc ergo omnia re-
pulisset, & se esse indigna ostendisset, & accusationem
permultis falsis ac ridiculis dictis respersisset, nō eo in
loco loqui desiit, sed ostēdit aliū modū sacrificij, fun-
ctus hac in re optimi medici officio, vt abducens à re-
bus inutilibus, ea quæ iuuare possint vulnerib⁹ appli-
cet. Postquā em̄ hęc perfecit, dicit: *Immola deo.* Et quo-
modo sacrificabo, inquit? Absq; sanguine. Hoc em̄ sa
ctificiū deo maximè conuenit. Et ideo cū dixisset, Sa-
Sacrificiū deo gratū. crifica deo, subiunxit, *Sacrificiū laudis.* hoc est, gratiarū
actionis, sacrorū hymnorū, eius quæ fit per rectè facta
glorificationis. Quod autē dicit, est eiusmodi. Ita vi-
Matt. 5. uas vt dñs tuus glorificetur. Quod etiā Christus do-
cuit, dicens: Luceat lux vestra corā hominibus, vt vi-
deant bona vestra opera, & glorificent patrē vestrum
Laus. qui in cœlis ēst. Laus em̄ nihil est aliud quā laudatio,
gloria, & celebratio. Sit ergo vita tua eiusmodi, vt tuus
laudetur ac celebretur dñs, & perfectum obtulisti
sacrifi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Rom.12. Psal. 68. sacrificiũ. Hoc sacrificiũ Paulus quoq; requirit, dicẽs, Exhibete mẽbra vestra hostiã viuentẽ, sanctã deo placentẽ. Et rursus hic ipse ꝓpheta alibi: Laudabo nomẽ dei mei cũ cãtico, magnificabo ipsum cũ laudatione: & placebit deo plus quã vitulus iuuenis cornua producẽs & vngulas. Ita etiã sacrificauit Iob post plagas illas quæ naturã superabãt, gratias agẽs, & hæc verba *Iob.1.* loquens: Dominus dedit, dñs abstulit: sicut domino placuit, ita factũ est: sit nomen domini benedictũ. *Et redde altissimo vota tua.* Hic dicit supplicationes, suadẽs *Vota reddẽda sunt quã celerrimè.* vt in oratione assiduè ꝑseuerem⁹, & quæ ꝓfessi fuerimus, cũ celeritate reddamus. Pulchrè autẽ dixit, redde. Post ꝓmissionẽ eñ efficitur debitũ. Ita etiã Anna *Sam.1. & 2.* reddidit filiũ, vt debitũ maximũ. tu ergo siue ꝓmittas eleemosynã, siue vitã pudicã, siue aliquid aliud tale, ad id exoluẽdũ festina. Siquis autẽ exactè perpẽderit, etsi minimè ꝓmittatur, virtus tamen ei debetur. Id autem Christus significans, dicebat: Quæ eñ debuimus fa- *Luc.17.* cere, fecimus. Atqui dixit parabolã serui, cui erat minimum impetratũ nempe vt nõ accũberet, sed transiret, & ministraret. Porrò autẽ quiddam alius quoque *Eccle.5.* dicit, Ne tardaueris reddere votum tuũ. Pollicitus es? redde, ne fortè mors te inuadat, & id rescĩdat. Et quid ad me, inquit? Vita eñ non erat in mea potestate. Et ideo differre non oportuit, dũ cogitas esse incertum exitũ, & non esse in tua potestate aut viuere, aut hoc è loco excedere. Quod ergo videris pro tua defensione afferre, id planè te arguit. Neq; enim mors in causa fuit quo minus redderes, sed tua mora ac dilatio. *Et inuoca me in die tribulationis tuæ: & eruã te, & honorificabis me.* Vides copiosam dari mercedẽ. Quid ergo potest conferri cũ hac benignitate, quãdo dat nobis mercedẽ virtutis, & mercedẽ lõgè maiorẽ laboribus: eáque datur in tẽpore admodũ opportuno? Et cur, inquit, dixit, Inuoca me? Cur expectat vt à nobis inuocetur? Volens in nobis efficere maiorẽ familiaritatem, & vehementiorem quæ cũ eo intercedit amicitiã, dãdo, inuocando, & accipiendo. Virtus eñ deo familiarẽ efficit. Idipsum facit remuneratio. Rursus autem vota ac *Matt.19. Luc.9. Psal.15. Iob.24.* preces hanc familiaritatẽ cõciliant. Et ideo dicit, Da mihi, & do tibi: Quin etiã in dando vna accipis. Ipse eñ his non indiget. Quamobrẽ si fueris moderatus, mansuetus, & pudicus, deo ex hoc nõ aliquid accessit, sed teipsum effecisti meliorẽ & clariorẽ: & tamẽ pro his tanquã quę ipsum iuuarẽt, maximas mercedes & coronas constituit. Quin etiã ante illas coronas non parua voluptate frueris, vt & qui bonã tecũ circunferas conscientiã, & bona spe in posterũ erigaris. Diem autẽ afflictionis hic dicit, non calamitatẽ nec fortuitorũ casuũ, sed quod siue peccatũ bello impetat, siue diabolus obsideat malas inuehẽs cupiditates, magnũ auxiliũ assequeris. Et eruã te, & honorificabis me. Hoc rursus dicit, nõ egẽs nostra gloria. Quomodo eñ egeret, qui est deus gloriæ? sed vt per hymnũ gratiarũ actionis fiat memoria beneficij, & sit vehementior in eũ affectio, q primo fœlicitatẽ maximã accipiamus. Neque verò à decoro aberraueris, si dixeris eum di- *Affectionis præsentis & futuræ collatio.* cere diem afflictionis, & diẽ futurum. Illa enim nunquã cessat afflictio. Atque hic quidem & mors aduenies soluit calamitates, & amici cõsolantes, & finis qui expectatur, sæpe etiã rerũ quæ speratur mutatio, & diuturnitas temporis molliit ac mitigauit perturbationẽ animi, & res aduersæ propinquorũ. Habere eñ ærumnarũ socios, & videre multa eiusmodi exẽpla, visum est multis esse quid magni ad consolatio-

A nem. Illic autem nihil est eiusmodi, neq; enim adest aliquis qui cõsoletur, sed est solitudo maxima amicorũ. Non longitudo temporis mollit dolorẽ. quomodo *Matt.25.* eñ, cum flãma perpetuò impendeat? Nõ spes liberationis. est eñ ęternũ suppliciũ. nõ mortis expectatio. est eñ pœna æterna, & sunt etiã quæ puniuntur corpora immortalia. Et ne hoc quidẽ quod videtur multis afferre solatium, quod videãtur scilicet alij puniri. Primũ eñ nõ possunt videri qui puniũtur, cũ tenebrę quæ sunt instar sepimenti, oculis caliginẽ offendant. Deinde magnitudo doloris ne sinit quidẽ admittere sensum huius consolationis. Diues ergo nihil ex ea re acceperit solatij, nec ij qui strident dentibus. *Peccatori autẽ dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas?* Vidisti lyram perfectã, cytharã bene compositam, diuersis modis vnũ edere concentũ. Hic est enim sensus, & id apud apostolos, & apud alios ꝓphetas scriptũ cerni potest, B & Paulus etiã ita quodãmodo dicit, ipse quoq; ostẽdens nihil ꝓdesse alios docere, nisi quis seipsum prius doceat. Quoniã enim sibi valde placebant, sicut propter sacrificia, ita etiã propterea quod legẽ haberent, & dicerentur aliorum doctores, ostendens eos ex illa re non magnũ fructũ capere, quando ipsi manerent *Rom.2.* indocti, acrius eos insectans, dicit: Qui ergo aliũ doces, te ipsum non doces? Qui prædicas non furandũ, furaris? Qui abominaris idola, sacrilegium admittis? Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum dehonestas? Et ideo de seipso dixit alibi. Vereor ne cũ *1.Cor.9.* aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar. eorum tumorem deprimens, quibus doctrina sermonis magnos faciebat spiritus, cum essent ipsi virtute defecti. Aliter quoque hoc quòd nunc dicit tractat, ad Iudæos se conuertens, quãdo dicit: Quando enim gentes, quæ *Rom.2.* C natura legem non habent, quæ legis sunt, natura faciunt: hi legẽ non habẽtes sibiipsis sunt lex. Et rursus: *Hier.2. Ezech.39 Hier.8.* Nõ eñ auditores legis iusti apud deũ, sed factores legis iustificabuntur. Et ꝓpheta, Qui tenebant legẽ, nesciebãt me. Et rursus,* Frustra facti sunt iuncus falsus scribis. Qua de re? Quoniã turtur & hirundo, agri passeres, cognouerũt tẽpora ingressus sui, populus autẽ meus non cognouit iudicia mea. Hîc autẽ dicit, nõ solum nihil lucrari ex eo q docet alios, eum qui virtutẽ non persequitur, sed seipsum etiã primo gradu dignitatis deiicere. Si eñ in externis iudiciis qui deliquit, ei indicti silentij infamia punitur: in publico doctrinę ludo quomodo ei loqui permittẽt, q est peccato obnoxius? Maior autẽ est hic doctrinę ludus illo iudicio. Illic eñ qui peccãt, castigati luũt pœnas: hic autẽ fiũt omnia, vt nõ puniantur qui peccauerunt, sed vt pec- *A simili.* D catũ pœnitẽtia corrigãt. Iam verò in aulis quoq; regiis nemo fuerit regię vocis ĩterpres, si fuerit prauę & corruptæ vitæ conuictus: quare ergo enarras iustitias meas, & alios doces, & tamẽ cõtrariũ facis, vita cõtradicẽte iis quę à te dicunt, & auertis nõnullos eorũ qui volũt attẽdere? Nõ eñ ita doces verbis, sicut rebus & factis adducis. Quocirca Christ⁹ illũ laudat doctorẽ, qui verbis & factis perfectã doctrinã ostenderit. Qui *Matt.5.* eñ fecerit, inquit, & docuerit, hic vocabitur magnus in regno cœlorũ. Habeat ergo vita tua clarã vocem eadẽ quę dicis docentẽ: & licet os tuum obstruxeris, vel tuba clarius ꝑsonabis, nõ solũ apud præsentes, sed *Psal.18.* etiã apud eos qui procul siti sunt. Ita etiã cœlũ enarrat gloriã dei, cũ nec os habet, nec linguã moueat, neque spiritũ ex imo profundat, sed per eorũ quæ videntur *Sap.13.* pulchritudinẽ deducat spectatorem ad admirationẽ opificis.

** Hic loc⁹ corruptus sic vult dicere: Vere mendaciũ operatus est stilus mendax scribarum.*

opificis. Quod ergo illic est in cœlo pulchritudo aspectus: hoc sit in anima tua virtus. Quòd si cũ sis sordidatus, & innumerabiles habeas accusatores, & maximè tuã ipsius conscientiã, doctoris sedẽ coneris inuadere, quãdo ad vitia reprehẽdẽda accesseris, nõ alios magis q̃ teipsum accusabis. *Et assumis testamentũ meũ per os tuũ?* Rectè dixit, per os. Est eñ cor defectũ fructibus qui ex eo oriũtur, & labra incassum mouẽtur, & ad ei⁹ qui loquitur cõdemnationẽ. Si quis autẽ mentẽ fue- *Disciplina* rit scrutatus, magnũ bellũ inueniet. *Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.* Disciplinã hic dicit legis doctrinã, quæ animũ cõponit, vitiũ expellit, & virtutẽ inserit. Quomodo ergo eã tractas, & in alios seminas, cum ipse eã factis nõ habeas? Proiecisti *Rom.2.* eñ, inquit, sermones meos retrorsum. Nõ solũ enim ex legis doctrina, nulla est tibi facta accessio, sed etiã *γνώμη* quod habes à natura, mutilũ mãcúmq; reddidisti. Eorum eñ quæ sunt agẽda, & nõ agenda, rationes nobis à natura insitę sunt. Tu autẽ eas repulisti, & nõ habuisti in memoria. *Si videbas furem, currebas cum eo, & cũ* *Prou.26.* *adulteris portionẽ tuã ponebas.* Quoniã fieri non potest vt homo sit nulli omnino peccato affinis: & ideo dixit *1.Cor.4.* quispiã, Quis gloriabitur mundũ habere cor? aut quis audacter dicet se esse purũ à peccato? & Paulus cũ dixisset, Nihil mihi cõscius sum, subiunxit, sed nõ in hoc *Prou.18.* iustificatus sum: & Iustus suiipsius primo loco accusator est, videlicet suorũ peccatorũ: Vt nemo ergo posset dicere, si oẽs sunt peccatores, peccatorẽ autẽ iussit non narrare iustitias, quis est ergo narraturus? Ne quis ergo hęc diceret, genera peccatorũ enumerat ꝑ spe- *1.Ioan.5. 1.Reg.2.* cies. Est eñ peccatũ ad mortẽ, quemadmodum Heli quoq; dicebat, Si peccãs homo peccauerit, etiã pro se orabit. Si autem domino peccauerit, quis orabit pro *Exod.19. Num.19. 25. Leui.4.5. 6.* eo? Porrò autẽ in lege etiã alia quidẽ erant immedicabilia, vt etiã morte punirentur: alia verò habebant aliquod prõptissimũ remediũ: Ita etiã Christus in nouo: Si peccauerit frater tuus, inquit, argue eũ inter te, *Matt.18. Ibidem.* & ipsum solũ. Si autẽ nõ audierit, assume adhuc tecũ duos. si ne hos quidẽ audierit, sit tibi tanquã ethnicus & publicanus. Et tamen cum alicubi dixisset Petrus, Quoties, si peccauerit in me frater meus, dimittã ipsi? audiit, vsq; ad septuagies septies. Hic autẽ post duas admonitiones ostendit magnũ esse delictũ, nec cum cogit rursus expectare. Quid ergo? sunt hęc illis cõtraria? Absit: sed illud septuagies septies, dicit, si eũ pœniteat. Quomodo enim dimittet quispiã ei qui neque cõfitetur se peccasse, neq; ducitur pœnitẽtia? Etenim cũ medicamẽta petimus, vulnus etiã ostẽdimus. Quis est ergo peccator de quo hic dicit scriptura, attẽtè audiamus. Eũ eñ describit ꝑ ea quæ cõsequũtur, sic dicẽs: Si videbas furẽ currebas cũ eo, & cũ adulteris portionem tuã ponebas. Os tuũ abũdauit malicia, & lingua tua cõcinnebat dolos. Sedẽs aduersus fratrẽ tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scãdalum. Vidisti vitiũ nõ secus ac imaginẽ aliquã, suis coloribus descriptũ: & quomodo improb⁹ vitio belua factus est, dũ naturæ nobilitatẽ ꝑdidit. Ne hãc ergo imaginẽ leuiter pertractemus, sed singula accuratè inquiram⁹. Si videbas furẽ, currebas cũ eo. Hoc est causa omniũ malorũ, hoc est qđ virtutẽ maximè euertit, quod retardat ac reprimit studiũ multorũ ad ea quæ *Peccãtib⁹ gratulari pessimũ. Roma.1* sunt honesta: quãdo non solũ non reprehendunt aliqui, sed etiã vnã cũ iis qui peccant se oblectãt, eísque gratulãtur. Hoc autẽ nõ est minus quã peccare. Audi Paulũ dicentẽ, Non solũ hæc faciũt, sed etiam cõsen-

A tiunt facientibus. Hoc est autẽ non paruũ peccatum, *Att. quæso* etiã si quis mala nõ faciat, vnà cũ malis gaudere, eísq; gratulari. Ille enim potest dicere necessitatẽ, causari paupertatẽ, etsi non sint iusti prætextus. Tu autẽ curnam laudas quod factũ est, cum nec vllã quidẽ ex eo voluptatẽ percipias? Atq; ille quidẽ fortasse ducetur pœnitẽtia: tu autẽ has quoq; tibi fores occludis, & medicamentũ tollis, & tantũ remediũ euertis, portũ vndiq; tibi obstruens reditus ad pœnitentiam. Quando ergo te viderit quispiã cum non sis peccato affinis, & debeas reprehendere, non solũ non id facere, sed etiã prætexere & adumbrare: & non solum adũbrare, sed etiã opẽ ferre & consentire: quid de seipso putabit, & quid de eo q admissum est? Multi enim homines, vt plurimũ, non ex iis solum quæ animo conceperunt, ferunt de rebus agẽdis sententiam, sed etiam ab alio- B rum instituto & voluntate corrupti: & si qui peccauit quidẽ, viderit omnes eum auersantes, existimabit se *Peccãtib⁹ indignandum.* aliquod magnũ & indignũ scelus admisisse. Quando autem viderit non solũ non indignãtes, sed etiam facilè & placidè ferentes, atq; adeo blandientes & applaudentes: corrupto deinceps conscientiæ iudicio, multorũ sententia deprauatæ eorũ menti assentiẽte, opémq; ferente, quid non audebit? quando autẽ seipsum cõdemnabit, & securè peccare cessabit? Oportet itaq; etiam si quis malum faciat, seipsum cõdemnare: per id eñ eo deuenitur vt à malo cessem⁹: & licet quę bona & honesta sunt non faciat, ea tamẽ laudare. Per animi eñ promptitudinẽ & alacritatem via patet ad operationẽ. At hic quoniam iis quæ fiũt applauditur, iure eum insigniter & vehementer pungit ac notat. Si eñ vel reprehensum vitiũ adeo viget, & laudata vir- C tus vix suos ad sudores prouocat: quid erit si hoc non factũ fuerit? Hoc viderit quispiã fieri vel in choro sacerdotũ. Quod si hoc vel in discipulis graue est, mul- *A minori cõfirmatio* to magis in magistris. Quid facis ô homo? contra legẽ factũ est, tẽperãtia contẽpta est, tot peccata ab ali- *Attende δείνωσιν* quo eorũ qui sacris operantur, commissa sunt, inferna supernis cõfusa sunt: atq; adeò quæ superna sunt, inferna facta sunt: & tu nõ perhorrescis? At ꝓpheta quidẽ ipsa etiã elemẽta insensilia vocat ad grauissimo dolore simul deflẽda ac deploranda mala quæ cõmuni- *Hier.4. Esa.16. 24.* ter fiũt. Stupuit cœlũ, & terra horruit. Et rursus: Lugebit carmelus, lugebit vinũ, lugebit vinea. Et inanimę quidem creaturæ lugẽt & ingemiscũt, & vnà cũ domino indignãtur: tu autẽ qui es rationis particeps, nõ doles, non reprehendis, nõ es vehemens vltor legum dei violatarũ, sed es etiã peccatorũ socius? & quænã D tibi possit dari venia? Nũquid eñ deus opus habet vl- *Esa.48. Rom.11. 1. Cor.2.* tore, nunquid iis qui opẽ ferãt, indiget? sed vult te huius rei esse ministrũ, ne in eadem incidas, dũ alii succenses effectus tẽperatior, vt ex eo tuam in deũ pietatem ostẽdas. Quãdo eñ cũ alius peccarit, prætercurreris neq; reprehẽderis, neq; ægrè tuleris, animũ tuũ negligentiorẽ ad causam proniorẽ efficis, & maximè procuras vt in eadem sępe incidat, illũ autẽ importuna hac tua gratia nõ leuiter offendis, efficiens vt in futuro sit grauior ei reddenda ratio & ad præsentia eum reddens segniorẽ. Hæc autem non solũ de furibus dicta sunt, sed etiam de quouis alio peccato. Quod est autẽ vltimũ peccatorũ, primũ posuit, vt scias quòd *Furtũ vltimũ peccatorum.* qui ꝓpter hoc veniã nõ assequitur, multo magis in alio ea non cõcedetur. Audi ergo quidnã deinceps dicit. Et cũ adulteris portionẽ tuã ponebas. veniens ad *Furtũ, leuius adulterio.* id q est maius. Illud eñ hoc longè minus est. Quidã

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem hæc peccata inter se conferens, sic dixit, Non est mirũ siquis furans deprehensus fuerit. Furatur eñ vt suã animam impleat esurientẽ. si huic ergo ignosci non potest multo magis nec adulterio. Aduteriũ autẽ hic vocat fornicationẽ. Si videris ergo aliquem eorũ qui tecũ congregantur, fornicantẽ, & ad sacramenta accedentẽ, dic ei qui est minister distributionis eorũ: Hic est indignus sacramentis, arce prophanas manus. Si eñ ne iustitias quidẽ enarrare dignus est, considera quò eius procedet punitio, quãdo sacram etiã mensam ausus fuerit attingere, non solũ autẽ eius, sed illius etiã qui adumbrat ac prætexit. Non dixit enim, & adulterabaris, sed cũ adulteris portionẽ tuã ponebas. Papæ, quantũ malũ ex eo quod celentur & obtegantur aliorũ putredines, quando dicit eum esse sociũ soluendi pro peccato supplicij, nec hoc illo esse minus. Ille eñ potest afferre animi perturbationẽ, licet sit prætextus cui nõ dari possit venia: quẽadmodũ & fur famẽ. Tu autẽ ne hoc quidẽ. Quãnã ergo de causa, cũ nõ fruaris voluptate, supplicij socius & particeps euadis? Et ideo externi quoq; iudices, nõ eos solũ qui scelus perpetrarunt, sed seruos etiã quos viderint scleris fuisse conscios, puniunt: & domini qui eos tradunt, lubenter eorũ sanguinẽ biberent, & carnibus vescerentur, nec minorẽ eius q̃ factũ est, culpã in eos conferunt, quàm in eã quæ est adulterata. Qui enim expansa vela non contraxerunt, iis quæ occultè fiebant, dederunt maiorẽ facultatẽ. Ij & adulteratã mulierẽ, & maritũ cui facta est iniuria, & eum ipsum qui adulterauit, contumelia & probro affecerunt. Si enim prænunciassent, si id significassent, abacta, & sublata esset oĩs venatio. Et quemadmodũ in retia maximè immittunt, qui retia extendunt & iis quæ accipiẽda sunt assident, & omnẽ dolũ omni ex parte celant, & nec strepitũ nec aliquid aliud fieri permittunt q̃ possit feram abigere: ita hic etiã, si assederis laqueo qui est positus à diabolo, scias fore vt in eũ adulter incidat, neq; strepitũ edas, nec tumultũ excites, tunc eũ maximè perdis. Ne mihi enim dixeris illud verbũ, q̃ magno stupore plenũ est, Quid mihi curæ est? curo ego mea. tunc enim tua maximè curabis, quando tua quæres in eo q̃ est vtile proximo. Et ideo dicebat Paulus: Nemo quod suũ est quærat, sed quod alteri'. Vt inuenias, inquit, quod tuũ est, quære qđ est alterius. *Os tuum abundauit malicia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuũ loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* Ne enim diceret, Hoc facio ex humanitate & clementia: primũ quidẽ, quænã fuerit humanitas, eum qui casurus est in barathrũ, non prohibere nec retinere? iustitiæ voluptati gratificari? qui mortiferũ bibit venenũ, cõtemnere? Verum ne hoc quidem poteris dicere. Quòd enim non est hoc humanitatis, sed somnolẽtiæ, segnitiei, & socordiæ: hinc facilè cerni potest. Quomodo eo demisso qui facit iniuriam, eũ maledicto afficis qui nullã fecit iniuriã? Quomodo insidiaris ei qui nihil deliquit? Vide summũ vtrinq; vitiũ. Eum quidem qui est ebrius cupiditate, non prohibes quo minus inebrietur, vt sit tẽperatus: eũ autẽ qui nullam fecit iniuriam, punis. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filiũ matris tuæ ponebas scandalum. Vides quomodo immorando in narratione auget accusationẽ. Eum, inquit, qui matri fuit in partu causa eorundem dolorũ, qui fuit eiusdem vteri socius qui domus, mensæ, & alimenti fuit eiusdẽ particeps, qui ex eadem radice germinauit, qui idẽ habet ortus principiũ, qui ab ineunte ætate tecũ creuit, eũ maledictis infectaris: & nõ solũ insectaris, sed etiã in opus deducis insidias. Hoc eñ sibi vult illud, Ponebas scãdalum. Si autẽ nõ est impetẽdus maledictis, qui naturalium pariẽdi dolorũ in eodẽ fuit vtero particips: multo magis spiritaliũ. Nec ergo permitte, vt is cadat qui est peccaturus: nec eum qui nullam fecit iniuriã, calumniare, & cõuiciis incesse. Hoc est eñ inuidię, illud verò stuporis. Non retinere enim eũ qui est casurus, est stuporis: inuidiæ autẽ, eum qui stat, deiicere. Vide autẽ quomodo non eum significat qui simpliciter & absolutè accusat, sed eum qui cũ dolo & dedita opera id facit. Sedens enim, inquit, aduersus fratrem tuum loquebaris. Et Cain quidem vnũ fratrẽ sublatũ præsenti vita expulit, hi autẽ innumerabiles, per ea quæ malè dicunt, deiiciunt, & seipsos primos. Nõ eum eñ solũ qui accusatur, sed alios etiã lædũt, imò verò magis eos qui ea admittent. Qui eñ falso malè audit, nõ modo nulla iniuria affectus est, sed maximã etiã habet mercedẽ. Nõ enim qui patitur, sed qui malè agit, est dignus supplicio: ita etiã qui dicit, non qui audit modo ne ille præbeat iustam maledicendi occasionẽ. Non hoc ergo cõdemnamus, ne malè audiamus (hoc enim fieri nõ potest: & est Christi sententia quę dicit: Væ vobis quando benedixerint vobis omnes homines) sed ne nos præbeamus occasiones. Qui eñ vult bene audire ab omnibus suã animã sæpe perdit, amãs humanã gloriã, inseruiens in iis quæ nõ decet, placẽs in iis quæ non oportet, vt ab eis emat gratiam. Rursus qui contemnit malè audire ab omnibus, etiã seipsum perdit. Quemadmodũ eñ fieri non potest vt vir bonus bene audiat ab omnibus: ita fieri non potest vt nõ ab omnibus malè audiat, qui multas multis de causis præbuit malè audiendi occasiones. Si autẽ dum tu nihil præbes offensionis, sunt qui te maledicant, tũc est tibi maior merces, sicut vsueniebat Apostolis, & præclaris illis viris. Porrò autẽ illud quoq; sciendũ est, q̃ etiã siquis maledicat in re cuius nos non condemnat conscientia, non est, ppterea cõtemnendus accusator propter damnũ quo te afficit, sed omnia facienda sunt cum ea quæ par est cautione, vt tollas iniustã occasionẽ. Quocirca Paulus etiã mittebat multos datis pecuniis, qui afferrent alimenta pauperibus. Causam autẽ affert, dicens: Ne quis nos vituperet in hac abũdantia quę ministratur à nobis. Neq; eñ hoc despexit & neglexit, quod videbat futurũ vt malè offenderẽtur. Sed quoniã erat in eius potestate vt solueret scandalũ, eis quoq; qui offendebãtur, pspexit. Et rursus alibi dicit: Si cibus offendit fratrẽ meũ, non comedam carnes in æternum, ne fratrẽ meũ offendã. Atqui hæc erãt indifferentia, & tamen, si, inquit, offensionẽ afferunt, nõ negligo salutem eorũ qui offenduntur. Si fuerit enim damnũ maius salute, contẽne eum qui offenditur. Sin min', ne contẽpseris. Hoc eñ sit generale decretũ & regula, docens quando oporteat cõtemnere eos qui offenduntur, & quando non: quẽadmodũ verbi gratia, offendebãtur Iudæi q̃ Paulus legẽ non seruaret: & propterea multa millia resiliebant, & in fide claudicabant. Quid ergo facit? Volens mederi offensioni (maior eñ erat salus tot millium) & claudicationi afferre remediũ, tunc prohibuit ostendere q̃ legem non seruaret. Quòd autẽ maius erat, rursus offendebantur q̃ crucifixum prædicaret. Hic contempsit eos qui offendebãtur, maius enim lucrum prædicationis. Hoc etiã fecit Christus. Cùm enim cum eis de cibis dissereret, & offen-

Matt. 15. & offenderentur eo dicente, Quod intrat per eos, non coinquinat hominẽ, sed quod egreditur: dicit, Sinite eos. Omnis plãtatio quã nõ plantauit pater meus, eradicabitur. Quando autem ab eo tributa exigebant, etsi sciebat nõ oportere ea soluere: tamen quoniã tempus nõdum postulabat, vt reuelaretur eius authoritas, dicit: Ne autem eos offendamus, vade ad mare, & mitte hamũ: & eũ piscem qui primus ascẽderit, tolle, & in eo inuenies staterẽ. Da eum eis pro te & pro me. Quando enim legẽ multa sapientia plenam eis ferebat, erãt autẽ illi immedicabiles: meritò eos cõtẽpsit, & legem abrogauit. Cũ autẽ non possent eius diuinitatis rationẽ suscipere, iure rursus se demittit, & suæ diuinitatis rationem, tributum soluẽdo adumbrat & obtegit. Sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris. At id, inquit, faciebam vt eum corrigerem. Nõ oportebat ergo clanculũ calũniari, sed ita vt iussit Christus, seorsum assumere & corrigere. Quæ enim publicè fiũt reprehẽsiones, sæpe etiã faciunt impudentiores: & cõplures quidem peccatores, donec viderint fieri posse vt lateant, facilè in animum inducũt vt in viam redeant. Quando autem bonam apud multos existimationẽ perdiderint, incidunt nonnulli deinceps in desperationem, & labuntur in impudentiã. At aliquam tibi fecit iniuriã. Cur ergo teipsum quoq; iniuria afficis? Qui enim se vindicat, seipsum ense petit. Si vis enim & teipsum beneficio afficere, & illum probè vlcisci: benedicas de eo qui tibi fecit iniuriã: ita facies vt multi sint eius pro te accusatores, & ipse magnã mercedem accipies. Sin autẽ maledicas, ne fides quidem tibi habebitur, vt qui inimicitiarũ suspicione labores. Quare tuum studium tibi vertitur in contrarium. Tu enim volebas bonam eius famam euertere, contrà autem accidit, per laudẽ enim, nõ per accusationem hoc euenit. sed cõtrà omnino & teipsum quidem maiori ignominia afficis: illũ autem tua tela non tangent. Inimicitiæ enim, quæ se offerunt animis audientiũ, non sinunt vt quę dicuntur aures eorũ admittant, & idipsum accidit quod in prescriptionibus. Quãdo enim quispiã in iudicio aliquid obiecerit, vniuersum interea dissoluitur: Ita hic etiam nõ permittit suspicio inimicitiarũ vt admittatur iudicium. Ne ergo maledixeris, ne te ipsum polluas: nec lutum contexueris cum luto & lateribus, sed coronas ex rosis & violis & reliquis floribus cõnexueris: nec stercus ore tuleris, quemadmodum scarabæi (id enim faciunt qui maledicunt: vt qui ipsi fœtorẽ primi sentiãt) sed flores, sicut apes, fauósq;, vt illę cõpositeris, sisque omnibus comis & affabilis. Omnes enim auersantur maledicũ, vt eũ qui lutũ redoleat, vt hirudinẽ quę sanguine, scarabæum qui stercore, alienis malis, aluntur. Os autem quod lubenter laudat, & de aliis benedicit, tanquam membrum cõmune suscipiũt, tanquã fratrẽ germanum, tanquã filium, tanquã patrem. Et quid dico de præsentibus, & de hominum existimationibus? Considera mihi diem illũ terribilem, illud iudicium quod corrumpi non potest: q̃ si falsa quidẽ dicas, tuis peccatis alia superflua adiicies. Dico enim vobis, q̃ omne verbum ociosum quod locuti fuerint homines, dabunt pro ipso deo rationem in die iudicij. Quid si sint, inquit, vera? ne sic quidem effugies quo minus cõdemneris, vtpote qui proximi tui calamitates & probra traducas. Fac apud te cogites Pharisæũ. Non erat publicanus, sed fuit publicano sceleratior, quoniã de publicano maledixit. Publicanus non erat pharisęus, sed fuit pharisæo iustior, quoniam seipsum miserum esse

duxit. *Hæc fecisti, & tacui, existimasti inique quòd ero tibi similis, Arguam te, & statuam contra faciem tuã peccata tua.*

Vidisti humanitatem ineffabilem, vidisti summam bonitatem, vidisti infinitas opes patientiæ. Silentium enim hic dicit patientiam. Tot, inquit, & tanta ausus es: nec de te tamen sumpsi pœnas, sed passus sum & toleraui, dans locum pœnitentiæ. Tu autem ex eo nõ modò nihil lucrifecisti, sed in maius etiã vitium impegisti. Non solũ enim non mutatus es, nec solùm nõ es pudore suffusus, nec propter ea quæ à te facta sunt, teipsum condemnasti: sed me etiam qui longa in te patientia vsus sum, qui toleraui, qui tacui, qui tot & tanta tuli, existimasti non hęc ferre propter patientiã & clementiã, sed propterea q̃ nollem hæc castigari, & q̃ ea quæ à te fiebant, nõ ægre ferrem. *Intelligite obsecro hæc qui obliuiscimini deum.* Quænam? Ea quæ dicta sunt, inquit. Quid est, Intelligite? Considerate. Quid autẽ? dictum est obscurum, & quod magna egeat perscrutatione? Maximè quidem: & ipse modus docendi introducit mutatam formã reipublicæ. Cùm enim sacrificiorum non magnam habeat rationem, introducit leges Euangelicas: & alioqui quoniam erant peccatorũ profundo cœno obruti, tanquã à quibusdam vitij voraginibus volens eos extrahere, & veluti lemã oculorum expurgare volẽs viam prioris malæ consuetudinis, eos excitat vt ea quæ facta sunt in memoriã reuocent, ne his obliuioni traditis absq; lucro recedãt. Lõga enim vitiorũ consuetudo magnam affert cęcitatem animæ, & amẽtes efficit, & perspicaces oculos intelligẽtiæ eruit. *Nequando rapiat, & non sit qui eripiat.* O ineffabilem clemẽtiam. Piæ matris hæc verba sunt, vel illam potius pietatẽ bonitate longè superant. Qui enim tam graui accusatione vsus est, qui tantam præ se tulit indignationem, ipse eos præmunit. Qui dixit, Arguam te, & statuam ante faciẽ tuã peccata tua, & cõdemnatoriam emisit sententiã: eam rursus rescindit, non tanquam reos tradens supplicio, sed tanquã qui suasione & admonitione deberent corrigi, metu coërcens & continẽs & dicens, Ne forte rapiat, & non sit qui eripiat. *Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostẽdam illi salutare dei.* Postquam ostendit clementiã suadendo, consulendo, minando, ac terrendo, purum afferendo sacrificium, & introducendo cõsilium, ostendit etiam modum per quem possint corrigere quę facta sunt, dicens, Sacrificium laudis honorificabit me. Id est autem quod dicit, Non solùm iram meam sedabit, aut rescindet condemnationem, sed me etiam honore afficiet. Vide præclari facti magnitudinem, quãdo deus per ipsum honore afficitur. Et illic iter quo ostendam illi salutare meum. Vidisti mercedem ineffabilem. Vidisti summam clementiam. Dei enim viam ostensurum pollicetur, & id quod est verè dei salutare iis qui rectè se gerunt. Ei ergo promittenti pareamus, & recta vita & sacrificio laudis eũ honoremus. Hæc enim via ducit ad salutem per hoc sacrificium. Quam detur omnibus nobis assequi gratia & clemẽtia domini nostri Iesu Christi: Quoniam ei gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, archiepiscopi Constantinopolitani, expositio in superscriptionem Psalmi quinquagesimi. Incerto interprete.

Ectors imitantur arte naturam, & colores coloribus permiscẽtes, visibiles corporum depingunt imagines, & faciũt homines, & animalia

Universidad de Deusto Biblioteca

malia,& arbores,& reges,& rusticos,& barbaros,& pu
gnas,& rixas,torrentes sanguinũ,& lanceas,& loricas,
& scuta,& sedem regalem,& imperatorẽ sedentem,&
barbarũ subditũ,& gladium acutum,& fluuios decur-
rẽtes,& cãpos variis floribus adornatos,& omnia quę
vidẽtur per artem imitantes,mirabilem historiam vi-
dentibus pręstãt:sic & prophetæ velut quidam picto- *Prophetæ veluti pictores virtutis ac malitiæ.*
res sunt virtutis ac malitiæ. Describũt enim & illi pec-
catorem,iustũ,pœnitentẽ,stantem, cadẽtem, surgen-
tem,titubantẽ. Et sicut faciunt pictores,occidentes &
occisos:sic & prophetæ faciunt aliquãdo quidẽ insur-
gentia peccata,aliquãdo etiam & allisa:eodem modo
& dæmones impugnãtes,& homines flẽtes,& pugnã-
tes:sic & diabolũ insidiãtem,& victum. Cùm ergo ta-
lis est eorũ descriptio, & vt certius hæc eadẽ addisca-
mus: & istas quidẽ deforis cõsiderantes imagines ni-
hil acquirimus lucri. Quid enim mihi prodest regis &
cõsulis imaginem intueri, cum neq; rex fieri possum,
nec quidẽ cupio? Quæ erit mihi vtilitas visionis, cuius
desiderium non habeo,quod & si desiderauero,punior?
Quid mihi proderit hominẽ videre locupletẽ, & in-
opem? Si enim pauper fuero,liuore tabesco:& si diues
fuero,similiter aliis in inuidiam ero. Dimitte illas ima-
gines,& cõsidera hanc historiam. Si videro cõsulem,
quid ad me? Quòd si videro peccatorem cecidisse,&
surrexisse,erit mihi visio ad doctrinã. Si videro iustum
stãtem, visio me ad solertiã & philosophiam deducit.
Ex hac nanq; visione addisco certamen & erudior ad
victoriam. Quòd si videro iustum supplantatum, con-
tristor quidẽ,sed cautior de facto inuenior. Hæc autẽ
omnia non transitoriè,neque sine causa sunt dicta:sed
quia psalmi,qui hodie lectus est,imago ad hãc nos di-
sciplinæ doctrinam adducit. Sic enim ait propheta.

HOMILIA PRIMA IN PSALMVM *quinquagesimum, incerto interprete. Et primum de eius superscriptione.*

διαίρεσις partium psalmi.
Miserere mei deus secundum magnã misericordiam tuã:
Et secundũ multitudinẽ miserationũ tuarum dele ini-
quitatem meam. Hæc est imago. psalmum enim
imaginẽ voco. Video enim diuersas in psalmo perso-
nas,peccatorẽ insurgẽtem,& ocio deditum:pœniten-
tem,adstantẽ,& cõcertantem, dei misericordiã desu-
per adducentẽ,& Philosophiã præstantem pœniten-
tiam,multos lachrymarũ & cõfessionis fontes haben-
tem. Istæ sunt personę imaginis. Sed priusquã ad psal-
mum veniã,iustũ est eius superscriptionẽ vobis enar-
rare. Sicut enim habẽt imagines subscriptiones deor-
sum fixas minij colore,in quibus scriptum est,qui rex,
& qđ prelium euicerit:ita ferè in psalmis desuper titu-
lus fixus est,quæ causa sit,quæve doctrina, & quapro-
pter psalmus sit dictus. Præbete itaq; vestras attentius
aures, non enim de paruo imminet narratio nobis.
2.Re.12. *Psalmus Dauid cum venisset ad eum Nathan propheta, quando*
intrauit ad Bersabee, vxorem Vriæ. Hæc est superscriptio.
Discamus ergo quis est Nathan, discamus & quæ sit
Bersabee vxor Vriæ, & quando ad eum intrauit pro-
pheta, & quapropter psalmum istum scripserit. Non *Nõ omnes psalmi in Dauid sunt, aut ab eo conscripti.*
enim omnes psalmi in Dauid scripti sunt, nec omnes
ab ipso conscripti sunt: neq; enim proprias tantũmo-
do passiones edixit, sed & aliorũ cecinit causas. Quã-
do dicit: Super flumina Babylonis, illic sedimus & fle-
uimus, dum recordaremur Sion: manifestum est quia *Psal.136.*
non de ipso dicit psalmus. Nec enim perrexit in Ba-
bylonem, neq; vidit barbaram regionem, neque sedit
in aliena terra, & fleuit: sed quę Iudæis ventura essent,

A narrauit. Quando iterum dicit: Foderunt manus
meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa *Psal.21.*
mea:non vtiq; passiones suas annunciat,sed crucẽ do-
mini,sacrificium orbis terræ, salutem generi humano
prædixit. Imago enim est psalmus,variam in se conti- *Psalmus est imago.*
nens disciplinam, aliquando quidem sua, aliquan-
do autem aliena denuncians. Quia ergo psalmus iste
non alienas passiones enũciat, sed propria indicat,di-
cens, Quando venit ad eum Nathan propheta: super-
scriptio psalmi cõstringit nos, & nõ sinit longius eua-
gari,& ad alia trãsferre mentem, sed statim ea demõ-
strans & docens,quæ textus continet psalmi. Cõside-
rate igitur diligentius,siue iusti,siue peccatores, vtriq;
enim parti vtilis psalmus est,iusto quidem, ne per ne-
gligẽtiam ac desidiam obtorpescat: peccatori autem,
ne semetipsum despiciat. Vtrisq; enim periculosa con
B temptio est, cum & iustus per negligentiam cadit, &
peccator cum desperauerit, perit. Vt ergo neq; iste in
ruina permaneat,neq; ille in lapsibus decidat,vtrique
parti est vtilis decantatio psalmi. Incipio enim dicere
prophetæ peccatum grande, & pessimum, sed nemo
deroget de nobis. Dei enim misericordia humano ge- *Attende prouidentiam dei.*
neri prouidentiam faciens,& bene gesta sanctorum,&
peccantium negligentiam in melius commutauit: vt
aliorum vulnera aliis prouideant sanitatẽ,& iusti nau-
fragium fiat peccatori stabilior portus. Quando enim
iustum peccasse legero,& penituisse,nõ iam despera-
bo de mea salute. Et cum audio diabolũ de cœlo ca-
dentem, illius ruina mihi fit occasio resurgendi. Pro-
pter hoc enim & gratia spiritus non solùm bene gesta
sanctorum,sed & negligẽtias memorauit: non autem
propter illos tantum conscribi voluit,sed propter eos
C qui forte simili passioni obnoxij erũt. Volo ergo ostẽ-
dere hunc fortissimũ virum,vulneratũ, lapsum, victũ,
surgentem,pugnãtem,vincentem,& coronatum: nec
enim ostendo eum lapsum solũmodo,& iacẽtem, sed
& surgentem,vt ex vtraq; parte tuum lucrum sit, & si
forte peccaueris,nõ desperes,sed curras illico ad sur-
gẽdum,nec dicas apud temetipsum: Væ mihi,væ mi-
hi,perij,mœchatus sum, fornicatus sum, homicidium
perpetraui. Ne desperes. Habes enim salutẽ repositã
remediũ delictorũ. Cũ ergo videro iustum talia vul-
nera suscepisse,& sauciũ factũ, & iterum per pœnitẽ-
tiam ad sanitatẽ rediisse, confestim ad exomologesin *πρὸς τὴν ἐξομολόγησιν, ad cõfessionẽ.*
curro,& audacter ad cõfessionem fontes lachrymarũ
profundo. Vt ergo per illius cõfessionem, tuã melius
salutem cognoscas,audi quæ dicam. Multi sępius viri
& mulieres infirmitatẽ pessimam contraxerunt,& ge-
D mitus & lachrymas profuderũt,& multa medicamẽta
expẽsa sunt,& nihil pręualuit medicina,sed pulchritu-
do emarcuit,& corpus distabuit:anxia fit post hoc mu
lier,hæsitãs & dicẽs: Quò vadã? Quid faciã? pecunias
largita sum,medicos vocaui,medicamẽta expẽdi,ma
net infirmitas, non sanatur vulnus. In his ergo cogita- *Paradigma à simili.*
tionibus cõstituta,venit quædã de his quę ad visitãdũ
venerat,dicere,Et ego aliquando similẽ sustinui infir-
mitatẽ,sed ille & illa posuere mihi medicamẽta, & li-
berata sum à dolore. Hæc cùm audit ægrotans, rogat
sibi mulierem demõstrari quæ illi contulerit sanitatẽ:
& illa dicet: Vade ad angustum locum qui est iuxta il-
lam & illam domum,& ibi inuenies. Sic & nunc quo-
niam mœchatus es,& homicidiũ perpetrasti (hoc au-
tem est pessimũ vulnus) ostẽdam tibi quomodo est il-
le curatus,& qualem imposuit medicinam. Et non di-
co,vade ad angustũ locũ, & interroga illum,& illum:
non

nõ est opus vt labores,& anxius quæras,& huc illúcq;
A discurras: sed hic te stãtem facio suscipere medicinã:
tantum diligentius quæ dicuntur attende. Necesse est
enim ad cœpta verba reducere, & tẽpus edicere quã-
do peccauerit,& quã ob causam,& personã,& pœni-
tentiam,& correptionem, & medicinã:vt omnia dili-
gẽtius addiscẽtes,instructi recedatis. Iste ergo Dauid
adolescens,ciuitates quidem ac turbas aufugiens, per
eremum verò philosophatus, nihil cõmune seculariũ
habens,nõ negociationes,non fœnerationes, non ali-
quid difficile mundi istius,sed & parua ætate,in deser-
to silentij habitabat: & sicut in portu trãquillo in ere-
mo sedẽs,& ouium curam habens, regnũ cœleste me-
ditabatur. Iste ergo adolescẽs erat valde paruul' qui-
dem ętate,senior autẽ mẽte,& ætas parua nihil impe-
dimenti afferebat tãtæ virtuti. Et cũ esset adolescens,
aduersantes sibi fortiter superabat, nõ robore corpo-
ris,sed virtute fidei. Attende diligẽtius quæ dicuntur.
1.Reg.16. Cõtigit aliquãdo displicere deo regẽ Iudæorũ, mittit
Samuëlem illico deus ad huius paruuli patrem. Et cũ
venisset Samuël ad Iesse patrem Dauid, adolescens in
eremo oues pascebat. Nõ cessabo sæpius adolescẽtu-
lum nominare, vt nullus neq; iuuenem culpet, neque
Neque iuuenis culpãdus, neque senex laudãdus. senem collaudet. Non enim canicies laudabilis, neq;
iuuentus culpabilis. Multi quippe & in iuuentute phi-
losophiam demõstrauerunt,& in senectute lapsi sunt.
Nam tres pueri in ignem sunt regis imperio missi, &
quia virtute cœlesti prædĩti erãt, quã sibi bene viuẽ-
do acquisierãt,flammas in rorem conuerterũt. Sed &
Dani.3. Ibidem 6. Daniel cum esset duodecim annorũ, leonum rabiem
in ouiũ mansuetudinem cõmutauit, & ferociam illo-
rum fide fregit. Neq; enim iuuenẽ culpes,nec collau-
des senem. Nõ enim in differentia ætatis virtus ac ma
litia cognoscitur,sed in differẽtia mentis. Quòd si fue-
ris sobrius,nihil tibi immaturata nocebit ętas:& si fue-
ris negligẽs,senectus tibi nihil prodesse potest. Cani-
cies autẽ sapientiæ non capillos cãdidos requirit. Iste
ergo paruulus cum esset,maturum virtutis possidebat
animum. Venit ergo sanctus Samuël ad Iesse vt cõsti-
tueret regẽ,non multitudine vallatus militũ, nec am-
bitione superba adueniẽs,sed cornu in quo erat sanctũ
1.Reg.16. oleũ,habens in manu,& dicit ei: Misit me deus ad te,
vt ex filiis tuis cõstituam regẽ. Et æstimans ille primo-
genito aptam filio dignitatẽ, adducit eum in mediũ.
Cui dicit Samuël: Transeat, nõ enim complacet deo.
Venit & secũdus,nec ipse placuit, similiter & terti',&
quartus,& quintus,& reliqui. Iámq; complebatur nu-
merus filiorũ,& qui quęrebatur,nõ inueniebatur. Di-
cit ei Samuël: Nũquid defecerunt filij? Erubuit pater.
Habeo,inquit,vnum paruulũ & contemptibilem,qui
1.Reg.16. pascit oues: tu autẽ regem requiris. O pater,paruulũ,
Γνώμη. & pastorẽ Dauid dicis? Homo despicit,sed deus coro
nat. Non enim sicut videt homo, videt deus. Homo in
facie,deus autẽ in corde. Nunquid magnitudinẽ cor-
poris quęrimus? Ingenuitatẽ animę desideramus. Cõ-
siderate diligẽtius. Nõ dixit ei deus,Vade & vnge mi-
hi Dauid: sed, vade & vnge mihi vnũ de filiis Iesse. Et
Gene.37. cur dubiè,non specialiter Dauid nominauit? Ne scili-
cet pateretur Dauid,quod passus est Ioseph. Sicut em
illi addiscentes futurum sibi regem, insidiati sunt ei,&
post multas iniurias vẽdiderunt: sic formidini erat nẽ
& isti hęc eadem perpetrarent. Vna ignorantia,caute-
læ effecta est mater. Stabat igitur propheta hæsitãs, &
quærebat vnũ de filiis eius. Cui ille: Nõ habeo (inquit)
nisi infantem paruulum pascentem oues. Vbi sunt qui

A semetipsos adornant extrinsecus,& depingunt? Nolo
pulchritudinem corporis, honestatem mẽtis requiro.
Quid enim est speciosa mulier? Sepulchrũ dealbatũ, *Speciosa mulier, quæ.*
nisi fuerit sobria,casta,pudica. Pulchritudo autẽ est si-
ne his virtutibus præcipitiũ patẽs, venenum insipien-
tibus cõpositũ. Decus enim corporis infirmitate mar-
cescit, & pulchritudo ægritudine tabescit: animæ au-
tem pulchritudo immortalis est & æterna,& tunc ma
ximè ostẽdit proprium decus, cum cessauerint passio-
nes. tunc enim mens tranquillitate potitur. Si ergo vi-
deris virũ aut mulierem speciosam,ne admireris: nam
& roborę arbores,cum densæ sint foliis,& altitudine *Quercus aicit.*
excelsę,attamen nõ habent fructũ hominibus aptum,
sed porcis afferunt cibum: vinea autem per terram re-
pẽs, maturum vuarum affert fructum. Quid ergo vis,
vineam habere, an arborẽ? Puto te vineã eligere ma-
B gis,quæ lætitia est ad hominum vsus, q̃ arborem ani-
malium escam. Quid ape vtilius est? quid pauone pul-
chrius? Quid formica sapientius? Et apis quidem dul-
cedinem in se habet,& aculeum: pauo verò solũmodo
in pẽnis est, non in fructu decorus. Formica verò cõ-
temptibilis hominibus,sed magistra virtutum est. Ve-
nit ergo Dauid de pascuis, & vngitur iussione domini
oleo benedictionis,ministerio quidẽ hominis,sed dei
nutu,qđ superposuit capiti eius cornu chrismatis om-
ni diademate & purpura potius, & perrexit habẽs re-
gnum,non lorica indutus, non protectus clypeo,non
telis munitus,sed habẽs benedictionem dei omnibus
potentiorem. Post hoc ergo peccatis faciẽtibus insur-
rexerunt Allophyli, & vastauerunt regionẽ Iudæam.
Et cũ hęc gererentur,missus à patre perrexit ad castra
Hebræorũ videre euentum rei. Venit ergo Dauid vbi
C erat vterq; exercitus, & vidit castra Barbarorũ valde
munita, & arma splendẽtia, & de suis vulneratos plu-
rimos: & nutu dei processit pastor ad pugnam. Et qui
bello fuerãt assueti,pauore tremebãt:& iste qui arbo-
ribus & vmbra frondiũ delectabatur, cũ vidisset alie-
nigenam prouocantẽ ad singulare certamen, irruit in
eum spiritus domini, & dixit ad barbarum: Quis est *1.Reg.17.*
iste incircuncisus, qui blasphemat castra domini? Re-
spondit alienigena: Vnde tibi superbia ista & audacia,
vt audeas cõgredi mecũ? Et maledixit Philisthęus Da-
uid,& dixit: Veni ad me,& dabo carnes tuas volatilib'
cœli,& bestiis terræ. Dixit autẽ Dauid ad Philisthæũ:
Tu venis ad me cũ gladio,& clypeo,& hasta:ego autẽ
venio ad te in nomine domini exercituũ, dei agminũ
Israël,quibus exprobrasti hodie: & dabit te dominus
in manu mea,& percutiã te,& auferã caput tuum à te.
D Nec pertimescã corporis proceritatẽ, cum insipientẽ
nouerim mentẽ tuã: nec pauebo magnitudinẽ nauis, *μεταφορά.*
sed contemnã, quia gubernatorem non habes intus,
quippe quẽ sciam esse aduersariũ dei. Dic mihi quib'
armis confidis ô Dauid? Nõ carnalibus,inquit, sed spi
ritalibus. Arma enim nostra non carnalia, sed spiri- *2.Cor.10.*
talia sunt, sed vno modò in his cum sis exiguus, con-
fidis? confido ait,quia magnus est dominus. contẽpti-
bilis quidẽ armis ego,sed qui misit me,fortis est. Ipsius
enim maiestas mare conuertit in aridã, petrã dirupit,
& flumina emanauerũt. Et qui elemẽta mutauit, mul-
to magis vnũ superbissimũ prosternere poterit. Et hęc
quidẽ præueniẽs sermo narrauit: sed redeamus ad or-
dinem historiæ. Interea venit ad fratres Dauid, & di-
cit eis: Quid dabitur viro qui abstulerit caput eius? De *1.Reg.17.*
mercedibus disputat,non vt mercedẽ accipiat, sed vt
illos firmiores reddat. Quid ergo faciunt fratres? Iterũ
inuidia

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuidia,iterū liuor.Dicit ad eū maior frater suus:Qua-
re venisti,&quare dereliquisti pauculas oues in deser-
to?Ego noui superbiā tuam & nequitiam cordis tui:ꝙ
autē nō possis pugnare,manifestū est. O zelus, ô inui-
dia omni malitia cumulata. Inuidia, ignis inextingui-
Inuidia, tinea virtutem. bilis est.Etenim sicut tinea comedit vestimentū, sic &
inuidia eū quidē qui zelatur,cōsumit:eū autē qui inui-
det,clariorē reddit.Nā & Ioseph hoc est à fratrib⁹ pas
Gen.37. sus. Et illi quidē qui inuidiæ facib⁹ vrebātur,de liber-
tate in seruitutē adducti sunt:cui autē inuisum est, rex
constitutus est.Iterū æmuli,iterū fratres, nos, inquiūt,
scimus superbiā & malitiā cordis tui . Quæ enim erat
necessitas,aut quod desideriū tuū, nisi vt videres præ-
liū,aduenisti? Sed quid iste sapiētissimus iuuenis ? Vi-
dendi,inquit,tāti prælij causa ad vos à patre hūc mis-
sus sum.Nūquid nō verbū est,de quo sciscitatus sum?
Et cùm hæc dixisset,ad aliū transiuit locum, & simili-
ter interrogat,dicens: Quid dabitur viro qui hunc in-
1.Reg.17. terfecerit gigantē?Fratres zelantur, & extranei intro-
ducunt ad regē,qui sedebat mœstus,& formidine ple
nus.Et dicit ad eū : Non concidat cor cuiusquā in eo.
ego seruus tuus vadā, & pugnabo aduersus Philisthæū
hunc.Nō metuat dominus meus rex . Videte honestā
&ingenuā mentem. In die lætitiæ seruitutē cōfitetur.
Quid ergo rex?Non vales,inquit, resistere Philisthæo
isti, nec pugnare aduersus eum,quia puer es: hic autē
vir bellator ab adolescētia sua.Noli cōsiderare, ĩquit,
ô rex visibilia, sed inuisibilia. ne dixeris quia paruulus
sum in ętate,sed cōsidera quia grādis sensu sum.Quid
ergo opus facto est?Non ei credebat rex. cogitur iam
virtutes exponere suas, dixítq; Dauid ad regē: Pasce-
bat seruus tuus patris sui gregē,& veniebat leo,vel vr-
sus,tollebátq; arietē de medio gregis,&sequebar eos,
& percutiebā,eruebámq; de ore eorum, & illi cōsur-
gebant aduersum me,& apprehendebam mētum eo-
rum,& suffocabā, interficiebámq; eos. Erit ergo Phi-
listęus hic incircūcisus quasi vnus ex eis . Credidit rex
Ibidem. signi magnitudinē,&dixit ad Dauid:Induere armatu-
ra mea, & sic egredere. Quod cū fecisset, iuxta morē
progredi non valebat:quia non permittebat hoc fieri
deus,sed vt nudus vinceret,& nō arma Saülis virutem
victoriæ partirentur, ne diceret rex: Quoniā arma vi-
cere mea.Proiicit arma, & induit fiduciā . Egredit nu-
dus,& loricatus fide . Egreditur pastor & miles, iactat
lapidē. non natura corporis fisus , sed virtute fidei, ex
vno rotatu fundæ in fronte percussit blasphemū.Quo
corruente cucurrit,& accepto gladio eius, amputauit
Prou.11. caput illius,vt cōpleret illud quod scriptū est:In ope-
ribus manuū suarū corruit impius sonitu sempiterno.
Et nūc in nomine domini portauit ex hoste victoriā&
abstulit in tēpore illo opprobriū ex filiisIsraël.Iterum
post victoriā zelus,iterū inuidia.Per singula quippe ef
fodio fontē inuidiæ,vt ipsa possit vena oculis appare-
re.Iste ergo talis ac tātus vir,ætate doctior, vsu tritior,
ꝓcessu tēporis fit sapiētior,de quo dixit deus : Inueni
Dauid filium Iesse,virum secundū cor meum. O præ-
clara pręconia,ô laudes excelsę, ô virtutum magnitu-
Ps.88.& Act.13. do.Dominator ei dicit:Inueni Dauid filium Iesse,virū
secundū cor meū . Iste, inquam, qui bestias superauit,
qui Goliath interfecit,qui leonem suffocauit, qui vr-
sum strangulauit , qui in iuuentute senior, adolescens
corpore,mēte grādæuus : qui in regali culmine vitam
monachi imitabatur.dicebat enim: Nō margaritis or-
nabo lectū meū, sed lachrymis per singulas noctes la-
Psal.6. uabo stratum meum. Nunc autē homines non solū in

A nocte,sed & in die dormiunt: ille autē in die procura-
bat palatiū,& nocte deo vacabat,vt si fortè aliquid cō
traxisset peccati,per noctes lachrymis expiaret : & tā-
quā in portu quieto degēs, familiarius colloqueretur
deo.Iste ergo talis ac tantus vir , spiritus gratiā habēs,
in iuuenili ętate senior,qui vsq; ad æthera cœli perue-
nit,vt desuper mereretur laudari,qui deuicit bella,qui
mille aduersum se machinas superauit , post sobrieta-
tē,post modestiā,post castitatē , cū obtinuisset regnū,
& gentes subiugasset,& pax vniuersa teneret,tunc ne-
gligentior & segnior factus est:vt addiscatis quantum
bonū sit tribulatio , quæ tanquā virtutū omnium ma- *Tribulatio virtutum mater.*
ter est.Interea dum hæc securitas esset , cōtigit vt me-
ridie deābularet in solario domus regiæ. Qui curioso *2.Reg.11.*
oculo eminus vidit mulierē lauātem se ex aduerso su-
per solario suo.Erat autē mulier pulchra valde:sed pul *Pulchritudo,dei donum.*
chritudo nō est in culpa, quia pulchritudo dei est do-
B num.Vidit,inquā,mulierem lauantē se, vxorē militis.
aperuit itaq; in vano oculos,& suscepit sagittæ ictum.
Audiāt curiosi,qui pulchritudines cōsiderant alienas,
audiāt qui ex spectaculis insaniūt theatralibus, qui ad *Theatralia spectacula quā periculosa.*
excusandas excusatioues in peccatis dicūt,Spectamus
quidem,sed nihil nocemur. Dauid talis ac tātus læsus
est,& tu te putas nō posse lædi?Ille nocitus est, qui tā-
tam habebat spiritus gratiam:&tibi quomodo crede-
re potero sine vulnere euasisse? Et ille quidē non vidit
meretricem,sed in solario domus suæ:tu autē in thea-
tro,vbi & locus condēnat animam sapientis.Ibi enim
non solùm vides res infaustas, sed etiam audis spurci-
loquia,& ex ipso incessu meretricis habitúq; molliris,
vbi & auditu & cantu diabolico lædūtur aures, & vn-
diq; percutitur mens tua,visus de eo quod vides,audi-
C tus de eo quod audis,& reliqui lædūtur sensus, dicēte
propheta : Mors intrauit per fenestras nostras . Quia *Hiere.9.*
oculi nostri tanquā fenestræ sunt animę.Et cùm tantę
sint corruptelæ,tanta pręcipitia, quomodo possum ti-
bi credere ꝙ à talib⁹ bestiis vulneratus nō sis? Nūquid
lapideus es,aut ferreus?Homo cōmunis naturę subdi-
tus infirmitati,igni colloqueris,& non ardebis ? Pone
lucernā in fœnum,si poteris dicere quoniā non exuri-
tur fœnum?Quod ergo fœnū est,hoc &nostra natura.
Vidit,inquit,eam lauantē se, & pulchrā nimis. Susce-
pit sagittæ ictum,diffusum est venenum. Misit ad eam
rex,cui illa resistere non valebat.At vbi uenit ad eum,
operatus est iniquitatē, impleuit concupiscentiā ma-
lam:iubet eā redire ad propriā domū. Hæc dico,& in
mediū profero vulneratū , vt omnes adstātes videatis
quomodo curatur. Nā & medicus cū putrefacta vul- *Simile.*
D nerat secat, habet adstantes sibi, vt videant quomodo
sanet ægritudines arte.Multò magis cum propheta &
rex secatur,cunctos oportet adstare,vt videamus quo-
modo putredinē malā euadere possimus , & ab into-
lerabilibus vermibus liberari.Pessima& iniqua imple-
ta est cōcupiscentia,peccatū consummatū est , & non
erat qui curaret.Concepit itaq; mulier,& rex putabat
virū eius posse latere . Nam etsi propheta erat, tamen *Prophetæ oculi, concupiscētia obcæcati.*
concupiscentia obcæcauerat eū.Prægnans ergo facta
mulier,vadit ad regē,& dicit ei:O rex,perij.Et ille ait:
Quid habes?Prægnās,inquit, sum. Peccati mei pullu-
lat fructus,accusatorē intrinsecus habeo,in vētre pro-
fero proditorē.Si venerit & viderit vir meus,quid di-
cam?quid loquar?quā excusationē prætendā?Videte,
& admiramini fratres,quātū mali sit delictis & pecca-
tis obnoxiū ferri.Rex militē timet,& formidat subdi-
tum.Imperator coronā capiti gestabat, & cōfusionis
opprobria

opprobria metuebat. Nónne tu imperator? nōne gla-
dij potestatem habes?Habeo,inquit,sed conscientiam
peccati mei timeo formidinis matrem. O ignominiæ
accusatrix . Peccatū quod putabam latere, manifestū
est.Timeo,formido,quoniam confudisti me, & reum
fecisti.Si venerit,inquit,vir meus, quid dicā ? quid lo-
quar?Inueniet me grauidā, & occidet me, accusatore
clamante.Naufragiū perpetratū perspicis iam charis-
sime,quale sit,& quantum mali peccatum. Quid ergo
rex?pudoris excogitato consilio,peccatis adiicit pec-
catum,& iniquitatē scelere vult celare,oportet enim
dilatare sermonem.In tempore nanque illo Ioab dux
exercitus Dauid in procinctu prælij aduersus populū
Ammonitarū à rege fuerat directus,cū quo etiā Vrias
perrexerat. Scripsit itaq; rex vt ad se veniret Vrias, &
disceret ordinationem belli:vt sub hac occasione cri-
minis celaret admissum. Venit Vrias de castris, & in-
trauit ad regē,interrogatúsq; de apparatu belli respō-
Vt ludit in antithetis. dit omnia prospera,& victoriam esse paratam . Audi-
uit rex,ꝙ miles vicerit,& dolet qui ipse sit victus . Mi-
les aduersarios subdidit,& rex à libidinis cōcupiscen-
tia superatur.Miles inimicū prostrauit, & rex à pecca-
to superatur.Miles victoriā annunciat,& rex prę con-
fusione sua peccatū timet cōfiteri . Vicimus,inquit,&
superauimus.Stupebat rex,& prę confusione peccati,
pugnæ victoriam non sentiebat , eo ꝙ ipse sit victus.
Vide itaq; clementiam dei , quomodo immutat con-
silia hominū,qui in malis suis celare cupiūt quod ad-
2.Reg.11. mittunt.Dicit militi:Vade in domū tuam, & laua pe-
des tuos , & requiesce paulisper , quia de via venisti.
Propter quā ob causam ô Dauid solicitus es,dic mihi?
Ille enim nesciebat ad domū suam pergere,aut lauare
de itinere nō consueuerat pedes? Ob hoc,inquit,ple-
num pietatis do consiliū,si potero quo pacto obūbra-
re sceleris magnitudinē, & vulneri superducere cica-
tricem,vt illius esse dicatur quod meum est.Sed inex-
tinguibilis oculus non concessit,parcens ei qui fuerat
vulnerat⁹.Quid ergo miles ad ista? Quomodo,inquit,
possum,cū arca testamenti , & vniuersus exercitus su-
per faciē terræ maneat , vt ego ingrediar domū meā,
& comedā,& bibam,& dormiā cum vxore mea ? Per
salutem tuā non faciam rem hanc,vt ego in deliciis,&
alij in pugna.Hæc nesciens dicebat miles , opprobriū
afferēs regi,qui voluerat eum sub dolo illicere suasu,
vt posset suum obtegere vulnus . Quoniā igitur celare
non potuit adulteriū,copulat homicidiū,& excogita-
to consilio facit epistolā , & remittit eū ad ducē exer-
2.Reg.11. citus,cōtinentem hunc sensum: Pone , inquit, Vriam
ex aduerso belli,vbi fortissimū pręliū est.Dic mihi ob
quā causam? scilicet vt interficiatur. Et signatā episto-
lam tradidit militi.O infœlicitas peccati, gladiū ad-
uersum se nesciens portabat , qui iniustitiā fuerat pas-
sus,& epistolā ferebat sanguine plenā , sicq; perrexit.
Oportet enim succidere ea quæ sunt peccati . Stetit
igitur in pugna,occisus est,cecidit.Ecce duo peccata
γνώμη. homicidiū,& adulteriū.Homicidiū, adulterij fructus
efficitur:& mala cogitatio sceleris,crimen est. Hęc di-
co propter peccatores,qui sibi multùm sunt malorum
conscij,vt audientes de sua non desperent salute.Scri-
Exod.20. et Deut.5. ptum est enim:Non mœchaberis, non homicidiū fe-
ceris.Duo igitur hæc prima mandata transgressus est,
homicidiū adulterio copulauit.Grādε vulnus pessima
plaga. Quoniam ergo Vrias in bello occubuit, statim
exultauit peccatū. Tunc iam perrexit ad eum Nathan
propheta.Cōsummatū est peccatū , completa est ini-

A quitas, ablatus est è medio qui iniustitiā fuerat passus.
Venit igitur ad eū Nathā propheta.Propheta ad pro-
phetam venit.Quam ob causam venit? certè & Dauid *Quæstio.*
propheta erat.Quomodo ergo seipsum curare nō po-
tuit?Sicut enim medici quando ægrotant, aliorū me- *λύσις per simile.*
dicorum auxilio indigent, & infirmitas obliuioni dat
artem:sic & in hoc propheta.Ille propheta,& iste:sed
ille sanus,iste autē graui vulnere sauciatus . Dicunt ei,
Adest Nathā propheta. Iubet vt ingrediatur.Ingredi-
tur ergo propheta : conspicit regē sedentē in solio suo
amictū purpura,&caput lapide precioso ornatū,hinc
inde vallatū præsidio militū, cum magna gloria exul-
tantem.Dicit ad regem:Sermo mihi ad te ô rex.O sa-
pientia medici.Intrauit portans gladiū, vt secaret vul- *μεταφορά.*
nus,sed infirmāti non ostendit,ne abhorreret medici-
nam.Abscōdit deintus ferrū,non sub vestimento , sed
B sub velamine narrationis.Statim enim vt intrauit,non
dixit,O inique,ô immūde,ô adulter,ô homicida,non
vsus est nuda coargutione,non causæ iactauit fiduciā,
sed erat ferrū abscōditum. Quid igitur dicit? Causam
habeo.Cui ait rex:Edicito causam tuam.Duo, inquit,
viri erāt in ciuitate vna,vnus diues,& alter pauper: di-
ues habebat oues & boues plurimos valde,pauper au-
tē nihil habebat omnino pręter ouē vnā paruulā, quā
emerat,& nutrierat,& quę creuerat apud eum cum fi-
liis eius,simul de pane illius comedēs,& de calice eius
bibens , & in sinu illius dormiens: erátq; illi sicut filia.
Cum autē peregrinus quidā venisset ad diuitem, par-
cens ille sumere de ouibus & de bobus suis,vt exhibe-
ret conuiuium , pauperis ouem tulit,& præparauit ci-
bum illi peregrino . Duos homines , Vriam & Dauid
addisce personas.In veritate pauperculi ouem,mulie-
C rē dicit,hoc est,vxorē eius,quę adulterata est, quæ de
mensa eius vescebatur,& de calice eius potabat , &in
gremio eius cubabat.Cōsidera pauperē incētiua pie- *Pietas maior apud pauperes est.*
tatis habere fulcimina, in diuitibus autem multam su-
perbiā: apud pauperes vxor & ancilla & ministra est:
& procreat filios, & ipsa mater & nutrix est. Apud di-
uites autē non est ita,sed cū generauerit filium, statim
eum tradit foris,&pietatis insignia abscindit superbia.
Erubescit fieri nutrix,quę facta est mater.Christ⁹ autē
non ita.Ipse nutritor est noster , ideo & pro cibo pro-
pria nos carne pascit, & pro potu suum sanguinē no-
bis propinauit.Ouis ergo in gremio eius cubabat.Au-
xit parabolam narratione pietatis.Venit ergo peregri-
nus homo ad regē illū. Quis itaq; est peregrinus?Cō- *Peregrin⁹ Dauidis, eius cōcupiscentia.*
cupiscentia videlicet . Vt ergo illius ostēderet castita-
tem,peregrinū concupiscentiā nominauit. Nunquam
D alienas nuptias dissipauit, neq; iniquis conspexit ocu-
lis,sed percussus in illa muliere perdidit castitatē, quia
paululum se remissiorem reddiderat securitate pacis.
Venit peregrinus,inqua & agrestis cōcupiscentia , ad
illum diuitem venit.& ille nō accepit de gregibus aut
armentis suis,vt peregrino pararet epulas,sed misit &
rapuit ouem pauperis,quę in sinu eius cubitabat,& de
mēsa eius edebat. Cum hæc ergo audisset rex Dauid,
iratus est valde aduersus hominē illum,& dixit ad Na
than:Viuit dominus,quoniam filius mortis est vir qui
fecit hoc.Ouem reddet in quadruplum,& ipse gladio
punietur.O iudicis superfluentem iustitiam.Nō enim
erat illa amoris & vmbra suspicionis , vt iustè non di-
ceret.Iubet quidem in quadruplum secundum legem
restitui.Lex enim præcepit furantem quadruplici re- *Exod. 1.*
stitutione vinciri: iste autem & legem est prætergres- *& 22.*
sus:iubet quippe & ipsum interimi,& in quadruplum

Universidad de Deusto
Biblioteca

obnoxium detineri, promisit itaq; sententiã & iudiciũ climatum. Cũ hoc dixisset propheta, iactat omnẽ vmbram imaginis, & in mediũ profert gladiũ, & cum fiducia dicit: Tu es rex qui hoc opus fecisti. O sectura, non gladio secans sensum doloris, sed in compendio accusationis! Cum enim oportuit, occultauit narrationem, cùm verò tempus inuenit, statim percussit & abscidit sine grãdi plaga vulnus, sed hoc solummodo dicens: Tu es rex. At ille velociter rediens ad conscientiam, tanquam fidelis & idoneus seruus, culpam simpliciter confitetur, & dixit: Peccaui domino. Vides & in dolore ingenuitatem animi? Nec dixit ad eũ, O ille tu cur non consideras fragilitatem humanam? cur nõ temetipsum carnalem intelligis? an nescis me in culmine constitutum esse regali? cur mihi audacter impegisti crimen? sed quid dicit? Peccaui domino, statimq; propheta: Dominus quoq; transtulit peccatum tuum, non morieris. O arguta pœnitentia, ô velox indulgẽtia. Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, vt iustificeris. *Esa.43.* Per opera quidem exacerbasti, sed fideli confessione pœnituisti. Hæc dico, vt audiant peccatores, & qui in multis deliquerũt, ne desperent medicinam domini: *2.Reg.12.* tantum fideliter, & non subdolè pœniteant. Peccaui, inquit, domino. & ille ait: Dominus quoq; transtulit peccatum tuũ, non morieris. Tu quidẽ dixisti: * Reum gladio interemi: ego autẽ dico, Non morieris. Vidisti quomodo deus prophetæ causam exoluit? Dic tu, inquit, prior iniquitates tuas, vt iustificeris. Psalmus ergo Dauid, quãdo venit ad eũ Nathã propheta. Hîc ostẽditur cõfessio fidelissimi famuli eius, bonitas & indulgentia clementissimi dei. Didicimus igitur quomodo sit curatus, & qualẽ susceperit medicinã. Quãdo autẽ dominus iustificat, quis est qui cõdemnet? Non enim dixit Nathan, Quia ego cõcedo, sed dominus, inquit, trãstulit peccatum tuum. Secuit vulnus, sanies egressa est, curata est plaga. Et post hæc verba abiit ꝓpheta in domũ suam. Hæc autẽ omnia egit Nathan, vt ostẽderet huius viri benignitatẽ, & mentis eius correptionẽ: qualẽ acceperit indulgentiã peccatorum, qualem cõsecutus sit veniã delictorũ, & erga dei fidelem famulum largã clemẽtiam. Non solum autẽ post pœnitentiam palã edicit vulnera sua, sed in postremũ vniuersę nationi eadẽ manifestat. Et psalmum scripsit, vt non rẽmissiores post pœnitentiã efficiantur homines, & vt sciant quantã fabulã concupiscẽtiæ habeat tragœdia. Subintrãte enim pœnitẽtia, venit & fiducia. Quia ego saluatus sum, inquit, quare non & alij me narrante saluẽtur? Deus mihi cõcessit, propterea scribo, vt & vulnus & medicamẽta vniuersi cognoscãt. Nõ timeo cõfusionẽ, quia meã salutẽ desidero. Sic & Paulus fecit, cõcessa sibi peccata publicat, dicẽs: Gratias ago deo, qui me cõfortauit in Christo: quia fidelẽ me existimauit, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed nũc fidelem me fecit. Propterea, inquit, memetipsum publico, vt siquis est blasphemus, & iniurioſus, & multis obnoxius malis, nõ desperet salutẽ: tantũ est, vt recedat à malis, & faciat bona, & habebit *Ezec.18.* spẽ salutis. Quia nolo mortẽ peccatoris, dicit dñs: tãtũ vt cõuertatur, & viuat. Et tu ô Dauid quoniã mœchatus es, & homicidiũ perpetrasti, ideo pœnituisti, & remissionẽ à deo meruisti. Propterea temetipsum publicas, vt siquis est mœchus, & homicida, discat quoniã si conuersus pœnituerit, potest ad salutẽ venire. Ideo vtraq; ante oculos posuit, & peccatũ, & pœnitentiã: & salutẽ, vt eligamus salutẽ. Hoc est, Ergo putas solũmodo q; quæritur vt omnibus notũ faceret peccatum, & curationẽ suã? Non. Sed quid aliud? Ego dicam. Sicut *Nóyuce.* enim audistis, quia pœnitentia multã & magnã habet remissionem, & grandẽ nobis prouidet apud deum fiduciam: sic & illud necesse est vos audire, quia nõ solũ pœnitentiã putat sibi sufficere, sed formidat & tremit, ne in talia deinceps incidat mala. Volo ergo ostẽdere, quia psalmus nõ tantũ peccatorem demonstrat, sed & pœnitẽtẽ. Et hoc charitati vestræ dico, vt nemo sibi post pœnitentiam applaudat, & quasi securus remissius viuat, sed magis cautius agat, vt salutẽ suam in portu tranquillitatis cõstituat. Volo ergo ostẽdere eũ quoniam sanatus est, & melior seipso factus, & potentior & fortior. Sed forsitã dicis: Quomodo denuo desiderãs inuenitur, & iterũ pugna, iterũ peccatum? Sed quemadmodũ emendauerit, & desiderium suum deo obtulerit exponam. Contigit quodam in tempore ab *2.Reg.23.* Allophylis obsideri Bethlehem, cum castra posuissent in valle gigantũ. Quod cum audisset Dauid, contraxit exercitum suũ, & veniebat cõtra eos in diebus messis. Desiderauit autẽ Dauid, & ait: Quis mihi daret potũ aquę de cisterna quæ est in Bethlehẽ iuxta portam? Irruperunt ergo tres viri fortes de comitibus eius cõtra Philistæos, qui vallauerãt vrbem, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem quæ erat iuxta portã, & attulerunt ad Dauid. Et ille noluit bibere, sed libauit eã domino, dicens: Propitius mihi sit dominus, ne faciam hoc. Num sanguinem istorum hominum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. Iterum pugna cogitationum, iterum disceptatio: sed illa quidem cõcupiscentia lege prohibebatur, hęc verò in tempore æstus sitiẽti necessaria & debita erat. Et cũ fortissimi viri conciti perrexissent, & in periculo animarum suarũ exhibuissent aquã cupitam, quomodo transeuntes aduersariorum multitudinem? Allata ergo aqua intellexit rex quid fecerit, quia in pũgna validissima sitim suam nõ valuit cõtinere. Ideóq; vicit desiderium suũ, quod sciuit cum alieno periculo adimpletum. Allatam accipiẽs aquam bibere noluit, sed semetipsum reprehendit, & domino eam libauit, non enim aqua erat, sed sanguis. Non natura sanguinis *Nõpe sanguine pe-* in causa erat, sed desiderium, & volũtas sua. Vides iam *riculo em-* quomodo castigatus de priori concupiscentia, post- *ptæ.* modum cautior est factus: & qui corpus adamauerat, & ruerat, aquam desideratam & necessariam, & sitiẽs bibere noluit, & victor sui factus est. Hæc loquor propter eos qui fornicati sunt. Concupisti forsitan meretricem, & peccasti. Facere quidem non debueras. Sed si cupis agere pœnitẽtiam, quod maximè debes, quia & damnum seculi sentis, & animæ detrimentum: nec adiicias peccatum super peccatum. Et forsitan dicis: Quomodo me abstinere possum? Dabo tibi consiliũ. Vxorem habes, licita vtere voluptate. Si non habes, *Vxoris* expedit nubere, quàm fornicari. Sed non possum, in- *usus.* quis, me continere. Hoc pusillanimitatis est, & negligentiæ tuæ, qui dei præcepta contemnere malles, q̃ facere. Quòd si ostendero tibi alium nec vxorem habentem, nec fornicantem, sed sobrium & pudicum: quam habebis excusationem? Et ille quidẽ in pelago huius seculi nullo quassatur naufragio: & tu in portu constitutus ad naufragiũ deuergeris? Habes vxorem, fornicaris? magis autem mœcharis? Et quomodo, in- *Concupi-* quit, possum incẽtiuas vincere passiones? Fruere vxo- *scentiæ re-* re, quia præcepit beatissimus Paulus, dicens: Propter *medium.* *1.Cor.7.* fornicationẽ autem vnusquisq; vxorẽ suam habeat, & vnaquæq;

vnaquæq; virum suum habeat. Mulier sui corporis po- A testatem non habet, sed vir. Similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Si ergo allicuerit te meretricis aspectus & sermo, reuolue intra teipsum huius præcepti sententiam, & dicito, Quoniam vir sui corporis potestatẽ nõ habet. Verbum hoc scribe in facie tua, & dicito meretrici: Quid me vocas? Non est *Et simili* meũ corpus, sed vxoris meę, nec audeo prodere. Alie- *argumen-* nam dotem eius non poteris mutare, neque facultates *tum.* eius impendere: & quomodo audebis corpus eius fœda polluere macula? Dicito ei, debitum hoc vxoris, nõ tuum. Dicito ei, timeo Christum, quoniã membra hęc de corpore sunt Christi. Audiãt ergo & mulieres, & timeant, & intelligant vbi hoc mandauerit Christus, & dicant: Quoniam mulier sui corporis nõ habet potestatẽ, sed maritus. Scio multas mulieres per bonã conuersationẽ lucratas esse viros suos, & castitatis exem- B plo prouocasse ad pudicitiã, & prudenti cõsensu non reliquisse viros suos. Quòd si tu abstines sine illius voluntate, tribuis illi fornicandi licentiam, & peccatũ illius tuæ imputabitur abstinẽtiæ. Quid melius est, vt tu *1.Cor.6.* illi debitũ reddas, aut illa quod tibi debet, alibi perdat? Cõcessio tua nõ est inhibita, illius verò prohibita: corpus enim vnum estis. Cum alieno autem si dormierit, perdidit mẽbra tua. Cõsiderate fratres beatissimi Pauli pietatem: qui tanquã beatissimus medicus ingressus cubiculum & quasi residẽs dat salubre consiliũ sciens *Ibidem.7.* fragilitatem humanam, & dicit: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex cõsensu ad tẽpus. Propterea, inquit, accepisti vxorẽ, & tu accepisti maritũ, vt inuicem cõsentiatis, & pari cõsilio quod meli' est, eligatis. Vis abstinere? Summũ est quod cogitas. Noli inuidere viro tuo: persuade illi, vt habeas duas coronas, vt nõ conti- C nentia & castitas, virginũ sobrietas, & luxuria habeant contentionẽ. Si enim tu abstines, ille verò inflãmatur libidine corporis, recordare Pauli sententiam, dicẽtis: *1.Cor.7.* Ne fornicemur. Statim turbatur: & tãquã inter duos *& 10.* scopulos positus, naufragium sustinet nauis, cui portus *Ibidem.7.* clauditur. Nolite ergo fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tẽpus. Etenim vbi pax est, ibi omnia prosperabũtur. Vbi sobrietas lucet, ibi vnanimitatis abstinentia coronatur. Vbi autẽ intemperãtia dominatur, ibi pugna & cõtentiones nõ deerũt. Nolite ergo fraudare inuicem nisi ex cõsensu. Beatissimus Paulus tanquam bonus dispensator, quippe qui vniuersum orbẽ *2.Cor.11.* cupit despondere Christo, castitatis insignia prębens, *Hebr.13.* propterea nõ erubescit dicere: honorabiles nuptiæ, & *Ioan.2.* cubile immaculatũ, quib' etiã ipse dominus interfuit, & pietatis suæ largitus munera, aquã cõmutans in vi- D num, figuraliter ostendebat, vt intercessu virginitatis nuptię, quę quasi generales & licitæ sunt, nutu dei palmam abstinẽtiæ mererẽtur. Curre ergo quantũ potes: si lassatus fueris, ad portũ reuoca pedẽ, dicente Paulo: *1.Cor.7.* Et iterũ in idipsum reuertimini, ne tentet vos satanas *Castitatis* propter incontinentiã vestram. Castitas enim sine co- *comites.* mitibus suis, ieiunio videlicet & temperantia, citò las- *Castitas* fescit: ꝙ si his quasi adminiculis roborata fuerit, per- *virginita-* facilè coronabitur. Tria enim sunt hæc, virginitas, nu- *tis, nuptia* ptię, fornicatio, nuptię medię, fornicatio deorsum, vir- *tis, & for-* ginitas sursum. Virginitas nanq; coronã habet, nuptiæ *nicationis* laudem mediocrẽ, fornicatio pœnam atq; iudicium. Vide ergo si abstinere vis, cũ cõsilio facito, & sic arripe iter, cõsiderãs corpus tuum, quia summã rem desideras. tãquam bonũ pædagogũ adhibe tibi ieiunium, & temperantiã, & perges fiducialiter, quò desiderasti. Nã & cũ quis natare disponit, prius cõsiderat & deliberat, vt exuperare possit natando, qđ cœpit. Sic & tu, bonũ est quod habes: sed si meliorẽ patrẽ habere cupis, sapiẽter & cõsultè arripe consiliatorẽ: habes Paulũ dicentẽ: Et qui habent vxores, sic sint tanquã non ha- *1.Cor.7.* bentes: vt per abstinentiã, & bonã conuersationem in hoc seculo cõscientiam purã habentes, coronari in futuro mereamur, per Christum dominũ nostrum, cum quo est deo patri cum spiritu sancto, honor, gloria, & potestas per immortalia secula seculorum, Amen.

HOMILIA SECVNDA IN psalmum quinquagesimum.

RElIquias hesternæ mensę hodie vobis reddere volo. Sed reliquias & mensam cum audis charissime, nihil palpabile arbitreris, aut crassum. Nõ enim carnẽ conscindimus, sed verbũ dei vestrę insinuamus mẽti. Ex mensa enim corporali si vna vel secũda die caro cocta mãserit, caro deperit, & corrumpitur: In proloquẽda autem sapientia aliter est. Si integrum permanserit annũ, suauitatẽ suam longè latéq; diffundit. Remãsit caro, & post paululũ perputrescit: remãsit sapiẽtia, & suauior redditur. Comedit quis carnem, sentiet corruptelam: comedit sapiẽtiam, eructat verbũ bonum, & proximum suum replet dulcedine. Ideo ꝓpheta quia tales escas edebat, fiducialiter dicebat: Eructauit cor meũ verbũ bonum. Commouen- *Psal.44.* tur iterũ vndæ, sed mens cõstantior fit: agitantur corpora, sed auris dura & intrepida fit. Et cũ omni intentione audiamus quę dicũtur. Vidistis hesterna die charissimi prophetã loquentem, & Dauid regem cadẽtẽ, surgentem, vincentẽ, coronatũ, & publicatum. Vidistis peccatũ insurrexisse, & per imprudentiã corruisse: *Peccatum,* & tanquã feram quandã peccatũ insiliens & allidens, *fera im-* sed ingressam pœnitẽtiã releuantẽ & exaltatã meden- *manis.* do vulneri spe salutis. Vidistis prophetam arguentem: *2.Reg.12.* Vidistis & regẽ philosophicè portantẽ. Vidistis secantem medicum, sanié vulneris defluentẽ. Vidistis pœnitentẽ, & mortuũ viuificantẽ. Audistis dicentẽ regẽ, Peccaui domino: & prophetã respõdendẽ: Dominus transtulit peccatũ tuum. Velox cõfessio, velocior medicina. Facto peccauit, verbo pœnituit. Annuit deus, correctio facta est. Vulnus apparuit, & sanitas rediit: sed nõ fuit his propheta cõtentus. Nã post correptionem, post pœnitentiã, post emendationẽ, post peccatorum ablutionem, psalmũ hunc cõscripsit, ita vt etiã posterę generationi fiat illius passio medicina, & illius naufragiũ sit aliis portus: & quibus ille vulneratus est, & emendauit, aliis in eadem incidentibus ipsa possint esse medicina & emendatio. Sed nunc videamus quid dicit psalmus, & cum syncero affectu audiamus. *Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Quid amplius quæris? O Dauid perseuera gratias agens, indefinẽter glorifica, quia ablatum est peccatum tuum. Sed volo, inquit, & cicatricem extenuare. Ablatum est vulnus, volo & pulchritudinem recipere. Ideo dicit: *Miserere mei deus.* Ad misericordiam, *Misericor-* inquit, confugio, ad communem peccantium portũ: *dia cõmu-* nec enim confido operibus meis, siquid fortè boni fe- *nis peccan-* ci: miserere mei deus, quia misericordia tua inæstima- *tium por-* bilis est, omnẽ excedens sermonem, ininterpretabilis, *tus.* peccatorum consolatio, iustorum cautela. Non enim solummodo peccatores saluantur, sed & iusti misericordia circundantur. Audi deniq; quid Petro dixerit Christus columnæ & fundamento fidei, qui ob robur

Universidad de Deusto Biblioteca

Petrus cur dict⁹. *Matt. 16.* *Luc. 22.* confessionis vocatus est Petrus, dicēte domino: Tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiā meam. Et iterū, Simon, inquit, quoties voluit satanas cribrare vos sicut triticū, & ego rogaui ꝓ te, ne deficeret fides tua. Vides quoniā & iusti misericordia indigent, vt ex peccatoribus iusti fiant, & iustificati iusti maneant. Nā *1. Tim. 1.* & beatus Paulus per misericordiā talis est factus. Gratias, inquit, ago ei qui me cōfortauit, Christo, qui fidelem me habuit, constituens in ministerio, qui prius fui blasphemus, & persecutor, & cōtumeliosus. Quomodo ergo saluatus es ô beatissime Paule? Sed propter *Ibidem.* hoc, inquit, misericordiā consecutus sum. Vides & iustum per misericordiā saluatū? Prius quippe ecclesiam domini persequebatur, & Christianos in carcerē detrudebat, & tāquam singularis fera vineā domini deuastabat. Prophetas legerat, & prophetatū ignorabat. Paterna lege doctus, datorē legis nesciebat. Quomo- *Act. 8.* do ergo misericordiā cōsecutus est? Saule Saule, quid me persequeris? O ineffabilis misericordia dei quousque descendit. Quid me persequeris? Patrē, inquit, suū *Mich. 6.* imitatur. Nam & ille populo Hebræorū dicebat: Popule meus quid feci tibi aut quid molestus fui, aut in quo contristaui te? responde mihi. Et filius eius Saulo dicit: Saule Saule, quid me persequeris? Quid ergo il- *Pauli conuersio.* le? Quis es domine? Illico dominationem confitetur. Vidisti animæ generositatē, vidisti humilitatē famuli dicētis: Quis es domine? Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. O ineffabilis sapientia domini. Quare non dixit: Ego sum filius dei? Ego sum in principio verbum? Ego sum qui in dextera patris sedeo? Ego sum qui in forma dei consisto? Ego sum qui cœlum extendi? Ego sum qui terram super aquas fundaui? Ego sum qui mare diffudi? Ego sum qui vbique præsens sum, & omnia repleo? Ego sum qui semper sum, & natus sum? Quare non dixit magna illa & admiranda præconia? Sed quid ait illa benigna pietas, & ineffabilis clemētia? Ego sum Iesus Nazarenus, de inferiori loco, de parua ciuitatula. Cur autem semetipsum de humiliori nominauit loco? Nesciebat enim eū persecutor. Si enim scisset, non vtique persequeretur. Ignorabat quoniā de spiritu sancto natus est. Nam ꝙ de Nazareth erat, non ignorabat. Si ergo dixisset ei, quoniā filius dei sum ego, & in principio verbum, qui cœlum feci, & astra ornaui, haberet dicere: Alter est ille, & alter is quē ego persequor. Intellexistis charissimi quæ diximus: Si dixisset illi magna illa & excelsa mysteria, habuit dicere: Non est iste qui crucifixus est. Et ideo dixit, vt sciret quia ipse esset quē persequebatur, qui carnē induit, qui figuram serui suscepit, qui cū eodem conuersatus est, qui passus est, qui mortuus, & sepultus. De inferiori loco semetipsum nominat, dicens: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris, quem nosti, quē scis, qui tecū est cōuersatus. Propterea statim dominū est confessus, quia de cœlis vocantem audiuit. Tantū quippe descendit dominus, quantùm seruus ascendere poterat. Propter hoc & misericordiam cōsecutus sum, inquit: Ideo & Dauid: Miserere mei deus secūdum magnā misericordiam tuam, Et secūdum multitudinem miserationū tuārum dele iniquitatem meā. Nam & Chananæa illa ad istum cōfugit portū: Miserere, ait, mei: filia mea malè à dæmo- *Misericordiæ fructus.* nio vexatur. Vbi misericordia flagitatur, interrogatio cessat. Vbi misericordia postulatur, iudicium nō sequit. Vbi misericordia petitur, pœnę locus nō est. Vbi misericordia, quæstio nulla. Vbi misericordia, condonata

A responsio est. Miserere mei solummodo volo: vt quid à me expetis quæstionem? Dixi semel ꝙ misericordiā inęstimabilem quæro. Miserere mei deus secundum magnā misericordiam tuam. Dixisti magnam, edicito quantā. Quanta sit, nescio: ꝙ grandis est noui. Quantū autem, non valeo apprehendere, nescio magnitudinis quantitatē, non cōprehenditur verbo. Video nanque fructū misericordiæ grandē. Nisi enim in immensum extenderetur, admodū pauci saluarentur. Hanc misericordiā filius eius ostendit. Veniens enim misericordia sua saluauit cunctos. Miserere mei deus. O portus *Misericordia portus.* omni tempestate carens, ô portus omni tranquillitate plenus. Grande barathrū peccatorū meorū, sed multa domini mei humanitatis cautela: factus est homo, ecce misericordia magna. In vtero virginali cōceptus est quod eras tu, vt tu quod nō eras, esse posses. Hoc mi-

B sericordiæ ineffabilis magnitudo. Dū esset paruulus, ab extremis finibus vocauit Magos, post illos publicanum, post hunc meretricē, post illam, latronē, post istū vocauit blasphemū. O noua vocationis principia. Do- *Mūdi status ante Christi aduentum.* minabātur dæmones, malè orbis gubernabātur negocia, præualuerūt peccata, impietas omnes possidebat, alij dæmonibus libabant, alij creaturas pro deo venerabantur, alij immūditiæ & omni spurcitiæ seruiebāt, & ipsi qui legē acceperāt, per pręuaricationē legis deū contēnebant. O grādis misericordia domini. Cū omnis mūdus cōclusus in peccatis esset, venit creator vniuersitatis, & principia peccantiū euacuauit, vt nullus postmodū desperaret de sua salute. Si impius es, cogi- *Peccatoris consolatio.* ta publicanū: si immundus es, attende meretricē: si homicida es, perspice latronem: si iniquus es, cogita blasphemū. Cōsidera Paulū apostolū, prius persecutorē, *Pauli metamorphosis.*

C postea annunciatorē: prius peruasorē, postea dispensatorē: ante hoc zizania, post hoc frumentū: antea lupum, pstea pastorē: antea plumbū, postmodū aurum: antea piratā, postea gubernatorem: antea dispersorem ouium, postea dispensatorē Ecclesiæ: primò euellentē vineam, postea plantantē: prius dissipantem, & postea ædificantem. Vidisti multimodam malitiam: sed perspice ineffabilem misericordiam. Vidisti superbiam seruuli: considera beneuolentiam domini. Nolo mihi dicas, blasphemus sum: nolo dicas, persecutor sum, immundus sum. Habes omnium ostēsiones, in quem volueris portum confugito. Vis in nouo, vis in veteri? In veteri Dauid, in nouo Paulus. Nolo excusationes mihi afferas, nolo mihi ignauiam tuam prætendas. Peccasti, pœnitere. Millies peccasti, millies pœnitere. Hęc assiduè infundo medicamēta, & timorem intercipio.

D Noui enim multum conscientiæ cruciatum, scio quāta est desperatio. Stat diabolus gladium acuens, & di- *Desperationis consilia diabolica.* cens in hac verba: Omnem iuuentutem tuam confudisti: omnem vitā tuam perdidisti. Antè eras in theatro cum amicis, in circo cum sodalibus, in lupanari cum meretricibus, Deinde rapuisti, auaritiæ studuisti, periurasti, blasphemasti: quæ iam tibi salutis spes est? Peristi, peristi, fruere ergo iam vel præsentis vitæ voluptatibus, ducito in lætitia cor tuum. Hæc diaboli verba sunt, ista inimici consilia: sed mea contraria sunt verba. Si lapsus es, poteris surgere: peristi, sed po- *Peccatoris erectio.* teris saluari: fornicatus es, sed poteris continere: mœchatus es, sed poteris liberari: ad spectacula ꝓruebas, sed poteris reuocare pedem: cum aliis hominibus versabaris, poteris recedere, & cū bonis esse. In vtranuis *Liberum arbitrium.* partem liberū habes arbitrium, tātum vel parua incipiat esse conuersio, paululum pœnitere. Fundant oculi

lachrymam,

lachrymam, redi ad conscientiam tuā, considera temetipsum, ꝓpone ante oculos iudicij diē, & paradisi delicias, quę pręparantur sanctis. Occidisti, sed pœnitere: mœchatus es, sed cōfitere: cecidisti, sed resurge: vulneratus es, adhibe tibi curā, dū viuis, dū spiras, etiā in ipso lecto positus, etiā, si dici potest, animā efflans, vt iam de hoc mundo exeas, de hac cōpede libereris. *Pœnitētia nouissimi diei.* Pœnitere, non impeditur temporis angustia misericordia dei. Quomodo, inquit, & qualiter? Vlceribus plenus sum, vulneribus refertus. Mille criminibus obnoxius, nō possum in nouissimo pœnitere die. Potes, & valde potes charissime, in exitu tuo cogita deum, in testamēto relinque pauperibus. Tu illuc vadis, & opera tua manent. Nolo mihi dicas: Vnde nosse potero si qualemcūque veniā habeo? Vbi misericordia dei imploratur, quæstio nō expetitur. Quando ille curat, nolo diffidas. Tantùm nos vel paululū cōuertamur. Stat

B medicus secans, & innumeras adhibens curationes. & nō interrogas quomodo curaris, sed cōcedis arti: seruo concedis, & deo misericordiæ nǫ concedis? Noli dicere quomodo sed magis admirare, & glorifica. Nā & ego te interrogabo, quomodo latro saluat⁹ est? quippe qui omnē vitam suam cruentā habuit homicidiis, persecutionibus, direptionib⁹, mille obrutus malis, & non pœnituit dum adhuc esset in terra, ab hominibus quidē pro scelere suo condemnatur: à deo autem per bonā confessionē coronatur. Vnius diei vitæ spatium nō erat. Dñs in cruce clauis affixus pēdebat: iamiámque moriturus: nō desperauit salutē suā, & certè socio eius renitente. Sed hic confessus est dominū, pœnitēs facti sui, & paradisi ianuam meruit aperire. O latronis admiranda fides, in cruce positus vim fecit, & intrauit regna cœlorū. Sed quemadmodū, inquit, saluatus

C *Luc. 23.* est, discere cupio. Audi verba latronis: Memento, inquit, mei domine, cum veneris in regnū tuum. Et tantum præualuit sermo, præualuit confessio, adiuuante misericordia dei. Et quia ex animo pœnituit, & confessus est deum esse Christū, paradisi meruit esse colonus. *Quomodo deus misereatur quærendū nō magis est, nec quomodo deus est.* Si me interrogas quomodo? nescio quomodo, nec à me expetas qualitatē. Saluari solūmodo cupio, nō requiro curationis vmbrā: liberari cupio de ægritudine, nō interrogo medicinæ rationē. Si potes dicere quomodo deus est, nosse poteris & quēadmodū miseret. Interrogabo te & ego, dicito mihi: Quomodo adulteri? quomodo molles? quomodo masculorū cōcubitores? quomodo fures claustra carcerishabitātes? Mille accusationes, inimici amarissimi, potestas iudiciaria imminens, parati carnifices: & ad nutū re-

D gis dimittūtur. Rex homo est mei similis, & meus cōseruus. Quid eī, si purpura circūdatur? Sed nihil mea substantia amplius habet. Vna natura, par cōditio. Sic ingredimur mundū, pariter egredimur è mūdo, ipso spiritu sustentamur: & ad nutū eius, & paruis apicibus puniendi soluūtur. Si hoc facit homo moriturus, quāto magis deus angelorū, & archangelorū dominu? Si solūmodo inuenerit, saluare non poterit? Et rex quidem si miserit è carcere, pœnam dabit, non peccata: Deus autē peccata dimittit. Si dixerit adultero: Iā nolo vt adulter sis, verba statim vertūtur in opera. Si dixerit fornicatori: Fornicari desine, cessa ab immunditia tua, illico mens eius in melius mutatur. Et vt scias *Gen. 1.* quia ita est, dixit: Fiat cœlum, & factum est cœlū. Pręcepit fieri terram, & verbū eius in opera cessit. Volo fieri luminaria, statim facta sunt, & astris completū est cœlū. Sol & luna præcepto eius cōsummant cursum

A suum. Volo fieri angelos, & in puncto horæ tanta milia facta sunt. Et qui ex nihilo hæc omnia fecit, si vult, sermone suo tua peccata nō valet soluere, & post pœnitentiā in angelicū constituere gradum? Quid enim *Peccatū ad dei misericordiā, tela aranea.* est peccatum ad domini misericordiā? Tela araneæ, quæ vento flante nusquam cōparet. Si deus voluerit, nullus impediet. Hęc dico, non vt negligentiores vos faciam charissimi, sed vt ad fidem vos salutaris expectationis adducam. Nunquā desperetis de vobis, sed de dei misericordia cōfidite. Desperate poti⁹ de illo, *Desperandus qui sit.* qui de se desperauerit, qui reuocare pedem non vult, qui dei præcepta contemnit & despicit, & non se cogitat esse moriturū. Considera nunc ergo charissime prophetam iustū post gratiā spiritus sancti, & post tātam ad deū fiduciā, post multitudinem virtutum, post tantos triumphos publicantem semetipsum, & dicē-

B tem: *Miserere mei deus secūdum magnam misericordiam tuā.* In immensum misericordię pelagus memetipsum extendi ad dñi misericordiā. Quid amplius quæris? O Dauid audi prophetā Nathan dicentē: Dominus di- *2. Reg. 12.* misit peccatū tuū. Nō quæro solùm peccata dimitti mihi, sed & decorem meū pristinū quæro. *Et secundū multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meā.* Vide quid quærat. Dele, inquit, & amplius laua me. Plus aliquid quæro maiorē honorē, maiorē gloriam. *Amplius laua me ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me.* Quid ego dignū fecisti vt hoc tibi fiat? Attende diligentius verba, & temetipsum appende misericordiæ dei. Inæstimabilis est, sine fine est, quæ cōprehendi non potest, superās omnem sensum, omnem cogitationem. Sed quia talis est misericordia domini, tamen ne ho- *Saluti nostræ nos etiam aliquid inferre debemus.* mines misericordiā consecuti remissiores fierēt, quæ-

C rit quiddam à nobis deus. Miseretur quidem, sed non passim miseretur. Prouocat nos, & dicit, Da & tu aliquid: vtputa mille scelera perpetrasti, habes onera delictorum, volo alleuiare pondus tuum, da & tu manum tuam. Non quia ego tui egeo, sed quia volo & te aliquid conferre ad tuam vtilitatem. Quomodo ergo latro saluatus est, & tanta soluit peccata? Scito eū misericordia prouocatum, sed fide sua tanquā adminiculo vsum, in eo quod dixit: Memento mei domine, *Luc. 23.* dum veneris in regnū tuum. Quid contulit deus saluti ipsius? Remissionem videlicet peccatorum. Quid verò intulit latro? Iudiciū salutis suę, confessionis fidē. Qualem? Grandē, excelsam nimis, cœlū tangentem. Quomodo? Ego dicam: Iudæi viderunt mortuos suscitatos, leprosos mundatos, dæmones fugatos, mare infrænatū, piscem staterem portantem, stellam ruti-

D lantē, magos concurrentes, Herodem turbatum. Hęc omnia videntes, crucifixerunt Christum: Latro vero *Latronis fides.* nihil horum viderat, considerabat sputis repletū, crucifixum, aceto potatū, & felle. Et cum hęc omnia videret, non est scandalizatus, sed regem cœlorū cōfessus est. Vides quoniā non sine causa misericordiā cōsecutus est, quia & ipse fidē intulit ad salutē suā. Necnon publicanus aliena iniustè auferens, quomodo saluatus est? Transiens nanque Christus, dixit ad eum: Veni, sequere me. Qui statim exurgens secutus est *Luc. 5.* eum. Et sicut latro confessionem intulit, sic publicanus obedientiā suam: & meruit in apostolatus ordinem collocari. Sicut enim cum quidam graui ęgritu- *Simile elegans.* dine vexatur, & multimodis indiget medicaminibus, & attenuatus est sumptibus, si introierit medicus, & dixerit ad eū qui ægrotat: Plures species ad cōfectionem medicaminis necessariæ sunt: respōdeat ve-

rò

Universidad de Deusto Biblioteca

rò ægrotus:Non habeo vnde tantas ſpecies emã,pau-
pertate detineor.dicat ad eum medicus : Illam & illã
mihi da ſpeciẽ tantũ:cætera de meo præſtabo. Sic &
deus dicit: Da mihi cõfeſſionẽ tuã,& lachrymas pœ-
nitentiæ:cætera autẽ pro miſericordia mea & huma-
nitate tibi præſtabo.Ideóq; rogat Dauid,vt multũ ab
iniquitate ſua leuẽt.Quid ergo pro hoc munere intu-
lit?Dixit:Miſerere mei de⁹,&,vſquequaq; laua me ab
iniquitate mea,& à delicto meo munda me.Quid ob-
tulit? *Quoniam*, inquit,*iniquitatem meam ego agnoſco*. Vi-
ciſſitudo eſt. Deus dat vt ſaluificetur reus: dedit dñs
miſericordiam ſuam:dedit & qui peccauerat, confeſ-
ſionem peccatorũ ſuorũ. Parum quidẽ, ſed quod ha-
buit.Quid dabis ô Dauid vt ſaluari poſſis, vt miſcea-
tur medicamentũ? Quoniã,inquit, iniquitatem meã
ego agnoſco.Et eſſe poteſt homo,q̃ nõ agnoſcat pec-
Agnitio peccati ſui catum ſuũ?Quanti ſunt peccatores , & ſecuri degunt:
quanti rapiunt,& non volunt intelligere quoniã ini-
què agunt,quãti deuaſtant viduas,& diripiunt pupil-
lorũ facultates, quanti circũueniunt aliena matrimo-
nia:quãti tribulant orphanos,& agnoſcere nolunt ſu-
peruenturã ſibi calamitatẽ? Inſuper fiducialiter quæ
mala ſunt agunt,& nec ingemiſcunt,nec lachrymam
ꝓferunt,neq; confitentur.Quomodo ergo poſſunt hi
tales ſaluari,neſcientes nec agnoſcentes facinora ſua,
nec dei iudiciũ præ oculis habẽtes? Vidiſti regẽ exo-
mologeſin facientẽ, & dicentem, Quoniã iniquitatẽ
meam ego agnoſco,& peccatũ meũ corã me eſt ſem-
per.O ingenuitas animæ, ô mentis integritas.Non eſt
oblitus peccati ſui, & iniquitatis , quanuis conceſſum
ſibi fuerit:ille tamen in cõſcientia ſua tanquã in ima-
gine,adulteriũ & homicidiũ depictũ habebat. Et per
ſingulos dies videbat putredinẽ , & ideo dicebat : Et
peccatum meũ corã me eſt ſemper. Ego illud video,
tu ne id cõſideres.Ego illud ſcribo, tu quaſi dñs dele.
Vide eñ quid ſit:Si tu memor ſis, deus non erit me-
mor:ſi tu oblitus eius fueris, deus eius memorabitur.
Eſa.43. Ego ſum, inquit, dñs, qui deleo iniquitates tuas. Tu
Peccatorũ noſtrorum cur meminiſſe debeamus. verò memor eorum eſto. Vt quid ergo vis vt me-
mor ſim? Vt gratior , inquit,ſit miſericordia mea , vt
ſentias quid tibi cõceſſerim . Si enim ſemper memor
fueris cumuli peccatorũ tuorũ,eris memor & magni-
tudinis beneficentiæ dei.Indulſit tibi, ſed tu ne obli-
uiſcaris,& nõ erit memor: tu autẽ ſemper recordare.
Tales erãt ſancti:virtutes ſuas nõ meminerãt: ſed pec
catorum ſuorũ memoriã reuocabant.Non ſicut nunc
homines, peccata ſua obliuiſcũtur, & celare cupiunt.
Si quidpiã autẽ boni fecerint, in medium proferũnt,
& omnibus ꝓbare feſtinant.Feciſti aliquid boni,cela
illud,vt dominus tuus videat , & ipſe laudet. Quòd ſi
Mich. 25. iactanter aliquid boni feceris, gloriam ab hominibus
recepiſti . Feciſti malum, memor eſto, vt dñs tuus
illud obliuiſcatur. Concede, domino tuo ſi dixeris,
minoraſti ea:dominus tuus ſi dixerit,augebit ea.Quo-
modo ergo dicam?cum dederis inopi rogatus, quid
dicis?Vidi pauperem eſurientem,& paui eum.Et ipſe
deus dicit:Eſurientem vidiſti me,& pauiſti. Permitte
illi qui potens eſt,dicere granditer:cõcede illi dicere,
** hæc de pœnitẽtia publicanõ de auriculari cõfeſſione intelligenda veniunt.* & exaltare. Peccata autem tua dicito,vt deleas illa.Si
cõfunderis alicui dicere,quia peccaſti,*dicito ei quo-
tidie in anima tua.Non dico vt confitearis conſeruo
tuo,vt exprobret.Dicito deo,qui curat ea. Hæc eñ ſi
non dixeris:ignorat ea deus ? Nunquid à te vult ea a-
gnoſcere?Cũ faciebas ea,prẽſtò erat:cum admitteres,
nouerat.Peccare non erubuiſti,& confiteri erubeſcis?

A Dicito in hac vita, vt in illa requiẽ habeas: dicito in-
gemiſcens,& lachrymans:In codice ſcripta ſunt pec-
cata tua.Spongia peccatorũ tuorũ lachrymę tuę ſunt, *Lachrymæ ſpõgia peccatorum.*
grandis earũ virtus. Dicã tibi quid valeãt lachrymæ,
attẽde diligẽtius. Quid martyribus maius,qui animã
ſuam ponunt pro amico ſuo? Grãdis gloria martyrũ.
Martyres effundunt ſanguinẽ : peccatores effundunt
lachrymas. Meretrix illa non fudit ſanguinẽ,ſed fon- *Luc.7.*
tes lachrymarũ ꝓfudit,& deleuit peccata ſua.Et quid
dicã de meretrice,& immũda muliere? Columna ec-
cleſiæ,& fundamentũ fidei, princeps apoſtolorũ Pe- *Matt.26.*
trus,ad ancillæ viliſſimæ mulierculæ interrogationẽ
tertiò negat dominũ:nũquid ſanguinem fudit?Nõne
amare fudit lachrymas, & abſterſit peccatum ſuũ , &
recepit priſtinã dignitatẽ ? Ecce habes codicem vbi
ſcribas quotidianum expenſum. Habeto codicem
conſcientiã tuam,& ſcribe quotidiana peccata. Quã-
B do accubueris ſuper ſtratũ tuum, & neminem infeſtũ
pateris,antequã veniat tibi ſomnus,profer in medium
codicem conſcientiam tuam, & reminiſcere peccata
tua, ſiquid in verbo , ſeu in facto , vel in cogitatione
peccaſti.Hoc eñ dicit propheta,Iraſcimini, & nolite *Pſal.4.*
peccare:quę dicitis in cordibus veſtris,& in cubilibus
veſtris compungimini. Per diem non habuiſti tem-
pus,ſed obſeruiiſti iudici tuo:& iniunctũ negotium,&
confabulatio amicorum , & domeſtica neceſſitas, &
filiorũ cura,& vxoris ſolicitudo, & militiæ timor , &
cæterarũ mille te rerum circundederunt cauſæ. Quã- *Dormiturus Chriſtianus quid agere debeat.*
do in lectulum tuum veneris, vt ſopori membra con-
cedas ad trãquillum portum , nemo tibi moleſtus eſt,
nemo pulſat,dicito in corde tuo & in anima tua : Ex-
pendimus diẽ,ô anima:quid boni fecimus , aut quid
C mali operati ſumus? Et ſi quid boni feciſti,gratias age
deo:ſiquid mali,de cætero ne facias. Et reminiſcens
peccatorũ tuorũ effunde lachrymas , & poteris in le-
ctulo tuo poſitus ea delere. Roga deũ tuũ, & ſic per-
mitte animã tuã ſoporari. Cõfeſſus peccata tua,faci-
to tibimetipſi rationem, & ora miſericordiam dei, &
inuenies requiẽ.Quid graue aut quid moleſtũ eſt,po-
ſitũ in lecto quotidiana deflere peccata? Cũ reputare
tibi cœperis,tanquã in eculeo ſuſpende cogitationes *μεταφ.*
tuas', & vngula timoris dei radito eas. Propone tibi
morem gehennæ , ſuperducito ei ſecturæ ictũ nõ ha-
bentẽ dolorẽ. Iudiciũ facito tibimetipſi terribile , le-
uiorem præpara confeſſionem cogitatuũ tuorũ,vt nõ
in futuro die ignauior ſis ad perſcrutanda peccata.
Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum coram me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui , & malum corã te feci.
D Quid eſt quod dicit,Non timebam eum, qui iniuſti-
tiã paſſus eſt:miles erat meus: iudicare me non pote-
rat, ſed ſolicitus ſum ꝓpter te, ne tu à me exigas pœ-
nas. *Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris.*
Quid eſt quid dicit:Peccaui tibi? Fiat iudiciũ, & iudi-
ces qui vincis:quomodo ? Quia videt deũ ſine inter-
miſſione voluntate ſemper iudicare cum hominibus. *Mich. 6.*
Propheta dicit:Audite nanq; conualles, fundamenta
terræ:quoniam iudiciũ eſt deo ad populum ſuum. Et
iterũ alibi:Popule meus quid feci tibi,aut quid cõtri- *Eſa.1.*
ſtaui te?Reſpõde mihi.Et iterũ alibi : Audi cœlum,&
auribus percipe terra, quoniam dominus locutus eſt:
Filios genui & exaltaui,ipſi autem me ſpreuerunt. Et
vbique vide Deum iudicare cum hominib⁹. Dicit ei:
Apud te victoria eſt,vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,
hominem agricolam regem feciſti, ꝓphetam conſti-
tuiſti , victoriam mihi in pugna dediſti, gigantem ſu-
perare

perare feciſti,non virtute corporis, ſed virtute fidei.
Purpura induiſti,diuitias mihi dediſti plurimas. Vt iu-
ſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cũ iudicaris. Si
dixeris peccata mea,& nõ dixero ea ego,condemna-
bor:ꝓpterea miſericordia opus habeo. *Etenim incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi.* Quia dixit regnũ,
dicit & ꝓphetiã. Sic me honoraſti, vt & filiũ tuũ re-
uelares mihi,& notum mihi faceres.Didici quoniã fi-
lium habes:& ſi in throno tuo ſit,didici quoniã futu-
rus eſt homo.Annũciaui vniuerſo mundo gaudia ad-
uentus eius.Et quia pati haberet pro ſalute generis hu
mani,& quia crucifigẽdus eſſet,& ſepeliendus, reſur-
recturus à mortuis ſine corruptione,& quia aſcẽſurus
in cœlos:Dixi deſcenſionem eius,dixi reſurrectionẽ
eius,dixi aſcenſionẽ eius,dixi ſedẽ eius in dextera pa-
tris,dixi vocationẽ Gentiũ,dixi congregationẽ eccle
ſiæ,dixi expulſionẽ Iudæorum,dixi Apoſtolorũ ele-
ctionem,Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſta-
ſti mihi.Sic me honoraſti, ſic me dilexiſti , & magna
myſteria manifeſtaſti mihi. Et vbi hæc manifeſtauit?
Pſal.71. Audi hũc ipſum ꝓphetam, quomodo deſcenſionem
eius de cœlo dicit:Deſcẽdit ſicut pluuia in vell⁹.Quo-
niã aduenit filius dei,nõ cũ fulgure,aut tonitruo,neq;
cũ ſtrepitu,neq; cũ exercitu angelorum, neque nuda
deitate.Si eñ ſic veniſſet,vniuerſa interiiſſet creatura,
Pſal. 103 q̃ non montes nec colles portarent . Quippe qui re-
ſpicit ſuper terrã , & facit eam tremere : qui tangit
montes,& fumigant. Nam ſi nudam ſubſtantiam o-
ſtendiſſet,ſol vtique extingueretur,luna non appare-
ret,mare exiccaretur. Propterea ſilentio & tacitè ve-
niens,nemine ſciente,neq; ipſo diabolo: ſed venit ſi-
ἐκκοπτίως ex collatione. lentio in vterũ virginalẽ.O noua res,& ineffabilis , &
miranda rerũ myſteria:lapides cõſumuntur,& mater
nil lęditur:montes tabeſcunt,& virginis vterus deum
intrinſecus geſtat. Quid dicã,aut quid loquar , quo
digno ſermone ꝓnunciem?O amentiam hæreticorũ,
dicite mihi quomodo ancilla deũ portabat ? quomo-
do creatura creatorẽ?Qui interrogas quę ſurſum ſunt,
dicito quę deorſum ſunt.Qui vbiq; erat:quomodo in
matris vtero erat, & in throno maieſtatis ſuæ ſedebat?
Si me interrogas,neſcio,fide credo,non comprehen-
Antitheſis. do cogitatione.Et quia ſilentiò erat venturus, nõ ter-
rens,nõ cõturbans, Deſcendit, inquit , ſicut pluuia in
vellus.In terram eñ deſcendens pluuia ſonũ reddet:
ſuper lanam autẽ & in vellus deſcendens, nullum ſo-
nitum dabit. Mollities lanæ ſoluit ſonũ pluuiæ deſcẽ-
dentis:& vt diſcas quoniã ſilentio venit, non terrens,
non conturbans,non perdens,non exterminans, De-
ſcendens,inquit,ſicut pluuia in vellus.Dixiſti deſcen-
ſionem ſilentio factam , dicito & proditionem eius. D
Pſal. 39. Qui edebat,inquit,panes meos , multiplicauit aduer-
Ibid.119. ſum me ſupplantationem. Dicito & pugnam Iudæo-
Ibid.2. rum:Impugnabant me gratis . Dic & conſilia eorum
mala aduerſus Chriſtum:Quare fremuerũt gentes, &
populi meditati ſunt inania?adſtiterũt reges terræ, &
principes conuenerũt in vnũ, aduerſus dominum, &
aduerſus Chriſtum eius.Dic & crucem eius:Foderunt
Pſal. 21. manus meas & pedes meos,dinumerauerunt oĩa oſſa
Ibid.68. mea.Dic & cibũ,& potũ.Et dederũt in eſcã meã fel,
Ibid.24. & in ſiti mea potauerunt me aceto. Dic & inſultatio-
nes Iudæorũ : Sperauit in dño,eripiat eũ, ſaluũ faciat
Ibid. 87. eũ,quoniã vult eũ.Dic & ſepulturam eius. Poſuerunt
Ibid.15. me in loco inferiori. Dic & reſurrectionẽ eius: Quo-
Ibid. 46. niã non derelinques animã meã in inferno, nec dabis
ſanctum tuum videre corruptionem.Dic & aſcenſio-

A nem eius: Aſcẽdit deus in iubilo,& dñs in voce tubæ.
Dic & thronum eius: Dixit dñs domino meo , ſede à *Pſal.109*
dextris meis, donec ponã inimicos ponam inimicos
tuos ſcabellũ pedũ tuorũ. Dic & gloriã eccleſiæ eius:
Adſtitit regina à dextris tuis inveſtitu deaurato,circũ- *Ibid. 44.*
amicta verietate.Dic &*thronũ virginũ : Adducẽtur ** Chorũ*
regi virgines poſt eam. Dic & electionẽ Apoſtolorũ: *Ibidem.*
Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij. Dic & baptiſmũ: *Ibidem.*
Super aquam refectionis educauit me. Dic & myſte- *Pſal. 22.*
ria:Paraſti in conſpectu menſam aduerſus eos qui tri- *De ſynaxi ſacramẽti intelligit.*
bulant me.Dic & vnctionem,Impinguaſti in oleo ca-
put meum,& poculum tuũ inebrians q̃ præclarũ eſt. *Ibidem.*
Dic & petitionẽ Gentiũ:Pete à me,& dabo tibi gen- *Ibidem. Ibid.2.*
tes hæreditatem tuam.Ecce eñ incerta & occulta ſa-
pientiæ tuæ manifeſtaſti mihi . *Et iniquitates meas dele.*
Quid ô propheta,quid deſideras?Soluta ſunt peccata
tua,interempta eſt pœna tua.Non,inquit,his conten-
B tus abeo,auarus ſum ad petẽdã miſericordiã dei.No-
ui dñm meũ eſſe clementẽ. Propheta eram priùs, vo-
lo & nunc eſſe propheta & illã habere fiduciã , illam
ſancti ſpiritus gratiã:auolauit quippe à me , ſicut co- *Simile phyſicum.*
lumba,fœtorem peccatorũ meorũ ſentiens volo pri-
ſtinam recuperare gratiam. *Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Dicito manifeſtè
quid velis. *Cor mundũ crea in me deus.* O ingenuitas pro-
phetæ,ô deſideriũ ad deũ,vt loquaris mihi iterũ quę-
ro,vt & ego tibi loquar.Amicitiã illã & familiare col
loquiũ quæro.Quid eñ?Quia liberatus à pœna ſum,
ſecurus eſſe nõ poſſutu.Mihi maior pœna eſt frauda-
ri colloquio tuo.Quanuis eñ ſubſtantiã tuam videre *Pſal.18.*
non poſſim(inuiſibilis nanque eſt) præ deſiderio tuo
opera tua vidi, & exulto.Non vidi te, ſed vidi cœlos,
& exultaui,& dixi: Cœli enarrant gloriam dei. Con-
C ſpexi terrã,& dixi:Domini eſt terra,& plenitudo eius. *Pſal.23.*
Vidi mare,& dixi: Tu confirnaſti in virtute tua mare.
Vidi diem,& noctem,& clamaui:tuus eſt dies , & tua *Ibid.73.*
eſt nox,ſolem & lunam tu feciſti. Vidi montes, & di- *Ibidem.*
xi:Et altitudines montiũ ipſius ſunt. Sicut qui amat, *Ibid. 94. Simile.*
etiamſi non videat quam amat,tamen & ſi calceamẽ-
tum eius videat , videre videtur quam deſiderat : ſic
& ego circumeo vniuerſam creaturã , tanquam catu-
lus ſitiens,vt per odorẽ ſuauitatis tandem aliquando *Pſal. 41.*
domini ſui præſentiã mereatur videre, & dico: Sicut
ceruus deſiderat ad fontes aquarũ , ita deſiderat ani-
ma mea ad deũ fontem viuũ,quando veniam , & ap-
parebo ante faciẽ dei? Rex,inquit, es,purpura indut⁹
es,diademate ornatus. Nõ quæro, inquit,iſta,decorẽ
meum quæro,& ſplendorẽ ſpiritus. Contemno vm-
bram,pertranſeo cœnoſa quæq;,folia ſunt iſta,& nox
D & ſomnium,& fœnũ,& tanquã tela araneę. Gloriam
meã quæro,non poſſum facere craſtinationem , non
ſuffero dilationẽ,qui fiduciã perdidi circũdatus pec-
cato.Cor mundũ crea in me. Et non ſolũ hoc quæro,
ſed inhabitantẽ in eo. *Et ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Bene dixit,Innoua, De nouo nanque fabri-
cata eſt domus,quã inueterauerat peccatum, rogo vt
innouet gratia. Et pro hoc munere quid mihi dabis ô
Dauid? *Doceam*,inquit,*iniquos vias tuas,& impij ad te conuertentur.* Si accepero ſpiritum,diſputabo orbi terrarũ,
& dicã:Omnes gentes plaudite manibus,iubilate deo *Pſal. 46.*
in voce exultationis.Quoniam domin⁹ excelſus, ter-
ribilis,rex magnus ſuper omnem terram. Si accepero
ſpiritum dicam:Dixit dominus domino meo, ſede à *Pſal.109*
dextris meis donec ponã inimicos tuos ſcabellũ pe-
dum tuorum . Doceam iniquos vias tuas,& impij ad
te con-

Universidad de Deusto Biblioteca

te conuertentur.Et Iudaicæ ceremonię vbi erunt?Nō immolo tibi oues,& non offero vitulos & arietes:ſcio quia his non delectaris,ſed quæ filij tui ſunt.Vis conuerſionē gentiū,abolitionē peccatorū? Quoniā ſi voluiſſes ſacrificiū,dediſſem vtique:holocauſtis non delectaberis.Quia ergo nolo iſta,quid mihi dabis? Habeo & aliud ſacrificium,quo delectaris.*Sacrificium deo ſperitus contribulatus,cor contritum & humiliatum deus non ſpernit*.Imò ſacrificiū maximū humilitas eſt.

Humilitas ſacrificium.

Solue peccatū meū,da mihi ſpiritū ſanctū.Hoc ſacrificiū humilitatis multò melius eſt q̃ Iudæorum. Nā & tres pueri illi ætate iuuenes,ſenibus prudētiores: pauci, ſed ſuperantes multos:captiui,ſed fortiores rege, qui amiſerunt quidem patriam,& non perdiderūt fidē: nudi, ſed veſtiti:pauperes,ſed abundantes:ſerui,ſed liberos præcellentes, qui flammas ardentes conuerterunt in rorem, qui elementa maxima demutarunt, qui ignis obtuderunt virtutem,quos alligauit tyrānus, & ſoluit ignis,lamentabantur,& dicebāt.Peccauimus, iniuſtè egimus,iniquitatem fecimus,&non eſt princeps,neq; ꝓpheta,neque locus primitiarum ad ſacrificandū, vt inuenire poſſimus miſericordiā.

3. Reg.8. Dan.36.

Sed in anima contribulata,& ſpiritu humilitatis fiat ſacrificiū noſtrum.Et hic non ſua ſcelera deflebant,quæ necdū admiſerant: ſed quaſi boni aduocati pura conſcientia pro populo qui in captiuitate conſtitutus erat,rogabant deū.Cor igitur contritū & humiliatū deus non ſpernit, hic ſolicitius intendite,pro ſalute enim veſtra ſunt quæ dicuntur.Omnes quippe vos doctores fieri volo,omnes peritos,omnes monachos: non vt cōiuges nō habeatis,ſed vt cęteras virtutes poſſideatis,quæ vos deo cōmendare poſſunt. Monachus em̄ non ſolū propterea dicitur,quia vxorem nō habet,ſed quia religioni dei, & ſeruitio ipſius mācipatus eſt: & cura illi eſt queadmodum deo,nō ſeculo placeat:& qui magis eligit caſtitatem, quæ deo chara eſt, & ſpiritus ſancti habitatio.

Monachi munus peculiare.

Volo ergo vos in religione dei feruere.Quid ergo eſt quod quærimus?Orauit,confeſſus eſt, rogauit, obſecrauit,deprecatus eſt,lachrymas fudit,cor mundū petiit,fidē dedit.Quærēdū ſi quod quæſiuit, inuenit.Multā in vobis cerno alacritatē, multum gaudiū: delectatur nanque gubernator cum viderit ꝓſperiores flare ventos.

Simile.

Vndarū quidē eleuationē non video, ſed video multitudinem cōmouentiū ſe, & non recedentem,& aures patulas, & attentos oculos veſtros conſtringi quidem corporaliter, ſed mente ſtabili dilatare ſenſum ad audiendum verbum dei. Nam quod quęritur,hoc eſt:Orauit,rogauit,obſecrauit,deprecatus eſt, depoſuit pœnā, liberatus eſt à peccato. Quid ergo quæritur, ſi ad priorē reuertitur fiduciam, ſi ſpiritus meruit gratiā,ſi quod petit,accepit?*Cor mundū crea in me deus, & ſpiritū rectū innoua in viſceribus meis.*

Videte chariſſimi quantū potuit pœnitētia,vt priori eum redderet dignitati qua pollebat antequā caderet. Attendite quæ dicūtur:de confeſſione, de repetitione ſpiritus,de ꝓphetali gratia quinquageſimū ſcripſit pſalmū.Poſt hunc verò & ſexageſimū, & ſeptuageſimū,& octogeſimū, & nonageſimū. Ne ergo quidam dicerent, Quid enim ſi ſcripſit pſalmos,ſed non ſpiritu ſancto?non enim recepit ſpiritū ſanctū. Interrogem⁹ eos quo modo deſcripſerit. Humana inquiūt ſapientia.deſeruerat enim eum ſpiritus ſanctus. Peccatum quidem ei conceſſum eſt, ſed ſpiritus redditus non eſt.Ipſe quidem petiit, ſed vbi acceperit non inuenimus,& vbi illi reſponſum hoc dederit deus,Ecce reddidi tibi quod amiſeras.Attēdite diligēter,ſcripſit quinquageſimū pſalmū,deinde ſexageſimum,& ceteros per ordinem. Scripſit autem & alterū pſalmum, qui eſt poſt centeſimūnonum: Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū.Hunc pſalmū poſt paſſionem domini competit aptari,cùm conſummatis omnibus aſcēdit ad patrē. Quinquageſimus verò eſt,in quo ſe dicit recepiſſe ſpiritum ſanctum.Ille autē centeſimuſnonus,in quo dixit:Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis: quærendum eſt,ſicut cœperam dicere,ſi poſt peccatum,& pœnitentiā receperit ſpiritū ſanctū.Vbi ergo oſtēditur quod receperit?Audi quādo omnia operat⁹ eſt Chriſtus.Mare infrenauit,leproſos mūdauit, dæmones effugauit, malitiā exterminauit,paralyticū ſolidauit,vox deſuper intonuit: Hic eſt filius meus dilectus,in quo complacui. Ioānes Baptiſta teſtimoniū perhibet: Ecce agnus dei,ecce qui tollit peccata mundi.

Mat.3.& Ioan.1. Matt.3. Ioan.1. Marc.12.

Res ipſæ clamabant. Spiritus venit ſuper eū in ſpecie colūbæ.Iam ergo incipiebat aſcendere crucē,vocauit Iudæos omnes,& dicit eis: Quid vobis videtur de Chriſto,cuius filius eſt?Ante hoc vos non interrogaui, quia necdū vobis probamenta deitatis meæ oſtenderā. Quando autem elementa deitatem meā oſtenderūt,& pater deſuper intonuit, & dixit me chariſſimum eſſe ſuum filium: poſtquā doctrinam meā omnibus manifeſtaui,& viā veritatis oſtendi ſignis,& prodigiis,& virtutibus: nunc vobis dico, quando ne vmbram quidem cōtradictionis habetis: quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? Dicūt illi ingrati & vecordes:Dauid filius eſt. Negātes ſcilicet deitatē eius,& nolētes dicere eo ꝙ dei filius eſſet. Dicit ad eos dominus:Et quomodo Dauid in ſpiritu ſancto dominum eum vocat,dicens: Dixit dominus domino meo,ſede à dextris meis,donec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorum?

Pſal.10.

Videtis ergo chariſſimi ſolutam eſſe quæſtionē,ꝙ non per ſapientiā mūdanam,neque per ſeculi prudentiā locutus Dauid,ſed per ſpiritum ſanctum futura prædixit, ipſo domino teſtimonium perhibente, quòd receperit poſt pœnitentiam ſpiritum ſanctum.Inter quinquageſimū enim pſalmum & centeſimumnonum grande interuallum eſt & temporis & ordinis. Si autem ſpiritum ſanctum recepit,immò quia recepit,ſolutum eſt peccatum,ſuſcepta eſt pœnitentia,reſtituta eſt gratia. *Cor mundum crea in me deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.*

Dauid poſt pœnitentiā ſpiritū ſanctū recepit.

Vides ꝙ iterum ad ſuam rediit dignitatem,iterū prophetiæ munitus gratia,iterum de Chriſto annūciat,& diſpēſationis eius prædicit myſteria. Videtis chariſſimi quāta eſt pœnitētiæ virtus, & conuerſionis ad deū ab operibus malis?Hic enim ſanctus Dauid nō ſolum cùm in corpore eſſet,placuit deo:ſed & poſt mortem ſuam viuis inuenitur præſtitiſſe grāde ſolatium. Contigit nāque Ezechię regi, inimicas in temporibus Iudæorum gētes circūuallaſſe Hieroſolymā.Et cùm eſſet Ezechias iuſtus vir,rogauit deum:& proſtratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduerſariis poſtulans. Venit ad eū Eſaias propheta,& dicit:Ne putaret ille,quia iuſtitia ſua exauditus eſt:& certè iam defecerat Dauid,& habebat multos annos requieſcēs.Quid ergo dicit ei?Protegam hāc ciuitatem propter me, & propter Dauid ſeruū meū.Dauid mortuus eſt,& merita eius vigēt. O rem admirandam, ô ineffabilis clemētia dei,homo mortuus viuo patrocinatur.O iuſtorum & poſt conſummationem inexpugnabilis pugna

Eſa.37. Clare virdes ſactis in patria patrocinari viuis.

virorum.Pro his omnib⁹ gratias agamus deo, & tales nos exhibeamus in hac vita, quò poſſimus inuenire requiem ſempiternam cum ſanctis, per Chriſtum dominum noſtrum, cum quo eſt patri, vnà cum ſancto ſpiritu,honor,gloria,imperiū & poteſtas per immortalia ſecula ſeculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Pſalmo lxviij.Exaudi me domine,quoniā ſuauis eſt miſericordia tua, Homilia, incerto interprete.

QVi orationibus inſiſtere, ſemper voluntatem dei implere, promiſſa eius ſuſtinere norunt, ita ipſi ſoliciti viuūt, vt etiam à leuibus peccatis abſtineant,nec exaltare vocem ſuam in riſu poſſint,intendētes illi teſtimonio,vbi dictum eſt: Stultus in riſu exaltat vocem ſuam, ſapiens autem vix tacitè ridebit. Obſeruant ponentes cuſtodiam ori ſuo, ſcientes quia in multiloquio non effugietur peccatū, & quia etiā de ocioſo ſermone reddituri ſunt rationē.

Eccl.21. Prou.10. Matt.12.

iſti ergo ſano oculo cordis videntes ambulant,ne offendant:proficiſcuntur,vt proficiant:tolerant, vt perueniant,perueniunt,vt gaudeant. Hæc ſpes perducit eos vſque ad rem. Nam iſte qui ſic clamat, vt modò cantauimus: Exaudi me domine, quia ſuauis eſt miſericordia tua,ſecundū multitudinē miſericordiæ tuę reſpice ſuper me:ſatis de deo præſumebat, ſperabat, credebat:rogabat,impetrabat.Non dixit,Exaudi me, quia talia ſunt merita mea: nec dixit, quia præceſſerunt bona facta mea,exaudi:ſed vide quid ait. Tanta ſuauitate repletus, delectatus odore illo ſuauitatis: quia Chriſti bonus odor in illo iam erat, in ſpiritu ꝓphetiæ clamabat dicens:Exaudi me domine,quia ſuauis eſt miſericordia tua.Nō audeo iactare merita mea, ſed non taceo gratiam tuam.

Gratia dei effectus.

Ergo ſuauitas quę eſt in deo noſtro,dulcis eſt,ſapore ſancto repleta eſt, nutrit, fouet,defendit, & fortificat, conſolationem præſtat, benignitatem non negat,tolerantem facit, iuſtū,ſuſtinentem,humilem,benignum,largum,ſobrium,caſtū, charitate plenum, hoſpitalitate præditum, prudentia ornatum,temperantia clarum,fortitudine firmum,iuſtitia liberatū. Gaudeant qui iſta pulchritudine tantarum virtutum veſtiti ſunt. Iſta ergo ſuauis miſericordia perducit vſque ad præſentiā dei. Nec ita vnuſquiſque ſibi blādiatur de miſericordia dei, vt cogitet quia non erit iudicium. Erit & iudicium. nam quid clamabat in pſalmo ore ꝓphetico ſanctus Dauid?Miſericordiam & iudiciū cantabo tibi domine.

Pſal.102.

Hîc miſericordia,ibi iudiciū iudicis.Nec cùm nō hîc placuerint deo miſericordiæ,in iudicio inueniant dei veritatem.Ergo primò mores purgandi ſunt, vita corrigēda,mala cōſuetudo mutāda, vetuſta inſtitutio dimittenda,& ita dici poteſt:Exaudi me domine, quia ſuauis eſt miſericordia tua ſecundū multitudinē miſericordię tuę.Quia verò multa mala ſunt generis humani,multa etiā miſericordia eſt dei noſtri.Si em̄ miſericors non fuiſſet,cū die peccatores occideret: ſed quia benignitas dei vnumquenque ad pœnitētiam vocat: duri & inſulſi ſecundum duritatem cordis ſui theſaurizant ſibi iram in die iræ ſecundū reuelationem iuſti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua.

Rom.2.

Ergo iſte deus multū eſt miſericors,qui non in finem iraſcitur,neq; in æternum indignatur.ideo dicit ei,Secundū multitudinem miſericordiæ tuę. Non pro facinore meo,non pro vita mea, ſed propter multitudinem miſericordiæ tuæ reſpice in me. Quādo reſpicit deus,fugiunt peccata, extinguūtur delectationes, liquefiunt omnia mala collecta deſideria, tantum vt reſpiciat claritas,& ſtatim fugit peccatorū obſcuritas. Ergo dicamus & nos correcta vita & eliquata cōſciētia,Exaudi me dn̄e,quia ſuauis eſt miſericordia tua. Si tamen non redarguat conſcientia,quoniam ſcriptum eſt:Beati mundo corde,quia ipſi deum videbunt.

Matt.5.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Pſal.lxxi.Deſcēdet ſicut pluuia in vellus, & ſicut guttæ diſtillantes ſuper terram. Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis donec extollatur luna, Homilia, incerto interprete.

DOminus virtutum, & plenitudo gloriæ, magna & mira faciens, ineffabilia demonſtrans credentibus,conſiderantibus opera eius, ſtupor mentis accidit eis,formido & pauor cordis.Nam modò quos verſiculos cantamus,audite: Deſcēdet ſicut pluuia in vellus,& ſicut guttæ diſtillātes ſuper terram.Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis,donec extollatur luna.Pluuia in vellus, oſtenditur prædicatio Chriſti in ſynagoga lata. Nā quando tulit librum coram omnibus ſacerdotibus, obſtupeſcētes dixerunt:Hic quomodo legit,cum literas neſciat?Ergo ſedebat,& docebat in templo populū dei,ideo pluuia in vellus,quia prædixit Eſaias,dicens:Rorate cœli deſuper,& nubes pluant iuſtum,& terra germinet ſaluatorem.

Luc.4.& Ioan.7. Eſa.45.

Id em̄ ſignificabatur tēporibus illis Hierobaal(qui alio nomine dictus eſt Gedeon) quando ſignū petiit à deo,& ait:Hoc vellus deſcēdēte pluuia ipſum ſolū madidetur,& tota area ſicca ſit.

Iudic.6.

Quid ſignificabat pluuia,niſi prędicationē legis?Nā vellus illud, ſacrificia Iudęorū,in quibus ſacrificiis iuſſerat ſibi pecora offerri.In iſtud ergo vellus deſcendit pluuia,quia in ſola fuit Iudæa legis cultura. Aliam petitionem poſtulauit, vt vellus ſiccum eſſet, & alia pluuia infunderetur:in qua pluuia demōſtrauit nobis trāſferri ſacrificia à ſynagoga, & totā areā mundi impleri prędicatione Chriſti.Illis em̄ repudiatis, nobis aduenit miſecordia in aduentu ſaluatoris. Deſcēdit ergo pluuia in vellus, Chriſtus in ſynagogā, legē confirmans & adimplens,non ſoluens.Sed quia ſolūmodo filiū hominis putauerūt,ideo dominū gloriæ crucifixerūt.

1.Cor.2.

Subſequitur ergo verſiculus dicens:Et ſicut guttę diſtillātes ſuper terrā.Guttæ iſtæ virtutes ſunt, quibus idem dn̄s noſter Ieſus Chriſtus dignatus eſt terram veniens implere.

Guttæ ſpirituales.

Gutta fuit quando leproſum mūdauit, puerum Centurionis à mortis periculo ſanauit,paralyticū curauit,cæcum illuminauit,mortuos ſuſcitauit, & cætera miracula quæ legiſtis in euangelio faciente domino.Iſtæ ergo guttæ diſtillauerūt in terrā, id eſt miracula in carne humana aduenientia. Orta eſt ergo in dieb⁹ eius iuſtitia. Qualis eſt iſta iuſtitia,niſi ſtater ille inuētus in interioribus piſcis à Petro de mari leuatus?

Matt.17.

De quo ſtatere dixit Petro: Da filiis regni huius ꝓ me & te.Ergo iſta iuſtitia qualis eſt, niſi vt dn̄s carne induta,& hominē oculis humanis demonſtraret, & diuinitatem occultaret? Quanta iuſtitia, vt traderet ſe pro omnibus hominibus, & pro eccleſia vbiq; diffuſa? Quanta iuſtitia, niſi vt omnia toleraret iniuſta ex improbitate Iudæorū, & ſuam iuſtitiam demonſtraret ferocitati eorū?Hæc iuſtitia monſtrata eſt omnib⁹ hominibus,vt qui vidiſſet mulierem ad concupiſcendum eam,iam mœcharetur eā in corde ſuo.Nulli malum pro malo reddere,cū omnibus hominibus pacē habere,pro inimicis orare.

Matt.5. 1.Theſ.5.

Ecce orta eſt in dieb⁹ eius iuſtitia.Quæ iuſtitia,pietati cōiuncta, tolerantię conglutinata,

Universidad de Deusto Biblioteca

glutinata,appẽditur ibi vita æterna,& fit iustitia:vt in
Matt.7. quacunque mẽsura mẽsi fuerimus,in eadem remetia-
2.Cor.5. tur nobis.Hæc est iustitia,vt ante tribunal Christi ste-
mus,& reddamus rationẽ quæ per corpus gessimus,
siue bonũ,siue malũ.Hæc est iustitia de qua dicebat
2.Tim.4. Apostolus: De cætero superest mihi corona iustitiæ,
quã reddet mihi dñs iustus iudex in illa die, non tan-
tùm mihi, sed & omnibus qui diligunt manifestatio-
nem eius.Ecce orietur in dieb⁹ eius iustitia. subsequi-
tur:Et abundãtia pacis,donec extollatur luna. Quãtã
Galat.5. enim abundantiã pacis nunc videmus, vt caro con-
cupiscat aduersus spiritũ,& spiritus aduersus carnem,
subiugati sint affectus carnales spiritui?sit abundantia
pacis donec tollatur luna.Habemus aliã pacem,abũ-
dãtem in nobis charitatem, quã hæreditariam dona-
Ioan. 14. uit nobis,dicens:Pacem meam do vobis,pacem meã
relinquo vobis. Hęc est abũdantia pacis.Sed quãdiu?
donec tollatur luna. Quid est,Donec tollatur luna?Do-
nec finiatur omnis prædicatio ecclesię,& colligantur
omnia,plicetur cœlum hoc vt liber,& terra ista trans-
Luna ecclesia. eat,vt sit cœlũ nouum,& terra noua.Luna enim dicta
est ecclesia, quæ crescit in sanctis, decrescit in pecca-
Psal.10. toribus,dicẽte ꝓpheta: Vt sagittẽt in obscura luna re-
ctos corde.Quæ est obscura luna,nisi ꝑsecutionẽ pas
sa ecclesia,quando despicit eam sol, & caret claritate
tẽpore ꝑsecutionis,hoc est,donec tollatur luna. Sen-
tiamus ergo tam occultũ secretũ apertũ nobis à deo,
& factũ manifestũ: quia quæ fuerunt in lege antè ve-
lata, facta sunt in euangelio reuelata. Aperta est ergo
ianua scientiæ cordis. Quærite eum, reddite ei quæ
vouistis,&distinxerunt labia vestra in regula illa sym-
boli in qua ꝓfessi estis.Quis descendit pro nobis,quis
tanta passus est? Vnde venturus est iudicare viuos &
mortuos?De cœlo veniet ex gremio patris. Quos in-
uenerit fortes & stabiles in fide,dabit eis coronã iusti-
tiæ, quia orietur in diebus eius iustitia, & accipient
abundantiam pacis. In illa regione vbi nulla nomi-
natur inimicitia, ibi iam luna non erit: quia ecclesia
tota non malis & bonis plena erit, sed tantùm bonis.
Concedat ipse, vt ibi boni serui,pij, fideles,humiles,
mansueti in spiritu,& veritate suscipiamini in dextra,
sequestrati à sinistra,vt pastorem bonum agnoscẽtes,
Ioan.10. qui animam suam posuit pro ouibus suis, perpetuò
cum eo regnetis,Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *Psalmo LXXXIIII. Non in æternum irascaris nobis &c. Homilia,incerto interprete.*

OMnis qui se agnoscit,sui accusator est. Nam
iustus & iustificat⁹,qui in primordio sermo-
nis sui accusator existit, cũ venerit aduersa-
γνώμη. rius,non cõfundetur.Omnis qui sua in isto seculo do-
lendo peccata accusat, & fuerit à se accusatus, à deo
erit excusatus.Sed illa est fructuosa accusatio,si subse-
cuta fuerit correctio.Cæterùm quotidie se accusare,
& nõ corrigere,deũ tentare est. Melius ergo eligo, vt
primò sit correctio,& postea accusatio,q̃ pręcedat ac
cusatio,&non subsequatur correctio.Quid ergo scri-
ptũ est, ne repetas sermonẽ in oratione? Magna vis,
Eccli.7. magna obscuritas.Quid est qđ dixit, Ne repetas ser-
monẽ in oratione?Quis eñ nõ repetat?An fortè illud
intelligendũ est de eo quod dicis deo, Peccaui? Non
repetas factũ,quia cũ repetis,id est ad peccatũ redie-
ris,orationẽ repetis. Ergo eligendũ est à sapientibus
peccatũ agnoscere, & dolere semper. Præterita ve-
tusta malè cõmissa,malè cogitata, pessimè delectata,

A inordinatè dicta, debent quotidie in mente manere,
& semper homo debet ista dolere, vt cum venerint
nouæ suggestiones,ibi repellatur inimicus, dicendo:
Adhuc doleo peccatũ vetustum, quomodo admitto
peccatũ nouũ? Quid ergo dicebat iste propheta? Nõ
in æternũ irascaris nobis, vel extendas iram tuã à ge-
neratione in generationẽ. Quid est hoc quod dice-
bat:non in æternũ irascaris nobis? quasi diceret: Hic
nobis irascere,hic nos afflige, hic nos emẽda,in isto
seculo flagella:quia quẽ diligis,flagellas & emendas.
Flagellas autẽ omnẽ filiũ quẽ recipis.Hic ergo in isto Heb.12.
seculo,quia flagellũ meũ finitur, & correptio mea in-
uenitur.In tuo ergo flagello correctio mea inueniatur
hic,& non in æternũ.Si in æternum me flagellaueris,
pœna perpetua mihi erit. Ergo ne in æternum irasca-
ris nobis: quia vita hic tenetur,aut amittitur.Dignare
ergo hic quicquid vis, qualiter vis, quando vis, fac in
B me quod vis,tantũ vt ibi me recipias,vbi omnes reci-
pis quibus ignouisti,qui à te non recesserunt, qui per
pœnitentiã ad te transierunt. Ergo ne in æternũ ira-
scaris nobis:non tantũ nobis, sed & posteris nostris à
generatione in generationẽ:quia scriptum est: Repẽ- Exod.20.
dã peccata patrũ in filios in secundã tertiã & quartã
generationẽ,in iis qui non cognouerunt me. Gratias
tibi deus,quia addidisti,in iis qui te non cognouerũt.
Cæterùm si taceres,omnes condẽmares. Demõstra-
sti ergo,quia pater si fuerit cõtemptor tuus,&filius ta-
lis fuerit,ęquè tibi nõ obediens,& nepos secutus fue-
rit vias aui,& patris sui:ꝓnepos si ita attenderit quod
anterior generatio eius: quia ergo nõ te cognouerũt,
repẽdes eis in secundã,tertiã,& quartã progeniẽ.Nã
quid dixit ꝓpheta alio loco?Quid est ꝙ inter vos ver- Hier.31.
C titis parabolã istã,dicentes: Patres comederunt mala
acida, & dentes filiorũ obstupescunt?vlterius non erit
hoc.Nónne anima patris & filij mea est? Nec pater ꝓ
filio,nec filius pro patre. Vnusquisq; pro facinore suo
iudicabitur, pro peccato suo puniet, pro malis suis in
pœnã æternam mittetur. Non ergo dicat, quia post
pœnam accipiet qualemcunque indulgentiã in æter-
nũ.Anima ergo quæ peccat,morietur. Pondus pec- Ezech.18
catorum suorũ vnusquisq; in se portat,pro suo pecca-
to iudicabitur.Nã si sit bonæ vitę pater,& filius malę,
nõ liberat pater filium:æquè si sit filius sanctus,& pa-
ter iniquus,non liberat filius patrẽ. Quia ergo staturi Rom.14.
sumus ante tribunal Christi,& redditurі rationẽ,quæ 2.Cor.5.
per corp⁹ gessim⁹, siue bonũ siue malũ,nullus erit ex-
cusat⁹,nullus accusat⁹. Sed ecce homo,& opera eius,
qui reddet vnicuiq; secundũ opera eius,siue bonum,
D siue malum. Hic ergo clamemus cum propheta, vt
modò cantauimus: Non in æternũ irascaris nobis, Psal.142.
vel extendas iram tuam à progenie in progeniẽ:quo-
niã nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
quia verò dei omnipotẽtis est hic velle omnibus mi-
sereri,si rei nõ sustinẽt indulgentiã recusare,non cor-
rigendo, sibi vilescendo, in peius proficiendo.Etiam
fratres quandiu pigri,quãdiu tepidi, quandiu remissi,
quãdiu desides,quandiu negligentes vilescitis vobis,
quandiu desperatio vos possidet?Iam surgite,quia ali-
quandiu malè sedistis: mãducate panẽ doloris,agite
pœnitentiã,& nolite sub spe misericordiæ in peccatis
permanere.Nec differatis conuerti ad deum de die in
diem. Subitò veniet ira eius,& non tardabit, & in tẽ- Eccle.5.
poræ vindictæ disperdet te.Ne dicas,peccaui,& quid
accidit mihi? Ecce ipse sum qui fui,& in nullo mino-
ratus sum.Omnẽ substantiã meã habeo,vxorẽ, filios,
familiam

familiam,pecora, omniáque mea in integro mecum A
consistunt,non tantùm sicut fuerunt, sed etiam aug-
Rom.2. mentata sunt. Et ignoras, qui tecũ talia cogitas,quia
patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum
duritiam autem cordis tui,& cor impœnitens thesau-
rizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei
Zach.18. qui reddet vnicuique secundum opera sua. Clamat
Ezec.1. deus,nolens aliquem perire: Conuertimini ad me,&
conuertar ad vos. Patet misericordia mea, si muten-
tur opera vestra: non deerit indulgentia mea, si cor-
rigantur facta vestra. Hoc tamen scitote de deo cle-
mentissimo, quia non vult mortem morientis,tantùm
vt conuertatur & viuat.

EXPOSITIO PSALMI NONAGESIMI, *Qui habitat in adiutorio altißimi,&c.Homilia, incerto interprete.*

PSalmum nonagesimum deo demonstrante
atque enodante proposui exponere,vt omnis B
ὁ καρπικῶν qui eum psallit,sciat cui psallit, quare psallit,
& quid psallit. Sic enim inchoat,Qui habitat in adiu-
torio altissimi. Qui,quasi confirmantis est, & non in-
terrogantis. Habitare in adiutorio nõ suo, sed altissi-
mi,sempiternè habitare demõstrat. Et quia nõ de vi-
ribus suis præsumit, in protectione dei cœli commo-
rabitur:Reuera qui ꝓtegitur à deo fabricatore cœli,
Collatio à minori. securus habitat in terra, & prolixã vitam inueniet, &
lætus semper erit,& in spe semper gaudebit. Protegi-
tur imperator scutis,& non timet: qui à deo protegi-
tur,quid timet? Ergo iste qui in protectione dei cœli
commorabitur,reuera protegitur à deo fabricatore
mundi, securus habitat in terra, & prolixã vitam in-
ueniet, & lætus semper erit, & in spe semper gaude-
bit: securus dicet deo,susceptor meus es.Susceptores
hoc noluerũt facere,suscipere à prouincialibus fisca- C
lia, & dare securitates domini: & à conductoribus
pensiones accipere,& emittere pyctacia securitatum,
Ergo deus noster qui susceptor meus est, suscipiat à
nobis opera misericordiæ & pietatis, eleemosynæ &
hospitalitatis,orationis sanctæ & confessionis, & det
nobis securitatem perpetuitatis. *Et refugium meum, deus*
Peccator ericius & lepus. *meus sperabo in eum.* Magnum refugium. Nam petra
refugium erinaciis & leporibus.Quicunque peccaue-
rit,quasi ericius est plenus spinis: quicunque timidus
erit quia peccauit, quasi lepus est coniunctis auribus
1.Cor.10. fugiens à mala consuetudine diaboli. & quò fugit? ad
Christus refugium, portus, petra. petrã,nagnum refugium.Quæ est ista petra? quæ est,
audi illũ agonistã: Petra autẽ erat Christus. Ergo re-
fugium Christianorũ Christus est, vbi portum inue-
niunt nauigantes,& non naufragiũ. Et hoc totum fit
per spem.Nã sic subsequitur, Sperabo in eum: Scuto D
circundabit te veritas eius. Sic subsequitur versiculus
psalmi,sed recapitulauit sententiã expositã, quod di-
xit:In protectione dei cœli commorabitur. Protectio
hoc est, quod & scutũ. Scuto ergo circũdabit veritas
eius. Tetigit nos, vt contra sagittas inimici ignitas si-
mus parati, vt armatum cor suggestionibus eius non
Ioan.14. acquiescat.Et qualis veritas nos protegit,nisi illa quæ
veniens in mundum dixit:Ego sum veritas?Ipse ergo
protegit & circundat, vt vndique nos paratos inue-
niat & clausos,vt omnes aditus sensus nostri scuto ve-
ritatis tegantur. Sequitur: *Non timebis à timore nocturno,*
à sagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris, à
Timor nocturnus. *ruina & dæmonio meridiano.* Quis est iste timor noctur-
nus ambulans in tenebris,nisi tẽtationes diaboli,quas
mittit in damnificationibus, in detractionibus, in vi-

A tuperationib⁹? A timore isto nocturno nõ timet Chri-
stianus, quia vituperationibus non frangitur. Sagitta Sagitta volans.
volans per diẽ potest intelligi laus humana, quæ etiã
ipsa percutit,vt elatione* pereat:sed quia scuto illo ve *Perdat.
ritatis protegimur,nec à negocio perambulãte in te-
nebris aut sagitta volãte per diem quicquam formi-
damus.Quid est negotium perambulans in tenebris? Negotium parambulans in tenebris.
Audi negotia quę rationabilia videnẽ esse Christianis,
& sunt tenebrosa.Nam omne negotium inter emen-
tes & vendentes conficit mendacium. Nã quid dice- Psal. 70.
bat ille? Quid?Quia non cognoui negociationẽ, in-
troibo in potẽtiam domini. Semper ille ingerit com-
pendiosa negocia,vt anima pecunia decipiatur.Malũ
negotiũ pecuniarũ, quod animã inuiscat & captiuat.
Ergo ab isto negotio perambulante in tenebris,à rui-
na & dæmonio meridiano non timemus.Quæ est ista
ruina,& quod est istud negotiũ meridianũ? meridies Meridies.
B dicitur qui diuidat diem. Meros enim pars est diuisa μέρος.
diei, vt tantum videatur transire, quantum remanet
ad finẽ diei.Ergo in centro cœli sol stãs, medius dies
dicitur. Nam cùm in tẽtationibus impugnatur à ma-
lis Christianis anima Christiana pro sua religione &
pro sua fide,vel si aliqui apostatæ seu pagani insultent
ei de religione Christi, confusio nascitur,& ardor ibi
cum rubore & verecũdia perfunditur,& fit quasi me-
ridies,quando igneus est sol. Nam illi qui alta radice
non sunt fundati, & super petrosa seminati, tempore
tentationis exorto Sole aresiũt,eò ꝙ non habeant ra-
dicẽ altã. Et hoc facit dæmon meridianus, id est in- Dæmõ meridianus.
cendens suos insultatores,vt recedat Christianus à fi-
de,vel verecundia perfusus confundatur Christianus
esse, & de ista cõfusione quæ adducit ad peccatũ hic
subsequitur.Postquam eñ dixit,A ruina & dæmonio
C meridiano:subiungit, *Cadẽt à latere tuo mille,& dena mi-*
lia à dextris tuis. Hoc propheta Christo dicit. Quid est,
Cadẽt à latere tuo mille? Multoties videm⁹ eremitas,
vel bonos Christianos iã sic perfectos esse, vt pro san-
cta vita sua, qua perseuerauerũt in solitudine & in san
cta religione,lateri Christi sint applicati: sed sub ela-
tione aliqua decepti,vel illusione diaboli perturbati,
faciũt lapsum,& quasi à latere Christi cadũt.Et quare
mille?Quia mille in dextera manu designam⁹. Primũ
dicitur & mille. Ergo isti qui iam ꝓpè sunt vt perue-
niant ad Christũ,subitò in exitu vitę suæ transeunt ad
aliqua nepharia & impudica, & cadunt à latere eius
mille.sequitur,Et dena milia à dextris tuis.De quibus
dicit,nisi de illis quibus dicturus est: Esuriui enim, &
non dedistis mihi manducare: sitiui, & non dedistis Matt.25.
mihi bibere:nudus eram,& nõ operuistis me:hospes,
D & nõ collegistis me:infirmus,& in carcere,& nõ visi-
tastis me: in tribulatione, & non me estis consolati?
Isti dena milia dicũtur. Sed à dextris ad sinistrã trãs-
euntes cadẽt à dextris eius.Nã & illi qui dicturi sunt,
Nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & multas Luc.10
virtutes fecimus?quasi ad dexterã se putãt esse, & di-
cit eis:Discedite à me,non noui vos.Ite in ignẽ æter-
num,qui paratus est diabolo,& angelis eius.Et isti ca-
dent à dextris eius. Sequitur: *Tibi autem non appropin-*
quabunt. Et reuera nõ possũt tales appropinquare ve-
ritati,qui cõsenserũt falsitati. *Veruntamẽ oculis tuis consi-*
derabis. Hoc Christo de malis ꝓpheta dicit: *Et retribu-*
tionẽ peccatorum videbis. Ergo quid intelligimus, oculis
tuis cõsiderabis,nisi ꝙ dixit ꝓpheta alio loco, Vultus
autem domini super facientes malã, vt perdat de ter- Psal.33.
ra memoriam eorum?Oculis suis cõsiderabit, vt per-
dat

Universidad de Deusto Biblioteca

dat de terra memoriā eorū. Et illi cadent à latere vel A à dextris:iam proximi ad portū facientes naufragiū, *Rom.2.* accipient retributionem peccatorū ab illo,qui reddet vnicuique secundū opera sua.Accedet huc iam populus fidelis,populus Christianus,populus perfectus, & dicet: *Quoniam tu es domine spes mea:altißimū posuisti refugium tuum.* Verè magna altitudo est cōfugere ad deū homines accedētes ad deū cum corde alto, quod nō est in terra depositū,isti confugiunt ad deū:& cum in ipso alto corde non dubij sint, sed certi, alis apertis. *Alæ duæ* Duæ alę agnoscuntur dilectionis, quæ sunt dei & proximi. Cùm ibi in alto ascendunt, nō accedent ad eos mala. *Et flagellum nō appropinquabit tabernaculo eius.* Quid *Heb.12.* facimus, quia dictū est, Quem eñ diligit dn̄s, corripit: flagellat autē omnē filium quem recipit? Et sanctus Iob flagellatus est,tētatus est,examinatus est, exacerbatus est,vulneratus est:sed non appropinquauit B flegellū tabernaculo eius, quia non cessit flgello dei, *Iob.2.* sed dixit:Si bona suscepimus de manu domini, mala quare nō sustineamus? Videte qualis athleta,cuius tabernaculo nō appropinquauit flagellū. Quid est, Nō appropinquauit?Non permansit. Quare non permāsit?quia ab spe non recessit,quia tolerantiā habuit. Et quia omnis tolerantia fructū habet præsentis vitæ & futuræ,& hic accepit multiplicatū quod dimiserat,& illuc cū laude ꝑuenit, quia hic in tribulatione nō defecit. Ideo legimus ista, vt imitemur, non vt tantummodo talem virū laudemus, & nihil faciamus. Dein *Iob personā Christi portabat.* inducit personam Christi:nam & ipse Iob personā ipsius portabat.Et dicit: *Quoniā angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollēt te, nequando offendas ad lapidē pedem tuum.* Intantum persona C Christi est, vt diabolus tempore illo tentationis, quādo eū tētauit in pane,& in regno mūdi,& in elatione, *Matt.4* hoc ei dixerit in prima tētatione:Nō in solo pane viuit homo,sed in omni verbo dei.Et in secunda tentatione,quādo ei ostēsa sunt omnia regna mundi ab ipso diabolo dicente,Omnia tibi dabo si cadens adoraueris me:respōsum est ei à Christo: Dominū deū tuū adorabis,& illi soli seruies. Et in tertia tētatione leuās eum in pinnā tēpli,dixit: Mitte te deorsum in terram, quia de te scriptū est:Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus tollent te nequando offendas ad lapidē pedē tuū. Propheta ergo cū dixit quomodo diabolus futurus erat dicere in tentatione saluatoris:subsequitur dicens: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem.* *Aspis. Basiliscus* Quis est iste aspis, nisi ipse serpens diabolus, D qui protoplastū innocentē & rudē decepit? Basiliscus quare dictus est, nisi quia inter serpētes principatum tenet, quomodo diabolus princeps est omniū vitiorum? Ambulauit super illū vnigenitus saluator noster, *Ioan.14.* quādo dixit:Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Tentatus est à Sadducæis, à diuersis Iudæis,tamen ambulauit super aspidē & basiliscū. *Mat.22.c* Nā quando ei ꝓposuerunt de muliere illa quæ septē viros habuit,cōculcati sunt,quando respōsum est eis: *Luc.20.f* Erratis,nescitis scripturas:In cœlo neque nubēt, neq; nubentur,sed erūt sicut angeli in cœlo. Ita ambulauit super aspidem. Ambulauit super basiliscū, quando ei *Ibid.a.* dictū est à Iudæis:Dic nobis, in quo nomine hoc facis,& quis tibi hanc dedit potestatē? Ambulauit super basiliscū,quando dixit eis, Et ego interrogo vos vnū sermonē,quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis. Baptismus Ioannis vnde erat? de cœlo, an ex hominibus?Et illi iam sub pedibus eius iacentes, dixerunt intra se:Si dixerimus,de cœlo:dicet nobis,quare non credidistis ei? Si dixerimus,ex hominib⁹,timemus populū:quia sicut ꝓphetam habebāt eum.Et responderunt ei,Nescim⁹. Et confusi recesserunt.Et ambulauit super draconē,quādo Sadducæos confudit secundo. Ambulauit super basiliscū,quando interrogantes hāc quæstionem,rei recesserunt.Sequitur:Et conculcabis leonem & draconē.Quis est iste leo?qui de tribu Iuda *Leo Christus vicit.* vicit leonem & draconem,qui significatus est in psalmo:Draco hic quem finxisti ad illudēdū ei. *Leonē diabolum.* Hoc mare magnū & spaciosum,ibi repentia quorum non est *Psal.103.* numerus,animalia pusilla cum magnis.carnales cum *Ibidem.* spiritualibus. Et quia in ipso mari huius seculi negotia damnosa diabolus agit,draco dictus est,qui illudit *Draco,diabolus.* mundo, & conculcatus est à domino nostro Iesu Christo, qui percussit eum gladio oris sui in morte B sua,in precio redemptionis nostræ. Diabolus qui lætatus est in primo homine captiuato, exinde captiuatus est Christo resurgente glorificato, qui conculcauit leonem & draconem. *Quoniam in me sperauit, eruam eum,quoniā cognouit nomen meū.* Quando sperauit in eū? quando caro clamauit ad patrem,dicens, Deus deus *Psal.21.* meus respice in me,quare me dereliquisti?Eruit eum, quoniam Iudęi non præualuerunt contra eū. Cognouit nomen eius,quādo dixit:Longè à salute mea verba *Ibidem.* delictorū meorum, id est,longè sunt à me peccata membrorū meorum.Peccata possum portare eorum, non tamen habere: quia ipse est qui peccata nostra *Esa.60.* portat,& pro nobis dolet,quem nos putauimus in dolore esse.Ipse autē vulneratus est pro nobis, & humiliatus est pro peccatis nostris.Sequitur: *Inuocabit me,* C *& ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione, eximam & glorificabo eum,longitudine dierum replebo eum,& ostendā illi salutare meum.* Inuocauit eum, & exauditus est quando dixit:Deus deus meus respice in me. Erutus *Psal.21.* est,quando emisit spiritū.Cum ipso fuit in tribulatione,quando dixit:Ne discedas à me,quoniam tribula- *Ibid.* tio ꝓxima est. Cum ipso fuit in tribulatione, exemit eum,& glorificauit eum.Quomodo eum glorificauit? quando eum clarificauit, quando dixit, Clarifica me *Ioan.17.* pater claritate illa quam apud te habui antequā mūdus esset. Clarificauit eum, quando in toto mundo clarum eum fecit credentium mentibus: Quando in *Psal.18.* omnem terram exiit sonus eius, quādo verbum exiit, & cucurrit in campos. Glorificatus est ergo, vt & nos dicamus:Gloria in excelsis deo,& in terra pax homi- *Luc.2.* nibus bonæ voluntatis. Orationibus vestris inquantum dominus donauit,& pulsanti aperuit, exposuim⁹ D vobis totum psalmum. Orate ergo vt qui percepistis à nobis modica, accipiamus magna, & detur nobis quod tradatur vobis, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *Psalmo XCIII. Quis exurget mihi aduersus malignantes?&c. Homilia, incerto interprete.*

ADuersus fluctus & impetus malorum hominū,cōtra pestiferas cogitationes qui student magis rectè vt viuāt, nec viuāt vt illi qui ita seculi laqueis obligati sunt, vt totum cor depositum in terra trahant, non agnoscentes eum qui fecit cœlum & terram:contra hæc sola oratio Christianorum *Oratio assidua quàm efficax.* ad deum poterit præualere. Licet eñ suis viribus aduersitates nullus manu cordis repellere potest,nisi fuerit adiutus cœlitus dextera illa ineffabilis diuinitatis, tamen necessaria est nobis incessabilis operatio, vt sequamur

Luc.18. sequamur magistri & domini pręceptū dicētis:Oportet semper orare,& nūquā deficere. *Mali homines bonis vt prosint.* Isti ergo mali homines magis ideo viuunt vt probent bonos, vt si qua fortè fęx morū obfuscauit claritatē sanctę & immaculatæ vitæ perturbātibus pestiferis hominib⁹,quo proficiūt illi in peius,isti purgētur in melius,dicēte domino: *Matt.5.* Cū dixerint omne malū aduersum vos,mētientes, gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cœlis. Et iterū: *1.Tim.1.* Orate pro inimicis vestris, benefacite iis qui vos oderunt. Orate pro calūniantibus & persequentibus vos,vt sitis filij patris vestri,qui in cœlis est, qui Solem suū facit oriri super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos.Si enim diligitis eos tantū, qui vos diligunt,quā mercedē habebitis?nónne & Publicani hoc faciunt?Et si eos salutatis tantū qui vos salutant,quid amplius facitis?nōne & Ethnici hoc faciūt? Estote ergo perfecti sicuti & pater vester cœlestis perfect⁹ est. B Taliter impugnabatur propheta,de quo modo cantauimus. Nā nisi exagitaretur, tentaretur probaretur,perficeretur,quādo clamaret dicēs: *Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis consistet mihi aduersus operantes iniquitatem? Nisi quia dominus adiuuit me,paulominus habitauerat in inferno anima mea.* Quasi quærēs,& dicens: Quis adiuuat me contra tantos impetus, contra tantas suggestiones, cōtra tantas importunitates malorū?Ergo quis exurget,dicebat,quasi quærēs & conquirēs peragraret in tota creatura,& iam nullū ex hominibus adiutorium inueniret. Repetiuit dicens: Aut quis cōsistet mihi aduersus operantes iniquitatē? Rediit ad fontem misericordiæ, vnde semper hauriebat beneficia,ad dominum rerum omnium,& conditorē creaturarum. Hic & cōfessus non ingratus dixit: Nisi *Ψαλμ.* quia dominus adiuuit me,paulominus habitauerat in C inferno anima mea. Ostēdit quia omnis anima deum sitiens & esuriens,derelinqui in quocunq; periculo in quantacunq; extremitate non poterit. Et si paululum differt beneficia, tamē non derelinquit sperātes in se. *Eccle.2.* Nam quis sperauit in domino, & cōfusus est:permāsit in mādatis eius,& derelictus est? Et beneficia præstās *Mar.9.* dicebat salus & saluatio nostra dn̄s Iesus Christus:Credis quia possum hoc facere? Et ille clamabat medulla fidei,interiori credulitate: Credo domine:adiuua incredulitatem meam. Et dominus respondēs dicebat: Secūdum fidem tuam fiat tibi. Nullus ergo ex cultorib⁹ dei dubitet,quāuis beneficia difficilia speret, quā- ** deferri.* uis miracula super se veniētia postulet,*differri à summo bono deo nō potest. Considerate patres nostros, *Act.7.a.* qui fuerunt ante nos. Patriarchæ fide exierūt de terra sua & de cognatione sua,credētes quia qui iusserat eos D exire,dimittere nō poterat exeuntes. Quid dicam de illo populo qui in eremo quadraginta annos institutur, licet murmuroso, licet indigno, licet ingrato, de propagine illorum tertiam progeniem introduxit in terrā promissionis:quia quæ promisit deus, potens est *Gen.21.* facere. Quid dico de illo Abrahā patre multarū gentiū,qui fide in senectute meruit accipere filiū, & contra spem in spe credidit? Quid dico de Isaac?quia iam vxor eius quæ sterilis vocabatur,ad vnum coitum geminum accepit fructum filiorū,ita vt in vno ergastulo *Ibid.25.* ventris Esau & Iacob vno tempore conciperētur, alerentur & crearētur?Quid dico de Iacob?qui fide exiit *Gene.27. & seq.* cum vno baculo à genitoribus suis,pergens ad Laban auunculum suum,id est,fratrem matris suæ,& venit in Luza, & ibi vidit tantum mysterium & inenarrabile, angelos ascendentes & descendentes,& sanctum locū

A nominauit, & in sua oratione Christum prophetauit, & saluatorem vngendo lapidem non tacuit, dicente Apostolo: Bibebant autem de spiritali sequēte petra, *1.Cor.10.* petra autē erat Christus. Quid adhuc de illo dicam, qui veniens ad puteum,inuenit filiam Laban non posse *Gen.29.* adaquare pecora prę multitudine pastorum: reuoluit lapidem grandē quo puteus cooperiebatur, & adaquauit greges?Quantum mysteriū, quanta granditas in operibus patriarcharum,quanta credulitas? Puteos *Puteorum significatio.* cū legimus,siue fossos à patriarchis, siue obrutos à Philistinis: intelligūtur Philistini Gentiles homines esse,seipsos amātes:vel hæretici,ꝗ falsitate sua cooperiunt veritatem legis,ne adaquent multitudinem gregū. Aequè intelligitur puteus fossus altitudo legis. Fodiunt eam doctores de sarculo linguæ,purgant terrenas cogitationes, veniunt ad spirituales,& perueniunt B ad illā altitudinē sapientiæ & scientiæ dei, quam oculus nō vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascēdit,& profluit eis aqua de altitudine fontis salientis in vitam ęternam.Sed petra cooperitur,quia quod in le- *2.Cor.6.* ge velatum est,in aduentu Christi reuelatum est.Cum ergo ad puteum venit Iacob, siue Moyses, vel cæteri qui ad puteos agnouerunt futura cōiugia: quid intelliguntur nisi in altitudine legis ecclesiam agnoscere? Inde adaquantur oues,id est,de verbo spiritali. Nā ipse Iacob dū adhuc pastor esset auunculi, & soceri sui, *Gene.30.* videbat fructum & fœcunditatem ouium non ad se transire:fecit pactum cum socero suo, vt siquid nasceretur varium in agnis,pertineret ad Iacob: siquid fuluidum & exalbidū,pertineret ad Laban. Sapientia illa,quæ est ostēsor omnium artium,omnia ingenia excedēs,dictauit illi debere facere populeas virgas,scul C pere eas,vt viride in quo erat decorticaret ex parte,& faceret viride cū albo. Posuit has virgas vario colore decorticatas,vt quoties biberēt greges tempore conceptus,cōciperent ibi varios fœtus, & huius sacramēti res erat. Virgæ intelliguntur præcepta legis,dicente *Expositio* Apostolo:Quid vultis,in virga veniam ad vos?&, Re- *1.Cor.4.* ges eos in virga ferrea. Et alio loco: Virgā virtutis tuæ *Psal 1.* emittet dominus ex Sion. Et ipse Moyses virgā fere- *Psal.109.* bat,quam ante Pharaonem proiiciebat.Intelligitur in virga(vt dixi) vigor legis, præfigurabat ecclesiā vbiq; diffusam.Qui audit nūc verbum dei, quod est illi virga ponitur supra aquam,id est in fontē baptismi:& ibi bibentes oues baptizatæ,credētes pastori pastorū domino nostro Iesu Christo, qui animā suam posuit pro ouibus suis:ibi,id est in aqua cōcipiunt varietatem vitæ suę. Vnus constituit vxorē ducere post baptismū,& D aliam mulierem tāgere nullam:alius constituit ascendēs de baptismo cōtinentiā tenere, & vlterius amplexum fœmineū non tangere: alius constituit virginitatē custodire,alius viduitatē seruare: alius cōstituit monachi vitam tenere:alię in choro sacrarum puellarum permanere. In vtroq; sexu permanēt ista dona, gratia donāte. Hoc est figuratū ab Iacob,varias oues in aqua cōcipere, hoc totū credulitas de auribus dei sibi vendicauit. Quid dicā de Rachel vxore eius, quæ sterilis *Gen.30.* vocabatur,quomodo credēs concepit,primū Ioseph, vltimū Bēiamin?Quid dicā de ipso Ioseph qui credu- *Ibid.39.* litate omnia à deo impetrauit?qui puer paruus adolescētia decoratus,impudicę mulieris insolentiā credulitate declinauit,castitate possessus,in manu proteruæ mulieris pallium dereliquit. Quæ mulier significat synagogam,quæ incredulitate sua vsq; ad mortem dominum accusatione persecuta est, vt pallium carnis

dimitteret in manibus eius:æquè ipsum palliũ in resur
rectione corporis assumpsit. Quòd verò de carcere
exiit,hoc est ꝙ idem ipse dominus de sepulchro ascẽ-
dit.Quòd pauit Aegyptum tempore famis, hoc est ꝙ
Christus verbo suo totum mundum repleuit. Et vt a-
Amos.8. gnoscatur famem esse verbũ dei,dixit propheta,In il-
lis diebus mittam in eos famẽ: sed non famem panis,
sed famem audiendi verbũ dei. Et quia prætermittẽ-
da non sunt de Iacob,quę nobis exponenda occurre-
runt,redeamus ad ordinẽ dictionis. Nam cum ad co-
gnationem suã vellet redire cum vxoribus & paruu-
lis,omníq; censu à Laban socero suo,ita cõtinet series
Gene.31. lectionis: Igitur egressus Iacob de Mesopotamia Sy-
riæ,venit ad montẽ Galaad,ibíq; fixis tẽtoriis nũciatũ
est ad Laban, ꝙ fugeret Iacob clam ipso cum cõiugi-
bus ac liberis suis,omníque supellectile sua. Qui con-
secutus reperit eũ in Galaad. Et locutus est dominus
Ibidem. eadẽ nocte ad Laban,dicens:Caue nequid asperè lo-
quaris ad Iacob.Et hoc totum vnde factum est,nisi de
Ibid.32. credulitate?Illud verò quod sequiť,Trãsductísq; om-
nibus quę ad se pertinebãt vadum Iordanis,Iacob re-
Ibidem. mansit solus,& ecce angelus luctabatur cũ eo.Cúmq;
iã crepusculo dies immineret, dixit angelus ad Iacob:
Dimitte me,vt vadam,iam enim ascendit aurora. Ad
quem Iacob ait: Nõ dimittã te,nisi benedixeris mihi.
Cui dixit angelus:Quo nomine vocaris?At ille respõ-
dit:Iacob. Cui angelus: Non vocaberis, inquit,Iacob
vltrà, sed Israël erit nomen tuũ: quia si cũ deo fortior
valuisti,quanto magis cum hominibus fortior præua-
lebis?Tetigítq; neruum femoris eius,& emarcuit.Ma-
gnum sacramẽtum, qui angeli tactu insanus sanus de-
buit reddi,versa vice factũ est vt sanus claudicans effi-
ceretur.Sed pręfigurabat in duobꝰ pedibꝰ Iacob duos
populos,scilicet credẽtes,& incredulos. Nã de popu-
lo Iudæorũ,qui Christum dominum futuri erant cru-
Psal.17. cifigere,quid dictũ est?Filij alieni mẽtiti sunt,filij alie-
Claudicatio Iudæorum. ni inueterarunt,& claudicauerũt à semitis suis.Quanta
fuit claudicatio, vt filium Ioseph confiterentur tantũ,
& non filium dei,& crucifigerent?In tantum fuit clau-
dicatio,vt dicerent: Si tu es Christus, dic nobis. Ecce
Luc.29. in vno pede Iacob demõstrabatur populus in Christo
claudicans Iudæorũ:in alio pede integro & stabili po
Psal.25. pulus Christianorũ,dicente propheta:Pes meus stetit
in rectitudine.In ecclesiis benedicam te domine.Hos
duos pedes significabat Iacob in duobꝰ populis.Quid
**Debbora.* dicã de Moyse,de Aaron, de* Thamar, de Eleazaro?
Virtutes,potentiæ,miracula,tolerãtia,granditas,susti-
nẽtia,fides,spes,charitas erat in eis,vt duces populi ef
ficerẽtur.Tolerabant insipientes, insulsos, iracundos,
murmurosos,ingratos,& hoc totũ illam credulitatem
Psal.90. tenentes: quia agnoscebant patientiam pauperum nõ
posse perire in æternum. Quid dicã de sancto Dauid?
qui puer paruus cũ oues vindicaret à ferocitate fera-
1.Reg.17. rum, leonem & vrsum tenens sub ala suffocabat. Vn-
Attende mysteriũ. de hoc puer impetrabat,nisi quia iam deus in illo my-
steria agebat? Nã quid erat suffocare vrsum & leonẽ,
& defendere oues,nisi dominum Iesum Christũ ven-
turũ signare, qui alligauit Satã & angelos eius, vt gre-
gẽ suũ liberaret de faucibus leonis rugientis? Qui cõ-
culcauit leonem & draconẽ?Aequè vrsum suffocauit,
quando incredulitatem crucifixorum cõfudit dicen-
Matt.26. tium:Hic dixit,destruam tẽplum, & in triduo reædi-
Matt.28. ficabo illud.Et iterum dixerunt: Nobis dormientibus
discipuli venerũt,& furati sunt eum. Aequè tanta be-
stia occisa est, quando ex mortuis resurrexit. Breuiter

A ergo voluimus,quantũ potuimus,vel quę occurrerũt,
dicere nõ prolixè,non laboriosè,non latissimè, ne fa-
stidium ingereremus legẽtibus.Siquid enim comma- *κομματικῶς per commata & incisa.*
ticè dicitur:cum dulcedine & suauitate legitur. Ergo
&nos dicamus cum talibus,quia filij prophetarum su-
mus, & credẽtes scimus nos cum membris Christi es-
se. Quis exurget mihi aduersus malignantes, aut quis
consistet mihi aduersus operãtes iniquitatẽ? Nisi quia *Psal.93.*
dominus adiuuit me,paulominus habitaret in inferno
anima mea. Ecce hoc dicamus quotidie deo purgata
& eliquata mente, iugi oratione, conquadratis mori-
bus,trutinata consuetudine, vt gratiam dei non in va-
cuum suscipiamus, sed faciamus in eadem gratia fru- *2.Cor.9.*
ctum iustitiæ ob meritum vitæ perpetuæ.

IN PSALMVM XCV. CANTATE *domino canticum nouum,cantate domino omnis terra: Homilia Des. Erasmo interprete.* Authore damnato

B EGregium veréq; mirandum hymnum spiri-
tuali lyra nobis resonuit hymnographus Da-
uid, dum prophetica lingua sermonẽ texuit
euangelicum, & antiquis sermonibus nouas res signi-
ficauit. Quid enim insonuit? Quemadmodum modò
audiuimus. *Cantate domino canticum nouum,cantate domi-
no omnis terra.* Considera charissime piéq; contempla-
re,vt prophetiam verbis adaptans euangelicis, eundẽ
reddat sententiarum dogmatúmq; concentũ.Canta-
te,inquit, domino canticũ nouum. Scimus fratres, ꝙ
nouum canticũ à vetere distinguitur. Quærendũ igi-
tur quod sit argumentum cantici veteris, quod noui:
hoc pacto ex rerũ differentia consequi poterimus ve-
ritatis intellectum.Primum omniúmq; vetustissimum
C canticum ad mare rubrum decantatũ est:quo tempo-
re admirandus ille Moyses virtute diuina trãsiit mare,
ac pelagus vertit in terram, & canticũ resonans dice-
bat:Cãtemus domino, gloriosè enim glorificatus est: *Exod.15.*
equum & cõscensorem proiecit in mare. Fuit & aliud
vetus canticum à beata Debbora decantatum, quum *Iudic.5.*
prostratis in bello hostibus, pro maximo quopiã tro-
phæo erexit hymnũ victorialẽ. Inuenies & aliud can- *Num.21.*
ticum in deserto cantatum,quum puteum reperissent
filij Israël,nouóq; beneficio frui contigisset. Quin in-
super multã veteris cantici mentionẽ inuenire licet iis
qui verè syncereq; versantur in sacris literis. Oportet
igitur iam & recens illud & nouum quærere canticũ,
quam vim habeat, & quid proponat nobis contẽplã-
dum. Hîc mihi vigilãter attende. Vetus canticũ vnius *Veteris cãtici circumscriptum.*
populi finibus circunscriptum erat,vnóq; climate cõ-
D tinebatur,videlicet Palæstinæ, neque fas erat populo
extra illud clima vetus efferre canticum, sed quum po
pulus esset vnus,vnáq; gens,vno loco vnóque climate
tum canticum tum religio vetus erat circunscripta.
Testatur quod dico,etiam beatus Dauid sic alicubi lo-
quens sub persona Iudæorum qui erãt in Babylonem
abducti: Quomodo cantabimus canticum domini in *Psal.136.*
terra aliena? Vides ꝙ non fuerit concessum veteri can-
tico per omnem ire terram quæ sub cœlo est? Sed re-
petamus ea quæ dixerunt in Babylone versantes. Tũc *Ibidem.*
interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, ver-
ba cantionum, & qui abduxerunt nos, hymnum can-
tate nobis de canticis Sion. Dein lege circunscripti,
vetitíque ne in terra peregrina canerent diuina canti-
ca,respondent,Quomodo cantabimus canticum do-
mini in terra aliena? Vetus itaque canticum adeò an-
gustis finibus circunscribebatur,quemadmodũ modo
dicebam,

dicebam,intra populum vnum,vnámq; regionem,sed
nouum per omnem terram incedit quæ sub cœlo est,
& ab vniuerso decantatur orbe:eóq; propheta quũ di
xisset, Cantate domino canticũ nouũ: protinus adie-
cit,Cãtate dño omnis terra. Vide quomodo explicat
donũ,vide quomodo dilatat theologiã,vide quomo-
do ostẽdit discrimen inter canticum nouum, & vetus
illud angustis finibus circunscriptũ. Ac nequis huma-
nis coniecturis cæcutiat in huius rei contemplatione,
nec euangelicæ gratiæ vim tacuit: sed cùm dixisset,
Cãtate domino omnis terra, rursum adiecit, *Annun-
ciate diẽ ex die salutare eius.* Quod salutare? profectò li-
quet,ꝙ de multis hymnis celebrãda seruatoris dispen-
satione loquitur:ꝙ deus amore generis humani, inter
homines versatus est:ꝙ medicus ad ęgrotantes adue-
nerit:ꝙ caligantibus lux affulserit:ꝙ errantibus appa-
Ioan. 14. ruerit via,illa inquã via,quæ & hodie clamat in euan-
geliis,Ego sum via,veritas,& vita. Sed operæprecium
est fratres discere, quã ob causam deus populũ illum
loco & climate circunscripserit,tũ cur illi nõ permise-
rit per vniuersam terrã canere laudes diuinas.Nã illud
oportet in primis pulchrè nosse, ꝙ deus non vertitur
nec immutatur, nec ab vna sententia in aliã dimoue-
tur,vt nunc hoc decernat,nunc diuersum:sed ꝙ quum
ipse maneat immotus & immutabilis,sese ad humanã
Deus nostra se attemperat imbecillitati. attẽperat imbecillitatẽ.Crebrò, fratres,loquitur deus
ac leges præscribit,nõ vt ipse potest,sed vt nos capere
valemus.Poterat & per vetus canticum accendere lu-
κοινόν. cernam gentibus: sed non erant qui lucernã manibus
attingerent,validi ad pietatis prædicationẽ. Etenim si
qui acceperunt,non obtinebant pietatis sermonẽ,qui
potuissent in alios pietatis legem transfundere? Verũ
quoniã populus ille segnis erat & incredulus,vt facilè
gentiũ abominationibꝰ seductus sese submitteret,vno
Cõfirmat simili. loco septus est,quò posset solus apud se exercere pie-
tatis legẽ. Idem facit frequenter & maritorũ hominũ
quisq;,quoties vxorẽ habet suspectã,circunscribit illã
vno loco,thalamísque includit,eunuchos adhibet, &
omnẽ apponit custodiã:in summa, nihil non facit cu-
ratq; eorũ quæ seruant pudicitiam,eò ꝙ illa nõ habet
verum amorẽ,pudicæ mentis custodiã,quę castæ fœ-
minæ solet esse familiaris.At qui pudicã benéq; mo-
ratã habet vxorẽ, à nulla eam progressione prohibet,
quippe qui certũ pignus habeat,vxoris affectum. Illa
prodit in forum,& extinctus est zelus:cõgreditur cum
multis viris, nec vsquam est zelotypiæ morbus,eo ꝙ
pudica mulier secum habeat custodem ac pædagogũ,
morum integritatem. Quod igitur inter nos homines
geritur, idẽ facit & deus. Ac ne quis dicat incõgruam
Deus ita populo vt vir vxori copulatur. esse similitudinẽ quam proposui,deus hoc modo co-
pulatur populo, quo vir vxori, non iuxta corporum
vnionem,sed iuxta mentis affectũ, ac beneuolentiam.
Idem ergo etiam in vetere testamento synagogam al-
loquens per prophetã manifestò dixit:Desponsaui te
in iudicio & in misericordia, & in iustitia, & in agni-
tione. Interpretatus est dei copulã: corpora corpori-
Gene.2. bus applicantur,verũ in commistione dei, anima deo
conglutinatur. Et quemadmodum illic dictum est, &
Psal.62. adglutinabitur vxori suæ, & erũt duo in carnẽ vnam:
sic anima quũ deo verbo vnitur,clamat: Adhæsit ani-
ma mea post te, me autẽ suscepit dextera tua. Habe-
bat igitur vetus synagoga pro viro legẽ, quemadmo-
Esa.45. dum hodie testatur Esaias per apostolum loquens,nã
Galat.4. prophetica voce Paulus vsus est, dicens, sicut scriptũ
est:Multi filij desertæ magis q̃ eius quæ habet virum.

A Quoniam igitur synagoga illũ virum habuit, videlicet
legẽ(resumã enim quod dicebã) erat autem suspecta,
ꝙ vbique charitatẽ deo debitam proderet idolis,con-
scientiam habens illorũ cultu pollutam:redarguit illã
deus ita loquens, Et mœchata est cũ lapide & ligno, *Hiere.3.*
ac mei oblita est,dicit dominus. Quoniam suspectam
habebat mentem synagogæ, meritò illam loco circũ-
scribit,temploq; veluti thalamo cuidam includit, ne-
quaquam permittens vt quouis loco sibi constituat
altare: sed vniuersa quidem Iudæa ac Palæstina erat
populi,cæterùm vnicus erat locus habens altare. Ea-
propter & Moses quum sciret vxoris mores suspicioni
obnoxios,(vxorem autem scriptura hactenus appellat *Synagoga.*
synagogã) Sciens igitur mẽtem synagogæ meritò su-
spectam, prius illam appellat, dicens, Attende tibi Is- *Deut. 12.*
raël, nequando offeras holocaustomata tua, & victi-
B mas tuas in omni loco quemcunque inueneris, sed in
loco quem elegerit dominus deus tuus. Videte quàm
circũscripta sit,& quidem meritò fratres. Quum enim
in vno loco accepisset altare, totũ locum impleuit si-
mulachrorum cultu,sicuti clamãs Hieremias testatur, *Hier.44.*
Iuxta numerum ciuitatum erant dij tui Iuda, & iuxta
compita Hierusalẽ sacrificabas Baal. Si ergo quũ ac-
cepisset vnum locum, terram omnem impleuit adul-
terio:si plena libertas fuisset concessa, cogita in quàm
enormẽ incidisset incontinentiam. Ob hanc causam,
fratres,etiam canticum loco circunscriptum est,& al-
tare loco definitum,& populus ille loco conclusus. At
ecclesia quæ vbique Christum in se circunfert, innu-
merósq; martyres immolauit ob charitatẽ quam ge- *Ecclesia.*
rit erga virum, à nullo prohibetur loco: sed in omni
loco sunt altaria, in omni loco doctrina. Hæc prædi-
C xit deus per prophetam. nam & ecclesiasticam expri-
mens sinceritatem, & alterius populi ingratitudinem
traducens,ad illos loquitur: Non est mea voluntas in *Malac.1.*
vobis, dicit dominus omnipotens, nec accipiam ho-
stias de manibus vestris:quoniam ab exortu Solis vsq;
ad occasum,nomen meum glorificatum est inter gen-
tes,& in omni loco sacrificiũ offertur nomini meo, &
sacrificium purum. Vide q̃ luculenter,quámq; diluci-
dè mysticam interpretatus est mensam,quæ est incru-
enta hostia. Thymiama verò purum appellat sacras *Thymiama purũ, sacræ preces.*
preces,quæ post hostiam offeruntur. hic enim suffitus
deum refocillat, non is qui à terrenis radicibus sumi-
tur,sed qui à puro corde exhalatur. Dirigatur igitur o-
ratio mea tanquam incensum in conspectu tuo. Vides *Psa. 140.*
vt vbique locorum concessum est angelicum illud sa-
crificium inclarescere?vides nullis finibus circunscri-
D ptum neq; altare, neque canticum?In omni loco thy-
miama offertur nomini meo. Est igitur hostia pura pri
ma quidem mystica mẽsa,cœleste summéq; veneran-
dum sacrificiũ. Est autem & in nobis varia sacrificio-
rum differẽtia. Posteaquã enim lex in veteri testamen- *Hostiæ veteris legis multa.*
to multas habuit hostias,aliam pro peccatis,aliam quę
dicta est holocaustoma,aliã vocatam laudis, aliam sa-
lutaris,aliam pro leprosis mundandis,breuiter alias &
multas & varias pro his qui innumeris expiationibus
censebantur,omnino magnus erat & modo carẽs nu-
merus sacrificiorum in lege: quæ omnia noua gratia *Hostia gratiæ vna.*
superueniẽs vno complectitur sacrificio, vnam ac ve-
ram statuens hostiam. Habemus autem & nos in no-
bis ipsis varias immolationes,non quę iuxta legem in-
cedunt, sed quæ decent euangelicam gratiam. Vísne *Victima seu hostia ecclesiæ.*
has cognoscere victimas, quas habet ecclesia, quum
sine sanguine,sine fumo,sine altari,cæterísq; ceremo-
niis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

niis, munus euangelicũ sursum ascendit ad deũ, quod-
que sit sacrificium mũdum & immaculatum? Audito
sanctam scripturam tibi palã exponẽtem hanc differẽ-
tiam ac varietatẽ. Est igitur primum sacrificium, qđ
antè dixi, spirituale illud ac mysticum donum, de quo
Ephes.5. Paulus ait, Imitatores estote dei tanquã filij dilecti, &
ambulate in dilectione, quemadmodũ & Christus di-
lexit nos, tradiditq; seipsum pro nobis deo sacrificiũ
& oblationẽ in odorẽ suauitatis. Alterum sacrificium
est martyrũ: & quæ testatur hoc scriptura? Audi Pau-
Rom.12. lum: Obsecro vos fratres, vt exhibeatis corpora vestra
hostiam viuã, sanctam, gratã deo. Habes primã hostiã
quæ dicitur salutaris, habes secundam martyrũ, tertiã
Psa.140. precationis: Dirigatur deprecatio mea tanquã incen-
sum in cõspectu tuo, sublatio manuũ mearũ sacrificiũ
vespertinũ. Quarta est quæ offertur laude, hoc est per
Psa.106. hymnos, Sacrifica deo sacrificium laudis. Quinta est
Ibid.50. per iustitiã: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Sexta
Iacob.1.d offertur per eleemosynã: Sacrificiũ, inquit, mũdum &
immaculatum, visitare pauperes & orphanos in affli-
Iubilum quid. ctione ipsorũ. Septima fit in iubilo. Iubilũ autem est
victorialis in bello applausus. Nã aliud est ololygmos,
ὁλολυγμός. hoc est, clamor: aliud alalagmos, hoc est, iubilatio.
ἀλαλαγμός. Quum post victoriã in bello milites vociferantur, ea
est iubilatio, victoriæ signum, cóque propheta eos qui
conspecturi erant Christi victoriã, hymnũ vociferan-
Psal.88. tes aduersus hostes, beatos appellat, dicens: Beatus po
pulus qui scit iubilationẽ. Iubilatio igitur est victoria-
lis in bello plausus. Posteaquam ergo seruator victo-
Ioan.16. riam tulit deuictis omnibus inimicis, dicens: Confidite,
ego vici mundum: hymnũ nunc offerentes victori,
perficimus iubilationem, quam propheta beatam vo-
Psal.26. cat, dicens: Circuiui & immolaui in tabernaculo eius
sacrificium laudis & iubilationis. Est & octauũ quod-
Psal.50. dam sacrificium deo, spiritus contritus: Cor contritũ
& humiliatum, deus nõ despiciet. Vides quales hostiæ
à nobis tractentur. Est & aliud nonum sacrificiũ, quod
Rom.5. peragitur per euangelij prædicationẽ. is est sermo do-
ctrinæ, de qua Paulus apostolus ait: Administrantes
euãgelium dei, vt fiat oblatio gentium accepta, & san
ctificata in spiritu sancto. Vides quam declarauit etiã
euãgelij prædicationem offerri deo? Habes igitur pri-
Epilogus sacrificiorum.10. mum sacrificium illud salutare donum, secundũ mar-
tyrum, tertiũ deprecationis, quartũ iubilationis, quin-
tum iustitiæ, sextũ eleemosynę, septimũ laudis, octauũ
cõpũctionis, nonũ humilitatis, decimum prædicatio-
nis: tametsi quiddã prætermisi, quũ animo nouẽ enu-
merarim, putaui me tradidisse decẽ. Quódnam igitur
sacrificij genus prætermissum est? Est decimũ sacrifi-
Philip.4. cium, fructificationis, de quo loquitur Paulus: Accepi
que à vobis missa sunt per Epaphroditum, sacrificium
acceptabile in odorem suauitatis. Vides beneficentiã
in sanctos, à Paulo vocari sacrificiũ. Habes igitur va-
rias sacrificiorum formas. Sacrifica deo sacrificiũ lau-
dis. Laudaui vos omnes fratres, imò potius omnes lau
dauimus & ante omnia deus, sacrificium quod exhi-
buistis, loquor de beneficentia in pauperes, vt qui mi-
serti estis eorum qui in foro conculcabantur clamán-
tes ad deum, & per vos exauditi sunt. Imitati estis dei
benignitatem, depulistis à foro mẽdicitatis probrum,
processit eleemosyna, & extinxit dedecus, dedecus e-
nim diuitum est clamor pauperum. Thesaurizastis the
Clamor pauperũ, diuitũ dedecus. saurum, diuitias iustitiæ. Nam hunc thesaurum opor-
tet habere præ oculis, thesaurum veritatis, thesaurum
iustitiæ, thesaurum benignitatis in pauperes. Siquidẽ

duo fratres sunt thesauri, vnus qui reponitur malis, & *Thesauri duo.*
alter qui bonis reconditur. Thesaurus malorũ est ino-
bedientia & intractabilitas, & iniquitas: de qua dicit
Paulus: Ignoras q, bonitas dei ad pœnitentiam te in- *Rom.2.*
uitat? sed iuxta duritiam tuã, & cor impœnitẽs, thesau-
rizas tibi iram in die iræ, & reuelationis & iusti iudicij
dei? Vides thesaurũ peccatorũ reponi operãtibus ini-
quitatem. Nunc vide thesaurũ qui ex humanitate er-
ga pauperes, reponitur operantibus iustitiã. Audi Pau
lum Timotheo scribentem: Præcipe his qui diuites *1.Tim.6.*
sunt in præsenti seculo, ne animis efferantur, neq; spẽ
ponãt in incerto diuitiarum, sed vt benefaciant: diui-
tes sint in operibus bonis: vt faciles sint ad impartien-
dum & cõmunicandum, thesaurizantes sibi thesaurũ
in futurum, vt verã apprehendant vitã. Vides thesau-
rum bonorũ, vides thesaurũ malorũ. Et apud quẽ hic
thesaurus deponitur? Clarũ est q, apud deum: nam ille
& malorum thesaurũ reponit ad retributionẽ. Et al-
teros quidem vlciscitur, alteris verò rependit præmia.
Vis ipse videre, quis thesaurorum horum perfectã ha-
bet memoriam, custodiámq;? Per Moysem loquitur
de iis qui perpetrant mala. De vinea Sodomorum, vi- *Deut.32.*
nea eorum, & palmes illorum ex Gomorrha: vua eorũ
vua fellis, botrus eorum botrus amaritudinis. venenũ
draconum vinum illorum, & venenum aspidis insana-
bile. Et posteaquam commemorauit opera iniquita-
tis, protinus adiunxit: Nónne hęc omnia condita sunt *Ibidem.*
apud me, & signata in thesauris meis? in die vltionis re-
tribuam, in tempore quum lapsus fuerit pes eorũ. Ad
hunc modum dispensat thesaurũ iniquitatis his qui o-
perantur iniustitiam. Dispensat & thesauros regni, de
quibus loquitur & Esaias: Venit sapientia & scientia, & *Esa.33.*
pietas à deo. Hi sunt thesauri iustitiæ, de quibus & ser-
uator sanctis discipulis suis loquebatur: Thesaurizate *Luc.12.*
vobis thesaurum indeficientem, ętternum in cœlis. At-
que idem diuiti loquens, Veni, inquit, sequere me, & *Ibid.18.*
habebis thesaurum in cœlis. Fugiamus itaq; thesaurũ
iniquitatis, & recondamus thesaurum eleemosynæ bo
num opus, quódq; possit omne peccatum extinguere, *Eccle.3. et Luc.11.*
quod idoneum sit ad soluendam omnem iniquitatẽ.
Atque vt planè cognoscas quantam habeat vim ele-
emosyna, attentius considera quæ dicuntur. Peccata *Peccatorũ*
quædam spectant ad deum, quędam ad hominem: ve- *quædã ad deũ, quædã ad homi-*
luti impietatem committere, blasphemias cuomere, *nem spectant.*
ac violare tẽplum dei, aut ecclesiam dei persequi, aut
sacerdotes afficere cõtumelia, hæc omnia referuntur
ad Deum. Cæterùm mœchari, furari, iniuriam facere,
hæc intra consuetudinem quæ nobis cum conseruis
est, consistunt. Multiplex autem est differentia eorum
quæ committuntur in deum, & quæ in homines. Nihil
itaq; peius iniquitate, neq; quicquam infœlicius ini-
quitate aduersus deum, neq; quicquam magis impiũ,
quàm aduersus deum blasphemia. Et tantam tamen
impietatẽ eleemosyna valet diluere, non si perseueret
in blasphemia, sed si per pœnitentiã peccatum reuo-
cet. Ne quis mihi hîc obstrepat dictis meis perperam
intellectis. nõ enim mihi ad amentium amentiã, sed a-
pud vos fideles sermo est, apud veritatis collectaneos.
Nihil sœlestius impietate, nihil sœlestius blasphemia:
& tamen tantum malum per eleemosynam diluitur,
siquis verè accesserit veritati. Sumo mihi ad probatio- *Dan.5.*
nem veterem Danielis historiã. Balthasar Nabucho-
donosoris filius quum aliquãdo debaccharetur in res
diuinasa, e sancta violaret, ausus est in prophano cõui-
uio ebriorum impiorum ac blasphemorũ, sacra vasa,
quæ

quę Hierosolymis sustulerat, in medium afferre, iisque
pro temulentiæ instrumentis abuti. Et exportauit, in-
quit, vasa dei quæ erant Hierosolymis sancta, & bibit
ex illis ipse, & vxores illius, & pellices & cõcubinæ il-
lius. Violauit autem diuina, non tantùm per mensam
prophanam, verumetiam per intemperantiam. Atqui
tantum etiam malum deus lenitate sua tulit, illa malo-
rum tolerans vis, illa opulenta gratia, illa benigna co-
piosáq; humanitas, quæ acceptat pœnitentiã nostrã,
& vindictam prorogat. Debacchantem in sancta tole-
Dan.5. rat deus, & sentẽtiam aduersus illum proferre differt.
Extitit, inquit, dum hæc fierent, in superficie parietis,
hoc est, in incrustamento, talus manus à vola vsque ad
Enumerauit, ponderauit, diuisit. digitos, scripsitq; in pariete, Mane, Thecel, Phares: &
verba erãt Hebraica, ac miraculi nouitas expauefecit
tyrannum cum conuiuis suis. Requirebatur ænigmatũ
solutio, nec inueniebatur. accersiuit complures inter-
pretes, qui non habebãt quod dicerẽt de eo quod vi-
debatur. Vocatur Daniel in medium, oportet enim
primùm cõsilio destitui mendacium, atq; ita demum
eluceścere veritatem, quemadmodũ in Aegypto quũ
Gene.41. hęrerent magi ac sapientes, moxq; Ioseph interpretãs
aperuit veritatem: ita & in Babylonia, redarguta omni
humana sapientia, mox dei sapientia per fidelẽ famu-
lum eluxit. Vocatus est Daniel, ingressus est sanctorũ
verborum propheta, spiritualis scripturarũ liber, ma-
gni regis interpres. Atq; vt cognoscas quid intersit in-
ter hominem simplicem, & hominem dei, qui natura
quidem purus est homo, mẽte verò immortalis, intro-
Dan.5. gressus ad illud cõuiuiũ impietatis, aduocatur ab eius
conuiuij principe, videlicet rege, qui ait ad illum: Scio
q, spiritus dei sanctus sit in te. Explana nobis scriptu-
ram hanc, quid sibi velit. Honoras famulum, & contu-
melia afficis dominum? hominem reuereris, & deum
contemnis? Confiteris spiritum sanctum, & sancta pol-
luis? Scio q, spiritus dei sanctus sit in te. Etenim sub pa
tre meo copiosior spiritus erat in te. Si igitur hãc quę-
stionem dissolueris purpuram indues, & torquem au-
reum circa collum tuum. At beatus & admirandus il-
le, pro nihilo ducens hominum munera, sed super om
nia veritatem honorans, ait: Rex, munera tua alteri da
viro, ac dona tua aliis largire: ego tamen scripturam
enarrabo. Et quod erit interpretationis præmium?
A deo merces veniet. Quin potius hoc ipsum mihi ve-
ritatis præmium erit, interpretari veritatem, ac pieta-
tem quæ infamatur, vindicare. Vide autem admiran-
dam iusti sapientiã: non protinus interpretatur scriptu
ram, sed prius redarguit mentem regis dicens: O rex,
deus cœli dedit regnum & potẽtiam patri tuo Nabu-
chodonosor, insuper honorem addidit illi, similiter &
tibi: & vt sermonem in pauca cõferam, dedit tibi deus
regnum & potẽtiam, & tu oblitus es dei, & exportasti
vasa illius aurea argenteáq;, atq; ex his potasti tu cum
vxoribus tuis, pellicibus & concubinis: eum verò qui
hãbet in manu spiritum tuum, non benedixisti. ideo
Dan.5. missus est articulus manus à facie eius, scripsitq; in su-
perficie parietis sententiam ipsius. Atq; hæc sunt ver-
ba: Mane, numerauit deus regnum tuum, & comple-
uit. id enim sonat Mane, Syrorũ lingua, atq; itidẽ He-
braica. Thecel, librauit deus regnũ tuum, & dedit il-
Ioq.11. lud Persis ac Medis. Nam id temporis tantùm erat re-
gnum Babyloniorum. Cõsidera illud admiratione di-
gnum, quomodo declarauit deum omnia numero &
mẽsura facere. Librauit, inquit, ac mẽsus est. nihil enim
ab illo fit absque mensura, nihil sine pondere, nihil si-

ne congruentia: sed iusta mensura vindictam infligit:
quúmq; punit, trutina librat vltionem, pro delictorũ
modo eam rependẽs, ne maior sit commissis, sed con-
gruens. Eóq; deus aliquando comminans Iudææ, quũ
prius esset sublata atq; extincta Samaria, dicit: Et extẽ- *4.Reg.21.*
dam in Hierusalem mensurã Samariæ, & trutinas do-
mus Ephraim. pro eo qđ erat, eãdem vindictã admẽ-
tiar his, quam illis sum admensus. Neq; enim mensura
caret diuina vindicta, sed mensura & regula & trutina
mẽsurata est, sicut seruator loquitur in euangeliis: Qua *Matth.7.*
mensura mensus fueris, remetietur tibi. Mensus igitur *Mar.4.*
est deus, librauit, ac diuisit, & impletus est numerus re-
gni tui, ait ad illum. Quid autẽ accidit? post tam seue-
ram sententiã mox induxit dicti solutionem. Et nunc *Dan.4.*
rex cõsiliũ meũ placeat tibi, ac peccata tua eleemosy-
nis redime, & impietatẽ tuã commiserationibus pau-
perum, si fortè propitius fiat deus delictis tuis. Vides
quantã vim habeat eleemosyna, quantũ valeat huma-
nitas, q, efficax iustitię opus operetur erga egenos mi-
sericordia. Admonuit propheta, cui si obediisset ille le-
gis trãsgressor, gratia fuisset cõsequuta, pmissum. Sed
gratia quidẽ erat simplex, mens verò non recipiebat
correctionẽ. Adeò valida res est erga paupere shumani ἐπιφάνεια
tas. Resecuit eleemosyna captiuorũ speciẽ è foro: tol- μακ.
litur captiuitatis species ex vniuersa terra. Vidisti forũ
plenum captiuis, & correxisti in amœnum spectaculũ:
cõtrahet deus vltionẽ vindictę suæ quę peccatis infli-
gitur. Neq; enim iniustus est deus, vt obliuiscatur ani-
marum iniustè interfectarũ, neq; sanguinis iniustè ef-
fusi. Sublati sunt sancti, sed, p pietate mortui sunt. Ne
mihi respicias ad captiuitatis bellíq; speciem, sed illud
specta, q, complures susceptro pro castitate certamine,
mortem perpessi sunt, multæ virgines in tempore op-
portuno, videlicet in tẽpore persecutionis coronatæ
sunt, quum animæ cõplures eodem tẽpore expugna-
rẽtur. Ac ne putes illos deo indignos quorum sanguis
effusus est, istud est vetus historiarum exẽplum. Sem-
per deus sanctos exponit periculis, quò per hæc decla
retur pietatis vis, ne quis dicat: Cur si erant pij, sublati *Sancti cur semper periculis exposi-*
sunt? cur si erant pij, occisi sunt? cur si deo erant curæ, *ti.*
tantã sustinuerũt oppugnationem? Audi Dauidẽ, per *Psal.78.*
vetera decantantẽ noua, Deus venerũt gẽtes in hære-
ditatem tuam, polluerunt templũ tuum: ac nõ simpli-
citer templum, sed templum sanctum tuum: posuerũt
Hierusalem in pomorũ custodiam, posuerũt mortici-
na seruorum tuorũ escas volatilibus cœli, carnes san-
ctorũ bestiis terræ. Si hi tanquã indigni pietate tradi-
ti sunt, illi quomodo traditi sunt? Si hæc nunc quidam
patiuntur vt indigni deo, quomodo cadẽ illa veteres
sancti pertulerũt? Quòd si idẽ deus permittit, hęc om-
nia ad vtilitatẽ suorũ dispensans, ac per sanctos emen-
dans peccati maculã, nihil prorsus iniustum in his quę
diuina potentia permittuntur. Hæc permittit deus ad
exercẽdas mentes nostras: ac frequẽter iusti pro iniu-
stis mortẽ perpetiũtur. Habes veterem congruentiam
per antiquas historias. Pronũciauit deus aduersus A-
dam, dicens: Terra es, & in terram abibis. Atq; is qui- *Gene.3.*
dem accepta sententia, inter viuos censebatur: contrà,
qui nihil peccarat Abel, interfectus est. Qui obnoxius *Ibid.4.*
erat culpæ; vita fruebatur, iustus morti subiectus est,
ídque vtiliter posteaquam enim deus pronunciarat *Ibid.2.*
sententiã aduersus Adam, Quocunq; die comederis,
morte moriẽris: nõ dedit morti potestatem illico reũ
inuadẽdi, ne mors aduersus genus nostrũ arriperet ve-
ra certáq; cõtagia. Etenim si transgressos protinus ar-
ripuisset,

Universidad de Deusto Biblioteca

ripuisset,pœna fuisset irreparabilis,citráque pœniten-
tię remedium.Sed ingressa est mors per iniustitiam,vt
γνώμη. eiiceretur per iustitiam. Sublati sunt iusti, sed extincti
Psal.111. non sunt:in memoria sempiterna erit iustus. Sanguis
iustorũ effusus est,sed deus eos qui traditi sunt tanquã
viles & abiecti,filios appellat, & tãquam filios vlcisci-
tur.Porrò quòd qui simpliciter ab inimicis occisi sunt,filij
dei dicũtur,ac tanquam filij vindictam accipitur, ser-
monem meum cõfirmat beatus Moyses. Quid autem
Deut.32. ait in cantico?Exultate gentes cũ populo eius, & ado-
rent eum omnes filij dei, quoniam sanguinem filiorũ
suorum vlciscetur. Si filij dei,quomodo occisi sunt ab
inimicis?Vides quòd deus permittit iustos occidi,ad pro-
bationem pietatis:nec violatum est verbum,vt confir-
maretur sensus. Lætamini cœli, quoniam sangninem
filiorum suorum vlciscetur. Traditi sunt tanquã alie-
Martyrij finitio. ni,& vindicantur tanquam filij.Exercitatio pietatis est B
martyrium, hoc est testimonium euidens, & profes-
sum.Et quomodo?Audi & considera,obsecro,demit-
te cogitationem ad sermonis profunditatem.In omni
tribunali quid aliud martyri proponitur,quàm vt abneget
deum?Ac dum aduersus hanc propositionem decer-
tat,manifestam & irreprehensibilem arripit coronam
martyrij. Super his verò sanctis qui nunc occisi sunt,
non erat iudex iudicans, sed conscientia. Complures
enim interdum(neq; enim condemno, sed humanas
cogitationes excutio) transgressi sunt in cogitatione:
veluti siquis aliquando in afflictione dixit,vbi est deus
Tempestas martyrij. cui seruiui? vbi est deus quem professus sum? Ibi pro-
cella ac tempestas, ibi periclitatur nauigiũ. Quòd si-
quis dum illis examinatur tempestatibus, denuò resi-
puit ac dixit,Num hic mihi vita circũscripta est?Num
expectaui bona terræ?An non expectabam regnũ? an C
non expectaui resurrectionẽ mortuorum? An nõ ma-
gnificam angelorum vitam?An non vitam illam senij
nesciam? Quid itaque me lædit mors, adferens bona
æterna?Non perturbor temporariis, quum expectem
æterna.Qui hæc expẽdit in animo,deũ habet suę co-
gitationis iudicẽ,habet patronum pium animum, ha-
bet tribunal metum,habet testem conscientiã,quę ip-
si iustitiæ plectit coronam, & ante consciẽtiam deum
cœlitus præmia distribuentem operariis pietatis. Et-
Matth.6. enim qui videt occulta,coronat in propatulo. Ora tu,
inquit,patrem tuum in abscondito: & pater qui est in
abscõdito,reddet tibi.Ergóne qui orat in occulto co-
ronatur? & qui in occulto cõtorquet mẽtem ad con-
fessionem,non coronatur?Martyriũ fratres non euen-
Est & martyriũ proposito. tu tantùm æstimatur,sed etiam proposito.Non quum
martyr decollatur,tum fit martyr, sed ex quo propo- D
situm ostendit profitendi,martyr est, etiã si non patia-
tur quæ martyres solent.Et quis est qui hæc suo com-
probat testimonio? Beatus ille Paulus, qui quũ semel
sit mortuus,tamen ostẽdit se quotidie mori. Quid enĩ
1.Cor.15. inquit? Quotidie morior per vestram gloriam, quam
habeo in Christo.Quotidie morior.Quomodo more-
ris,qui viuis?Moriebar proposito, sed seruatus sum gra-
tia dei.Quantũ erat in hominibus potẽtibus,& in me,
quatenus meipsum exposui,quotidie morior:quod au
tem ad gratiam attinet diuinam, tanquam doctor re-
Virginitas propositi, & virginitas necessitatis. seruatus sum ecclesiæ.Dispẽsat enim deus res ad vtili-
tatem hominum.Et alios quidem tradit vt ostendatur
probata fidelium mẽs: alios rursus seruat,vt custodiat
fermentum ecclesiis.Nõ sunt pollutæ virgines,quòd pro-
positum sit immaculatum,& animus immarcescibilis,
Et illud mihi considera frater, Virginitas citra cõtro-

A uersiam accipit coronas:vtra virginitas, quæ est pro-
positi,an quæ est necessitatis? An nescis quòd innumeræ
virgines corporáq; impolluta decesserunt ex hac vita?
An non multæ filiæ gẽtium abominabilium & impie-
rum,tempus nuptiarũ expectãtes,raptæ sunt? An non
multi iuuenes corpore incõtaminato post coniugium
& nuptias morti sunt traditi?Iuuenes, inquã, ethnico-
rum filij,Iudæorum filij,impiorum hæreticorum filij,
abierúntq; innumeri corporis virginitatem habentes?
An apud tribunal Christi, tali virginitate prędita tur-
bæ dantur coronæ? non dantur coronæ virginitatis,
fructum aufert necessitas.Quod si nullus est necessita-
tis fructus, sed tota merces est propositi, numerus ille
innumerabilis manet incoronatus, virginitatẽ quidẽ
habens sed virginitatis propositum non habens.Neq; *Propositũ quod fit, deo placet; non quod ex necessitate.*
enim deus acceptũ fert quod fit ex necessitate, sed quod
B ex proposito rectè fit.Si igitur illis innumeris virgini-
tas nõ imputetur ad virginitatem, nec his quæ præter
propositũ inquinationis corruptæ sunt. Pollutum est
corpus,sed animi templum non est pollutum:violatũ
est corpus, sed mens corrupta non est. Ne quis igi-
tur reiiciat multitudinem sanctorum in contumeliam
& captiuitatem traditorum. Sæpenumero sanctorum
est pro impiis pati.Seruator qui nihil peccauerat, pro
peccatoribus traditur: & Esaias clamat: Homo in via *Esa.53.*
sua aberrauit, & dominus tradidit eum pro peccatis
nostris.Atque idem rursus. Qui peccatum non fecit,
nec inuentus est dolus in ore eius,& dominus tradidit
illum pro peccatis nostris, & pro peccatis populi ve-
nit ad mortem. Vides?Imitatores Christi sunt, qui pro
iniustis patiuntur.Accidit autem fratres & alio modo, *Vt nescit desinere.*
vt aliquãtulum dilatem historiam, accidit vt etiam ex
C his qui occiduntur nonnulli peccatis obnoxij sint:do
minus autem per temporariam afflictionẽ diluit pec-
catum, per corporũ plagas extinguit animæ vulnera.
His mors imputatur pro supplicio. Quin & ægrotatio
piis qui peccauerunt,imputatur pro supplicio.Et quis
est qui ista promittit?Paulus, neq; enim oportet quic-
quam dicere sine testibus, soláque animi cogitatione.
Nam siquid dicitur absque scriptura, auditorum co- *Scripturæ sacræ testimoniũ doctoribus necessariũ.*
gitatio claudicat,nunc annuens,nunc hæsitans, & in-
terdum sermonem vt friuolum auersans, interdum vt
probabilem recipiens:verũ vbi è scriptura diuinę vo-
cis prodiit testimoniũ, & loquentis sermonem, & au-
dientis animum confirmat. Quis igitur sermo nobis
attestabitur quod afflictiones & flagella hominibus il-
lata imputantur ad peccatorum remissionem? Audi
beatum Paulum loquentem de his qui indignè acce-
D dunt ad mensam mysticam. An ignoratis quòd qui edunt *1.Cor.11.*
indignè, sibi edunt ac bibunt ad iudicium? Et quid
cõtinenter adiecit?Propterea inter vos multi infirmi,
quoniam indignè acceditis ad mensam: & dormiunt
multi,pro eo quod erat,moriuntur, tanquã mors etiã
pro peccato adueniat.His protinus annectit: Si enim
nos ipsos iudicaremus,nequaquam iudicaremur à do
mino.Ergo domini iudiciũ est & morbus,& mors. Et
quid mihi prodest post mortem?quis fructus post obi-
tũ?Si nos ipsos iudicaremus, nequaquã iudicaremur.
Cum autem iudicamur, à domino corripimur, ne cũ
mundo condemnemur.Deus enim iustificauit, ne iu-
stos simul cũ impiis perdat,néve simul condẽnet san-
ctos cum prophanis,ídque valde conuenienter. Non
enim par est,vt qui deũ adorat, simul puniatur cũ eo
qui deum afficit blasphemiis:& eodem modo plecta-
tur piè colens deúmq; glorificans, quo blasphemãtes
& despectui

habentes veritatẽ.Propterea deus occul- A
tis & inuisibilibus modis variè flagellat pios delinquẽ-
tes,quò videlicet nos puros exhibeat magno illi tribu-
nali:vt quum hic corripuerit, illic imputet præmium.
Vt nescit desinere. Denuo resumite sermonẽ apostolicæ intelligẽtiæ, Si
nos ipsos iudicaremus,nequaquam iudicaremur. Cũ
Psal.93. autem iudicamur,à domino corripimur,ne cum mun-
do cõdemnemur.Huic dicto cõcordat & beatus Da-
uid:Beatus,inquit,homo, quemcunq; corripueris do-
mine,& de lege tua docueris eum,vt mitiges ei à die-
bus malis.Qui enĩ hic correptus fuerit, in requie erit,
ac minus experierur diuinum iudicium.Ne mireris, si
primùm hic castigatũ liberat in futuro seculo. Repe-
ris enim in diuina scriptura certissimum argumentum
Sodomitarum, ac nihilo deterius habitatorum Go-
morrhæ.Nihil illis magis impiũ, & tamen quoniã hic
pœnas dederũt, mitius illos in iudicio tractãdos pro-
Matt.11. mittit dominus. Et tu Capernaum, quæ vsque ad cœ- B
lum elata es, vsq; ad infernum detraheris: quoniam si
in Sodomis factę fuissent virtutes quę factę sunt in te,
mansissent ad hunc vsq; diem: veruntamen tolerabi-
lius erit terrę Sodomorum,& terræ Gomorrhæ in die
iudicij,quàm vobis.Proinde si Sodomitis tolerabilius
iudicium reddit,quòd in hac vita puniti sunt:cogita quo-
modo pij qui hic castigantur, futurum effugiunt iudi-
cium.Quod iudicium nobis omnibus contingat effu-
gere,& cum fiducia sisti ad tribunal Christi, cui gloria
in secula, Amen.

Psal.96.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI explanatio in Psalmum, Dominus regnauit, exultet terra.

Act.28. ICtus à vipera Paul' manu, spiritus sancti vir- C
tutem quæ in se habitabat, his qui illic erant,
etiam non dedita opera ostendit, vsus vipera
teste.Erat enim & ipsa non mendax testis, significans
dei apostolum esse eum quem inuaserat.Vides sanctis
& feras,quæ vocem non emittunt, testificari? Et voce
quidem carent:sed opera miraculum clamant.Atque
Ione.2. nõ solùm sanctis feræ testificantur,sed & seruiunt. Sic
Matth.12 & Ionę cetus triduo subiugalis fuit,& quò intus guber
3.Reg.7. nans,nõ quò ipse volebat ducẽs.Sic corui Helię quo-
Dan.6. 14. tidie cibos ceu domino afferebant.Sic leones Danieli
mansuescebant, & viri sanctimoniã etiã non loquen-
Ibidem.3. tes prædicabant.Sic edax ignis in tribus pueris sanctũ
& diuinum ternarium reuerebatur, & tremebat. Suæ
enim naturæ oblitus,tam nihil nocuit, vt etiã capillũ
læsioni valde obnoxiũ nõ offenderit.At Christo meo
Mar.4.d Luc.8.c testificabãtur & venti,ac mare,qui cum discipulis suis D
in nauim ascendit, dormiuítque in prora, & cum stri-
dentes valida tempestate venti mare è profundo cõ-
mouerent,maréq; valde turbidum, fremebũdo soni-
tu,& spumis niualibus, salsam his qui in naui erãt,mi-
naretur mortẽ,nauis autẽ à fluctibus crebris & à me-
diis furentium ventorum turbinibus circulo vertere-
tur,& nauigantes futuræ mortis periculum plorarent,
surrexit,increpauítq; mare ac ventos:factáque est ma-
gna & inexpectata trãquillitas, ita vt ij qui in naui mi-
raculum videbant,& à mari ventísq; testimonium ac-
cipiebãt,cũ iuramento dicerẽt,Verè hic dei filius est.
Dan.6. 14. Quis pastor ita agnas suas placauit, vt Daniel efferos
leones? Quis rex tam pernices Indos habet, vt Helias
3.Reg.17. coruos?Quis discipulũ ita absq; murmure hospitalita-
Ione.2. tem exercere docuit,vt Ionas cetũ in mari? Quorũ ar-
matorum exercitus regẽ suum ita illæsum saluauit, &

A alienigenas ab impetu coercuit,vt Chaldaic' caminus
Chaldęos ciues vrbis exussit,& Hebręos seruauit?Qui
serui ita domino suo cum timore & tremore obtẽpe-
rarũt? *Dominus regnauit,exultet terra, lætentur insulæ multæ.*
Et quæ causa exultationis & lætitiæ? Nisi quid boni
magníque factum esset,propheta non dixisset,Domi- *Christi regnũ quàm efficax.*
nus regnauit.Christus enim vbi regnauit, solutum est
peccatum,diabolus confusus est,dæmones fugerunt,
aculei mortis cõfracti sunt, paradisus olim Adæ clau-
sus,apertus est.Spinę peccatorum nostrorum extirpa-
tæ sunt:& tribuli quidẽ eradicati sunt, triplici autem
gratia caput meum coronatum est. Soluta mea vetus
maledictio.Iam non ego timeo, Terra es,& in terram *Gen.3.*
reuerteris.In baptismate enim deposui terram,& cœ-
lum indui:& nunc audio,Cœlũ es,& in cœlum ascen-
des.Dominus ergo regnauit,exultet terra, lętentur in-
B sulæ multæ. Non iam sub terra iaceo, non iam in abs-
trusis & silentibus tenebrosisq; diaboli specubus & la-
byrinthis in inferno detineor. Meum est posthac nu-
bes transcendere, & propter regnãtem Christi gratiã,
sursum in cœlum currere. Cuius rei testimonium non
deest.Rapiemur in nubib',inquit Paulus,in occursum *1.Thes.4.*
domini,sicq; semper cum domino erimus. Dominus
regnauit,exultet terra,lætentur insulæ multæ.Nõ iam
Heua timet Adam opprobrantẽ,nam in maribus eius
ruina reparata est. Nõ iam timeo serpentem aliorsum
caput inclinantem,supérq; vẽtrem euntem, ac calca-
neum obseruantem.Non iam timeo ictum virulentũ:
non enim sum vltrà terra, sed sal. Serpenti enim dicit
dominus maledicturus: Terrã comedes iuxta dies vi-
tæ tuæ.Ante Christi aduẽtum terra eram,comedebar *Gen.3.*
à serpente:vbi autem venit dominus,in salem me mu-
C tauit. Disce dilecte quomodo sal fit: vt cum didiceris
quomodo fiat,teipsum in re illa agnoscas. Sal ex aqua *Sal ex aqua & vento fit.*
fit & vento.Sal meritò appellauit nos dominus, quo-
niã ex aqua & spiritu regenerauit. Dominus igitur re-
gnauit,exultet terra,lætentur insulę multæ.Quòd au-
tem non omnes,sed multę:multæ orthodoxorum ec-
clesię sunt:quę autem expertes sunt rectæ fidei,hęreti-
corum sunt ecclesiæ:quæ quomodo lętificabunt regẽ
Christũ,quem tam variis modis contumeliis afficiũt?
Si quidem vocare licet eorum cõuenticula ecclesias,
& nõ potius vulpium cauernas.Sunt enim vulpes non *Hæretici vulpes.*
imitatione naturæ,sed voluntatis.Itaq; si accedat do-
minum meum Christũ Arrius,Eunomius, vel Mace-
donius,& dicat illi: Sequar te quocunq; ieris: apposi- *Luc.8.*
tè etiam ipsi respondetur:Vulpes foueas habent & vo
latilia cœli nidos,filius autẽ hominis nõ habet vbi ca-
D put reclinet.De his dicit sapiens:Apprehendite nobis *Can.8.*
vulpeculas,quæ demoliuntur vineas. Vulpeculæ sunt *Vulpeculæ.*
hæreticorũ discipuli, qui scilicet ingressi in ecclesias
nostras,fideles qui in vineaChristi vt botri se exhibẽt,
falsa doctrina subuertunt. Corrumpunt enim bonos *1.Cor.15.*
mores colloquia praua.Dominus regnauit,exultet ter
ra,lætẽtur insulæ multæ.Deinde quid sequitur, *Nubes*
& caligo in circuitu eius. Nubes olim Hebręos ex Aegy- *Exod.13.*
pto egrediẽtes tegebat,radiósq; Solis feruescẽtes ob-
scurabat,illos autẽ suis splendoribus illustrabat. At si
clariorẽ nube videre vis,ascende in montem cum Pe-
tro,Ioanne,& Iacobo,videbísq; illic nubem lucidam,
& vocẽ è nube veniẽtem:Hic est filius meus dilectus, *Math.3.*
in quo mihi complacui.Quid autem est nubes & cali-
go in circuitu ei'?Aliud est nubes,aliud caligo.Nubes *Nubes.*
est tenuissim' aëris lucidi cõtextus,lucem aliquã de se
emittẽs.Caligo verò crassior est & nebulosa obtene- *Caligo.*
bratio.

Universidad de Deusto Biblioteca

bratio. Quomodo igitur, Nubes & caligo in circuitu
eius? prius ponitur nubes, postea caligo: ita in Christo
primū est diuinitas, postea humanitas. Nubē dicēdo,
diuinā eius & luculentam deitatis pulchritudinem in-
sinuat: caliginis autem nomine humanum significatur
integumentum. Hac enim caligine deus sermo viam
suam occultauit. Audi & alio loco prophetam dicen-
Psal.17. tem: Carbones succēsi sunt ab eo: & inclinauit cœlos,
& descēdit, & caligo sub pedibus eius. Pedes dei dixit,
vt viam eius super terrā significaret. Carbones succē-
si sunt ab eo, & inclinauit cœlos, & descendit, caligóq;
sub pedibus eius. Occultauit enim viā suam tegumē-
to carnis, vt ignota esset aduersariis virtutibus multifa-
1.Cor.2. ria suæ sapientiæ via. Nam si cognouissent, dominum
gloriæ vtiq; non crucifixissent: sicut & propheta dicit:
Psal.76. In mari via eius, & semitę eius in aquis multis, & vesti-
gia eius nō cognoscentur. Et vestigia eius non cogno-
scentur, dicit propheta: Eunomius autē diuinitatis ge-
Psal.17. nerationem inuestigare audet. Et inclinauit cœlos, &
descendit, & caligo sub pedibus eius: & ascendit super
Cherubim & volauit, volauit super alas ventorū. Non
ꝙ pennas habeat dominus, & volet, dixit propheta:
Alæ ventorū sunt angeli. Volauit super alas ventorum. Alę ergo ventorum quę
sunt? Vtiq; angeli: vnde & alibi dicit: Qui facit ange-
Ibid. 103. los suos spiritus, & ministros suos ignē ardētem. Por-
rò ꝙ dixi caliginem crassiores tenebras, ne quis me fa
bulari putet, & non rem dicere vt est, testatur etiā hoc
propheta ipse. Et ascendit super Cherubim, & vola-
uit: volauit super alas ventorum, & posuit tenebras la-
Christi tenebræ & latibulū. tibulum suum. Quæris quales tenebras posuit deus la-
tibulum suū? Planè corpus quia tabernaculū corporis
sui dicit tenebras. Id te sequens psalmi versus doceat.
Nam postquā dixit, Et posuit tenebras latibulum suū,
adiecit dicens, *In circuitu eius tabernaculum eius.* Vidisti
eius nubem, cognouisti eius caliginem, & quid sit cali-
go. Nūc solue celebrē, & difficilis solutionis interpre-
tationem, quæ à multis quidē affertur, à paucis autem
Psal.18. rectè docetur. Dies diei eructat verbum, & nox nocti
indicat scientiam. Et posuit tenebras latibulum suum.
Gen.1.a Tenebras (dicit scriptura) vocauit deus noctem. Nox
Christus, lux & dies est. eramus nos Gentes, noctē induit dominus. Nostrum
etiam tabernaculū portauit. Dies diei eructat verbū,
Ioan.8. pater filio, secundum ꝙ lux est, & dies, dominus. Ego
enim sum lux mundi, ait: Dies diei eructat verbū. Ap-
propia Iordani, & ibi videbis quomodo dies quæ su-
pernè, ei quæ in flumine stabat, eructat verbum. Dicit
Matth. 3. em̄ sic, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōpla-
cui. Sed vt ne putes ꝙ propheta spiritus sancti mētio-
nem omiserit cum dixit, Dies diei eructat verbū, disce
dilecte ꝙ triadem confitetur. Dies diei eructat verbū.
Dies pater, dies filius: verbū quod in medio aëre vo-
labat in specie colūbæ, spiritus sanctus. Testis est Pau-
Ephes.6. lus, qui dicit: Gladium spiritus sancti, quod est verbum
dei. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat sci-
entiam. Nubes enim & caligo in circuitu eius. Dies
Christus dies & nox, deus & homo. ipse & nox: ipse enim deus & homo. Dies secundum
deitatem, & nox secundū humanitatem. Nam in com
paratione deitatis, nox est humanitas. & hoc est quod
ait, Posuit tenebras latibulū suum. Tenebras enim vo-
cauit noctem. Nox nocti indicat scientiam. Christus
secundum humanitatē nocti, omni terræ, hoc est om-
ni humanitati, annunciat scientiam de patre & seipso,
& spiritu sancto. Nam ipsi gloria & imperium in secu-
la seculorum. Amen.

A DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani enarratio in Psalmum centesimum, Godefrido Tilmanno Cartusiæ Parisiensis monacho, interprete.

NOs rursus dilectissimi, beatissimus
propheta Dauid adhortatur, vt spi-
ritualiter cantemus. Ad hoc se rur-
sus adornat, vt nos instruat voce
perquam suaui & concordibus ani-
mis cōcinere canticum hoc lauda-
bile ac decorum. Et hoc rursus spirituale carmen ac
B cœleste depromēs, spirituales nos reddit eius virtute.
Hanc enim modulationem quum scriberet Spiritu
sancto afflatus, & quasi cithara quæpiam animata ac
rationalis, gratia pulsatus Spiritus sancti per omnia do
cet nos etiam spiritualiter canere. Cantat verò, non
vtique cupiens oblectare & voluptate cantus delinire
aures: quin potius vult permista hilaritate mēti nostræ
adferre opportunam vtilitatem. Neq; enim quæ ca-
nuntur, tantùm sistunt se aurium tenus: sed ad animā
vsq; transmittunt quæ dicuntur. Ea enim auribus tra- *Πρὸ τῆς*
dit Dauid pro cognitione veritatis: animæ autem ca- *ἀληθείας*
dem infundit ad præmuniendam confirmandámque *πρὸ, ὑπὲρ*
salutem. Canit vtiq; canticum nō nudis verbis sermo-
nes proferens, sed vtilibus ei qui canit, rectam prę̄scri-
bens viuendi formulam. Hoc enim canticum non est
C eorum qui toti affiguntur curis præsentis vitæ & mū-
di istius: sed diuinum ac spirituale, necnon omni ple-
num honestate ac moderatione. Nam quæ ad vsum
pertinent vitæ huius cantica, adde etiam mundi istius
cantilenas, tenore ac desinentia soni fallunt auditum,
simul & in fraudem pellicientes, animum abducunt
longius ab vtilitate, ínq; concupiscentias pertrahunt
authores perditionis. Obscœnis enim ac turpibus ver-
bis scatent, plenáq; sunt desideriis lege naturæ prohi-
bitis, ad hoc consistentia, vt animas afficiant ad genia-
lem viam consectandam, & eorum appetentiam quæ
canuntur. Tali insuper illecebra melodiæ animum in-
clinant quamlibet virilem, simúlq; generosam corpo-
ris habitudinem eneruant. Cœlestia verò cātica, nimi-
rum quæ suggerit spiritussanctus, dum per moderatā
temperiem verborum, per sententiarum decētem de-
D scriptionem, mentē reuocant ad affectiones suas ordi-
ne digerendas, exornant vtiq; animam & illustriorem
reddūt. Simul enim atq; anima se promouit ad dicto-
rum intelligentiam, & his assensa est quæ apprehendit
intellectu, eò transfert & mores, quò prolata sentētia
inuitat motiuū organum melodiæ à spiritusancto ex-
citatæ. Canticū igitur quū tanta polleat virtute, quum
melodia efficax adeò sit: agedū, ipsi cōsideremus, quid
in se cōtineat prophetica modulatio hodie nobis re- *Aggres-*
citata. Quid igitur ait? *Misericordiā & iudicium cātabo ti-* *sio enarra-*
bi domine. Perquam vtile est, frugiferū ac salutare can- *tionis.*
ticum hoc dilectissimi, qđ initiū sumit à misericordia
& iudicio. Declarat enim q̄ copiosa multitudo sit di-
uinæ erga homines bonitatis. Ostendit insuper quāta
fuerit magnitudo beneficentiæ dei in nos collatæ.
Indicat enim misericordiam, nempe propēsam ad ho
mines eius voluntatē sola ipsius gratia esse peractam.
Gloria

ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, habet exemplar. Gloria enim in altissimis deo, & in terra pax, in homi-
nibus bona volūtas. Iudicium proinde submonet sa-
lutem iam ab initio fuisse pręfinitam. Quos enim prę-
destinauit, hos & vocauit: quos autē vocauit, hos &
iustificauit. Benignus em̄ deus iudiciū suū temperauit
misericordia & clemēti bonitate, vt eos qui peccato
perierant, ad salutē ꝑueheret. Itaq; propheta quū id
perpendisset, prædicat hoc cantico, nos interim in-
struens, vt iugem ei rependamus gratiarū actionē, di-
cens, Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine.
Pro θεωρῶ lego θεωρεῖ nempe Dauid. Designat autem & aliud aliquid per ꝓpheticā intelli-
gentiā, vt qui afflatu spiritus sancti præuentus futura
enarret quasi præsentia. Equidem cōtemplatur iustū
dei iudiciū, quo infidelē populū Iudæorum perculit.
Eum enim qui venturus ab ipsa lege prædicabatur, à
prophetis quoq;, quia venientē excipere noluit, iustè
quidē priuatus est promissionibus in lege contentis. B
E regione idem contemplatus gentilem populū dei
commiseratione saluū fieri, ꝙ is facili persuasione
obedientiam & fidem cōplexus sit erga Dominū, in
vocem erumpit plenā dulcoris ac suauitatis, domini
clementiam cōmendans ac proponens omnibus, vt
singuli quique linguæ organo proferentes canticum
hoc, cúmq; suauiloquentia exclamātes huius carmi-
nis melodiā, iugiter meminerint cum actione gratia-
rum dominicæ erga nos beneficentiæ. Ait enim, Mi-
sericordiam & iudiciū cātabo tibi domine. Bonū igi-
tur nos indiuulsè modulari hoc canticū, vt ad vnum
omnes fuisse deprehendamur non ingrati erga deum
q̄ optimè nobis meritum, nostrámq; emendemus vi-
Osee.6.b. tam, nihil nō perficientes pro eius misericordia & iu-
dicio. Ait em̄ scriptura, Facite misericordiam & iudi-
ciū in medio terræ, quia misericordiam volo & non C
sacrificiū, dicit dominus. Quin & dicit eadem, Miseri-
cordiā facite vnusquisque erga proximum suū: &, Iu-
stum iudicium administrate, quia in his voluntas mea
est, dicit dn̄s. Sic enim si pergemus & in istis fuerimus
conuersati, vtique multa cum fiducia dicemus conci-
nentes, Misericordiā & iudiciū cantabo tibi domine.
Vtq́; hæc docearis charissime se ad eum modū habe-
re, cogita scriptorum consequentiā: & eorū quæ di-
cta sunt, apprehendes veritatem. Infert enim, *Psallam*
& intelligam in via immaculata, quando venies ad me. Vi-
des, vt per omnē iustitiæ viam ambulans, nullam viis
suis inusserit vituperij notam aut labem, omnē recti-
tudinem ac iudicium intellexerit, conuersationē in-
super tenuerit iuxta pręscriptā legis formulā testimo-
nio operū cōprobatam. Hilari porrò nutu in hoc ca-
nit cantico suas enarrans actiones. Et quidem intelli- D
gēter psallebat, corde nimirū irreprehēsibili sua enu-
merans opera, quum iuxta scripturā, parasset vias do-
mini & rectas fecisset semitas dei. Domini em̄ aduen-
tum præstolabatur, inuitās ac dicens, Quando venies
ad me? Ac si ꝓpemodū respondens diceret, Meę mē-
tis domiciliū adornaui, exæquaui cordis mei duritiā,
offendiculū omne abieci, nihil quod aduentum tuum
præpediret, reliqui. Rectā feci animæ meæ viam: sen-
suum cordis mei domiciliū expurgaui, cogitationes
meas omneis puras in me reddidi. Paratus sum ad tui
aduentus susceptionem. Quando venies ad me? Sub-
mota quum sint impedimenta, adueni mi dn̄e. Viam
malitiæ nullā in me deprehendes. Ambulabā enim in
innocētia cordis mei, in medio domus meę. Nō pro-
ponebā ante oculos meos rem iniustā: facientes præ-
uaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauū, de-

A clinantem à me malignū nō cognoscebā. Detrahen-
tem secretò proximo suo, hunc persequebar. Super-
bo oculo & insatiabili corde, cū hoc nō edebā. Oculi
mei ad fideles terræ, vt ipsi sedeant mecū. En vides
charissime, quot quantáq; bona operatus sit hic bea-
tus, quanta cū loquendi libertate & confidentia suas
enarret cū laude gestas actiones. Sanè vtrùm quæ di-
cta sunt, enarrare debeam, an vobis permittere vt ex
ipsis sententiis quanta sit virtus scriptorū decernatis,
ignoro. Quid em̄ hisce dictis est vsquā apertius? Quid
verò vspiā est, quod dilucidè adeò seipsum interpre-
tetur, ceu hæc sunt, quæ enumerauimus? Cæterū ipsas
sententias, vt res habet, vnam alteri cōferentes singu-
latim discutiamus. Age iam eadē repetētes memine-
rimus simul & perspiciamus, quantū emolumenti ad-
ferant hæc continuò ad memoriā reuocata. *Ambula-*
B *bam*, ait, *in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.* Ante
omnia, virtus magnopere expetenda & laudabilis in-
nocentia est, non ob id solùm quia suū possessorē cō-
stabilit ac firmat, sed ꝙ in proximos se liberaliter ef-
fundit, quemadmodū ait Sapientia: Fili si bonus fue-
ris, tibiipsi sapens eris & proximis tuis: si verò malus
mortuus fueris, solus hauries mala. Innocentia igitur *Innocētiæ*
virtus apprimè clara & laudabilis est imitatrix domi- *ἐγκώμιον*
ni, dei assimilatio. Innocēs em̄ & sanctus est dominus.
Innocentia antidotus est præseruatoria animæ, medi-
camentum mentis expurgatiuum, mores moderatur,
& in officio continet, silētium indicit cogitationibus,
vultū alacrem reddit ac placidū, moderatur oculos,
prædux amicitiæ est, charitatis mater, contubernalis
fidei, iustitiæ consummatio. Vtq́; semel omnia com-
plectar, Radix omnis virtutis ac totius fundamentū
C bonitatis est innocentia. Non nouit sedimentum ini-
micitiæ, agrestē iræ ferociā nescit, nō agnoscit opero-
sam malitiæ actionē: sed ceu Regina quæpiam vndiq;
stipatur cōmilitio virtutum omnium, tutáque est. In-
nocentia igitur virtus præclara est, quippe quæ nobis
tot tantáque bona conciliat. Hinc euenit, vt diceret:
Perambulabā in innocentia cordis mei. Non simpli-
citer dixit, In innocentia: sed, in innocentia cordis
mei. Ac si diceret, Non alia quidē in ore habebā, alia
verò in corde: neq; ea quæ pacis erant, depromebam
ore, corde autem mala mecū reputabam: sed qualis
eram ore, talis & corde, mecum disserens & collo-
quens. Perambulabā igitur in innocētia cordis mei,
in medio domus meæ. Domū, charissimi, præsenti lo-
co non eā esse innuit, quæ vt hæc affabrè construitur
manuum opificio, lapidibus constans ac lignis, cōpo-
D sitáve ex materia informi: sed templū animæ, rationis
vi præditū: templum accipe, quo per similitudinem
istius exterioris figuratur id quod interius est & inuisi-
bile: templū inquā, rationali pariter & intellectuali na
tura informatum, diuino afflatu vitale factum, animā
deferens simul & delatum ab anima, templū dico ca-
pax gratiarum, potentiæ haudquaquam violandæ. In
medio huius domus perambulabam. Mediū proinde *Μέσον le-*
vocat principem cordis facultatem, nempe mentem, *ge μέσων.*
quādoquidē in medio corporis totius humani situm
est cor. Malæ viæ sunt prauæ cogitationes, peruersæ
item adinuentiones, quemadmodū ait saluator: Ex
corde exeunt cogitationes malæ. In corde siquidem
motus omnis humanæ naturæ repositus est. Tale autē
est quod dicit. Consternatio aut tumultus siquis fiat,
mouetur cor. Turbatio si qua cōtigerit, cor cōsterna-
tur & exæstuat. Si qua eruptio inimicorū aut rebellio
exoriatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

exoriatur,turbatur cor.Si timor fiat, cor intus agitatũ subsilit tremore & palpitat, concutit insuper corporis membrũ sibi adiacens,illúdq; relinquens,& iterũ iterumq; ad se retrahens nec sinit conquiescere, sed sæpius agitatum,maiorẽ exhibet conflictum,totum denique perturbat corpus, colorẽ alterũ inducit, figurã ipsã trãsmouet,transmutat habitudinẽ corporis,faciẽ reddit liuidam,operationem inhibet oculorum, subtremula labia efficit. Genuum vigorẽ eneruat ac dissoluit. Linguam insuper quæ nihil non mouet,astringens ostendit esse balbutientem ac blæsam, & hominem propè dixerim totum reddit agrestem & in speciem mortuum.Bellum vbi cõtigit, ꝓperat quidem se vrgens cor & excitans ad pugnam:angitur autem,nec conquiescit, nisi obtenta luctæ victoria: qua habita partáq; palma victorię,sub ipsa inclinatione immutatum cor se conuertit ad hilaritatem, quietem amplectitur,& eum recreat qui fuerat turbatus,completque gaudio. Atque iterũ cor ad primum suum reuocatur statum,vnicuique membro distribuẽs commoditatẽ & vsũ: post hęc*oculos quoq; gratiarũ plenos reddit, labia verò moderatur.Sanum efficit organum linguę, aspectum mansuefacit,ac veluti auriga quispiam artis peritus, aduersum se insurgens,hominem reuocat ad pristinum ordinẽ.At non talis iustus, quippe qui neq; turbationẽ vllam aut timorẽ in corde suscipit. Etiãsi hostilis eruptio contigerit, animo præsenti dicit: Si cõsistant aduersum me castra, non timebit cor meũ. Si exurgat aduersum me prælium,in hoc ego*spero. Et eam ob rem ait, *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*.Hoc est,circunspectabã, vndique excutiebam quæ meæ erant vocationis, vt nequa radix amaritudinis germinãs obturbaret & contaminaret sensile organum cordis mei:sed vt innocentia in me salua omniũ mihi fieret conciliatrix virtutum. Quocirca nõ proponebã ante oculos meos rem iniustam. Nõ em̃ mihi fuit animus dilinquẽdi, neq; in ꝓposito fuit,vt ea admitterem aduersus prę scriptam legis formulam, quę aliena sunt ab exequente sedulo suam salutẽ. Quin potius præ oculis mihi erat timor dei, obseruatio mandatorũ, iustitiæ opera,denique cõuersatio mea omnis,iuxta legis præscriptũ directa est. Nõ proponebã ante oculos meos rem iniustam. Quicũq; enim animum intendunt ad peccandũ, iis quoq; adiacet,& destinatò proponũt prę uaricari legem,iámq; habent peccatum veluti præcedens,prius in corde id præstituentes,posteà oculum mentis intendentes ad operationẽ peccati. Sic isti festino cursu contendunt ad legis trãsgressionem: mihi è diuerso scopus hic totus erat,nempe vt iuxta tenorẽ legis,conuersationem meam instituerem. Quinetiam facientes prævaricationes odiui.Nec solùm ipse nolebam quiduis operis committere præter legẽ dei, sed & eos infensè oderã qui vel tantillũ transgrediebantur de dei*mãdatis:facientes em̃ prævaricationes odiui.Locus hic,Facienres prævaricationes odiui,bifariam intelligendus venit.Qui enim prætergrediuntur mandata dei & iustificationes atq; iudicia,hi vtique sunt trãsgressores legis.Rursum alij salutarẽ ipsam de domino confessionem transgrediuntur,& ij sunt prę uaricatores dei.Sane q̃ multa est inter legis ac dei offensionem differẽtia.Illi quidem, quum radicẽ possideant cognitionis de deo, vtique penes se retinent spem sequuturæ salutis:hi verò qui ipsum abnegarunt authorem salutis, à salute prorsus exciderunt. Itaq; ait, Ego omnes faciẽtes præuaricationes odiui.Initiũ enim peccati est, apostatare à deo,quemadmodum dicit sapiẽtissimus. Nos contrà,præuaricatores adeò non offensè odim⁹, vt etiã comiter vt amicos salutemus.Neq; em̃ talibus cõuenit dicere salutem.Non enim*pax est impiis, dicit'dñs.Et cũ istis cibũ sumimus & potũ, quorũ veteratoriã ac fallacẽ suadelã conueniebat fuga præuertere,ac ne dignos quidẽ existimare qui inter homines numerentur,eos qui dæmonibus se vltronei tradiderunt, suámque ipsorũ vitã inanimatis lapidibus ac lignis consecrarunt. An non hoc vtique nos alio loco docet propheta,dicens?Nónne qui oderunt te domine,oderã:& super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderã illos,in inimicos facti sunt mihi. Imitemur itaque & nos hunc ꝓphetam. Ipsi odio persequamur facientes prævaricationes, ne nos per diuersam communicationem deprehendamur cooperarij fuisse eorũ prævaricationis.Et quidẽ modis omnibus ipsorũ cõmunio nobis odio habenda est, ꝙ auersi à luce ambulent in tenebris. Quæ enim cõmunio*luci ad tenebras?Et quia abnegato Christi nomine,nomẽ sibi accõmodant Belial. Quæ verò cõuentio Christi ad Beliar?Quódq; vitato ecclesiæ ingressu,circa templa idolorum insanierint viam suã cõtaminantes impuritate sacrificiorum. Quæ item cõsensio* tẽplo dei cum idolis?Faciẽtes igitur prævaricationes odiui.Nõ adhæsit mihi cor prauum. Declinantẽ à me malignũ non cognoscebã.(Huc rursus dilectissime aduerte animũ, ad dictorũ intelligendãvim.Non adhæsit mihi cor paruum.) In me obliquũ nihil erat, aut inæquale nihil,aut cõfragosum.Addo,licet innumeræ me prementes afflictiones,etiamsi hominũ nequitię quæ cõtingere solent,me redigerent in angustum, quanuis mihi obsisterent permulta aduersa,(non adhæsit mihi cor prauũ)nõ maligna mecũ discęptatio,non inuẽtio vlla ab æquitate abhorrens.Non quòd affligerer,non quia aliqua vrgebar anxietate, non item ꝙ viderem peccatoribus cuncta succedere fœliciter, & impios ditescere, omnes deniq; prevaricatores legis prosperitate frui ac dirigi, ideo corde deprauabar, maligna mecum reputans ac dicens: Quare impij viuunt, ac prævalent diuitiis? Semen eorũ pro animæ desiderio opulentia abũdat,domestici eorũ ꝓsperitate perfruũtur,boues eorum crassæ.Nihil horum prorsus mecum reputaui. Quin illi licet prosperitate gaudeant & locupletentur,ego è regione afflicter tribulatione: noui equidẽ, quia tribulatio patientiã operatur, patientia autẽ probationẽ,probatio verò spẽ:denique spes nõ cõfundit. Nõ adhæsit mihi cordis ferrei durities. Sic mecũ subducta recta ratione, dirigebã gressus meos. Quũ interim meminissem maligni, ascenderétque in cor meũ,tametsi locũ non cederem ei. Ad hoc enim, ne obtineret aduersum me, quando aderat,nõ agnoscebam.Sic itaq; neque agnoscebã eum,neque declinabam,ꝙ non admitterẽ ad familiarẽ cõgressum. Vt vmbra prætercurrens,q̃ ocyssimè cedit loco & elabitur: ita malignitas nihil detrimenti in me operata est. Proinde & nos hinc erudiamur.Si quando contingat vni alicui vestrũ molesta afflictio,aut fortuitum negotium quis exhibuerit,& de authore hoc maligno cœperis cogitare :'caue sinas mentẽ tuã opprimi ab eiusmodi cogitatione, sed eam potius transmitte, & conserua innoxiũ, ita vt dicere possis,(Declinantem à malignũ non cognoscebam. Detrahentem secretò proximo suo,hunc persequebar.) Doctrinã hãc vtiq; laudabilem

laudabilem ac bonam discamus dilectissimi, qua docemur nõ solùm nõ detrahere,sed neque detractionẽ auscultem⁹. Siquidẽ detractio intolerandũ est & grave malũ,dæmoniũ planè inconstans & instabile,nullo vnquam tẽpore sinens hominẽ in pace cõquiescere. Quid em̃ malorũ est vsquã,quod non à detractione,ꝓficiscatur?Ab ipsa repullulant sedatæ inimicitiæ, per eam cõtentiones & discordiæ contrahuntur, seditiones suũ sumũt ab eadẽ exordiũ, illinc prodeunt suspiciones malæ,quæ causas malorum nulli numerabilium præbent.Ex ipsa odium quasi ex fonte scaturit.Et quæcunque tandem mala secum reputans quiuis,inueniet ex vna detractione effundi, quippe quæ ad malitiã pertrahit oẽs.Detractio simul atq; hominẽ cõpleuit indignatione,suáq; vnius opera cõceptæ cędis fecit participẽ, planè nouit reddere sanguinariũ, & ad cædẽ perpetrandã aduersus ꝓximũ acuere.Nouit hæc efferatã & ferocientẽ animam à fraterna societate dirimere,& citra rationem vllã ostẽdere esse inimicum,qui paulò ante erat amicus. Eadẽ mox, vt Mariã sororẽ Moysi apprehẽdit,suo attactu demõstrauit esse leprosam,&aduersus eã à dño irã furorémque cõciuit. Eadẽ totas domos cuertit, ac ciuitates in trãquilla prius pace degentes exuscitauit ad bellũ. Hæc ipsa, amabilis ac speciosæ pacis vincula dissoluit, & nexũ interrũpit eximiæ charitatis. Eadẽ mox vt recedere fecit ab obseruatione mãdatorũ dei, docet contemptũ atq; prę uaricationẽ legis,& auellens hominẽ ab amicitia dei longius abducit à veritate.Eadẽ præter primã illã prævaricationẽ, perditionis author fuit ꝓtoplasto homini Adæ, & eundẽ priuauit diuersorio Paradisi atq; deliciis cœlestibus. Detractio em̃ os ingressa serpẽtis & operata mendaciũ aduersus eius bonitatẽ qui mentiri nescit,dei,ac dicens: Vt quid dixit deus, Nolite comedere ex omni ligno quod est in paradiso,istius mãdati transgressionẽ inuexit, & à veritate cui pri⁹ obedierat,auertit,quíq; prius fuerat dño familiaris,hunc detractio sua vnius malignitate auulsum à deo fallaci deceptione constituit modò inimicum,vtq; semel dicam, alienatum esse docuit à fœlicitate.Nunc nobis temperemus à detractione,ne efficiamur iniqui iudices veritatis, & cõtra legis edictũ deprehendamur falsi testes fuisse. Ait em̃, Qui detrahit fratri aut iudicat fratrẽ, detrahit legi & iudicat legẽ.Quòd si legẽ iudicas, nõ iã factor legis es, sed iudex. Vnus autẽ est iudex & legislator, qui potest saluare & perdere.Vides charissime quãtũ cõtineat gravitatis detractio.Ab hac igitur desinamus,ne istis inferamur iudiciũ.Eos qui nihil tam cupiũt, q̃ detrahere, ꝓsequamur,& lõgissimè à nobis depellamus,ne alienis malis consentientes, nobisipsis conciliemus perditionẽ,ne insuper cum auriũ illecebra audiamus detractores, vt ne nos expleamus diaboli inuentis. Detractio em̃ solet diabolica nominari, quippe quæ natiuam à suo genitore sortita est hanc nũcupationem, cum is qui vacat detractioni, seruiat diabolo, opera perficiẽs diabolicæ inuidiæ atq; obtectationis. Sanè quisquis talẽ vnũ ab hoc supersluo & aspernabili peccato in libertatẽ vendicat: eadẽ opera, eum qui subuertebat,opprimit atq; euertit,non iniustam inferendo aduersus proximum reprehensionẽ: eum verò cuius famæ detrahebatur,eadem obiurgatione liberum reddit.Deniq; talis dispensator est & arbiter inundæ pacis,amicitiæ insuper cõciliandæ moderator, docẽs hoc argumento se odio persequi impiã intentionem detractoris. Discamus & nos opere ipso dicere, Detrahẽtem secretò ꝓximo suo,hunc persequebar.Cæterùm dilectissime,vt intelligas,quantæ sit malignitatis detractio, nihil quod ad veritatẽ pertinet, operat. Animũ aduerte huic,& quo appelletur nomine, simul & attende distinctioni dictionis mox sequentis. Detractio em̃ est delationis est & maledicentiæ doctrix. Illud autem λάθρᾳ secretò declarat facti incertitudinem vnà cum diffidentia loquendi. Si em̃ quod obiicitur,verũ est: ꝓfuerit in faciem coarguere proximũ, sumptáque loquẽdi fiducia pacificè rem transigere. Quòd si secretò eam delationem falsò excogitatam infert, is vtique aduersus proximũ operatus est malitiosam suspicionem, nõ potens quæ obiicit, argumẽtis cõuincere.Sanè bonũ ac laudabile fuerit detractorem persequi & à se propellere, quasi nebulonem vaniloquum ac prædonem alienę famæ: vt ne animam trãquilla in pace degentẽ exagitemus, neq; eam reddamus aduersus ꝓximũ pugnacẽ per intemperiẽ detractionis.Detrahentẽ igitur secretò ꝓximo suo,hũc persequebar. *Superbo oculo & insatiabili corde,cum hoc non edebam*.Quòd verò deus infensè oderit superbiã,audi scripturam dicentem, Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã.Rursus alio loco, Odibilis superbia coram domino & hominibus. &, Vt quid superbit terra &cinis?Et cõpluribus in locis inuenire licebit superbiã deo inuisam esse,& apprime execrabilẽ. Ad hunc igitur sensum etiã hic ait, Superbo oculo & insatiabili corde,cum hoc non edebam. Siquidẽ superbia modis omnibus est pernicioſissima & animæ perquam detrimentosa,non eius solùm qui in se eam recepit,sed & eius qui paulò antè fratrem falsò accusabat culpæ alicuius. Superbo autẽ copulauit insatiabilem corde,ꝙ vna sit amborum voluntas: illius quidem aduersus proximũ se efferentis, huius verò haud secus quærentis se inexpleb iliter satiare aduersus proximũ.Nobis itaque dilectissimi magnopere ꝓfuerit, si excussa à nobis superbia,virtutẽ amplectemur humilitatis,ne nos contingat audire,Qui se exaltat humiliabitur.Conuenit nos quoque esse contentos moderato ac fragili viatico,vt ne au ersi à iustitia, inclinem⁹ cor ad cupiditatem nullis quãtislibet opibus explendã,ne meritò audiamus:Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ*redierunt posteriora tua,vt in exemplũ verterentur calcanea tua.Itaq; familiarem illam superbis viuendi consuetudinem vitemus, eorum insuper qui inexplebili sunt corde, vt ne per familiarẽ cum istis cõgressum,imitatores efficiamur eorum malitiæ. Sedulò igitur nos ipsos exerceam⁹,vt re ipsa dicere possimus,Superbo oculo & insatiabili corde,cum hoc nõ edebã.Equidẽ hæc tanquã ex persona iusti dicuntur. Rursus idem tanquã ex persona dei, respõdens,spiritus sanctus ait: *Oculi mei ad fideles terræ, vt ij sedeant mecũ*. Reuerà enim oculi dei ad fideles sunt, iis sedulò attendentes,ne quà exerrent à scopo veritatis. Quod dicitur,si nosse vis, quàm verum sit: contẽplare beatos apostolos, & eos considera qui cũ essent fideles terræ,vt vigore suæ fidei totum impleuerint terrarum orbem prædicatione salutis. In omnem em̃ terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Etenim orbis terræ vniuersus Apostolicam fidẽ cõplexus,opib⁹ pietatis impletus est nunquã exinanendis.Hi igitur fideles iam domino assident, audientes, Vos autem duodecim sedebitis super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Israël. Oculi mei ad fideles

Universidad de Deusto Biblioteca

fideles terræ, vt ipſi ſedeant mecum. O rem mirabilẽ. Nõ è luto formati ſedent, & incorporei ſpiritus aſtãt. Nolim credas per hoc me extenuare aut imminuere angelorũ dei dignitatem. Abſit. Quin ego potius clemẽtiam dei erga homines concelebro, quippe qui tanto honore affecit humanam naturam. Quòd ſi apoſtoli ſancti conſidebunt iudices conſtituti infideliũ: prorſus neceſſe eſt eos qui apoſtolicã fidem tenuerũt, nec ſecus atque illi crediderunt, vnà etiam cum apoſtolis conſeſſuros iudices eorum qui fidem excipere noluerunt, neque verbum ſalutis confiteri. Fortaſſe (vt ita loquar) gentes erunt duodecim fidem complexæ per apoſtolorum doctrinã, quę quidem cum apoſtolis iudicaturæ ſunt duodecim tribus Iſraël, quæ nondum perſuaſæ ſunt vt fidẽ commodent apoſtolicæ prædicationi, nec ſe fidei cõmiſerunt dominicæ voluntatis, vt & eædem fidei aggregatæ audirent, Oculi mei ad fideles terræ, vt ij ſedeant mecũ. Deinceps videamus proximè ſequentia. Quid ait? *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Nõ habitabit in medio domꝰ meæ qui facit ſuperbiam, qui loquitur iniqua nõ direxit in conſpectu oculorũ meorũ.* Ad gloriationẽ iuſti inducũtur hæc, ſed & deus è regione haud ſecus reſpondet atque propoſuit, q̃ tales oporteat fuiſſe qui in fide vitã hanc tranſegerint. Eóque ait, Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Tales enim diligo miniſtros qui ambulent in via immaculata, qui non ad dexterã declinẽt, neq; ad ſiniſtrã, qui nulla fraude peruerterunt dogmata viam incernentia iuſtitiæ & veritatis. Beati enĩ immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Ad illam igitur elocutionem prius dictam reſpiciens propheta nempe, Pſallam & intelligã in via immaculata, hoc loco dicit, Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat. Rurſus quia dixerat, Perambulabã in innocentia cordis mei, in medio domus meę. &, Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc non edebam. correſpondet dicens, Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Sed & ait, Qui loquitur iniqua, nõ direxit in cõſpectu oculorũ meorum. Nã illic quia dixerat, Detrahentẽ ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar: hîc quoque ad eandẽ ſententiam reſpondet, Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. Quid tandem dicat, vide. *In matutino interficiebã omnes peccatores terræ, vt diſperderẽ de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.* Hîc inſinuat deinceps, quæ futuro ſeculo contingent. Siquidem præſens ſeculum nox eſt: contrà futurum illud, dies: quemadmodum ſapientiſſimus ait Paulus, Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. Proinde matutinum nuncupat ortum ſempiternæ lucis, qua perfruituri ſunt iuſti. In hoc igitur matutino interficit peccatores, eos emittens in ignem æternum. Hæc enim mors eſt peccatorum, quemadmodum ipſe Saluator ait, Timete autem eum potius qui poteſt occidere & animam & corpus in gehennam. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate domini, hoc eſt, de ſupetna illa Hieruſulem, omnes operantes iniquitatem. Soli enim iuſti in illa refouentur fœlicitate perfruẽtes regni nunquam deſituri, quod contingat & nos vnà vobiſcum omnibus adipiſci in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Nouè hæc dicuntur.

SERMO D. IOANNIS CHRYSOSTOMI de confeſsione, ſuper illud pſal. Confitemini domino, quoniam bonus eſt. Incerto interprete. *Pſal. 106.*

SPiritus ſanctus medelam purgandi facinoris, & curam admiſſi delicti obtulit, dum qualiter iram dei placaremus, oſtendit. Non vult peccatoribus inferre vindictã, qui dare quærit confitentibus veniam. Non enĩ vult iraſci, qui præſtruit: ſanitati conſulit, qui medicinam vulneribus ſuggerit: miſereri cupit, qui reo ſalutis conſilia & vtilitatis remedia tribuit. Punire enĩ nõ vult, qui ad hoc præmonet, ne cogatur vlciſci. Vult abolere offenſam, ſi qui offendit, damnauerit culpam. Vult cõfeſſione iam viuere eum, qui præcepta cõtempſerat periturus: vt cui peccatũ attulit mortem, ei cõfeſſio afferat ſanitatem. Confeſſio enĩ pœnitentiam monſtrat: ſatisfactio veniam ſibi diuina pietate conciliat. Nec enim poterit indulgẽtia tribui, niſi ira dei poſſit cõfeſſione placari. O venerãda pietas dei. Peccamus, & parcit: delinquimus, & ignoſcit: offendimus, & adhuc placatus exiſtit. Vnde qualis erga iuſtos ſit, monſtrat, dum talem ſe erga peccatores oſtentat. Nec peccator iam poterit excuſari, qui cõfeſſionẽ, per quã venia naſcitur, nõ properauit amplecti: quò poſſit reus gemino crimine detineri: dum primò legem contempſit, vt delinquerẹt: & cõfeſſionis remedia amplecti noluit, vt periret. Rape tu quiſquis es peccator remedia, qui peccando diuina contempſiſti præcepta. Cõfeſſio afferat ſalutem, cui contemptus attulerat mortem. Viue remediis, qui moriturus fueras aliquando peccatis. Cõſilia amplectere ad ſalutẽ data. Hortamẽta diuina prouidè ac libenter admitte: peccatorũ indulgentiam cõfeſſione inſtanti mereare. Quid horres fateri, quod libenter ac properè cõmiſiſti? Cur confunderis dicere, quod non confuſus es perpetrare? Cur vereris domino indicare, quod veritus non es ipſo pręſente cõmittere? Aut nũquid eũ putas admiſſa neſcire, niſi à nobis quæ cõmiſimꝰ, noſcat? Aut ignorare quæ fecimus putas, niſi nobis cõfitentibus diſcat? Peius eſt cõfiteri nolle, q̃ legẽ contemnere. Peius eſt admiſſi pœnitentiã ſpernere, q̃ monita diuina deſpicere. Peius eſt dei offenſam non ſatisfactione placare, q̃ peccando dei bonitatẽ offendere. Et quanuis peccãdi cauſa grauior videatur, leuior tamen frequenter exiſtit dum confeſſione abſoluitur, aut contumacia debito mortis expungitur. Denique Niniuitæ confitentur, & viuunt: Sodomitæ obdurantur, & pereunt. Illos impendens ſuppliciũ, puocat confiteri: hos vicinus interitus nõ confitendo efficit aboleri. Filij Iſraël quoties peccãt, hoſtibus tradũtur: quoties ſe peccaſſe fatẽtur, de eorũ manibus liberantur. Ita enim nullus vnquã peccator euaſit, vt cõfitendo indulgentiã dei nõ mereretur. Doceãt diuina monita, ſi exẽpla docere nõ poſſunt. Confitemini, inquit, dño: quoniã bonus eſt. Bonũ dominũ hoc loco dicit: non iuſtũ, quia qui bonũ oſtendit, confiteri perſuadet. Peccatorem enim bonus abſoluit, iuſtus condemnat. Bonus indulgentiã tribuit, iuſtus merita peccatorũ expungit. Apud iudicẽ bonum cõfeſſio mater eſt indulgẽtiæ: apud iuſtũ, pœnæ debitum. Bonus cõfitẽti tribuit veniam, iuſtus cõpetentem infert pœnã. Vnde ſic fit, vt qui cõfitendo, bonũ ſentire noluerit, iuſtum ſentiat reticendo: & quẽ cõfeſſio poſſet abſoluere, eius contumaciã poſſit ſeueritas iuſti iudicis abolere. Quare cõſule tibi peccator, dum licet: dũ qui offenſus eſt, ſuadet dominus: ad miſerẽdũ dominus ipſe paratus

πρώμ. *Confeſſionis vtilitas.* *Ionæ 3.* *Gen. 19.*

paratus eſt. Nam ſi qui cõtemptus eſt miſereri noluiſſet? rogares vt vellet, cum ipſe alioqui miſereri deſideret. Qui offendit, rogare non deſinat. Liceat cõfiteri, cui peccare licuit. Liceat petere veniã, cui licuit contrahere culpam. Indulgentiã poſtulet, qui mãdata cõtempſit. Veniã optet, qui legis iuſſa deſpexit. Cõfeſſio reddat, quod peccatum detraxerat. Curet pœnitẽtia, quod delictorũ macula ſordidarat. Serpentium virus, ſatisfactionis antidoto recuretur. Peccatorũ venena, precum inſtantia depellãtur: vt dominum quem nobis delicta fecerant iracundum, reddant obſequia digna placatum. Et qui à nobis fuerat peccatis offenſus, confeſſione nobis miſericors reddatur & pius.

IN PSALMVM CVIII.

DEus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederũt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Cũ iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & epiſcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius & mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiã eius, & diripiant alieni labores eius.

Magna hic nobis prudentia opus eſt. Verba enim, ſi conſideretur ſola prolatio, & quę eſt ad manum auditio, perturbant multos eorum qni non attendunt. Totus enĩ pſalmus plenus eſt execratione, & per eas vniuerſa peruaſit oratio, eiuſq; qui dicit, feruentẽ & ardentem iram indicat, quæ non contenta eum vlciſci qui facit iniuriam, etiã in filios, patrem & matrem extendit ſupplicium: & non vna ei ſufficit calamitas, ſed etiam mala malis coniungit. Vide enim quot & quãta imprecetur, dicens: Cõſtitue ſuper eum peccatorem, & diabolus ſtet à dextris eius. Hoc eſt, ſit obnoxiꝰ accuſatoribus, improbis hominibus & inſidiatoribꝰ, nec eos poſſit ſuperare. Hoc enĩ ſibi vult illud, Cum iudicatur, exeat condẽnatus. Nec ſatis hoc duxit eſſe ſupplicij, ſed cum hac condemnatione orat vt etiam aliquis alius poſt illum illius honorẽ ſuſcipiat, dicens: Et epiſcopatum eius accipiat alter. Et ne hic quidẽ ſiſtit, ſed etiam ſolũ qui erat ei relictus, portum obſtruit, rogans vt ne dei quidẽ aſſequatur clementiam, dum dicit, Et oratio eius fiat in peccatum. Quinetiã rogat vt mortem ſubeat immaturã. Fiant enĩ, inquit, dies eius pauci. Atque ne hic quidem ſiſtit, licet hęc ſola dixiſſe ſufficiebat. Ille verò etiam adiungit, quod quidem eſt animi valde incenſi ac inflammati, non vno aut altero contentũ eſſe ſupplicio, ſed petere vt alia imponantur. Quæ autem deinceps ſequuntur, ſunt his multò grauiora. Eorum enim quos relinquit, orbitatẽ & viduitatẽ precatur. Atqui neceſſe eſt hęc eueniant poſtquã ipſe exceſſerit, & tamen inter cæteras execrationes ea conſequenter ſtatuit, ira feruens. Et nec in orbitate quidẽ ſiſtit, ſed etiã poſt tales calamitates vlterius progreditur, mala eius amplificans, rogans vt qui ex eo nati ſunt, incertis vagẽtur ſedibus. Nutãtes, inquit, transferantur filij eius, & mendicent. Hoc eſt, errantes & vagabundi ne neceſſariũ quidem alimentũ habeant, ne ceſſent aſſiduè locũ loco mutare, agitari, pulſi per omnem terram, & nuſquã inuenientes locũ in quo conſiſtant. Cum his autem eis etiã imprecatur inopiam, eámq; extremã & intolerabilẽ, vt nec auxilium quidẽ aſſequatur à cognatis, ſed obeat ab externis & ignotis id petẽs. Audi autem quomodo hoc ſignificans adiicit. Poſtquã enĩ dixit, Transferantur filij eius & mendicent, ſubiungit: Eiiciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius, & diripiant alieni labores eius. Hoc eſt aliud genus calamitatis, ſua bona diripi, & fœneratorũ inſidias perpeti, & omnibus modis probris & contumeliis affici, & quod eſt longè grauius, in tantis malis carere defenſore. Id autẽ precatur, dicẽs: Nõ ſit illi adiutor. Mala enĩ vel ipſa per ſe ſunt intolerabilia: quãdo autẽ ne defenſor quidẽ adeſt, ſunt longè grauiora. *Nec ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius.* Papæ, quanta iræ magnitudo, quãdo ne orbitatis quidẽ immaturitas miſericordiã aſſequitur, non ſolùm miſericordiã, imò ei etiã extremũ exitiũ affertur. *Fiant nati eius in interitum. In generatione vna deleatur nomen eius.* Vidiſti orationem ira plenam, & quæ ſe non reprimit, & optat vt ipſi viuant in varia & multiplici atque omnis adeò generis miſeria, & abſque vlla nominis ſui fama funditus intereant. Et perinde ac ſi non ſufficiat filiorum calamitas, ſubiungit rurſus. *In memoriã redeat iniquitas patrum eius, & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra dominũ ſemper, & diſpereat de terra memoria eorũ.* Eſt enim maximæ iracundiæ, ita minutatim diſcerpere quas generaliter dixit calamitates, & eas aſſiduè verſare. Poſtquã enim dixit, In memoriã redeat iniquitas patrũ eius, ſubiunxit, Non deleatur. Atqui idẽ eſt, ira tamẽ effecit vt vtrunq; diceret. Quod autẽ vult dicere, hoc eſt, Interfice ipſum, occide, de medio tolle. Vidiſti quot ſint imprecationes? ſed ſi vis, ego eas rurſus colligã. In malos, inquit, homines incidat, accuſetur, ſit in eorũ poteſtate, condemnetur, mortẽ ſubeat immaturã, honore priuetur, & nec in ſuos quidem, ſed in alienos eum tranſlatum videat: vxor eius pereat, & filij eius paupertatem, orbitatem, & vitam mendicorũ ſuſtineant, condemnentur, expellantur vndique, nullũ habeãt adiutorem, à dei beneuolẽtia excidant, nullus ſit eis portus nec refugium, deleatur nomen eius è terra, pereat inglorius, & mater & pater luant pœnas ſuorũ peccatorũ, perdantur & funditus intereant. An non ea quæ dicta ſunt, auditorẽ pecellunt & obſtupefaciunt? Nunquid ſcire deſideras quiſnam eſt qui ſic eſt condemnatus? Si enĩ cum audimus hominẽ ꝓbris & maledictis affici, rogamus adſtantes vt dicant quis ſit qui hæc audiat, multo magis cum prophetã ſic imprecantem audimus, neceſſe habemus dſcere, idq; cũ metu & animo humili ac demiſſo, quis eſt quem tam vehemens inuaſit iracundia, quis eſt qui ſpiritum ſanctũ affecit triſtitia, vt tot tanta mala audiret? Pſalmũ ergo, ſi videatur, dicamus ab initio cũ magna attentione. Nemo autem tumultuetur. Narrabo enĩ quàm potero accuratiſſimè & diligentiſſimè. Non eſt enim paruum quod quæritur. Sed vnum quidem & primũ, quánã de cauſa cum is peccaſſet qui probris appetitur, filij eius cum ipſo puniuntur, & vxor, & parentes. Secundum autem, quis eſt qui execratur. Tertiũ autem, quomodo princeps Apoſtolorũ oſtendit hunc pſalmum dictũ eſſe de Iuda, vel potius non totũ pſalmum, ſed partẽ pſalmi. Scriptũ eſt enim, inquit, in libro pſalmorum, Fiat habitatio eius deſerta, & in tabernaculis eius non ſit qui inhabitet. Sed hoc nobis aliam rurſus præbet quæſtionẽ, non enĩ ſcripta ſunt vtraque in hoc pſalmo, & ideo non dixit hunc pſalmum, ſed totum librum pſalmorum. Illud enim, Fiat

habitatio

διάβολος calũniator. *A ſimili.* *Quæſtio 1.2.3.* *Act. 1.* *Pſal. 68.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal. 108 habitatio eius deserta, est in alio psalmo.hoc verò:Et *Rom.11.* episcopatum eius accipiat alter,in hoc. Petrus tamen vtrunque coëgit in vnũ testimoniũ.Quod etiam vbique facit Paulus,vt quando dicit: Veniet ex Sion qui eripiet & auertet impietates ex Iacob, & hoc eis ex me testamentũ quando abstulero peccata eorũ.Quid autem, dixerit quispiã,id quod dictũ est, ꝓphetiã, an imprecationẽ accipimus? Prophetiam sub specie imprecationis. Nam etiam alibi tale quid inueniemus: Quod Iacob quoq; facit. Quoniam enim oportebat auditores iuuari & iis quæ aliis eueniebant, prophetias multas hoc modo figurant,vt vel ipso modo prolationis augeatur metus in republica.Neque em̃ perinde est si dicas, Hic hoc vel illud patietur, & si id vt iratus & indignatus induxeris. Et ꝙ hæc non temere pronunciẽ,ex verbis ꝓpheticis hoc vobis manifestum *Gen.49* reddã.Iacob enim cũ esset moriturus, Venite, inquit filiis suis,& dicam quid euenturum sit vobis in diebus nouissimis.& cũ esset prophetaturus, statim à principio tanquã ira quadam percitus,incipit prophetiã ab imprecatione,sic dicens:Ruben primogenitus meus, durus ad ferendum, durus & contumax, effluxisti vt aqua,non crescas.futurũ eius exitium prædicens sub specie imprecationis. Ita rursus quando bona dicit, narrat sub specie precationis,dicens,Det tibi deus de rore cœli,& de pinguedine terrę.Hoc autẽ est ꝓphetia. Quòd autẽ hoc non sit humanæ affectionis,clarũ est.Nam in Chanaam quoq; pater eius hoc facit, di- *Gen.9.* cens:Erit Chanaã seruus eius, vt scias ꝙ deus præueniẽs eos qui iniuria afficiũtur,eos qui iniuriam faciũt, persequitur.Quinetiã Christus quoq; tali figura vsus *Matt.11.* est, sub specie prophetiæ magis reuocans, & lugentẽ *Luc.10.* imitãs,& dicens:Væ tibi Chorozaim, vę tibi Bethsaï- *Matt.23.* da.Et rursus,vt quando dicit, Hierusalem, Hierusalẽ, quæ occidis prophetas. De quónam ergo dictus est psalmus?Nonnulla de Iuda,spiritu per Dauid ꝓphetante:reliqua autem de aliis.Hic em̃ rursus est prophetiæ modus. *Prophetiæ spirit⁹ nõ semper in eodẽ insistit.* Sæpe autem inueniemus eum ita esse compositum,vt prœmia quidem in alium, reliqua autẽ dicantur in alium.Vt autem hoc ipsum etiam aliunde videas, quando Iudæi ingressi sunt in terram promissionis, diuidens duodecim tribus in duodecim partes,iubetur Naue filius has quidẽ benedicere,illas verò maledicere. Benedictio ergo & maledictio erant prophetiæ eorum quæ erant euentura.Dicebat enim: *Deut.28.* Maledictus tu in ciuitate,maledictus in agro, & innumerabiles eiusmodi imprecationes tribus componentes,effecerunt longam orationem.Hoc hic etiam dici potest,sub specie execrationis compositam fuisse ꝓphetiam,quæ & quę Iudæ erant euentura annunciat & prædicit, & post illum etiam aliud tractat argumẽtum,nempe aduersus eos qui insurrexerunt aduersus sacerdotium,vt sciamus quantum sit malum in dei sacerdotes insurgere,dolóq; & iniquitate aduersus eos vti. Quæ enim dicta sunt, non aliud sunt q̃ doctrina eorum quæ sunt euentura iis qui propinquos iniuria afficiunt, qui insurgũt cum dolo & deprauato animo *In sacerdotes dei non insurgendum.* in eum qui nullã fecit iniuriam.Quòd si ęquum censet,vt etiam filij puniantur,ne te conturbet,ô dilecte. Hic enim dicit filios, eos qui fuerunt socij ac participes eorum improbitatis. *Filij in sacris literis qui dicantur.* Scit enim scriptura appellare filios,& eos qui sunt cognatione filij,& eos qui fuerunt socij aliquorum improbitatis, etiamsi non sint natura filij,vt quando dicit:Vos filij diaboli estis. Atqui non erant Iudæi natura diaboli filij. *Ioan.8.* Quomodo

A enim essent filij eius qui est incorporeus, cum ipsi sint *Filij diaboli.* carne circundati? sed societate improbitatis attraxerunt ad se cognationem. *Filij Abrahæ.* Ita etiã eos eiicit à cognatione Abrahæ,dicens:Si essetis filij Abrahę,opera Abra- *Ioan.8.* hæ faceretis. Quòd enim filius non punitur pro pa- *Ezec.18.* tre,nec pater pro filio,cuiuis est manifestũ.Hoc enim ostenditur in lege dictũ esse,præterquã nisi ipsum referat,& tunc non pro filio,sed pro sua punitur socordia,sicut Heli. Si autem videtur, psalmum prosequa- *1. Reg.4.* mur ab initio.Deus laudẽ meã ne tacueris. Alius autẽ interpres dicit,Deus laudationi meæ ne obsurdueris. Alius, Ne silueris, hoc est,ne prætermiseris punitionem,sed pœnas sume de iis quæ facta sunt. Tu es em̃ gloriosus,magnus & potens hæc corrigere:Quoniã os peccatoris,& os dolosi super me apertũ est.Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me,& expugnauerunt me gratis. B Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autẽ orabam.Vidisti insignẽ improbitatẽ.Vidisti insidiatũ conspirationẽ. Vidisti studium & præmeditationem. Hoc enim deũ maxime irritat, quando consulto & *Peccata dedita opera commissa grauiora sunt.* præmeditato & dedita opera ab improbis mala fiunt. Aliud est em̃ cum quis deceptus & seductus labitur, & aliud cum quis vitium & improbitatem exercet: & aliud rursus,(quod est crimen maximũ) quando se improbè gerunt in eum qui nõ est improbus. Dicendo enim,pro eo vt me diligerent,detrahebãt gratis: nihil aliud significat,q̃ quòd in benefactorẽ, & eũ qui dignus est amari,& bonã remunerationem cõsequi, se omnino contrà gerunt.Ego autem orabã. Vidisti philosophiam,vidisti moderationem,vidisti mãsuetudinem,vidisti animæ pietatem & religionẽ. Non arma- C bar, inquit,nec contra eum aciem instruebam,sed ad te confugiebam,tuum implorabã auxiliũ, tuam opẽ, arma tua potentissima,tuũ inexpugnabile præsidium. Deinde cum de Iuda dixisset quomodo seipsum cõdemnauit, quomodo se suffocauit, quomodo eius Apostolatus translatus est in alium,rursus prius argumentũ persequitur.Nã hæc quoq; est prophetiæ spe- *Mos propheticus.* cies,quod dicitur interrumpere, & aliquã historiam iniicere,& vbi eã recensuerit,rursus ad priora reuerti. Obscura est em̃ ꝓphetia propter ingratum Iudæorũ animum.Significat ergo,vt iam dixi, aliquem qui in sacerdotium parauit insidias post tempus reuersionis *Nee.4.* à Babylone.Qui sunt autem diligentiores, hoc sciũt, vt qui historiã perlegerint. Ei ergo magna mala prædicit,nempe vt sit omnibus defensoribus defectus: & rogat vt omnis ei portus obstruatur, & nullã assequa- D tur humanitatem,clementiã,aut veniam.Hæc autẽ,vt antè dixi,& assiduè dicere non cessabo, videntur quidem esse imprecatio,sunt autem prophetia,quę ostẽdit quomodo deus irritatur quãdo insidię parãtur sacerdotio. Deinde sigillatim ꝑsequitur calamitates,& dicit, *Pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam, & persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctũ corde mortificare.* Hoc est extremę crudelitatis,hoc summæ inhumanitatis, quãdo non solùm insidiatur quispiam,sed ei insidiatur qui potest mouere ad clementiam,& flectere ad cõmiserationem. Qui est em̃ eiusmodi, ad ferarum sæuitiam deductus est, imò verò vel illis sæuior effectus est. Feris enim feritas natura *Collatio.* insita est: hic autem ratione ornatus, suam nobilitatem improbitati prodidit.Et illæ quidem cum iis quę *Ferarũ inter se amicitia.* sunt eiusdem generis, quandã amicitiam seruant & mansuetudinem: hi autem ne communem quidem naturam

naturã sunt reueriti,sed cuius oportebat misereri,quẽ A ferre & erigere,eum deturbarunt & euerterunt. *Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei. Et noluit benedictionẽ, & elongabitur ab eo.* Postquã multas calamitates ei imprecatus est,ostendit deinceps non ipsum,sed illũ horũ fuisse principiũ & causam,vt qui factis quidẽ suis dei auxilium repulerit,diuinã autẽ vindictã attraxerit. *Et induit maledictionem sicut vestimentũ suum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.* Hic & plagę vehementiã,& supplicij stabilitatẽ ostendit, significãs mala omnibus hominib⁹ è domo sua & animi sui sentẽtia ꝓficisci, qui factis quidẽ & actionibus bona quidẽ repellũt,in supplicia autẽ seipsos iniiciũt. *Fiat ei sicut vestimentũ quo operitur, & sicut zona qua semper præcingitur.* Hoc autẽ dicit, ostendens iram dei ineffabilem,quæ eos qui sunt eiusmodi persequetur.Quod autem dicit,est eiusmodi,Mala eos ita tenebunt,vt ne B vllã quidem mutationẽ habeant. In eis enim firma manebunt, & stabilia. Deinde ostendens ꝙ castigat improbitatẽ, & vitiũ corrigit, & ꝙ non in illum solũ, sed etiam in omnes qui sunt iis quę dicuntur obnoxij, hæc statuetur sententia, subiunxit, *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominũ, & qui loquuntur mala aduersus animam meam.* Id est, Hæc est pœna,hoc est suppliciũ eorum qui mihi aduersantur,qui insidiantur, qui bel- *Pro verbis etiã ratio exigitur.* lum gerunt.Et qui loquuntur mala aduersus animam meam. Ergo etiã pro verbis exigitur ratio, & pro eis *Rom.12.* sumuntur pœnæ acerbissimæ. Absoluta itaque de his *2.Cor.1.4* oratione,ad deum rursus cõfugit pro eius impetrãdo auxilio. Neque enim sistit in pœna eorum qui parant insidias,sed ostendens quòd qui malis afficiuntur, habẽt etiam deũ vltorem pro iis quas accipiũt iniuriis, ipsiq; firmã ac validam assequuntur defensionẽ, sub- C iungit dicens, *Et tu domine fac mecum propter nomen tuum.* Vide gratum & piũ animũ,vide humilitatẽ.Quamuis *3.Reg.19.* enim satis iustã causam haberet petendi auxilij,quòd *4.Reg.19* mala pateretur(hoc enim potest videri in multis locis *Dan.3.* scripturæ, ꝙ qui ab hominibus iniustè malis afficiuntur,liberè petẽdi à deo auxilij iustam & honestam habent occasionem.) Ille autem prætermittens hoc dicere, confugit ad solam dei clementiã, & dicit, Et tu domine fac mecũ ꝓpter nomen tuum,propemodum hoc dicens: Nõ quoniam sum dignus,sed propter teipsum,quoniã es clemens & misericors. Et ideo subiungit, *Quia suauis est misericordia tua.* Homines em̃ sæpe non sunt eiusmodi:eo em̃ sæpe vtũtur ad detrimẽtũ & exitiũ:sed de⁹ semper ad vtilitatẽ. *Libera me quia egenus & pauper sum ego. Et cor meum conturbatum est intra me.* Vides eum rursus orare vt seruetur, non vt qui sit D dignus,nec iustus,sed vt qui sit omnino euersus,vt qui confectus,vt qui mala passus innumerabilia. *Et cor meũ conturbatum est intra me.* Talis enim & tanta est vis calamitatum,non corpus solum vexat,verũetiam conturbat animum. *Sicut vmbra cum declinat ablatus sum, & excussus sum sicut locustæ.* Dicit vehemẽtes insidias eorum qui illum iniuria affecerunt, & malignitatem ineffabilem,& rursus studium ac diligentiã quam ipse in eis adhibuit. *Genua mea infirmata sunt à ieiunio. At caro mea immutata est propter oleum.* Vides quænã arma cõparat aduersus insidias,& eam qua in eum vtebantur malitiam. *Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mo-* *Hier.37.* *Act.5.* *16.22.* *uerunt capita sua.* Tales sunt improborũ animi,nõ modo non cedunt quando viderint iustum eis opponentem pietatem ac religionem, sed eis etiam probra ingerunt,eósque ludificantur,& insultant. Quid hic au-

A tem? Ad auxiliũ inexpugnabile,ad opem confugit insuperabilẽ,dicẽs, *Adiuua me domine deus meus, saluum me fac secundũ misericordiam tuam. Et sciãt quia manus tua hæc, & tu domine fecisti eam.* Quid est manus tua hæc? Tuũ auxilium. Tuum,inquit,pręsidiũ. Nolo em̃ solummo- *Man⁹ dei.* do seruari:sed illos etiã scire à quo seruatus sum,vt sit mihi duplex trophæum, duplex corona, ingens gloria. *Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me, confundantur.* Docet hic auditorẽ quandam philosophiã. Ostendit enim quòd etiamsi diris innumerabilibus deuoueant,si deus benedicat, nihil detrimenti ex eis accipietur, sed in ipsos vertentur probra & ignominiæ. *Seruus autem tuus lætabitur in te.* Rectè dixit,In te, si- *In te, nusquã legi.* gnificans illinc proficisci lætitiam, vnde bona suppeditantur. Restat vt nulla me possit perturbare molestia, cùm tua mihi maneat integra lætitia. *Induantur qui detrahunt mihi, pudore, & operiantur sicut diploide confu-* B *sione sua.* Vide quomodo rursus rogat vt non solũ tradantur supplicio,sed etiã pudori & ignominiæ, vt id sit eis doctrina correctionis, & argumentum mutationis in meliora. *Cõfitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorũ laudabo eum: quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.* Pro his omnibus deũ remuneratur hymnis,laude,gratiarũ actione. Præclara enim eius facta apud omnes annuntiare, in medio theatro prædicare ea quæ ab illo collata sunt, hoc est sacrificium,hoc oblatio, dei beneficia habere perpetuò in memoria,eáque menti suæ imprimere,& ore prædicare,& facere vt eius beneficia à multis audiantur.Nam & qui beneficium acceperit, pro grato animo mercedem accipiet, & maius dei in se auxiliũ attrahet: & qui audiunt, ex iis quæ aliis facta sunt, euadent meliores,& ad virtutem persequendam ac- C cipient maximum incitamentum ex beneficiis quæ ab aliis accepta sunt.

IN PSAMVM CIX.

D*Ixit dominus domino meo, sede à dextris meis.* Exsurgamus quæso, & animum intendamus. Psalmus enim differit de valde magnis cõtẽplationibus, nõ vni soli hæresi,sed variis & diuersis obsistens. Nam & aduersus Iudæos, & aduersus Paulũ Samosatenum, & aduersus Arrianos, & aduersus Marcionistas, & aduersus Manichæos, & aduersus omnes qui resurrectioni non credunt, struit aciem. Quoniã ergo contra tot aduersarios instructa est acies, nobis quoque multis oculis opus est, vt quæ sit luctandi ratio, & quomodo inuaduntur, exactè considerare possimus. In externis enim cer- *Collatio elegans.* taminibus & si aliqua eorum colluctandi & con- D certandi ratio minimè animaduersa fuerit, in iis non lædetur spectator. Nõ enim doctrinæ, sed delectationis gratia illud theatrum eò coactum est. Hic autem nisi exactè cognoueris vndenã aciem suam instruit, & vnde nos eum aggredimur,non leue detrimentum senties. Ne hoc ergo tibi eueniat, mentem tuam excita, arrectæ & attentæ tibi sint aures. Iudæos primùm inuadimus,aduersus illos aciem instruimus, ex his verbis huius prophetæ auxilio vtentes. Cùm nos enim dicamus hæc de Christo dicta esse, hæc quidẽ non admittunt,fingunt autẽ quędã alia. Quæ ergo dicunt primùm conuincamus,& tunc id quod dicimus confirmabimus. Atque nũc quidem eos primùm rogemus,quis est huius iusti dominus? Dixit em̃,inquit, dominus domino meo,sede à dextris meis. Non meminit em̃ hîc vnius personæ, sed vnius quæ cum vna altera

Universidad de Deusto Biblioteca

altera loquitur. Quémnã ergo dicũt esse eum qui dicit? Deũ. Qui autẽ audit, Abraham. Alij verò Zorobabel, & alij aliũ. Vt ebrij, & nihil quod cõueniat loquẽtes, imò verò sicut qui in tenebris ambulãt, & pulsant alter alterum. *[Collatio Iudaicæ impietatis]* Quid ergo, dic mihi quęso, Estne Zorobabel Dauid dñs? Et quomodo fuerit hoc consentaneum, cum ipse pro magno honore Dauid appellatus sit? Porrò autem ea quæ consequuntur, ostendunt nihil hîc dictũ esse de Zorobabel, nec de Dauide. Nullus enim eorũ honore sacerdotali functus est. Hic autem dictũ est de aliquo, qui nouum aliquod & admirabile sacerdotium obiit. Tu es enim, inquit, sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech. Sed nunc quod est' præsens explicemus. Dicunt eñ ad hunc alia quędam his vaniora, dicentes hæc dicta esse de populo. Sed neq; populus fuit sacerdos: neque alia quæ dicta sunt ei possunt conuenire. Eo itaq; tanquã inani prætermisso, & quod nõ opus habet probatione vt euertatur, aliud quod dicunt, in mediũ adducamus. Quid ergo rursus dicunt alij? Quòd filius Abrahæ hæc dicit de dño suo. Et quid possit eo esse vanius? Quid eñ hîc *[Attende δείνωσιν. Gen.14.]* vult filius Abrahæ? Vbi autẽ sacerdos fuit eius dominus, qui etiã ipse sacerdote Melchisedech vsus est, & petiit ab eo benedictionẽ? Quomodo autẽ fuerit cõsentaneũ dictũ esse de Abrahã, Ex vtero ante luciferum genui te? Quomodo autẽ de Dauid, vel Zorobabel, vel populo hæc cõuenerint? Naturã eñ humanã superat, quod dictum est. Illud autem, Sede à dextris meis: quámnam habuerit interpretationẽ, si personæ illæ positæ fuerint? nullã. Quomodo autẽ dixit Abrahæ, Sede à dextris meis, qui vel angelis assistere, duxit esse dignum honore maximo? Sed quidnã est quæso, quod pro sua dicunt sapiẽtia? Et quomodo, inquiunt, alium introducis dñm: cùm apertè dicit scriptura, *[Deut.6.]* Dominus deus tuus dominus vnus est, & eũ solum coles, & præter ipsum nõ est deus. Cui itaq;, dic quæso, hoc dictũ est? Immemori & ingrato tuo animo hæc maximè dicta sunt, ô Iudæe. *[Vt acriter & cominus pugnat.]* Cur enim Abrahæ nihil eiusmodi dictũ est, non Isaac, non Iacob, non Mosi, sed tibi soli, postquã ex Aegypto egress⁹ cõflauisti vitulũ? Quánã ergo de causa dic mihi? Quod si ipse dubitas, à me causam edisce. *[Exod.32. Num.25. Psal.115.]* Quoniã enim egressus vitulum conflaueras, & Beelphegor fueras initiatus, & deorum populum admirabaris, nefariam illam deorum multitudinem inducẽs: *[Vnus cur dicatur deus.]* morbum tuũ reprimens, ad deos, qui non sunt, distinguendos, posuit illud, vnus, non vt tolleret vnigenitũ. Quánã eñ de causa statim in procemiis dictũ est: *[Gen.1.]* Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã? *[Gen.11.]* Et rursus, Agedũ descendamus, & confundamus linguas eorum. *[Psal.44.]* Et rursus Dauid, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Si autẽ Moses dicit, Dominus deus tuus dominus vnus est: imbecillitas vestra fuit in causa. Et quid mirum si hoc in dogmatibus factũ est, quando *[Deut.24. Mat.19 Leui.11. Gen.2. Deut.12. Gen.12. Exod.3]* etiã in rebus, à perfectioribus ad minus perfecta dedu xit deus orationem, se demittens ad nostrã imbecillitatẽ? Quocirca & vxorẽ hanc quidẽ eiicere, illam verò permisit introducere, cùm non hanc legem tulisset ab initio. ciborum quoq; magnũ fecit discrimen, licet contrariũ dixisset ab initio, Tanquam olera agri dedi vobis omnia. De loco quoque multas leges sanxit, nõ permittẽs vbiq; preces ad deũ porrigere, quanuis ne hoc quidẽ constituisset ab initio. Quinetiã in Persarũ regione Abrahæ visus est, & in Palæstina, & vbique, & Mosi post hęc in solitudine. Quid ergo? Repugnãt-

A ne sibiipsi scriptura? Absit: *[Attende œconomiã dei.]* sed oĩa pro tẽpore administrat & dispensat ad vtilitatem, vniuscuiusq; generationis imbecillitatẽ corrigẽs. Et ideo tibi quidẽ dictũ est, Dñs deus tuus dominus vnus est. *[Esa.9.11. 53.63. Hier.31. Dan.2. & 9. Osee 11. Mich.5]* Quod autem habet etiam filium, prophetæ etiam in libris suis posuerunt: & neque valde apertè dixerũt, ne tuam offenderent imbecillitatem: nec celarunt, vt post hæc tibi cõcederet resipiscere, & ex propriis libris colligere decreta veritatis. Ita etiã maximè ꝓphetas poterim⁹ ꝓphetas esse ostendere, & vt fide dignum sit vetus testamentũ efficere, quando cum gentibus disserimus. Nam si hoc sustuleris, quomodo os gẽtibus obstrues? Quid enim dices? exitum ex Aegypto, & quæ de te prædicta sunt? Sed ea nõ valde admittet. Si autem narraueris quæ de Christo dicta sunt in veteri, & ostenderis rerũ veritatẽ testari euentũ prophetiæ, ne poterit quidem resistere. B Si autẽ nostra reprehendas, ô Iudæe, quomodo vetus testamentum defendes? Si quis enim tibi dixerit, Quomodo sunt vera quæ scripsit Moses, quid dices? Quia eis credidimus. Multò magis ergo nostra vera sunt: nam nos quoq; credidimus, & vos quidem estis vna gens, nos autem vniuersus orbis terrarum, & vobis non sic persuasit Moses, vt nobis Christus: *[Mala.1. Rom.3. Eph.2. Gen.pen. Hier.31. Dan.9. Gal.3.4 Heb.10.]* & vestra quidem cessarunt, nostra verò stãt. At ex prædictionibus, Sed sunt maiora quę sunt apud nos. Nostra ergo si sustuleris, tuis vmbrã offundis. At ex signis. Sed vos quidẽ Mosis nullũ potestis signum ostendere: fuit eñ & transiit. Nos autẽ Christi multa & diuersa quæ adhuc nunc fiunt, prædictiones vel sole clariores. At ex legibus. Sed nostra plus in se continent sapientiæ. Sed quid? prohibentibus Aegyptiis egressi estis. Sed longè maius est orbem terrarũ bellãtem superasse, quàm solos Aegyptios vicisse. C Et hæc dico, nõ vt vetus cum nouo committam, absit, sed ingratorũ Iudæorum volens os obstruere. Nam & hæc & illa ab eodẽ deo & data & facta sunt. Sed illud volo probare, q̃ Iudęus sublatis de Christo propheriis, euertit maximam partẽ prophetiarũ, nec possit apertè ostendere nobilitatem veteris, nisi nouum admiserit. *[Hier.31. Heb.8.10]* Quòd autẽ non de homine dicta sunt, & ex eo quod dicitur, Sede à dextris meis, & q̃ nominatur dominus æquè ac dominus qui dicit, & q̃ ex vtero ante luciferũ sit genitus, & ex eo q̃ sit sacerdos secundum ordinem Melchisedech: & ex eo quod dicitur, Tecũ principium tuũ, iis qui sapiunt clarũ est. *[Aduersus Paulum Samosat.]* Quòd si alius nobis rursus emergat Iudæus, Christiani personam suscipiens, Paulus inquam Samosatenus, potest quidẽ etiam aduersus eũ dici ex nouo. D Sed ne videamur relictis præsentibus ad aliam aciei partem transire, eum hinc quoque inuadamus. Quid is ergo dicit? Homo est, inquit, solummodo: & ex quo ex Maria natus est, ex illo tẽpore tantùm habet essentiam. Quid ergo, dic quęso, dices ad illud dictũ, quod habet, Ex vtero ante luciferum genui te? Oportet autẽ alia quæ ad Iudæos dicta sunt, etiam ad eos dicere qui ab eo processerũt. Nec nos in causa sumus, sed hi ipsi qui habent cũ eis magnam dogmatum cognationem. Vnde etiam eisdẽ armis in eos vtamur. Eos eñ qui similiter bellũ gerũt, oportet eisdẽ iaculis cõfodere. Quid sibi vult sedis societas? Hic eñ ostenditur honoris ęqualitas, q̃d satis est ad obstruendũ os Arrij. *[Contra Arrium. Matt.22.]* Et ideo Christus quoque apud Iudæos dicentes Christum esse filiũ Dauid, subiunxit, Quomodo ergo Dauid vocat eũ dominũ in spiritu dicens, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis? Paulus autẽ de humanitatis susceptione postea

postea tractans, & eam apertius interpretans, & Marcioni, & Manichæo, & iis omnibus qui simili morbo laborant, certũ vulnus infligit. *[Hebr.15. & 7. Exegesis Psalmi.]* Interpretatur enim cũ ea qua par est prudentia, quomodo fuit sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech. Nos autem rursus ad propositũ reuertamur, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Vidisti æqualitatem honoris. Vbi enim est thronus, illic est signũ regni. Vbi autẽ thronus vnus, est eiusdẽ regni honoris æqualitas. *[Hebr.1.]* Quocirca Paulus quoq; dicebat, Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Ad filiũ autem, Thronus tuus deus in seculum seculi. *[Dan.7.]* Ita etiam Daniel videt vniuersam quidem creaturam assistentẽ, & Angelos & Archangelos, filium autẽ hominis venientem in nubibus cœli, & peruenientem vsque ad antiquum dierum. Quòd si nonnulli offendantur ex eo q̃ sic dicamus, audiãt eum sedere à dextris, & desinant offendi. Quemadmodũ enim nos non dicimus eum esse patre maiorem: ita nec tu eum minorem & inferiorẽ dixeris. Id enim significat societas sessionis. *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Et quinam sunt inimici? *[1.Cor.15.]* Audi Paulum dicentẽ, Primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi in aduẽtu eius, deinde finis. Oportet enim eũ regnare quousq; posuerit omnes inimicos suos sub pedibus suis. Vidisti propheticorũ & Apostolicorum verborũ concentũ & concordiam. Hic enim dicit, Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ, & Paulus: Quousq; posuerit omnes inimicos tuos sub *[Donec & quousque.]* pedibus suis. Sed neq; illic illud donec, neque hic hoc quousq;, sunt termini tẽporũ. Quomodo enim steterit *[Dan.2.]* illud propheticũ, quod dicit, Potestas eius potestas æterna, quæ non præteribit, & regnũ eius regnũ quod nõ peribit in seculũ seculi: si ad ea vsq; tempora sit regnaturus? Vides non esse solũmodo attendendas dictiones, sed esse ascendendum ad intelligentiam. Tu autem cum audis prophetã dicentem patrem ponere sub pedibus eius, ne ex eo cõturberis. Neq; enim hæc dicta sunt quòd sit imbecillus filius. Paulus enim ostẽdit filium ponere inimicos sub pedibus suis, dicens: *[1.Cor.15.]* Oportet enim eum regnare quousque ponat inimicos suos sub pedibus suis. Et rursus ei quoque vniuersum tribuit, dicens, Quando tradiderit regnum deo & patri, quãdo deleuerit omnem potestatem & virtutem. Hoc est, quando regnum rectè administrauerit, cessare faciet omnem potestatem. Hoc enim sibi vult illud καταργήσει, id est, ociosam reddet. Quòd autem dicit vniuersum eius esse, patrem ab ipso non separat, sicuti *[Ioan.17.]* nec filium à patre diuidit. Quæ enim sunt illius, sunt huius: & quæ huius, sunt illius. Et ideo dicit, Omnia mea tua sunt, & tua mea. Quando ergo audieris patrẽ subiecisse, ne existimes seiunctũ esse filium ab eo præclaro facinore: & si intelligas filiũ subiecisse, ne dicas *[Ioan.5.]* patrem esse ab eis alienum. Quę enim pulchrè ac pręclarè fiunt, sunt communia, quemadmodum & omnia opera communia. *Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion.* *[Virga virtutis.]* Virgam virtutis seu potestatis, vocat ipsam potestatem. Meminit autem Sion, quoniam quæ præclarè gesta sunt, illinc sumpserunt initium. Illic enim legem dedit, illic fecit miracula, illic cœpta prædicatio per vniuersum orbẽ terræ diffusa est. Quòd si velis quod dictum est sumere anagogicè, audi Paulum dicẽtem: *[Hebr.12.]* Sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatẽ dei viuentis, Hierusalem cœlestẽ, & ecclesiam primogenitorũ. Virgam virtutis emittet dominus ex Sion. Virga aliquando quidem castigat & beneficio afficit, aliquãdo

A autem consolatur: & est signũ regni. Et q̃ sit vtrunque, audi prophetam dicentẽ, *[Psal.22.]* Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. *[Psal.2.]* Et rursus, Reges eos in virga ferrea, tãquam vasa figuli cõfringes eos. *[1.Cor.4.]* Et Paulus, Quid vultis? in virga veniã ad vos, an in charitate, & spiritu lenitatis? Vidisti quomodo sit virga castigationis. Vide quomodo sit etiam regni. *[Esa.11.]* Dicit enim Esaias, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. *[Psal.44.]* Et Dauid, Thronus tuus deus in seculũ seculi, virga rectitudinis virga regni tui. Virgã enim hic vocauit virtutem, cũ qua Discipuli orbem terræ obierunt mores corrigentes, & à quodam alieno à ratione vitio deducentes ad hominũ naturam rationis cõpotem. *[Matt.28.]* Euntes, inquit, docete omnes gentes. Habuit etiam Moses virgam, sed cũ ea suscepit dei operationem, per quam operabatur in omnibus. *[Exod.4. Exod.14.]* Et illa quidem diuisit fluuios, B hæc autẽ fregit impietatẽ totius orbis terræ. *[Crux Christi, virga.]* Neq; verò aberraueris, si crucem quoq; domini voces virgam virtutis. Hæc enim virga mare & terram conuertit, & magna potestate repleuit. Cum hac virga egressi Apostoli per vniuersum orbẽ terræ, omnia illa fecere. Hãc gestãtes omnia perficiebant, sumpto principio à Hierusalem. *Et dominare in medio inimicorũ tuorũ.* Vide prophetiam ipso sole clariorẽ. Quid est autem, dominare in medio inimicorum tuorum? Pro eo q̃ est, In mediis gẽtibus, in mediis Iudæis. Ita enim plãtatæ sunt ecclesiæ in mediis vrbibus, ita vicerũt, & superiores euaserunt. *[Argumentũ victricis fidei.]* Hoc est præclaræ victoriæ argumentũ, quod in mediis hostibus altaria erexerint, q̃ tãquã oues & agni essent in medio luporũ. Hoc enim eos quoq; mittens dicebat, *[Matt.10.]* Ecce mitto vos tanquã oues in medio luporum, q̃ non est quidẽ minus priore miraculo. C Non est enim minus, eos qui ouiũ locũ obtinent, lupos vincere, quã eos qui sunt in mediis intercepti, esse superiores. Quinetiam multo est maius eos qui erant numero duodecim, ad se vniuersum orbem terræ attraxisse. Et dominare in medio inimicorũ tuorũ. Nõ dixit, vince in medio inimicorũ tuorũ, sed, Dominare, vt ostẽderet nõ erigi trophæũ fusis in acie hostibus, sed ex iussu significari dominũ. Ita enim vincebãt Apostoli, Christum in se habẽtes, omnia faciẽtes tanquã ex imperio. Vnde etiã erat eis omnis domus aperta, & qui credebant, erãt quouis seruo obedientiores, facultates suas vẽdentes, & earũ precia ponẽtes ad pedes Apostolorũ: *[Act.3.]* & nec ad vsum quidẽ suũ audẽtes aliquid accipere, eósq; adeo magnificiebant vt ne se quidẽ eis auderẽt adiungere. Nõ solũ autẽ habebant tantũ viriũ in fidelibus, sed etiã in infidelibus. *[Act.5.]* Quódnã enim est, dic D quæso, serui indiciũ? an non id facere q̃ iubet eius dominus? Quòd autem signũ domini? An nõ ea in seruis perficere quæ velit? Quinã ergo perfecerũt ea quę voluerũt in regibus & principibus? An nõ Apostoli? Manifestum est. *[Apostoli vt domini]* Reges enim & principes volebant tenere orbẽ terræ in impietate. Iubebãt enim colere dæmones, cõtra autẽ Apostoli, fiebat autẽ q̃ volebãt. *[Rom.1.]* Quòd si mihi dicas carcerẽ, flagella, & tormenta, dicis mihi maiora dominia. Quomodo, & quánã ratione? Quòd quanuis hæc fierẽt, fiebat tamen nihilo secius q̃ volebant. Non enim lege multorũ dominorũ, sed virtute hoc sibi asciuerunt dominiũ, q̃ nullo externo indiget, sed dum omnium petitur insidiis, resplendet. Illos enim dominos serui paratis insidiis sæpe de medio sustulerunt: quoniam erat imperfectum & imbecillimũ dominium: hoc autem non potuerunt extinguere, sed insidias molientes, id longè clarius reddidere. Quis

Universidad de Deusto Biblioteca

Dominatio apostolorũ ex collatione. fuerit igitur dominus præclárior, ísne qui innumera- A
bilib⁹ opus habet auxiliis vt seruos in officio cõtineat,
an qui est liber ab iis omnibus, & eos qui sunt sub suo
dominio, pro sua potestate tractat, & fert & agit? Clarũ
est hunc esse prçclariorem. Domini enim qui hoc ob-
tinent multorum dominium, nisi leges habeant opitu-
lantes, & eos iuuet ꝙ in ciuitatibus habitant, sæpe cum
Act. 13. dominio vitam quoque amiserint: Paulus autem & in
14.17.18. solitudinibus & vbiq; suum ostẽdebat dominium. Vis
etiam videre ipsum clariorem regibus? Tulit leges per
vniuersum orbem terræ, & regum relictis legibus, il-
lius scriptis obtemperabant. Et alioqui illi quidem in
corpora, hi verò in animum dominium obtinebant.
Quis ita seruus domino, vel qui sub regis ditione est,
regi cum tanta beneuolentia paruit, vt fideles Paulo
tantùm scribenti literas? Quis dixerit eorum deside-
rium & vehementem pro eo æmulationem, cum vel B
Galat. 4. ipsos oculos essent parati effodere? Quis tales vnquã
seruos habuit? Quæ omnia propheta mente agitans,
quomodo fideles quidem subiunxerunt, erant autem
terribiles infidelibus, eos per vim expellentes, & quo-
modo Christus per ipsos obtinebat imperiũ, non di-
xit solũmodo κυρίευε, hoc est, Dominare in medio ini-
micorum tuorũ, sed, κατακυρίευε hoc est, Dominatum
obtine, vehemens, & amplũ dominium significans. Et
hæc cum viderent hostes, nihil facere poterant, etsi le-
ges secũ haberent, lictores, & omnem potestatem, sed
erant hi potentiores propter eum qui in ipsis habita-
bat. Hic per ipsos dominatũ obtinuit. Nec solum do-
minatus est, sed etiam acrem & vehementẽ in eos do-
minatum obtinuit. Propter eum enim qui in eis habi-
tabat, & ignem & ferrum, & bestias, & omnia alia con
Matt. 28. fidenter adibant. Ad omnia enim cum eis erat Chri- C
stus, qui etiam tanquam in alienis corporibus decer-
tantes, & liberi ab omni molestia rerum ad vitam per-
Act. 5. tinentium, ita gaudebãt, & ita exiliebant, à Christi do-
minio occupati, non pecuniæ, non corpori, non vitæ
præsenti parcentes. Et hæc quidem faciebant, qui ali-
quando fuerant hostes aduersarij, sed inuicta dei po-
tentia nõ solum eos liberauit ab inimicitiis, sed etiam
in tantam deduxit seruitutẽ & necessitudinẽ. Quam-
obrem etsi dicatur pater ponere inimicos sub pedibus
suis, non ita dicitur (sicut dixi) tanquã filio nihil agen-
te (vniuersum enim ab vnigenito factũ est) sed vt (sicut
prius dixi) patrem & filium vnum esse deum intelligas
seruata vnicuiq; sua proprietate, & ne esse duos existi-
Ioan. 1. 15 mes ingenitos. Quòd enim quod factum est, totũ ab
eo factum sit, considera ex iis quæ iam facta sunt. Nec
verò quæ dicta sunt, humano tantum more intellige, D
magna enim sequeretur absurditas. Vt autẽ tu quoq;
intelligas audi ea quę sum dicturus. Ex hominibus alij
quidem facti sunt amici, qui prius inimici fuerant: alij
verò adhuc manent inimici. Cæterũ ꝙ inimicos qui-
dem ipse amicos fecerit, & Paulus significat, dicens:
1. Cor. 15. Quãdo tradiderit regnum deo & patri. Significat etiã
Ioan. 17. seruator, ei apud crucem dicens, Ego te glorificaui in
mundo, opus perfeci quod dedisti mihi vt faciã. Sub-
iicere autem inimicos fuit patris. Atqui illud quidẽ est
hoc maius. Neq; enim sunt paria, eos qui manent ini-
mici, punire: & eos qui sunt inimici, amicos efficere.
Sed neq; filius ideo minor est patre, nec propterea pa
ter est minor filio. Vt autem scias quod illa quoq; sunt
Matt. 25. filij, quemadmodum hæc patris, audi, Discedite à me
maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,
Matt. 13. & angelis eius, & qui Angelos quidem mittit vt colli-
gant zizania, est vnigenitus, & videmus eum esse vbiq;
qui punit diabolum. Hoc etiam ipsi dæmones confi- *Matth. 8.*
tentur dicentes: Venisti huc ante tẽpus torquere nos?
Ipse est ergo qui eos est torturus. Vides ꝙ etiam si quę
fiunt, dicantur à patre fieri, sunt tamẽ facta filij. Quòd
autem filij quoq; facta sint patris, audi rursus eum di-
centem. Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit, *Ioan. 6.*
traxerit eum. Et rursus, Nemo potest venire ad patrẽ, *Ioan. 14.*
nisi per me. Non sunt ergo hæc humano more acci- *Ioan. 5.*
pienda. Nam illud quoque, Inimicos tuos, ita est acci-
piendum non tanquam eius solius inimico significet.
Qui enim non honorat filium, inquit, nec patrem ho- *Matt. 23.*
norat. Quare Iudæi non sunt eius tantum inimici, verũ *24.*
etiam patris. Quocirca eis etiam attulit exitium, & ci-
uitatem eorum diruit & euertit funditus, etsi non sta-
tim post crucem, & longum eis tempus dedit ad pœ-
nitentiam, si modo vellent resipiscere, & emisit Apo-
stolos, vt cum per ipsos eius didicissent potentiam, vel
sero tandem conuerterentur. Cum autem esset eorum
morbus immedicabilis, eis colophonem malorũ im-
posuit, & ea quoq; ratione eos rursus vocans ad pœni-
tentiam, vt cum à veteri forma reipublicæ exciderint,
vel in ipsa rerum necessitate ad veritatem deducantur,
cum & eum quem probris & iniuriis affecerunt, vi-
deant vbique adorari, & sua omnia misere corruisse.
Quando autem ne sic quidem meliores euaserint, tũc
tandem vt quibus nihil supersit veniæ, in immortale
detrudẽtur supplicium. Cum autem audis scabellum, *Scabellum Christi.*
ne putes eum dicere aliquid sensile, sed ipsam subie-
ctionem. Quod autem ei subiicit, clarũ est ex eo quod
subiungitur. Rectè autem sic dicit, Quia enim est vnus
thronus, vnum quoq; est scabellum. *Tecum principium* *Principium ἀρχὴ principatus.*
in die virtutis tuæ. Quoniam dixit superius, Donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, ne quis
existimaret esse imbecillum filium, & opus habere
operatione, sicut & quempiam ex Apostolis, audi
quomodo affert remedium huic suspicioni, dicẽs: Te-
cum principium in die virtutis tuæ. Quid est tecum
principatus? In te, inquit, est principatus, qui non post-
ea accessit, sed in te est perpetuò: quod etiam Esaias
similiter significans dicebat: Cuius principatus eius su *Esa. 9.*
per humerum eius, hoc est, in ipso, in substantia eius, *Principatus vnigeniti.*
in natura eius: quod quidem nõ inest in regibus. Prin-
cipatus enim eorũ est in multitudine exercitus: quod
non erat in apostolis. Nam ipsorum quoq; principa-
tus fuit operatione eis importata extrinsecus. Ipse au-
tem habuit principatum in natura, in substantia, vt qui
non eam acceperit posteaquam fuit genitus, nec ex-
trinsecus importatam aut aduentitiam possederit, sed
ita sit genitus. Et ideo de regno quoque interrogatus
dicebat: Ego ad hoc natus sum, & ad hoc veni. Tecum *Ioan. 18.*
principatus in die potentiæ tuæ. Non hæc, autem solũ
quæ dicta sunt, significat illud, Tecum principatus:
sed etiam alia, vtpote non esse eius principatũ in alio,
sed eum esse perpetuum & immortalem. Homines e-
nim is vel viuẽtes sæpe deserit: & si non viuentes, cer-
tè omnino mortuos: imò verò, quod maius est, ne dũ
viuunt quidem, est cum eis, sed, vt iam dixi, in exerci-
tibus, & satellitibus ac corporis custodibus, in magna
vi pecuniæ, mœnibus, & aliis omnibus. In deo autem *Perpes est Christi principatus.*
non modo non ita est, sed in ipso est, & perpetuò: &
quemadmodũ fieri non potest vt non sit eius substan-
tia, ita etiam vt non sit regnum. In die potentiæ tuæ.
Diẽ potentiæ potes dicere & diẽ qui iam fuit, & diem
qui futurus est. In vtróq; eñ maxima ostẽditur poten-
tia. An

tia. An non tibi videtur esse maximum potẽtiæ argu-
Hebr. 2. mentum, quando per mortem mors deletur? quando A
portæ æneæ cõfringuntur, quando peccatũ aboletur,
quando maledictum soluitur, quando vetera omnia
mala euertuntur, & alia noua bona introducuntur?
Quid enim potest cũ hac conferri potẽtia, siue consi-
Matth. 8. deres miracula, siue pulcherrima facinora? Mortui ex-
11.14. citabãtur, leprosi mundabãtur, dęmones expelleban-
Luc. 8. tur, mare refrænabatur, peccata soluebãtur, paralytici
Hebr. 9. adstringebantur, paradisus aperiebatur, petrę rũpebã-
Matt. 27. tur, velũ discindebatur, radij solis auertebantur, & te-
nebræ vniuersum orbem terræ occupabant, corpora
sanctorum qui dormierãt, excitabantur, latro in vete-
Luc. 22. rem patriam reuertebatur, apsides cœli aperiebantur,
quæ conculcata fuerat natura, supra cœlũ cœli sustol-
lebatur, & quod est his maius, in throno sedebat regio
assistẽtibus ei angelis & aliis potestatibus, omne vitiũ
fugabatur, virtus reducebatur, spiritus gratia dabatur, B
σκηνοποιοί, cuiusmodi Paulus. piscatores, publicani, & constructores tabernaculorũ
ora philosophis obstruebant, oratorum linguam præ-
pediebant, dæmonum euertebant tyrannidem: genti-
lium altaria, templa, festa, & publici conuentus abole-
bantur: nidor & fumus & impia sacrificia omnia per
vim exigebãtur, vates, pręstigiatores, aruspices, & vni-
uersa diaboli officina fugiebant, ecclesiæ vbiq; terra-
rum germinabant, chori virginũ consistebant, & Mo-
nachorum ordines, cum ciuitatibus desertum quoq;
implebatur pietate, iustorúmque & sanctorum virorũ
stantes chori supernis angelorum potestatibus in mo
dulato concentu respondebant, & populi martyrum,
& cateruæ confessorum vbiq; terrarum plantabantur,
virtutis erat faustus cũ facilitate successus, barbarorũ
gentes docebantur philosophiam, & qui erãt vel feris C
immaniores, vel cum ipsis angelis in institutione vitæ
suæ contendebãt, & quantum terræ sol respicit, tantũ
verbum peruasit post crucem & resurrectionem. Quæ
omnia apud se cogitans propheta, dicebat: Tecũ prin
Iudicij diẽ delineat. cipatus in die virtutis tuę. Quòd si velis futurum quo-
Matt. 24. 25. que diem videre, & scire quomodo ille etiam dies est
eius potentię, cogita apud tę quantũ sit videre cœlum
Humanã intellige. contrahi, & vniuersam naturam quæ interierit, resur-
Luc. 21. gere, & nutu omnes adesse, diabolũ pudore suffundi,
1. Cor. 15. & dæmones demisso capite terrã intueri, iustos coro-
2. Cor. 5. nari, vnumquemq; dare rationem suorum delictorũ,
& pro rectè factis accipere præmiũ, esse alterius vitæ
cõstitutionẽ, nõ enim amplius mors, morbus & seniũ,
nõ amplius paupertas, probra & insidiæ, non amplius
domicilia & ciuitas, artes & nauigationes, nõ amplius
vestiũ amictus, cibi & potus, tecta & cubilia, mensæ & D
candelabra, non amplius insidiæ, pugnæ & iudicia, nõ
amplius matrimonia, doloresq; pariendi, & partus, sed
hæc omnia tanquã puluis iactatus euanescunt, & alius
quidã pręstantior vitæ status redditur, cũ concedatur
corpori vt sit ab interitu alienũ, immortale, & magna
sit potestate præditũ. Quæ quidẽ Paulus significans,
1. Cor. 7. dicebat: Præterit figura mundi huius. Quòd si nõ ad-
hibes fidẽ iis quæ dicta sunt, quoniã ea non vides prę-
sentia, ex præsentibus sume argumẽtũ de futuris. Per-
Argumẽtũ efficax. uade ratione vniuersum orbẽ terræ, terrã, mare, Græ-
ciam, Barbariam, terrã habitabilẽ & inhabitabilẽ, vr-
bes quæ sunt in terra, insulas quæ in mari, montes de-
nique & nemora: & cum videris vbiq; Christi reluce-
re potentiam, omnésq; præstantissimum eius nomen
prædicare, reputa apud te ꝙ qui tot & tanta potuit, is
est etiam futura pollicitus. Quod si ex parte quoq; ve-
lis argumẽtum sumere, cogita quánam de causa vni- *Argumẽtũ à parte desumptum.*
uersus orbis terræ concurrit ad vidẽdum sepulchrum
quod caret corpore: quænam potestas trahit eos qui
habitant in extremis finibus terræ, vt videant vbi na-
tus est, vbi sepultus est, vbi fuit crucifixus. Considera *Deut. 21.*
quantæ sit potentiæ signum ipsa crux. Hęc enim crux *Crucis ἐγκώμιον*
antea erat mors execrãda, mors opprobrij & ignomi-
niæ plena, mors omnium turpissima. Sed ecce nunc
ipsa vita euasit honorabilior, & coronis splẽdidior, &
omnes eam in fronte circunferimus, non solum non
erubescentes, sed ea etiam gloriantes Non solum pri-
uati, sed & qui sunt ipsi diademate redimiti, eam po-
tius gestant quàm diadema. Et meritò quidẽ, est enim
innumerabilibus diadematib⁹ melior. Diadema enim
ornat caput, Crux autem munit mentem. Ea dæmo-
nes vlciscitur, ea tollit morbos animæ, ea est armaturæ
inuicta, ea murus inexpugnabilis, ea est munimentum
insuperabile: quæ non solum barbarorum irruptiones
& incursiones hostium, sed ipsorum etiam immanium
dæmonum phalanges perrumpit. *In splendoribus san-*
ctorum. Alius, In decore sancto. Alius, In gloria san-
ctorum. Adhuc loquitur de die & præsenti & futuro.
Splendorem autem hic dicit sanctorum pulchritudi-
nem. Quid est enim Paulo splendidius? Quid Petro
insignius? qui vniuersum orbem terrarum peruaserunt
vel sole clariores, pietatis semina deiicientes. Perinde
enim ac si fuissent angeli qui è cœlo descendissent, ad
eos omnibus non dabatur aditus. Hoc ostendens qui
librum actuum composuit, dicebat, Nemo audebat se *Act. 5.*
coniungere eis. Etenim ipsorum vestes erant plenæ *Act. 19.*
magna gratia, & vmbræ corporum magnam ostende-
bant potentiam. Quòd si hic tales erant, cogita mihi
eo die quando ab interitu aliena corpora acceperint,
quando immortalia, quando omnẽ qui videtur splen-
dorem superantia, quínam erunt ij, & qui fuerint eis
similes, prophetæ & Apostoli, & iusti & martyres, &
confessores, & omnes qui per optimam vitæ institu-
tionem in fide Christi fuere insignes? Cogita mihi il-
los populos, lampades, radios, gloriam, decorem, læ-
titiam, festum celeberrimum. Quísnam hæc explica-
bit? nulla quidem oratio, sed sola experientia apertè
docebit eos qui hoc spectaculo digni fuerint, tantum
splendorem. Perinde enim euenturum existimo, ac si
multi soles in cœlo fulserint, vel si frequentia fulgura:
vel potius quodcunq; dixero, contendens ostendere
illam pulchritudinem minimè potero dicere pro rei
dignitate. Sunt enim hæc omnia exempla corporalia:
splendor autem, & quæ tunc illic futura est gloria, om
nem eiusmodi pulchritudinem lõgo interuallo supe-
rabit. Non solum enim erunt ab interitu aliena, & im- *1. Cor. 15.*
mortalia corpora, sed tunc etiam induentur gloria in-
effabili. In splendoribus sanctorum. Vt ostendat eum
non solùm esse terribilem, ostendit eius mansuetudi-
nem & beneficentiã, dicens: In splendoribus sancto-
rum. Et hoc est illius potentiæ, eos adeò claros redde-
re: quod Paulus quoq; significans, dicebat: Qui trans- *Philip. 2.*
formabit corpus humilitatis nostræ, vt simus confor-
mes corpori gloriæ suæ. Deinde quoniam rem dixe-
rat magnam & ineffabilem, subiunxit: secundum ope-
rationem qua potest omnia sibi subiicere. Ne quęras,
inquit, quomodo & quánã ratione. Potest enim quæ-
cunq; vult. Sed quare non dixit, In splendore sancto- *Psal. 113.*
rum, sed, In splendoribus? Quia multa sunt & diuersa *134.*
præmia. Alia est enim gloria solis, & alia gloria lunæ, *Sapiẽ. 12.*
& alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in *1. Cor. 15.*

gloria,

Universidad de Deusto Biblioteca

gloria,ita erit,inquit,etiam resurrectio mortuorum.Et *[Ioan. 14.]* Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et ideo splendor ille finem non habet, neq; enim cedit nocti, nec locum dat tenebris,sed cum sit magnus & ineffabilis, & hunc qui videtur longè superans, habet etiam hoc maximum, quòd finem non suscipit. Quod quidem est ineffabilis regis potestatis,ꝙ corpora quæ erant interitui obnoxia, caduca & fragilia, in tantam potentiam & virtutem deduxerit. Deinde quoniam magna quædam dixit, & magnarum rerum spe auditorem erexit, ostendit hæc quoque iure fieri: quoniam qui hæc facit,talis est & tantus, qui est eiusdem cum patre substantię.Illud enim significans,subiunxit: *Ex vtero ante luciferum genui te.* Sed qui quæ dicta sunt,ad suum sensum conuertunt,dicunt hæc dicta esse de generatione carnis. Quomodo ergo,dic quæso,ante luciferum? Ita dixit noctem qua natus est. natus est enim ante diluculum. Sed hoc non est dicere quod quæritur,neq; hoc dixit gratia historiæ: & alioqui ne possunt quidem ostendere, ꝙ id quod docuerunt Euangelistæ, hoc dixerunt prophetæ, qui maxima ex parte obscurè loquuntur. Hic ergo illud, Ante *[Ante luciferum.]* luciferum, non dicit ante ortum luciferi,sed ante naturam, antequam factus esset lucifer. Scit enim scriptura hæc distinguere,quando dicit ante naturam, & quando ante operationem, vt quando dicit: Oportet *[Sapiẽ. 16.]* præuenire matutinum ad tui gratiarum actionem, & ante ortum lucis te interpellare. Hoc enim dicit matutinum. Non dixit enim, Ante Solem, sed, Ante ortum. Non ante naturam. ante naturam enim solis nihil factum est, sed ante ortum Solis, vt significaret diluculum. Alicubi autem quando dicit de eius natura, non dicit, Ante ortum, sed, Ante Solem, vt quan- *[Psal.71.]* do dicit: Et ante lunam generationis generationum. *[Ibidem.]* Et rursus, Ante Solem permanet nomen eius. Quemadmodum ergo aliud est, Ante Solem: & aliud, Ante ortum Solis (hoc enim operationem Solis & mane significat, illud verò naturam) *[Operationis & naturæ diuersitas.]* ita etiam hic, si voluisset significare noctem, non dixisset, Ante luciferum, sed, Ante ortum luciferi. Et alioqui Christus quoque hunc Psalmum accepit non de humanæ carnis susceptione, sed de generatione per spiritum. Cum enim dixisset *[Matt. 22.]* Iudæis, Quid vobis videtur de Christo,cuius est filius? Postquam dixerunt, Dauid, subiunxit Psalmum, dicẽs, Quomodo ergo dicit Dauid, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Si ergo dominus eius est, quomodo vos dicitis quod est eius filius? Quid est ergo quod dicitur? Veram & germanam hic ostendit generationem. Quid ergo? est solum ante luciferum? *[Psal.71.]* Nequaquam. Nam dicit etiam alibi. Ante lunam thronus eius. Et non solum ante lunam,nam de patre quo- *[Psal.89.]* que dicit, Antequam montes fierent, & formaretur terra & orbis terrarum, à seculo & in seculum tu es. Non à seculo solum, sed etiam ante seculum: neque enim est vsq; ad seculum, sed in infinitum. Ne offendaris autem in dictionibus, sed suscipe intelligentiam quæ deo conueniat. Vide autem prophetæ sapiẽtiam. Cùm psalmum exorsus est,non statim dixit in principio,Ex vtero ante luciferũ genui te:sed cũ prius præclara eius facta ostendisset,& ipsum per opera prædicasset,postea ex dominio eius dignitatem ostẽdit. Ita *[Ioan.10.]* etiam dicebat ipse:Si nõ facio opera patris mei, nolite mihi credere.Sin autem facio,& si mihi non credatis,operibus credite,vt cũ didiceris quòd is est qui sedet ad dexteram patris, qui dominus appellatur vt pater,qui secum habet principatũ,qui talem efficit splendorem,qui inter gentes dominatum obtinet, ne conturberis si audieris eum esse filium etiam ante vniuersam creaturam.Iure autem admirandus est propheta, quomodo illa quidem ex dei persona,hęc verò ex sua persona loquitur.Illud enim,Sede à dextris meis:& illud,Ex vtero ante luciferum genui te,quæ eius superabant altitudinẽ,ipsum deũ introducit dicentẽ:alia autem ipse refert.Vide autem quanta vtitur proprietate dictionis. Suffecisset quidẽ dicere, Genui te: sed propter eos qui humi serpunt, vt verã & germanã ostenderet generationẽ,huius quoq; dictionis meminit, & quemadmodum cum dicit manum, non dicit vt manum suspicemur,sed intelligamus faciendi operis potestatem, ita etiã vteri meminit, vt veram esse & germanam natiuitatem ostendat. *[Ex vtero.]* Deinde volens cõponere prophetiam in figura iudicis,ad eum verba facit, quod quidem est vehementissimi amoris, & insignis gaudij, & animæ quæ à diuino spiritu occupatur. *Iurauit dominus, & non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Vides quomodo ad id quod est humilius deduxit orationem, aliquando quidem de diuinitate, aliquando verò de humanitate differens:quod etiam faciũt Euangelistæ, vt vtrinque conseruetur dogmatum ac decretorum perfectio. Et quare dixit,Secundum ordinẽ Melchisedech? *[Gen.14.]* Et propter sacramenta, quòd ille quoque panem & vinum Abrahæ obtulerit:& quòd hoc sacerdotium sit à lege liberum,& quòd neque finem(sicut dicit Paulus) nec principium habeat. *[Hebr.7.]* Quòd enim ille in vmbra habuit, hoc reuera fuit in Iesu:& quemadmodũ nomina præcesserunt,sicut Iesus Christus: ita hoc etiam. *[Christi typus Melchisedech.]* Neq; ergo videtur habere dierum principium,neq; finem vitæ Melchisedech, non quòd non habeat: sed quòd id non sit relatum in eius genealogia. Iesus autem neque *[Ioan.8.]* principium dierũ,nec vitæ finem habuit, non eo modo, *[Heb.vlt.]* sed quod nec in ipso sit omnino principiũ temporale, nec finis. *[Ioan.12.]* Illud enim erat vmbra: hoc veritas. Quemadmodum ergo cum Iesum audis,non eum qui verè est Iesus suspicaris, sed nominis solam figuram suscipis, & nihil vltra requiris: ita cum audis Melchisedech qui neque habet principiũ,nec finem,ne id quęras in rei veritate, sed tibi sufficiat sola appellatio, veritatem autem in Christo edisce. Iusiurandum autem *[Iusiurãdũ dei.]* quando audieris,ne putes esse iusiurãdum. Quemadmodum enim ira in deo ira nõ est, sed est vis puniendi, *[Ira dei.]* & non perturbatio animi: ita etiam iusiurandum. Deus enim non iurat,sed id dicit,quod omnino futurum est.Postquam ergo dixit splendorem sanctorum, positos esse inimicos sub pedibus eius, diẽ eius virtutis:dicit deinceps præsentia. Vide autẽ quonã ordine vtitur in oratione,durum auditorem molliens. Cum prius enim terruisset loquẽdo de iudicio, & duritiem eius ac obsistentiam emolliisset,introducit sermonem de præsentibus. Propterea talem adhibet mistionem. Cõsidera autem:Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Hoc dicit de futuris. Deinde de præsentibus:Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex Sion,dominare in medio inimicorũ tuorum. Deinde futura.Tecum principatus in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum.Deinde rursus præsentia, quę non habent amplius punitionem,sed beneficẽtiam: Tu es sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedech. Hoc est enim peccati deletio, & cum deo reconciliatio.Deinde cum in eis quantum voluit institit,attingit rursus

rursus humanitatem, ad id quod est humilius orationem conuertens,& dicens. *Dominus à dextris tuis.* Atqui superius dixeras eum sedere à dextris patris. Vides quomodo non temerè vtitur dictionibus. Quid est, Dominus à dextris tuis? Quoniam humanitatis susceptæ œconomiam attigit, ad carnem conuertit orationem,quæ auxilium suscipit. Videtur enim angi,affli- *[Luc.22.]* ctari,& sudare,& ita sudare,vt guttę sanguinis defluãt: & rursus confirmari.Talis est enim natura carnis. *Confringet in die iræ suæ reges.* *[συνθλάσει, confringet]* Nõ aberrauerit qui hoc dixerit dici de præsentibus qui insurgunt aduersus ecclesiã,& de iis qui pro peccatis & maleficiis suis sunt pœnas daturi. *Iudicabit in gentibus,implebit ruinas.* Quid est,Iudicabit in gentibus?Iudicabit,inquit, dæmones. Et ꝙ *[Ioan.12.]* iudicauerit,audi Christum dicẽtem, Nunc est iudiciũ *[Ibidem.]* mundi huius. Et rursus: Nunc princeps mundi huius eiicietur foras. Et alibi: Et ego quando exaltatus fuero, omnes traham ad meipsum. Quòd si vsus est dictione quę paulò magis ad sensum pertinet,nõ offendaris. Hoc est enim familiare scripturę. *Conquassabit capita in terra multorum.* Si hoc quidẽ velis accipere anagogicè,dixerit quispiam eum esse deiecturum fastum & arrogantiam. Quòd etiam ita accipias licet,vt cadat sub sensum, Iudaicam calamitatem, quos cum vehementia maxima euertit funditus. *De torrente in via bibet,propterea exaltabit caput.* Hic ostendit humilem ac vilem eius viuendi rationem,quòd nullum fastum aut tumorem præ se ferens,nullis stipatus satellitibus, nec sensili aliquo aut externo apparatu munitus,hęc fecerit,sed tenuem victum persequens,& adeò tenuem,vt *[Philosophia Christi & doctrina.]* ex torrente biberet. Qualis enim erat ei mẽsa, talis fuit quoque potus. Mensa panes hordeacei,potus aqua de torrente. Venit enim hanc philosophicam viuendi rationem docturus, nempe ventri imperare, & fastum *[Matt.14. Ioan.6.]* auersari. Deinde ostendens quod sit huius vitæ emolumentum,subiunxit,Propterea exaltabit caput. Humilitatis enim vitæque austeræ hic est fructus. Hæc autem non dicta sunt de diuinitate, sed de carne quæ bibit ex torrente, quæ fuit exaltata. non modo enim nihil ei detrimenti attulit hæc tenuitas, sed etiã ad ineffabilem euexit altitudinem. Et tu ergo,ô dilecte,qui hæc exempla habes tibi proposita,vitam quidẽ luxuriantem, fastúq; & pompa extrinsecus repletam contemne,tenuem autem ac facilem & minimè exquisitã persequere,si vis esse clarus & magnus. Dominus em̃ tuus ideo venit,vt hanc te viã doceret. Quocirca propheta quoq;,cum præclara eius facta narrauit,hoc ipsum subiunxit,propè dicens:Cùm victoriã & trophęa audieris, ne spera te visurum arma, currus, & milites: est adeò humilis qui hæc facit,adeò frugi & abstinẽs, vt ex torrente aquam bibat: & tamen qui est eiusmodi,hæc omnia perficiet. Audiant ergo qui sibi mensas apponunt Sybariticas,epulásq; & condimentorũ omne genus excogitant,& varia coquorum genera vndique colligunt, nautásq; gubernatores & remiges diligunt vt externa quædam vini & vnguentorũ genera, & alias eiusmodi delicias importẽt,&seipsos in ipsum barathrum præcipitent, & euadant omniũ abiectissimi. Neque enim excelsum quid consueuit facere qui pluribus indiget:nec humile quicquam,cui pauca desunt. *[εἰκὼν ex hypothesi.]* Si vultis autem,effingamus vtriusq; imaginem, & sit quispiam qui habet multos ei vndiq; suppeditantes nautas & gubernatores,ministros & artifices,textores & phrygiones,bubulcos & pastores,equisones & muliones,& quę ad cultum & victũ pertinẽt,in omnibus

ei suppetant:alter autem nihil eorum habeat, præterquam solum panem & aquam, & vestẽ vnicam. Quis est in his excelsus?Quis verò humilis? An non clarum est ꝙ qui vnicam habet vestem? Is enim vel ipsum regem poterit despicere. Ille autem seruus omnium qui hæç præbent, se demittens, blandiens, omnes obseruans, timẽs ne siquis eum reliquerit, in rebus maximè necessariis detrimentũ accipiat. Nihil enim æquè red- *[Seruũ aut liberum quid potissimũ faciat.]* dit seruum, sicut multis egere: sicut etiam liberum rè vna tantum opus habere. Hoc ipsum videri potest in brutis. Quid enim prodest asino multis sarcinis onusto,& si eis fruatur millies? Quid autem nocet alij libero ab his omnibus, si necessarium alimentum suppetat? Et ideo Christus reddens suos discipulos magni & excelsi animi, qui erant cum vniuerso orbe terrarum locuturi,omnibus eos curis liberauit, alatos efficiens, quouísq; adamante firmiores & cõstantiores reddẽs. *[Curarum vacuitas.]* Animæ enim nihil tantas addit vires, vt ab eis esse liberam: nihil eam adeò eneruat & imbecillam efficit, vt eis constrictam teneri. Quemadmodũ enim non potest dolor hic citò inueniri: ita nec illic voluptas. Ille enim habet multos sęuos immanésq; dominos & dominas:hic autem nulli quidem seruit, omnibus autem imperat,radiis solis securè fruens, & aëris aura iucundè vescens,& qui ei molestiam exhibeat,non habens. non eum vexat & agitat ira,non inuidia,non maleuolentia,non eum curæ extabefaciunt,nõ æmulationes, non vana gloria,non superbia, non aliquid aliud eiusmodi,sed sicut portus aliquis tranquillus, & liber à flu- *[Collatio.]* ctibus,ita est affectus eius animus,& iter in cœlum facilè ingreditur,vt quem nulla res præsens remoretur. Vt ergo nos quoq; hac securitate fruamur, & in præsenti vita tranquillitatẽ,& in peregrinatione facilitatẽ consequamur,hanc vitã persequamur, vt bona quoq; æterna adipiscamur,quæ omnẽ rationem,mentem & cogitationem superant. In Christo Iesu domino nostro,cui gloria & potentia nunc & semper. Amen.

IN PSALMVM CX.

Confitebor tibi domine in toto corde meo. Quid est, In toto? *[In toto corde.]* Cũ omni prõptitudine & animi alacritate, attentè, & diligenter, liber ab omnibus curis earum rerum quæ ad hanc vitam pertinent, sublimísq; & erectus, & expediens animam à vinculis corporis.In corde,non in verbis tãtum, nec in lingua & ore solummodo,sed cum mente & cogitatione. Ita etiam Moses legem ferens dicebat:Diliges dominum *[Deut.6.]* deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua. Confessionem autem hic mihi videtur dicere gratiarum actionẽ,Laudabo,inquit,agam gratias. Totã em̃ *[Psal.33. 61.144.]* vitam in hoc consumpsit,ab hoc exorditur, & in hoc desinit. Perpetuò enim fuit hoc eius munus, pro iis quæ & ipse & alij acceperant beneficiis,gratias agere. Deus enim nihil æquè ac hoc postulat, hoc est sacrificium, hoc oblatio, hoc est pij & grati animi signum: *[Gratiarũ actionẽ à nobis deus maxime requirit.]* hoc,vulnus infert diabolo:ex hoc coronabatur beatus Iob & prædicabatur, ꝙ cum tentationes essent illatæ innumerabiles,& vxor quoq; eum supplantare vellet, *[Iob.1.9. 10.12.]* non auersus est,sed deo de omnibus egit perpetuò gratias, non solum quando fuit diues, sed etiam quando erat pauper,non quando erat sanus,sed etiam quando caro scatebat * vlceribus, nõ quando ei res omnes ex animi sententia succedebant,sed etiam quando grauis *[*alias verminibus.]* illa tempestas in vniuersam eius domum incubuit, & in ipsam quoq; naturam corporis. Hoc est enim grati in primis

Universidad de Deusto Biblioteca

[γνώμη.] in primis animi,in rebus aduersis & afflictionibus deo perpetuò habere & agere gratias. Quod quidem ipse quoq; innuens, declarauit per ea quæ consequuntur. Quia enim multi homines,dum res quidem sunt lętæ, agunt gratias:siquid autem secus eueniat,afflictantur: sunt etiam qui quæ fiunt, reprehendunt: ostendens id non fieri ex natura eorum quę accidunt,sed ex deprauato & corrupto animo, subiunxit dicens, *In consilio iustorum & congregatione magna opera domini.* Hoc dixit ostendens opus esse & iudice & conuentu non corrupto ad iudicium, & clarum erit magna esse dei opera, esse magno miraculo plena. Sunt enim vel per se magna,non videntur autem esse magna,nisi rectum iudi- [*Probatio à minori.*] cem habeant,Nanq; sol quoq; per se clarus est & lucidus,& vniuersum orbē terræ illustrat: sed iis quorum oculi laborant,non est talis. Atqui sol nō est in culpa, sed est vitium illorum imbecillitatis.Quando ergo videris aliquē dei opera accusantē,ne propter illius improbitatem dei opera calūnieris,sed illius ignorantiæ maximum indicium accipe ex dei prouidentia. Quē- [*Similia.*] admodum enim qui solem dicit tenebricosum, astrū non vituperauit, sed suæ ipsius cæcitatis argumentum protulit,& qui mel amarum nominat,nō illius obscurat dulcedinē,sed de morbo quo laborat, fert sententiam:ita etiam qui dei opera reprehendit.Et quemadmodum hic quidem nec eis, nec quæ de illis habetur existimationi,quidquā detrimenti intulit,sed amentiā suam maximè arguit: ita qui de dei operibus rectū nō habent iudiciū, ne miracula quidem sciunt quæ facta sunt:quemadmodū contrà siquis sit incorrupto & nō deprauato animo, stupebit vnumquodq; eorum quæ vidētur esse grauia & difficilia.Quid enim eorum quæ fiunt,non est admirabile?Si velis autē,aliis prætermissis veniamus ad ea quę videntur esse multis molesta & grauia,mortem,morbum,paupertatem, & quæcunq; sunt eiusmodi. Siquis enim fuerit recto corde,ea non difficulter suscipiet & mirabitur. Etsi enim mors ex [*Rom.5.*] peccato ingressa est, tanta tamen & tam insignis fuit dei clementia, cura, & prouidentia, vt eam in nostri [*Mortis encomiū.*] generis vtilitatem conuerterit. Quid enim graue, dic quæso,habet mors?an non liberat à laboribus?an nō à curis eripit?An nō audis Iob eam laudātem,& dicen- [*Iob.3.*] tem:Mors homini requies, cuius via est absconsa? An nō ea vitiū rescindit? Nā & si malus fuerit, eo mortuo [*Rom.6.*] vitium resectum est. Qui enim mortuus est,inquit,iustificatus est à peccato,hoc est,peccatum non amplius adiicit:& si cū bonus sit excesserit,in tuto erit ei collata omnis virtus,& in certissimo thesauro qui eripi non potest recondita. Quid verò,dic quæso,viuos an non modestiores reddit & temperatiores? Nō vides quod [*εἰκών.*] sæpe diuites qui efferuntur superbia,intumescūt,& su- [*Eccle.41.*] percilia cōtrahunt, quādo viderint corpus iacere surdum & immobile,& filios in orbitate, vxorē in viduitate,& amicos in mœrore,famulósq; atris vestibus indutos, & esse deniq; tristē ac lugubrem totius domus speciem:quomodo se reprimunt & colligunt,quā humiles & abiecti fiunt,vt sunt cōtrito & afflicto animo? Etenim qui millies doctrinam sibi traditam audierāt, nec ex ea quidquam lucrifecerant, ex illo spectaculo repente philosophantur, quàm sit vilis & caduca humana natura intelligentes,& quàm instabilis & imbecilla sit eorū potentia, & in alienis calamitatibus præuidētes suas mutationes.Si enim quanuis sit mors, est tamen tantum rapinæ,tantū auaritiæ, tanta aliena habendi & plura possidēdi cupiditas, & non secus ac pisces,qui sunt potētiores,imbecilliores deuorāt: si non esset mors, quo non processisset auaritia, aut quando cōquiesceret? Si enim cū sciant fore vt iis quæ rapue- [*Psal.48.*] rint,non fruantur,sed velint nolint iis sint cessuri aliis, tanto sunt furore & rabie perciti:si ea tutò possiderēt, quando extingueretur eorū improba cupiditas? Quid verò? martyrij coronæ nō per mortem contexuntur? Quid verò Paulus?non innumerabilia erexit trophęa, dicens: Quotidie morior per vestram gloriationem? [*1.Tim.6.*] Non enim mors mala est, sed mala est mors mala: & [*2.Cor.15.*] ideo dicit,Preciosa est coram domino mors sanctorū [*Psal.115.*] eius. Alibi autem,Mors peccatorū mala. Hoc dico ma- [*Psal.33.*] lum,cū mala recedere conscientia,& multis peccatorum curis onustum & grauatum. Qui enim puram ha- [*Mors quæ mala, quæ bona.*] bet conscientiam,is currit ad pręmia,recedit ad coronam.Et vt scias quod non rerum natura,sed mens hominum ipsa sibi creat tumultum & perturbationem, audi quomodo Paulus hoc inquirit, nunc quidem dicens: Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, ingemi- [*2.Cor.5.*] scimus,adoptionē in filios expectantes,redemptionē corporis nostri.nunc autē hoc ipsum alibi significans, Sed & si immolor propter sacrificium & ministerium [*Philip.2.*] fidei vestræ, gaudeo & congratulor vobis omnibus. Itidē & vos gaudete,& mihi congratulemini.Quòd si mors non modo non est grauis, sed etiam optanda iis qui rectè viuūt,multo magis paupertas,& alia omnia. *Exquisita in omnes volūtates eius.* Alius,Accurata.Hic mi- [*ἐξεζητημένα.*] hi videtur dicere de creaturis, prædicās dei sapientiā. Superius autem dixit opera (etiamsi nos propter eos qui sunt pusilli & abiecti animi,alium quoque sensum in his attigimus)prodigia,miracula,quę sæpe perfecit, hominum genus administrās.Quid est autem,Exquisita in omnes voluntates eius? Accurata, inquit, sicut etiam alius dicit interpres,pręparata,perfecta,absoluta,sufficientia ad eius faciendas voluntates, quæ satis sunt ad eius testandā potentiam, quæ nec claudicant nec manca sunt ad iussa eius peragenda, sicut etiā di- [*Psal.148.*] cit alibi:Ignis,grando,nix, glacies, spiritus procellarū, quæ faciunt verbū eius,hoc est,mandata eius. Ita etiā dicebat propheta:Fecit lunam in tépora. Sol cogno- [*Psal.103.*] uit occasum suū:posuit tenebras,&facta est nox.Non solū ea peragunt ad quæ constituta sunt:sed etiā si iusserit,contraria.hic quoq; magna est obedientia. Iussit mari:& non solum non inundauit, quod est eius proprium officium, sed stratis suis fluctibus vel petra fir- [*Exod.14.*] mius & stabilius,traiecit populum Iudæorum.Fornax non solum non ardebat,sed rorem etiam præbebat sibilantem.Feræ non solùm non deuorabant,sed etiam [*Dan 3. & 6.*] Danieli erāt loco satellitum. Cetus non solum nō de- [*Ion.1.2.3.*] uorauit, sed etiam saluum conseruauit depositum. Terra non solum tulit, sed etiam mari vehementius inundauit,quando aperta est,& deuorauit Dathan, & [*Num.16.*] obruit in synagoga Abyron, & multa eiusmodi alia videri possunt, quæ ab iis quæ sunt, facilè & expeditè facta sunt,vt sciant qui valde desipiunt, & naturam [*Natura.*] in deos referunt,quod res non aguntur naturæ tyrannide, sed dei voluntati omnia cedunt & obtempe- [*Iob.9.12.*] rant. Ea enim est naturæ opifex, & prout sibi viden- [*Psal.113. 134.*] tur omnia quæcunque sunt,moderatur & componit: [*Esa.46. et Dan.6.*] & nunc quidem immobiles eorum fines conseruans, & nunc autem cum voluerit, eos facilè conuellens, & mutans in contrarium.Exquisita in omnes voluntates eius. Ad præcepta eius, inquit, ad mandata eius: non solum autem ad præcepta eius,sed vt ipse etiā cognoscatur ab hominibus,quę quidē est principalis eius voluntas,

luntas,& propter quā hæc maximè fecit.Quod itaque dicit propheta,est eiusmodi: Iis qui attēdūt & sapiūt, perfectissimā, apertissimā & euidentissimā dei cognitionē hominū menti afferunt. Ad hanc enim eius vo- [*Sapiē.13. Rom.1.*] luntatē,ea ab initio ab ipso maximè cōstituta sunt, vt magnitudine,pulchritudine,positura,operatione, ministerio, & aliis omnibus animū spectatoris cōmoueret,mentémq; & intelligentiā excitaret ad opificē & præstantissimū artificē deū inquirendū, & adorandū eū qui illa fecerit,& vt vniuersum corpus totius crea- [*Contēplatio creaturarum pro libris.*] turæ esset ei pro libris & literis.Non solū autem ad dei cognitionē,sed etiā ad vitæ nostræ institutionē,maximam afferūt doctrinā creaturæ. Nā & auarus postquā viderit diē nocti cedentē, & Solē Lunæ, reuerebitur elementorū ordinē: & si sit potentior, res inferiorum minimè cōcupiscet.Et adulter & incōtinens, postquā viderint mare furere, deinde refrenari & contineri à littoribus:insolentiū aquarū reuerentes moderationē, poterunt celeriter cōprimere intumescentē suā cupiditatē,& Christi metu tanquā fræno iniecto,ne vlteri' progrediatur,impetū coërcere, & impudici huius desiderij spumā omnē abstergere,& ad tēperantiā reducere.Iam verò ad terrā quoque egressus poterit facilè philosophari de resurrectione, & quod de ea dicitur, suscipere.Quādo enim viderit terrā excipere solidum frumenti granū,deinde prius dissoluere,& putrefacere,&multò melius parere:quādo viderit vineā hyeme foliis & pāpinis & botris nudatā, deinde aduentante vere omnē suā recipere speciē:in corporibus plantarū & seminū,quæ resurgunt postquā interierint, poterit [*Attende formicæ sedulitatē & apis solertiam.*] de sua quoq; carne philosophari. Rursus autē diligentiam & laboris studiū discet à formica.Ab ape autem honesti amorē, societatémq;, & inter se cōmunionē, sicut dicit prouerbiū:Vade ad formicā ô piger,&imi- [*Prou.6.*] tare vias eius,& sis illa sapientior.Cum enim illi nō sit [*Eccle.11.*] ager quē colat,nec habeat qui eā cogat, nec sit in potestate domini,parat æstate alimentum,& in tempore messis magnū facit aceruū.Vel vade ad apem,& disce ꝙ sit operaria,cuius labores reges &priuati ad sanitatē offerūt.Atqui licet sit imbecilla viribus, vt quæ sapiētiam honorarit prouecta est. Ipsa enim apes rursus tecum aget, ne nequicquam pulchritudinem corporū admireris,quando non adsit virtus animæ: nec deformitatē vilipendas,quando fuerit pulchrè ornatus animus.Quòd ipsum quoq; significās,dicebat Parœmia- [*Eccle.11.*] stes. Parua in volucribus apes, & dulcedinū principiū fructus eius. Cogita mihi volucres, & omnē philoso- [*Matth.6.*] phiā ex eis suscipies.Quocirca Christ' quoq; dicebat: Respicite volucres cœli,quod nec serunt nec metunt, [*ἐπιτίμησις ex collatione.*] & pater vester cœlestis eas alit.Si enim quę sunt rationis expertia,nō sunt de alimentis solicita,quomodo te defendes,qui ne tantum quidem ostendis rerum pręsentium contemptū,quantū aues? Quòd si velis etiam ornatum despicere,docebūt te flores agri,ne in te or- [*Matt.6.*] nando nimiū studij & operę ponas.Quod ipsum quoque Christus significās,dicebat:Respicite lilia agri, ꝙ neq; nent,neq; laborant.Amen dico vobis,nec Salomon quidē induebatur vt vnū ex his.Cogita ꝙ quantumcunq; contēderis,erit penes fœnum victoria, nec poteris cū illo cōcertare: eóq; hanc à ratione alienam insaniam cōprime.Multa quoq; alia philosophiæ documēta & ex brutis & ex floribus & ex seminib' capi possunt. *Cōfessio & magnificētia opus eius.* Hoc est vnumquodq; opus eius:neq; enim hæc dicit de vno opere. Alius autem interpres dixit, Laus & dignitas operatio eius. Hic,confessio,hoc est, gratiarum actio & gloria. Vnumquodq; enim eorū quæ videntur, sufficit vt deducatur spectator ad hymnorū decantationē, ad laudem,ad glorificationem.Nō licet dicere, Quare hoc? sed tenebrę & dies,fames & abūdātia,solitudo,& terra quæ est inhabitabilis,quę est pinguis, & quę sterilis, vita & mors,& quęcunq; vidētur, iis qui ea diligenter ediscunt,sufficiunt ad excitandos animos ad gratiarū actionē.Hoc per quendā prophetam deus significans, [*Amos.4.*] dicebat,supplicia ponēs ꝓ beneficio, Euerti eos sicut [*Mich.6.*] euersa est Sodoma & Gomorrha,percussi eos in inflāmatione & in morbo regio.Et rursus per alium,Eduxi eos è terra Ægypti, & è domo seruitutis eos redemi [*Beneficia sunt quæcunque in nos confert deus.*] assumens supplicia in beneficium.Ita hæc etiam.Nam hęc quoq; beneficio afficiūt,corrigunt,erudiūt, castigant,vitiū resecant.Homines enim hęc quidē faciunt beneficio afficiētes,illa verò odio habētes & auersantes:deus autem omnia facit diligens,quemadmodum beneficio afficiens posuit in paradiso,& beneficio affi- [*Gene.2.*] ciēs eiecit è paradiso.Beneficio afficiēs immisit inūda- [*Gene.7.*] tionem,& beneficio afficiēs in Sodomia illum ignem [*Gene.19.*] deorsum iaculatus est,& quicquid dixeris eorum quæ fiūt,vnumquodq; facit ad beneficiū.Beneficio quoq; afficiēs,gehennā minatus est: & quemadmodū patres [*Matth.5.*] non solū indulgentes filiis,sed etiā verberantes,patres [*& 10.*] sunt:nec minus verberātes quā indulgentes: ita etiam deus.Quāobrem Paulus quoq; dicebat:Quis est enim [*Hebre.12.*] filius quem nō castigat pater?Et Salomon: Quē enim [*Prou.3.*] diligit dominus castigat: flagellat autē omnem filium quē recipit. *Iustitia eius manet in seculū seculi.* Hoc mihi videtur hic dicere ꝓpter eos qui offendūtur ex rebus aduersis quę præter spē eueniunt,propemodū eis suadens,& dicens: Ne conturberis si videas homines per calumniam delatos,probris & cōtumeliis affectos, & mala indignè patientes. manet enim incorruptū iudicium,manet pura & integra sententia,quę pro meritis vnicuiq; tribuit.Quòd si eam nūc postules, vide ne in teipsum primū sententiā proferas.Si enim in vnoquo- [*Matt.25.*] que peccato deus esset illaturus suppliciū, iā olim de [*Rom.2.*] medio sublatum esset humanū genus.Et quid opus est [*2.Cor.5.*] vt dicā hunc aut illum?Summo enim omniū qui sunt inter homines,in mediū adducto,hoc conabor ostendere:& Paulum illū orbis terræ præconem cito qui in tertiū cœlū raptus est, qui in paradisum fuit sublatus, [*2.Cor.3. 2.Cor.12.*] qui fuit reuerendorum sacramentorum particeps, vas electionis,Christi pronubus,qui ostēdit angelicā vitæ institutionem, qui virtutis studiū adeo persecutus est. Si enim noluisset esse lenis & patiens,eúmq; sustinere, [*Act.9.*] sed quādo peccabat,blasphemabat & persequebatur, protinus in eum iustam tulisset sententiam, iam olim præripuisset eū pœnitentiæ.Quocirca ipse quoq; cum hęc sciret,dicebat:Gratiā habeo Christo qui me con- [*1.Tim.1.*] fortauit,ꝙ me fidelē existimauit ponēs in ministerio, qui prius erā blasphemus,& persecutor,& cōtumeliosus:sed misericordiā consecutus sum, vt in me primo ostenderet omnē sapientiā, ad expressionē futurorū ad ei credendū in vitā æternā. Quid autē, meretricē si punisset,quādo esset cōuersa? Quid verò publicanū [*Luc.7.*] Matthæū,si quo tēpore publicani officio fungebatur, ante mutationē pœnas ab eo exegisset,an nō pœnitē- [*Matth.9.*] tiæ illū peripuisset?Ita etiā latronē.Ita Magos. Ita etiā [*Luc.23.*] vnumquemq; peccatorem. Iram itaq; sustinet, & pro [*Matth.2.*] meritis retributionem, vocans homines ad pœniten- [*Sapiē.11.*] tiam.Quòd si à correctione alieni māserint,iustā omnino sustinebunt sententiam. Quocirca propheta &

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos qui iniuria afficiũtur consolans, & eos qui iniuriã faciunt, officij admonens, subiunxit illud: Iustitia eius manet in seculum seculi. Quòd autẽ vult per hoc dicere, est eiusmodi. Nec tu qui iniuria afficeris, desperes, si vitam finieris, fore vt ius tuũ obtineas. Postquam enim hinc excesseris, laborũ remunerationem omnino accipies. Nec tu rursus qui omnia rapis, in omniũ bona inuadis, & omnia susq; déque misces & confundis, confidas, si in pace vitam finieris. Postquam enim hinc excesseris, reddes rationẽ totiº tuæ improbitatis. Deus enim est semper manens, & manentem semper habẽs iustitiam, cui mors nihil rescindit de remuneratione laborum pro virtute susceptorũ, nec de irrogatione suppliciorũ quæ debẽtur sceleri. *Memoriam fecit mirabilium suorum.* Quid est, Memoriã fecit mirabilium suorum? Nũquam, inquit, miracula facere intermisit. *Miracula semperdeº facit.* Hoc enim est, Fecit memoriã, non cessauit, non destitit per omnem generationẽ facere miracula, & per res admirabiles excitare crassiores. Qui est enim excelso animo & philosophiæ dedito, nõ opus habebit signis. *Ioan.20.* Beatiores enim sunt qui non viderũt, & crediderunt. Quoniam autẽ ipse non eorum tantummodo curam gerit, sed etiam crassiorum, in omni ferè generatione non cessat facere miracula. Satis quidem magnum est miraculum vniuersa eorũ quæ videntur creatura: Sed tamen multorũ socordiã excitans, in medio hoc theatro & priuatim & publicè multa ostendit mirabilia, sicut inundationem, linguarũ confusionem, Sodomo- *Gen.11.13* rum cõflagrationẽ, quæ Abrahę, quę Isaac, quæ Iacob euenerũt, quę Aegypto facta sunt, quę in exitu Iudęorum, quę in solitudine, quę in Palæstina, quæ in Babylone, quæ post reditum, quę tempore Machabęorum, quæ post Christi aduentũ, quæ in ipso aduentu, quę in diem hodiernum vsq; fiunt, ruina Hierosolymorum, ędificatio ecclesię, verbũ quod quoquouersum peruadit, quod per fluctº erigitur, per bella amplificatur, populi martyrũ, alia omnia. Multa autẽ videri possunt & priuatim & in domo & in ciuitatibus fieri miracula. Sed quę sunt generalia, & omnibº manifesta ac cognita, & quæ fiunt in vnàquaque generatione videamus. *Iulianus apostata.* Quot Iuliano imperãte, qui omnes impietate superauit, dũ oppugnaretur ecclesia, facta sunt? Quot Maximino? Quot ante illos ĩperatores? Sed si vultis, ea etiã quę in nostra generatione euenerũt, nempe cruces re- *Hæc sub Iuliano.* pẽte in vestimẽtis impressæ. Apollinis templũ fulmine deiectum. Sancti martyris Babylæ in Daphne trãslatio, & aperta aduersus dæmonẽ victoria. Imperatoriæ pecuniæ quæstoris inopinata mors, & admirabilis ipsius imperatoris occisio, ipsius inquã Iuliani, qui omnes impietate vicerat, & auunculi illius interitus, vermiũ fontes, alia innumerabilia, fames, siccitas & sterilitas, aquarũ penuria, quę vnà cũ eo ciuitates inuasit, & alia vbiq; innumerabilia. Iã verò ea quoq; quæ in Palæstina tunc euenerũt, cognouistis. Quãdo enim illud templũ diuina sententia dirutũ, rursus ædificare volebant Iudæi, ignis qui è fundamentis exiliit, omnes abegit, & id testatur opus quod mãsit imperfectũ. *Misericors & miserator dominus, escã dedit timentibus se.* Postquã annũciauit dei beneficia, quę per miracula & per opera accepta sunt, subiũgit curam quam nostri gerit & in eo amplificat orationẽ, ostendens q, qui tot & tãta fecit pro salute hominum, & eos omni ratione erudiit, & erudit in dei cognitione & summa philosophia, eorũque vitã fouet & sustinet, nõ hoc facit ex debito (quod est maxima gratia) sed propter suã clementiam & misericordiam, non vt qui ipsis egeat, sed propter solam suam bonitatẽ. Escã dedit timentibus ipsum. Qua de causa eos qui timent, hic posuit? Neq; enim eos solos nutrit. In Euangelio enim dicit: Qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Quomodo ergo dixit, Timẽtibus ipsum? Hic mihi videtur dicere alimentũ non corporis, sed animi: & ideo loquitur solum de timẽtibus. Id enim est eis assignatum. Quemadmodũ enim nutritur corpus, ita nutritur anima. Quod autem nutriatur, audi. Nõ in solo pane viuet homo, sed in omni verbo qđ egreditur per os dei. Hoc ergo dicit nutrimẽtum, quod etiam dedit pręcipuè eis qui ipsum timent, doctrinã per sermonẽ, eruditionem, omnẽ philosophiã. *Memor erit in seculum testamenti sui.* Rursus Iudæorum arrogantiam comprimens, & eorum fastum amputãs, vel potius ostendens q, quę bona consecuti sunt, ea non sunt cõsecuti propter sua merita, sed propter suam amicitiam in eorum parẽtes, & propter pacta cõuenta quæ illis fecerat, dicit: Memor erit in seculum testamenti sui, qđ pręcepit etiã Moses eis intrantibus in terrã promissionis dicere & cogitare. Si ædificaueris, inquit, vrbes præclaras, & pecunię diuitias adipiscaris, ne dixeris, Propter meã iustitiam hæc facta sunt, sed propter pacta inita cũ patribus tuis. Nihil est enim deterius arrogantia, & ideo omni modo & ratione deus eã assiduè resecat. *Virtutẽ operũ suorũ annunciauit populo suo, vt det illis hæreditatẽ gentium.* A generalibus trãsit ad singularia: ab iis quæ facta sunt in orbe terrarũ, ad ea quæ euenerunt Iudæis. Quanquã siquis ea diligenter considerauerit, ea quoq; obtinent locum generalium. Quæ enim in illos facta sunt documenta aliis præbuerunt, & bella, trophæa, & victoriæ, fuerunt iis qui attendunt, instar prædicationis. Non enim humano cõsilio, ex quo ea sequerẽtur, sed supra rationem ea eueniebãt. Quánam enim rerũ consequentia factum est, vt eis tuba canẽtibus mœnia corruerẽt, & mulier ducens exercitũ vinceret & superior euaderet, & paruus puellus iactu vnius lapidis bella barbarica cõficeret? Multa quoq; alia incredibilia & opinione maiora eis eueniebãt. Ita hostes vicerunt, ita resistentes fuderũt, ita Palæstina expulerunt. Quando ergo dicit, Virtutem operũ suorũ annunciauit populo suo, nihil aliud dicit, quã eum suã ostendisse potentiã, dum non tantũ gentes eiiceret, sed eo modo eiiceret, quo maximè poterant cognoscere etsi priora sufficiebant, eã fuisse plagã immissam in eos diuinitus: & eo ducente exercitũ, de hostiũ rebus decernebatur. Nõ enim per verba tantũ, sed etiã per facta eos docebat, per calceos, per vestes, per alimentũ, per lucem diurnã & nocturnã, per nubem, per bella, per pacem, per trophęa, per agriculturã, per pluuias: & omnia deniq; vocem emittebant dominũ paædicantia, & excæcatam eorum mentẽ compungentia, nec vllũ vnquã tempus intermissum est, in quo non frequentia sua signa ostẽderit. *Opera manuum eius veritas & iudicium.* Postquam de eius potentia disseruit, disserit etiam de iusto iudicio, q, non solum potentiã ostendit in iis quæ fecit, sed etiam multã iustitiam. Neq; enim gentes solummodo expulit, quando voluit Iudæos introducere, sed etiam iure expulit. Et ideo alibi quoque dicebat Moses: Nondum completa sunt peccata Amorrhæorũ. Hæc autem non solum dici possunt de Iudæis, & iis quæ illis euenerunt, sed rursus generalis est oratio. Quæcunque enim ab eo facta sunt, sunt veritas & iudiciũ, hoc est iustitia. Scit autem sæpe scriptura veritatem vocare clemẽtiã, clementiam. Quod ergo dicit, est eiusmodi. Cum iustitia & clementia omnia miscuit & tẽperauit. Si enim sola iuris ratione vsus esset, omnia periissent. Et ideo *Psa. 142.* hic ipse quoq; propheta alibi dicit: Ne ingrediaris in iudiciũ cum seruo tuo: quoniã nõ iustificabitur in con- *Psal.129.* spectu tuo omnis viuens. Et rursus: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quæcunque ergo ab eo fiunt, his vtrisq; plena sunt. Nam siue summo tantùm iure officiũ exigeret, omnia interirẽt: siue sola vteretur clementia, cõplures redderentur negligentiores. Quocirca salutẽ hominũ varians, ad eo- *Hier.9. Psal.39. 83.88.* rum correctionem his vtrisque vsus est. *Fidelia omnia mandata eius.* Idem quod in multis locis, hîc quoq; facit, à sapientia quæ est in multiplici ac varia fabricatione, & ab eius ,,curatione ad eius leges transiens, & illam partem ,,uidentiæ rursus tractans. Non solùm eũ quòd talẽ & tantam creaturã condiderit, sed etiã q, legem tulerit, hominum genus correxit. Et ideo in 18. psalmo cum vtrasque has partes diuisisset, incipiẽs quidem dixit: Cœli enarrant gloriã dei. Cùm autem ad mediũ venisset, & de creatione orationem absoluisset, subiũxit: Lex domini immaculata, cõuertens animas: mandatũ domini lucidum, illuminãs oculos. Ita hic etiam' postquam dixit de miraculis, & eius admirabilibus operibus, nũc aggreditur dicere de præceptis, sic dicens: Fidelia omnia mandata eius, *Confirmata in seculum seculi, facta in veritate & æquitate.* Nonne quicquam dixit, Omnia, sed tractans multiplex genus præceptorũ, posuit hanc dictionẽ. Sunt eũ præcepta creationis, quæ obseruat omnis creatura, sol & luna, dies & nox, & sydera, terræq;, & naturæ cursus. Sunt etiam præcepta quæ data sunt naturæ ab initio, quando finxit hominẽ. De quibus dicit Paulus: Quando enim gentes quæ legẽ non habent, quæ legis sunt natura faciunt, ij legem non habentes sibi ipsis sunt lex. *Rom.7.* Et rursus: Cõdelector enim in lege dei secundũ interiorem hominẽ. Sunt etiã præcepta quæ scripta sunt. Hæc omnia manserunt. Quòd si sint etiã aliqua abrogata, nõ in peius, sed in melius redacta sunt. Illud eũ, Non occides, nõ est abrogatũ, sed est amplificatum: & illud, Non adulteraberis, non est sublatum, sed maius effectum est. Et ideo dicebat, Nõ veni soluere legem aut prophetas, sed adimplere. Qui enim nõ irascitur, multò magis à cæde abstinebit: & qui impudicis oculis non aspicit, longius ab adulterio habitat. Lex ergo hoc habet in primis eximiũ, nempe immortalitat ẽ & perpetuitatem, & lex creationis, & lex naturæ, & lex philosophiæ, & lex noui testamenti. Et ideo dicit: Cœlum & terra transibunt, verba autẽ mea nõ transibũt: ostendens eorũ immortalitatẽ. Quæcunque eũ vult deus manere, ea manẽt perpetuò, & nihil est quod ea moueat. *Facta in veritate & æquitate.* Nihil est, inquit, in eis obliquum, nihil contortum, nihil obscurũ, nihil ad gratiã vllam, aut odium, sed omnia ad bonũ & vtilitatem, non sicut leges hominum, quę magna ex parte sunt momentaneæ, & obscuræ, & quæ multum habent ex homine. Ex humanis enim perturbationibus multæ sæpe leges latę sunt. Inimicum enim vlciscens, vel amico gratificari volens scripta ita concepta cõposuit. Sed non sunt leges diuinæ eiusmodi, sed manent sole clariores, quærentes vtilitatem eorum qubº ferũtur, deducẽtes eos ad virtutem, & ad rerum veritatem, nõ hæc falsa, diuitias inquã & potentiam (hæc enim falsa sunt, quæ dei autem sunt, sunt veritas) neq; quomodo fiant ditiores, neque quomodo præsentia assequãtur, sed quomodo futuris frui possint; docentes. De veris & rectis rebus, & quæ nihil habent peruersum aut contortum, omnia dixerunt illæ leges. Fidelia omnia mãdata eius. Quid est, Fidelia? firma, manẽtia. Etsi eũ transiliantur, sequuntur supplicia, & ea minimè labefactãtur: & si homines ea trãsgrediãtur, deº tamẽ ea vĩdicat. Ne ergo ea dixeris dicta esse minaciter aut hyperbolicè. Nemo legẽ ferẽs, dicit tantũ vt minetur, sed etiam vt castiget & corrigat. Si autẽ nõ valde credas de futuris, faciant tibi fidem præterita. Quæ fuit itaque tẽpore Noë inundatio, & Sodomorum conflagratio, & Pharaonis exitium, & Iudæorũ interitus, captiuitates & bella, in minisne tantum constiterunt, an deducta sunt ad rerũ experiẽtiam? Quòd si ea vere facta sunt, quæ erant in figura: multò magis quæ sunt in veritate, quò maior fuit admissorũ improbitas post tantam medicinam & correctionem. *Redemptionem misit populo suo.* Quod ad historiam quidem attinet, dicit libertatem Iudæorum: sed si id accipiamus anagogicè, libertatẽ orbis terræ: qđ etiam significat quod sequitur, *Mandauit in æternum testamentũ suum.* Hic nouum dicit, Quoniã enim meminit mandati & legis, ea autem non fuit obseruata & iram effecit, dicit: Redemptionem misit populo suo, quemadmodũ ipse quoque dicebat, Nõ veni vt iudicem mũ- *Ioan. 3.* dum, sed vt seruem mundum. Quoniam lex quæ non fuerat obseruata, puniebat. Lex enim, inquit, irã operatur. Vbi enim non est lex, nec transgressio: & omnes *Rom.4. Rom.3.* peccarunt, & egent gloria dei iustificati gratis, gratia ipsius. Propterea hic dixit. Redẽptionẽ misit populo suo. Nec est tamen absolutè & solũmodo redemptio, sed etiam post redemptionẽ lex est, vt vitæ institutionem ostendamus dignã gratia. *Sanctum & terribile nomen eius.* Postquam cogitauit omnia prædicare eius curam ac prouidentiam, quã ostendit in veteri, quam in nouo, quam in factis & operibus, quam per præcepta, quam per miracula ac prodigia: diuino spiritu afflatus, & eius admirans maiestatem, finit orationẽ in glorificatione, ei qui hæc fecit laudem offerens. Sanctum & terribile nomen eius, plenũ stupore, plenum admiratione. Quòd si tale est eius nomen, quanto magis subsistãtia? Quomodo autẽ est eius nomen sanctum & terribile? Pertimescunt & contremiscunt dæmones, id morbi formidant & metuunt. Eo nomine vsi Apostoli, per vniuersum orbem terræ se præclarè gesserunt. Eo Dauid armorũ loco vsus, barbarum illũ *1.Reg. 17.* prostrauit. In eo res innumerabiles rectè & præclarè gestæ sunt. In eo sacris initiamur mysteriis. Cõsiderãs ergo quot & quãta faciat hoc nomen miracula, quot beneficiis afficiat, & res apud se reputans quę omnem naturæ consequentiam & humanam rationem superant, dicit, Sanctum & terribile nomen eius. Quòd si est sanctum, sancta quoque ora habere opus est ad eũ laudandum, sancta inquam, & pura. *Initium sapientiæ timor domini.* Quid est principium? fons, radix, fundamentũ. Quoniam enim tot & tãta dixit de domino orbis terræ, & tanta repletus est admiratione: hoc subiungit consequenter, ostendens deinceps, q, qui eum timet, impletur omni sapientia, & prudens euadit. Deinde nequis existimaret sapientiã non procedere vltra cognitionem, subiunxit, *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Non sufficit enim fides, ni- *Matt.7.* si adsit etiam vitæ institutio fidei conueniens. Quomodo est autem initium sapientiæ timor domini? Ab omni vitio liberat, omnem virtutem dirigit. Dicit autem

Præcepta multiplicia. *Creationis.* *Naturæ. Rom.1.* *Scripturæ veteris legis.* *Matt.5.* *Matt.4* *Leges hominũ, momentaneæ et obscuræ.* *Leges diuinæ, sole clariores, & permanentes.* *Attende vim nominis Christi* *Matt.8.* *Ioan.3.* *Rom.4.* *Rom.3.*

autem ſapientiam, non quæ in verbis, ſed quæ in rebus ſita eſt. Nam externi quoque philoſophi definierunt ſapientiam diuinarum & humanarum rerum cognitionem.

Sapientiæ definitio.

Hanc autem artem docet dei timor, improbitatem auferens, & virtutem inſerens, vt præſentia contemnantur efficiens, & in cœlum traducens. Quid eſt hac anima ſapientius? Non quærit autem hic ſolum auditorem, ſed etiam factorẽ.

Opera etiã neceſſaria.

Intellectus enim bonus omnibus facientibus eum. Hoc eſt, iis qui faciunt ſapientiam, & eam factis oſtendunt, bonus eſt intellectus. Intellectus bonus, inquit, quoniam eſt etiã malus intellectus: vt quando dicit, Sapientes ſunt vt malè faciant, bonum autẽ facere nõ nouerunt. Ipſe autem quærit eum intellectum, qui in virtute ſitus eſt.

Hier. 4.

Laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. Quænã, dic quæſo ea laus? Gratiarum actio, glorificatio, quæ per opera facta eſt immortalis: & ante hæc ea quæ eius ſubſtantiæ attributa eſt.

Laus dei quæ ſit.

Deus enim eſt immortalis: & per ſe valde laudabilis: laudabilis autem eſt etiam quando eius maieſtatem apud te cõſideraueris, & alia omnia. Laudabilis quoq; eſt propter opera, quando videris eius ſapientiam per ea quæ videntur. Hæc autem dicit adhortans ad gratiarum actionem, & oſtendẽs nulla eſſe dignos venia, qui quę fiunt ægre ferunt. Quando enim eius laudatio, gratiarum actio, & glorificatio eſt adeò aperta, & manifeſta, immobiliſq; & firma ac ſtabilis, vt ſit etiam immortalis & fine carens, illi autem eam ignorantes, loquuntur contraria: nihil aliud quàm iis ea quę ſunt ſole longè clariora, contradicũt, & volentes cæcutiunt.

Dei opera ægrè ferentes, ĩdigni venia.

Non eſt enim ad tempus, vt eã ignorent, nec obſcura & nõ manifeſta, ſed clara, perpetua & immortalis, ſemper manens, & finem nunquam habens.

IN PPSAMVM CXI.

BEatus vir qui timet dominum. Mihi videtur huius pſalmi proœmium pulchrè ſequi finem præcedentis, & eſſe veluti quoddam corpus cõtinuum & coniunctum. Illic enim dicit, Initiũ ſapientiæ timor domini: hic autem, Beatus vir qui timet dominum. aliis verbis, iiſdem autem ſententiis docens timorẽ dñi. Illic em̃ eum dixit eſſe ſapientẽ: hic verò beatum.

Eccl. 1. 2

Hæc autẽ vera eſt beatitas, quemadmodum alia quidẽ omnia ſunt vanitas, vmbra, & tãtummodo nomina, ſiue dicas diuitias, ſiue potẽtiam, ſiue corporis pulchritudinem, ſiue vim pecuniæ. ſunt em̃ ſimilia foliis cadentibus, & vmbris prætercurrẽtibus, & ſomniis euolantibus. Hæc autem vera eſt beatitudo. Deinde quoniã dæmones quoque eum verentur & pertimeſcũt, ne putes hoc ſolũ ſufficere ad ſalutẽ. quod ſuperiùs fecit, hic quoque facit.

Timor dei ſolus ad ſalutem non ſufficit.

Quemadmodũ enim cum illic dixiſſet, Initium ſapiẽtiæ timor domini, ſubiunxit: Intellectus autẽ bonus omnibus facientibus eũ, conueniẽtia vitę inſtituta dogmatibus adiungens: ita hic etiam cum dixiſſet timorẽ, nõ illũ ſolùm dicit qui ex cognitione oritur, quem habent etiam dæmones, ſed hoc etiam adiicit, dicens, *In mandatus eius volet nimus.* Hoc autem dixit exigens exactam vitæ inſtitutionem, & animã amore ſapientiæ præditam.

2. Cor. 9. Philip. 1.

Mandata dei vt ſint amplectẽda.

Non dixit, Mandata eius faciet, ſed, Volet, aliquid amplius requirens. Quidnã autem hoc eſt? Ea facere cum ſtudio & animi alacritate: eſſe vehementes eorũ amatores: iuſſa eorũ perſequi: amare ea non propter mercedem quæ eſt pro ipſis ꝓpoſita, ſed propter eum qui illa ſtatuit, virtutẽ cum voluptate perſequi, nõ ꝓpter metũ gehennæ, nec ꝓpter minas ſupplicij, nec ꝓpter promiſſionem regni, ſed propter eum qui leges tulit. Quinetiã alibi oſtendens voluptatẽ quã capit ex pręceptis domini, Quàm dulcia ſunt, inquit, gutturi meo eloquia tua, ſupra mel & fauum ori meo.

Pſal. 18.

Hoc etiam requirit Paulus, ita dicens obſcurè & ænigmaticè: Quemadmodũ exhibuiſtis membra veſtra ſerua immunditię & iniuſtitię ad iniuſtitiã: ita exhibete mẽbra veſtra ſerua iuſtitiæ ad ſanctificationem.

Rom. 6.

Hoc eſt, Cũ quanto ſtudio, cũ quanta animi alacritate vitium ſectabamini, etſi nullum eſſet præmium ꝓpoſitum, ſed contrà pœna & ſupplicium: cum tãta virtutem ſectemini.

Alacritas neceſſaria in dei præceptis obeundis.

Et tamen hanc quoque menſurã dixit ſe exigere eis cõmoderatã. Hæc enim dicturus, ita dixit, Humanum dico ꝓpter infirmitatem carnis veſtræ. oſtendẽs oportere non minorem oſtendere in virtute cupiditatem, quàm in vitio oſtendimus. Id eſt autem quod dicit. Si non eãdem virtutem oſtenderint, quãnã excuſatione vtentur, aut quomodo veniam aſſequentur, qui ne cum eadem quidem cupiditate ad eam accedunt? Et ideo hic quoque propheta dixit: In mandatis eius volet nimis. Qui enim eum metuit vt oportet, ſuſcipit eius præcepta cum magna auiditate: & ideo amor in legiſlatorem, facilem & gratam facit legem, etſi videatur aliquam habere difficultatẽ. Nemo autẽ quod dico reprehendat, ſi tali exemplo vſus ſum. Nã Paulus quoque eo vſus eſt, ſic dicens: Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſerua immũditiæ, ita exhibete iuſtitię. Qui meretricis itaque amore captus eſt, etiamſi afficiatur probro & contumelia, etiamſi verberetur, etiamſi ſe turpiter & indecorè gerat, etiamſi expellatur à patria, etiamſi bonis paternis euertatur, etiamſi patris beneuolentia priuetur, etiamſi grauiora patiatur, ea fert iucundè & lubenter propter amorẽ impudicũ.

Amoris meretricij inſania.

Quòd ſi illa cum voluptate ſuſcipiunt, quomodo non multò magis dei præcepta, quę ſunt ſalutaria, & gloriæ plena, & magnã nobis prębent philoſophiã, & animam meliorẽ efficiunt, oportet cũ magna voluptate ſuſcipere, & nihil eſſe difficile in eis exiſtimare? Difficultatem enim non natura præceptorũ ſed multorum ſolet ſocordia efficere. Itaque ſi quis ea cũ ſtudio & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe leuia & facilia.

Præcepta enim grauia non ſunt.

Quocirca dicebat Chriſtus, Iugũ meũ ſuaue eſt, & onꝰ meũ leue. Et vt ſcias ea hoc modo ſe habere, & multorũ ſocordiam ea quæ ſunt facilia, facere difficilia: ſtudiũ autem ac diligentiam facillima, ea quæ ſunt alioqui difficillima: quando manna fruebantur Iudæi, id & ægrè ferebant, & mortẽ exoptabant: Paulus autem cũ fame cõflictans gaudebat, & exiliebat.

Matt. 11.

Cõfirmat exemplo.

Et illi quidẽ dicebant: Anima noſtra arida eſt in manna. Eduxiſti nos vt interficeres, eò ꝙ non eſſent monumenta in Aegypto? Paulus autem, Gaudeo in paſſionibꝰ meis, & ſuppleo ea quæ deſunt afflictionibus Chriſti, in carne mea.

Num. 11.

Coloſ. 1.

Quibúſnam paſſionibus? fame, ſiti, nuditate, & aliis omnibus. In mãdatis eius volet nimis. Quomodo autẽ hoc fiet? Si deũ perfectè timeamus & amemus, ſi eiuſdẽ virtutis naturam conſideremus. Ante alia enim præmia, habet in ſeipſa remunerationem. Quando em̃ non fueris adulteratus, quãdo non cædẽ feceris, cogita quanta frueris voluptate, non cõdemnatus à tua conſcientia, tuos nequaquã dedecore afficiens, puris omnes oculis intuens. Non eſt autẽ eiuſmodi adulter, ſed omnes metuit ac formidat, & vel ipſas vmbras habet ſuſpectas. Rurſus auarus & inuidus eadem patietur. Qui eſt autẽ liber ab his, cõtra ſe habebit. *Potẽs in terra erit ſemen eius.* Scit ſcriptura

ſcriptura ſæpe ſemen vocare, non id quod naſcitur ex naturæ conſequentia, ſed quod ex ſocietate virtutis.

Semen.

Quocirca Paulus quoque interpretans illud, Tibi dabo & ſemini tuo terram hanc, dicebat, Nõ enim omnes qui ſunt ex Iſraël, ij Iſraël. neque quia ſunt ſemen Abrahæ, omnes filij, ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ.

Rom. 9.

Et rurſus: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes.

Galat. 3.

Quod enim non dictũ ſit de Iudæis, res ipſę indicant. Qui ſunt em̃ ipſi pleni maledictione, quomodo fuerint alij cauſæ benedictionis? ſed dicit de eccleſia, quę ex ſocietate fidei eius ſemen eſſe dicitur. Tales ſunt ergo, qui ſunt virtute præditi: & filij eorum, qui deum timent. Potens erit in terra ſemen eius. Quare dixit, In terra? Vt oſtenderet id eſſe etiã antequã hinc excedant, & antequã bonorũ quæ illic ſunt faciant periculum. Quemadmodum em̃ dixi antea, virtus in ipſa operatione habet remunerationem etiam ante præmia.

Virtutis merces.

Quòd em̃ qui talis eſt, habeat ſemen potens, & qui eſt virtutis præſidio munitus, ſit omniũ potentiſſimus, docuerunt Apoſtoli, oſtenderunt Prophetę. Similiter etiã dominus de his ſignificans, dicit: Quicũque audit ſermones meos, & facit eos, aſſimilabĩt viro prudẽti, qui ædificauit domum ſuã ſupra petrã, & deſcendit pluuia, venerunt fluuij, flauerunt venti, & irruerunt in domũ illam; & non cecidit: erat enim fundata ſupra petram.

Matt. 7.

Similitudo euangelica.

Quot populorũ inſurrectiones, quot iræ tyrannorũ, quot enſes, quot lanceę, quot tela, quot fornaces, quot beluarũ dentes, quot præcipitia, quot maria, quot inſidiæ, quot calumniæ, quot machinationes fuerunt concitatæ aduerſus Apoſtolos? nihil tamẽ eos proſtrauit, ſed fuerũt his omnibus excelſiores, præteruolantes eorum arundines qui eis inſidiabantur, & ipſos inſidiatores traducentes in ſuas partes. Nihil eſt em̃ virtute potentius: ea & petra eſt ſolidior, & adamãte fortior: quemadmodũ rurſus vitio nihil eſt vilius, nihil imbecillius, etiamſi quis ſit munitus infinita vi pecuniæ, & extrinſecus maximã habeat potentiam.

Virtutis & vitij collatio per cõtraria.

Quòd ſi tantæ ſunt eorũ vires in terra, cogita quanta ſit futura eorum in terra potentia. *Generatio rectorum benedicetur.* Vidiſti eam reſplendere, & innumerabiles habere prædicatores, laudatores & admiratores, ac non temere quoſlibet, ſed ſapientes. Neq; em̃ quiſquã ex hominibus qui ſunt viles & abiecti, & humi ſerpunt, poterit eã intelligere, ſed ij maximè eam laudabunt, ij maximè admirabũtur & prædicabunt, qui nõ habent mentẽ peruerſam. Cõſidera ergo quãta ſit poſſeſſio, vt quæ nec Angelis quidẽ & Apoſtolis magnis & admirabilibꝰ encomiaſtis egeat, ſi tales enim eſſe oportet eos qui ipſam laudant, cogita & reputa qualem eam eſſe conſentaneũ eſt. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Rurſus à ſenſilibus tranſit ad ea quæ percipiuntur intelligentia. Scit enim ſcriptura eas appellare diuitias, quæ ſunt in bonis operibus, vt quando dicit: Bona operari, diuitẽ eſſe in bonis operibus.

1. Tim. 6.

Hæ em̃ ſunt veræ diuitiæ, aliæ ſunt nomine tantùm, re autem ipſa carent. Quòd ſi has quoq; dixerit quiſpiã diuitias, ne ſic quidẽ recedemus ab eo quod dicitur. Quid em̃ erat Apoſtolis vel in pecuniis ditius, ad quos omnia tanquã ex fontibus profluebãt? Quicunque em̃ erant agrorum vel domorum poſſeſſores, vendentes afferebant & ponebant preciũ ante pedes Apoſtolorum.

Apoſtolorum diuitiæ.

Act. 2. 3.

Vides opum magnificentiam? Omnia poſſidebant, ab eorum cura liberi, & vt qui eſſent eorum potius œconomi quàm domini. Qui enim habebant, habere deſiſtentes, ea adferebant ad Apoſtolos: ipſi quidem venundantes, & pecuniam comparantes, permittentes autẽ eius diſtributionem eſſe in illorum poteſtate. Quocirca Paulus quoque dicebat: Tanquã nihil habentes, & omnia poſſidentes.

2. Cor. 6.

Eſt em̃ hoc admirabile, ꝙ qui tantas habebant diuitias, erãt facultatibus illis ſuperiores. eos enim non tenuit obnoxios multitudo pecuniæ. Hæ ſunt vel maximæ diuitiæ, nõ egere diuitiis.

Diuitiæ maximæ quæ.

Gloria & diuitię in domo eiꝰ. Hic quod ſupereſt, nõ eget interpretatione. Habuerunt em̃ gloriam quæ à deo ꝓficiſcitur. Ipſa autẽ ſequebatur, vt dicit diuina ſcriptura: Quærite regnũ dei, & hæc omnia adiicientur vobis.

Matt. 6

Quid em̃ illis ſplẽdidius? Quid magnificentius? Tanquam angeli dei ſuſpiciebantur. Pecunias afferentes, ad eorũ pedes ponebant, iis denique qui capite diadema geſtabãt, erant illuſtriores. Quis enim rex vnquã ingreſſus eſt cum tanta claritate & ſplendore, cum quãto vbique habebatur Paulus, in admiratione loquens, à morte liberans morbos expeliens, dæmones fugans, & hæc atque eiuſmodi vel ſolis veſtibus efficiens?

Act. 13. 14. 19. 22.

Hic terrã cœlum fecit, & omnes ad virtutẽ deduxit. Quòd ſi hęc in terra fecerunt, cogita quãta erit gloria eorum in cœlis. Quid eſt autem, In domo eius? Cum ipſo, inquit. Externæ autem diuitiæ nõ ſunt cum eo qui habet illas, quandoquidẽ ne in tuto quidẽ ſunt collocatæ, ſed ſunt in manibus calumniatorum, in manibus adulatorum, in manibus principum, in manibus famulorum: & ideo eas vbiq; diſſeminat, non cõfidens vniuerſas eas domi tenere: & ideo adhibentur cuſtodiæ & cuſtodes, & ſi hoc nihil iuuet, cum eę poſſint omnia effugere.

Diuitiarũ terrenarũ ĩcertitudo.

Iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi. Alius, Et miſericordia eius manet in ſeculũ ſeculi. Vel hic dicit virtutẽ in genere, vel iuſtitiã quæ repugnat iniuſtitiæ.

Iuſtitia.

Vel quemadmodũ dicit aliꝰ interpres, clemẽtiã dicit & miſericordiã. Talis eſt enim vis eleemoſynæ, res eſt immortalis, aliena ab interitu, & quę minimè poteſt extingui.

Eleemoſynæ vis.

Atq; humana quidẽ omnia cõuelluntur, fructus autem eleemoſynæ nunquã poteſt marceſcere, nec vlla difficultate temporum reprobari. Etſi enim corpus fuerit diſſolutum, illa tamen non vnà cum vita diſſoluitur, ſed ante illũ excedit, ei mãſiones præparãs, de quibus dicit Chriſtus: In domo patris mei manſiones multę ſunt.

Ioan. 14.

In hoc itaque res humanas ſuperat, ꝙ ſit perpetua & ſtabilis, quod quidem nulla res habet earum quę ad hanc vitam pertinẽt. Nã ſiue dixeris pulchritudinẽ, ea morbo flacceſcit, & ſenio conſumitur, ſiue potentiam, ea ſæpe mutatur, ſiue diuitias, ſiue aliquid aliud eorum quæ in vita præſenti habentur clara & illuſtria: ea vel viuos reliquerint, vel mortuos omnino nudos & deſtitutos dimiſerint.

Iob. 18. Prou. 31. Dan. 2. Luc. 2. Iob. 1. 1. Tim. 6.

Sed iuſtitiæ non eſt eiuſmodi fructus. non enim tẽpore conſumitur, non morte amputatur, ſed tunc amplior & tutior redditur, quando ad portum illum qui nullis agitatur fluctibus, adnauigauerit. *Exortum eſt in tenebris lumen rectis.* Deſcribens beatitudinem eius qui timet deum, dicit res quæ in præſenti eueniũt, vt ꝙ ſunt immortales eius poſſeſſiones, ꝙ fruetur gloria, ꝙ erit omnibus ſuperior, quòd eos qui fuerint ei ſimiles, & eius filij euaſerint, videbit inexpugnabiles, quòd in maxima rerum difficultate erit ſecuriſſimus. Hoc enim ſibi vult illud, Exortum eſt in tenebris lumen rectis. Iis enim qui ſic ſunt effecti, iis qui rectè ingrediuntur, efficiet vt in mediis tenebris lux oriatur. Quid eſt, In tenebris? Et ſi ſint in afflictione, in anguſtiis, tentatione & periculis (ea enim vocat tenebras) efficiet vt plurimum eis adſit voluptatis,

In tenebris eſſe, quid.

voluptatis,

Universidad de Deusto Biblioteca

[2. Cor. 1.] voluptatis. Quod etiã Paulus significans, dicebat, Nolo autem vos ignorare de afflictione quę fuit nobis in Asia, q supra modũ grauati sumus, vt etiã de vita dubitaremus (Vidisti tenebras) sed ipsi in nobis responsum vitę habuimus, ne cõfideremus in nobis ipsis, sed in deo qui suscitat mortuos, qui ex tantis mortibus liberauit nos. Vidisti quomodo sit exorta lux? Cõsidera hoc ipsum etiã in tribus pueris. [Dan. 3. Dan. 6.] Cum enim expectarẽt fore vt exurerẽtur, purissimũ rorem assecuti sunt. Idipsum etiam euenit in Daniele & aliis prophetis. Quòd si hæc velis ita sumere, vt ad aliam referantur anagogen, videbis hoc orbi terrarum accidisse. [Mala. 4. *Vera prorsus ἀναγωγή.*] Cum enim tenebræ mare & terram occuparent, & error vbique esset diffusus, Sol iustitiæ ex imo exortus est. Quoniã em̃ homines cœlo relicto deum in terris quærebant, ex eo loco eis apparuit, se ad eorum imbecillitatẽ demittens, vt ad altitudinẽ infinitam eueheret. *Misericors, & miserator, & iustus est dominus deus.* Quoniam dixit eius iustitiam manere, & illo modo consolatus est: [Ioan. 12.] multi autem misericordes, & qui rectè hic vitã agunt, contraria hic experiuntur, affert aliam consolationẽ, dicẽs: Misericors, & miserator, & iustus est domin⁹. Si est autem misericors, & eos qui peccant, dignos venia esse cẽset: multo magis eos qui se rectè gerunt, nõ relinquet incoronatos postquã hinc excesserint. Sed & si hic non reddat, omnino illic reddet. Deinde subiungit etiã, Iustus, significans q si iustus sit, vt est, [Rom. 2. 1. Cor. 5.] reddet vnicuique secundum merita, etiamsi hic non reddat: quod est vel maximum argumentũ futuræ resurrectionis. [*Argumẽtum resurrectionis maximũ.*] Quando enim multi ex is qui sunt virtute præditi, cernuntur mala multa perpessi, & improbi impunè & securè viuere: vbinã recipiet vnusquisq; ꝓ meritis, si non sit futura resurrectio, & alia vita, iudiciũ & remuneratio? Deinde quoniam iustitiæ mentionẽ faciens, terruit auditorẽ, vt qui sit redditurus rationẽ peccatorũ, citò affert medicamentum, dicens, *Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio.* Vides quot præmia proponit homini clementi & misericordi, quòd fructus eius manet perpetuò, q liberabitur à tentationibus, q deum imitabitur (est enim deus misericors) q peccata eius ei condonabuntur. Hoc enim sibi vult illud, Dispensabit sermones suos in iudicio. Hoc est, patrociniũ consequetur, non deerit ei defensio, non erit ei tunc condemnatio, [Matt. 25.] cum eleemosyna defensionem ei pulchrè comparet. Alius autem interpres dixit, Dispensans res eius cum iudicio. Hoc est, Fruetur magna prosperitate, nihil ab eo suscipietur quod sit absurdũ & alienum, vt qui fuerit optimus dispensator. Qui enim est crudelis & inhumanus, & misericordia non mouetur, est à vera dispensandi ratione alienus. Quid enim possit esse hoc grauius, q̃ quando qui est aditurus periculũ animæ, pecuniis parcit, & illam negligit? Quocirca Christus [Luc. 16.] quoque illũ laudauit œconomũ, qui quãdo erat vocandus in periculum, de schedulis transegit, & de eo [*Prudẽs œconomus.*] quod delebatur, rescidit. Quomodo enim non est absurdum, vt qui in præsenti quidẽ vita sunt in periculo, omnia sua profundant vt periculum redimant: cũ autem veniant in periculum ne tradãtur supplicio, nõ vtantur eadem œconomia? [Matt. 25 Matt. 10. Marc. 9.] Et ideo prudentem dispẽsatorem dicit misericordẽ, vt qui multa paucis emat, pecuniis cœlum, veste regnũ, pane & poculo frigidæ bona futura. Quid enim conferri potest cum hac dispensatione, quado quis ea dans quæ pereunt, fluũt, & intereunt, ea quæ sunt futura, & quæ sunt immobilia,

A accipit, & per ea in præsenti vita securitate fruitur? Et ideo dixit, Dispensabit sermones suos in iudicio. Vel, vt alius dicit interpres, Dispensans res suas cum iudicio. In quónam dicit iudicio, nisi in die futuro? Vel dicit quòd etiã in hac vita omnia sua optimè administrabit, nec erit in eis quidquam confusum, sed omnia erunt ordine collocata, omniaq; recta via & consequentia ꝓcedent, nulla erit in eis perturbatio, nullus strepitus aut tumultus, cum eleemosyna reddat eis omnia plana, facilia, & expedita. Quod etiam reddẽs manifestius interpres, dixit: Dispensans res eius cum iudicio. Is est enim misericors, qui res suas cum iudicio & consilio dispensat. [*Misericors qui sit.*] Alius em̃ est inutilis, & à vera dispensandi ratione alienus. *Quia in æternum non commouebitur.* Quid potest conferri cum hac dispensatione, quando quis talem viam inuenerit, quæ eum liberat ab inopinatis casibus, & facit vt extra vitæ fluctus B sit in portu, & cũ sit homo, nihil humanũ sustineat, vel sustineat quidẽ, sed nequaquã euertatur? Hoc est enim admirabile, quãdo nõ cedit tẽtationibus, nec ab eis prosternitur. Quid verò, an non sunt moti & labefactati multi misericordes? Nequaquã. Nam etsi redacti sunt pauperes, & ad extremã deducti mendicitatẽ, & in ærumnas & calumitates inciderũt, minimè tamẽ euersi sunt, [*Misericordes non euertũtur.*] dũ cogitarent ea quæ à se facta sunt, Dei beneuolentiam & præsidium ad se attrahentes, & validam aliquã & fortem anchoram, nempe bonã conscientiã, habentes. Non dixit itaque, Insidiis non appetentur, sed, Non cõmouebuntur. Quod etiã dixit Christus de illo qui ædificat supra petrã. [Matt. 7.] Non q non sit tempestatẽ passurus, sed q etiã tẽpestatem sustinẽs minimè sit euertendus. Hoc est enim admirabile, nõ C quando cessantibus tentationibus omnibus in tuto fuerit: sed quando maximis & frequentissimis machinis impetitus, perpetuò manet immobilis, nec vnquam euerti potest. Neque enim fieri potest, vt anima diues misericordia, obruatur vnquam à grauibus animi perturbationibus. *In memoria æterna erit iustus.* Vide ipsum non solum in tempore vitæ, sed etiã post mortem cõplures docere & instituere. Quomodo ergo dum viuit, patietur aliquid mali, quando etiã moriens est aliis magister tranquillitatis? Vt em̃ sciãt vel qui sunt maximè increduli, fructum eius manere immortalitatem in cœlis, hinc dat eius rei experientiam. defosso enim corpore, memoria eius vbique circunfertur. Talis est virtutis potentia, nõ cedit tempori, non marcescit longitudine temporis. [*Virt⁹ quã efficax.*] Hoc autẽ fit propter salutẽ malorũ. Illi enim nõ habent opus lau- D datione hominum: qui autem viuũt in vitio, illis egẽt encomiis, vt ex laude eorũ quæ pręclarè ab aliis gesta sunt, fiant virtutis studiosiores, & aliquando liberentur à vitio. Vbi sunt ergo qui sepulchra sumptuosa ædificant, ædésq; magnificas excitant? Audiãt quodnam sit monumentũ perpetuum. Nõ lapidum extructio, nec murorũ ambitus & turres, sed bonorum operum ostensio. [*Monumẽtum perpetuum.*] Hæc autem ponit propter eos qui sunt valde increduli, & futura nõ attendunt: vt cum à præsentibus & iis quæ apparent eos abduxerit, deducat ad futura: & alioqui ostendit quòd virtus (vt sæpe dixi) etiam ante illa præmia habet in seipsa remunerationem. *Ab auditione mala non timebit.* Alius, Nũcium malum non timebit. Quemadmodum non dixit superius, eum non esse petendum insidiis, sed insidiis appetitum non esse commouendum: ita hic etiam non dicit eum non esse auditurum malum nuncium, sed

sed audientem minimè formidaturum. Nam siue bellum viderit aduẽtare, siue terræmotũ oppida diruere, siue latrones & murorũ effossores omnia eripere, siue barbaros incursiones facere, siue morbũ mortẽ minitari, siue iram iudicis, siue quodcunque aliud, minimè extimescet: suas em̃ opes antea deposuit in loco tutissimo, & ex quo nõ possunt eripi: & imminente morte nõmodò non metuit, sed etiam festinat quãprimũ in [Matt. 6 Luc. 12. Matt. 6] ea loca cõcedere, vbi sunt eius merces. Vbi est enim thesaurus hominis, illic cor eius. Si enim mercatores, qui domũ multa onera præmiserunt, ꝓperãt quotidie [*A minore probatio.*] videre suas diuitias: multò magis hic qui in cœlis omnes suas facultates antea deposuit, volet à rebus præsentibus auulsus ad futuras festinare. Nihil ergo ei poterit timorem incutere. *Paratum cor eius sperare in domino.* Alius, Firmum est cor eius, idem significans, & interpretans illud, Paratum. Quod autem dicit, est eiusmodi: Nihil est quod eum labefaciat, & vt in res præsentes animũ affigat, efficiat: sed totus quantus est, ad deum extenditur, & spem illam expectat, & in illa expectatione perpetuò defigitur, nec ab vlla re præsenti mollescit, abducitur, aut distrahitur. Tales enim sunt rerum præsentiũ solicitudines: mentẽ diuidunt, & cogitationem distrahunt. [Matt. 6.] Necesse est autem rursus dicere illud Euangelicum: Vbi est thesaurus hominis, illic est etiam cor eius. *Confirmatum est cor eius, non commouebitur.* [*Cõmouebitur, φοβηθῆ timore afficietur.*] Vidisti eum qui ædificat supra petrã. Quid em̃ potest timere qui est & nudus & accinctus, & nullam vlli præbet ansam? Quid potest timere, qui habet [Matt. 7. Rom. 8.] deum clementẽ & propitiũ? ita vt vtrinque sit tutus, & ex superno auxilio, & ex ea in qua hic inferius degit facilitate: nec quicquam poterit eum labefactare, non damnũ pecuniæ, non probra, non calumniæ. Neque em̃ habet in quo lædatur, qui hinc in regionẽ cœ- [Apoc. 21] li cõmigrauerit, ad quam sceleri & insidiis nullus patet aditus. [*Insidiæ cur parentur.*] Apertè em̃ sciatis oportet omnes insidias parari vel pecuniis, vel pro pecuniis: & omne hominum studiũ in his ponitur. *Donec despiciat inimicos suos.* Dæmones hic dicit inimicos. Quis est enim eius inimic⁹, nisi scelerati dæmones, & ipse diabolus? *Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi.* Postquã eleemosynę, & cõmodandi & miserẽdi meminit: (sunt autem multæ mensuræ eleemosynæ: hic enim dat minus, ille verò amplius) videamus quémnã dicit misericordem, eúmne qui præbet ex abundantia: an eum qui suas facultates exhaurit & exinanit? Certum est q eum qui exinanit: eum qui re profusè ac largiter vtitur. Quod etiam Paulus quærit, dicens: [2. Cor. 9.] Qui seminat in benedictionibus, metet etiam in benedictionibus. Vide autẽ quomodo propheta optimè vsus est dictionibus. Non em̃ dixit, Dedit, vel distribuit, sed, Dispersit, simul & eius qui præbet, largitatem ostendens, & rem sementẽ nominans. Tales enim sunt qui seminant: Dispergunt quæ sunt reposita, & quæ sunt manifesta amittunt, vt futura accipiant. Hoc est collectione melius. Ita em̃ dispergere melius est quã colligere. Dispergũtur pecuniæ, & colligitur iustitia. Dispergunt quæ non manent, vt acquirãtur manentia. [*A simili.* Matt. 6 Luc. 12.] Hoc ipsum faciunt etiã agricolæ. Sed illi quidẽ propter incerta (est em̃ terra quæ suscipit) tu autẽ in manu dei, vnde fieri nõ potest vt perdas. Quando ergo videris aurum esse pulchrũ, & veritus fueris id eiicere, veniant tibi in mentẽ ij qui seminãt, ij qui fœnerãtur, ij qui mercaturas exercent, q à sumptu & impẽsis incipiunt, cum tamen sit incertus rerũ quas tractant exi-

A tus: nam & fluctus, & terræ sinus, & debitorũ syngraphæ, & omnia sunt incerta. Sæpe em̃ in sorte damnũ acceperunt fœneratores: cœlũ autem timet agricola. Hic autem nihil horũ metuit, sed & de sorte & de fœnore potest esse securus, si hoc dicẽdum sit fœnus, & non sorte longè amplius. Sors em̃ est pecunia, fœnus autem regnũ cœlorum. Vidisti naturam mutui, [Matt. 19.] quod habet vsurã sorte longè maiorẽ. Et hæc quidẽ in futuro: in pręsenti autem magnã libertatem consequeris, eris remotus ab omnibus insidiis, calumniatorum & auarorũ cupiditatem extingues, viues securè toto vitæ tẽpore, vt qui nec angaris de tuis bonis solicitudine, & spe futurorũ bonorum erigaris. *Cornu eius exaltabitur in gloria.* Quod est maximè expetendũ hominibus, hoc ponit assiduè. Id autem est splendor & gloria, quæ & illic eos excipiet, & hic eis aderit abũ- B dè & largiter. Nemo est enim adeò clarus & insignis, vt misericors. [*Misericordis hominis splẽdor*] Et si vis, accipe eos qui in curriculis & theatris temere sua cõsumunt. Duc in medium misericordem, & tunc videbis quantus sit vtriusque fructus, quomodo eum quidem omnes perpetuò laudãt & admirantur, cõmunem patrẽ & seruatorẽ existimãtes: [*Agonistarũ vanitas*] illi autẽ cum illo solo die imperpetuo quodã & temerario impetu applauserint, postea criminantur vt crudelem & inhumanũ, vt inanis gloriæ cupidum, vt intemperantiæ ministrũ, & seruum improbitatis. Sed & si in cõuentibus quandoque eiusmodi verba fiunt, illorum quidẽ notantur sumptus, & reprehenduntur impensæ: hos autem nemo est adeò impudens & sceleratus, qui etiamsi sit millies crudelis & inhumanus, non laudet & admiretur. [Dan. 5. Marc. 6. Rom. 2.] Eiusmodi em̃ res est virtus, vt etiam ab iis qui illam non sequuntur laudetur: quẽ- C admodum vitium iis etiam qui ei sunt dediti, sit exosum, & reprehensione plenũ. Itaque illos quidẽ ne ij quidem qui accipiunt laudant, meretrices inquam, aurigæ, & saltatores, sed eos etiam insectantur: hunc autem non solum pauperes qui acceperunt, sed ij etiã ad quos nihil rediit ex liberalitate omnes mirabuntur & amabunt. *Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet.* [Sap. 2.] Talis res est virtus, vitio grauis & molesta. Quemadmodum enim ignis accendit spinas, ita etiam benignitas & clementia homines quantumuis feros irritat. Ea enim illorum improbitatem reprehẽdit & accusat. Sed vide eum, ne cum inuidia quidem extabescit, audere accusare, & clarum virtutis aspectũ intueri, sed mente quidem liquescere, & dentibus dolorem ostendere, non audere autem verbum proferre, sed tantùm angi & excruciari. Tale est enim vitiũ, [*Vitij fœditas.*] D etiamsi ad ipsa sceptra ascenderit, & iuxta eos steterit, [Gen. 4. Prou. 28.] quorũ sunt capita cincta diademate, est omniũ abiectissimũ, & maximè formidolosum, & simile est alicui strepitui ac tumultui, & mari insanienti, etiamsi sit maxima stipatum potentia: quemadmodũ virtus cõtrà: [*Virtutis splendor.*] Nam licet ad extremam redacta sit inopiam, & sit in ipso carcere, est regibus splendidior, & magna fruitur securitate, & sedet in portu nullis agitato fluctib⁹, non modò nihil patiens ab improbis, sed vel ipso silẽtio potẽs vlcisci improbos, & de improbitate extremas pœnas exigens. [Gen. 37. Iob. 5. Prou. 14] Quid fuerit enim miserius homine qui viuit in scelere, quando præter id quòd seruit pecuniis, aliorum etiam rectè factis mordetur, & [*Sceleratorũ miseria*] aliorum laudem suam pœnam existimat, & ipse à seipso supplicium exigit suam conscientiam lanians, & mentem excrucians, & seipsum in se carnificem exhibens? Vidisti excellentiã virtutis & potentiam. Vidisti imbecillita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

imbecillitatem vitij & miseriam: sed non in hoc solo eius consistit calamitas, sed etiã in aliis pluribus: quod ipsum quoque significans, subiunxit, dicens: *Desideriũ peccatorũ peribit*. Quid est, desideriũ peccatorum peribit? Nũquã, inquit, sistitur. Quoniã em̃ ea quæ desiderat, sunt eiusmodi fluxa, & prætercurrentia, desideriũ quoque res imitatur, vt quod [illegible]inguatur & pereat, & nullã radicem habeat. Quòd si est hic peccator in hoc statu, cogita quónam modo se habebit in futuro seculo. Ne hæc ergo patiamur, hanc viam fugiamus, illam autẽ eligamus, & perpetuò ingrediamur, quæ est tuta, quæ est inexpugnabilis, quæ est plena voluptatis, quæ referta est gloria, quæ cœlum nobis conciliat, quæ in omnia quæ dei sunt, nobis præbet benuolentiam, quæ facit vt philosophemur, quæ tot & tanta in se bona continet, quanta ne oratio quidẽ explicare poterit: quæ detur omnibus nobis consequi, gratia & misericordia.

IN PSAMVM CXII.

Psa. 49. *Laudate pueri dominum, laudate nomen domini.* In scripturis sæpe verba fiunt de his laudationibus: non est enim quid leue, sed aliquod sacrificium, & oblatio, quę deo placet: Sacrificium, inquit, laudis glorificabit me. Et rursus, Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo ipsum in laudatione: & placebit deo super vitulum nouũ cornua producẽtem & vngulas. Sacri quoq; libri id sæpe præcipiunt, & qui seruantur, pro magnis gratiarũ actionibus id offerunt. Et quámnã habet, inquit, hoc difficultatẽ? Cui autem non vel humilis & abiectæ conditionis homini id præstare, & deum laudare est facile? Si rem diligenter & exactè didiceris, videbis & laborem qui in re inest, & lucrũ quod ex eã percipitur. Primùm quidem hæc laus à iustis requiritur, & oportet vitã prius rectè instituentẽ, hymnos ita deo canere. Non est em̃ pulchra laus in ore peccaroris. Secundò, non verbis solùm, sed etiam factis laudare oportet, & hanc laudẽ deus maximè requirit, hãc gloriam. Luceat enim, inquit, lux vestra corã hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Ita laudant Cherubim. Quocirca Propheta quoque cum illam mysticam audiisset melodiam, se ipsum afflictat, & miserum ducit, dicens: Hei mihi q̃ homo sum impura habens labra, & habito in medio populi impura labra habentis. Et ideo cum præcipit laudes offerre, incipit à superioribꝰ potestatibꝰ, sic dicens, Laudate dominum de cœlis, laudate eum omnes angeli eius. Oportet itaque angelum fieri, & ita laudare. Ne ergo hanc laudem rem esse leuem existimemus: sed ante os nostrum vita nostra ipsum laudet. Ita quidem vel tacentes deum laudare possumus: ita etiam loquentes edemus modulationem vitę conuenientem. Hoc autẽ non solũ ex psalmo discere possumus, sed etiã q̃ omnes ducit ad symphoniam, & chorum integrum & absolutum statuit. Non enim vnum tantum aut duos alloquitur, sed vniuersum populum. Et quemadmodum Christus nos deducens ad charitatem & concordiam, iubet vt in precibus fiat communiter oratio, & ab vniuersa ecclesia tanquam ab vna persona dicatur, Pater noster: &, Panem supersubstantialem da nobis: &, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo: vbique vtens plurali nomine, & præcipiẽs vnicuique, etiamsi per se oret, pro cunctis fratribus offerre orationem: ita etiam Propheta vocat omnes cõmuniter ad concentum orationis, & dicit, Laudate nomen domini. Quid sibi vult hæc adiectio nominis? Maximè quidem explicat affectionem dicentis. Significat etiã aliquid aliud. Quidnam? vt nomen eius per nos glorificetur, vt per nostrã quoque vitam videatur laudabile, est enim quidem tale. Vult autem hanc quoque laudem per rectam nostræ vitę institutionẽ illustrari. Et vt scias ita esse, vide quæ consequuntur, subiungit enim, *Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum*. Quid dicis? Non erit benedictum, nisi tu precatus sis? Vides eum non dicere de ea quę illi adest benedictione, & est eius naturæ attributa, sed de ea quæ fit per homines. Paulus quoq; de ea scribens dicit: Glorificate vero deum in corpore vestro, & in spiritu vestro. Ipse ergo est altus, & magnus, & laudabilis per seipsum, apud homines autem talis quoq; efficitur, quando qui ei seruiunt, talem vitam ostẽderint, vt quicunque eos vident, laudibus & bonis dominũ prosequantur. Hoc ipsum nos quoque in precationibus iussit dominus semper dicere, precantes: Sanctificetur nomen tuum. Hoc est, per nostram quoque vitam glorificetur. Quemadmodũ enim dum malè viuimus, contumeliis & probris afficitur: ita dũ virtutis curã gerimus, gloria afficitur. Quod ergo dicit, *est eiusmodi*: Facẽ vt nos perpetuò rectè & ex virtute viuamus, vt sit nomen tuum benedictum. *A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen domini*. Vides eum iam communẽ exordiri rempublicam, & aperire nobilitatem ecclesiæ. Non amplius em̃ in Palęstina solùm, nec in Iudæa, sed est vbique terrarũ nomen domini. Quando autẽ hæc euenerunt, nisi quando nostra cœperunt efflorescere? Olim enim non solum non benedicebatur in Palæstina, sed etiam blasphemabatur, & maledictis incessebatur propter Iudæos qui in ea habitabant. Propter vos em̃, inquit, nomen blasphemabatur inter gentes. Nunc autẽ vbiq; terrarũ laudibus celebratur. Quod quidẽ alius quoq; propheta significans, dicebat: Apparebit dominus, & perdet omnes deos gentiũ, & adorabunt eum vnusquisque in loco suo. Et rursus alius: Et in nobis claudentur portæ, & non accendet ad altare nomen dñi: quoniã ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatũ est in gentibus, & in omni loco offertur suffitus nomini meo, & purum sacrificiũ. Vides quomodo res Iudaicas contraxit, & repressit, & vbique terrarũ ecclesiasticam vitæ formam prædicauit. Quj enim hæc dicit propheta, fuit post reditum à Babylone: & ideo hæc tunc prædixit, ne dicerent Iudæi eum dicere conclusionẽ illã & destitutionẽ quæ fuit in Babylone. Postquã enim illa cessassent, & ipsi ad priorẽ reuersi essent rempublicam, ea dicit angelus, significans eorũ destitutionem quæ fuit tempore Vespasiani & Titi, post quã nõ erit deinceps mutatio illius solitudinis ac destitutionis. Illam em̃ consecutæ sunt res ecclesiæ. Et ideo dicit, Magnũ nomen meum in gentibus, hoc est, benedictũ, quod per bonam ipsorũ vitam laudatur, quemadmodũ hic quoq; dicit, Benedictũ nomen domini. *Excelsus super omnes gentes dominus*. Vides rursus gentes eius cultum suscipere, & nõ vnam tantùm, aut duas, aut tres, sed quæcunque sunt in orbe terrarum. Quid est hac prophetia clarius? Quomodo autem est excelsus super omnes gentes? Quoniã eum magnificamus, nõ ei aliquam addentes altitudinem, abfit, sed dogmatibus, cultu, adoratione, & cæteris omnibus

non

non aliquid humile & abiectũ de eo cogitantes, vt Iudæi, sed multò maiora & altiora. Talis est em̃ hæc nostra reipublicæ forma quãtò cœlũ est terra altius, tantò hæc altior veteri. Et ideo dicit, Excelsus super omnes gentes dominus. Etenim cũ eum per cultũ attollim⁹, illud quoq; scimus, hęc esse per quãdã demissionem, & ad captum nostrũ accõmodationẽ. Quare etsi sint in nouo, q̃ in veteri altiora, sunt tamen eius dignitate longè inferiora. Et ideo Paulus vtriusque cognitionis, & quæ nunc est, & quæ tunc in futuro seculo futura est, differẽtiã ostendens, dicebat: Quando erã paruulus, sapiebã vt paruulus, cogitabam vt paruulus: quando autẽ factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Et rursus, Ex parte cognoscim⁹, & ex parte prophetamus, & videmus nũc quidẽ per speculũ in ænigmate, nunc autẽ facie ad faciem. Per hæc em̃ ostendit hanc cognitionẽ ab illa tantũ abesse, quantũ puer à virò qui peruenit ad perfectã ætatem. *Et super cœlos gloria eius*. Quoniã dixit de laude & exaltatione quæ fit per rectã vitæ humanæ institutionem, & deum ita extollere, ita laudare, ita magnificare exhortatus est, ad maiorem virtutẽ incitans ostendit vbinã hoc maximè fiat. Vbinam ergo hoc fit? In cœlis. Illic enim est eius gloria. Angeli em̃ eum maximè glorificant, non ex sua natura solũ, sed etiam ex obedientia hominũ quibus ministrant, præcepta eius exactè perficientes. Et ideo dicit, Potẽtes virtute, faciẽtes verbũ eius. Porrò autẽ in euãgeliis quoq; iussit Christus orare, & dicere, Fiat volũtas tua sicut in cœlo & in terra. Hoc est, quẽadmodũ eũ sanctificãt angeli, ab omni quidẽ vitio liberati, virtutẽ autem exactè persequentes: ita etiã nos digni habeamur qui ipsum sanctificemus. Hoc ipsum hic quoq; significans, subiunxit, Et super cœlos gloria eius. Non solũ enim in terra videris has creaturas quæ cernuntur, nec pulcherrimũ ordinẽ qui est in cœlo, sed ascẽde à sensibilibus ad ea quæ percipiũtur sola intelligẽtia, ad pulchritudinẽ illarũ substãtiarum, ad splendorẽ illius reipublicæ: & tunc scies quomodo est in cœlis gloria eiꝰ. *Quis sicut dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?* An non videtur magnũ esse quod dictũ est? Sed quãdo consideraueris de quónã id dictũ sit, hoc longè erit eo inferius. Ita, sicuti dixi, non oportet in verbis solis sistere, sed vsque ad sensum cõscẽdere. Quomodo em̃ in cœlis habitat, qui cœlũ & terrã implet? qui vbiq; prędens est? qui dicit, Deus appropinquãs ego sum, & nõ deus procul? Qui mensus est cœlũ palmo, & terrã pugillo? qui cõtinet ambitum terræ? Sed quoniã loquebatur tunc cũ Iudæis, ꝓpterea eo sermone vsus est, paulatim erigens eorũ cogitationẽ, & mẽtem sensim extollens & cuchens. Non em̃ dixit solũmodo, Qui in altis habitat, & humilia respicit: sed cùm priꝰ dixisset, Quis sicut dominus deus noster, illud subiunxit, ostendens quãnam de causa illud secũdũ dixerit, nẽpe ꝓpter Iudaicam imbecillitatẽ simulachra stupẽtem, & deos in lolcis & templis cõclusos adorantẽ: & ideo inducit parumper cõparationẽ, licet citra comparationem deus omnes superemineat: sed ad imbecillitatẽ auditorũ sicut dixi (neque em̃ cessabo hoc assiduè dicere) commonit orationẽ. Neq; em̃ querebat vt tunc diceret aliquid dignũ eius gloria, sed vt quod diceret, ab eis capi posset. Et ideo paulatim eos sustollit: & tamen ne hic quidem permanet in humilitate, sed rursus aperit quasdam altiores intelligẽtias. Postquã em̃ dixit, Qui in altis habitat, & humilia respicit: rursus ad altiora orationem extollens, dicit: *Ih cœlo & in terra*. Ostendens cum esse vbiq;, & hic, & illic. Non enim tanquã in cœlo ineluctus, respicit eminus quæ fiunt in terra, sed vbique præsens, & omnibus assistens. Vidisti quomodo paulatim mentẽ auditorũ sustollit. Deinde cũ auditorẽ à terra extulisset, & in cœlo collocasset: rursus procurans vt aliquid maius animo apprehẽderet, venit ad aliud eius potentiæ indiciũ, dicens, *Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem*, Magnæ est enim, atque adeo ineffabilis potẽtiæ, parua extollere. Alicubi autẽ cõtrariũ quoq; ponit aliꝰ, q̃ magna quoque humiliat, sic dicens: Diuidens contritionẽ super fortitudinẽ, & miseriã supra munimentũ adiungens. Hic quidẽ certè dictũ est q̃ potest pusillos erigere. Est itaq; generalis oratio. Quòd si quis hæc etiã velit accipere anagogicè, videbit hoc factũ esse in gentibus, videbit hoc euenisse in nobis tẽpore aduẽtus Christi. Quid enim erat nostra natura pauperius? eam tamen erexit & sustulit in cœlũ cum nostris primitiis, & fecit cõsidere in cœlis in throno patris. Et de stercore erigens pauperem. *Vt collocet eum cum principibus populi sui*. Stercus hic dicit vilitatẽ, & quæ ex ea fit repentinam mutationem, ostendens ei esse omnia facilia & expedita. Deinde transit ad aliud maius. Quódnam hoc? Quòd nõ solum potest res trãsferre, & humilibus dare authoritatẽ, sed ipsius etiã naturæ trãsmouere limites, & eã quę est sterilis, matrẽ efficere. Et ideo subiũxit. *Qui habitare facit sterilẽ in domo, matrem filiorũ lætantem*. Quod quidẽ factũ est in Anna, quod factũ est in aliis innumerabilibus. Vidisti hymnũ perfectũ, vidisti hymnũ completum. Dixi ea quæ erant futura, vt vniuersus orbis terræ se rectè gereret, quomodo erat cessaturus Iudaismus, quomodo noua ecclesiæ respublica erat in lucẽ exitura, quomodo eratvbiq; offerẽdum sacrificiũ. Deinde efficiens vt vel craſſioribus fide digna esset oratio, ex iis quæ iam fiunt, quę sunt futura confirmat. Quod autẽ dicit, est eiusmodi: Ne diffidas futurã tantã mutationẽ, & disiectas gentes esse venturas in gloriã. Non vides hæc fieri quotidie? extolli humiles, & sedere cũ principibus? Non vides naturã quæ erat manca & mutila, corrigi, steriles matres fieri? Tale q̃d etiãvsuenit in ecclesia. Erat sterilis, sed multorũ filiorũ mater facta est. Quocirca dicit Esaias: Lætare sterilis quæ non paris, erũpe & clama quæ nõ parturis, quoniam multi sunt filij desertę magis quàm eius quæ habet virum, hoc in ecclesia futurum prænuncians. Quocirca hic quoque finiit orationem, prophetiam fide dignam hinc efficiens ex iis quæ iam facta sunt ab eius maiestate. Quæcunque enim deo visum fuerit, sunt factu facilia. Potest enim transmutare naturam, & humilitatem transferre in altitudinem, & mores corrigere. Cùm hæc ergo sciamus, omnia quæ nostra sunt afferamus, & omni fruemur gloria, & ad ineffabilem ascendemus altitudinem, dei auxilio freti. cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSAMVM CXIII.

IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudæa sanctificatio eius; Israel potestas eius. Magnã hic testatur dei benignitatẽ & mansuetudinẽ. Quámnã hanc? Quòd cũ quãprimum ostendit potentiã, tũc vt adoretur exigit. Hoc enim significans dicebat, In exitu Israël de Aegypto. Tunc enim suã ostendit potentiam per signa quę in Aegypto facta sunt, & per ea quæ in deserto: tũc etiã

populum

Universidad de Deusto Biblioteca

populum sibi effecit familiarem. Hoc ipsum etiã fecit A
in Adã. Cùm enim prius mundum fecisset, & suæ sa-
pientiæ & potentiæ vim ostẽdisset, ita finxit hominẽ,
& ab eo exegit adorationem. Ita etiã vnigenitus dei
filius cùm primũ signa præbuisset multa & omnis ge-
Matt. 21. neris, tunc fidem exegit. Quocirca iis quidem qui ab
Marc. 3. initio ad eũ accedebant, vt qui eius pignora nõ habe-
Luc. 4. 6. rent, nec argumentũ diuinitatis, non dicebat, Credi-
Io. 10. 11. 12. 13. te, quia possum hoc facere: sed signa solũmodo ostẽ-
debat. Sed postquã vbiq; per Palæstinã deposuit suæ
monimenta potẽtiæ, mutilis corporibus remediũ af-
ferens, vitium expellens, de regno disserens, leges sa-
lutares sanciens, tunc etiã fidẽ exegit ab iis qui acce-
debant. Homines eñ volũt prius imperiũ obtinere, &
tunc aggrediuntur benefacere: deus autẽ incipit à be-
neficiis. Et quid dico alia beneficia, cùm etiã crucem
ipsam sustinuerit, & tunc orbẽ terræ vicerit, quã gere- B
bat curã factis ostendens? Hoc ergo psalmographus
quoq; hîc significãs, dicebat, In exitu Israël de Aegy-
pto, domus Iacob de populo barbaro, facta est Iudęa
70. ἐγενήθη ἰουδαία. sanctificatio eius. Hoc est, in exitu, in recessu, in libera-
tione ab Aegypto. Nõ dixit autẽ solummodo de Ae-
Exod. 3. gypto, sed adiecit, de populo barbaro, nomine hostiũ,
dei curã ostendens. Ab illis eñ crudelibus & imma-
nibus Aegyptiis nõ potuissent liberari, nisi habuissent
Exod. 7. 8 manũ fortẽ, & dexterã inexpugnabilẽ. Erant eñ vel
9. 10. 11. feris sæuiores, & petris duriores: qui cùm tot accipe-
rent plagas, minimè cederent. Postquã ergo dixit po-
pulũ barbarũ, ostẽdit q̃ magna esset dei potentia, ꝙ
adeò barbarum, adeò efferatum hominem nunc qui-
dem persuasit, nunc verò vel inuitum coëgit seruos
dimittere, & contendentes postea mari obruit, & ita
Exod. 14. suum populum liberauit. Quid est autẽ, Facta est Iu- C
Deut. 7. dæa sanctificatio eius? Pro eo quod est, Populus ei ser
26. uiens, & eum colens, populus ei dedicatus, populus ei
ἁγίασμα αὐτοῦ. factus peculiaris. Sanctificatio autẽ ꝓpriè dicebatur,
Sanctificatio. tẽplũ, adyta, sancta sanctorũ, quẽadmodũ Zacharias
quoq; introducit aliquos rogantes, & dicentes: Ingres
Zach. 7. sa est huc sanctificatio? an ieiunabimus? de reditu arcę
& aliorum significans. Facta est Iudæa sanctificatio
ei⁹. erat eñ antea regio impura & execrãda, sed post-
quam accessit populus, facta est ciuitas sanctificatio
eius: hoc est, introducta est sanctificatio per obserua-
tionem, per sacrificia, per cultũ, alióſq; ritus & cere-
monias. Israël potestas eius. Sub eius imperio, inquit.
Atqui vniuersus orbis terræ eius imperio suberat, sed
hi etiam amplius, ex eo quòd eos habebat proprios &
familiares, quãdoquidẽ & prophetias suscipiebãt, &
cum eis disserebat, & res eorum variè administrabat. D
Quinetiã alio modo appellabatur eius populus. Illius
enim nutu sępe & ad bellum procedebant, & multa
alia administrabant. Cùm eos enim à barbaricis ma-
nibus, tyrannide, & seruitute, & extremo periculo, &
mẽte impia liberasset, Rex eorũ factus est. Hoc ipsum
etiã alibi suã causam agens, & ostendens se quæ sua
erant primùm ostendisse, quæ illorũ autem erant, re-
Hier. 2. quirere, dicebat: Nunquid solitudo fui domui Israël,
κεχερσωμένη. vel terra inculta? Quod autẽ dicit, est eiusmodi: Num
fui vobis inutilis? Nũ innumerabilia bona in vos con-
Exod. 14. *Exod.* 16. tuli? Nõ ipsam naturã mutaui? Non elementa vt vo-
bis seruirent cõposui? Non dedi vobis vitã ab huma-
nis laboribus liberã? Propterea dixit: Nũ solitudo fui
domui Israël? hoc est, Nõ fructus tuli innumerabiles?
libertatẽ Aegypti, liberationem barbarorũ, ostensio-
nẽ miraculorũ, vitã in deserto, hæreditatẽ Palæstinæ,

A subiugationẽ gentiũ, continua trophæa, frequentes
victorias, miracula incredibilia, continua prodigia,
terræ fertilitatem, generis vestri incrementum, quæ
vniuersum terrarũ orbẽ peruadit, gloriam, alia innu-
merabilia. Vidisti fructus dei: & ideo subiunxit, Nun- *Esa.* 61.
quid fuit terra inculta? Hoc est, nõ innumerabiles fru- *Amos* 2.
ctus à me suscepistis? Nõ benedixi introitũ & exitum
vestrũ? greges vestros & armẽta vestra? panem vestrũ,
& aquam vestram? Non feci vt essetis omnibus inex-
pugnabiles? inuicti & terribiles? Non tanquã ex fon-
tibus omnia vobis è cœlo & è terra manabant? Hoc
enim maximè ostendit principem, ꝙ scilicet suorum γνώμη.
curam gerat, eisq; ꝓuideat ac prospiciat. Et ideo di-
cebat Christus, Pastor bonus, nõ dixit, honoratur & *Ioan.* 10.
colitur, sed animam suam ponit pro ouibus suis. Hoc
est principatus, hoc est pascẽdi scientia, sua negligere,
B & eorũ quos regit, curam gerere. Quod est enim me-
dicus, hoc est princeps, vel potius pl⁹ quàm medicus.
Medicus eñ arte salutẽ cõparat, princeps autẽ etiam
propriis periculis. Quod etiam fecit Christus, pugnis
cæsus, crucifixus, & alia innumerabilia perpessus.
Quocirca dicebat Paulus: Etenim Christus non sibi *Rom.* 15.
placuit, sed quemadmodũ scriptũ est, Opprobria ex-
probrantiũ tibi, ceciderunt super me. Duo ergo, imò
verò tria, atq; adeò innumerabilia hic ponit bñficia,
ꝙ eripuerit à barbaris, ꝙ liberauerit ab alienis, ꝙ exe-
merit à seruitute, ꝙ laboribus & afflictionibus finem
imposuerit, ꝙ innumerabilia fecerit miracula. Dein-
de ꝙ eos etiam esse voluerit eius sanctificationem, &
eius esse dicto obedientes. Nam hoc quoque non est
paruum genus beneficij, referre eos in numerum
eorũ qui sunt sub eius ditione. *Mare vidit, & fugit, &*
C *Iordanus conuersus est retrorsum.* Vide orationem exagge-
ratam, & amplificatũ beneficium. Quid enim, inquit,
dicendum est de barbaris & gentibus, quando cessit
etiam creatura, & locum dedit, & conuersa ad contra-
ria, respiciens ad Imperatorẽ, & cedens duci populi?
Hæc enim omnia tunc eueniebant populo Hebræo-
rum, vt scirent quæ fiebant, non fuisse humanæ con-
sequentiæ, sed omnia fuisse mirabilia effecta diuinæ
& ineffabilis potentiæ. Vide autem emphasin dictio-
nis, & quàm sit optimè posita. Non dixit enim cessit,
aut substitit: sed quid? Mare vidit, & fugit, recessus ce-
leritatem fuga volens ostendere, magnitudinẽ admi- *Miracula*
rationis, & facilitatẽ dei operationis. Et ne quis exi- *non temere facta.*
stimet hoc certo tẽporis ambitu aut fortuitu accidis-
se, ab illo tẽpore nõ amplius factũ est, sed semel quã- *Exod.* 14.
do deus iussit, idq; variè in diuersis personis. Insolens
D enim vndarũ impetus, veluti animatus, & ratione prę-
ditus, Deo iubẽte hos quidẽ seruauit, illos verò per-
didit: & aliis quidẽ sepulchrum, aliis verò fuit vehi-
culum. Hoc ipsum etiam videris in fornace Babylo- *Dan.* 3.
nica. Ignis eñ qui temere & casu ferebatur, modera-
tionem & certum ordinẽ ostendit quando deus præ-
cepit, eos quidem qui erat intus, conseruans: eos verò
qui foris sedebant, inuadens & consumens. Iordanis
conuersus est retrorsum. Vidisti & in diuersis tempo-
ribus & in diuersis locis fieri miracula. Vt eñ scirent
dei potentiã vbiq; esse extensam, & loco non cõclu-
di: & in barbara regione, & in solitudine, & vbique
adfuit faciens miracula, & nunc quidem in mari, *Act.* 1.
nunc autẽ in fluuiis, & tunc quidem cum regeret Mo-
ses: postea autẽ cum dux esset Iesus: & per miracula
vbique transmittebantur: vt nullo sensu præditam
mentem, durámque eorum intelligentiam miraculis
emollitam,

emollitã, aptiorẽ redderet & magis ductilem ad susci-
piendam dei cognitionẽ. *Montes exultauerunt vt arietes
& colles sicut agni ouiũ.* Hic nobis oritur nõ patua quę-
stio. Nõnulli enim dubirãtes dicunt: Priora quidẽ fa-
cta esse scimus: historia enim tradidit & diuisum fuisse
Exod. 14. *Ios.* 3. in exitu mare rubrũ, & Iordanẽ fuisse retro cõuersum
quãdo arca transiit: exultasse autem montes & colles,
hoc nusquã scriptũ esse videmus. Quid hoc ergo sibi
vult? Volens propheta lætitiã & miraculorum magni-
tudinem hyperbolicè ostẽdere, vel ipsa inanimata in-
ducit choros propemodum ducẽtia & exilientia, quæ
quidẽ solent fieri ab iis qui lætitia afficiuntur. Eò ergo
spectat adiectio illius similitudinis, Tanquã arietes, &
Esa. 24. tanquam agni ouiũ. Illa enim animalia quando lætan-
tur, solent saltibus ostendere lætitiã. Quemadmodum
ergo alius dicit in calamitatibus vineã & vinũ luxisse,
non ꝙ vitis lugeat (quomodo enim lugeat vitis) sed
volẽs insignem mœrorẽ oculis veluti subiicere, etiam
ipsa inanimata eum sensisse dicit hyperbolicè: ita hic
etiam inducit creaturã esse lætitiæ participẽ, vt osten-
deret gaudij magnitudinem. Ita etiam solemus dicere
quæ hic sunt lęta euasisse, quando virum honoratũ vi-
derimus accessisse: Implesti domum lætitia. nõ de pa-
rietibus loquentes, sed insigne gaudium ostendentes.
*Quid est tibi mare quòd fugisti, & Iordanis quòd cõuersus es re-
trorsum? Mõtes exultastis vt arietes, & colles sicut agni ouium?*
Interrogatio per prosopopœiã. Per interrogationẽ profert orationẽ, & cum elemẽtis
loquitur, eodem sensu quo ea dixit exilire. Quẽadmo-
dũ enim ea dicebat exhilarata, nõ eis sensum tribuẽs,
sed (vt iam dixi) insignem lętitiã ostendens, & rerũ ge-
starum magnitudinem: ita etiã eis affert interrogatio-
nem, non vt quæ respõdere possint, & sensum habeãt,
sed vt quod dicitur, efficiat apertius, & ostendat rem C
esse admirabilẽ, & superare hominum opinionẽ. Tan-
quam autẽ res noua facta esset, & nõ ex cõsueta natu-
ræ consequẽtia euenisset, subiungit interrogationẽ, &
adiicit responsionẽ. Quámnam? *A facie domini mota est
terra, à facie dei Iacob.* Hic rursus dicit motũ, perculsio-
Deus Iacob dominus ex serui nomine appellat⁹. nem, admirationẽ, vt ostẽderet rerũ gestarum magni-
tudinem. Deinde ostẽdens quãta res sit vnius viri vir-
tus, ex serui nomine appellauit dominũ. Quod quidẽ
Paulus quoq; dicit fuisse pro maximo honore cõces-
sum illis sanctis quoniã liberi erant ab omnibus quæ
ad hanc vitã pertinebant. Non solũ enim ponit illum
honorẽ, sed etiã adiicit causam honoris, vt auditorem
doceret viam per quã posset primũ hunc locum obti-
Hebr. 11. nere. Quémnam? Vt ex seruorum nomine deus voce-
Exod. 3. tur. Quocirca dicebat, Propter quam causam non eru-
Matt. 22. bescit deus, deus eorum vocari: quomodo appellaba- D
tur deus ipsorum, dicens: Ego sum deus Abrahæ, deus
Isaac, & deus Iacob. Deinde ponens etiã superius con
sam talis vocationis, dixit: Et hi omnes mortui sunt nõ
acceptis promissionibus, sed his procul visis, cũ & sa-
lutassent, & cõfessi essent ꝙ peregrini sunt & hospites.
Hæc est causa, & ideo subiunxit: Propter hanc causam
non erubescit deus vocari deus eorũ, Propter quám-
nam? Quoniã confessi sunt esse se hospites & peregri-
nos, & nihil habere cõmune cum præsentibus, sed se-
iuncti ab iis quæ ad hanc vitam pertinẽt, ita degebant
Exod. 17. in aliena terra. *Qui conuertit petram in stagnum aquarũ, &
Deut.* 8. *rupem in fontes aquarum.* Quámnam quęso veniam con-
ἀκρότομος. sequentur, qui sunt duri, & non facilè cedunt, cum &
petra, & rupes quæ est dura & resistens, cedit iussui do
mini: homo autem qui est ratione ornatus, & omnibus
mansuetior, illis euadit durior? Rupem enim hic dicit,

A quæ facilè ferro nõ cedit, sed vix in verticẽ cõfringi-
tur. Illa tamen in contrariam naturam redacta est, &
fontes aquarũ emisit. Naturæ eñ opifex potest ipsos
quoq; transferre terminos, & quæ sunt cõtraria ostẽ-
dere: quod sępenumero fecit in multis locis ostendẽs
se eum esse qui ex iis quæ non sunt, fecit omnia. Post-
quã ergo dixit antiqua beneficia, miracula, prodigia,
quomodo liberauit à barbarica seruitute, quomodo
reduxit in libertatem, quomodo mutauit elementa, &
omnia repleuit lætitia, & rogat etiã vt pro pręsentibus
ad eum portum confugiamus. Deinde quoniam illud
quoq; factum est nõ propter merita eorũ qui afficiun-
tur beneficio, sed propter dei benignitatem & clemẽ-
tiam, & nomẽ eius: quod quidẽ dixit vt non propha-
netur nomẽ meum, sed sciant omnes per ea quæ facta
sunt, eius virtutẽ & potentiam, & hoc sit occasio & ar-
B gumentũ doctrinę: hanc etiam nunc affert rationem,
dicens: Etiamsi nos vita deficiat, nec habeamus ex no
stris rectè factis fiduciã, fac propter nomẽ tuum, sicut
dicebat Moses. Cui hic quoq; dicens cõsentanea, ait,
Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non
propter nos, inquit, neq; vt nos reddas clariores & ma
gis insignes, sed vt ipse vbiq; tuã reddas manifestam
potentiam. Etenim quemadmodũ eius nomen gloria
& honore afficitur, dum ipse fert auxilium: ita rursus
gloria quoq; afficitur, dum nos rectè & ex virtute viui-
mus, & præclaris institutis clari sumus. Luceat eñ, in- *Matth.* 5.
quit, lux vestra coram hominibus, vt videãt opera ve-
stra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœ-
lis. Quemadmodum ergo gloria & honore in nostris
bonis operibus afficitur, ita contumeliis & maledictis
incessitur, dum vitam in vitio transigimus. Hoc ipsum
C per prophetam quoque significans dicebat: Nomen *Esa.* 52.
meum propter vos blasphematur inter gentes. Cũ er-
go nulla alia ratione possit eorum causam defendere,
eò cõfugit, sicut etiam Moses. Sed nõ idem semper fa-
cit deus hominum salutis curam gerens. Si enim hoc
semper faceret, multi socordes fierent & deteriores,
ꝙ nihil mali paterentur, maximũ pignus habentes,
nempe qui propter eius gloriam perpetuò seruarẽtur.
Sed res non ita habet. Neque enim deo sua gloria tan- *Salus ho-*
tæ est curæ, quantæ salus hominum. Si enim homines *minũ deo*
eam contẽnunt, multo magis deus, qui nullo nostrorũ *magis est*
indiget: sed, sicut dixi, quoniã propheta partes defen- *curæ quã*
soris suscipit, eos ab iis ex quibus licet, defendit, & cõ- *sua gloria.*
duplicatione vtitur, dicẽs: Non nobis domine, nõ no-
bis, ostendens magnam indignitatem eorum qui ser-
uantur. *Sed nomini tuo da gloriam.* Nos enim sumus di- *Super mi-*
D gni malis innumerabilibus: sed ne prophanetur nomẽ *sericordia*
tuum. *Super misericordia & veritate tua.* Alius, Propter ἐπὶ ἐλέει,
misericordiam tuam. Vides eum hoc quoq; planè sci- *ob miseri-*
uisse ꝙ deus id despiciens, vnum solum sibi proponit, *cordiam.*
nempe vt corrigantur homines. Et ideo subiunxit, Ob
misericordiam & veritatem tuam. Hoc est, Propter
misericordiam tuam fer nobis auxilium, etsi non sit ti-
bi curæ gloria hominum, sed propter misericordiã &
veritatem tuam. Potes enim, potes etiam puniens glo-
riam accipere, & non solùm miserens. Sed non sic, in-
quit, sed propter tuam misericordiã. Oportebat enim
à nobis nomini tuo dari gloriam per bonam vitæ in-
stitutionem, sed quoniam hac in re officio nostro fun-
cti non sumus, fac id per tuam defensionem, clemen-
tiam & misericordiã. *Nequando dicant gentes, Vbi est deus
eorum?* Audio multos nunc quoq; precando hęc dicẽ-
tes, sed timeo ne nequicquam dicant, Vbi est deus eo-

Universidad de Deusto Biblioteca

rum quando multi rapiunt, & iniuriam faciunt,& ad-
mittunt ſcelera innumerabilia. *Deus autem noſter in cœlo,*
quæcunque voluit fecit. Multorum hic errorem corrigit.
Quoniam enim multi deũ eſſe ignorant,talem eorum
ſententiam corrigens dicit:Deus autem noſter in cœ-
lo,quęcunq; voluit fecit.Si autẽ in cœlo,multò magis
in terra. Quid eſt,in cœlo quæcunq; voluit fecit? Vel
ſuperiores inquit poteſtates, vel infinitos illos popu-
los,vel præcepta quæ cũ facilitate peraguntur.Si autẽ
in terra magna eſt confuſio ordiníſq; perturbatio, ne
mireris. A vitio enim hominum,& eorum qui id per-
ſequuntur, improbitate, nõ autem à dei imbecillitate
oritur.Quòd enim ſit fortis & potẽs,quę in cœlo fiũt,
id ſignificant.Si autem non ita fiat in terra:qui ſeipſos
reddũt indignos,in cauſa ſunt. Porrò autẽ aliter quo-
Patientia dei. que ſumi poteſt quod dicitur, nẽpe ꝙ propter dei pa-
tientiam multa ſunt quæ nondũ accipiunt iuſtam re-
munerationẽ. Quò fit, vt iuſti vincantur ab improbis
dũ non vult benignus & clemens deus de vniuſcuiuſ-
que peccatis pœnas eueſtigio ſumere. Nam ſi hoc fa-
Rom.2. ceret,ſublatum eſſet iampridem noſtrum genus. Hoc
ergo hic dicit.Potens quidẽ eſt,& validus,&qui poſſit
pœnas ſumere,ídq; manifeſtum eſt ex iis quæ in cœlis
fiunt,ſed hoc nõ facit,vtens vbiq; lenitate & patiẽtia,
& attrahens ad pœnitentiã eos qui vitam tranſigũt in
ſcelere. *Simulachra gentium argentum & aurum,opera ma-*
nuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent,
& non videbunt. Aures habent, & non audient: nares habẽt,
& non odorabunt. Manus habent & non palpabunt:pedes ha-
bent, & non ambulabunt:non clamabunt in gutture ſuo. Simi-
les eis fiant qui faciunt ea. In pſalmo centeſimoquinto,
eorum inſaniã narrans,dixit:Filios & filias ſuas ſacrifi-
carunt dæmoniis.In præſentia autem ſtupiditatem, &
ipſius ſenſus priuationem, ꝙ inanimis materiis affixi
ſunt.Omnia autẽ eorum mẽbra perſequitur, ea fuſius
ludificans.Deinde ſubiungens quoq; dicit: *Similes eis*
fiant qui faciunt ea, & qui confidunt in eis. Atqui virtus eſt,
Deo eſſe ſimilem,hic autẽ eſt imprecatio. Cogita au-
tem quales ſint,cùm vt quis eis euadat ſimilis,ſit ſum-
ma imprecatio.Atque orationem quidem ſic pulchrè
figurauit,eos extremæ amentiæ inſimulãs,& eſſe ridi-
culos oſtendens.Quomodo autem non eſt,dic quęſo,
ridiculum,vinctũ teneri à ſtatua quæ habet in ſe figu-
ram ſummæ turpitudinis? Quis autẽ velit nudã vide-
Idolorum re mulierem? Dæmon autem nudæ quoq; figuræ aſſi-
pernicies. det.Et nunc quidem ſtatuæ ſunt imagines fornicatio-
Pſal.95. nis,verò nũc inſani in maſculos amoris.Quid enim ſi-
Zach.10. bi vult aquila?Quid verò Ganymedes? Quid Apollo,
qui virginẽ perſequitur? Quid aliæ excrandæ figuræ?
Vbiq; libido,vbiq; laſciuia nefariorum cõcubituum,
& inſanorum amorũ ſunt vbiq; figuræ. Statuæ enim,
& feſta,& publici cõuẽtus & initia ac myſteria,vt tur-
piſſimas res probant & cõuincunt, ita ſunt earundem
monimẽta & documẽta.Nec ſolũ docẽtur res turpes,
ſed etiam hominũ cædes ex eis ediſcuntur. Vnde etiã
auerſantur dęmones.Nihil eſt enim aliud apud illos,q̃
libido,& impudicitia,& intemperãtes ebrietates,cru-
delitas,& inhumanitas,& cędes.Atq; hinc videri poſ-
ſunt conflata eſſe feſta.Cũ itaq; ſimulachra nullo ſen-
ſu prædita,& eorũ qui illi cõfidunt amentiã eſſet ludi-
ficatus, ad dei laudem conuertit orationem, dicens,
Domus Iſrael ſperauit in domino,adiutor & defenſor eorũ eſt.
Domus Aaron ſperauit in domino,adiutor eorum & protector
eorum eſt. Qui timent dominum, ſperauerũt in domino:adiutor
eorum & protector eorum eſt. Per hæc enim & dei potẽtiã

A prędicat,& eius incomparabilẽ & ſuper omnes excel-
lentiam.Quæ enim Iudaico populo facta ſunt, in me-
dium adducens,oſtẽdit eius duplex,imò verò triplex
beneficium. Primùm quidem ꝙ eos liberauerit à dæ-
monibus. Deinde ꝙ ſeipſum manifeſtauerit. Tertiò
autem ꝙ eis ſuum præbuerit auxilium. Diuidit autem
orationem in Iſraëlem & genus ſacerdotale,& eos qui
ad eũ accedunt ex gentibus. Nõ eſt enim cõferendus *Sacerdos*
priuatus cum ſacerdote, ſed hic eum longe ſuperat:& *priuatum longe ſu-*
ideo meritò eã facit diuiſionẽ. Maior enim eſt eis ho- *perat.*
nor habitus. Deinde oſtẽdens prouidentiam non eſſe
rebus tantũ Iudaicis concluſam, Proſelytorum quoq;
meminit qui accedunt ex gentibus, auxiliũ & bene-
dictionem factã in omnes eſſe dicens. *Dominus memor*
fuit noſtri, & benedixit nobis. Benedixit domui Iſrael, benedixit
domui Aaron. Benedixit iis qui timent dominum, puſillis cum
maioribus. Quid eſt,Benedixit?Impleuit, inquit,bonis *Benedicere*
B innumerabilibus.Etenim homo quoq; deum benedi- *dei.*
cit,vt quando dicit,Benedic anima mea dominũ. Sed *Pſal.102.* *Benedicere*
qui deum benedicit,ipſe lucratur: ſeipſum enim red- *hominis.*
dit clariorẽ,illi autẽ nihil largitur. Deus autem bene-
dicens,nos reddit clariores: ipſe autem nihil accipit.
Deus enim nulla re indiget. Qua de re lucrũ vtrinque *Pſal.15.*
noſtrum eſt.Quomodo autẽ eos benedixit? Dedit eis *Act.17.*
panem è cœlo,aquã pluit è petra, introitum eorum & *Exod.16.*
exitũ cuſtodiit,armẽta & greges eorũ auxit, peculiarẽ *Exod.17.*
populum nominauit, & regale ſacerdotiũ,legẽ dedit, *Pſal.120.*
prophetas miſit.Hæc etiã alibi prædicans, dicit: Non *Deut.21.*
fecit taliter omni nationi,& iudicia ſua nõ manifeſta- *Exod.19.*
uit eis.Et alius,Quænã gens eſt adeò ſapiẽs,cui appro *Exod.20.*
pinquat dominus deus eius? Puſillis cum maioribus. *1.Reg.17.* *2.Par.27.*
Nullũ, inquit, fuit genus cui defuerit benedictio, ſed *Pſal.147.* *Deut.4.*
hæc omnia ad omnes extenſa ſunt. *Adiiciat dominus* *Hier.42.*
C *ſuper vos, ſuper vos & filios veſtros.* Vidiſti aliud genus
benedictionis,nẽpe vt creſcat genus.Et ideo alius cõ-
trariũ pro ſupplicio afferens,dicit:Et diminuti ſumus,
& ſumus pauci præter omnes qui habitant terrã. Hac
benedictione fruebantur etiã cũ eſſent in Aegypto,li- *Benedi-*
cet eſſent innumerabilia quę prohibebãt, opera, affli- *ctio He-*
ctio,& calamitas,eorũ qui vrgebãt,crudelitas. Sed ni- *bræorũ in Aegypto.*
hil eorũ verbũ dei interrupit, ſed eò proceſſit benedi- *Exod.12.*
ctio,vt in ducẽtis annis fierẽt ſexcenta milia.Sed tunc
quidẽ in his cõſiſtebat benedictio,nunc autẽ in nouo, *Benedi-*
in multò melioribus.Et ideo dicit Paulus:Benedictus *ctio vetus*
deus qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali *noua.* *Ephe.1.*
in cœleſtibus in Chriſto. Et rurſus, Ei autẽ qui poteſt *Ephe.3.*
omnia facere lõgè abundãtius q̃ petimus vel cogita-
mus,ei gloria in eccleſia.Et ideo Prophetæ quoq; an-
D tiquitus quęrẽtes beneficia, prębebãt hãc benedictio- *4.Reg.4.*
nẽ.Heliſęus enim eã quæ illũ ſuſcepit,datione filij re-
muneratus eſt.In nouo autẽ nõ hęc,ſed multo maiora.
Itaq; purpuraria nõ hęc petebat ab Apoſtolis,ſed q̃d? *Act.16.*
Si non iudicaſtis me indignã domino ingreſſi, inquit,
manete apud me.Vides quantũ interſit,& quęnã qui-
dẽ petebãt qui erãt in veteri,& quænã qui in nouo. Et
rurſus Chriſtus, Gaudete quia nomina veſtra ſcripta *Luc.10.*
ſunt in cœlis.Et Paulus, Deus autẽ impleat vos gratia *Rom.15.*
& ſpe in credẽdo,vt abundetis in ſpe, in virtute ſpiri-
tus ſancti. Vidiſti vim benedictionis, quæ bona largi-
tur ineffabilia,& nihil habet terrenum. Et rurſus Pau-
lus,Deus autem conteret Satanam ſub pedibus veſtris *Rom.16.*
celeriter.Sed in veteri, quando homines erãt craſſio- *Deut.28.*
res, ex ſenſilibus contexebatur benedictio,& multo- *Eſa.1.*
rũ liberorũ ſuſceptio exiſtimabatur eſſe res maxima.
Quoniã eñ mors ingreſſa erat ex peccato, Deus ge- *Rom.5.*
nus

nus conſolans,& oſtendens eam non modo non con-
ſumpturam,nec interitum allaturam, ſed longè etiam
Gene.2. plures quàm ante futuros,inquit,Creſcite,&multipli-
Virginitatis bonũ camini.Poſtquam autem cognitum fuit mortem eſſe
vt intro- ſomnum, introductũ eſt bonum virginitatis. Et ideo
ductum. dicebat Paulus:Volo autẽ omnes homines eſſe in con
1.Cor.7. tinentia,ſicut & meipſum.Et rurſus: Bonũ eſt homini
Matt.19. mulierem non tangere.Et rurſus.Sunt eunuchi qui ſe
caſtrarunt propter regnũ cœlorũ. Quanquam alioqui
etiã in principio obſcurè ſignificauit opus eſſe virtute,
Eccle.16. nõ filiorum multitudine.Audi autẽ quomodo. Dicit
enim quidã ſapiens: Ne deſidera multitudinem filio-
rum inutilium,niſi ſit timor dei cum ipſis: neq; attẽde
eorũ multitudinẽ.Melior eſt enim vnus quàm mille:
& mori ſine filiis,quàm habere filios impios:&melior
Iudæorũ eſt vnus faciẽs voluntatẽ domini, quàm innumerabi-
carnalitas les impij.Iudæi autẽ nullo planè ſenſu præditi,ad car-
nem ſemper aſpirantes,& virtutem negligentes,dice-
bant:Quid quærit deus niſi ſemen? Eis ergo oſtẽdens
ſe hoc nõ quærere, eos millies perdidit, cũ virtute ca-
rerent. *Benedicti vos à domino.* Rectè adiecit,domino.
Benedictio Sunt enim etiam qui benedicũtur apud homines, ſed
hominũ. ſunt res illorũ humanæ.Hęc eſt autem maxima bene-
dictio.Homines quidẽ benedicunt,hoc eſt,laudant&
celebrãt eos quorũ magnę ſunt opes,gloria, & poten-
tia. Sed hęc quidẽ benedictio eſt & fluxa & momẽta-
nea,quinetiã quando adeſt, nihil omnino affert lucri.
Benedictio Dei autem beneuolẽtia eſt perpetua,& in rebus maxi-
dei. *Pſal.32.* mis prębet vtilitatem. *Qui fecit cœlum & terram.* Vidiſti
quãta ſit vis benedictionis. Verba enim eius fiũt ope-
ra.Cœlum quidem certè verbũ eius effecit.Verbo,in-
quit,domini cœli firmati ſunt.Illo verbo te benedicit,
quod tãta poteſt. *Cœlum cœli domino,terrã autem dedit filiis*
C *hominum.* Quid dicis?Elegit ſibi habitaculũ in cœlo,&
ſuperioribus acceptis partibus, nobis quę hic ſunt pa-
rauit?Abſit.Nõ ita habet,ſed eſt oratio quæ ſe demit-
Hier.23. tit ad captũ auditorũ. Si enim ita haberet, quomodo
ſtaret aliud quod à deo dicitur: Nũquid cœlũ & terrã
impleo,dicit dominus? Illud enim eſt huic contrariũ,
ſi id acceperimus prout verborũ quæ ſe ad manũ of-
fert,ſonat prolatio,& nõ conſiderauerimus contẽpla-
tionẽ quę eſt in eis recõdita.Quid eſt ergo quod dicit:
cœlũ cœli domino,terrã autẽ dedit filiis hominũ? Vſus
Eſa.66. eſt oratione quæ ſe demittit ad captũ auditorum,non
deum cœlo includẽs.Neq; enim illud, Cœlum eſt ſe-
des eius, & terra ſcabellum pedũ eius: quemadmodũ
nec illud,Cœlũ & terram impleo, pro eius dignitate
dictum eſt,ſed idipſum quoq; eſt demiſſio ad captum
auditoris. Ipſe enim omnia continet,omnia fert, non D
egens loco,ſed ipſe omnia ſimul regens & moderans:
Cœlum ſed dicitur cœlũ eius domus, ꝙ ſit locus purus à vitio.
quare di- Quemadmodũ ergo hic nõ eſt cœlũ locus ab eo de-
citur domus dei. lectus:ita nec quãdo dicit, Statuit terminos gentium
Deut.32. ſecundum numerũ Angelorũ dei, vel ꝙ elegit domũ
Pſal.13. Iacob. Neq; enim hic hoc dicit, Iudæos quidem eſſe
eius,cęteros autẽ homines non itidẽ:ſed eſſe eius pro-
Deus com- uidẽtia & opificio nudatos & priuatos.Eſt enim com
munis v- munis vniuerſorũ deus. Hac autem oratione vſus eſt
niuerſorũ. *Roma.3.* oſtendens ſuũ in eos deſideriũ, quandoquidẽ videbã-
tur quomodocunq; aliis eſſe meliores.Quòd enim nõ
eos ſolos elegerit,ſed omniũ curam gerat,oſtendũt &
quæ ante Moſen facta ſunt: nõ minus autẽ oſtendũt &
quæ eius tempore fiebãt,& quæ poſt eum fiunt in ſin-
Rom.1. gulis.Solem enim,terrã,mare,alia omnia dedit omni-
bus cõmuniter,legem naturę omnibus inſeruit.Abra-

A ham,cum eſſet Perſa,& amauit,& à ſua regione tradu- *Gene.12.*
xit.Nam & Aegyptios, eos qui habitabãt in Chanaã,
per ipſum correxit. Et rurſus per eius filium & nepo-
tem multos ex vicinis meliores reddidit, quod quidẽ
ad eum attinuit.Vbi autem Moſes quoq; poſt hęc na-
tus eſt, per ea quæ Iudæis fiebant, deducebat Aegy-
ptios ad dei cognitionem,& eos qui erant in Palæſti-
na, & poſt hæc rurſus eos qui erant in Babylone. Ita
etiam quando dicit, Cœlum cœli domino, hoc dicit,
ꝙ propterea in illis requieſcit,quia ſunt ab omni vitio
liberi.Quinetiam tu quoq;,ſi non terræ affixus fueris, *Homo vt*
ſed angelus efficiaris,celeriter in cœlum & domum pa *fiat ange-*
ternam conſcendes: atq; adeò vel ante reſurrectionẽ *lus.*
ex hoc iam loco migraſti,éſque iam authoritate & di-
gnitate præditus. Quemadmodũ enim multi eorum *Collatio.*
qui ſunt in numerum magni ſenatus relati,& ſi ruri ha-
B bitent,habent tamen dignitatem:ita ſi tu quoque vo-
lueris eſſe ciuis cœleſtis,etiamſi hic habites, illa digni-
tate fruêre. *Non mortui laudabunt te domine, neque omnes*
qui deſcendunt in infernum:Sed nos qui viuimus, benedicimus
domino ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Mortuos dicit nõ
eos qui vita functi ſunt,ſed eos qui mortui ſunt in im-
pietatibus,vel eos qui in peccatis ſuis marcuerũt. Erat
enim mortuus Abraham,Iſaac, & Iacob:ita tamen vi-
uebant,vt illorum memoriam qui viui erant, perage-
rent.Moſes itaq; orans pro populo quem regebat,per *Exod.32.*
eos deum placat, cũ eos adhibuiſſet in precibus.Tres
quoque pueri rogant vt propter eos ſeruentur,& ideo
dicunt:Ne auferas miſericordiam tuam à nobis, pro- *Dan.3.*
pter Abraham dilectum tuum, & propter Iſaac ſeruũ
tuum,& Iſraël ſanctum tuum. Si autem tanta erat eo-
rum potentia,quomodo erant mortui?Et rurſus Chri- *Matt.8.*
C ſtus:Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos.Et ideo Pau-
lus eos qui ſunt mortui, non vocat mortuos, ſed eos
qui dormierunt, ſcribens, Nolo autem vos ignorare *1.Theſ.4.*
fratres de iis qui dormierunt. Iuſtus enim etſi obierit, *Mors iuſti*
nõ mortuus eſt,ſed dormit.Dormit enim, qui ad me- *ſomnus.*
liorem vitam eſt tranſmittendus.Qui autẽ ad immor-
talem mortẽ eſt abducendus,etiam viuus vitam finit,
& eſt mortuus.Illi deſcendunt ad inferos:hi in cœlum
aſcendẽt,& erunt cum Chriſto.Et ideo Propheta non
dixit abſolutè,Qui viuunt: ſed, Nos qui viuimus,hoc
de ſe dicens.Et quare non dixit,Qui viuunt,ſed adie-
cit,Nos qui viuimus?Quoniam Paulus quoque ſic di-
xit:Nos qui viuimus,qui reliqui ſumus,non pręuenie- *1.Theſ.4.*
mus eos in aduentum domini. Quemadmodum illic
illud,Nos,quod adiectũ eſt,non ſinit id quod dictum
eſt dici de omnibus,ſed de fidelibus,& iis qui ſunt vitę
D inſtitutis ſimiles,ita etiã hic illud,Nos qui viuimus,di-
cit eos qui cõueniẽter Dauid in virtute vitam agunt.
Ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. Vides etiam hoc quod
ſubiungit, id ſignificare. Quidnam?Quòd id dicit de
iis qui vitam in virtute tranſigunt.Nemo enim in hac
vita viuit æuum, ſed ij ſoli qui perpetuò vitam agunt
cum gloria.Nam peccatores quoq; viuunt,ſed in pœ- *Eſa.66.*
na & ſupplicio & ſtridore dentium: hi autem in clari- *Matt.25.*
tate & ſplẽdore maximo,vtpote quorũ ſit munus vnà
cũ incorporeis poteſtatibus offerre deo hymnos my-
ſticos.Vt ergo nos quoq; fruamur hoc gaudio,hãc vi-
tã perſequamur,vt ad illã quoq; veniamus hæredita-
tem,quã nec ſermo explicare, neq; mẽs cogitare, nec
aliquid aliud poteſt indicare, ſed ipſa ſola experientia
oſtendit eius beatitudinẽ. Quã detur nobis omnibus
aſſequi benignitate & clementia domini noſtri Ieſu
Chriſti,cui gloria & potẽtia in ſecula ſeculorũ, Amẽ.

Universidad de Deusto Biblioteca

IN PSALMVM CXIIII.

Dilexi, quoniã exaudiet dominus võcẽ orationis meæ. Et quiſnam eſt,inquit, qui dum exauditur,nõ diligit? Multi homines qui huius vitæ curis ſunt dedicati. Nolunt enim audire ea quæ illis conferunt,ſed rogant quidẽ vt ea eueniãt quę ſunt ſibi conducibilia: deinde vbi euenerint, anguntur, & triſtitia afficiuntur. *Cõducibilia nobis quæ ſint.* Ea enim ſunt cõducibilia,quę deus ſcit cõducere,ſiue dixeris paupertatem,ſiue famẽ, ſiue morbum, ſiue quodcunq; aliud eiuſmodi. Quæ autẽ deus vt cõducibilia probauerit,& dederit,ea ſunt vtilia.Audi enim quid dicat Paulo, *2.Cor.12.* Sufficit tibi gratia mea. Virtus enim mea in infirmitate perficitur.Hęc enim ei cõferebant, perſecutiones, afflictiones,& anguſtiæ. Qui etiam cum audiuiſſet ea cõferre,dicebat,Quapropter placeo mihi in infirmitatibus, in cõtumeliis, in perſecutionibus. *εὐδοκῶ. Ibidem.* Non eſt ergo quorũlibet gaudere,quãdo deus eos exaudierit præbens quæ ſunt conducibilia. Multi quidem certè volunt ea quæ ſunt inutilia, & eis delectantur:propheta autem nõ ſic,ſed quid? Dilexit, quoniã exaudiit eum deus, dans quæ ſunt vtilia. *Qui ὅτι, Quoniam.* *Qui inclinauit aurẽ ſuã mihi.* Humanis rurſus verbis dei nutũ oſtẽdit. Porrò autẽ aliud quoq; per hoc quoq; verbũ obſcurè ſignificat.Dicit enim,Nõ ſum dignus qui exaudiar,ipſe tamen deſcendit ad me. *Et in diebus meis inuocabo.* Quid eſt,In diebus meis? Nõ quoniam,inquit, exauditus ſum, reſiliam, & euadam negligentior: ſed omnibus diebus vitę meę hoc munus obibo. *Circũdederũt me dolores mortis,& pericula inferni inuenerũt me. Tribulationem & dolorẽ inueni,& nomen domini inuocaui.* Vidiſti arma valida, vidiſti cõſolationẽ quæ ſoluit quæcunq; ſunt grauia. Vidiſti animum inflammatum deſiderio domini. *Inuocatio dei à malis liberat.* Quod autem dicit,eſt eiuſmodi, Sufficit mihi ad hoc vt liberer à malis quę me circũſtant, Deum inuocare.Quídnam eſt ergo in cauſa,ꝙ cum deum ſæpe inuocemus, minimè tamen à malis liberamur? Quoniam nõ inuocamus vt oportet inuocare. Nã vt ſcias ꝙ paratus ſit ſemper præbere, audi quid dicat in Euangeliis: *Matth.7.* Quis eſt ex vobis, à quo ſi petierit filius eius panem,num lapidem dabit ei?vel ſi petierit piſcem,num ſerpẽtem dabit ei?Si autẽ vos,cum ſitis mali,ſcitis bona dona dare filiis veſtris:quãtò magis pater veſter qui eſt in cœlis,dabit bona ab ipſo petẽtibus? Vides quãta ſit eius bonitas, cũ noſtra cùm illa collata videatur improbitas. Quoniam ergo talis eſt noſter dominus, ad eum ſemper cõfugiamus, & dũmodo eum adiutorem inuocemus,eum paratum inueniemus ad conſeruandum. *Cõfirmat ſimili.* Si enim qui naufragium fecerũt, & in tabula vehuntur,eos qui procul ſunt vocantes,perſuadent vt humanitate vtãtur: & ſi nihil inter eos cõmune intercedat,ſed ſolum caſus eorũ miſereãtur: quanto magis qui eſt benignus & clemẽs,& naturali bonitate vtitur, eos eripiet qui grauibus opprimuntur calamitatibus,ſi modò ad eum confugere voluerint,& eũ verè ac ſyncerè inuocare humana ſpe relicta? *παραίνεσις. Hebr.6. Eſa.38. Act.9.* Quãdo ergo in inopinatũ aliquod malũ incideris, ne animum abiicias, ſed tuum ſtatim ſpiritum erigas,& confugias ad portũ qui nullis agitatur fluctibus, & ad turrim nũquam expugnabilem,nempe dei auxilium.Ideo enim permiſit vt caderes,vt tu eũ inuocares. Sed nonnulli tunc maximè deiiciuntur,cum cõtrà ſit faciendum. Quoniam enim nos valde amat,ideo permittit vt affligamur, vt ei perfectius coniungamur.Nam matres quoq; ſolent inſolẽtes pueros diuerſis * perſonis perterrẽtes, cogere eos vt ad ſuum gremium confugiant, non eos qui-

** alias laruis.*

A dem volentes moleſtia afficere,ſed hoc excogitãtes vt ipſi eis aſſideant.Ita etiam deus volens nos ſibi cõiungere,cũ ſit amator vehemens,vel potius amatore quouis vehemẽtior,permittit vt ad talem redigaris neceſſitatem,vt perpetuo vaces orationi, & eum aſſiduè inuoces,& aliis relictis ſis de eo ſolicitus. *O domine libera animã meam.* *pro ὦ ὁ, Hebr. אנא obſecro.* Alius,Rogo domine eripe animã meam. Alius,ô domine ſalua animam meam.Vidiſti ſapientẽ animam, quomodo relictis omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, vnum tantũ petit, vt anima maneat illæſa,& nihil patiatur eorum quæ illam lædãt. *Anima cum primis ſeruetur illæſa.* Si enim bene habeat,reliqua omnia cõſequẽtur, quemadmodum ſi nõ habeat, nihil nos iuuat reliqua proſperitas: & ideo nihil non dicere & facere oportet, vt eam conſeruemus.Hoc enim innuit cũ dicit: Eſtote prudẽtes, ſicut ſerpentes. *Matt.10. Prudentia ſerpentis.* Quẽadmodũ enim ille reliquum corpus ꝓiicit,vt caput cõſeruet: ita oportet te quoq; alia omnia dare ꝓ ſalute animę. B Neq; enim paupertas,nec morbus,nec quod videtur eſſe caput omnium malorum,mors,poterit eum qui ceciderit offendere, ſi illa conſeruetur, quẽadmodum nec ex vita aliquid commodi percipies,ſi ea perierit,corruptáve fuerit:&ideo cæteris relictis de ea verba facit, rogatq; vt non nimis acris ab ea exigatur ratio,& ab intolerabilib⁹ liberetur ſuppliciis. *Miſericors dominus & iuſtus,& deus noſter miſeretur.* Vides quomodo docet auditorem, vt neq; deſperet,neq; ſit ignauior & negligẽtior. *ἀναπίπτειν. Medio tutiſſimi ibis.* Hoc enim ꝓpè dicit,nec deſperes,eſt enim deus miſericors:nec ſis nimiũ ſecurus, eſt enim iuſtus, ſalutẽ vtrinq; nobis procurãs.Huius enim exſcindit ſocordiã:illius autem tollit deſperationem. Deinde oſtendens deum eſſe propenſum ad clementiã, ſubiungit rurſus dicẽs, Et deus C noſter miſeretur.Rectè autẽ dixit.Deus noſter,vt eum diſtinguat ab iis quorũ paulo ante meminit. *Dæmonũ partes.* Sũt enim illorum partes occidere,de medio tollere,&bella implacabilia gerere.Huius autem,vti clementia, condonare,& aſſiduè à periculis eripere. Quæ quidem cum aliis maximè oſtendũt illos eſſe dęmones & exitioſos: hũc autem curã gerere & prouidere, & verè eſſe deũ. *Cuſtodiens paruulos dominus. Humiliatus ſum,& liberauit me.*

Hic mouet maximum genus eius prouidẽtiæ.Quoniam enim dixit,Miſericors & iuſtus,& miſeretur,eius maximę &ineffabilis clemẽtię munus deinceps oſtẽdit. Quódnam? Id videlicet quo vtitur in infantes ac pueros. *Rationis munus.* nos enim habem⁹ rationẽ,quę nos docet hæc quidẽ vitare, illa verò eligere, & mala quæ nos inuadũt,propulſare,& quæ adſunt excutere: & viribus valemus,& artes ſcim⁹.Infantes autẽ ac pueri,quib⁹ hæc D omnia deficiũt, ſunt perinde ac ſi nõ haberẽt qui eos regeret.Sed omnia peruadit dei prouidentia, qua niſi aſſiduè fruerẽtur,omnes periſſent. *Infantum ac puerorũ cuſtos deus.* Nam & ſerpẽs peremiſſet infantẽ inuolutum faſciis, & auis quæ degit in ædibus,& multa alia quæ repunt ac ſerpunt in domibus.Neq; enim nutrix, nec mater, nec vllus alius ſufficit ad eorum perfectam gerendam prouidentiam,niſi ſuperno iuuentur auxilio. Nõnulli autem dicunt hoc dictum eſſe de fœtibus nondũ in lucem editis.Humiliatus ſum,& liberauit me.Non dixit, Non permiſit vt inciderem in pericula: ſed poſtquam incidi, ſeruauit. Quoniã enim dixit generalem eius prouidentiam, ad ſuã quoq; perſonã extendit orationem, ſicut ex generalibus & ex ſingularibus ſolet ea cõfirmare. *Securitas vitæ quærenda non eſt.* Ne ergo quæras vitam omni ex parte ſecuram,non eſt enim id tibi cõducibile.Si enim non erat cõducibile prophetis,multo magis nec ibi. Quòd autẽ non ſit cõducibi-

le,audi

le, audi quid dicat: *Pſal.118.* Bonum mihi ꝙ humiliaſti me,vt diſcã iuſtificatiões tuas. Duplex hic eſt gratiarũ actio, ꝙ & in pericula incidere permiſerit,& ꝙ cum cecidiſſet,minimè dereliquerit.Eſt autẽ vtrunq; aliquo modo genus beneficij, nec eſt prius minus ſecundo, imò verò ſi mirabile aliquid dicendũ eſt, etiã maius. Hoc enim liberauit à periculis, illud verò animã fecit magis ſapientẽ. *Conuertere anima mea in requiem tuã,quia dominus benefecit tibi.Quia liberauit animã meã de morte,oculos meos à lachrymis,pedes meos à lapſu. Placebo domino in regione viuorum.* Hiſtoriæ quidẽ ratio dicit præclaram quandam liberationem,requiẽ & libertatem. *ἀναγωγικῶς.* Si quis autem eã acceperit anagogicè,poterit ex hoc loco exceſſum vocare liberationẽ,eámq; appellare requiẽ. *Mors, liberatio & requies.* Eſt enim ab omnibus malis liberatio, nec eſt amplius incertitudini obnoxius,vt qui ſit ſecuritatẽ cõſecutus, qui cum bona ſpe hinc exceſſit. Et ſi enim mors inuecta eſt ex B peccato,ea tamen deus vſus eſt ad noſtrũ beneficium. *Vita cur laborioſa.* Et ideo nõ fuit ea ſola cõtentus, ſed etiam vitã reddidit laborioſam, vt ſcias ꝙ nec prius quidẽ permiſiſſet, niſi eius ſapiẽtia id valde vtile factum eſſet.Et ideo cũ dixiſſet, *Gene.3.* Quo die comederis, morieris:non fuit pœna contentus(pœna enim erat,Terra es,& in cinerem reuerteris.) *Ibidem.* Nunc autẽ aliud quoq; adiicit, dicens:In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Spinas & tribulos germinabit tibi:in laborib⁹ comedes ex ea. Et mulieri dixit, Multiplicãs multiplicabo ærũnas tuas, & gemitum tuũ.In dolore paries filios. Neq; enim illud ſatis erat ad eos caſtigãdos. *Iudic.13. Pſal.106.* Multos itaq; videmus ea ratione euadere meliores. Mors enim vbi aduenerit, alienat à ſenſu:hæc autẽ viuos meliores efficiunt. Quòd ſi videtur res eſſe terribilis,id fit ex imbecillitate eorum qui ſic affecti ſunt. Quòd eñ hic metus ſit imbecilli- C tatis,audi Paulũ eã optantẽ,& de ea lætantẽ, vt quando dicit: *Philip.1.* Reſolui & eſſe cũ Chriſto eſt multo melius. *Philip.2.* Et rurſus,Lętor & collætor cum vobis omnibus,itidẽ vos quoq; lętemini,& collętemini mecũ.De cõtrariis autẽ dolentẽ. *Rom.8.* Non ſolum enim, inquit, ſed ipſi etiã in nobis ipſis ingemiſcimus,filiorũ adoptionẽ expectantes,liberationẽ corporis noſtri. *2.Cor.5.* Et rurſus,Qui ſumus in hoc tabernaculo,ingemiſcimus grauati. Vidiſti quantum ſit bonũ philoſophia. Quæ aliis videntur eſſe digna lachrymis,ea huic videntur eſſe optãda:&ea propter quæ alij ſe iure putant lætari & voluptate affici,is propter ea exiſtimat eſſe meritò ingemiſcẽdũ. *Ingemiſcere cur debeamus.* An nõ eſt meritò ingemiſcẽdum, ꝙ ſimus in regione aliena, & in coloniam procul à patria poſitam amandati? An non eſt maximè lætandum,ꝙ in tranquillum portum cum maxima celeritate curſum teneamus, & ſupernã D ciuitatẽ recipiamus,à qua procul aufugit dolor,moleſtia,& gemitus?Et quid mea,inquit,refert qui ſum peccator? *Dolor non à morte, ſed à mala conſcientia.* Vides nõ eſſe mortem quæ dolorem afferat,ſed malã conſcientiã. Define ergo peccare, & erit tibi expetẽda mors.Oculos meos à lachrymis.Meritò ita dixit:Non eſt enim illic dolor,triſtitia,nec luctus.Et pedes meos à lapſu. Hoc eſt maius priore. Quomodo? quod non ſumus ſolũ liberati à dolore, ſed ab inſidiis, *Eſa.32. Ezec.34.* circunuentione atq; proſtratione. Stat enim ſuper petram,qui cum rectè factis receſſit,portũ apprehendit, impedimẽta omnia in poſterũ ſublata ſunt.nuſquam turba,nec tumultus.In tranquillo ſtatu manet hic perpetuò,poſtquã hinc exceſſerit.Placebo corã domino in regione viuorum.Alius,ante dominũ.Alius,ambulabo. *1.Theſ.4.* Hoc etiã Paulus oſtẽdit,dicẽs: Et nos rapiemur in nubibus in occurſum domini in aërem, & ita ſem-

A per cum domino erimus.Rectè autè dixit, In regione viuentiũ.Illa enim eſt vera vita,à morte libera,quę habet bona pura & immiſta. Quãdo eñ,inquit, deleuerit omnẽ principatũ, & omnem poteſtatẽ ac virtutẽ, vltimus inimicus delebitur mors. *1.Cor.15.* His autẽ deletis,nihil remanet triſte ac iniucũdum, nõ cura, nõ ſolicitudo,nõ labor. *Apo.21.* Erũt itaq; omnia lętitia, omnia pax,omnia charitas,omnia trãquillitas,omnia delectatio,omnia vera & ſyncera, ſolida & ſtabilia. *1.Cor.2.* Nullus eſt enim illic eiuſmodi lapſus,nõ ira,nõ triſtitia, nõ amor pecuniæ,nõ corporum deſiderium, nõ paupertas, nõ diuitię, nõ infamia,nõ aliquid aliud eiuſmodi. Hanc itaq; nos vitam deſideremus, & omnes actiones noſtras eò dirigamus. Propterea enim iubemur etiam dicere in precatione, Adueniat regnũ tuũ, vt ad illũ diem ſemper reſpiciamus. *Matth.6.* Qui eñ illo amore tenetur, & illorũ bonorũ ſpe alitur, nullis malis præſentibus obruitur, B nullis quæ hîc ſunt ęrũnis retardatur;ſed quẽadmodũ qui ad regiã vrbẽ contendũt, nullo quod in itinere ſe offerat,retinentur,non pratis, non hortis, nõ foſſis ac voraginibus,nõ deſertis ac ſolitudinibus,ſed vtrorũq; nullam rationem ducẽtes, ad vnum ſolum reſpiciunt, nempe ad patriam quæ eſt eos ſuſceptura: *A ſimili cõfirmatio.* ita etiã qui quotidie illam ſibi effingit & exprimit ciuitatẽ,& eius fouet alítq; deſideriũ,nihil eorũ quæ ſunt grauia, graue exiſtimabit,nec eorũ quæ ſunt iucunda & illuſtria, iucundũ & illuſtre.Quid autẽ dico,Non exiſtimabit? imò ea ne videbit quidẽ,vt qui alios habeat oculos,& tales quales declarat Paulus,dicens: *2.Cor.4.* Non cõſiderantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur,tẽporalia ſunt:quæ autẽ non videntur, æterna. Vidiſti quomodo vitam alia dictione oſtẽderit. C Illam ergo amplectamur, vt eam etiã aſſequamur: & aſſecuti, vita ab omni interitu aliena fruamur. Quã detur omnibus nobis conſequi gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria & potentia nunc & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSALMVM CXV.

Credidi,propter quod locutus ſum:ego autẽ humiliatus ſum nimis. Huius dicti beatus Paulus mentionem faciens,dicit: *2.Cor.4.* Habentes autẽ eundẽ ſpiritum fidei,ſicut ſcriptũ eſt,Credidi,propter quod locutus ſum, & nos credimus, propter qđ & loquemur. Neceſſe eſt ergo primùm dicere quomodo eo vſus eſt Apoſtolus,& de quónam ſermo eſſet ab eo inſtitutus. Ita enim ex eo cognoſcemus,quid ſibi velit propheta. *Formula docendi optima.* Quãquã alioqui hęc eſt optima docẽdi ratio, nõ orationis cõtextum circuncidere,nec parte accepta in ea D immorari,ſed ab alto incipere exordium narrationis. De quónã ergo diſſerens Paulus meminit huius vocis propheticæ? De reſurrectione, & futurorum bonorũ perceptione,quę omnem rationẽ,mentémq; & cogitationem ſuperant.Quoniã ergo hæc omnem ſuperabant orationem,nec ea explicare poterat:fide autẽ ad ea ſuſcipiẽda opus eſt:ne cõturbaretur Iudæus, & vana ſpe inflatũ ſe fuiſſe deceptũ exiſtimaret, prophetico dicto corrigit eius imprudentiam: propemodũ dicens:Nõ rem aliquã nouam requiro,fidem, ſed vetus bonum. Atq; ſic quidem Paulus. Propheta autem, cũ ipſe quoq; eſſet prædicturus bona quædam euentura Iudæis quę ſuperabant humanam conſequentiam,ne quis poſſet eis fidem derogare, ita pſalmum incepit, dicens,Credidi,propter quod &locutus ſum.Quoniã enim perierãt Hieroſolyma, templúmq; fuerat euerſum & dirutũ, & omnes captiui & vincti abducti fue-

Universidad de Deusto Biblioteca

rant in alienam regionē, barbari autē pro illis prædia eorum poſſidebant,& vineas plātare,domos ædificare,& matrimonia contrahere iuſſi fuerant:hæc afferebant Iudæis deſperationem,& deinceps apud ſe cogitabant.Si cum haberemus ciuitatem, arma, arces,pecuniam,& tantum rerum ſplendorem, templum & altare,cultum & ceremonias, & aliam omnē reipub.inſtitutionem,traditi,& in ſeruitutem atq; captiuitatem abducti ſumus:nunc cùm in aliena regione degamus, & omnibus ſpoliati nudi & ſerui ſimus,quomodo poterimus noſtrā recipere patriam?Quoniam ergo multi ex imbecillioribus hæc reputantes cōturbabātur,& non attendebant prophetias quę prędicebant reditū: propterea ſic dixit,ex eo omnibus oſtēdens opus eſſe fide ad ea quæ dicūtur à domino. Cum eis autem alij quoq; aliter loquūtur, quemadmodū Eſaias ſic dicēs: [*Eſa.51.*] Reſpicite ad ſolidam petram ex qua exciſi eſtis, & ad [*Ibidem.*] foſſam lacus ex quo,effoſſi eſtis.Et rurſus:Reſpicite ad Abrahā patrem veſtrū,& ad Sarram quę vos peperit, ꝙ vnus erat,& vocaui ipſum, & ſanctificaui ipſum, & multiplicaui ipſum . Quod autem dicit, eſt eiuſmodi: Nunquid erat Abrahā barbarus ? nunquid carebat liberis,& iā ætate proceſſerat?Nunquid habebat vxorē quæ & propter ætatē & propter naturā erat filiis procreādis inutilis?An nō erant res eius omnino deſperatæ?Quid ergo?An non ex vno ſine liberis & prouectę [*A minori confirmatio.*] ætatis impleui orbē terræ?Quid ergo cōturbamini?Si enī ex eo potui implere orbē terrę:multò magis ex vobis paucis implebo Hieroſolyma. Et ideo dicit,Reſpicite ad ſolidā petrā,ex qua exciſi eſtis,Abrahā ita vocans.Et foſſam lacus ex quo effoſſi eſtis , Sarrā ita nominans. [*Ex collatione.*] Quēadmodū enim ex lacu aqua per ſe nō ſcaturit,ſed eā ſuſcipit ex ſupernis pluuiis:ita etiā illa cum [*Gene. 21. Heb.11.*] eſſet priuata facultate gignēdi, à ſuperis accepit illam aptitudinem:& quēadmodū petra nunquam fructum tulit,ita nec ferre poterat Abrahā: ego tamē vos illinc exſculpſi,& ex vno tot & tantas regiones impleui . Et [*Ezec. 37.*] ideo Ezechielem quoq; in campum educit, & oſtēdit ei cumulū oſſium,& prophetans oſſa excitat,oſtēdens eis,& dicēs,Si poſſum excitare mortuos,multò magis vos qui viuitis,reducere. [*Fidei neceßitas in promißionibus.*] Illi quidem ſic.Hic autē propheta quomodo?Credidi,propter quod locutus ſum. Hoc eſt,fide opus eſt ad ea quæ ꝓmittūtur. Ego enim ea cogitās,& animo reuoluens, fide introducta omnē expuli perturbationē.Hoc eſt ergo quod dicit Paulus, ꝙ in his ſenſilibus,& quæ vidētur,bonis, fide opus eſt. Quòd ſi in ſenſilibus , multò magis in his quæ percipiuntur intelligentia.Si enim vt ſuam ciuitatē ſe recuperaturos admitterent,eis fuit opus fide:multò magis [*Hebr.11.*] nobis qui cœlū expectamus.Quando ergo eſt aliquid magnū,& quod cogitationē & rationē ſuperat, oportet eā aſſumere,& nō conſequētia humana res examinare.Admirabilia enim dei opera,ſunt his omnib⁹ ſuperiora. [*Rationi humanæ non innitendū in rebus diuinis.*] Oportet itaq; ora rationibus obſtruētes ad fidē accurrere,& deū gloria afficere.Qui enim contendit rationibus res illius inuenire , nequaquā eū gloria afficit , vt qui rationū ſuarū humilitati velit ineffabilia eius œconomiæ conſilia ſubiicere.Et ideo de Abrahā quoq; loquens Paulus,quoniā non hoc fecit , ſed ſuas rationes reprehendens , reſpexit ad potentiā eius qui eſt pollicitus , & oſtendens eū hac ratione deū maximè gloria affeciſſe, dicit: [*Rom. 4.*] In promiſſione enim dei non hæſitauit incredulitate,ſed validus factus eſt fide, dās gloriam deo , & certò perſuaſus quia quod pollicitus eſt,poſſit etiam facere. Quid eſt, Habētes autem eundem ſpiritū fidei,ſicut ſcriptū eſt, Credidi,propter qđ locutus ſum:& nos credimus, ꝓpter qđ & loquimur? [*2.Cor.4.*] Hîc nobis magnū reuelat myſterium.Quódnam hoc? Quòd eſt eiuſdē ſpiritus nouum & vetus teſtamentū: & idē ſpiritus,qui eſt in eo locutus,hîc quoq; locutus eſt,& ꝙ fides eſt omniū magiſtra , & abſq; ea ne loqui quidē quidquā poſſumus. [*Spiritus idē vtriuſq; teſtamenti conditor.*] Et nos,inquit, credimus, & ideo loquimur.Si eā enim ſuſtuleris,ne os quidē aperire poſſumus.Quare autē non dixit,Habentes autem eandē fidē: ſed , Habentes autē eundem ſpiritū fidei? Et ea quæ dicta ſunt ſignificans, & oſtēdens opus eſſe ſuppeditatione ſpiritus ad conſcendendū ad altitudinem fidei,& vilipendendā rationū imbecillitatem. Et ideo ipſe quoq; alibi dicit:Vnicuiq; autē manifeſtatio ſpiritus datur ad vtilitatē . [*1. Cor.12.*] Alij enim per ſpiritū datur ſermo ſapientiæ,alij autem ſermo ſcientiæ,alj verò fides,alij autem dona ſanationum. Sed fortaſſe dixerit, [*Ibidem.*] (quod etiā verum eſt)ꝙ aliam dicit fidem per quā fiebant miracula . Scio ego quoq; aliam eſſe fidē de qua apoſtoli dicebant,Adiice nobis fidē:& aliam hāc,per [*Luc.17.*] quam ſumus omnes fideles, ſigna quidē non faciētes, ſed habentes cognitionē pietatis.Atqui hîc quoq; eſt nobis opus auxilio ſpiritus . Etenim de quopiam ſcribit Lucas , ꝙ aperuit cor eius vt attenderet ea quæ dicebantur à Paulo. [*Act.16.*] Et Chriſtus,Nemo venit ad me,niſi pater traxerit eum. [*Ioan.6.*] [*Quæſtio.*] Si hoc ergo dei eſt,quomodo peccant qui non credunt,cum nec ſpiritus opē ferat , nec pater trahat,nec in viā deducat filius? De ſeipſo enim dicit : Ego ſum via. [*Ioan.14.*] Hoc autē dicit oſtendens ſe opus eſſe ad hoc vt adducantur ad patrē. Si ergo pater trahit,filius deducit, ſpiritus illuminat: quid peccant qui neq; tracti ſunt,neq; deducti, nec illuminati? [*Solutio.*] Quoniā non præbent ſeipſos dignos vt eā ſuſcipiant illuminationem . [*Act.10.*] Vide ergo hoc eueniſſe Cornelio. neq; enim hoc ille domi apud ſe inuenit , ſed eum deus vocauit, quoniam ipſe præoccupans , ſeipſum dignū reddidit. Et ideo Paulus quoque de fide differens, dixit:Et hoc [*Ephe.2.*] non ex vobis , dei eſt donum . nec tamen te relinque vacuum bonis actionibus.Etſi enim eius eſt trahere & inducere:animam tamen requirit quæ morem gerat, & facilè pareat:& tunc ſuum adhibet auxilium. Quocirca alibi quoq; dicit Paulus,Secundum propoſitum [*Rom.8.*] vocatis. [*Ioan.3.*] Neq; enim virtus nec ſalus noſtra cogitur.Nā etſi maxima pars,atq; adeò ferè totum eius ſit,exiguū quid tamen nobis reliquit,vt non ſit à perſona remota cauſa coronæ.Et ideo cùm dixiſſet Paulus , Habentes [*1.Cor.8.*] autem eundem ſpiritū fidei,hoc eſt,qui etiam locutus eſt in veteri,ſubiunxit,Et nos credimus,propter quod & loquimur . Multò enim magis hic fide opus habemus q̄ illic,& propter naturam promiſſorum quæ ſub viſum non cadunt,ſed ſola mente percipiūtur:& propter ordinem temporū.non enim in vita præſenti ſed in futuro erunt præmia. [*Fide magis opus habent chriſtiani quàm olim Iudæi.*] Imò verò erat etiam opus fide pro præſentibus,etenim ea ipſa quæ dabantur, fide opus habebant , etiam dum dabantur , nempe & ſacramentorum communio,& baptiſmi donum. Ita omnē rationem ſuperat vis bonorum. [*A minori.*] Si itaq; in craſſiſſimis illis & ſenſilibus fide erat opus, multò magis hic. Sed apoſtolica quidem ſententia conuenientem accepit interpretationem : tempus eſt autem, vt redeamus ad prophetiam , & dicamus quid dicit hic beatus . Quid ergo dicit?Credidi,propter quod locutus ſum. Atqui nihil erat adhuc locutus, ſed dicit id quod mente iam à ſe dictum erat . Quid eſt autem quod iam dictū fuerat?Cum, inquit, illā calamitatem , & Iudaicam illam tragœdiam

tragœdiā animo agitaſſem, illúmq; interitum ac excidium & extremā vaſtitatem,non deſperaui fore vt res mutaretur in melius:imò verò &ſperaui,& annūciaui, & locutus ſum . Nā in prioribus pſalmis multa de his differui,locutus ſum autē & annunciaui à fide erudit⁹. Alius autē qui non eſt ab ea valde eruditus,vide quomodo claudicet & perturbetur. Non enim dicit illum pſalmū de Dauid,nec ex perſona propria:ſed narrans eorum qui claudicant,animi perturbationes, ſic dixit: [*Pſal.71.*] Quā bonus de⁹ Iſrael iis qui ſunt recto corde. Mei autem penè moti ſunt pedes,propemodū effuſi ſunt greſſus mei. Non loquēs de pedibus & greſſibus, ſed de rationibus claudicātibus. Cauſam autē ſubiungit, dicēs: Quoniā zelaui propter iniquos, hoc eſt vidēs florētes barbaros,deiectos autē & fractos Iudæos . Et quódnā genus dicit claudicationis?Et dixi:Fruſtra ergo iuſtificaui cor meū,& laui inter innocentes manus meas. Et quídnā me impulit vt hæc dicerē?Dicit,Quoniā ecce peccatores florētes in ſeculo obtinuerūt diuitias. Deinde vide quomodo ſeipſum rurſus colligit . Si dicebam,narrabo ſic:hoc labor eſt,inquit,ante me, donec ingreſſus fuerim in ſanctuariū dei,& intelligā in extrema ipſorū.Quod autē dicit,eſt eiuſmodi:Vexabar,affligebar in ratiocinationib⁹. Tale quid enim eſt ratiocinatio. Deinde cogitaui me facere rē laborioſam. De iis enim inquirēs,nihil potero certi ſcire, donec me in [*Res fidei nō cōmittendæ humanis rationibus.*] patriā recepero. Vide quantū ſit periculū res fidei permittere humanis rationibus, & non fidei . Si ille enim fuiſſet firmus & conſtās in fide, nō hęc fuiſſet locutus, nō fuiſſet perturbatus : non cōmoti eſſent eius pedes, nō eſſent ꝓpemodū effuſi greſſus eius . Sed nō ita hic propheta,ſed ſtās ſupra petrā,nō tumultuabatur,neq; cōturbabatur,ſed res Iudæorū videns ita eſſe affectas, res autē barbarorū ſecus, de reditu clara voce cōſtantiq; & certa mēte frequēter prędicabat in multis pſalmis:& valde cōfidebat,nec vires barbarorum, nec vilitatem Iudæorū attendens,ſed eius potentiam qui ea eſt pollicitus. Et ideo dicit,Credidi,propter quod locutus ſum:ego autē humiliatus ſum valde. *Ego dixi in exceſſu meo,Omnis homo mēdax.* Ali⁹,Et dixi animi anxi⁹, Omnis homo mētitur.Hîc fidei ſplēdor rurſus oſtenditur, ꝙ ne magnitudo quidē calamitatis eum præcipitem dederit in deſperationē . [*Rom.11. 2.Cor.1. Fides,ſacra anchora.*] Eiuſmodi enim res eſt fides,eſt quædam ſacra anchora,quæ vndiq; ſuſtentat mentem quæ ei adhæret: & tunc maxime oſtenditur, quādo in maxima rerum difficultate ei perſuadet qui illa eſt præditus,vt bonā ſpem expectet,expulſa turba ratiocinationū.Quod ipſe quoq; ſignificās,dicit:Ego autē afflictus ſum nimis.Hoc eſt,valde quidē afflictus ſum, ſed non deſperaui, nec animum abieci . Deinde oſtendens ſe nō fuiſſe ſolummodo afflictū,ſed grauiſſimè afflictum,ſubiūxit dicens: Ego autem dixi in exceſſu meo:Omnis homo mēdax. Quid eſt,In exceſſu meo?In ſumma,inquit, calamitate, & ingēti malorum magnitudine.Tanta enim,inquit,me adorta eſt tentatio,vt exceſſum & grauem ſoporē in me iniiceret. [*Exceſſus quid.*] Dicit enim hîc exceſſum,alienationē à ſenſu,quę ex malis oritur. [*Gene.2. ἔκστασις.*] Nam de Adam quoq; quando dicitur deus immiſiſſe in eum exceſſum, dicit quandā à ſenſu alienationē.Extaſis enim ſeu exceſſus dicitur,extra ſe eſſe poſitum. [*Coſta quomodo Adæ ablata.*] Immiſſus autem erat exceſſus , ne ſentiret cū auferretur coſta, nec ex ea re dolorē caperet. ea ratione deus ſuffurans ſenſum moleſtiæ,ne accepto dolore id factū ægrè ferret , immiſit in eum exceſſum. [*Act.10.*] Et rurſus alibi, Cecidit, inquit, ſuper ipſos exceſſus. Significat autē grauē quendā ſoporē,& à ſenſu remotionem, Exceſſus autē id vbiq; ſignificat.Fit autem vel deo id faciente, vel malorum magnitudine grauē ſoporē ac torporem afferēte.Poſſunt enim vtraq; eſſe cauſa exceſſus & ſoporis.Hîc ergo dicit exceſſum,magnitudinem malorum quę eum occupauerunt.Quid eſt autē quod dicit,Omnis homo mendax?Nemo eſt ergo verus ? Quomodò ergo Iob deſcriptus eſt vir verus , iuſtus,religioſus? [*Iob.1.*] Quid verò dicemus de prophetis?Si illi enim mēdaces,& in iis quæ dixerunt falſi ſunt, omnia pereūt.Quid verò Abrahā? Quid iuſti omnes? Vides quantū ſit malū ſi dictio ſolū accipiatur,& nō ſenſus cōſideretur?Quid eſt ergo quod dicit , Omnis homo mēdax? [*Mendax cur dicatur homo.*] Id quod ipſe dicit alibi:Homo vanitati ſimilis factus eſt. [*Pſal.143.*] Quod etiam alius propheta dicit:Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. [*Eſa.40.*] Hoc eſt,res viliſſima,præterfluēs,ſimilis vmbræ,ſomnio,& alicui imagini.Et vt ſcias me nō leui ac ſimplici cōiectura adductum hæc dicere , alius interpres dixit: Falſum,aut mendaciū. Alius autē, Mentitur, aut fallitur.Alius, Deficit. Hoc autem multum ab illo differt. Mentiri enim eſt vitij quod in animo ſitum eſt : Deficere autem,& prçterfluere,& eſſe ſomnium,vmbram, & florem , ſignificat naturæ vilitatem . Idem eſt enim quod id quod dixit alius , Ego ſum terra & cinis. [*Gene.18.*] & alius, Quid ſuperbit terra & cinis? [*Eccle.10.*] & rurſus vt quando dicit hîc propheta, Quid eſt homo ꝙ memor es eius? [*Pſal.8.*] vbiq; naturæ vilitatem,& eam nihil eſſe ſignificās. De ſegetibus enim dicimus, Ementitæ ſunt ſegetes , hoc eſt,ſpem noſtram fefellerūt,nec vt ſperabamus , tulerunt. [*Ementitæ ſegetes.*] Et, Annus eſt ementitus, hoc rurſus ſignificātes. Quoniā ergo homo res eſt vilis atq; adeò nihili, (hac autem philoſophia ſolemus vti maximè in calamitate, & quàm ſit nihili natura,conſiderare)ideo ipſe quoq; cùm eſſet animi anxius,& videret argui naturam, & q̄ vilis eſſet & nihili, omni ex parte oſtendi, Omnis, inquit,homo mēdax. Hoc eſt,homo nihili eſt. [*Mendax nihili.*] Quocirca ipſe quoq; alibi dicebat: Verūtamē in imagine ambulat homo. [*Pſal.38.*] *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Vide quomodo oſtendit magnū beneficium nō ex iis ſolùm quæ facta ſunt, ſed etiā ex eo ꝙ facta ſint in eū qui eſſet eiuſmodi,aliis quidē verbis, ſed eodem ſenſu narrās quę ſunt in pſalmo.Quēadmodum enim illic dicebat , Quid eſt homo ꝙ memor es eius, aut filius hominis ꝙ viſitas eum? [*Pſal.8.*] ita hic etiā . Tūc autē oſtēdūtur duplicia eſſe beneficia, quādo & natura magna ſunt,& quando conferuntur in eū qui eſt nihili: quod quidē beneficiū & gratiā amplificat. [*Beneficia vt duplicentur.*] Hoc ipſum volēs oſtendere,dicit:Quid retribuā domino?ſignificans eū hominē qui eſt mēdaciū,qui eſt vilis atq; adeò nihili, dignū tanta cenſuiſſe gratia . Pro omnibus quæ retribuit mihi.Hoc eſt grati animi,obire,& pro iis quæ accepit beneficiis,quærere benefactori aliquam referre gratiam: & cum omnia exoluerit,putare ſe nihil dare. Quod cū ex retributionis principio ſignificaſſet, procedens ſignificat ſe id exoluturum.Oſtendit enim duplicem gratiarum actionem,& ꝙ ea det quæ poteſt,& ꝙ cum ea det , ſe nihil dignū dare exiſtimet . Quid eſt ergo quod eſt daturus?Audi eum dicentem. Subiungit enim, *Calicem ſalutaris accipiam , & nomen domini inuocabo.* Qui quod dictū eſt ſumunt anagogicè,dicunt eſſe communionem ſacramentorum . [*Calix communio ſacramentorum.*] Nos autem hiſtoriam ſequētes,dicimus eum hîc dicere libamina & ſacrificia, & hymnos gratiarum actionis . [*Sacrificia antiqua.*] Erant enim antiquitus diuerſa ſacrificia . Erat enim ſacrificiū lau-

Universidad de Deusto Biblioteca

dis, pro peccatis, pro salute pacifica, & eiusmodi alia. Hoc est ergo quod dicit, Non possum quidem quod dignum est persoluere, soluo autẽ quod possum. Offeram enim deo sacrificium gratiarum actionis, & salutis eum commonefaciam. *Vota mea domino reddam coram omni populo suo.* *Vota promissa.* Vota hîc dicit promissa & pollicitationes. In his enim ærũnis ad deum cõfugiebat, & se debitorem ei cõstituebat, pollicens si ea mala effugeret, se exoluturum esse sacrificium. Quoniam ergo, inquit, cessauit calamitas, vota mea reddam domino coram omni populo. *Preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius.* Alius, Honorata coram domino. Quænam est autem hæc consequentia, & quid habet quod cum prioribus cõueniat? Si quis id accuratè examinauerit, maximã inueniet. Quoniam enim dixerat, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? ostẽdens eius beneficia: ostẽdit non solùm vitã, sed etiam mortem sanctorum deo esse curæ, nõ eam solùm quæ lege naturæ aduenit, sed etiã quæ eius voluntate suscipitur. *Philip.1.* An non vides quid dicat Paulus: In carne autem manere, magis necessariũ propter vos: & eo fretus, scio ꝙ manebo, & permanebo vnà vobiscum. Et quid miraris si mors, cùm nec generatio nonnullorum naturę lege peracta sit, quemadmodũ generatio Isaac, & generatio Samuel? Quocirca nec carnis quidẽ eos vocat *Gene.17. & 18.* filios, sed filios promissionis. Ita etiã Moses nõ est simpliciter & absolutè mortuus, sed cũ deus iussisset. Neq; *1.Reg.1.* Ioannes, sed cũ ipse permisisset. Atqui fuit merces me- *Rom.9.* retricis, fuit tamen nihilo secius honorata. Hoc ipsum *Deut.34.* *Mar.6.* autem est admirabile, ꝙ vel sic mortuus habitus est in honore, ꝙ ipse etiam qui eũ interfecerat, ipsum timebat. Quòd autem timebat, audi euangelistã quídnam *Mar.6.* dicat de Herode. Dicebat enim quòd ipse resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in ipso. Vide quomodo etiam in Abel erat mors preciosa & honorata. *Gene.4.* Vbi est Abel frater tuus? Vox sanguinis fratris tui *Iac.16.* clamat ad me. Vide etiam in Lazaro, quomodo post *Sepulchra martyrũ honorabilia.* eius mortem angeli eum deducebant. Contemplare etiam ciuitates ad martyrum sepulchra concurrentes, & populos inflammatos eorum desiderio. Hoc est ergo quod dicit, Deus magnam curam gerit vel ipsius mortis sanctorum. Neq; enim quomodocunque nec fortuitò moriuntur, sed quando ipse id ex suæ dispensationis consilio permiserit. Et ideo dixit, In cõspectu domini, hoc volens ostendere. *O domine ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Non dicit communẽ seruitutẽ, sed eam quæ oritur ex magno amore & affectione, magno incẽsus desiderio, qđ est corona maxima, & quouis diademate præclarius. Quocirca deus *Iosue.1.* quoq; id posuit pro maxima laude, dicens, Moses seruus meus mortuus est. Et filius ancillæ tuæ. Hoc est, A multis retro seculis, à tẽpore maiorũ meorum dicatus *2.Tim.1.* sum tuæ seruituti. Quòd etiam Paulus posuit in Timotheo pro maximo ornamento, dicens: Recordationẽ habens fidei quæ est in te non ficta, quæ habitauit primũ in auia tua Loide, & matre tua Eunice. Persuasum autem habeo ꝙ & in te, & ꝙ ab infantia didicisti sacras *2.Tim.3.* literas. Et rursus de seipso: Hebręus ex Hebręis. Et rur- *Philip.3.* sus: Hebræi sunt, & ego. Israëlitæ sunt, & ego. Prosely- *2.Cor.11.* tos enim antecedebãt, qui à suis maioribus tales erãt. Et ideo hîc quoq; dicit: Et filius ancillæ tuæ. *Dirupisti vincula mea.* Non dixit, Labefecisti: sed, Dirupisti, si- *Vincula.* gnificans ea ita etiam fracta vt essent inutilia. Vincula autem hîc dicit, afflictiones, tentationes, pericula. Est enim bonum vinculum, quo bonum est adstringi: vt quãdo dicit, In vĩculo dilectionis: &, Quòd est vinculũ *Osee.11.* *Colos.3.* perfectionis. Est etiã vinculũ huic contrariũ, vt quãdo *Prouer.5.* dicit, Catenis peccatorũ suorũ vnusquisq; astringitur. *Luc.13.* Id Christus quoq; innuens, Abrahæ autẽ, inquiebat, filiam hanc à Satana ligatam, non oportebat solui? Et Esaias de Christo, Dedi te in testamentũ gentiũ, dicẽ- *Esa.49.* tem iis qui sunt in vinculis, Egredimini. Hac ergo vincula dirupit, nõ soluit. Hoc enim est illo amplius. Quòd si quis etiam velit hæc sumere anagogicè, dicens hæc *Vincula anagogicè peccata.* vincula peccatorũ, & ea esse confracta veteri homini, minimè aberrauerit. Est aliud quoq; vinculũ pulcher- *Ephes.3. 4.6.* rimũ, quod Paulus semper circunferens dicebat: Paulus vinctus Iesu Christi. Et rursus, Pro quo etiã vinctus *Act.28.* sum in catena. *Tibi sacrificabo hostiam laudis.* Vide quomodo superius & inferius & vbiq; exoluit eandẽ deo retributionẽ. Superius dicens, Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Hic, Tibi sacrificabo hostiam laudis, hoc est, gratias agam, laudabo. *Et nomen domini inuocabo.* Vides quomodo est sacrificium laudis. *Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atriis domus domini, in medio tui Hierusalem.* *Nomẽ ex ὀνόματι.* Hoc autem faciebat, nõ vt se ostẽtaret, nec vt gloriã captaret, sed omnes ad suã inuitans imitationẽ, & volẽs eos habere socios gratiarũ actionis. *Gratitudo deo maximè placet.* Quod quidẽ faciunt omnes sancti, non homines solũ, sed etiã omnẽ creaturã, quando beneficij aliquid acceperint, vocãtes ad laudis communionem. Nihil est enim quod deus maiore studio complectatur, q̃ esse gratum, non solũ in rebus secundis, sed etiam aduersis. Hoc est pulcherrima hostia, hoc maxima oblatio. Ita Iob prædicabat. Ita Pau- *Iob.1.2.* *2.Cor.2.* lus. Ita Iacob. Ita vnusquisque iustorum, pium suum & *Ezech.5.* *Gen.27.* gratum in deum animum maximè in temporum difficultate ostendens. Idipsum nos quoque faciamus, & gratias perpetuò agere perseueremus, vt bona etiam æterna cõsequamur. Quæ detur nobis omnibus cõsequi gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI EXplanatio in psalmum, Credidi, propter quod locutus sum, &c. incerto interprete. *Psal.115.*

NArrant quòd apiculæ leuibus pennis arborũ & herbarum floribus insident, latentémq; in flosculis liquorculum innocua deprędatione auehunt, vt tandẽ dulcissimos mellis fauos inde cõfectos hominibus præstẽt: *Acollatione physica orditur.* ita & ecclesiæ doctores super amœna vernãtiáq; scripturarũ viridaria leui mẽtis ala residẽtes, & insitũ literę succũ spiritus haurientes, solliciti sunt vt dulcissimũ mel fidei, auditorum cordibus placidè instillẽt. Agè & nos apiculæ mores imitemur, spiritu solis iustitiæ radiis feruido in florulentum psalmodiæ pratum prouolãtes. Et quid dudum decantatus nobis psalmus dicebat? *Credidi, propter quod locutus sum.* Quam vim habet hic sermo? Vt sitiẽtibus vobis liquor sermonis tẽperetur, ac potabilis fiat, operæpreciũ fuerit, pro nostra virili sensum spiritus melleum in profundo literę iacẽtẽ elicere. Credidi, propter quod locutus sum. More oratorũ, qui persuasuri de re aliqua antequam edisserant, rem omnem expendunt certis coniecturis: propheta nos docturus, prior ipse certior fit de substãtia dei, déq; spe in Christo hominibus reposita, & dicit: Credidi, propter quod locut⁹ sum. Nisi prior ipse credidisset, ac rem comperisset, haud absq; periculo dicẽda docere cœpisset. Proinde necessariò prẽmittit, dicens: Credidi, propter quod locutus sum. Et quídnam

Et quídnam illud credidi? Credidi deum patrem esse Christi, non creatorẽ, non factorẽ, sed genitorẽ: déq; hoc persuasus, credidi, propter quod locutus sum. Nõ inuestigaui curiosius de natura dei, quæ & qualis sit: sed credidi Christum esse filiũ dei, ante secula ineffabiliter ex patre genitũ. Vnde de hoc persuasus, credidi, ꝓpter quod locutus sum. At psalmũ hunc verè psallere non possunt Iudæi, tametsi eum habeant. Non enĩ crediderũt deũ patrẽ esse Christi, neque cognouerũt *1.Cor.2.* esse filium dei. Nam si cognouissent, vtiq; dominum glorię non crucifixissent. Et Eunomiani ac Arriani, licet hunc psalmum habeant, ipsum tamen verè psallere non possunt. Nõ enim crediderũt deũ esse genitorem Christi, sed conditorẽ & factorẽ: & iterũ non crediderunt Christũ esse filiũ dei, creaturã & facturã dicẽtes: Qui autẽ Christũ reprobant, hi & patrẽ repro- *Ioan.14.* bant. Nam iuxta scripturã, Siquis filiũ non habet, neque patrẽ habet. Credidi, propter quod locutus sum. Neque Macedoniani psalmũ hunc (licet eum habeãt) in veritate psallere poterunt. Non enĩ crediderunt spiritũ sanctũ ex patre ineffabiliter procedentẽ esse deũ. *Rom.8.* Porrò qui spiritum sanctũ non habent, neque filium habent: & de hoc audi Paulum dicentem: Si quis spiritum Christi non habet, is non est eius. Itaque omnis qui rectè credit in patrem, & filiũ, & spiritũ sanctũ, is psallere verè potest: Credidi, propter quod locutus sum. Videamus autem & sequentẽ versum quid velit. Postquã enim dixit, Credidi, propter quod locutus sum, infert: *Ego autem humiliatus sum nimis.* Qui hæc nõ intelligunt, versum male cohærere putant. Verum si nos idem sentiremus de deo, quod Dauid, nullus esset ex nobis, qui non & ipse de se clamaret, Ego autẽ humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilẽ dei maiestatẽ oculo cordis contẽplatur, & cognoscit deũ homine tanto sublimiorem, quanto cœlum formica *Gen.18.* sublimius, nil mirum si stupescat intra se, & dicat, Ego *Ignoratio dei quàm perniciosa.* autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abraham in cõparatione dei terrã se esse ac cinerẽ videbat, & dicebat: Ego autẽ sum terra ac cinis. Cõtrà superbi deũ non cognoscunt, neque semetipsos quid sint, sciunt. Quo pacto enim, qui non antea agnoscit opificem, agnoscet seipsum esse figmẽtum? Quia enim nescitur *Eccl.10.* dominus, nascitur superbia. Id quod attestatur scriptura, dicens: Initium superbiæ est nescire deũ. Desciuit enim à factore cor eius. Dauid nõ erat talis, sed sciens deũ cor contritum & humiliatum non despi- *Luc.14.* cere, humiliauit seipsum, vt exaltaretur. Omnis enim qui semetipsum exaltat, humiliabitũ: qui verò seipsum humiliat, exaltabitur. Tãtum enĩ bonũ est humilitas, vt & dominus noster humiliarit semetipsum. Et vt in *Matt.11* similitudinẽ suę humilitatis nos adduceret, dixit: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Credidi, ꝓpter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum *Iob.1.* nimis. *Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Quomodo ergo Iob dicitur vir verax? Hoc enĩ testimoniũ ei deus reddit, dicẽs: Considerasti seruũ meũ Iob quomodo non sit similis ei super omnẽ terrã, vir absque reprehensione, iustus, verax, abstinens se ab omni opere malo? Si autem verax Iob scribitur, accedente ad hoc diuino testimonio, quomodo hic Dauid de omnibus affirmat, Ego autẽ dixi in excessu meo, om- *Iob & verax et mẽdax ex collatione.* nis homo mendax? Ad hunc dicimus, ꝙ Iob cõparatus aliis hominibus, verax fuerit: sed ad deũ collatus, mendax. Nullus enĩ purus à macula, etiamsi ad vnicũ tantum diem vixisset. Quòd si nullus absque peccato, certum ꝙ neq; mendacio caret: solus deus absq; peccato est. Et quemadmodũ hora vespertina quis stellã aliis comparatã, lucidam vocat, quam Sole fulgente lucidam nemo diceret, eò ꝙ excellens splendor Solis, fulgorem stellæ obtegit: ita & hominẽ veracẽ ac bonũ esse dicimus, quando eum cũ aliis hominibus conferimus: cæterũ quando eũ cũ deo cõparamus, nõ est verax. Omnis enĩ homo mendax. Iterũ dilecti versemus sermonẽ, vt in eo & aliorũ sensuũ gratiã relucentem inuenire valeamus. Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Beatus Dauid, amator *ἐγκώμιον Dauidis.* verbi à puero, tolerans & amator laboris per adolescentiam, & in senecta amator sapientiæ erat. Proinde vt amator dei, cum vellet oculo cordis deum contẽplari qualis esset, fierétq; extra carnis desideria, postquam mente aërem cælúmq; transiit, & ad angelicas virtutes euolauit, ingressúsq; est ad purissimã & materiæ expertem dei speciẽ, vidit diuinitatis maiestatem splendore & incõparabili decore fulgere, & ita, vt nullus hominũ, nulláque diuina lingua magnitudinẽ dei sufficiat enarrare: & ꝓpterea in tali ecstasi factus, re diligẽter cognita, magna fiducia pronũciat, dicẽs: *Ego autem dixi in excessu meo, omnis homo mendax.* Agè *Παράστασις à simili.* denuo versemus sermonis huius margaritã, splendoréque latentis spiritus mentẽ nostrã illustremus. Scio enĩ & ego probos agricolas ex vno agro triplices fructus percipere. Itaq; imitemur & nos agricolas, & ligone spiritus fodiamus, iuxta prophetã dicentẽ: No- *Psal.76.* cte cum corde meo loquebar & scopebã spiritũ meũ. Viso itaq; primo versu, atq; item secundo, videamus & tertium. Ego autem dixi, inquit, in excessu meo, omnis homo mẽdax. Vide, precor, quomodo omnes *Hominũ vanitas.* homines multa sibi de hac vita polliceantur, volentes ædificare, plantare, educare pueros, inuadere eos qui se offendunt, quomodo iactent se de inimicis vltionẽ sumpturos, eósq; in carcerẽ missuros, vincturos, proscripturos, & alia quędã atrociora facturos, nec multò post, & fortè illa ipsa nocte, vel post duos trésve dies moriũtur, videbísq; liquidò quomodo omnis homo mendax. Neq; enĩ præstant quod promisere: neque perficiunt quod ꝓponunt. Ecce ita omnis homo qui hanc vitam amat, mendax est: qui verò in virtutibus illã trãsmittit, mendax non est, eò ꝙ qui talis est, non sit homo, sed deus: non natura quidẽ, sed ob inhabitãtem in se gratiã: quales erant Petrus & Paulus, qui *Homo non homo sed deus.* Christũ intra se loquentẽ habebãt. hi enim non erant mendaces, sed veraces: neq; enĩ homines erant, sed habebant spiritũ dei intra se loquentem. Nõ erãt illis curæ vel opes, vel possessiones, aut quo pacto possiderent, quibus dictũ erat: Ne possideatis vel aurũ, vel *Matt.10.* argentũ, vel æs in zonis vestris. Non minabantur inimicis vindictam: neq; enĩ inimicos habebant, seruãtes præceptũ domini dicentis: Diligite inimicos ve- *Luc.6.* stros, & orate pro persequentibus vos. Neq; multos vitæ annos sibi promittebant, quorũ vnusquisq; dicebat: Quotidie morior etiam per gloriã vestrã. De quo *1.Cor.15.* & Apostolum audi dicentem: Quasi impostores, & veraces: quasi morientes, & ecce viuimus. Nã quan- *2.Cor.6.* tum ad id quod foris apparet, quasi seductores sumus videmur enim homines esse: quantũ autem ad prædicationem & cordis & vitæ, veraces sumus. Et morientes, & ecce viuimus. Quantùm enim ad voluntatem nostrã attinet, quotidie mori parati sumus: quantum autem ad fidem domini, viuimus. Deinde postquam dixit: Ego autẽ dixi in excessu meo, omnis homo men-

Universidad de Deusto Biblioteca

Dauidis gratitudo. mo mendax: subdit, *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?* Animo aduertens ꝓpheta quę nobis dona dominus ab initio largitus sit, & quãta sibi peculiariter deus cõcesserit, obstupescẽs dicit, Quid retribuã dño pro omnib⁹ quę retribuit mihi? Cœlũ ꝓpter me expandit, fulgidis stellis illud ornauit. Propter me cœlo affixit Solem aureis splẽdentẽ fulgoribus. Propter me lunã fecit noctiuagã, vt obscura noctis illustret, nautísq; ac viatoribus dux sit itinerũ. Propter me terram coagulauit, eámq; multigenis arboribus tam fructiferis q̃ sterilibus ornauit, & impleuit herbis ac floribus. Aquarũ quæ pisces ꝓferunt, multitudines, in vnam conclusit congregationẽ. Fontes aquarũ salsarũ & dulciũ, vt è scatebris suis prorũperent ad sedandã hominũ sitim præparauit. Ad omnia igitur beneficia illa obstupescens propheta, dicit: Quid retribuã dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Quin & profundi⁹ & spiritualius quiddam intellexit propheta Dauid, considerans quanta beneficia hominibus in Christo erant dãda, eáq; tam certo prædicabat quasi pręsentia essent, dicens: Quid retribuã domino pro omnib⁹ quæ retribuit mihi? E puluere eñ de terra excepto formauit me: & cum non essem, vt essem, prodire me fecit: imagine ꝓpria honestauit: angelorũ gloria vestiuit: ob præuaricationẽ morte dissolutũ, veniens iterũ reformauit. Quid retribuã dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Draconem serpentẽ mihi inimicũ occidit, portas æneas mortis descendens in infernum cõfregit, & vectes ferreos contriuit. Quid retribuã dño pro omnibns quæ retribuit mihi? Ex deliciis paradisi eiectum me reduxit, non mea iustiria, sed sua gratia. Cœli portas mihi aperuit, regnũ cœlorũ promisit. Scalam à terra in cœlum, fidẽ mihi esse voluit & erexit. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Imò & his plura mihi præstitit. Propter me eñ sustinuit sputa & alapas. Propter me spineam coronã in capite suo portauit, fel aceto mixtũ bibit. Propter me multa passus est, vt præparatam mihi mortis amaritudinem malitiámque exinaniret. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Igitur propheta cum disquisiuisset multa, cogitandóq; circunlustrasset omnia, nulláque deo digna perfectáque occurreret retributio, vnum animaduertit præclarius, nempe martyrij opus, & de hoc infert, dicens: *Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo.* (*Calix martyrium. Matt. 26.*) Hoc loco calix passionẽ Christi nobis declarat, qui orauit: Pater, si possibile ést, transeat à me calix iste. Habemus in scriptura & multos alios calices. Est quidam aureus calix Babylonis, è quo biberunt gentes, & inebriatæ sunt. Habet & Babylon suũ calicẽ aureũ, sed bonam potionẽ in calice non habet. Aureus calix Babylonis, (*Calix aureus Babylon.*) erat nitor & elegantia verborũ gentilis sapiẽtiæ: quoniam intra se habebat letiferum poculum, idololatriæ dogma. Et nos qui psallimus hic, non optamus hunc calicem, sed calicem patientiæ, & certaminibus plenum, nomine domini obsignatum: quẽ qui bibit, spiritus sancti lætitia impletur, inque sanctorũ martyrum choro constituitur in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Declarationem psalmi huius cxvi. vide supra in fine expositionis psalm. xxij.

EIVSDEM IN PPSAMVM CXVI.

A *LAudate dominum omnes gentes, Laudate eum omnes populi: Quoniã confirmata est super nos misericordia eius, & veritas domini manet in æternum.* Cuiuis clarũ est hæc quæ dicta sunt, esse ꝓphetiam ecclesiæ credentiũ, & pręderictionẽ prædicationis quę erat occupatura vniuersum orbem terræ. Neq; enim vnam, duas aut tres solummodo gentes, sed terrã, & vniuersum mare vocat psalmus. Quod etiam euenit, quãdo Christi aduentus resplẽduit. Deinde dicit etiam causum salutis, quòd nõ ex ꝓpriis factis, nec ex vita, nec ex fiducia, sed ex sola dei clementia seruati sunt. (*Eph. 2. Ad Tit. 3*) Cõfirmata est enim, inquit, super nos misericordia eius. Hoc est, Coacta est & coaluit, firmáq; ac solida facta est, & petra durior. Incrementũ eñ quotidie suscepit. Et veritas eius manet in æternũ. Tunc enim veritas maximè resplenduit. Ideo autem sic dixit, quoniam quæ erant veteris, erãt typus & figura. B Hoc ipsum significans quoq; euangelista, dicebat: Lex per Moysen data est, gratia & veritas fuit per Iesum Christum. (*Ioan. 1.*)

IN PSALMVM CXVII.

COnfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dictum quidem psalmi quod cõsueuit populus cõcinere, est hoc: Hic est dies quem fecit dominus, exultemus & lætemur in eo. quod & multos excitat, & hoc maximè solet populus illo spiritali & cœlesti conuentu decãtare. Nos autem, si vos vultis, à capite & ab initio totum psalmum persequamur, non à versu qui acclamatur, (*ἦχος.*) sed ab ipso exordio narrationem inchoantes. Versum enim patres nostri, vt qui esset sonorus, & sublime aliquod decretum contineret, populũ resonare sanxerunt, quandoquidem totum psalmum ignorabant, vt C vel hinc perfectam doctrinam acciperent. Nobis autem necesse est eum totum persequi, etsi quæ sunt in medio eius, maximã habeant prophetjam. Hic enim dictum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. (*Matt. 21. Luc. 10.*) Quod quidem Christus quoq; dixit Iudęis, paulò quidẽ obscurius. Ira eñ feruebant. Ipse autẽ eam nolebat accendere. Calamũ eñ contritũ non confringet, & linum fumigans non extinguet, dixit tamen. (*Esa. 42.*) Aggrediamur ergo psalmi procœmium, sicuti iam diximus. Quod est ergo procœmium? Confitemini dño, quòd bonus, ꝙ in seculũ misericordia eius. Cùm mente agitasset propheta orbis terræ beneficiũ & benignitatẽ ac clementiã quã perpetuò ostendit dominus, vocat simul omnes ad agẽdas gratias, maximo capite bonorũ eius in medio posito. (*ὑπόστασιν οἶκος ἰσ. ερμ. Di cat domus Israel.*) *Dicat Israel quòd bonus, quòd in seculũ misericordia eius.* D Quid dicis? Domus Israël, quæ captiuitates perpessa est innumerabiles, quæ in Aegypto seruiit, quæ in orbis terrarũ extrema abducta est, quæ in Palęstina mille tolerauit afflictiones? Certè, inquit. Ij eñ sunt eius bonorũ optimi testes, maioráq; & ampliora acceperunt q̃ alij. Quinetiam hoc ipsum quod passi sunt, est argumentũ magni beneficij. Siquis autem diligenter examinauerit, etiam pro Chisti aduentu consentaneum est eos maximas agere gratias. Etsi enim aduersa passi sunt, id tamen nõ ab eo qui venit, sed ab eorũ improbitate, & ingrati animi vitio profectũ est. (*Matt. 15. & 10.*) ipse eñ ad eos venit, & frequenter dicebat: Non missus sum, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Et discipulis: In viã gentium ne abieritis: ite potius ad (*Marc. 15.*) oues quæ perierunt domus Israël. Et Chananææ: Nõ est bonum accipere panem filiorum, & dare canibus. Omnia enim agebat & procurabat pro illorũ salute. Quod

(*Iudæorum ingratitudo.*) Quod si visi sunt indigni beneficio, suis sceletibus imputent, & summo suo ingrati animi crimini. *Dicat domus Aaron quòd bonus, quòd in seculum misericordia eius.* (*Sacerdotij dignitas.*) Hic vocat sacerdotes separatim ad laudes canendas, ostendens q̃ sit excellens sacerdotiũ. Nam quò erant ij aliis maiores, eo maiorẽ à deo gloriã cõsecuti sunt, nõ solũ quod ad sacerdotiũ attinet, sed etiã quod alia omnia. Etenim quando ignis demissus est, ꝓpter eos demissus est, & terra aperta est, & virga germinauit, & alia innumenerabilia propter ipsos, imò verò pro ipsis, miracula facta sunt. (*Leui. 10. Num. 16. Num. 17.*) *Dicant omnes qui timent dominũ, quòd bonus, quòd in seculum misericordia eius.* Ij eñ sunt qui maximè possunt videre eius benignitatem & clemẽtiã, & per omnia discere bonitatem. Quid est autẽ, In seculum? Perpetuò, inquit, nõ interrupta, sed in omnibus & per omnia resplendẽs, & se ostendens. Quòd si multi eam nõ cernũt, propter suarũ rationũ imbecil-B litatẽ non cernunt. Nam ij etiã quorum ægri sunt oculi, ea maximè de causa solẽ nõ vidẽt. Quemadmodum nec qui sani sunt, semper possunt eũ oculis fixis intueri, ꝓpter summũ splendorẽ: ita nec vniuersa dei ꝓuidentia perfectè sciri potest, ꝙ omnem humanam rationem longè superet illius prudentiæ & sapientiæ magnitudo. (*Affectiones oculũ mẽtis excæcantes.*) Sunt etiã quædam affectiones, quæ stultis sæpe tenebras offundunt, & efficiunt vt eã omnino videre nequeãt. Primũ quidẽ libido & amor voluptatis: quocirca etiã quæ sunt omnibus manifesta, prætercurrunt. Cum iis secundũ est ignorantia, & mẽtis peruersitas. Quomodo ergo non est absurdũ, si videas quidẽ patrem filiũ verberantẽ, id ꝓbare, & laudare, & vel eo maximè nomine patrẽ existimare: si deus autẽ vel de iis quæ facta sunt, pœnas sumere, indignari & ægre ferre? C Quid autem possit esse hac peruersitate deterius, cum ea etiã quæ sunt inter se contraria, ægre ferant, nunc quidẽ dolentes ꝙ supplicia non exigat: nunc autẽ ꝙ exigat? Quando enim viderit aliquos rapientes, & in bona aliorũ inuadentes, volunt eos dare pœnas: quando vero seipsos peccãtes, minimè: quod quidẽ est deprauati & corrupti animi. (*Psal. 81. Psa. 44. Sap. 2. Esa. 40.*) Accedit his tertiũ, ꝙ nesciant quid sit bonũ, quid sit malũ, sed in rerũ iudicio labãtur, ꝙ malo delectentur, & sint propensi ad vitium. Quartum, ꝙ suorũ peccatorũ rationẽ non ineunt. Quintum, quòd vastum est & ineffabile id quod inter deum & homines intercedit. Sextum, ꝙ non vult deus omnia vbiq; ostendere, nempe quòd sufficiant quæ fiunt sigillatim. Non oportet ergo nimium contendere, vt in omnibus discas dei administrationem. De rebus enim immensis contendimus, (*Rom. 11. Dei administratio vt contẽplanda & inuestigãda.*) & quę creatam omnẽ naturã longè superant. D Eos autem qui eã vel aliqua ex parte sunt cogrituri, oportet esse liberos ab iis quas iam diximus affectionibus, & eam videbunt sole clarius, licet non omnẽ: & cum eã didicerint, pro vniuersa agent gratias. *De tribulatione inuocaui dominũ, & exaudiuit me in latitudine dominus.* Vidisti bonitatem & clementiam. Non dixit, Eram dignus. Non dixit: Mea rectè facta ostendi, sed: Inuocaui solum, & suffecit oratio mea ad tollendam calamitatem. Quod etiam dicit in Aegyptiis: Videns vidi afflictionem populi mei, & descendi vt eriperẽ eos. (*Exod. 3.*) Nõ dixit: Vidi virtutem populi mei, neque eius mutationem ad id quod est melius: sed, afflictionem, & eorũ clamorẽ exaudij. (*Deus quãtò hominibus clementior.*) Vides patrẽ benignũ & misericordem, qui solum fert opem ꝓpter calamitates. Atqui nec apud homines quidẽ, quicunq; affligitur, dignus est qui seruetur. Cũ multos itaque videmus famulos

A flagris cædi, & excruciari, eos non dimittimus, considerannes eorũ peccatorũ magnitudinem: Deus autẽ ex sola afflictione dimisit: neq; verò ex afflictione tãtũmodo eripuit, sed magna etiã securitate impertiit. Exaudiit, inquit, me in latitudine. Quinetiã afflictio ideo fuit concessa, vt eos qui affligũtur, meliores redderet & solertiores. *Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.* (*Afflictionẽ cur permittat deus.*) Vidisti mentis altitudinẽ, vidisti magnum spiritũ, qui ita supra humanã ascendit imbecillitatẽ, vt omnem naturam despiciat. Hãc non solum decãtemus, sed factis etiã ostendamus. Non dixit, Nil patiar: sed, Nõ timebo quid faciat mihi homo. Hoc est, etiamsi patiar, non timeo, id ipsum dicens qđ Paulus: Si deus pro nobis, quis contra nos? (*Rom. 8.*) Atqui contra ipsos erant innumerabiles, sed eos nihil offendebant. Quomodo autẽ non fuerit animi valde pusilli & ab-B iecti, vt qui habent dominũ propitiũ ac beneuolum, conseruos pertimescãt? Sed hic non est eiusmodi, sed est omnibus eiusmodi timoribus omni ex parte superior. Hoc ipsum nosquoque faciamus: ne nos ipso domini auxilio priuemus, ꝙ humana formidemus. Hoc est enim eorum qui dei auxilium contumelia afficiũt. Quocirca dicitur Ezechias passus esse quæ passus est, (*Esa. 38. 4. Reg. 20 24.*) ꝙ cum sol resiliisset & retrocessisset gradus quos descenderat, & factũ esset signũ quod posset omnes obstupefacere: eos qui venerant vt hæc intelligerent, nõ ex iis quæ diuinitus euenerant, sed ex rebus humanis voluit perterrere, & adducere in admirationem, timens ne ab eis inuaderetur, & ideo eis thesauros ostendit, habens spem in thesauris. (*Attende hũc locũ. Sui neglectum præ humana fiducia, deus vlciscitur.*) Quare deus irritatus, Accipient, inquit, hæc omnia. Hoc est, ea quibus confidis, in quibus tuã spem reponis. Israël quoq; hu-C ius insimulatur, ꝙ pecuniis & equis confiderẽt. Quocirca eos admonet propheta, vt iis quæ sunt cõtraria, Deum placent, & dicant: Super equos non ascẽdem⁹. (*Osee. 14.*) Deus te honorat, & tu eum cõtemnis? Deus te honorat, suũ tibi auxilium ꝓmittens: & tu ad humanas spes confugis, & inanimæ materiæ, nẽpe pecuniis, tuæ salutis spem cõmittis? Non quærit eñ solũ seruare, sed id etiam honeste facere. Valde te amat, & ideo te ab omnibus abducens, sibiipsi adiũgit: & omnia amputans, ad seipsum adducit, iis quę facit, propemodũ dicens: In me spẽ habe, & me perpetuo obserua & attẽde. *Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos.* Vides eum non vlciscentẽ, neq; pœnas sumentem, sed deo de suis inimicis vindictam remittentẽ. *Bonum est confidere in domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus.* Non hæc dicit per (*Quàm particula nõ comparatiuẽ.*) D comparationem, sed cõsueuit scriptura vti hac figura in iis etiam quæ non admittunt cõparationẽ, propter imbecillitatem eorũ qui tunc audiunt. Non hoc ergo dicit cõparans, sed se ad illorum captũ demittens. Et ideo alius quoq; ꝓpheta dixit: Maledictus omnis qui sperat in homine. (*Hiere. 17. Spes in homine periculosa.*) nihil est eñ ea spe debilius, est enim vel tela araneæ imbecillior, imò verò non est solum imbecilla, verumetiam periculosa. Sciunt autem qui sæpe in hominib⁹ confiderunt, cũ quibus simul sæpe sunt deturbati. Spes autem in deum nõ est solum valida, verumetiam tuta, vt quæ nullã habeat mutationem. Et ideo Paulus quoque dicebat: Spes autem non confundit (*Rom. 5.*) Alias verò sapiens: Respicite, inquit, ad antiquas generationes, & videte quis sperauerit in dominũ, & pudore affectus est. (*Eccle. 2.*) At ego, inquit, speraui, & sum pudore affectus. Bona verba quæso homo, ne diuinæ scripturæ obloquaris. Nã si pudore affectus es,

Universidad de Deusto Biblioteca

fectus es, ideo affectus es, ꝗ non vt oportuit speraueris, ex eo quod cesseris, ex eo quod finē non expectaueris, ex eo quod pusillo & angusto animo fueris. Sed non ita facias: verū quando videris quæ sunt mala & difficilia imminere, ne animum demittas.

In domino vt sperādum.

Hoc enim vel maximè est sperare, quando in media mala & grauia pericula fueris coniectus, tunc erigi.

Ab exēplo. Ionæ 3.

Quid barbaris illis, Niniuitis, inquam, erat miserius? & tamen cum iam essent ipso laqueo irretiti, & ruiturā ciuitatē expectarent, ne sic quidē desperarunt, sed summā ostēderunt pœnitentiā, & effecerunt vt deus rursus suā reuocaret sententiā.

Spei vires. Ionæ 2.

Vidisti quātæ sint spei vires. Quid verò ipse propheta? An non cum esset in ventre ceti, & tēpli & suæ Hierosolyma reuersionis meminerat? Et tu ergo quāuis vel ad ipsam mortem deueneris, & vndiq; maxima immineant pericula, ne desperaueris. Potest em̄ deus in rebus vel difficillimis & impeditissimis exitum inuenire: & ideo dicit quidā sapiens, A mane vsq; ad vesperā mutationes multæ, & in conspectu eius sunt omnia facilia.

Eccle. 18. προστάτην 4. Reg. 7. 8.

Non vidisti præfectum in summa rerū copia fame enectum? Non vidisti viduā in fame abundantem? Quando res in maximam inciderint inopiā, tunc tu spera maximè. Tunc enim deus maximè suam ostendet potentiā, non à primordio, sed quando res fuerint planè desperatę ab hominib⁹. Hoc est em̄ tēpus diuini auxilij. Et ideo nec pueros eripuit à principio, sed postquā fuerunt cōiecti in fornacem: nec Danielem, antequā esset immissus, sed septem post diebus.

Dan. 3. 6.

Nec attēde rerū naturā quę præcipites agunt in desperationem, sed dei potentiā, quæ sunt desperata, adducit in bonā spem. Hoc etiā ostendens Psalmographus, & quanta sit dei potentiæ facilitas, volens mōstrare, ꝗ scilicet eos etiā qui in grauia mala inciderunt, prostratique & cōculcati sunt, possit educere, & non tantū à principio, audi quid subiungat. *Omnes gentes circūierunt me.* Vidisti periculum ineuitabile. Neque enim erat acie confligendū, neq; stabant inimici è regione, sed erat interceptus, & tanquā sagena aliqua circundatus, & veluti quibusdā retibus cōprehensus, nō ab vno, duobus, aut tribus, sed ab omnibus gentibus, sunt tamen hæc omnia vincula confracta à spe in deum. *Et nomine domini vltus sum eos. Circundantes circūdederunt me, & nomine domini vltus sum eos. Circundederunt me sicut apes fauū, & exarserunt sicut ignis in spinis, & nomine domini vltus sum eos.* Vidisti quomodo describit ærumnarum magnitudinem. Non em̄ dixit solūmodo: Circūdederūt: sed, tanquā apes, & tanquā ignis in spinis.

Vt apes, vt spinæ.

Per apes quidem, promptitudinē & animi alacritatem, per spinas verò iram intolerabilē, & qui extingui non poterat, bilis ardorem significans. Quis enim cohibuerit ignē qui in spinas incidit? Eos tamen, inquit, adeò vehementer & adeo celeriter accensos, cum me mediū intercepissent, non solum effugi, sed etiam vltus sum.

A simili. Exod. 3.

Vide hoc ipsum fieri etiā in materia. Ignis em̄ rubū vrebat, & neq; rubus cōburebatur, nec ille extinguebatur, sed vtraque tamen tunc manebant simul conuersantia, nec se consumentia. Atqui quid est rubo magis flaccidum & imbecillum? Quid vero igne est ardentius? Admirabilis tamen dei potentia, res faciēs quæ opinionē superant, permisit vt vtraq; manerent. Huiusmodi quoque tunc accidit miraculum. Tanquā ignis enim accurrebant, tanquā apes cum magna animi alacitate inuidebant, intus interceptum tenebant, nec aliquid potuerūt facere. Arma enim inuicta, auxiliū inexpugnabile, Dei nomen

A omnes expulit. *Impulsus, euersus sum vt caderem, & dominus suscepit me.* Dixit malorū magnitudinem, à multitudine, à figura, à promptitudine & animi alacritate, ab ira eorū qui inuadunt. Dicit etiam ab iis quæ ipse passus est. Ita, inquit, me mala adorta sunt, vt parū abfuerit quin caderē & deturbarer. Impulsus em̄, ita fui euersus, vt essem etiā casurus: sed cū iam essem super genua lapsurus, & inclinarer, & rerum humanarū nulla esset spes relicta, tunc suum ostendit auxiliū. Hoc autē facit deus, ne vllus eius sibi gloriam vendicet. Hoc etiā in historia iudicū fecit in Gedeone. Propterea regnāte quoq; Ezechia erexit noctu trophæū.

Iu. 6. 7. 8. 4. Reg. 19.

Si ille cū nihil ad victoriam, nihil ad bellum contulisset, superbus tamen & arrogans factus est: si prælio interfuisset, si cadentes vidisset eos qui interficiebātur, an nō hoc ei multò magis accidisset? Quando ergo ab humana spe res sunt desperatæ, suum tunc affert auxiliū.

B Hoc fecit in Goliath. Hoc etiā fecit in Apostolis. Et ideo dicebat Paulus, Sed ipsi in nobis ipsis iudiciū mortis habuim⁹, vt nō cōfideremus in nobis ipsis, sed in deo qui excitat mortuos.

1. Reg. 17. 2. Cor. 1.

Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Quasi diceret, Fuit mihi ipse virt⁹ & auxiliū. Quid est autē quod dicit, laus mea? Gloria mea, cōmendatio mea, decus meū, meus splēdor. Nō solùm em̄ liberat à periculis, sed claros etiam facit & illustres, & hoc vbiq; videri potest, dari cum gloria salutē. Porrò autem aliud quoque per hoc obscurè significatur. Quódnā hoc? Hoc est, inquit, mihi perpetuū canticū, hoc est mihi vox perpetua, hymn⁹ qui de eo canitur, hoc est mihi perpetuū munus, eum laudare.

Cātica satanica. Exclamatio.

Audiant qui satanicis canticis remollescunt & putrefiunt. Quod non suppliciū subibunt, quænā verò eis poterit dari venia, cū eo seruatorē perpetuò

C laudante, illi in illis perpetuò volutentur? *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorū.* Quādo res vniuersa à deo præclarè gesta fuerit: qui victoria fruuntur, gaudent, exultant, duplici lætitia affecti, & ꝗ seruati sunt, & quòd per deum seruati. Lætitiæ eis causa est is qui trophæum erexit.

Psal. 36. Prou. 21. Hier. 3.

Deinde ostendens quídnā eum impulerit ad hoc ferendū auxiliū, subiunxit, In tabernaculis iustorum. Nō dixit, In domibus, sed in tabernaculis, volens ostendere, nō diligenter extructā, sed extemporalē habitationem.

Tabernaculum. Gen. 14. Act. 19.

Tale erat tabernaculum Abrahæ, quando redibat superatis regibus, magnam ex rebus gestis gloriam consecutus. Tale erat Pauli tabernaculū, vnde reuertebatur superatis dæmonibus errorem de medio tollens, & præclara referens facinora. *Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me.* Vide occasionem exultationis. Idem em̄ nunc

D dicit quod antea dicebat, ostendens hæc à deo fuisse gesta. Vides non solùm in liberatione à malis, sed etiā in acquisitione gloriæ & splendoris consistere eius beneficium. Cum enim dixisset, Dextera domini fecit virtutem, subiunxit, dextera domini exaltauit me, vt ostenderet gloriam quæ ad se peruenerat. Exaltauit em̄ me, significat, me gloria affecit. Non solum em̄ fecit potētes, sed etiam claros & illustres. *Non moriar sed viuā, & narrabo opera domini.* Pericula quidē, inquit, mortem minabantur: ego autem non moriar, sed viuam. Hoc est, Tam magna & admirabilia fecit dominus, vt vel ab ipsa morte eripuerit, etiam ante nouum in periculis opinionem, omnem superantibus resurrectionis imaginem præfigurans.

Resurrectionis imago. Gen. 15.

Dedit enim nobis vel à principio ænigmata, quando Enoch transtulit, & si credis fieri non posse vt corpora resurgant, ex

gant, ex eo crede. Quomodo enim tanto tēpore permansit illud corpus? Non sunt em̄ æqualia, domū quę interiit & est diruta, excitare: & veterē ac collabentē tanto tēpore cōseruare.

ἀνομοιώσις.

An nō consideras eum illud fecisse, qui non erat? multo magis ergo illum suscitare & restituere poterit. Habes etiam aliam imaginē resurrectionis, nēpe Heliæ raptū, qui nec in hodiernū vsque dien est mortuus. Omnia sunt expedita deo & facilia. Nō erit, inquit, impossibile apud deum omne verbum. Et propheta, Quæcunque voluit, fecit.

4. Reg. 2. Luc. 1. Psal. 113.

Non vides fabri opera esse tibi difficilia: sed tamen arti cedis. Deinde conserui quidem tui arti concedis: à domini autem sapientia rationem exigis: & id quod fit, fide non admittis? Quantæ sunt hæc inscientiæ.

A minori argumētū.

Non moriar, sed viuā. Siquis id quod dictū est voluerit sumere anagogicè, non errabit. Etsi hoc enim de resurrectione dictū est (illud enim, Non moriar, est significantis mortem non esse mortē) alio tamen etiam modo intelligitur. Non moriar em̄, inquit, altera morte: quam Christus quoque significans, dicebat: Qui credit in me, inquit, etiāsi mortuus fuerit viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur.

Mors secunda. Ioan. 12.

Et narrabo opera domini. Hoc est maximè vita, eum laudare, & eius miracula omnibus annūciare. Quænā opera dic quæso? Ea quæ est narraturus subiungens, *Castigans castigauit me dominus, & morti nō tradidit me.* Vidisti quàm admirabilia fecerit, vidisti quæ ex eis capitur vtilitas. Non solum em̄ agit gratias ꝗ fuerit liberatus, sed etiā quòd ceciderit, maximum agnoscit beneficium, & dicit lucrū tentationis. Quódnā hoc? Castigans castigauit me, inquit, dominus. Hæc est vtilitas periculorum, ꝗ eū meliorem fecerint.

Tentationis lucrū. Castigationis vtilitas.

Vidisti vtrinque eius potētiam & curationem, & ꝗ permiserit vt apprehenderetur à malis, & ꝗ eum rursus liberauerit. Morti enim, inquit, non tradidit me. Et rectè dixit alius interpres, Morti autem non tradidit me, vt ostenderet omnia esse sita in eius potestate. Quamobrem duplicem lucrifecit salutem, nempe liberationem à malis, & liberationem à vitio. quocirca dicebat Paulus scribens Hebræis, Si autem extra disciplinam estis, adulterini ergo estis, & non filij.

Heb. 12.

Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino. Iis qui castigantur, portæ aperiuntur, iis qui peccata deponunt. Qui disciplinam suscepit, potest confidenter dicere: Aperite mihi portas iustitiæ. Hoc dictum enim sumendum est anagogicè, & cœlorū portæ sunt intelligēdæ, quæ sunt clausæ improbis, quæ sunt pulsandæ per virtutē, per eleemosynā, per iustitiā.

Matt. 25. Sap. 16. Matt. 7. Portæ multiplices.

Hæc est porta domini, iusti intrabūt in eam. Sunt portæ mortis, sunt portæ interitus, sunt portæ vitæ, sunt portæ arctæ & angustæ. Quoniam ergo sunt multæ, dicit insigne ciuitatis domini, subiūgens, Hæc est porta domini. Illæ enim non sunt domini. Quódnā est autem eius insigne? Quòd qui castigantur, per eam ingrediuntur, qui opprimuntur. Est enim arcta & angusta. Si autē est arcta, qui sunt afflicti & oppressi, per eam ingredientur: quēadmodum quę ducit ad interitum, lata est & spaciosa.

Matt. 7.

Confitebor quoniā exaudisti me, & factus es mihi in salutem. Non dicit solummodo exaudiisse, sed cum prius castigasset & meliorem fecisset. Et ideo agit gratias, non solum ꝗ sit exauditus, sed etiā ꝗ fuerit castigatus. Ideo em̄ fuit exauditus: & vbique magnū est apud ipsum hoc genus gratiarum actionis. Quemadmodū em̄ dixi, nec cessabo dicere, hoc est maximum sacrificium & oblatio.

Gratiarū actio, maximū sacrificium.

Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput an-

A *guli.* Quòd hoc de Christo dictum sit, est cuiuis manifestum. Ipse enim in Euangeliis adducit hanc ꝓphetiam, dicens: Nunquā legistis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?

Matt. 21. Luc. 10.

Si autem quod dictū est, non videtur pendere ex historia, sed media interrupta rerū consequētia ingressa esse prophetia, non est mirum, nec nouum. Complures enim ita enunciatæ sunt prophetiæ, ꝗ oporteret eas tūc tēporis ita obtegi, vt non etiā ipsi libri abolerētur.

Prophetiæ cur plerūque obscuræ.

De eius enim ortu prophetia videtur quidē pendere ab historia, habere autem nihil cōmune cū illa, vtpote, Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filium, & vocabis nomē eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscū deus.

Esa. 7.

Lapidē quē reprobauerunt ædificantes. Aedificantes hic dicit Iudæos, legis doctores, scribas, pharisæos, quandoquidē reproba-

B runt ipsum, dicentes, Samaritanus es tu, & dæmoniū habes. Et rursus, Hic nō est ex deo, sed seducit turbā. Hic tamē reprobatus, adeò probus apparuit, vt fieret caput anguli. Non em̄ omnes lapis aptus est ad angulum, sed qui est ꝓbissimus, & potest muros reuincire ex vtroque latere.

Ioan. 8. Ioan. 7. Christ⁹ lapis angularis.

Quod ergo dicit Propheta, tale est, Qui est à Iudęis reprobatus, & ꝓ nihilo habitus, apparuit adeò mirabilis, vt non solùm cōtexeret ædificiū, sed duos etiā parietes cōiūgeret ac reuinciret, Iudęos scilicet, & eos qui credebant ex gentibus: quēadmodum Paulus quoque dicit, Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, & sepis soluit maceriā, inimicitias in carne sua, legem mandatorum, quæ est in decretis, abolens: vt qui duo erant, construeret in vnum hominē. Et rursus, Superædificati fundamento Apostolorū & Prophetarū, existēte angulari lapide Christo Iesu.

Ephes. 2. Ibidem.

C Per hoc autem quod dictum est, maximè accusantur Iudæi, ꝗ cum ædificarent, aptum lapidem nō diiudicarunt, sed eum etiā vt reprobum reiecerunt, qui poterat tale ædificium contexere. Si vis autē scire quínā sint ij duo parietes, audi ipsum quoque Christum dicentem: Alias etiam oues habeo, quæ nō sunt de hoc ouili, & me illas quoq; ducere oportet: & fiet vnus pastor, & vnū ouile.

Ioan. 10. Rom. 4.

Hoc etiā multis retro seculis tanquam in figura factum est. Abraham enim fuit vtrorumq; Patriarcha, & eorum qui in præputio, & eorū qui erant in circuncisione: sed illud quidem fuit in figura, hoc autem in veritate. Hic factus est in caput anguli. Hoc est, vtrasq; gentes coniunxit. *A domino factū est istud.* Quid est, A domino factū est istud? Non erat, inquit, humanum quod factū est, non erat vnius ex multis. Non erat angelorum, nō erat archangelorum,

ἐγένετο αὕτη. factus est, iste scilicet angulus.

D talem angulum componere. Nemo ergo hoc potuit, non iustus, non propheta, non angelus, non archangelus, sed solius dei erat hoc præclarum facinus. est enim eius proprium. Alius interpres dicit, Hoc factū est à domino, id est, Hoc est opus admirabile, & quod omnē superat opinionē. Hoc scilicet opus anguli. *Et est admirabile in oculis nostris.* Quis est admirabilis? Angulus scilicet, coitio duorū populorum ad pietatem. Ex Iudæis enim multæ crediderunt myriades. Quinetiam ipsi erant Apostoli ex Iudæis.

θαυμαστὴ γωνία admirabilis angul⁹.

Rectè autē dixit, in oculis nostris. Quis em̄ non obstupescat, quis non admiretur, quòd vbi crucifixus est Christus, illic Christus adoratur: & qui eum quidem crucifixerunt, ignominia: qui verò adorant, gloria afficiuntur? Vniuersum enim orbem terrę peruasit verbū, omnes veritati coniungens. Est ergo admirabilis, vel iis qui quomodocunque id considerant, multò autem magis &

Psal. 18. Rom. 10.

Universidad de Deusto Biblioteca

gis & longè euidentius eis qui credũt. Et ideo dixit, in oculis nostris. *Hæc est, dies quã fecit dominus exultemus & lætemur in ea.* Vocat hic diem, nõ solis cursum, sed præclara facinora quæ in eo gesta sunt. Quemadmodum enĩ qui dien malum dicit, non dicit cursum solis, sed mala quæ in ipso sunt, ita etiã bonũ diẽ vocat præclara facta quæ in eo fuerunt. Quod autẽ dicit, est eiusmodi, Res præclaras quæ in eo gestæ sunt, deus fecit, erat enim illius solius munus efficere quæ facta sunt. Quid enim potest cum hoc die cõferri, in quo die cũ hominibus facta est recõciliatio, & diuturnũ bellum fuit dirẽptũ, & terra cœlũ euasit, & homines terra indigni, regno digni visi sunt, & nostræ naturæ primitiæ super cœlos sublatæ sunt, & apertus est paradisus, & veterem patriã recepimus, & expunctum est maledictum, & sublatũ peccatũ, & qui per legem puniti fuerant, sine lege salutem consecuti sunt, & tota terra & mare suũ agnouit dominũ, & alia facta sunt innumerabilia quę nũc nõ possumus oratione persequi. Quocirca cum hæc omnia mente agitasset ꝓpheta, omnia deo asscribit, ostẽdens quę gesta sunt, à deo facta esse. Exultemus & lætemur in ea. Lætitiã hic dicit spiritalem, lætitiam mẽtis, lætitiã animi. Exultemus & lętemur in ea, ꝙ tanta nobis bona obtigerint. etenim ne hoc quidem est parua virtus, gaudere bonis, exilire, gaudio affici, dei beneficia cum voluptate suscipere. *O domine saluũ me fac. O domine bene prosperare.* Quid est, O domine saluum me fac: O domine bene prosperare? Quoniã videbat orbis terræ res secundas, rerúmq; mutationem & in melius cõuersionẽ: iis qui eis fruũtur gratulãs, dixit, O dñe serua, O domine dirige. Hoc est, Conserua domine eos qui fruuntur: vt & impleãtur, & gratia dignos fructus ostendant, redde eis viam facilem, vt postquã assecuti fuerint, à talibus bonis nõ amplius excidant. *Benedictus qui venit in nomine domini.* Nostra enim non consistũt in iis tantũ quę facta sunt, sed ꝓcedunt ad alia maiora, resurrectionẽ, regnũ, hæreditatẽ cum Christo. Quæ omnia volens ostendere, subiunxit, Benedictus qui venit in nomine domini. Hoc etiã dixit Christus Iudæis, Amen amen dico vobis: non me videbitis donec dixeritis, Benedictus qui venit in nomine domini. Quoniam enĩ sæpe obiiciebant, & id susq; déq; miscebant, quod nõ sit ex deo, quòd sit dei hostis: dicit eis, Vos mihi feretis testimonium quod non sum dei hostis, quando videritis venientẽ in nubibus, & hanc emiseritis vocẽ dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini, bonis verbis & laude plenis ab omni defensione seipsos excludentes. eorum enĩ quæ tunc fient, euidẽtia efficiet vt eam vocẽ emittant, simul & laudãtes, & grauem in seipsos accusationem instituentes. *Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.* Dicit omnem populum fidelem, qui in domo dñi adeptus est benedictionem. Cernuntur enĩ vbiq; ꝓphetę beatos dicẽtes eos qui sunt credituri. Qua de causa benediximus, & vndénam beatitudo? Quoniã deus apparuit nobis. Apparuit enĩ, inquit, gratia dei salutaris, erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis desideriis, modestè, iustè, & piè viuamus. Et rursus, Expectãtes beatam spem & apparitionem magni dei & seruatoris nostri Iesu Christi. Incarnationẽ ergo hic admiratur ꝓpheta, ꝙ cũ deus esset, & dominus, & illius substantię, apparere æquum duxerit. Dixit autem apparitionẽ, carnis humanæ susceptionẽ, virginalem scilicet vterum subiisse, hominem factum esse, & versatum esse cum

Dies Christi lætemur in ea similis. — *2. Cor. 5. Rom. 5. Ephes. 1. Luc. 23. Galat. 3. Rom. 7. & 8. Rom. 3.* — *Gaudere bonis, non parua virtus.* — *Matt. 23.* — *Illuxit, ἐπέφαινεν Apparuit.* — *Tit. 1. Ibidem.* — *Apparere dei.*

A hominibus. Et ideo dixit, Benediximus vobis, ꝙ tale donũ sitis cõsecuti. Hoc etiã Christus significãs dicebat: Multi prophetæ & iusti desiderauerũt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. *Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris.* Alius. Alligate in celebri conuentu condensa. Alius, Alligate festum diligentiis. A prophetia rursus rediit ad historiã. Hoc est aũt quod dicit, Festũ agite, frequentes cõuenite. Quid est autẽ, Cõstituite diẽ solennẽ in cõdensis? Vt vult quidẽ vnus interpres, Sacrificate splendidas hostias. Vt alius autẽ, Coronis & ramis templũ cingite. Hebraicum autem ita dicit אסרו חג בעבותים Isru hag baauothim. Siue hoc ergo sit siue illud, significat festũ, & diem lætũ, & celebrẽ conuentum. Ab iis enim quæ percipiuntur intelligẽtia, orationem rursus traduxit ad sensilia, & meminit illorũ reditus. *Deus meus es tu, & confitebor tibi: deus meus* B *es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.* Hic ostendit ꝙ etiam absq; beneficiis deo sunt agẽdę gratiæ, & est ꝓpter hoc ipsum gloria & honore afficiendus, ꝓpter maiestatem, ꝓpter substantiã, propter gloriã ineffabilem. Hoc enim significat, postquam dixit beneficia quibus est affectus, sic subiungẽs. Dicit enim etiã absq; his agã gratias, ꝙ talem habeam dominũ, adeò altũ, adeò magnũ, & qui adeò nec videri, nec cõprehendi potest. Illud enim, Exaltabo, significat glorificabo. *Cõfitemini domino, quòd bonus, quòd in seculum misericordia eius.* Non satis habet ꝙ ipse hoc offert sacrificiũ, sed multos etiã vocat, vt sint socij & participes laudis & gratiarum actionis: & dei benignitatem prædicat & clementiam, eius largitatem & magnitudinem vbique celebrans. Cum hæc C ergo nos quoq; viderimus, permaneamus gratias perpetuò agentes benigno & clemẽti deo, & hoc ei offeramus sacrificium, vt bona etiam futura cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi. Cum quo patri sit gloria simul cum sancto spiritu nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Matt. 13. — *ἐπιμελείαις.* — *Gratiæ deo agendæ etiam sine beneficiis.* — *1. Tim. 1. 6.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN psalmo cxviij. Bonitatẽ fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum, Homilia incerto interprete.

BEnignitas dei, & domini nostri Iesu Christi bonitas luxit in nobis vt tenebræ peccatorũ nostrorum longè essent à nobis. Quid enim benignius, quid sanctius, quid clementius, nisi vt animam suam poneret pro ouibus suis? nec enim tantam bonitatem possumus enarrare, vt deus indueret carnem, virtus fragilitatem, impassibilitas passionem: D tota lætitia toleraret tristitiam, vt vsque ad passionẽ crucis veniret. Exprobrari, exalapari, spinis coronari, felle acetóque potari, cum iniustis deputari, flagellari, & omnia quæ pertulit pro nobis, vnde pertulit, nisi de bonitate, quam ab ipso datam agnoscimus in nobis? Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine secũdum verbum tuũ. Quam bonitatẽ infudit bonis? vt aliquando ex malis essent boni. Hæc est Christianorũ bonitas, vt malũ pro malo non reddant, cum omnibus pacẽ habeant, non se vindicent, pro inimicis orẽt, benefaciant iis qui eos oderũt. Hęc est bonitas Christianorũ, quia & Christ⁹ quod fecit in capite suo, voluit esse in membris suis. Quid caput nostrum egerit, audite: Cũ malediceretur, non maledicebat: cum iniuriam pateretur, non cõminabatur. Tolerauit omnes impios, superbos, præsumptores, filios turpis mulieris: audiuit, Dæmonium habes, in nomine Beelzebub eiicis

Ioan. 10. — *Bonitas Christianorum.* — *1. Pet. 2.* — *Matt. 12.*

dæmonia, seductor, blasphemus. Audi & quod dictũ est ab eo in hora passionis. Amodo videbitis filium hominis ascendentẽ in cœlũ, & sedentẽ in regno patris sui. & dixerũt de eo: Blasphemat hic, quid adhuc egemus testibus? Seductorẽ dixerunt, quãdo? postquã crucifixus est. dixernnt ei, Dæmoniũ habes, quãdo eos docuit de regno dei, & increpauit duritiã cordis eorũ, dixerunt ei, In Beelzebub principe dæmoniorũ eiicis dæmonia. quando viderunt virtutes exire de eo, & clamantes spiritus, atque dicentes: Scimus quia filius dei sis, quid venisti ante tempus torquere nos? Ista ergo bonitas fecit formam bonis, quæ bonitas radicem fixã habens, in cõscientia culmescit, frondescit, grãdescit, opacatur in virtutibus, vt iã sol per diẽ non vrat, neque luna per noctem: vmbraculũ virtutũ habẽs anima contextũ requiescit à laboribus suis. Nec enim aliunde ascendunt virtutes, nisi à bonitate boni: & omnium bonorum bona mater est charitas. Quid benignius, panem dare esurienti, potũ dare sitienti, nudo frigora passo vestimentũ subministrare, egentẽ sine tecto in domũ inducere, peregrinũ suscipere, viaticum proficiscenti dare? Hæc bonitas bonos facit, perfectos constituit ciues vitæ æternæ. Colligit suos, vt ament se boni, habentes vnã bonitatem matrem & amicã: & illa amat filios & amicos suos, & illi amant matrẽ, & amatã suam. Isti ciues sanctę ciuitatis, vbi nulla malitia, sed tota cõcordia: vbi perfecta bonitas, & tota charitas: vbi iustitia & plena mansuetudo, vbi temperantia & prudentia regnant. Istæ virtutes in membris Christi diuiduntur populis bonitatis. Dicamus & nũc, Bonitatem fecisti cum seruo tuo, qui est populus eius, secundũ verbũ tuum. Quomodo cũ illo verbo tuo fecisti vt carnẽ assumeret, & à carne inquinatus non esset: ita & nobis pręsta domine deus, fac nos secundũ carnẽ ambulare, & nõ secundũ carnem militare. Secundum verbũ tuũ suauitatẽ fecisti. Quæ est suauitas, nisi dulcedo, vbi nulla est amaritudo: Quæ est dulcedo, nisi illa dulcedo, quæ prædicatẽ ab omnib⁹ dicẽtibus: Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, & verba tua super mel & fauũ ori meo? Aequè ꝓpheta de ipsa dulcedine non tacens, ait alio in loco: Præceptũ dñi lucidũ, illuminãs oculos: Timor domini castus, permanens in seculũ seculi: Iudicia domini vera, iustificata in idipsũm: desiderabilia super aurum & lapidẽ preciosum multũ, & dulciora super mel & fauum: Etenim seruus tuus custodiet ea, in custodiẽdo illa retributio multa. Et bonitas bonitatis. Bonũ ac perfectum donũ desursum est à patre luminũ. Nullus tamen nunc bonus esse potest, nisi qui primo fuerat malus. Nullus bonitati suę assignet quod habet, aut vendicet sibi quasi propriũ quod à deo accepit. Quãdo fuit homo bonus, qui in iniquitatibus est conceptus? quando bonus, quũ peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsiit? Quando bonus, quibus graue iugum super filios Adæ à die exitus eorum vsq; in diem sepulturæ, quę est mater omniũ? quando bonus, cum Apostobus bonũ se dicere nõ ausus est, clamans, & gemens, & suspitans, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Qui estis boni, assignate illud dono dei: & nolite illud vobis assumere quod donatũ est vobis, ne perdatis quod habetis, & dicat vobis veritas, Quid habetis quod nõ accepistis? & si accepistis, quid gloriamini quasi non acceperitis? Assignate ergo deo bonitatẽ, & dicite quod modo cãtauim⁹, Bonitatẽ fe-

Ibid. 26. — *Ibidem.* — *Ibid. 8.* — *Virtutis opera.* — *Psal. 118.* — *Psal. 18.* — *Iaco. 1.* — *Bonum nemo, nisi primo malus.* — *Psal. 50.* — *Rom. 5.* — *Eccle. 40.* — *Rom. 7.* — *1. Cor. 4.*

A cisti cum seruo tuo domine, secundũ verbũ tuum. Bona cõfessio seruitutis si impleatur legitimè in timore, vt exultet cor cũ secreto mœrore. Qui seruit imperatori, honorẽ habet magnũ Quẽ diligit imperator, potens est apud omnes homines. Videte cuius serui estis. Serui enĩ dicũtur à seruando. Si seruaueritis qđ estis, serui boni eritis. Estote ergo serui boni sub bono deo, quia bonitatẽ fecit nobiscũ, cum indignis, cum reis, cum morti destinatis, cum tenebrosis, cũ impiis fecit hanc bonitatẽ, donauit istã bonitatẽ. Nullus reus maneat ingratus, sibi assumendo quasi non acceperit: sed hanc bonitatẽ conseruate, charitatẽ dominã tenẽtes, in qua est vinculũ perfectionis: vt hæc charitas perficiat in vobis, quę adhuc desunt vobis: vt exultãs de vobis ecclesia vbiq; diffusa dicat, Imperfectũ meũ viderũt oculi tui. Sẽper clamet de vobis, Filij lucis estis, am B bulate dũ lumẽ habetis in vobis, ne vos tenebræ cõprehendant. Aliorũ mors ꝓficiat ad vestram salutem, vt ibi congregati agnoscant characterẽ & insigne illud militiæ vestrę, quod ꝓfessi estis in eminenti loco ecclesiæ: vt cum professio & vita vestra concordauerint sibi, efficiamini gens sancta, populus acquisitionis in domo illa virtutis, de qua vates eius cecinit, dicens prophetica voce, Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.

Serui à seruando. — *Psal. 136.* — *Eph. 5.* — *1. Pet. 2.* — *Psal. 38.*

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Psalmo cxviij. In proximo es domine, & omnes viæ tuæ veritas. Ab initio cognoui de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea: homilia incerto interprete.

VEritatem prædicandã angustia oris humani non capit. Et quia silendũ non est de tantæ magnitudinis veritate, in quãtum potest ca- C pere sensus, auribus vestris prædicamus, non quanta est ipsa veritas, sed quantũ de illa dici potest. Hæc veritas ab initio fuit fundata, est, & erit. Quæ verè ideo dicitur fundata, ꝙ in cordib⁹ sanctorũ inhæsit, in fundo cordis ibi radicata est, ibi culmescit, frondescit, fructificat, perficieturq;. Cũ ista ergo prædicam⁹, sancta corda ædificamus, proficientia docemus, initiatis cordibus eam ostendimus, prodest omnib⁹: in nostra prędicatione pulsat aures humanas, vt in corde faciat mãsionẽ. Hęc veritas, três sunt syllabę, & septẽ literæ: quia in septima die requieuit de⁹ ab operib⁹ suis quæ fecit. Et quia in ipsa veritate requiescit deus, ideo requieuit ab omnibus operibus suis. Cũ in nobis illã videt firmatam, radicatam, dilatatã: cũ nominamus illã, requiescimus in illa: cum loquimur de illa, delectam⁹ illã: cũ prædicamus illam, descendit ad memoriã no- D stram, vt ibi faciat mansionẽ. Hęc ergo veritas impugnat falsitatẽ, repellit aduersitatẽ, vana non admittit, tẽporalia & caduca odit: & quia est veritas, semper est veritas. Redeamus ad id quod ꝓposuimus, cõtexentes versus hymni quẽ modò cãtauimus. Diximus, *In proximo es domine, & omnes viæ tuæ veritas.* Verè propè es illis qui ita viuunt, vt semper audiantur. Qui in lõginquo fuerit, audiri nõ potest: qui ꝓpè fuerit, sine dilatione auditur. Propè & nõ lõgè sunt corda quę non sibi sed deo viuunt: quę non carni, sed animę: quę nõ seculo, sed creatori. Isti propè sunt ad aures dei, in tantum vt alio loco nõ taceret idẽ ꝓpheta, dicens: Prope est dñs omnibus inuocantibus eũ in veritate. Videte quia veritas vbiq; nominatur, & nusquã tacetur. Et vt sciatis quã locupletata sint corda quæ ꝓpè sunt deo, audite in alio loco quid dixerit: Prope es domine, & omnes viæ tuæ veritas. Si ergo ille fecit voluntatem nostram,

Latinus igitur fuit, nõ Chrysostomus. — *Psal. 112.* — *Psal. 114.*

Universidad de Deusto Biblioteca

nostram,qui dedit ipsam voluntatẽ bonã, quomodo A
non debet humanum cor auerti à vanitate, & facere
Ibidem. veritatem? Veritas vbique fulget.Sequitur,Voluntatẽ
timentiũ se faciet. Vide q̃ dulcis est,quã amãdus, quã
benignus,quàm summũ bonũ,vt voluntatem timen-
tium se faciat.In tanta promissione, quæ pigritia non
erigatur?quæ somnolentia non excitetur?quis cor fri-
gium habens non calefiat? quæ anima tepida non in-
flãmetur? Videte quid audistis. Voluntatẽ timentium
se faciet. Voluntatẽ faciet, quia à domino præparatur
voluntas. Prope est ergo, & in proximo est dominus.
Geminum & in his ostendit intellectũ: Et aduentum
ipsius qui prope est, & iis qui inuocant eũ in veritate.
Nunquã est longè ab eis qui legitimi sunt eius culto-
res:qui ita colunt deũ,vt colantur ab eo,quia deus a-
Ioan. 15. gricola est. Colet corda nostra,tollens spinas & tribu-
Gen.3. los,quæ mala seminauit primi hominis labes. Culta
corda colũt deũ,reddentes illi fructũ veritatis & san-
Psal.24. ctitatis. Propè es domine, & omnes viæ tuæ veritas.
Quæ sunt viæ eius?quomodo dictũ est, Vniuersæ viæ
dñi misericordia & veritas? Viscera misericordiæ qui
non amiserit,veritatẽ nõ amittit:qui egenũ sine tecto
in domũ suã duxerit, nudũ vestierit, esurienti panem
fregerit, sitienti potũ dederit, prodiet quasi lux iusti-
tia eius. Ecce viæ dñi quomodo non admittunt veri-
tatẽ,quia veritas iustitiã creat, & misericordia de ve-
ritate descendit. Veritas ergo vbiq; mater est sancti-
tatis,nusquam offendit,nusquã errat,non deuiat,non
declinat,rectũ cor pręparat:quia propè est dñs iis qui
recto sunt corde. Videte quomodo ꝓximus est do-
minus,& quibus est proximus. Quibus? Seruientibus
sibi,qui à veritate non recedunt. In proximo est dñs,
& omnes viæ eius veritas:sequitur dicẽs: *Ab initio co-
gnoui de testimoniis tuis*. Vbiq; veritas prędicatur.Prædi- C
catur veritas cũ dicitur, In principio fecit deus cœlũ
Gen.1. & terrã.Falsum esse non potest,quia terra erat inuisi-
bilis & incõposita,& spiritus dei ferebatᷓ super aquas.
Ibidem. Et dixit dominus,Fiat lux.Et facta est lux.Et vidit de⁹
lucẽ quia bona est:& vocauit deus lucẽ diem, & tene
bras noctẽ.Ista quæ dicta sunt, de veritate dicta snnt.
Sed quia ipsa veritas aliquem significabat, istũ qui in
ꝓximo est, qui venturus erat in mundũ,trahens post
Ioan. 14. se amatores suos inhęrẽtes sibi,illũ qui dixit:Ego sum
via,veritas,& vita:ideo ab initio cognouit de testimo
niis, quia iam in principio Christus prædicabatur,qui
Ioan.8. dixit Iudæis,cũ interrogatus ab eis fuisset,Dic nobis
aliquid de temetipso : respõdit dicens: Principiũ,qui
& loquor vobis.In isto principio veritas intelligebatᷓ.
gratias tibi dñe, quia tria ista præstitisti nobis nosse
quę ignorabam⁹, veritatẽ,quia falsitatem tenebamus: D
viam quã nesciebamus,per quã ambularemus:vitam,
quia morti inhęseram⁹,&mors nobis ꝓpinata erat ab
Gen.2. illo homine cui dictũ est,Morte morieris.Mortuis vi-
tã donauit,mendacibus veritatẽ præstitit, errantibus
Psal.43. viam ostendit.Nã hoc est quod dixit, Declinasti se-
mitas nostras de via tua:id est,aduenięs via tua,vt ip-
sa iter esset ꝓficiscentiũ,quæ singulares portat, dupli-
Matth.7. ces nõ fert.Arcta eñ & angusta via ipsa est quæ ducit
ad vitam æternam: lata verò & spaciosa quæ ducit ad
mortẽ,& multi sunt qui intrãt per eã.Declinemus ab
ista, conuertamur ad illã vnicã & singularẽ viam, &
quæ ducit vsq; ad præsentiã dei,vsq; ad requiẽ,vsque
ad lucẽ immẽsam,vsq; ad chorũ angelorũ,vsq; ad illũ
quem nullus homo vidit,sed in futuro videri potest.
Dicamus ergo quæ dicta sunt, & redeamus ad versi-

A culum quem dimisimus. *Ab initio cognoui de testimoniis
tuis,quoniam in æternum fundasti ea.* Quam fundauit in
æternum,nisi ipsam veritatẽ?Quæ est ista veritas, nisi
Christus,qui finem nõ habet,cui vltrà mors non do-
minabitur,qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos,
qui venturus est separare hædos ab agnis? Quia ipsa
veritaş est,quæ ducit vsq; ad secretarium iudicis. Ibi
aduocatus iudex & testis est Christus: nec falli habet,
nec fallere.Nullus vitam suã vilẽ habeat, nullus vani- Matt.6
tatibus inhæreat. Nõ potest duobus dominis seruire.
Ille seruit duob⁹ dominis,qui die it ad ecclesiam, die
ad spectacula.Iste duas tunicas habet,lõgè est à tuni-
ca illa quæ diuidi nõ potest,lõgè est à veste nuptiali:
quia illa est vestis nuptialis,quę nõ habet maculã. Nã
qui die pergit ad ecclesiã,die ad spectacula, maculo-
sam portat tunicam.Nullus seruus cũ macula stans ad
mensam dñi sui non ꝓplicitur, & verberibus macera-
B tur. Habete tunicam mundã, sicuti accepistis de ba-
ptismo.Nullus eam maculet moribus suis,nullus pra- Vestis sine
uitate cordis scindat tantã pulchritudinẽ vestis. Talẽ macula in
accepistis vestẽ in baptismo, qualem habuerũt angeli baptismo
qui seruabant dominum in sepulchro : quia sicut nix accepta.
ita erat vestis eorũ. Et vos munus gratiæ tale accepi-
stis,seruate quod accepistis. Qui polluit vestẽ istam,
lachrymis lauet,à malis se separet,cõfessionẽ deo ce- 2.Cor.6.
lebret,& correcta vita iam non redeat ad vomitũ si- Spectacu-
cut canis.Quæ societas luci ad tenebras,aut quæ pars lorum va-
fideli cũ infideli?quæ autẽ cõsonantia Christi ad Be- nitas.
lial?Non debetis filij ecclesiæ deprauari in vanitatib⁹
spectaculorum.Ecclesia fœtorẽ vestrũ non portat,nõ
potest inquinari de ingressu vestro:gemit ad deũ,quia
tales videt filios suos. Quotidie contremiscite, ne
irascatur deus, & pereatis de via iusta. Vel ipsa signa
C agnoscite,quia æreum factum est cœlum,& terra fer-
rea.Iracundiam dei ipsa elementa loquuntur. Filij ho Psal.4.
minum quousque graues corde? vt quid diligitis va-
nitatem in spectaculis,& quæritis mẽdaciũ in histrio-
nibus?Scitote quoniã admirabilẽ fecit dominus om-
nium animam non recedentẽ de ecclesia. Exauditur
anima dum clamat ad deum,dum non recedit à deo.
Nolite esse tepidi,ne euomamini ex corde dei. Dixit
ipse per prophetã, Quia neque frigidus neq; calidus Ad.3.
es,atque vtinã vel frigidus esses,aut calidus : sed quia Παραίνεσις à colla-
nec frigidus, neque calidus, euomam te ex ore meo. tione.
Nostrum officium implemus, qui de veritate vera lo- Rom.5.
quimur.Vos si ingressi estis ad stationẽ medici, vt vul
nera curetis,dolete vulnera vestra.Medicamentis im-
positis,putredines purgentur:crescat sanitas, vt vidẽs
correctionẽ vestrã,gaudeat ecclesia de filiis suis,quia
D vbi abundauit peccatum,superabundauit & gratia.

IN PSAMVM CXIX. CANTICVM graduum. Alius.Conticum ascensionum.

AD *dominum cũ tribularer clamaui,& exaudiuit me.* Aliorum quidẽ psalmorũ vnusquisque pro-
priã habet inscriptionẽ,hic autẽ multis simul
cõiunctis vna imposita est appellatio, Canticum gra-
duum,vel,vt alius dixit interpres,ascensionum. Non-
nulli autem eos etiam gradus appellant. Et quãnã de
causa,inquit,ita sunt appellati? Si historiã quidẽ spe- Graduum
ctes,quoniã loquũtur de reditu ex Babylone,& capti cãticũ vn
uitatis quæ illic fuit, mentionẽ faciunt. Sed si eos su- de dictum.
mas anagogicè,q̃ ad viã virtutis deducunt. Quidam
enim eos ita acceperunt.Nam via quæ eò deducit,est
assimilis gradibus,virum virtute & sapientia præditũ
paulatim euehens & sustollens, & eum in ipso cœlo
statuens.

Gene.28. statuens. Alij autem dicunt per hæc significari scalam A
Iacob,quæ ipsi ostensa est ad cœlum vsq; pertingens.
Ita enim gradibus & scalis subiectis,loca ad quę nõ pa
tet aditus,& quæ sunt excelsiora,adiri possunt. Quo-
niam autem eos qui ascendũt, postquã in altum eue-
cti fuerint,caligare necesse est:propterea non eos solũ
qui ascendunt,sed eos etiã qui ad ipsum cacumẽ per-
uenerunt,accepta cautione confirmari oportet. Vna
est autẽ cautio ac securitas,quando non quantum as-
cendimus respexerimus, & ita superbæ & elatæ mẽtis
euaserimus:sed quantum restat ascendẽdum, conspi-
Philip.3. cati fuerimus. Quod etiam Paulus significãs, dicebat:
Eorum quæ retro sunt obliuiscẽtes, ad anteriora autẽ
nos extendentes. Et est hæc quidem ratio anagoges.
Nos autem deinceps, si videatur, veniamus ad histo-
riam,& videamus eos qui fuerunt liberati à captiuita-
te.Quomodo igitur à captiuitate liberati fuerunt?De- B
siderio Hierosolymorũ. Quod quidẽ nisi eis adfuisset
ex dei gratia,nihil lucrifecissent,sed in perpetua serui-
tute dies suos obiissent,quos nos etiam imitemur. Id-
Galat. 4. ipsum enim nobis eueniet, nisi amore cœlestiũ, & de-
Hebr.12. siderio cœlestis Hierusalem teneamur, non autem in
pręsentem vitam perpetuò defigamur.In cœno enim
curarum ad victum pertinentium perpetuò volutati,
non poterimus patriam recipere. Ad dominum cum
tribularer clamaui,& exaudiuit me.Vidisti lucrum af-
Affli- flictionis,& promptitudinem clementiæ. Lucrum af-
ctionis lu- flictionis, quod eos ad puras preces fundendas addu-
crum. xerit:clementiæ autẽ promptitudinem,q̃ vocantibus
Exod.3. eos statim annuerit.Quod etiã prius fecit iis qui erant
in Aegypto. Et ideo dicit,Videns vidi afflictionẽ po-
Παραίνε- puli mei, & gemitum eorum audij, & descendi vt eos
σις. eriperem.Et tu ergo ô dilecte, quãdo es in afflictione, C
ne desperes,nec labores indiligentia,sed tunc tempo-
ris maximè excitare. Sunt enim tunc preces puriores,
& maior est dei in te beneuolentia: & perpetuò ita vi-
2.Tim.3. uas,vt sit tibi vita laboriosa,sciens q̃ omnes qui piè vo
Act.4. lunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur:
Matt.10. & q̃ per multas afflictiones oportet nos intrare in re-
16. gnum Dei.Ne mollem ergo vitam & dissolutam dile-
Mar.8. xeris,nec via lata velis ingredi : ea enim non ducit in
Luc.9.14 cœlum,sed arcta & angusta. Si velis autem peruenire
ad supernas mansiones,fugias voluptates,externã vitę
pompam ac speciem conculces:opes,gloriam, & po-
tentiam negligas: paupertatẽ autem, & vitæ cõtritio-
nem,cõfessionémq; & lachrymarũ fontem teneas: &
omnia quæ possunt cõciliare salutem,persequaris.Ea
enim & tutiorẽ reddũt eũ qui possidet, & preces red-
dunt sublimiores.Si teipsum ita cõparaueris,& deum D
cũ hac mente vocaueris,te omnino exaudiet. Et ideo
dixit Propheta, Dum affligerer,clamaui, & exaudiuit
me,vt discas paulatim cõscendere,leuésq;,&,vt ita di-
cã,alatas precationes facere,ne angaris, nec afflicteris
in afflictionibus,sed vtilitatẽ ex eis percipias. Si enim
Helisęus cũ esset homo,non permisit vt discipulus ve-
4.Reg.4. nientem ad se mulierẽ extruderet,dicens:Dimitte eã,
Afflictio quia mœrore est affecta anima eius,nihil aliud volens
maximã ex eo ostendere, nisi q̃ excusationem & defensionem
excusatio- maximã habet afflictio:multò magis deus eos non re-
nẽ habet. pellet qui cũ tristi & anxia anima ad eum accedũt. Et
ideo Christus quoq; eos beatos pronũciat, qui lugẽt:
Matth.5. & miseros,qui rident.Quocirca beatitudines quoque
incipiẽs,hinc exorsus est,Beati qui lugent. Si vis ergo
hos gradus ascendere, quod est in vita molle enerua-
túmq; & dissolutũ,reseca:& laboriosa viuendi ratione

A teipsum astringe & contine.A terrenis negociis absti-
ne.Hic est primus ascensus.Non potest enim fieri, nõ
potest, vt simul & scalã conscendas,& in terra hæreas.
Vides quanta sit cœli altitudo, nosti breuitatem tem-
poris:scis quàm sit incertus exitus. Ne cuncteris ergo, Eccl.9.
nec differas, sed hanc peregrinationem magna vi ag- Matt.24.
gredere,vt vno die duos,tres,decem & viginti gradus Mar.13.
cõscendas. *Domine libera animã meam à labiis iniquis,& à
lingua dolosa.* Vides hic quoq; lucere præceptum illud
Euangelicum, Orate ne intretis in tẽtationem. Nulla Luc.22.
enim est ô dilecte, grauior tentatio quàm in dolosum γνώμη.
hominẽ incidere.Is enim est vel quauis fera truculen-
tior.Ea enim id quod est,esse cernitur : hic autẽ obtẽ- Matth.7.
to velo mansuetudinis & probitatis sæpe virus occul-
tat,vt nec facilè possint deprehẽdi insidiæ, & in bara-
thrum nulla adhibita cautione incidatur.Quapropter
B vbiq; à deo hoc assiduè postulat, vt liberetur à talibus
insidiatoribus. Si autem fugiendi sunt fraudulenti & Dolosi fu-
malitiosi : multo magis deceptores, & qui mala dog- giendi.
mata ac decreta proferunt. Maximè autem iniqua ea
labia esse dixeris, quæ in virtute lædunt, & ad vitium
abducunt.Et ideo hic propheta rogat vt liberetur ani-
ma: eò enim tela dirigit. *Quid detur tibi,aut quid appona-
tur tibi ad linguam dolosam?* Alius,Quid præbebit tibi aut
quid adiiciet lingua dolosa?Alius,Quid dederit tibi&
quid tibi adiecerit lingua inuasionis? Nihil ergo aliud
ostendit quod dictum est, nisi hoc magnã esse impro-
bitatem, & tetrum genus vitij. Quocirca vides etiam
prophetam irascentem, commotúmq;, & dicentem:
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguam
dolosam?Quod autem dicit, est eiusmodi, Quódnam
hoc vitio dignum inueniatur supplicium?Quod etiam
C Iudæis dicebat Esaias:Quid adhuc percutiamini adii- Esa.1.
cientes iniquitatem?Hoc etiam ipse dicit,Quid detur aliàs, In
tibi aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?Vel quo percu
hoc ergo dicit:vel q̃ hoc ipsum etiam est supplicium, tiam vos
& antequam des pœnas,de teipso pœnas sumis,ex te- vltra.
ipso vitium pariens. Maximum enim supplicium ani- Prou.14.
mæ est vitium,etiam antequam puniatur. Quódnam Roma.1.
ergo dignum supplicium ei qui talis est, fuerit consti- Ephes.4.
tutum?Hic quidem nullũ, sed plaga quæ à deo infer-
tur. Homo enim non poterit dignas pœnas sumere.
Nam omnem cruciatum superat improbitas.Deus au Improbi-
tem illi plagam infliget.Et ideo hoc ipsum ostendens, tatis sup-
mox subiunxit, *Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus deso-* plicium.
latoriis. Sagittas hic rursus appellat supplicia.Alius au- Sagittæ.
tem interpres dixit;Sagittæ potentis acutæ cũ carbo-
nibus in lecti formã constratis. Et alius, Cũ carboni-
D bus iuniperinis,nominũ trãslatione augens metũ sup-
plicij.Nam & illud,In lecti formam constratis,& hoc,
Iuniperinis,eundem habet sensum. Illic enim ostẽdit
multitudinem, hic autem qualitatem & vehemẽtiam
supplicij. Quod quidem septuaginta quoq; significã-
tes,Cũ carbonibus desolatoriis, ediderũt, hoc est,qui ἐρημικοῖς
deserta faciunt, & consumunt. Ex materiis enim quæ
sunt apud nos terribiles, dei supplicia effingunt & ex-
primunt scripturæ,sagittas & ignem ea vocantes.Hic
autem mihi videtur significare barbaros.Et ideo alius
quoq; interpres hoc significans, dicebat, Libera ani-
mam meã à labio doloso.Talia enim sunt eorũ verba,
tales doli,& tales insidię,plenę fraude & maximo sce- Cũ habi.
lere. *Hei mihi quòd incolatus meus prolongatus est.Habitaui* μετὰ τῶν
cum habitantibus Cedar. Alius,Hei mihi quòd incolatũ σκηνωμά-
protraxi. Alius, Hei mihi q̃ aduena fui in prolonga- των. Cum
tione. Hi quidẽ hoc modo lamentãtur de captiuitate taberna-
culis.

Universidad de Deusto Biblioteca

Babylonica: Paulus autem de ea quæ hic longius trahitur mora, dicens: Etenim dum ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati. [*2.Cor.5.*] Nec id ſolum, ſed etiã habentes primitias ſpiritus, & ipſi in nobis ipſis ingemiſcimus. Eſt enim præſens vita incolatus. Et quid dico incolatus, cum res ſit vel incolatu inferior? Vnde Chriſtus etiam ipſam vocauit viã dicens: [*Matth.7.*] Anguſta eſt porta, & arcta via quæ ducit ad vitam. Hoc enim eſt doctrina optima atq; adeò prima, ſcire nos eſſe inquilinos in vita pręſenti. [*Inquilini ſumus & peregrini in hac vita.*] Quocirca veteres quoq; id confitebantur: & ideo habiti ſunt vel in maxima admiratione. Hoc etiã Paulus ſignificans ſcribendo dicebat: Propter hanc cauſam nõ erubeſcit deus eorum vocari. [*Hebr.11.*] Quámnam cauſam dic mihi? Quia confeſſi ſunt eſſe hoſpites & peregrinos. [*γνώμε.*] Hoc eſt radix & fundamẽtum omnis virtutis. Qui enim rerum quæ hic ſunt, eſt hoſpes, erit rerum ſupernarum ciuis. Qui eorum quę hic ſunt, eſt hoſpes, non lubenter verſabitur in præſentibus: non domus, non pecuniæ, non alimenti, nec alius eiuſmodi curam geret: [*Simile elegans.*] ſed quẽadmodum qui in aliena verſantur, nihil non agunt & procurant vt patriæ ſuæ reſtituantur, & quotidie vrgent & feſtinãt vt eam quæ eos tulit videant: ita etiam qui amore futurorum tenetur, nec rebus præſentibus aduerſis animum demittet, nec ſecundis efferet, ſed vtraque prætercurret, tãquam qui viam ingreditur. Quocirca iubemur etiã dicere in oratione, [*Matth.6. Luc.11.*] Adueniat regnũ tuum, vt illius diei deſiderium & cupiditatem animo noſtro verſantes, & ipſum præ oculis habentes, ne videamus quidem pręſentia. [*Ab exemplo.*] Si enim Iudæi Hieroſolyma deſiderãtes, etiam poſtquam liberati ſunt, deflent præterita: quęnam dabitur nobis venia, quænam relinquetur defenſio, ſi nõ ſupernæ Hieruſalem teneamur vehementi deſiderio? Vide ergo quomodo hi quoq; lamẽtantur quod cum illis verſentur, Habitaui, dicẽtes, cũ tabernaculis Cedar. Multum incola fuit anima mea. Hic enim non ſolum deflent ꝙ in aliena habitent, ſed etiam cum barbaris verſentur. Quod quidem alij quoque faciebant prophetæ, de præſenti vita lamentantes, & dicentes: [*Mich.7.*] Hei mihi ꝙ periit pius à terra, & qui rectè agat, non eſt in hominibus. [*Pſal.11.*] & etiam hic ipſe, dicens, Serua me domine, quoniam defecit ſanctus. Neque enim hæc vita eſt eò tantùm laborioſa, ꝙ plurimam habet vanitatẽ, & curas importunas, ſed ꝙ etiam multus ſit malorum prouentus. [*Malorũ cõſuetudo bonis eſt moleſtiſſima.*] Nihil eſt autem grauius & moleſtius q̃ quę eſt cum huiuſmodi hominibus congreſſio. Neq; enim fumus & vapor ita ſolet grauare oculos, vt improborũ conſuetudo animum triſtitia afficit. Non vides dominum quoq; noſtrum Ieſum Chriſtum oſtendere q̃ ſit moleſta eiuſmodi conſuetudo? Quando enim dicit, [*Matt.17.*] Quouſq; ero vobiſcum? Quouſq; feram vos, id dicit, [*Barbarorũ feritas.*] hoc obſcurè ſignificans, Habitaui cum tabernaculis Cedar. Eſt barbarorũ, cum iis in quos imperium obtinuerunt, inſtar ferarum agere, vt qui tentoriis & tuguriis vtantur, & ad immanitatem ferarum ſint redacti. Sed his multo ſunt efferatiores, raptores, auari, & qui impudicè ac libidinoſè & in deliciis vitam tranſigũt. [*Hier.25. 29.*] *Multum incola fuit anima mea.* Atqui non multum. Fuerunt enim ſolum ſeptuaginta anni. Sed non appellat multum propter multitudinem, ſed propter rerũ difficultatem. [*Vita præſens bonis lõga videtur, malis autem breuis.*] Etſi enim ſit exiguum, videtur eſſe multum iis qui affliguntur. Ita etiam nos oportet affici: & quanuis hic paucis annis vixerimus, eos tamen multos eſſe putare propter futurorum deſiderium. Hæc dico nequaquam vitam pręſentem accuſans: abſit. ea eſt enim

A opus dei: ſed ad futurorum amorem vos excitans, & ne in rebus præſentibus lubenter verſemini: nec corpori affixi ſitis: nec ita afficiamini vt nonnulli è vulgo puſilli & abiecti animi, qui etſi per multos annos vixerint, eos paucos eſſe dicunt. Quibus quid eſſe poteſt à ratione alienius? Quid verò craſſius iis qui cœlo propoſito, & iis bonis quæ ſunt in cœlis, quæ nec oculus [*1.Cor.2.*] vidit, nec auris audiuit, ore hiante vmbras ſtupent, nec volunt vitæ præſentis Euripũ traiicere, in perpetuis fluctibus, tẽpeſtatibus, & naufragiis volutati? At non ſic Paulus: ſed feſtinabat & vrgebat, & vnũ ſolũ eum retinebat, nempe ſalus hominũ. [*Philip.1.*] *Cum his qui oderunt pacẽ, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Vidiſti quomodo oſtendit q̃ graue ſit illic verſari. Non enim dixit, Cum iis qui non habent pacem, ſed, Cum iis qui odio habent pacem, eram pacificus. Vidiſti cõmodum B afflictionis, vidiſti fructum captiuitatis. Sed nunc quis noſtrum hoc poterit dicere? Rectè enim nobiſcum agetur, ſi cum pacificis ſimus pacifici. Hic autem etiã cum iis qui pacẽ oderãt, erat pacificus. Quomodo ergo nos quoq; in hac re rectè geremus? Si tanquã inquilini hic verſemur (Rurſus enim deduco orationẽ ad ipſum argumentũ) ſi vt hoſpites, ſi nullo eorũ quę ſunt pręſentia, retardati. Nihil enim æquè pugnæ & belli cauſa eſt, vt amor præſentiũ, vt vel gloriæ, vel pecuniæ, vel deliciarum cupiditas. [*Belli ac pugnæ cauſa præcipua.*] Quãdo hos omnes funes præcideris, & animã nullo horum retineri videris, tunc videbis vndénam bellum ducat principiũ, & vndénã ſit virtutis iaciendũ fundamentũ. [*Matt.10.*] Propterea iubet etiã nos Chriſtus oues eſſe inter lupos. Ne dicas, Hæc & illa paſſus ſum, & ideo euaſi ſæuus & efferatus. Etiãſi, inquit, paſſus fueris innumerabilia, mane ouis, [*Mane ouis, & lupos ſuperabis. αἴνιγμα.*] C & ita lupos ſuperabis. Hic eſt improbus & profligatus, ſed habes tantas vires, vt vel malis ſuperior euadas. Quid eſt oue mãſuetius? Quid verò lupo agreſtius? Ille tamẽ ab hac ſuperabitur. Id autẽ oſtẽſum & in Apoſtolis. Nihil eſt enim mãſuetudine potẽtius, nihil lenitate validius ac firmius. [*Matt.10.*] Quocirca Chriſt⁹ quoq; iubet oues eſſe inter lupos. [*Ibidem.*] Deinde poſtquã ſic dixit, tãquam non ſufficeret hęc manſuetudo, ouis, inquam, ei quem vult ſe oſtendere diſcipulum, aliquid aliud adiicit, Eſtote, inquit, ſimplices ſicut columbæ. duorum manſuetorũ & ſimplicium animalium miſcens manſuetudinẽ. [*Mãſuetudo vbi maximè oſtẽdenda.*] Ne mihi dixeris, eſt improbus, nec ferre poſſum. Tũc em̃ maximè oſtendẽda eſt mãſuetudo, quando res nobis fuerit cum ſæuis & agreſtibus hominibus, quãdo cum iis qui ſunt ab humanitate & mãſuetudine longè alieniſſimi. tunc eius virtus oſtenditur, tunc eius munus & D officiũ fructúſq; clarè oſtenditur. Cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Alius autẽ interpres dicit, Et quia loquebar ipſis, bellabant. vel hoc ſignificãs, Cum iis qui oderãt pacem, eram pacificus: vel, quoniam ipſis loquebar, ipſi me oppugnabãt. Quod autẽ dicit, tale eſt, In ipſo tempore collocutionis, quãdo maximè, inquit, oſtendebam charitatem, quando verba in primis amica emittebã, tunc efferebantur, tunc dolos & fraudes ſtruebant: ego tamẽ propriam oſtendebam virtutem, licet ij ita affecti eſſent. Ita etiã nos oportet affici, nẽpe licet nos eos amantes pulſent & feriant, licet nobis inſidientur, nos noſtra oſtendere, illius parabolæ memores, quę iubet nos eſſe tanquam oues & columbas in medio luporum, vt & illos meliores reddamus, & ipſi bona cœleſtia conſequamur. Quæ detur nobis omnibus cõſequi gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CXX. CANTICVM graduum. Alius, Cantus in aſcenſiones.

[*Chal. pro aſcẽſionibus abyſſi.*] *LEuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum mihi.* Alius, Leuo oculos meos in montes, vnde veniet auxilium meum. Vide rurſus animam quæ malis implicata nequit ſe expedire, & inuenire exitum, & vult aſſequi ſolatium ad deum reſpiciens, ab his tentationum commodis rurſus erigi & excitari, & ad ſupernũ auxilium inuocandũ moueri, & ab omnibus quæ ad hanc vitam pertinent, abduci. Si enim Iudæi qui ſunt craſſi, & terræ affixi, ab afflictione captiuitatis adeò boni euadebãt, & ad cœlum ita reſpiciebãt: multò iuſtius eſt vt nos hoc faciam⁹ in noſtris calamitatibur, & ad deum confugiamus, à quibus longè maior quàm ab illis perfectio requiritur. Illi enim tunc erant in mediis hoſtibus, & neq; ciuitatem habebãt, nec murum, nec arcem, nec humanum auxilium, nec pecuniam, neq; aliquid aliud eiuſmodi, ſed B captiui & ſerui verſabãtur ſimul inter dominos & hoſtes. Calamitatũ autẽ magnitudine oppreſſi, ad inuictam manũ confugiebant: & ab humanis deſerti præſidiis, ex ea ipſa deſertione conferebant ſe ad philoſophiã. Et ideo dicebant: Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxiliũ mihi. Quæ ab hominibus cõferri poſſunt, omnia defecerũt, omnia perierũt, omnia procul receſſerunt. Vna, inquit, ſalus deinceps relicta eſt, quæ ſcilicet affertur à domino. *Auxilium meũ à domino qui fecit cœlum & terram.* Vidiſti eos deum vbiq; quærere: è terra, è montibus, è ſolitudinibus eum vbiq; viſione apprehendere. Vidiſti eorum mentem fieri excelſiorem, & ſummam dei prouidẽtiam ab eis vbiq; prędicari. Neq; enim nequicquam hoc adiecit: Qui fecit cœlum & terram, ſed hoc obſcurè ratiocinans, & dicens: Si fecit cœlum & terram, poteſt etiam in aliena regione opem ferre, & vbiq;, etiam in barbaria, manũ adiutricẽ præbere, & qui è patria expulſi ſunt, conſeruare. [*Sapien.9.*] Si enim hæc elementa verbo ſolũ produxit, multo magis nos poterit liberare à barbaris. Vides quomodo philoſophantur, qui vel minus habent ſenſus q̃ lapides, dum in aliena regione verſantur. non amplius enim tẽpli, ſed cœli & terræ meminerunt. Vides quomodo mũdi fabricationem, deíq; ſapientiam & prouidentiam prædicãt. [*Hier.2.*] Qui enim antea ligno dicebant, Deus meus es tu, & lapidi, Tu me genuiſti: nunc vniuerſi orbis terræ opificem agnoſcũt. [*Pſal.144. Eſa.51.55. Hier.12. Philip.4.*] Auxilium meum à domino. Non ab hominibus, nec ab equis, non à pecuniis, nec à ſociis, non ab artibus, nec propugnaculis. Auxilium noſtrum à domino. Hoc auxilium eſt inuictum & inexpugnabile. Nõ ſolum autem inexpugnabile, ſed etiam expeditum & facile. Neq; enim longè eſt proficiſcendum, nõ eſt blandiendum ianitoribus, non ſunt conſumendæ pecuniæ, non legationes mittendæ, ſed poteſt quis domi manens hoc ad ſe auxiliũ attrahere, ſi tantum ſeipſum ſeiungens à rebus humanis, illi ſpei adhęreat, & alta reſpiciat, acréſq; & perſpicaces oculos habeat. [*Os homini ſublime dedit.*] Propterea enim hoc ſolum animal deus rectum creauit, & oculos illi in alto locauit, docens quod à ſenſilibus oportet in altũ reſpicere. Solum in hoc, animal eſt ita formatum: reliqua autẽ animalia prona ſunt, & terram deorſum aſpiciũt. Hic autẽ in cœlũ eſt erectus, vt quæ illic ſunt conſideret, & in illis philoſophetur, & illa apprehẽdat & oculos animę acres habeat. [*Eccle.2.*] Quocirca dicebat quoq; quidam ſapiẽs, Sapientis oculi in capite eius. Hoc eſt, liberatus eſt ab omnibus inferioribus, per cœlum vagatur, & cõtem-

A platur ſublimia. *Non det in commotionẽ pedem tuum, neque dormitet qui cuſtodit te.* [*Non det, μὴ δῷς, ne des, neque dormiet, οὐ νυστάξει, non dormitabit.*] Vides quantã à nobis exigit diligentiam id quod dicitur. Quia enim auxilij meminerunt, & ſupernã opem inuocant, adhortatur & conſulit, hoc propemodũ dicens: Si velis id aſſequi, quæ tua quoque ſunt, conferas. Quid eſt autem quod conſulit? Audi: Non des in cõmotionem pedem tuum: hoc eſt, ne diuertaris, ne offendaris: & tunc habebis deum manum præbentẽ, nec te derelinquentem, nec dimittentem. [*Arbitrij noſtri libertas.*] A nobis itaq; proficiſcuntur principia, & id ſitum eſt in noſtra poteſtate. Cũ ergo id in noſtra poteſtate ſitum ſit, quãdo volumus aliquid aſſequi, oportet nos quoq; noſtra conferre, quæ ſunt parua quidem & vilia, ſunt tamen conferenda. Ita enim vult deus, non ocioſos, nec dormitantes, non ſupinos, nec ſtertentes, ſed operãtes, & ſtudiũ ac diligentiam adhibentes, ſeruare. Et ideo vndecima quoq; hora cõduxit. [*Matt.20.*] Et quídnam B tanti momenti erant hora vndecima facturi? Id ſcilicet, vt operatio eſſet eis occaſio & cauſa coronarum. Et ideo dicit: Non des in cõmotionẽ pedẽ tuũ, neq; dormitabit qui cuſtodit te. Si tua præbueris, quæ ſunt illius quoq; ſequẽtur. Ex hoc id quoq; oſtẽditur, [*1.Cor.3.*] ꝙ etiamſi noſtra afferamus, ſic tamen eius quoq; egemus auxilio, vt in tuto ſim⁹, vt maneamus firmi & immobiles. Quis eſt autem qui pedẽ dat in commotionem? [*Pedem in cõmotionẽ dare quid.*] Qui res fluxas & caducas aggreditur, & quorum baſis minimè firma eſt, cuiuſmodi eſt amor pecuniæ, cuiuſmodi eſt deſideriũ earũ rerum quæ ad hanc vitam pertinent: & ideo frequenter ſubuertuntur & decidunt, & de rebus maximis periculum ſępe creant iis qui illa poſſident. [*Mũdanarum rerũ inſtabilitas.*] Illa enim nũquam ſunt firma ac ſtabilia: nunquam ſunt immobilia, ſed ſemper mutantur, C transferuntur, & magis quàm fluctus perturbantur, & quauis arena imbecilliora ſunt, & magis perfluũt. *Ecce nõ dormitabit, neq; dormiet qui cuſtodit Iſraël.* Si te, inquit, ita comparaueris, non dormitabit, neq; dormiet. Hoc eſt, Non derelinquet, non ſinet, non dimittet nudum & deſertum. Hoc autem volens ſignificare, non abs re poſuit illud, Qui cuſtodit Iſraël. Hoc eſt autẽ quod dicit: Si hoc eſt eius perpetuum munus, vt tot retro antè actis ſeculis, vt à tuis maiorib⁹ te in tuto collocet, à ſuo non diſcedet officio, & id quod conſueuit facere, non deſeret, niſi tu dederis in cõmotionem pedem tuum. Neque verò ſolùm non deſeret, ſed te etiam cum magna ſecuritate defendet. Et ideo ſubiungit dicens, *Dominus cuſtodiet te, Dominus protectio tua ſuper manũ dexterã tuam.* [*ἐπὶ χεῖρα.*] Alius, Iuxta manum dexterã tuam. Erit, inquit, defẽſor tuus, adiutor, auxiliator. Vides quomodo hic D quoq; te vult in opere exerceri. A metaphora autem eorum qui ſtant in acie, ſtabit ad manum tuam dexteram, vt ſis inexpugnabilis, vt gnauus ac ſtrenuus, vt valens & potens, vt tropheũ erigas, vt referas victoriam. Quoniam autẽ ea eſt maximè, per quam omnia agimus, nõ ſolùm tibi aſſiſtet, & tibi opem feret, ſed etiã proteget. Et rurſus per ea quę ſunt apud nos, dei auxilium exprimit: & omnibus numeris abſolutam cuſtodiam, & maximè propinquum auxilium, per dexterã & protectionem oſtẽdit. *Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.* Vbinam autem hoc factum eſt? [*Exod.13.*] Quando egreſſi ſunt ex Aegypto, & degebãt in ſolitudine. Hic autem dicit magnam ſecuritatem. Eſt autẽ veriſimile, eos etiam cum tunc redirent, eiuſmodi aliquod miraculum fuiſſe conſecutos aliquo alio modo. Volens ergo largè & copioſè oſtendere eius prouidentiã, quòd nõ ſolùm liberat à malis, imò ne ea quidem ſinit per-

peti quæ ſolent accidere hominibus, hoc ſubiunxit. A Eſt enim eius auxilij liberalis & effuſa ſuppeditatio, & quæ verbis exprimi non poteſt benignitas, quæ non pro modo noſtræ neceſſitatis ſuum præbet auxilium, ſed remunerationibꝰ noſtra quoq; poſtulata ſuperat.

Ephe.3.

Dominus cuſtodit te ab omni malo. Cuſtodiet animam tuam dominus. Qui enim ne hæc quidem parua ſinit tibi afferre moleſtiam, ſed eouſque extendit ſuam curam & prouidentiam, multo magis efficiet vt ab aliis expugnari nequeas. Quicquid enim inuadit moleſti & aſperi, cedit dei nutui. Quę quidem non inſunt in hominibus. Nam & ſi ſępe ab hoc malo liberauerit, ab alio nõ potuit: vel ſi potuit quidem, noluit. Sed ſi dei manus valida eſt & omnipotens, quodcunque inuaſerit, profligare poterit, & te liberare ab omnibus. *Dominus cuſtodiet introitum tuum & exitum tuum ex hoc nunc & vſque in ſeculum.* Alius interpres dicit, Acceſſum tuum. B Vidiſti eius perpetuum auxilium vbiq; adeſſe, introeunti, exeunti. Quid poteſt cum hac charitate cõferri? Quid cum hac humanitate? Hic quidem certè omnem vitã ſignificat. In his enim vita vniuerſa conſiſtit, nempe in ingreſſu & exitu. Et id volens apertius ſignificare, ſubiunxit, Ab hoc nunc & vſq; in ſeculum. Non vno, inquit, aut duobus, aut tribus, aut decem, aut viginti, aut centum diebus, ſed perpetuò. Quod quidem non in eſt hominibus, ſed multæ ſunt rerum mutationes, frequentes traductiones, & continuæ viciſſitudines. Hodie amicus, cras inimicus. Hodie fert opem, cras verò te deſerit. Sæpe autem non ſolùm deſerit, ſed etiam oppugnat, & inſidiatur quouis hoſte grauius: ſed quæ dei ſunt, manent immobilia, perpetua, immortalia, ſtabilia, ſine carẽtia. Vt ea ergo aſſequamur, noſtra quoque afferamus, vt magna ſecuritate fruamur, & bona C futura adipiſcamur in Chriſto Ieſu domino noſtro: Cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Iob.13. Hominis amor, [illegible] quidam. Pſal.109.

IN PSALMVM CXXI.

LAEtatus ſum in iis quæ dicta ſunt mihi, in domũ domini ibimus. At nunc multi verbũ ægrè ferunt: & ſiquis quidem ad equorũ curricula, vel ad theatra iniquitatis aſcendens vocauerit, multi concurrunt: ſed ſi ad domum orationis, pauci ſunt qui non cunctentur. At non ſic Iudæi. quo quid poſſit eſſe grauius, quando illis negligentiores cernuntur Chriſtiani? Vndénam autem factũ eſt vt ij eſſent tales? Rurſus dico, A captiuitate facti ſunt meliores. Hinc ij qui antea nauſeabant, & templum quidem, & diuinorum eloquiorum auditionem dimittebant, ſeipſos autem mõtibus & ſyluis & collibus & plurimæ impietati de- D dicabant, ab illius cultus deſiderio ceſſarunt, & ad hãc promiſſionem incenduntur, eriguntur, conſiſtunt, & animo lætantur. Quoniam enim fame & ſiti laborauerant, non fame panis, & ſiti aquæ, ſed audiendi verbi domini: hoc ſupplicio caſtigati, cum maiori deſiderio ea requirunt à quibus exciderant. Ita etiam vel ipſum ſolum amplectebantur, dicentes, Complacuerũt ſeruis tuis lapides eius, & terræ eius miſerebuntur. Et rurſus, Quando veniam & apparebo ante faciem dei? Et rurſus, Recordabor tui de terra Iordanis & Hermoniim à monte modico. Et rurſus: Hæc memini & effudi ſuper me animam meam. Quídnam autem, dic mihi, meminiſti? Quòd tranſibo in loco tabernaculi admirabilis. Hoc eſt, quando tranſibo ad choreas ac magnos conuentus, & illum dei cultum ac ceremonias. *Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem.* Alius, Lę-

Hebr.1. In iis quæ dicta ſunt mihi, ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι propter eos qui dixerunt. 3.Reg.14. 20. 4.Reg.17. Eſa.65. Oſee.4. Amos.8. Pſal.101. Pſal.41. Ibidem. Pſal.41.

A tatus ſum cum dixiſſent mihi, In domum domini venimus. Steterũt pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Vidiſti inſignem voluptatem, perinde ac ſi rebus ipſis fruerentur: vel ad ipſa verba gaudebant, magno deſiderio amplectẽtes orationis domum & ciuitatem. Ita deus ſemper facere cõſueuit. Quando enim bona habentes non ſentimus, eiicit ea è noſtris manibus, vt id quod efficere non potuit vſusfructus, efficiat priuatio: quod ipſis etiam vſu venit amplectentibus ciuitatem, templum amplectentibus, ꝙ patriam recepiſſent magnas gratias agentibus. *Hieruſalẽ quæ ædificatur vt ciuitas.* Alius, Aedificatam vt ciuitatem. Vel ergo ex ſeptuaginta ſententia hoc ſibi vult, ꝙ ædificabitur Hieruſalẽ vt ciuitas, eo quod dicitur, ſignificante tempus quod præceſſit ædificationẽ: vel, vt vult alius interpres, Recepimus Hieruſalem quę ędificata eſt vt ciuitas. Quia B enim tunc erat maxima ſolitudo ciuitatis, erátq; tunc euerſa & diruta, diſturbatis arcibus, & diſiectis mœnibus, & veteris patriæ ſolùm manebant reliquiæ, cum reuerſi eſſent & vidiſſent ſolitudinẽ, antiquã proſperitatem reuocabant in memoriã, & eius narrabant encomia, referentes, ꝙ quę erat clara & illuſtris, & habebat frequentem eccleſiã, & principes, & reges, & pontifices, erátq; pulcherrima & lõgè ornatiſſima, ad tam turpem & deformẽ ſpeciẽ redacta ſit. Quòd autem ita ſit, audi quę ſequuntur. Hieruſalẽ quæ ædificatur vt ciuitas. Tunc enim nondũ erat ciuitas. Clarũ eſt autem etiam ex eo quod ſubiungit, *Cuius participatio eius in idipſum.* Dicit enim eius frequẽtia, tuta, & cõſtipata ędificia, & nihil in ea fuiſſe deſertũ, ſed omni ex parte dẽſam, perfectã, coactam & coagmentatã fuiſſe ante captiuitatẽ. Et ideo quidã interpres dicit hoc ſignificãs, C Habens continentiam. Deinde aliud quoq; dicit eius encomium. *Illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini, teſtimonium Iſrael ad confitendum nomini domini.* Hoc enim maximè ornabatur ciuitas, non tam propter magnitudinem & ædificia, quam ꝙ omnes illic congregabantur, ſeu ſenatus haberetur ſeu concio, ſeu de re aliqua deliberaretur. Quoniam enim illic erat templũ, & omnes illic peragebantur ritus & ceremoniæ, & illic erãt ſacerdotes, & leuitæ, baſilicæ, adyta, & veſtibula, & ſacrificia, & altare, & feſta, celebréſq; conuẽtus, preces, & auditiones, & vt ſemel dicam, illic conſiſtebat tota forma reipub. oportebat illic tribꝰ maximè ter in anno colligi, in feſtis publicis & ſolemnibus, in paſchate, pentecoſte, & ſcenopegia, ſeu feſto tabernaculorum. Neq; enim licebat alibi. Dicens ergo eius encomium, dicit: Illuc enim aſcẽderũt tribus. Et alius, Illuc aſcen- D derunt ſceptra. Non dixit autem ſolummodo tribus, ſed tribus domini. Omnes tribus erãt domini, nec tamen eis ideo licebat hæc in ſua patria peragere, ſed eo honore affecta erat metropolis, quæ omnes cogebat & attrahebat ad ſeipſam. Hoc autẽ fiebat vt id eis eſſet cauſa dei cognitionis, ne ſi quoquouerſus vagarentur, occaſio ſumeretur viáq; muniretur ad cultum ſimulachrorum. Et ideo illic ſacrificare, illic orare, illuc conuenire, diéſque feſtos iuſſit peragere, loci anguſtiis aberrantem eorum mentem, & ad impietatem tendentem, coërcens, refrę nans, & reprimens. Quod quidem ipſe quoque ſignificans, dicebat: Tribus domini, teſtimonium Iſraël. Quid eſt, teſtimonium Iſraël? Teſtimonium maximũ, argumentũ, probatio dei prouidentię, vt nulla relinquatur excuſatio iis qui deſciſcũt, qui reſiliũt, & ad ſimulachra cõfugiunt. Eius enim prouidẽtiæ, potentiæ, ſapientię hoc erat argumentũ maximũ. Illic

Priuatio bonorum ſenſum eorũ efficit quod vſus fructus nõ efficiebat. Hieroſolyma vrbis celebritas. Iudæorũ conuentus ter in anno. Exod. 32. 2.Para.8. Deute.12. Cur Hieroſolymis ſolũ ſacrificare, orare, &c. licebat. Teſtimonium domini.

Illic enim legebatur lex, quę rerum olim præclarè geſtarum & veteris hiſtoriæ continebat narrationẽ. Illic A etiam ad charitatẽ conſtringebantur dum inter ſe haberẽt conſuetudinẽ. Quæ enim celebrabãtur feſta, vt inter ſe congrederentur, cauſa erat, & maior metus, & viuida pietas, & alia bona innumerabilia ex eo proficiſcebantur, ꝙ ſimul in ciuitate conuenirent. Ad cõfitendum nomini domini. Hoc eſt, ad gratias agendas, ad colendum, orandum, offerendum, ſacrificandum, quæ ipſos deduxerunt ad pietatem, & accuratam eorum reipub. diſciplinam effecere tutiorem. *Quia illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domũ Dauid.* Ecce dicit etiam aliã ciuitatis excellentiã. Quænam ea eſt? quod illic eſt regia. Hoc enim ſibi vult illud, quoniam ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domũ Dauid. Alius, domus Dauid. Illic enim duplex erat principatus, & ſacerdotũ & regum, vno vinculo coniunctus, cum ve- B luti quadã duplici corona & diademate ornaretur ciuitas per hęc omnia. Illic iudices, ad quos quæ multorum captum ſuperabãt, referebantur. Siqua enim lata eſſet ſententia in aliis ciuitatibus, de qua dubitaretur, vt euenit in appellationibus, ad iudicũ qui erant Hieroſolymis cognitionem, ſententiam referebant. Illic autem accipiebatur ſolutio. Sed erãt quidem antiqua huiuſmodi: quæ autem nunc ſunt, ſunt his multò grauiora. eſt enim ſumma ſolitudo, ruina, euerſio, conflagratio, paucæ domorum reliquiæ, triſtis & miſerabilis ſpecies, & quæ ſolùm habet monimentum & obſcura quædam veſtigia prioris fœlicitatis. Quocirca nõ cõcludit orationem rebus miſeris & triſtibus, ſed ad lætiorum ſpem eos reducit, dicens, *Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem.* Quid eſt, Rogate quæ ad pacem ſunt Hieruſalem? Pro eo quod eſt, petite & poſtulate. Alius C autem dicit, Amplectimini, aut ſalutate Hieruſalem. Hoc eſt, Rogate vt ea redeat in priſtinam proſperitatem, vt liberetur à bellis frequẽtibus, vt deinceps ſecuritate fruatur. Vel hoc ergo dicit, vel prędicit: Rogate quę ad pacem ſunt Hieruſalem. Hoc eſt, Pax ei ſuccedat. *Et abundantia diligentibus te.* Alius, Quieſcãt. Alius, Iucunditate afficiantur, qui te diligunt. Hîc eſt magna copia proſperitatis, quãdo non in ea ſolùm bona conſiſtunt, ſed etiam qui eam diligunt, iis fruuntur. Quod quidem in prioribus tẽporibus ſecus fiebat. Qui eam enim odio habebãt, & oppugnabant, ij plurimum poterant, & erãt aliis clariores, & cum facilitate trophæa erigebant. At nunc ij qui te diligunt, in magna erũt ſecuritate. Qui tecum, inquit, iiſdẽ tenentur munimẽtis. Eos autem dicit qui vel erant eorum fauturi partibus, vel etiam ipſos ciues. *Fiat pax in virtute tua.* Alius, In D propugnaculo tuo. Alius, in ambitu tuo. Quid eſt in virtute tua? In ſubſtantia tua, in iis quæ in te habitant, in proſperitate tua. Quoniam enim bellum res eſt exitioſa, ídque eam perdidit, ei pacem precatur. *Et abundantia in turribus tuis.* Alius, In regiis tuis. Alius, Iucũditas. Alius, Quies. Nõ ſolùm enim prędicit futurã à malis liberationem, ſed etiam innumerabilium bonorum acceſſionem, pacem, abundãtiam, fertilitatem. Quid enim iuuat pax, quãdo in paupertate, fame, & mendicitate viuunt? Quid autem iuuat abundantia, quando bellũ ingruit? Et ideo eis vtraq; hæc bona prędicit fore, vt & eis adſit abundantia, & ea ſecurè fruantur propter pacem. *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te.* Vel vicinos dicit, qui eorũ caſu lætati fuerunt, & opat vt fiat pax, vt illi quoque deprimantur & cognoſcant dei potẽtiam. Vel fratres eos dicit, qui ci-

Deut.31. Feſtorum cõuentuũ vtilitas. In Hieruſalẽ principatus duplex, ſacerdotum & regum. Deut.17. Hebr. Rogate pacẽ. Chald. pro pace. Chald. Sedeant in tranquillitate amatores tui. συμπεφραγμένοις. Heb. In regiis palatiis.

A uitatem inhabitant. Propter fratres ergo meos & proximos meos rogo vt fiat pax, vt vel tandem reſpirent cum calamitatibus facti ſunt meliores. *Propter domũ domini dei noſtri quæſiui bona tibi.* Quoniã dixit, Propter fratres meos & proximos meos, oſtẽdens ſe hoc nõ precari propter illorum meritũ, ſed vt illos maiori beneficio afficeret, ſubiunxit, Propter domũ dei noſtri. Hoc eſt, propter gloriã eius opto pacem, vt eius cultus rurſus redeat, & doctrina augeatur. Alij enim tempore captiuitatis nati ſunt, alij verò fuerũt teſtes & deſcenſus & reditus. Dei autẽ cultu peracto hæc omnia diſcebant à ſenioribus, fœlicitatẽ ſcilicet eorum, & proſperitatem, & ꝙ cum tot rebus ſecundis vterentur, iis exciderint. Vides quomodo eorum reprimit arrogantiam, ne exiſtiment ſe bona recepiſſe vt qui ſatis pœnarum dederint, ſed ſciant ꝙ propter dei gloriam in B ſuam patriam reuerſi ſunt: & cum id didicerint, maneant cum ſumma ſecuritate, ne peccãtes eadem rurſus experiantur. Hęc ergo nos quoq; cum ſciamus, maximè quidẽ operam adhibeamus ne labamur: ſed ſi in peccata quandoque inciderimus, ſtudeamus celeriter reſurgere, & nõ in priora recidere, ne ea audiamꝰ quæ fuerũt dicta paralytico, Ecce ſanus factus es, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi cõtingat. Propterea enim ſic dixit, & bonos docens vt virtutem ſecurè conſeruent, & qui liberãtur à peccatis, in optima mutatione maneãt, vt omnes communiter bona cœleſtia conſequãtur. Quibus detur nobis omnibus frui gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

παραινέσις. Ioan.5.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Pſalmo CXXI. Fiat pax domine in virtute tua, & abundantia in turribus tuis, Homilia Incerto interprete.

C DOminus noſter IeſusChriſtus qui voluit oſtẽdere viam recentẽ, per quam & in qua incederemus ſine ceſſatione: oſtendit & doctrinam ſalutis, per quã perueniremus ex captiuitate peccatorum ad plenitudinem virtutũ. Audite fratres dilectiſſimi. primam beatitudinem in octo beatitudinibus quas dominus cõmemorauit in ſancto euãgelio, hanc poſuit, dicens: Beati pacifici, quia filij dei vocabuntur. Et venit in articulo paſſionis ſuæ, quam hæreditariam miſit toti mũdo, dicẽs: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Nam modò hoc cãtauimus ex verbo prophetico, dicentes, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & D proximos meos loquebar pacem de te. Iſta pax multipliciter intelligitur. Eſt & pax malorũ. Sed pax noſtra ita nobis concordat, conquadrat, ita vndiq; lucet, vt totum concordet, ſplendorem poſſideat, totam claritatem obtineat. Audite, quæ eſt pax noſtra? Chriſtus eſt, qui tulit parietem inimicitiarum qui erat inter nos & deum, & recõciliauit nos patri: quia ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Ecce radix pacis noſtræ. Exinde ſurgit vt pacẽ habeamus cũ omnibus hominibus, ſuſtineamus inquietos, arguamus ſuperbos, corrigamus elatos, toleremus infirmos: & cùm iſta fiunt, fœcũdatur in nobis pax. Surgit alia pax, vt non litiget caro noſtra cõtra animam noſtram, ſubdantur omnes voluptates & ſtimuli carnis quæ militant contra nos, & poſſident membra fragilia, exagitant habitatorem, qui eſt ſpiritus noſter. Spiritus concupiſcit aduerſus carnem, caro aduerſus ſpiritũ. Hæc enim ſibi inuicem aduer-

Matth.5. Ioan.14. Pax noſtra Chriſtus. Epheſ.2. Galat.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersantur, vt nō ea quæ volumus, faciamus. Videtis
Ibidem. quanta est discordia cum spiritu & carne? Cum ergo
ista subdita fuerit spiritui, tūc erit pax. Nam audite il-
lum qui bellū gerebat in corpore suo, quomodo sine
verecūdia exclamat, dicens (cū iam præterita diceret,
Roma.7. & miserias carnis nō taceret.) Infœlix ego homo, quis
me liberabit de corpore mortis huiꝰ? Præmiserat eñ,
Ibidem. & dixerat: Scimus enim quia lex spiritualis est, ego au-
tem carnalis sum, venūdatus sub peccato: quod enim
operor, ignoro. nō enim quod volo, hoc facio. Si autē
quod nolo hoc ago, cōsentio legi, quoniam bona est.
Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod ha-
bitat in me peccatum. Scio enim, quia non habitat in
me, hoc est, in carne mea, bonū: nam velle adiacet mi-
hi, perficere autem bonum nō inuenio. Inuenio igitur
legem mihi volēti facere bonum, quia malū mihi ad-
iacet. Condelector enim legi dei secūdum interiorem
hominem: video autem aliam legem in membris meis
repugnantem legi mentis meæ, & captiuātem me sub
lege peccati, quę est in membris meis. Et, vt dixi, redit
in se, & ad se, & videt fœneam carnē casibus plenam,
caducam, minus stabilem, & exclamat rugiēs à gemi-
tu cordis, dicēs: Infœlix ego homo, quis me liberabit
de corpore mortis huius? Et cōfugit ad illam singula-
Ibidem. rem misericordiam, dicens: Gratia dei per dominum
nostrum Iesum Christum. De ista ergo pace quam vi-
debat propheta sano cordis oculo, dicebat: Fiat pax in
virtute tua, & abūdantia in turribus tuis. Tunc res gra-
dibus interioribus ordinatæ sunt, nec possunt ascen-
di vsq; ad summū, nisi gradatim. Tunc ergo erit abun-
dantia virtutum in nobis, si transierimus vitia, & saltus
fecerimus à malis, & gradibus ascenderimus ad virtu-
tes, vt scala illa virtutum perducat nos vsque ad abun-
dantiam turris, id est plenitudinē virtutis. Gradus fa-
ciebat, quando in virtutibus tripudiabat Dauid, in vi-
ctoria triumphabat, de viribus suis nō præsumebat, &
totū quod erat, deo assignabat. Nam vicit homo ira-
cundiam per māsuetudinem: primum gradum ascen-
dit. Recōciliatus est fratri propter pacem: secundum.
Humiliauit se, ne inuiscata mente deo munera offerat
Gradus virtutum cum inimicitia fratris: tertiū gradum ascendit. Quar-
tum gradum ascēdit, qui vicit tenacitatem ex dispen-
satione pauperū, permanens in largitate. Per pietatem
quintum gradum ascendit. Qui malum pro malo non
reddit malis, sextū gradum ascendit. Qui orat pro ini-
micis, septimū gradum ascendit. Qui paratus est amit-
tere substātiam seculi ex amore dei, octauum gradum
ascendit. Qui obtinet charitatē, in caput turris perue-
nit. Ista est ergo abundantia de qua dicebat propheta,
sicut & modò cātauimus, Fiat pax in virtute tua, & a-
bundātia in turribus tuis. Sequitur, *Propter fratres meos*
Fratres nostri qui sunt. *& proximos meos loquebar pacem de te.* Qui sunt fratres no
stri, nisi quos demōstrauit ipse saluator, cū mater eius
& fratres ante ianuam starent, & nunciatum ei fuisset,
Luc.8. Ecce mater tua & fratres tui stāt foris, quærētes te vi-
dere? Et ne videretur ab aduersariis carnē magis pro-
ximam sibi amare, quā susceperat nō ex indigētia, sed
ex volūtate, ait dicēti sibi, Et quę est mater mea, & qui
sunt fratres mei? Et extēdens manum in discipulos di-
Matth.7. xit: Hi sunt mater mea, & fratris mei: & qui fecerit vo-
luntatē patris mei, qui in cœlis est, ille mihi frater, so-
ror, & mater est. Ergo propter fratres nostros, & pro-
pinquos nostros, nō carnis propinquos, nō fratres se-
minis istius corporis: sed illos fratres, qui volūtatē dei
faciunt, qui vitā student habere purgatam, qui displi-
cent sibi, & placēt deo, propter istos fratres, & propter
istos propinquos loquimur pacē, & quærimus bona à
deo. Sic enim sequitur: Propter fratres meos & proxi-
mos meos loquebar pacē de te. Ergo iste dominus no
ster Iesus Christus, qui est caput nostrū, de credētibus *Coloss.1.*
sibi dicebat, & sibi inherētibus. Et nos possumus dice-
re in charitate Christi de seruis dei pudicis, sanctis, &
immaculatis, qui sunt fratres nostri, si tamen viuamus
sicuti vixerunt, vel sequamur vestigia eorū, qui ita vi-
uunt, vt audeamus dicere fratres de bonis, qui sumus
mali. Sed in nomine Christi nō desperamus nos quo-
tidie in melius proficere, & esse boni, qui aliquādo fui-
mus mali, & dicere cū bonis, Propter fratres meos &
propinquos meos loquebar pacem de te. Ecce modò
loquimur pacē de deo, vt superiꝰ significauit, pacē illā
multiplicē, syluosam & spaciosam, quò se omnis ho-
mo tranquillus tollit, & ab ęstu istius seculi sub vmbra
opaca & cōdensa requiescit. Ibi enim sub vmbra eius
cum requieuerimus, & fuerimus, & māserimus, loque-
mur pacem de deo. Vbi pax est, tēpestas nulla est, ob-
scuritas nulla est, nox nulla, tenebræ nullę. Hęc est pax
clara, modesta, simplex, idonea, fundata. Ergo fratres
tenete pacem, possidete charitatē, permaneat vobiscū
pax ista. Sed nunc dat se amicis suis, qui omnes dele-
ctationes, voluptates, cupiditates, aduersitates vincūt,
calcant, ascendunt, perueniūt. Si agnouistis expositos
versiculos, quos modò propitio deo pro salute nostra
cantauimus, eritis imitatores, & nō tantum doctores,
sed factores. Dicamus quod ait apostolus, Imitatores *1.Cor.11.*
mei estote, sicut & ego Christi: quia sancta imitatio q̃
bona, vt vsq; ad societatem Christi perueniat. Fiat er-
go in nobis pax in virtute eius, non in viribus nostris,
vt iam non litigent duo in corpore nostro, id est, caro
& spiritus: sed subdatur caro spiritui, vt in agone con-
tendentes, ab omnibus erroribus abstineamus, vt iam
sequamur ad palmam supernæ vocationis dei, præte- *Philip.3.*
rita obliti, in ea quæ antè extēti, & occurrat nobis iam
non certantibus sed victoribus brauium illud æterni-
tatis, corona immortalitatis, quam præparabit deus
metuentibus se. Amen.

HOMILIA IN PSAL. CXXII.

Incerto interprete.

AD *te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlo.* Prosunt *Afflictio purgandis accommoda.*
nonnunquā supplicia, & tribulationū sarci-
nis animi sæpius corriguntur. Ecce enim Iu-
dęi qui semper habebāt oculos infixos in terra, qui hu
milia cogitabant, qui Aegyptiorum & Assyriorū con-
fidebant auxilio, qui murorū propugnaculis tegeban-
tur, qui cumulo fulgentis auri tumebant, post captiui-
tatem suam, post ruinam patriæ omnibus priuati deli-
ciis, ad inuictā dexteram confugerunt, & terrenis co-
gitationibus spretis excelsa postulabāt, & euerso tem-
plo ad cœlū oculos eleuauerunt, & de cœlo dei mise-
ricordiam flagitabāt, & de deo subsidium suę captiui-
tatis implorabant. Et nemo miretur q; deus dicitur in
cœlis habitare. non enim tanquā conclusus est alio lo-
co, nec aliquibus limitibus occupatus, sed in cœlesti-
bus potestatibus requiescēs. Nam & in hominibus ha
bitare dicit, sicut ait: Inhabitabo in vobis, & inambu- *2.Cor.6.*
labo in vobis. Igitur isti apud Barbaros multarū secta- *δογμάτων*
rum imbuti ratione, valuerunt scire, quòd vbiq; deus
subuenit inuocatus, & eam propheta nouam conuer-
sationem, id est, ecclesiæ iam radiare perspicit, & lo-
corum obseruationem sensim, & figuratim imitan-
dam esse testatur. *Sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorum,*

suorū, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi no
stri ad dominū deum nostrū, donec misereatur nobis. Perspice
stabilem reuerentiam, incommotam fidem nō paruo
tēpore sese rogaturos pollicentur, sed perenni depre-
catione seruaturos ostendunt: & ideo se seruulis com-
pararunt quibus omnis spes in dominorum cura con-
sistit, nec aliunde præsidium est. Quippe cùm sine do-
minorum solicitudine alimoniam sibi pręparari, vesti-
menta suppeditari, omnémq; cōmoditatis curam non
deesse cōfidūt. Et hęc à domino donec receperint, nō
recedunt: & cū acceperint, gratias confitentur, & hæc
perpetuò gerunt. Dauid igitur demōstrare festinans q;
à deo solo solatium postulant, & q; perpetuo deprecā-
tur, & q; nulla spe nisi dei misericordia consolantur, &
q; sua bona tāquam seruorū peculia ipsi debentur, po-
suit serui & ancillæ personā, & qui antea inuitabantur
ad deū, & nimio elati fastidio, non obtemperare cura-
bant, sola calamitate corrigūtur, & captiuitate mutan-
tur, & se ab eo nunquā recessuros pollicentur, donec
eius misericordiā mereantur. Donec, inquit, miserea-
tur nobis. Non dixit, donec mercedē reddat, aut do-
nec vicē restituat: sed, donec misereatur nobis. Et nos
ergo continua deprecatione debemus insistere, & si
Luc.18. accepetimus, & si nō acceperimus, tamen nō receda-
mus. Nam cū hoc facis, incunctāter accipies. Nam si
illius impij iudicis agrestē mentē vnius viduæ assidua
verba flexerūt: tu quam veniā poteris promereri, si ad
fundendas preces aliquo fueris fastidio superatus? In-
παραίνεσις ab exemplo. spice famulos dominorū vestigiis inhęrentes, & ab ip-
sorum nutu solicita obseruatione pendentes, hos imi-
tare, hos sequere. Obsequiū domino, quod debes, ex-
solue, & seruitio tuo eū placare festina, & omnia præ-
termittens illius præcepta conserua, & facile poteris
sentire quæ poscis. *Miserere nobis domine, miserere nobis:*
quoniam multū repleti sumus despectione, multum repleta est a-
nima nostra. Vidisti mentem dolore contritā, saluari se
Dan.3. misericordia deprecatur, & ingenti se mole supplicij
laborare proclamat, sicut & Daniel ait: Quoniā dimi-
nuti sumus vltra omnes gentes super terrā. Hoc & Iu-
dæi clamabant, Omnes terminos calamitatis excessi-
mus, amisimus patriā, perdidimus libertatē, seruitutis
iniuria subiugamur, captiuitatis vincula sentimus, bar-
barorū tenemur obsequio, contēpti viuimus, suspecti
anhelamus, fame cōterimur, sitis rabie laceramur, om-
ne tēpus tormentis exemptū est: ideo subueni, misere-
re: multū repleta est anima nostra. Et ipsa, inquit, ani-
ma iam defecit calamitatū continuatione tantarū. Et
multi quidē tolerabiliter patiūtur aduersa, nos autem
etiam solatiū sufferentiæ amisimus, lugemus, lachry-
mamur, lamentatione conterimur. Et quoniā datis si-
bi honoribus nō sunt vsi cōpetenter, sed largitatis be-
Vexationis vtilitas. neficiis abusi vixerunt, contrariis corriguntur. Et hoc
deus vbiq; facit. Sic & Adam cùm paradisum vtiliter
habitare noluisset, pulsum è paradiso emēdauit: & cō-
Gene.3. iugem pari honore gloriatā, postea seruitute deterio-
ratam, vtilem meliorémq; constituit. Sic & Iudæos li-
bertate superbos, deliciis fastidiosos, iugo reddidit ser
uitutis, vt captiuitati dediti, & iniuriis traditi corrigan-
tur. *Opprobrium exprobrantibus, & despectio superbis.* Hoc
frequenter admittitur, hoc quotidie cōprobatur. Sem
γνώμη. per superba cogitantes, repentina humilitate obruun-
tur. Nihil enim superbia detestabilius, nihil arrogantia
crudelius reperitur. Propter hanc tētationes, propter
hanc dolores, propter hanc gemitus, propter hanc
mortale corpus est, propter hanc cordibus solicitudi-
nes ingeruntur, vt anima vndiq; tormentis obsessa, &
crebris refrænata suppliciis, superbiæ cacumina dere-
linquat. Non ergo turbemur adueniente forsitan ali-
qua tentatione, cum sciamus hanc esse pro nobis: sed
prophetæ verba teneamus, qui dicit: Bonum mihi do- *Psal.118.*
mine, q; humiliasti me, vt discerē iustificationes tuas.
Calamitatem pro remedio, & vulnus pro medela su-
scipiamus, & tentationem prodesse noscamus, vt refi-
ci quiete possimus, per dominum nostrū Iesum Chri-
stum, viuentem, & regnantem cum patre & spiritu san
cto in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXIII.

NI*si quia dominus erat in nobis.* Quod sæpe di-
xi, hoc quoq; nunc dico, nec cessabo dice-
re, magnum esse fructum captiuitatis, & ad
philosophiā deducere posse eos qui atten- *Captiuitatis bono Iudæi vitarūt idololatriam.*
dunt. Ecce enim qui ad simulachra currebāt, & deum
contemnebāt, & in impietatem impegerant, quid di-
cunt nūc post captiuitatem? & quomodo salutem suā
deo asscribunt? Quinetiam propheta, tanquam cho-
ragus optimus, eadē eis iubet frequenter dicere. Post-
quam ergo primus dixit, illis quoq; præcipit vt magi-
ster discipulis, dicere: *Dicat Israel, nisi quia dominus erat*
in nobis, dum exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent
nos. Erant enim inermes, nudi, captiui, & serui, & nu-
per à malis liberati, & vrbem habebant immunitam,
imò verò ne ciuitatem quidem, & post reditum erant
prædæ omnibus expositi, sed fuit eis deus pro muro
& arce. Hoc ipsum nos quoq; dicamus: Nisi quia do-
minus erat in nobis, vtiq; viuos deglutissent nos. Quid
enim nō fecisset noster inimicus diabolus, nisi domi-
nus fuisset in nobis? Audi quid Christus dicat Simoni:
Simon, Simon, quoties petiit te satanas cribrare sicut *Luc.20.*
triticum: & ego oraui pro te, ne deficiat fides tua. Est
enim improba belua & insatiabilis, & nisi assiduè re- *1.Pet.5.*
frænaretur, subuertisset & confudisset omnia. Si enim *Iob.1.2. & 3.*
cùm in beatū Iob pusillum quid ei fuit permissum, eius
domū euertit funditus, eius corpus multauit, faculta-
tes corrupit, filios obruit, vt è carne vermes scaturirēt
effecit, vxorē in eum incitauit, amicos, inimicos, famu
los, vt probris eum insectarentur induxit: si non innu-
merabilibus frenis retardaretur, quomodo nō omnes
perderet? Quocirca hîc quoq; dicit, Nisi quia domi-
nus erat in nobis. Erant enim admodū pauci & con-
tempti, & eos reuertentes multi adoriebantur. Porrò
autem in hoc quoq; ostendebatur dei sapientia, q; nō
repente & vno simul tēpore daret eis securitatem, sed
sensim ac paulatim. Hoc autē faciebat eos conseruans
in dei cognitione, & quæ ex captiuitate ad eos redie-
rat correctionē non sinens pręterfluere. Quia enim li- *λόγμα.*
beratio à malis solet homines efficere socordiores, in
ipsa etiam donatione bonorū permittit vt ipsi assiduè
tententur, vt sint eis tentationes perpetuum philoso-
phiæ exercitiū. Et ideo nec homines semper dimittit *Prosperorū & aduersorum alternationis vtilitas.*
in calamitatibus, ne deficiant: nec in quiete & rerum
prosperitate, ne fiant socordiores: sed mutationibus ac
vicissitudinibus eorum salutem variat. Viuos deglutis-
sent nos. Vides quomodo ostendit q̃ sunt feri & im-
manes qui eos inuadunt. Hi enim homines vel ferarū
immanitatem ostendunt, imò verò eis magis sæuiunt
in illos qui sunt eiusdē generis. Fera enim cùm semel *Homines feris crudeliores.*
inuaserit, ab ira desistit, & recedit. Homines autem cū
sæpe res cesserit aliter q̃ putabāt, sæpe inuadūt, vel ip-
sas carnes gustare cupiētes. Eiusmodi res est ira, ratio- *Ira, rationis expers.*
nis expers, adeò feruet & ebullit animi perturbatio.

Universidad de Deusto Biblioteca

Quomodo ergo hęc extinguetur ęgritudo? Si res nostras animo reputemus, si mortem cōsideremus, & eos qui quotidie recedunt, si nostrā naturam contemplemur, ꝙ scilicet sumus terra & cinis. Si autē pulchritudo aspectus animo tuo adhuc imponit, vade ad monumenta & thecas tuorum parentum, & vide quomodo sunt positi, & in puluerem ac terrā resoluti, & magnā ex eo capies occasionē vt teipsum reprimas. Neq; verò quod dico, nimis esse graue insimulaueris. Quēadmodum enim qui febre laborant, postquā à morbo liberati fuerint, puro aëre indigent: ita etiā quos animi

Perturbationes animi vt sanari possint.

perturbationes ad insaniā adigunt, si ad monumenta accesserint, tanquā qui in prædium saluberrimū peruenerint, multas expellent ægritudines. Sufficit enim vel solus vrnæ aspectus ad eū deprimendū qui est valde insolens. Ab his deinceps transmitte tuā cogitationem ad futurū illū diem terribilem, ad habendas de te quæstiones, & reddendas rationes, ad supplicia quæ nullū habēt omnino solatiū, vbi nemo te defendet: & his omnibus veluti quibusdā carminibus seda tuas animi perturbationes. Considera autē etiam ex hominibus eos qui in vita præsenti ex diuitiis redacti sunt in paupertatē, ex gloria in ignominiā: & si velis irasci, nō ei qui est tibi genere coniunctus, sed malo tuo dæmoni irascere. Illi nunquā reconcilieris: illi iram tuam impende & consume, in illū tende laqueū, nunquā cesses aduersus eum bellū gerere. *Cùm irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.* Torrentem & aquam hîc dicit ineffabilē irā inimicorū. Est em̄ aqua, quę effusè magna vi & magno impetu fertur, & quodcunq; ei occurrit, secum trahit.

Hebr. 10. *Dæmō hominis malus.* *Forsitan ἄρα, vtique. Torrens.*

C

Non solùm autem hîc dicit irruptionem malorū, verumetiam transitum. Ne animū ergo abiiciamus quādo nos mala inuaserint. Torrens est cuiusmodicunq; sit, est nubes quæ prætercurrit. Quicquid molesti dixeris, id habet finem. Quicquid graue & asperū dixeris, id quoq; omnino habet extremum. Si enim finem non haberent, natura non sufficeret. At complures, inquit, secum trahit. At id non fit propter eius violentiā, sed propter eos qui sunt ignaui & pusillanimi, & facilè prosternuntur. Ne ergo abstrahamus, sed ea quæ sunt eius grauissima, inuadamus, loca eius cōsideremus, sacram anchoram apprehendamus, vt nullum patiamur naufragium. Torrens enim est ad tempus terribilis, & rursum supra modum deprimitur. Aqua absorbuisset nos. Alius, Tunc aquæ inundauissent nos, quæ tanquā gurges pertransiissent animam nostram. Vtiq; transiisset anima nostra aquā intolerabilē.

Spē dicit anchoram sacram.

D

Alius, tunc transiissent super animā nostram, tanquā aquæ, superbi. Vidisti quantum sit dei auxiliū: quomodo in tot malis non siuerit eos obrui. Ideo enim sinit mala crescere, non vt nos obruant, sed vt magis probatos efficiāt, & suæ potentię maiorem prębeat demonstrationem. Superbos autem hic dicit hostes, qui quouis torrente, & quauis aqua intolerabili vehementius irruētes, nihil ipsos læserunt. In causa est autem dei auxiliū, auxilium quod superari non potest. Et ideo cum ipse dixisset liberationem à malis, dicit eum etiam qui liberauit, ídq; cū summa eius laude. *Benedictus dominus, qui nō dedit nos in captione dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.* Vidisti quomodo suam ostendit imbecillitatem, & illorum potētiam. Illi enim tanquā feræ & leones eos inuadebant, parati vel eorum vesci carnibus, armati & anima & viribus: hi verò erant

Rom. 5. Iaco. 1.

A

quouis passere imbecilliores. Tunc enim dei miracula maximè ostenduntur, quando qui sunt imbecilli, superant potentiores. Nec eo solum erant insidiæ intolerabiles, ꝙ illi quidem erant potentes & terribiles, ira pleni, & vel eorum carnibus vesci parati: hi autem imbecilli, & pauci, & ad inuadendum faciles: sed etiam ꝙ erant in mediis malis intercepti, & vndique cincti difficultatibus, haberent vndique bella eos circunstantia: sed qui est maxima potestate præditus, & potest vndique conseruare, etiam postquam pericula & mala circunsederint, nos, inquit, liberauit cum magna facilitate. Quod quidem volens ostendere, sic dixit, *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Deinde ostendens etiam quomodo, subiunxit, *Adiutorium nostrum est in nomine domini, qui fecit cœlum & terram.* Vidisti

B

perfecti virtutem, vidisti potentiam: ipsa etiam insidiarum adminicula sustulit. Hoc etiam anagogicè acceperit quispiam de diabolo, & de genere hominum. Ostendit enim quomodo eum profligauerit, & eius sustulerit insidias. Hoc enim factum est ex quo dixit discipulis, Ambulate super serpētes & scorpios, & super omnem potestatem inimici. Nō est enim amplius apertum bellum, nec ex æquo instructa acies. Sed ille quidem iacet pronus & procumbens: tu autē stas erectus, ex alto eum feriens. Ille quidem enernatus: tu verò robustus & validus. Quî fit ergo vt sępe vincat? Hoc fit ex nostra ignauia, ex socordia eorum qui dormiūt. Si velis itaq; resistere, non audet tecum instructa acie confligere. Quod si vincit dormientem: id non illius potentiæ, sed tuæ tribuendum est negligentiæ. Quis enim dormientem non vicerit, etsi sit omnium imbe-

Luc. 10. *Diabolus profligatus.* *Iaco. 2.*

C

cillimus? Alligatus est fortis, impedimenta eius omnia direpta sunt, fracta est potentia, ruptum est ac dirutum eius habitaculum, rhomphææ eius defecerunt. Quid vis his amplius? Qua de causa eum times? Cur vereris? Iussus es conculcare eum, qui est eneruatus: quamobrem dic quæso contremiscis? Cur cunctaris ac dubitas? An non cogitas qualis sit qui tibi fert auxilium? Non solùm enim hostis tuus factus est imbecillior: sed etiam tuum maius est auxilium. Compressa est carnis exultatio, peccati ablata est sarcina, gratiā spiritus accepisti, quæ habet vim vnctionis. Imbecillū enim legis, in quo erat imbecillum per carnem, deus misso suo filio in similitudine carnis peccati, & de peccato condemnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus. Carnem fecit tibi morigeram, arma tibi

Matt. 12. *Psal. 9.* *Rom. 8.* *Ephe. 6.* *Ephe. 1.*

D

donauit, thoracem iustitiæ, cingulum veritatis, robur salutis, clypeum fidei, gladium spiritus arrham dedit, corpore suo te nutrit, sanguinem suum tibi bibendum porrigit, crucem tibi tanquam lanceam in manus tradidit, lanceam quæ nunquam flectitur. illum alligauit, humi proiecit. Non habes itaque quo te deinceps defendas si vincaris: & si profligeris, non est tibi danda venia. Habes enim innumerabilia victoriæ adminicula. Laqueus contritus est, inquit, & nos liberati sumus. Auxilium nostrum in nomine domini qui fecit cœlū & terram. Vides qualem habes Imperatorem, qualem Regem, eum qui est vniuersi opifex, eum qui solo verbo tot corpora produxit, tantam molem, tantam magnitudinem. Ne animum demittas, forti animo resistas. Nihil vetat quo minus trophæum pulcherrimum erigas. Hæc ergo cū sciamus, ô dilecti, sobrij simus, contendamus, ne dormiamus, sed cū arma absterserimus, animíque

Ioan. 6. *Arma Christianorum.*

promptitudinem & alacritatem confirmauerimus, hostem assiduè inuadamus, vt cum præclarā victoriā retulerimus, cū magna gloria regnū cœlorū consequamur. Quod nobis detur assequi gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXIIII.

QVi confidunt in domino, sicut mons Sion. Cur non dixit absolute, sicut mons, sed illius montis meminit? Docens nos non debere animū deiicere in calamitatibus, nec ab eis pessundari, sed à spe in deū pendentes, omnia ferre fortiter, & bella, & pugnas, & tumultus. Quemadmodum em̄ hic mons qui fuerat quandoq; desertus, & nudatus habitatoribus, ad priorem redierat prosperitatem veteri statu recepto, cùm incolæ rediissent, & miracula rursus ostēderentur: ita etiā vir fortis & generosus, licet ab innume-

B

rabilibus inuadatur calamitatibus, minimè euertetur. Ne ergo quæras vitam ab omnibus negotiis, periculis & afflictionibus remotā, sed quā minimè inuoluūt & deprimūt pericula. Ars enim non eodē modo ostēditur si quis in portu sedeat, & siquis vndosum mare transmittat. Ille enim, ignauus, mollis, & eneruatus redditur: hic autē, qui multas rupes marinas, multas cautes & scopulos, multos ventorum impetus, & alia maris pericula sustinuit, & in his omnibus excelluit, animum suum firmiorē & robustiorē reddidit. Nō ideo deductus es in hanc vitam, vt sis ociosus, nec vt sis vilis & abiectus, nec vt tibi nihil aduersi eueniat, sed vt grauia passus euadas clarior. Ne ociosam ac remissam voluptatibúsque & deliciis plenam vitam quęramus, Non est em̄ viri fortis sed potius inermis hoc desiderium: eius inquā potiùs, qui est rationis expers, q̃ eius

Rom. 8. *1. Cor. 12.* *Heb. 10.*

C

qui est ratione præditus. Sed ora quidē maximè vt nō intres in tentationē. Quod si in eam quandoque incideris, ne ægrè feras, nec conturberis, sed fac omnia vt euadas clarior & illustrior. Nō vides fortes milites, quomodo eos vocāte tuba, trophæa respiciunt, victorias, coronas, maiores qui se præclarè gesserunt? Et tu ergo cū tuba spiritalis personat, surge & euade leone animosior. siue sit ignis, siue ferum, ingredere. Sciunt vel ipsa elemēta eos qui sunt tam magni animi, vereri. Sciūt etiā ferę eos qui sunt adeò fortes, pertimescere. Quanuis eas fames, quanuis ipsa natura irritet & efferet, omnium obliuiscuntur quando iustū viderint: irámq; suā cohibent, His ergo armis muniaris, & ignē non timebis, licet videris flammā in cœlos ascendentem. Habes fortem & generosum ducem, qui solo nu-

Matt. 6. 26. *Exod. 14.* *Dan. 3.* *Dan. 6.*

D

tu potest quæcūque mala sunt & grauia tollere. Illius sunt omnia, cœlū, terra, mare, feræ, & ignis, est ei facilimū omnia vel transferre, vel vt consistant efficere. Vndenam ergo, dic mihi, metus tuus oritur? Nō aliūde certè q̃ ex tua ignauia & socordia. Non est mors omniū malorum colophon? Atqui ea ipsa quoque est naturę debitū. Cur nō procuras vt id possit soluere? Si enim ea via necesse est ingredi, cur non cum mercatura? Sed post tormenta, quæ nō temporariā, sed dolorem præbent voluptate maiorē. Quod si hæc tibi videntur esse grauia, cōsidera eos qui absq; vlla mercede longa tabe exeduntur, qui fame perpetua vexātur, qui immedicabilibus & lōgis morbis laborāt, ꝓpter quos sæpe mortē optarunt, multi etiā in enses irruerunt, multi vitam laqueo finierunt. Cœlū autē tibi est propositū, & bona quæ sunt in cœlis, & non vereris ac perhorrescis esse mollis & ignauus, ídque cum

Iudith 9. *Act. 17.* *Heb. 9.*

A

talē habeas adiutorē? An nō audis prophetā dicentē, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion? Montem em̄ dixit spē in deū immutabilē, firmā & cōstantem, inuincibilē & inexpugnabilem. Quemadmodum em̄ etiamsi quis innumerabiles adhibeat machinas, mōtem nec conuellere nec labefactare poterit: ita etiam qui eum aggreditur, qui spem in deum collocauit, reuertetur domum vacuis manibus. Monte enim longè est tutior spes in deū. *Non commouebitur in æternum qui habitat in Hieiusalem.* Alius interpres dicit, Est immutabilis in æternū qui habitat Hierusalem. Quid ergo? Non commoti, inquit, sunt tres pueri, & Daniel? Absit. Nam à patria quidē exciderūt, captiuitatem sustinuerunt: sed nullo tamē tēpore cōmoti sunt: sed cum essent in tanta rerū perpetratione, & tāta fluctuū multitudine, perinde ac si petræ insisterēt, & in tranquillo

Mons, spes in deū immobilis. *Rom. 8.* *Heb. 6.* *Dan. 3.*

B

portu starent, nihil graue aut asperū senserunt. Commotionē autem ne voces rerum casus. Non est enim hoc cōmotio, sed animæ interitus, & virtutem amisisse: quod quidē non euenit in periculis, iis qui sunt sobrij & sapientes, imò verò tutius & firmius suam possident philosophiam, clarioresque & illustriores euadunt. Quod si vis etiam anagogicè sumere illud, Non cōmouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem: describe tibi adeptionem hæreditatis supernæ metropolis. Qui enim illā receperunt, sunt ab omnib⁹ omnino casibus liberi: nō sunt illic quæ eos prosternant ac supplantent, non cupiditas, nec voluptates, nec peccati obsessiones, non dolor, & molestia, & pericula: hæc omnia longè aberunt. *Hierusalem mōtes habet in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui ex hoc nūc & vsque in seculum.* Per hæc quidē dicit adesse auxiliū

Commotio quid. *Hierusalē anagogicè.* *Apoc. 21.*

C

ciuitati ex eius situ: sed non permittit vt ei confidat, sed eam ad inexpugnabile erigit auxilium, nēpe deū. Etsi enim, inquit, eam montes muniāt, illa tamen protectione indiget. Id enim eam reddit inexpugnabilē. Quocirca alius quoque dicit interpres, Dominus autem circa populū suū. Hoc est, Ne confidite altitudini montium. Quod enim eam facit inexpugnabilē, hoc est, *Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum.* Dicit iustā quandā causam dei auxilij vt illi possint confidere. Quænā autē ea est? Non permiserit, inquit, bona iustorū esse in manibus peccatorum. Hoc autē dixit, simul & hoc agens vt considerēt de dei auxilio, & persuadens vt in virtute persisterent si velint frui perpetuo illius auxilio, & bona sua habere in sua potestate. Per hęc enim ostendit & acquisitionem & securā eorum possessionem in libero mē-

D

tis suæ arbitrio esse sitā. Virgā autem peccatorum hic vocat regnū hostium. Quod autē dicit, est eiusmodi, non sinet vt teneat hæreditatē iustorū. Etsi enim hoc fecit ad tempus, id fecit pro correctione, castigatione, & admonitione. *Vt non extendant iusti ad iniquitatē manus suas.* Alius, Propterea nō extendunt iusti ad iniquitatem manus suas. Propter quídnam? Propter id quod dictum est, ꝙ defendet, quòd tuebitur, quòd hostes ꝓpulsabit, eósque repellet ab eorum possessionibus. Quasi diceret, Castigati tentatione, & bonorū suppeditatione effecti meliores, perseuerabunt in virtute, & vtrinq; eruditi vitium non attingent. Vniuersum ergo ꝓpterea factū est, vt anima eorum reddatur melior, & rebus quidē aduersis corrigatur, bonis autem datis fiat promptior & alacrior. *Benefac domine bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem.* Vides vbique duci

Arbitrij libertas. *Virga peccatorum.* *στραγγαλιάς peruersitates & strangulationes.*

à nobis

Universidad de Deusto Biblioteca

[*Psal.76. Matt.19. Rom.8. Rectus, nõ dolosus. 1.Par.29 Matt.10.*] à nobis initiũ & bonorũ consequendorũ, & sustinendæ pœnæ. Quãuis autẽ à nobis sumatur principiũ, sic tamẽ dei quoq; benignitatis plurima lux affulget, ꝓfusa em̃ quadã & redundanti copia nos vincit remunerationibus: & in peccatis quidem cõmoderatũ imponit suppliciũ, in rectè autẽ factis lõgè maiori remuneratione vtitur. Rectos autẽ hic vocat simplices, non fictos, qui nihil habẽt adumbratũ nec simulatũ. Tale enim est quod rectũ est, quod deus vbique maximè requirit. Talis est etiam virtus, nempe plana & expedita: quẽadmodũ improbitas est quid peruersum, varium, & quod non habet exitũ: & id potest videri ex rebus ipsis. [*Mẽtiendi difficultas. Veracis facilitas.*] Nam qui vult mentiri, & fraudes consarcinare, cogita apud te quot & quãta aggreditur, quãta opus habet varietate, & quibusnam fictis orationibus, quanto artificio, & quanta dicendi facultate. Qui autem dicit veritatẽ, non labore, non difficultate, nõ simulatione, non arte, aut machinatione, aut vllo alio eiusmodi indiget, cũ ea ipsa per se luceat. Quemadmodũ em̃ deformia quidem corpora multis artificiis & integumentis indigent quæ naturæ deformitatem contegant: quæ autẽ natura pulchra sunt, ipsa per se, etsi nihil extrinsecus aduenerit, resplẽdent: ita etiã in veritate & mẽdacio, in virtute & vitio inuenire possumus. [*Vitium ipsum sibi suppliciũ est.*] Vnde clarum est ꝙ etiã ante supplicium, vitiũ suppliciũ infligit, & ante remunerationem virtus remuneratur. Quemadmodum enim illa habet in seipsa præmia etiam ante coronas: ita etiã hoc pœnam in se continet antequã puniatur. Quid enim possit esse peccato grauius, quod ad pœnam attinet? Quocirca Paulus quoq; eorũ mentionẽ faciens qui meretriciã artem exercent, & florem ætatis prostituunt, & naturæ leges euertunt, dixit hoc esse maximũ supplicium etiam antequã puniatur. [*Rom.1.*] Masculi enim, inquit, in masculis turpitudinẽ operantes, & mercedem quã oportuit erroris sui, in se recipientes. Mercedẽ peccati sui, intemperantiam & ipsum actum vocans. [*Pax sanctorum.*] *Pax super Israel.* Precatione cõclusit orationem. Tales enim sunt sanctorum animæ. Cum adhortatione & consilio adiiciunt orationẽ: auditoribus maximum introducentes auxiliũ. [*Philip.4.*] Pacem autẽ hic dicit, non hanc solam sensilem, sed eam etiã quæ est hac excelsior, & dicit vndénam enascitur, & orat vt hæc anima cum seipsa nõ agitet seditionẽ, perturbationum animi bellum inferens. Hanc nos quoque pacem quæramus, vt promissa bona possimus assequi, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi: cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

IN PSALMVM CXXV.

IN conuertendo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. Alius interpres dicit, Quãdo conuerterit dominus captiuitatem, erimus consolati. Nomẽ captiuitatis est quidem in prolatione simplex, habet autem multas intelligentias. [*Captiuitas multiplex. 2.Cor.10. 1.Tim.3 Esa.65.*] Est enim & bona captiuitas, vt quando dicit Paulus, Captiuũ redigentes omnem intellectũ in Christum. Est & mala, vt quãdo dicit: Captiuas abducentes mulierculas oneratas peccatis. Est quæ in mẽte versatur, vt de qua dicit, Prędicare captiuis remissionẽ. Est quę sub sensum cadit, vt quæ fit ab hostibus. Est autẽ prior grauior. Qui enim ceperunt aliquos iure belli, captis sæpe parcunt, & si aut aquari, aut lignari, aut equos pascere iusserint, animam minimè læserint. [*Ioan.8. Rom.6*] Qui peccati autem captiuus factus est, habet sæuum & barbarum dominum, qui cogit eum facere res turpissimas, & maximè probrosas. [*Peccati tyrannis. Matt.27.*] Non parcere enim nec misereri nouit hæc vitij tyrannis. Audi itaque quomodo cũ miserum & infœlicem Iudã accepisset captiuum, minimè ei pepercerit, sed sacrilegum & proditorẽ fecerit: deinde postquã scelus perpetrasset, eum in theatrum Iudæorum produxerit, & maleficium reuelauerit, & nec sic quidẽ permiserit vt perciperet fructum pœnitentiæ sed ante pœnitentiã deduxerit ad laqueũ. [*Act.1.*] Est enim sæuus tyrannus, qui iubet quæ sunt improba, & eos qui obediunt, ignominia afficit. Quocirca vos rogo, summo studio fugiamus eius dominiũ, & cum eo bellemus, nec ei vnquam reconciliemur, & liberati in libertate permaneamus. [*Esa.66. Rom.5. Apoc.19*] Si hi enim à barbaris liberati, consolationẽ acceperunt, multo magis oportet nos à peccato liberatos gaudere & exultare, & hanc lætitiam conseruare immortalem, non autem eã perturbare ac cõfundere, eadem mala rursus aggredientes. Facti sumus tanquã consolati. Hoc alij quidẽ interpretes dicunt, Tanquã somniantes. Hebræus autem כחולמים cetholemim. Quid est autẽ, Consolati? impleti, inquit, sumus quiete, lætitia, voluptate. *Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, Tunc dicent inter gẽtes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum.* Ad meliorẽ mutationẽ non parũ confert lætari ꝓpter liberationẽ à captiuitate. Et quis, inquies, non propterea lætatur? [*Exod.17.*] Patres eorũ quando liberati sunt ab Aegypto, & ab illa seruitute traducti in libertatẽ, per summũ ingrati animi vitiũ in bonis ipsis murmurabant, indignabantur, ęgrè ferebant, tristes manebant. At nõ nos, inquit, sed gaudemus & exultamus. Iamverò causam quoq; gaudij afferunt. Non solùm, inquit, gaudemus propter liberationem à malis, sed etiã ꝙ ex eo oẽs cognoscent quã nostri deus curã gerat. Tunc enim, inquit, dicent inter gentes, Magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dominus facere nobiscum. [*Verbi conduplicatio.*] Nõ temere adiicitur hęc conduplicatio, sed vt ostẽderent magnã quam ceperant lætitiã. Alterũ enim verbũ est gentiũ, alterũ verò ipsorũ. Vide autem, Non dixerunt, Seruauit nos, nec liberauit nos, sed, Magnificauit, rem opinione maiorem & miraculo plenã per hæc volentes ostẽdere. Vides quòd (quemadmodum dicebam) per hanc gentem docebatur vniuersus orbis terræ, dum & abducerentur, & rursus reducerentur. Ipse em̃ reditus fuit loco præconis. Eorum enim fama vbique peruolabat, dei in eos benignitatem manifestam omnibus efficiens, quòd scilicet erant magna & re vera omni opinione maiora quę in eos facta erant miracula. [*1.Esdr.6.*] Ipse em̃ Cyrus qui eos tenebat, ipsos dimisit, cum nullus eum rogasset, sed deus mẽtem illius molliisset: nec solùm eos dimisit, sed etiam affecit donis & muneribus. *Facti sumus lætantes. Conuertere domine captiuitatẽ nostram, sicut torrens in austro.* Quomodo dixit in principio psalmi: In conuertendo dñs captiuitatẽ: hic autem dicit, Conuerte, tanquã de re futura loquens. Maximè em̃ nos ad hoc inducit alius interpres, qui dixit, nõ, In cõuertendo: sed, Quãdo cõuerterit: quoniã res tunc principiũ caperet, & non tota gesta fit in principio, multæ enim fuerunt transmigrationes: [*Transmigrationes Iudæorũ tres.*] fuit em̃ prima, secũda, & tertia. Hoc ergo possumus dicere: vel ꝙ orat vt sit integra & absoluta liberatio. Multi enim Iudæi volebant remanere in regione barbarorum, & ideo vehementer desiderans hoc fieri, Cõuerte, inquit, captiuitatem nostram, sicut torrentes in austro, hoc est, cum magno impetu, cum magna ve-

hementia

hementia nos vrgens ac protrudens. Quocirca alius quoq; interpres hoc ipsum significãs, dicebat, vt fluẽta. Alius, vt aquæductus. Alius, vt emissiones. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.* [*Virtutis labor ac merces.*] Hoc de Iudæis quidẽ dictũ est, potest autẽ in multis quoq; aliis locũ habere. Virtus em̃ res est eiusmodi, vt quę magnas habeat laborũ remunerationes: & oportet nos prius laborare & affligi, & tũc animi remissionẽ & ociũ quęrere. Hoc etiã potest videri euenire in iis quæ ad hãc vitã pertinent. [*Simile.*] Quocirca ipse quoq; ad hæc deduxit orationẽ, ad sementem, inquã, & messem. Quemadmodũ em̃ qui seminat, & labore & afflictione, & sudoribus, & hyeme indiget, ita etiam qui virtutẽ persequitur. Nihil enim æquè est ad ocium inutile vt homo. [*Matt.7.*] Et ideo vocauit deus arctã & angustã viã quæ ducit ad virtutẽ. Imò verò non solùm virtutẽ, sed ea etiã quæ ad hanc vitã pertinẽt, effecit laboriosa, atq; adeò longè amplius. [*Gen.3.*] Nam & qui seminat, & qui ædificat, & viator, & lignator, & opifex, & deniq; quilibet homo, si est aliquid commodi percepturus, & labore & afflictione opus habet: [*Similia.*] & quemadmodũ semina opus habent imbribus, ita nos etiam lachrymis: & quemadmodũ terra opus habet vt arẽt & ꝑscindatur, ita anima fidelis pro ligone indiget tẽtationibus & afflictionibus, [*Animæ cultura.*] ne ꝓducat malas herbas, vt eius molliatur durities, ne nimiũ efferatur & exiliat. Nã terra quoq; nisi diligẽter colatˉ, nihil boni ꝓducit. Hoc est ergo quod dicit propheta, nõ esse solũ lætandũ propter redirũ, sed etiam propter captiuitatẽ, & pro vtrisq; deo esse agendas gratias. Illud em̃ est sementis: hoc verò messis. Quemadmodum ergo, inquit, qui seminant laborantes, redditus postea percipiunt: ita etiã vos quãdo recessistis quidem, imitati estis eos qui seminant, afflicti, pulsati, vexati, hyemem, tempestatem, bellũ, nimbos, gelu & glaciem ferentes, lachrymas effundentes. [*per collationem.*] Quod em̃ sunt imbres seminibus: hoc lachrymæ sunt iis qui affliguntur. Sed ecce, inquit, accepistis eorum laborum remunerationẽ. Quando ergo dicit: *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos:* Non dicit de frumento, sed de rebus, docens auditorẽ, non angi & mœrere in afflictionibus. [*Simile ex collatione.*] Quemadmodũ em̃ qui seminat mœrore nõ afficitur, licet sint multa grauia, respiciens ad lætas & luxuriantes segetes: ita etiam eum qui affligitur, non oportet angi & excruciari, etiam si sint permulta molesta, vt qui messem expectet, & copiosum prouentũ qui ex afflictione oritur, cõsideret. Hoc nos quoq; considerãtes, & pro afflictione & otio ac quiete agamus domino gratias. Etsi em̃ sunt diuersa quæ fiunt, vnũ tamen habent singula finem propositum, sicut sementis & messis: afflictionésq; forti & generoso animo feramus, & cum gratiarum actione: ocium autem & res secundas cum dei gloriæ celebratione, vt futura etiam bona cõsequamur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

IN PSALMVM CXXVI.

NIsi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. [*2.Esdr.5.6.&7.*] Hic psalmus dictus est de statu rerum qui fuit post reditũ. Quoniam enim à captiuitate liberati, & à barbara regione reuersi, dirutam à se inuentam ciuitatẽ, & mœnia cum turribus humi disiecta, conabantur excitare: multi autem eos vndique adorientes prohibebant Iudæorum fœlicitati inuidentes, & prosperos eorum successus metuentes: deinde autem in his faciendis tempus conterebatur, & tantum contritum est temporis, vt in ædificãdo templo plusquam quadraginta anni consumpti sint: quod Iudæi quoque declarantes dicebant, Quadraginta & sex annis ędificatũ est templum hoc. [*Teplũ secũdũ annis 46. ædificatũ. Ioan.2.*] non dicentes de priore ædificatione, quæ à Salomone facta est, sed de ea quæ facta est postquam liberati sunt à Persis. Quoniã ergo multũ tempus cõterebatur in ciuitate, templo, & mœnibus extruendis, docens eos Propheta ad deum confugere, hęc persequitur, ostendens omnia frustra & nequicquam fieri nisi ad se diuinum auxilium attraxerint. Non solùm enim vt liberentur à captiuitate, sed etiã vt liberati mœnia excitent, fieri non potest absque diuino auxilio. Et quid dico de muris excitandis, & vrbe ædificanda? ne eam quidem perfectam & absolutam poterit quis custodire, si illud ei non adsit auxilium. Hæc autem dicebat, eis omni ratione suadens vt rursus ad dei auxiliũ cõfugerent, ne ocio & rebus secũdis fierẽt negligentiores. Propterea enim nec simul & aceruatim dedit eis bona omnia, sed sensim & paulatim, ne perceleri liberatione à malis, ad improbitatẽ pristinã recurrerent. Quinetiã dũ bona daret, eos sæpe admonebat, per irruptionem hostiũ eorum socordiam excitans. Quid ergo hic dicitur, generaliter dictũ est: ex hoc autẽ argumento cepit principiũ. Oportet em̃ id adaptare omnibus, non vt ipsi socordes simus, & supini iaceamus, sed vt nostra afferentes, dei arbitrio omnia permittamus, à spe illius in omnibus perpetuò pendentes. [*Matt.8. Luc.11. Phil.1.2. 1.Pet.5.*] Quemadmodũ enim fieri non potest, vt, nisi deus opem ferat, res ad finem perducantur: ita si deus opem ferat, simus autem negligentes & ociosi, finem haud poterimus assequi. Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis. Alius, tardantibus ad sedendum. Alius, differentibus sedere. Quod autẽ dicit, est eiusmodi. Etiam si vigiletis, etiãsi mane excitemini, etiamsi serò eatis cubitũ, omne tẽpus in labore & afflictione consumentes, nisi auxiliũ eius assequamini, peribunt humana omnia, & ex eo studio ac diligentia nulla redibit vtilitas. *Qui manducatis panem doloris.* Hoc dicit ostendens eos vitam degere laboriosam dum armati ædificant. [*Neæ.4.*] Altera enim manu canistrũ aut lapidem ferebant, & alia gladium, ad ædificandũ & bellandũ seipsos comparantes, & vnà cum clypeis ferentes silices. [*χάλικας*] Quoniam enim erat immunita ciuitas & nudata, subitos autem & inopinatos hostium impetus fore singulis horis suspicarẽtur, armati muros ædificabant, & enses, clypei, & gladij aderant, & procul erãt quidã speculatores, qui incertam eorũ irruptionem significarent, & tuba canerent si quos procul aduentantes viderent. Sed & si hæc, inquit, faciatis, & panẽ doloris comedatis, omnia, inquit, frustra & nequicquã facietis, nisi attraxeritis supernum auxiliũ. Quòd si illi vt vrbem & muros excitarent, tanto opus habebant superno auxilio: multo magis nos, qui viã quæ ducit in cœlũ, ingredimur. *Cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hæreditas domini, filij.* Cuiusmodi est hæc cõsequẽtia? Pulchra profectò, valde cohærens prioribus. Hoc est enim quod dicit, Si deus opẽ non ferat, omnia pereunt: quando autẽ fert, tunc iucundus est somnus, tunc est ocium, & vita à periculis libera, & securitate plena. Quando eos qui inuadũt propulsarit, non solùm tunc ædificabunt ciuitatem,

nec

Universidad de Deusto Biblioteca

nec eam ſolummodo cuſtodiẽt, ſed multò etiam maiora accipient,erũt em̃ patres multorũ filiorũ, & pulchra eis augebitur ſoboles. *Merces fructus ventris.* Quid hoc eſt?Mercedẽ,inquit,accipient numeroſam ſobolem. Etſi em̃ hoc ſit opus naturæ,quando tamen deus fert opem,ea fœlicius ꝓcedit. Nã ipſa quoq; indiget ſuperno auxilio: erúntque Hieroſolyma populo frequentia. Non in his autem ſolũ conſiſtet eorum fœlicitas,nempe in ędificatione,in cuſtodia,in ſobole,ſed his etiã alia accedent. Et oſtendens quænã hæc ſunt, *πεδητῶν* ſubiungit dicens, *Sicut ſagittæ in manu potentis,ita filij excuſſorum.* Alius, alligatorũ. Quod autẽ dicit, eſt eiuſmodi,Nõ erunt ſolũ tuti intra mœnia & in vrbe munita, nec erit eis tantummodo numeroſa ſoboles,ſed erunt etiã terribiles hoſtibus, & terribiles vt ſagittæ. Non dixit autẽ abſolutè,Sagittæ:ſed,ſagittæ in manu *δυνατοῦ, potentis.* potentum.Non ſunt em̃ ſagittæ ipſæ per ſe terribiles, ſed tunc quando tenentur à potenti,mortem minitãtes iis quos adoriũtur.Ita ergo erũt hi terribiles.Quínã hi?Filij excuſſorũ.Hoc eſt,eorũ qui erant quãdoq; imbecilli, qui vincti & alligati. Priores enim res aduerſas eis frequenter in memoriã redigit in tempore fœlicitatis,vt mẽtem eorũ omni ex parte corrigat, & per ea quę paſſi ſunt,& à quibus ſunt liberati,& per ea quę cõſequẽtur. *Beat⁹ vir qui impleuit deſideriũ ſuũ ex ipſis, non confundetur cũ loquetur cum inimicis ſuis in porta.* Alius, *Hebræus.* Beatus qui impleuit pharetrã ſuam ex ipſis. Hoc eſt, hoc quoq; eis aderit,robur corporis,terror qui nõ poterit ſuſtineri, pulchra & numeroſa proles, vrbis ſecuritas,pulchritudo,victoria & trophęa in bellis. Quocirca quoq; eos beatos exiſtimat, qui ſunt cõſecuturi hanc fœlicitatem.Erant enim,inquit,armati. Sed nõ in his tantum cõſiſtit eorũ beatitudo, verũetiam in eo ꝙ non afficiẽtur pudore.Nõ cõfundentur em̃,inquit, quando loquẽtur inimicis ſuis in porta Quídnam eſt hoc?Maximũ trophęũ,maximus ſplendor,iucunditas ſumma & fœlicitas. Neq; enim eis exprobrabitur ꝙ deus curam eorum nõ geſſerit,vel ꝙ deum habuerint imbecillum, vel quòd potentem quidem,verùm ſuis peccatis depulerint eius ꝓuidentiam, ſed in omnibus clari & gloria pleni, propter ciuitatẽ, propter muros, propter cuſtodiam, propter liberos, propterarma, propter potentiam, non ſe tegent præ pudore videntes inimicos, ſed eis acerrimè occurrent, gloriantes, ſibi placentes,magnos ſumentes ſpiritus, & in omnibus ornati & inſtructi,cũ deus apertè oſtendat ſe eorum ſuſcepiſſe patrocinium.Summa enim bonorũ & fœlicitatis hæc eſt,coronis eſſe deinceps ornatum,& inſtructũ dei auxilio. Et eade cauſa hic finit orationem, docens omnes ante omnia hunc ornatum quærere,& eo gloriari. Eum ergo nos quoque perſequamur,vt digni habeamur qui bona ęterna aſſequamur, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen.

IN PSALMVM CXXVII.

BEati omnes qui timent dominum. Vide quomodo ab eo incipit in quo deſiit. Quemadmodum enim illic eos beatos propterea cenſuit,quòd pudore minimè afficerentur, quòd deum haberent adiutorem, & ſtantem à ſuis partibus:ita hic etiam ab eo orditur,dicens: Beati omnes qui timẽt dominum. Et rurſus ſumpto ab illis principio loquitur generali- *Galat.3.* ter. Rectè autem dixit omnes, ſignificans quòd ſiue ſit ſeruus, ſiue dominus, ſiue pauper, ſiue mancus ac mutilus corpore,ac denique quicunque ſit,nihil eorũ

A vetat quo minùs habeat hanc quam ipſe dicit beatitudinem. Alium enim qui falſò beatus dicitur, vt qui ſit fictus & ſimulatus, & quem multi beatum exiſtimant,multa cõcurrentia vix tandem talem faciunt:& niſi omnia concurrerint,non fuerit quis beatus apud homines,vt verbi gratia dico, Siquis ſit diues, hoc ei non ſufficit ad beatitudinem, ſed oportet etiã adeſſe ſanitatem.Si enim ſit quidẽ diues, corpore verò mutilus: claudicat eius beatitudo,& eſt miſerior pauperibus. *Beatitudo humana quàm difficilis paratu.* Multi certè diuites cum morbis conflictantes, fœlices pauperes qui compita mendicantes obeunt, fœlices eſſe dicunt,& ſe miſeros eſſe ducunt cum decies mille talentis. Rurſus ſi ſit quidẽ ſano corpore & diues, gloria autẽ & honore careat, eſt aliud rurſus impedimentum.Sunt em̃ nonnulli qui plurimum quidẽ poſſident pecuniæ,ſúntque corpore integro & inoffenſo: ſed ab iis qui principatũ obtinent, & magiſtratũ gerunt,
B grauiſſima patiuntur,& in militiam trahũtur.Eò em̃ ꝙ nullius ſunt honoris participes, exiſtimãt ſe eſſe omnium miſerrimos, vt qui iis pareant quibus ſæpe habent ſeruos locupletiores. Rurſus ſi adſit quidẽ gloria,diuitiæ,& ſanitas,nõ adſit autem ſecuritas, vtpote ꝙ innumerabiles ei inſidientur, inuideant, male velint,oderint,accuſent,calumniẽtur, is erit omniũ miſerrimus, vitam agens leporis, & vmbras habens ſuſpectas,omniáq; horrens & pertimeſcens.Quòd ſi ab iis etiam liber ſit,ametur autẽ ab omnib⁹, & ei omnia ſuccedant ex animi ſententia,nẽpe gloria, diuitiæ,ſecuritas,honor,quod fieri non poteſt, nempe vt hæc omnia ſimul concurrant, & tamen ita eſſe fingamus, licet ergo hęc omnia affluãt,& nihil ſit quod ea diſtrahat,aut interrumpat,ſed& populi beneuolẽtia,& glorię magnitudo,& pecuniæ abundantia,& corporis ſa-
C nitas, & oĩs ſecuritas, & à nullo poſſe vinci, in eo cõcurrant:improba ſępe & peruerſa muliere ſibi cõiuncta, euadit iis omnibus miſerior qui carẽt his omnibus.Quòd ſi ei vxor bona & ex animi ſentẽtia euenerit,ſi malos habeat filios,eum eſſe omnibus miſeriorẽ neceſſe eſt.Quòd ſi nullos habeat,lugere & lamẽtari. Denique quæcunq; humana aſpexerit quiſpiã,multa videbit præcipitia.Et quid alia perſequi opus eſt? Improbus ſępe famulus omnia euertit & cõfundit,& nihil eſt adeò incertum & lubricum,vt in iis gloriari, & de iis ſe iactare. At nõ eſt eiuſmodi is qui deũ timet, *Prou.14. Eccl.25.* ſed ab his fluctibus liberatus,ſedet in portu & in tranquillitate,vera & certa fruens beatitudine. *Timẽs deum fœlix.* Et ideo illis omnibus præteritis ꝓpheta hunc ſolum beatũ iudicat. Illa em̃ beatitudo nunquã planè conſtiterit, niſi omnia concurrerint:imò verò etiã ſi cõcurrerint,tũc *Eccl.5.*
D labefactatur ab iis ipſis quæ illam pariunt. Nã & diuitiæ perniciẽ attulerunt,& vxor formoſa ſæpe cauſa fuit interitus,& famuli prodiderunt, & filij fuere parricidæ: &, vt iam dixi,multa habet vndiq; incerta & valde lubrica. *Matt.19. Marc.10. 2.Reg.11. Eccle.9. 4.Reg.14. 21.* Hic autẽ etiã ſi omnia cõtraria cõfluãt, non modò nihil lædunt hanc beatitudinem, ſed eam firmiorem reddunt & conſtantiorẽ.Nam & ſi ſit paupertas,& ſi ignominia, & mutilatio corporis, & vxor improba,& ſcelerati filij,& quodcũq; aliud dixeris, hoc nihil deprimit nec labefactat hãc beatitudinem. *2.Para.33. 4.Reg.19. 2.Reg.12.* Neque enim ſuum ex illis habet ortum,vt ex eis conuulſis labefactetur,ſed habet radicem à ſuperis: quocirca manet inexpugnabilis. Atq; adeò,ſi velitis, eum in ipſis rebus oſtẽdamus & pertractemus. Nõ erat Ioſeph ſeruus,nõ externus,non extorris à ſua ciuitate & patria,nõ ſeruus Barbarorũ, priùs quidem Saraceno- *Ge.37.38.*

βελτίωσις ab exemplo. Gen.39. rum,poſtea autem eis immaniorum Aegyptiorũ. An non exiſtimabatur adulter?nõ accuſabatur? nõ calũniis& fictis criminibus impetebatur?non habitabat in carcere?non vinctus tenebatur?Et quid horũ eũ læſit? Imò verò per hęc erat in primis beatus. Hoc eſt em̃, ſicut iam dixi,admirabile,ꝙ non ſolùm hinc nihil læditur beatitudo,ſed etiam præclarior redditur & illuſtrior.Si nihil em̃ illi eorũ accidiſſet, non fuiſſet adeò beatus.Vis etiam eos dicam qui in vitio acrius perſtiterunt,deinde repẽtè mutati ſunt, & omne illud vitiũ exuerũt? *Luc.23.* Quid fuit latrone miſerius? ſed repẽte euaſit omnium beatiſſimus.Atqui mille cædes fecerat,nam & erat crucis ſupplicio damnatus, & ad mortem ducebatur,omnes eũ accuſabant,totũ tempus erat conſumptum,& vita trãſacta fuerat in ſcelere:ſed quoniã exiguo tẽpore Chriſtum ita vt oportet timuit,beatus factus eſt. *Luc.7.* Ita etiã meretrix, licet ſui corporis formam pretio venundaret, & expoſita eſſet omniũ cõtumeliæ,& ideo eſſet omniũ miſerrima: beata extitit quãdo deum vt oportet timuit. *γνώμη à ſimili.* Nullum eſt enim malum quod non extinguat dei metus.nam quemadmodum ignis,quodcunque ferrum ceperit contortum,vel rubigine confectum,id clarum reddit ac pulchrum ferruginem abſtergẽs, & quod in eo erat peruerſum & inflexũ,perfectiſſimè corrigit:ita etiam dei metus vel exiguo tempore facit omnia, & eos qui ab ipſo tincti ſunt,nulla re humana frangi ſinit. Non erat imbecill⁹ *1.Tim.5. Iob.1.2.* Timotheus?nõ morbis & afflictionibus pertetuò vexabatur? Quid ergo fuit illo beatius? Quid verò dic quæſo,Iob?An nõ redactus erat ad paupertatẽ? nõ ad orbitatẽ?non ad corporis grauiſſima vlcera? non probris,cõtumeliis & iniuriis appetebatur?nõ fame & malis omnibus humanis cruciabatur? *Luc.5. Iob.2.19.* Is tamen fuit omniũ beatiſſimus. Nõ ſolùm em̃ nihil horũ eum fregit ac ꝓſtrauit,ſed etiã firmiorẽ fecit & ſolidiorẽ. Quinetiam cum illis omnibus vxor eũ premebat, probris inſectans,& tamen per hæc omnia euaſit clarus & cõſpicuus. Hæc ergo omnia conſiderans propheta, dicebat:Beati,inquit,omnes qui timẽt dominũ. *Qui ambulant in viis eius.* Ne enim exiſtimares ſufficere timorẽ,adiecit illud:Qui ambulant in viis eius. *ἀκριβὴς πίστις.* Multi enim fidẽ quidẽ perfectam habentes, vitã autem flagitioſam,omnium fuere miſerrimi.Ne ergo id quod dicit, videretur ex eo refelli, ſubiunxit: Qui ambulant in viis eius. *Viæ domini.* Quænam autẽ ſunt viæ eius,niſi vita quæ ex virtute inſtituitur? Per eã enim poteſt in cœlũ aſcẽdi, & illa ciuitas apprehendi& ipſe deus videri, quatenus poteſt ab homine aſpici.Eius autẽ vię dicuntur,quoniam per eas poteſt in cœlũ veniri.Non dixit,via:ſed, viæ,oſtendens eas eſſe multas & diuerſas. *Multiplicitas viarũ domini.* Propterea enim multas vias muniit, vt earũ multitudine facilem nobis faceret ingreſſũ.Ex hominibus em̃ alij ſunt virginitate illuſtres,alij verò ſe honeſtè ac decorè gerũt in matrimonio, alij ornantur viduitate: & hi quidem ſe omnibus exuerunt,illi verò dimidio : & hi quidem per viã rectam ingrediuntur:illi verò per pœnitentiã: & ideo multas tibi vias muniit, vt facilè ingrediaris. Non potuiſti poſt lauacrum ſeruare corpus mũdum? at per pœnitentiã id potes emũdare, potes per pecunias,per eleemoſynam. At nõ habes pecunias?Sed potes viſitare ægrotum,potes accedere ad eum qui eſt *Luc.12.* in vinculis,dare poculum frigidę, & ſub eodem tecto hoſpitẽ excipere,prębere duos obolos,ſicut vidua,ingemiſcere propter eos qui affliguntur.Nã hoc quoq; eſt eleemoſyna. At es vndiq; deſtitut⁹,& omnino pau-

A per,& corpore adeò imbecillo,vt ne poſſis quidẽ ingredi:hęc omnia fer magno & excelſo animo, deo agens gratias, & magnã mercedẽ accipies. Nã in hoc quoque ſe pulchrè geſſit Lazarus. Neq; enim vlli ſuis ſubuenit pecuniis. Quî em̃ id feciſſet,cui vel neceſſa- *Luc.16.* riũ deerat alimentũ? Non ingreſſus eſt carcerẽ. Quomodo enim, qui nec erigi nec ſe ſuſtinere poterat? Non inuiſit ægrotũ. Quomodo enim qui linguis canum erat expoſitus?Et tamen etiã abſq; his præmium virtutis arripuit,eo ꝙ omnia tulerit forti & generoſo animo, eo ꝙ cum videret quidẽ crudelem & inhumanum hominem in honore haberi, & vitam agere in deliciis,ſeipſum autẽ verſari in tantis malis,ne verbum quidẽ indecorũ protulerit.Et ideo in ſinu Abrahę receptus eſt,qui mortuo nihilo erat melius affect⁹, ſed planè erat iners & inutilis,in diuitis veſtibulo ꝓ-
B iectus:& cum patriarcha qui tot & tãtas res præclarè geſſerat,coronabatur,& victor renunciabatur, & ſinu illius fruebatur,qui nec eleemoſynam fecerat, nec ei cui iniuria fiebat manũ præbuerat, nõ hoſpites exceperat,nec aliquid aliud oſtendere poterat,ſed tantum in omnibus deo gratias egerat, & præclarã patientiæ coronam retulerat. *Patientiæ corona.* Magna enim res eſt gratiarũ actio & philoſophia,quæ tot & tantis malis exercetur:idq; *Iob.2.* factum eſt longè omniũ maximũ. Vnde etiã Iob coronatus eſt,& dicebat diabolus: Pellem pro pelle, & omnia quæ homo habet,dabit pro anima ſua,ſed immitte manũ tuam, & tange carnem eius. Non eſt em̃ parum, dolore affectã refrænare animam ad hoc vt nihil peccet.Hoc eſt cũ martyrio conferendũ,hoc eſt bonorũ colophon.Et tu ergo, ô dilecte, cum te ſæpe vel morbus,vel febres,vel dolores inuadunt, cogente
C te cruciatu dicere aliquid blaſphemũ,ſi te retinueris, & deum gloria & honore affeceris,eandẽ mercedem accipies. *Blaſphemia in dolore cauẽda.* Quánam em̃ de cauſa,dic mihi quæſo, blaſphemas? Ideóne euadit tibi dolor leuior? Quãquam &ſi maximè dolor fieret hac ratione leuior,ne ſic quidem oporteret animæ ſalutẽ prodere, ineundo rationem conſolandi corporis. Nunc autẽ nõ modò non leuatur dolor,ſed etiam grauior redditur. Nam cum videt diabol⁹ ſe potuiſſe te ad blaſphemiã adducere, fornaci ignem magis ſubiicit, & dolorem incendit,vt eius deſiderium impleas.Maximè ergo,ſicut dixi etiã ſi lauaretur,non oporteret hoc facere. Quando autẽ *Epheſ.5. 2.Theſ.5.* nihil lucrifacis,quid attinet teipſum occidere?At non potes tacere?Deo ergo age gratias.Deũ ergo gloria & honore affice,qui te probat in fornace. Pro blaſphemia ex ore tuo ꝓdeat dei gloria.Ita & magna eſt mer-
D ces, & vulnus efficitur leuius. Ita etiã beatus ille loquens dicebat,Dominus dedit, dominus abſtulit. Sit *Iob.1.* nomen dñi benedictũ. Et rurſus,Si bona ex manu domini accepimus,mala non ſuſtinebimus?ſed mihi,inquit,nõ dedit opes.Minus eſt ergo vulnus. Non ſunt em̃ cõferẽda,his nudari opibus, & cum earũ nunquã periculum feceris, viuere in inopia. Si enim aliorum mala videntes,& cum ſuis ærumnis cõferentes,multi pauperes eorũ collatione ſua eſſe grauiora exiſtimãt: quando ſe non cum aliis ſed cum ſeipſis comparant, cogitat tantò eſſe grauiorem dolorem, quantò efficit experieutia vt ſit maior ſenſus ablationis. Ita etiã eſt leuius,ab initio non habuiſſe liberos,quàm eis orbari cum ipſos habueris.Non ſunt enim ſimilia, non accepiſſe,& poſtquã acceperis,eis eſſe priuatum. Fer ergo *Martyriũ patientiæ.* forti & generoſo animo quę accidunt.Hoc em̃ eſt tibi martyrium. Non em̃ eum qui ſacrificare iubetur,

non

non ſacrificare,ſed potius dilaniari & excarnificari q̃
hoc facere,ſolum facit martyriũ: ſed etiã cum dolor
impellit ad blaſphemandũ,toleranter potius ferre la-
borẽ ſtatuere,& nihil turpe & inhoneſtum dicere, fa-
Matt.5. cit martyrẽ.Iob eñ non ideo fuit coronatus, ꝙ ſacri-
Iac.5. ficare iuſſus non ſacrificauerit,ſed ꝙ dolores & cala-
Rom.8. mitates forti animo perpeſſus ſit. Quinetiã Paulus ꝓ-
ptereavictor renunciatus eſt,propter flagella,propter
afflictiones, ꝓpter alia quæ ſuſtinuit cum gratiarum
actione. *Labores manuum tuarũ manducabis, beatus es,&*
bene tibi erit. Quánam de cauſa conduplicat beatitudi-
nem? Quoniã nouit eius magnitudinem : in rei viſio-
ne contemplanda iucundè immoratur. Et quidnã di-
xit illud,Bene? *Vxor tua ſicut vitis abũdans in lateribus do-*
mus tuæ. Alius,In penetralibus. Alius,In femoribus. *Fi-*
lij tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic be-
nedicetur homo qui timet dominũ. Quid dicis?Hæc eſt bea
titudo,hoc lucrũ,domeſticæ copiæ, & ſuis frui labo-
ribus,multitudo liberorũ,& fertilitas vxoris? Nõ hoc
quidem,ſed hoc ex redundanti quadã copia accedit.
Luc.12. Quærite,enim, inquit, regnũ dei,& cætera adiiciẽtur
1.Cor.3. vobis. Quoniã ergo loquebatur cum iis qui erant ad-
huc imbecilliores, tanquã paruos puellos inducit ex
rebus ſenſilibus. Neque verò mireris.Si enim Paulus
hoc facit tẽpore tãtæ philoſophię, cum eis qui adhuc
humi repebant,ex his differẽs : multò magis Prophe-
ta.Hoc autẽ facit Paulus tum alibi, (quando enim de
1.Cor.7. virginitate diſſerit,nihil dicit de eis quæ illis ſunt euẽ-
tura,ſed ponit tantùm liberationẽ à moleſtiis matri-
monij)tum etiã quando loquitur de honore in paren-
Eph.6. tes,eodem modo vſus eſt,ita dicens : Quod eſt primũ
mandatũ in ꝓmiſſionibus . Quod eſt autẽ mandatũ?
Honora patrẽ tuũ & matrẽ, & eris lõgęuus ſuper ter-
ram. Quinetiã quando ſcribit de oſtendenda in ini-
micos philoſophia,ſenſile rurſus præmiũ ꝓponit, di-
cens:Hoc eñ faciens,carbones ignis congeres ſuper
Rom.12. caput eius. Chriſtus autem non ſic(neq; eñ cum im-
becillis loquitur)ſed in virginitate quidem ꝓponit re-
Matt.19. gnum,in amandis autem inimicis,ꝙ erũt dei ſimiles,
Matt.5. quantum poſſunt homines eſſe dei ſimiles. Quem-
admodum etiam in veteri vbi inducebantur per ſen-
ſilia,videbim⁹ eos qui ſciũt philoſophari,induci à ma-
Heb.11. ioribus.Id autem Paulus ſignificans,dicebat: Iuxta fi-
dem defuncti ſunt omnes iſti nõ acceptis ꝓmiſſioni-
bus,ſed eis procul viſis & ſalutatis. Non eſt ergo hæc
ſola merces eorum qui deũ timẽt, frui rebus ſuis, ceu
ſunt vxor & liberi, reiq; domeſticæ ꝓſperitas,ſed hęc
quidẽ ſunt ex ſuperabũdantia, & inſtar cuiuſdã addi-
tamenti.Principalia autem ſunt,primũ quidẽ hoc ip-
ſum,deum timere : quod in ſeipſo cõtinet remunera-
tionem.Deinde arcana illa quæ oculus nõ vidit, nec
auris audiuit,& in cor hominis non aſcenderunt. *Be-*
nedicat tibi dominus ex Sion,& videas bona Hieruſalẽ. Alius,
Et vide in bonis Hieruſalẽ.Bona dicit, ciuitatẽ, diui-
tias,decorẽ,honores,proſperitatem,fertilitatẽ,ſecuri-
tatẽ,pacem. *Omnibus diebus vitæ tuæ.* Pulchrè etiã vſus
eſt adiectione dierum. Erat enim hoc ſignum maxi-
mum ꝙ hæc à deo darentur, & eius prouidentiæ ar-
gumentũ,ꝙ nihil humanum paterentur, nec corrue-
rent,& nec vllam ſuſtinerent mutationem, niſi quan-
do indignatus ea intercidiſſet. *Et videas filios filiorum.*
Atqui multi,inquit,deum timentes, ſine liberis ſem-
per fuere. Et quid hoc ſibi vult? Neq; enim nos pro-
pter præſentia exuim⁹,ſed principaliter quidẽ vt deo
placeremus,deinde etiam propter ſpes futuras.Atque

A tunc quidẽ hæc erant præmia, nunc autem cœlũ, &
bona quæ ſunt in cœlis. Quòd ſi cum deum timeres,
nõ habuiſti filios:quì ſcis nũquid dederit alia hac fœ-
licitate maiora? Neque eñ oẽs vno modo beneficio
afficit,ſed variè,cùm ſit diues. Quot fuerunt qui cùm
filios haberẽt, iudicarunt eos fœlices qui non habe-
rẽt?quot qui diuitias poſſidebant, pauperib⁹ miſerius
ex hac vita exceſſere? Quot qui gloriã concupierant, Luc.4.5.
ea tanquã enſe aliquo cõfoſſi ſunt,& grauiſſima quęq; Dan.5.
ſuſtinuerunt? Ne quæras tibi exhiberi negotia, nec à 2.Mac.9.
deo eorũ quæ facit rationẽ expoſcas: ſed feras omnia Luc.16.
forti & generoſo animo, & cum gratiarum actione, Act.12.
imò verò nulli rerum præſentium animũ tuũ affigas. Iob.12.
Propterea eñ talem iuſſus es facere orationẽ, in qua Eccle.8.
vnum ſolùm petis poſtulatũ ſenſile, & nihil amplius.
Quanquam hoc quoque rurſus menſura fit ſpiritale.
Alia enim omnia, de cœlis & de regno quod illic eſt,
B de perfecta vitæ inſtitutione, & de liberatione à pec-
catis nobis dicũtur:de ſenſilibus autẽ vnam iubemur
dicere dictionem.Quænã autem ea eſt? Panẽ noſtrũ Matt.6.
ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie,& nihil aliud. Quo- ἐπιούσιον.
niã enim ad aliam deinceps vocamur patriam, & ad
maiorem vitã aſſcripti ſumus, oportet etiã noſtra po-
ſtulata eſſe ei cõuenientia.Hæc autẽ etiã ſi euenerint,
oportet ea adminiſtrare cũ ſumma diligentia.*Pax ſu-* Iob.3.4.
per Iſrael. Hæc eſt oratio de cõmuni. Hoc enim ma- 2.Cor.13.
ximè deſiderant,vt qui ſint longo bello afflicti & ex- 1.Theſ.5.
hauſti.Quid enim eos alia iuuãt,ſi pax nõ adſit?Quod
ergo eſt bonorum quæ tunc erant, præcipuũ, & eorũ
ſecuritatem,nempe pacẽ,pollicetur, eamq; perpetuã,
quod eſt maximè opus dei prouidentiæ, dare ſcilicet, Natura re-
& non ſinere vt intercidat. Quoniã eñ rerum huma- rũ huma-
C narum natura fluxa eſt, & non permanens: oſtendens narũ fluxa
hæc non temerè ad eos deuenire, ſed à ſuperno au-
xilio & à nutu diuino procedere,dixit,Omnibus die-
bus & pacẽ permanentẽ eſt pollicitus.Atq; hoc quidẽ
factum eſt,quod ad deũ attinet. Quòd ſi fuit interru-
pta,hoc quoque accidit ex illorũ improbitate. Quẽ- Ion.3.
admodũ enim quando aliquibus ſupplicia minatur, Hier.18.
iis qui per pœnitentiã iram diſcutiunt,cohibetur ſup- Ezec.33.
pliciũ:ita etiã ſi bona promittat,viſi autẽ fuerint indi-
gni qui promiſſa erant conſecuturi, reuocatur pro-
miſſum.Quod ad eum ergo ſpectat, omnibus diebus
eſt eam pollicitus : ſua autem improbitate donum
interruperunt . Hæc autem dico,vt neq; eo minan-
te deſperemus,nec rurſus bona promittẽte torpeſca- Promiſſa
mus:ſed ſtudio,& in vita inſtituenda diligentia, pro- dei vt im-
miſſa ad opus prouocemus . Niſi enim ita faciamus, pleantur.
D non ſufficit ad conſeruandos nos ſola promiſſio.Nam Matt.19.
Iudæ quoque pollicitus eſt eum eſſe ſeſſurum ſuper
thronum cum vndecim diſcipulis: nec tamen ſedit.
In cauſa autem non fuit ille qui promiſit, ſed is qui
promiſſo indignus viſus eſt. Et nos ergo cum habea-
mus regni promiſſum,ne ſimus ignaui ac deſides,ſed
noſtra quoque afferamus, vt poſſimus bona æterna
conſequi, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti,cui gloria & potentia nunc & ſemper,& in ſe-
cula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXVIII.

Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea. Heb. mihi id eſt, ad-

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc uerſũ me.
Iſrael, ſæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: etenim Chal. non
non potuerunt mihi. Alius interpres dicit, Sed potuerunt
non potuerunt me. Hic quoq; pſalmus cohæret prę- ſferre ma-
cedenti. Quoniam enim interrumpebatur ædifica- lũ mihi.
tio,

tio,nec opus deducebatur ad finẽ, eos in bonã ſpem
adducẽs,ne deſperarẽt ex præteritis,iubet eos de fu-
turis eſſe bono animo,& docet eos dicere hæc verba.
Etenim cùm ſæpe eos inuaſiſſent,nequaquã potuerũt
ſuperare,nec integrã victoriã reportarunt. Et tamen
captiuos,inquit, ceperunt, & in terram alienã tradu-
xerunt,& multa bella vicerunt,& tunc quidẽ maximè
non ex propria virtute,ſed ex Iudæorũ peccato ſupe-
rarunt.Quanquã alioqui nec ad finẽ quidẽ vſq; per-
manſere victores . Neq; eñ potuerũt genus omnino
delere,vel ciuitatem omnino euertere,aut gentẽ fun-
ditus perdere,ſed cũ pauliſper deo concedente viciſ-
ſent,rurſus vincebantur. Quomodo autẽ vinceban-
tur?Ad priorẽ fœlicitatẽ Iudæis reuertentibus.Quod
quidem ſignificans alius interpres dixit, Sed non prę-
ualuerunt ſuper me. *Supra dorſum meum fabricauerunt*
peccatores, prolongauerunt iniquitatem ſuam. Quid hoc eſt?
Nõ temere,inquit,& fortuitò inſidiabãtur, ſed multa
moliebantur & machinabantur, dolos ſtruentes, &
clanculũ inuadentes.Illud eñ,ſupra dorſum meũ, vel
fraudẽ & exulceratã malitiã ſignificat:vel,per vim, &
cum magna vehementia. Hoc eſt, Aggreſſi ſunt meã
Hebr. & potentiã cõfringere. Alius autẽ pro,Fabricati ſunt,di-
Chal. ara- xit,Arauerunt,vt oſtenderet ꝙ in parandis iuſto inſi-
bant arã- diis opus faciebant.Prolongauerunt iniquitatem ſuã.
tes. Quid eſt quod dicit? Oſtẽdit eos nõ ſolùm cum ma-
gno impetu inuaſiſſe, ſed etiã cũ magnis inſidiis, vt
qui multũ temporis ea in re conſumerent, & inſidiari
ſuũ opus eſſe ducerent,& in eo aſſiduè perſiſterẽt.Sed
id nihil eis profuit,non ꝓpter noſtras vires, ſed ꝓpter
dei potentiã. Quocirca oſtendens eũ qui erigit tro-
phæum, & parit victoriam, ſubiunxit, *Dominus iuſtus*
Nempe *concîdit ceruices peccatorum.* Alius autem pro ceruices,di-
Chald. fu- xit funes,ſignificans inſidias,inſultus,machinationes.
nes vel iu- Rectè autẽ dixit,nõ diſſoiuit, ſed, concîdit : vt magis
gum. ſυγκό- oſtenderet eum id feciſſe, reddentẽ eorũ conſilia pe-
ψει concidet. nitus inutilia. Cum eñ inciperet rurſus condi ciuitas,
Neem.4. multi vndiquáq; inuadebant inuidia extabeſcentes:
nec id ſemel tantùm aut bis,ſed ſæpenumero fecerũt.
Hoc ipſum etiã vſuuenit in eccleſia. Cùm eñ incipe-
ret enaſci,omnes eã aſſiduè inuadebant : in principio
quidẽ Reges,populi,& Tyranni, poſtea autẽ inſidiæ
Hæreticorũ:& maximum & variũ ac multiplex bellũ
Matt.16. vndiq; ſuſcitabatur:ſed tamen non præualuit:ſed fuſi
quidẽ ſunt & ꝓfligati hoſtes : floret autẽ & viget ec-
cleſia. *Confundãtur,& cõuertantur retrorſum oẽs qui oderunt*
Sion. Alius,Subuertantur retrorſum. *Fiant ſicut fœnum*
tectorum,quod priuſquam euellatur,exaruit.De quo non imple-
uit manum ſuam qui metit. Alius,Pugnum. *Et ſinum ſuum*
qui manipulos colligit.Et non dixerunt qui præteribant, Bene-
dictio domini ſuper vos.Benediximus vobis in nomine domini.
Adhortationem precatione concludit, ex narratione
præteritorũ,& ex oratione ad confidendũ adducens,
& iniuſtam belli cauſam oſtendens. Ex inuidia eñ &
odio bellũ ſuſcepere:& ideo dicit, Erubeſcãt & con-
uertantur retrorſum omnes qui oderũt Sion. Nõ ſo-
lùm,inquit,victi ſunt,ſed turpiter & ridiculoſè.Dein-
de cum dixiſſet,Fiãt ſicut fœnum tectorũ, perſiſtit in
ſimilitudine,non eos tantùm fœno cõparans,ſed fœ-
no quod eſt ſupra domos. Quanquam eñ id quoque
quod eſt in campis, celeriter diffluit: volens tamen
oſtendere q̃ eſſent viles & abiecti aduerſarij, eos cõ-
parat fœno quod eſt ſuper domos: vt vtrinq; oſtẽdat
q̃ ſint fragiles & caduci,nempe & ex fœni natura, &
ex natura loci. Tales,inquit,ſunt inſultus aduerſario-

A rum,qui non habent radicem, nec fundamentũ, qui
aliquantiſper quidem videntur florere, poſtea autem
arguuntur,& ex ſeipſis excidunt. Talis eſt proſperitas Iob.14.
eorum qui viuunt in ſcelere. Talis iucunditas rerum 20.21.
quæ ad hanc vitam pertinent.Simul enim & cernitur Eſa.24.
& interit, vt quæ nec habeat fundamentum aliquod,
nec potentiam. Et ideo non eſt eis adhibendus ani-
mus, ſed conſiderando q̃ ſint fluxæ & caducæ, deſi-
derandæ ſunt res æternæ, immortales, immobiles, &
in quas nulla cadit mutatio. Quas detur nobis omni-
bus conſequi,gratia & benignitate domini noſtri Ieſu
Chriſti. Cum quo patri gloria ſimul cum ſancto ſpi-
ritu, in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXIX.

DE profundis clamaui ad te domine, domine exaudi
vocem meam. Quid eſt, De profundis? Non Profundi-
B dixit ſolummodo Ex ore, neque ſolum- tas precũ.
modo ex lingua (nam errante etiam men-
te verba funduntur) ſed ex corde profundiſſimo,
cum magno ſtudio,& magna animi alacritate,ex ipſis
mentis penetralibus.Tales ſunt enim animi eorũ qui
affliguntur:vniuerſum cor ſecum commouent, deum
inuocantes cum magna compunctione:& ideo etiam
audiuntur. Tales enim preces magnam habent po-
tentiam, vt quæ neque ſubuertantur, neque concu-
tiãtur,etſi eas diabolus magno impetu inuadat.Quẽ- Cõfirmat
admodũ enim arbor valida, & quæ in multam pro- ſimili.
funditatẽ terræ agit radices,eiúſque ſinus deuincit &
aſtringit,cuiuis ventorũ impetui reſiſtit: quæ in terræ
autem ſumma ſuperficie ſita eſt,ſi quælibet parua au-
ra incubuerit,labefactatur,& radicitus euulſa iacet ſu-
per terram: ita etiam preces quæ ab imo quidẽ aſcen-
C dunt & egerũt radices in profundo, etiamſi innume-
rabiles venerint cogitationes, etiamſi inſtructa to-
ta diaboli acies,firmæ manent & ſtabiles, & minimè Eſa.29.
euertuntur. Quæ autẽ ex ore in labiis procedũt,& nõ Matt.15.
ab imo aſcendunt, ne poſſunt quidẽ ad deũ aſcende-
re, propter eius qui accedit,ſocordiã. Eum enim qui
talis eſt,ſeu fuerit aliquis ſtrepitus, is ipſum euerterit:
ſiue tumultus,ab oratione abduxerit : & os quidẽ re-
ſonat, cor verò eſt inane, & ſola ac deſerta cogitatio. Orandum
At ſancti non ſic orabant, ſed cum ſummo ſtudio & vt ſit.
maxima vehementia,vt etiã totũ corpus inflecterent. 1.Cor.14.
Beatus itaque Helias orans primũ quidẽ quæſiuit ſo- 3.Reg.19.
litudinem:deinde cum poſuiſſet caput inter genua,& 3.Reg.18.
ſeipſum cum magno ardore incenderet,ita fundebat
preces.Si vis autem eum etiã videre rectũ ſtantem in διαβλώ-
oratione, vide eum rurſus extenſum in cœlum, & ita μενος.
D extenſum vt etiam ignem è cœlo deiiceret. Ita etiam 3.Reg.17.
quando voluit ſuſcitare filium viduæ,cum totum ſeip
ſum expandiſſet, cõfecit eam reſurrectionem: nõ in-
terrumpens,neque oſcitans ſicut nos, ſed animi in o-
rando alacritate incenſus. Quid autem dico Heliam
& ſanctos illos?Vidi ſæpe mulieres propter virũ pere-
grinantem & infantem ægrotantem,ita de profundis
orãtes,& tantos fontes lachrymarũ emittentes,vt tã-
dem voti ſui eſſent cõpotes. Si autẽ mulieres ita inflã-
mantur in orationibus pro viro & infante:quęnã viro
venia dabitnr,qui pro anima morte affecta, mollis eſt
& languidus? Hinc itaque fit quod cũ ſæpe oremus,
rurſus inanes reuertamur. Audi quomodo Anna ora- 1.Reg.1.
bat de profundis,cuiuſmodi fontes lachrymarũ emit
tebat,quomodo per orationẽ euehebatur in ſublime.
Qui enim ita precatur, etiam antequã conſequatur
quod poſtulat,ex oratione magna bona percipit,om-
nes

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A nes animi perturbationes reprimens,iram ſedans, inuidiam expellens,cupiditatẽ extinguens, rerũ ad vitã pertinentiũ amorem diminuẽs & exiccans, animũ in magnam tranquillitatẽ redigens, in ipſum deinceps cœlum aſcendens. *Collatio elegans.* Quemadmodũ enim pluuia durã terrã in quam decidit,vel ignis ferrũ,mollit: ita vitiis induratum animũ talis oratio & igne vehementius & pluſquã pluuia mollit & humectat. Eſt enim anima tenera, & ad fingendum facilis. Sed quod Iſtri aquæ ſæpe vſuuenit,vt glacie concreſcat,ita etiã noſtræ accidit animę,vt à peccato & ſocordia indureſcat & lapideſcat. Magno ergo nobis calore opus eſt, vt quod *Orationis munus.* durũ eſt emolliat. Hoc autem maximè efficit oratio. Quãdo ergo orationẽ aggrederis, ne hoc ſolum quæras vt quod petis accipias:ſed etiã vt in ipſa oratione animam tuam meliorẽ efficias. Nam hoc quoque eſt munus orationis. Qui ita orat, fit iis quæ ad hanc vitam pertinẽt,ſuperior,mente extollitur,leuem reddit cogitationem, nulla perturbatione animi impeditur. *Clamor ex profundo.* De profundis clamaui domine. Duo hic ponit, & illud,de profundis:& hoc,clamauiſſe:clamorẽ non dicens tonũ vocis,ſed affectionẽ animi. Domine exaudi vocem meã. Hic duo diſcimus, nẽpe ꝙ à deo abſolutè impetrare non poſſumus,niſi noſtra quoq; adfuerint. *Tob.3. Judith.13* Quocirca prius dixit, De profundis clamaui, & tunc,exaudi. Deinde ꝙ oratio intenſa & vehemẽs, vt plena lachrymis cõpunctionis,magnas habet vires ad hoc vt deo perſuadeat,vt iis quæ dicuntur annuat. Tanquã enim magnũ & præclarum quid feciſſet, & partes ſuas impleſſet, ita ſubiunxit: Domine exaudi vocem meam. *Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ.* *Aures dei.* Aures dicit,audiendi facultatem: & vocẽ, non intenſionem ſpiritus,nec clamorem ſignificans, ſed intenſam affectionẽ. *Si iniquitates obſeruaueris domine,domine quis ſuſtinebit?* Ne quis dicat, Sum peccator, & plenus malis innumerabilibus, nõ poſſum accedere & orare,& deum inuocare:hanc tollens excuſationem,Si iniquitates obſeruaueris,inquit,Domine:dñe quis ſuſtinebit? *Quis pro nullus.* Illud enim,quis,hic nullus eſt. Neque eñ fieri poteſt vt ſi rerum à ſe geſtarũ ſummo iure ab vllo exigatur ratio, poſſit vnquã miſericordiã & clementiã conſequi.Hæc autem dicimus non impellentes animos in ſocordiam,ſed eos conſolantes qui cadunt in deſperationẽ.Quis eñ gloriabitur ſe mundũ *Prou.24.* habere cor?aut quis confidenter dicet ſe eſſe purum à peccatis?Et quid dico alios? Nã etiamſi Paulũ in mediũ adduxero,& eorũ quæ fecit, rationẽ ſummo iure *Galat.1. Act.1.* popoſcero, ne poterit quidem ſuſtinere. Quid enim poterit dicere? Prophetas legit, vt qui legis patriæ eſſet diligens æmulator:ſigna vidit quæ fiebãt, & tamẽ *1.Tim.1. Act.9.* manebat ꝑſecutor:nec priꝰ deſtitit ꝙ̃ admirabilẽ illã viſionem ſuſcepit, & vocẽ audiuit terribilem. Antea autem manſit omnia ſúſque déq; permiſcens & confundens. Illis tamẽ omnibus prætermiſſis, deus & vocauit,& magna gratia dignũ cenſuit. Quid verò ſummum illum Petrum,non poſt innumerabilia ſigna & miracula, tantámq; admonitionẽ & exhortationem arguit in grauiſſimũ illũ lapſum cecidiſſe?Illud tamen prætermiſit, & Apoſtolorũ eum primum conſtituit. *Luc.22.* Et ideo dixit: Simon, Simon,Ecce expetiuit Satanas cribrare te tanquam triticũ: ego autem oraui pro te, ne deficiat fides tua.Porrò autem poſt hæc quoque ſi non cum miſericordia & clementia veniat ad iudicãdum,ſed rationem ſummo iure exigat, inueniet omnes reos & obnoxios.Quocirca Paulus quoque dicebat:Nihil mihi conſcius ſum,ſed non in hoc iuſtificatus ſum. *1.Cor.4.* Si iniquitates obſeruaueris domine, domine. Conduplicatio eſt,non temere nec abs re, ſed admirantis & ſtupentis inſignem eius clementiam, & infinitam maieſtatẽ,& vaſtũ pelagus eius bonitatis. *Repetitio hic admirantis.* Quis ſuſtinebit? Non dixit,quis effugiet, ſed, quis ſuſtinebit?ſignificans ꝙ nec ſtare quidem poterit. *Quia apud te propitiatio eſt.* Quid eſt,apud te propitiatio eſt?Nõ in noſtris,inquit,rectè factis,ſed in tua bonitate licet effugere ſuppliciũ. *Dan.9.* Vt iudiciũ eñ effugiamus,in tua clementia ſitum eſt.Quòd ſi eam non fuerimus aſſecuti, noſtra non ſufficiunt ad nos ab ira futura eripiendos: Hoc etiam per Prophetã ſignicans,dicebat:Ego ſum qui deleo peccata tua. *Eſa.43.* Id eſt,Hoc eſt meum,meę bonitatis,meæ clementiæ.Nam quæ tua ſunt, non ſufficiunt vnquam vt te liberẽt à ſupplicio. Et rurſus,Ego vos ſuſtineo. *Propter legem tuã ſuſtinui te domine. Suſtinuit* B *anima mea in verbo eius,ſperauit anima mea in domino.* Aliꝰ, Propter nomen tuũ.Alius,Vt cognoſcatur verbũ tuũ. *Eſa.50. Eccl.8.* Quod autem dicit,eſt eiuſmodi.Propter clementiam tuam,propter nomen tuũ,propter legem tuam expectaui ſalutẽ. Nam ſi ad mea reſpexiſſem, iam olim deſperaſſem,olim omnem fiduciam abieciſſem:nunc autem legem tuam & verbum tuum attendens, bonã ſpem concipio.Quódnam verbum? Verbum clemẽtiæ. Ipſe enim eſt qui dicit: Quantũ diſtat cœlũ à terra,tantum diſtant conſilia mea à conſilio veſtro, & viæ meæ à viis veſtris. Et rurſus: Secundum altitudinẽ cœli à terra confirmauit dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ipſum. *Eſa.55.* Et rurſus, Quãtum diſtat oriens ab occaſu, procul remouit à nobis iniquitates noſtras. *Pſal.102.* Hoc eſt,Nõ eos tantũ ſeruaui qui ſe rectè geſſerunt,ſed peperci etiam peccatoribus,&inter delicta C tua meam defenſionẽ,& quam tui curam gero, oſtẽdi. *Ibidem.* Alius,Vt ſis terribilis,expectaui dominũ. terribilis cui?Inimicis,inſidiatoribus, iis qui mihi malè volunt. Quid eſt,Propter nomen tuum? Quanuis,inquit, ego ſim peccator,& plenus malis innumerabilibus,ſciebã tamen, ne nomen tuum prophanaretur, fore vt nos pereuntes minimè deſpiceres.Quod ipſe quoque dixit in Ezechiele: Non propter vos ego facio,ſed ꝓpter nomen meum,vt non prophanetur inter gentes. *Eze.36. Dan.9. 2.Cor.1.* hoc eſt,Nos quidem non ſumus digni qui ſeruemur, neque ex rebus à nobis geſtis vlla bona ſpe ducimur, ſed expectamus fore vt conſeruemur propter nomen tuum,eáq; nobis recta eſt ſpes ſalutis. Alius, Propter metum ſuſtinui dominũ. Alius, Propter legem ſuſtinui dñm. Suſtinuit anima mea in verbo tuo. Alius,Expectauit anima mea verbũ eius. Alius,Suſtinuit anima D mea,& verbũ eius expectaui. Hoc eſt, Ex promiſſis & frequentibus pollicitationibus de benignitate eius & clementia ſumptam ſacram ieci anchoram,nec de mea ſalute ſpem abieci. *A cuſtodia matutina vſque ad noctem ſperet Iſrael in domino.* *Pſ.21.30 Eccl.2. Eſa.40.* Tota vita, inquit, hoc eſt, omni die ac nocte.Nihil eſt eñ ad ſalutẽ prę ſtabilius, ꝙ̃ perpetuò illũ obſeruare,& ab illa ſpe pendere,licet innumerabilia accidant quæ nos impellant in deſperationẽ.Hic eſt murus infractus,inuicta munitio,turris inexpugnabilis. Etſi ergo res minentur mortem, periculum,& interitum:ne deſiſtas ſperare in deum, & expectare eius ſalutẽ. *Eccle.10. Luc.1.* Omnia ſunt illi facilia & expedita,& vel in rebꝰ difficillimis & impeditiſſimis exitum inuenies.Ne expecta ergo fore vt ſolũ tibi adſit auxiliũ,ſi res ſecũdę affluant:ſed tunc maximè,quando ſunt fluctus maximi,& vehemẽs tempeſtas, & extremum

tremum imminet periculum.Tũc enim maximè deus ſuam oſtendit potentiam.Hoc eſt ergo quod dicit:Oportet in deum perpetuò ſperare, toto vitæ tempore. *Quia apud dominũ miſericordia, & copioſa apud eũ redemptio. Et ipſe redimet Iſrael ab omnibus iniquitatibus eius.* Quid eſt, Apud dominũ eſt miſericordia?Fons & theſaurus, inquit,illic eſt clementiæ perpetuò ſcaturiens. Vbi autẽ eſt miſericordia, illic eſt etiã redẽptio: nec ſolùm redemptio,verum etiam multa ac copioſa,& immẽſum pelagus clementię.Etſi ergo ſumus à peccatis proditi, nõ oportet cõcidere, nec deſperare. Vbi enim eſt miſericordia & clemẽtia, nõ exigitur nimis acris & ſummo iure delictorũ ratio, iudice propter magnam miſericordiam,& multam ad clemẽtiam propenſionem, multa prætercurrẽte. Huiuſmodi enim eſt deus,nempe ad aſſiduè miſerẽdum & ignoſcendum propenſus *Pſal.24. 99.144. Eſa.54. Ioan.2.* & procliuis.Et ipſe redimet Iſraël ab omnibus iniquitatibus eius.Si ergo ita eſt,& vbiq; diffuſa eſt eius clementiæ magnitudo,clarũ eſt eum eſſe populum ſuum ſeruaturum, & liberaturum nõ ſolùm à ſupplicio, ſed etiã à peccatis. Hæc ergo cum ſciamus,perſeueremus *Sapiẽ.12.* rogare & orare:& nũquam deſiſtamus, ſiue acceperimus,ſiue non.Si enim dare ſitũ eſt in eius poteſtate, in eius etiã poteſtate ſitum eſt quando vult dare,tempus autem nouit optimè.Maneamus ergo rogãtes, ſupplicantes,cõfidentes eius miſericordiæ & clemẽtiæ, nec vnquam de noſtra ſalute deſperemus, ſed noſtra afferamus,& ille pro ſe nobis nunquã deerit, quandoquidem eſt inenarrabilis apud eum miſericordia, & infinita clementia. Quã detur nobis omnibus aſſequi gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDBM IN PSALMVM CXXX.

Domine non eſt exaltatũ cor meũ,neque elati ſunt oculi mei. Alius,Neq; ſublimes facti ſunt. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Alius,In magnitudinibus. Alius,In magnificentiis,nec *Laus propria.* me exuperantibus.Quid hoc eſt? Paulus dicit ſtultum eſſe ſeipſum laudare,etiamſi ſit neceſſe, & ideo ſubiũxit,dicens:Fui inſipiẽs gloriãs,vos me coëgiſtis. *2.Cor.12.* Quomodo hoc ergo ignorauit Propheta, & nũc gloriatur, non apud duos aut tres aut decẽ, ſed apud vniuerſum orbẽ terrę? *Gloriari an liceat.* Gloriatur autẽ dicens:Sum humilis,&moderatus, & mirandũ in modũ ſimplex. Hoc enim ſibi vult illud,Ablactatus ſuper matrẽ ſuã.Quare ergo hoc facit? Quoniam res quidẽ non eſt omnino prohibita, imò verò nonnunquam eſt neceſſaria, atq; adeò nonnunquam incidit,vt non ſi gloriemur, ſed ſi non glo- *1.Cor.1.* riemur,ſimus inſipientes. Quocirca Paulus quoq; di- D cit: Qui gloriatur,in domino glorietur. Qui enim in cruce non gloriatur,eſt omnium inſipientiſſimus. Qui *Gal.6. Hier.9.* non in fide gloriatur,& habet in ea fiduciam, is omnino peribit.Et ideo audacter dicebat Paulus.Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Et rurſus:Ne glorietur diues in diuitiis ſuis, neque ſapiens in ſapientia ſua:ſed in hoc glorietur,ꝙ intelligat *Matt.18. Gloriatio ſuperbi Phariſæi.* & cognoſcat dominũ. Quomodo eſt ergo malum gloriari?Si id faciamus vt Phariſæus.Et quare, inquit, dicit Paulus: Fui inſipiens glorians, vos me coëgiſtis? Quoniam narrabat præclara vitæ ſuæ inſtituta & facinora, quæ non oportebat narrare, niſi neceſſe eſſet. *2.Cor.12.* Alibi autem dicit:Si voluero gloriari,non ero inſipiẽs, veritatem enim dicam.Qui veritatem ergo dicit cum tempus poſtulat, non eſt inſipiens. Non eſt ergo inſipiens Propheta qui gloriatur: vera enim dixit. Sed

A quænam cauſa eum induxit vt hæc diceret? Vt doceret auditores,ne poſtquam liberati ſunt à malis,reuertantúr ad priſtinã amentiam & inſolentiam,nec à vinculo liberati reſiliant, & in aliam captiuitatis neceſſitatem incidant.Quapropter dum ſua narrat, auditorẽ corrigit. Non dicit autẽ, Exaltatus quidem ſum: perturbationem autem animi continui.Sed quid?Nõ eſt exaltatum cor meũ.Hoc eſt, Nõ tetigit animum meũ vitium.Mens enim eius erat veluti quidã portus nullis fluctibus agitatus,eius morbi vndas minimè ſuſcipiẽs, qui eſt cauſa omniũ malorum, & radix extremæ iniquitatis. *Eccl.10.* Quid eſt quod dicit, Domine non eſt exaltatum cor meũ,neq; elati ſunt oculi mei?Non contraxi, inquit,ſupercilia, neq; erexi ceruicẽ.A fonte enim interno perturbationis animi morbus ſcaturiens, interno tumori conforme corpus effingit. *Ratio phyſica ab animo ad corpus.* Neq; ambulaui in magnis,neq; mirabilibus ſuper me.Quid eſt,in ma- B gnis? In hominibus,inquit,tumidis,diuitibus,arrogãtibus,ſuperbis.Vidiſtis quanta ſit humilitas.Nõ ſolùm erat ipſe à morbo alienus,ſed eos etiã qui erãt tumidi, fugiebat: & à talibus reſiliebat cœtibus, propter magnum,quod in arrogantiã conceperat odiũ.Quoniam enim infenſo erat in eam animo, nõ ſolũ ab ea reſiliebat, nec permittebat vt in prædiũ animæ eſſet ei vllus aditus:ſed eos etiam qui illam ſectabantur,longiſſimo interuallo fugiebat,vt ab eis nihil detrimenti caperet. Neq; verò inter parua rectè facta ducendũ eſt fugere arrogantes, odio habere tumidos & inſolentes, eóſq; abhorrere & auerſari, ſed eſt maxima virtutis ſecuritas,humilitatis maxima cuſtodia. *Arrogantes & ſuperbi quãtopere fugiendi.* Neq; in mirabilibus ſuper me.Alius, Neq; in me exuperantibus. *Si non humiliter ſentiebam,ſed exaltaui animam meam.Sicut ablactatus* C *eſt ſuper matrem ſuam:ita retributio in animam meam.* Alius, Ita retribuetur animæ meæ. Dictum eſt per hyperbaton,vtpote,Si non humiliter ſentiebam,ſicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ſed exaltaui cor meũ, ita retribuatur animæ meæ. *ὑπερβατόν.* Quod autem dicit, eſt eiuſmodi:non ſolùm fui liber à vitio, arrogantia inquam,nec ſolùm ab iis qui illa præditi ſunt,alienus: verumetiam contrariam ei virtutem ſupra modum ſuſcepi, nempe humilitatem,moderationẽ,contritionem.Illud ipſum Chriſtus quoque iuſſit ſuis diſcipulis, dicens:Niſi conuerſi fueritis,& efficiamini ſicut puelli,nõ ingrediemini in regnum cœlorum.Talis,inquit, fuit mea humilitas,qualis infantis qui pendet ab vbere matris.Quemadmodũ enim ille adhęret matri continenter, eſt omnis arrogantiæ purus, viuit in innocentia ſumma & ſimplicitate:ita ego etiam in deũ me gerebam,ei per- D petuò adhęrens.Ablactati autem non abs re meminit: ſed volens oſtendere afflictionem,anguſtiam, dolorẽ, malorum magnitudinẽ. *Mat.18. Ablactati puelli affectus.* Quemadmodũ ergo puellus, qui nuper ab vbere auulſus eſt, ne ſic quidem à matre recedit,ſed flens,gemens,lugens,ægrè ferẽs & ſe afflictans,parẽti ſemper adhæret,nec ab ea recedit:ita ego quoque,inquit, cum eſſem in afflictione, anguſtiis, & multis calamitatibus,Deo ſemper adhęſi.Si autem ita non fui,retribuatur,inquit, ſuper animã meã,hoc eſt, Dem vltimũ ſupplicium. *Speret Iſrael in domino ex hoc nunc & vſque in ſeculum.* Vides quemadmodum dixi in principio,ꝙ in iis quidem quæ ad fidẽ & decreta pertinẽt,etſi nulla cauſa ſit,oportet aſſiduè gloriari,& qui non gloriatur,periit. In rectè autem factis, cum tẽpus poſtulat,non eſt recuſandũ gloriari.Quódnam eſt autem tempus?Multa & varia.quorum vnũ eſt,docendi auditorem,Quod hic quoq; ſciens,& oſtendens ſe ſua

Universidad de Deusto Biblioteca

recte facta ideo dicere, vt auditorem ad ſui imitationem attrahat, ſubiunxit, dicens: Speret Iſraël in domino, ex hoc nunc & vſq; in ſeculum. Siue, inquit, calamitates, ſiue ęgritudines, ſiue bella, & captiuitates, ſiue quodcunq; aliud graue & inopinatum malum te circūſederit, ſpem in deum & expectationem illam tene firmiter, & omnino bonus erit tibi finis & exitus, deo ſcilicet hanc tuā bonā ſpem remunerante à malis tibi data liberatione: In Chriſto Ieſu domino noſtro: cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

EIVSDEM IN PSALMVM CXXXI.

Memento domine Dauid, & omnis mãſuetudinis eius. Alij quidem volunt ſolùm cōſeruari ex memoria maiorū: hic autem benefacta dicit, & quod eſt omnium bonorū cauſa, moderationem, humilitatem, manſuetudinem. Propter quod in maxima *Moſis mã ſuetudo.* quoq; admiratione habebatur Moſes. erat, inquit, mi- B tiſſimus omnium hominum qui erant ſuper terrā. Sed *Num. 12.* nonnulli hæretici eius vitæ inſtitutū, & id quod dictū eſt reprehendentes, dicunt, Quid dicis? Erat ille mitiſ- *Exod. 1.* *Num. 25.* ſimus, qui inuaſit Aegyptium, & eū interfecit? Qui Iu- *Leuit. 10.* dæos impleuit ſanguine & bellis inteſtinis? qui iuſſit *Num. 16.* vt conſanguinei cognatos occiderent? qui precibus vt terra dehiſceret, effecit, & è ſuperis fulmen deorſum vibrauit? & illos quidem obruit, hos verò exuſſit? Si hic mitis, quis ſęuus & iracūdus? Deſine: neq; ſuperuacanea loquere. Quòd enim erat mitis, & omnium hominum mitiſſimus, & dico, neq; vnquam ceſſabo dicere, & ſi vultis, non aliunde q̃ ex iis quæ dicta ſunt co- *Num. 12.* nabor oſtendere eius mãſuetudinem. Atqui poteram *Exod. 32.* dicere quæ de ſorore ab eo deo dicta ſunt, ſupplicationem qua pro populo vſus eſt, omnia verba illa Apoſtolica, & cœlo digna, moderationē cum qua loque- C batur cum populo. Poterant hæc dici, & his alia longè plura enumerari, ſed ſi vultis, his prætermiſſis, ex his ipſis quę antè dicta ſunt ab inimicis, oſtēdamus eū fuiſſe omnium hominum mitiſſimum, ex quibus eum ſęuū, immanem & iracundum quidā eſſe exiſtimant. Quomodo ergo oſtendemus? Si prius diſtinxerimus ac definierimus quid ſit manſuetudo. Quid eſt ergo manſuetudo, & quid atrocitas? Neq; enim ferire, eſt abſo- *Mitis.* lutè atrocitatis. neq; parcere, manſuetudinis. Sed mitis ille eſt, qui ferre poteſt quæ in ſeipſum peccata ſunt, qui aliis factam iniuriam propulſat, & eis fert opem, & eſt vehemens vltor eorum qui probra ingerunt. Qui autem nō eſt eiuſmodi, ſed eſt hebes, deſes, & ſomnolentus, & mortuo nihilo melius affectus, non eſt mitis nec manſuetus. Deſpicere eos quibus fit iniuria, non dolere vicem eorū qui iniuria afficiuntur, nec iis iraſci D qui probris & contumeliis afficiunt, non eſt virtutis, *Iniuria aliena vlciſcenda.* ſed vitij: non eſt mãſuetudinis, ſed ignauię. Quare hoc ipſum oſtendit eius manſuetudinem, q; erat adeò ardens, vt proſiliret cū videret alios iniuria affici, pro iuſto iram nō valens cohibere: at quando ipſe malo aliquo affectus eſt, nec vltus eſt, nec pœnam ſumpſit, nec à philoſophię inſtituto vnquam receſſit. Si autē fuiſſet adeò ſæuus & iracundus: qui pro aliis adeò inflammabatur & excandeſcebat, nunquam animum induxiſſet vt pro iis quæ ad ſeipſum pertinebant, quieſceret: ſed tunc magis irritatus fuiſſet & efferatus. Scitis enim nō ægrius ferre noſtra quàm aliena. Ille autem, cum alij quidem malè patiebantur, non minus quàm illi ipſi quibus malè fiebat, vlciſcebatur: delicta autem quæ in ipſum admiſſa fuerant, cum maxima prætermittebat tolerantia: in vtroque extremo cōſiſtens, illo quidem,

A ſe eſſe malis infeſtum, hoc verò ſe eſſe lenem & patiētem oſtēdens. Sed dic, quæſo, quid eum facere oportuit? num deſpicere quæ inferebatur iniuriam, & malum quod pertinebat ad populum? Sed id nō erat eius qui regebat populum, nec patientis alicuius & mitis, ſed deſidis & ignaui. Tu autem medicum quidem nō *Cōfirmatio per collationem.* reprehendis, qui putredinem totum corpus permeantem ſectione reprimit: illum autem dicis eſſe atrociſſimum, qui morbum longè putredine grauiorem per totum populum permanantem ictu paulò grauiori voluerit coërcere? Atqui hæc ſunt iudicis non ſatis conſiderati. Tanti enim populi pręfectum, & qui ducebat gentem adeò aſperam, duram, & intractabilem, oportebat ſtatim à principio reprimere, & in ipſo veſtibulo reſcindere, ne malum longius ſerperet. At obruit, inquit, Dathan & Abiron. Quid dicis? Oportebátne deſpicere ſacerdotium conculcari, & dei leges euerti, & B id quod omnia continet, perfringi ac diſſolui, dico autem dignitatem ſacerdotij, & omnibus adyta patefa- *Sacerdotalis dignitatis vindicatio.* cere, & ex eorum contemptu permittere vt liceret volentibus ſacroſanctos conculcare ambitus, & omnia ſúſq; déq; agere & miſcere? Atqui ea nō erant mãſuetudinis, ſed inhumanitatis & crudelitatis, deſpicere tātum quod creſcebat malum: & dum ducētis parceret, perdere tot milia. Dic enim mihi quæſo, quādo iuſſit *Attende ἀδελφῶν.* genere propinquos occidere, quid eū facere oportuit? cum deus iraſceretur, creſceret impietas, cū nihil eſſet quod eos poſſet ab ira eripere: permitteréne debuit vt plaga cœleſtis in omnes tribus deſcenderet, & vniuerſo generi interitum afferret, & cum ſupplicio negligere peccatum immedicabile: an pœna & cęde paucorū corporum & peccatū de medio tollere, & iram retardare, deúmq; reddere propitium iis qui talia admi- C ſerant? Si ita examinaris quę à iuſto facta ſunt, ex eo maximè videbis eum fuiſſe mitiſſimū. Sed hæc ex iis quæ dicta ſunt ſinentes ſtudioſis recenſere, ne ea quæ obiter afferuntur, ſint maiora iis quę ſunt propoſita, ad id quod eſt nobis propoſitum, reuertamur. Quid erat autem propoſitum? Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. *Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob.* Cum propoſuiſſet dicere de manſuetudine, iis *1. Reg. 16.* prætermiſſis quæ Sauli fecerat, quæ fratribus, quæ Io- *1. Reg. 17.* nathæ, lenitate & patientia qua vſus erat in militē qui *2. Reg. 18.* eum aſpergebat mille probris ac maledictis, & his lōgè pluribus, ad aliud caput deducit orationem, quod maximum in ſe zelum & ardorē continet. Quare ergo hoc facit? Duabus de cauſis, vna quidem quoniā deus eo maximè delectatur. Super quem enim, inquit, reſpi- *Eſa. 66.* D ciam, niſi ſuper manſuetum & quietum, & trementem verba mea? Alia verò, quoniā hoc qđ maximè vrgebat, nempe templi conſtructio, & ciuitatis ædificatio, & antiqui ſtatus reipublicæ redditio, ad hoc maximè dirigit orationē, & illud quidem prætermittit, vt quod ſit manifeſtum & in confeſſo (cognita enim erat omnibus eius manſuetudo) id autem quod maximè opus habebat ad ſuum inſtitutum, id in medium adducit. Quid enim deſiderabat? Videre templum excitatum, veteréſq; ritus & ceremonias reſtitutas. Quoniam ergo Dauid erat ea re maximè inſignis, tanquā illius ſtudij & animi remunerationem petit à deo templi ędificationem, & dicit, Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. Sicut iurauit domino, votum vouit deo Iacob. *Si introiero in tabernaculum domus meæ: Si aſcendero in lectum ſtrati mei. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē, & requiem tēporibus meis.*

Donec

Donec inueniam locū domino, tabernaculū deo Iacob. Et quid *Matt. 1.* hoc ad te? Quoniam, inquit, ab eo genus duxi, & quo- *Pſal. 134.* niam cum tibi fuiſſet acceptum eius ſtudiū & diligen- *Eſa. 65.* tia, dixiſti te eius genus & regnū erecturum: propter- *Amos. 1.* *1. Par. 17.* ea hæc pacta conuenta nunc à te exigimus. Non dixit *22. 28.* autem, Donec ędificauero, hoc enim nō fuerat ei permiſſum, ſed, Donec inuenero locū domino, & tabernaculum. Deinde eū quidem qui eſt ędificaturus prę terit: eum verò qui eſt pollicitus, in medium adducit, vt ſcias quātum bonum ſit rectus animus, & quomo- *2. Cor. 18.* do deus ſemper conſueuerit recto animi inſtituto & bonæ voluntati mercedē conſtituere: & ideo eius potius meminit, quoniam ipſe eſt potius qui ædificauit, q̃ filius. Hic enim pollicitus eſt: ille verò iuſſus eſt. Vide autem maximā eius animi alacritatē. Non ſolū dicit ſe non ingreſſurū domum, nec lectū aſcenſurū, ſed ne ea quidē quę erant naturalis neceſſitatis ſecurè de- B ſumpturum, donec inuenerit locū & tabernaculū deo Iacob. Quorū contraria eis à deo obiiciebātur, dicen- *Agg. 1.* *κοιλοσταθμοις.* te: Vos quidē habitatis in domibus laqueatis: domus autē mea eſt deſerta. Donec inuenero locū domino, tabernaculū deo Iacob. Vide hic rurſus ſtudiū & animi ſolicitudinē. Rex dicit, Donec inuenero locū domino, & tabernaculū deo. Rex, inquam, qui in omnes dominatū obtinebat. Nolebat enim ſolūmodo extruere, ſed etiā in loco aptiſſimo & domino valde conue- *1. Reg. 5. 6. 7.* nienti, & opus ei erat inquiſitione, tanta erat animi vigilantia. *Ecce audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in campis ſyluæ.* Narrat nunc vetera, oſtendens arcam antea lōgo tēpore erraſſe, locū loco mutantē, & ideo dicit: Ecce audiuimus eā in Ephrata, hoc eſt, Ea narrauerunt nobis patres noſtri, hæc ex auditione accepimus, q; cum tūc quoq; vbiq; oberraret, in agris & cā- C pis, poſtea collocata eſt: hoc ipſum nunc quoque fiat. *Ephrata.* Ephrata hic dicit tribū Iuda, ad quā poſt longā circuitionem deducta eſt. *Introibimus in tabernaculū eius. Adorabimus in locum vbi ſteterunt pedes eius.* Vidiſti q̃ craſſo dicendi modo vſus eſt, propter ſtuporē eorū qui audiebant, dicens dei tabernaculum, & pedes, & locum vbi ſtabant pedes eius. Hæc autē omnia dicit locū arcæ, quoniā ex eo leco edebantur voces horribiles de rebus quæ ad Iudæos pertinebāt, quæ erant dubia & obſcura ſoluentes, & futura prædicētes. *Surge domine in requiē tuā, tu & arca ſanctificationis tuæ.* Alius, Fortitudinis tuę. Alius, Potētię tuę. Vtraq; autē vera. Illinc enim tradebatur ſanctitas, & quæ erant ei impoſitæ literæ, *1. Reg. 5.* erāt & ſanctitatis effectrices, & roboris. Pulchrè ergo ſic dixit, Magnā enim deus per eam, potentiā oſtendit D ſemel, & bis, & ſæpenumero, vt quādo capta ab Azotiis, quādo ſimulachra deiecit, quādo eos qui ceperāt, percuſſit, quādo ea reddita vt plaga ceſſaret effecit, & per alia quæ illic fecit, ſuā oſtendit potētiam. Quid eſt autē, Surge in requiē tuam? Fac, inquit, vt nos deſiſtamus errare, & arca circunferri, & ea tandē aliquando *Sacerdotū iuſtitia.* quieſcat. *Sacerdotes tui induātur iuſtitia.* Alius, Veſtiātur. Alius, Induātur, quod quidē eſt apertius. Eſt enim precantis, non prædicentis, & petentis poſſeſſionē virtutis. Iuſtitiam autē hic dicit ritus & ceremonias, ſacerdotium, cultum, ſacrificiū, oblationes, & cum his per- *Exod. 29.* fectam vitæ inſtitutionē, quoniam ea eſt maximè re- *Ezec. 44.* quirēda à ſacerdotibus. *Et ſancti tui exultabunt.* Vbi hæc *Malac. 2.* ſcilicet facta fuerunt. Vide eū nō quærere ædificationem ciuititatis, nō rerum venalium abundantiam, non aliarum rerum proſperitatem, ſed templi decorem, & arcæ requiem, ſacerdotum plenā perfectionem, ritus

A ac ceremonias, cultum ſacerdotium. Deinde quoniā hæc petierunt, ipſi autē fuerūt multis peccatis obnoxij, ad parentem rurſus confugit, dicens. *Propter Dauid ſeruum tuum.* Quid eſt, propter Dauid ſeruū tuum? Nō propter, inquit, illius tantum virtutem, nec q; tantum ſtudium poſuit ad hoc vt templum excitaret, ſed etiā propterea q; id es ei pollicitus. Propter Dauid ſeruum tuum. *Ne auertas faciem Chriſti tui.* Cuiuſnam, inquit? *Et nō fruſtrabitur αὐτὴν eā, nempe veritatem.* Eius qui vnctus eſt, populúmq; regit, & ei præeſt. *Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum. De fructu ventris tui ponā ſuper ſedem tuam.* Poſtquam Dauidis meminit, & virtutis viri, & ſtudij quod in templū contulerat, & vetera narrauit, & vt in priori vitæ inſtituto appareret, rogauit, id quod eſt maximum caput adducit, dei promiſſa. Quænam autem ea ſunt? De fructu ventris tui ponam ſuper ſedē tuam. Sed promiſſa B non facta ſunt purè & abſolutè, ſed cum eis accedēte quadam conditione. Quænam autem erat ea cōditio? Audi, ſubiungit enim, *Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo ipſos, & filij eorum in æternum ſedebunt ſuper thronum tuum.* Cum his verbis *Exod. 24.* concepta promiſſa deus feciſſet, eis tradidit chirographum: Illi autem rurſus dixerunt, Omnia quæcunque dixit dominus, faciemus & audiemus. Deinde quoniā videbat vnam partem eſſe pacta conuenta tranſgreſſam, deducit orationē ad locum, conſolationē vndiq; excitans, & dicens: *Quoniam elegit dominus Sion, elegit eā in habitationem ſibi. Hæc requies mea in ſeculum ſeculi. Hic habitabo, quoniam elegit eam.* Hoc eſt, non homo locum elegit, ſed deus ipſum ſua ſententia conſtituit, ſe ad eorum imbecillitatem demittēs. Hoc eſt ergo quod dicit, quem elegiſti, quem tua ſententia conſtituiſti, quē C aptum eſſe cenſuiſti, ne permittas vt collabatur & intereat. Hæc enim dixiſti, hic habitabo. Sed hæc dicebat cum illis pactis conuentis. Quibúſnam? Si cuſto- *Nebien. χήραν viduam.* dierint filij tui teſtamentum meum. *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius ſaturabo panibus.* Alius, cibū eius, dicit venationem, rerum venalium abundātiam, *Hier. θήραν, venationem.* anni fertilitatem, & precatur vt hæc omnia eis tanquā à fontibus affluant. Talis enim erat olim Iudæorum *Hebr.* reipublicę ſtatus, vt eis omnia tanquam à fontibus af- *אלה* fluerent, nec ſentirent vllas naturales neceſſitates, ſi- *eſcā, viaticum, conſentiente Chald.* quando deum haberent propitium. nulla enim erat apud eos penuria, non peſtis, nec mors immatura, nec aliquid eorum quæ ſolent euenire hominibus, ſed eis omnia tanquā ex fontibus effluebant, dei ſcilicet manu corrigente humanarum rerum imbecillitatē. Hoc ergo hic dicit, Pollicitus es te eſſe benedicturum eius D venationem, hoc eſt te præbiturum rerum neceſſariarum copiam cum multa ſecuritate. Pauperes eius ſaturabo panibus. *Sacerdotes eius induā ſalutari, & ſancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid: parari lucernam Chriſto meo. Inimicos eius induam confuſione: Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.* Vide vndiq; conflatam & cōſtitutam proſperitatem, ex eo q; rebus neceſſariis non egeant, ex eo quòd in tuto ſunt ſacerdotes, ex eo quòd populus ſit in lætitia, ex eo quòd rex ſit fortis & potens. Hic enim dicit lucernam, vel regē, *Lucernā.* vel defenſionem, vel ſalutem, vel lucem. Cum his autē dicit maximum genus proſperitatis. Quódnam id eſt? Abſcondi inimicos, & nullum eſſe qui his bonis poſſit aliquid detrimenti afferre. Non dixit autem abſolutè interitum, ſed pudorem ac confuſionem, volens eos ſe viuos abſcondere, & latebras quærere, & per ea quæ patiuntur, teſtari quanta ſit vis & fœlicitas huic

Universidad de Deusto Biblioteca

A genti.Super ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea. Hoc eſt,ſuper populum meum. Pro eo autẽ quod eſt ſanctificatio,alius dixit,Cornu. Alius, Eius ſegregatio. Alius,Eius ſegregatũ.Quid eſt ergo quod dictum eſt? Mihi videtur hic dicere,proſperitatem, ſecuritatẽ, vires,regnũ,quæ ei ſegregaui ab initio.Hęc,inquit, manebunt florentia,pullulantia,non flaccida, neq; decidentia,ſed hæc omnia erũt,ſi maneat ea quæ prius dicta eſt cõditio. *γνώμη.* Quænam autem ea eſt?ſi cuſtodierint *Deut.28.* filij tui teſtamentum meum.Solę enim dei promiſſiones *Hiere.7.* nobis bona non præbent,niſi nos quoq; faciamus *18.42.* quæ in noſtra poteſtate ſita ſunt,nec oportet ea attendẽtes *Ezec.33.* eſſe ſupinos nec remiſſos.Multa enim quæ pro-*κανὼν ꝓmißionis diuinæ.* miſit bona deus non facit, ſi qui promiſſa ſuſceperũt, inueniantur indigni: queãdmodũ & mala quæ minatus eſt,nõ educit in opus,ſi ij qui eum irritarũt, poſtea mutãtur,& iram expellunt. Hæc cum nos quoq; ſciamus,non ſimus propter promiſſa ſocordes,ne corruamus,nec propter minas deſperemus,ſed mutemur.Ita enim poterimus nos quoq; futura bona cõſequi, gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSALMVM CXXXII.

E*cce quàm bonũ & quàm iucundum habitare fratres in vnũ.* Alius, Ecce q̃ bonum & quàm pulchrum.Multæ quidẽ res ſunt pulchrę & honeſtę,ſed carent delectatione,quemadmodũ alię ſunt quidem rurſus iucundæ,ſed deeſt eis honeſtum. Non facilè autem contingit vt vtraque conueniant. Sed in hoc quod dictum eſt,hæc vtraque concurrunt, & voluptas,& honeſtas maxima.Hoc enim in primis habet charitas,ꝙ cum vtilitate ſit eadem facillima atque iu-*Galat.5.* cundiſſima. Eam ergo hîc quoque laudat. Non dixit *Philip.2.* enim abſolutè habitationem, neq; vna contineri do-*ἐπὶ τὸ αὐτό.* muncula,ſed in vnũ habitare,hoc eſt, cum concordia & dilectione.Hoc enim facit vnam eſſe animã. Deinde poſtquam dixit honeſtum & iucundum, reddens quod dicitur clarius,per exẽpla rem exprimit, & corporales ponit ſimilitudines, quæ poſſunt auditoris oculis eã melius ſubiicere. Vide autẽ quænam ſunt ſimilitudines,*Sicut vnguentũ in capite,quod deſcẽdit in barbã,* *Exod.29.* *barbam Aaron:quod deſcendit in oram veſtimenti eius.* Hic *Vnctio põtificum.* enim cùm eſſet pontifex,vngebatur hoc vnguento, & vndiq; diſtillabat. erat autem valde gratus, iucundus, & amabilis iis qui eum videbãt, propter hanc vnctionem. Quemadmodũ ergo ille, inquit, vnctus hoc vnguẽto,eſt hoc habitu decorus,vultu lætus,&multa repletus fragrãtia, gratiámq; præbet videntibus oculis: ita etiam hoc pulchrũ eſt: & quemadmodũ illud ſpectaculum nõ ſolùm eſt viſu pulchrum, ſed etiam delectat oculos:ita etiam hoc affert voluptatem animæ. *Sicut ros Hermon qui deſcendit in montẽ Sion.* Adduxit etiã aliam ſimilitudinem,quæ multam habet iucũditatem, & ſpectatori præbet delectationẽ.Hæc autem nõ abs *2.Reg.12.* re poſuit:ſed quoniam ante captiuitatem decẽ tribus & duæ erant diſperſæ,ac diuiſæ,& id fuit cauſa multæ iniquitatis,eouſq; ad ſeditiones,contentiones & bella impulit: ne hæc fierent, ſuadet & conſulit ne populus amplius diſtrahatur,ſed ſimul habitet & ſit cõiunctus, & vni adminiſtratori & regi pareat, & charitas ab initio ad finem vſq; diffluat tanquam ros omnes peruadens.Comparat autẽ charitatem vnguẽto & rori. Per illud quidem,ſuauitatẽ odoris: per hũc verò,quietem & delectationem viſus volens oſtendere. *Quoniam illic mandauit dominus benedictionem.* Vbínam?In tali habitatione,in tali cõcordia,in tali contubernio. Hoc enim benedictio, quemadmodum contrarium eſt maledictio.Quocirca hoc quoq; laudat quiſpiã,dicens:Ami-*Eccle.25.* citia fratrum,& concordia proximorum, & vir & mulier ſecum cõſentientes. Et alius vires eius ſignificans, dicit:Si duo dormierint, calor erit ipſis: & funiculus *Eccle.4.* triplex non facile rumpetur. Nam & voluptatem hîc *Prou.18.* oſtendit, & vires, nempe ꝙ quieſcentibus magna erit voluptas,& magnæ erunt vires operantibus.Et rurſus, Frater à fratre adiutus eſt tanquam vrbs valida. Porrò autẽ Chriſtus quoq; dicit, Vbi fuerint duo aut tres cõ *Matt.16.* gregati in nomine meo, illic ſum in medio eorũ. Iam verò ipſa quoq; hoc natura exigit.Quocirca deꝰ quoque cùm hominẽ fingeret,dicebat:Non eſt bonũ ho-*Gene.2.* minem eſſe ſolũ. & cum faceret hoc animal, mulierẽ inquam,propter neceſſitatẽ eam viro colligauit,mille B modis nos inter nos coniungens. *Et vitam vſque in ſeculum.* Hoc pulchrè adiecit,Vbi enim eſt dilectio,illic eſt copioſum à deo auxilium, magnáque ſecuritas.Ea *Charitas* eſt mater bonorũ, ea eſt fons & radix.Ea eſt bellorum *Rom.13.* exitium, contentionis interitus. Quocirca id ſignifi-*Galat.5.* cans,ſubiunxit,& vitam vſque in ſeculum. Quemadmodum enim ſeditio & cõtentio mortem parit,eámque immaturam:ita etiam dilectio & cõſenſio pacem & concordiam. Vbi autem eſt pax & concordia, vita eſt tutiſſima,& longè ſecuriſſima.Et quid opus eſt dicere pręſentia?Ea enim nobis cœlum largitur,& bona *Ioan.14.* ineffabilia,& eſt regina virtutum.Hæc ergo cùm ſcia-*1.Cor.13.* mus,eã diligentes perſequamur,vt & pręſentibus bonis fruamur,& futuris. Quæ detur nobis omnibus aſſequi gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti, C cum quo patri gloria ſimul cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSALMVM CXXXIII.

E*cce nunc benedicite dominũ omnes ſerui domini, qui ſtatis in domo domini.* Pſalmos de gradibus hîc *15. Graduũ clauſula,laus & benedictio.* abſoluit,oratione pulchro fine cõcluſa,laude ſcilicet & benedictione. Vult autem eſſe dei ſeruos nõ ſolùm in decretis & dogmatibus,ſed etiam in accurata vitę inſtitutione.Et ideo adiecit,Qui ſtatis in domo domini, *In atriis domus dei noſtri.* Eum enim qui eſt impurus & prophanus, nefas eſt ſacroſanctos ambitus conſcendere.Quamobrem ſi quis dignus eſt qui conſcendat, is quoque dignus eſt qui benedicat. Domus enim dei eſt cœlo ſimilis: & quemadmodum ex aduerſariis poteſtatibus nullam fas eſt illuc aſcendere,ita D nec in domum dei. Conſidera ô homo quantam di-*1.Cor.3.6* gnitatem aſſequeris:& cum tu ipſe quoq; templum fa-*2.Cor.6.* ctus ſis,quanta à te iure ſit pręſtanda puritas.Quomodo autem præſtiteris puritatẽ:ſi omnem malam cogitationem expuleris,ſi feceris vt ad mentis prædiũ diabolicis actionibus nullus pateat aditus,ſi tãquã in ſanctis adytis perpetuò tuum animũ exornes. Si enim in *2.Par.23.* templo Iudaico nõ licet omnibus quemuis locum in-*Hebr.9.* gredi: ſed erant multa & varia diſcrimina, & erat hic quidem locus præſtitutus proſelytis, ille verò Iudæis qui fuerant ab initio, alius autem ſacerdotibus, alius verò pontifici ſoli,ídque non ſemper,ſed ſemel in anno:cogita apud te quãta tibi ſanctitate opus ſit, qui ſigna multò maiora acceperis quàm qui ſancta ſancto-*Hebr.9.* rum tunc acceperint.Neq; enim Cherubim,ſed ipſo-*1.Cor.11.* rum Cherubim dominum habens inhabitantem, ne-*2.Cor.3.* que vrnam, & manna, & tabulas lapideas, & virgam *Iob.1.* Aaron,

Attende Zuinglia ne. Aaron,ſed corpus & ſanguinem dominicum, & ſpiritum pro litera, & gratiam quæ ſuperat humanã cogitationem,& donum inenarrabile.Quo autem maioribus ſignis ac ſymbolis & magis venerãdis ſacramẽtis dignatus es,eò maior eſt à te præſtãda ſanctitas, & eò eris maiori obnoxius ſupplicio, ſi quæ iuſſa ſunt trãſi-*Pſal.76. 118.* lieris.*In noctibꝰ extollite manus veſtras in ſancta.* Alius,ſan-*Act.16.* ctè.Alius,ſacroſanctè.*Et benedicite domino.*Cur dicit, In *Nox nõ tota ſomno conſumẽda.* noctibus extollite manus veſtras?Docens nos nõ eam totã in ſomno conſumere, & oſtendens puriores tunc eſſe preces, quãdo & mens eſt leuior, & nobis eſt plus ocij.Quòd ſi in nocte oportet ad ſancta accedere,cõſidera quámnam cõſequetur veniã, qui ne domi quidem illo tẽpore preces fundit. Propheta quidem te è lecto excitat,& deducit in tẽplum iubens totã illic noctem agere: at tu ne domi quidem manens hoc facis. Pulchrè autem dixit,ſanctè,docens eſſe orãdum abſque malis cogitationibus,abſq; odio & maleuolentia, abſq; auaritia,abſq; vllo alio eiuſmodi peccato, quod *Benedictio* affert animæ exitium. Et benedicite domino. Hoc eſt *Eſa.1. Ezech.3.* enim maximè perfecta benedictio,quãdo verborũ & vitæ fuerit numeroſus cõcentus, & per opera deũ glo-*Matth.5.* ria & honore affeceris,vt vult Euangelium. Quídnam dicens?Luceat lux veſtra coram hominibus,vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui eſt in cœlis. *Benedicat te dominus ex Sion,qui fecit cœlũ & terrã.* Hoc eſt,Si hæc feceris,cõſequêris quoq; dei benedictionẽ, ſi pernoctes,ſi ſanctè ores,ſi ſis dignus ſtare in domo domini,ſi teipſum templũ aptum prębueris.Poſtquam ergo ea qua oportuit exhortatione vſus eſt,precatione cõcludit orationẽ. Hoc eſt enim optimi doctoris, & conſilio auditorem dirigere, & precibus cõfirmare,robuſtumq; reddere.Quid ſibi vult per hoc quod dicit,Ex Sion? Erat eis nomẽ deſiderabile, *1.Par.6.7.* ſacríq; omnes ritus &ſacroſanctę ceremonię illic peragebãtur, & ideo precatur vt recuperent priorem ſtatum reipublicæ,illóſque ſacros ritus & ſacra illa peragant,& conſequantur benedictionem.Deinde eos ſuſtollens ad altiora dogmata, & deum vbique eſſe docens,iuſſiſſe autem templum ędificari propter illorum imbecillitatem,&oportere eum vndiq; inuocare,ſub-*Malac.1. 1.Tim.2.* iunxit, Qui fecit cœlũ & terram. Sed illi quidem eum tunc illic inuocabãt,nos autem in omni loco,in omni agro, in domo, in foro, in ſolitudine, in naui, & in di-*Preces à loco non prohibentur.* uerſorio,& vbicunq; fuerimus.A loco enim non prohibentur preces,modò ſint mores qui precibus cõueniant. Poſtquam ergo in hac re nos rectè geſſerimus, deum vbiq; inuocemus,& aderit, nóſq; contrectabit, & quæcunq; ſunt nobis difficilia, facilia reddet & expedita,& nos bonis futuris dignabitur.Quę detur nobis omnibus cõſequi, gratia & benignitate domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria & potentia nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum,Amen.

IN PSALMVM CXXXIIII.

L*Audate nomen domini, laudate ſerui dominum. Qui ſtatis in domo domini,in atriis dei noſtri.Laudate dominum,quoniam bonus eſt.* Ad hoc rurſus hortatur ſacrificium,quod fit per laudes. Hoc eſt enim deo *Pſal.64. Deut.12.16.* ſacrificium & oblatio. Et ideo alibi quoq; dicit: Laudabo nomen dei mei cum cantico, magnificabo eum in laudatione, & placebit deo ſuper vitulum nouum cornua producentem & vngulas.Loci autem & atriorum aſſiduè meminit, eos loco affigens, & non ſinens reſilire,quãdoquidem in principio quoq; ipſum ideo iuſſit extruere,vt omnis impietatis & ſimulachrorum A interitus cauſa eſſet, ꝙ omnes in vnum locum cogerentur,& non liberè & effuſè vagarentur,nec nemora, fontes,montes & colles vſurparent & conuerterent in occaſionem impietatis,illic ſacrificantes,& libantes in excelſis. Quocirca eum quoq; morte damnat qui extra templũ ſacrificat, dicens: Qui non obtulerit in ta-*Deut.12.* bernaculo,& ſacrificauerit,ſanguis ei imputabitur. Ea de cauſa eos vndiquaq; illuc in vnum locum cogit, vt audiẽtes,ſe modeſtè& temperatè gerãt,à falſáq; & erronea cogitatione abſtineãt. Iubet autem eos canere, pſallere,& laudare,ꝙ quę deo fiebant laudes,erant eis occaſio pietatis,dum continerent veteres narrationes, eas nempe quæ in Aegypto,quæ in ſolitudine,quæ in terra promiſſionis facta ſunt,quomodo lex lata ſit,quę geſta ſunt in mõte Sina, & quænam bella cõfecerunt: ſimúlq; vno & eodẽ tempore & deus laude afficiebatur,& qui canebãt, argumentum doctrinæ capiebant, B quæ & vitã eorum cõponebat,& ad perfecta dogmata deducebat.Laudate dominũ,quoniã bonus.Alius, Quoniã benignus eſt. Quod eſt iis qui audiunt maximè expetendũ,hoc ponit aſſiduè,humanitatẽ, miſericordiam,benignitatem. *Pſallite nomini eius,quoniã ſuaue eſt.*Hoc dicit oſtendens rem ipſam habere quandã vel per ſe voluptatem vnà cum vtilitate. Principale etiam eius lucrũ eſt,ad deum hymnos dicere, animã expurgare,cogitationem in altum extollere,vera & accurata dogmata diſcere,de præſentibus & futuris philoſophari.Habet autẽ cum his per melodiã & multam voluptatem,& cõſolationem aliquam & recreationẽ, & facit eũ qui canit,grauem & venerandum.Quòd autẽ tales efficit,clarum eſt ex eo ꝙ alter quidem interpres dicit,Decorum.Alter verò,Suaue. Ambo autem vera *καλόν.* C dicũt. Nam licet ſit millies petulans is qui canit, dum pſalmum reueretur,ſopit tyrannidem ſuę petulantiæ: *1.Reg.19.* licet ſit oppreſſus malis innumerabilibus,& ab ęgritudine animi occupetur, dum demulcetur à voluptate, leuat animum,extollit cogitationem,& mẽtem ſublimè euehit. *Quoniam Iacob elegit ſibi dominus:Iſrael in poſ-ſeßionem ſibi.* *Pſalmodia vis.* Non dicit beneficia quæ ſunt eis cũ aliis communia,ſed quod eſt eorum proprium & eximiũ. Quódnam autem erat hoc?Quòd dominus populum eum elegit,& ſibi dedicauit,& pręter alios peculiarem quandã in eos oſtendit beneuolentiã. Id autẽ faciunt vbiq; prophetæ, ex beneficiis in ſe collatis permulta quæ ab eis dicuntur cõponentes.Quid eſt autẽ,In poſ-*Iudaici populi electio.* ſeſſionẽ ſibi?In opes, in facultates.Etſi enim ſit populus exiguus,eũ tamen tanquã diuitias elegit, non pau-*Exod.19.* citatem, ſed virtutẽ attendens, ad quã eos volens de-*Deut.7.26.* D ducere elegit,eò ſcilicet ꝙ alij homines non tantas ei opes parent quantas hic populus, quũ hoc etiã fuit & ex eius qui illũ elegit beneuolentia, & ex eorũ inſtitutione. Scit enim Paulus quoq; appellare diuitias ſalu-*Salus hominũ, diuitiæ dei.* tem hominũ,vt quãdo dicit:Idem enim dominus,qui eſt diues in omnes,& ſuper omnes qui inuocãt ipſum. *Rom.10.* Vides quomodo oſtendit dei in eos beneuolentiam, prouidentiã,curam,affectionẽ,cum eos vocauerit poſſeſſionem.Per hæc vtraq; ergo oſtendit eximiã in eos prouidentiam, & ꝙ elegerit, & quòd in ſuam poſſeſſionem. Vidiſti quomodo oſtẽderit eius humanitatẽ, *Iob.11.* & ideo incipiẽs dixit, Laudate dominum,quia bonus *Rom.11.* eſt dominus. *Quia ego cognoui, quòd magnus eſt dominus.* *1.Tim.6.* Ecce aliam affert laudandi cauſam. Dic mihi autẽ rogo. Tu noſti, alij verò non norunt? Norunt quidem, ſed non ita vt ego.Eſt enim valde ſanctorum, & eorũ qui plurimum aſcenderũt,accuratius eius cognoſcere

Universidad de Deusto
Biblioteca

maiestatem,non quidem quenã sit vniuersa(hoc enim fieri non potest)sed aliis apertius. *Et deus noster præ omnibus diis.* Ecce,inquit,qui dicit magnum esse dominum,& se id nouisse,procedés,ei quod dixerat,detrahit,& eum cõfert cum aliis, & per comparationem ei excellẽtiam tribuit.Nequaquam. Sed tunc loquebatur habens rationẽ eorum qui audiebãt, paulatim eos ad id deducens.Neq; enim hoc admodum magnum eum ostendit,q; dicatur esse maior, & magnus præ illis: sed, sicut dixi, moderatur orationẽ humilitate auditorum, eos paulatim sustollés. Bene enim tunc cum eis agebatur, q; hæc audiuissent,& persuasa haberent. Quòd enim omnes citra vllam comparationem superat,ostendit per ea quæ sequuntur,afferens maximum argumentũ eius potentiæ, & ostendés se priora dixisse propter imbecillitatem auditorum: & ideo quando tantum enunciat, parua dicit.Quando autem confirmat & demõstrat,& eius maiestatis affert probationẽ, magna dicit. Quid ergo postea adducit, quod sit eo dignum,& quod sit dei tantum? Vide:subiungit enim, *Omnia quæcunque voluit dominus fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis.* Vidisti potentiã cui nihil omnino deest.Vidisti fontẽ vitę.Vidisti vires inexpugnabiles.Vidisti excellẽtiam omnino incõparabilem. Vidisti potestatẽ quæ nullo modo prohibetur. Vidisti ei omnia expedita & facilia.Omnia quæcunq; voluit fecit.Dic,vbinã?In cœlo & in tera.Hoc est, Non hîc solùm,sed etiam in cœlo.Non in cœlo solùm,sed etiã in terra. Non solùm in terra,sed etiam in mari & in omnibus abyssis. Per abyssum enim dicit quæ sunt infra terrã,quemadmodũ dicendo,In cœlo,ea quæ sunt super cœlos. Vnde cũ tot & tanta sint, voluntas eius nequaquã impeditur,sed omnia peruadit,&quod est admirabile,is qui ea fecit,nõ negocio vllo nec labore,nõ iussu,sed voluntate fecit.Solũ enim voluit,& opus statim cõsecutum est. Vidisti quomodo ostenderit q̃ facilia, explicata,ac copiosa fuerint eius opera, & quomodo eius potestas prohiberi nõ poterat.Deinde mittens dicere de cœlo,& terra,& mari, affert ea quę sunt in eis,sed nec omnia quidem quæ sunt in eis, sed cum prętermisisset ea quę sunt in cœlo, & si sint admirabiliora,dicit ea quę sunt circa cœlum. Qua de re? Quoniam illa quidẽ etsi magna essent, erant tamen multis ignota.Hęc autẽ licet minora cernebantur, & omnes habebant spectatores. Quoniam ergo verba faciebat apud homines,qui nõ adeò fide ducũtur ad ea cogitãda quæ non apparent,sicut ex iis quæ apparent,veluti manu deducũtur:ab iis incipit texere orationẽ, & doctrinã,quod aliis faciendũ suadet hoc ipsum faciens. Quódnã hoc? Deum ex eius operibus laudare, & bonis eũ verbis prosequi, vnumquodq; eorum quæ fiũt discendo, & pro vnoquoq; gloria & honore deũ afficiendo.Quoniam enim ad deum laudãdum adhortans,assiduè dicebat:Laudate serui dominum,laudate nomẽ domini:ostẽdit etiam quomodo laudare oportet,persequẽdo vniuersum corpus creaturæ,& admirando sapientiam,prouidentiã,potentiam,curationẽ. Hinc discimus nõ esse hoc solũ nostrũ mare,sed multa & diuersa,& infinita maria. Dixit enim,In maribus, & omnibus abyssis. Caspiũ enim,& Indicum,& Rubrũ, sunt ab hoc vtiq; disiũcta, & Oceanus qui ambit extrinsecus. *Educẽs nubes ab extremo terræ.* Alius, Sustollés. Alius, Attrahés ab extremis finibus. Alius, A finibus. Hoc etiã in Iob dictũ est:Alligãs aquã in nubibus eius. Et Salomõ:Continens aquam in vestimento. Hic autem non hoc,sed aliud mirabile. Quídnam? Quòd aër cum crassior fuerit,sursum fertur & trãsmittitur, & ascendit id quod graue est,via cõtraria ingrediẽs. Porrò autem est admirabile q; aqua in eo cõtineatur. Sed multò admirabilius,q; in eo quod leue est contenta feratur:& adhuc admirabilius,q; ab quę illo aëre continetur, postquã è nube effluxerit, ab aëre qui sequitur, non amplius continetur,sed vndiq; diffluit, & in terrã defertur. Atqui si ea contineretur natura,oporteret eã etiam contineri in aëre. Quemadmodum enim si quis permisisset vtrem in aëre aqua pleno, deinde ferretur ab aëre, ferretur etiã aqua quæ intus continetur, nisi effluxisset ab vtre:ita consentaneũ esset hic quoq; fieri. Sed quoniã sunt admirabilia, & superant opinionem quæ fiunt, supra consequentiã & supra rationẽ omnẽ fiunt hæc omnia. Quod enim in nubis aëre cõtinetur, non cõtinetur in aëre qui cõsequitur. Vidisti rem admirabilẽ, & nescio quomodo,q̃ cæteris videtur esse minus,id cũ posuit,fecit vt sit admirabile. Deinde ostendit etiã aliud admirabile,dicens,Ab extremo terræ. Non solùm enim ascendunt, sed etiã vadunt, nec vbi apparuerunt,illic emittunt pluuiã, sed cum multa sæpe loca prętercurrerint,alibi imbres pariunt,ciuitatibus & gentibus pręteritis.Non est ergo hoc solũ mirabile, q; sustolluntur, sed etiã quòd incedunt tanquã in tabulatis, ferentes tantã molem aquarũ. *Fulgura in pluuiam fecit.* Vide rursus aliud mirabile,& diuersas naturas conuenientes. Neq; enim fulgure est quicquam magis igneũ:neq; aquis est aliquid frigidius: ex tamẽ miscentur,nec cõfunduntur,neq; contẽperantur, sed vnaquæq; conseruat suos fines. Manens enim ignis in aqua,& aqua in igne,neq; hic illã exiccauit,nec illa eũ extinxit.Atq; fulgur est igne solari acutius,& splendidius,& eo magis secat,ac diuidit.Id testatur visus, qui cũ radiis solis assiduè cõgreditur: illius autẽ impetum ne tantillũ quidẽ ferre potest. Et sol quidẽ per totum diem cœlũ percurrit,illud autẽ minimo momẽto temporis vniuersum orbẽ terræ: quemadmodũ Christus quoq; testatur dicens: Quemadmodũ fulgur proficiscitur ab oriente, & apparet vsq; ad occidentem. *Qui producit ventos de thesauris suis.* Hæc est rursus alia naturæ species,quæ nobis nõ paruũ vsum exhibet,sed tantum vt vitę nostræ plurimũ conferat,& exhausta & labore confecta corpora recreet ac refrigeret, & aërem efficiat leniorẽ. Hoc est enim munus ventorũ, aërem susciteare ac vẽtilare, vt nõ, si sit immobilis,corrũpatur & intereat, fructus maturare, corpora nutrire. Quid verò,dixerit quispiã,vsus eorũ in nauigatione: tẽpora quibus certo & cõstituto ordine oriuntur, & sibi inter se vicissim cedũt,in mari choreas ducentes, & nautas transportãtes? Hic enim trãsmisit:ille verò excepit: & cõtrarias vias ingrediuntur,& ministrant,&pugna corũ est rursus vitæ nostræ vtilis.Alia innumerabilia dici possent ventorũ munera. Hæc tamen omnia prophetа prætermittens,& auditori colligẽda relinquens,eorum fabricationis facilitatem ostendit.Nam quod dixit,Ex thesauris suis,nõ hoc significat,aliquos esse vẽtorum thesauros, sed eius qui imperat facilitatem indicat,& quàm sit creatura prompta & expedita.Quẽadmodũ enim qui habet in thesauro,securè omnia, & quando vult, profert:ita etiam vniuersi opifex fecit facilè,& naturæ tradidit.Vide quanta sit etiam in aëre differentia, quemadmodũ sunt in aqua & igne multæ mutationes.Aquarum enim alię sunt fontanę,aliæ verò marinæ,aliæ autem aërię,aliæ quę sunt in nubibus, aliæ

Esa.46. 50. Dan.4. Rom.9. Ephes.1. Iaco.1.

Maria infinita.

Iob.26. Eccle.43.

Graue sursum ascendens.

Miracula nubium & pluuiæ.

Aëris differentia. Ventorum differẽtiæ.

Fulgura in pluuiam facta.

Ventorum commoda.

Ventus vt in thesauris. Simile.

Aquarũ differẽtia.

aliæ verò cælestes,aliæ quę sunt supra cœlos,aliæ quæ sunt subterraneę.Et in igne,hic quidem est in Sole, ille verò in luna, alius in fulgure, alius in aëre,aliius qui fit ex lignis,qui est apud nos,& is qui est in lucernis.Alius qui ex terra. est enim sæpe eiusmodi ignis, qui è terra editur,sicut fontes aquarũ, alius qui fit ex collisis lapidib⁹,alius qui est in comis arborũ quę ipsę quoq; collidũtur. Alius autem in fulminibus.Ita etiã in aëre, hic quidẽ est crassior, qui est circa nos: ille verò subtilior, qui est superior,magis igneus.Porrò autem ventorum quoq; sunt multę differẽtię,hic quidẽ subtilior,ille verò crassior : alius quidem frigidior: alius verò siccior, alius quidẽ humidior: alius verò calidior. Aër autẽ & nubes,hęc quidem tardior:illa verò progreditur celerius,perinde ac si esset eques.Illa etiã in nubibus & vẽtis,hæ quidẽ sunt similes vrnis & vasis aquariis,vt quæ aliquãdo quidẽ sint plenæ aquis, aliquãdo verò ferãtur inanes.Alię verò sunt flabello similes.Tu autẽ hæc eorúmq; diuersitatẽ & varietatẽ considerans,admirare opificẽ.*Qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus.* Postquã dixit generalia,& ostẽdit dei prouidentiã in vniuersum orbẽ terræ, per fulgura, per ventos,per aërẽ,per nubes,per pluuias, & eorũ nugas arguit, qui dicunt prouidentiã vsq; ad nubes pertinere: accedit ad singularia,nẽpe ad ea quæ sigillatim priuatimq; Iudæis facta sunt. Quòd enim terra, & cœlũ, & vniuersa quæ videntur, dei benignitatem sentiant, ex iis quę dicta sunt ostendit.Vt autem memori & grato animo Iudæos efficeret, narrat etiã singularia, ostendens q; qui est vniuersorũ deus,& qui omnium curam gerit,eis quædã propria beneficia largitus est. Quanquam quæ in illos quoq; fiebant,erãt rursus generalia. Quòd ipsi enim electi essent ex aliis, id faciebat vt illos æmularẽtur:quod Paulus quoq; significans, dicit: Eodẽ delicto salus gentibus,vt eos æmularẽtur. Quẽadmodũ enim pater,cum filij ab eo abscedunt,vnũ ex eis sumit,& cõsidere facit supra sua genua: nõ hoc autem facit propter illũ, sed multò magis propter alios, vt eo honore morsi,ad patrẽ accurrant, eãdem indulgentiã sensuri:ita etiam deus fecit Iudæis.Eis enim nõ super genua,sed super brachia,vt dicit propheta,& super dorsum adsumptis &receptis,quę sunt eis expetẽda largitur,templũ,sacrificia, & quę maximè & cũ maiore cura quęrebãt,in bello auxilia,victorias,trophęa, rerum terrenarũ copiam,& fructuum fertilitatem, eis illos instruens & adornans,& alios ad æmulationẽ adducens.Sed quoniã euasuri erant improbi si eis perpetuò blandiretur,eos quoq; per supplicia moderatur & cõponit.Magna est enim dei sapientia,& in rebus difficillimis &impeditissimis viam exitúmq; inuenit.Vide autem prophetæ prudentiam,qui à generalibus ad hæc deduxit orationẽ. ne quis enim stultus existimaret dei prouidentiã non versari in singularibus: quando venit ad generalia,tunc hæc quoq; attingit,dicens: Qui percussit ptimogenita Aegypti.An non vobis videtur hæc magis facta esse propter Iudæos? Si igitur ostendero hæc quoq; facta esse propter alios,quid dicent qui dicunt dei prouidentiã ad vniuersa minimè pertinere? Quomodo ergo pòtest hoc ostẽdi? Maximè quidẽ sufficit à deo enunciata sententia quę hoc significat,& dicit,Vt ostendam in te potẽtiam meam, & vt annuncies nomen meũ in vniuersa terra. Vidisti mortem illam fuisse euãgelium,& plagam illam diuinitus immissam fuisse prædicationem, vt quæ vbiq; peruaderet,& dei potẽtiam prędicaret.Vniuersi ergo orbis terrarum curam gerit,etiã quando res Iudæorum administrat.Atqui potentiam suam olim quoq; manifestam reddidit,vt in Ioseph,vt in Abrahã, sed nunc tamen apertius.Quomodo? Tũc quidem per beneficiũ: nunc autẽ per plagam:nec intermittit,vt iam sæpe dixi,assiduè& in vnaquaq; generatione seipsum ostẽdere,& manifestum reddere. Nõ id autem semper facit eodem modo,sed variè & diuersis modis. Tũc quidẽ per vxorem Abrahæ, cum naturalem parturitionem mancam fecisset & mutilam. Postea autem per famẽ, & copiosam rerum omnium prouẽtum, post hæc verò per plagas frequẽtissimas. Quoniam ergo cõdemnabat deum imbecillitatis,ipsi & primogenitos extulerunt, & fluuium cruentarunt. Porrò autem eo ipso tempore vires quoq; suas ei ostẽdit per quædam paulò obscuriora.Obstetrices enim Aegyptiorũ,cum crudelia illa iussa contempsissent,& sæuum Regis decretum circunscripsissent,magnus fuit earum prouentus. Vtraq; autem hæc erant dei prouidentiæ,scilicet q; & mulieres maiorem virtutem ostenderint,q̃ ij quorum erat caput redimitum diademate: & q; eas remunerata sit,& in magnam multitudinẽ eas propagauerit. Illud enim,Benefecit obstetricibus,hoc est,Extensa est earũ cognatio,etenim per ea ipsa beneficia quæ in Iudæos contulerunt, remunerationẽ à deo acceperunt. Quoniam ergo non occidebant infantes,numerosam prolẽ eis deus largitus est. Sed quoniã pergebant esse stupidi,& omni sensu priuati,acriorẽ eis plagam inflixit,& didicit quidẽ vniuersus orbis terræ, didicerunt autem etiã Aegyptij:sed illi quidẽ ex auditu,hi autem in iis malis quæ sibiipsis euenerunt,& visu & rei experientia dei potestatẽ viderunt.Etenim ideo eis prædixit,ne videretur esse plaga mortis quæ fortuito aliquo casu euenisset. Quod itaq; alicubi dictum est de Seruatore,hoc hic quoq; dicere possumus.Quidnã? Dominare in medio inimicorũ tuorum. Non enim eis in solitudinem eductis,nec in aliquo alio loco,sed in ipsa ciuitate plagã intulit. Vide autem in ipsa etiam plaga clementiã.Cœpit prius à pecoribus, & tunc ad homines processit. Quis ergo non admiretur potentiam, & quomodo omnia in vno temporis momẽto simul attulit,lenitatem ac moderationẽ, & sapientiam ineffabilem? Neq; enim hanc primã plagam inflixit, eos volens per alias corrigere,nec quando inflixit, non prædictam inflixit.Quamobrẽ? Vt eos verbis castigaret,& ne deuenirẽt ad rerũ experientiã:nec rursus quoniam non correcti fuerunt,permisit vt esset plaga dubia. Ne quis enim existimaret fortuitu aut morbũ aut pestem incidisse,vide quot fiunt. Primũ omnes in vna nocte. Secũdò omnia primogenita.Si enim fuisset pestis,nõ 12. sola tetigisset primogenita,secundis verò pepercisset: sed omnes citra vllum discrimen peruasisset. Tertiò si fuisset pestis,non abstinuisset omnino à Iudæis, & solos tetigisset Aegyptios, sed ea multo magis corpora cõfecisset, quæ labore & miseria & tot & tantis malis cõfecta fuerãt,quę paupertate & fame iampridẽ adeò exhausta erant: non Regũ, & eorũ qui erant authoritate & dignitate prædíti, qui liberè & securè viuebãt, quibus omnia quæ ad cultũ & ad vitæ adminiculum pertinent,abundè suppetebant.Si fuisset pestis, nõ repente & aceruatim venisset, sed antequam ingruisset, aliqua indicasset principia. Nunc autem hæc simul fiunt,vt Aegyptiorum arguatur vecordia : etenim post hanc plagã,& postquam aperte didicissent esse plagã diuinitus immissam,persecuti sunt Iudęos qui recesserant,

Ignis differentiæ.

Aëris differentia. Ventorum differẽtiæ.

Osee.11. Iudæorũ priuilegia

Prouidentia dei ad omnia pertinet.

Exod.9. Rom.9.

Rom.11. Simile elegans.

Exod.9. Attende dei clemẽtiam.

Gene.41. Exod.12. Exod.7.

Exod.11.

Exod.14.

Universidad de Deusto Biblioteca

rant,quod est signũ maximæ eorum vecordiæ, & dei A maxima defensio. Quoniã enim erant signa cessatura, ea eiusmodi signi exitu cõclusit,quo ea quę ante facta sunt,defendit apud eos qui volunt attendere. Ne quis enim diceret,Cur puniũtur omnes,cũ Rex Iudęos detineret,& peccaret? per hoc vltimum soluit hãc dubitationẽ, Quomodo per vltimũ? Quoniã quando percussa sunt eorũ primogenita, vel inuito Rege Iudæos expulerũt. Quare etiam si voluissent ab initio, potuissent esse eo superiores. Non igitur Regẽ ideo non vicerunt,ꝙ non possent,sed ꝙ nollent. Quinetiã ea quæ postea consecuta est persecutio,crimen eorum amplificat. [*1.Reg.14.*] Hoc etiã euenit in Saül. Quãdo enim eius filium eripere oportebat,omnes cõmuniter assentantes,Regem, [*1.Reg.21.*] licet se iniquè gessisset,eripuerunt. quãdo autem volebat occidere tot sacerdotes, ne vocẽ quidẽ emiserunt, nec eos defenderunt. Quòd si tunc habebant naturã quæ pro eis faceret:hic etiã habebant iusti naturã. Erant enim sacerdotes,& erat cædes nefaria, quę ex ira nõ ex recto iudicio oriebatur. Sed huius rei causa erat socordia, & ꝙ sacerdotũ vicem nõ valde dolebant. Vide ergo in quæ mala postea inciderint. Illius [*In nefariis factis non cõniuendum.*] enim negligẽtiæ non leues pœnas dederunt. Quando ergo factum fuerit aliquid nefarium,nemo sit iners,& ignauus,sed igne ardẽtior: nec minus doleat q̃ ij quibus fit iniuria,& ita plurima mala sistentur. Ab homine vsq; ad pecus. Cur autem etiam pecora? Quoniam propter hominẽ facta sunt, ea quoq; punit propter hominem,vt augeat timorẽ,vt intensiorẽ reddat calamitatem,vt ostendat plagam esse diuinitus immissam, & [*Psal.73.*] bellum procedere de cœlis. *Emisit signa & prodigia in* [*In medio quid.*] *medio tui Aegypte,in Pharaonẽ & in omnes seruos eius.* Quid est,In medio tui? [*Psal.73.*] Vel locũ dicit, vel idẽ est quod apertè & manifestè. Illud enim,In medio,vbiq; idẽ significat quod apertè,vt quando dicit alicubi,Fecit salutem in medio terræ. Est enim mediũ manifestũ omnibus. Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Iure autẽ optimo:ea enim fiebãt ad correctionẽ, & ad eos ostendendos qui erant lucrifacturi. Non temere enim eueniebant,sed cũ maxima admirabilitate. Quare & eò ꝙ feriebant, & eò ꝙ admirabiliter, duplicem afferebant vtilitatẽ. In Pharaonẽ & in omnes seruos eius. Vidisti potentiam ineffabilẽ, quomodo cũ omnes simul essent, de eis sumptũ est suppliciũ: & illi quidem patiebantur,alij verò lucrabantur. Quomodo autẽ dicit,In omnibus seruis eius? Atqui non habebãt omnes primogenita. Sed dicit de aliis signis:& dum in Aegypto quidẽ hi ferirentur,lucrum faciebant Iudæi: dum autẽ in solitudine beneficio Iudæi afficerentur,alij iuuabantur:& plagas quidem inflixit hostibus,hos verò affecit beneficiis,per vtraq; omnes iuuans. Et cur non [*Iudith 34 Dan.4. Act.1.*] hos quoq; beneficio afficit? Quoniã soliti sunt plures homines percussi potius q̃ beneficio affecti deũ agnoscere. Quod enim nollet eos punire,vide eum assiduè differentem,& plagas sustinẽtem, & per vtraq; ostendentẽ potentiã suã & clementiã. Atq; suffecisset post vnam,secundã,& tertiam,tãquã qui morbo immedi- [*Attende dei potentiam, curam, sapientiam.*] cabili laborarent,eos omnino perdere:sed noluit, sed & quanquã futura præsciret,& ꝙ nèc quinta, nec sexta,nec decima meliores fierent,nõ destitit facere quæ sua sunt. Vnde maximè eius potestatẽ, curam, sapientiam & bonitatem admirari æquum est. Potentiam, ꝙ [*Exod.7. Exod.11.*] percussit. Curam, ꝙ sustinuit. Sapientiam, ꝙ cum sciret futura,quæ sua erant fecit:quod ipsum quoque est maximæ clementiæ, ꝙ incipit à minoribus, quòd ab

A iis quæ non sunt prædita ratione. Progrediens autem ipsum quoq; Regẽ attigit: quod etiã maximè fecit vt [*Collatio à contrariis*] prædicarentur quæ eueniebãt. Quæ enim priuato alicui accidunt,latere etiã consentaneũ est. Quando autem vir est insignis qui plagam accipit,nihil vetat quo minus res vbiq; audiatur. Postquã autẽ dixit causam cur pulsauit,dicit etiam plagas. Sed neq; eas sæpe recenset,neque sigillatim persequitur: sed cum eas vnò verbo significasset, prætercurrit dicendo emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte. Deinde educit rursus populũ ex Aegypto in desertum,ostendens se non esse deum tantũ alicuius partis,nec in vnã solã regionem dominatũ obtinere,sed in vniuersum orbẽ terrę. Quocirca subiunxit dicens: *Qui percußit reges multos, & occidit reges fortes.* [*Psal.71. 101.*] Per totam viã pignora dans suæ potentiæ,& in ipsis docendis per res ipsas deducens. Per [*Rom.10. 1.Tim.6.*] bella enim priora quoq; docuit,ꝙ non natura aëris,nõ B potentia elementorũ,nec aliquid aliud eiusmodi, sed imperatoria manus quæ eos ducebat,pro eis bellũ gerebat,& vtrunq; per vtrunq; ostendit per ea quę facta sunt in Aegypto,ea quæ in solitudine facta sunt:& per ea quæ facta sunt in solitudine,ea quæ in Aegypto facta sunt. Quando enim ipsi absq; armis, acie & prælio inimicos profligabant, eis apertè ostendebat ꝙ non opus habens elemẽtis ea aduersus illos mouit, sed variis & diuersis modis volens suã ostendere potẽtiam, iis quæ sunt,ad ea vsus est. *Seon regem Amorrhæorũ, & Og regem Basan.* Non persequitur vrbes,neq; in singulis insistẽdo paulatim narrat prælia: sed rursus magno animo prætercurrit innumerabiles cateruas miraculorũ. Cũ enim posset immorari,&tragœdiã illã amplificare,nõ hoc facit: sed cum maxima se offerret multitudo & abundantia eorũ quæ insigniter & præclarè C à deo gesta sunt,ea omnia prætercurrendo prosequitur. Atqui illi quidẽ erant armati,& vrbes munitas habitabant,& rei militaris & instruendæ aciei erant periti:hi verò exules,& bellandi ignari,à longa seruitute & diuturna tyrannide liberati,fame & egestate cõsumpti, omnibus ad accipiendam iniuriam expositi. Sed erant omnium potentissimi propter manum quæ eos ducebat ac regebat. Erat etiam bellum iustum. Neque enim eos inuasissent,nisi illi eis causam dedissẽt, & viã eis interclusissent,quod est extremæ inhumanitatis: & [*Deut.21.*] Idumæos non siuit ad bellum accedere. Ne enim silẽtio confidentes,post hæc rursus inuaderent, sed scirẽt cum quibúsnam quidem bellare, à quibus verò abstinere oporteret,hoc facit in solitudine,per res ipsas legem eis cõstituens,quomodo oporteret vti eis qui illis D occurrerent. *Et omnia regna Chanaan.* Vidisti ex his doceri vniuersum orbẽ terrę. [*Collatio.*] Quemadmodũ enim ignis spinas,ita ij omnes inuaserũt, nec poterat quisquã eos sustinere. Audi ergo quid dicat Balaã, qui nõ à ꝓphetis,nõ à Mose didicerat,sed à rebus ipsis:Hæc est gens [*Num.23.*] quæ elingit omnẽ terram. [*Elegans metaphora.*] Vidisti propriè dictã metaphorã. Nõ dixit,Quæ bellũ gerit:quæ fundit & euertit,sed quę elingit,volẽs ostẽdere quã facilè ab eis pariatur victoria,& quomodo citra sanguinẽ ab eis trophęa erigãtur,& sola eorũ incursione inimici profligẽtur. Nõ opus,inquit,habẽt instructa acie,nec vt præliũ cõmittatur,sed tantùm inuadere satis est,& omnia eis cedunt. Nõ solùm enim vt lege belli & instructa acie vincerẽt effecit,ne quis ea quę fiebant,eis attribueret, sed elementa orbis terræ in eos commouebat, & ideo animos eorum primũ deiiciebat & perturbabat,& cadens grando multos perdidit,& sol stetit,& bellũ lon- [*Iosu.10.*] gius

[*Iosu.6.*] giùs ꝓtraxit,& multa eiusmodi admirabilia facta sũt, & tubarũ sonitus vel igne vehementius in turres irruens muros diruit. Hoc autem vtrisque fuit vtile. Nã & illi discebant bellum non geri ab hominibus, & hi docebantur vt ad deum respicerẽt, nec vnquã de rebus gestis se iactarent,magnósve spiritus sumerẽt,sed se honestè & moderatè gererent. Hoc eñ modo vicisse maius eis ornamẽtũ afferebat q̃ vicisse, vt ꝙ eos magnificos ac splẽdidos redderet,& modestiã doceret. Magnificos quidẽ ac spendidos,ꝙ talem haberent Imperatorem. Modestiam autẽ rursus docebat, quòd præclaris suis factis minimè intumesceret. *Et dedit terram eorum hæreditatẽ,hæreditatẽ Israel populo suo.* Hoc quoque est maximum miraculũ, ꝙ nõ solùm expellerẽt, sed terram etiã occupare possent, & vrbes distribuere:quod eis quoq; magnã præbebat voluptatem, ma- [*Dan.2.*] gnum ornamentum, magnam lætitiam. Id autem dei B quoque est potẽtiæ. Non enim parua res est occupasse regionem hostium, sed ad hoc quoque magno dei auxilio opus est. *Domine nomen tuum in æternum, & me-* [*ὑπόμνημα*] *moriale tuum in generationem & generationẽ.* Alius,Recordatio tui. Hic interrumpit orationis continentiã glorificatione,quod solent sancti facere. Postquã eñ de dei miraculis aliquid dicere incipiẽtes,inflãmati fuerint,non prius ad finem perueniunt,quàm pro iis quę dicta sunt deum gloria affecerint,&laudibus prosecuti fuerint,& ita suum desiderium impleuerint. Quod etiam Paulus vbique quidem facit:maximè autem in [*Galat.1.*] prœmiis epistolarum, vt quando dicit ecclesiis Galatiæ,Gratia vobis & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo,qui dedit seipsum pro peccatis nostris secundum voluntatẽ dei & patris nostri: cui gloria in secula seculorum, Amen. Et in epistola ad Ro- [*Rom.10.*] manos:Quorũ adoptio, & gloria & cultus, & legislatio. Quorum patres,& ex quibus cultus,& promissio. Quorum patres, & ex quibus Christus secundũ carnem:qui est in omnibus benedictus deus in seculum. [*1.Timo.1.*] Et rursus alibi: Regi seculorum immortali, inuisibili, soli sapienti deo honor & gloria in secula seculorum, Amen. Ita etiam hic propheta,cũ mente agitasset vniuersam dei prouidentiam,plagam in Aegypto, varia & diuersa beneficia quæ in solitudine ab illo in Iudæos collata sunt, quæ pro illis aduersus hostes facta sunt:ab eius ineffabili benignitate inflãmatus, emisit glorificationem, dicens: Domine nomen tuum in æ- [*Iob 22. Eccl.18. Psal.109*] ternum, domine memoriale tuũ à generatione in generationem. Hoc est, Gloria tua est perpetua. Nihil enim ei affert vllũ detrimentũ, nihil eam interumpit, sed est semper,& manet immutabilis, & à controuer- D sione omnino aliena,florens ac vigens. Quid est autẽ, Memoriale tuum in generationẽ & generationẽ? Tui, inquit, memoria non desinit, & finẽ non habet. *Quia iudicabit dominus populum suum,& in seruis suis deprecabitur.* [*Deprecabitur.*] Vel vtraque hęc dici possunt de populo,ꝙ de eo pœnas sumet,& postea cessabit,& ipsos recreabit:vel di- [*παρακληθήσεται cõsolationẽ accipiet.*] uisim, Consolationẽ quidem accipiet de populo: iudicabit autẽ de hostibus. Hoc est,Illos quidẽ recreabit(hoc enim sibi vult illud,Consolationem accipiet) iudicabit autem hostes,hoc est, de ipsis pœnas sumet. Deinde quoniã non poterat dicere vitæ eorum rectè facta ad eorum causam tuẽdam nomine seruorũ vtitur. Cum autem dixit,Consolationẽ accipiet, ostẽdit [*Rom.3.*] reconciliationẽ esse illius clementię, non autẽ ex illorum meritis. Vbi enim consolatio,venia opus est. Vbi autem opus est venia, non sunt rectè factorũ merita,

A sed est occasio & tempus clementiæ. Quoniam ergo dixit superius:Memoriale tuũ in generationẽ&generationẽ,soli autẽ ex aliis gẽtibus ipsi tunc deũ sibi adscribebant,per hoc tale quid significat, & dicit, Salus populi ostendit tuã apud multos gloriam. Quæ enim natura ei inest gloria, etsi nullus eũ colat & obseruet, perpetuò manet,& nec minui, nec dissolui,nec immutari potest. Quæ est autẽ eius apud multos laudatio, à nostra etiã salute ostendetur,cum nos ciuitatẽ, sacra, & templũ receperimus,& pristinæ reipublicæ restituti fuerimus. *Simulacra gentiũ argẽtũ & aurum,opera manuũ hominum.* Quoniã in principio dixerat,Dominus autem noster præ omnibus diis, & visus est per cõparationem introducere quandã excellẽtiam,propter imbecillitatem eorũ qui audiebant: vide quomodo hoc verbis amplificat. Postquã eñ à dei potentia initium B duxit,& dixisset quæ in cœlo sunt, quæ in terra, quæ in abyssis,quæ Iudæis,quæ in propria, quæ in aliena, quæ in hostibus,quæ in gẽtibus facta sunt, deinde cũ eius benignitatẽ reuocasset in memoriã,bonitatẽ,clementiam,curationẽ,sapientiã,& potentiã, & deũ esse vniuersorum, & vniuersi orbis terræ curam gerere ostendisset, irridet deinceps & ludificatur idolicorum deorum imbecillitatẽ,&statim ab ipsa natura cõtemptim sermone vsus est:imò verò ipsum nomen ad eorum reprehensionẽ adducit. Idolum enim aut simula- [*εἴδωλον*] chrum nihil est aliud quàm quid imbecillum & abie- [*Esa.41.*] ctum,& nomen summæ infirmitatis. Quocirca hinc [*1.Cor.8.*] incipit,dicẽs,Simulachra gentiũ argentũ &aurũ. Pri- [*Simulachrorũ vanitas.*] mùm,ꝙ simulachrũ. Secundum,quòd inanima & surda materia. Tertium,quòd hoc ipso quòd sunt simulachra, non solùm ex seipsis habent paruitatẽ, & im- C becillitatẽ,súntq; vilia & abiecta, sed etiã ex hominibus. Quocirca subiunxit etiã, Opera manuum hominum,quod quidẽ est maxima reprehẽsio eorũ qui illa colunt,nempe ꝙ cum ipsi sint in causa vt ea sint,in eis tamen suæ spem salutis collocent. *Os habent & non loquentur. Oculos habent,& non videbunt. Aures habent & nõ audient. Neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiãt qui faciũt ea,& qui cõfidunt in eis.* Os,inquit,habẽt,& nõ loquẽtur. Vidisti quomodo auget irrisionẽ, & fraudẽ [*Sap.14.*] coarguit? Quoniã enim ea sæpe mouent dęmones,fictionem & simulatũ actũ eorũ detegit, ostendẽs non [*3.Re.15. 2.Par.23*] esse spiritum in ore ipsorũ. Et quænã est causa quòd malus dæmõ absq; illis nihil facit,nec loquitur? Quoniam stupri,adulterij, & innumerabiliũ vitiorum columnæ,sunt horum simulachrorũ figuræ: docens eos qui seducuntur, per ipsum statuarũ aspectum eas res D imitari,quarum figuræ sunt statuæ: eis assidet ea mo- [*Dæmõ cur idolis assideat.*] uens,& decipiẽs. Deinde rursus alio ludificationis genere ea aggreditur. Similes illis fiant qui faciunt ea. Considera apud te quales dij sint quibus fieri similes dira est imprecatio: Nostra autẽ non ita habẽt. Extremus enim virtutis finis est,& quod facit, vel ad summum bonorũ fastigium pertingere: Dei esse similes, quantũ nobis cõceditur. Apud illos autem, inquit, & [*Esa.44. Baruch.6*] cultus est, & dij tales, vt eis esse similes locum teneat pessimæ imprecationis. His ergo,nẽpe quòd sint materia inanima,& quòd fiant ab eis qui illa colunt,& ꝙ sint simulachra informia, & quòd iaceant nullo sensu prædita,adiecit pro dira esse imprecatione,vt quis eis euadat similis. Per hæc enim omnia ostẽditur summus error. Postquam ergo ostẽdit eorum imbecillitatem, errorem, dęmonum improbitatem,eorum qui illa faciunt inscientiam,ab his citò liberatus, cõcludit ora-

Universidad de Deusto Biblioteca

ctionem glorificatione, non amplius narrans ea quæ deus fecit,vt qui ea iam ſatis demõſtrarit,ſed pro om mibus quæ ſunt in confeſſo, laudẽ exigens ab iis qui fruũtur eius beneficio:& ideo vocat oẽs ad glorificatiõnẽ, ſic dicens, *Domus Iſrael benedicite domino. Domus Aaron benedicite domino. Domus Leui benedicite domino. Qui timetis dominũ, benedicite domino. Benedictus dominus ex Siõ, qui habitat in Hieruſalem.* Cur ergo nõ oẽs ſimul vocat, ſed in ordines diuidẽs? vt ſcias eſſe magnã differentiã benedictionis.

Benedictionũ differentiæ.

Aliter em̃ ſacerdos,aliter leuita,aliter laïcus,aliter frequens populus benedicit. Dicere autẽ, Benedicite,eſt eius qui oſtẽdit beatã illã naturam, & ab interitu alienã. Benedicite enim,inquit, ꝙ liberati eſtis ab aduerſariis,ꝙ digni habiti eſtis qui talem deũ adoraretis, quòd veritatem agnouiſtis. Eſt enim ipſe quoque benedictus,in natura habẽs benedictionem, nec laude aliorum indigens, veruntamen vos quoq; benedicite, non quòd ei aliquid ex eo accedat, ſed quòd ipſi magnũ fructũ ex ea re percipiatis. Etſi em̃ eſt natura benedictus, vt certè eſt, vult tamen etiam à nobis benedici.

Iob.12. Eccle.18. Benedicẽd⁹ à nobis eſt deus. Eſa.1.

Porrò autem Sion rurſus meminit, & Hieruſalem. Quoniam em̃ illic erat conſtituta eorum reſpublica,& illic fundatus erat eorum cultus, & ex eo loco docebantur & inſtituebantur:vult ea loca venerãda ac magnifica reddere ipſo dei cognomine, vt cum eſſent venerãda,maius illorum eſſet in ea ſtudium:& cum eſſet maius ſtudium, ad ea magis attraherentur: attracti autem in dei cultum magis defigerentur:defixi autem, ad maiorem virtutem deducerentur,propter quã omnia facta ſunt. Sed tunc quidẽ erant Hieruſalem & Sion: hodie autem cœli, & quæ ſunt in cœlis. In eo ergo nos ſimus quęſo defixi, vt futura etiam bona conſequamur gratia & miſericordia domini noſtri Ieſu Chriſti,cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXXV.

Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. Poſtquã dixit ſuperius de dei in homines beneficiis,de eius quoque miſericordiæ quantitate diſſerit, non eam metiens (nec enim id fieri poteſt)ſed per infinitum volens oſtendere eius magnitudinem,& inuitat omnes ad glorificationem, dicens: Confitemini domino. Hoc eſt, Gratias agite,laudate ipſum. Quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Quid eſt,In ſeculum? Non aliquando quidem,inquit,beneficio afficit,aliquando verò recedit: neque aliquando quidem miſeretur, aliquando verò deſinit,quod euenit in hominibus, quos & prohibet animi perturbatio, diſtrahit fractus & abiectus animus, impedit fauor & obſequium, nec permittunt varij caſus,rerúmque circunſtantiæ.

Deus perpetuò miſeretur.

Pſal.38. 118.144. Eſa.54.

At deus non eſt eiuſmodi, ſed perpetuò miſeretur,nec vnquam deſinit hoc facere,etiamſi hoc faciat variis & diuerſis modis. Semper ergo miſeretur,nec vnquam ceſſat beneficio homines afficere. Deinde poſtquam dixit eum miſereri perpetuò, oſtendit etiam argumenta miſericordiæ,& ꝙ eius miſericordia ſemper maneat, ex iis quæ videntur,ea afferens: & quoniam eos deducebat ad pietatem verámq; religionem, vide quomodo eũ rurſus confert cum diis gentiliũ, ad captum auditorũ eodem modo ſe demittens. Quid enim dicit? *Confitemini deo deorum:* Singulis ſubiungens, *Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini domino dominorum, quoniã in æternum miſericordia eius.* In præcedẽti quidem pſalmo dicebat eum eſſe prę omnibus diis:hic autem adhuc amplius,eum eſſe illorum herum & dominũ,ſiue idolorum dicas, ſiue dæmonum. Etſi enim offenderint dæmones, ſintq; ꝓbro & ignominia notati,ſerui tamen ſunt,& ſe ei ſubmittũt. Propterea ergo inquit, confitemini, quòd habetis deum omnium ſupremũ, cui nullus eſt ſimilis, qui herus eſt omnium, & dominus.

Eph.1. Pſal.2. Exod.3.

Atqui dicitur etiam deus eorum qui illi placent, vt quando dicit:Ego ſum deus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob: Quomodo ergo hic dicit, dæmonum? Sed illud aliter,& hoc aliter. Illic enim vt oſtẽdat familiaritatẽ & cõiunctionem,& magnum ſuum in eos amorem:hic autem, vt ſuam ſignificet excellentiam. *Qui facit mirabilia magna ſolus. Quoniã in ſeculum miſericordia eius.* Poſtquam oſtendit eum eſſe deorũ herum & dominum,id deinceps probat enunciatione, & quod dictum eſt confirmat, ex potentia eum rurſus prædicans. Non dixit autem, Qui fecit,ſed,Qui facit,oſtendens eũ aſſiduè beneficio afficere, réſq; admirabiles, & quæ opinione ſunt maiores,facere. Hæc autẽ duo ponit quę ſunt in eo eximia, & ꝙ facit, & ꝙ ſolus facit: atque adeò tria & quatuor,nempe quòd facit, & quòd miracula, & quòd magna miracula, & ꝙ ſolus facit. Hæc autem dicta ſunt non vt vilipenderetur filius,ſed vt inter eum & dęmones oſtenderetur diſcrimen & diſtinctio. Et quænam ſunt hæc miracula? Videam⁹ magna illa quæ ſolus facit. Atqui in principio non loquebatur de potẽtia,ſed de benignitate & clementia. Cõfitemini enim,inquit,domino,quoniã bonus. Quomodo ergo accidit vt nunc loquatur de potentia? Quoniã hæc miracula non ſolum ſunt potentiæ,ſed etiam benignitatis & clementiæ.

Miracula dei,nõ potentia ſolum ſunt, ſed etiam benignitatis.

Quænã autẽ ſunt miracula oſtendens,ſubiungit dicens. *Qui fecit cœlos in intellectu. Qui firmauit terram ſuper aquas.* Alius, Qui conſtipauit terrã in aquis. *Qui fecit luminaria magna ſolus. Solem in poteſtatẽ diei, lunam & ſtellas in poteſtatẽ noctis.* Hæc etſi eius potentiam & ſapientiã indicant,attamẽ eius quoque benignitatẽ oſtendunt. Quòd enim ſunt adeò magna, pulchra, & ſufficientia, vires eius & ſapientiam prædicant. Quòd ea autem propter nos & vſum noſtrũ facta ſunt, benignitatem & perpetuam bonitatem. Vides quomodo ſit in ęternum eius miſericordia? Non em̃ ad decem & viginti tantum annos hæc fecit, neque ad centum,ducenta, & milia, ſed ea per omnem vitã noſtram ꝑduxit. Et ideo hoc ſignificans, in vnoquoque verſu ſubiungit, *Quoniam in ſeculum miſericordia eius.* Et quod eſt admirandum, ea fecit quidẽ:& cũ facta eſſent,dedit ab initio: ſed poſtquã homo tranſgreſſus eſt,ne ſic quidem eum expulit,ſed ea quæ eis dederat cum non peccaſſent, reliquit ea etiam fruenda poſt peccatum,nec prohibuit quo minus poſt illud peccatũ eis vti & frui poſſent. Neq; verò vnum cœlũ ſolum fecit,ſed etiam alterum: vel ab exordio oſtẽdens nos ab eo nõ relinquendos in terra, ſed fore vt nos hinc transferamur.

Cœlũ propter hominẽ factum. Act.17.

Si enim non eſſet nos illuc tranſlaturus,cur productũ eſſet cœlum? neque em̃ eſt hoc illi elementum vtile, nulla re enim indiget, ſed cum velit nos illuc à terra traducere, præparauit habitacula: Quamobrem cum hęc ſciret propheta,vnicuique verſui ſubiungit: In ſeculum miſericordia eius,admirans eius benignitatem. Qui firmauit terram ſuper aquas. Vide hic quoque rurſus benignitatem. Poſtquã enim facti ſumus mortales, & eò redacti ſumus,vt multis egeremus:ne ſic quidem nos reliquit,ſed hic quoque interim nobis congruum dedit habitaculum, & tot tantíſq; ſuæ benignitatis clariſſimis

riſſimis indiciis terram referſit, vt ne verbis quidẽ ea poſſint explicari. Propheta ergo cũ incidiſſet in abyſſum horum beneficiorũ, & vidiſſet quoddã vaſtũ & immenſum pelagus,exiliit alta voce clamãs,& dicẽs, Quàm magnificata ſunt opera tua domine. Omnia in ſapientia feciſti. Porrò autẽ ſiquis viderit Solẽ & Lunam& temporũ ordinẽ,rurſus videbit vniuerſam eius benignitatẽ. neq; em̃ parum ad vitæ decus & ornamentũ,imò verò ad ipſamvitam hæc nobis elementa conferunt,vt quæ nutriant fructúſque maturent, ſine quibus viui non poteſt,tempora nobis oſtendant,horas exprimant,diei & noctis curſus diſtinguãt,per terram & mare viatores deducant, innumerabiles alios vſus præbeant.

Elementorum vſus

Vidiſti quomodo ſit in ęternum miſericordia eius,&quomodo in vnoquoq; verſu iure hoc ſubiungit propheta. Alius autẽ interpres illud, In poteſtatẽ diei,dixit, Vt dominetur diei. Alius, in poteſtatẽ noctis,dixit,in poteſtatem in nocte. *Qui percuſſit Aegyptũ cũ primogenitis eorũ. Qui eduxit Iſrael de medio eorũ.*

Chald. vt præeſſet.

Aſſiduè verſat miraculũ quod in Aegypto factũ eſt, ꝓpter immemorẽ & ingratũ eorũ animum,& ꝙ cum ea ſemper audierant,eorũ obliuiſcerẽtur. Non eſt aũt hoc quoq; paruũ ſignũ miſericordiæ, hoc enim liberauit illos à ſeruitute, & poſteris fuit occaſio dei cognitionis. Aliud autẽ hic quoq; ſignificat. Quídnam? Quòd etiam poſt fugam illam eius fuit potẽtiæ liberare eos à ſeruitute, cum eos terrore concuſſiſſet, & mari obruiſſet. Hæc autem dicit,ne quis paulo incõſideratior putaret quod dũ iubet eis accipere aurum & vaſa argentea,hæc propter imbecillitatem iuſſerit.

Exod. 12.

Nam hoc fecit volẽs omni ratione eſſe terribilis hoſtibus,& oſtẽdere ꝙ & vi & authoritate poteſt omnia facere,eóſq; fallere & decipere. Nã quæ apertè fecit, non ideo fecit tanquam non poſſet decipere, neque cùm decepit,id ideo fecit, ꝙ non poſſet apertè capere,ſed in vtraque parte ſuã oſtendens potentiã. Nam ꝙ hoc quoq; magnũ metũ attulerit alienigenis, audi quid poſtea dicant vates Azotiorũ,Hic eſt deus fortis qui percuſſit Aegyptũ, & quando illuſit eis, tunc ipſos eduxit.

1.Reg.5.

Vides eos propter hoc ipſum contremiſcere, ꝓpter furtum, propter fraudem, ꝙ eos circunſcripſerit. *Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones.* Alius, In ſectiones. Alius,in ſegmenta. Nõnulli dicunt nõ fuiſſe vnam viã,ſed pro numero tribuum fuiſſe aquã ſciſſam,vt multę eſſent traiectiones. Hęc autẽ omnia etſi magnã oſtendebant potentiã,terribilémq; & magnũ eum eſſe indicabant, multam tamen quoq; in ſe habebant benignitatem,non ſolùm in eos quorum gratia ea fiebãt,ſed ſi velimus attendere, etiam in aduerſarios,non em̃ eos temerè & nequicquã mari obruit, ſed ꝙ poſt tot facta miracula in aquis adhuc ſuã oſtẽderent audaciã.

Aegyptiorum obſtinatio.

Oportebat autem eos etiamſi eſſent ſupra omnes homines nullo ſenſu præditi, cũ & præcedentia,& præſentia,& quæ erant præ oculis, conſideraſſent,eius potẽtiã mirari & adorare,& ab importuna contentione ceſſare. Illi autẽ cum viderent vniuerſam creaturam pro eius arbitrio mutari ac transformari,& cum eis belligerari, ne ſic quidem à furore deſtiterunt,ſed etiam cum viderent illud miraculum quod omnem ſuperabat opinionem, aliena illa & nouavia ingredi auſi ſunt. Quocirca mare illis ſepulchrũ efficitur. Non erat em̃ opus naturæ quod fiebat, ſed plagæ diuinitus immiſſæ: & ideo breui momento tẽporis fiebant contraria: & nõ ſcindebatur tantum in vnam partem, ſed pro numero tribuum.

Maris rubri diuiſiones.

In vnoquoque autẽ ſigno meminit miſericordiæ, hoc enim deo maximæ curæ erat, quandoquidẽ per elementa fiebant miracula,ne quę fiebant,exiſtimarentur eſſe alicuius naturalis cõſequentiæ, ſed ſuperni auxilij,quod omnẽ opinionem ſuperantia efficit miracula. Quod etiã in mari accidit:ídq; apertè oſtenſum eſt ex eo, ꝙ poſt illud non amplius factũ ſit: quæ autem naturaliter fiunt,ſunt frequentia,& certo ac cõſtituto tempore ſolent fieri.

Miracula rara ſunt, naturalia frequẽtia.

Et eduxit Iſrael per medium eius. Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Vides quomodo in vnoquoq; verſu iure ſubiungit illud, In ſeculũ miſericordia eius. Hęc em̃ omnia oſtendunt eius curationem. Etſi enim quæ facta ſunt,finẽ ceperunt,eorum tamen memorię præbuerunt poſteris magnã anſam dei cognitionis. Memorię em̃ mandata,& tranſmiſſa ad poſteros,deducebant ad magnã philoſophiam. Quanquã alioqui non illud ſolum factũ eſt, & dei ceſſauit curatio: neq; in rebus ſolũ Aegyptiacis ſubſtitit eius benignitas,ſed vnumquodque tẽpus habet ampla & latè diffuſa eius inenarrabilis benignitatis indicia. Quæ quidẽ ille admirans,aſſiduè ſubiungit illud, Quoniam in ſeculum miſericordia eius. Rectè autem adiecit illud, Et eduxit Iſraël per medium eius. Nam hoc quoque eſt dei potentiæ. Non ſufficiebat em̃ efficere vt mare retrocederet,& facilem eis tranſitũ pręberet(nam hoc ipſum eos magis ſtupefecit,& terruit, & audere prohibuit,quod omnium ſuperaret opinionẽ, timorẽ incutiens)ſed dei fuit potentiæ,poſtquã mare retroceſſiſſet,eis animum addere, & perſuadere vt nouã illã viã & alienam ingrederentur. Nam cum in vtraque ſectione in ſublimem verticem erectæ eſſent aquæ, generoſo & excelſo animo op⁹ erat, vt nõ timerẽt traiicere,nec ſuſpicarentur maria ad ſummũ verticem vtrinque ſublata nõ eſſe eos inuaſura,& vniuerſum exercitum obruitura. *Et excuſſit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro.* Volens ſignificare facilitatẽ eius demerſionis,hac dictione vſus eſt. Tu autem conſidera quomodo cũ potentia & ira,patientiã quoque oſtenderit,vt ꝙ eos nõ priùs de medio ſuſtulerit, licet adeò impudentes eſſent & contentioſi, q̃ ipſi lubentes & volentes ſeipſos præcipitarunt. Nõ abs re autẽ exercitus quoq; punitur,ſed quoniã fuerũt peccatorũ participes,& ꝑſecutionis,ſunt etiã pœnę & ſupplicij participes.

Exercitus cum principe punitus.

Qui traduxit populum ſuum per deſertum,quoniam in ſeculum miſericordia eius. Hoc non eſt minus quàm per mare perducere. Etſi em̃ ſuberat terra ſicca, quæ caſtra ſuſtinere poterat, erant tamen multa alia quæ eis afferebant moleſtiã, ſufficiebant em̃ omnia ad ea cõſumenda,& morti crudeliſſimæ tradenda. nam & fames & ſquallor, & ſitis, & radius q̃ par eſſet calidior imminens,& ferarum multitudo,& neceſſariorũ omnium penuria. Scis autem quot rebus homo indiget. Illis tamen omnibus nudati, & non tectũ habentes, non alimenta, nõ indumẽta ſufficiẽtia, nõ calceamẽta,non aliquid aliud eiuſmodi, tanquã in mediis vrbibus choreas agentes, ita per omnem illam ſolitudinem incedebant. Tu autem mihi conſidera, quot miracula pręteriit quę in ſolitudine facta ſũt,& quot annorũ adminiſtrationẽ:duorum autem tantũ miraculorũ meminit,quæ in illis regibus facta ſunt.

Exod.16. Exod.13. Deut.29. Exod.17.

Mittens enim de illa noua menſa dicere, de tecto admirabili, de lãpade quæ nunquã non apparuit, de veſtium perpetuitate,de calceis qui nõ conterebantur, de fontibus qui manarũt è rupibus,&de aliis nouis & admirabilibus,per quæ iter ſuum fecit eis facile,duorũ ſolùm meminit,

Universidad de Deusto Biblioteca

meminit, quomodo reges batbarorum sustulit, &
quomodo trophæũ erexit, vt victoriã eis largitus est,
auditori reliqua accuratè colligenda relinquens:& i-
Num. 21. deo dicit, *Qui percußit reges magnos, & occidit reges fortes.*
Seon regẽ Amorrhæorũ, & Og regẽ Basan. Et vnicuiq; eorũ
subiungit, *Quoniã in seculum misericordia eius.* Ostendens
ꝙ etiãsi ab hostibus vt hostes exciperentur, nullus ta-
men eos vincebat. Qua de re? Quoniã eius benigni-
tate fruebãtur assiduè. Hoc enim significat perpetuò
dicens. *Quoniã in seculum misericordia eius. Et dedit terram*
eorum hæreditatem, hæreditatem Israel seruo suo. Duplex est
beneficium, & hostes vincere, & rerum illarũ esse do-
minos. Hoc enim erat magnæ potentiæ, non solũ eii-
cere eos qui habitabant, sed etiã posse occupare & re-
tinere alienam regionẽ. Deinde hoc rursus apertius
ostẽdens, ꝙ non ex meritis fuere horum domini, sed
ex dei bonitate, subiunxit. *Quia in humilitate nostra me-*
mor fuit nostri. Significans nõ in rectè factis, non in ꝓ-
Humilitatis gloriatio. speritate, sed in humilitate nostra esse gloriãdũ. Quod
autẽ dicit, est eiusmodi, Sufficit calamitas ad ipsum
flectendũ, & ꝙ nos affligeremur. Nã & ab initio quã-
Exod. 3. do eos liberauit ab Aegypto, non dixit, Videns vidi
mutationem eorũ in melius: sed, videns vidi afflictio-
nem populi mei in Aegypto. *Et redemit nos ab inimicis*
nostris. Ne paulatim enumeret bella, irruptiones, vi-
ctorias, trophæa, cum rursus vno verbo rectè factorũ
seriẽ esset persecutus, & quæ in Iudæos sigillatim fa-
cta sunt prætermisisset, ad generalem eius venit ꝓui-
dentiam dicẽs. *Qui dat escam omni carni.* Alius, Qui dat
panẽ. Nõ ergo terrę, nec aquę, nec aëris, nec radij, nec
alicui⁹ alius sunt ꝓcurationes fructuũ, sed eius est vni-
uersum. Vide autẽ hic quoq; nõ solũ potentiã, sed be-
nignitatẽ etiam ineffabilem. Quod enim dicit Chri-
Matt. 5. stus solẽ suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit
super iustos & iniustos, hoc ipse quoque hic significa-
uit, dicens: Qui dat escam omni carni. Hoc est, non
iustis solùm, nec iis qui se rectè gerunt, sed peccatori-
bus, & impiis, & omni humanæ naturæ: quod etiã ma
ximè prędicat eius dominiũ. Vidisti psalmũ ideo ma-
ximè esse compositũ, vt nos deducat ad dei cognitio-
nẽ, & ideo in principio incepit à generalibus, & in eis
desiit: superius quidẽ dicens solem & lunã, fulgura &
pluuias, quę non fiunt in parte orbis: in fine autem de-
sinens in communi omniũ nutrimento. Deinde post-
quam ex eis confirmauit generalem prouidentiam,
subiunxit, *Confitemini deo cœli, quoniam in seculum miseri-*
cordia eius. Ex his eñ illud quoq; clarum est, ꝙ ipse est
Sapi. 6. 12 Matt. 6. infernorum omnium & supernorum dominus, eiusq;
cura & prouidentia vbique diffusa est. Pro omnibus
ergo illi offeramus gratiarum actionem, pro cõmuni-
bus, pro priuatis, pro bonitate, pro benignitate, pro
potentia, pro curatione, & hoc assiduè faciamus, sicut
etiam iubet hoc Psalmographus, dicens: *Confitemini*
domino quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius.
Hoc est eñ sacrificium, hoc oblatio, hoc ipsum nobis
reddit maximè propitiũ, & facit vt fruamur illius be-
neuolentia. Quam detur nobis omnibus assequi gra-
tia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui glo-
ria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXXVI.

SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus
dum recordaremur tui Sion. Magnum est his viris
suæ ciuitatis desiderium, magna reditus cu-
piditas. Quandiu enim bona habebant in manibus,
erant semper insolentes, probráque & iniurias infer-
A re non desistebant: sed postquã ab illis sunt exturbati,
tunc maximo eorum desiderio affecti sunt. propterea
enim eos expulit, vt excitaret in iis maius desiderium. *Eccl. 5.*
Id autem solet sæpe deus facere. Quando enim dum *Esa. 43.*
in summis sumus deliciis, & maxima bonorũ affluen- *Dan. 4.*
tia, non sentimus: facit vt eis careamus, vt priuatione *Luc. 16.*
eorũ castigati, eis rursus vti frui quæramus. Sed quá-
nam de causa sedebant ad flumina? Vt qui essent ca-
ptiui, & regionis hostium finibus circunscripti, extra *Hebr. & Chaldæi citharas.*
muros & vrbes habitabant. *In salicibus in medio eius su-*
spendim⁹ organa nostra. Alius, citharas nostras. Alius, ly-
ras. Et quánam de causa tulerunt organa sua cum in
captiuitatem recederent, qui eis minimè erant vsuri?
Hoc quoque fuerat à deo prouisum, vt vel in aliena
regione haberent monimenta prioris reipublicę, ma-
gísq; morderentur & ægriùs ferrent, dum religionis
& dei cultus illa signa viderent. *Quia illic interrogauerũt*
B *nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum: & qui abdu-*
xerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. Non pa-
rum hinc lucrifaciebant ꝙ eis barbari instarẽt, & cã-
tica eorum audire cuperent. Vide autem quantã hinc
correctionem ceperũt ex captiuitate. Qui eñ à cho-
rea se seiunxerant, & à religione sua ac dei cultu resi-
lierant, & legẽ omni ratione conculcauerant, se in a-
liena tam gnauiter gesserunt, vt vel vrgentibus & mi-
nantibus barbaris, & vndique circunsistentibus & au-
dire cupientitibus, ne eorũ quidem desiderio sic gra-
tificarentur, sed legẽ prĕferrent, eámq; diligenter cõ-
seruarẽt. Illud autem, Qui abduxerũt, alius dixit, Qui
nobis insultabant, propemodũ hoc dicens: Qui antea
in nos inuehebantur, & in nos insurgebant, tempore
adeo lenes, mites & mãsueti facti sunt, vt vellent etiam
nostra audire cautica. his tamen non concesserunt. Vi *2. Cor. 13.*
C disti quónam modo reddit fortes afflictio, quomodo *Heb. 11.*
facit cõpunctos, quomodo mentem conterit. Flebãt *Psal. 15.*
enim, & legẽ obseruabant. & qui cum prophetæ la- *Esa. 38.*
chrymarentur, ridebant, ludificabantur, & subsanna- *Eccl. 31.*
bant: hi nunc nemine eos admonente ad lachrymas
conuertebantur, & flebant. Ex eo etiam plurimũ com
modi percipiebant hostes. Videbant enim eos non
premi captiuitate, nec seruitutẽ deflere, nec ꝙ in alie-
na regione habitarẽt, sed ꝙ à suo dei cultu excidissent.
Et ideo adiecit. Dum recordaremur tui Sion. Neque
enim leuiter tãtùm lugent, sed veluti quoddam per-
petuum lugendi munus obeunt. Quocirca dixit in
principio, sedimus & fleuimus, significans se ideo cõ-
sedisse vt cierent fletus & eiulatus. Sed cur eis nõ per-
mittebatur canere in aliena terra? Quoniã non opor *Arcana dei prophanis nõ detegenda.*
tebat aures prophanas audire illa arcana. *Quomodo can-*
D *tabimus canticum domini in terra aliena?* Hoc est: Non li-
cet nobis canere. Etsi enim à patria excidimus, legem
tamẽ perpetuò seruamus, ídque diligentissime. Quare
etsi in corpora dominiũ obtineatis, animũ tamen non
superabitis. Vidisti animã ab afflictione esse deductã
ad studiũ sapientiæ, ærumnísq; & calamitatibus esse
superiorem. *Si oblitus fuero tui Hierusalem, obliuioni detur*
dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si nõ memi-
nero tui. Vide hic quoque magnã mutationẽ. Qui eñ
singulis diebus audiebãt fore vt ex ciuitate extermi-
narentur, & nõ curabãt, nũc dira sibi imprecantur si
eius sunt obliti. Quid est autẽ, Obliuiscatur mei dex-
tera? Vires, inquit, meę mei obliuiscãtur, & mutus eua-
dam propter malorũ magnitudinẽ, si non meminero
tui. *Si nõ proposuero Hierusalẽ in principio lætitiæ meæ.* Quid
est, Si nõ proposuero Hierusalem? Nõ solùm, inquit,
tui

tui meminero in aliis, sed etiam in hymnis & in can-
ticis. Illud autẽ, Proposuero, hoc est, In cantiei procæ-
mio ac præludio posuero, loquẽtes verbũ eorũ q. val-
de desiderãt, imò verò eorũ qui eius magno amore
tenentur & iflãmãtur. Audiamus hæc omnes, & disca
mus. Eteñ quẽadmodũ hi cum ab ea exciderãt, tunc
quærunt: ita etiã multis ex nobis eueniet, cum in illo
die à Hierusalẽ cœlesti exciderimus. Sed hi quidẽ cũ
Heb. 12. excidissent, spem habebant reditus, nobis autem ex-
Galat. 4. cidentibus nulla reliqua spes est reuersionis. Vermis
Esa. 66. enim eorũ non morietur, inquit, & ignis eorum non
extinguetur. Et ideo oportet nos nostra diligẽtius at-
tendere, & in præsenti vita sic nos gerere, vt non sim⁹
captiui, nec alieni ac remoti ab illa metropoli. *Memor*
esto domine filiorũ Edom in die Hierusalẽ: qui dicũt, Exinanite
exinanite vsq; ad fundamentũ in ea. Ali⁹, Filiis Edom. Hoc
quoq; verbũ est eorũ qui inflãmantur desiderio ciui-
tatis. Hoc est autẽ quod dicunt, Pœnas de eis sume,
quibus non sufficiebat ꝙ capta esset ciuitas, nec satia-
ti erant eius euersione, sed instabãt, & dicebant, effo-
dite donec fuerit in ea fundamentũ. Cupiebant enim
ne bases quidẽ manere ciuitatis, sed vel ipsa eius fun-
damenta cõuelli. Hi autẽ erant Arabes, qui vnà cum
4. Reg. 25 Esa. 13. 21 Babyloniis Iudæos inuaserant. Quorũ frequẽter me-
minit propheta, & eos valde reprehẽdit, ꝙ cùm inter-
cederet inter eos cognatio, hostib⁹ fuere acerbiores.
Filia Babylonis misera. Alius, Depopulanda. Alius, Diri-
pienda. Hic ostendens dei vires non in liberatione à
Esa. 13. malis, sed in parãdis iis insidiis qui illos oppugnarũt,
prædicit propheta mala quæ erãt euentura Babyloni,
& vocat eam miseram ꝓpter mala quæ illã erant cir-
cunsessura: in hoc quoq; docens Iudæos, & ostendẽs
dei potentiã esse per totum orbẽ terræ porrectã. *Bea-*
tus qui retribuet tibi retributionem tuam quam retribuisti no-
bis. Alius, Quã antè fecisti nobis. *Beatus qui tenebit &*
allidet paruulos tuos ad petrã. Hæc etsi ira plena sunt ve-
hementíq; pœna, & supplicio: sunt tamen verba per-
turbationis animi captiuorũ, qui magnã aliquã pœnã,
κοινῶν prophetiæ. alienúmq; & admirabile suppliciũ postulãt. Prophe-
tæ enim multa sæpe loquũtur non tanquã sua ipsorũ,
sed aliorum affectiones narrantes, & in mediũ afferẽ-
tes. Si eius enim quæris sententiam, audies dicentem,
Psal. 7. Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. & vel modũ, qui
à lege erat ei datus, superantem. Quando autẽ narrat
perturbationes animi aliorũ, describit iram & dolorẽ:
quod etiã nunc fecit, Iudæorum cupiditatẽ in mediũ
adducens, quorũ ira vel ad infantiæ vsque ætatẽ pro-
Matt. 5. cedebat. Nouũ autẽ nõ ita se habet, sed inimicos no-
Rom. 12. stros & pascere, & eis cibũ dare iubemur, & orare pro
eis qui nos maledictis impetunt. Hoc autem facimus
propter legem quæ est nobis cõstituta. Quænam au-
Matt. 5. tem ea est? Nisi abũdauerit, inquit, iustitia vestra plus
quàm scribarum & pharisęorum, non intrabitis in re-
gnũ cœlorum. Magnũ ergo studium adhibeamus: &
totam eam abundè obseruemus, vt qui deinceps in
terra tanquam in cœlo habitemus, & cũ angelis cho-
ros ducamus. Ita enim futura quoque bona conseque
mur: quæ detur nobis omnibus assequi gratia & mise-
ricordia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & po-
tentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXXXVII.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo. De hoc
sæpe vobiscũ disseruimus. Quocirca eo prę-
termisso, veniamus ad id quod est proximũ.
Quid hoc sibi vult, *In conspectu angelorum psallam tibi?*
A Quod quidẽ alius dixit interpres, Liberè, deus canã
te. Alius, Coram diis modulabor tibi. Si ergo dicat
angelos qui sunt in cœlis, est id quod dicitur, eiusmo-
di, Conabor canere cum angelis, & cum eis conten-
dere, & choreas ducere cum supernis potestatib⁹. Etsi
enim natura differam, animi tamen promptitudine,
vt cum eis stare possim, decertabo. Sin autẽ accipia-
mus quod dictum est ex aliorũ interpretatione, vide-
tur mihi dicere de sacerdotibus, id quod de diis dici-
tur. Solet enim scriptura sacerdotem vocare & ange- *Sacerdos.*
lum & deũ: nunc quidem dicens, Diis non maledices:
& principi populi tui non maledices. Nũc autem, La- *Exod. 22.*
bia sacerdotum custodient iudiciũ, & ex ore eius ex- *Malac. 2.*
quirent iustitiam, quoniam est angelus domini om-
nipotentis. Si liceat ergo hoc ita accipere, illud opor-
tet intelligere: Cum sacerdotibus, ipsis præsentibus,
B cum eo quo par est ordine, consequar, & canam tibi:
Quoniam audiuisti verba oris mei. Vidisti magnã grariarũ
actionem, vidisti summam attentionem, non quẽad-
modum nonnulli molles & dissoluti, qui antequam
quidem accipiant, sunt vehementes: postquam autem
acceperint, elanguescunt. Sed hic quidem & ante-
quam acceperit, vrget, & postquam acceperit, perstat
agens assiduè gratias. Hinc ostenditur eum puras & *Vt à deo exaudiamur in nobis est.*
optimas preces fudisse, ex eo quòd à deo sit auditus,
Hoc eñ maximè vt audiamur efficit, quando preces
ei gratæ fuerint. Vnde etiam est in nostra potestate vt *Io. 15. 15*
audiamur. Quando enim ea petimus quæ à deo dari *Psa. 101.*
par est, quando prompto & alacri animo, quando *Prou. 15. Luc. 18.*
nos prębemus dignos qui accipiamus, audit vocatus,
& implet quod petitur. *Adorabo ad templũ sanctũ tuum.*
Non est hoc quoq; parua virtus, posse templum ascẽ-
C dere, & ascendentem cum pura adorare conscientia.
Non enim flectere genua, nec ingredi, est id quod
quæritur, sed cum acri mente & intento animo, non
corpore solũ, sed mente etiã intus esse: quemadmodũ
nec parua est dignitas, vniuersorũ deũ vt decet ado-
rare. Si eñ in regibus hoc pro honore ducitur, multò *Rom. 12.*
magis in deo vniuersorũ. *Et confitebor nomini tuo super* *1. Cor. 15.*
misericordia tua & veritate tua. Quid hoc est? Agã, in- *ἐπὶ ἐλέει propter misericordiã.*
quit, tibi gratias, ꝙ magnã tuã mei curam senserim.
Non enim ex propriis rectè factis consecuti sunt, vt
patriam reciperent, & templũ aspicerent, sed ex mise-
ricordia & clementia tua. Propter hæc te adorabo,
ꝓpter hæc tibi confitebor, quòd cùm pœna & sup-
plicio dignus essem, & vt in aliena regione perpetuò
degerem, me citò reduxisti. *Quoniam magnificasti super*
omne nomen sanctũ tuũ. Quod dicit, est eiusmodi, Non
D agam eñ solũmodo gratias ꝓpter beneficia, sed etiã
propter ipsam gloriam ineffabilem, & infinitam ma-
gnificentiã, & naturã inenarrabilem. Magnificasti eñ,
inquit, super omne nomẽ sanctũ tuum. Hoc est, per
beneficia, per elementa, per ea quæ sunt in cœlis, per
ea quæ sunt in terra, per pœnas, per ea quæ fiunt in
hostes, per ea quæ fiunt in familiares. Nulla est enim *2. Par. 26*
pars creaturæ, & supernæ & infernæ, quę non emittat *Dan. 3.*
vocem quauis tuba clariorem, prædicantem nomi- *Apoc. 19*
nis tui magnificentiã. Siue ergo angelos dixeris, siue
archangelos, siue dæmones, siue elementa insensilia,
siue lapides, siue semina, siue solem, siue lunã, siue ter-
rã, siue maria, siue pisces, siue volucres, siue lacus, siue
fontes, siue fluuios: per omnia nomẽ tuũ magnũ ostẽ-
ditur. Alius autem pro eo qđ est, Magnificasti super
omne nomẽ sanctum tuum, dixit: Magnificasti enim
super omnia nomina tua verbum tuum. Alius, Elo-
quium

Universidad de Deusto Biblioteca

quium tuũ. *In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.* Alius, Inquacunque die inuocaui te, exaudisti me. Esa.58. Hoc etiã deus pollicitus est, dicẽs: In quacũq; die inuocaueris me, exaudiã te, & dicã, Ecce loquẽte te adsum. Ipse itaq; hoc petit. Tales enim sunt animæ quæ dolore aliquo afficiuntur, volunt videre se quãprimũ liberari à malis. *Multiplicabis in anima mea virtutẽ.* Alius, Constituisti in anima mea virtutes. Nam qđ est prius, Exaudi me: ali⁹ dixit, Exaudisti me. Quid est ergo qđ dictũ est? Quæ sunt alta & sublimia, dicuntur Græcè meteora, à verbo μεταίρεσθαι, & eleuationes maris & exaltationes dicũtur fluctus, ab eo ꝙ est eleuari, & exaltari. Illud ergo πολυωρήσεις, idem est ac si dicas, exaltabis me, extolles me. Hoc ipsum autẽ verbum posuit alibi, dicens: Secundum altitudinem tuã multiplicasti filios hominũ, vbi est Græcè ἐπολυώρισας, hoc est, eleuasti, extulisti. Ita etiã dixit illud πολυωρήσεις με, vt significaret, Implebis me multo gaudio, sublimémque & erectũ mihi reddes animũ, & quod est omniũ maximum, nõ sines hanc meam lætitiã & eleuationẽ esse languidã, & imbecillã, sed potentẽ & validam, firmã & immobilẽ. Hoc enim sibi vult illud, Extolles me in anima mea potentia tua. Hoc est autẽ quod dicit: Extolles me potentia, viribus eriges, & mihi opem feres. Quocirca alius quoq; interpres hoc ipsum ostẽdens, dixit, Constituisti animę meæ virtutẽ. Rectè autẽ præterea dixit, Animæ meæ, quod est maximè dei ꝓpriũ, recreare animos in afflictionibus, quemadmodũ etiã euenit in apostolis. Flagris eñ cæsi, reuertebãtur gaudentes, ita eorũ erigebatur animus. Hoc est vel maximæ potẽtiæ dei munus, hoc in primis ostẽdit eius vires, ꝙ in mediis malis & periculis non sinit deiici animũ. *Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierũt omnia verba oris tui.* Vide q̃ sit pij & grati animi. Nõ satis habet si solus agat gratias, sed etiã omnes qui dominatum obtinent, vocat ad societatẽ gratiarũ actionis, & ipsos etã qui gestant diademata. Etsi eñ magna sit, inquit, eorũ potentia, omnes tibi tamen debẽt gratias agere ꝓ iis etiã quæ aliis facta sunt. Quocirca hoc quoque significans, subiunxit, Audierunt omnia verba oris tui. Si ergo gratias agãt, plurimũ hinc fructũ capient, & magnũ lucrũ facient. Omnia enim tua dona sunt omnibus in medio ꝓposita, vt qui volunt, possint esse eorum participes, & ea percipere. Nullã ergo tantã vtilitatẽ poterit ei regnũ afferre, quantã tua verba audire. Hoc est ei securitas, hoc vires, hoc ornamẽtum, hoc decus, hoc est imperij lætitia & potentia. *Et cantent in viis domini, quòd magna est gloria domini.* Alius, Et cantent vias domini. Si ergo dicat in viis tuis, hoc est quod dicit, In legibus tuis, in iussis tuis. Si autẽ vias tuas, præclara, inquit, hæc tua facta dicant, laudẽt, celebrent ac prædicent. Hoc enim sibi vult illud, Cantent, quoniã magna est gloria domini. Hoc est, Omnibus aperta, omnibus manifesta, omnibus euidens, parata ad omnium beneficia, omnes habens sibi gratiæ nomine obnoxios. *Quoniam excelsus dominus, & humilia respicit.* Altus, inquit, natura, altus substantia. Sed hoc quidẽ paulò magis tropicè & figuratè nunc dictũ est, vt se ad Iudaicũ captum accõmodaret. Quod autem sequitur, id corrigit, & vel humilem auditorẽ ad magnã intelligentiam erigit. Quid hoc autem est? *Et alta à longè cognoscit?* Hic eñ de præscientia agitur, quod est potentiæ dei maximè propriũ, & ideo in ꝓphetis sæpe loquens, hinc in eos inuehitur qui tenentur errore simulachrorũ. Alius, Et quod elatũ est, à lõ-

πολυωρήσεις με ἐν τῇ ψυχῇ μου δυνάμει σοῦ. Psal.11. Act.5. Afflictis deus adest. Matt.7. Marc.11. Luc.11. Deut.32. Io.11.12.

A gè discernit. Quoniã eñ dixit, Excelsus dominus, & humilia respicit, subiunxit, Et alta à longe cognoscit significans eum alta non solummodo cognoscere, sed etiã ex magno interuallo, hoc est, priusquam eueniãt, priusquã perficiãtur, priusquã in opus exeant. *Si ambulauero in medeo tribulationis, viuificabis me.* Non dixit, tribulationẽ expelles, sed in ipsis malis manentem viuificabis me. Hoc est, Etiãsi in maxima pericula incidero, poteris me cõseruare: quod est admirabile, & maius omniũ opinione, vt cum vndiq; hostes & mala circunstent, in tuto collocetur qui ab eis circunsidetur. *Et super iram inimicorum meorũ extendisti manum tuam.* Alius, Aduersus spiritus inimicorũ meorum extẽdes. Vidisti maximã esse potentiam in vtrisque partibus. Nã & me, inquit, qui in maximis versor malis, cõseruare poteris, & illos furore rabiéq; percitos, & ignem spirantes, deiicere & comprimere. *Et saluum me fecit* B *dextera tua.* Alius, Et saluum me faciet dextera tua, hoc est potentia tua, virtus tua. Deo eñ sunt expeditæ vię oẽs & rationes, & potest vel ex reb⁹ desperatis ad salutẽ adducere. *Dominus retribuet pro me.* Alius, Efficiet. Alius, Perficiet. Hoc est, Vlciscetur inimicos. Nõ dixit autẽ, Vlciscetur, sed, Retribuet, ostendens ꝙ etiam si sim reus debendi, ipse exoluet & satisfaciet, est eñ benignus & clemens. Potest autem hoc etiã dici de iis quę à Christo pro nobis facta sunt. Ipse eñ pro nobis retribuit. *Domine misericordia tua in seculum. Opera manuũ tuarum ne despicias.* Duas affert rationes cur debeat assequi eius clementiam. Vnam quidem ꝙ ipse sit bonus & misericors, & assiduè misericors, vt nunquã interrumpatur nec desinat nec cedat eius clementia. Alterã autẽ, ꝙ ipse sit effector & opifex. Sed quemadmo- C dum ex eis conseruari volumus: ita etiam misericordia dignũ quid ostendamus. Miserebor eñ, inquit, cu ius miserebor. Non eñ indiscriminatim eũ subit misericordia, sed ipse etiã aliquã diiudicationẽ & distinctionem adhibet. Si id enim faceret indiscriminatim, nemo vnquam puniretur. Quocirca non solum faciamus ea quæ oportet, vt misericordiam consequamur, sed etiam propterea quòd à deo facti sumus. Eum autem qui à deo creatus est, & tantum habuit effectorem & Regem, oportet se ita gerere vt illius cura & prouidentia se non esse indignum ostendat. Si hęc faciamus, bona futura consequemur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

Chal. & superbos à cælo longè propellet. Hier.1. Dan.13. He. saluabit, Chal. redimet. Gen.18. 1.Re.1.17 4.Reg.19 Rom.4. Esa.53. Esa.49. Rom.9 Misericordia dei nõ datur indiscriminatim.

IN PSALMVM CXXXVIII. in finem victoriæ effectori.

D Domine probasti me, & cognouisti me. Quid dicis? Nouit deus postquã ꝓbauit: antequã ꝓbauit autẽ nõ nouit? Absit. Quomodo enim, qui omnia nouit antequã fierent? Sed illud ꝓbasti me, significat, Me perfectè nouisti. Quemadmodũ eñ Apostolus quando dicit eũ corda scrutari, non ignorationem sed perfectã cognitionem significans hoc dicit: ita etiam hic cum dicit, Probasti, euidentissimã significat cognitionẽ, hoc est, Tu me perfectè nosti. *Tu cognouisti sessionem meã & resurrectionem meã.* Per sessionem & resurrectionem, omnem vitam significat: in his enim tota vita nostra consistit, actiones, operationes, ingressus & exitus. Deinde quoniã dixit in principio, Probasti me: ne quis paulò incõsideratior putaret eum nosse ex probatione, vel ex rerum experiẽtia, propterea quod dixit, Tu cognouisti sessionem & resurrectionẽ meam: vide quomodo id corrigit per id quod

ἐδοκίμασας. Dan.13. Rom.8. 1.Cor.2. Probatio dei. Sessio & resurrectio quid.

quod subiungit, dicens, *Tu intellexisti cogitationes meas à longe.* Per hoc enim significat eum non nosse per ꝓbationem, neque opus habere vt probet, sed sua præsciendi facultate scire omnia. Qui enim nouit cogitationes quæ in mẽte sunt positæ, non opus habet vt ꝓbet per opera. Quanquã alioqui nõ solũ eas nouit dũ in mente versantur, sed etiã priusquã versari incipiãt: nec solùm antequã versari incipiant, sed etiã longo antè tempore. Et ideo hæc volens significare, subiunxit illud, Intellexisti cogitationes meas de lõgè. Si autem nouit, inducit eam quæ per opera fit ꝓbationem, non vt ipse hoc discat, sed vt qui ea sustinent, eos probatos efficiat. Cognouerat eñ Iob ante experientiã, & ideo id testabatur dicens: Homo iustus, verus, pius. Sed induxit experientiã, vt & illũ redderet fortiorẽ, & diaboli redargueret improbitatẽ, & alios eius exemplo meliores redderet. Et quid miraris si hoc fecerit in Iob, cũ ipsum faciat etiã in peccatorib⁹? Apertè eñ sciebat Niniuitas non esse dignos qui perirẽt, sed per pœnitentiã eos meliores futuros, inducit tamẽ etiam per res experientiã, & vbiq; multa prębet argumenta euidentissima suæ curæ & ꝓuidentiæ, non contentus sua cognitione. Quamobrem dicebat quoq; vnigenitus: Si nõ facio opera patris mei, ne mihi credite. Si autẽ facio, etsi mihi nõ credatis, operibus credite. Quia eñ permulti qui sunt crassioris ingenij, & nullo ferè sensu præditi, multa dicũt huiusmodi, nempe ꝙ hunc elegit, & hunc dilexit, & illũ odio habuit, & propterea hic quidẽ malus, ille verò bonus euasit: ex rebus ipsis persuadet, vniuscuiusq; horũ sententiã corrigẽs, & in mediũ adducens ꝓbationẽ per opera, & pronunciat quidẽ etiam antequã res eueniant, hunc virtute præditũ, vt eius præsciendi facultatẽ intelligãt: adiungit autem etiã probationẽ quæ fit per opera, ne quis dicat paulo incõsideratior eum talem esse ꝓpter præscientiã. Porrò autẽ vide quomodo Paulus hoc significat, dicens: Cum enim nondum nati fuissent, nec aliquid boni aut mali fecissent, vt dei secundũ electionẽ ꝓpositũ maneret, non ex operibus, sed ex vocãte, dictũ est ei, ꝙ maior seruiet minori. Neque enim factorũ exitus est expectãdus, sed etiã ante ea nouit ipse eum qui malus, & qui non talis est futurus. *Semitam meam & funiculũ meũ inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti.* Quemadmodũ sessionem & resurrectionẽ facta dicit ex consuetudine: etenim nos quoq; sępe dicim⁹: Hic nouit quomodo sedet, & quomodo surgit, testãtes eius perfectã notitiam: ita hic etiã semitam & funiculũ dicit vniuersam eius vitam. Et ideo subiungit: Et omnes vias meas præuidisti. Porrò autẽ illud, Inuestigasti, nõ est eius q quærit, nec eius qui scrutaŧ, sed eius qui nouit perfectè. Hoc autẽ ostẽdens, subiunxit, Pręuidisti: hoc est, antequã fierent, nosti omnia facta bona, & mala. *Quòd non est sermo in lingua mea.* Alius, Cõtradictio. Hoc est maximum virtutis indiciũ, hoc est summa bonorũ, hoc est quod Christus maximè requirit, dicens: Nisi conuertamini & efficiamini sicut puelli, non ingrediemini in regnum cœlorũ, simplicitatẽ, & innocentiam, & ab omni dolo & simulatione remotionẽ significans. Quocirca priuatos atq; adeò idiotas elegit, & dixit: Cõfitebor tibi pater ꝙ occultasti hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea paruulis. Vide autẽ. Non dixit, Quòd suscepi, & eieci dolum, sed, ꝙ non fuit vnquã, neque linguam meam suscepit hic morbus, nec ei vitio vllus vnquã fuit ad me aditus. *Ecce domine tu cognouisti omnia, nouissima &*

Dei præscientia. Iob.2. Ion.3. Ioan.10. Præscientia dei hominẽ bonum aut malũ non facit. Rom.9. A simili probatio. He. מלה sermo, verbũ, cõcinnũ Chaldæum. Matt.18. Matt.11.

A *antiqua.* Non cogitationes solũ, inquit, nosti, nec actiones, nec vias meas, sed omnia quæ fuerunt & futura sunt. *Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.* A præsciendi facultate transiit ad creandi potestatẽ, & rursus à creandi potestate ad præsciendi facultatem. Non solùm eñ nos fecit, cùm nõ essemus, sed etiam in iam factos obtinet imperiũ. Hæc vtraq; de Christo Paulus testatur, dicens: Multifariã multisq; modis de⁹ olim locutus cum patribus in prophetis, in extremis diebus locutus est nobiscum in filio quem posuit hæredem omniũ. Deinde subiungens dicit etiam opificium: Per quem fecit etiã secula. Et cùm de eius substantia disseruisset, & dixisset, Qui cum sit splendor gloriæ & character substantiæ eius, ostendit etiã eius præsciendi facultatem, dicens, Et ferens omnia verbo potestatis suæ. Et ad Colossenses scribens hæc eadem B rursus dixit, Quoniã in eo creata sunt omnia quę sunt in cœlis & quæ in terra, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnia. Hæc sunt creandi potestatis. Deinde facultatẽ pręsciendi significans, subiungit, Et omnia in ipso cõsistunt. Vtraque hæc rursus Ioannes quoq; ostendẽs, dicebat: Omnia per ipsum facta, & sine ipso factũ est nihil. Hoc dixit significans creationẽ. Deinde prouidentiã. Vita erat, & vita erat lux hominum. Hoc etiam propheta hic significãs, dicit, Tu formasti me. Hoc est opificij. Dixit etiam id quod est ꝓuidentiæ. Posuisti super me manum tuã. Quid est, Posuisti? Regis, cõtines, componis, & portas. Quod ipsum quoq; Paulus significãs, dixit: In ipso & viuimus, & mouemur, & sumus. Non solùm enim in eò ꝙ geniti sumus, sed etiam in eo quòd su- C mus & manemus, potentia eius opus habemus. *Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.* Alius, Superat me. Pro eo autẽ quod est, Cõfortata est, alius, Super elata est. Quod autem dicit, est eiusmodi. Et tua fruor prouidentia, & quanuis sciam te omnia præscire, & me ex iis quæ non erant fecisse: perfectã tamẽ & manifestã nõ possum habere tui cognitionẽ, sed admirabilis facta est, hoc est, superauit, exaltata est super me, validior facta est quàm vt mea possit ratione comprehendi: adeò est admirabilis, adeò magna. Quid igiť si est quidẽ admirabilis, & magna, potest autem comprehendi? Nequaquã. Propterea eñ subiũxit. Non potero ad eã, ne hoc dicas. Quãdo autem dicit, cognitionẽ non habeo, non hoc dicit, Ignoro deum, sed perfectã & vndique absolutam & manifestam eius non habeo notitiam, quod quidem D dicit etiam Paulus: Nam eum quidẽ esse scimus: quid sit autẽ substãtia, nescim⁹. Credere eñ oportet accedentem ad deum quòd est. Non dixit, quid sit substãtia, hoc enim nulli est cognitum. Quòd sit benignus & clemens, nouimus, ꝙ sit humanus, ꝙ bonus: quantitatẽ verò ignoramus. Sed hic his omnibus prætermissis, ꝓponit aliud quod videŧ esse facilius, & hoc quoque se dicit ignorare. Nõ solũ, inquit, non dico quidnam sit substantia, neque quantùm sit bonus (hæc eñ non posse cõprehendi est in confesso) sed etiam quomodo sit vbique, non possum dicere: sed hoc quoque superat nostrã cõprehensionẽ. Quocirca cũ dixisset, Mirabilis facta est scientia tua ex me, subiunxit, *Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlũ, tu illic es. Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris.* Alius, Mansero, *Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera*

Heb.1. Heb.1. Coloss.1. Ioan.1. Act.17. 1.Cor.13. 2.Cor.5. Heb.11. 1.Cor.2. 1.Tim.1.

tera

Universidad de Deusto
Biblioteca

tera tua. Spiritum & faciem dicit deū ipsum. Hoc est, Quò à te ꝓficiscar? Omnia imples, omnibus ades, nō per partes, sed omnibus simul totus. Et postquā dixit quæ sunt supernè, & quæ infernè, longitudinē, latitudinē, profunditatē: eū vbiq; adesse significat. Nō dixit autē: Quocunque abiero, sequeris me, & me retinebis: sed, Quocunque abiero, tu illic es, hoc est, Illic te inuenio me præuenientem, & ideo dicit, Mirabilis facta est sciētia tua ex mē. Si eam non perfectè nosti, dicit quispiam: quomodo nosti eam esse admirabilē? *Cōfirmat simili.* Propter hoc ipsum noui eam esse admirabilem, quod meā superat rationē. Nā radium quoque solarem nō possumus apertè cognoscere: & tamen ꝓpter hoc ipsum eum maximè admiramur. Ita etiā de dei cognitione: neq; eā omnino ignoramus, eum enim esse scimus, & ꝙ est benignus, clemēs, bonꝰ, & misericors, & ꝙ est vbiq;: quid sit autem substātia, vel quanta sint quæ dicta sunt, vel quomodo sit vbique, hoc ignoramus. Postquā itaq; dixit quibusnā ex rebꝰ admirabilis facta est sciētia tua ex me, & prędicauit eius prędsciēdi creādi, & prouidendi facultatem, substantiāmq;, quæ nec cōprehendi nec explicari potest: aliam rursus refert potestatē, quæ ipsa quoque magna dubitatione plena est, si ratione quæratur. Nam ipsa quoque cōprehēdi *Ge.19.20 1.Reg.19. 22.* non potest. Quænam ergo ea est? Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hoc est, Potes efficere vt homines qui in magna & grauia ma *Esa.38. Act. 12.* la inciderint, grauibus illis malis minimè illaqueentur & implicētur. Hoc itaq; interpretans, subiūxit, *Et dixi, forsitan tenebræ cōculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Postquā dixit superiùs ea quę enumeraui, & vnà cum illis ꝙ nō solū adest vbiq;, sed etiā ꝙ deducit, defendit, & munit: subiūgit deinceps, in eo quoq; ostēdens quid admirabile, non solùm quod munit & protegit, sed etiā ꝙ supra rerū naturam. Cùm em̄ dixisset, Deducet me manus tua, & tenebit dextera tua, subiūxit: Et dixi, forsitan tenebræ conculcabunt me. Alius, Si dixero forsitan tegēt me. Alius, Operient me. Tene- *Tenebræ afflictio.* brę hic significant afflictionem. Quod autem dicit, est eiusmodi, Circunsessus sum à malis, & dixi mihi ipsi, Superabunt me mala. Hoc enim sibi vult illud, Tenebræ me conculcabunt. Alius dicit, Et nox illuminatio *Circa me* אור *lux.* in deliciis meis. Alius, Nox lucida circa me. Quid hoc est? Ego hæc quidem dixi, inquit, in rerum natura reputans: sępe autē mala nō mutata sunt in bona, imò vero, qđ est maius, mala non mutata sunt in bona, sed malis manentibus magnā sensi benignitatē. Non di- *Nox calamitates.* xit em̄, Nox deleta est, sed, Nox fuit lucida. Hoc est, Nox manens nox, mala scilicet & calamitates (ea em̄ noctis nomine significat) non potuerunt me conculcare, sed fuit lux in nocte, hoc est, mei extitit defensio. Contraria enim in contrariis & fiunt & apparent quando vult deus. An non vidisti & fornacē ar- *Dan.3. Exod.9.* dentem, & rorē sibilantē, & neque illum extingui, nec hunc exiccari, & grandinē simul & flammam? Vndenā ergo dic mihi, hoc factū est? Quomodo autem factū est, volo scire. Imò verò nec volo quidem scire modum, neq; enim potest fieri, sed factū credo: eum autem qui fecit, adoro. Plurima em̄ eius facta sunt occul *Exod.10.* ta & arcana. Nō vidisti ꝙ cū dies esset, perinde ac in tenebris palpabant Aegyptij: & cùm omnia occupa- *Exod. 13.* rent tenebræ, videbant Israëlitæ: & cum essent rursus in principio tenebrarum, lux eis illuxit in medio. Na-

turæ em̄ rerum semper est dominus qui fecit natura, non vt ꝓducat quæ non sunt, sed vt mutet: nō vt mutet solùm, sed vt manentia in natura aliter apparere efficiat. Quia tenebræ non obscurabuntur à te. Alius, Apud te. Et nox sicut dies illuminabitur: Alius, Sed & nox vt dies apparebit. Sicut tenebrę eius, ita & lux eiꝰ. Alius, Similes sunt tenebræ, & lux eius. Rectè dixit, Apud te, significans, si volueris, tenebræ non erūt tenebræ, sed lucem ostendent. Et ideo subiūxit, Nox sicut dies illuminabitur, reddēs quod præcedit apertius: & ostendit ꝙ quæ sunt diei, nox ostendet, nō secus ac ea quæ sunt eius ꝓpria. Quādo em̄ deus voluerit, opera- *Elementi-* tio elementorū traducitur in contraria, adeò inquam *rū opera-* perfectè contraria, q̄ sunt ꝓpria quę ab initio attribu- *tio in con-* ta fuerant. Si tu enim volueris, ita erit nox, & ita ha- *trarium à* bebit lucē sibi attributā, quēadmodū tenebras. Quo- *deo cum* circa hoc quoque significans, subiūxit, Sicut tenebræ *vult tra-* eius, ita & lumen eius. Hæc de elementis quidem *ducitur.* propriè dicta sunt, metaphoricè autem etiam de rebus. Ex quibus ostenditur posse deum tantam afferre requiem ac recreationem iis qui in afflictiones incidunt, quantam habent ij qui vtuntur rebus secundis, vtpote qui curam gerat afflictionis. Hoc est em̄ incredibile, & maius opinione, quod etiam in Ioseph *Ge.38.48* accidit. Neq; em̄ tam fœlix fuisset eius successus, nec tantū esset honorē cōsecutus in paterna domo habitans, quantā venundatus, & in domo barbarica educatus. Per ipsos enim insidiatores ei cōrexebatur dia- *Ioseph exaltatio.* dema, & comparabatur purpura: & ab infamiæ occasione, honoris & regni ei causa processit. Vidisti quomodo interpretati sumus illud, Nox sicut dies illuminabitur: ad hoc autem, Sicut tenebræ eius, ita lumen eius, id ipsum dicere necesse est: sicut ille, etiam hic erit, nō visione, sed dño tuo mutante rerum naturas. *Quia tu possedisti renes meos domine: suscepisti me de vtero matris meæ.* Et quænā est hęc cōsequentia cū eis quę dicta sunt? Magna quidē certè, & quę valde cohæret. Quoniā em̄ dixit de tanta eius potentia, ostendit deinceps eū vti hac potestate ad vtilitatē & beneficiū hominū. Ne quis em̄ insipiēs diceret, Et quid hæc ad me, si est magnus, & potens, & præsciendi facultate prædituꝰ? Ostende siquid ex eo lucri faciamus: subiūxit, Tu posꝰ sedisti renes meos, à parte dicēs totum hominē. Non *συμπλοκὴ* est autē hoc parū quid ad partem laudis prouidentiæ, *λόγου.* esse dei possessionē. Qui em̄ possidet, curā gerit & ꝓ- *Possessor,* uidet. Quocirca hoc quoque significans, adiicit dein- *res possessa* ceps quod sequitur, dicēs: Suscepisti me de vtero ma- *curā gerit* tris meæ. Hoc est, Perpetuò me muniisti: mihi prouidisti: mei curā gessisti, ac tutū reddidisti ab ineunte ætate, ab ipsis fasciis: & quæ dixi, docuisti rebus ipsis. *Confitebor tibi quòd terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.* Quid hoc est? Finxisti me, inquit, sed nescio quomodo finxeris. Prouides, sed nō possum simul omnē cōprehendere ratione prouidentiā. Vbique es, sed ne hoc quidē scio quo pacto. Nosti futura, & præterita, & arcana mentis hominū: sed nec hoc possum ratione comprehendere. *1.Reg.16.* Mutas em̄ rerū naturas, & facis vt manentes ostendāt *2.Para.6* contraria: & ita rursus contraria educis, perinde ac si *Hiere.17.* essent propria & eius naturæ attributa. Cum itaq; hęc omnia collegisset, & diuino esset spiritu afflatus, magna voce clamauit dicens: Confitebor tibi ꝙ terribiliter magnificatus es, hoc est, admirabilis apparuisti, & es admirabilis. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Et quid de te, īquit, dico, cū quę à te

fiant, magnum habeant miraculum? Deinde mitteris omnia persequi, ei propria sui notitia sufficit, dicens: Et anima mea cognoscet nimis. Non cognoscit solūmodo, sed valde & intensè cognoscit. Si autē cognoscit, quomodo dixit antea, Mirabilis facta est scientia tua à me, confortata est, non potero ad eam? Maximè: nam illud quidē certè de eo dictum est, hoc verò de operibus. Quòd si hoc quoq; de ipso dictum est, illud dixerimus. Nouit eum esse admirabilē, magnum, excelsum. Quid sit autem substantia (eadem enim rursus dicam) & quónam modo sit eius maiestas & magnificentia, & quisnam sit modus eorum quæ dicta sunt, *Ignorantia cognitionis argumentū.* ignorat: sed ea ipsa ignoratio est argumentum cognitionis, etiamsi sit mirabile quod dictum est. Nam mare quoque quantum sit, ignoramus: & tamen propter hoc ipsum mare maximè nouimus, ꝙ eius modum nesciamus. Si quis autē dicat se nosse eius quantitatē, is est qui id ignorat maximè. Professio itaq; cognitionis arguit inscientiam: & est ignoratio, quæ fert testimonium de nostra scientia. *Non est occultatum os meū quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.* Loquitur rursus de eius cognitione, & ostendit eum hæc scire omnia. Vel ergo dicit eum omnia nosse arcana, vel aliquid aliud significat, nempe formationem & creationem, nempe ne cum fingerer quidē me ignorasti, sed omnia sciebas cum hæc paulatim natura contexeret, & in arcano operaretur, & tanquam in infimis terræ partibus. Sunt tamen tibi inquit, omnia nuda & aperta. Alius autem interpres sic dixit: Nō velata sunt *Aqu. Pisc. Hebr.* ossa mea, quibus factus sum in occulto. Alius, Non latuit fortitudo mea qua factus sum in occulto: variegatus sum vt in infimis terræ. Alius, Non latuit te potentia mea seu ossa mea, quod factus sum in occulto, effictus sum in infimis terræ. Omnes ergo dicunt eadem, *Luc.12.* nempe, Dum fingerer, me perfectè sigillatum nouisti, & vnumquodq; membrum & eius incrementum scisti. Quod dicit Christus: Vestri autem capilli capitis numerati sunt. Simul autem & prouidentiam & scientiam ostendit quod dicitur, *Imperfectum meum viderunt oculi tui.* Vel idem rursus dicit, nempe me scilicet informē nosti. Alius enim sic dixit, Informatū me viderunt oculi tui. Vel de ipsis actionibus, nēpe: Quod nōdum factum erat, viderunt oculi tui. *Et in libro tuo omnes scribentur. Dies formabuntur, & nemo in eis.* Est obscurū quod dictum est, sed oportet id venari ex consequentia & ex alio interprete. Quod enim dicit, tale est, ei quod præcessit conueniens. Quid autem præcessit? Informem me viderunt oculi tui: hoc est, cum nondum *Hebr. informem, Chald. imperfectū.* vllam figuram suscepissem, cum adhuc fingerer, cum adhuc contexerer, me æquè apertè viderunt ac eū qui est figura prędictus & absolutus, & nullo die indiget ad suam perfectionem. Et vt scias hoc ita esse, audi interpretationem alterius. Informem me pręviderunt oculi tui, cum omnibus quæ in libro tuo scripta sunt, quæ *Xilander in loc. script. quid.* sunt effingenda nullo die deficiente. Cum illis, inquit, me vidisti qui finguntur in diebus eorum, quibus nullus dies defuit. Hæc autem dicit non tanquam sit liber superius, nec tanquam vlla scripta sint, sed perfectam cognitionē per librum significans, quemadmodum quando dicit, Audiuit dominus, & scripsit in libro. Et rursus, Libri aperti sunt. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus.* Alius. Precioſi fuerūt familiares tui. Non est hoc parua virtus, Dei amicos honore afficere. Curam, inquit, mei gessisti, me cū nō essem produxisti, me regis & contines: ego autē hanc reddo remunerationem amicos tuos honorans. *Nimis confortatus est principatus eorum.* Hoc est, Ipsi validi & potētes facti sunt. Alius dicit, Multiplicia sunt capita eorum. quod quidem est clarius, subiungit enim, *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* Ego quidē ipsos honoro: tu autem multos facis, atque adeo plures arena. Nō solum autem multos, sed etiam fortes ac validos. Hoc enim sibi vult illud, Validi facti sunt. Duplicē autem dicit prosperitatē, multitudinis scilicet, & roboris. *Exurrexi, & adhuc sum tecum. Excitabor & ero semper tecum.* Non est hoc paruum signum virtutis, in rebus secundis virtutem perpetuò cōseruare. Multi, inquit, cū res eis secūdæ euenissent, tui obliti sunt. At nō ego, inquit, sed etiam cum exurrexi, hoc est, cùm sum liberatus à malis, semper ero tecum. *Si occideris deus peccatores.* Non hoc dicit, Si occideris, tunc ero tecum: sed illud quidem etiam absque hoc promisit. Petit autem hoc fieri, non vt deleat hominum substantiam, sed vt eos mutet à peccato in iustitiam. Nō dixit enim, Si homines occidas, sed peccatores. Alius autem pro eo quod est, Peccatores, dixit, Transgressorem, dicens de hostibus simulachra adorantibus. *Viri sanguinum declinate à me.* Viros sanguinum dicit sicarios, homicidas, & qui cæde lætātur. Non est autem hic paruus gradus ad incrementum virtutis, fugere & resilire ab eiusmodi hominum congressionibus. Deinde subiungitur etiam causa: *Qui dicitis in cogitatione.* Alius, Qui aduersus te dixerunt cogitationem. Alius, Quoniam exacerbauerūt te in malo consilio. Vide eum nō quærere quod suum est, sed propter deo factam iniuriam resilire, & fugere illorum consuetudinem. Hoc enim Iudæis fuit causa interitus, quòd versarentur cum improbis. Quocirca legem quoque acceperunt, & lege separabātur ab eis, & iubebantur eorū vitare coniugia, & cùm tunc exiissent ab Aegypto, quadraginta annis per se fuerunt in solitudine. Quocirca lex appellabatur sepes, quod eos vndique circundaret, & eorum consuetudinem cum malis coërceret: erant enim eorum mores captu ac circunscriptu faciles, & mutabiles. *Accipiant in vanitate ciuitates suas.* Alius, Vanè elati sunt aduersarij tui. Alius, Inimici tui. Propterea fugit & resilit, quòd aduersus dei gloriam elati sunt, quòd se iniquè gesserūt, quòd verba blasphema locuti sunt. *Nónne qui oderūt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: Inimici facti sunt mihi.* Ita etiam deus pollicitus est se hostibus hostem futurum, & aduersariis futurum aduersariū. Hęc enim sunt maximæ signa amicitiæ. Ipse itaque deo per vtrunque vicem reddit. Superius enim dixit: Mihi autem valde honorati sunt amici tui deus. Hic autem, Eos qui te oderunt, odi: & illic supra modum, & hic quoque supra modum. Nō solum enim dicit, Oderam, sed etiam, Tabescebam. *Proba me deus, & scito cor meū. Interroga & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.* Atqui dixit in principio: Probasti me, & cognouisti me. Tu cognouisti sessionem & resurrectionē meā. Intellexisti cogitationes meas de lōgè. Semitā meam & funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas prævidisti. Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua. Quomodo ergo hic dicit, tanquam nōdum probatus, Proba me? Vides quomodo vtitur humanis dictionibus, non vt in ea humilitate maneamus, sed vt quum deo dignam cogitationem per omnia collegerimus, ad altas conscendamus intelligentias. Petit em̄ vt probetur & examinetur, non vt eius cor cogno-

Improbi vitandi. Exod. 16. Lex sepes Iudæorū mutabilitas. Quæstio. Solutio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cognitio nostra à rerũ exitu pendet. Eccle. 2.

scat qui omnia nouit,etiam antequam gignantur: sed vt nos cognoscamus,qui ex rerũ exitu discimus. Hoc enim sibi vult hic illud,Proba me,&vide si via iniquitatis in me est,& deduc me in via æterna. Quænam est autem via æterna, nisi spiritualis, & quæ ducit in cœlum,& cuius non est finis? Alia enim sunt caduca& momentanea,& vita præsenti concluduntur. Quocirca omnibus prętermissis illam quærit quæ est immortalis,quæ est interminata,quæ ad finem non peruenit. Quomodo autem deducetur quis ad illam? Si dei auxilio fruatur,& ea quæ sua sunt cõferat, virtutẽ persequens,philosophiæ deditus, & rebus quæ ad hãc vitã pertinent,excelsior effectus. Quæ enim illiusviæ sunt, non sunt fluxa &momentanea. Virtus enim habet fructus qui perpetuò florent,& nunquã flaccescũt,&bona immortalia à fine&ab interitu omnino aliena. Quę detur nobis omnibus consequi gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi,cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum,Amen.

Virtutis fructus æterni.

IN PSALMVM CXXXIX.

Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me. Vbi nunc sunt qui dicunt,Quare sunt feræ? quare scorpij? quare viperæ? Ecce enim inuentum est animal,quod maiorem ostendit improbitatem,non ex natura,sed sponte, & ex libera animi voluntate. Quocirca propheta quoque illis omnibus prætermissis,rogat vt ab eo liberetur. Quid ergo, dic mihi quæso, quoniam is talis est, non oportuit gigni homines? Sed extremæ est amentiæ hoc dicere,nihil enim est quòd lædat hominem,nisi solum peccatum: eo autem sublato,omnia sunt facilia,explicata,ac trãquilla: quemadmodum si id adsit, sunt omnia scopuli, tempestates & naufragia. Nemo autem nos contemnet, si dicamus vitiosum hominem esse fera improbiorem, ea enim etsi naturalem non habet mansuetudinẽ, potest tamen facilè decipi: & id quod est, esse cernitur. Homo autẽ qui scelus meditatur,& multis se personis induit,lõgè difficilius obseruatur & cauetur quàm fera,vt qui ouis pellẽ sæpe prę se ferat,lupum autẽ intus occultet: & ideo multi,dum nõ cauẽt, in eiusmodi hominũ laqueos incidunt. Quoniã ergo non facilè obseruari ac deprehendi possunt eiusmodi bestiæ,propheta ad preces cõuertitur,& dei implorat auxiliũ, vt à talibus liberetur insidiis. Eiusmodi enim homines sæpe subit diabolus, & ita ferit. Multa ergo sunt quæ tendunt vndiq; insidias. Nam & homo sceleratus hoc facit, & sæuus Dæmon bellũ gerit, & intoleranda tentatio molestiã exhibet. Quocirca iubemur orantes dicere,Ne nos inducas in tentationẽ,sed libera nos à malo. Variæ sunt pugnæ, & acies multiplices,& oportet esse paratos ad omnia. Quemadmodum enim qui ad mare est accessurus, & aquarũ violentarum impetum, & vim immanium ventorum, & nubium concursum, rupésque & scopulos marinos, beluarum irruptionem,& piratarum incursionem, & famem & sitim,&stationem non satis tutam nauibus, nautarum contentionem, viatici inopiam, & quæcũque sunt eiusmodi, debet considerare ac prospicere, & aduersus ea omnia aciem instruere: ita etiã qui venit in euripum vitæ præsentis,&aduersus corporis affectiones,& aduersus morbos animi, & aduersus hominum insidias, & aduersus inimicorum insurrectiones, & aduersus fictorum amicorum fraudes, & aduersus paupertatem,& aduersus tormenta,& aduersus contumelias, & dæmonum phalanges, par est vt se præpararet, siquidem sit in vrbem régiam peruenturus,&mercibus onustus in portum appulsurus. Atque hic quidem vocat malum hominem: quando autem loquitur de diabolo,absolutè dicit malum. Quánam de causa? Quoniã ipse est pater improbitatis: & ideo dicitur malus per excellentiã, & pro proprio suffecit nomẽ adiectiuum propter insigne vitiũ, quod quidẽ non est ingeneratũ natura,sed ei accessit. Quòd si etiã scire velis vnde sit deductum nomẽ improbitatis,magnum quoq; hinc fructũ percipies. Improbitas enim græcè dicta est πονηρία, ab eo quòd πόνον, hoc est, laborẽ & ærumnã possessori afferat. Quocirca quidam sapiẽs hoc significãs,dicit: Si sis malus, solus exantlabis mala. Sin bonus,tibiipsi atq; tuis proximis. Et quo modo,dicet quispiã,malus solus mala exantlat? Atqui multos probris & contumeliis afficit. Sed neminẽ lædit qui non sit mollis,ignauus,&iners. Et si velis,malo homine dimisso, ipsum malũ dæmonem in medium adducamus. Dic mihi autem,an nõ omnem suam effudit improbitatem? Nunquid autem lęsit Iob? An nõ illum quidem reddidit clariorem,vt autem esset grauior suus lapsus effecit? Quid verò Cain,an non solus mala exantlauit? Nõ,inquit,sed etiam Abel. Quomodo,& quánã ratione, q celeriter trãsmissus est in portum nullis fluctibus agitatũ? Sed hoc est maximũ genus beneficij,quòd cum re à se rectè gesta obiit,quòd in communi naturę debito suum gessit negotium. Nã quod erat aliis commune,& accidebat ex necessitate, hoc ei cum ampla mercede accidit. Hoc nõ erat malum sustinere,sed clariorem capiti coronam imponere. Quid verò Ioseph lęserunt fratres? non ipsi soli mala exantlarunt? At fuit,inquit,seruus. Quid tum? Ego verò dico eum fuisse dominũ. Sed non est hoc quod quæritur,an fuerit seruus, & in vinculis: sed an ex eo damnum vllum acceperit. Contrarium enim inuenimus, nempe quod plurima lucrifecerit, vt qui sit apud deum plurimam fiduciam consecutus,& per ea quæ esse videbantur contraria, præsentem acceperit prosperitatem. Ne timeamus improbos, sed eorum misereamur. Tunc enim iure quidem erãt timendi,cũ nondum secta esset alia via quę ducit ad philosophiã: nunc autẽ non amplius,cum deinceps cœli nobis pateãt,& homines angeli effecti sint. Nam & bestia quæ cum magno impetu irruit in hastæ aciẽ, videtur quidem eum vlcisci qui tenet hastam,verùm sibiipsi grauius vulnus infligit: & qui aduersus stimulum calces impingit,itidem pedes sibi cruentat. Talis est virtus, stimulus,& gladius acutus: omnes autẽ improbi, sunt deteriores, & rationis magis expertes quàm bestiæ. Quando ergo bonos inuadunt, seipsos grauius confodiunt: illis quidem sæpe in pecunia, nonnunquam etiã in corpore damnũ afferentes: seipsos autẽ in anima,quod quidẽ est verè damnum, lędentes. Si igitur in propria nos virtute læderet damnum pecuniæ, nõ iussisset Paulus vt iniuria afficeremur,non autẽ facere-mus iniuriã. Si malũ esset iniuria affici,non qui est bonorum legislator,mala iussisset. Verũ enimuero quãuis res ita se habeant,non oportet malis insultare, nec in eos impetũ facere,sed eorũ vitare cõsuetudinẽ: sed si inuadãt,forti & generoso animo eos excipere. Proterea enim iubemur orare ne intrem' in tentationẽ. Quocirca ipse quoque cũ dixisset, Eripe me domine ab homine malo, subiunxit, A viro iniquo eripe me, ponẽs rursus generale nomen vitij. Non solum enim cum qui in pecunia, sed cum etiam qui est in omnibus aliis

Homini noxiũ nihil præter peccatum. Iob. 15. Esa. 57. Homo vitiosus fera improbior Matth. 7.

Ephes. 6.

Matth. 6. Luc. 11. Homœosis elegans. Maris pericula.

Diabolus absolute malus. Gene. 3. Iob. 3.

Prou. 9. Improbitas seu nequitia. Malus sibiipsi solus nocet. Iob. 1. Iob. 2.

Gene. 2.

Matt. 25. Gene. 37. & 40.

bus aliis iniustus,hic dicit. Rogat autem vt liberetur, nec fiat vt ille est. Non petit autem absolutè, nisi cum sua prius cõtulerit. Et ideo in fine prioris psalmi, cum eos fugisset,& eorum consuetudinẽ, petit hic dei auxilium. Illic enim quę sua erant,cõtulerat,dicens, Viri sanguinum declinate à me,qui dicitis in cogitatione. Hic autem rogat deum vt liberetur ab eorum improbitate. Non enim paruũ aut leue quid est ad securitatem,libertatẽ,& omnem voluptatẽ,liberari à tali hominum cœtu, & quàm longissimè ab improborum consuetudine versari, imò verò magna est fœlicitas.

Improborum consuetudo vitanda.

Qui cogitauerunt iniquitatẽ in corde. Quotidie constituebant prælia. Vidisti quomodo sint feræ,quæ neq; obseruari, neq; vitari possunt, vt qui mala in animo machinentur,& celent in arcanis insidias. Cogitauerunt,inquit, in corde. Hoc est,nõ extra protulerunt, sed intus agitabant & versabãt scelus parturiẽtes,&,quod est omnium grauissimum, nõ aliqua temeritate inducti,nec peruersi, sed omnem operam & studium in eam rem conferentes. Hoc enim sibi vult illud, Cogitauerunt, nẽpe omni studio,& maxima animi alacritate. Tota die constituebant prælia. Per hæc,omnẽ vitam significat. Bella autẽ significat,nõ ea quæ structa acie, nec quæ armis geruntur,sed quæ paratis insidiis,quæ&in foro & domi gerũt homines, non thorace induti, nec clypeo protecti, sed pro omnibus armis improbitate vtẽtes,& verba vel telis acerbiora mittentes. Improbitatis autem eorum est hoc maximum, quod nõ solum sunt dolosi,ficti,& simulatores,nec quòd ad bella & prælia parati,sed etiam quod per totam vitã,nec tetri huius belli vllæ sunt induciæ. Atqui si volebant belligerari,aliam iustam belli gerendi causam habebant. Aduersus enim peccata decertare,&contra diabolum aciem instruere oportebat, & pugnare contra morbos animæ,& enses in dæmones acuere. Hi autẽ illam aciem ne aspiciunt quidem, sed tela inter se mutuo iaculantur. *Acuerũt linguas suas sicut serpentes. Venenũ aspidum sub labiis eorum.* Vidisti quàm sit vile & ignobile vitiũ: facit ex hominibus bestias,aspides, & serpentes, &linguam illam quæ disserendi potestate prædita est, ad istam feritatem deducit. Id autẽ cuius eos superius insimulauit,id quoq; eis nunc obiicit. Venenum aspidum sub labiis eorum,inquit,semper,hoc est,assiduè. Quemadmodum ergo superius dixit, tota die constituebant prælia: ita hic etiã, Acuerũt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidum sub labiis eorum semper. Hoc enim vbiq; significat Diapsalma. Diapsalma autem Hebraicè dictũ est סלה selah, quod est, semper. Atqui vitiũ vel exiguo tẽpore res est grauis & molesta. Quando autem id assiduè persequuntur, nec eos vlla eius capit satietas: quænã eis venia dari potest, & quænam erit eorum defensio? *Custodi me domine de manu peccatoris,& ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplãtare gressus meos. Abscõderũt superbi laqueũ mihi. Et funes extẽderunt in laqueũ pedibus meis. Iuxta iter scãdala posuerũt mihi.* Nihil est iniquius iis qui vitium persequũtur, qui ante alios suis ipsorum animis faciunt iniuriam. Cum enim ipsi sunt authores offensionis, cum efficiãt vt dei glorię detrahatur ab insipiẽtibus,cum nõ exoluant quæ debent, sed qui corpus & animã à benigno & clemẽti deo acceperint, sint agendæ gratiæ immemores,& qui tantum ornamẽtum & bonum acceperint,benefactori suo cõtraria rependant,quid his fuerit iniustius? quid verò ingratius? & quod est maius, & omne scelus superat,alios quoq; probris & contume-

Attende quæso.

Diapsalma. סלה

Colass. Hebr. 12. 2. Petr. 3.

liis conantur afficere. Cogitauerunt enim,inquit,supplantare gressus meos. Quòd si quod cogitabãt,minimè fuit effectum, id quoq; summæ dei clementiæ adscribendũ est. Ipse enim scelerata eorum consilia confregit. Vide autẽ quam meditatũ erat scelus, & quanto studio paratæ insidiæ. Occultarunt enim,& extenderunt, idque iuxta iter, vt & propter longitudinem, & quod laterent,& quod propè tenderẽt,caperent,& in suam potestatem redigerent. Fuerunt enim sceleris artifices,dum laqueos vndique extenderent, hoc vnũ sibi faciendum statuentes,vt eum perderẽt. Vis videre quomodo funes extendat diabolus? Vide rursus id quod Iob accidit. Quid enim illis latius? quid longius? quid vero propinquius? cum non solum in cognatis & amicis,nec in vxore tantum, sed in ipso eius corpore laqueũ tetenderit. *Dixi domino, deus meus es tu. Exaudi domine vocem deprecationis meæ,domine,domine, virtus salutis meæ.* Alius,potentia salutis meæ. Postquam dixit bellum & insidias,& ostendit mala esse intolerabilia: confugit deinceps ad inexpugnabile auxilium è cœlo adiutorem implorans,qui hæc potest frangere & profligare. Hoc est argumentum generosi animi, hoc est signum mentis quæ tenetur studio sapientiæ, cum hæc circunstiterint, non confugere ad humanũ auxilium, nec ad mortales cogitationes,sed in cœlum respicere, & deum qui vbique præsens est,inuocare, non autem conturbari,animóve cõsternari. Vide autem quomodo vt eo dignum fuit,verba cõtexit. Non dixit enim, in hac & in illa re me rectè gessi,nec hanc feci iustitiã: sed quid? Deus meus es tu,maximam causam afferens cur petat auxilium, quod cõfugiat ad dominum,opificem, & regẽ. Exaudi domine vocem deprecationis meæ,domine,domine virtus salutis meæ. Dixit virtus, seu potentia salutis, ostendens esse etiam potentiam pœnæ & supplicij. Sed prębuisti,inquit,mihi virtutem salutis. Potes enim & bene facere,& de medio tollere: sed ad meam salutem tua semper potentia vsus es. Vide autem desiderium dicentis. Per cõduplicationem enim,& q adiecit,salutis meæ,ostendit magnam affectionem. *Obumbrasti super caput meũ in die belli.* Vidisti gratum animum, priora in memoriam reuocat, quòd eum scilicet in tuto collocauerit. Hoc enim sibi vult illud, Obumbrasti. Vide autem quomodo ostendat q facilè,& nullo negocio. Deus ferat auxiliũ. Non enim dixit,antè,sed in ipso,inquit,die, quando mala imminebant,quando erat instructa acies, quando versabar in maximis periculis,tunc me in tuto collocasti. Neq; enim aut apparatu aut exhortatione vlla deus indiget, vt qui sciat quæ sunt præsentia,futura, & præterita, & qui omnia potest,& semper adest,& pręsto est ad ferẽdum auxilium. Deinde ostẽdens insignem victoriam, &c. & summam securitatem, non dixit, Seruasti me. Sed quid? Obumbrasti. hoc est,vt ne minimã quidem molestiam sustinerem,effecisti, ac ne æstus quidẽ: sed me in tanta securitate & vna cũ securitate in tanta iucunditate & animi quiete collocasti, vt nec vllus quidem calor mihi molestiam exhiberet,sed in vmbra iucũdè & suauiter agerem,liber scilicet ac remotus à malis ac calamitatibus. Quocirca subiunxit illud, Obumbrasti, ea ratione etiam significans quàm promptum & expeditum sit dei auxilium,nempe per vmbræ nomẽ, perinde ac si diceret, Sufficit si tantũ adsis,& omnia fracta & profligata erũt. *Nõ tradas me domine à desiderio meo peccatori.* Alius,Ne des,domine, desideria iniusti. Quod autẽ dicit,est eiusmodi. Ne cõcedas ei desiderium suum contra

Nec. 4. Iob. 5. Esa. 8.

Iob. 1.

Afflictus vt ad deũ confugiat.

2. Par. 32. Esa. 25.

Universidad de Deusto Biblioteca

contra me,id est, Quæ aduersus me desiderat, ne permittas vt ipse impleat. Nõ dixit autẽ, Quæ desiderat: sed, A desiderio meo, volens tale quid significare. Ne tantillũ quidẽ concesseris eorum quę desiderat. Tales enim sunt improbi, cum maxima cupiditate in proximum moliuntur insidias, quemadmodum diabolus *1.Pet.5.* quoq; de quo dicit: Circuit tanquam leo rugiẽs, quærens quẽ deuoret. *Iob.1.& 2.* Ita Iob cupidè aggressus est. Ita etiã de Petro inuadẽdo cõsultabat: & ideo dicebat: *Luc.22.* Quoties expetiuit te satanas cribrare vt triticũ. Vidisti quãtam habuerit cupiditatem. Sũt etiam homines qui inuidia adducti, & ꝙ malis lætentur, illius vitiũ imitantur. Quos quidem miseros appellat scriptura, dicens, *Esa.3.* Væ qui lætamini malis, qui delectamini conuersatione *Iob.21.* improborum. Idq; profectò meritò: hoc est enim *Amos 6.* praui & corrupti animi. Si enim dolendũ, ingemiscẽdum, *Luc.6.* deflẽdum est propter eos qui pereunt: quã con- *2.Par.19.* sequentur veniam, aut qua vtẽtur defensione, qui tan- *Esa.31.* tum abest vt eorum misereantur, vt etiam gaudeant? *Hier.9.* *Rom.9.* An non vidisti ꝙ ipse quoq; Christus cum esset puni- *Luc.19.* turus, deflet pereuntem Hierusalem? *Rom.9.* Non vides etiam Paulum propter aliorum interitum gementem & lugentem? Sed sunt nonnulli adeò corrupti & deprauati, vt suorum malorũ solatium alienas ærumnas existiment. *Cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne forte exaltẽtur semper.* Hoc enim sibi vult Diapsalma. Alius, Ne eueniat, ne forte exaltẽtur. Hoc est scelerati & corru- *Meditatio in vitiis, pessima.* pti animi, quando & consilio & ocio & meditatione opus est ad vitiũ. Non sufficiunt quæ repente fiunt? nõ satis sunt ad nos perdendos quę temere & inconsideratè fiunt: sed & consilio & tempore & consideratione tibi opus est ad vitium? Quánam ergo vteris defensione: cùm studium & diligentiam adhibes vt vitium exerceas, cum pro malis faciendis consultas, & socios adsciscis? Sed vide eius humilitatem: Non dixit enim, Ne derelinquas me, quoniam sum dignus. Ne me derelinquas propter vitæ virtutẽ. Sed quid? Ne fortè exaltentur. Hoc est, Ne fiant arrogantiores, & ne in maiorem erigantur insolentiã propter meam derelictionem. *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorũ operiet eos.* Alius, Exacerbatio eorum qui me circundant. Labor labiorum ipsorum operiet ipsos. Circuitum hic dicit conuentum, consessum, improbam officinam, scelesta consilia. Quod autem dicit, est eiusmodi, Ipsa scelerata *Vitiũ sibi ipsi pœna est.* consilia, & caput ac summa improbi & deprauati animi, ipsa eos obruerit & perdiderit. Labor labiorũ ipsorũ. Laborẽ hic vocat improbitatẽ. Res est enim eiusmodi improbitas, affert ei qui illam possidet, exitium, & vt obruatur efficit. Hoc in Dauid accidit. Expectabãt enim fore vt in mala grauissima incideret: Illle verò euasit clarior. Certè, inquit, sed ostende quomodo proprio cõsilio confossi perierunt, & dic vbi hoc euenerit. *Gen.37.* In fratribus Ioseph. Cum enim vellent eum seruum facere ac perdere, ipsi extremum periculũ adierunt. *2.Reg.15. 18.* Atqui & in seruitutem & in mortem (quod in eis fuit) ille detrusus est. Et Absalon cum inuasisset tyrãnidem, & vellet patrem perdere, ipse per eam captus est. *Cadent super eos carbones ignis. In ignem deiicies ipsos.* Quod dicit, est eiusmodi, Sufficit quidẽ vel ipsum vitium ad eos perdendos qui ipsum complectũtur. Sed cum eo *Carbones.* iram quoq; diuinitus immissam sustinebũt. Carbones autem ignis & ignem hic dicit suppliciũ quod à superis immittitur. Sæpe autem in ipso quoq; igne immis- *Num.15.* sum est, sicut fuit in Dathan, Core, & Abiron, & in iis *Dan.3.* qui circundederunt fornacẽ Babylonicam. *In miseriis*

A *& non subsistent.* Alius, Cadent in foueas, ne resurgant. Alius, Properè, & non resurrexerint. Et vnius quidem interpretis sententia, tale est quod dicitur: Ita eos perdiderunt vt non amplius resurgerent. Et alius verò, Cũ magna celeritate. Hoc enim sibi vult illud, Properè.

Vir linguosus non dirigetur in terra. Postquam dixit de ira dei, ostendit rursus ipsum per se vitium sufficere vt eos perdat qui id habent. Non est autem hoc quoque paruum genus improbitatis, esse nimis insolentem, & linguam non posse cohibere. Linguosum enim hic di- *Lingua petulantia.* cit hominem petulãtem, nugatorem, maledicum, qui latrat assiduè, qui cane nihilo est melius affectus. Dic qualis est eius fructus. Non dirigetur, inquit, in terra. Alius, Non stabilietur. Deiicietur, peribit. Hic est fructus maledici, est omnibus hostis, omnibus molestus, *Maledici fructus.* grauis, & acerbus. Quemadmodum ergo qui est mitis, B patiens, & lenis, & scit tacere, tutus est, gratus & iucun- *Prou.3.* dus omnibus: ita qui talis est, vitam agit lubricam, & *Eccle.3.* valde periculosam, vndique innumerabiles inimicos *Eccle.9.* ad se accersens & attrahẽs, & ante alios suam animam conturbans, non sinens eam quiescere, sed etiam nullo ei molestiã exhibente innumerabiles tumultus & bella intus excitans. *Virum iniustum mala capient in interitu.* *κἀ θηρεύσει εἰς διαφθοράν.* Ita etiam dicit alius sapiens: Iniquitates virum venantur. Vide rursus vitium sufficere ad eum perdendum qui id habet. Sed qua de causa posuit nomẽ venationis? *Peccatum venationi cur comparetur.* Vt videas id esse ineuitabile: vt & si cum iniustè te geras, nõ statim incidas, nõ ideo sis bono & fidẽti animo. Talis enim est venatio: non semper, nec protinus assequitur: sed tamẽ quanuis in venatione nõ capiantur feræ, ne sic quidem tutæ sunt, licet laqueis nõdum sint implicatę. Ita etiam ne cõfidat anima quæ iniustè C facit, & si nondum capta sit. Quandoq; enim capietur. *Eccle.9.* Si vis enim in tuto esse, cessa hęc agere, & magna fruê- *Prou.11.* ris securitate. Cur autem dixit, Ad interitum? Quoniã *Esa.32.* multi capiuntur ad salutem: vt qui ab apostolis, vt qui *Ezec.28.* *Thre.3.* à sanctis viris. At non mali, quando eos venatur vitiũ: *Rom.2.* sed ad perniciem & interitũ. Et cur non euestigio vitium consequitur suppliciũ? Propter domini clementiam. Si enim vellet de vnoquoque eorum qui peccãt protinus suppliciũ sumere, maxima ex parte sublatum esset humanũ genus. *Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. Veruntamen iusti cõfitebuntur nomini tuo, & habitabũt recti cũ vultu tuo.* Alius, Apud vultum tuum. Pro habitabũt autem, alius dicit, Permane- *Chald. reuertentur.* bunt. & alius, Sedebũt: & pro cognoui, scio. Quoniam dixit, venabũtur, & peribunt, nec ostendit statim imminere supplicium: ne quis crassior ideo redderetur D negligentior, subiunxit illud, Cognoui. ostendens id omnino futurum. Qui enim iniuria affecti sunt, non manebunt inulti. Pauperes autem hîc non intelligit absolutè pauperes, sed eos qui sunt valde humiles, qui *Matth.5.* sunt contriti, *Pauperes.* Hæc autem dicit, & eos qui iniuria afficiuntur consolans, & eos qui faciunt iniuriam, corrigens & admonens: vt nec illi propter morã desperent: nec hi propter dilationẽ reddãtur socordiores. Dila- *γνώμη.* tio enim ducit ad pœnitẽtiam: eum autẽ qui perseuerat, punit grauius: idq; meritò. Quare? Quòd cùm in se *Rom.2.* tantam bonitatem senserint, nequaquã meliores euaserint. Cogita quanta sit dei clementia, quando eis qui sunt sibi dedicati, mala pati ꝑmittit, nec de eo qui malum facit, pœnas sumit, volẽs eũ meliorẽ facere pœnitentia. Veruntamẽ iusti cõfitebũtur nomini tuo. Quid est quod dicit? Quodcũq;, inquit, euenerit, illi agẽt gratias: seu viderint humiles probris & iniuriis affectos, seu ma-

seu malos elatos, non exigent rationem cur illa fiant. Hoc est enim vel maximè iustorũ, perpetuo & in omnibus gratias agere. Et habitabũt recti cum vultu tuo. Hoc est, Tuum assecuti auxiliũ, & de te cũ suis animis cogitantes, semper tecũ versantes, à te nunquam recedent. Quod si fiat, nihil vnquã eis ægrè fuerit, nec de *Ratio à deo non poscenda.* eis quæ accidẽt, vnquã querentur. Hoc est enim animi immobilis, hoc firmæ mẽtis ac stabilis, nõ poscere *Rom.9.* à domino eorũ quæ fiũt, rationem. Quocirca dicebat Paulus: Veruntamẽ ô homo, tu quis es qui respõdeas deo? Nũquid dicit figmentũ figulo, Cur me fecisti sic? Hoc modo nos perpetuò quoq; simus grato & memori animo, pro omnibus deo gratias agentes: quoniam ei gloria, & gratiarum actio, & adoratio, nunc & semper & in infinita secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXL.

Domine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ cũ clamauero ad te. Huius quidẽ psalmi verba omnes, vt semel dicã, sciunt, & per omnẽ ætatem B perpetuo canunt: quis sit autem sensus eorũ quæ dicta sunt, nesciũt. Quod quidẽ non est parua reprehensione dignũ, quod qui quotidie canunt, & ore verba proferunt, non quęrunt vim sententiarũ quæ in his verbis sitæ sunt. Sed si viderit quidẽ quispiam aquã puram & lympidã, non se tenuerit quin ad eã accedat, tangat, & bibat, & qui in pratum assiduè ingreditur, nisi collectis prius aliquot floribus, recedere minimè sustinuerit. Vos autẽ qui ab ineunte ætate ad extremã vsq; senectutem hunc psalmũ meditamini, nihil aliud q̃ verba perpetuo tenetis, & absconso thesauro assidetis, & obsignatam crumenam circunfertis, & nec à curiositate quidẽ incitatus est quispiam vt disceret, quid est quod dicitur: non quæsiit, nõ scrutatus est. Quanquã nec il- C lud quidẽ dici potest, quod cũ esset psalmus apertus, omnes inuitauit ad somnum, nec fiuit vt quæreretur quod erat ad manũ. Est enim obscurus, & qui sufficit ad eũ excitandũ, qui non nimis profundè dormit, imò verò eum etiã qui dormit. Quid enim est illud, *Ne declines cor meum in verba malitiæ?* Quid verò, *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me?* Quod autẽ consequitur, dic quęso, an non est quibuslibet tenebris tenebricosius? *Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum?* Quanuis tamen tot sint obscura, veluti quoddã canticũ, ea multi leuiter prætercurrunt. Sed ne dum in reprehensione nimiũ immoramur, molesta euadat oratio, agè ad ea quæ dicta sunt perscrutãda veniamus. Sed diligenter attẽdite. Neq; enim puto fuisse temerè decretum à patribus, vt hic psalmus diceretur quotidie, nec id D *Psalmus hic quotidianus apud Græcos.* quidem propter id quod in eo dicitur, *Eleuatio manuũ mearũ sacrificiũ vespertinũ.* Nam idipsum quoq; in aliis psalmis dicitur, quẽadmodũ ille qui dicit, Vespere & manè & meridie narrabo, & annunciabo. *Psal.54.* Et rursus, Tuus est dies, & tua est nox. *Psal.73.* Et rursus, Vespere demorabitur fletus, & in matutino exultatio. *Psal.29.* & multi possunt inueniri psalmi qui vespertino tẽpori conueniãt. Non ergo propterea hunc psalmum decreuerũt patres, sed tanquã salutare aliquod pharmacũ & peccatorũ piaculũ vt is diceretur constituerunt, vt quæcunq; sordes aut maculæ fuerint à nobis toto die susceptæ, dum vel *Psalmus vespertinus.* in foro, vel domi, vel in quocunq; alio loco versamur, eas cum ad vesperum peruenerimus, per spiritale hoc carmẽ abstergamus. Est enim medicamẽtũ quod de- *Psalmus matutinus.* let hæc omnia. Talis est etiam psalmus matutinus, nihil enim vetat illius quoq; breuiter meminisse. Accẽ-

A dit enim in deum desideriũ, & animum excitat, & postquam valde inflammauit, & magna repleuit lætitia & charitate, ita permittit accedere. Videamꝰ autẽ vndenã incipiat, & quid nos doceat: Deus deus meus ad te *Psal.62.* de mane vigilo. Sitiuit te anima mea. Vides quomodo ostendit verbũ inflãmati animi. Vbi est autẽ amor *γνώμη.* dei, omnia mala recedũt. vbi est dei memoria, illic est peccatorũ obliuio, & malorũ interitus. Sic in sancto apparui tibi, vt viderẽ virtutẽ tuã, & gloriã tuã. Quid est, Sic? Cum hoc, inquit, desiderio, cum hac dilectione, vt videam tuã gloriã, quæ potest vbiq; videri. Sed ne eo qui est prę manibus relicto, aliũ obiter introducamus, transmisso auditore ad ea quæ de illo dicta sunt, ad ea quæ sunt nobis ꝓposita accedamus. Quid hic ergo dicit? Dñe clamaui ad te, exaudi me. Quid dicis? Quoniã *Clamor in sac. scri. quid.* clamasti, vis exaudiri, & eã affers iustã causam cur exaudiaris? Iis ergo qui magna & vehemẽti voce intẽsa- B que prediti sunt, opus est? Sed hoc fuerit à ratione alienum. Quid enim peccauit qui est parua & exili voce, tardęq; & impeditioris linguę? Nõne talis erat Moses, *Exod.4.* & omnibus magis exaudiebatur? Nõ Iudęi clamabant *Exod.17. 32.* plusquam omnes, sed deus eorũ precibus non annuit? Magna enim & exili voce esse præditum, sunt naturæ cõmoda. Ea autẽ non faciunt vt vel audiamur, vel nõ audiamur, vt quę nec digna sint quæ vel laudentur vel vituperentur. Multa enim naturę cõmoda adsunt etiã sceleratis. An nõ erat pulcher & formosus Absalon, & *2.Reg.14.* vsq; ad capillos capitis porrigebatur eius corporis species? Quid autẽ? an nõ erat caluus Helisæus, vt etiã ri- *4.Reg.2.* deretur à pueris? Sed nec illũ quidquam iuuit forma, nec hũc læsit deformitas. Et quid dico eũ qui est tenui & exili voce, tardiorísq; & impeditioris linguæ: cũ vel C tacens audiretur Moses, & Anna minimè loquens? *Exod.14.* Iudæos alloquens deus dicebat: *1.Reg.1.* Si multiplicetis orationem, non exaudiã vos. *Esa.1.* Cur hic ergo dicit, Clamaui ad te, exaudi me? *Clamor cordis.* Clamorẽ hîc dicit internũ clamorẽ, quẽ cor inflammatũ peperit, & contritus animus, quo cum clamaret Moses, exaudiebatur. Quẽadmodũ ergo qui clamat, omnes vires suas haurit & exinanit: ita etiã qui corde clamat, totã mentẽ suã conuertit. Talẽ ergo clamorẽ deus requirit, qui non sinat oscitare, & eum qui canit, ad alia diuertere. Non solùm autem quærit talẽ clamorẽ, sed etiam vt ipse oretur. Sunt enim multi qui stant quidẽ, ad deũ autem non clamant, sed labra qui- *Esa.29.* dem ad deũ clamant, & nomẽ dei circunferunt: mens *Matt.15.* autẽ nihil sentit eorũ quæ dicũtur. Qui ita se gerit, nõ clamat, & si maximè vociferetur. Qui ita se gerit, deũ non orat, & si maximè videatur orare. At non ita Mo- D ses, sed clamabat, & exaudiebatur, & ideo ei à deo dicitur, Cur ad me clamas? Nõ solùm autẽ clamans, sed *Exod.14.* etiã tacens impetrauit quę voluit, vt qui se dignũ prębuisset vt à deo exaudiretur. Quòd si vis etiam videre peccatores intensè & vehemẽter orãtes, magnáq; voce clamãtes, & impetrãtes, vide meretricẽ quę clamat silẽtiò: vide publicanũ qui à sola oratione fuit iustificatus. Hic quoq; tali clamore vtitur, & ideo dicit, Do- *Luc.7.* mine clamaui ad te, exaudi me. & ideo rogat vt audia- *Matt.18.* tur. Cum clamauero ad te. Vide etiam aliam virtutem orationis. Nõ enim rogat ideo exaudiri, quòd magno & vehementi studio oret, sed etiam ex eo ꝙ talem offerat orationẽ, vt digna sit oculis illis in quos nunquã cadit somnus. Quænã autem ea est? Quando quis non *Oratio à deo exaudiri digna quæ.* male precatur inimicis, quando non orat pro diuitiis & facultatibus, quãdo non pro potẽtia & gloria, neq; pro vlla re fluxa & caduca: sed pro illis immortalibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.6. & quæ nunquã intereunt. Quærite enim, inquit, regnũ dei, & hæc omnia adiicientur vobis. Cum clamauero ad te. Vides quomodo vult nos quoq; cũ magno studio & alacritate animi eũ vocare. etenim diabolus tũc
Matt.17. Marc.9. maximè insidiatur. Quoniã enim sunt maxima arma preces, & licet simus peccatores, infamiáq; & ignominia notati, si tamen perfectè, & dei legibus diligenter seruatis, oremus, magna efficimus: tũc nos conatur impellere in socordiã, & dimouere nostrã cogitationem: vt faciat nos absq; vllo fructu recedere ab oratione. Quocirca oportet nos, cũ hæc sciamus, aduersus eum nostrum cõmunire studium & diligẽtiam, & inimicis
Inimicis non malè precandũ. nostris nunquã malè precari, sed apostolos imitari. Illi enim cũ passi essent mala innumerabilia, & in carcerẽ coniecti essent, & in extremũ adducti periculũ, ad orationem confugiebant, dicentes: Respice super minas
Act.4. ipsorũ. Et quid postea? Num, Confringe ipsos, vel occide, dicebant, vt multi sæpe dicunt imprecantes? Nequaquã, sed quid? Et da seruis tuis cum fiducia loqui verbũ tuũ. Quomodo & quãnã ratione? In occidẽdis iis qui insidiantur? In iis delendis & ad internecionem vsq; de medio tollẽdis? Minimè. Sed quomodo? In signis & prodigiis faciẽdis per sanctũ filium tuũ Iesum. Vidisti orationẽ plenã philosophia, & quæ post tot & tanta mala non petit vt suppliciũ sumatur de inimicis. Sed hi quidẽ sic, viuẽtes & spirãtes. Stephanus autem, cum præsentis vitæ cursus esset ei interrumpendus, nõ solũ nihil mali eis petiit, sed eos etiã qui lapidabant, & eum intrimebãt, studet per suam orationẽ eripere ab ira quæ erat in eos ventura propter hoc peccatum, &
Act.7. dicit, Ne statuas eis hoc peccatũ. Quãmnã ergo veniã consequentur, & qua defensione vtentur qui suis ini-
Matth.5. micis malè precãtur? Quomodo autẽ exaudiri poterit
Rom.12. ea oratio, quãdo repugnat dei legibus? Nihil ergo tale dicamus. Non solùm enim nõ est malè precandũ inimicis, sed ira etiam in eos concepta est auferenda: &
1.Tim.2. ideo dicit: Volo viros orare in omni loco tollentes manus sanctas sine ira & disceptatione. Hoc est, Si sit tibi inimicus, extingue iram, & ita accede ad dominum: & non solum aduersus eum ore nihil dixeris, sed etiã expurges virus tui animi. Si talis sit tua oratio, & vehementi studio deũ inuocaueris, etiã priusquã orationẽ perfeceris, exaudieris. Hoc ipse quoque petit dicens: *Intende voci orationis meæ, cum clamauero ad te.* Etenim ipsius dei promissio est quæ dicit, Adhuc loquẽte te dicam, Ego adsum. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in con-*
Esa.58. *spectu tuo.* Alius, Statuatur oratio mea sicut incensum corã te. Alius, Præparetur. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinũ.* Alius, Donũ vesperæ. Alius, Oblatio vespertina. Quid nos volens docere propheta loquitur de sacrificio vespertino? Erant olim duo altaria,
Altaria duo. vnũ quidẽ æneum: alterũ verò aureũ. Et illud quidem erat publicũ, omnibus ferè totius populi hostiis expositum: Hoc autẽ sitũ erat in adytis, & intra velũ. Atq; adeò vt quæ à nobis dicantur, sint clariora, conemur
Templum Iudæorũ. Sãcta sanctorum. Sancta. potius ab ipso initio ducere orationẽ. Fuit olim apud Iudæos templũ, longum quidẽ quadraginta cubitos, latũ verò viginti. Huius longitudinis decẽ intus ablati intercipiebãtur cubitis: & quod erat interceptũ, vocabatur Sancta sanctorũ: quod erat autẽ extra, Sancta tantùm. Auro autẽ omnia collucebant. Nonnulli verò dixerunt supremã quoq; illam trabem fuisse aureã. Huc solus pontifex semel in anno ingrediebatur. Illic
Altare aureum. & arca sita erat, & Cherubim. Illic etiam stabat altare aureũ quò afferebatur thuribulũ, ad nihil aliud paratũ quàm ad solũ incensum seu suffitum. Hoc autẽ fiebat semel in anno. In externo ergo tẽplo erat altare æneũ, in quo quotidie offerebatur agnus, & comburebatur. *Altare æneum.* Hoc appellabatur vespertinũ sacrificiũ. erat enim etiã *Sacrificia vespertinum & matutinũ.* matutinũ, & bis in die oportebat altare accendi, præter alias hostias quæ offerebãtur à populo. Hoc enim erat iussum & lege statutũ sacerdotibus, vt ex se & ex domo sua, quando nullus offerret, vnũ matutinũ, & vnũ vespertinum agnũ sacrificarent & cõburerent: & illud quidẽ appellatur sacrificium matutinũ: hoc verò vespertinum. Hoc autẽ iusserat deus fieri, significans per id quod fiebat, eũ assiduè colere oportere, & cum dies incipit, & cum desinit. Hoc ergo sacrificium fuit sem- *Sacrificiũ semper acceptũ, & nõ semper acceptum.* per acceptũ, & eiusmodi hostia. Quod autẽ fiebat pro peccatis, aliquando quidẽ erat acceptũ, aliquando verò non acceptũ, vtpote quod hoc vel illud esset, prout erant affecti ad virtutem aut vitium qui illud offerebant. Quod autẽ non offerebatur pro aliorũ peccatis, sed erat lex sacrificij & modus colendi, erat omnino acceptũ. Hic ergo rogat, vt sit eius oratio vt illud sacrificium quod nulla polluebatur offerẽtis macula, sicut illud incensum sanctũ & purum. Propterea autẽ quod rogat, docet nos vt orationes nostræ sint puræ & odoriferæ. talis enim est iustitia: quẽadmodũ peccatũ est fœtidũ. Quocirca tetrũ eius odorẽ significãs, dicebat: *Peccati fœtor. Psal.37.* Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, tãquam onus graue grauatæ sunt super me. Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Quemadmodũ ergo suffitus per se est bonus & bene olens, tunc autem maximè bonum odorem emittit, quando igni accesserit: ita etiam oratio vel per se quidem bona est: est autem melior & fragrantior, quando offertur cum ardenti & *Fragrãtia orationis.* feruenti animo, quãdo anima efficitur thuribulum & ignem vehementem accendit. Neque enim imponebatur incensum aut suffitus, nisi esset prius accensa craticula, aut nisi arderent carbones. Hoc ipsum fac tu quoque in mente tua, accende prius ipsam promptitudine & animi alacritate, & tunc impone orationem. Precatur ergo vt oratio quidem sua fiat sicut incensum, eleuatio autem manuum sicut sacrificiũ vespertinum. Sunt enim ambo accepta. Quomodo autẽ hoc fiet? Si vtraq; sint munda, si vtraq; nulli sint reprehensioni vitióve obnoxia, & lingua & manus, hæ quidem ab auaritia & rapina expurgatæ, illa verò à malis ver- *Thuribuli opus.* bis libera. Quemadmodum enim oportet thuribulum nihil habere immundum, sed solum ignem & suffitum: *Lingua & manuum puritas.* ita etiam linguam nullum oportet verbum proferre quod sit vlla macula aut labe respersum, sed sanctitatẽ & laudem. Ita etiam oportet manus esse thuribulum. Sit ergo os tuum thuribulum. Vide autem ne id fimo impleas. Tales enim sunt qui loquuntur verba turpia & immunda. Cur autem non dixit matutinum, sed vespertinum? Mihi quidẽ videtur dictũ esse indiscrimi- *Vespertinũ sacrificium cur dictum.* natim. Si enim dixisset matutinũ, curiosus interrogasset, cur non dixit vespertinum. Si quis autem velit audire nõ nimis curiosè: dicendum est matutinũ quidẽ expectare vespertinum: cum vespertinum autem peractum fuerit, finitũ est sacrificium, & non est vtiq; amplius imperfectus diei cultus, sed est cõpletus, & finem accepit. Sed quid sibi vult manuũ in oratione eleuatio? Quoniam enim multis sceleribus inseruiunt, vt *Manus cur eleuãdæ in oratione.* percussionibus, cædibus, rapinis, auaritiæ, & bonorum alterius cupiditati, propter hoc ipsum ergo eas iubemur tendere, vt orationis ministeriũ sit eis vitij vinculum, & ab improbitate liberatio: vt quãdo es rapturus, *Esa.1. Psal.25.* vel in

vel in bona aliorũ inuasurus, aut alium verberaturus, in memoriam reuocans fore vt eas ad deum mittas te defensuras, & illud spiritale sacrificiũ per eas emittas,
Dan.4. ne eas ignominia & pudore afficias, & malæ operationis ministerio eis fiduciã auferas. Purga ergo eas eleemosyna, clementia, subueniẽdo iis qui indigent, & ita eas ea deo expandito ad orationem. Si enim non permittis vt eæ tollantur illotæ ad orationẽ: multò magis nõ æquum est vt eas peccatis inquines. Si quod minus est vereris: multo magis pertimesce quod maius est. Illotis enim orare manibus nõ est adeo absurdum, sed innumerabilibus peccatorũ sordib⁹ inquinatas offere, hoc iram affert maximã. Hoc ipsum & in ore & in
Argumẽtum à minori. lingua cogitemus, & ea sceleri inuia conseruantes, ita offeramus orationem. Si quis enim qui habet vas aureum, eo ad vilẽ vsum vti nunquam in animum induxerit propter preciũ materiæ: multo magis cum auro & margaritis habeamus ora longè precios̃iora, nõ par
Ephes.4.5 Colos.3. est vt ea polluamus verbis turpib⁹ & impudicis, maledictisq;, & contumeliis. Non in altari æneo nec aureo offers suffitũ, sed in eo quod est precios̃ius, nẽpe in tẽ-
1.Cor.6. plo spiritali. Illic enim est inanima materia: in te autem deus habitat, & es membrũ & corpus Christi. *Pone domine custodiã ori meo.* Cum rogasset dominũ vt eius audiretur oratio, & ad eã daretur aditus, vide quódnam primum affert postulatũ, & quámnam supplicationẽ. Non dixit enim, Da mihi pecunias. Da mihi honores qui sunt apud homines. Da mihi victoriã aduersus inimicos. Da mihi liberos. Nihil horum, sed hæc omnia sinens humi iacere, ea petit quę à deo dari digna sunt. Quid igitur? Nõ oportet, inquit, petere sensilia? Oportet quidẽ, sed moderatè, quẽadmodum Iacob dicens:
Gene.28. Si dederit mihi dominus panẽ ad vescẽdum, & vestẽ ad induendum, quemadmodum Christus iussit orare
Matth.6. Linguæ et oris custodia. nos, dicentes: Panem nostrũ supersubstãtialem da nobis hodie: ante omnia, spiritalia. Quod ipse quoq; facit dicẽs: Pone domine custodiã ori meo. Vidisti prudẽtiam, vidisti sapientiam, & vndénã postulationem incipiat? Ab eo qđ est eorũ quę rectè & ex virtutẽ fiunt, maximum, & est omniũ malorum causa si negligatur: quemadmodũ bonorum, si in eo cura ac studium ponatur. Mala enim innumerabilia parit linguæ facilitas
Collatio offij & oris. ac leuitas: quemadmodũ rursus bona, cautio & securitas. Quemadmodum ergo nihil iuuat domus, nõ vrbs, non mœnia, nõ portæ, non ostia, nisi sint qui ea custodiant, & sciant quando oportet ea quidem claudere, quando verò aperire: ita etiam oris & linguæ nulla est vtilitas, nisi sit ratio, cui sciẽter, accuratè ac circũspectè ea claudere & aperire permissum sit, & sciat quæ sint D efferenda, quæ verò retinenda. Nõ tot, inquit, gladio,
Eccle.28. Matt.15. Marc.7. Eccle.28. quot lingua ceciderũt: & Christus: Nõ quæ intrãt per os, coinquinãt hominẽ, sed quæ ex ore exeunt. Et rursus alius: Fac ori tuo portam & vectem. Hic autẽ quoniam nouit rem esse valde difficilẽ, addit & preces, & deum vocat ad ferendũ auxiliũ. Imò verò ille quoq; hoc ipsum significat, vt quãdo dicit: Quis dederit la-
Eccle.22. biis meis signaculũ callidũ? Oportet enim nostra quoque cõferre, & ideo hoc instar præcepti posuit, dicẽs: Fac portam & vectẽ. Est etiã dei inuocãdum auxiliũ, vt nostrum quoq; studium in opus exeat. Os ergo no-
Tacẽdi & loquendi vicissitudo. strum perpetuò custodiamus, ei rationẽ tanquã clauẽ adhibentes. Nõ vt perpetuò claudatur, sed vt conuenienti tempore reseretur. Nonnũquã enim silentiũ est
Eccle.3. loquela vtilius, quemadmodũ loquela quoq; silentio. Et ideo dicebat ille sapientissimus: Tempus tacendi, &

A tempus loquendi. Si enim oporteret ora perpetuò patere, nõ factæ essent portæ. Si autẽ perpetuò clausa esse, nõ esset opus custodia. Quod enim clausum est, cur quis custodierit? Sed ꝓpterea sunt portæ & custodia, vt faciamus singula tempore cõuenienti. Alius autem
Eccle.28. dicit, Lãcem & stateram fac linguæ tuæ, maiorem exigens diligentiã, vt non solùm verba quæ oportet efferamus: sed etiã cũ ea quæ par est cautione & accurata consideratione ipsa veluti ponderantes diligenter expẽdamus. Si enim hoc facimus in auro & materia quę interit, hoc multo magis faciendũ est in verbis, vt nihil desit, nec redundet. Quocirca dicit etiã quispiam:
Eccle.4. Verbum ne prohibueris in tẽpore salutis, Vidisti tẽpus
Ibidem. exitus. Alius autẽ dicẽs tẽpus silentij, inquit, Si est tibi sermo, respõde. Sin minus, esto man⁹ tua super os tuũ.
Eccle.20. Et rursus, Qui abundat in sermone, odio habebitur. Et
B melior est homo qui celat stultitiã suam, q̃ homo qui
Ibidem. occultat sapientiam suã. Audiuisti sermonẽ? moriatur
Eccle.19. in te. Confide, non te rumpet. Et rursus, A facie verbũ
Ibidem. pariet stultus, vt à facie infantis puerpera. Deinde etiã
Eccle.32. de modo. Loquere adolescentule, si opus sit tibi, vix bis: Si interrogatus fueris, in breuem summam paucis multa redige. Magna enim animaduersione opus est,
Eccle.20. vt linguæ potestate cautè & securè vtaris. Et ideo rursus dixit, est reprehensio, & non est tempestiua: & est
Gratia ser monis. tacens aliquis, qui inuenitur sapiens. Non solum enim oportet tacere & loqui opportunè, sed etiã cũ magna
Coloss.4. gratia. Quocirca dicebat Paulus, Sermo vester sit semper in gratia sale cõditus, vt sciatis quomodo oportet
Linguæ ex communi. vos in vnoquoq; respondere. Cogita apud te hoc esse membrum per quod cum deo colloquimur. Hoc est membrum, per quod in primis reuerendũ summa ve-
C neratione dignũ sacrificium suscipimus. Sciũt fideles quod dicitur, & ideo oportet id esse liberum ab omni accusatione, maledicto, verbo obscœno, & calũnia. Et si nos aliqua lasciua & impudica cogitatio vrgeat, ea
Tacitur nitatis vi tium ex tirpãdum. intus est suffocanda, nec permittendũ vt in verba exeat: & si pusillus & demissus animus facit vt loqui non audeas, sed apud te murmures, ea quoq; radix est exeranda. Tuta sit porta oportet, & perfecta custodia, nec permittendũ est vt intus mala consilia pariantur: & si pariuntur, ea sunt intus suffocanda, & est radix eorum execanda. Hãc habuit Iob custodiã, & ideo nullũ verbum inconcinnum aut absurdũ protulit, sed maxima quidem ex parte tacuit: quãdo autem eum loqui cum vxore oportuit, locutus est verba sapiẽtiæ plena. Tum
Iob.1.2. demum enim solũ loquẽdum est, quando quæ dicuntur, plus prosunt q̃ silentium. Quocirca Christus quo-
Tẽpus loquendi. que dicebat: Omne verbũ ociosum quod locuti fue-
Matt.12. rint homines, dabũt pro eo rationẽ. Et Paulus, Sermo
Ephes.4. obscœnus ex ore vestro non prodeat. Quomodo autẽ fuerit tuta hæc ianua, & accurata custodia, audi alium dicentẽ, Omnis narratio tua sit in lege altissimi: Si eũ
Eccle.9. didiceris nihil loqui superuacaneũ, sed diuinarũ scripturarũ narratione mẽtem & os tuum perpetuò munias: erit custodia quouis adamãte tutior. Per os enim multę sunt vitæ interitus, vt quãdo quis obscœna verba loquitur, quando verbis scurrilibus vtitur, quando vanam prę se fert gloriã, quãdo se magnificè iactat &
Matt.18. gloriatur, vt Phariseus: qui quoniam ori suo fores non obdidit, paucis verbis quęcunq; erãt intus, effusa sunt: quemadmodum qui in domo cui nullæ essent fores, qui positus erat intus thesaurum conseruare non potuit, repentè pauper factus est. Considera mihi quoq; alium, qui propter magnifica sua verba similiter pe-

Universidad de Deusto Biblioteca

Esa.14. riit. Dixit enim: Super astra cœli ponam sedem meã. *Psal.105.* Iudæi autẽ propterea ꝙ proximi malis lætantur, nunc *Ezec.36.* quidẽ audiunt: Propterea ꝙ dixisti, Euge, euge, factus *Iob.21.* est vt reliquæ gentes Israël, nunc autem probris inces- *Psal.143.* suntur, propterea quod murmurant, & dicunt, Omnis *Hier.12.* *Abac.1.* qui facit malũ, bonum corã domino, ipse quoq; in eis cõplacuit. Et nos alienos beatos ducimus, & ædificãtur qui faciunt scelera. Non ecce hæc scripta sunt in *1.Cor.11.* libro? Alij propter murmurationẽ, dicit Paulus: Neq; murmuremus sicut nonnulli eorum murmurarunt, & perierunt ab exterminatore. Et quãdo murmurarunt? *Exod.17.* Quando dicebant: Eduxisti nos vt occideres in deserto, *Exod.32.* quasi nõ essent monimenta in Aegypto. Alij pro- *Matth.3.* *Ezech.3.* pter ludũ, quemadmodũ dicit, Comederunt & biberunt, & surrexerunt ad ludendũ. Alij propter maledicta. Omnis enim qui dicit fratri suo, Stulte, reus erit iudicio, & his longè plures propter alia perierunt, cum *Silẽtij intempestiui malum.* non custodiissent ora sua. Quòd si vis videre nõnullos etiã perire ex intempestiuo silentio, ego tibi ostendã. Si enim, inquit, populo non annunciaueris, ille quidẽ *Ezech.3.* morietur in peccato suo, sanguinẽ autem eius è manu tua requirã. Alius, ꝙ nullo habito discrimine loquitur *Matth.7.* cũ aliquibus, & quæ sibi credita sunt, effundit. Nolite, *Risus malum.* inquit, dare sancta canibus, nec proiicite margaritas vestras ante porcos. Alius propter risum, & ideo dicit: *Luc.6.* *Matth.18* Væ vobis qui ridetis, quoniã flebitis. Vidisti quomo- *1.Reg.17.* do os perdit. Vide etiã contrà quomodo os cõseruat. Vide Pharisæũ per ipsum pereuntẽ: vide publicanum per ipsum conseruatũ. Vidisti gloriosum ac magniloquum barbarũ pœnas dantẽ: vide iustũ moderate lo- *Gene.18.* quentẽ, & dicentẽ, Ego sum terra & cinis. Vidisti eum qui lætatur & insultat, reprehẽdi & puniri: vide eũ qui miseretur, seruari. Da, inquit, signũ super vultus eorum *Ezech.9.* qui lugẽt, & mœrore afficiũtur. Quocirca Paulus quo- *Rom.12.* que dicebat, Gaudere cũ gaudentibus, & flere cũ flen- *Afflictis condolendum.* tibus. Si nihil, inquit, aliud potes, non parum, inquit, ei qui dolore afficitur, conferes, si vnà cũ eo eius vicẽ doleas. Vidisti eũ qui ridebat, fletui esse traditum: vide eũ *Matth.5.* qui luget, assecutum esse consolationẽ. Beati enim qui lugent, inquit, quoniam ipsi consolationem accipient. Vidisti eos qui murmurant, punitos: vide eos qui gra- *Danie.3.* tias agũt, seruatos. Benedictus es domine, & laudabile nomen tuum, quoniam iustus es in omnibus quę feci- *Hiere.12.* sti nobis. Et paulopost, Omnia quæcunque induxisti *Abac.1.* nobis, iusto iudicio fecisti. Illi dicebant: Omnis qui facit malum, bonum coram domino. Hi contrà, Mundus oculus tuus, vt non videat mala. Illi beatos ducebant alienos quoniam ædificantur facientes scelera: *Psal.32.* Hic eos quibus deus fert opem. Beatus, inquit, popu- *Psal.36.* lus, cuius dominus deus eius. Et rursus: Noli æmulari in malignantibus: nec eos beatos iudica, qui faciunt iniquitatem. Vidisti sanctos alios adhortantes, & ipsos manentes immobiles in tentationibus. Audi itaq; Ia- *Gene.28.* cob dicẽtem, Si dederit mihi dominus panem ad ve- *Gene.14.* scendum, & vestem ad induẽdum. Et Abraham, Non accipiam à te ex filo vsque ad corrigiam calceamenti. Porrò autem quãdo stuprum erat vxori inferendum, & fame premeretur, nihil graue aut absurdum locutus *Gene.12.* est. Et quãdo dixit filius, Pater ecce ligna & ignẽ, vbi *Ibid.22.* ouis? Vide cum quanta mansuetudine & sapientia respõdet, & dicit: Prouidebit sibiipsi, inquit, ouem deus, ô fili. nec à natura, nec à commiseratione cõuersus ad verba filij quę solus soli faciebat, quando consentaneũ erat desiderium vehementius accendi. Ne quis enim dicat ꝙ propter alios verecundia motus non fleuit, ab

A eo separatus, & cũ esset solus, ostendit summam philosophiã. Vidisti eos qui propter risum puniti fuerunt: vide eos qui per fletus & ieiunia seruantur, Niniuitas *Ionæ.3.* mente agitans. Vidisti eos qui propter maledicta dant pœnas: vide eos qui propter laudationem, mercedem accipiũt. Qui te benedicit, benedictus: & qui te execra- *Num.24.* tur, maledictus. Benedicite iis qui vos persequuntur: *Luc.6.* orate pro iis qui vobis insultant, vt sitis similes patris vestri qui est in cœlis. Vides ꝙ neq; oporteat omnino esse clausum, neq; apertum ad omnia, sed scire vniuscuiusq; tempus. Hæc autẽ cum sciret propheta, dixit, Pone domine custodiam ori meo. *Et ostium circũstantiæ labiis meis.* Quænam autem fuerit custodia, nisi cogitatio quæ vrget terribiliter, habẽs præ manibus ignẽ eos vsturum qui ore temere vsi fuerint? Eum adhibe ianitorem & custodẽ intentantem minas conscientię, & hanc portam nunquã intempestiuè aperies, sed tem- B pestiuè, & propter lucrũ, & bona innumerabilia. Quocirca dixit quispiã: Memẽto nouissima, & in æternum *Eccle.7.* non peccabis. Vidisti quomodo hic quoq; hanc præficit cogitationem. Ego verò ipsam etiam feci terribiliorem, non solũ propter finem, sed etiam post finem, cum dixi eum habere præ manibus. Si hoc ita fit, nihil mali parietur in animo. Cum eo alium quoq; ei appo- *Matt.12.* ne, qui dicat: Omnis verbi ociosi reddes rationem in *Gene.3.* die iudicij. Cogita ꝙ mors quoque ex eo ingressa est. *Ociosi verbi reddenda ratio.* Nisi enim mulier locuta esset cum serpente vt locuta est, nisi verba dixisset quæ ei minimè conueniebant, *Matt.26.* damnum non accepisset, viro non dedisset, ille nõ co- *Oscula immũda & ficta.* medisset. Hęc autẽ dico, non in os & linguam culpam conferens, absit, sed in importunum eorum vsum, qui *Marc.4.* ex rationis negligentia oritur. Est etiam alia via interi- C tus, quę ex ore proficiscitur, quando sunt turpia & immunda oscula, quando ficta ac fraudulenta. Eis quoq; impone custodiam. Tale erat Iudæ osculũ, dolo ple- *2.Cor.13.* num. Sed non tale Pauli osculum, quo iussit se inuicem *1.Reg.20* osculari, dicẽs: Salutate vos inuicem in osculo sancto, *Osculum sanctum.* queadmodũ nec Dauid quod Ionathæ præbet osculum, sed sanctũ, & honestum, & syncera dilectione plenum: cuiusmodi etiam fuit eorum qui in Pauli collum ceciderunt, & eum amplexi osculabantur. Et ideo di- *Act.26.* cit: Pone domine custodiam ori meo, & ostium, non *περιοχῆς munitionis.* absolutè autem ostiũ, sed ostiũ circunstantiæ addidit. Vt vniuersum cõtineat, & muniat. Iam verò est etiam aliud genus exitij per linguã, nempe dicere, Cur hoc ita est? Quocirca Paulus eos carpens, qui hæc inconsideratè loquuntur, dicit: Veruntamen, ô homo, tu quis *Rom.9.* es qui respondeas deo? Non oportet autẽ os solũ ob- D struere, sed mentem etiam ante os. Quocirca dicebat *Eccle.23.* etiã quispiam. Quis dabit in cogitatione mea flagella, vt ignorantiis meis non parcant? Quocirca Christus *Matth.5.* quoq; intus tollit ipsas malas cogitationes dicẽs: Qui aspexit mulierem ad concupiscẽdum, iam mœchatus est. Vides quomodo non finit pullulare nec initium su- *Ibidem.* mere cupiditatẽ, nec iram. Qui irascitur enim, inquit, fratri suo, reus erit gehennæ ignis. Non parum quoq; conducit ad securitatem, non multum loqui: & ideo *Prou.10.* dicit, In multiloquio non effugies peccatum: parcens autẽ labiis, eris intelligẽs. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis.* Alius, Ne diuerteris cor meũ in sermones malos, ad cogitãdũ sceleratas cogitationes. Cur autẽ vsus est ordine contrario? & cũ de ore prius esset locutus, tunc venit ad cor? *Collatio.* Nõ temere, nec abs re hoc facit. Quemadmodũ enim in captiuis qui volunt aufugere, qui eius rei curam gerunt,

runt, primùm hoc agunt, vt portas carceris præoccupent, & ad hoc omne studiũ suum conferunt, & si hoc factum fuerit, quod restat poterit facilè rectè geri: ita etiam hic quoq; id facit in hoc loco, & per ea quæ suadet, hoc ꝓpè dicit: Sint clausæ ianuæ, & malæ cogitationes citò expugnabuntur. Quocirca nec ab initio quidẽ permittit vt foras egrediantur: & malã conuellit radicẽ, dicens: Non declines cor meũ. Hoc est, *Cor, et virtutis & vitij fons.* Ne permittas vt declinet, ne sinas vt diuertat ad malas cogitationes. Illinc em̃ est fons virtutis & vitij, nẽpe à corde. Hoc autem significans, sic dixit, nõ quòd *Verba improbitatis* deus declinet, Absit. Quænã sunt autẽ verba improbitatis? Multa & diuersa. Nã & quæ insidias construunt, quæ deũ criminantur, quæ virtutẽ auersantur, quæ vitiũ sectantur, quæ de prauis dogmatibus & scelerata vita lubenter audiuntur, & cætera huiusmodi, sunt verba improbitatis, & ex magna improbitate procedunt. Quemadmodũ autẽ sunt cogitata & verba im- *Ioan.6.* probitatis, ita sunt etiã verba vitæ. Et ideo Christo di- *Verba vitæ & salutis.* cebant discipuli, Verba vitæ æternæ habes: & ad quem ibimus? Dicuntur autẽ verba vitæ, quæ vitam præbent. Dicũtur etiã verba salutis, quæ salutẽ acqui- *Eccl.4.* *Simile.* runt. Quocirca dicit quidã sapiens, Ne prohibeas sermonẽ in tempore salutis. Verba improbitatis ea etiã sunt quæ faciunt dicentes improbos. Quemadmodũ enim est aër pestilens, & qui morbos procreat: ita etiã verba. Quod autem facit ille in corpore, id ea faciunt animæ quæ illa suscipit. Orat ergo. hic quoque subiunxit, & dicit. Ne sinas vt cor meũ verba huiusmodi *Liberũ arbitrium.* suscipiat: ne permittas vt illuc inclinetur. Vidisti quomodo ostendit liberum animi arbitrium, & naturã in *Eccl.32.* se non habere vitiũ, sed à socordia inclinatã id susci- *Excusatio in peccatis pessima.* pere. *Ad excusandas excusationes in peccatis.* Hæc est via præcipua interitus, quando vel ipsa quæ peccauit anima, excusso timore excogitat excusationes & prætextus quosdã ad ignauiã, vel etiã quando, cum quispiam adulterauit, volens alius eius conpunctionẽ excutere, dicit: Nunquid tu causa es? causa est cupiditas. Malum est quidẽ peccare: hoc autẽ facit grauius, negare postquã peccaueris. Hæc sunt arma diaboli po- *Gen.3.* tissima. Hoc etiã in primis nostris parẽtibus vsuuenit. Cum enim oporteret Adam peccata confiteri, ille in Euam cõfert culpã, & illa rursus in diabolũ. Cũ opor- *Confessio peccati solutio.* teret dicere, peccauimus: illi non solùm nõ confitentur, sed etiã defensionẽ comparant. Cum enim sciret diabolus peccati cõfessionẽ esse peccati solutionem, *1.Reg.12. 24* persuadet animæ vt sit egregiè impudens. At tu, ô dilecte, quãdo peccaueris, dic: Peccaui. nihil est hac defensione iustius. Ita deũ reddis propitium: ita etiã facis vt tardius in ea rursus incidas. Sed quando quæris prætextus qui non sunt, & animã vis metu liberare, *Luc.18.* reddes eam promptiorẽ vt rursus eisdem implicetur: Deúmq; magis irritabis. Nulli enim peccatori deest impudens prætextus. Homicida culpam confert in iram, & fur in paupertatẽ, & adulter in cupiditatem, & alius in principem. Sed hi quidem sunt prætextus qui nihil habent rationis, nec se vllo iure possunt defendere. Illa em̃ non faciunt peccata, sed ipsi eorũ qui peccant animi. Ita autẽ esse ostendam ex iis quæ sunt ꝓxima, & illis cohærẽtia. Quando em̃ videtur homo alius qui & vitam agit in paupertate, & tenetur cupiditate, & necessitati naturæ est obnoxius, hæc nõ peccare: quánam poterũt vti defensione? Et ideo pulchrè *Eccl.23.* sic dixit quidam sapiens: Quis dederit in mente mea flagella, vt ignorantiis meis non parcant? Vide Dauid

A nullam excusationẽ afferentẽ quandò peccauit, sed *2.Reg.12* dicentem: Peccaui domino. Atqui potuisset dicere, Cur nudabatur mulier? Cur lauabatur ante meos oculos? Sed sciebat has esse friuolas excusationes, & quæ nihil haberent rationis: & ideo venit ad apertam sui accusationem, nẽpe vt diceret, Peccaui. At Saül non ita, sed cũ de vẽtriloqua seu Pythonissa reprehẽdere- *1.Reg.28* tur, dicebat Coarctor, & alienigenæ pugnant contra me. Ideo autem graue dedit suppliciũ. Cum em̃ deberet dicere, Peccaui, & me iniquè gessi: ille quidẽ hoc non dixit, sed abibat à ratione alienas quærens excusationes. *Cum hominibus operantibus iniquitatem.* Hoc subiunxit ostendens esse illorũ maximè afferre excusationes, & se impudenter gerere: & ideo hoc assiduè instar virtutis ꝓponit, fugere tales cœtus, atq; adeò totum librum ab eo incipit: Beatus vir qui non abiit in *Psal.1.* B consilio impiorum, & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Propterea autem ipsum inuenis in peccatis culpam lubenter agnoscere. Quãdo ergo numerauit populũ, dicebat, Ego pecca- *2.Reg.24* ui: & ego pastor malè feci. Nõ dixit, Quid tũ si nume- *Peccatorũ confessio deũ maximè pacat.* raui? sed seipsum cõdemnat, & ideo veniã assequitur. Nihil enim deũ æquè reddit ꝓpitium, ac sua peccata confiteri. Hoc autẽ fiet, si fugiantur eorum cœtus, qui *Hier.51.* metũ peccatorũ soluunt, & ad socordiã impellunt. Et *Iob.31.* ideo Paulus & Hieremias de eo multa verba faciunt, *Psal.25.* & iubent vtrique fugere malorum, & eorum qui sunt *1.Cor.5.* adeò ignaui, consuetudinẽ. Porrò autem Iob quoq; hoc refert in numerũ virtutis, dicens, Si ambulaui cũ irrisoribus. Hic autẽ ostendit se cum iis ne sedisse quidem, dicens: Non sedi cum concilio vanitatis. Quocirca Paulus quoque non finit vesci cum improbis, C imò nec vllam cum eis habere consuetudinem, dicẽs: Si quis autem non obedit sermoni nostro, eum signate: & non conuersemini cum eo. *2.Thes.4.* *Et non communicabo cum electis eorum.* Alius, Neque vnà comedam dulcia eorum. Alius, Non congregabor in deliciis eo- *Heb. delicias habet Chal. cãtilenas.* rum. Hic dicit illud Apostolicum, fugiendas esse delicias illorũ & conuiuia, vbi maximè crescit peccatũ, vbi maior est libertas & securitas. Non est autem hoc paruum signũ virtutis, nõ parua via correctionis, eiusmodi fugere conuiuia, & tales cœtus, & neque reuereri amicitiã, neque ventri seruientes robur & constãtiam animi dissoluere. Ita dũ multi reuererentur amicitiã, in ebrietatis fluctus deuoluti sunt, ita capti sunt à fornicatione, & ignẽ voluptatis accenderunt, dum secuti sunt conuiuia, & theatra habẽtia multũ iniqui- *Conuiuiorũ et theatrorũ pernicies.* tatis. Hoc ipse quoque ostendit se fecisse, vt ne eius- D modi quidem mensæ esset particeps. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Alius, Misereatur mei iustus misericordię, & increpet. Hoc quoq; est nõ paruũ genus *Reprehensores iusti non auersandi.* virtutis cum priore, non fugere reprehensiones & increpationes quæ fiunt à iustis. Quod autem dicit, est eiusmodi, Eorum quidem qui ad gratiam loquuntur propter damnũ, cœtus nunquã fuerim particeps: eos autem elegerim qui sunt acres & vehementes, & corrigunt, qui redarguunt, qui peccatum aperiunt, qui reprehendunt. Hoc est enim maximæ misericordię & clementiæ, mederi vulneribus. Oleum autem pecca- *γνώμη.* toris nõ impinguet caput meum. Vidisti animam virtute instructã, & in ea exercitatam, quæ fert quidem lubenter iustorum reprehensiones: quę autem ab iniquis, vel ad gratiam repellit & reiicit. Quamobrem? Quoniam illi quidem vel miserentes sępe exitium attulerunt:

Universidad de Deusto Biblioteca

tulerunt:hi autẽ acriter insectantes & increpãtes correxerunt: & cum horũ quidẽ reprehensione coniuncta est misericordia, cum illorum autẽ misericordia, mors. Et ideo dixit quispiam esse fideliora amicorum vulnera, q̃ voluntaria oscula inimicorum.

Prou. 27.

Considera autem quomodo hic significat illud apostolicum: Redargue, increpa, exhortare.

2.Tim.4.

Talis est em̃ sanctorũ reprehẽsio. Ita etiam faciunt medici: non solùm secant sed etiã alligant. Quocirca Christus quoq; efficiens vt grata esset & accepta reprehensio, non sinit reprehẽsionem ab initio publicari, dicens: Vade & reprehende ipsum inter te & ipsum solum.

Collatio. *Matt. 18.*

Ita etiã faciebat Paulus ostendens reprehensionem cũ misericordia, nunc quidem dicens: O insensati Galatæ. nunc autẽ: Filioli mei, quos iterũ parturio.

Gal. 3.4. *Reprehensionis cautio.*

Oportet em̃ eũ q reprehẽdit, multa excogitare, vt accepta sit & grata eius reprehensio: & magna sapientia opus est ei qui adhibuerit tale medicamentum: ac maiore quidem sapientia opus est ei qui reprehendit, q̃ ei qui corpus scindit. Quomodo? Quoniã illic quidem aliud est quod scindit, & aliud quod dolorem suscipit: hic autem eadem est quæ scindit, & quæ dolore afficitur. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, quid hoc est? Ille, inquit, non quęrit vtilitatẽ auditoris, sed suã, vt videatur suauis, iucundus, & amicus: hic autem ante suã gratiam, cõsiderat illius vtilitatem.

Num.16.

Vnde etiã hac ratione inter se maximè differunt. Si autẽ vel miserãtes sunt auersandi improbi: quando sunt admittendi? nũquam. Quãobrẽ etiã si præbeat pecunias, etiãsi delicias promittat & honores, eum repelle & fuge. Iustũ autem etiamsi te verbis ludificetur, etiam si te increpet & insectetur, sequere. Ille enim est qui te diligit.

Heb. inter mala.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. Alius, Adhuc enim & oratio mea intra vitia ipsorum. Alius, In improbitatibus ipsorũ. Hęc quidem petiit: Illa verò præbet à seipso, & hinc ostendit non oportere eos solum confidere orationi inertes & supinè dormientes, sed oportere etiã sua conferre. Quid hic autem ex se præbet? Nõ oues, boues, & pecunias, sed morũ moderationẽ, & q mirandum in modum eorum fugiat improbitatẽ.

Orationi soli nõ cõfidẽdum, sed & operãdum.

Non solum, inquit, illorum fugiam gratiam, nec eligam horum reprehensionem, sed etiã stabo aduersus eorum cupiditates: tantũ abest vt eligam eorum misericordiã. Hoc enim sibi vult illud, In beneplacitis eorum, hoc est, aduersus eorũ cupiditates.

Heb. Præcipitentur in manibus petræ.

Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum. Alius, auellentur in manu petræ. Ostendit hic q̃ sit peccatũ expugnatu facile, & quàm præceps vitiũ. Ipsi, inquit, principes, qui omnia agebant & ferebant, perierunt. Non dixit autem, perierunt, sed absorpti sunt, significans eos ita periisse vt nullum sit reliquũ eorum vestigium, quod etiam dicit de impio: Transij, & ecce, non erat: quęsiui ipsum, & non est inuentus locus eius.

Psal.36.

Quid est, iuxta? Propè. Quod autem dicit, est eiusmodi, Quemadmodũ petra aliqua quæ mari est obruta, non apparuerit: ita etiam demersæ illorum fœlicitates deinceps non amplius apparent, cum funditus interierint. Vel hoc ergo dicit, deletum esse funditus eorũ nomen & gloriã: vel id significat esse potens, robustum & validum. Illud enim significat, auellentur in manu petræ.

Ir כעמו *70* ηδυνθησαν *suauia, iucunda puchra fuerunt.*

Audient verba mea, quoniam potuerunt. Alius, Quoniã munita sunt satellitib⁹. Alius, Quoniã speciosa fuerunt. Hoc est, scient per rerũ experientiã, exhortationis & consilij mei iucunditatem. Et quomodo? Reprehensio iustorum hunc producit fructum, & eorũ disciplina ma-

A gnam affert voluptatẽ. Talis est enim virtus. Habet quidem breuis temporis laborem, perpetuam autẽ lętitiam.

Sap.3. *2.Cor.4.*

Sicut crassitudo terræ erupta est super terrã. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Alius, quemadmodum agricola quando frangit terrã: ita dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. Alius, Perinde ac ei qui confringit ac dissecat terrã, dissipata sunt ossa nostra in inferno. Alius; Vt qui colit & fodit terrã, dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum. Postquã dixit verba sua habere plurimum voluptatis, dicit etiam veteres calamitates. Quanuis, inquit, extrema passi sumus, & tanquam proscissa, arata, & fossa terra dispersi sumus omnes & periimus, & ad ipsas mortis portas deuenimus: ita tamen affecti maluimus reprehensionem & correctionem iustorũ, q̃ misericordiã peccatorũ. etenim quodcunque acciderit, à tua spe pendemus: neque quicquã nobis eueniet, quod possit efficere quo min⁹ ad te re-

B spiciamus. Vnde etiam subiunxit dicens, *Quia ad te domine, domine oculi mei. In te speraui, non auferas animam meam.* Etsi, inquit, innumerabiles irruant calamitates, licet bella, prælia, mortes, & portæ inferi, à sacra anchora nõ recedimus, sed firmã tui auxilij spem tenemus, armísque & acie dimissis, speramus fore vt hinc, nempe à tuo auxilio liberemur.

Sacra anchora spes in deum. *Heb.6.*

In te speraui, nõ auferas animã meã. Alius, Ne* euacues. Hoc est, ne sinas me abire re infecta.

**Frustreris*

Custodi me à laqueo quẽ statuerũt mihi, & à scandalis operantiũ iniquitatẽ. Non hic dicit tantum insidias, sed quæ clàm fiunt, & occultæ sunt, quæ sunt & obseruatu & deprehensu difficiles, & ad quas cauẽdas superno maximè auxilio opus est. Precatione autẽ ideo cõclusit orationẽ, à qua exordiũ sumpserat in ea desinens, hæc quidem à se conferri ostendens, spẽ in

C deum, perpetuò ad deũ respicere, malorum cœtus fugere, odio habere improbas eorũ cupiditates. A deo autem opem & auxiliũ, & iis quæ sunt toleratu difficillima, reddere superiorem. Ita em̃ virtus contexitur, dum & nostrũ studium adhibetur, & deus nobis opitulatur.

Virtutis cõtextus.

Cadent in retiaculo eius pedes. Singulariter sum ego donec transeam In cuiusnã cadent retiaculum? dei. Hoc est, vincentur, capientur. Tenentur em̃ iusti, vt corrigantur, & excitetur eorum philosophia: peccatores autem, vt quorum sit morbus immedicabilis, vsq; ad pœnam & suppliciũ detinentur. Singulariter sum ego donec trãseam. Alius, Simul ego sum donec transeã. Hoc est, compactus, coniunctus, nõ dispersus: vel ex septuaginta sentẽtia, liberatus à malis, purus ab illorũ congressione, & tãquam solus habitans: quod quidẽ est maximũ genus virtutis. Non vno autẽ aut duobus

Editio græca hoc non habet.

D tribúsve diebus hoc facit, sed per totã vitam. Hoc est murus, hoc propugnaculũ, hoc virtutis incrementũ, malos fugere, coactum & constipatum apud se consistere toto vitæ tempore, & ab iis qui corrumpunt, seiunctum habitare. Solitudo enim nõ facit esse solum, sed mens quæ tenetur amore & studio sapientiæ. Ita etiam qui habitant in mediis vrbibus, foris, & strepitibus, poterunt esse singulares homines, dum corruptos cœtus fugiant, & se iustorũ conciliis adiungant.

Monachus m⁹ verus. *Sĩgulares homines.*

Hæc est via secura. Qui ergo est ad alios corrigendos idoneus, cum iis versetur qui sunt suscepturi medicinam, & eos reddat meliores. Qui est autẽ imbecillior, fugiat improbos, vt ab illis damnum non accipiat. Ita & præsentẽ vitam tutè aget, & securè, & bona futura cõsequetur. Quæ detur nobis omnib⁹ cõsequi gratia & clementia dñi nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

IN

IN PSALMVM CXLI.

Conduplicatio.

VOce mea ad dominum clamaui, *voce mea ad dominũ deprecatus sum.* Vides quomodo vbique hoc facit, & hinc ducit exordium. Bis autem hic dicit, voce & voce. Hoc autem non abs re facit, sed vt hæc duo nos doceat per conduplicationem, & summam animi alacritatem, & intẽsam mentem. Præterea autem suam oportere esse vocem. Nõ enim omnes voce clamant, nec ad deum: nec propria. Oportet autem hæc omnia concurrere. Qui clamat aduersus inimicos, non edit vocẽ hominis, sed feræ & serpentis.

Vox hominis. *Vox serpẽtis.* *Vox in sacro quæ intelligatur.*

Qui est negligens, & non audit quæ dicit, non clamat ad deum, sed nequicquã ac temere loquitur. Qui mẽtem non excitat, & si valde vociferetur, hic rursus non clamat. Vox enim, vt iam sæpe dixi, non significat spiritus tonum, sed mentem intensam. At hic non sic, sed hæc tria simul colligit, & ostendit se & voce clamare, & ad deũ, & voce propria, & ideo bis dicit, voce mea, & voce mea.

Pronuncio ... annũciabo, vt Hebr. & Chal. *Hiere.17.*

Effundo in conspectu eius orationem meam & tribulationem meam ante ipsum pronuncio. Vidisti animum liberũ ab omnibus quæ ad hãc vitam pertinent. neq; enim confugit ad homines, nec ab eis petiit auxiliũ, sed opem quæ expugnari nõ potest, rogauit à superis. Deinde intensam & vehementẽ animi promptitudinem, quam intus habuit absconsam ostendit per hæc verba, Effundo, inquit, abũdè ac copiosè. Hinc etiam discimus afflictiones non parũ conferre ad philosophiã. Hic est fruct⁹ afflictionis. Nemo ergo ipsam fugiat. Duo enim habet hæc commoda. Vnum quidẽ quòd facit studiosiores, & attẽtiores. Alterum autem, quòd ea quoque iusta est causa vt audiamur. Et ideo non dixit ipse, iustitiã meam, nec mea rectè facta, sed meam afflictionẽ, nempe q ea nõ paruum afferat patrociniũ.

Afflictionis commoda duo.

Esa.40. iuxta.70

Quocirca Esaias, Adhortamini, inquit, populum meum sacerdotes, loquimini ad cor Hierusalem, quoniam suscepit de manu domini duplicia peccata eius. Et Paulus: Tradidi hunc hominẽ Satanæ ad interitũ carnis: vt spiritus sit saluus.

1.Cor.5. *1.Cor.11.*

Et ad Corinthios scribẽs, dicebat: Propterea multi in vobis infirmi sunt & imbecilli, & dormiunt multi. Si enim nos ipsos iudicaremus, non iudicaremur. Iudicati autem à domino castigamur, ne cum mundo condemnemur. Porrò autem diuiti dicebat Abraham: Recepisti bona tua in vita tua, & Lazarus mala sua: & nũc hic quidem consolationem accipit, tu verò cruciaris.

Luc.16.

Iam verò Dauid quoq; cũ ei malediceret Semei, dicebat: Sine eum mihi maledicere, quoniam deus ei mandauit, vt videret meam humilitatem. Et in scripturis vbique inuenim⁹ quòd qui afflictiones ferunt grato & patienti animo, non solùm multa peccata delent, sed etiã non paruã apud deum fiduciam & loquendi libertatẽ obtinent.

2.Reg.16. *Deu.4.* *Psa.17.33* *Esa.9.* *Osee.6.*

In deficiendo ex me spiritũ meũ, & tu cognouisti semitas meas. Quando qui sunt in primis pusilli & abiecti animi, cõcidunt, & multi etiã mala verba loquuntur: is tunc maximè philosophatur, vt qui studij magistram habeat afflictionem. Quando ergo videris quempiã ex afflictione desperãtem, aut verbum aliquod acerbum proloquentem: ne in causa esse existimes afflictionẽ, sed pusillum & abiectum eius qui loquitur, animum. afflictionis enim natura solet efficere cõtraria, attentionem, animi contritionẽ, intensam mentem, pietatis incrementum. Quocirca dicebat Paulus: Afflictio patientiam operatur, patientia probationem. Si autẽ Iudæi afflicti murmurabant, non afflictionis, sed illorum amẽtiæ erant verba murmurationis. Sancti cum

Afflictionis effect⁹. *Rom.5.* *Exod.15.16.17. & Num.16.*

A affligũtur, euadũt clariores, & sapiẽtiæ studio magis dediti. Quocirca ipse quoque dicebat, Bonum mihi domine q humiliasti me, vt discã iustificationes tuas. Et Paulus: Et propter ingentẽ magnitudinem reuelationum, ne nimis extollerer, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizet. Pro eo ter dominũ rogaui, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea: virtus enim in infirmitate perficitur. Et ideo mihi placeo in afflictionibus, in infirmitatibus, in persecutionibus. Quando enim infirmor: tunc potens sum.

Psal.118. *2.Cor.12.*

Vides eum magis excitari in afflictione, & ad deũ cõfugere, & ei vehemẽter adhærere in ipso profundo malorũ, (Hoc em̃ sibi vult illud, In deficiendo ex me spiritũ meũ) & tunc diligentiorẽ & meliorẽ effici. Illud autem, Et tu cognouisti semitas meas, Alius interpres dixit, Tu enim scis. *In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & videbã:*

Heb. & Chald. Quũ anxi⁹ esset vel defecisset in m. s. m.

B *& non erat qui cognosceret me.* Hic ostendit ingentẽ calamitatem, & mala amplificata, & hostium insidias, quomodo prius accesserunt, volentes eum prosternere, & quod est omnium difficillimum, non modò nulli erant socij aut adiutores, sed ne eũ quidẽ agnoscebant. Hoc est maxima solitudo, summa alienatio, est enim paucorũ, adesse in calamitatibus, & opẽ ferre, & maximè quãdo calamitates minantur pericula. Sed hoc nõ modò eum non læsit, sed etiã valde iuuit, vtpote q eum deo familiarem fecerit.

Calamitosis pauci adsunt. *Esa.63.* *Hier.2.* *Matt.26.*

Et tu ergo ô dilecte, quando videris mala crescere, ne concidas, nec animũ abiicias, sed sis gnauior & vigilantior. Deus em̃ ideo permittit ea oriri, vt tuam excutiat socordiam, vt te dormitantẽ excitet. Tunc em̃ excinduntur omnia superuacanea: tunc omnia quæ ad hanc nostrã vitam

C pertinent, expirant: tunc in oratione euadit quis diligentior, tunc ad eleemosynã & ad ventris despicientiam fit alacrior, & vnumquodq; animi vitium facilè superatur, fugatum ab afflictione. Neq; em̃ ab initio vt nos puniret, implicauit nos laboribus & ægritudinibus, etiã si ita pronũciarit vt supplicij loco haberet: sed vt nos castigaret, & meliores redderet. Si em̃ cum & dolor immineat, & vita sit laboriosa, adeò inualescit vitium: si nihil esset horum, quò tandẽ non processisset? Et quid miraris si ita est in animo, cum etiam in corporib⁹ sit bonũ afflictio: & supra modũ luxuriare, & deliciis perfundi carnem, sit valde noxium?

Psal.114. *Eccl.2.* *Iob.5.* *Osee.4.*

& alioqui dum vndique ponuntur insidiæ, id homines reddit cautos & circunspectos: & si attenderimus, nihil damni accipimus. Et ideo dicit quispiam, agnosce q transis in medio laqueorum, & supra ciuitatum pin-

Eccl.9.

D nas ambulas, & hic: In via hac qua ambulabã, abscõderunt laqueũ mihi. Quòd si quis hæc etiam sumpserit anagogicè, videbit hoc ipsum facientem diabolũ, & non procul sed propè occultantẽ insidias. Quocirca magna nobis cautione & vigilantia opus est. Occultat enim laqueũ in eleemosyna, nempe vanã gloriam, in ieiunio arrogantiã, & in aliis alia in ipsis viis in quibus ambulamus: quod est longè difficillimum.

1.Pet.5. *Laqueos etiã in virtutibus tẽdit diabolus.*

Periit fuga à me. Vide rursus aliam malorum accessionem. Ostendit enim non solum esse in viis laqueos, nec vllum fuisse qui opem ferret & agnosceret, sed nec quod reliquum quidem est ad euasionem, vt fuga saluti suæ consulat, id sibi esse promptum & expeditũ. Ita in mediis malis interceptus fuerat, nec effugi poterat calamitas: & tamen ne sic quidem desperabat. *Et non est qui requirat animã meam.* Hoc est, Qui defendat, qui opem ferat. Quid hic ergo? Nũquid cum

in tanta

Universidad de Deusto Biblioteca

in tanta verſaretur inopia, & tanta premeretur rerum
difficultate, deſperauit ſalutem? Nequaquam, ſed ad
deum ſtatim cõfugit, & dicit: *Clamaui ad te domine, dixi,*
tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. Vides cautionẽ
animi & vigilantiã. Mala eum minimè obruerunt, ſed
magis erexerunt & extulerunt: & cùm in ſumma eſſet
inopia, & rerum omniũ difficultate, agnouit manum
inuictam, & vires omnipotentes, & in rebus impeditis
facilẽ euadendi rationem. Dixi, tu es ſpes mea. Repro
bata ſunt, inquit, humana omnia, & tẽpeſtas adeò eſt
omni auxilio ſuperior, vt nulla arte poſſit vitari nau-
fragium, & tamen etiamſi hæc omnia deſperata ſunt
apud homines, omnéſq; defeſſi & malis exhauſti ſimꝰ:
tibi tamen omnia ſunt facilia: vnde etiam in te ſperã-
tes minimè elangueſcimus. Portio mea es in terra vi-
Iob.42. uentium. Hoc eſt, Totus theſaurus meus, diuitiæ meę,
Sap.12 omnia ipſe es. In terra viuentium. Terram viuentium
Eccl.8. hîc vocat ſuam patriam. Captiuitatẽ enim Babyloni-
2.Cor.1. cam, inferos & mortem ſæpe vocat. Deinde quoniam
cum in aliena quidẽ eſſet regione, ſolitus non perage-
batur cultus, illic autem omnia ſacra & omnes imple-
bantur ceremoniæ: propterea dicit, Portio mea es in
terra viuentium. Semper mei curam geſſiſti, inquit, &
me tibi familiarẽ feciſti in terra, & magna mihi tecũ
interceſſit cõiunctio. *Intende ad deprecationẽ meã, quia*
humiliatus ſum nimis. Vides quomodo id quod ſuperius
dixit, hoc etiã ponit hîc pro ſui defenſione, ꝙ humi-
liatus ſit, inquã, ꝙ peccatorum ſupra modum pœnas
Nimis, dederit. Hoc autem, Nimis, non eſt eorum quæ facta
particulæ ſunt, reprehenſionis: ſed eius qui patitur, doloris & im
vſus. becillitatis. Si enim quid peccata mereantur, reſpexe-
Peccatanũ ris: non eſt nimia deiectio ac humiliatio. Sin autẽ eius
quã dignè deꝰ punit. qui fert, imbecillitatem: nimia eſt, & ſupra modum.
Pſa.144. Deus enim nunquam pœnas ſumit quas merẽtur pec
Abac.3. cata. Quòd ſi iis qui patiũtur, videtur eſſe intolerabi-
Iac.2. lis, id non ex eorum quæ fiunt, natura proficiſcitur: ſed
ex imbecillitate eorum qui illa ſuſtinent. *Libera me à*
perſequentibus me, quia confortati ſunt ſuper me. Ecce rurſus
alia cauſa, nẽpe iniuſtę eorum qui illum inceſſunt, in-
ſidiæ, & quòd ipſe ſit valde imbecillus. *Educ de cuſtodia*
Confeſſio *animam meam, ad confitendum nomini tuo.* Cõfiteri hîc po-
gratiarũ nitur pro eo quod eſt gratias agere. Hoc eſt autẽ qđ
actio. dicit, Libera me à malis. Per cuſtodiam enim, ſeu car-
cerem, ſignificat ſummas calamitates. Ad confitendũ
γνώμη. nomini tuo. Hoc quoque eſt nõ paruum, vt qui rebus
vtuntur ſecundis, acceptorum beneficiorum minimè
obliuiſcantur. Multi enim homines in afflictionibus
quidẽ ſunt diligentiores, in rebus autem proſperis &
Prou.1. ocio ſocordiores: alij rurſus in quiete & rebus ſecũdis
Ezech.16 *1.Re.vlt.* ſunt negligentes: & in rebus aduerſis de ſe deſperant,
Hie.8.18 & fiũt ſupiniores. Sed hîc in vtraque horũ temporum
differentia manet ſemper eandem cautionẽ adhibens
ac cõſeruans. neque enim afflictio vt is animo conci-
deret, effecit: ſed ad orationẽ potius & ſupplicationẽ
eum adduxit: nec rerũ proſperarũ ſucceſſus & ocium
eum ſupinum reddidit, ſed tunc etiam paratus eſt ad
gratiarum actionem. *Me expectabunt iuſti, donec retribuas*
Heb. circũdabunt. *mihi.* Coronabunt iuſti, quando me beneficio affece-
ris. Quid hoc eſt? Hoc quoq; iuſtis proderit. Illi enim
gaudebunt, lætitia afficientur, exultabunt, cùm me vi-
derint liberatum à malis. Tales enim ſunt ſanctorum
animæ: & eorum cum quibus malè agitur, miſerẽtur:
nec iis inuident quibus res ſecũdæ euenerint, ſed gau-
dent & lætãtur, & iis qui beneficio affecti ſunt, gratu-
Rom.12. lantur. Quod etiam iuſſit Paulus, Gaudete, inquiens,

A cum gaudentibus: & flete cum flentibus. Non eſt au-
tem hæc parua virtus. Multi enim iacentibus lætabũ-
di inſultant, & ſe erigentibus inuident, ex crudelitate
& ſumma inhumanitate vtraſque has perturbationes
animi patientes. At non ſic iuſti, ſed ab vtroque hoc
vitio liberati, cùm ſint miſericordes & clementes, has
virtutes poſſident. Quemadmodum ergo illis ex cru-
delitate vtraque eueniunt, ita his propter humanita-
tem & clementiam, quòd & eorum qui dolent, com-
miſereantur: & iis cum quibus bene agitur, collæten-
tur. Cur autẽ dixit, Donec retribuas mihi? Alius qui- *Hebr. & Chald.*
dem dicit, Quando mihi benefeceris. Alij verò, Quã-
do retribues & remuneraberis me. Atqui ſuperius di-
xit afflictionem & humiliationem, non præclara faci-
nora, nec ex rectè factis fiduciam. Quánam autem de *Afflictionis tolerãtia æquanimis, meritoria.*
cauſa petit remunerationem? Pro diebus humiliatio-
nis. Non eſt enim puſillum hoc rectè factum, ferre af-
B flictionem cum gratiarum actione, & ideo vocat retri
butionem, eam quæ illa ſequitur, remunerationem.
Nec nos ergo animi angamur in afflictionibus, ſed *Mat.6.26*
oremus ne intremus in tentationem: quæ autem eue-
nerint excipiamus. Ita enim & quæ habemus peccata,
deponimus: & ſiqua eſt in nobis iuſtitia, eam clariorẽ
reddimus. Id autẽ Iob oſtẽdit, qui tunc magis claruit.
Hoc bonum eſt etiam in corporibus. Hoc nõ ſolum *Afflictionis cõmoditas, à ſimili.*
eſt in hominibus, ſed etiam in brutis: non in brutis ſo-
lùm, ſed etiam in plantis. Et ideo ne in vitibus quidẽ
permittunt agricolæ comas nimis luxuriare, nec in
aliis arboribus, ſed ne nimium creſcant, falce prohi-
bent, omnes earum vires in radices conuertentes, ne
eæ in foliis conſumptæ, fructus inanes & inutiles pro-
ducant. Quod quidẽ euenit etiam in hominibus. Stu-
dio enim in ea quæ ſunt ſuperflua conſumpto, imbe-
C cillior fit animus ad ferendum fructum pietatis matu-
rum & perfectum. Hoc etiam videri poteſt in aquis.
Quæ enim cõſiſtit, & nõ meat, eſt noxia: ſed quæ mo- *A ſimili rurſus.*
uetur, exhauritur, & per tubos & aquæductus trãſmit-
titur, non ſolùm ea eſt ſalubris, ſed & viſu, & tactu, &
potu eſt iucũdior. Sæpe etiam vicit naturam afflictio.
Quod enim vietum ac flaccidum eſt, & deorſum fer-
tur, ſi prematur, ſurſum erigitur. Quod etiam accidit
in hominibus. Qui enim facilè ferũt afflictiones, red-
duntur excelſiores, etiamſi ſint valde abiecti, terreni,
& humiles: & ex iis magna commoda accipiunt. Hęc
ergo cum ſciamus, cum gratiarũ actione feramus ma-
la quæ in nos immittuntur, vt & illa nobis fiant faci-
liora, & bona futura conſequamur. Quæ detur nobis
omnibus conſequi gratia & clementia domini noſtri
Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculo-
D rum, Amen.

IN PSALMVM CXLII.

D*Omine exaudi orationem meam.* Eſt quidẽ προσ-
ευχὴ & precatio quæ fit per verba, & eſt etiã
promiſſum ſeu votũ. Quocirca ſuadet etiam
quidam ſapiens, dicens, Ne iteraueris verbum in ora- *Eccl.7.*
tione tua. Non autem hortatur & ſuadet vt nõ eadem
bis dicamus cùm deũ rogamus & precamur: abſit: (iu *Luc.11.b*
bemur enim perſeuerare in orationibꝰ) ſed ne differa- *Eccl.7.a*
mus quando deo aliquid fuerimus polliciti, & id ſol-
uere properemus. Et ideo dicit alibi, Ne differas red-
dere votum. Futurũ enim eſt incertũ. Vel enim mor-
bus, vel quæ præter opinionem accidũt negotia, pro-
hibuerint. Quòd ſi etiam mors adueniens te interru-
perit, nõ dabitur tibi venia. Orationẽ autem hîc dicit
precationem & ſupplicationẽ: & ideo ſubiunxit, hoc
ipſum

ipſum ſignificans, *Auribus percipe obſecrationẽ meã in ve-*
ritate tua. Alius, In fide tua. Aliꝰ, In ſtabilitate tua. Hoc
eſt, Annue petitioni, & fac vt ea effectũ cõſequatᷓ, tua
veritate cõfirmãs: vtere tua potentia ad ea implenda
quæ peto. Sed videamus cuiuſmodi ſit poſtulatio. A-
pud homines quando quis offert ſupplicationẽ, hoc
cõſiderant qui eam ſuſcipiũt: & ſi ſit iuſtũ & legitimũ,
auditur. Sed apud homines quidẽ, pro honoribus, di-
gnitatibus, & pecuniis fit ſupplicatio, ſæpe etiã vt ꝓ-
hibeatur iniuria: alij autẽ ea petũt quæ ſunt maiora q̃
vt fieri poſſint à iudicibus: nos autẽ ſupplicamus pro
peccatorũ cõdonatione: & tũc venimus ad ſupplica-
Conſciẽtia iudex interior. tionem, quãdo iudex qui eſt intus, non remiſerit, con-
ſcientia inquã noſtra, quæ nos vrget ac vexat. Neque
enĩ in eius poteſtate ſitũ eſt remittere: & quemadmo-
dũ ad imperatorẽ nemo pro veſte diſciſſa, nec ꝓ de-
Auxiliũ dei in quibus rebus quærendũ. cẽ obolis ereptis audet accedere: ita etiã tu, atq; adeò
longè amplius, caue ne ad deum accedas pro rebus
vilibus, contemptis, & nihili: vt verbi gratia, ſi quis in
pecunia tibi fecerit iniuriam, aut ſi quis affecerit te
contumelia: ſed in iis in quibus diabolus te iniuria af-
ficit, cum ſuperno maximè auxilio opus eſt. At nõ ha-
bes qui tui curã gerat, & tuã ſupplicationem offerat?
Cùm rex ꝓcedit, eũ alloquere, & quære tempus op-
portunum. Quando ergo procedit rex? Semper &
perpetuò. Quãdo eſt autẽ tempus opportunũ? Quã-
do tu volueris, quãdo vt dignus ſis teipſum præpara-
Exod.19. ueris. Iubebantur quidẽ Iudæi in valle ſubſiſtere cum
deo apparerent, & albas veſtes induere, & cũ vxore
rem non habere. Tu autem animã emunda pro veſti-
bus, & cum moderatione, manſuetudine, & ſumma
quiete accede, & ad regem ꝓficiſcere, & ſi vis verè qđ
petis, impetrare: nõ eget multis ſumptibus peregrina-
tio: accipe virtutem viaticum. Et vbinã agit hic rex?
Pſal.50. Prope eos qui corde ſunt cõtrito. Illa via ingredere.
Deus quibus præſto ſit. Prope eſt dñs omnibus qui ipſum inuocant in ve-
ritate, illic eũ inuenies. Illic eum alloquêris. Eſt prope
Eſa.58. eos q panẽ frangunt eſurientibus, & faciũt eleemoſy-
Ibidem. nam. Si hac veneris, inuenies eum paratum, annuentẽ
tuæ petitioni. Te enim adhuc loquente, dicam, Ecce
adſum, nec opus erit interceſſore: ſed per te ipſum qđ
petis aſſequêris. *Exaudi me in tua iuſtitia.* Quid facis ô
homo? Procedens dicturus es, Ne intres in iudicium
cũ ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis viuens: & hîc rogas vt ſicut iuſtũ eſt exaudiaris?
Iuſtitia dei clementia. Quid eſt ergo quod dicitur? Iuſtitiã hîc dicit clemen-
tiam, & in multis ſcripturæ locis videri poteſt accipi
iuſtitia pro clemẽtia, ídq; iure perfecto. Apud homi-
nes enim iuſtitia, priuata eſt miſericordia: apud deum
autem non itidem, ſed iuſtitiæ quoq; admixta eſt mi-
ſericordia, & tanta, vt ipſa etiã iuſtitia vocetur clemẽ-
tia. Atqui cõſidera quidẽ in inundatione quãta fuerit
Gen.7.8 miſericordia, quanta rurſus iuſtitia. Etſi enim pœnas
dederunt qui tunc peccabant: non tamen dederunt
quas meruerant. Ne mihi enim molem aquarũ reſpe-
xeris, neque dierũ multitudinem quibus fuit diluuij
naufragium, neque orbẽ terræ qui tunc erat abyſſus.
Quid hoc enim refert eorum qui perierunt? Hæc enĩ
Diluuij punitio quã lenis. poſſunt quidẽ timorem incutere: iis autem qui mor-
tui ſunt, nullum ſuppliciũ afferunt. Quomodo enĩ pu-
nirentur qui quæ fiunt, non ſentiunt? quorum etiam
breui temporis momẽto fuit interitus, breuéq; & le-
uiſſimã mortem paſſi ſunt, & igne & enſe & laqueo &
tormentis faciliorẽ, & longè minus moleſtam. Quare
ſpeciẽ potius ſupplicij, q̃ experientiam habebant quæ

A fiebant. Qui itaq; toto vitæ tempore ad extremã vſq;
ſenectutẽ talia cõmiſerant, breuiſſimo temporis mo-
mento pœnas dederunt, ſiquidem naturæ debitũ vo-
candum ſit ſupplicium. Vidiſti quanta ſit clementia.
Vis etiam eam aliunde videre? Non enim ſtatim intu-
lit, ſed & ſemel & bis & ſæpe eam prædixit. Per arcam
enim eos allocutus eſt: illi verò ne ſic quidem ceſſa-
runt, etſi non opus erat vt vlla denunciatio fieret im-
probitati. Sed neq; eos natura docuit, ſed tanquã por-
ci, imò verò quibuſuis porcis obſcœniores, cum & *Gen.6.*
ſe inter ſe corrumperent, & naturæ leges funditus
conuelliſſent, & nec vlli ſuaſioni nec conſilio paruiſ-
ſent, nec ex iuſti vicinitate aliquid cõmodi cepiſſent,
breui ſolùm temporis momento pœnas dederũt, vel
potiùs ab interitu erepti & à pœna liberati ſunt. Ea enĩ
facere, multo eſt grauius, quàm aquis breui momento
B intercipi. Hóccine eſt ergo, dic mihi, ſuppliciũ, eos qui
vitiis erãt corrupti, & ſceleratè ac nefariè inter ſe cõ-
iungebantur, & alter alterum dedecore afficiebant &
afficiebãtur, ab eiuſmodi exitio liberare? Deinde, me-
dicum quidẽ qui membra putrida reſecat, non dice-
mus punire corpus, ſed tanquã benignũ & humanum
admittemus: Dei autem benignitatẽ & clementiam
non multo magis admirabimur, qui ſuos ea ratione
caſtigat? Eum quidẽ perpetuò oportet admirari, & *1.Tim.1.*
gloria afficere: ſed hoc nomine nunquam deſiſtamus
eius ſtupere curam ac ꝓuidentiã: nec eum ceſſemus
ea de cauſa laudare, ꝙ & breuẽ ſectionem adhibue-
rit, & ſerpens malum reſciderit, & medicinã quæ nul-
lum dolorem afferat, admouerit. Ne te ergo hoc con-
turbet, quod omnes repente & vno tempore obruti
ſunt. Quid enĩ refert an ſic, an paulatim? Quid eũ qui
C exceſſit iuuat quod per ſe & ſolus, aut lædit ꝙ cũ om-
nibus exceſſerit? Exaudi me in tua iuſtitia. Hoc eſt, in
benignitate & clementia. Quod enim id ſignificet,
ſubiunxit: *Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo.* Hoc
etiam petit Iob, qui erat vir iuſtus, & verax, & abſtinẽs
ab omni re mala, dicens: Vtinã eſſet qui diſcerneret *Iob.2.*
& argueret inter vtrũq;. Cum deus autẽ apparuit: Ma- *Iob.23.32*
num apponam ori meo, licet deus prouocaret & di- *Iob.39.*
ceret: Non, ſed accinge tanquã vir lumbos tuos. Hoc *40.*
etiam Iudæis exprobrat, dicens: Quod inuenerũt pa- *Hier.2.*
tres veſtri in me delictũ, quia principes veſtri in me ſe
iniquè geſſerunt? Hoc autẽ facit, non volens grauio-
rẽ in eos reddere ſententiã, ſed volens eos eo addu-
cere, vt ſua peccata ſentirent, eáq; confiterentur, &
nunc eis daret veniã, vt ſic beneficij noſſent magnitu-
dinem. Et ideo dicit: Dic tu prior tuas iniquitates, Nõ *Eſa.43.*
D vt condemneris: ſed vt iuſtificeris. Ea de cauſa nec
ipſe eas dicit, ſed illum ad eas dicendas comparat. Si
enim vellet punire, ipſe eum accuſaſſet. Nunc autem
quoniã vult miſereri, cedit ei qui peccauit, vt ipſe gra-
ti & memoris animi coronã accipiat, & per confeſſio-
nem miſericordiã attrahat. Quid poteſt cũ hac con- *Confeſſionis pecca-*
ferri clementia? Nihil. Dic, inquit, & nihil quæro am- *torum, fru-*
plius: cõfitere, & mihi ſufficit. Dic, & totum fero acce- *ctus.*
ptum. Ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo. Multi ſunt
qui in hoc ſe rectè gerũt, ex eo ꝙ ſit deus iudicaturus.
Qui enim pio ſunt & grato animo, hoc antè norunt:
qui ſecus, ex eo ꝙ prophetę dicunt àſſiduè: Iudicium *Mich.6.*
domino ad populum ſuum, & cũ Iſraël diſſeret. Et *Eſa.1.*
rurſus, Audite voragines, & fundamẽta terræ. Et, Au- *Eſa.58.* *Iob.21.*
di cœlum, & auribus percipe terra. Ex eo ergo quòd
ipſe aſſiduè dicatur iudicare, etiam qui paulò minus
ſenſus habebant, ſe in eo rectè gerebant. Etenim di-
cebant

Universidad de Deusto Biblioteca

Hier.12 cebāt nōnulli Iudæi, Quare ieiunauimus, & nō aspe-
Ezech.18 xisti? &, Quicūq; facit malū, bonū corā domino: &
ædificantur qui faciunt scelera, & beatos ducimus
alienos. &, Nō est recta via domini. Porrò autē bea-
tus quoq; Iob postquā in illam tentationē incidit, nō
eo animo, nec ea dixit quæ Iudæi. Absit. Dixit ta-
Iob.23.31 men: vtinā esset intercessor, & qui discerneret & ar-
gueret inter vtrunq;, & timor eius ne me cōturbaret.
Et ideo dicit ei, Interrogabo ego te, tu verò mihi re-
spōde. Deinde quoniā obstupefactus fuerat, & dixe-
Iob.42. rat, Cur ego adhuc iudicor dū corrigor, & arguo do-
minū? Et rursus: Auditione quidē auris te priùs audi-
ui, nunc autē etiā oculi te viderunt: quocirca meip-
sum vilipēdi, & liquefactus sum: existimaui autē me-
ipsum terrā & cinerē: ponā manū super os meū: di-
Iob.36. xit ei, Ne, sed accingere tanquā vir lumbos tuos, pro-
40. pemodū eius verba in memoriā redigens & dicens,
Quoniā mecū voluisti iudicio contendere, ecce ad-
sum disceptaturus. Vidisti dei clemētiam ineffabilē,
Dan.3. vidisti bonitatem infinitam. Et ideo tres quoq; pueri
dicebant, Peccauimus, iniquè egimus, nos iniustè
gessimus. Quoniā eñ multi homines sensus planè ex-
pertes peccata sua in deū conferunt, hoc procuran-
te & machinante diabolo, hanc cōsuetudinem deus
Hier.2. euellens radicitus, dicit se cum eis iudicio cōtende-
re. Tale quid etiā peccauit Protoplastus qui primus
inquā creatus est Adam, & ideo dicebat: Mulier quā
Gen.3. dedisti mecū, ea mihi dedit, & comedi. Iudæi quoq;
multa eiusmodi peccabant. *Quia non iustificabitur in cō-spectu tuo omnis viuens.* Quid de me dico, & hoc & illo?
inquit. Nō est homo super terrā, qui si de iis in iudi-
cio cōtendat quę illi à te præcepta sunt, possit iustifi-
cari: Ita est apud te plenissima & redūdantissima vi-
1.Reg.18. ctoria. *Quia persecutus est inimicus animā meā.* Potest qui-
23.24. dē hoc intelligi & de Saüle, qui erat tunc inimicus, &
eum persequebatur. Potest etiam dici per anagogen
1.Pet.5. inimicus diabolus. Ille eñ nō cessat eos qui dei sunt,
persequi. Quomodo ergo liberabimur ab eius perse-
cutione? Si locū inuenerimus, in quē non potest in-
gredi. Et quisnam est hic locus? Quis alius q̄ cœlum?
Quomodo autē potest in cœlum ascēdi? Audi Pau-
lum dicentē, & ostēdentē ꝙ etiā carne implicati pos-
Colos.3. sumus illic versari. Quæ sursum sunt cogitare, vbi est
Philip.3. Christus in dextera dei sedēs. Et rursus: Nostra autē
conuersatio est in cœlis. *Humiliauit in terra vitam meā.*
Multa significat nomen humilitatis. Est enim & vir-
Humilitas multiplex. tutis humilitas, vt quando dicit: Cor contritū & hu-
miliatū deus nō despiciet. Est & humilitas quæ ꝓce-
dit ex calamitatibus. Est & quæ proficiscitur ex pec-
Psal.50. 2.Reg.8. catis. Hic autem eam significat, quæ oritur ex tenta-
tionibus. Quocirca subiungit hoc ostendens, Humi-
Iudic.6. liauit in terra vitam meā. Est etiā humilitas, quæ ꝓ-
Psal.105. cedit ex superbia, vt quādo dicit: Qui se exaltat, hu-
Lu.14.18 miliabitur. Est etiā alia humilitas, quæ ꝓficiscitur ab
Ecc.13.19 insatiabili cupiditate. Quid est eñ abiectius & humi-
εἰκών. lius iis, qui seipsos infodiūt diuitiis, potētiæ & glorię?
Ij eñ sunt duabus rationibus humiles, & ꝙ humi ser-
pant ac trahantur, & ꝙ ea magna existiment, quem-
admodū parui pueri pilas, talos, & huiusmodi ludicra
magnifaciūt. At hoc nō est signū ꝙ ea magna sint, sed
quòd qui ea admirantur, mentē habeāt imperfectam
& humilē. Sed hoc quidē est ætatis & naturæ defe-
ctus: illud verò est culpa volūtatis. Cùm enim sit vir,
& perfectæ ac maturæ ætatis, mēsas, luxū, & delicias
res putat esse magnas: quo quid esse potest abiectius

A & humilius? Atqui multi eos esse magni & excelsi a-
nimi existimant: sed hi sunt illis lōgè humiliores. Rur
sus ergo discamus quæ sit vera altitudo: & quid vili-
tatem & humilitatē efficiat. Nihil enim æquè facit Matt.19.
excelsum, ac ea despicere. Nūc ergo ꝓpheta dicit hu Marc.10.
militatem quæ oritur ex calamitatibus, *Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi.* Duplicē dicit calamitatem,
& ꝙ in obscuris, & ꝙ tanquā mortuos seculi: per vtra-
que significans eam quæ tunc erat captiuitatē. Quo-
niā eñ etiam qui est in obscuro, potest aliquid agere
accensa candela: volens ostēdere insignē malorū ma-
gnitudinē, addito mortuorū nomine auxit tragœdiā.
Tales sunt qui in peccatis viuunt. Ita eñ sunt tanquā
mortui in tenebris. licèt ergo lampades circunferant
innumerabiles, licèt ad Solem respiciant, licet ex ve-
stibus & alio vitæ cultu alacres & læti videātur, nihilo
B meliori, imò vero deteriori sunt conditione, quā qui
sunt mortui, & agunt in tenebris, quatenus illa quidē
res est naturalis, hoc verò est culpa voluntatis. Tene-
brę quoque sunt eę quæ futuræ sunt, de quibus dicit,
Tollite eū, & mittite in tenebras exteriores. Sunt etiā
vitij tenebræ. Sedentes, inquit, in tenebris, & vmbra Tenebra mortis.
mortis. Et Paulus, Non sumus filij tenebrarū. Et rur- Matt.22.
sus, Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum Esa.9.
est insipiens cor eorū. Et ideo quemadmodū qui ver- 1.Thes.5.
santur in tenebris, nesciunt rerū naturā: ita etiam qui Rom.1.
sunt in peccatis, sunt obcæcati, & ea quæ apparent, nō Sap.1
discernunt, sed ad vmbras tanquā ad res veras currūt: Peccatorū tenebræ.
diuitias, & delicias, & potentiam persequentes: nec a-
micos, nec inimicos nouerunt, inimicis quidē tanquā
amicis fidentes, cum amicis verò tanquā cum hosti-
bus confligentes. Non vides pauperes quotidie cla- Pauperes cur nō audiantur à mūdanis.
C mantes, & eiulantes, à nemine tamē audiri? Quare nō
audiunt? Quoniā collocauit eos diabolus in obscuris,
sicut mortuos seculi. Quod enim sunt aliis tenebrę & Psal.142.
mortis affectio, hoc est eis inhumanitas. Est eorū qui
sedent in tenebris, non videre mala quę illos inuadūt.
Hoc etiam eis accidit, qui non vident quæ iuxta eos
sitæ sunt calamitates, & in voragines fossasq; & præci-
pitia deturbātur. Est eorū qui sedent in tenebris, tur-
pia securè audere admittere. Hoc etiā faciunt qui ne- Iob.24.
quiter viuunt, tanquam qui sedent in tenebris, & per-
inde ac si nemo homo sit qui quæ fiunt respiciat, om-
nia tam securè perpetrant, in mediis vrbibus tanquā
in solitudine scelera committentes. Qui sedent in te- Animi sibi male conscij.
nebris, sunt in perpetuo metu: ita hic etiā. Nullus eñ
raptor & auarus est à metu alienus quantuncunque se
insolenter iactitet, & extrinsecus lætantis speciem prę
D se ferat. Talis est enim natura animi sibi malè conscij.
Et erant hi quidem antea omni venia priuati, sed nūc
magis, ꝙ cum sol iustitiæ illuxerit, adhuc sedēt in te-
nebris. Et quomodo cum illuxit sol, sedent in tene-
bris? Propter suorū oculorū imbecillitatē. Cum enim Mærore confectus.
se antris, cloacis, & voraginibus vitij infoderint, non
possunt intueri radium. *Et anxiatus est super me spiritus meus. In me turbatum est cor meum.* Alius, Et circumage- Heb.
batur in me anima mea. Ostēdit rursus summam affli-
ctionē per animi perturbationem. Quid est autem, In
me? Ne aliis quidem poterā enunciare, & consolatio- Esa.57.
nem ab eis accipere. Tales sunt animi improborum.
Nunquā non cōturbantur, non solùm dum sunt prę-
sentia, sed etiam dum expectantur mala. Nunquā est Improborum inquietudo.
eis vlla tranquillitas, nulla animi securitas, sed pertur-
bantur magis quàm vllū pelagus: nō nox, non dies eis
cōcedit vt sedetur tempestas: sed vndiquaque vexan- Collatio.
tur,

ὑποτύπωσις auari. tur, & si nullus sit qui eis molestiā exhibeat, bellū inte-
stinum, & quod secū cohabitat, habētes: nec iis quę iā
acceperunt, fruūtur: eorū quæ nondū aduenerūt, soli-
citudine lacerati, laniati: de omniū negotiis soliciti, de
bonis omniū curiosè scrutantes: animo agitātes quo-
modo hunc quidem persuadebunt; illum verò terre-
bunt, alium blandis verbis allicient, aliū verò cogent,
alium autē obseruabunt: calumnias, emptiones, ven-
ditiones, testamenta, fideiussiones, vsuras, sortes, & ho-
rum malorū quisquilias & fæces apud se versantes: &
quando eis omnia affluunt, tūc maximè perturbātur.
Vide diuitem illū qui tunc maximè turbatur, quando
Luc.12. eius ager fuit fertilissimus, dubitātq;, & est animi per-
plexus, & dicit: Quid faciā? Diruam horrea mea, & æ-
dificabo maiora. Pauperi autē nihil tale accidit. *Me-mor fui dierum antiquorum*: meditatus sum in omnibus
operibus tuis. Nō est hæc parua cōsolatio, priora nos- B
Præteritorū memoria quàm vtilis. se & præsentia. Quoniā enim, vt semel dicam, iisdem
legibus deus & ea quæ nunc sunt, & quæ priùs fuerūt,
administrat: maxima est ad pręsentia cōsolatio memo
Psal.76. ria præteritorum. Et ideo in alio quoq; psalmo dicit:
Nū in secula repellet dominus, aut in finē misericor-
diam suam rescindet? Et alius, Respicite ad antiquas
generationes, & videte quis sperauerit in domino, &
1.Cor.10. derelictus est. Et Paulus, Hæc autē oīa in figura eue-
niebant illis: scripta sunt autē ad admonitionē nostrā,
ad quos fines seculorū deuenerūt. Nō aliena autē so-
lùm, sed etiā nostra sæpe in memoriam reuocantes,
lucrifacimus. Hoc autem ostendit Apostolus, dicens:
Heb.10. Recordamini priorū dierū, in quibus illuminati ma-
Rom.6. gnū certamen sustinuistis passionum. Et à contrario.
Eccl.7. Quémnam fructū tunc habuistis in iis, in quibus nūc
A præteritis & futuris. erubescitis? Et alius sapiens, Recordare nouissima tua, C
& in æternum nō peccabis. Hoc enim etsi est futurū,
à præterito tamen ducit initium, nempe mors cōmu-
1.Cor.10. nis. Hoc etiam facit Paulus ex præteritis & futuris, &
quādo cōsolari, & quādo corrigere oportet. Nolo, in-
quit, vos ignorare fratres, ꝙ patres nostri omnes sub
nube fuerunt, & omnes mare transierūt, & omnes ean-
dem escā spiritalē comederūt: sed nō in pluribus eorū
2.Thes.2. cōplacuit deo. Aliquādo autem à futuris. Qui pœnas
1.Thes.2. dabunt, æternum exitiū à facie domini. Et rursus: Per-
Colos.1. uenit autem in eos ira in finem. Dies enim indicabit
quod in fine reuelatur. Et rursus: Propterea enim ve-
2.Cor.1. nit ira in filios inobedientiæ. Sed hæc quidē, quando
Ibidem. oportet corrigere. Quando autē cōsolari, ab vtrisque
consolatur. A præteritis quidē sic, dicens, Benedictus
deus & pater dñi nostri Iesu Christi. Et rursus: Deus
misericordiarum, & pater omnis cōsolationis. Et rur- D
Rom.18. sus: Qui consolatur nos in omni afflictione, per con-
solationem quā à deo accipimus. A futuris autē, Non
sunt cōdignæ passiones huius tēporis ad gloriam quæ
est reuelāda in nobis. Quocirca hic quoq; dicit, *Me-mor fui dierū antiquorū, meditatus sum in omnib⁹ operibus tuis.*
Scripturarum consolatio. Non dixit tantū, Memor fui, sed meditatus sum. Hoc
est, Magnā operam & diligentiā adhibui in iis apud
me reuoluendis quæ antiquis euenerunt. Ex scriptu-
Rom.15. rarū enim cognitione adest nobis magna consolatio
1.Tim.3 & philosophia. Et ideo dixit Paulus: Per patientiam
& consolationē scripturarū spem habemus. Et rursus:
Omnis scriptura diuinitus inspirata, est vtilis ad do-
ctrinā, ad reprehensionem, ad correctionē. Hic ergo
hinc accepit cōsolationē, cum esset in tanta afflictio-
ne & perturbatione, ꝙ vetera apud se reuolueret, &
quæ à deo variè sunt gesta & administrata, in memo-

A riam reuocaret. Dicit itaque alius, Et meditatus sum
omnes actiones tuas. *In factis manuū tuarū meditabar.*
Alius, opera manuū tuarū meditabar. Per hæc osten- Alij loquebar, cū templor.
dit ꝙ dum hæc faceret, magnā accipiebat cōsolatio-
nē, vt deo euaderet familiarior. Et ideo hoc ostēdēs,
subiunxit, *Expandi manus meas ad te.* Non dixit, Exten-
di, sed Expandi, ostēdens magnā cordis affectionem,
quòd propemodū è corpore ꝓperat exilire, & ad ip-
sum excurrere. A memoria rerū præclarissimè gesta-
rū veluti diuino quodā furore afflatus, cum & omnem
benignitatē reputassem, & ex calamitatib⁹ perfectam
disciplinam, & quæ à malis ereptionē secuta est liber-
tatem, ad te rursus confugi. *Anima mea sicut terra sine* Heb. cum
aqua. Alius, Tanquā terra sitiens ad te semper. Hoc est Chald.
enim Diapsalma. In rebus, inquit, aduersis & secūdis,
& in omni temporū varietate ostendi semper æquale
B studiū. Quid est autē, Sicut terra sine aqua tibi? Sicut
terra sitiens, aquam desiderat: ita ego esse tibi assiduè
ꝓpinquus. Hoc autē desideriū magis auxit moles af-
flictionū, & ideo deus eas ꝑmisit crescere, magnā suā
ostēdens prouidentiam. Non solum enim fecit crea-
turas, sed etiā factarū curam gerit, & hominū, & alio- Act.17.
rum omniū. Hoc itaque sciēs Paulus, dicebat: In ipso Colos.1.
enim viuimus, & mouemur, & sumus. Et rursus: In ip- Psa.31.
so cōstant oīa. Et rursus: Omnia ad te respectāt vt des
illis cibum in tēpore opportuno. Cū dederis tu ipsis,
colligent. Cū tu autē manū tuā aperueris, omnia im-
plebūtur bonitate. Cùm tu verò manū tuam auerte- Psal.103.
ris, turbabuntur. Et rursus: Qui respicit super terrā, & Esa.40.
facit eam tremere. Et Esaias: Qui continet gyrū terrę. Psal.126.
Et de virtute, Nisi dominus, inquit, ędificauerit domū, Psal.112.
in vanū laborauerūt qui ædificant. Et rursus: Qui ha- Psal.103.
C bitare facis sterilem in domo, matrem filiorū lętantē.
Et ideo terrā quatit, & mōtes tangēs facit vt fument, Esa.38.
suū ostendens dominiū. Solem autē obscurat, & facit
deficere, per hoc indicans se esse opificem. Porro au-
tem in scripturis quoq; vides solem retrocedentem, Ios.10.
& lunam rursus cū eo stantem, & multa alia miracula.
Quando eñ eius cognitio nondū extensa fuerat, hæc
fiebant: nūc autem nō est ampliùs opus hac doctrina, Miraculis
cum res ipsæ clament & ostēdant dñm. Vidisti in Ae- nunc opus
gypto tenebras, & mutationem elementorum. Si qui non est.
autē dicant defectū euenisse naturaliter, non autē dei
iussu: dicant quomodo factus sit eo tempore quo cru-
ci est affixus. Non eñ tēpore tunc præstituto, sed quā- Exo.10.11
do minimè erat consentaneum, & cursui naturali ne- Dio.Areo.
quaquam conueniens tunc accidit, cum esset scilicet ad Polycarpum.
quartadecima luna, & pleniluniū. Defectus autē non Matt.27.
D sic fiūt. Quare manifestum est quod sicut alia, ita etiā
defectus omnes fiunt iussu opificis. *Velociter exaudi me, defecit spiritus meus.* Quid dicis? Vrges medicū ad cura-
tionē? Nequaquā: Sed hic quoque mos est animarum
quæ affliguntur, quemadmodū & hominum laborā-
tium accersere medicos, etiamsi tēpus non postulet:
& liberationē celeriter ꝓuidere. Quocirca ipse quo-
que causam adiiciēs, dicebat, Defecit spiritus meus.
Atqui de⁹ qui potest excitare à mortuis, multo magis
ante mortē. Sed quemadmodū dixi, hinc deprehēdi- Collatio.
tur naturę imbecillitas. Sciebat eñ omnia ei esse faci-
lia: sed ferre nō potest mala quæ intendūtur. *Ne auertas faciē tuā à me, & similis ero descendētibus in lacū.* Alius, Ne
abscōderis faciē tuā. Et vndénā fit auersio? Ipse deus
dicit per Esaiam, An nō potēs est manus mea? Sed pec Esa.59.
cata vestra diuidūt inter me & vos. Quando ergo ma-
li quid fecerimus, auertitur: Mūdus est enim, inquit, Esa.33.
oculus

Universidad de Deusto Biblioteca

oculus tuus,vt nõ videat mala: & reſpicere ſuper malos nõ poteris.Et ideo auerſatur etiã arrogãtes . Dicit *Eſa.36.* itaq;:Super quẽ reſpiciã,niſi ſuper manſuetũ & quietum,& trementẽ verba mea? *παραίνεσις.* Perſequamur ergo hanc virtutẽ,vt eius faciẽ attrahamus : ne in vitij barathrũ incidamus dẽſis occupãtibus tenebris. Poſſunt etiam qui ceciderũt,iterum aſcẽdere . Oportet ergo eos qui cadũt,nõ manere intus iacẽtes. *Lacus peccati natura.* Lacus autẽ, in quo ſũt ſæuæ beſtiæ,& qui eſt plenus tenebris,eſt natura peccati.Scripturarũ ergo rudẽtes demittamus,& volũtatem alligemus:& ſi ceciderimus,velociter reſurgem⁹. Quomodo autẽ incipiemus iter ingredi?Si cum ceciderimus,nõ cõtẽnamus,nec deſperem⁹,ſed hæc prophetica carmina nobis canamus : *Pſal.40.* Nunquid cadẽs nõ reſurgit?Et rurſus. *Heb.3.* Hodie ſi vocem eius audieritis, ne obduretis corda veſtra ſicut in tẽtatione,&his cogitationibus vinctos nos attrahamus. *Auditã fac mihi mane miſericordiam tuã,quoniã in te ſperaui*. Alius,Auditam fac mihi à matutino miſericordiã tuam. Id eſt, celeriter. Vidiſti afflictã & perturbatam animã.Vult audiri ante experientiã,vt ſpe erigatur & expectatione . Hoc eſt autem quod dicit,Fac me ſurgere à peccato. *Deũ ſemper intueri debem⁹, & ab eo pendere.* Deinde adiicit etiam rationẽ,dicens:Quia in te ſperaui.Deus eñ nihil æquè requirit quã vt eũ ſemper intueamur, & ab eo perpetuò pendeamus. *Notã fac mihi viã in qua ambulẽ: quia ad te leuaui animam meam*.Quid dicis? Cũ & natura habeat legẽ ab initio à deo impoſitã,&Moſaicæ leges eã renouẽt,quid tibi vis,rurſus dicens:Notã fac mihi domine viã in qua ambulẽ?Vel hoc ergo dici poteſt.Quoniam cõſcientia mea obruta eſt à vitio: rogo vt ea renouetur. Vel hic dicit viam , multa eorũ quæ ignorantur ab hominibus,quemadmodũ Paulus *Rom.8.* quoq; oſtendit,dicẽs: Quid enim oremus ſicut oportet,neſcimus. Si autẽ Paulus hoc ignorat poſt tantam cognitionẽ,quid miraris ſi hic quoque ignoret? Vide autẽ ꝙ nihil ſenſile hic quęrit,ſed viã quæ ad deũ deducit,& quæ è domo prębet initium.Non dixit enim abſolutè, Notam fac mihi viam quæ ad te ducit. Sed quid? Quia ad te leuaui animam meã. Hoc eſt, A te pendeo,te intueor,te vnũ reſpicio. Iis enim deus maximam ſui præbet notitiã . *Matth.13* Quamobrẽ dicebat de Iudæis,rogat⁹ cur eis loqueretur in parabolis, *Pſal.87.* Quoniam vidẽtes nõ vident,& audiẽtes nõ audiũt . *Pſal.85.* Illud autem leuaui,ſignificat, Ad te traduxi & trãſtuli animã meã. *Eripe me de inimicis meis domine,ad te cõfugi*.Vide vbiq; afferri cauſas ab eo qui rogat.Ne auertas,inquit,faciem tuã à me:quoniã in te ſperaui . Notã fac mihi viã tuã: *αἰτιολογία. δόγμα* quoniã ad te leuaui animã meã. Eripe me de inimicis meis,quoniã ad te cõfugi . *Doce me facere voluntatẽ tuã, quia deus meus es tu*. Nõ dixit abſolutè, Doce me volũtatẽ tuã,ſed,Doce me facere voluntatẽ tuã . Hoc eſt, *Operum neceſſitas.* Ad ipſa facta me deduc.Superna enim ope & cœleſti doctrina opus eſt,vt ingrediamur via quę ducit ad virtutẽ,nõ nobis in ocio degẽtibus, ſed quæ ſunt noſtra, cõferẽtibus.Quia deus me⁹ es tu.Vides ſpiritales eius petitiones.Nõ enim de pecuniis,potẽtia,&gloria,ſed vt dei faciat voluntatẽ, in eius petitione agitur : quod quidẽ eſt omniũ bonorũ theſaurus, & opes quæ nunquam deficiũt,principiũmque & radix fœlicitatis , & mediũ,& finis.*Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã*. Vides quomodo diſcimus, quomodo docemur viam perficere,nempe per ſpiritũ ſanctum . Et ideo dicebat *1.Cor.2.* Paulus,Nobis autẽ deus reuelauit per ſpiritũ ſuum.In terram rectam.Si dictionem quidẽ ſpectes,dicit ſuam patriam: Si accipiatur autẽ anagogicè, viam quæ ducit ad virtutem.Alius autẽ dicit, Per terram planam. Nihil eſt enim virtute læuius ac planius,quæ eſt à turba & tumultu libera . *Propter nomen tuum viuificabis me domine*.Vides eum rurſus ad deum cõfugere,non autẽ in vita ſua collocare fiduciã . *Æquitas & iuſtitia pro clementia et miſericordia.* *In æquitate tua educes è tribulatione animã meam*.Alius,In miſericordia tua . Vides quomodo verũ ſit,quod ſuperius dicebam, quòd iuſtitiam ſæpe vocat clementiã.Educes de tribulatione animam meam.Orate enim,inquit,ne intretis in tentationẽ. *Marc.14. Luc.22.* *Et in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos*. Nõ quoniam ego ſum dignus,inquit, ſed propter tuã clementiam libera me ab iis qui in me bellum gerũt, libera me ab iis qui mihi inſidiãtur, da vt ab afflictione aliquantum reſpirem.*Et perdes omnes qui tribulãt animam meam , quoniam ego ſeruus tuus ſum*. Vide hic rurſus adiectam cauſam . Neque enim poſſumus purè & abſolutè noſtra poſtulata conſequi , ſed oportet nos ita præparare, vt ſimus digni qui poſtulata cõſequamur, & quę noſtra ſunt conferre,& ita accedere. *Oratio ſine opere inutilis.* Non ſufficit enim ſola natura orationis.Nam Iudæi quoq; orabant,&audiebãt:Si multiplicaueritis preces,nõ exaudiam vos. *Eſa.1.* Et quid miraris ſi Iudæi nõ exaudiebantur, cum etiam Hieremias pro eis orãs, reprehenditur, & ſemel & bis audit, Ne ora pro hoc populo , quoniam non exaudiã te? *Hier.7.* Et quid miraris ſi Hieremias nõ exauditur? *Ezec.14.* Etiamſi Noë,inquit, etiãſi Iob ſteterint,filios & filias ſuas nõ eripient.Hæc ergo cum ſciamus , nõ ſolùm oremus,ſed cũ precibus quoq; nos ita cõparem⁹, vt ſimus digni qui accipiamus,vt & præſentia &bona futura cõſequamur . Quæ detur nobis omnibus conſequi gratia & clemẽtia domini noſtri IeſuChriſti,cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum,Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN *eodem pſalmo,Non intres in iuſtitiam cum ſeruo tuo domine,quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens,Homilia incerto interprete.*

IVdicia domini ſicut abyſſus multa. *Pſal.35.* Altitudinem & profunditatẽ &latitudinẽ in dei cogitatione quicunque attingere voluerit,antè deficit quàm proficit. Nã quis illi cõſiliarius fuit ? *Eſa.40.* aut quis illi primò dedit , & retribuetur ei ? aut quis nouit mentẽ domini?Ergo quia abſcõdita ſunt à nobis pro nobis,quia ideo abſcõdũtur,vt deſiderẽtur: dicamus deo,ſicuti modo cãtauimus,Ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo domine, quia nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quis caſtũ ſe gloriatur habere cor, *Pro.20.* aut mundum eſſe à peccatis?Hic modo erigũtur peccatores,&dicunt,Ecce Apoſtol⁹ dixit,quia nemo hominum poteſt caſtũ ſe dicere habere cor.Audi: & qđ audis,intellige.Noli ad tuum ſenſum vel ad tua facta deducere teſtimonia recta. Quod dixit, Quis caſtum ſe gloriatur?nõ dixit nõ eſſe caſtũ cor,ſed non gloriari de caſto corde: &mundũ à peccatis omnino hominem eſſe nõ poſſe,hoc poſſum acquieſcere: quia ſunt leuia peccata,perquàm leuia, vt oratione quotidiana purgẽtur.Et ſi fortè etiã ipſa purgentur, ne in illis veteraſcamus.ſaltẽ de præteritis illis primę ætatis,puerilitatis,pubertatis,adoleſcẽtię peccatis quis ſe dicit eſſe mundũ?Ergo quia de pręteritis ſeu per ignorantiã, ſeu per ætatẽ infœlicẽ,calidam,inordinatam,cæcam, offendit deum:nemo ergo glorietur mundum ſe eſſe à peccatis,etſi proficiens elõgauerit à peccatis . Ergo mẽs Chriſtiana cũ proficit in id quod propoſuit, maximè ſecundum deum , non debet gloriari , & tamen gloriari debet non in ſe,ſed in domino. Nam ſic dixit *1.Cor.1.* Apoſtolus:

Apoſtolus : Qui gloriatur, in domino glorietur. Ergo de meritis ſuis nihil aſſignare ſibi decet, niſi peccata, quæ ſunt propria noſtra: cæterũ virtutes & actio purgata , cœlitus datur hominibus , donatur à deo : quia *Iac.1.* omne donũ optimum , & lumẽ perfectũ deſurſum eſt deſcendẽs à patre luminum.Ergo dicamus, Ne intres in iudiciũ cum ſeruo tuo domine , quoniã non iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuens . In vita iſta tentationis videmus quod nolumus : audimus quod nolumus:loquimur quomodo nolumus:ambulamus vbi nolumus:totũ ad quod nolumus,venimus.Sed tamen in id quod nolumus,cũ victoria peruenimus ad quod nolumus.Pugnandum eſt ergo in omnibus malis ſuggeſtionibus,luctandũ eſt cum deſideriis: negãdæ ſunt carni voluptates ſuæ,vt ſe ipſa ſubdat homini interiori,id eſt animæ,vt ſit pax in domicilio cordis.Et iã fratres excutite pigritiã,feruete in ſpiritu ſancto. Inflammamini vt in luce ambuletis,ne tenebrę vos cõprehẽdant. *Ioan.12. Rom.13.* Nolite gloriari in vobiſmetipſis, reddite debita. Quæ ſunt iſta debita?Nemini quicquã debeatis,niſi vt inuicẽ diligatis. Hoc ergo debetis debitum reddere: Eſtote qđ nõ fuiſtis, habete charitatẽ, inſerite mãſuetudinẽ:cæteræ virtutes ſubſequãtur, vt ſit mens veſtra *ibid.8.* librata & menſurata.Qui carni viuunt,deo placere nõ poſſunt.Qui plus diligunt carnem ſuam,q̃ creatorem carnis ſuæ,malè viuunt. Viuite cum deo, ambulate cũ *Pſal.2.* deo,obtemperate deo . Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur dominus & pereatis de via iuſta. *Vita humana miſeria.* Quãta eſt vita noſtra infœlix,miſera,quæ quotidie ad nõ eſſe tẽdit, maximè quia dies exitus noſtri occultatus eſt à nobis. Non eſt omniũ naſci, creſcere, & ſeneſcere.Sed ideo occultãtur dies noſtri,vt viuamus cautè ſoliciti , ne ſubitò occurrat mors incerta,& præoccupent peccata,& perueniatur ad pœnã, tẽpus eſt curationis,tempus eſt correptionis, & recipiẽdæ ſalutis. *παραίνεσις.* Nullus ſedeat nõ curatus,nullus remaneat vulneratus. Si dolẽt facinora,currite ad medicũ:ſi agnoſcitis quæ feciſtis,celebrate cõfeſſionẽ.Erubeſcite de præteritis, *Rom.6.* vt dicatur vobis ab Apoſtolo, Quem enim fructũ tũc habuiſtis,in quibus nũc erubeſcitis?Finis peccatorum mors. Nos verò in nomine Chriſti liberati à peccato, ſerui autẽ facti deo,habemus fructũ noſtrũ in ſanctificatione,finẽ verò vitam æternã.Beata vita, quæ ſic viuit,vt talẽ limitem inueniat : talem portũ acquirat,talem ciuitatis ingrediatur portã, vt ibi iam nõ peregrinus,ſed ciuis gaudeat . Ibi iam non pugnæ procedunt & prælia,& bella, ſed tantũmodo victoria cum palma recipitur. Hæc ciuitas tunc dabitur , quando dicetur bonis,ſanctis,piis, immaculatis, caſtis: Intrate in gaudium domini veſtri. *Matt.25. Simile pulchrum.* Vox iſta,promiſſio iſta,cum prædicatur,nõ vileſcat,nõ tepeſcat in fidelibus. Quomodo panis quotidie oculis nouus efficitur eſurientibus, ſic promiſſiones dei nouæ ſint audientibus.Dicite ergo,Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo domine,quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens, Magna humilitas,magna ſapientia, magna prudentia , vt ſciat viuens ſic ſe poſſe viuere , vt ſibi ſit accuſatus , & *Prou.18.* deo excuſatus.Quia iuſtus in primordio ſermonis, ſui accuſator exiſtit:cum venerit aduerſarius,cõfundetur. *Ioan.5.* Accuſate vos de pręteritis facinorib⁹ veſtris, legitimè confitemini deo:& iam nolite peccare, ne quid vobis aliud cõtingat deterius . Cum vobis prædico,me cõpungo: cùm vos cõpungo , & meipſum agnoſco,quia homines ſumus exigui & nulli. Non poſſumus gloriari in iſto quod quęrimus adhuc eſſe:nec poſſumus exaltari,ne perdamus quod videmur eſſe : quia ſuperbis deus reſiſtit,humilibus autem dat gratiam.

IN PSALMVM CXLIII.

BEnedictus dominus deus meus,qui docet manus meas *Iaco.4.* ad prælium, & manus meas ad bellum. Quid dicis? *δακτύλους μου consentiũt Hebr.& Chald.* Deúſne docet bellare, pugnare, & acie cõfligere?Maximè quidem:nõ peccauerit quiſpiã,qui quę in his paratur victoriã ei adſcribit. Hoc enim ſibi vult illud.Qui docet manus meas.Hoc eſt,qui facit vt vincam hoſtes,vt trophæum erigam. Quando enim proſtrauit Goliath,ille fuit cauſa victorię,& quãdo multa bella rectè geſſit,& trophęa erexit,& aliquot vrbes hoſtiũ vi cepit,is fuit in cauſa vt vinceret. Et ideo canens dicebat:Dominus fortis & potens,dominus potens in *Pſal.23.* prælio.Moſis quoque tempore multa fecit eiuſmodi. Verùm enimuero aliud quoq; bellũ hoc grauius , vbi nobis maximè ſuperno auxilio opus eſt, quod geritur contra poteſtates aduerſarias. Quòd autem nos cõtra eas bellũ geramus,audi Paulum dicentem:Nõ eſt no- *Ephe.6.* bis lucta aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus,aduerſus poteſtates,aduerſus prĩcipes tenebrarum mundi huius,& eo grauius,ꝙ ex alia natura eſt earum exercitus,& quę ſub aſpectum non cadit,& ꝙ non de rebus paruis agitur, ſed de ſalute & interitu. Non poſſunt hic videri homines qui occiduntur, non poteſt præſciri nec locus,nec tempus,nõ aliquid aliud eiuſmodi . Nam & domi, & in foro , & ludentes & in ocio nos inuadunt hæ phalanges , Quare oportet nos eſſe perpetuò munitos . *Bellũ diaboli aduerſus homines.* Bellum enim hoc nullam nouit dilationem , nec vllas inducias : non habet nec legatos,nec feciales,nec aliquid eiuſmodi.bellum enim non indicitur,& ideo oportet ſe maximè vndiquaque munire , & conuenienti alimento validum firmúmq; reddere.Huius autem belli cõmeatus , & horũ militũ arma ſunt diuinarum ſcripturarum auditio. Ea qui nõ fruitur,fame perit.Dabo enim eis,inquit,non famẽ pa- *2.Cor.10.* nis,nec ſitim aquæ,ſed famem audiẽdi verbi domini. *Amos.8.* Hic igitur , ſicut & in bellis ciuilibus , ſuperno auxilio opus eſt.Non ſeruatur enim,inquit,rex per multã po- *Pſal.32.* tentiam, & gigas nõ ſeruabitur in multitudine virium ſuarum.Fallax equus ad ſalutẽ , in multitudine virium ſuarũ non ſeruabitur. Multi itaq; hoſtes ſæpe fuderunt *γνώμη.* ac fugarunt, cũ prius preces præceſſiſſent , q̃ aduerſariorũ phalanges perrupiſſent. *Miſericordia mea,& refugium meum,ſuſceptor meus & liberator meus*. Vides eũ rurſus rogare vt ſeruetur à clementia.Imò verò hic etiam aliquid aliud ſignificat.Per hoc enim id oſtẽdit, & dicit:Ne eſſem quidẽ ipſa dignus miſericordia, niſi ipſe annuiſſet.Ipſe eſt ergo,inquit,mea miſericordia.Eam enim ex factis meis nõ ſum conſecutus . Nam & ſi eſt miſericordia,nõ omnibus tamen indiſcriminatim accidit.Miſerebor enim,inquit,cuius miſertus fuero , & *Rom.9.* miſerabor quem fuero miſeratus.Oportet ergo,ſi mi- *Miſericordiã dei vt conſequamur.* ſericordiam ſumus conſecuturi, eius clementiæ occaſionem è domo noſtra proferre . Hic autẽ dicit ſe etiã hoc ipſum,ꝙ ſit miſericordiam conſecutus,ei accepto ferre.Vidiſti contritum animum, vidiſti mentem memorem & gratam, & quomodo benigno & clementi deo vniuerſum adſcribit. *Suſceptor meus , & liberator meus:protector meus,& in ipſo ſperaui*. Spem in ipſum aſſiduè verſat & circumagit,docens omnes nullis malis obrui, ſed vel in mediis ærumnis eum ſemper intueri, & ab eo pendere,nec vnquam deſperare,animóve cõcidere.Ipſe eſt eñ ſuſceptor & liberator meus . Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

& ſi non in ipſis malorũ principiis me ſuſcipiat,defendat,& liberet,oportet bono eſſe animo . Si ipſe em̃ eſt ſuſceptor ac defenſor,omnino liberabit à malis. Tunc enim maximè ſpes eſt, quando iis quę videtur nos deturbãtibus in deſperationẽ:ea efficit vt de futuro bene ſperemus. *Qui ſubdit populũ meum ſub me.* Sic rectè dixit. Nam hic quoq; ſuperno auxilio opus eſt, vt qui ditioni ſubiecti ſunt, acquieſcãt, & nec ſeditionẽ agitent,nec inſurgant. Non ſolũ ergo in ſubiugandis inimicis,ſed etiã in ſuis ſubiiciendis & in officio continẽdis ſuperno nobis auxilio opus eſt. Nã hoc quoq; magnum eſt ſuos bene regere,nec minus eſt q̃ ſuos inimicos vincere. Multi quidẽ certè ſæpenumero trophæa in bellis erexerũt:in pace autẽ cæſi ſunt, cũ eorũ quibus præerant,habenas nõ rectè poſſent moderari. Nõ ergo in regni poteſtate ſitũ eſt vt caſtra ſubiiciãtur,ſed in dei auxilio. Quẽadmodum autem ab eo procedũt voctoriæ de hoſtibus:ita etam ſuorũ obedientia. *Domine quid eſt homo quòd innotuiſti ei?aut filius hominis, quòd reputas eum?* Alius,quid homo, & cognoſces ipſum? Alius,Quòd agnoſcis ipſum?Magnũ ergo quempiã eſſe oportet, qui eſt deũ cogniturus, vel potius qui eſt ab ipſo cognoſcendus,non autem ſolũ,ſed etiam illũ cui deus voluerit innoteſcere. Et ideo optimè dixerũt ſeptuaginta illud, *Innotuiſti ei:* Oſtendentes nos non eũ inueniſſe,ſed ipſum nobis fuiſſe inuentum. Non dixit enim:Quid eſt homo ꝙ eum cognouiſti,ſed, quid eſt homo,ꝙ cognitus es ab ipſo?Et ideo Paulus hoc ſúſq; déq; aſſiduè verſat dicens: Tunc autẽ agnoſcam ſicut & agnitus ſum.Porrò autẽ ipſe quoque Chriſtus:Non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos. Iam verò alibi quoque Paulus. Si quis autem diligit deum,is cognitus eſt ab eo.Et ideo aſſiduè ſeipſum ſúſq; déq; dicit vocatũ, oſtendens ſe non acceſſiſſe,ſed prius vocatũ fuiſſe . Ita etiã dicit alibi, Perſequor autẽ, ſi etiã comprehẽdam, propter quod & cõprehenſus ſum. Non dixit, cõprehendi,ſed, cõprehenſus ſum . Quomodo autem dicit hic, Quid eſt homo?Atqui alius dicit,Magna res homo, & precioſa res vir miſericors. Et alius, Ad imaginem dei fecit ipſum,Sortitus eſt enim totius creaturę pręfecturam.Sunt autẽ nonnulli, quibus ne dignus quidẽ erat mundus.Sed illa quidẽ de virtute, & quãdo homines ſunt eam oſtenſuri.Hoc autẽ,quid eſt homo,dictũ eſt de natura . Magnáne eſt hominis natura? Magna quidem,ſed ſi videris cognitionem qua digna fuit habita, longè eſt hac inferior. Audiant hæretici ſe hoc furore eſſe percitos,dum ſui modũ excedunt.Extrema enim laborant inſciẽtia,dum dicunt ſe ea ſcire quæ ſunt eis ſuperiora.Poteſt enim eſſe ignoratio in cognitione,& in ignoratione cognitio . Et ſi vis , hoc ipſum agitemus in rebus ſenſilibus. Dic mihi enim,ſi quis dicat ſe poſſe mare metiri,& ſcire quot habeat cyathos: an nõ eſt hic maximè qui ignorat quid ſit mare ? Qui autem dicit ſe neſcire,ſed aſſerit numerum eius eſſe infinitũ: is eſt qui maximè cognouit quid ſit mare. Quid ſi quis de deo dixerit,Deum vidi,& meis oculis apprehendi, an non eſt is qui maximè deũ non nouit, qui eum qui ſub aſpectũ non cadit,dicit eſſe aſpectabilẽ , & in additamento cognitionis eam quoq; quæ haberi poteſt, eripit? Si quis autẽ dixerit eum ſub viſum nõ cadere, & neminem eum videre poſſe, is eſt qui ſcit maximè. Quid autẽ ſi quis dixerit eum cõprehendi non poſſe, alius verò cõprehendi: an non eſt hic quidẽ qui ignorat,ille verò qui nouit?An non vides Paulũ quoq; hac via ingredi,& dicere,Ex parte cognoſcim⁹,& ex parte

Subditos vt in officio contineas, dei auxilio opus eſt. — Collatio. — γθὲις αὐτῷ. — 1.Cor.13. — Ioan.15. — 1.Cor.8. — Philip.3. — Hebr.7. — Prou.7. 14.21. — Gene.9. — Eccle.17. — Hebr.11. — Hæreticorum præſumptio. — Ignoratio in cognitione, contrà. — Exod. 33. — Ioan.1. — 1.Cor. 13.

A prophetamus? Conſidera quot & quanta facta ſunt vt diſceremus,non quæ ſit dei ſubſtantia, ſed ꝙ ſit deus. Hoc ergo Paulus quoq; dicit.Credere enim oportet, inquit,accedentẽ ad deũ,quòd eſt.Eum vniuerſa prędicat creatura . Ex magnitudine enim , inquit, & pulchritudine creaturarũ conuenienter cõſideratur opifex . Ipſa hominis conſtitutio, honores qui à deo dati ſunt,ſupplicia,beneficia, varia in eo regendo conſilia, quæ prædicta ſunt per ꝓphetas diuerſa miracula. Poſt hæc venit ipſe vnigenitus , & admirabilẽ illam & ſtupendam peregit œconomiã,& tamẽ ſunt nõnulli, qui quod manifeſtũ eſt,nondum didicerunt: & tu dicis te poſſe propria ratione cõprehendere quánã is ſit ſubſtantia ? Deũ ergo,inquit,ignoras? Abſit,ſed eũ quidẽ eſſe ſcio,ſcio eſſe clementẽ,bonũ,& miſericordẽ,prouidentem,& omniũ curam gerentẽ , & quæcunq; alia B dixerunt ſcripturæ:Quídnã ſit autẽ ſubſtantia dei,non noui.Adam quoq; putauit ſe poſſe plus inuenire, perſuaſus à diabolo , & id etiam quod habuit , perdidit. Quòd his quoq; euenit, dum ducũtur humanis rationibus, & nõ audiunt dominũ dare ſapientiã, & à facie eius ſcientiã,& intelligentiã. Non audiunt Paulum dicentem , Per ſpiritũ reuelauit nobis & rationes expellentem.Rationes, inquit, deponentes & omnẽ altitudinem quæ erigitur aduerſus ſcientiã dei . Et alius ſapiens,Rationes hominũ timidæ, & labiles inuẽtiones eorum . Quid eſt homo ꝙ innotuiſti ei ? Mente agita infinitam illã magnitudinem . Imò verò ne cùm eam quidẽ dico,loquor pro dei dignitate: ſed neſcio quomodo loquar. Neq; enim ſi magnitudinẽ in deo dicamus,propriè loquimur . Sed quoniam non poſſumus aliter loqui:iis verbis quibus licuit,vſus ſum . Nam cũ C eum quoq; voco altiſſimũ, non eum loco circũſcribo: ſed eius naturæ altitudinẽ & maieſtatẽ,quæ vbiq; diffuſa eſt,& omnia peruadit,oſtẽdo.Et ideo dicit, Quid eſt homo,ꝙ innotuiſti ei? Propterea enim eum quoq; fecit humilẽ,& magna ei largitus eſt , ne extolleretur, cum vt ſe moderatè gerit,magnã neceſſitatẽ afferat naturæ vilitas. *Aut filius hominis quòd reputas eum?* Vidiſti quanta ſit dei naturę maieſtas. *Homo vanitati ſimilis factus eſt.* Alius autem interpres , Vanitati dixit vapori. Nihil autẽ ſignificat aliud vanitati q̃ eum eſſe caducũ, momẽtaneũ,& interitui obnoxiũ. In hoc loco tractatur de corpore.Et ideo dicebat Abrahã, Ego autẽ terra & cinis.Eſaias autẽ,Omnis caro fœnũ,&gloria eius quaſi flos fœni.Quid eſt autem, Vanitati ſimilis factus eſt? Nihilo, inquit: Rerũ enim humanarũ nihil eſt firmum,nec ſtabile,ſed omnia trãſeunt & prætercurrũt. D *Dies eius ſicut vmbra prætereunt.* Hoc eſt,Ne quando quidem adſunt,vllã vim habent,ſed celeriter auolant. Id autem conſidera in rebus ipſis, eos apud te cogitans qui ſunt authoritate præditi , qui magiſtratus gerunt, qui in carcerem coniiciunt,& flagris cædunt . Quid ij enim ab vmbra differunt,non ſolum tempore mortis, ſed etiam ante mortẽ? Quando enim magiſtratus depoſuerint,illa omnia omnino pereunt,& procul recedunt . Res autem veræ ſunt poſtquam hinc exceſſerimus:vera tunc reddetur ratio, vera erunt ſupplicia: & bona ſimiliter , & iudex eſt qui minime falli poteſt. Quæ autem hic fiunt , ſunt ſimilia pueris ludentibus. Qui enim hodie iudicat,die craſtino iudicatur:déſq; & frequentes ſunt rerum mutationes , & inæquales tranſitus. *Domine inclina cœlos tuos,& deſcẽde.Tange mõtes,& fumigabunt.* Alius,cum inclinaſti cœlos tuos, & deſcendiſti,& tetigiſti mõtes,fumigauerunt.Et quęnã eſt hæc

Hebr.11. — Sapiẽ. 13. — Deum eſſe vt didicerimus. — Subſtãtia dei nobis ignota. — Gene.3. — Eccle.1. — 1.Cor.2. — 2.Cor.10. — Sapien.9. — Vanitas. — Gene.18. — Eſa.40. — γνώμη. — Eccle.5. — Magiſtratuum vanitas.

eſt hęc verborũ conſequẽtia?Magna certè,& quę valde cohæret prioribus . Quoniam enim de vilitate humana locutus eſt,& oſtẽdit q̃ ſit natura nihili: hic rurſus refrænat ac reprimit tumidorũ arrogãtiam per eã quæ ſubiunxit,hoc propemodum dicens: Oportebat quidẽ ipſos ex ſeipſis perſpicere naturæ vilitatẽ,& nõ ſibi placere,magnóſq; ſpiritus ſumere: ſed quoniã nolunt:ex tuis factis oſtẽde ad quantam humilitatem res eorũ redierint.Domine inclina cœlos tuos, & deſcende.Hoc dicit,non ꝙ deus deſcẽdat . Quomodo enim deſcenderet,qui vbiq; pręſens eſt?ſed vt per huiuſmodi humanas dictiones, craſſiores auditores terreat : de his humano more loquitur.Nam cõtrectatio etſi magnum quid eſſe videtur , multò certè eſt dei dignitate inferius.Non opus enim habet deus cõtrectatione,vt mõtes ſuffumiget,imò verò ne nutu quidẽ,ſed cõſilio tantum & volũtate.Poſtquã ergo dixit de vilitate hominis,dicit etiã de dei potentia,quoad eius poteſt fieri ab homine.Nam hæc quoq; lõgè abſunt ab illa maieſtate. *Fulgura coruſcationẽ, & diſſipabis eos:emitte ſagittas tuas,& conturbabis eos.* Fulgur hic & ſagittas, non dicit hoc fulgur,nec has ſagittas,ſed ita vocat ſupplicia. ex iis quę iã nota ſunt,perſuadens contẽptori,& ei qui eſt piger ac negligens,tremere,reuereri, & ſe inclinare ac ſubmittere.Si em̃ fulgur ferri nõ poteſt, licet minimè mittatur ad ſuppliciũ:ſi ſuã puniendi poteſtatẽ voluerit mouere,quis eã ſuſtinebit?Dei autẽ ſagittę ſunt peſtes,& fames,& fulgura,& multiplicia ſuppliciorũ genera. *Emitte manum tuam de alto. eripe me, & libera me de aquis multis,& de manu filiorũ alienorũ.* Non ſolùm enim ad puniendũ,ſed etiã ad cõſeruandũ parata eſt dei potentia.Manũ autẽ hîc vocat opem,auxiliũ: & ideo nõ dixit,Extẽde,ſed emitte,hoc ſignificans. Quòd ſi etiã alicubi dicit,extẽde,idẽ rurſus ſignificat.Aquas autẽ, inſolentẽ hoſtium irruptionẽ,& cõfuſam,& quæ magno impetu fertur. Quòd enim de aquis nõ loquatur, oſtẽdit quod ſubiungitur:De manu enim,inquit,filiorum alienorũ.Alienos autẽ filios mihi videtur hîc dicere,eos qui à veritate ſunt alieni . Quẽadmodũ enim fideles & neceſſitudine cõiunctos exiſtimamus vt fratres:ita etiã alienos, infideles: & hac maximè ratione, alienũ à nobis neceſſitudine cõiuncto diſcernimus . Is enim mihi eſt propinquus & neceſſitudine cõiunctus, qui eundẽ ſibi quem ego patrẽ aſſcribit, & eſt eiuſdẽ menſæ particeps , potius q̃ is qui eſt mihi genere proximus.eſt enim hęc perfectior lex cognationis,quemadmodũ etiã quæ ex cõtrariis fit alienatio,eſt apertior & euidentior ea quę fit ex genere.Ne hoc ergo reſpexeris,ꝙ ſub eodem cœlo ſumus,& in eodẽ orbe terrarum habitamus.Aliam enim cõmunionẽ quæro,quæ cœlos ſuperat.Illic noſtra eſt conuerſatio & vita . Vita enim noſtra, inquit, abſconſa eſt cum Chriſto in deo. Neq; enim terrã habitamus, ſed cõmigrauimus in ſupernam metropolim. Aliam verã lucem habemus,aliã patriã,& ciues alios & cognatos.Et ideo dicebat Paulus,Non eſtis vtiq; hoſpites & inquilini, ſed conciues ſanctorũ. Quomodo ergo dixit Chriſtus Samaritanũ eſſe proximũ , etſi multũ inter eos eſſet interiectũ interuallum?At nõ eſt,ſi ſpectetur naturæ ratio . Quãdo ergo beneficio afficere oportuerit, ſit omnis homo tibi propinquus:quando autẽ de veritate agetur:agnoſce quiſnam ſit propinquus , & quiſnam alienus . Etiã ſi habeas fratrem eodẽ patre & eadem matre natum, & in lege veritatis tecum non cõmunicauerit , ſit tibi quouis Scytha barbarior . Siue autem ſit Scytha, ſiue

Deſcenſus & tactus dei. — Fulgur dei. — Sagitta dei. — Manus. — Aqua. — Alieni filij qui ſunt. — Propinquitas ſpiritualis. — Coloſ.3. — Ephe.2. — Luc.10.

A Sauromata,dogmata autẽ plenè &perfectè ſciuerit,& id quod tu,crediderit, eò qui eodẽ vtero eſt editus, ſit tibi ꝓpinquior & magis neceſſarius:& ea ratione barbarũ ab eo qui nõ eſt eiuſmodi diſcernamus,nõ ex lingua nec ex genere, ſed ex anima & mẽtis ſentẽtia. Ita enim maximè homo eſt , quãdo plenè & perfectè tenet dogmata,& vitã agit quę ſapiẽtię ſtudio cõueniat. Sed videamus deinceps quomodo hos deſcripſit alienos propheta quoq; dicens: *Quorum os locutum eſt vanitatem,& dextera eorũ dextera iniquitatis.* Vidiſti quoſnã dicat alienos, eos qui viuunt in ſcelere, eos qui amant iniquitatẽ,eos qui ſtulta loquũtur,eos qui nihil dicunt vtile. Agnoſce ergo alienos,ab ore,à factis:quẽadmodum Chriſtus quoq; dicit, A fructibus eorum cognoſcetis eos . Sicut enim in caſtris multa dantur ſigna & ſymbola,vt ſiquando noctu præliari cõtigerit,vel ſublatus puluis , vt nox videatur effecerit , vel aliqua alia B cõfuſio & perturbatio euenerit,ne ſociũ ſuum aſpiciat tanquàm hoſtem,& hoſtem tanquã ſocium:ita etiã ſigna dat nobis hic propheta:per quæ poteris diſcernere propinquum & alienum,vtpote ex iis quę loquitur: Quorum os loquutum eſt vanitatẽ,& dextera eorum dextera iniquitatis. Nũc eſt enim bellum, & pugna,& pręlium nocturnum crudeliſſimũ,dæmonibus ferientibus,deſideriis inſidiantibus, & rationibus inſurgẽtibus. Sunt etiam inter eos qui ſunt myſteriis initiati,ſua ſigna & ſymbola:& ſi dubitãtes ſcire volumus an quis ſit prophanus,an myſteriis initiatus, ea rogãtes diſcamus: Dextera eorum dextera iniquitatis . Quid igitur poſſit hoc eſſe grauius, quando quæ data eſt nobis ad auxiliũ,eam ad inſidias cõuertimus?Ideo enim habemus dexteras , vt & nobis ipſis & aliis iniuria affectis C opẽ feramus, vt ſcelera de medio tollamus,vt iis quibus vis & damnum affertur,ſimus portus & refugium. Quomodo ergo eis venia dabitur,qui his armis vtuntur nõ ad ſalutẽ ſed ad aliorum perniciem? *Deus canticum nouum cantabo tibi.* Quænã eſt hæc cõſequẽtia?Maxima quoq; hic eſt . Quoniã enim dixit,Emitte manũ tuã,& eripe me, & diſperge ipſos : profitetur ſe quoq; ei daturũ remunerationẽ auxilij, ex qua nihil quidem cõmodi accipiat cui datur,ſed quæ ei qui illam offert, plurimũ affert emolumenti. Quænã autẽ ea eſt?Deus, canticũ nouum cantabo tibi. Si autẽ hoc eſt paruum, collatũ cũ magnitudine beneficij:atqui dedit id quod habuit. Nã nos quoq; à pauperibus, & qui nihil poſſident,nihil aliud requirimus,q̃ laudem, & gratum animum , & accepti memorem beneficij . Sed nos quidẽ vt euadamus clariores:deus autẽ, non ꝙ opus habeat, D ſed vt eos qui canũt,efficiat clariores,& ea ratione eos rurſus beneficio afficiat. *In pſalterio decachordo pſallã tibi.* Hoc eſt, Agam tibi gratias. Sed tunc quidem erant inſtrumenta per quę cantica emittebant, nunc autẽ pro inſtrumẽtis poſſumus vti corpore. Poſſumus enim per oculos canere,non autem per linguam tantùm:& per manus & per pedes,& per aures. Quãdo enim vnumquodq; eorum ea facit quæ deo gloriam & honorem afferunt,vtpote quando oculus non impudicè reſpexerit: quando manus non ad rapinã ſed ad eleemoſynam ſe extenderint : quando ad pſalmos & auditiones ſpiritales ſuſcipiendas aures paratæ fuerint: quando pedes ad eccleſiam cucurrerint : quando cor non dolos ſtruit , ſed charitate ſcatet , fiunt pſalterium & cithara membra corporis, & canunt nouum cãticum, non verbis ſolis , ſed etiam rebus ipſis. *Qui das ſalutem regibus.* Neque enim caſtra,& multitudo militum nec

Alieni qui. — Matth.7. — Cõfirmat ſimili. — Epheſ.6. — 1.Petr.5. — Rom.7. — Galat.6. — Proximis noſtris auxilio eſſe debemus. — Deus cur à nobis laudari velit. — Iob.22. — Act.17. — Mẽbra noſtra vt dei laudes canant.

Universidad de Deusto Biblioteca

satellites,custodésq; corporis,sed dei auxilium cõsueuit seruare. *Qui redimis Dauid seruum tuum.* Non dixit autem,Qui redemisti:sed,Qui redimis: ostẽdens perpetuam eius prouidentiam. Deinde rursus petit ea quę prius petierat,assiduè rogans & supplicans vt liberetur ab improbis hominibus: sic dicens: *De gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum: Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorũ dextera iniquitatis. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.* Describit hîc prosperitates mundanas & diuitias: & ponit id quod est primũ, habere filios florentes, & iuueniliter exultantes, eósq; vtriusq; sexus. subiunxit ergo: *Filiæ eorum compositæ,circumornatæ vt similitudo templi.* Vna cũ iuuentute multũ luxum ostendit,& vittas earũ,& mũdum muliebrẽ describit,& quæ quidẽ oriuntur ex magna prosperitate. Deinde quod videtur esse secũdum, fortasse autẽ nunc est primũ, diuitias rursus describit dicens, *Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.* Quid est,Eructãtia ex hoc in illud? Angusta. Prõptuaria,inquit,non possunt capere diuitias. *Oues eorum fœtosæ, abundantes in gressibus suis, boues eorum crassæ.* Hæc quoq; non videbatur parua fœlicitas. Apud antiquos enim in his cõsistebant diuitiæ,in armentis, gregibus, & seminibus, prius q̃ inuenta esset quæ nunc est inertia & mollities. *Non est ruina maceriæ,neq; transitus.* Hoc est,In agris colendis magna adhibebatur cura, diligẽtia,& studium, cum fructus luxuriarent, sepes starent, vinea vndiq; esset consita & munita. *Neq; clamor in plateis eorum.* Alius,In atriis eorum. Aliud genus prosperitatis,quod nõ accidit omnibus diuitiis, nempe pax, tranquillitas,&securitas,nullus qui paret insidias,nullus qui bellum gerat, sed nec tumultus vllus, nec perturbatio. *Beatum dixerant populum,cui hæc sunt. Beatus populus,cuius dominus deus eius.* Vidisti viri virtutem. Postquam omnem virtutem adduxit, & eam verbis persecutus est,& deinde vulgi de ea re sentẽtiam attulit, ex his nihil ei humani accidit, nec eos esse beatos existimat qui hæc possident,sed hic omnibus prætermissis, ad verũ thesaurum suam extendit beatitudinem. Alij, inquit,eos qui hæc habent, beatos esse dixerunt: Ego autem beatum existimo populum, cuius est dominus deus eius:hoc vno ostendens omnẽ fœlicitatẽ,omnes bonorũ copias, omnes opes. Illa enim præterfluunt & prætereũt,hæc verò beatitudo manet perpetuò, cum pro ouibus, & filiis, & bobus, & sepe, & vinea, dei sit beatitudo futura & diuitię,& securitas,& murus inexpugnabilis. Cum ea ergo auditis,nullo eorũ perturbemini:sed vmbras prætercurrentes, veritatẽ apprehendite. Prius enim dixit hominẽ assimilatũ esse vanitati, & dies eius tanquã vmbram præterire. Si videris ergo aliquos his omnibus affluentes,in scelere vitam agere: etiam si vniuersus terrarũ orbis eos beatos iudicet:tu eos esse infœlices & miseros existima. Eos autem qui se deo dedicarunt, fœlices & beatos reputa. Nos autẽ omnes eas semper diuitias quæramus, & hanc beatitudinem:vt & præsentia bona & futura consequamur gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi: cui gloria & potentia in secula seculorum,Amen.

Margin notes: *τῷ λυτρουμένῳ. Qui redimit.* — *Prosperitates mũdanæ. Filios habere, prosperum apud mũdanos.* — *Gene.3. Iob.1.* — *Esa.40. 1.Pet.1. Eccle.31. Luc.1.* — *παραινέσις.*

IN PSALMVM CXLIIII.

EXaltabo te deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculũ,& in seculũ seculi. Hic psalmus est diligẽtissimè attendẽdus. Hic est enim qui habet hæc verba,quæ qui sunt mysteriis initiati, assiduè concinunt:Oculi omnium in te sperant,& tu das cibũ eorum in tempore opportuno. Qui enim filius factus est, A & mẽsa spiritali fruitur,meritò patrẽ gloria & honore affecerit. Filius enim,inquit,glorificat patrẽ,& seruus dominũ suũ timebit. Factus es filius, & mẽsa spirituali frueris,comedens carnẽ & sanguinẽ eius qui te regenerauit:refer gratiã pro tanto beneficio,& eũ qui hæc præbuit,gloria & honore affice: & verba legẽs, cõpone mentẽ ad ea quæ dicuntur,& cum dicis, Exaltabo te deus meus,rex meus, ostẽde magnam familiaritatẽ & cõiunctionem,vt de te etiam dicat deus, sicut & de Abrahã,Isaac,& Iacob,Ego sum deus Abraham,deus Isaac, & deus Iacob. Si dicas enim deus meus & rex meus,ne voce dicas tantũ,sed hanc etiã ostendas charitatẽ,ipse quoq; hęc de te dicet,Seruus meus & famulus meus. quod etiam de Mose dictũ est, Et benedicã nomini tuo in seculũ,& in seculum seculi. Vidisti quomodo ostẽdit vitæ futuræ procemia. Benedictionem B autẽ hic ostendit,nõ quę fit per verba,sed quæ per res ipsas. Ita ergo exaltatur deus,ita benedicitur. Ita etiam iubemur dicere in precatione: Sãctificetur nomẽ tuũ, hoc est,glorificetur. *Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in seculum,& in seculum seculi.* Alius,In ęuũ,perpetuò. Hoc est in primis pij animi,à rebus quę ad victum pertinent,liberatum se,hymnis & laudibus dedicare. Turpe enim fuerit, vt homo qui est compos rationis,& omnibus quę vidẽtur præstãtior,sit creatura in dei laudibus inferior:non solùm autẽ turpe, verũ etiam absurdũ. Quomodo autem nõ absurdum? siquidem ipsa quotidie atq; adeò singulis horis emittit domino glorificationẽ. Cœli enim,inquit, enarrant gloriam dei,& opera manuum eius annunciat firmamẽtum. Dies diei eructat verbũ,&nox nocti indicat sciẽtiam. Sol,& luna,& varius astrorũ chorus, & pulcherrimus C ordo cęterorũ omnium,suũ prædicat opificem. Qui est ergo his omnibus præstantior,si hoc nõ faciat, sed etiam sua vita deũ qui eum creauit,maledictis impetat,quomodo erit is dignus vlla venia, aut quámnã poterit afferre sui defensionẽ, cum qui ideo factus est, vt deo placeat,& regnũ futurũ cõsequatur,eius quidẽ nullã ducat rationẽ,sed curis eorũ quę ad hanc vitam pertinẽt,rebúsq; mundanis se implicet? At hic nõ talis, sed per totã vitã offert deo laudes,non solũ verbis,sed rebus ipsis. Deo enim multa debemus,ꝙ & cũ non essemus fecerit,& ꝙ tales creauerit, & factos regit & cõtinet, & ꝙ quotidie tam priuatim quàm communiter prouidet, nostríq; curã gerit,ídq; clam & apertè, nobísq; & scientibus & nescientibus. Quid enim dixerit quispiã, ea quæ sub aspectũ cadunt, quæ propter nos fecit,ꝙ ipsa prębent ministeriũ,corporis cõpositionẽ, D animę nobilitatẽ,quotidianam eius œconomiã & administrationem,per miracula,per leges, per supplicia, variã,& quæ cõprehendi nõ potest eius prouidentiã, bonorũ omniũ summam, ꝙ ne filio quidẽ suo pepercit propter nos,quę iam data sunt per baptismum,per sacramenta, quæ danda sunt bona illa ineffabilia, regnum,resurrectionẽ, hæreditatẽ plenam omni beatitudine. Si quis enim vnumquodq; eorum enumeret, & incidet in ineffabile pelagus beneficiorum,& videbit quot nominibus sit deo obnoxius. Non solũ autem propter hęc, sed etiã propter maiestatem eius gloriæ, propter substantiam ab omni interitu alienam. Nam etiã propter eam debetur ei à nobis gloria & benedictio,& perpetua gratiarũ actio,cultus & ministerium. Hoc ipsum ergo propheta quoq; significãs, dicebat: *Magnus dominus,& laudabilis nimis:& magnitudinis eius nõ est finis.* Quoniam enim dixit,Benedicam,& laudabo, ostendit

Margin notes: *Mala.1.* — *Attendẽ Zuinglianę.* — *Rex meus iuxta 70.* — *Exod.3.* — *Iosu.1.* — *Benedictio per res ipsas.* — *Matth.6.* — *Chald. in secula seculorum.* — *Psal.18.* — *Homo cur factus.* — *Colos.1. 1.Thes.2.* — *Gene.1. Sap.6.12. Matth.6.* — *Dei in nos beneficia.* — *Rom.8.* — *1.Tim.6.*

ostendit eum non egere nostris laudibus nec benedi- A ctionibus,nec eius gloriæ aliquid accedere à laudibus eorũ qui ministrant. Eius enim substãtia,quę est ab interitu aliena,& nullius indiga,nullo eget alio. Qui autem ipsum laudãt, ipsi euadũt clariores. Non solũ autem propter hoc,sed etiã propter excellentẽ eius gloriã debetur ei à nobis laudatio, & ideo hoc significãs, dixit,Magnus dominus, & laudabilis nimis. Hoc est, Nullius indigẽs. Quid est,Laudabilis? Dignus qui laudibus,encomiis,& hymnis celebretur. Nõ est autẽ solũ laudabilis,sed valde laudabilis: & ideo hoc adiecit: Cũ autem q̃ sit laudabilis,verbis non posset exprimere,subiunxit,Et magnitudinis eius non est finis. Quod quidã alius interpres dixit,Inuentio. Quod autẽ dicit, est eiusmodi:Quoniã magnũ habes dñm, sis quoq; tu excelsus,& te explica à rebus quę ad hãc vitã pertinẽt. Sume spiritus qui superẽt præsentiũ rerũ humilitatẽ, B nõ vt sis elato animo & insolẽs, sed magno & excelso animo. Aliud enim arrogantia aut insolentia,& aliud magnitudo animi. Est enim arrogans, qui propter res paruas se iactat & gloriatur,& cõseruos despicit. Alto verò est animo,qui mẽte est humilis, & præsentis vitæ vmbras nihil esse existimat. Vbi nunc sunt qui dicunt se deũ ita nosse,sicut ipse seipsum nouit? Audiant prophetã dicentẽ, Magnitudinis eius non est finis,& erubescãt. *Generatio & generatio laudabit opera tua.* Quod facere cõsueuit, hic quoq; facit. Quando enim laudauit eius magnitudinẽ,& gloriã:venit etiam ad eius ostendẽda opera. Hoc ipsum hic quoq; facit,& dicit:Generatio & generatio laudabit opera tua, ostẽdẽs magnitudinẽ eius ex operibus. Hoc est,Non vno solũ tẽpore facta sunt & pręterierũt, neq; in duobus aut tribus annis,sed per vniuersum præsens seculũ extenduntur,ita C vt vnaquæq; generatio eius opera cõtẽpletur. Hoc est enim,generatio & generatio. Et quę est,inquit,& quæ sequitur,& quę post illam futura est,& quæ rursus post eam,& vnaquæq; earum quę sequũtur,& rursus creatura quæ hoc omni tẽpore similiter extẽditur,nempe cœlũ,terra,mare,aër,lacus,fontes,fluuij,semina, plantæ,herbę,& quæ ex eis capiũtur beneficia,naturę cursus qui nunquam interrumpitur,imbres,& temporum vicissitudines cõstanti & certo ordine assiduè procedẽtes,nox,dies,sol,luna,astra,alia omnia, & quæ præter hęc quotidie fiũt & priuatim & cõmuniter ad corrigendum & beneficio afficiendum vniuersum genus hominum,quæ assiduè Iudæis eueniebãt miracula,signa, prouidentia in frugũ prouentibus,prouidentia in victoria aduersus hostes,prouidẽtia quę est in aliis omnibus,qualia fuerũt in aduentu Christi, qualia tẽpore D apostolorũ,qualia tempore persecutionũ, quæ quidẽ fuerunt antiquis lõgè plura & maiora, qualia etiã nostra hac generatione. Nullũ est enim tẽpus,quod etiã præter hæc cõmunia non ferat signũ eius prouidẽtiæ. *Et potentiam tuã pronunciabunt.* Et per beneficia,inquit,& supplicia. Nõ cessat enim omni ratione deus omni tẽpore nostrę naturę prospicere. *Magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquẽtur,& mirabilia tua narrabũt.* Alius,Pulchritudinẽ laudis tuę, & verba mirabiliũ tuorũ narrabo. Postquam dixit potentiã,ostendit etiã eam potentiã esse insignẽ & eximiã. Neq; enim leuiter & temere,neq; qualiacunq; fecit,sed omnia tã admirabilia & tam incredibilia perpetuò fecit plusquã capere posset humana natura operãs,vt quæ fiãt, sint plena miraculo & gloria. Cõsidera ergo quę in Aegypto,quę in Palęstina facta sunt,tẽpore Abrahę,Isaac & Ioseph. Rur- A sus quę in Aegypto tempore Mosis,quæ in solitudine, quę post exitũ. Rursus quæ in captiuitate,quę sub Nabuchodonosor,quę in fornace,quæ in leonib',quæ in reditu,quę in prophetis. Hæc enim omnia prædicabãt eius qui fecit,virtutẽ,gloriã, maiestatẽ, afferentia magnũ stuporẽ & admirationẽ. *Et virtutẽ terribiliũ tuorum dicent,& magnitudinẽ tuã narrabunt.* Per hæc ostẽdit esse perfectã eius potẽtiam & ad benefaciẽdum, & ad puniendũ,& omnia quæ enumerata sunt,vtrunq; cõplecti. Hoc autẽ potest videri non solũ in iis quæ tũc euenerunt,sed etiã in creaturis,& vtriusq; beneficij multa esse instrumenta,vtpote rerũ quidẽ terribiliũ fulgura, tonitrua,fulmina,turbines,pestes,niues,grandinẽ, rubiginẽ,gelu,incendia,inundationes: porro autẽ in reptilibus dracones,scorpios,serpẽtes. In volucribus autem,locustã,cyniphẽ,& in iis quę sunt abiecta & vilia, B vt cynomyiam,erucã:quæ ipsa quoq; sunt prouidentiæ,& quæ homines conuertant,à socordia liberent,à profundo somno excitent,à veterno ad vigilantiã traducant. Non solũ autẽ in his, sed etiã in contrariis est virtus eius perfecta. Et ideo cũ nos hæc vellet docere, postquã dixit,Virtutẽ terribiliũ tuorũ dicent, subiunxit, *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabũt.* Alius, Bonitatis. *Et iustitia tua exultabunt.* Quod alius dixit interpres,Et misericordias tuas laudabũt. Nos autem quẽadmodũ terribilia enumerauimus:ita etiã necesse est dicamus eorũ contraria,vtpote in iis quæ vidẽtur, & quæ circa nos sunt annuas temporũ vicissitudines, dies,hortos,prata,flores varios, aquam dulcẽ & potabilem,cõmoda quæ capiuntur ex imbribus,terrę partus,varios flores,diuersas arbores, suaues ventos, solarem radium,lunarem lampadẽ,variũ astrorum chorũ, C quietam & tranquillã noctem. Et in brutis,oues & boues,& capras:& in feris,capreas,ceruos,lepores,& alia plurima:& in volucribus,aues canoras. Quin etiam in ipsis operibus videri potest non solũ puniens,sed longè etiam amplius beneficio afficiens q̃ puniens. Et illa quidem facit terroris gratia: & si ea aliquando reuera intentauerit, id facit propter eos qui sunt adeò sensus expertes,vt metu non corrigantur. In his autẽ est munificus & splendidus, hísq; reipsa afficit non solùm dignos,sed etiam indignos. Varians ergo nostram salutem,aliquando quidẽ hæc,aliquando verò illa facit,& hæc quidẽ sæpius q̃ illa, quoniam hæc sola vult. Propterea enim gehennã minatus est,non vt eam infligeret,sed ne infligeret: & illam quidem parauit diabolo. Ite enim,inquit,in ignem,qui paratus est diabolo. Regnum autẽ hominibus,ostendens se nolle hominẽ in- D trudere in gehennã. *Misericors & miserator dominus,patiens & multum misericors. Suauis dominus vniuersis,& miserationes eius super omnia opera eius.* Vides prophetam immorari his melioribus,& prolixiori vti oratione. Noluit enim dei opes in his maximè cõsistere. Neq; enim licuisset cõseruari,nisi magna fuisset eius clemẽtia: nõ licuisset manere, nisi eius magnã essemus experti bonitatem. Et ideo dicebat:Ego sum qui deleo iniquitates tuas,& in tuis peccatis te defendi. Miserator & misericors dominus. Vide quomodo ostendit ineffabilẽ eius clementiam. Non solũ enim miseretur eorum qui peccant, sed etiã aliud ostendit non paruũ genus clemẽtiæ,nempe lenitatẽ & patientiã,vt veniant ad pœnitentiam, & cum eius clementia à suo quoq; conseruentur studio & diligentia,& ex suis factis fiduciã habeant. Non est autem solummodo misericors,sed etiã multum misericors,ostendens hanc multitudinẽ non posse

Margin notes: *Hebr. inquisitio, inuentio. Chald. finis.* — *Arrogãs. Alto animo qui sit.* — *Opera dei, eius prouidẽtiã laudantia.* — *Heb. decorẽ gloriæ laudis tuæ.* — *ἐρυσίβην* — *Pestifera ac noxia, etiam dei sunt prouidentiæ.* — *Heb. multæ bonitatis tuæ: idem & Chald.* — *Beneficia magis de' nobis affert quàm supplicia.* — *Gehennæ terror. Matt.10. Matt.25.* — *Esa.43.*

Universidad de Deusto Biblioteca

posse mensura cõprehendi, sed omnẽ superare rationem. Sed tamen per ea quæ deinceps consequuntur, quoad eius fieri potuit, ostendit, cũ subiunxit & dixit: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Quid est, Vniuersis? Etiã peccatoribus, inquit, & iis qui viuunt scelerate. Non solũ enim iusti, & ij qui se rectè & ex virtute gerũt, aut qui ducũtur pœnitentia: sed etiã omnes, per ea quæ patiuntur, eius misericordiã prædicant & bonitatẽ. Et si quis me roget, cuínã fuit bonus, dicam: Non Abel soli, sed etiã Cain. Non soli Noë & eius liberis, sed iis etiã quos illa inundatio obruit. Quæcunq; enim facit, procedunt à misericordia & clementia. Et vt scias quomodo sit in omnes bonus & clemens, illud hinc considera. Quãtæ fuit quæso benignitatis, illũ fratricidam, & qui cędem eiusmodi fecerat, & qui dei leges cõculcauerat, tradere supplicio, quod admonitio est potius q̃ pœna? vt & per lõgitudinẽ temporis illũ expiaret à peccato quod cõmiserat, & alios doceret & castigaret per ea quę ille patiebatur. Quantæ erat, quæso, benignitatis, eos qui grauissima & nefanda quæque perpetrabant tempore diluuij, & nec minis, nec rationibus, nec vllo alio correcti fuerant, à scelere cohibere, & cõmuni naturę debito vti pro medicamento, & leuissimũ mortis genus, nempe per aquã, infligere? Illud autẽ, Vniuersis, non in his solũ cernitur, sed etiã in omnibus quæ videntur, in animalibus, in brutis. Quinetiã si quis ad ipsos angelos ascenderit & archangelos, videbit plurimum benignitatis, & multã misericordiã: quod ipse quoq; animaduertens, subiunxit, *Confiteantur tibi domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi.* Hoc est, Gratias tibi agãt, laudes emittant, & quibus sermonis decus datũ est, & quæ vocem non habent. Etenim vnumquodq; eorum quæ voce carent, ita factũ est, vt per suam naturam benedictionem emittant, quãuis muta sint, per homines qui ea vident, & iis fruũtur. Et illa quidẽ per suam substantiam, homines autẽ per vitę suæ institutionẽ, & per actionem. Et ideo id significat per hoc quod subiũgit, dicens: Sancti tui benedicant tibi. Sanctos autem hîc vocat, qui dei iussa implent, ad quos peccatis & sceleribus nullus datur aditus. *Gloriam regni tui dicent.* Quid est, Gloriam dicent? Quòd nulla re indigeas, ꝙ sis benignus & clemens, ꝙ cum iis quibus præes, nulla ex parte egeas, tantam ostendas in eos prouidentiam, ꝙ ad tuam lucẽ accedi nequeat, ꝙ sit substantia tua ineffabilis, & quæ comprehendi nequeat. *Et potentiam tuã loquentur.* Hoc est, vires canent insuperabiles. Non ꝙ tibi opus sit his hymnis & laudibus: sed & propter ipsos qui dicunt, & vt alios doceant, & laudum faciant participes. *Vt notam faciant filiis hominum potentiã tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.* Per hoc ostendit eum laudes admittere, vt alij eius cognoscãt potentiã. Magna est ergo potentia, magna gloria, magnum decus atq; adeò ineffabile, quod non solùm omnem superat rationem, sed etiam vincit omnem mentem. Sed cum tantum sit & tam ineffabile, opus habet iis qui id doceant, propter multorum ignorãtiam. Nam sol quoq; est sydus longè clarissimum, & tamen qui oculis laborant, eius lucem non vident: Ita etiam dei prouidentia est quidem quouis sole clarior, sed quibus peruersa est ratio, & quibus obstructæ sunt aures, magna diligentia opus habẽt, vt mens eorum aperiatur. De his ergo doctrina est eorum auribus perpetuò infundenda. Deinde quoniam dixit regni gloriam & magnificẽtiam, & cum non satis eam explicasset, pręteriit: rursus repetit,

Bonitas dei in omnes. Gen.4.8. Cain punitio, ex benignitate dei. Mortis genus leuissimũ, per aquam. Daniel.8. Mutæ res vt deũ benedicant. Sancti. Iob.11. 1.Tim.1. Colos.3. Esa.64. 1.Cor.2.

& quantum ei cõceditur, dicit quid sit gloria, subiungens, *Regnum tuum, regnum omnium seculorum.* Nõ præsentium, inquit, solũ, sed eorum etiam qui veniunt, est enim interminatum, & infinitum, & quod solum habet æternitatem. *Et dominatio tua in omnem generationem & generationem.* Ex hoc vide eam nullum habere finẽ. Per vniuersum orbem terræ, per omnia secula, per omnia tempora est extensa. *Fidelis dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Postquam dixit regnum esse infinitum, stabile, firmũ, & immobile, dicit etiam quàm sint eius verba firma & illabefactabilia. Illud enim, Fidelis, est firmus & verus. Si est autem fidelis, erunt omnino, quæ ab eo dicta sunt. Quemadmodum autem eius regnũ est immobile, & fine caret: ita etiã eius verba sunt firma & stabilia. Neq; ergo illud vnquam interrũpitur: nec hæc vnquã excidunt. Si autẽ non excidunt, oportet ipsas res omnino cõsequi. Quòd si etiã alicubi dixit aliquid quod non factũ est, id ipsum quoq; eius veritatem indicat. Finem enim loquar super gentes & regna, vt diruam & eradicem: & si pœnitentiam egerint de vitio, ego quoq; agam pœnitentiam de iis quæ locutus sum vt facerem eis. Et de bonis similiter. Bona differam, inquit, & si mutati fuerint, ego quoque mutabo ea quæ dicta sunt. Et sanctus in omnibus operibus suis. Quid est sanctus? Rectus, purus, mundus, ab omni reprehensione alienus, qui nullam vlli omnino præbet ansam. *Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.* Postquam de regno dixit id esse infinitum, de verbis ea esse vera, de factis eo non posse reprehendi: & de gloria & de magnificentia: dicit rursus de clementia id quoq;, esse maximã regni sui gloriam, ꝙ non stantes solum contineat, sed etiã qui sunt casuri, non permittat vt id accidat, & qui iacent erigat, & quod est magis admirabile, non huic aut illi, sed omnibus id faciat, seu sint serui, seu pauperes, seu obscuri, seu insignes. Est enim omnium dominus, & nec eos qui iacent prætercurrit: nec eos qui labãt despicit. Hoc facit communiter in vniuersa natura, hoc etiam facit in vnoquoq;. Quòd si qui ex iis qui iacent non surgunt, non in causa est qui vult erigere: sed qui nolunt surgere. Nam Iudam quoq;, cùm cecidisset, voluit erigere: & vt surgeret, nihil non fecit, sed ille noluit. Dauid certè cũ cecidisset, erexit, & firmum validúmq; reddidit. Petrũ, cum esset casurus, retinuit. Audi autẽ quomodo, Simon, Simõ inquit, ecce expetiuit vos satanas cribrare tanquã triticum, & ego rogaui pro te, ne deficeret fides tua. Deinde dicit aliud quoq; genus beneficij. Est enim varia & multiplex eius cura & prouidentia. *Oculi omnium in te sperant domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno.* Vidisti quomodo ostenderit eum esse bonũ omnibus, & miserationes eius esse super omnia opera eius, quemadmodũ dictum est in Euangeliis: Qui solem suũ oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos. Hoc hic etiã significat, cũ dicit, *Et tu das escam illorum in tempore opportuno.* Neq; enim imbres terra & aër, sed eius iussus solet fructus producere. Illud autem in tempore opportuno, hoc significat. Omnia sunt certis definita temporibus, & diuersis vicissitudinibus omnia producuntur. Hoc enim maximè ostendit eius sapiẽtiam, quòd non omnia simul & eodem tempore, sed per totum annum alimẽta diuidat, vt & quiescat agricola, & quæ gignuntur, nõ intereãt. Illud ergo, In tempore opportuno, vel id significat quod antè diximus, fuisse singula suis dispertita temporibus: vel cum dare cibum

Daniel.3. Luc.1. Fidelis. Hier.8. Sanctus. ὑποστηρίζει, firmat, sustentat. Act.10. Galat.3. Rom.11. Matt.26. Luc.22. Ioan.13. 2.Reg.12. Luc.22. Matth.5. Vicissitudines temporum ad quid.

cibum iis qui indigent, & laborant inopia. Et quomodo dixit, inquies, Oculi omniũ in te sperãt? Atqui multi sunt qui dicũt ea quę sunt, esse casu, vt ij qui sunt impij. Dicit hic ipsius rei naturã, quẽadmodũ etiã alibi, quando dicit, Pullis coruorũ inuocantibus ipsum, etiã si sint animãtia rationis expertia. Et rursus. Catuli leonum rugientes vt rapiant & quærant à deo escam sibi. Atqui hi quoq; sunt à ratione alieni, nec ipsi quærunt. Sed hic quoq; dicit rei naturã, nec ex illorũ animi instituto, sed ex eorum quæ fiunt natura hoc dicendum est. *Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione.* Manum dicit operationẽ, & suppeditatricem facultatẽ: per omnia te docẽs, vt scias nõ in elemẽtis, sed in dei prouidentia esse sitas fructuũ generationes. Vel etiã ostendens facilitatẽ, dicit illud, Aperis tu manum tuã. Quoniã enim qui tunc erant, principali causa relicta adorabãt aërem & solẽ, & existimabant ea esse illa quæ fructus præbebãt: extollens eos ad supernũ principium, & eorũ authorẽ & dominum, hæc frequenter adducit, ostendẽs ex illius manu, id est ex illius cura & prouidentia omnia bona fluere. Bona autẽ voluntate implere hic dicit, quoniã implet vnumquodq; animal volũtate ei placẽte. Non enim dat absolutè alimentũ, sed prout est vnicuiq; vtile, pro vniuscuiusq; desiderio, quantũ ad eum explendũ satis est. Hoc est autẽ quod dicit: Et brutis, & hominibus, atq; adeò omnibus das, vt est vnicuiq; gratũ, vt est cordi vnicuiq;: nec das solum, sed etiã imples, ita vt nihil desit. *Iustus dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Vias hic dicit eius œconomiã, prouidẽtiam, curationẽ, per quam omnia finxit ac constituit. Omnia, inquit, opera eius sunt encomia plena miraculis, quę nemini prębẽt vllã ansam reprehendendi, & si nonnulli furiant, & rabie agitentur. Opera ergo eius talia sunt natura, vt fulgeant, vt resplẽdeant, vt eius qui fecit, curã, prouidentiam, clementiam, iustitiam, sanctitatem annuncient. *Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate.* Ecce etiam aliam prouidentiæ partẽ, quæ est caput bonorũ. Postquã enim dixit quæ sunt cõmunia, & quæ data sunt etiã infidelibus, vtpote alimẽta & imbres: dicit etiã quæ priuatim fidelibus data sunt. Quænam autem ea sunt? Propè eos esse, hoc est, defendere, curã gerere, amplius eis prouidere, esse eis beneuolũ, benignũ, & propitiũ, & bona eis magis reuelare. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos.* Atqui dicit quispiam, Volebat Paulus angelũ satanę ab eo recedere, hoc est, tentationes, afflictiones, insidias, & nõ fecit. Imò verò fecit. Postquã enim cognouit se petere minimè cõducibilia, vt rursus vellet & vehemẽter vellet, à dei procedebat officio. Et ideo dicebat: Mihi placeo in infirmitatibus, in afflictionibus, in persecutionibus. Si autem prius volebat cõtraria, volebat propter insciẽtiã. Postquam autẽ deũ hoc velle didicit, ipse deinceps lubẽter acquiescit: Neq; enim alia est dei voluntas, & alia eorũ qui ipsum timẽt: & si ipsi quoq; aliqua volunt vt homines, postea corriguntur. *Custodit dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.* Hæc quoq; est nõ parua pars prouidẽtiæ, cõseruare, munire ac ꝓtegere, suam præbere prouidentiã. Peccatores autẽ dicit eos qui laborant morbo immedicabili, eos qui nolũt corrigi. Quòd si etiam aliquos eorũ qui ipsum diligunt, sinit in mortem incidere, hæ quoque sunt partes custodientis. Quod in Abel quoq; accidit. Etsi enim eorum corpora interierint, animo tamen clariores euaserunt:

Casu mũdus non stat. Psal.146. Psal.103. Benedictione, εὐδοκίας, bona voluntate. Manus dei. Via dei. Quòd commoda afflictiones. Peccatores qui. Gene.4.

recipient autem etiam corpora interitui nõ obnoxia. Postquã ergo dixit species eius prouidentiæ, quantũ ab eo dici poterãt, cõmunes, priuatas, & quæ sunt sanctorum, præcipue eorũ qui labant, curam eorũ qui iacent, prouidentiã, patientiam, peccatorum correctionem, sanctorum custodiã: laude rursus concludit orationem, & vniuersum orbem terrę vocat ad laudis cõmunionem: *Laudationem domini loquetur os meum. Et benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum & in seculum seculi.* Vides quomodo ex bona affectione non eos solos vocat qui beneficio afficiuntur, sed eos etiã qui puniuntur: nam hoc quoq; est eius prouidentiæ. Nõ homines solùm, sed etiam bruta, & elemẽta, & omnia insensilia, omnia enim eius bonitate plena sunt. Nec nos ergo intermittamus eum & verbis & factis assiduè laudare, qui est adeò bonus, adeò benignus, & clemens, & vbiq; suam extendit beneficentiam: vt & bona pręsentia & futura consequamur, gratia & clementia domini nostri Iesu Christi, cui gloria & potentia in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXLV.

Lauda anima mea dominũ. Laudabo dominũ in vita mea. Psallam deo meo quandiu fuero. Vnde desiit, illic rursus incipit, nempe à laudatione. Hoc enim non parũ expurgat animũ. Laudem autem dicit, vt dico assiduè, quæ fit factis: quod etiã dicit Christus: Luceat lux vestra corã hominibus, vt videãt bona vestra opera, & glorificent patrem vestrũ qui est in cœlis. Et rursus Paulus: Glorificate deum in corpore vestro, & in spiritu vestro. & quemadmodũ dixit in præcedenti psalmo, Quotidie laudabo te: ita hîc etiã, Psallam deo meo quandiu fuero. Deinde cum vellet rursus habere homines eius laudis socios, incidit in narrationem eius benignitatis & clementię, desiderio incensus & inflãmatus, vniuersum orbem terræ percurrens, omnes homines in suum chorum cogẽs. Hoc est enim maxima laus, maxima dei gloria, quãdo multos requirit futuros eius salutis participes. *Nolite cõfidere in principibus, in filiis hominũ in quibus non est salus.* Alius, Qui non potest seruare. Audiant hoc consiliũ & hanc admonitionẽ, qui fixis oculis & ore hianti intuentur admirãtes præfecturas humanas, & magistratus, qui sunt corrupti, & in quos mox cadit interitus. Quid est autem: In quibus non est salus? Ne propria quidem salus est in eorum potestate, nec se possunt defendere. Si enim mors aduenerit, iacebunt magis muti q̃ lapides. Hoc enim est quod infert dicens, *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam. In illa die peribunt omnes cogitationes eius.* Alius, Proposita eius. Quod autem dicit, est eiusmodi, Qui seipsum nõ potest defendere, quomodo eripiet alios? Nihil est enim æquè infirmum & imbecillum, vt ea spes. Id autẽ ostẽdit ipsa rerum natura. Et ideo Paulus de spe in deum disserens, dicebat, Spes autem pudore non afficit. At non ita se habent res humanæ: sed sunt vmbra imbecilliores. Ne mihi enim dixeris, Est princeps. Princeps enim non est quolibet homine plebeio superior, est enim eidem incertitudini obnoxius, atq; adeò si quid dicendum est admirabile, propter hoc ipsum maximè non est fidendum, quòd sit princeps: sunt enim summopere lubrici & periculosi hi principatus: & si nullus ei casus accidat, est ad iram procliuis, & potestate in ingrati animi crimine & beneficiorum obliuione abutitur, vt rationem non redditurus eorum quæ accepit ab initio: & si gratus fuerit, & memor beneficij, eo facilior esse poterit

1.Cor.15. Matth.5. 1.Cor.6. Psal.36. Eccle.10. Psal.36. Eccle.20. Rom.5. Magistratuum eleuatio. Principatuum lubricitas.

Universidad de Deusto Biblioteca

eius casus quàm priuatorũ, quo est pluribus & maioribus insidiis obnoxius:& eo facilius capi & expugnari poterit,quò plures habet insidiatores. Quid em̃ sibi volũt satellites,& corporis custodes? Quid verò multa præsidia?Quomodo ergo,qui in ciuitate quę bonis legibus & institutis regitur, nõ est de corpore securus, sed in ea versatur tanquam in mediis hostibus, cui tot ostenduntur certamina & pericula,alios seruare poterit? Qui cũ sit pax,timet iis acerbius qui in bello versantur:quomodo poterit alium in tuto collocare,& liberare à periculis?Multis certe qui poterãt per se securè viuere,hoc exitij causa fuit,ꝙ talibus confiderint:& cum illi cecidissent,hi quoq; vnà sunt deturbati. Multis autem custodes fuere proditores. His tamẽ omnibus prætermissis, quoniã multi euaserũt,id ponit propheta de quo dubitari nõ potest,nempe mortem.Etsi enim omnia tibi rectè successerint, & si sit, inquit, beneuolus,gratóq; &memori animo,& sit gratiam relaturus,in mediis promissis vita finita, te in vana spe dimisit,propterea ꝙ vita ad exequendũ promissum non suffecerit. Quando ergo ne vita quidem ei sufficit ad implendum promissum, sed ante euentũ vita eius interrumpitur, ad imbecillũ & inualidum confugis auxilium. An nescitis hoc multis accidisse,& cum cecidisset adiutor, defensore nudatos, ex eo fuisse magis deiectos & afflictos? Quanquã quid dico eorum promissa euanescere & interire,cum ne ipse quidẽ eorum dominus & author maneat? Reuertetur enim,inquit, in terram suam. Si ille autem periit, multo magis hæc quoq;.Et ideo subiũxit: Peribunt in die illa omnes cogitationes eius.ostendẽs nõ solũ promissa nõ esse effectum sortitura,sed eum etiã qui promittit,periturum. Quid ergo deinceps facit? postquã à spe humana abduxit,ostẽdit deinceps tutum portum,& arcem inexpugnabilẽ,& cõsulit.Hic est enim optimus modꝰ suasionis,abducere ab imbecillis, & ad valida deducere: quę vana sunt destruere,& quę vera,stabilire:refellere quæ decipiũt,& quæ iuuant probare. *Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius.* Vidisti copiam cõsilij & adhortationis.Quando autẽ dicit beatitudinẽ,dicit omnia bona,& ostendit spei securitatẽ. Postquã ergo beatũ dixit eum qui sperat in ipsum, dicit deinceps potentiã adiutoris, ostendẽs illum quidẽ esse hominem,hunc verò deum: illum quidẽ interire, hunc verò permanere:non eum autem solum,sed etiã eius opera.Et ideo sic subiunxit: *Qui fecit cœlum & terram,mare & omnia quæ in eis sunt.* Quòd si eius sunt opera perennia,multo magis ipse est & perennis & potẽs. Quòd autem talis sit,ostẽdunt ea quę ab eo facta sunt, eius vires.Quid tum autem si est & perennis, & potẽs: non vult autẽ?Multi enim stulti hæc dicunt. Sed vide quomodo hãc quoq; aufert suspicionem. Cum enim dixisset:Qui fecit cœlũ & terrã,mare,& omnia quę in eis sunt,subiunxit, *Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus.* Quod autẽ dicit, est eiusmodi,Hoc est eius munus,hoc est ei familiare,hoc est maximè dei propriũ, non despicere eos quibus fit iniuria, non eos contẽptim præterire qui aut probri aut damni aliquid accipiunt:manũ præbere iis quibus tenduntur insidiæ: idq; in perpetuũ. Et ideo dixit, In seculum,hoc significans, Non hoc autem solum, sed id etiã quod deinceps sequitur. *Qui dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos, dominus illuminat cæcos.* Alius, Sapientes reddit. *Dominus erigit elisos. Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet:*

Suadendi formula optima.

A *Et via peccatorum disperdet.* Vidisti quomodo ostenderit eius prouidentiam esse per omnia extensam,& eius esse partes, expedire à calamitatibus, fami afferre remedium,liberare & vinculis.Sed hęc quidem possunt etiam aliqua ex parte homines: quæ autem deinceps sequuntur,non itidem. Quod enim in natura est mutilum & mancum, corrigit: eos qui ceciderunt erigit, inquit:eos qui virtute clari sunt,laudat: eos qui nõ habent defensores, conseruat: eos qui orbitatem ac viduitatem ægrè ferunt, consolatur & recreat. Deinde quoniam dixit, Diligit iustos,ostendit eum multis opẽ tulisse propter solam calamitatem. Quos enim nutrit, nutrit eò ꝙ esuriant, quod quidem non est virtutis: & eos qui vincti sunt,absoluit propter vincula. Sed neq; hoc est virtutis,sed calamitatis. Quin etiam illuminat cæcos propter cæcitatem. Neque hoc autem est rectè B factorum, verùm calamitatis. Ita etiam esse aduenam pupillum, & viduam. Quòd si eos adiuuat qui sunt in calamitatibus: multo magis eos qui student virtuti. Cum ergo & possit, & velit, & sint apud eum omnia perennia & perpetua,& virtutem suscipiat & misereatur propter calamitates: cur non dimittis eũ qui perit, eum qui est imbecillus,qui est interitui & morti obnoxius,& confugis ad eum qui est fortis & inexpugnabilis,qui non exprobrat calamitates,sed eis affert remedium,qui omnia quæ vult potest? Considera autẽ extremũ q̃ accuratè dixerit. Non dixit enim, Disperdet peccatores,sed viam ipsorum,hoc est,eorum actionẽ. Non enim auersatur naturam, sed odio habet vitium.

Esa.61. Matt.11. Sapiẽ.12. Luc.1. Sapiẽ.14. Rom.1.

Regnabit dominus in secula, Deus tuus Sion in generationẽ & generationem. Quòd autẽ regnat perpetuò,& in æternum permanet, minimè est dubitandum: sed & si hic C non dederit remunerationem, eam seruat ad maiora. Nec ergo conturbemur in tentationibus si non euestigio sequatur solutio: sed domino permittamus tempus solutionis:nec si quid boni fecerimus,statim petamus remuneratione,sed eius volũtatẽ rursus itidẽ expectemus.Quando enim differt,remuneratur vberius & plenius:& in omnibus gratias agamus,& eũ laudare pergamus.Ita enim & præsentẽ vitam agemus securissimè,& consequemur bona ineffabilia,gratia & misericordia domini nostri Iesu Christi:cui gloria & potẽtia cum principij experte eius patre & viuifico spiritu, nunc & semper,& in secula seculorum,Amen.

IN PSALMVM CXLVI.

LAudate dominum quoniam bonus est psalmus. Superius quidem in centesimo quadragesimo quarto psalmo dixit. Magnus dominus & D laudabilis valde, & multa illic de gloria disseruit. Hic autem ostendit quod ipsum etiam laudare bonum sit, & psalmus sit causa bonorum innumerabilium. Mentem enim à terra abducit,animúmq; erigit & in altum euehit,leuésq; & sublimes efficit.Et ideo dicit Paulus, Canentes & psallentes in cordibus vestris. *Domino deo nostro iucunda decoráque sit laudatio.* Alius, Alleluia, quoniam bonum est canticum deo.Quid est,Deo nostro iucunda sit laudatio? Sit, inquit, accepta. Non satis est enim tantummodo canere, vt sit deo iucunda laudatio, sed opus est & vita, & precatione & accurata attentione canentis. Mihi autem videtur hic psalmus esse reuersionis.Ostendit autem id per hoc quod subiungit,dicens, *Aedificans Hierusalem dominus, dispersiones Israel congregabit.* Etsi enim eos dimisit Cyrus, non ex illius sententia, sed ex dei ope totum hoc profectum est.Alius autẽ interpres,pro eo quod est,Aedificans

Psalmi vis. Ephes.5. Psalmodia vt deo placeat. Eccle.15. 1.Cor.14. Matt.15.

Dispersiones expulsi

ficans, dixit ædificabit. Dispersiones verò,expulsos. Quánam de causa? Quoniã nõ omnes simul reducti sunt,sed post reuersionẽ paulatim coacti sunt. *Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* Alius,Confracta ipsorum. Cum non haberet in vita sua fiduciã, adducit rursus calamitatẽ,& dei cõsuetudinẽ. Est em̃ eius munus,& hoc est eius ꝓpriũ,eos qui sunt deiecti & afflicti,cõsolari: quemadmodũ quando dicit Paulus: Qui viuificat mortuos. Et rursus: Qui vocat quæ non sunt,tanquã quæ sunt:dicens ꝓpriũ eius munus, ita hic etiã:Qui sanat contritos corde,dicit, ostendẽs ꝙ etiã si indigni simus,quoniã opus eius sumus,actionem suã & partes suas non relinquet, à sua consuetudine non recedet.Ita etiã Paulus, Sed qui consolatur humiles, nos consolatus est. Et rursus: Qui dat iis qui sunt pusillo & abiecto animo, patientiam.Quinetiam hic ipse quoque Propheta alibi, Cor contritũ & humiliatũ deus non despiciet.Quando ergo volueris cõsolationem assequi, redde teipsum humilẽ, animum tuum cõtere.Hoc ergo dixit de eius voluntate, benignitate,&clementia,eius scilicet esse munus,illos cõsolari qui sunt in calamitatibꝰ. Quod autem sequitur, de potentia. *Qui numerat multitudinem stellarũ.* Hoc est, qui nouit:Quoniã enim agebatur de dispersa multitudine,& quę tunc nusquã apparebat,iure hoc exemplum in mediũ adduxit, per hoc ostendens eũ posse vel dispersos cogere. Contritos enim solet erigere & consolari, & innumerabilẽ astrorũ multitudinem nouit apprimè:ergo nos quoque, quos pollicitus est eis futuros æquales,plenissimè reducet. *Et omnibus eis nomina vocans.* Alius, Omnibus nomina vocans. Alius, Omnes eos nominatim vocabit. Existimo hoc dictũ esse de Israëlitis,&idem dicere ꝓphetam,quod Esaias quoq; postea. Ne timeas Israël,ex speculis terrę vocaui te,& dixi,Filius meus es. Quid est,omnes eos nominatim vocabit? Nullus,inquit,eorũ peribit,sed quemadmodũ qui nominatim vocat:ita etiam ipse omnes perfectè reducet. *Magnus dominus noster, & magna virtus eius.* Quoniam rem dixit maximã,ꝙ tot hominum milia per vniuersum orbem terræ dispersa sit congregaturus,deinceps differit de eius potentia,Iudæos qui valde conturbabantur, vt crederent inducens. *Et sapientiæ eius non est numerus.* Ne quære ergo quomodo & quánam ratione, est enim eius magnitudo infinita. Quocirca dixit etiã, magnitudinis eius nõ est numerus.Sed quemadmodũ infinita est magnitudo,ita etiã sapiẽtia.Et ideo cũ dixisset,Magnus Dominus noster, subiunxit:Et sapiẽtiæ eius non est numerus. Quinetiã admirabilis est eius scientia,& ideo dicebat:Mirabilis facta est scientia tua à me.Potẽs facta est, non potero ad eã.Et sunt eius iudicia rursus inscrutabilia: & ideo dicebat:Iudicia tua abyssus multa. Cùm sit ergo magnus,potens,& sapiẽs, ne nimis curiosè inquiras quomodo hæc erunt. *Suscipiens mansuetos dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram.* Ne dicerent aliqui insipiẽtes,quid ad nos si perfectè nouit astra omnia? dicit etiam curam quã gerit hominũ:Non dixit autem, opem ferens mansuetis dominus: sed quod est multo maius:suscipiens:tanquã de amãti patre loquẽs.Quid est autẽ,suscipiẽs? Recreans, ferens, baiulans. Vidisti rursus perfectam in vtroque eorum potentiã, nempe in extollendis humilibus,& in deiiciendis deprimendisque arrogantibus. Non solùm autẽ humiliat, sed etiam summopere humiliat. Hoc em̃ sibi vult illud, Vsque ad terram. *Præcinite domino in confessione.* Alius,

Afflictos consolari, dei ꝓpriũ. Rom.4. Ibid. 2.Cor.7. 2.Cor.1. Philip.1. Psal.50. Philip.3. 1.Ioan.3. Esa.43. Psal.144 Psal.138. Psal.35.

A Enumerate. Postquã dixit præclara eius facta, rursus eos ad hymnũ vocat dicens:Pręcinite domino in cõfessione. Hoc est, in gratiarum actione, cum magno studio ac diligentia. *Psallite deo nostro in cithara.* Alius, per lyram. *Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiã.* Ne quis autem planè sensus expers dicat, Et quid ad me cœlestia?subiunxit statim id quod opus est hominibus, ostendens per id quod subiungit, cur cœlum operiat nubibus. Propter te, inquit, vt tibi paret pluuiam.Pluuia autem propter te, vt tibi fœnum producat. Vide autẽ sapientiam. Dicit bona generalia quæ dedit omnibꝰ, ex redũdanti copia ora eorũ obstruẽs. Si em̃ infidelibus fuit adeò munificus,vt vel nubes cogeret,& pluuiam moueret, & terrã excitaret, multo magis vobis qui appellati estis populꝰ eius peculiaris. *Qui producit in montibus fœnũ & herbam seruituti hominũ.* B Vide prouidentiæ amplitudinẽ,quando nõ solum in agris & cultis prædiis, sed etiã in montibus lautã dat mensam,nempe alimentũ iumentorũ quæ ad hominibus seruiendum facta sunt. Et ideo subiungit, *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Aliam rursus dicit munificentiam, vt qui nõ solũ iumẽtis,quæ seruiunt hominibus,dat escam ipsorum, sed etiã aliis brutis.Et pullis em̃,inquit,coruorũ inuocantibus eũ. Si autẽ brutis,& brutis agrestibus,& quę hominibus minimè inseruiunt, tanta adhibetur prouidentia:quanto magis hominibus,& hominibus qui eum hymnis & laudibus celebrant,quos etiã ꝓpterea vocauit populũ peculiarẽ,& sui portionem? Deinde quoniam erant imbecilli,& inermes,& nudati omnibus,ne ex eo cõturbarẽtur:vide quomodo hanc quoque eorũ corrigit imbecillitatem,dicens, *Non in fortitudine* C *equi voluntatẽ habebit, neque in tibiis viri beneplacitũ erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.* Alius, Qui expectãt misericordiã eius. Si hæc, inquit,habeatis, metũ scilicet, & perfectã in eũ spem, attrahetis eius beneuolentiã: & cum attraxeritis,iis qui equos & arma habẽt, eritis potentiores. Vnum est ergo quod quæritur,vt non ægrè feratis,neq; perturbemini,sed expectetis eius misericordiã:In hoc em̃ spes maximè consistit,vt etsi nõ statim acceperimus,minimè desperemus, nec animũ abiiciamus. Rectè autem dixit, In misericordia eius. Neque enim habebant in factis suis fiduciam.Sed tamen,inquit,& si vos facta destituerint, speretis autem in eius misericordia,assequemini prouidẽtiam & eius auxilium: quæ detur nobis omnibus consequi gratia & clementia domini nostri Iesu Christi: cui gloria & D potentia in secula seculorum, Amen.

Argumẽtũ à minori. Dan.7. 14.26 Populus dei peculiaris qui dictus. ἐμφοβουμένοις, In timẽtibus, ὧδε καὶ ἔλεος. misericordia

IN PSALMVM CXLVII.

LAuda Hierusalem dominũ, lauda deum tuum Sion. Non ad ciuitatẽ,sed ad eos qui in illa habitant,dirigit orationẽ:quod per totum librum facit,hoc quoq; hic faciens. Assiduè autẽ hortatur & consuluit vt gratiarũ actionem deo pro beneficiis offerãt,& neq; in ædificiis, nec in validis propugnaculis,sed in dei prouidẽtia fiduciã habeant. Hoc veluti priùs iacto & confirmato fundamento, subiunxit, & dicit, *Quoniam confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te.* Quid hoc est? In tuto collocauit, fecit inexpugnabilẽ. Benedixit filiis tuis.Hoc est,fecit crescere in magnã multitudinẽ.Hoc vnum est genus beneficij.Alterũ verò est illud,In te.Hoc est autẽ quod dicit, Non diuisos,nec dispersos,sed in te congregatos fecit crescere.Deinde aliud quoq; ostẽdens prouidẽ-

tiæ

Universidad de Deusto Biblioteca

tiæ genus,dicit, *Qui posuit fines tuos pacem.* Fieri enim A
potest vt & in tuto sint, & muti sint,& tamē bello ve-
xentur.Sed ab his quoque insidiis ostēdit eos esse li-
beros, quod sic dixit, & indicauit non solū ciuitatem
esse liberā ab insidiatorib',sed ipsos etiā fines. Vidisti
quot beneficia recenset.Primū quidē,&quod est om
Deut.7. niū maximū,ꝙ dixerit,Deū tuū. Per hoc em̄ verbum
Rom.8. dicit hæc omnia,ꝙ te effecit familiarē, quòd te suum
Rom. 10. fecit hæredem,ꝙ cū sit cōmunis omniū dominus, est
præcipuè tuus: quod quidē est primum caput bono-
rum. Secundū autem , ꝙ ciuitatē in tuto collocauit.
Tertiū, ꝙ eos multiplicauit. Quartū,quòd à bellis &
tumultibus liberauit non solum ciuitatē, sed etiā vni-
uersam gentē:ꝙ non vno tantū, aut altero, aut tertio
tempore hoc fecit, sed id fecit perpetuò. Non dixit
enim qui posuit,sed qui ponit. Quòd si bella quādo-
que euenerunt, non eò ꝙ ipse eos relinqueret, sed eò
quòd ipsi resilirent,factū est.Hoc enim fuit perpetuū
eius munus,munire,in tuto collocare:vt ab omni bel-
Terræ fertilitas dei prouidentiæ asscribenda. lo & tumultu liberi essent, præstare. Deinde aliud
quoque vnà cum hoc dicit beneficiū, nempe magnā
anni fertilitatē, & bonū fructuum prouentum, rursus
hic ipsos docens,non terræ nec aëris naturæ, sed eius
prouidentiæ omnia asscribere. Quódnā autem id est
Adeps frumenti. quod subiūxit, dicens, *Et adipe frumenti satiat te*? Vide
non dixit absolutè frumentum, sed, adipe frumenti,
magnā ostendens prosperitatem.Adeps enim frumē-
ti,fructus florē & id quod est optimū significat.Talia
sunt em̄ dei dona,proba & florētia. Optimo ergo fru-
mento eos hic dicit liberalissimè expleri. Hoc em̄ si-
gnificans,non dixit qui dat,sed qui satiat. *Qui emittit
eloquium suum terræ.* Quod facere consueuit,vt à priua-
tis ad communia,& à communibus rursus ad priuata C
transferat orationem,hoc hic quoq; facit. Postquam
enim dixit,Lauda deum tuum,ne quis insipiēs existi-
maret eum esse deū tantum illorū, ostēdit quomodo
sit vniuersæ terrę cōmunis,& per vniuersum orbē ter-
ræ extensa sit eius prouidentia, à priuatis ad id quod
est commune deducens orationem, & ad generalem
prouidentiam. Et ideo cum dixisset,qui emittit elo-
quiū suū terræ,subiūxit: *Velociter currit sermo eius.* Hoc
autem dixit ostendens eum non solū nostrę regionis,
sed vniuersi orbis terrarum curam gerere. Eloquium
Sap. 6.21 autem hic dicit iussum, operationem qua prouidet &
Eloquium dei. prospicit.Deinde q̄ sit facilis, & q̄ in promptu, ostē-
dens,nō nomine solū sermonis, sed etiā appellatione
cursus id significauit: & ne hoc quidē satis esse duxit,
sed etiā adiecit,velociter. Quod autē dicit,est eiusmo
di,quodcūq; iusserit,fit cū maxima celeritate.Pervni- D
Eccl.8. uersum em̄ orbē terrę imperat.Quid autē imperat?Ea
quæ nostrā vitam continent,quæ spectāt ad aëris ad-
ministrationem, temporúmq; mutationē & vicissitu-
dinem. Et ideo subiungit dicens, *Qui dat niuem sicut la-
nam:nebulam sicut cinerem spargit.*Hoc alius quidā inter-
fauilla,cinis אפר pres dicit, Rorem concretum. Hebræus autem כאפר
Caepher. *Mittit crystallum suam sicut buccellas:ante faciem
frigoris eius quis sustinebit?* Alius,In faciē frigoris quis sta-
bit? *Emittet verbum suū,& liquefaciet ea,flabit spiritus eius,
& fluēt aquæ.* Hic mihi exponit inexpugnabilē & infi-
nitā eius potētiā,ꝙ quę nō sunt,ꝓducit substantias,&
eas quæ factæ sunt, traducit & transmutat, & ad id
quod vult transformat.Quod quidē alius quoq; pro-
Esa.45 pheta significās dicebat: Qui omnia facit,& ea trans-
Hiere.10. format.Etsi em̄ immobilibus naturę terminis alligata
sint:quādo tamen ei visum fuerit, soluuntur hi termi-

ni.Ei em̄ omnia locum dāt & concedunt,& aliquādo *Naturæ operatio in contrarium mutata.*
quidē eas mutat substantias, aliquando verò manen-
tes mutat in aliā operationē,& eam quidē quæ est ei
propria & attributa facit quiescere, aliā verò inducit
contrariā.Quod quidem fecit in fornace. Ignis enim *Dan.3.*
erat,& non vrebat,sed qui in eum iniecti fuerant,sen- *Exod.14.*
tiebant rorē longè iucundissimum. Mare erat cum Iu *Num.16.*
dæi traiicerēt,& aquæ non obruebant, sed eos petra
firmius & solidius trāsmittebant: sub Dathan & Abi- *Num.17.*
ron terra erat, eorum tamen corpora non sustinuit,
sed mari facilius obruit. Virga Aaron erat lignū ari-
dum,& iis quæ in terra plantata erāt,fructū pulchrio-
rem protulit. Balaæ erat asinus animal omnium he- *Num.22.*
betissimum,nec minus bene se defendit apud eū qui
ipsum pulsabat,q̄ homo ratione præditus. Cū in lacū
coniectus est Daniël,erant leones,& ostēderunt ouiū *Dan.10.*
mansuetudinē : non ipsorum quidem deleta natura,
B sed mutata eorum operatione. Multa alia possunt vi-
deri miracula,etiā in creatione. Ne ergo quoniam fit *Miracula quotidiana.*
singulis annis,& sub aspectum nostrū cadit, id paruū
esse miraculum existimes. Considera enim quantum
sit, nunc quidem videri niuem, nunc vero aquam, &
breui momento temporis tantas fieri mutationes.Ne
quis autem minus sapiens, naturali elementorū ope-
ratione hæc fieri,& ea absolutè illorum causas esse pu
taret:sed sciret quisnā sit qui imperat, ad iussum eius
totam de his rebus deducit orationē,& dicit:Emittet
verbum suum, & liquefaciet ea. Hoc est, iussus,non
enim vis ventorū hoc facit principaliter,sed deus qui *Iudæorum crassities.*
fecit ventos.Orationē autem deduxit ad elementa,&
ad mutationes quæ sunt in elementis,persuadens cras
so & vix vllo sensu prædito Iudæo,ex iis quæ fiūt sin-
C gulis annis,nosse dei potentiā,& facile ei esse res eorū
vt vult administrare, & à contrariis in contrarias mu-
tare. Quemadmodū enim si fuerit tempestas & gla-
cies intolerabilis, facilè est illi inuecta tranquillitate
omnia dissoluere: ita etiā eos qui in captiuitatem ab-
ducti fuerant,& bellis vexati erant,facile ei ad pacem
& ad suā patriā reducere, & restituere priori ꝓsperi-
tati.Non hoc solùm autem significat,sed etiam aliud
latenter innuit.Quidnam?Quòd quemadmodū hęc,
licet molestiā afferant,sæpe fiūt vtiliter:ita etiam quæ *Heb.12.*
eis euenerunt, eis fuerunt conducibilia, & multum
commodi attulerunt, Ne esset autem eis amplius mo-
lestus,ad placidiorē rursus traduxit mutationē. Quid
hæc autem sibi volunt exempla? Non dixit enim so-
lummodo, qui dat niuem, sed adiunxit, tanquam la-
nam:Neque,qui nebulam spargit,sed subiunxit, sicut
D cinerē:neq;,qui mittit crystallū,sed adiecit,sicut buc
cellas. Mihi videtur voluisse ex his significare quàm
sint ei omnia facilia & explicata. *Qui annunciat verbum
suum Iacob.* Alius,perfectiones. Alius, iussa. *Iustitias &* כן *sic, similiter.*
iudicia sua Israel.Non fecit taliter omni nationi. Alius,simi-
lia. *Et iudicia sua non manifestauit eis.* Vide quomodo οὕτως.
rursus à generalibus transit ad singularia, & quæ erāt *Exod.20.*
Iudæorum præcipua, volens eos ad maius studiū ex-
citare.Atq; in principio quidē psalmi disseruit de sen
silibus,& quæ prosunt corpori, vtpote de securitate,
anni fertilitate, & pace.Hic autem orationē ad altio-
ra erigit,de lege quę eis data est tractans, quod quidē
est maximū genus beneficij, à vitio abducere, dedu-
cere ad virtutē, animū illustrare. Et ideo Moses hoc
súsq; déq; versans,dicebat:Quis est is populus,gēs ma *Deut.4.*
gna,cui deus est eis appropinquans,vt deus noster,in *Rom.3.*
omnibus quibus eum inuocauerimus? Et Dauid rur- *Psal.102.*
sus:

sus:Faciens misericordiā dominus , & iudicium om- A
nibus patiētibus iniuriam.Notas fecit vias suas Mosi,
Baruch.3. filiis Israël volūtates suas.Et Hieremias. Hic est deus
noster,nō reputabitur alius præter ipsum.Inuenit om
Peccatores etiā ante legem puniti. nem viā scientiæ & dedit eam Iacob filio suo,& Israël
dilecto suo.Sed dixerit fortasse quispiam, Cum reli-
quis hominibus non significauerit,quomodo eos pu-
nit?Quòd enim eos puniat qui fuerunt ante legem, &
Matt.12. eos qui peccant per vniuersum orbē terræ, clarū est
Luc.11. ex iis quę dicit Christus: Regina austri surget,& con-
demnabit hanc generationem. Et rursus : Viri Nini-
uitæ surgent,& cōdemnabunt hāc generationē.Om-
nino enim ideo ita dictum est, ꝙ illi quoque rationē
redderent:& illi quidem laudarentur, hi vero punirē-
tur.Si autē nō fuerat eis ostensum quid sibi esset agē-
Ibidem. dum,quomodo hos condemnabunt? Quomodo au-
tem rursus dixit, Requiretur sanguis à tempore Abel
Ibidem. iusti vsque ad sanguinē Zachariæ? Quomodo autem B
Matt.10. rursus?Tolerabilius erit terræ Sodomorū & Gomor-
rhæ.Cum enim dixit,Tolerabilius,non perfectam li-
berationem,sed eos pro suis peccatis dare leuius sup-
plicium significat. Quòd si qui puniti sunt, tam gra-
Gen.7. ues rursus dant pœnas:quis ex aliis effugiet?Videmus
Gen.4. autē eos quoq; qui pœnas dederunt in inundatione,
Rom.1 & multos alios,& ipsum Cain.Porrò autē Paul' quo-
que dicit,hoc ipsum significans, Reuelatur ira dei de
cœlo super omnē impietatē & iustitiam hominū qui
virtutem in iniustitia detinent,ꝓpterea ꝙ id quod de
deo cognosci potest,manifestū est in ipsis.Inuisibilia
enim eius à creatione mundi operibus intellecta con-
spiciuntur,& æterna eius potentia & diuinitas, vt sint
ipsi inexcusabiles. Deinde de vita quoque verba fa-
ciens, ne hic quidem eos relinquit rationi reddendæ C
Rom.2. non obnoxios, ita dicens, Qui cum iustitiam dei co-
gnouissent ꝙ talia agunt,digni morte sunt: nō solum
ea faciunt,sed etiā facientibus consentiunt. Existimas
autem hoc, ô homo,qui iudicas eos qui talia faciūt,
ꝙ tu dei iudiciū effugies?An diuitias benignitatis ei',
patientiæ & longanimitatis cōtemnis, nesciens quòd
benignitas dei te ad pœnitentiā adducit? Secundum
duritiā autē tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi
iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei,qui red
det vnicuique secundū opera sua , his quidem secun-
dum patientiam boni operis , gloriam & honorē , &
incorruptionem : iis verò qui ex tentatione veritati
quidem non parent,parent autem iniustitiæ, ira & in-
dignatio, afflictio & angustia super omnem animam
hominis operantis malū,Iudæi primum,& Gręci.Vi-
des per hæc omnia,quomodo omnes , quotquot fue- D
runt homines,etiam ante legem,dant peccatorū pœ-
nas:& quicunque virtutis curā gesserunt,& ab impie-
Quæstio. tate recesserunt, fruuntur bonis. Quomodo ergo erit
aut hoc aut illud, si quid esset agendum , nesciebant?
Sin autem sciebāt,inquit,quid sit agendū: quomodo
Psal. 147 Solutio. dicit,Non fecit sic omni nationi:& iudicia sua nō ma
Naturalis lex omnibus insita. nifestauit eis?Quid ergo sit quod scriptum est,& quid
sibi velit significare, audi. Scriptam legē nulli alij de-
dit.Naturalē em̄ intus habebant omnes , personantē
quid sit bonū,quid secus. Cū hominem em̄ deus fin-
geret,simul etiam hoc illi indidit incorruptū iudiciū,
nempe vniuscuiusq; suū conscientię calculum.Iudęis
autem hoc procurauit eximium,ꝙ quæ erant iusta ac
legitima, procurauit vt per scripta cognoscerent. Et
ideo non dixit ipse, Non fecit in omni gente,sed,Nō
sic fecit. Hoc est, Non misit eis tabulas, non scripta,

non Mosen legislatorē,non alia quæ fuerunt in mon- *Iudæorum*
te Sina, sed Iudæi soli peculiari quodā priuilegio hæc *priuilegia.*
omnia cōsecuti sunt. Verū enimuero vniuersa huma- *Conscien-*
na natura habuit sufficientē legem conscientiæ. Quæ *tiæ lex.*
quidem Paulus quoque significans,dicebat. Quando *Rom.2.*
enim gentes legem non habentes natura quæ legis
sunt,faciūt: ij legem non habētes sibiipsis sunt lex. Et *Rom.5.*
ideo Iudæi digni sunt maiori condemnatione , ꝙ cū
vnà cum lege naturali,scriptā quoq; legē acceperint,
tam scelerate & tam nefariè se gesserunt. Quamobrē
magnū dei beneficium eis negligētibus, euadit occa-
sio maioris condemnationis.Quod ad verba quidem
scripta attinet, sufficiunt quæ scripta sunt. Siquis autē
desiderat psalmū quoq; sumere anagogicè,non recu-
sabimus hac quoque via ingredi, nō historiā perimē-
tes,absit,sed cum illa hæc quoq; studiosis adiiciētes,
quoad eius fieri poterit.Lauda Hierusalē dominū,lau *Hierusalē*
da deum tuū Sion. Nouit Paulus cœlestē Hierusalē, *cœlestis.*
de qua dicit: Quæ sursum est aūt Hierusalē,libera est, *Gala.4.*
quę est mater nostra,quemadmodū Sion quoq; nouit
ecclesiā, quādo dicit, Non enim accessistis ad montē *Hebr.12.*
qui palpatur, ad incensum ignē , & turbinem,& cali-
ginē,& procellam,sed accessistis ad Sion ciuitatem,&
ecclesiam primogenitorū descriptorū in cœlis.Potest
ergo de ea quoq; dici anagogicè illud,Lauda Hieru-
salē dominū,lauda deum tuū Sion: quoniā conforta-
uit seras portarum tuarū: benedixit filiis tuis in te. Eā
enim munit validius q̄ Hierusalē,non vectibus & por
tis,sed cruce circunseptam, & renunciatione propriæ
volūtatis,per quam vbiq; eius excitauit ambitū, cùm *Matt.16.*
dixit:Portæ inferorum non præualebunt aduersus eā. *Psal.2.*
In principio itaq; imperatores & reges omnes & po- *Act.4.*
puli & ciuitates,& dæmonum phalanges, & ipsa dia-
boli tyrannis, & alia innumerabilia inuaserunt eccle- *Ecclesiæ*
siam:illa tamen omnia fracta & dissoluta sunt & inte- *oppugnatio et in-*
rierunt:ipsa autē creuit,& in tantam prouecta est alti- *crementū.*
tudinem,vt ipsos etiam cœlos superauerit. Benedixit *Gene.2.*
filiis tuis in te.Quemadmodū cū dixisset in principio, *Matt.28.*
Crescite,& multiplicamini,& replete terram, vniuer- *Matt.26.*
sam terram sermo ꝓuasit: ita cū postea dixisset, Ite & *Rom.10.*
docete omnes gentes:&,Prędicabatur euangeliū hoc *Colos.1.*
in toto mundo:ipsos etiā fines orbis terræ breui mo-
mento temporis iussus eius occupauit. Quocirca ipse *Ioan.12.*
quoq; dicebat,Si granū frumenti in terrā cadēs mor- *Ibidem.*
tuum non fuerit, ipsum solum manet. si autem mor-
tuum fuerit, multum fructū affert. Et rursus, Quādo
exaltatus fuero , omnes trahā ad meipsum. Atque in
principio quidem ex vno multi nati sunt, cū lege na-
turæ cresceret multitudo,& ideo res tardius ꝓcessit:
tempore autem apostolorū,nō lege naturæ,sed gratia
crescebat multitudo:& ideo vno statim die tria milia,
deinde quinq; milia,deinde innumerabiles. Deinde *Act.3.5.*
vniuersus orbis terræ per pulchrā hanc regeneratio-
nem editi,aucti sunt,& multiplicati sunt,& quā acce-
perant benedictionem,factis ipsis ostenderunt. Non *Ioan.1.*
em̄ ex sanguinibus,neq; ex volūtate carnis,sed ex dei
gratia nati sunt.Qui posuit fines tuos pacē.Hoc valdè
ꝓpriè dici potest de ecclesia: nā, quod est admirabi-
lius, cū ea peteretur bello , pace fruebatur : & cum ei
omnes ponerent insidias, in summa securitate maxi-
mam capiebat voluptatē.Et ideo dixit ipse:Pacē meā *Ioan.14.*
relinquo vobis,pacē meā do vobis. Et adipe frumēti
satiat te.Potest hoc etiā aliter accipi in ecclesia de ali-
mento spirituali, ꝙ nobis scilicet panem vitæ dederit.
Qui emittit eloquiū suū terræ: velociter currit sermo
eius.

Universidad de Deusto Biblioteca

eius. Quisnā sermo, dic quæso? Qui prolatus per apostolos quauis pēna leuius omnia peruolabat. *Psal.67.* Quocirca Dauid quoq; alicubi hoc significās, dicit, Dñs dabit verbū euangelizantibus virtute multa. Siquis autē insipiens dubitet, ex iis quæ fiunt in elementis sumat *Simile Physicū.* ꝓbationē, & discat quomodo nix simul & aceruatim & repēte aduenit, & momēto tēporis totā terrā operit, nō longo tēporis curriculo eius faciē inuadēs, sed repente totā eam cōplectens. Quoniā ergo erat propheta, & consentaneū erat futura prædicentē, & per anagogen significantē hæc dicere, par fuit vt immo- *Psal.18. Marc. vl.* raretur in eo quod dicebatur de elementis. Quod autem dicit, est eiusnodi, Futurū est vt vniuersa terra dei verbo resonet, idq; cum maxima celeritate, & breuissimo tempore. Deinde ne quis dubitaret, si Iudæi, gēs vna in quā tanto tēpore tantū studij & diligentiæ collatū est, nō fuit proba: quomodo ij qui vniuersum orbem terræ habitant, poterūt breui tēpore cōponi, boníque & moderati effici? ad confirmandū id quod dicit, sumit exēpla ex elemētis, niuē, nebulā, glaciē, quæ breuiter fiunt vno momēto tēporis. Ne ergo ideo nō credas, etiā mens eorū sit facilè mutāda. At multi sunt qui resistunt. Sed ij quoque concedent, & locū dabūt. *Esa.47. Dan.4. Luc.21.* Si enim parū frigoris, quod fuerit vehemētius, nemo ferre potest: sed omnes ei cedūt, & locum dant: multò magis eius verbo & iussui cedent omnia quæ aduersantur. Potest enim mutare substantias, & quæ non sunt producere, & ad tantas vires prouehere, vt hæc sint omnibus intolerabilia. *Act.6. Heb.4. Gala.6.* Qui annunciat verbū suū Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Hic quoque nō aberraueris si Iacob spiritalem dixeris, & Israëlem, quem Paulus quoq; nouit, dicens: Pax vobis, & super Israël dei. Cui gloria in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXLVIII.

LAudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius. Est hoc sanctis in *Laudaturi deū socios sibi adsciscūt.* more positum propter pium & gratum suum animum, vtcum deo sint acturi gratias, accersant multos laudationis socios, & hortentur vt hoc pulchrum *Dan.3.* munus secū obeāt. Hoc etiam fecerunt tres pueri, qui quando erant in fornace, omnem creaturam ad laudibus celebrandum quod acceperant beneficium, & hymnos dei dicendos conuocarunt. Hoc ipsum facit hic quoq;, vtrunque mundum vocans, supernum, & infernum, sensilem, & eum qui percipitur sola intelli- *Esa.49.* gentia. Hoc etiā facit propheta Esaias, vt quando dicit: Lætentur cœli, & exultet terra: quoniam misertus est dominus populi sui. Quinetiā hic ipse quoq; quā- *Psa.113.* do dicit, In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: Montes exultauerunt vt arietes, & *Esa.45.* colles sicut agni ouium. Et rursus alicubi Esaias: Nubes pluant iustitiam. Vt qui enim soli nō sufficiant ad deum laudibus celebrādū, quoquouersus obeunt, vt in dicendis hymnis socios accipiant. Hic autem hoc *Psa.96.* crebro facit, vt quādo dicit, Et adorent omnes angeli eius. Et rursus, Potentes virtute, facientes verbū eius. Porrò autem aliud quoque ex his confirmat. Quódnam? Ne quis eorum qui minus sunt rationis compotes, existimet esse duos opifices. Quoniam enim diuersæ sunt creaturæ, & inter se substantiis differunt, *Opifex vnus vtriusque creaturæ visibilis & inuisibilis* hæc quidem quæ videntur, illa verò quæ sub aspectū non cadit: hæc quidem plena est corporibus, illa verò est incorporea: ne quis ex operum differentia diuersos induceret opifices, vnū constituit opificem, vnum ex omnibus ei canticum offerens, & eundem deū di-

A cēs debere laudari à superna creatura & inferna: hinc quoq; ostendens esse vnum vtriusque opificē. A supernis autem prius incipit, dicens: Laudate eū omnes angeli eius: *Laudate eum omnes virtutes eius.* Alius, Omnes exercitus eius. Dicens Cherubim, Seraphim, dominationes, principatus, potestates. Hoc est animi valde incensi, hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandū eum qui desideratur: hoc animi qui magnā assiduè capit voluptatē in cogitatione de deo, qui stu- בוכב אר pet & miratur eius gloriam. *Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen.* Alius, stellæ lucis. *Stella lucis.* *Laudate eum cœli cœlorum. Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini: quoniā ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum, & in seculum seculi.* Alius, Statuit ea manere perpetuo. *Præceptum posuit & non præteribit.* Quænā causa est, ꝗ cum de cœlestibus potestatibus pauca dixerit, illinc celeriter resilierit: & B cum ad ea quæ videntur, orationē deduxerit, de illis prolixius disserit, omnia sigillatim persequens, quę inferius sunt, & quæ superius? Quoniam ea erant manifestiora iis qui audiebant, vt quæ videbantur, & posita erant ob oculos. Et ideo Moses quoque de opificio & *Gen.1.* creatione incipiens, cum de supernis nihil nec magnū nec paruū dixisset, à cœlo & terra ducit exordium, & per solem & lunam, & herbas, & natantia, & quadrupedes transiens, in homine desinit. *Cœli cœlorum.* Cœlos autē cœlorum hîc dicens, non ostendit multitudinem, sed idem etiā dicit cœlū celi. Hebræorum eñ lingua cœli dici שמים consueuit, sicut etiā alibi dicit: Cœlum cœli domino: terram autem dedit filiis hominū. Et aquę quæ super *Cœlūcœli: ibi aqua. Kimhi. Psal. 111.* cœlos sunt. Audiuisti Mosen quoque dicentē, ex aquis quidem eum has reliquisse inferius: illas verò effecisse stare sublimes super terga cœlestia, cùm in me- C dio abyssi firmamentū stabiliisset, & aquas manere super terga siuisset. Quomodo autem poterunt, dixerit quispiā, ea laudare, quæ neque vocē habent, nec linguam, nec animam, nec rationem? Quoniā duo sunt *Laudandi modi varij* modi laudādi, gloriáq; & honore afficiendi: vnus quidem per verba, alius verò per ipsum. His accedit etiā tertius, qui est per vitam & rectè facta. Nam hominibus non solùm loquentibus, sed etiam tacentibus, gloria deo offertur: quemadmodū Christus quoque dicit, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant *Matt.5.* opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui est in cœlis. Et rursus: Glorificātes me glorificabo. Est *1.Reg.2* etiā quæ fit per linguam glorificatio, sicut etiam Moses glorificauit cum Maria, dicens: Cātemus domino: *Exod.15.* gloriose eñ glorificatus est. Est etiam quæ fit per ipsam creaturam, vt hic ipse dicit: Cœli enarrant gloriā *Psal.18.* D dei: opera manuū eius annunciat firmamētū. Ita hic etiam laudat eum creatura, pulchritudine, positione, *Deum vt laudet creatura inanimis.* magnitudine, natura, vsu, ministerio, perseuerantia, vtilitate quę ex ea ꝓficiscitur. Quādo ergo dicit, Laudate dominū angeli, virtutes cœli, luna, sol, stellę, aqua *Creatura omnis miraculosa.* quæ est super cœlos, hoc dicit, vnumquodque eorū quæ facta sunt, dignum esse sapientia effectoris, & esse *Gen.1.* plenum magno miraculo. Quod quidem Moses breuiter dixit in principio, Et vidit deus quæcunque fecit, & erāt valde bona: adeò bona, vt eū qui fecit, gloria afficerent, & spectatorē ducerēt ad eum laudandū qui erat fabricatus. Hanc ergo dicit laudē, pulchritudinem eorum quę facta sunt, quæ ei qui illa fecit, laudes & hymnos comparat. Quod Paulus quoque significat, dicens: Inuisibilia eñ eius à creatione mundi *Rom.1.* operibus intellecta conspiciuntur, & æterna eius potentia

tentia & diuinitas. Quinetiā hic quoq; propheta, cum dixisset creaturas, & ex eorum quæ videntur aspectu, illorum pulchritudinē reliquisset discendā, magnitudinemq; & eorum vtilitatem, ipse aliam adducit causam, dicens: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum & in seculum seculi. Præceptum posuit, & non pręteribit. Quòd itaq; sunt quidem pulchra & admirabilia, vel ipse visus indicat. Quòd autē habent opificem, & nec casu sunt, nec increata, potest quidē vel ex ipsa interpretatione per- *Mūdus et opificem habet, & creatus est* spici. Siquis autem dubitet, à me discat quòd habent opificē, effectorem, & qui illis prouidet, earumq; curā gerit. Duo enim hîc ponit, vel potius tria, atque adeò siquis rectè perpendat, etiā quatuor, quod est fecerit, & ex iis quę nō erant fecerit, & facilè fecerit, & à se facta regat & administret. *Rom.4. Vocare dei* Dicendo enim, Dixit, ostendit facilitatē: vt etiam Paulus significās, dicebat: Qui B viuificat mortuos, & vocat quę nō sunt, tanquam quæ sunt. nomine vocationis nobis facilitatem indicans. Quòd autē quæ facta sunt regat & cōtineat, ipse propheta rursus ostēdit, subiungēs: Statuit ea in seculum, & in seculum seculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Vide quomodo hîc quoque ostenderit potestatem, authoritatē, non solùm quòd statuerit, sed etiam *Simile.* quòd præceptum dixerit, humanis dictionibus eius operationē indicans. Quemadmodū enim tibi dicere & pręcipere est facile, ita deo facere quę non sunt, regere & continere: imò verò nō ita habet, sed est lō- *Gen.1. Hier.32. Luc.1.* gè facilius. Neq; enim verbis potest explicari summa facilitas cū qua fecit omnia. Neq; verò est solùm admirabile quòd regit & cōtinet, nec quòd termini naturæ stant fixi & immobiles, sed ꝗ tempore adeò infinito. Considera quantū est æui spaciū, & eorū nihil C *Stabilitas mundi, et æquabilitas vicissitudinis temporū.* est omnino cōfusum. Non mare terrā inundauit, non sol ea quæ vidētur exussit, nō cœlū labefactū est, non noctis nec diei termini confusi sunt, non temporum conuersiones, nec aliquid aliud eiusmodi, sed vnumquodq; eorum quæ sunt & supernè & infernè, stetit, diligentissimè impositos sibi ab initio fines ad vnguē seruans. Postquam ergo dixit de supernis creaturis, & de iis quæ sunt in cœlo, descendit in terrā. Quod autē fecit in supernis, vt inciperet quidē à supercœlestib⁹, descenderet autem ad cœlestia, hoc etiā hic facit, à cœlestibus ad terrā trāsiliens. Quoniā enim sunt nonnulli qui dicunt ea quidē quæ sunt in cœlis esse digna dei opificio: quę sunt autē in terris, reprehendūt, quoniam ibi sunt scorpij, leones, viperæ, dracones, & reliqua beluarū genera, & arbores infrugiferæ, eis veluti respondēs, alia rursus ratione orationem aggreditur. D Vide autē quid facit, bonis quæ sunt in confesso prætermissis, ouibus, bubus, quorūvsum ostēdit ipsa experientia, asinis, camelis, & quęcunq; apta sunt ad ea vehenda quæ ad nos importanda sunt: in iis quę vidētur esse inutilia, versat orationē, dracones in mediū adducens, & partem maris innauigabilē, & quæ videntur afferre molestiā, vt ignē, grandinē, niuē, glaciē, deinde arbores infrugiferas, mōtes. Deinde rursus latis cāpis relictis & aptis ad agriculturam, & mitium fructuum prouentu, transiit ad montes, colles, & loca deserta, & omniū serpentū meminit, vt hæc sciamus apertius. Postquā eñ dixit, Præceptū posuit, & non præteribit, subiunxit, *Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarū quæ faciūt verbū eius. Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri, bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & omnes volucres*

A *pennatæ.* Quanā de causa tractat hoc modo orationē? Ex redundanti copia ostendens dei prouidētiā. Si eñ quæ videntur esse inutilia, & generi hominum infesta adeò sunt bona, adeò vtilia, vt ipsa quoq; laudem deo offerant, & eū gloria honoréque afficiant propter suū opificiū: cogita apud te qualia sunt alia: & si videtur, persequamur vnūquodq; eorū quæ dicta sunt: Draco- *Psal.103.* nes, inquit, & omnes abyssi. Dracones hic dicit cete, *Thauinim cete et dracones marini.* sicut etiā alibi quando dicit, Draco hic quē formasti ad illudendum ei. Multis autē in locis videri potest hoc animal ita vocari. Et quomodo, inquiet quispiā, laudat hoc eū qui ipsum fecit? Quomodo autē non laudat? Quando enim videris magnitudinē, corporis cōpositionē, quā apertissimè scriptura narrat in Iob: *Iob 40.* quomodo nō admiraberis opificē, qui tantū animal ꝓduxit? Neque verò ꝓpter solam magnitudinē, sed B etiā ꝗ pars maris innauigabilis in quo ageret, ei attributa sit. Est autē iure mirandum ꝗ proprios limites non transiliat, cum sit agreste ac sæuum animal, & lō- *Draconis marini mirum.* gè maximū, sed in suis degens locis se cōtineat: & nō solum in terrā nō egreditur, neq; in locū habitabilē: sed in partē quidē maris quæ apta sit ad nauigationē: non consumit genera pisciū, sed intra suā regionē vitam degit. Nec hæc solum miranda sunt, sed abyssi etiam profunditas. Quod autē in animali, hoc etiam cerni potest in mari. Nam cū ipsum ventorū flatibus sit intolerabile, & tantā habeat aquarū multitudinem: non erumpit ex propriis terminis, non inundat terrā vicinā, sed ipsun quoq; est alligatū vinculis immobilibus, licet sit alioqui natura aquarū insolēs. Cum au- *Maris miracula.* tem tanta sit magnitudine, & à tantis spiritibus impellatur: considera quanti sit miraculi, nec per insolen- C tiam, nec per molē ac magnitudinē, nec per vim intolerabilem suo loco excedere, sed in tanta insolentia ordinem & modū pulchrè seruare. Hæc ergo apud te reputans poteris hinc quoq; deo laudē & hymnū texere, & eius admirari potentiā, sapientiā, virtutē, potestatē. Sunt etiā ineffabiles aliæ horū rationes, quas ipse nouit qui fecit. Et ideo dixit quispiam, Ne dixeris, *Eccl 39.* Quare hoc? Ad quid hoc? Omnia eñ ad vsum facta sunt, ignis, grādo, nix, glacies, spiritus ꝓcellarū, quę fa- *Eccl.8.* ciūt verbū eius. Adiicit hic quoq; aliud iis quæ dicta *Eccl.39.* sunt. Hoc eñ in priori psalmo admirabatur, ꝗ breui *In curiosos.* momento tēporis totā terrā peruadat nix, glacies, ꝗ concrescat, quòd mutetur, ꝗ in contraria conuertatur. Hic autē, quòd & quæ non erant, facta sunt: & ꝗ quę facta sunt, manēt, & ꝗ manētia fungantur munere ministrorū, licet sint expertia rationis, & iussus eius D educat in opus cū maxima obediētia. Imò verò vnus sæpe iussus ea perfecit quę sunt suapte natura contraria, quemadmodum in fornace Babylonica ignis & vrens & irrorans simul factus est. Hoc ergo, inquit, *Ignis simul vrēs & irrorans. Dan.3.* meretur gratiarum actionē, eámq; certè maximam. Deus enim æquè est laudandus & cum punit, & cum à supplicio eximit. Vtraq; enim sunt curationis, vtraque sunt bonitatis. Homines enim hoc quidē faciūt propter bonitatē, illud verò per iram & improbitatē: Deus autem vtraque propter clementiam. Oportet ergo eum æquè laudare & ꝗ posuerit Adam in paradiso, & quòd eum expulerit, & agere gratias non solùm ꝓ regno, sed etiā pro gehenna. Eam enim & fecit & minatus est, vt à vitio liberaret. Quemadmodū ergo medicū non solùm nutrientem, sed etiam fame excruciantem, non solùm in forum educentem, sed etiam domi alicubi includentem: non solùm vn-

gentem,

Universidad de Deusto Biblioteca

gentem,sed etiã vrentem & secantem obseruamus & A admiramur(etsi enim sunt contraria quæ fiunt, vnum tamen finem respiciunt)ita etiã oportet deum laudare pro omnibus,atq; adeò multò magis,quatenus hic quidẽ deus,ille verò homo : & ꝙ res quidẽ eorũ sæpe aliter eueniunt,quæ autẽ deus facit,fiunt cum summa *Eph.5. 1.Thes.5.* sapientia & cura. Grando autem & ignis non solùm puniuit,sed etiã liberauit à supplicio,& bellis finẽ imposuit,& inuadentes inimicos repulit. *Exod.9. Iosu.10.* An nescis quænam in Aegypto per hęc elemẽta miracula facta sunt, & in Iudæis, & in hac nostra generatione? Tanta est autem potentia iubentis, quòd quæ per Angelos illos (qui in solam cadunt intelligentiam)& magnas potestates faciebat, ea sæpe etiam per elementa faciat admirabiliter:*4.Reg.19 Esa.37. Iosu.10. Exod.11. 14.* vt quando hæc Angelus quoque fecerit, nemo paulo insipientior id illi attribuat, sed ei qui imperauit. Angelꝰ bello finẽ imposuit?Imposuit quoque grãdo. Interemit primogenita angelꝰ?Maris quoque procella populũ interemit. Pro omnibꝰ ergo clementi deo age gratias. Montes & omnes colles,ligna fructifera, & omnes cedri. Bestiæ,& vniuersa pecora, serpẽtes & volucres pennatæ. Vide quomodo libentius immoraẽ in iis quæ sunt inutiliora, mõtibus, saltibus,collibus,animalibus,serpentibus,& lignis infrugiferis. Quæ eñ sunt frugifera,ex seipsis apertã ostendunt vtilitatẽ,sicut & cãpi aperti,& mansueta animalia. Feræ autem & serpentes, montes & infrugiferæ arbores,quãmnã,inquit,putas vtilitatẽ afferũt? *Ligna infrugifera, etiam vtilia.* Multã certè,& quæ nostrã vitam valde continent. Nã & ad ædificia, mõtes & colles & ligna infructifera sunt nobis valde apta:& nisi ea nobis suppeterent, nihil vetaret quo minus nostrũ genus interiret. *Collatio.* Quemadmodũ ergo cultis agris opus habemus ad hoc vt alamur: ita etiã lignis infrugiferis & lapidibus egemus ad hoc vt domos ædificemus,& alia innumerabilia ex eis componamus. *Feræ & serpentes ad quid vtiles.* At serpentes,inquit,& scorpij,& dracones, & leones,quid ad vitam vtile afferunt? & quídnã cõmodi ex eis ꝑcipitur?Plurimũ, ídq; inenarrabile, nec minus certè quàm ex mansuetis & cicuribꝰ. Illa enim sunt apta ad vsum corporis:hęcverò & tibi metũ afferunt,&vt sis modestus&tẽperatus efficiũt,& ad certamen instrũunt, & peccatum primi parẽtis tibi in memoriam redigunt,& ostendũt quantorũ malorũ causa sit inobedientia. Neq; eñ eiusmodi feræ antea homini terribiles,nec ab eo fugiendæ,sed cicures & mãsuetæ. *Gen.2.3* Eas itaq; deduxit deꝰ ad Adã, & ipse eis nomina imposuit. Serpens Euam alloquitur,& Eua non refugit. Postquã autẽ præteritũ est mandatũ,& deo non est obeditum,plurimũ honori detractum est. Quando ergo videris leonem,quando videris serpentẽ,in mẽtem reuoca quæ in sacra narrantur historia, & hæc exhibebunt tibi non paruũ philosophiæ argumentũ. *Dan.6.* Fac quoq; in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquã ad antiquã reuersus est imaginem,cõtemptui illi erant terribiles bestiæ: quemadmodum & Paulo *Act.28.* vipera: nec paruum hinc colliges animi studium, curam & diligentiam. Cum his autem aliunde quoq; possumus in his admirari prouidum dei consilium & *Solitudines feris destinatæ.* constitutionem. Quódnam? Quòd his assignauit loca remota ab vrbibus,nempe solitudines: & cum sint adeò terribiles, non versantur in ciuitatibus, nec irruunt in eos qui in illis habitant,sed eis placet solitudo,& ea contenti sunt,cum deus ab initio hoc eis assignauerit,vt locum aptum in quo degerẽt. Quãdo eñ tu dormis, illa peruadunt solitudinem. Quod etiam

propheta alibi ostendit,sic dicens: Posuisti tenebras, *Psal.103.* & facta est nox:in ea pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Vidisti quomodo nunc quoq; tibi manent tui vestigia imperij: quæ etsi sint concisa & mutila, habent tamen aliquã speciem veteris honoris. Tanquã enim seruæ relegatæ sunt,& tẽpore & loco à nobis procul remotæ:& nisi tu eas inuaseris,eæ te non inuadunt,sed versantur in solitudinibꝰ. Quòd si angeris& affligaris cur feræ factæ sunt,valde desipis. Si eñ te rectè gesseris,nullum damnũ ex eis accipies. Si autem à feris dãnum accipis:cogita te sæpe multo maius accepisse ab hominibus. Est eñ homo quauis fera deterior:Ea eñ *Homo quauis fera deterior.* ipsam prę se fert feritatem:hic autem sub persona humanitatis celat improbitatẽ: vnde etiã fit vt sæpe minimè caueatur. Sed si sapueris,nec fera, nec homo tibi aliquid mali faciet,sed etiã te iuuabit. Quid dico, fera & homo, cũ ipse quoque diabolus non modo nõ B læsit Iob,sed fuit etiam mille coronarũ occasio? Quid dico,fera & homo,cum etiã ab iis quæ in te sunt elementis,si fueris negligẽs, longè sis grauiora passurus, vtpote à bile vel pituita, si immoderatione aliqua redũdantẽ eorũ copiam despexeris? Adeo sobria & vigilanti mẽte vbique opus est. Sed quemadmodũ qui *Enãtiosis.* est negligẽs,maximum inde damnum accipit:ita qui est attentus & vigilans, non leue nec contemnendũ *Liberum arbitriũ.* accipiet cõmodum. Vniuersum eñ in libero tui animi arbitrio sitũ est. Quod est ergo nix in vniuerso, & ignis,& spiritus,hoc est in corpore pituita,spiritus, & bilis:& ea oportet sapientissimè regere & administrare,vt ex eis aliqua capiatur vtilitas,non autẽ detrimẽtum. Et quid dico de corpore,cum anima quoque habeat nõnulla, quæ si fiueris peruenire ad immoderaC tionẽ,morbi fiunt:sed si ea castiges & modereris, fiũt adminicula? Ira eñ,si ea vt oportet vtaris, est salutare pharmacũ. sed si immoderatè,causa est exitij. *Eccl.7.* Et cupiditas,si moderatè eã regas,te patrẽ efficit. est enim ad *Iob.5. Rom.6. Iaco.1.* filios ꝓcreandos vtilis, sed si eã ad stupra & adulteria relaxes,ea te sæpe deprimit ac deperdit. Ne culpã ergo in res conferas,sed semper in tuã mentẽ. Si eã eñ neglexeris,à teipso quoq; lęderis,& à proprio corpore perderis. Sed si eius curã gesseris,nec à dęmonibus quidem,nec à diabolo, tãtùm abest vt à feris aliquid graue patiaris. *Reges terræ,& omnes populi.* Alius,Et omnes gẽtes. *Principes & omnes iudices terræ. Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus.* Alius,cum iuuenibus. *Laudent nomen domini.* Hic rursus loquitur de alio genere prouidẽtiæ,nempe de principibus, quod Paulus quoque in epistola ad Romanos ponit,sapientissimè ostendẽs D hoc fuisse opus dei ꝓuidentiæ, in eos qui magistratus *Rom.13.* gerũt,& in eos qui illis parẽt, vniuersum diuisisse. Dei enim minister est tibi in bonũ. Si hoc autem sustule- *Magistratũ necessitas.* ris, vniuersum interit. Si enim cum nunc sunt principes & magistratus,multíq; sunt in eis corrupti ac deprauati,tantus tamen rei est vsus, vt etiam cum mali sint,magna ex eis capiatur vtilitas:cogita apud te si ij quibus sunt crediti magistratus,eos rectè gererent, q̃ bene cum genere humano ageretur. Sed magistratus quidem constituere,fuit dei opus: ꝙ autem improbi ad eos prouehantur,& eis nõ vt decet vtantur,est hominũ improbitatis. *Prou.8. Dan.2. Rom.13.* Dicit ergo oportere magnas deo gratias agere, quòd sint & Reges, & Iudices. Certo enim ordine & modo constitutæ hominum administrationis curam gerens, & ne plus quàm ferino ritu multi viuerent, prouidens,veluti quandam currus regendi artem,& nauis gubernandæ scientiam, magi-

stratus

stratus& regna largitus est. Si ergo sis princeps,aut magistratum geras,benigno & clemẽti deo age gratias, ꝙ tuæ ostendẽdę curæ & diligentiæ tanta tibi data sit occasio. Si priuatus,rursus age gratias,ꝙ habes qui tui curam gerat,nec permittat vt ne improbi insidiis circunuentum opprimant. Seu ad senectutẽ perueneris, seu sis iuuenis,deo age gratias, Hoc eñ maximè probat hic psalmus per omnia, ꝙ oportet deum laudare pro omnibus, seu sis magistratus,seu priuatus. Et ideo hoc significans dixit, Et omnes populi. Seu fueris,inquit,senex,seu iuuenis,seu vir,seu mulier. *Quia exaltatum est nomen eius solius.* Alius, Quia superemineñs. *Cõfeßio eius super terram & cœlũ.* Alius,Et hymnus eius. *Et exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius. Filiis Israel populo appropinquanti sibi.* Quod autẽ dicit,est eiusmodi. Ostendit quidem ex iis quæ vidẽtur omnibus, eius prouidentiã,gloriam,maiestatem. Oportet autẽ ipsum laudare non propter hæc solùm,sed etiam absque his. etẽñ & ante hæc, & sine his ei obtigit altitudo,& gloria,& ab omnibus gratiarum actio. Illud autem, Eius solius, dixit vt ab aliis diis distingueretur. Deinde euehens rursus auditorem ad altiorẽ contemplationẽ,à terra rursus eum in cœlum transfert. Quẽadmodũ autẽ in principio è cœlo in terrã descendit: ita ab omnibus quæ videntur, effert rursus hominem supra cœlum,dicens, Confessio eius super cœlum & terram. Hoc est,Etiamsi supernæ potestates, quæ sub aspectũ non cadunt, & intelligentia sola apprehenduntur,nõ cessant deo gratias agere & laudare: Deus tamen qui talis est,& tantus,nos quoque dignatus est suum populũ vocare: nec solùm vocare, sed etiã eri- *Psal.115. Esa.1.* gere& extollere. Et ideo subiunxit,Et exaltabit cornu populi sui,hac rursus ratione ad maiorem eius cultũ attrahens,& ostendens quòd non eorum cultu & veneratione indigens(quomodo enim,cui natura est attributa gloria,& tot & tantæ subiectæ sunt creaturæ?) sed propter solam bonitatem eos sibi peculiares efficit & familiares, claròsque & insignes reddidit per vniuersum orbem terræ. Quod quidem significans dixit,Hymnus omnibus sanctis eius, filiis Israël populo appropinquanti sibi. Ne eos enim ideo socordiores& supiniores redderet,quòd eos populum eius diceret:& in hoc solo nomine fiduciam collocantes, animæ virtutem negligerent:postquam dixit, Hymnus omnibus:non dixit absolutè hominibus, sed sanctis eius:& rursus postquam dixit,filiis Israël, adiecit, *ὕμνος.* populo appropinquanti sibi. Alius autem interpres pro eo quod est hymnus,dixit Laus. qđ ergo dicit,est eiusmodi. Si sancti sitis,si ei appropinquetis,magnam gloriam consequemini. Sunt enim eius omnia perennia & perpetua,vt qui sit tam diues, & tantam gloriã habeat. Oportet autem nostra quoque deinceps consequi,& nos etiã insignem splendorem assequemur, gratia & benignitate domini nostri Iesu Christi, cui gloria & dominatio in secula seculorum, Amen.

IN PSALMVM CXLIX.

CAntate domino canticum nouum. Si spectetur quidem anagoge,dictum est noui testamenti nouum canticum. Facta sunt enim tunc *Hier.31. 2.Cor.5. Colos.3.* noua omnia. Testamentũ. Dabo eñ,inquit,vobis testamentum nouum. Creatura. Si qua enm, inquit, in Christo noua creatura. Homo. Exuentes,inquit, veterem hominem,& induentes nouum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit ipsum. Propter nouam ergo vitam,& alia omnia, dici-

A tur nouum testamentum,& nouum eius canticum adhortatur nunc canere propheta. Si autem spectetur historia:clarũ & insigne est canticũ, quod pro victoriis,pro rebus rectè gestis,pro trophæis, ac triumphis erant decantaturi. *Laus eius in ecclesia sanctorum.* Vides *Gratiarũ actio in quo consistat.* quomodo ante verba requirit gratiarum actionem, quæ fit per vitam & bona opera:&ea deducit in chorum laudantium. Non sufficit enim verbis solùm gratias agere,nisi etiã factorum virtus cõcurrat. Laus eius in ecclesia sanctorũ. Aliud quoque hinc docet. Ostendit enim oportere simul & cũ omni concentu laudes *Ecclesia conuentus.* offerre. Ecclesia enim est nomen conuentus & congregationis. *Lætetur Israel in eo qui fecit eum.* Ante singularia beneficia ponit generale, per ea quæ subiunxit ꝓpemodũ adhortans & dicens: Age deo gratias, ꝙ cum non esses,te ꝓduxerit, & animam inspirauerit. B Non est eñ hoc quoq; paruum genus beneficij. Hic autẽ aliquid etiã ostendit amplius. Non solùm enim ostẽdit creationẽ,sed etiã familiaritatẽ & cõiunctionem demonstrat sic dicendo: & iubet gratias agere, non solùm ꝙ ipsum fecerit, sed etiã ꝙ suum populũ. Vides quomodo eũ laudans,& deo coniungens, non *Esa.30.51 Rom.12.* vult eum solũmodo gratias agere, sed cum gaudio, cum lætitia, ardentiq; & incitato animo. Hæc enim omnia significauit per illud, Lætentur. Eius ergo qui agit gratias,requirit affectionem:vt ardeat desiderio: vt excitetur amore: vt deo qui laudatur, totus omnino dedicetur:quemadmodũ hoc ipsum quoque alibi significans, dicebat, Quẽadmodũ desiderat ceruus ad *Psal.41.* fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Et rursus,Sitiuit anima mea ad deũ fontem viuum. Et rursus,Sitiuit anima mea, multipliciter tibi caro mea, C in terra deserta inuia & inaquosa. quod quidem alius interpres dixit,In terra sitibũda. Volens enim sui animi affectionẽ & desideriũ ostẽdere, eã cõparat terræ sitibundæ,& ceruo sitienti. Porrò autẽ rursus quoque verbis ostẽdit idẽ desideriũ,dicens: Quando veniam *Psal.41.* & apparebo ante faciem tuam. Tales enim sunt sanctorũ animæ,sicut anima Pauli, quæ ꝙ differretur ex *2.Cor.5.* hac vita excessus,ingemiscebat. *Et filij Sion exultent in rege suo.* Vides eum significare (id quod antea dixi) per familiaritatẽ & coniũctionem esse electum eius populum:& ideo subiunxit illud,In rege suo. Non erat eñ solùm Rex ratione opificij,sed etiam ratione coniunctionis. *Laudent nomen eius in choro.* Vide rursus eum respondere concentũ. Ideo enim instituti sunt chori, vt omnes simul concordibus animis laudes offerant. Hoc eñ significat Paulus,dicens per hoc quod dicit, *Hebr.10.* D Nõ relinquẽtes congregationẽ suã. Hoc autẽ significat etiã precatio quę simul affertur ab omnibus: Pater noster qui es in cœlis. Et dimitte nobis debita nostra. *Matt.6.* Et ne nos inducas in tẽtationẽ,sed libera nos à malo, *Luc.11.* nomine plurali vtentes. Ita etiã docebãtur antiquitus cũ numeroso concentu deo canere & psallere,omni ratione instituti ad charitatem & concordiã. *In tympano & psalterio psallant ei.* *Tympanũ & psalterium.* Nõnulli quidẽ horũ instrumentorũ rationẽ sumentes anagogicè, dicũt tympanũ quidem requirere carnis nostræ mortificationem, *1.Cor.4 Colo.3.* psalteriũ autẽ,vt in cœlũ aspiciatur. Hoc eñ instru- *1.Pet.3.* mentum à superna parte mouetur, nõ ab inferna, vt *Psal.122.* cithara. Ego autem illud dixerim, ꝙ per hæc instru- *Esa.51.* menta olim sic ducebantur, propter ingenij eorũ hebetudinem,& ꝙ paulò antè auulsi erãt à simulachris. Quemadmodũ ergo cõcessit sacrificia, ita etiam hæc permisit,ad imbecillitatem eorũ se accõmodans. Ab

eis ergo

Universidad de Deusto Biblioteca

eis ergo hic exigit vt cadant cū gaudio. Hoc em̄ ſibi vult illud, Laudent nomen eius in choro, cum modulato concentu, cū vita pura. Deinde eos rurſus ad maiorē animi alacritatē excitans, dicit eius qui canitur, in eos beneuolentiam. ſubiungit em̄, *Quia beneplacitū eſt domino in populo ſuo.* Quid cum hac poſſit proſperitate conferri, quando deus fuerit clemens & propitius? *Et exaltauit manſuetos in ſalutem.* Vide quomodo rurſus ponat & quæ dei ſunt, & quæ hominum. Quēadmodū ergo ſuperiùs ab eis gratiarū actionem exigens, quæ dei ſunt intulit, dicens: Quia beneplacitum eſt dn̄o in populo ſuo: ita etiā hic rurſus quæ dei ſunt promittens, ea etiā exigit quæ ſunt hominum, dicens: *Et exaltauit manſuetos in ſalutem.* Exaltare enim eſt dei: manſuetum autē eſſe, hominū. Quæ em̄ à deo proficiſcuntur, non fiunt niſi præceſſerint ea quæ ſunt hominū. Vide autē doni magnitudinem. Nō dixit abſolutè, exaltabit, ſed, exaltabit in ſalutē. Hoc eſt, Nō ſolùm liberabit à malis: ſed faciet etiā claros & conſpicuos, cum ſalute eis quoq; præbens gloriā. Hoc itaq; explanans rurſus ſubiunxit dicens. *Exultabunt ſancti in gloria.* Quemadmodū illic requirit manſuetos: ita hic etiā ſanctos. Deus enim vbiq; ſua oſtendit cum miraculis. Ita eos liberauit ab Aegypto, ita eos reduxit à Babylone, non ſolùm in liberatione, ſed etiā in rerum geſtarum miraculo eos clariores efficiens. *Lætabuntur in cubilibus ſuis.* Magnam oſtēdit ſecuritatē, ꝙ ita reducti ſunt, magnā quietē, magnā lætitiā, magnam voluptatem. Hæc autem dicit, vt ſciant non ſuis armis, nec ſuis viribus, ſed dei auxilio id totū factū eſſe, & oportere id attrahere per humilitatē & manſuetudinem. *Exultationes dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictā in nationibus, increpationes in populis.* Oſtendit hic bellum cū chorea gerendū, & quod canentes & laudantes ſic vincent. Exultationes em̄ dicit hymnos, pſalmos, gratiarū actiones. Et ideo exultationes alius dicit hymnos. Ad faciendā vindictam in nationibus, increpationes in populis. Quid hoc eſt? Quoniam qui vicerant, aſſiduè probra in eos ingerebant, pollicetur ſe rebus ipſis eos redarguturū, & oſtenſurum quod non dei imbecillitas, ſed ipſorū peccata dederūt eis victoriam. Cum itaque ſatis pœnarū dediſſent, ſolū annuit benignus & clemens deus, & res eorum in admirabilem venere mutationem. Vide autem inſignē victoriam. Subiungit enim, & dicit: *Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Vidiſti vires ingentes. Non ſolum enim expulerunt hoſtes, ſed iis etiā captis reuerſi ſunt, dei potentiam oſtendentes. *Vt faciant in eis iudicium conſcriptum.* Quid eſt iudicium conſcriptū? Apertum, manifeſtū, quod eſt in confeſſo, quod non poteſt dari obliuioni. Quæ em̄ dei ſunt, ſunt eiuſmodi, vt & rerū geſtarum magnitudine & miraculorū excellentia in omne tempus extendantur. Talis ergo erit, inquit, victoria, & tale trophæum, vt ſit omnibus manifeſtū, æquè apertum ac ſi eſſet in columna ſcriptum, & nunquam deleretur. *Gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.* Quænam ea eſt? Viciſſe, vel potius non abſolutè viciſſe, ſed ita viciſſe per dei opem, per ſupernum auxilium. Vide autem quomodo meminit ſanctorum, eos ad bene inſtituendę vitæ & virtutis ſtudium excitans. Mihi autem videtur non victoriā tantum dicere gloriam, ſed laudes, hymnos, & cantica, docens per omnia, quod qui deum laudant, magnam gloriæ acceſſionem ſuſcipient, & ſe clariores efficient, gratia & benignita-

Margin notes: *ὑψώσει exaltabit.* — *Exaltari à deo vt mereamur* — *Eſa.45. Hier.15 Ezech.33.* — *Pſa. 43. 74 78. Eſa.40. 41* — *ἠψώσεις exultationes.* Alius. *Chaldæus Ionathas.* — *Ioſue. 10. 11.12* — *Iudicium conſcriptū*

te domini noſtri Ieſu Chriſti, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

IN PSALMVM CL.

LAudate deum in ſanctis eius.* Alius, In ſancto ſuo. Alius, In ſanctificato ſuo. Vel hoc hic dicit de populo, vel de vita ſancta, & ſanctis viris. Vide autem quomodo librum rurſus concluſerit gratiarum actione, docens nos oportere hoc eſſe principium & finem eorum quæ & facimus & dicimus. Et ideo dicit. Paulus: Omne quodcunque facitis in ſermone & opere, ſemper gratias agite deo & patri per ipſum. Ita etiam precationis noſtræ prooemium hinc capit initium. Dicere enim: Pater noſter, eſt eorū qui agunt gratias propter dona quæ acceperunt, & ea omnia per hoc nomen oſtendunt. Qui enim dixit patrem, confeſſus eſt filiorum adoptionem. Qui autem cōfeſſus eſt adoptionem: iuſtitiam, ſanctificationem, redemptionem, peccatorū remiſſionē, ſuppeditationem ſancti ſpiritus prædicauit. Oportet em̄ hæc omnia prius extitiſſe, vt nos filiorum adoptione ſic fruamur, & qui patrem vocemus, digni habeamur. Mihi autē videtur aliud quoq; dicere. In ſanctis enim ſuis, id eſt, per ſanctos ſuos. Gratias ergo agite ꝙ talem viuendi formā in vitā introduxerit, vel etiam homines angelos effecerit. Et ideo cùm prius dixiſſet, In ſanctis, ſubiunxit: *Laudate eum in firmamento virtutis eius.* id quod iam dixi, indicans. Hoc eſt em̄ deo magis curæ q̄ illud. Cœlū em̄ propter hominem, non propter cœlum homo factus eſt. Alius autem pro eo quod eſt, In firmamento, dixit, In eo quod deleri nō poteſt. Alius, In fitmamento potentiæ eius. Porrò autē aliud quoq; mihi videtur ſignificare, ſicut in priori pſalmo. Quēadmodū enim illic dixit, Laudate eum angeli eius: ita etiā hic dicit, Laudate eum in firmamento eius. Hoc eſt, Qui eſtis in firmamento eius. Nō ceſſat enim aſſiduè ſupernas quoque poteſtates aſſumere ſocias laudationis. *Laudate eum in virtutibus eius.* Alius, per potentias eius. Hoc eſt autem quod dicit, Laudate eum propter vires eius, propter potentiā eius, propter miracula eius, propter virtutem quam oſtendit per omnia, quæ ſunt infra, quæ ſunt ſupra, quæ communiter fiunt, & quę priuatim, quę ſigillatim & quæ perpetuò. *Laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.* Et quomodo fieri poteſt vt laudē emittat, quæ eius magnitudinis multitudini reſpōdeat? Non dicit laudem quę reſpōdeat, ſed quantā, inquit, potes animo cōprehendere multitudinem eius magnitudinis, tantam & talem offer: quantum tibi conceditur, qualem par eſt offerre magno deo, & ſupra modum magno, eum qui homo eſt. Nemo enim poteſt dignam offerre. Vidiſti deſiderium animi, vidiſti inflammatam mentem, quæ vrget, inuitat, & contendit vt vel propriam imbecillitatem ſuperet, & ad ipſum deinceps cœlum euolet, quæ deo eſt colligata, & ei magno deſiderio dedicata. *Laudate eum in ſono tubæ.* Alius, Per ſonum cornu. *Laudate eum in pſalterio & cithara.* Alius, Per nablum & lyram. *Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.* Alius, Per chordas & citharam. *Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eū in cymbalis iubilationis.* Alius, In cymbalis ſignificationis. *Omnis ſpiritus laudet dominum.* Alius, Reſpiratio. Mouet omnia inſtrumenta, & iubet per omnia offerri deo modulationem, eorum animum accendens & excitans. Quemadmodum ergo Iudæis per omnia inſtrumenta: ita nobis præcipit laudare deum per

Margin notes: *Proάγίοις ſanctis, Heb. habent* בקדשו *in ſancto eius.* — *Coloſſ.3.* — *Patris appellatio, gratiarū eſt actio.* — *ἐν pro διά, id eſt in, propter* — *ἐν τῷ ἀκαθαιρέτῳ.* — *Pſa.33.70 Eſ.24 22* — *Hebr. & Chald. In clangore buccinæ.* — *σημασίας.*

per omnia mēbra, per oculos, per linguam, per aures, & per manus. Quod quidem Paulus quoq; ſignificat, dicens: Exhibete corpora veſtra hoſtiā viuam, ſanctā, deo bene placentē, rationalē cultum veſtrum. Laudat enim oculus, quādo non intuetur impudicè: & lingua, quando pſallit: & auris, quādo improbas cantilenas & accuſationē proximi non ſuſcipit: & mens quādo dolos nō ſtruit, ſed ſcatet charitate: & pedes, quando nō currunt in vitium, ſed ad res bonas gerēdas: & manus, quando non ad furta & rapinas, nec ad pulſandum & verberandū, ſed ad eleemoſynā, & eos defendendos quibus fit iniuria, extenduntur. Tunc enim fit homo numeroſa cithara, numeroſam quandā modulationē deo offerens. Illa autem inſtrumēta tunc illis permiſſa fuerant, & propter eorū imbecillitatē, & ꝙ eos in charitate & concordia contēperarent, & mentē eorū excitarent, vt lubenter facerent quæ eis erant vtilia: & ꝙ per talem animi delectationē vellet eos ad maius ſtudium adducere. Cū enim deus intelligeret q̄ eſſent illiberales, ſocordes, & ſupini, eos hac ratione excitare voluit, eorū in aſſidendo laborē & aſſiduitatē iucunda modulatione tēperans. Quid eſt autē, In cymbalis ſignificationis? Pſalmos ita dicit. Neque enim temere cymbalū pulſabant, nec temerè cithara ſonabant, ſed quantū fieri poterat, & per cymbala & per tubas & per citharā oſtendebant ſignificationē pſalmorū: & labor & ſtudiū quod in hęc conferebāt, afferebat eis magnā vtilitatē. Omnis ſpiritus laudet dominū. Poſtquā vocauit eos qui ſunt in cœlis, poſtquā populū excitauit, poſtquā omnia inſtrumenta cōmouit, ad omnē deinceps naturā egreditur, omnē deinceps ætatē vocans ad modulationē, ſenes, viros, iuuenes, impuberes, mulieres, & omnes qui orbē terræ habitant, ex hoc loco noui teſtamenti iam ſemina deiiciēs, quod per vniuerſum orbē terræ propagatū eſt. Deū ergo perpetuò laudemus, nec pro omnibus gratias agere & verbis & factis intermittamus. Hoc eſt enim noſtrum ſacrificiū, & oblatio. Hoc eſt optimum miniſteriū, quod decet euāgelicam vitæ inſtitutionem: & ſi deum ita laudare perſeueremus, & præſentem vitam abſque vlla offenſione peragemus, & bona futura conſequemur. Quæ detur nobis omnibus conſequi gratia & miſerationibus domini noſtri Ieſu Chriſti: cum quo patri cum ſancto ſpiritu gloria, honor, & potentia nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Margin notes: *Rom.12.* — *Membra noſtra vt deum laudent.* — *Muſica inſtrumēta cur Iudæis permiſſa.* — *Laus dei ſacrificiū & gratiſſimum.*

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOpolitani

Homilia habita quo tempore extra eccleſiam deprehenſus eſt Eutropius, déque paradiſo ſiue horto & ſcripturis. In illud item: Adſtitit regina à dextris tuis, Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho, interprete.

SVAVE quidem eſt pratū & hortus, vtroque tamen ſuauius multò ſpirat diuinæ ſcripturę lectio. Illic ſiquidem flores inuenire eſt, ſed qui tempore marceſcunt: hîc autem occurrunt ſententiæ in natiuo vigore perennātes. Illic aſpirat Fauonius: hîc afflat aura ſpiritus ſancti. Illic ſpinæ pro muro obſepiunt hortum, hîc dei prouidentia tutum reddit lectorem. Illic cicadæ ſtridore ſuo obſtreperæ, hîc prophetę ſuaui iubilo perſonātes.

Margin notes: *ὁμοίωσις perquam elegans.* — *ζέφυρος.*

Illic ex ipſo aſpectu quiddam oblectationis cōcipitur: hîc autem ex ipſa mox lectione plurimum decerpitur vtilitatis. Hortus vno quopiam circunſcribitur loco: diuinæ autem ſcripturæ nullo non loco terræ habitabilis circunferuntur. Hortus vtique pro temporum qualitate ſeruit neceſſitatibus: ſcripturæ autem perinde hyberno atq; æſtiuo tempore perennant comantibus vndiq; foliis, & fructuum pondere degrauantur. Attenti itaque ſimus lectioni ſcripturarum. Ad hanc etenim attentus ſi fueris, anxietatem à te depellet, cordi tuo inſeret incredibilem voluptatē, ſublata malitia radices virtutis affiget animæ, intérque turbelas iſtas negociorum quæ ritu vndarum ſeſe agitantium fluctuant, non te ſinet vlla conflictari perturbatione. Inſanis licet agitetur mare procellis, tu in trāquillo nauigas. Habes enim quę te moderetur ac gubernet, ſcripturarum lectionem. Neq; enim funiculum hunc interrumpit vlla tentatio negociationum. Quòd ſanè nihil affingam veris, res ipſæ ſunt teſtimonio. Ante dies aliquot, oppugnata eſt eccleſia, venit militaris exercitus, ex ipſa oculorum acie ignem eiaculabatur: ne ſic quidem vel oliuam vllam marceſcere fecit. Nudabantur enſes, nemo proinde vulnus accepit. Regiis forib' in angore conſtitutis, eccleſia in tuto collocata eſt. Et quidem defluxit hîc bellum. Qui enim huc confugerat, quærebatur: ſed & ipſi adſtitimus nihil veriti illorū furorē. Quid ita tandem? Habebamus tutelarē ac firmum arrhabonē, nimirum hūc: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meā, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Eccleſiam ſanè dico non locum modò, ſed & ſtatum ſiue formulam viuendi: non eccleſiæ parietes, ſed leges eccleſię. Quando ſub aſylum confugeris eccleſiæ, non loco ſed mēte eò capeſſe fugam. Eccleſia enim non paries, nec conuexum tecti ſiue faſtigium, ſed fides ac vitæ ratio. Ne mihi dicas, quia qui proditus eſt, proditione eccleſiæ eſt abreptus. Niſi deſeruiſſet eccleſiā, non eſſet proditus. Ne dixeris, quia eò confugit & proditus eſt. Non deſeruit eum eccleſia, ſed ipſe eccleſiam. Non in intimis eccleſiæ eſt proditus, ſed extra eccleſiam. Quamobrē ſe ſubduxit ab eccleſia? Volebas ſeruari incolumis? Debueras vtraq; manu complecti altare. Non hîc erant muri, ſed tutelaris dei prouidētia. Peccator eras? Ne ſic quidem te auerſatur deus. Non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiā. Conſequuta eſt ſalutem etiam meretrix, pedibus Ieſu apprehenſis. Quid hodie lectum ſit, audiſtis. Hæc eo dixerim, vt nunquā hæreas dubius, dū ſub eccleſiæ aſylum confugis. Mane in eccleſia, & nō ꝓderis ab eccleſia. Quòd ſi ab eccleſia transfugeris, iā eccleſia nō eſt tuæ proditionis author. Introrſum enim ſi es, lupus non ingreditur. Foras es egreſſus? capi potes à bellua. Sed nihil vſquā eſt, quod iſti domicilio conferatur, nihil quod ex ęquo reſpondeat magnanimitati eccleſiaſticę libertatis. Ne mihi cōmemores muros & arma. Muri quidem tēporis prolixitudine veteraſcūt: eccleſia verò nūquā ſeneſcit. Muros barbari demoliuntur: eccleſiā ne dęmones quidem vincūt. Res geſtæ hoc ſuo cōprobant teſtimonio. Quot quantíq; oppugnarūt eccleſiam, & inter oppugnandū diſperierunt? Quin eadem ipſa cœlos tranſcendit. Talem obtinet eccleſia amplitudinē, Oppugnatur, euincit. Appetita inſidiis, euadit ſuperior: iniuriis cōtumeliiſve laceſſita, illuſtrior cōſtituit. Sauciatus, nec cedit impreſſioni vulnerum. Vtcunque fluctuet, nō ſubmergitur. Immanes ſuſtinet procellas, ne ſic

Margin notes: *Lectionis ſcripturarum vtilitas.* — *Ab exemplo.* — *Cōfirmat exemplo.*

Universidad de Deusto Biblioteca

ne sic quidem patitur naufragium. Luctatur, sed non
succumbit. Pugillatu exercetur, sed non vincitur. Cur
itaq; bellum permissum est ei? Vt trophæũ reportaret
splendidius. Illa die præsto fuistis ac cernebatis, quot
quantáve arma mouebantur, ciebatúrq; militaris indi
gnatio igne vehementior, nos etiã tum properabamus
ad aulam imperialem. Sed quid? Dei gratia, illorũ mi-
næ nihil nobis terroris incusserunt. Hæc eò dixerim,
vt vos quoq; hanc imitemini constantiã. Qua autẽ ex
causa nullo terrore sumus perculsi? ꝙ nihil præsentiũ
malorũ timuerimus perpeti. Quid enim graue inuehit
mors? Nihil intolerabile adfert mors. Actutum enim
per eam ad portum prouehimur prorsus tranquillum.
Sed meo me peculio mulctabis? Nudus egressus sum
de ventre matris, nudus hinc etiã abibo. Sed in exiliũ
extrudes me? Domini est terra, & plenitudo eius. Sed
& aduersum me calumniæ concinnabuntur? Gaudete
& exultate, quũ dixerint omne * malũ verbum aduer-
sum vos mẽtientes, quoniã merces vestra multa est in
cœlis. Enses cernebam, & cœlũ intenta mẽte agitabã.
Spe bona præsumebã mortem, & tacitus resurrectio-
nem meditabar. Videbam hîc infrà mihi paratas affli-
ctiones, & supernæ ciuitatis præmia mecũ enumera-
bam. Adornatas aduersum me insidias obseruabã, &
mente tacita supernã meditabar coronam. Certamen
mihi propositũ abundè sufficiebat ad exhortationem
simul & consolationẽ. Atqui abducebar ad carcerem:
sed quod fiebat, nihil mihi inuexit contumeliæ. Vnũ,
ídq; solum quod infert homini dedecus atq; contu-
meliam, peccatũ. Vt enim vniuersus orbis te malè tra-
ctet contumeliis, modò ne fueris tibi contumeliosus,
nulla afficiere iniuria aut dedecore. Proditio tantũ est
à conscientia pendens. Caue prodas tuã conscientiã,
& nemo te prodit. Rapiebar ad iudicis tribunal, & quę
gerebantur, videbam, imò verius cernebam mihi eas
obtigisse molestias ex sermonibus meis, nẽpe ex ho-
milia mea quæ rebus ipsis in foro verbis præconis de-
nunciabatur. Quam intelligis homiliam? Eam qua cõ
sueueram dicere semper, ventus afflauit & deiecit fo-
lia. Exaruit fœnũ, & flos decidit. Abiit nox, & dies in-
claruit: cõuicta argumẽtis vmbra, eluxit veritas. Ascẽ-
derunt vsq; ad cœlos, & descenderunt vsq; ad imam
terræ planitiem. Qui enim in sublime se sustulerant
fluctus, pro fragili rerum humanarum conditione ad
temperiẽ reuocati sunt ac repressi. Quo id pacto? Quæ
enim fiebant tum, doctrinam suggerebant. Apud me-
ipsum dicebam, Istíne tandem his gestis se recipient
ad saniorem mentem? Hæccine quæ gesta sunt die-
bus non plenè exactis duobus: sunt tradita obliuioni?
Ob omnium oculos exposita erant de his commenta-
ria. Dicam rursus, iterũ loquar. Quid hinc emolumen-
ti? Enimuero vt non omnes audiant, pars saltem dimi-
dia audiat. Quòd si ne dimidia quidem portio audie-
rit sermonem hunc, vel tertia pars. Etiam si ne tertia,
vel quarta, sint vel decem. Quòd si non decem, saltem
quinq;. Quòd si nec quinque, vnus saltem. Etiamsi ne
continget vel vnũ audire: mercedem accepturus sum
ego nihilominus perfectam. Exaruit fœnũ, & flos de-
cidit: verbum autem dei manet in æternum. Videte,
humanarum rerum quanta sit abiectio. Agnoscite, q̃
fluxa sit ac fragilis terrena potentia. Videte diuitias,
quas semper vocabam seruum fugitiuum: nec fuga-
cem modò dixerim, sed & viricidã. Non enim se pos-
sidẽtes deserit solùm, sed & ipsos iugulat. Quum enim
eas quis solerti studio coluerit, tunc vel maximè pro-

Inuitat ad constãtiam, ab exemplo.

Attende fortitudinem plusquam heroicam.

* πονηρὸν ῥῆμα.

Attende δεινῶσιν *Chrysostomo dignã.*

Diuitiæ. δραπέτης. *Diuitiæ cur* ἀνδροφόνος.

A ditionem moliuntur in suum cultorem. Cur diuitias
tot captas obsequiis, quę hodie penes te sunt, emigra-
turæ crastino ad alium? Cur tantopere demereri stu-
des diuitias, quæ detineri non queunt? Vis eas obse-
quentius tibi conciliare? vis eas detinere? Ne eas defo-
deris, quin potius disperti in manus pauperum. Belua
immanis diuitiæ sunt. Si ipsas quidem detinueris, fuga
elabũtur: cõtrà, si dispersæ fuerint manent. Dicit enim
scriptura, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius ma-
net in seculum. Dispergito & tu, vt æternum durent.
Ne eas defoderis, vt ne effugiant. Libenter rogauerim
eos, qui è vita hac abierunt, in quónam conditorio cõ
gestæ sint diuitiæ illorum. Non hæc dixerim oppro-
brans (auertat deus) neq; vlcera concerpens: sed por-
tum vobis adornans, contemplatione eorum qui nau-
fragio interciderunt. Quum milites cogerẽtur, ac di-
B stringerentur enses, quum ciuitas flamma furoris es-
set accensa, quum imperiale diadema nullis iam viri-
bus polleret, simul & vulgi conuiciis pateret purpura,
quum plena insaniæ essent omnia: quo in loco condi-
tæ erant diuitiæ? vbi argentea vasa? vbi lecticæ ex ar-
gento affabrè factę? Quò se proripuerunt famuli? in fu-
ga omnes. Quo in loco Eunuchi? fugerunt ad vnum
omnes. Quo in statu amici illi erant? Abiecerunt lar-
uas. Quo item domus? Occlusæ sunt. Quò rursus opes
illæ? Qui eas habet, fuga se proripuit. Ecquo tandem
in loco ipsæ defossæ sunt pecuniæ? Vbi ipsa omnis cõ
geries opum recondita est? Videórne vobis onerosus
ac molestus, qui semper inculcem, quia diuitiæ prodi-
tionem moliuntur aduersus eos qui abutuntur ipsis?
Aduenit temporis articulus, in quo eluxit veritas ver-
borum meorum. Quid eas detines, quæ in tentationis
C periculo vsui esse nõ poterunt, nec tibi cõferent quid-
uis emolumenti? Si quid habent virium, quin te inua-
serit afflictio quæpiam, adsint tibi. Quòd si tunc abs te
se subducunt, in quem vsum sunt tibi necessariæ? Quæ
recens facta sunt, abundè testantur, quid adferant vti-
litatis, quum enses exacuerentur, intentaretur mors,
militaris exercitus ferociret. Per metũ expectationéq;
tantæ istius comminationis nusquã se ostentabant di-
uitiæ. Quò aufugit ille transfuga seruus? Ipse qui tibi
hæc omnia adornauit, téq; in necessitatis articulo de-
seruit, fuga elapsus. Etiam si me multi in ius vocent &
obiiciant, ꝙ semper dicendo, sermonem accommodẽ
diuitibus. Illi nanque semper imminent pauperibus:
quare etiam ego sermonem accommodaui diuitibus:
non eo quòd diuites sint, sed quia diuitiis minus pro-
bè vtuntur. Semper enim profiteor me nullum tradu-
D cere aut criminari vt diuitem, sed vt raptorem. Aliud
enim est esse diuitem, & aliud raptorem: aliud abundè
esse locupletem, & aliud per vim extorquere aliena.
Res ipsas distingue: & quæ impermixta sunt, ne con-
fundas. Diues es? Nihil veto. Rapax es? hoc do crimi-
ni. Quæ tui sunt iuris possides? iis fruere. Occupas alie-
na? Hoc nolim silentio transigere. Ob hoc vis me ob-
ruere lapidibus? Paratus sum sanguinem profundere.
Tantùm est, peccatum tuum prohibeo. Mihi curę non
est odium, non vlla dissensio. Vnum alioqui & id so-
lum me solicitum reddet, nempe auditorum profe-
ctus. Et vos ô diuites, mei estis filij: & vos ô pauperes,
mei estis filij. Ambos enim eadem parturiuit aluus: ee-
dem parturigines ambos sunt enixæ. Ipse igitur te co-
arguo, quòd immineas pauperi. Iniquitas nanque, si-
qua angeretur pauper, non tãtæ est grauitatis, quantæ
fuerit, si par irrogetur pauperi à diuite. Etenim pauper
nullam

δραπέτης.

nullam infert diuiti iniustitiã, quæ magni sit momen-
ti. Fraudem enim patitur in facultatibus: tu verò noxã
non leuem infers animæ. Qui vult, ceruicem desecet:
qui vult, lapidũ iactu adobruat me. Qui volet, oderit.
Insidiæ istæ materiam mihi suppeditãt coronarũ: quæ
mihi ingeruntur molestiæ, numerũ augent præmiorũ.
Itaq; non mihi sunt timori adornatæ insidiæ. Vnũ est
& id solum quod metuo, nẽpe peccatum. Ne me quis
coarguat quasi aberrem à veritate, etiam si aduersum
me bellum promoueat orbis vniuersus. Bellum enim
hoc me reddit multò splẽdidiorem. Ita enim vos cu-
pio erudire. Vbínam sunt qui abierunt hinc? dic mihi.
Nónne oculos demittebãt omnes? Nónne qui in ma-
gistratu sunt, timore militum intremiscebant? Nónne
furorem eorũ demulcebant ac venerabantur? Sed ve-
nit peccatum, & argumẽtis deprehensa est omniũ ve-
ritas. Qui eos colebãt, erant iudices: popularis multi-
tudo eblãdiebatur. Qui manus deosculabantur, ipsos
ab ecclesia abripiebant. Hostis est hodie, ei huius die
hesterno deosculabatur manum. Quãobrem? Quia ne
heri quidem verè diligebat. Se occasio obtulit, & per-
sonatæ laruæ sunt deprehensæ. Nõne heri osculabaris
manus istius, cui & acceptam salutem tuam asserebas,
nominabas patronũ, ac de te quàm optimè meritum?
Nõne innumeras ordiebaris illi laudes? Qua de causa
eundẽ insimulas hodie? Heri laudator, & hodie accu-
sator? Heri recitabas laudes, & hodie crimina permi-
sces? Quę hęc est mutatio? Quę est hęc status tui varia-
tio? At nõ ego talis. Ego nanq; cui insidię struebantur,
præsidebam. Innumera mala sum perpessus, nec tamẽ
immutatus sum. Etenim meũ ipsius dominum imitor,
qui pendẽs à cruce dicebat, Dimitte eis: nõ enim sciũt
quid faciunt. Hæc eo dixerim, ne qua vos malignan-
tium suspicio corrumpat. Quot & quantę mutationes
cõtigerunt, ex quo ciuitati huic pręfui? Et nemo se re-
cipit ad meliorẽ vitæ frugem. Quum dicam, quia ne-
mo: non condemno omnes. Absit. Neq; enim fieri po
test, vt aruũ hoc opimũ ac fertile, susceptis seminibus
non proferat vel spicam. Sed ego non queo exatiari.
Cupio nõ paucos ad salutis portũ prouehi, sed omnes.
Quòd si vnus aliquis perditus destituatur salute: ego
periclitor. Arbitror etiam imitari me pastorem illum,
qui nonagintanouem possidebat oues, & ad requiren-
dam vnã erraticam cursu contendit. Quousq; tandem
pecunię? Vsquequo argentũ, aurum, superflua vini ef-
fusio, famulorum blanditię, coronati crateres, cõuiuia
satanica, & quę diabolica redundant operatione? Nõ
nosti quia vita præsens, peregrinatio est? Num nam tu
D ciuis? viator es. Intellexisti, quid dixerim? Non es ciuis,
sed * viator & itinerarius. Ne dixeris, Ego habeo ciui-
tatem, ciuitatẽ inquam hanc possideo. Nemo nostrũ
hîc habet ciuitatem. Sursum est nostra ciuitas. Pręsen-
tia, via sunt. Quotidie iter facimus, tantisper dũ natu-
ræ ratio vitalem cursum permetietur. Est vnus aliquis
qui in via recondit pecunias? Est qui in via aurũ defo-
dit? Dic mihi, Ingressus diuersorium, illúdne adornas
superuacaneo cultu? Non vtiq;, sed comedis ac bibis,
illinc quoq; egrederis festinus. Taberna meritoria est
vita præsens. Ingressi sumus vitã hãc, & simul finimus
vitam. Festinemus egredi bona cũ spe. Nihil hîc ma-
nere sinamus, vt nequid illic nobis depereat. Ingressus
cauponã meritoriã, quid dicis puero? Vide quo loco
recondas omnia, ne quiduis hîc relinquas, vt ne quid
dispereat: quãlibet fuerit exiguũ id, aut leuis momẽti,
vt in domũ exportemus omnia. Ad eundẽ modũ nos

* ὁδίτης καὶ ὁδοιπόρος.

πανδοχεῖον, ὁ παρὼν βίος.

A quoq; in vita præsenti, ipsi vitã cernimus quasi hospi-
tium meritorium esse. Quare nihil hic relinquamus in
hospitio, sed bona cuncta ad metropolim cõuasemus.
Viator es & itinerarius: verius etiam viatore abiectior.
Qua id ratione dico, attẽde, Viator vtiq; nouit quan-
do ingreditur hospitium, simul & quãdo egreditur. In
eius enim arbitrio est egressus, quẽadmodũ & ingres-
sus. Ego autẽ tabernam vitæ huius meritoriam semel
ingressus, quãdo hinc abeam, ignoro. Interdũ tempo-
ris permultũ detero, dum paro viaticũ, & e uestigio me
euocat dominus iuxta scripturã: Stulte, quę pręparasti,
cui erunt? Nocte enim hac accipiunt animã tuam. In-
certus est exitus, nec secum cõstat rerum possessio, in-
numera occurrunt præcipitia, nulla non parte fluctus
oboriuntur. Cur circa vmbras plusquam desipis? Cur
omissa veritate recurris ad vmbras? Hęc dico, nec de-
B sinã dicere, parturiginẽ animi ipso opere iugiter con-
testans ac supprimens vulnera. Idq; non in eorum gra-
tiam qui iã è vita migrarunt, sed qui hîc sunt. Illi enim
abierunt è vita, suúmq; finem acceperunt. Qui autem
astant, animaduersa illorũ calamitate, redditi sunt cau-
tiores. Dixerit quispiam, Quid faciemus? vnũ hoc so-
lùm facito, Pecunias * odio prosequitor, vitã tuam di-
lige, facultates à te excutito, non dico oẽs, sed eas im-
minue quę superfluũt, & accide, aliena ne cõcupiscas,
ne spoliaueris viduã, per rapinã ne interuertas facul-
tates pupilli: * eius domũ ne accipias, nõ personas di-
co, sed res. Si quẽ verò remordet cõsciẽtia, se nouerit
authorem esse, nõ meum sermonẽ. Quid rapto extor-
ques alienũ, vbi inuidia? Rapito, vbi proponitur coro-
na. Ne rape terrã, sed cœlum. Cœlorum regnũ eorum
est qui vim sibi faciunt. Nã violẽti rapiunt illud. Quid
C rapinam exerces in pauperẽ vt te criminetur? Rapito
Christum, hoc rapinæ genus approbãtem. Vidisti ma-
lignitatem & insaniam? Rapis pauperem, exiguũ quid
possidẽtem? Christus dicit, Me rapito, & gratiam tibi
habeo rapinæ istius. Adnitere per vim rapere regnum
meum. Inferius regnũ hoc si volueris rapere, imò po-
tius si vel mẽte tacita reputare volueris, vtiq; dabis pœ-
nas. Regnũ verò supernũ nisi rapueris, tunc lues pœ-
nam. Vbi mundana, ibi inuidia: vbi spiritualia, ibi cha-
ritas. Hęc singulis diebus meditare, vt ne interim post
biduum intuitus alium qui vehiculo gestetur, qui ami-
ciatur veste sericia, qui fastu turgeat, ipse animo con-
sterneris aut vllã patiare turbelã. Diuitẽ lauda, sed eũ
& solũ qui iustè viuit. Pauperi ne conuicieris aut affli-
ctes. Disce de rebus quibuslibet iudiciũ habere rectũ
& incorruptũ. Ab ingressu ecclesiæ ne abstineto. Ni-
D hil enim fortius ecclesia. Ecclesia spes tua sit. Cœlo est
sublimior & latior terra. Nunquam sentit senectutem.
Adolescit semper ac viget: quare scriptura ostendens
eius inconcussam stabilitatẽ, montem vocat. Quódq;
incorrupta perseueret, appellat virginem. Reginam
nuncupat, ob magnificentiam ac splendorem. Ob ne-
cessitudinẽ & cognationem quam ad deum habet, fi-
liam nominat prolis numerosæ. Viduã eãdem vocat.
Innumera illi indita sunt nomina, vt ipsius generosita-
tẽ scriptura reprę sentaret. Vt enim domi dominus, ei⁹
multa sortitur nomina, vocatur nanq; pater, via, vita,
lux, brachiũ, propitiatio, fundamentũ, venatio, & quia
ne peccare quidẽ potest, thesaurus, dominus, deus, fi-
lius, vnigenitus, forma dei, imago dei. Num nomen
vnum satis esse possit vniuersis reprę sentandis filij dei
ꝓprietatibus? Nullo modo. Ob hoc sanè nomẽclatu-
ras vix vlli numerãdas scriptura cõtinet, vt nõnihil de

** Quis est hic, & laudabimus eum?*

* οἰκίαν μὴ λάβῃς *deest forsã* αὐτοῦ *eius.*

ὅτε κολάζῃ *Lege* κολάσῃ.

Ecclesia, mons, virgo, Regina, filia, vidua.

Iesu Christi nomẽclaturæ. ἀναμάρτητος.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo doceamur, quālibet id sit pusillum. Sic planè etiā ecclesia multis nuncupatur nominibus. Virgo dicitur. Atqui prius fornicata fuerat. Admirari enim libeat in sponso hoc, quia accepit meretricē & reddidit virginem. O rem nouā & admirabilem. Nuptiæ apud nos missam faciūt virginitatem: nuptię apud deum perditam exusc itant virginitatem. Apud nos quæ virgo est, nupta nō est virgo: apud Christum quę erat meretrix, nupta mox virgo facta est. Hoc solum velim mihi interpretetur hæreticus qui curiosius inquirit supernam generationem, dicitq;, Quónam modo pater genuit? Dic tu ei, Quomodo ecclesia, meretrix quum esset, facta est virgo? Rursus: Quónam pacto quæ genuit, permansit virgo? Aemulor enim vos dei æmulatione, ait Paulus. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. O sapientiam & intelligētiam! Aemulor eū vos dei æmulatione. Quid est hoc? Aemulor dicit. Qui spiritualis es, ęmularis? Respōdet, Aemulor quemadmodū deus æmulatur, non perturbatione sed charitate. Zelotypiáne? Aemulor enim vos dei æmulatione. Dicam tibi quo pacto ęmuletur. Vidit terram dæmonū suggestione corruptam, eoq; filium suū tradidit. Verba enim quādo de deo dicūtur, non eandem habent vim. Exempli gratia, ꝙ æmulatur deus, ꝙ irascit, ꝙ pœnitet, ꝙ odit. Verba hæc ad humanos affectus pertinent: sed sententiæ nihil continent deo indignum. Quomodo ęmulatur deus? Aemulor vos dei æmulatione. Irascitur deus? Domine ne in furore tuo arguas me. Itaq; etiam dormit? Exurge, quare obdormis domine? Deúmne pœnitet alicuius? Pœnitet me, quia feci hominem. Odit deus? Festiuitates vestras & neomenias odit anima mea. Cæterùm ne spectes vilitatem dictionū, sed sententias interpretare vti deum addecēt. Aemulatur deus, diligit enim. Irascitur deus, nō odij affectu, sed per hoc ꝙ vlciscitur ac punit. Sōnum capere dicitur deus, nō quidē dormiens, sed longanimiter tolerans peccatorē. Delige dictiones, & ad eum modū quando audieris quia generat deus, nullā putes intercedere sectionē, sed eandē prorsus intelligas essentiam. Deus enim legitur plerunq; vsus nostris hisce verbis: nos quoq; ab ipso desumptis vtimur, honoris emerēdi gratia. Intellexisti, quid dixerī? Animū huc cum exacta diligentia aduertito dilectissime. Nomina sunt & diuina & humana. Accepit à me ipse dominus, & dedit mihi. Dicit perinde, Da mihi tua, & accipe mea: meorū indigentiā habes, nullius ego rei sum indigus, sed tu. Substātia siquidē mea incorrupta, nec vllo æuo labefactāda perseuerat: tu autē homo es corpori cōsertus, ꝓpterea dictiones inquiris cōsentaneas corpori: vt tu qui cōiūctus es corpori, dum eā perceperis per verba tibi cognobilia, intelligere possis sententias scripturæ quæ te trāscendūt. Cuiusmodi sunt, quæ à me accepit, quales itē assimilationes? Ipse deus quū sit, me etiā vocauit deū. Illic natura rei, hīc honore nominis. Ego dixi, dij estis: & filij excelsi oēs. Verba quidem sunt hīc: illic verò rerum natura. Vocauit me deum: hoc enim me dignatus honore est. Vocatus est ipse homo, vocatus est idē filius hominis, Via, Ianua, Petra. Hęc à me accepit: quę autē verba mihi dedit, illa à sua ipsius natura est mutuatus. Qua ratione vocatus est via? Vt discas quia per eum nobis vnà hinc emigrandū est ad patrē. Cur petra? vt discas fidei accōmodam simul & inconcussam proprietatē. Quare fundamentum? vt docearis, quia is portat omnia. Radix cur dicitur? vt noueris, quia in ipso flores proferimus. Qua de causa pastor? Nos siquidē pascit. Ouis quare? quia nostrę salutis causa immolatus est, & est factus ꝓpitiatio. Cur vita? ꝙ nos qui mortui eramus, excitarit ad vitam. Vt quid lux? quia nos à tenebris subduxit. Quare brachium? ꝙ patri sit coëssentialis. Verbū quare dicitur? quia ex patre genitus est. Quē admodū enim verbum meū generatur ab anima, ita & filius à patre genitus est. Quamobrē vocatus est vestimētum? ꝙ eū sim indutus in susceptione baptismatis. Cur mēsa? quia ipsum edo, dū perfruor sacramentis. Qua de causa domus? ꝙ ipsius efficimur templū. Caput quare? quia mēbrū eius cōstitutus sum. Quāobrē sponsus? quia spōsam me sibi adiunxit. Qua ex causa dicor casta? quia virginē me *accepit. Cur vocatus est dominus? ꝙ sim eius ancilla. Vide enim ecclesiā esse, quod dicebā. Siquidē sponsa est aliquādo, nonnunquā filia, quandoq; ancilla, interim vidua est, interdum mons, sed & hortus est: deniq; omnia est. Quocirca quum hæc exaudieris, te hortor, ne existimes corporalia esse: mentē tuā potius intende ad scopū. Neq; enim hæc, corporalia esse possunt. Exēpli gratia sit quod dico, mōs virgo nō est, virgo nō est spōsa, regina ancilla non est. Omnia ecclesia est. Cur ita? quia hæc nō in corpore, sed in anima sunt. Hęc etem in corpore, loco angustiore stricta fuerint: in animo autē multā capacitatē obtinēt, instar pelagi. Adstitit regina à dextris tuis. Regina vtique violata & pauper, quānā ratione effecta est regina? Quò ascēdit? Sursum adstitit regina hęc. Quo pacto? Quandoquidē rex fact⁹ est seruus. Nō erat, sed factus est. Discę igitur quę sunt diuinitatis, & sapiēter intellige quæ humanæ sunt dispēsationis: nimirū vt scias quis erat, & quis factus fuerit tui causa, & ne res ipsas confuderis, neq; assumptionē tantę erga nos benignitatis vertas in occasionē blasphemiæ. Eius natura sublimis erat, & eadem facta humilis. Sublimis nō loco, sed natura, nulla poterat labefactari violentia mortis. Essentia erat nulli obnoxia internecioni, aut corruptelæ patēs natura, incogitabilis, inuisibilis, incōprehensibilis, semper existēs, eodem modo, eius transcēdens angelos, supernis illis virtutibus superior. Cogitationē vincit, intelligentiam trāsgreditur, videri nō potest, fide tantū potest apprehendi. Cernebāt angeli & intremiscebant. Cherubim agmina omnia cū timore alas suas submittebant. super terrā ipsam aspiciebat: & eā tremore concutiebat, minas intētabat mari, & exiccabat, fluuios ex deserta terra educebat, mōtes statuit in pōdere, & colles in statera. Quónā modo singula eloquar? Qua loquēdi formula oīa repręsentabo? Maiestas eius finē nō habet, sapiētia eius nullo cōcluditur numero, iudicia eius imperuestigabilia, vię eius inscrutabiles. Atqui hic tātæ, imò immēsę maiestatis, (siquidē hoc citra periculū dici potest) tātus talisq; est. Sed quid tandē faciā? Homo sum & hominū more eloquor. Tantillā possideo linguam. Ignosci mihi efflagito à domini benignitate. Hisce dicēdi formulis neutiquā vsus sum per arrogātiā, sed eò sum adductus perplexitate infirmitatis & ingenitę hebetudinis linguæ nostræ. Propitius mihi esto domine. Nō enim insolētia animi vsus, has pronūcio sententias. Atqui alias nō habeo. Veruntamen non acquiesco isti qualicūq; elocutioni, sed præpete ala intelligentiæ ad superiora conscendo. Tantus hic ac tantæ maiestatis. Hæc eo dixerim, vt ne dictionibus immorari videar, neq; inopia eorū quæ dicūtur laborare, ipse itē discas hoc facere. Quid miraris, si hoc ipse facio, qđ vtiq; ipse fecit, quādo voluit quæ humana sunt transcendere? Vbi

Arius et illius complices.

ὑψίσου al tissimi.

pro ἔλαβεν lego ἐπόιησεν, fecit, reddidit.

Ecclesia Regina.

Esaias seraphim habet.

Vbi cum hominibus fecit sermonem, similitudinibus etiam vsus est humanis, nō quidē quæ pares essent repręsentādis his quę ab eo dicebantur, aut quæ possent omnimodam rerum ipsarum proportionem perducere in medium, sed quæ abūde satisfacerent imbecillo captui auditorum. Huc mentem tuam intende. Vt sit sermo meus expectatione tua productior, nolim tamē animo fatiscas aut delasseris. Verbi enim gratia, deus cum se cuipiam videndū exhibet, non quidē nuda essentia se prębet conspicuum. Nemo enim vidit deum secūdum id quod est. Condescensione quidē Cherubim agmina intremiscebant. Condescensione seu demissione montes quoque fumigant. Condescensione etiam mare exiccabatur. Quin etiā cœlum ipsum cōmouetur. Nisi enim ipso condescēdente se demississet, quis ferre poterat? Non itaque conspicitur numen illud quod est: sed quod potest is cui se exhibet cōspicuum. Quare aliquando quidem vt vetus & qui incanuerit, apparet: aliquando vt iuuenis, nonnunquam in igne, rursus sub specie lenis aurę: interdum in aqua, quandoq; armis conspicuus, non quidem mutans essentiam, sed pro varietate subiectorū, figuram sui exhibet visibilē. Sanè quoties voluit de se pronunciare, humanis vsus est similitudinibus: cuiusmodi est quod dico, Ascendit in montē & transfiguratus est ante eos, & splēduit facies eius sicut lux, vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. Ac si diceret, Insinuauit eis quadamtenus suam diuinitatem sęq; inhabitātem deum. Et transfiguratus est ante eos. Aures attentas huic adhibete sermoni, & transfiguratus est ante eos, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix, & splenduit facies eius sicut sol. Quādo dixi, Tantus ac tantæ maiestatis, etiam adieci, Propitius mihi esto domine: non enim perstо in hac locutione, sed hęreo anxius. Nō enim ad manum habeo aliam loquendi compositā formulam. Eò me ducit animus, vt nouerim, quia hoc sum edoctus per sacram scripturam. Voluit igitur Euangelista qualemcūq; scintillam claritatis eius declarare. Et dixit, Resplenduit. Quónam modo resplenduit? dic mihi. Multa cum vehementia. Quánam ratione adiicis, Sicut sol? Sicut sol, dicis? certè. vt quid? Quod inter alia astra nullum occurrat splendidius. Et albus erat quasi nix. Cur, quasi nix? quia inter materias nulla vincit huius albedinem. Nam ꝙ non ad eum modum splenduerit, sequentis sententię contextu declaratur, Et ceciderunt in terram discipuli. Si quasi sol splenduit, non ideo ceciderunt. Solem enim nullo nō die cernebant, neq; ob id in humum decidebant. Cæterùm quando supra solis splendorem longè prefulserat, supráque alborem niuis albicarat, ob hoc non ferentes discipuli tanti splendoris radios, corruerunt. Dic igitur tu mihi (ô Euangelista) Supra solē enituit, & tu dicis, sicut sol? Certè, vt qui cupiam tantæ lucis splendorem reddere tibi cognobilem. Non enim aliud sydus occurrit sole illustrius. Nō alia similitudo, quippe qui sol inter astra regnum obtinet. Hęc eò dixi, vt ne fixius hæreas in tenuitate loquutionis. Ostendi tibi lapsum discipulorū. In terram collapsi sunt, vehementi sopore depressi & aggrauati. Surgite, ait: & excitauit eos, & erant degrauati. Neq; enim ferebant splendoris exuperantiā, sed intercepit grauedo soporis eorum oculos. Vsq; adeo lux illa eis conspicua, multò erat sole ipso illustrior. Dixit nanq; Euangelista, Super solem, quando sydus hoc nulli non nostrùm notissimum est, idq; excellenter. Sed quod dicebam, Tātus tantæq; maiestatis quū esset, concupiuit fornicariam. Cōcupiscebat deus fornicariam? Certè fornicariam, naturam dico nostram. Concupiscebat deus meretricem? Et homo quidem si concupierit meretricem, cōdemnatur: Deus autē fornicariam cōcupiscit? Quàm maximè. Homo fornicariam concupiscit, vt fiat fornicator: Deus verò fornicariam cōcupiscit, vt eam reddat virginem. Itaq; concupiscentia hominis, concupitæ meretricis est perditio: cōcupiscentia verò dei, concupitæ adfert salutem. Tantus ac tantæ maiestatis concupiuit fornicariā? Ad quid? Vt eam sibi despondeat: sitq; eius sponsus. quid facit? Ad eam neminem mittit seruorum, ad fornicariam non angelum mittit, non destinat archangelum, non ipsis Cherubim aut Seraphim munus hoc delegat: sed ipse amator aduenit. Rursus quum audieris eum esse amatorem, nolim tecum reputes quiddam hīc subesse sensibile. Ex ipsis dictionibus collige sententias, lōgè optimam imitatus apiculam quæ inuolat atq; insidet floribus, eliciens inde, quo fauum concinnet ac ceram, herbas interim sinens incolumes. Concupiuit meretricem. Ecquid fecit? Non sursum mox eam perducit. Non enim volebat in cœlum eam, quæ eatenus fornicabatur, puehere: sed in inferiores partes terræ descēdit. Nam quando non poterat ipsa sursum ascendere, ipse deorsum descēdit ad meretricem. Venit ad eam, ne sic quidem suppuduit. Ad eius venit prostibulum. Videt eam ebriacā. Quónam pacto venit? nō nuda essentia, sed fit quod erat fornicaria, non voluntate aut consilio, sed natura fit hoc, ne eius aspectu ipsa consternaretur, ne resiliret ab eo, ne se fuga proriperet: venit ad meretricem, & fit homo. Quónā pacto? gestatur in vtero, adolescit sensim & ad plenitudinem ætatis meæ prouehitur dispensatio assumptæ carnis, non ipsa diuinitas: serui forma, non domini: caro mea, non essentia illa: paulatim ad iustū incrementum perducitur & permistim cum hominibus cōuersatur, etiamsi eam inuenit vlceribus scaturientem, belua quauis plus efferatam, dęmonum prestigiis deprauatā. Ecquid facit? Ad eam propius accedit. Vidit illa, seque in fugam dedit. Aduocat ad se dominus magos. Quid timetis? Non sum iudex, sed medicus. Non veni vt iudicem mundū, sed vt saluem mundum. Magos confestim ad se acciuit. O rem nouam atq; admirabilem. Magi mox primitiæ nascentis fidei efficiuntur. In præsepi iacet, qui totum baiulat orbem: & pannis inuoluitur, qui complectitur & exornat vniuersa. Cōditum est templum & inhabitat deus. Veniunt magi, móxq; procidunt ac venerantur. Venit publicanus, & fit Euangelista. Venit meretrix, & fit virgo. Venit chananæa, & clementiā sentit atq; adipiscitur. Amantis vtique erat, ꝙ non reposcebat pœnas peccatis debitas, quódq; condonabat pręuaricationes delictorū. Ecquid facit? Accipit eam. Sibi eam accommodat. Quid dat ei? Accipit. Annulum. Quémnam? Spiritum sanctū. dicit Paulus, Qui autem cōfirmat nos vobiscum deus, qui & signauit vos ac dedit arrahabonē spiritus sancti. Spiritū ei dat. Deinde addit, Nōne in paradiso te plātaui? Respondet, Certè. Quónam pacto illinc excidisti? Venit diabolus & à paradiso me assumpsit. Plantata eras in paradiso, & te à paradiso extrusit. In meipso planto te. Porto ego te. Quónam modo? Non auderis propius ad me accedere. Te autē non iam velim subuehere in cœlum: sed tibi cōfero quiddam ipso cœlo præstātius. In meipso te porto qui sum dominus cœli. Portat pastor, nec lupus iam venit: magis verò ab ipso resilit:

Collatio.

Pro τὴν ὅλην Leg. πρὸς ἀληθότητα.

resilit:nec audet accedere. Portat nostram naturam,& accedit diabolus,sed vincitur. Conserui te in meipso. Et hac ratione dicit,Ego radix,vos palmites.Et plantauit eam in seipso. Ecquid reliquũ est?Sed peccator sum.Noui vas quod metũ est.Noui planè,quibus suadelis deprauatum est.Prius erat vas luteum,& peruersum est.Refingo vas per lauachrum regenerationis,& trado illud igni. Accepit puluerem à terra & fecit hominem ac formauit eum. Venit diabolus & peruertit eum.Venit ipse & rursus accepit, eúmq; fecit renasci, conflauit ipsum in baptismate,neque siuit præterea vt esset luteus corpore,sed corpus ipsum fecit,vt esset testaceum. Tradidit puluerem igni spiritus. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igne * in aqua,vt reformetũ in igne,& vt consolidetur. Ob hoc propheta superius dicebat,Quasi vasa figuli cõteres nos.Nõ dixit,Quasi testacea quę singuli quiq; possidẽt.Sed & sunt vasa figuli lutea quæ effingit per rotã. Sunt & vasa lutea, nostra autem sunt testacea. Prædicens igitur conflationem nostram per baptisma repetitam,Quasi vasa figuli(ait)conteres nos. Dicit,Reformat & conflat.Descẽdo in fontem baptismatis, & reformatur non figura, conflátque eam igni spiritus sancti, & fit testaceum. Verba hæc quòd neutiquam prodeant ex arrogantia & animi elatione, audi Iob, Fecit autem nos lutum. Paulus insuper, Habentes autẽ thesaurum hunc in testaceis vasis. Atqui aspice quæ sit testę istius fortitudo. Non enim igni concocta est,sed spiritu.Quónam pacto testaceum?Quinquies quadraginta vna minus accepit ter virgis cæsus sum,semel lapidatus sum: ne sic quidem vas illud testaceum perfractum est. Nocte & die in profundo maris egi. In profundo egit, nec tamen vas illud testaceum dissolutum est. Naufragium est passus, non tamen disperiit thesaurus: nauigium submersum est,&onus nauigij cursum suum tenuit atque euangelizauit. Habentes autẽ thesaurum. Quémnam thesaurum? Suppeditationem spiritus iustitiam, sanctificationem, redemptionis precium. Cuiusmodi thesaurum?dic mihi. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Aenea sanat te Iesus Christus. Tibi dico maligne spiritus,Exi ab eo. Vidisti thesaurum istis regalibus thesauris illustriorem? Quid enim tale facere aliquando potuit quãlibet preciosum ac regale margaritum,cuiusmodi ediderũt verba apostoli? Appone innumera licet diademata defunctis corporibus, ne sic quidem excitantur:ab ore autẽ apostoli egressum verbum,ídq; vnum,& redintegrauit naturam ab integritate diffidentẽ,ac pristinæ integritati restituit. Habentes autẽ thesaurum hunc. O thesaurus non seruatus solùm,sed & domum asseruans in qua reconditur. Intellexistíne quid dixerim?Reges terræ ac principes congestis thesauris, ædes amplas admodum exædificãt & apparãt videlicet muros, repagula,fores, custodes,ac clathra seu vectes adiiciẽtes,vt tutò thesaurus conseruetur. Christus quod cũ hac consuetudine pugnat,fecit. Nõ in lapideo, sed in testaceo vase thesaurum posuit. Si tã multæ molis est thesaurus,cur imbecille vas? Atqui vas istud ob eam causam fragile est, ꝙ magnus sit thesaurus. Non enim thesaurus iste à vase cõseruatur,quin potius thesaurus conseruat vas. Expono ego thesaurũ,quis deinceps potest eũ suppilare?Venit diabolus,venit orbis terræ,innumeri venerũt, nec suffurati sunt thesaurũ. Flagris concisum est vas, ne sic quidem proditus est thesaurus. Pręceps vndis inuolutũ est marinis,nec tamen naufragio periit. Mortuus deniq;

*ἐν ὕδατι.

A est,thesauro incolumi. Dedit igitur arrhabonem. Vbínam sunt,qui spiritus sancti blasphemant maiestatem? Huc mẽtẽ adhibete. Qui cõfirmat vos nobiscũ deus, qui etiã dedit pignus spiritus sancti. Scitis omnes vos, quòd arrha pars est totius debitæ summæ perexigua. Abit quis coëmpturus domũ precij permulti?dicitur, Da mihi arrhabonem,vt certa spe cõfirmer. Abit quis ducturus vxorẽ?De dote paciscitur,de rebus ipsis init rationem,ac dicit:Da mihi arrhabonẽ. Quinetiam in auctione serui,& cęteris ad vnum omnibus cõmerciis intellige dari solere arrhabonem. Quum igitur Christus nobiscum cõuenta quędam iniret(me etenim velut spõsam erat assumpturus) dotem mihi vt decerneret,dotis nomine nõ facultates aut pecunias mihi prę-stituit,sed sui preciũ sanguinis. Dotem verò hanc mihi constituit, nempe largitionẽ bonorum quæ non vidit B oculus,nõ auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Statuit igitur se daturũ dotis nomine immortalitatem,gloriam cum angelis, mortis sublationem, immunitatem peccati, hæreditariam possessionem regni (multæ enim sunt eius diuitiæ)iustitiam, sanctificationem,præsentium malorum defunctionem, obtentionem futurorum bonorum. Eximia mihi dos proposita erat. Huc aures adhibe sedulò. Quídnam facit? vide. Venit accepturus scortum, dico autẽ meretricẽ (sicut erat)obscœnã & conspurcatam,vt discas quantus fuerit istius sponsi amor. Venit,accepit, mihi quoque decernit dotem. Dicit,Tibi impertior opes meas. Addit, Quónam pacto paradisum perdidisti?Recipe eã. Perdidisti speciem?eam ipsam accipe. Hæc denique omnia accipe. Atqui ea dos nõ est hîc mihi exhibita. Aduerte huc animũ. In dotem hanc prædicit ob id datu-C rum se mihi in resurrectione corporum, incorruptionem. Non enim omnes in resurrectione comitatur ea incorruptio:sed duo erant hæc. Etenim resurrexerunt permulti,& iidem reciderũt in mortem, quemadmodum Lazarus & corpora sanctorum. Atqui hîc nõ ita, sed resurrectionem hãc largietur & immortalitatem, vnà cũ angelis tripudiũ, occursum filij in nubibus. Et semper cum domino erimus. Cõferet manumissionẽ à morte,peccati libertatem, finem imponet extremæ consummationi. Qualem illum? Eorum quæ oculus non vidit, non item auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt quæ pręparauit deus diligentibus se. Bona mihi das quæ nõ noui? Certè ait,Hîc ea præparo, hîc me ama. Cur nõ hîc mihi dilargiris dotem? Quum ad patrem meũ veneris, quum proueheris ad atrium regale. Ego ad te veni. Indignúmne censes,vt ad me ve-D nias?Veni,non vt hîc maneas, sed vt te assumam & abscẽdas. Ne hîc dotem quęsieris,Omnia in spe reposita sunt,omnia in fide. Nihílne hîc das mihi?Respondet, Accipe arrhabonem,vt certa fide quod futurũ est,speres. Accipe ineundi mecum coniugij pignus. Arrham accipe confirmãdis nuptiis accommodã. Ob hoc Paulus dicit,Despõdi enim vos. Deus enim pręsentia dona, vice sponsalium munerum nobis contulit. Quæ enim in pręsenti gratuitò exhibentur,vicem obtinent sponsalium,arrhabo sunt futurarum nuptiarum. Tota enim dos ilic reposita est. Quo id pacto?Dico,Hîc senio incõmoda senectutis,illic non item. Morte hîc mihi finienda est vita,non itẽ illic. Hîc mœrore cõficior, nullus me illic dolor reddet anxiũ aut solicitum. Mihi hîc occurrunt paupertas, morbus, insidiæ: illic nihil tale. Hîc tenebræ, illic lux, nec aliud diuersum à splendore lucis. Hîc insidiæ, illic mera libertas. Hîc morbus,

Pro ἔρς Legito ὤςι.

morbus,illic sanitas. Hîc vita, sed quæ fine claudatur: illic etiam vita,sed quæ nullum habitura est finẽ. Hîc peccatum, illic iustitia, peccatum illic nusquam. Hîc inuidia: nihil illic tale. Mihi,ait,das hæc? Aliquantum temporis præstolator: vt conserui tui ad salutem pertingant,sustine. Sanè nos confirmat dato nobis arrhabone. Quémnã dedit arrhabonẽ? Spiritum sanctum, spiritus erogationem. Atqui de eo spiritu loquor qui apostolis annulum dedit,dicens,Accipite & date omnibus. Annulús ne in partes scinditur? Vtiq; in partes scinditur, quæ tamen non distrahuntur: partitionem sentit, nec consumitur. Disce quàm benigna sit sancti spiritus erogatio. Accepit Petrus,accepit & Paulus spiritum sanctum: Terrarum orbem obambulauit:peccatores à suis absoluebat peccatis. Claudos erigebat. Induebat nudos. Mortuos excitabat ad vitam. Mũdabat leprosos. Diabolo os obturabat. Præfocabat Dæmonas. Cùm deo verba faciebat. Plãtauit Ecclesiã. Templa gentilium demoliebatur & æquabat solo. Altaria euertebat. Aboleuit malitiam:virtutem plantauit. Homines reddidit angelos. Hæc omnia eramus. Vniuersum terrarum orbem compleuit arrha hæc. Cæterùm ipse quum dico, vniuersum: quatenus scilicet sol suo splendore obseruat terram,mare,insulas,montes, nemora, loca item inaccessa & inhospita, obambulauit, perinde atque pernicibus alis peruolans Paulus, vno tantùm ore decertans,qui peritia excelluit texendorũ aulæorum, qui concinnandis coriis scalprum contrectauit manu, & pelles consuit. At ne sic id artificij impedimento fuit,quominus virtute inclaresceret: quin potius iste tentorij artifex dęmonibus extitit fortior,is imperitus sermone quantoslibet euicit philosophos. Vndénam?Accepit arrhabonẽ, annulum exportabat secum & circunferebat. Perspiciebant omnes Regem sibi cõnubio copulasse naturam nostram. Obseruauit id Dæmõ,séq; ab eo procul submouit. Vidit arrhabonem, denuóq; vidit ac secedebat. Indumenta vidit & fuga dilabebatur. O spiritus potentiam. Non animæ, non item corpori eam contulit facultatem, sed vestimento,verius vmbræ. Pertransibat Petrus, & morbos profligabat vmbra eius,propellebat Dæmonas, mortuósq; excitabat. Perambulabat Paulus orbem terræ, spinas resecãs ex vniuerso terrarũ orbe, secum assumpto semine pietatis, haud secus atque peritia aratoriæ artis longè experientissimus, vt qui aratrum doctrinæ obtineret. Ecquò peruenit? Ad Thraces, ad Scythas, ad Indos,ad Mauros,ad Sardonios,ad Gothos,ad beluas agrestes illas,nihílq; non conuertebat. Vndénam illi hæc? Ab arrhabone. Cum sua virtute,vnus satis esse potuit? Aderat illi spiritus gratia, ei qui nullo munere publico fungebatur,qui nudipes ac nudus erat. Qui & dedit arrhabonem spiritus. Qua de re his addit, Et ad hæc quis idoneus? Verùm isthæc nostra idoneitas propendet à deo, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Quid spiritus sanctus fecerit,vel nunc vide. Inuenit terram adopertam dæmonibus,& cœlum ex ea cõstituit. Nolim quę præsentia sunt,cogitetis:sed quæ tum erãt, ad memoriam reuocetis. Tunc erant lamenta, tunc nullo non loco delubra, omni in loco fumi, nusquam non nidores. Scortationes vbique locorum exercebantur, vbicunq; terrarum hostiæ sacrificiáve gentilium. In quibus non terris debacchabantur dęmones?Vbiq; gentium arx summa diabolo cõsecrata erat. Nulla nõ regio palmam tribuebat impudicitiæ: Et vnus erat Pau-

A lus. Quo is pacto nõ est tot immersus fluctibus? Quomodo nõ interruptus & membratim distractus? Quare fiducia fretus,os aperuit?Ingressus est Thebaidẽ & eos in captiuitatẽ abduxit. Aulam intrauit regalem,& ex rege fecit discipulum. Forum iudiciale introiuit, & ei iudex dicit,In modico suades me Christianũ fieri. iudex nihilominus illius se dedidit disciplinæ. Carcerem ingressus est,& ad se pertraxit carcerariũ. Ad insulas barbarorum se cõtulit,suóq; artificio illos effecit doctores. Illinc concessit ad Romanũ populũ, illúmq; ad se pertraxit senatorium ordinem. Peragrauit flumina,ad deserta secessit loca. Quocunq; tandem habitati orbis,non terra,non mare expers fuit eorum quę ab ipsa multa cum laude gesta sunt. Arrham enim annuli dedit,hac data subiicit,Hęc quidẽ prius tibi do,cętera autẽ polliceor me daturum. Et hac ratione dicit propheta, Adstitit regina à dextris tuis, in vestitu deaura-B to. Non vestimẽtum dicit,sed virtutem. Qua ex causa alio loco dicit scriptura, Quomodo intrasti huc non habens vestem nuptialem?Non itaque vestimentũ indicat,sed vtique scortationem & quãlibet obscœnam impurámq; actionem. Sanè vestimẽta sordida vti exprimũt peccatum:ita & deaurata virtutem insinuant. Quare hoc genus vestimẽti quod erat regis, is suę spõsæ dedit? Nuda enim erat,squalens sordibus ac deformis. Adstitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. Non indicat vestimenta ipsa,sed virtutem. Non dixit, Aureo. Aduerte animũ, nam ipsa dictio multiplicem continet sententiarũ vim,& eam sanè generosam. Nõ dixit,Aureo sed deaurato. Solerter audi,vestimentum quod aureũ est,filis cõtexitur prorsus aureis:quod verò deauratũ,particulis aliquot sericis intertexitur. Qua C igitur ratione nõ dixit sponsam ferre aureũ vestimentum,sed deauratũ?Causam aduerte exactius. Conuersationem subindicat Ecclesię,quę diuersa est & multiformis. Nam quãdo non vnius eiusdémq; propositi sumus omnes:sed hic quidem virginitatem exercet, iste autem sectatur viduitatẽ, ille verò religiosam pietatẽ meditatur & excolit: ob id multiplex ac variegata dicitur vestis Ecclesiæ. Quũ igitur certissimè nosset dominus noster ꝙ si vna & eadem via incederent omnes, permulti animi lentore fatiscerent & lassarentur, eóq; vias nobis secuit distincti ac diuersi instituti. Nõ potes per virginalem statum regnum introire?Per nuptias ingredere. Nõ potes vnico cõiugio contẽtus viuere?Per alteras nuptias ingreditor. Nõ potes per tẽperantiã frugalitatémve ingredi? Intra per eleemosynam. Non potes per eleemosynã?Introi per ieiunium. D At ne hoc quidẽ potes?Illã age,fac,hoc age,exerceto. Ob hoc vestẽ non prodidit esse auream,sed deauratã. Aut enim serica est,aut purpurea,aut certè aurea. Non potes esse aureus?Esto sericeus. Suscipio te,tantùm inueniaris in vestimẽto. Hac ratione dixit Paulus,Si quis ædificat super fundamentũ hoc,aurũ,argentum, lapides preciosos. Non potes preciosus esse lapis?esto aurum. Non potes esse aurum? esto argentũ. Solùm persiste in fundamento. Rursus alio loco, Alia claritas solis,& alia claritas lunæ,& alia claritas stellarũ. Nõ potes esse sol?Esto luna. Non potes esse luna? Esto stella. Non potes esse eximia quędã ac prælustris stella?Esto vel vna de minoribus, tantùm sis in cœlo. Non potes esse virgo?Ducito vxorem cum continentia coniugali, modò in ecclesia perseueres. Non potes expers viuere prædiorum ac facultatum?Facito eleemosynam: tantùm permane in ecclesia,in vestimẽto, sub regina

δικαστήριον.

Adstitit regina.

Vt sordida vestis, peccatum: sic deaurata virtutem insinuat.

ὀ χρυσῦ ἀλλὰ διάχρυσον.

Universidad de Deusto Biblioteca

Deaurata veſtis, variegata eſt ac verſicolor. Viam nolim tibi occludere. Virtutum enim copia exuberat ea veſtis. Nullo negocio adminiſtret quis regię iſtius domus diſpenſationem. Deaurato veſtimento circundata. Verſicolor eſt veſtis ſponſæ: Quòd ſi malis, interpretare ſermonis iſtius profunditatẽ iuxta id quod dictum iam eſt, proinde etiã vide, num veſtis ſit illa quæ deaurata eſt. Hîc etenim ſolitarij quidam degunt: iſti autem nuptias exercent, ſed tẽperanter ac pudice, qui & illis non adeò ſunt longè inferiores. Et hi quidem vnico contenti coniugio, hæ autem viduæ etiamdum ætate florentes. Vt quid hortus? vt quid & ſic diuerſicolor? Quòd flores habeat differẽtes, arbores inſuper, nec paucas margaritas. Stellæ quàm multę ſunt? Vnus tamẽ ſol eſt. Multiplex viuendi propoſitum ac formula, ſed vna paradiſus. Multa templa, ſed vna paradiſus. Multa templa, ſed templorũ vnica mater. Et hoc quidem corpus, iſtud verò oculi, illud verò digitus. Cęterùm ſumus omnes vnus: vnum & idem ſumus, perinde paruum atque magnum, & quod vtroque inferius eſt. Indiga enim virgo eſt eius quę viro iuncta eſt. Etenim virgini prouidẽdum eſt, ne nuptias aſpernetur, quum per nuptias prognata ſit. Virgo radix eſt nuptiarũ. Copulata ſunt omnia & conſerta parua magnis, magna paruis. Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata verſicolore amiculo. Ad eius quod reliquum eſt, accingor interpretationẽ. Audi filia. quam pronuba tãquam deductura ſit ad ſponſum, qui ſit eſſentia ſuperior, qui naturæ cõditione præcellat ſponſam. Ego pronuba, audi igitur filia. Actutũ'ne illi facta eſt vxor? ita ſanè. Nihil eñ hîc quod ſit corporale. Etenim quaſi vxorem ſibi eam deſpõdit, & vt filiam diligit, ac veluti ancillæ ꝓuidet, ſeruátq; perinde ac virginem, & ſicut hortũ cingit muro, ceu etiam membrũ fouet & adornat, ac velut capiti prouidet: inſtar radicis progignit fructum: ſicut paſtor oues paſcit, & tanquam ſpõſus ſe exornat, vtq; propitiatorium, peccata cõdonat, ſicut ouis immolatur, qua ſponſus ſe conſeruat in decore ac decẽti ornatu, & tanquã vir quæ officij ſui ſunt, ſatagit ac prouidet. Multæ ſunt intelligentiæ è quibus ſaltem aliqua ex parte perfruamur earum diſpẽſatione. Audi filia & vide & reſpice ad connubilia ac ſpiritualia. Audi filia. Hæc prius filia erat dæmonum, filia terrę, ipſa tellure indigna: eadem nunc facta eſt filia regis. Hoc vt eſſet voluit, qui flagrabat eius amore.

γνώμη.

Qui enim amat, non magnopere obſeruat modum. qui amat, non perſpicit deformitatẽ. Ob hoc planè dicitur ἔρος quòd plerunq; amat rem quãlibet deformem.

ἔρως.

Sic & Chriſtus fecit. Num dubitẽ dicere eã fuiſſe deformẽ? Vidit & amauit, eámq; innouat & inſtaurat nõ habentem maculam aut rugam. O ſpõſum, qui tam bellè exornat, addítq; formę decus ſuæ ſponſę. Audito ô filia & vide. Duo dicit. Audi & vide. Duo hęc à duobus pendẽt, ab oculis tuis & ab auribus, quoniam dos ſponſæ in auditu ſita erat, quanuis nonnulli acrioribus oculis pręuideant, tolerent interim ac præſtolentur infirmiores: vóſq; commendo qui pręoccupaſtis, illis etiã ignoſco qui poſterius affectantur, quoniam dos ſponſæ in auditu erat. Quid eſt, in auditu? In fide, non in fruitione, nondum in experientia vſquequaque. Superius dixi, quia dotem ſponſæ in duas diſtinxit partes. Et quidẽ illa iam ei contulit vice arrhabonis: hæc verò daturum ſe pollicitus eſt futuro tempore. Quid ſpõſę dedit? Gratuitò indulſit peccata, abſoluit à debitis pœnis, dedit iuſtitiam, ſanctificationẽ, depẽdit precium redemptionis, nempe corpus dominicum, menſam diuinam ac ſpiritualem, mortuorũ reſurrectionem. Hæc omnia habebant Apoſtoli. Itaque dedit quidem hæc: illa verò eſt pollicitus. Illa quidem in experientia erant & fruitione: hæc verò in ſpe & fide.* Audi rurſus, Quid dedit? Baptiſma, hoſtiã. Et hæc in experiẽtia. Vide autem. Quid eſt pollicitus? Reſurrectionem mortuorum, incorruptionẽ, vnionem cum angelis, cum archangelis tripudium, familiarem cum ipſo ſponſo cõgreſſum: deniq; vitã immortalem cum perenni fruitione bonorũ quæ non oculus vidit, non auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt quę præparauit deus his qui diligunt eum.

*Προσέχετε hîc lego βλέπετε, ordine conuerſo.

Dictum hoc meum intelligite, ne hoc ipſum per obliuionẽ ſinatis deperire. Ob hoc delaſſor in præſenti ac laboro, vt intelligatis. Dos igitur ſpõſę in duo partita erat, in præſentia & in futura: in ea quæ videntur, & in ea quæ ſolo auditu percipiuntur: in ea quæ dantur, & in ea quæ credũtur datum iri: in ea quę doctrice experientia accipimus, & in ea quibus ſperamus nos perfruituros: in ea quæ in præſenti vita conferuntur, & in ea quæ ſperamus nos adepturos poſt reſurrectionem. Illa vides, hæc audis. Vide igitur quid dicat ſpõſæ, vt ne putet quia hæc ſolùm accepit, etiã ſi eximia erant dona, licet ineffabilia, quanuis mentẽ tranſcendentia. Audi filia & vide. Audi illa, nempe futura: vide hæc præſentia. Vide hæc, vt ne dicas: rurſus in ſpe, rurſus in fide, rurſus in futuro. Etiamnum vide, hæc quidẽ do: illa verò me daturum polliceor. Quæ polliceor, in ſpe repoſita ſunt: interim pignora hæc accipe, hæc accipe vice arrhabonis, hæc cape in ſpecimẽ & argumẽtum. Promitto tibi regnũ, certiſſimã fidem ſume ex præſentibus donis, mihi crede. Regnum mihi polliceris? Certè. Tibi quidẽ quod maius eſt, dedi: nempe regni dominatorem, qui proprio filio nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit ipſum. Quomodo non etiam cum eo omnia nobis donabit? Reſurrectionémne das corporũ? Certè. Quod maius eſt dedi tibi. Cuiuſmodi eſt illud? exẽptio à peccato. Id doni qua ratione eſt maius? quia peccatũ mortem peperit. Iugulaui matrem, non occidã filium? Radicem arefeci, fructum non tollam?

Matrẽ, peccatũ ſcilicet: filiũ, mortem.

Audito ô filia & vide. Quid viſura ſum? Mortuos excitatos ad vitam, leproſos mundatos, ſuffrænatã maris intemperiem, in paralyticis aſtrictam neruorum reſolutionẽ, apertam paradiſum, panes velut è fonte effuſos, abſoluta peccata, claudum ſubſiliẽtem, latronem ius municipale ciuitatis illius paradiſi obtinẽtem, telônem ſiue publicanum euãgeliſtam factũ, meretricem virgine pudiciorem. Audi & vide. Audito illa, & vide hæc. A pręſentibus tibi ſume argumentũ totius. Et quidem de futuris iam pignora cõtuli. Hæc illis potiora ſunt. Ecquid tãdem dictura es? Mea hæc ſunt. Audi filia & vide. Hæc tua dos ſunt. Quid infert ſponſa? Videamus. Subiecit ſponſus, Ecquid tu tandẽ, vt ne maneas indotata? Ait, Ego quid poſſim inferre à collibus, à nidore immolatitię carnis, à dęmonibus? Quid inquã, inferre poſſim? Quid? vtiq; voluntatẽ ac fidem. Audi filia & vide. Ecquiduis faciã? Obliuiſcere populũ tuum. Quémnã populum? Dæmonum inquã populum, idolorũ, nidoris immolatitij ac vaporis & ſanguinis. Et vide & obliuiſcere populum tuũ & domũ patris tui. Sine valere patrem tuum, & ad me venito. Ego patrẽ dimiſi & veni ad te, tu nõ derelinques patrẽ? Cæterũ illud ἀφῆκα dimiſi de filio dictũ, nolim ſic ĩterpretere, quaſi deſciuerit à patre aut deſeruerit. Demiſi me ſiue cõdeſcẽdi, &

arcana

arcana diſpenſatione aſſumpſi carnem. Dicitur hoc à ſponſo ad ſponſam, vt ſuos relinquat parentes, & inuicem nexu coniugali copulentur. Audi filia & vide, & obliuiſcere populũ tuũ & domum patris tui. Ecquid mihi das, ſiquidẽ oblita fuero? Et concupiſcet rex decorem tuũ. Habes dominũ tui amãtem. Si illũ tui decoris habeas amatorẽ, quæ illius ſunt vtique poſſidebis. Quæ illius ſunt, accipe: & ea iam poſſides ſiquidẽ potueris cõtueri quod dictũ eſt. Subtilis enim eſt ſententię intelligentia. Atqui volo Iudæis iſtis oppilare os conſuendo linguã. Quare huc aduertite mentem. Siue eñ quis audiat, ſiue nõ: ego defodio terrã, ego deduco manu aratrũ. Audi filia & vide, & obliuiſcere populũ tuũ & domũ patris tui, & cõcupiſcet rex ſpeciem tuam. Formæ præſtantiam præſenti loco cõtendit Iudæus accipi pro ea quæ percipitur ſenſu. Nõ itẽ eam intelligit eſſe quæ intellectu apprehenditur, ſed corporalẽ iſtã. Animũ aduerte huc, diſcamus quænã ſit corporis pulchritudo, quę item abſtractę mẽtis ſiue intellectilis. Eſt anima, eſt & corpus. Duę ſunt eſſentię. Eſt puchritudo corporis, eſt & pulchritudo animæ.

διαγραφὴ pulchritudinis corporis.

Quæ eſt corporis pulchritudo? Superciliũ porrectũ, oculus ſuauiter & gratioſè arridẽs, genæ rubore purpureo ſuffuſæ, labia coloris phœnicei, collum erectũ, coma vltrò ſe vibrãs ac motitans, digiti in longũ producti, ſtatura arrecta, candor efflorеſcens. Hęc corporis pulchritudo ab ipſa prouenit natura potiùs q̃ à ſtudio aut deſtinata voluntate: quod ipſum in confeſſo eſt, quoniã naturæ beneficio obtingere ſolet. Attentus eſto, vt noueris ſententias cõmentationéſve philoſophorum. Pulchritudo hæc, tam quæ aſpectus eſt ſiue oculorum, q̃ quæ frontis & comæ, ſuapte natura oboritur. Quæ etiã ſtudio & electione voluntatis acquiritur, liquet à natura eam prouenire. Fœda eñ ac deformis facies ſi eſt: licet innumera pigmenta adhibeat quis parandæ formæ ac venuſtati, operã ſuã luſerit, quod ad corpus attinet. Quæ enim naturæ ſunt, non violãda manent. nã ratis certíſque finibus cõpedita ſunt & adſtricta, non tranſcendentia ſibi præſcriptos fines. Quæ igitur pulchra eſt, pulchra eſt ſemper: etiam ſi ſtudiũ non accõmodet conciliandæ ſibi pulchritudinis. Quæ autem deformis, nullo ſe ſtudio poteſt reddere formoſam. At ne formoſ⁹ deformẽ. Cur id? Si quidem naturæ ſunt hæc. Vidiſti tandẽ quæ ſit pulchritudo corporis? Eã ipſam introrſum reuocem⁹ ad animam, citetur ad dominã ancilla. Eam adducamus ad animam. Vide, quin potius audi illam. Neque eñ videre illã potes. Inuiſibilis enim eſt. Audi illam, nempe pulchritudinem. Quæ igitur eſt animę pulchritudo? Temperantia, æqualis morum moderatio ſiue placabilitas, miſericordia in indignos, charitas, mutu⁹ amor fratrũ, erga filios pietas, morigera & obſequens erga deum obedientia, legis plena obſeruatio, iuſtitia, animæ contritio. Hæc decora ſunt, hæ ſunt animæ pulchritudines. Atqui non ſunt hæc naturæ, ſed propenſioris ſtudij ac liberę voluntatis. Quem penes hęc non ſunt animæ ornamenta, poteſt is ſuo iure ſibi ſumere: qui autẽ ea iã habet, ſi ſolutius ac ſupinè ſe geſſerit, ea vtique iam perdidit. Quemadmodũ eñ dicebam de corpore, quia qui turpitudine laborat corporis ad formã reuocari non poteſt liberalẽ ac venuſtam: ratione ex cõtrario ſumpta de anima ſentio. Poteſt ſiquidẽ anima deformis vt ſit, ad formã de integro inſtaurari planè egregiã. Quid enim anima Pauli deformius, quum blaſphemus adhuc & contumelioſus eſſet? Quid è diuerſo eiuſdẽ anima formoſius, quo tempore dicebat, Certamen bonũ certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui? Quid vſquã occurrit turpius anima latronis? Contrà, quid venuſtius, q̃ quando eadẽ exaudiuit, Hodie mecũ eris in paradiſo? Publicano quid deformius? Quid è regione illo pulchri⁹, quãdo propria voluntate ſe dedidit domino? Vides, quia excellentẽ corporis formã tranſmouere non potes. Id enim non liberæ eſt voluntatis, ſed naturæ: animæ verò formoſitas ab electione & animi deſtinatione nobis cõparatur. Accepiſti quid ſit pulchritudo? Pulchritudo eñ animæ pendet ab obediẽtia erga deum, Anima enim quamlibet deformis ſi quidem obtemperauerit deo, deponit pęccatũ, & ſpecioſa redditur. Saule, Saule, quid me perſequeris? Ille verò, Quis es Dñe? Ego ſum Ieſus.

Ab exẽplo.

Obediuit, & obedientia ipſa deformẽ priùs animã, apprimè formoſam reddidit. Rurſus Publicano dicit: Veni, ſequere me. Et ſurrexit Publicanus, & factus eſt apoſtolus Vtiq; anima deformis priùs venuſtatẽ recepit formę. Vnde? Ab obedientia. Rurſum, Piſcatoribus dicit: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum. Eorum proinde mens nitore formæ irradiauit, virtute obedientię. Quã hîc dicat pulchritudinẽ, perſpiciamus: Audi filia & vide, & obliuiſcere populũ tuum & domũ patris tui. Et cõcupiſcet rex decorem tuũ. Cuiuſmodi decorem ſiue pulchritudinem concupiſcet? nimirũ animę. Vndenam? quia oblita eſt. Audi igitur & obliuiſcere. Vtiq; hęc liberæ ſunt voluntatis. Audi.* Dic peccatrici animę, Audi.

* Deſiderantur hîc quædã in exemplari

Quòd ſi obaudierit, mox vide quali decore exornanda eſt. Siquidẽ ſponſę turpitudo non naturalis erat, ſed voluntaria. Non enim morem geſſerat dei pręceptis, ſed præuaricata eſt: quare eã reuocat, alterã admouendo medelam. At certè deformis effecta es, non conditione naturæ, ſed voluntaria electione: nũc apprimè decora facta es, merito obedientiæ. Audi filia & vide, & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui: & concupiſcet rex decorem tuum. Denique vt diſcas, quia nihil hîc dicit quod ſubiaceat ſenſuum organis, quum hæc audis, ne interpreteris inſinuari oculos, non naſum, non os, neque collum ſeu ceruicẽ: ſed pietatem ſiue religionem, fidem, charitatem, quæ interna ſunt. Omnis enim gloria filiæ regis abintus. Porrò nos pro omnibus debitam deo rependamus gratiarum actionem. Ipſum ſiquidem & ſolum addecet gloria, honor & imperium, in ſecula ſeculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI IN illud propheticum, Verumtamen fruſtrà conturbatur omnis homo viuens. Ioachimo Perionio interprete.

Pſal. 38

PIſcatorem ſinus altus excitat, cùm iacto rete magnámq; marinorum piſcium copiam nactus, laborans onere verriculum trahit: & venatorem ſylua ferarum altrix, cùm montes ſcrutatus, denſóq; vertice aperto, cum præclara & opima pręda reuertitur. Quòd ſi qui in quęſtu & venatione occupati ſunt voluptatẽ affert labor is qui his in reb⁹ ſuſcipitur, quantò maiorẽ afferre debẽt pericula Eccleſiaſticorũ ſinuũ piſcatoribus, quibus pręmium nõ diurnum, nec terrenũ, ſed ipſum cœlorum regnum ꝓponitur? Age ergo Dauidicæ lyrę pſalmorum cantũ pulſemus, & cum Dauide generis hominũ obſcuritatem & abiectionem notemus his verbis, Veruntamen fruſtra conturbatur omnis homo viuens: perturbatur, & tandẽ interibit ac peribit: perturbatur, & antè quàm

confirmatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmatus ſit,conculcatur:vt ignis incẽditur, & inſtat arundinis in cinerem occidit:vt procella extollitur,& vt puluis terræ adæquatur:vt flamma excitatur, & inſtar fumi diſſipatur:vt flos forma eſt præſtanti,& vt fœnum in exiccando imitatur:vt nubes conglobatur,& tanquã gutta imminuitur: vt denique bulla inflatur,& ſcintillę inſtar extinguitur:perturbatur,& inſatiabili cupiditate fœdũ tetrúmq; odorem ſibi parit: perturbatur, & cũ ei perturbatio nulli vſui fuit, extinguitur. Eius ſunt motus & perturbationes, aliorũ deliciæ:eius labores, aliorum theſauri:eius curæ, aliorũ voluptates:eius aduerſę res,aliorũ ſecũdæ:eius execrationes,aliorũ clientelæ:eius rapinæ,aliorũ voluptates: eius gemitus,aliorum omniũ rerum abundantia: eius lachrymę,apud alios pecuniæ: ipſe denique in inferis ſuppliciis afficitur, alij contrà bonis eius cum cantu perfruuntur. Veruntamen fruſtra conturbatur omnis homo viuens. Homo, vitæ vſura quæ ad tẽpus durat, mortis nõ fictum debitũ, conſultò indomitũ animal, improbitas quę per ſe docetur,inſidiæ quæ ſpõte ſua docentur, id quod arte inſtructũ eſt ad maleficium, quod ad iniuriam induſtria præditum eſt, ad auariciã compoſitum & paratum, ad expletionem inſatiabile, natum ad perfidiam,infinitus ſpiritus, gloria oſtentatrix:exultatio & ferocia quæ facilè ſedatur:elatio quę paruo negocio deletur:audacia quę facilè capitur,cœnum arrogantiæ plenum,cinis ſeditioſus,puluis elato animo, cinis inflatus, ſcintilla quæ facilè extinguitur: flãma quę facilè marceſcit,lucerna inſtabilis,lignũ cuius interitus procliuis eſt, fœnũ quod exaruit, herba quæ facilè ac cito moritur,natura quæ facilè conficitur & cõſumitur:qui hodie minatur, & cras excedit è vita:qui hodie diuitiis abũdat,cras ſepulchro tegitur: qui hodie regia corona ornaẽ, & cras inhumatur: qui hodie purpura fulget,& cras effertur:qui hodie in theſauris verſatur,& cras in buſtis: qui hodie cũ aſſentatoribus viuit,cras cum vermibus:qui hodie eſt,& cras nullus eſt:qui nũc à cohorte cuſtoditur, & paulò poſt lugetur: qui in ſecundis rebus tolerari nõ poteſt,& in aduerſis nulla conſolatione leuari poteſt: qui ſe ipſe ignorat,& in iis cognoſcendis quæ naturã ipſius lõgè multúmq; ſuperãt curioſe occupaẽ:qui id quod adeſt & preſens eſt,neſcit,& de rebꝰ futuris cogitat:qui natura ſua mortalis eſt, & animi elatione ductus,vt ſibi videtur,immortalis eſt:omniũ morborũ propoſita ac ceſſio, facillimũ omnis perturbationis domicilium, quotidianum febriũ ſine vllo delectu gymnaſiũ, omnis deniq; doloris paratũ,diuerſoriũ homo eſt.Quãta noſtræ abiectionis tragœdia?quãtus noſtræ abiectionis & obſcuritatis triumphus?Quot quantaq; protuli, cum interea nihil prophetica hac voce aptius inuenerim? Veruntamen fruſtra cõturbatur omnis homo viuens.Sed vt finem faciam dicendi,vide quæſo, vt hominũ res mare imitantur: vt tẽpeſtate illius vita hæc noſtra implicatur:vt diutius & ſæpius q̃ aqua in terra tempeſtare iactamur:vt vehementius inter nos quàm venti, collidimus: vt pecuniæ quaſi clypei nos inter nos cõmittunt,&quaſi in tempeſtate maris huc atque illuc impellimur. Hic ex illo agro fruticem auellit: alius cuiuſdam ſeruos abduxit. Atque hic de aqua vicinum in iudiciũ adducit:ille cũ ciue de aëre & cœlo contendit. Hi propter terræ menſuram concertant, illi inter ſe de ædificandi ratione digladiantur: hic in ea quæ non dedit,vt accipiat,impetum facit, ille quæ accepit, non dediſſe in iudicio agit. Hic vſuris nõ ſatiatur, ille ſorte etiã ſe ſpoliari cõfirmat:hic cũ eſt inops, moleſtia afficitur, ille rerum omniũ copia abundans,tumultuatur:cùm nihil habet ꝓbris afficitur, cũ habet,inſidiis appetitur:qui magiſtratus gerit,in ſuſpicionẽ venit:qui poteſtate præditus eſt in odium omniũ incurrit:qui in imperio eſt, armatur:bella ſempiterna quadã ſerie inter ſe cõnexa ſunt: inuidia alia ex alia incidit,inſatiabilis cupiditas dominatur, auaritia regnat,mendaciũ ſummis laudibus effertur,mutua fides euaſit,veritas terram reliquit ac deſeruit, amicitia menſa definitur. Alij vim ſuam perdiderũt, terra iam mala ferre nõ poteſt, aër vſq; ad ipſum æthera inquinatus & contaminatus eſt. Propter pecunias vita non eſt vitalis.Pecuniarũ cupiditate elementa libera vendidimus: viæ vectigalia pendũt:terra ſorte diuiditur: aquæ & flumina imperio tenentur:aër vẽditur: decumarum,tributorũ & vectigaliũ coactores vrbibus imperant: diuites curis conficiuntur. Fœneratores ſollicitudine tabeſcunt: direptores vitam perturbationibus implent, cupidi pecuniarũ in iudicio foróq; verſanẽ:mercatores calamitates & iacturas ſtudioſe quęrunt:calumniatores mendaciũ vendunt:quoniã mentiri inter nos ſoliti ſumus, iuriſiurandi religionẽ ſuſtulimus,iurare,atque per deũ vnũ,ſcimus. Cùm ita omnes malis ſceleribúſq; deditos Propheta cerneret,miſerámque hãc vitã eſſe duceret, hac oratione vſus eſt, Veruntamen fruſtra conturbatur omnis homo viuẽs. Homo ſolus ô ꝓpheta,conturbatur? Creatura ea ſola quæ rationis eſt particeps,accuſatur? Nullũ animãs aut elementum quod cõmoueretur inueni. Commouentur,inquit,aquæ,& iterũ ſedantur: mouetur terra, & rurſus confirmatur: venti impelluntur & iterũ quieſcunt:omnis fera tumultuatur,& ſatiata definit:flamma excitatur,& materia ſubiecta cùm conſumpta eſt, extinguitur. At verò homo cùm ſemel pecuniæ cupiditate inflammatur,nunquã deſinit:cúmq; hoc accepit,ad illud cupiditate rapitur, & cùm illud aſſecutus eſt,ad aliud impellitur:centũ duplo maiora facere & augere ſtudet,& ad tot tantáſq; opes tamen rurſus tãtundẽ addere conatur, nec vnquã congerendi finem facit,quoad ipſius finis coaceruatus ſit: ſitiq; auaritiæ confectus,auro pallidior volitat, propter diuitias quæ magnopere expetuntur,quarũ amicitia infirma & inſtabilis eſt, quarum cupiditas inſidiarũ plena eſt: quæ deridentvt dominæ multorum:quæ irrident, vt quæ vehementer amentur, quæ vinctæ ſunt & ſuſpectæ, mortuæ ſunt,ſed hoſtes:quę in mundo congeſtę, vẽti vim obtinent:,ꝓpter diuitias inquam,quæ ſunt omnis abſurditatis parẽtes,inuentrices malorum omniũ, luxus animi:corruptoris adiutrices, hoſtes cõtinentiæ, inimicæ temperãtiæ, occultæq; omnis virtutis fures. Sed quid diuitias criminor, iis prętermiſſis,qui poſſident?Iniuria ipſi etiã diuitiarũ deo infertur, cum ab illis vincitur& colligatur,pedibúſq; cõpeſcitur.Videtur eũ mihi ad eos hacvti oratiõe,Quid me ô ſtudioſi pecunię,pedibus cõſtringitis?cur me quaſi fugitiuũ aliquem innumerabilibus vinculis ligatis? quãobrem me vt amicũ cõplectimini,& vt flagitioſum quempiã à metallis in veſtras manus mittentem in vincula cõiicitis?Si vultis me etiã ſomniis leuiorem quieſcere, me ad pauperum manus venire patimini. Sed dicet aliquis,Liberis diuitias cõgero & paro,vt ne ſint paupertatis hæredes. Præclarè ſcilicet diues qui pluribus viſis vtitur,ea quę adſunt,ignorat, & res curat futuras:ea quę ad ſe attinent,ignorat,& de liberis cogitat:

tat:an ſepeliendus ſit neſcit,& heredibus cõſulit.Stultè,dic mihi finem tuũ, & tum de liberis certus ac tutus eſto:expone res hodierni diei, & tum tibi res craſtini diei credo.Cur te etiã poſt mortẽ decipis & fallis?Cur & mortuꝰ eſſe vis,& irrideri?cur deo littus determinas?cur diuinæ ꝓuidentiæ leges dicis, quibus ea quæ tibi data ſunt, adminiſtret? Nihil ad te de iis ſtatuere,quæ tẽpus vitæ tuæ cõſequuntur. Non & mortuus eſſe potes,& viuorũ adminiſtrator: non & mortuorũ iudex,& iuris cuiuſque æſtimator.Cur igitur, ô diues,fruſtra operã conſumis in eo, vt bona inopũ cũ tuis reponas,nec ſcis cui illa pares? cur res pupillorũ tenes?cur acerbè fers cùm rogaris,quaſi de tuo impẽdas?ſua illi petũt,nõ tua:ea quę tibi ipſorũ cauſa tradita ſunt & credita,non quę tecũ procreata ſunt.Eroga quæ accepiſti,& vſum accipe,qđ tibi vt dares, non vt acciperes,præſcriptũ eſt.Præclarè tecũ agitur, quòd tibi deus propter inopẽ,dextrã porrigit. qui ex cœlo pluit,aëris tibi guttã largitur: qui tonitrua & fulgores iacit,vt miſericordia vtare tibi præcipit?qui nubibus cœlum obducit,pannũ abs te petit. Hoc tibi ſatis eſt, ꝙ te pauperes tanquã deũ rogant. Da,cõmiſeratio & miſericordia te cõmoueant ad ſubueniendũ, vt miſericordię locum inuenias. Tu verò ne ſupercilia quidẽ vis tollere:&cùm illi te ſupplices rogant,non flecteris ad miſericordiam. Da eis ſua, antè quàm te rationis referendæ dies opprimat.Eis ſua largire, quæ non ita multò poſt recepturus es.Patrẽ regem habent: da eis ſua,& ab eorũ patre curarum vacuitatem & requiem accipe.Quànam,inquies? Quod,inquit,vni horum fratrum meorum minimorum feciſtis, mihi feciſtis. Qui enim intelligit ſuper egenum & pauperem, is nõ ſolum chirographum peccati delet,ſed etiam confeſſionem ac ꝓmiſſionem accipit, vocem eam quæ ait, Qui dat egenti,deo fœneratur. Deo fœneremur eleemoſynã, vt ab eo parẽ humanitatis gratiam accipiamus.Sed ô verbum prudentiſſimũ.Cur igitur non dixit, Qui miſeretur pauperis, dat deo, ſed fœneratur? Nouit ſcriptura auariciam noſtram:intellexit appetitum noſtrum inſatiabilem,qui ſibi maiora ad habendum proponit, redundantiã ac plus ſemper quærere: ob eámque cauſam non dixit omnino,Qui miſeretur pauperis dat deo,vt ne ſimplicẽ largitionem& viciſſitudinem mercedis exiſtimes,ſed,Qui miſeretur pauperis,deo fœneratur,vt auarus& lucri cupidus audito vſuræ nomine,ſe ipſe miſericordiæ dederet. Qui miſericordia cum paupere vtitur,deo dat fœnori. Siꝰ à nobis fœnori accipit, ergo noſter eſt debitor. Vtrũ ergo eumhabere vis iudicẽ,an debitorẽ?Debitor creditorem veretur: iudex eũ qui in iudiciũ adducitur, non veretur. Videndum eſt,fratres,neceſſariò alia ratione,cur deus dixerit,Mihi fœneratur, qui miſeretur pauperis.Quoniã auaritiam noſtrã vidit ad maiora & plura propenſam,iam vt dixi,nec vnquã eum qui pecunias& diuitias habeat,velle ſine fide & quaſi ſecuritate credere,petit enim creditor vel hypothecam,vel pignus,vel fideiuſſorẽ,hiſq; tribus quaſi ſecuritatibus fretus,pecunias ſuas credit, vel fideiuſſorẽ vt antè dixi,accipiens,vel rerũ hypothecã. Quia igitur intelligit deus neminem his non extantibus ſolitum credere, nec humanitatis habere rationem,ſed lucrum vnũ ſpectare, pauperem autem ab his omnibus deſertũ & deſtitutum eſſe,cùm nec hypothecã habeat, nihil eñ poſſidet,nec pignus ferat,nudus enim eſt,nec fideiuſſorẽ exhibeat:ſcit eñ eũ ꝓpter inopiam non poſſe, & eum qui pecuniis abũdet, nolle ꝓpter inhumanitatẽ medium ſe & quaſi ſequeſtrem præſtitit,pauperi quidem ſponſorẽ,pignus autem creditori, Nõ habes,inquit, huic fidem ꝓpter inopiã: mihi crede ꝓpter copiam.Vidit pauperem, &miſericordia motus eſt:vidit pauperem,neque contẽpſit, ſed ſe ipſe pro eo qui nihil habebat oppignerauit,& pauperi in cauſa patronũ ſe pro ſua benignitate prębuit.Qui miſeretur pauperis, fœneratur deo. Ne time, inquit, mihi fœneraris. Quídnam lucrifaciã cùm tibi fœneror? centuplũ do & vitam ſempiternam. Vt quando mihi hæc reddas, ſciam,repeto conſona, contractum cõfirmare velim: da mihi referendæ gratiæ tẽpus,conſtitue mihi diem reddendi beneficij.Audi ſapienter quando & vbi debitũ officiũ præſtaturus ſit is, cui inopum cauſa & nomine alij fœnerantur. Cùm ſedebit filius hominis in ſolio maieſtatis ſuæ, oues quidem ad dextram ſuam, hædos autẽ ad ſiniſtram collocabit, dicetq; iis qui ad dextrã ſuã erunt, Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à mundi origine. pro quibus?Quia eſuriui,& me pauiſtis: ſitiui & mihi potum dediſtis:nudus eram,& me veſtiſtis: in carcere eram, & ad me veniſtis. Deinde ij qui in tempore rectè adminiſtrauerũt, ſuæ infirmitatis conſcij, & eius cui fœnerati ſunt, dignitatis,reſpondebunt, Domine quando te eſurientem vidimus, téne pauimus, & tibi ſitienti potũ dedimus,in quo omnium oculi ſpem collocant,an cùm indigentem te vidimus, tum hæc tibi fecimus? Quod, inquiet, vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis.An non vera illa eſt oratio, Qui miſeretur pauperis,deo fœneratur? Sed quemadmodum iis qui ad dextram erunt,regnũ datum eſſe oſtendit propter humanitatẽ,ſic iis qui ad ſiniſtram erunt,ſupplicium minatus eſt, Diſcedite à me maledicti in tenebras exteriores,quæ paratæ ſunt diabolo eiuſque angelis. Quid ita?pro qua re? Quia eſuriebam,nec mihi cibũ dediſtis. Nõ dixit,ꝙ ſtupratores fuiſtis, ꝙ adulteri,ꝙ furtum feciſtis,ꝙ falſum teſtimonium dixiſtis, ꝙ peieraſtis: quanquã hæc quoque conſtabunt, ſed inferiora ſunt inhumanitate, & vacuitate miſericordiæ.Sed cur domine,nihil aliud tibi in memoria verſatur?Non cõdemno peccatum, ſed inhumanitatem: non condemno eos qui peccauerũt, ſed eos quos inhumanitatis non pœnituit. Vos condemno,ꝙ cũ tantum ac tale remedium ſalutis, eleemoſynam haberetis,tam magnũ beneficiũ prętermiſiſtis.Obiicio ergo vobis vt probrũ inhumanitatem, radicem, ſtirpémq; malorum omnium,totiúſque impietatis matrẽ: laudo porro humanitatẽ bonorũ omnium: & minor illis quidem ignem æternum, his autem regnũ cœlorum concedo: In Chriſto Ieſu domino noſtro, cui gloria & potentia in ſeculorum ſecula tribuatur, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI ORAtio de illo Prophetæ loco, Noli timere cum diues factus fuerit homo, aut cùm multiplicata fuerit domus eius gloria: & de amore hoſpitalitatis. Pſal. 48.

AGricola quidem in arua quæ purgata ſint,vomerem trahit, & ſentes ſpinaſque reſecat & euellit,& ita ſemina iacit,cùm euulſa eſt ſpina,quæ ſemen extingueret. Vos autem nauiganti ex animi ſententia, ſed hoc multò iucundius eſt dicenti, cùm in auribus ſenſa animi & ſententiam quaſi ſemen iacit ſublato tumultu. Itaque ſumma cum voluptate ad dicendum aggredior, ꝙ hoc aruum purgatum eſſe videam. Si enim mentem veſtram minimè intuemur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

intuemur,at ſenſa animi veſtri aperta cernimus: aureſ A
que veſtræ arrectæ mihi animorũ veſtrorum trãquil-
litatem ſignificãt. Vt eñ in animorum veſtrorum cõ-
ſcientiam venire non poſſim,tamẽ oculi veſtri in ſub-
lime erecti quaſi vocem mittunt, & loquuntur, nullã
in animis veſtris ineſſe perturbationem, ſed clamatis
ſtudioſe potius,Sparge ſemina:accipiemus ſi iacias,q̃
fructũ nos percepturos eſſe ſperamus. omnem enim
mentis curã excoluimus. Proinde altiorẽ ego intelli-
gentiã attingo, q̃ generoſum ac nobile aruũ videam.
Neque enim ſcriptura ſapientem doctorem tantum
quærit,ſed etiam intelligentem auditorem. Ob eámque cauſam beatos vos duco, beatúmque me quoq;
exiſtimo. Beatus,inquit,is eſt,qui apud audiẽtes & at-
tentos verba facit:&, Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſti-
tiam. Ergo in vos qui magno cum ſtudio & vltro hic
adeſtis,intelligentiã iacimus. Omnis eñ populus nũc
in foro & curis ad mundũ pertinẽtibus marceſcit:vos B
autem ſuperiores terra facti, intelligentiam à materia
diſtractam & diuulſam excipitis. Et illi quidẽ quibus
curæ eſt caro,ſeruæ obſequuntur:vos autẽ liberũ no-
bilémque animũ ornantes conſeruatis. Vbi nunc ho-
mo verſaris?in foro. Quid vt congeras? cœnũ & lutũ.
Veni,apud me vnguẽtũ accipe. Congeris cogíſq; pe-
cunias quæ pereunt: auaritiam quæ tyrannorũ plena
eſt:magiſtratus qui abeunt & cedunt:negociorum ad
mundum pertinentium abundantiam,quæ hodie eſt,
& cras non eſt. Cur flores decerpis, & fructũ omittis?
Cur vmbrã ſequeris,nec verũ aſſequeris? Cur ea quæ
pereunt perſequeris, & ea quæ ſtabilia certáque ſunt
non quæris?cũ omnis caro herba ſit,hominiſque glo-
ria omnis herbæ florẽ imitetur, exiccatáq; herba flos
decidat,verbum autẽ dñi in perpetuum maneat. Tibi
magna vis pecuniæ ſuppetit:quid hoc ad animũ? pe- C
cuniis locupletior, pauperior animo: foliis coronatus
es,&fructu eges. Quid quęſo vtilitatis capis?pecunias
accepiſti,quas hic relicturus es. Magiſtratum atq; im-
periũ accepiſti,ex quo tibi inſidiæ parantur. Veni,fru
ctum verborum philoſophorum,ſapientũq; pereipe:
impende peccata tua,cõſume tua delicta: conſcientiã
expia, erige cogitationẽ atque rationẽ: euade homo
& angelus, linque carnis naturam,& leuem pennã vi-
tæ ſume:liberum ſolutúmq; te redde ab iis quæ vidẽ-
tur,& ad ea quæ ſub aſpectum nõ cadunt, te excita:
aſcende in cœlos,verſare cũ angelis,ſiſte te pro tribu-
nali excelſo:fumum & vmbrã,herbam, araneorúmq;
telã abiice. Neq; eñ poſſum ſatis aptũ nomen huic
vilitati imponere. Hæc autẽ dico, nec dicendi finem
faciam. Veni,téq; hominẽ præſta,ne naturalis tua fal-
ſa ſit appellatio. An quod dictũ eſt,vobiſcum cõſide- D
raſtis?homo,ſed homo quidẽ nomine eſt plerunq;,ve
rùm homo non eſt prudentia. Cùm eñ te vitam à ra-
tione alienam agentem videro, quónã modo te ho-
minem innominabo,nõ bouẽ? Cùm rapientem te a-
nimaduerto, quomodo te hominem non lupum vo-
cabo? Cùm ſtuprantem te video, cur te hominem ap-
pellabo,non ſuem? Cũ ex dolo & inſidiis agere te vi-
dero,quónam pacto hominem te, nõ anguem ac ſer-
pentẽ nuncupabo? Cùm venenũ tibi videro,quid eſt
quamobrem hominẽ te,non aſpidem nominem? Cũ
ſtultum te animaduertã, cur hominem te non aſinum
vocabo? Cum te cum aliena muliere cõcumbere cer-
nam,qui te hominem,nõ inſanũ equũ appellabo? Cũ
incredulum & ſtupidum te videro, cur te hominem
potius quàm lapidem, aut ſaxum, nuncupabo? Acce-

piſti à deo nobilitatẽ: cur naturæ vim prodis? Quid
quæſo,facis? Alij homines arte pręditi ſunt:ea quę ra-
tionis ſunt expertia quoad eius fieri poteſt: in homi-
nis nobilitatẽ transferri pſittacos homines diſciplina
docet,& vocẽ hominis mittere, artéq; naturã cogũt:
& leones cicures reddunt, dũ eos perforum trahunt.
Leonem qui manſuefieri non poteſt,tamen cicurẽ fa-
cis:& te magis ferũ q̃ lupus eſt,præſtas? idque eò grauius eſt, q̃ vnaquæque belua vna conditione prædita
eſt, veluti lupus ad rapinam natus eſt,anguis ad dolũ,
aſpis ad venenum dandũ, in homine autem improbo
hoc non ineſt: non enim vna varietas naturæ ſæpe in-
eſt in homine, ſed ſimul & rapax eſt, & dolo agit, &
virus ſpargit, vitiáque beſtiarũ in animũ ſuũ conclu-
dit. Quo igitur pacto hominẽ te nominabo, cum re-
gni conſenſum non habeas, diadema non habeas, nõ
purpurã? Faciamus enim hominem ad imaginem &
ſimilitudinem noſtram. Cognoſce, cuius ad ſimula-
chrum effectus ſis homo,nec te ad beſtiarũ humilita-
tem abiice. Si regem videris purpuram abiicientem &
coronam,ac cũ militibus ridentem, prodẽtémq; im-
perium: quo tandẽ modo illũ talem regem vocabis?
Tu homo es,noli ergo mihi demõſtrare aut exponere,in te hominis animũ ineſſe,ſed an in te hominis inſit prudentia. Præes tu animãtibus quæ ſunt expertia
rationis: & perturbationũ quæ in te ſunt auerſæ à ratione,factus es ſeruus. Quo autem modo hominẽ me
præſtabo, inquies? Si cogitationes carnis quæ alienæ
ſunt à ratione,vincas:ſi ſtuprũ abieceris, ſi pecuniarũ
alieno tẽpore cupiditatẽ expuleris, ſi improbũ illum
tyrannum eieceris, ſi purum & mundũ agrum tuum
reddam. Sed quí hominẽ te prędabis? Si huc veneris,
vbi homines fiunt. Si te equum accipiã,hominem te
reddo: ſi lupum te nactus fuero,hominẽ reddam,non C
naturæ quidẽ,ſed voluntatis mutatione. Sed quid ais?
Liberos habeo,domui ac familiæ præſum:vxor mihi
curę eſt:filios habeo,ad neceſſariũ victum ꝓpero. Excuſationes hæc ſunt,atq; prætextus. Si enim te omnino hîc detinerent,nec te exiguum punctũ tẽporis in
rebus ac negotiis domeſticis ac familiaribus verſari
ſinerẽt,te mihi purgare poſſes,atq; hoc afferre. Liberos habeo,familięq; prędum,ídq; prędarè ac rectè facere:aut potiùs hęc tibi cõmemoranda nõ eſſent. Potęſt eñ deus hîc tibi occupato, res omnes tuas maiore abundantia augere. Nunc autẽ nullius horum tibi
impono neceſſitatẽ: nec moneo, vt quotidie vaces,
ſed bis in hebdomada. Quid in eo graue eſt?quid importunum ac difficile? non totum diem, ſed exiguum
punctum temporis veni ad concionem, & intelligentiam menti atq; animo conſentaneam accipe,ne vulnera accipias:nõ vt alios deiicias, ſed vt ex foro templum facias. Veni,arma ſume,vt armatus noxiam plagam ne accipias. Sta in acie,ſolum armatus ſta in loco
expiato,oculis animi prędítus. Incurre in fluctus,tantúmq; cũ diligentia nauem cõmoue. Hæc potes hoc
in loco diſcere. Sed nudus etiã in aciẽ ꝓgrederis. Intellige quantũ ſit ex Eccleſia exire oẽs humanos caſus deſpicientem,moleſtiáſq; calcantẽ, & rebus vtilibus ſuperiorem altiorémq; factũ,ſic vt illarum rerum
ſit nulla,quæ eum labefactet,aut deprimat,qualis Iob
ille fuit,quẽ nec paupertas deiiciebat,nec diuitię effe-
rebant,ſed in æquabili rerũ ſtatu ęquabilẽ cõſeruabat
mentem & ſententiã. Accede, ſume apud me arma,
Quæ autem arma? Quæ tibi ſæpe ſalutem pollicentur. Exis & vides hominẽ,cui animos tollit equus au-

reo

reo frẽno inſignis,multóſque ſtipatores:rurſum tenuẽ
aliquem & abiectum:non te inflãmat inuidia?nõ pau-
perem contemnis? Accedit ad te Dauid,prẽſto eſt,&
monet, Ne time,cùm dives homo ęuaſerit. egredere
cũ ꝓpheta,nec time: abi quo tibi prẽſcribo cũ ꝓphe-
ta,cũ magiſtro,cũ bacillo,cũ prædone: Ne time cùm
dives factus fuerit homo. Sed hoc monẽtis eſt, & dã-
tis conſiliũ,& dicentis ſententiam. Expone mihi quid
ita hominẽ timere nõ debeã, Quia hominum natura
diuitiarum naturã imitatur. Quo tandẽ modo? Quid
eſt homo? animal abiectum,caducum,exigui tempo-
ris. Tales ſunt diuitiæ,aut potiùs nõ ſunt eiuſmodi,ſed
multò inſtabiliores. Neque enim poſt hominem ple-
runque deſinunt,ſed etiã ante hominem. Scitis enim
vos innumerabilia in hac vrbe incertarum diuitiarum
documenta & exempla:compertúmq; habetis,eũ qui
opes nactus eſt, viuere, & illas periiſſe: q̃ ſi poſſeſſio B
periit, non etiam poſſeſſorem interiiſſe. Itaque non
errabit, qui diuitias ingratum ſeruum dixerit,ſangui-
nis deuoratorem & parricidam, quippe quæ domino
pro gratia cædem referant. quódque grauius eſt, non
quando eas linquit, hominem in diſcrimen deducit,
ſed antè q̃ deſerat,eum conturbant. Noli enim cerne-
re eum qui ſericis veſtibus fulgeat,vnguentúmq; ſpi-
ret & redoleat,atque extrinſecus obſeruetur: ſed eius
conſcientiã aperi, mẽtémq; ipſius locupletis explica,
ac vide in animo eius tumultũ & perturbationes. Cũ
autem altũ eius caſum periclitantem videris,tuã cala-
mitatẽ caſúmq; conſidera. Quid ęnim humanis reb⁹
inſtabilius?id quod ſæpe cõmemoraui, curſus & flu-
xionis naturã diuitiæ imitantur, quæ ſimul & viden-
tur,& labuntur: vno eodémq; puncto temporis & te-
nentur & effluũt. Ne time,cùm dives factus fuerit ho C
mo. Eius rationẽ ſume, & ſpiritalem viam. Cùm in-
ceſſit inuidia,accedat etiam verſus,perturbationẽ de-
let verbum,Ne time,cùm homo locuples fuerit. Hęc
ſunt remedia mea, quæ nõ pecunias,ſed cœlos petũt.
Non enim corpus curo,ſed animũ ſano: nec veſtrum
tantùm dico,ſed etiã meũ. Etſi eñ magiſter ſum, ta-
men cõmuni naturæ obnoxius & parens, communẽ
quoq; doctrinam eruditionémq; præbeo, Noli time-
re,cùm dies factus eſt homo. Sume hũc verſum the-
ſaurum & argumentũ,accipe verſum ſtirpem diuitia-
rum atque copiæ. Non enim diuitiis abundare, ſed
nolle opibus florere,eæ demũ diuitię ſunt. Num illud
intellexiſtis? Qui vult dives eſſe,poſſeſſionibus eget &
pecuniis. Qui autem locuples eſſe non cupit, ſemper
eſt in abundantia. Noli timere cùm dives factus fuerit
homo,aut cùm multiplicata fuerit domus eius gloria. D
Noli timere:quid ita?quia eñ metuendi ſunt diuites,
vitã propheta ꝓfert. Cur times hominem elegantis
cultus ſtudioſum? Cur hominem metuis qui ſemper
in tremore viuit? Seruus eñ tuus te metuit:ille autem
dominũ intus circunfert:& quocunque ſe verterit, eũ
pecuniæ amor & ſtudium ſequitur: diuéſq; & ſeruos,
& amicos,& inuidos, & eos qui in eũ beneficia cõtu-
lerũt,hoſtes habet. magnã eñ inuidiã excitat: pauper
enim ſine vllius metu viuit,quoniã ſolus dives eſt. At
dives,quoniam in maiore ſtudio plura habendi viuit,
in odium omniũ incurrit, & in publicis cœtibus ini-
micus incedit, ita tamen vt vultu ei homines aſſentẽ-
tur,animo eum oderint. Hæc autẽ ita habere hinc in-
telligi poteſt, q̃ cùm ventis aduerſis vtitur locuples,
foliáque deiiciunt, id eſt,cùm rerum ſit mutatio, tum
denique aſſentatorum vultus deprehẽditur, tum cœ-

tus eorum qui amicitias fictas colunt,inuenitur, reiq;
fictio:aperiũtur ora omniũ dicentiũ, iſte ſceleſtus eſt,
improbus, ſummáq; improbitate prædítus. Quid ais?
an non heri ei aſſentabaris? nónne in eius manũ oſ-
cula ruebas? ſimulatio hæc erãt omnia: venit tempus,
& ſimulationẽ depoſui,dixiq; quod animo ſentiebã.
Cur ego times eum,qui à tot accuſatur? Sed quid hoc
eſt,niſi ſe ipſe accuſet? Hac quidẽ oratione vtor cha-
riſſimi,non q̃ diuites accuſare & criminari velim, ſed
eos qui diuitiis & opibus abutuntur. Pecuniæ enim
cum actionib⁹ honeſtæ ſunt ſi paupertatis onus ſubleuent,ſi inopiæ mala corrigant. Audi,ego ſum cęcorũ
oculus,pes claudorũ,& pater ægrorum. En tibi diui-
tias,ſine peccato: ſed amor atq; ſtudium inopiæ meũ
facit vt domus mea omnibus qui veniunt, pateat. In
hoc ſunt diuitiæ,miniſtræ diuitiarũ,ſed diuitiarũ prę-
textu. Sic enim nomen quidẽ appellatum eſt:ille autẽ
& nominis & rei veritatẽ obtinet. Quis? Is qui virtu-
tum, is qui eleemoſynæ re vera nomen habet. Quæ
mea oratio eſt? Dives eſt, is qui res omnium rapit: &
dives eſt,is qui ſua egentibus erogat, quorũ ille conge
rendo,hic conſumendo eſt locuples: atque ille quidẽ
in terra ſerit,hic cœlum colit. Quo cœlum terræ prę-
ſtat,eo illius vbertas hac infirmior eſt. Hic ab innume
rabilibus amatur,quodq; mirũ eſt, raptorem & auarũ
non ſolum ij qui iniuriam intulerunt, magno clamo-
re accuſant, verùm etiã ij qui ab illis nulla iniuria af-
fecti ſunt,illos oderunt,vicem eorũ dolentes, de qui-
bus illi malè meriti ſunt. Eum autẽ qui aliis ſubuenit,
non ij modò, quorum miſertus eſt, ſed ij etiã quibus
opem non tulit,charum habent:virtus enim vitio eſt
præſtantior:quippe cùm vitium eos etiã hoſtes & ini
micos habeat,quos non læſit:eleemoſyna autem eos C
etiã amicos nacta ſit,quorũ calamitates minimè ſub-
leuauit. Omnes eñ ita loquuntur, Ei deus gratiam re-
feret. Quo eñ bono ab eo affectus es?ego nullo, ſed
frater meus:non ego,ſed membrũ meũ. Beneficium
enim quod in illum extitit, in me collatũ iudico. Vi-
diſti quanta ſit virtus? q̃ optanda? quàm pulchra & ho
neſta? Vir qui miſeriis aliorum ſubuenit, cõmunis eſt
portus,commune perfugium,omniũ parens, bacillũ
ſenũ. Ac ſi quid ei aduerſi acciderit, precãtur omnes,
Deus eius miſerere: bonis eũ affice. Si verò ad rapto-
rem veneris, omnes his verbis vtuntur, Impurus ille,
improbus, ſceleſte,quam tibi iniuriã intulit? mihi nul-
lam, ſed meo fratri. aliáq; ſex cẽtæ voces ac clamores
quotidie ſi incideris,ab omnibus in iſtum mittuntur.
Iam verò diuitię huic ſunt tortore acerbiores. Tortor
enim corpus vincit: diuitię verò animum vinciũt. Vi- D
des eum vinctum, nec illius te miſeret. Eũ propterea
odi,quòd vincit,non neceſſitate, ſed cõſulto, q̃ catenã attraxit. Rurſum tu ad pauperes, nos rurſum in
eos qui rapiunt. Vos pauperum deuorationũ ſatietas
nulla capit,& ego corrigẽdis vobis nõ defatigor. Sẽper tu pauperem ꝓhibuiſti: diſcede ab oue mea,abi à
meo grege. Si verò labefactas & corrũpis gregẽ meũ,
noli mihi crimini dare q̃ te perſequar. Paſtor ſum,nõ
lapide peto & perſequor,ſed oratione:atque adeò nõ
perſequor,ſed voco. Sis ouis,veni,eſto gregis mei. Cur
gregẽ corrũpis? Cùm augere gregem debeam,non te
perſequor,ſed lupum: ſi lupus nõ ſis, te nõ perſequor.
Te accuſo, quòd lupus factus es. Non ſum locupletũ
oppugnator, ſed eorum propugnator. Nam præcla-
ra honeſtáq; eſt mea oratio, etiamſi minimè ſentias.
Quomodo me defẽdis? quia culpę te eximo, à rapina

Universidad de Deusto
Biblioteca

te libero:amicũ te reddo omnibus, facio vt omnes te optent,& deſyderio tui teneantur. Semper tibi denũcio & omnibus, Auxiſti nimio ſtudio pecunię res tuas: veni, te accerſo, mutabo inimicitias in amicitiã, periculũ in ſecuritatẽ, huc ades, & regnũ tibi cœlorũ do, ne ad æterna ſupplicia rapiaris, vt bona percipias, quę oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec hominis in cor mentémque venerunt. Hæccine exagitantis ſunt, an conſulentis? amicitia tecũ coniuncti, an tecum inimicitias gerentis? At me odiſti, inquis. Imò verò te amo. Præceptum eũ habeo domini mei, Diligite inimicos veſtros. nõ diſcedo à te, cũ tibi medeor. Dominus noſter in cruce dicebat, Ignoſce illis: nõ enim ſciũt quid faciant. Non te exagito, ſed animi tui morbũ perturbationémq; profligo. Non enim tecũ inimicitias exerceo, ſed cum vitiis tuis. Num me in te beneficia cõferre ducis? num mihi te curę eſſe ducis? nũ me potiùs patronum propugnatorémq; omniũ eſſe ducis? Quis te alius de omnibus cõmonefaciet? Princeps? non de re vlla harum verba faciet, ſed de accuſationibus & criminib⁹. An mulier? de auro, de ornamẽtis. An puer & filius? de hæreditate, de teſtamento, de parte hæreditatis. An miniſter & famulus? At de miniſterio, de ſeruitute, de libertate agit. An is qui cõuiuia ſequitur? At de cœnis loquetur, de prãdiis. An is qui ludos ſpectat? At de indecoro obſcœnóq; riſu, de libidine intẽperantis & incõtinẽtis. An is qui in foro verſatur? At de teſtamẽtis, de hęreditate, de libertate verba faciet. Vbi de his audire potes, ſi à me nõ audias? Te oẽs metuũt: ego te contemno. quandiu eris eiuſmodi, te cõtemno, te deſpicio: contẽno motũ, & perturbationem tuã ego reſeco. Tu ais, Nõ metuo vocẽ tuã. Ego vero ſalutẽ tuam cupio. Sum enim medicus. An non ſi vlc⁹ haberes, medicum accerſeres? ac ſi ferrum acutũ eſſe videres, nónne diceres, Præcide? etſi enim ægroto & ægrefero, tamen ſalutẽ quam ferrum procurat, excipio. Me autem non præcidentem fugis, ſed ſola oratione expiantẽ mentẽ tuã. Atqui medicus quid facit? præcidit ſæpe vlcus, ac deterius facit. Ego nõ deterius facio, ſed melius. Illic eñ eſt naturæ caro quæ interit, & remediorũ imbecillitas: hîc autẽ vis orationis. Medicus tibi ſalutẽ non pollicetur. audi me, Vnigenitus dei filius eò deſcendit, vt nos reducat, & rebus humanis excelſiores faciat. Vnũ modò pertimeſco, culpã: cætera valeant omnia, etiã diuitiæ, paupertas, & quiduis aliud. Hæc dico, nec finem dicendi faciam. Neq; enim quemquã gregis mei perire volo. Quid ergo? Potéſtne fieri vt dives ſalutẽ aſſequaẽ? certè. Iob admodum dives erat, Abrahã dives. Eius diuitias vidiſti, at eiuſdem hoſpitalitatẽ cõſidera. Eius menſam vidiſti: at vide eiuſdem comitatẽ & benignitatem. Quid? Abrahamus dives erat? nõ concertaui tecum. dives erat Abraham⁹? certè dives fuit. Vidiſti eius diuitias? Quid tibi vis? Vides etiã eius vitę genus. Meridie cùm ad ilicem Mãbrę ſederet, Dominũ vidit, ac tres viros, ſurgénſq; (neq; eñ cũ qui aderat deum eſſe exiſtimabat) vbi enim? adorauit, & dicit, Num iudicaſtis me dignũ in cuius domũ ingrederemini? Vidiſti quid ſenex meridie faceret: nõ domi ſedebat, ſed peregrinos & viatores dives ipſe ac præclarus vir inſpiciebat. Is ſublatis diuitiis, domo, vxore, liberis, ſeruiſq; relictis, quos trecentos decem & octo habebat, relictis inquã, omnibus, piſcatũ hoſpitalitatis rete explicato exiit, num alicubi eſſet viator, nũ peregrinus, & domum prẽteriit. Vide quid ſenex faciat: non famulo hoc onus impo-

A nit, quanquã trecentos decẽ & octo haberet. Intellexit negligens & iners eſſe ſeruorũ genus, ne fortè famulus ſomno opprimeretur, & interim mercator prẽteriret, & prædã amitteret. En Abrahamũ, en diuitẽ? Grauaris tu etiam videre pauperem, etiam ei reſpondere, etiã cum eo loqui: ꝙ ſi fortè aliquando ei das, hoc tu per famulum facis. Sed quid? non erat ita vir iuſtus, ſed calidum radiũ excipiens ſedebat. Vmbræ autem ei vicẽ præbebat hoſpiralitatis ſtudiũ, ſedénſque hoſpitalitatis fructum percipiebat. Atq; hoc quidem dies. Cõfer mihi huius ętatis diuites. Vbi ſedẽt? In inferis, in morte ebrietatis. Vbi ſedent? In publico diſperſi ac diſſipati, ebrij, cæci animo, à ratione alieniores q̃ beluæ. Sed iuſtus hic non ita. Vis tu Ab. hamũ imitari? Imitare hoc modo, non ꝓhibeo, ſed ſuadeo. Quanquam maiorem Abrahamo exquirimus. Niſi eñ maior ſit, inquit, iuſtitia veſtra, q̃ iuſtitia Scribarum & Phariſæorum, vobis in regnum cœlorum minimè aditus patebit. Interea verò tu etiã Abrahamũ anteuerte. Hoſpitalis erat, ſurrexit, & venerat⁹ eſt, cùm ignoraret quinã eſſent qui præterirent. Si enim ſciebat, nihil admiratione dignũ faciebat, ꝙ deũ colebat, ſed eorũ qui aderant, ignoratio maius eius hoſpitalitatis ſtudiũ declarat. Et ſedebat, cóſq; excepit. Quónam modo? largè & comiter: vitulum immolauit & occidit. Sarrámq; accerſit, hoſpitalitatis participẽ vxorem facit, neq; eã in cubiculo abſtruſam, ſed ſub ilice ſedentẽ. Illa enim iuſta fuit. Aperuit eius vterũ, naturæq; imbecillitatem correxit. Occidit vitulũ, & Iſacũ accepit. Conſperſit farinam, & ſemen vt cœli aſtra accepit, atq; vt arenã quę eſt in maris littore. Sed planè dices, Da etiam mihi fructũ verorum liberorũ. C Infœlix, miſer, & abiectiſſime, terrena quæris, tibi do cœlum, angelorũ comitatum & ſocietatem: voluptatem quæris ſeculi, & mortẽ quę imminet: tibi vitam do, quę finem nõ habet nec terminũ: maior eſt remuneratio, maior retributio. Audi ſtudioſè, quæ dico, vt rerum conuerſionem videas. Cùm eñ Abrahamum hoſpitalitatis ſtudium declarare atq; oſtendere oportuit, quid Sarræ vxori ſuæ dixit? Fac properè tria ſata ſimilę cõmiſceas. Cõmune enim nobis ſpectaculum, & vtrique naturę ac ſexui ꝓponitur. Audiãt mulieres ea quæ cõmemorantur, atq; adeò viri, & ſibi hęc proponant ad imitandũ. Propera, tria ſata ſimilæ fac commiſceas. Ac ipſe quidem ad armentũ boum abiit, ambo inter ſe laborem partiuntur, vt etiam coronã diuidant. Cõmunia ſunt iura & fœdera nuptiarum: ſint etiã virtutũ officia communia. Adiutorem te accepiſis etiam mihi præſidio & adiumento in rebus altioribus. Propera, coge vxorem, ne ſit negligentior, & ad deſidiã peregrinos impellat. Fac ꝓpperes, & tria ſimilę ſata permiſceas. Prẽceptum laboris plenum eſt, graue & importunũ id quod imperaẽ. Tria ſata ſimilæ. Non quęſiuit, quid hoc ſibi vellet: cóne ipſa illi nupſiſſet, vt eam ad piſtrinum & panificiũ condemnaret, muliere præſertim tot diuitiis abundantẽ: nec ipſe qui trecentos decem & octo ſeruos haberet, eis onus illud imponeret, ſed ſe ad illud miniſterium adigeret. Nõ inquã tale quicquã dixit, aut in animum induxit dicere: ſed quoniam Abrahami vxor erat, non ad corporis ſolùm coniunctionẽ, ſed ad virtutis officiorúmq; cõmunionem: idcirco dicit, Fac properes, ſtatimq; prẽceptum arripias. Fructũ enim hoſpitalitatis erumpentem ſentiebat. Propera, permiſce. Nouerat etiam vxoris curam & diligẽtiam. Vbi ſunt huius ætatis vxores?

Eas

Eas cũ Sarra comparemus. porrige mihi illius manũ, A & extrinſecus eam inauratã vides, ſed in intimis partibus obſidionem & oppugnationẽ ferentem. quot quæſo, pauperũ lucrũ manus tua portat? porrige mihi manum tuã, eam oſtẽde, cur lucro & fraudatione induta eſt? Profer mihi Sarrę manum: qua re amicta eſt? hoſpitalitate, eleemoſyna, charitate, paupertatis ſtudio. O prẽclarã dextrã! Illic fontes lachrymarũ, hic coronæ & præmia. Hęc eò commemoro, vt nec vxores talia à viris quęrant, nec viri vxores hæc petere ſuſtineãt. En tibi Sarra, en dives tres ſimilę modios permiſcebat. Quãtus labor? at laborem, ſpe fructus & lucri freta non ſenſit. Propera, permiſce tres ſimilę modios. Quid agis mulier? Te comis & ornas. Quamobrem? an vt viro tuo omni ex parte placeas & grata ſis? Si tantam operã in eo ponis, vt viro tuo proberis & placeas: quónam modo cõtinentię placebis? quomodo benignitati, ſapientiæ, manſuetudini, charitati, cõcordiæ, cõſenſui? Hic eñ ornatus & mundus eſt tuus, mulier: hæ virtutes tuę concordiã efficiunt. Illa autem ornamenta non probãt te viro, ſed potius ei te ingratam importunãq; reddũt. Cùm enim dixeris, Rape & mihi affer, exiguo quidẽ tempore places, in poſterum autem hoſtem eum habes. Sed vt intelligas, te ne viro quidem placere, domi ea exuis, & in templo eadem profers. Quòd ſi viro placeres, gratáque eſſes, domi eadẽ ferres. Quod dixi, Intras in tẽpla inauratis manibus, ſi venerit Paulus terribilis ille, atque amabilis: tetribilis peccantibus, amabilis autẽ piis atque religioſis, & clamet & dicat, Non auro neque margaritis fulgẽtes, nec veſtitu eleganti. Deinde venerit etiam Græcus ac Barbarus, & videat in ſuperiore quidẽ parte illas iſta ferentes, infrà autem Paulũ hęc dicentem, C nónne hæc fabulã & ſimulationẽ eſſe dicet? Non eñ noſtra ad ſimulationem ſpectant, etiamſi hęc ita fiant, ſed Barbarus læditur & offenditur. Itaque hoc dicit Barbarus, Ingreſſus ſum in templum Chriſtianorum, audiuiq; Paulum dicentẽ, Non in auro, nõ in margaritis, ſed ibi contraria facta vidi. Quis tibi vſus eſt auri, mulier, vt honeſta pulchráque videare? At nihil ad animi pulchritudinẽ pertinet. Fac ſis animo pulchra, & corpore etiã eris amabilis. Sapientiã hominis vultus tuus illuſtrabit, & animi eius ſapientia. nihil adeò deſiderium vel amorẽ parit, vt charitas. Si enim chara ſis viro tuo, etiamſi deformis ſis, tamen amabilis videbere. Sin autẽ te oderit, quãuis honeſta facie ſis, te æquo animo videre nõ poteſt. Animi eñ tui odium, tui aſpectus pulchritudinẽ videri nõ ſinit. Cùm enim ab eo ornatum & aurum petitura es, tum ipſe etiam te D oſurus eſt: nec tam eos qui petũt, oſurus eſt, & declinaturus, q̃ te quæ petis, fugere nõ poteſt: quippe qui domi procacem habeat, repetentem officium, nec ratione ductam ad petendum. Hæc quidẽ omnia, non ſolùm aures tuæ mulier audiãt, ſed etiã mens tua mutetur: remedia ſunt, quę ad tempus illa quidẽ mordẽt, & pungunt, ſed perpetuam voluptatem afferunt. Medicus ſum, vulneraq; moueo, ne ſi nimiam vetuſtatẽ nacta ſint, vlcus efficiant. Ego enim medeor, ſanitatem concedens, ac tribuens eam quę oratione procuratur. Alij id quod in hac vita ad tempus manet, incertúmque eſt, & contemnendũ eſt, oſtentant & iactãt, ſed id quod de Abrahamo commemorabam: (neque eñ ꝓmiſſionis aut propoſiti mei obliuiſcar) propera, & permiſce. Hęc vnaquæque mulier in animo inſculpat: hæc vnuſquiſq; vir in conſcientia habeãt cõdita.

A Nolim mihi ſericis veſtibus fulgeas: nolim equos frẽnis inauratis, & mulos faleratos habeas. Mulus enim infrà ornatur, aurũ autem in tecto tenetur. Itaq; cùm pecunias muli rationis expertes portant, frænis aureis comuntur: pauper autem fame confectus pro foribus tuis ſedet, Chriſtúſq; fame enecatur. O ſummã & ſingularem amentiã. Quæ tibi reliqua defenſio eſt? quæ venia debetur, cũ Chriſtus ſtet pro foribus tuis mendici figura & habitu, tu verò nullo modo flectaris? Quis te ex iis ſuppliciis quę illic te manẽt, eripiet? Da te, inquit, eleemoſynã. Sed non ſolùm da quantũ ille vult, ſed quantũ potes. Quid quæſo tum offeres, cùm ſupplicia quæ ferri non poſſunt, manebunt? cũ pœnæ illæ & eximiæ eædémque terribiles virtutes? cũ fluui⁹ ignis feruebit, cum tribunal horribile, cum iudicium, cùm natura quæ principio caret, cum requies humanorũ negotiorũ: cùm nec parentes, nec vicinus, neq; B rex, neque viator, nec hoſpes præſidio eſſe poterit? ſed homo ſolus cum ſuis factis vel cõdemnabitur vel corona donabitur? Tum dices, tum in mentem mea veniet oratio: ſed quis tibi vſus erit? nullus: quandoquidem dies etiã ille recordatus eſt, quærebatqúe pœni tẽdi tempus, ſed nihil profecit: verum dicebat, Mitte Lazarum, vt ſummum digitũ ſuum in lingua mea cõtineat, ꝙ vehementer excrucior. Quoniã eñ tempore ſtudij ac certaminis contemptus fuerat, coronæ tempore nulla eum cõſolatione dignũ iudicauit. Hæc autẽ cõmemoro, vt nec pauper grauiter ferat cũ lachrymis paupertatis incommoda, nec dies ex diuitiis voluptatem percipiat & gaudeat. Planè enim diuitię interibunt, niſi in mediũ veras debitáſque diuitias cõferas. Fac properè tres ſimilæ modios admiſceas: deinde vitulum macta. Simul curſor fuit ſenex. neq; eñ ei ſoluta & remiſſa eſt carnis cõtentio, ſed magis corroborata eſt ſtudij ſapientiæ ratio: ſtudiúmq; naturam longè multúmq; ſuperabat. Trecentorum decem & octo ſeruorum dominus vitulum portabat, nec onere opprimebat, ſed ſtudio rationem mentémq; leuabat curſus ſeni adiunctus, & magnũ officium, vxorique labor: non enim liberalitas modò pecuniæ aderat, verũ etiam menſæ largitas, & frequens miniſterium non à ſeruis procuratũ, ſed eorũ manibus atque membris, quæ adminiſtrabant. Deinde præſto erat vxor ancillę habitu, & accubuerunt ignoti peregrini. (Neq; enim ab hoc exemplo diſcedã.) Eos enim pauperes exiſtimabant: nec verò hoc ſecuti ſunt, ſed quia peregrinos receperunt, & vterque illo in tẽpore præſto fuit, fructum hoſpitalitatis perceperunt ſentẽtia, philoſophia, D adminiſtratione, laborũ ſuſceptione, ſeruitio, charitate, ꝓcuratione, diligentia, rei nullius prætermiſſione. Et ſtabat vxor ad arborem, quæ & arbore pro cubiculo vſa eſt, & foliorũ vmbrã pro tecto habebat, nec indecorum duxit in publico verſari. Suũ enim ornatum atque ſplẽdorem oſtentabat, fructúmque declarabat adminiſtrationis. Quid ergo is qui aduenerat? Hoc tempore, inquit, veniã, & erit Sarræ filius. Qualem fructum menſa protulit? q̃ præclarum, quàm pulchrum? vt vua maturitatem nacta eſt. Et exoluẽs promiſſum in vterum ingreſſus eſt, & infantẽ effecit. Huiuſmodi ſunt hoſpitalitatis fructus. Poſtea, Attende, audi quod ſum dicturus. Poſtquã creuit, ſed à menſa oſtẽſus, poſteaquã vir eſſe cœpit hoſpitalitatis fruct⁹. Neque enim cum ita genuit vterus, vt menſa illa procreauit. In primis autẽ dei verbum conſidera, Poſtquã creuit, & vir factus eſt, & tempus nuptiarum reliquum

quum erat,& deinceps mortuus senex. Beatus erat ille A patriarcha, sed tamen cum mulieribus deprauatis improbissimáque gente habitabat. Itaque accersito seruo suo, ita eũ allocutus est, Hoc in loco improbæ sunt Chananæorũ mulieres. Quid ergo? Abi in terrã vnde abductus sum, atq; illinc vxorẽ adduc filio meo. Noua res est, & inusitata. Scitis vos, & planè nostis, cum quispiã filiũ suũ vxorẽ vult ducere, tum & parẽtes solitos de eo inter se agere ac videre, & ad alienas domos ac familias se conferre, eisque assentari, pronubásq; permultas, & multos coniugij ineundi internũcios intercedere, pecuniarúmq;, pmissiones, parentésque omni studio per se colloqui & agere omnia, nec eos pudore affectos seruis suis præcipere, vt cùm hospes vel peregrinus venerit, abeant, eúmq; in cubiculũ inferius ducant & excipiant. Abrahamus autem contrà facit, cùm res grauis magnóq; studio & cura digna tractanda est. Ipse per se hospitalitatis ius & munus B execut⁹ est, nec seruo id oneris imposuit, sed sibi atq; vxori. Cùm autẽ vxor & nuptiæ appetiuerunt, seruo vt abeat, præcipit. Hic mulieres cõtrà faciũt. Si enim cũ aurifice agere velint, nullo pudore prohibẽtur, sed per se ipse exeũt & assident: ne aurum furripiatur, nec pecuniarũ auiditas sinit eas dignitatis & grauitatis ratione ducere. Sed non ita Abrahamus, verũ cùm peregrinos & viatores vellet excipere, per se atq; vxorem hoc officium præstabat: cùm autem nuptias facturus fuit, seruum adhibuit. Quid ergo? Tibi in mentem veniat Abrahamus qui dives erat, hæc de illo intellige. Sed vnde venit in mentem prophetæ hoc dicere? Ille eũ versus hæc peperit oĩa: inuenimúsq; thesaurũ auro refertum. Ne timeas, cũ dives factus fuerit homo. Sumpto illo etiã scipione, Ne timueris cùm dives factus erit homo: hunc etiã sume, qui tremula corpora C erigere & excitare possit. Non eñ ita scipio tremula veterũ atque senum corpora erigere solet natura sua, vt adolescentum & eorum qui in libidine consenuerunt, & peccatis oppugnantur tremulam mentem atque rationem hic versus excitat: Ne time, cùm locuples homo fuerit. Cur hominem qui diuitiis iniuria quæsitis abundat, & intus bellum circunfert, metuis? Sed mihi quid sentiret propheta expositum, his verbis, Ne time, cùm dives homo euadet. Mihi quoq; modũ expone, Aut cùm aucta fuerit dom⁹ eius gloria. Quid hoc sibi vult, Aut cũ aucta fuerit dom⁹ eius gloria? Cũ enim domum eius intrabis, & columnas mira magnitudine cernes, adiunctis aut insculptis aureis capitulis, & marmore incrustatos parietes, & muros: fontes manantes & aquæductus, ambulationes, arbores quæ vento flectãtur, plenáq; gemmarum omnia, gregém- D que spadonum auro fulgentium, magnũ comitatum, stragulam vestem solo instratã, splendescentẽ & fulgentem auro mensam, ornata cubilia: hæc inquam, domus gloria sunt omnia, non hominis gloria: sed gloria hominis est religio, bonitas, eleemosyna, mansuetudo, animi demissio, pax, iustitia, non simulata cum omnibus charitas. Cur diuitem metuis? Ne igitur eius domum time. Illa enim dies est, non is qui habitat. Sed inquies, Non metuo, q̃ aurum materia est animi expers. At hominem metuis? Quamobrem? Non eñ eius opes & diuitiæ sunt, splendor domus marmora sunt annexa muris. Quid hæc ad dominũ? Aurea laquearia? Quid ad dominum? aurea columnarum capitula? Quid ad illius caput, quod in peccatorum fæce immersum est? Sed mundum est solum & pauimẽtum? at immunda est conscientia. Sed sericæ sunt vestes? at vilibus incultisque vestib⁹ animus refertus est. Domus est diues, sed domus dominus pauper. Cùm aucta fuerit domus eius gloria. Atque vt intelligatis hãc esse dom⁹ dignitatẽ, nõ hominis, vos vestra oratione refello. Ingredimur in pulchras ædes alicuius, quid ais? Vidi marmora: non ais, Vidi forma præstanti hominem: miri artificij columnæ sunt, venustæ fenestræ: non ais, admirationem sui excitat dominus. Aurum est in illa domo. non ais, Eleemosyna magna est. multi sunt fontes, magna copia & abundantia. non ais, Magna est domini largitas. Vbique de muris, vbique de marmoribus, de fontibus, & aquæductibus disseris. Vides rursus equum freno aureo fulgẽtem, & ais, Præclarum est frænum. An non aurificis ista laus est? egregia tunica. An nõ textoris est laus propria? insignes ac nobiles lecti. nõne laus est eius qui elaborauit? Ac ille quidem sine corona manet, laudes autem eius interierunt. At cùm videris hominem clarum, ais, Vir est clarus & facie honesta, bonus, egregius, ad sub ueniendũ calamitosis & egentibus propensus, comis, semper precibus occupatus, semper ieiunium seruat, semper in templo versatur, nunquã à diuina doctrina se remouet: hæ sunt hominis laudes propriæ, hæ coronæ. Disce ergo quæ sint hominis diuitiæ, quæ domus, nec time. Si enim diuitias à diuitiis distinguere probè noris ac planè didiceris, nullus metui relictus est locus. Vides eum qui tibi habetur dives, inopem & egentem esse: ne time, cùm homo dives euadet. Atque vt hæc ita esse intelligas, etsi hîc decipit & captat, tamen eum in morte considera: num quid ex his quæ hîc sunt, sumit & abit? deinde excessit è vita, nudus sepelitur, qui serico vestitu amictus erat, & nudus in inferis humatur: seruíq; abeunt, curæ est iã nemini: neque enim eius serui erant: profectus est, & deinceps iacet. Rursus vxor eius laniatur ac discerpitur, crines soluit: omnes consolantur: in tutela sunt liberi. Vxor vidua, demissi abiectíq; omnes sunt, pincernæ, crateres, parasiti, assentatores, in animum inducũt aliquod illorum vasorum accipere, & abire. Sed quid? solus effertur: omnes laudi tribuunt? Sed quid hæc rursus ad illud? At inanis falsáque gloria eum celebrat. Non potest tibi adesse illo die inanis gloria. Tũ ad sepulchrũ venit is qui rapiebat omnia: intra cubitos tres sepelitur: nec eo ampli⁹ terra impedit, quo minus ille videatur, & thecæ operculum, atque velum. Discedit etiã vxor. Vbi sunt diuitiæ? vbi serui? vbi rerum species & imago? vbi domus magna & nobilis? te omnes deserunt: te etiam vxor deserit inuita: Fontes enim vermium eam exagitant. Abiit enim nihil suum secum portans. At martyres beati sunt, quia sua accipiunt: ab eorum sepulchris non discedimus. Atque hoc quidẽ in loco ne vxor quidem manere vult. Illic autem rex & imperator regium pileum abiicit, atque in martyris sepulchro permanet, orans & rogans, vt sibi à periculis liberatio concedatur, & contra hostes victoria. Ne time, cùm dives fuerit homo. Hoc sumpto versu, scipioni innitamur. Sed pro his omnibus gratias agamus Patri, Filio, Sanctóque spiritui, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi super illud Sapientiæ, Iustorum animæ in manu dei sunt, &c.

IVstorum animæ in manu dei sunt, & nõ tanget illos tormentũ. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est malitia exitus illorum, *Sap. 3.a*

rum, &c. Qui sanctorũ merita religiosa charitate miratur, quíq; iustorum glorias frequẽti laude colloquitur: eorum mores, actus, atq; iustitiam imitetur. Quoniam quẽ delectat sancti alicuius meritum, delectare hunc debet pari cura cultus dei & obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat: aut laudare nõ debet, si imitari detrectat: vt qui aliũ laudat, se laudabilem præstet: & qui sanctorũ merita admiratur, mirabilis ipse vitæ sanctitate reddatur. Nam si propterea iustos fideléq; diligimus, q̃ in ipsis iustitiam fidémq; suspicimus: possumus nos quoq; esse, quod sunt, si faciamus ipsi, quod faciunt. Neq; enim difficile nobis est, quod ab ipsis geritur, imitari: cùm sine præcedenti exemplo ab antiquis talia gesta cõspicimus, vt non ipsi aliorum æmuli redderentur, sed æmuládæ virtutis seipsos nobis præberent exemplũ, vt dum nos ex ipsis, ex nobis alij proficiũt: sic Christus in suis semper in secula sanctus lau- B detur. Vnde ab origine mundi innocens Abel occiditur, Enoch deo placens transfertur, iustus Noë inuenitur, Abrahã fidelis probatur, Moyses mãsuetus dignoscitur, Iesus† castus, Dauid lenis, Helias acceptus, Daniel sanctus, tres pueri victores reddũtur: apostoli discipuli Christi credẽtium magistri habentur. E quibus eruditi cõfessores fortissimè pugnant, martyres perfecti triumphãt, & Christiani semper exercitus diabolũ deo armati debellant. In istis semper diuersę virtutes, dissimiles pugnę, gloriosæ victoriæ. Vnde tu Christiane delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triũphare. Exere vires, fortitudine dimica, atrociter in prælio cõcerta. Considera pactũ, conditionẽ attende, militiam nosce: pactũ, quod spopondisti: cõditionem, qua accessisti: militiam, cui nomen dedisti. Hoc enim pacto quos miraris cuncti pu- C gnarunt, hac conditione vniuersi vicerunt, hac militia triumpharũt. Deniq; considera te, præsente deo cum hoste pugnare. Fauet ille, vt vincas fauet dominus, vt obtineas. Cùm pugnas, adest: cũ dimicas, præsens est. Tantum enim virium de eius præsentia cõcipis, quantum inimico debilitatis accedit. Tu erigeris per virtutem, hostis incidit in debilitatem: tibi arma diuinitus monstrantur, illi malitię tela franguntur. Tibi conspectus dei virium adhibet incremẽta: hosti præsens maiestas adimit nocẽdi venena. Tibi angeli plaudũt, illi formidinem adhibẽt: tibi fortitudo tribuitur, illi malitia infirmatur. Quibus tu foueris, ille opprimitur: quibus tu erigeris, ille, pternitur. In tua pugna, dominus congreditur, dominus dimicat, dominus præliatur, & victoria tibi asscribitur. Certamen tuum dei certamen est, prælium tuum Christi est prælium. Quid trepidas, D quid formidas, quasi tua virtute deuincas? Prende arma, procede in bellũ, fortiter dimica, vt dimicanti adsit ille, qui vinci non nouit. Non potest imperatorem promereri, qui hostem à se noluerit superari. Non potest regi esse accept⁹, qui hosti fuerit lenocinatus. Nec enim hostem poterit vincere, nisi qui atrociter voluerit dimicare. Victoria militis, peremptio est hostis: & perẽptio hostis, gloria est imperatoris. Deniq; in certamine Christiano aut superstes miles prostrato hoste beatus de prælio redit, aut hostẽ victor moriendo deuincit. Fœliciter enim vincunt, qui post victoriã vinci nõ norunt. Fœliciter vincit, qui & diabolũ & mundum post victoriam derelinquit. Fœliciter vincit, qui proficiscens è mũdo diabolum, quem in præsenti deuicit, in futuro cũ domino iudicabit. Alios enim post vnũ certamen ad alias victorias dominus seruat, alios consummato martyrio iam coronat, alios victores retinet in exemplũ, alios iam perfectos trãsmittit ad cœlum, alios frequenter desiderat videre certantes, alios passione iã meritos imponit regnis cœlestibus triumphantes: vt imperatoris Christi ab omnibus dignatio collaudetur, qui in suis & semel & frequenter hostem deuincit: & quem quomodo pugnare viderit, munerabit, tantùm cõtra hostem excitetur animus, exeratur virtus, deuotio præparetur, vt procedens miles ad bellum, vel primo prælio coronetur: vel frequẽtibus trophæis, palmarum numero honoretur. Sic dimicarunt Christiani, quos diligere cõsuesti: sic prę liati sunt, quos semper amasti. Deniq; tres pueri in Chaldęa, Barbari *Dan.3.* regis dum terrores despiciũt, formidines calcant, mi- *c.d.* nas cõtemnunt: sic eundem regẽ cum suis ignibus deuicerunt. Daniel quoq; cultor dei, amator iustitię, veritatis defensor, dũ in adhęrẽdo deo, regis edicta contemnit: sic & leonum rabiem vicit, & de inimicorũ interitu exultauit. Petrus & Ioãnes apostoli ad adoran- *Act.3.d* dum deum, hora nona templũ Salomonis ascendunt: claudum curant, virtutem faciunt, quinq; milia hominum prædicando acquirunt. Vnius cura, multitudinis *Ibid.4.d* salus efficitur. Vnus enim curatur, sed multorum salus acquiritur: vexato sanitas redditur, sed prauitas in obduratis corrigitur. Ascendunt apostoli dominum deprecari, sed preces claudi nõ poterant aspernari. Præueniuntur precibus preces: rogantem Claudum rogaturi ante audiũt, quàm precarẽtur: nec permittit claudus orare illos, quos petit, nisi prius acciperet quod optauit: vt antè ab eis, quod voluit, impetraret, q̃ ipsi à domino quod volebant, expeterẽt. O glorioſum meritum apostolorũ, qui antè in templo operantur, quàm ipsi dominũ deprecentur: antè virtus ostẽditur, quàm oratio ad dominum pręmittatur: effectus preces præueniũt, virtutes desideria antecedũt. Nec expectatur, vt vota ad dominum præmittantur: quia dominus ipse antè efficit, q̃ oretur. Interea claudus aliud petit, & aliud accipit: aliud postulat, & aliud impetrat: aliud cupit accipere, & aliud à domino meruit impetrare. Postulat eleemosynam, & sanitatis accipit curã: petit aliquid ad victũ accipere, & integritatem corporis meruit impetrare. Quod petis, inquit Petrus, non habeo: *Act.3.a* sed aliud dabo, quo ex gratia dei redundo. Argẽtum quidem & aurũ non est mihi: quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine Iesu Christi surge, & ambula sanus. Sanctissimus Petrus nihil sibi de facto, nihil de opere, nihil de virtute asscribit, sed totũ illi affignat, per quẽ meruit, quod impleuit. Deniq; cura, vt dixi, vnius claudi negociũ geritur multitudinis: vnus sanus efficitur, plurimorum vtilitati consulitur. Adeò mirantur cuncti virtutem, stupent factum, honorant dominum. Quinque milia hominum credunt in Christum, vt & claudi desiderium, & apostolorum meritum, & benignitas Christi ad multorum salutem probaretur trahi in exemplum.

† Locum illum scripturæ, Agnosce quod in medio laqueorum pertransis: reperies explanatum in vltimo tomo, ad populum Antiochenum homilia xv.

Universidad de Deusto Biblioteca

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIepiscopi Constantinopolitani in Enarrationē in Esaiam prophetā: abusque principio, ad medium octaui cap procemium prius, Godefrido Tilmanno Interprete.

† χθὲς hic non heri, sed plusculū indicat temporis.

Etsi à vobis † aliquantum temporis abfuerim, at certè non volens, sed necessitate eò adactus. Corpore quidem abfui, non itē voluntate: absentia carnis, non affectione mētis. Etenim vos (quoad potui) in vniuersum complectebar, & arcana animi cogitatione circunferebā. Deinceps fratres temporarij istius morbi mētione intermissa, magnopere cōtendimus cōtueri faciem vestrā. Istius enim ægrotationis reliquias quum adhuc penes me asseruem, cursu tamē nihilo segniore properaui ad hanc vestram charitatē. Enimuerò qui aduersa quapiā *βεβαίωσις.* conflictantur valetudine, lauacra † expetūt & balnea, *† λουτρὰ καὶ λαβανεῖα.* mox vt se remisit ægrotatio: ego autem desideratam mihi omnium vestrum faciē his censui digniorem, simul vt auiditatē istam auditoribus debitam explerē. Pelagus hoc planè immensum est, nec quicquā habēs *† Pro ἄλλην Lege ἅλμην.* † salsuginis. Hoc mare nulla fluctuatione agitatur. Denique veni vt inuiserem vestrū hoc aruum ruderibus spinísq; expurgatum. Quod enim vsq; pratum tale est, cuiusmodi ecclesia? Quis vspiā paradisus talis, vti est vester hic cœtus? Nullus hîc insidiatur serpēs, sed Christus ipse sacramentorū instaurator & doctor. Nō supplantatrix Heua, sed Ecclesia vos confirmans in rectitudine vitæ. Non hîc arborū folia, sed abundè suppetit fructus spiritus sancti. Nō hîc sepimentū spinis obserans hortū, sed vinea præfertilis. Si quam inuenero sentem, in oliuam cōmutabo. Siquidē noxia hæc nequaquā proueniunt inopia naturę, quippe quæ est honestata facultate liberi arbitrij. Si hic deprehēdero lupum, ex lupo ouem efficiā, non quidem naturam permutans, sed tansferens animi destinationē. Quare nō aberrarit quis, si profiteatur ecclesiā arca illa esse præstantiorē? Etenim arca & excipiebat animalia & conseruabat: Ecclesia verò semel suscepta animalia immutat. Cuiusmodi est quod dico? Ingressúsne illò est miluus? Idē est egressus miluus. Illò introiuit lupus? exiit etiam lupus. Húcne ingressus est miluus? egreditur columba. Introiit lupus? exiit ouis. Ingressus est serpens, egressus est agnus: nō quidē immutata natura, sed explosa malitia. Ob hoc de pœnitētia cōtinenter moueo sermonē. Est enim pœnitentia permolesta quidem & horroris plena peccatoribus. *Ἐγκώμιον pœnitētiæ.* Est alioqui medela delictorū & consumptio, præuaricatorū legis solutio, loquendi libertas in cōspectu dei, aduersus diabolū armatura simul & gladius caput ipsius præsecans, salutis spes, euersio ignorātię. Ipsa homini cœlū adaperit. Eadē ipsum in paradisum introducit euicto diabolo. Sanè hanc ob causam cōtinenter promoueo sermonē, ꝙ fiduciam præstet euertendi inimicum. Peccator es? De spe caueto decidas. Non desino vos iugiter hisce medicamentis superlinere. Planè enim noui quàm sit efficax scutum hoc aduersus veteratoriam artem diaboli, modò ne animū despōdeatis. Vt premaris pōdere peccatorū, ne sic desperes. Non conquiescā dicere

A

hæc. Quotidie peccas? quotidianā age pœnitentiā. *Cōfirmat τῇ ὁμοιώσει.* Id quod in singulis quibúsq; ædibus & ipsi facimus. Mox enim vt verriculo collectæ sunt quisquiliæ, † eas efferimus domo. *† σαρώθωσιν.* Nouas instauramus & superaddimus, ne sic interquiescimus ab assidua hac diligentia conuerrendi domū. Hodiéne in peccatis consenuisti? Fac, vt te renoues per pœnitentiā. Dixerit aliquis, licétne per pœnitentiā consequi salutē? Prorsus licet. Quū omnē vitam in peccatis detriuerim, si me pœnituerit, fiámne saluus? Prorsus fies. Id vnde liquet? ab ipsa domini tui erga nos benignitate. Non ex tua pœnitentia mihi summo fiduciā. Pœnitentia enim tua nō præualet tantam abstergere malorū eluuiem. Pœnitentia si sola fuerit, meritò tibi metuendū est. Nam quando dei erga nos clemētia attemperat se pœnitentiæ, (Dei autem benignitas nullā nouit mensuram, sed neq; eius bonitatem vllo sermone quis interpretari potest) tua quidē malitia

B

modo aliquo circūscribitur, mensuram autem nullam habet medicamentū, malitia verò tua qualiscunq; tandē fuerit, humana est malitia: Dei autē benignitas erga homines nullo eloquio enarrabilis est, tu fiduciā bonam sume, quia tuam euincit malitiā. Hic mihi tu *Collatione astruit.* considera scintillam quæ casu incidit in pelagus, sisteréne se aliquò potest, aut apparere? Quantum scintilla ad pelagus collata: tātidem est hominis malitia, si eam componas cum benignitate dei. imò verius non tantidem, sed tantò amplius præcellit clementia dei. Pelagus enim etsi eximiæ sit magnitudinis, suū tamē habet modū: Dei autem clementia nullo clauditur fine. Hæc eò dixerim, non vt segniores vos reddam, magis vt constituā ad virtutis studia propensiores. Sæpenumero vos admonui ne ad theatrica spectacula ascenderetis.

C

Audisti quidē, non item paruisti admonitus. Ecce ascendisti ad theatrū? Superfluè sermonē meum audisti: ne te pudeat ingredi rursus & audire. Audiui (fateor) & nō obseruaui. Quínā ingredi possum? Quoad te † nosti nō obseruasse, eatenús ne te pudet, tandiu erubescis? *† Pro τέως primo loco arbitror legendum ἕως vel ἕως ὅ.* Quanndiu nemo te coarguit, eousq; toleras frænū? eatenus radicē sermonis mei retines? Vsq; dum tibi non videor, purificas te? non obseruasti? condemnasti te. Ex parte obseruasti, etiā si minus obseruaueris. Dixeris rursus, Non obseruaui. Iam qui se coarguit non obseruasse mandatum: vtiq; eò festinat, vt obseruet. Per hoc quod spectasti theatricam obscœnitatem, iniquitatem ipsam operatus es, captiuus factus es meretriculæ. Descendisti à theatro? quæ spectasti, ad memoriam recurrunt. Erubuisti ob turpitudinē? Huc accede. Mœrore ob id affectus es? Obsecra deum. Huc

D

vsq; resurrexisti. Audiui: Væ mihi, quia nō obseruaui: qua frōte introiero ecclesiam? Qua rursus ratione sermonem audiam? eò tu maiore cum fiducia ingredere, quando non obseruasti: vt denuo exauditum obserues. Medicamentum si adhibeat tibi medicus, nec eo tuam saniem expurgarit: nónne vel die altero rursus idem apponet? Sit vnus aliquis cæsor arborum siue lignator, *A simili cōfirmatio.* qui quercum puta velit incidere, arripit securim, radicem incidit: si ad plagam vnam ea infrugi arbor non deciderit, nónne & alteram infliget plagam? Adde quartam, quintam, decimam. Ad hunc modum & tu facito. Quercus, vtiq; arbor infrugi est meretrix, glandes tantum proferens in alimoniam porcorum irrationalium. Et hæc quidem prolixo tempore radices impressit altius menti tuæ. Septa vndiq; arborum foliis miserè imposuit conscientiæ tuæ. Sermo meus securis est. Audiuit die vno? altero mox ꝓstrata est,

est, tanto licet radicata tēpore. Si enim bis, si item tertio, si rursus centies, si deniq; decies milies nihil mirabile fuerit rem sic improbam excidisse & tēpore confirmatam, nempe cōsuetudine mala. Manna comedebant Iudęi, & cepas quærebāt, quas in Aegypto esitasse se meminerāt. *Num. 11. d.* Bene erat nobis in Aegypto. Acquieuisse sic pessimę cōsuetudini, res est probro & infamię obnoxia. Et si per dies decem quidpiam rectè egeris, si item per viginti, si deniq; per triginta: ne sic quidē satisfit mihi, nihil habeo gratiæ, nō te amplector hoc nomine. Tantum est, ne labores: suppudesce aliquādo, & teipsum coargue. Rursus mihi differēdū fuit de charitate. Audiisti, abiisti, & rapuisti? His operibus neutiquā declarasti implesse te sermonē meum. Nolim alioqui desinas ecclesiā ingredi nimio suffusus pudore. Dum peccas, pudeat te peccati: ne suppudescas agēs pœnitentiā. Attēde interim dū peccasti, quid tibi diabolus

B

fecerit. *Peccatum & pœnitētia duo sunt.* Duo sunt hæc peccatū & pœnitentia. Peccatū, vulnus est: pœnitētia, impacti vulneris medela. Quēadmodū in corpore, medicina & vulnus: sic in anima, peccata & pœnitētia. Sed peccatū infamiā sibi annexam habet: Fiduciā autē loquendi recuperat pœnitētia. Huc tu mihi quæso, animū aduerte cū exacta diligētia: vt ne ordine dicēdi cōfuso, tibi pereat sermonis vtilitas. Attētus esto. Dū dico hæc, vulnus & medela, peccatū & pœnitentia: vtiq; vulnus peccatū est: medela pœnitentia. In vulnere, saniosa est putredo: in medicamine, expurgatio putredinis. In peccato sanies purulēta, in peccato probrū ac dedecus. In peccato derisio est, in pœnitētia fiducia loquēdi, in pœnitentia libertas, in pœnitētia expurgatio peccati. Sedulò attende. Peccatū verecūdia sequitur: libertas dicēdi comitatur pœnitētiā. Animaduertisti quod dico? Vice con

C

uersa ordinē peruertit Satanas. Peccato etenim liberiorē attribuit fiduciā, verecundiā pœnitentiæ. Ad vesperam vsq; non desino, vsq; dum absoluā quod cœpi. Pollicitationē meam vt expleā necesse est. Difficile enim factu est, vt me auocet quis à cœpto argumēto. Est vulnus, est & medicamē. Vulnus putrilaginem habet: vim purgatoriā putredinis obtinet medicamentū. Nū in medicamine putredo? Nunquid medela in vulnere? Hęc ne suum ordinem obtinent, aut illa sibi sunt cōfinia? Num hoc potest ad illud transcendere, aut illud ad hoc? Nullo modo. Deniq; descendamus & ad animā peccatis oneratam. Peccatum probrū habet & ignominiā sortitò accepit: pœnitentia fiduciam, ieiunium item & iustitiam possedit. Dic enim tu iniquitates primus, vt iustificeris. *Esa. 43. d* Nam iustus in principio sermonis, accusator est suiipsius. *Prou. 18. c* Quū igitur nosset Satanas, quia peccatū quidē verecundiā habet sibi annexam, quæ res idoneè possit à se depellere peccātē: è diuerso, pœnitentia fiduciā, rem planè idoneā quæ ad se inuitet & pertrahat pœnitentē, ordinē reprobus permutauit & inuertit. Pœnitētię dedit verecundiam, loquendi fiduciam peccato. Vnde id probas? ego dico. Capitur quis cōcupiscentia nec leui cuiuspiā publicæ ac vilis meretriculæ? Sequit eā ceu captiuus: vile illud ingreditur prostibulum. Nulla verecūdia, nullo suffusus rubore cōplectitur. Admittit peccatum, verecundia hunc nulla intercipit, nullo pacto erubescit. Commisso mox peccato illinc egreditur: & vt pœnitētiam agat cōmissi facinoris, erubescit tandem, O te miserū. Quum fornicariā illam circumplectereris, nihil te pudebat: sed quum ad agendam de peccatis pœnitentiā accessisti, tum demum totus aspergeris pudore. Pudet

A

dicere, qua ratione id fiat. Fornicatus iā est, eóq; erubescit: rē peragit nihil veritus, & ecce pudore suffunditur, vel verbo cōfessus. Planè diaboli est astutia hęc. Interim dū peccat homo, non sinit eum suppudescere diabolus, néve peccatum suum in publicum edat * per confessionē. ** deest ὁμολογούμενος vel simile quiddam.* Nouit enim quia si pudescat ob peccatū, vtiq; vitabit illud: dum verò homo in pœnitentia est, suggerit ille quid probri ac dedecoris ob id sit aditurus. Planè enim veterator nouit, quia si infami probro aspergatur, mox resiliet à pœnitentia. Duo itaq; mala facit. Et ad peccatum inuitat: & inhibet pœnitentiam. Quid deinceps est, cuius gratia te pudeat? Quū scorto abutereris, nihil te pudebat: admouēs autē isti morbo medelā, pudore suffunderis? Teipsum eximēs pœnæ peccato tuo debitę erubescis? Tunc te infamię notam conueniebat vereri, quādo peccabas. Quum effectus es peccator, nō erubescebas: quādo iustus effice

B

ris, te primū pudet? Dic tu primus iniquitates tuas, vt *Esa. 43. d* iustificeris. O benignitatē erga nos domini. Nō dixit, vt ne plectaris supplicio: sed, vt iustificeris. Nónne sufficiebat peccatori indulgētia & remissio pœnæ? Prorsus. Cæterū sermoni huic animū adhibe sedulò attentum. Iustum ipsum efficio. Et hoc vbi fecit? In latrone nimirum, vt id solū diceret suo sodali: Neque tu times *Luc. 23. e* deum? Et nos quidē iustè. His enim quæ gessimus, digna recipimus. Dicit ei saluator, Hodie mecum eris in paradiso. Nō dixit, liberū te & immunem reddo supplicij, nec de à te commissis expetam vltionem: sed ipsum in paradisum introducit iam iustū. Vidisti, vt merito cōfessionis effectus sit iustus? Quā multæ est deus erga nos clemētiæ. Filio non pepercit, vt parceret seruo: vnigenitum tradidit, vt redimeret seruos planè in

C

gratos. Sanguinem filij sui luit in precium. O clementiam domini. Nolim mihi rursus dicas, Peccaui multū, quínam potero tot eximi peccatis? Tu non potes, potest dominus tuus: atq; adeo interlinet & abolebit tua peccata. Huic sermoni attentas aures adhibe, hic inquam, tua peccata inducet & obliterabit sic, vt ne vestigium vnius ipsorum resideat. Et quidē in corporibus nequaquam hoc contingit, sed licet medicus decies milies studium adhibeat, etiāsi medicamenta apponat vulneri, vulnus quidē è medio medic⁹ suppressit, sed plerunq; ei qui plagam in facie accepit, emendato vulnere relicta est cicatrix in argumētum vulneris, circunferens vultus deformitatem. Vt innumeris modis adnitatur medicus interlinere cicatricē & eam è medio auferre, non poterit tamē. Repugnat huic facto naturæ infirmitas, artis insuper vis inualida, deniq;

D

tenuitas medicamentorū. E diuerso deus quando peccata abolet, nullam reliquam facit cicatricem, nullum vestigium sinit manere: sed vnà cum sanitate, eximiū etiam confert formę decus. Simul enim atque exemit pœnæ, donat & iustitiam. Peccatorem enim efficit parem ei qui non peccauit. Ad internecionem enim deducit peccatum, & ipsum dat pessum peræquè iam nō sit, neq; fuerit. Prorsus ita è medio aufert, vt non iam cicatrix, non vestigium, non argumentum, non item vllum appareat indiciū. Id vndénam liquet? Siquidem eorum quæ dico, debeo exhibere demonstrationes: vt ne de his videar meo vnius sensu pronunciare, sed inductione scripturarum ferre sententiam. Quò autē rei proditæ certitudo tuta stabilísque perseueret: induco vobis homines vulneribus peccatorum miserè sauciatos, populum suis partibus cōstantem, sed putrilagine vlcerum scatētem ac vermium: quippe qui aliud non fuerit,

Universidad de Deusto Biblioteca

fuerit,quàm totum vulnus totũ vlcus. Sic tamen eiuſmodi vlcera potuerũt curari, vt ne vlla maneret cicatrix,nullũ reſideret veſtigium,non indicium,ne vnum quidem reliquum eſſet vulnus, non duo,non tria,non quatuor: ſed à pedib⁹ ad caput vſq; vulnus toti eſſent. Multa cum ſedulitate attentus eſto ſermoni. Eſt enim ſermo hic nobis in commune ſalutifer.Medicamenta enim concinno iis quæ medicorum ſunt, præſtãtiora, cuiuſmodi ne reges quidẽ adornare poſſunt.Quid rex poteſt?Vtique vnum aliquem emittere ergaſtulis carcerariis:à gehẽna verò ne vnum quidẽ poteſt liberum reddere & immunem.Facultates in quempiam cõferre poteſt,non item animam facere ſaluam. Cæterum ego vos tradã manumittendos manibus pœnitentiæ, vt noueritis quàm ſit valida & efficax pœnitẽtia,vt diſcatis peccatũ aduerſus eam nihil poſſe obtinere,neque eſt vlla legis trãſgreſſio quę ipſius virtutem expugnare queat.At interim propono vobis & in medium produco non vnum,non duos,non tres: ſed permulta millia eorum qui vlcerib⁹ vulneribúſq; ſauciabantur, qui innumeris onerabãtur peccatis, & hi nihilominus virtute pœnitentiæ ita ſunt ſalutem conſequuti, vt ne vllum quidem peccati veſtigium, nullam reſeruarint priorum vlcerum cicatricem. Atqui ſedulò animum accõmodate ſermoni huic, nec ſolas aures adhibetote attentas,imò quæ à me dicuntur, fideli memoriæ mãdate, vt abſentes quoque inſtruatis mutua collatione, atq; ita eos qui vtilitate ſermonis huius deſtituti ſunt, reddatis alacriores,& ſtudio audiẽdi propẽſiores.Prodeat igitur in mediũ eximius ille ſpectator Seraphin Eſaias,auditor ille myſticę modulationis,qui de Chriſto oracula vix vlli numeranda edidit ac præcinuit. Quid hic dicat, percunctemur. *Viſio quam vidit Eſaias aduerſus Iudæam & aduerſus Hieruſalem.* Dic viſionem quam vidiſti,mihi eam ediſſere. *Audi cœlum & auribus percipe terra,quia dominus locutus eſt.* Alia denunciaſti & alia dicis.Quænam enunciaui alia?Exorſus ſermonem dixiſti, viſio aduerſus Iudæam & aduerſus Hieruſalẽ, & omiſſis Iudæa ac Hieruſalem verbum conſeris cum cœlo,& ad terram deflexo ſermone,homines poſthabuiſti rationis alioqui participes,differens cũ elemẽtis nulla præditis ratione. Quandoquidẽ homines brutis ipſis ratione vacantibus minus vtebantur ductu rationis.Nec ob id ſolũ, ſed quia Moyſes eos introducturus in terrã promiſſionis mẽtis aciem intendebat in ea quæ apprehẽſura eos erant mala. Quæ enim tum poſſidebant erant externis relicturi.Audi cœlũ & attẽdat terra verba oris mei. (Deut. 32. a.) Conteſtor vobis cœlũ & terram, Moyſes ait, Quia ſi ingreſſi terrã promiſſionis dereliqueritis dominũ deũ, in omnes gentes diſpergemini. Acceſſit Eſaias, cuius ore in publicum prodi debebat hæc cõminatio.Moyſen pręmortuũ aduocare nõ poterat:nec qui tum audierant,debuerãt accerſiri,quippe defuncti.Elementa igitur in teſtes aduocat quę eadẽ conteſtatus eſt & Moyſes.Ecce à promiſſionis terra * excidiſtis: ecce deũ deſeruiſtis. (* vos ô Iudæi.) Quo te pacto accerſam ô Moyſes?Diem enim tuũ obiuiſti, defunctus es vita.Quínã Aaron aduocabo? Ille quoq; oppetiuit mortẽ.Non iam potes hominem accerſere? elementa aduocato.Eam ob rem non Aaron ſolũ & hunc & illũ non conteſtor (dum in viuis ſum)quando & diẽ ſuum erant obituri: ſed elementa conteſtor vobis perẽniter duratura, nempe cœlum & terram. Dicit itaq; Eſaias, Audi cœlum & auribus percipe terra.Vos ô elementa quæ Moyſes hodie pręcepit accerſiri in teſtimonium.

A Non hac ſola ratione,ipſa aduocat elementa:ſed quia Iudęis verba hęc fecit,Audi cœlũ. Tu enim mãna demiſiſti. Auribus percipe terra. Ortygometrã enim tu dediſti. (ὀρτυγομήτρα matrix coturnicũ qualeas vulgus vocat.) Audi cœlũ,audi inquam. Tu enim ſupra naturæ ordinẽ ſpecimẽ edidiſti virtutis tuæ. Surſum eras, * & areã affectatus es. (* ἅλωνα ἐμμυζας. forſam αὐλῶνα conuallem.) Auribus percipe terra. Tu enim deorſum eras & menſam dapſilẽ effuſámq; odornaſti. Ab operatione deſedit natura, & gratia operata eſt. Non iam operabatur bos, nõ item apparatus ſpicarũ ſuppetebat. Non inquinabantur coquorũ manus, nihil ſubſidij adferebat ars ipſorũ: ſed manna illud vicẽ ſupplebat omnium & fons ſanctificatus. Natura propriæ imbecillitatis oblita eſt. Quo pacto ipſorum veſtimenta detrita non ſunt?Quonam modo eorum calceamenta vetuſtate non ſunt conſumpta? fiebãt omnia hęc,vt eis ſubminiſtrarent.Audi cœlum & auribus B percipe terra.Tot ſignorũ exhibitis monimentis, tanta illis collata beneficẽtia, inſultatur domino? Quo cũ loquar?vobiſcúmne? Hominẽ non habeo qui me audiat.Ecce veni,nec vllus aderat homo: loquutus ſum, nec vllus aderat auditor. Cum irrationabili creatura eloquor, quandoquidem creatura rationis dignitate prædita ad brutorum indignationem delapſa eſt. (χαριτωτοῦ κότας.) Eam ob rem propheta alius mox vbi regẽ vidiſſet pluſquã inſanire,in dei cõtumeliam coli idolum, alios inſuper ad vnum omnes deum contempſiſſe,ait, Audito altare,audito me. (3. Re. 11. a) Cum lapide verba facis? etiam.quando rex minus erat compos ſenſuum, q̃ lapis. Audi me altare,audito.Porrò hæc dicit dominus: & altare ſimul dicto in partes perruptũ eſt. Audito, & audiuit lapis. Ipſe lapis in fiſſuras diffractus eſt,& victimam effudit. Homo ille quomodo non exaudiuit? Manum proten- C dit ſuam,vt prophetam abriperet. Ecquid deus fecit? Arefecit ipſius manum.Quid fecerit,vide.Intuere domini erga homines benignitatẽ & erratum ſerui. Qua ex cauſa non initiò ſtatim eius arefecit manũ? vt reſipiſceret lapide in fruſta diſciſſo. Lapis enim ſi in fiſſuras non foret conciſus,vtique tibi peperciſſem. Nunc quando lapis conciſus eſt fruſtillatim, ne ſic quidẽ tu ad correptionem emendatus es,ob id ira aduerſum te incandeſco. Manũ protendit aduerſus prophetam, & manus exaruit. Conſtiterat trophæũ: ſatellites tã multi,ducéſq; exercitus aderant, ac ſubſidiaria vis militũ: nemo tamen qui manũ poſſet ei in priſtinum gradum retrahere:ſed reſtiterat,vocẽ vt exprimeret quæ impietate profligata trophæũ ſtatueret pietatis, dei erga nos benignitatẽ declararet ſimul & regis vecordẽ contumaciam quam nec cõprimere potuit. Cæterũm ne D ſuſcepti argumenti obliuiſcamur, dum ſermonẽ teximus ex ſermone:agedũ, ad eorũ quæ polliciti ſumus, declarationẽ accingamur. Quid autem eſt, quod promiſimus? Quoniã ſi innumeris peccatorũ vulneribus quis ſaucietur, pœniteat autem talẽ malè cõmiſſorũ, faciat itẽ quod bonũ eſt: ſic eius peccata abolet deus, vt nulla cicatrix, veſtigium nullum, nullum appareat peccatorum ſpecimen aut indicium.Hæc eſt mea pollicitatio,pro virili vt hæc probem, adnitar. Audi cœlum & auribus percipe terra, quia dominus loquutus eſt.Dic tu mihi,quid ſit loquutus. *Filios genui & exaltaui: ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum.* O qui brutis minus vtimini ratione. *Et aſinus præſepe domini ſui.* O qui aſinis eſtis ſtupidiores: *Iſrael autem me non cognouit, & populus me non intellexit. Væ genti peccatrici.* Qua ex cauſa dicit, Væ? Nulláne relicta eſt ſpes parandæ ſalutis? Dic mihi. Quia ſanitatem nullam

lam deprehẽdo hinc cõſequutã.Vę,cur id dicis?Quia medicamenta adhibui,nec locum ceſſit vlcus medelę. Eóq; ab ea gẽte deflexi & auerſatus ſum eã. Quid igitur faciendũ mihi eſt? Nõ iam laborabo, eã vt curem. Væ,mulierẽ repræſentat lamentantem. Væ,nec indecẽter facit hoc.Adhortor vos,aures ſedulò attẽtas accommodate mihi. Væ, cur dicit? Ex quo idem etiã fit in luctu corporũ. Medicus em̃ ſimulátq; viderit morbo laborantem ſpem abieciſſe recuperandæ ſalutis,in lachrymas reſoluitur ac flet, domeſtici item & affines eiulant,lamẽtantur ac ſuſpirant,illic tamen fruſtra nec vllo ſuo fructu.Moribũdus ſiquidẽ vbi mortem oppetiuit,ne ſi etiam totus orbis comploret ac lamentetur, eum excitabit ad vitam.Itaq; illa lamentatio planctus eſt,non correctionis. Porrò de anima nihil tale. Quod enim in anima morticinum eſt, ſi frequenti luctu proſequeris,eriges ad ſanitatem.Quid ita? Quandoquidẽ corpus ſemel emortuum non viribus humanis excitari poteſt: anima verò præmortua per reſipiſcentiam vitæq; correctionẽ erigitur.Contẽplare fornicariũ cum fletu:plerumq; enim eum excitabis.Ob hoc &Paulus non ſcribebat modo,nõ item admonebat ſolũ: ſed & cum profluuio lachrymarũ lamentabatur admonens vnumquenq; veſtrũ.Eſto,admoneas:cur admonitioni conſeris etiã lachrymas?vt ſi nihil virium obtineat admonitio,lachrymæ ipſæ auxilio ſint. Eadẽ ratione lamentatur propheta,quin & dominus noſter vidẽs ruinam Hieruſalẽ proximè affuturã dicit,Hieruſalẽ quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt. (Matt. 23. d.) Ciuitatẽ iterũ atq; iterũ appellat proximè caſurã, hominem imitatus qui lamentatur. *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis.* Nihil incolume ac ſanũ corpus hoc retinet?Eos ne vidiſti ſqualentes vlceribus? *Væ ſemini nequam, filiis ſceleratis.* (Vὸι ἄνομοι, Væ legis præuaricatoribus & iniquis.) Qua ex cauſa lamentaris? dic tu mihi. *Dereliquiſtis dominum, & ad iracundiã prouocaſtis ſanctum Iſrael. Quid vltra percutiamini.* Qua vos plaga feriam?†faméne,an peſte? († λιμῷ λοιμῷ.) Vobis inſtitit genus omne vltricis ſupplicij:ne ſic quidẽ malitia veſtra interlita eſt & abſumpta. *Addentes præuaricationes. Omne caput tædio afficitur & omne cor mœret. Non eſt vulnus, non cicatrix.* Res iſtæ inanes prorſus. Paulò antè dicebas, væ ſemini nequam,filiis ſceleratis. Dereliquiſtis dominũ & ad iracundiam prouocaſtis ſanctũ Iſrael.Et væ genti peccatrici.Lamentaris,per doloris acrimoniã contundis pectus,dequereris. Enumeras deinde vulnera, & omiſſa ea contentione dicis,Neq; vulnus,neq; cicatrix. (μέρος ἀναίσθητον.) Huc animum aduerte,vulnus infligitur tunc,quando parte altera corporis ſana, vna quæpiã inops manet ſenſuũ. Hic verò dicit corpus omni ex parte vulneribus eſſe ſauciatũ.non item vulnus habere,non cicatricem,non plagam tumentẽ: ſed à pedibus vſq; ad caput nullum ſupereſſe locũ cui fomẽta imponas, oleum aut ligaturas. *Terra veſtra deſerta:ciuitates igni ſuccenſæ. Regionẽ veſtram alieni deuorant.* Feci quidem omnia hæc,& ne ſic rediſtis ad rectitudinem vitæ.Nihil omiſi eorum quæ diſciplinę erant meę.Qui morbo obnoxius eſt,manet mortuus. *Huc agite, audite verbum domini, principes Sodomorũ & Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum?* Quid igitur eſt?cum Sodomitis differit?Nõ, Iudæos quippe Sodomitas appellat. Quando eorum mores imitati ſunt, id nominis ipſis indit. Agite dum, audite verbũ domini principes Sodomorũ &Gomorrhæ.Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? *Dicit dominus: Plenus ſum holocauſtis arietum: & adipem agnorum † non volo. Si obtuleritis mihi ſimilaginem, vanũ: in-* († deeſt ὃ βούλομαι.)

A *cenſum abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras & Sabbatha odit anima mea. Ieiunium & diem magnũ non fero. Quum extẽderitis manus veſtras ad me, auertam oculos meos à vobis.* Eſt ne vſquam aliud,quod ex æquo reſpõdeat tantæ huic irę?Aduocat propheta cœlũ,lamentatur,eiulat,deflet. Ait enim,non eſt vulnus?non eſt cicatrix.Deus iraſcitur,non ſuſcipit victimã, non neomeniã, non Sabbathum,non ſimilaginẽ,non orationẽ,non manuum extenſionẽ. Vidiſti vlcus,vidiſti incurabilẽ morbum nõ vnius,non duorũ, nõ decem:ſed multorum millium. Quid igitur ſecundum hæc dicit? *Lauamini,mundi eſtote.* Nõ eſt peccatũ, cuius cauſa ſpẽ abiicere debeas parãdæ ſalutis.Ipſe dicit deus,Non audio vos: idémq; dicit,lauamini.Ad quẽ ſenſum illa prędicas?vt ex vtroq; vtilitatẽ reportes.Illa intentat,vt ipſe timeam: hæc infert,vt mihi per hoc adſciſcã ſalutẽ. Hæc ſi non audis, nulla iam ipſis relinquitur conſequẽdæ ſalutis ſpes. Si B fortè ſpẽ ſalutis à ſe proiecerunt,qua ratione dicis, lauamini?Atqui pater ipſe eſt amantiſſimus filiorũ,ſolus bonus,præ quouis patre viſcera diffundẽs ſuæ exorabilis clementiæ.Vtq; condiſcas eum eſſe patrem,dicit eis,quid faciam tibi Iuda?Non noſti quid facies? Noui,verum nolo.Natiua habitudo peccatorum pœnam vltricẽ repoſcit:ſed diuinæ clementiæ magnitudo cohibet. (ἀπαιτεῖ ſubaudi δίκην ἢ τιμωρίαν.) Quid tibi faciã?Ignoſcámne tibi? ſed eò efficieris incogitantior ac ſegnior. Adoriar te? ſed mea erga homines benignitas id non fert. Quid tibi faciam? Vt Sodomam ponam te, & vt Gomorrhã te ſubuertam? Conuerſum eſt cor meum. (Oſee. 11. c) Nulli obnoxius perturbationi hominem imitatur commotum affectibus,verius matrem repræſentat liberos deamantem.Conuerſum eſt, † quaſi ſi dicat mulier de puero: Cõuerſum eſt cor († ὅπερ lege ὥσπερ) C meum ſecundum maternam affectionem. Atqui non acquieuit priori dictioni.Sed turbatus ſum in mea pœnitentia. Deus turbatur? Abſit, auertat deus. Turbari neutiquam poteſt numen illud. Sed quod iam dixi, imitatur loquutiones noſtras. Cõuerſum eſt cor meũ, lauamini, mundi eſtote. Quid ſum vobis pollicitus? Quia peccatores,innumeris licet onerentur vlceribus peccatorum, modò eos malè cõmiſſorum pœniteat, deus ad ſe retractos ſic curat ac medetur: vt nullã relinquat cicatricem, nullam recordationem ſinat reſidere. Lauamini, mundi eſtote. *Auferte malitias veſtras ab animabus veſtris. Diſcite quod bonum eſt, facere, & ſuperaddere † quamlibet exiguum, quod bonũ ſit. Cauſam pupilli iudicate, iuſtificate viduam.* († pro ὑθιτάττειν lege ἐπιτεθαι.) Mandata hæc grauia nõ ſunt: ſed ea ſunt ad quæ nouit promouere vel ipſe ductus naturæ. Proinde ſexui mulierum accommoda eſt mi- D ſericordia. *Et venite & diſceptemus.* Quiddam ipſi facite:& quod reliquum fuerit,ipſe adiiciam. Exiguum aliquid mihi date:&ſolidam rei totius ſummam vobis impertiar gratuito.Venite. Quónã abierimus? Ad me quem prouocaſtis, quem ira exaſperaſtis. Ad mẽ qui dixi non audio vos: vt interminatione hac perterriti promotam indignationem dirimatis. Venite ad eum qui dixit ſe non auditurum, vt audiam. Ecquid facit? Nullum peccati veſtigium reliquum facit, non vllum ſinit reſidere vel indicium vel cicatricem. Venite, diſceptemus:dicit dominus. Et ait, *Si fuerint peccata, vt coccinum, quaſi niuem dealbabo.* Necubi appareat cicatrix, necubi ruga etiam cum colore expiationis conſpiciatur. Necubi nigricans color, necubi remaneat vlla labes. Quo pacto vulnus infligitur & aliæ promiſſiones? Os ſiquidem domini loquutum eſt. Non amplitudinem modò vidiſti promiſſorũ,ſed& eius maieſtatem

ſtatem qui domo hæc elargitus eſt. Deo enim nihil non poſſibile: vt qui ex immūdo reddere poteſt mundum. Hunc igitur quum audierimus, ad hoc nouerimus quàm operatoria ſit & efficax pœnitentiæ medela, gloriam ſurſum ei tranſmittamus. Ipſius enim eſt gloria & imperium in ſeculum.

Finis prioris proœmij.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Proœmium alterum in Eſaiam prophetam, Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho interprete.

[† τὸ ἐξαίρετον.] QVANAM potiſſimū † virtute propheta hic cæteris præluxerit, noſſe quidē vel maximè liceat ex opere ipſius. Atqui Paulus eā ipſam abſolutius prodit in apertā lucē, quippe qui ipſius virtutes cæteris expreſſius noſſet. Vtpote qui loquutus ſit tanta cum ſpiritus vehemētia. Ipſius enim † ingenuam [† ἐλευθεροστομίαν.] in loquendo libertatem, inuictam nec ſeruilem conſtantiam, mentem ad ardua erectam, ínq; edēdis (quæ de Chriſto erant) propheticis oraculis multā eius perſpicuitatē repræſentās Paulus, [Ad Rom. 10. d.] vniuerſa hæc, vnica exprimit ſententia, dicens: Eſaias autē audet & dicit, inuentus ſum ab his qui me non quærebāt: palā apparui iis qui me non interrogabant. Multū inſuper & in animo alienis condolebat malis. Etenim aduerſus vecordem populi amentiā non ſolū inſurgebat, non item liberiore tantū lingua ac ſententia ſublimiore, multa cū fiducia loquendi denunciabat quæ eos apprehenſuræ eſſent afflictiones: ſed & quum illi variis caſibus vrgerentur, nihil minus atq; illi, qui inciderant, dolebat & mordicus cruciabatur, imò præ iis qui ab hoſtibus intercipiebantur, tantò amarius lugebat. Etenim apud omnes (vt ita loquar) prophetas ac ſanctos ea inualuit conſuetudo, vt propenſam illā erga liberos patrū indulgentiam pio quodā erga ſubditos texerint affectu, & naturæ tyrannidē vehementia amoris † deuicerint. [† ὑπερηκόντισεν.] Nemo enim, nemo vnquā tanto beneuolentiæ ſtudio in liberos ſuos exarſit, vt hi qui cum luctuoſis lamentis votis expetebāt pro ſubditis mortem oppetere, quærulo ploratu teſtantes animi dolorem, deū implorantes pro malè affectis, quibus accommodabant ſe communicantes eorum malis. Deniq; nihil non faciebant & patiebātur, quò illos ab ira cœleſti & malorum impendentium incurſione eximerent. Etenim deligēdo principi nihil tam idoneum atq; accommodum, vt eſt anima amans ſapientiæ, & quæ nouerit lugere cū lugētibus. Iſtius virtutis gratia deus eximium illū Moyſem conſcendere fecit thronum publicæ adminiſtrationis, q̄ is operum magnitudine prius declaraſſet ſuā erga populum propenſiſſimam dilectionem. Poſt hæc [Exod. 32. g.] reuerſus eſt Moyſes ad dominū & dixit: Obſecro domine, peccauit populus hic peccatum magnū. Et nunc ſi dimittis eis peccatum, dimitte: ſin autem, dele me [Eſa. 22. a] de libro, quem ſcripſiſti. Quin etiam hic Eſaias quum alioqui cerneret ſe ab illis perditū iri, dicebat: Dimittite me, amarè flebo. Ne contendatis, vt conſolemini me, ſuper contritione filiæ gentis meæ. Sed & Hieremias deiecta in humum ciuitate, lamentationes compoſuit prolixas admodum. Ezechiel etiamnum cum aliis vnà profectus eſt in captiuitatem & alienā regionem, inhabitaturum ſe exiſtimabat tolerabilius propria, eò maximè, vt ad ſubleuandam calamitatem cōcaptiuorum adeſſet afflictis, aliorúmq; negocia legitimè diſponeret ac moderaretur. Daniel inſuper pro impetrando horum aſcenſu, diebus viginti atq; adeò pluribus ieiunus perſeuerauit: ad id quoq; exorandū, ſtudium omne exhibebat ſupplicans deo, vt eos expediret à tam amara ſeruitute. Sed & ſingulos quoſque ſanctorum, merito virtutis iſtius palā eſt illuſtres euaſiſſe ac celebres. Ad eundem modum & Dauid quum videret illam inſignem vindictā à deo immiſſam atrociter graſſari in populum, eam plagā inuitabat aduerſum ſe, dicens: Ego qui paſtor ſum, peccaui: & ego qui [2. Re. 24. b.] paſtor ſum, iniquè egi. Et hi qui grex ſunt, quid fecerunt? Fiat manus tua contra me, & in domū patris mei. Abraham patriarcha longè quum alienus eſſet & abhorrens à flagitioſa nequitia Sodomorum, nec quicquam haberet cōmune cum illis malis quæ Sodomitas erant † apprehenſura, quaſi in mediis illorum calamitatibus conſiſteret, ſic obteſtabatur & orabat deū, [† pro καταλειπόμενα lege καταληψόμενα] & neq; ab oratione fuerat deſiturus, nihil non faciens ac dicēs, vt immane illud incendiū fuerit repreſſurus, niſi deus ſe ab eo illinc proripuiſſet. In nouo teſtamēto vberius ſpecimen iſtius virtutis ediderūt ſancti, nimirū perfrui pleniore gratia & ad lōgè prolixiora certamina vocati. Ob hoc & Petrus quum à Chriſto audiiſſet, quia diuitibus introitus in cœlū ſumma cū difficultate patet, angebatur animo & intremiſcebat, & percunctatus eſt: Quis igitur poteſt ſaluus eſſe? etiam ſi [Matt. 19. c.] is pro his quæ ſe contingerent, confirmarat animum. Neq; enim illi quæ ſua eſſent, obſeruabant: ſed eorum ſatagebant quæ ad ſalutem ſpectabant orbis vniuerſi. Quin & Paulus per omneis nobis indicat epiſtolas eādem prorſus ſolicitudinē ſibi nō defuiſſe, qui ne Chriſtum quidē ſuſtinebat videre, præ ſalute hominum, ſic dicens: Diſſolui & eſſe cum Chriſto, melius: permanere verò in carne, neceſſariū magis, propter vos. [Phil. 1. a] Talem nobis ſcribendi formulā conſeruat propheta hic, tum multa cum libertate ſententias dei pronunciādo, tum increpando peccatores, próq; iis iugiter deum deprecando, & per ſermones multæ admodum prolixitudinis docet deum aduerſus eos irritatum, quod videre eſt potiſſimum ſub finem totius prophetię. Non inutile fuerit hactenus ſumpſiſſe noſtræ enarrationis exordium ab hiſce proœmiis. † [† ἄρξασθαι τῶν προοιμίων.]

Finis poſterioris proœmij.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI archiepiſcopi Conſtantinopolitani Enarratio in Eſaiam Prophetam, Godefrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho Interprete.

VISIO, *quā vidit Eſaias.* Viſionē vocat prophetiam, [Cap. 1.] ſiue quia per ipſam non pauca videret eorum quę eſſent euentura: quemadmodum Michæas populū vidit diſperſum. Ezechiel item [Ezech. 8.] captiuitatē eſt intuitus, eorū quoq; præuaricationem [plangētes. *חמון Adonidē ſiue Solē.] qui procidentes adorabāt Solem & * Thamuzen. Aut certè vt auditio ꝓphetis à deo exhibita, nihil obtineret momenti minus à viſione: ſed perinde plenā fidem faceret, id quod nulli contingit eorū qui addicti ſunt ſeculi iſtius curis. Quòd enim hi audiebāt, ſecus ac reliqui hominum, eò dicit: Addidit mihi aurem ad audiendum. [Eſa. 50. b] Sermonem proinde efficit dignum, cui fides habeatur, confirmans eſſe viſionem. Et animum excitat auditoris, tranſmittens ad eum qui res videndas exhibuit. Mos enim fuit in vniuerſum iis qui accepta à deo oracula in alios tranſmittunt & euulgāt, primo loco ea conſtituere, nequid viderentur ſuopte ingenio loqui: [Κανὼν de gerenda propheticæ viſionis.] ſed quia quę à ſe dicerentur, diuina eſſent quædam

quędā oracula ac literę è cœlis delatę. Ad hāc ſcribēdi formulā dicebat eximius Dauid: [Pſal. 44.] Lingua mea, calamus ſcribæ velociter ſcribētis. Atqui nolim exiſtimes haſce literas eſſe, quæ calamo ſcriptorio exarātur: ſed adſcribēdas ei dexteræ quæ mentē prophetę occupabat, hoc eſt, nō linguę ipſius Dauid aſſignādas, ſed gratiæ ipſum ad hoc promouēti. Alter rurſum hoc indicans dicebat: [Amos. 7. d.] Quia caprarius erā, ſycomoros vellicās. Hoc eò ſcripſit, ne quis humanæ imputaret ſapientiæ quæ à ſe dicerētur. At ne hoc quidē dicto ſibi ſatisfecit: adiecit inſuper aliud quiddā dicēs: Attamē impletus ſum fortitudine in ſpiritu domini, & iudicio, & † potētia. [† δυναστείας.] Et hos quidē gratia nō ſapientes ſolū, ſed & fortes ac tutos efficiebat, nō quidē ſolida corporis cōſtitutione, ſed animi propenſione. Hi etenim quū eſſent ſermonē habituri ad populū præſidentē & temerariū ac neſcium pudoris, quíq; ſitienter inhiabat ſanguini prophetarum, totáq; animi cogitatione neces ſpirabat ſāctorū, meritò illis opus fuerat virtute nec mediocri, vt ne ad eorū indicibilem impetū animis exterrerentur. [Cap. 1. d / Cap. 2. e] Planè ob hoc dicit deus Hieremiæ: Poſui te, vt columnā ferream, & vt murū æneum. Ezechieli autem, In medio ſcorpionū tu habitas. Ne timeas à facie eorū, neq; expaueſcas. Moyſes inſuper quo tēpore mittebatur, mihi videtur eā detrectaſſe legationē nō modò timore Pharaonis: ſed quia populū Iudaicū vel maximè timeret. Cū deo quippe verba faciēs, ſéq; ꝓfeſſus barbarę eſſe linguæ multa cū ſedulitate diſcere cupiebat, quid ſibi eſſet dicēdū apud minimè credituros, ꝙ à deo legatus aduenisset, & eius legationis cauſa ſignorum edendorū accepiſſet gratiā ad executionē diuini cōſilij. Neq; id iniuria factū eſt. Si enim vnus ipſum tātopere timuiſſet Pharaonē, ad hæc beneficio etiamnum affectus: quo nō timore percelli cōueniebat ſecū cogitantem, q̄ eſſet populus ille turbulentus & inconditæ vitæ. Ob hoc ſapiētiæ ſpiritum nec ſolū accepit, ſed & virtutis. Proinde dicebat: Impletus ſum fortitudine in ſpiritu domini & iudicio & virtute. Porrò alter rurſum, verbum dei factum eſt ad Hieremiam filium † Chelciæ. [† Χελκίας lege Helciæ portio domini. חלקיה † lege, Elceſæi. אלקשי Dei ſeueritas.] Alius item, Aſſumptio Niniue. Et, Liber viſionis Naū, filij † Helkeſęi. Quin hic Eſaiam altero quidem verbo, ſed idē cū prius inductis declarat, nempe detentionē ſiue acceptionē ſpiritus λῆμμα aſſumptionem vocans. Is enim quum à ſpiritu aſſumeretur, hoc nomine ſignificabat efficacē illam vim gratiæ ſibi impartitę. Eandem ob cauſam & Paulus per omnes ſparſim epiſtolas interſerit nomenclaturam Apoſtolatus. Quod ꝓphetę faciebant, dicēdo, Viſio, ſermo, aſſumptio, verbū: hoc ipſum & Paulus efficit nomine Apoſtolatus. [τῆς ἀποστολῆς] Quemadmodū enim qui pronunciat viſionē & verbū dei, is vtiq; non propria effert: itidem qui ſe vocat apoſtolū, non ea docet quæ cōmentus eſt, & excogitauit, ſed quæ iuſſit is † qui mittit. [† ὁ ἀπόστολος lege ὁ ἀποστέλλων.] Apoſtoli enim dignitas ex proprio nihil inferre debet, eóq; dicebat & Chriſtus: Ne vocaueritis magiſtrū ſuper terrā. Vnus enim magiſter eſt veſter, qui in cœlis eſt, declarās quia fons omnis atq; origo dogmatū noſtrorū radicē è ſupernis ſortita eſt, nempe ab ipſo cœlorum domino, etiamſi inſeruiant homines enunciandis ſermonibus. *Quam vidit Eſaias.* Prophetæ quę ſanè viderunt, quónā pacto viderint, nō noſtrę eſt facultatis exprimere. [γνώμη.] Modum enim viſionis eiuſmodi nemini poſſibile eſt ediſſerere, pręterquā ei & ſoli qui doctrice experiētia perſpicuè didicit. Plerunq; enim ne naturæ quidē operationes atq; affectus vnus aliquis repræſentare queat, multò magis nec modū quo ſpiritus ſanct⁹ ſuas actiones efficaciter moderatur. Quòd ſi eū, qui vſus ſit ſimilitudinibus per ſe obſcuris & incertis, oportet audacē eſſe, non quidē vt rem propoſitā dilucidè repręſentet: ſed vt ſub inuolucro ſermonis nonnullā præbeat occaſionē veritatis eliciendæ, crediderim hoc ipſum factū eſſe à ꝓphetis. Verbi enim gratia, Natura aquarū, [Cōfirmat τῇ ὁμοιώσει.] quæ illimes ſint ac purę, ſi Solis radios exceperit, mox illuſtrabitur & ſplēdeſcet: ſic & animæ prophetarum qualicunq; ſua ipſorū probitate primū expurgatę ad ſuſceptionem doni ſpiritus ſancti & ſplēdore illo irradiatæ, dignæ ſic efficiūtur & idoneæ ad accipiendam futurorū cognitionē. *filius Amos.* Cuius rei inſinuādę gratia cōmeminit & patris: Aut cauſa tollēdæ ęquiuocationis, aut certè, vt doceamur quia vilitas paterni generis nulla ex parte obſcurat filij virtutē, neq; nobilitas cenſetur eo, ꝙ è magnatū ſanguine ſis prognatus: ſed ſi ipſe efficiaris magnus. Hic quippe ignobili patre ꝓgenitus cæteris omnibus illuſtrior euaſit. *Quam vidit † contra Iudæam & contra Hieruſalē.* [† Hiei. teſte pro κατὰ habēt 70. περί. Aldus cōſentit.] Quamobrem ſeorſim & diſtinctè vtriuſq; regionis cōmeminit? Quādoquidē vtriq; ſupplicia infligi debuerunt diuiſim & diſcretis tēporibus, deo id ſapienter diſpēſante, quò minus totā ſemel diſperderet gentem: ſed ſenſim & per partes, vt eorū contēplatione qui in captiuitatē vindicem peccatorū abrepti erāt, reliqui fierēt moderatiores ac reſipiſcerēt. [Quæſtio. Solutio.] Medicamēto autē hoc eis exhibito vt nō fuerint opportunè vſi & præterquā cōueniebat: non ſtatim ea culpa in medicū reiicienda eſt, ſed aſcribenda imprudētiæ ægrotantiū. Nullo non tēpore facit hoc deus, & per ſingulas quaſq; generationes, non ſimul omnes qui eodem peccati genere deliquerint, ſimul etiā plectit. Ita enim genus omne noſtrū rurſus in extremā cladem præriperetur. Sed ab his quidem pœnā exigit hic, illic iiſdē leuiorē apparans cruciatū. Quinetiā his qui per ętatē ſimul adoleuerunt, maximā prius reſeruans occaſionē, vt in melius permutētur: ſiquidē nihil ſuomet ſtudio ac ſedulitate, nō item contemplatione diuinæ diſpēſationis voluerint quæſtum vllum facere, horum pœnā reſeruat in illum ineuitabilem ac tremendū iudicij diem. *In regno Oziæ, & Ioathan, & Achaz & Ezechiæ qui regnauerunt in Iudæa.* Vtiliter addit & tēpus, auditorē ſtudij laboríſq; patiētem tranſmittens ad eorū, quę geſta ſunt, hiſtoriā. Ita enim prophetia facilius multò intelligetur, ſi dedicerimus quo pacto res ſe habuerint, quo item modo Iudęis calamitatibus oppreſſis prophetæ remedia cōcinnarūt. *Audi cœlum & auribus percipe terra, quia dominus loquutus eſt.* Hoc proœmium multa admodum redūdat indignatione. Niſi eñ hic indignationis motus vehemens fuiſſet nec explicabilis ſermone: vtiq; hominibus pręter decorum omiſſis, ſermonem nō detorſiſſet ad elementa. Sanè id facit, non vt vehementiam iræ declararet tantùm, ſed vt ipſos qui audituri eſſent, per multam acrimoniam ſermonis cōuerteret, oſtendens, quia homines ratione cohoneſtati multò peius afficiūtur elementis ipſis nullo ſenſu ſuapte natura præditis. Porrò mos hic cæteris etiam prophetis familiaris fuit, vt curent faciendū. Eam ob rem, miſſus ad Hieroboā propheta, omiſſo rege ad quem mittebatur, ſcitè admodum ſermonem ad altare conuertebat. Et Hieremias [3. Re. 13. a.] terram ipſam aduocabat dicens, Terra terra ſcribe virum hunc, [Hier. 22. g] virum excommunicatum ſiue eiecticium. [ἄνδρα ἐκκήρυκτον] Alius rurſum dicebat, Audite conualles, fundamenta terræ, *filios genui.* Non commune illud in omne homi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

num genus collatũ beneficiũ opponit ipſis,cuiuſmodi erat,ꝙ eſſent geniti:ſed inſigne quoddã ac præcipuũ, nempe quia in filios adoptati eſſent. Deus enim nullo non loco ſcripturæ à beneficentia in nos collata ſuum orditur ſermonẽ.Verbi gratia,initio ſtatim orbis conditi hominẽ nõ eatenus factũ,ſed formaturus hoc honore dignatus eſt, dicens faciamus hominẽ ad imaginem noſtram & ad ſimilitudinẽ. Ad hæc, in nouo teſtamento ampliore non affecit beneficio.Quum enim nihil dum eſſemus operati, imò verius mala innumera cõmiſiſſemus, nos honorauit lauacro regenerationis.Ita & hîc videre liceat.Nec enim eos ſolũ qui probè vixerũt,honorauit adoptione filiorum:ſed & miſerè in peccata prolapſos.Nec verò,vbi quempiã honore affecit ante ſuſceptos labores, ab exitu laborũ ſpoliat impertito ſemel honore, imò tũc cumulatiora rependit præmia exhauſti agonis.*Et exaltaui*.Quæ in Aegypto, quæ in deſerto, quæ in Palæſtina geſſerit, vno verbo curſim cõplexus eſt. Mos enim hic deo eſt propter exuberantẽ in nos copiã beneficiorum, non ſenſim & per partes immorari eorũ enarrationi quę facta ſunt, *Ipſi autẽ me ſpreuerunt*. Tranſgreſſi ſunt,ait,legem meam,mandata dereliquerunt. *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus præſepe domini ſui*.Comparationes accuſationem exaggerant, præſertim quum cõſtiterint rerũ aut perſonarum inæqualitate, quẽadmodum & dicit Chriſtus,Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac,& cõdemnabunt eam.Rurſus, Regina auſtri ſurget in iudicio & condemnabit generationem hanc, quia venit à finibus terræ audire ſapientiam Salomonis.Rurſus Hieremias, Tranſite ad inſulas Chetim,& videte in Cedar.Mittite & cognoſcite, ſi mutabunt gẽtes deos ſuos:populus autẽ meus mutauit gloriam ſuã,qua de re nihil profuerit eis.Docet legis ſanctionem æquo animo tolerari debere nec inuiſam videri: oſtẽdit inſuper quantũ moderationis repetat ab hominibus, quando id ipſum vel brutis in procliui eſt rectè exequi.Addo etiã,facile eſt iis quę minus(quàm bruta)habẽt cognitionis.Dixerit quiſpiam,quia naturæ ductu habent cognitionẽ talium. Quæ igitur ab illis perficiuntur doctrice natura, à nobis fieri poſſunt cum aſſenſu liberæ volũtatis. Cognouit bos poſſeſſorem.Non quod ij vllo excellant dono,in medium adducit, imò potius, propter inſignem Iudæorum malitiam exauget reprehenſionẽ. Quemadmodũ enim vt diſceret ſuppudeſcere,citat elementa:ſic è diuerſo nõ iam hominibus eos cõparat, ſed brutis ipſis: imò his, qui inter bruta maximè ſunt expertia intelligẽtię,proinde illis etiã peiores eſſe oſtẽdit.Idem facit & Hieremias, turturẽ & hirundinẽ in mediũ adducens. Salomon etiã nunc quidẽ ad formicã, nũc verò ad apiculam remittit tranſigentẽ vitã per ociũ. *Iſrael autem me non cognouit*. Vehemens malitiæ acceſſio,quando domeſticè ac familiariter noti, tot inſuper cumulati honoribus repẽte omnes,ceu transfugę ad explendã malitiã ſeceſſerint vltronei.Non dixit Iacob,ſed Iſraël,vt oſtenderet filiorũ ingratitudinẽ eſſe multò ſuperiorẽ virtute ſui progenitoris.Is enim animi virtute benedictionẽ eſt aſſecutus,per quã appellationem hanc promeruit:iſti verò eã perdiderunt per legis tranſgreſſionem. *Et populus meus me nõ intellexit*. Me,ait,qui Sole ipſo illuſtrior ſum magiſq; cõſpicuus. *Væ genti peccatrici*. Hic quoque mos fuit prophetis, vt inſanabili malitiæ morbo laborãtes luctu proſequerentur. Sic & Hieremias multis in locis legitur feciſſe: itidem & Chriſtus, vt quum dicit, Væ tibi Corozain, væ tibi Beth-ſaïda. Hæc ſiquidem dicendi ratio,ſpecies vna eſt doctrinę. Quẽ enim reformare nõ potuit ſermo,hunc plerunq; luctus emendauit. *Populo peccatis pleno*. Alia hæc eſt obiurgationis additio,quæ omnes tangit etiã cum vehementia acrimoniæ. *Semini nequam*. Vtiq; non natiuam ipſorum originẽ traducit,ſed oſtendit ab ætate prima eos fuiſſe malos ſicuti & Ioãnes Baptiſta dicit: Serpẽtes,genimina viperarũ. Hæc increpatio nihil probri aut dedecoris infert naturæ. Neq; enim ſubiecíſſet,facite igitur fructus dignos pœnitẽtię,tales ſi natura fuiſſent, & ab ipſa mox natiuitate.Ad hanc dicendi formulam etiã hîc,dum dicit:Semini nequam. Nõ notam vllam infamiæ adfert natalitiæ illorum origini. *filiis ſceleratis*. Non dixit παράνομοι.Hoc eſt,nõ vobis væ qui prętergreſſi eſtis legem: ſed ἄνομοι,hoc eſt, qui nihilo melius vos geritis,atq; hi qui nullã aliquãdo legẽ acceperũt. Indicat præterea liberæ voluntatis excellentiã. *Dereliquiſtis dominum & ad iracundiam prouocaſtis*. Signatè dixit hoc.Idoneè enim ſufficiebat dei nomen ad maiorem acrimoniã reprehẽſionis,qua de re cum iiſdẽ & Hieremias expoſtulat dicens,qui ab eo defecerũt & dæmonibus adhæſerunt.*Sanctum Iſrael*. Et hoc facit ad vituperationis amplificationem. Nam quum ſit vniuerſorum communis dominus, ipſis tamen peculiariter innotuerat tunc. *Abalienati ſunt retrorſum. Quid vltrà percutiemini addentes legis prævaricationem*? Maxima condẽnatio,ꝙ nihilo fiunt meliores per cruciatus & irrogata ſupplicia.Eſt igitur ſpecies quædam beneficentiæ delinquentem punire.Neq; enim dicere poſſint quia honore ſolùm ac beneficentia multa affecit, peccatores autem dimittebat,imò verò ad ſe pertrahebat impenſo honore, ſimul & incuſſo timore ſuppliciorum eos moderatiores reddebat.Porrò illi inter vtraq; incurabili animæ morbo perſtiterunt inſanabiles. Omnem illis adhibuit ſpeciem medicationis, ſecans,vrens. Atqui morbus ne ſic quidem ceſſit:quod argumento eſt, illos vitio immedicabili laboraſſe, quippe quod nullam admittere poſſet curam. *Omne caput ad dolorem, & omne cor ad triſtitiam. A pedibus vſque ad caput non eſt in eo ſanitas,neque vulnus,neque liuor ſiue vibex,neque plaga tumẽs*. Deinde pœnas ſuppliciáque ediſſerit. Non enim ſpecies hæc munificentiæ inferior eſt honore in eos collato. Ait enim, Nemo fuit, quem non afflixerim,cui non iniecerim mœrorem. Si caput omne morbo languoréve laborat:quî fieri poteſt, vt nullum ſit vulnus, non item vibex aut cicatrix? Vulnus tunc conſpicitur eſſe vulnus,quum partes reliquæ corporis incolumes ſunt.Quòd ſi totũ exulceratũ fuerit,non iam apparere poteſt vlcus vllũ. Vult igitur palã facere, quia corpus omni ex parte ſqualleret vlceribus, non item, ꝙ pars hæc ſana eſſet, illa verò ſæuo vlcere intumeſceret:ſed vniuerſum redundaret inflammatione pituitæ,ſingulę partes vnus vibex ſiue cicatrix. *Non eſt malagma apponere*. Hoc priore grauius. Morbo enim quopiam laborare non tanti eſt periculi,vt eſt ægrotum nullis modis curari poſſe: præſertim quum talis adfuerit medicus. *Neque oleum,neque alligaturas*.Vt dilucidiorem redderet ſermonẽ, perſtitit in aſſumpta ſemel metaphora.Hoc enim propriè tranſlationi competit. *Terra veſtra deſerta*. Hæc non vt iam facta denunciat: ſed quaſi futura prædicit. Conſuetudine hac denunciandi vſi ſunt prophetæ,pariter conſulentes ſibi timore auditoris, & vim ſibi compertæ veritatis in apertam lucem exerentes.Vt enim quæ præterierunt,fieri non poteſt, quin

quin ſint facta: ſic quæ à prophetis affutura ſemel dicta fuerint, fieri nõ poteſt quin olim cõtingãt, prętereà ſi qui fuerãt plectẽdi, hos pœniteat cõmiſſorum *Ciuites veſtræ ſuccenſæ igni*.Nõ enim eas eſt prorſum demolitus, ſed reliquias quaſdã barbarici illius incẽdij ſupereſſe in hoc permiſit,vt vel melius ad aſpectũ veniret cõtuentium. *Regionem veſtrã coram vobis alieni deuorant:& deſolata eſt,ſubuerſa à populis alienis*. Calamitatẽ cumulat,quũ ſpectatores ipſi fuerint propriæ aduerſitatis,nec ſolo auditu eam didicerint. *Derelinquetur filia Sion,ſicut tentorium in vinea,& ſicut tugurium in cucumerario*. Magnũ quiddam in ſe continent iſtę ſimilitudines,id maximè in ſacra ſcriptura ad eorũ quæ dicuntur, dilatationẽ. Hieruſalem verò filiam vocat Sionis,quòd ei mõti ſubiecta ſit. *Quaſi tabernaculum in vinea,& quaſi tugurium in cucumerario*. Sublato enim fructu,cultoribuſq; ſummotis,ſuperflua deinceps fuerit ſtructura ciuitatis. *Sicut ciuitas quæ obſidetur*. Sanè hoc inuolucro ac ſermonis obſcuritate innuit eorũ & infirmitatẽ & derelictionẽ.Quum enim nemo adfuerit qui auxilietur: tunc neceſſe ſit eos cõcludi,quippe qui ſolã ſui tuitionem expectãt à mœniũ ambitu ac ſoliditate. *Et niſi dominus Sabbaoth reliquiſſet nobis ſemẽ, quaſi Sodoma fuſſemus: & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus*. Mos is ſẽper fuit prophetis nõ illa ſolùm prędicere quæ paſſuri eſſent grauia delinquẽtes,ſed & quæ digni erãt perpeti: vt ipſo in tẽpore ſupplicij, multam gratiarum actionem noſſent rependere deo, ꝙ non pro demerito delictorum luant pœnas,ſed multò minores. Sanè hoc ſubmonet etiam loco præſenti, quia peccata quidẽ eorum non iam dictas pœnas, ſed generis totius internecionẽ repoſcebant, vniuerſęq; gentis exterminiũ, quę & Sodomitis cõtigerunt. Dei autẽ erga homines clementia nõ hoc permiſit fieri, multo prę grauitate peccati minorem pœnã irrogans. Quum enim veteris teſtamenti multa ſit cognatio ad nouum,vtique etiam hoc meritò contentus eſt dicere Paulus, quin & propheta dixit ſuæ ætati cõuenientius. Quemadmodũ enim illo in tempore, niſi multa admodum fuiſſet dei miſericordia, omnes abrepti ad pœnã fuiſſent: itidem & tempore aduentus Chriſti,niſi quæ erant diuinæ erga nos gratiæ inclaruiſſent, vtiq; omnes perpeſſi fuiſſent illis atrociora. Niſi dereliquiſſet nobis ſemen, eos innuit,qui ex captiuitate ſeruati redierũt. *Audite verbum domini principes Sodomorum, attendite legem dei noſtri populus Gomorrhæ*. Quando dixit illos eſſe dignos qui iiſdem ac Sodomitæ,plecterentur cruciatibus oſtendit, quia auſi eſſent eadẽ atque illi perpetrare flagitia. Et eò à cõmuni appellatione ipſos nominat.Niſi enim hoc eſſet,intẽpeſtiuè fuiſſet loquutus propheta.Quòd enim pręſenti loco nõ in Sodomitas illos inuehitur,ſed aduerſus Iudæos intẽdit obiurgationẽ hanc, eos ſic appellans cõmunione nominis:quę poſt hęc illis dicuntur,declarant.Sacrificiorũ enim cõmeminit, oblationum itẽ,& alterius cultus lege præſcripti,cuius ne veſtigium quidẽ erat inuenire apud Sodomitas.Lex dei noſtri eſt argumento.Ait: *Ad quid mihi multitudo victimarum veſtrarum? dicit dominus:Plenus ſum holocauſtis arietũ: & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum & hircorum nolo*. Pſalmus quadrageſimus nonus per omnia loco huic eſt aſſimilis: Verbis quidem aliis, ſententiis verò eiſdem contexitur. Itaque quod in pſalmo illo legis, Aduocabit cœlũ deſurſum,& terrã diſcernere populum ſuum,ex æquo reſpondet huic, Audi cœlũ & auribus percipe terra:quia dominus loquutus eſt.Et cõ- ſimilis ſententiæ ſequẽtia.Etenim ſicut ait Dauid,Nõ in ſacrificiis tuis arguam te, holocauſtomata autem tua in cõſpectu meo ſunt ſemper.Sic & ait Eſaias, Ad quid mihi multitudo victimarum veſtrarũ? Dicit dominus.Et quidẽ Dauid rurſus,Non accipiã de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos: Eſaias autẽ, Holocauſtomata arietum & adipẽ agnorum & ſanguinem taurorũ & hircorum nolo. Nam quum perpetuò coarguerẽtur quod obambularent in atrio domini deſtituti virtute,pro ſua & maxima purgatione, victimas iugiter proponebant eas cõſecrantes:Iure optimo vterque propheta,veriùs alij omnes ab hoc colore ſuæ excuſationis eos eiiciunt. Quare omnino eæ victimæ non ſunt principio inſtitutæ: ſed ita vt eſſent ratio quædã inſtituendi Iudæos,& illinc auocandi ad aliam conuerſationẽ.Illi verò quum ſe totos occuparent in iſtis ceremonialibus,neglectis interim quę vrgebãt neceſſariò,Dixit deus ſe deinceps eiuſmodi ceremonias legis nõ admittere. *Neque veneritis*(ait) *vt appareatis mihi:ſi acceſſeritis,ad templum meum. Quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris*? Et quidem totus ille libellus qui Leuiticus dicitur de iiſdem hoſtiis cõſcriptus eſt, de his ſedulò ſanciens. Rurſus in Deuteronomio, in aliis item pleriſq; locis de his interſperſæ leges ſunt. Quo igitur ſenſu hîc ait, Quis quæſiuit hæc de manibus veſtris?Vt diſcas, quòd illa voluntas dei nõ fuerit principalis aut prægrediẽs: ſed ab illorum infirmitate ſumpſit exordiũ quæ de his eſt,legiſlatio. Quẽadmodum enim mulierem ſemel viro coniunctam nolebat ab eius communione diuelli,cupiens tamen grauiora mala excidere: nimirum,ne dum cauet interdicto viris à ſe eam excludere,huc neceſſitatis adigãtur,vt inuiſas ac domi exiſtentes iugulẽt:quod minus erat malũ,ob hoc fieri permiſit:ita ſanè & hîc. Interdicto cauit,ne victimas immolarẽt dæmonibus:eas tamẽ paſſus eſt ſibi offerri, vt quod cupiebat, rectà proueheret ac perficeret.Quod ipſum ſanè Micheas propheta indicãs ait, Nũquid victimas aut hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta? dicit dominus.Ait & Hieremias, Non ſunt hæc quæ mandaui patribus veſtris. Quum enim dæmonib⁹ cultura eſſet eatenus ritu eodem exhibita,quo & ipſe colebatur deus, ne qua vel vna occaſio perditionis illinc deriuata relinqueret infirmioribus,citra vllam intermiſſionẽ per prophetas omnes denunciat hæc.Siquidem illi propter oblata adeò nõ indignabãtur,vt etiam continuò carnium vſturam ac fumum repeterent,dicẽtes,quòd præmia hæc noſtris vigiliis ac labore digna obtinuimus: Deus autem ne initio quidem petiuit ſibi talia offerri: quo etiam tempore iuſſit, oſtendit quia non volens id permitteret, at ne quidem ſua ſponte ſolùm,ſed & velociter ſe demoliturum eos ſacrificandi ritus innuit.Cúmq; ſacrificarent, per omnia ſemel declarabat hoc ſe non tanti facere, nec accepta habere, quòd hic colendi modus longè eſſet infra dignitatem ſuæ maieſtatis. *Calcare atrium meum non apponetis*. Aut imminentem captiuitatem prædicit, aut certè interdicit eis aditu templi, ex quo conſueſſent ingredi non cum animi rectitudine. *Si offeratis mihi ſimilaginem,vanum*. Mandatorum enim hęc quidem propter ſe fiebant,illa verò alias ob cauſas iubebantur,vt fierent,ſicuti eſt hoc,deum nouiſſe, ne homicidium committerent, ne adulterarentur. & quæcunque talia, per legem ſanciebantur propter vtilitatem ex eorum obſeruatione prodeuntem. Atqui immolatio,incẽſi oblatio,obſeruatio Sabbathi,& quæcunque

quęcunque eiuſmodi è religione ſunt,non,vt hęc ipſa
ſimplici quadam ratione fierēt:quin potius,vt per ho-
rum aſſiduam commentationem curamq; abducerē-
tur à cultu dęmonum. Iſti igitur,quum hęc quidē per-
ficerent,nihil autem lucri è ſuis laboribus, nihil com-
modi referrent,ſed adhuc dęmonum culturę acquieſ-
A ſimili. βεβαίωσις. cerent,per hæc iure optimo eiiciuntur. Enimuerò ar-
borem meritò quis excidat,quæ quidem folia habeat
& ſurculos, fructum autem nullum. Etenim agricolæ
cura omnis eſt circa plantam, nō propter corticem,&
truncum ſiue caudicem:ſed vt perfruatur fructu. *In-
cenſum,abominatio,mihi eſt*. Vides,quia minimè ſe oble-
ctaret naturâ eorum quæ illi offerebātur, ſed alacrem
ac propenſam voluntatē obſeruebat offerentiū. Hac
Gene.8.d. ſanè gratia, fumum quidem illū nidoremq; ex hoſtia
Noë expirantem vocauit odorem ſuauitatis:hoc verò
Iudeorū incēſum ſibi eſſe dicit abominationē. Quod
enim dicebam,non ſacrificium deo oblatum ſed affe-
ctū explorat offerentiū. *Neomenias veſtras & Sabbatha.*
Obſeruandum,quia nihil excludit, nihil aufert ex le-
ge,eorum quæ proferent ad ſalutem:ſed quę Chriſtus
etiamnum aduenięs ad nihilū redegit.Quapropter &
Paul⁹ acriore vſus ſermone, dum aduerſus Iudęos pu-
gnaret:non hæc ſolum,ſed & alia non paulò plura his
proponens ,eos qui ex ſeſe nihil virtutis oſtenderent,
nihil illinc lucri referre omnino poſſe profeſſus eſt,ſic
Ro. 2.c.d. dicens: Si autē tu Iudæus cognominaris & acquieſcis
legi,& gloriaris in deo,& noſti voluntatē eius,& pro-
bas vtiliora inſtructus per legem.Rurſus idem.Circū-
ciſio quidem prodeſt,ſi legē feceris:ſi fueris tranſgreſ-
ſor legis,circunſio tua facta eſt præputium.Imò ne ob
id quidem quòd eis concredita ſit lex,dixit ex ea fide
ipſos quicquam vtilitatis referre poſſe,ex quo incredu
Pſ.49.c. li fuerunt,id quod variè inſinuans dicebat Dauid,Pec
catori autē dixit de⁹,Vt quid tu enarras iuſtificationes
meas? Nam quādo iſti hucilluc ſe cōferētes magno-
pere gloriabantur, ſibiq; placebāt audito legis nomi-
ne,operibus legis vacui, hinc Paulus hanc illis gloria-
tionē ademit dicens:Itaque qui alium doces,teipſum
non doces? Et,qui prædicas nō furandū, furaris? Nec
ſecus Dauid dicit,Si videbas furem, currebas cum eo
σκηνοπηγίαν. & cum adulteris portionem tuam ponebas.*Et diem ma
gnū non iam volo*.Pentecoſtē dicit,Scenopegiā,Paſcha,
ac reliquas celebritates.Ieiuniū & vacationē ab ope-
re. *Et feſtiuitates veſtras odit anima mea* . Hominū more
ipſos alloquitur. *Facti eſtis mihi ad ſatietatē*. ad ſaturita-
tem,ad odium. Plane hoc indicat inexplicabilem dei
longuanimitatē,quòd ſæpenumero peccantes pertu-
lerit,nec priùs peregerit reos, quàm ij qui deliquerāt,
propter malignitatis exuperantiam euocarentur.*Non
amplius remittam peccata veſtra*. In poſterum nō ero erga
vos lōganimis.Cōcinit huic,quod à Dauide dictū eſt,
Hæc feciſti & tacui.*Cum extenderitis manus veſtras ad me,
auertā oculos meos à vobis:etſi multiplicaueritis deprecationē,nō
exaudiam*. Per hoc liquet nullam eſſe orationis vtilita-
tem,quālibet in longū extendatur:quando is qui orat
γνώμη. obſtinate acquieſcit peccatis.Nihil eñ virtuti par eſt,
ſimul & voci quę operibus reſpōdeat . *Manus enim ve-
ſtræ ſanguine plenæ ſunt*. Hoc eſt homicidę. Atqui nō di-
xit φονικοὶ,id eſt,quę homicidia cōmiſerūt, ſed πλήρεις
plenę,indicans quia meditato & aſſiduè ad id peccati
ſe exercebant. Vt nuſquam nō vtitur amplificatione?
Proinde eſt & hoc moderatę cuiuſdam placabilitatis,
quando is qui interminatur pœnā,rationē reddit ſuæ
cōminationis.Cauſas enim ponit quę faciunt, vt non

A iam admittat orationē. *Lauamini , mundi eſtote*. Quum
dixerit,Non amplius dimittā peccata veſtra, quinam Quæſtio.
fit,vt idem det cōſilium : & cum oſtēderit eos imme-
dicabiliter ægreſcere, inducit alioqui correctionem?
Mos hic deo eſt,vt cōminationes intentās,deneget ſa Solutio.
lutem: quod eò facit,vt exaugeat timorē, neq; ob id,
ſuum ſermonē diſſoluat:vtq; ſpē proroget atq; inten-
dat meliorē,hac etiā ratione ad pœnitentiā rurſus ad-
ducat. Atq; nullo nō loco ſcripturæ videat quis hoc
fieri . Et quidem in Niniuitis non per verba ſed rebus
ipſis fecit hoc.In ſermonibus enim nihil benignitatis
aut clementiæ pollicetur: ſed cōminando nudam ia-
cere ſinit intentatā pœnā . Ex quo barbari omnes illi
quæ ſua intereſſe noſſent opere demōſtrarūt:quare &
ocyus irā diſſoluit. Sic & rurſus in pſalmo Dauid. An-
ticipaui enim dicere,quia hoc prorſus & in vniuerſum
B ſimile eſſet Procemio . Nā quemadmodū ait hic,La-
uamini,mundi eſtote, intentatis priùs minis:ita & ille
ſimulatq; dixit, Arguā te & ſtatuam cōtra faciē tuam
iniquitates tuas , intulit : Sacrificiū laudis honorifica-
bit me,& illic iter quo oſtēdam eis ſalutare dei . Lau-
dationē dicēs eam, inſinuat glorificationem dei quæ αὐτῆς.
per opera fit atq; ſcientiā, qua ad ipſum contēdimus.
Ne autē exiſtimarent præcipi expiationes eatenus il-
lis cōſuetas,audito hoc,Lauamini,mundi eſtote, ſub-
iecit: *Auferte malicias ab animabus veſtris, à conſpectu ocu-
lorū meorum: ceſſate à nequiciis veſtris* . Facilitatē oſtendit
virtutis,veramq; libertatē, & quia in eorum poteſtate
ſitum erat,vt imitarentur.*Diſcite bonum facere*. Vſque a- Loc⁹ ἀνακόλουθος
deò per immodicā maliciam, virtutis cognitionem à
ſe excuſſerant , quemadmodum ait propheta Dauid,
Venite filij, audite me : Timorē domini docebo vos. Pſ.33.b.
C omni eñ ſpecie cognitionis hæc vna ſciētia ſuperior
eſt,& quę pleniori eget ſtudio,quātò plura habet quæ
eam interpellent, impedimenta,puta naturæ tyranni-
dem,lentorem ignauiámq; liberi arbitrij, dæmonum
inſidias,turbam negociorum. Sanè & Baruch ad hūc
loquitur modū.Hic deus noſter, nō reputabitur alius
ad eum, Adinuenit omnē viam ſcientiæ.*Exquirite iudi-
cium*. Hoc eſt, iniuriis affectos vlciſcamini, quod ſanè
opus habet non mediocri negotio , animamq; requi-
rit peruigilē ac ſobriam.Quamobrē dixit, Exquirite.
Occurrūt enim permulta quæ obſcurēt ac veluti ob-
umbrent rectitudinem iudicij: ſordidus quæſtus cor-
ruptelàve per largitiones,ignoratio iuris,potentatus,
obſeruatio ſiue reuerētia, timor, obſequium cultúſve
perſonarū.Tum vel maxime peruigilio eſt opus. *Libe-
rate aliena iniquitate oppreſſum*. Hoc priore plus vigilan-
D tiæ exigit.Nō eñ efflagitat oppreſſor,vt quę iuſta ſunt
decernat iudex,ſed vt † ſerius proroget litem. *Indicate* τὸ εἰς ἕτερον ἄγειν.
pupillo & iuſtificate viduam. Multam init rationem deus
ac ꝓuidet,ne quis malignè patiatur. Maximè verò , ſi
qui miſerè affecti altera inſuper ſe implicuerint cala-
mitate. Viduitas enim parentúmq; orbitas,ętas pupil-
laris,vtrūque per ſe intolerabile malū.Quòd ſi ab aliis
eludūtur aliquādo,iniuriám ve accipiūt: duplex nau-
fragiū fit. *Et venite, & diſceptemus,dicit dominus*. Obſer- γνώμη.
uandum , quia per prophetas vbicunque ſcripturarū,
nihil ſic requirit deus , vt quòd iniuriis malè affecti
vindicētur.Sic ſanè & alibi,vt in Michęa aduerſus Iu-
dęos dicit,Si dabo primogenita mea,ꝓimpietate mea
fructū vteri mei ꝓ peccato animę meæ intulit.Annū- ἀπηγγέλλει, lege ἀπαγγελῶ.
ciabo tibi homo,quid ſit bonum & quid dñs requirit
à te,niſi vt facias iudiciū & diligas miſericordiam , &
paratus ſis ad ambulādum poſt dominū deum tuum.
Rurſus

Pſal.110.a. Rurſus propheta Dauid dicebat , miſericordiā & iu-
dicium cantabo tibi domine.*Et venite quæſo*.Mox vt iu
ſtificationibus ceu armis ſe pręmuniuit,tunc trahit ad
tribunal . Et poſtquā docuit quónam pacto expoſtu-
lationes culpaſq; à ſe excuterent , tunc repoſcit pœ-
nas,ne eos deprehendens defenſione deſtitutos, con-
demnet.*Et diſceptemus*. Iudicio contendamus, ait . *Etſi
fuerint peccata veſtra,ſicut coccinum:quaſi niuē dealbabo*.Qui
diſceptat iudicio, ſit patronus cauſę ac medetur. Dein
de declarans , quia etiamſi opera laude digna cōficia-
mus, etiā dum ipſis erga nos opus eſt benignitate , vt
exoluamur peccatorū vinculis.Ait, Si fuerint peccata
veſtra, vt coccinū: quaſi niuē dealbabo . Sūptis quali
tatibus inter ſe ex diametro pugātibus,pollicetur hoc
ipſum in diuerſum ſe eſſe permutaturū.Si verò vt coc-
De Diaconiſſis itelligit quæ præerant viduis,vt tū erat s. Olympias. cinū,quaſi lanā dealbabo. Viduarū dignitas ac pręfe-
ctura multa pollet virtute . Siquidē animā adeò pec-
B catorū eluuie ſqualentē , vt excepiſſe videatur tinctu-
rā nequitię,nō ſolū ab omni liberat malitia:ſed &ſplē
didā reddit & cumprimis illuſtrē. *Et ſi volueritis & ex-
audieritis me,bona terræ comedetis : ſi autē nolueritis,neque ex-
audieritis me,gladius deuorabit vos.Os enim domini loquutum
eſt hæc*. Quum enim abſolui à peccatis quiddā videat
iſtis intelligētię craſſioris ac rudibus minus eſſe deſy-
derabile(quòd nō ſit ſubiectū oculis & euidens)quàm
eſt bonorum vitę pręſentis fruitio: & eò,cū ipſa abſo-
lutione, etiam offert vltroneus bona hęc,& promittit:
Nanq; hoc pēdet ex illo. Deinde declarat,quā ſit vir-
tus obuia ac facilis, tantum ſi ipſe velis eam excolere.
Atqui ne animum remitterent ſpe bonorū ſibi repo-
ſitorum : peroratione cōuerſa ad terribiliū cōmemo-
rationem, ſermonē facit grauem ac fide dignum, eius
virtute qui hęc pronūciauit. *Quomodo facta eſt meretrix
C ciuitas fidelis Sion?* Hæc per dubitationē admiratio indi-
cat eius , qui loquitur dolorem , & nimiſquā multā in
Iudæis ſenſuum vacuitatem : quódque factum eſt,de-
clarat præter ſpem cōtigiſſe.Nec diſſimilia Paulus de
Ad Gal.1.a. Galatis admirabūdus ac hęſitās dicit. Admiror,quòd
tam citò transferimini.Id quòd ad digerēdas in ordi-
men culpas crimináve, ſpeciem etiam pręfert exhor-
tandi eos qui ad virtutem reuocantur.Quod hic dici-
tur,vt ſit admiratione dignum & laudum meminerit:
quanuis tamen obiectione criminum grauiorem red-
γνώμη. dit hanc reprehentionem.Non enim tanta cum acri-
monia eos obiurgamus qui nullius ſunt momenti, vi-
tamq; exercent flagitioſam,vt eos qui pri⁹ quidem vi-
ſi ſunt ſtudio virtutis excoluiſſe vitā , tandē verò edi-
diſſe documēta improborum.Meretricem hic vocat,
non quidem inſinuās abſcœnam illam corporis laſci-
D uiam: ſed malè gratam erga deum perfidiam, quę tā-
tò eſt grauior illa corporis proſtitutione. Etenim illic
homo cōtumelia afficitur: hîc vęrò de⁹ per cōtemptū
nō agnoſcitur . facit autē hic idem atque alij prophe-
tæ omnes, ex quo etiam deus ſua dignatione voluit in
ea ciuitate conuerſari ſub virili conditione , ſuā oſtē-
dens innenarabilē charitatē , de quo paſſim verba fa-
ciunt quaſi de viro ac muliere. Nō vt deum verbū ad
humanam craſſiciem deprimerent : ſed vt per res ver-
naculas eiſq; cōſuetudine familiares , ipſos velut ma-
nuducerēt ad cognitionē diuinæ erga eos dilectionis.
Simul verò quia ſtudebant eos inceſſere turpitudine
hac appellationis,fidelis. hoc eſt, pietatis cultrix om-
γνώμη. πόλις ἡ σώφρων. niq; virtute exuberās. Per hāc igitur dictionē, nimirū
palàm fit eum non loqui de ſcortatione corporū,quū
dixerit: Ciuitas quæ fuerat cōtinens ac pudica , Talis

A enim fuerat,vt ſe opponeret meretrici:nunc verò vo-
lēs ſubindicare nomine meretricis, notari eius impie-
tatem, adiecit quod ex contrario pugnāt cū ipſa fide,
Plena iudicij.hoc eſt,plena iuſticię. Acerrima rurſus hęc
eſt expoſtulatio,nō ꝙ ad malitiā vſquequaq; abſolu-
tā transfugiſſent: ſed quia virtutē ipſam prorſus deſe-
ruiſſent , vniuerſas inſuper diuitias bonorū momento
prope excuſſiſſent è manibus , & ad extremā malorū
paupertatem eſſent delapſi.*In qua iuſticia requieuit in ea*,
demorata eſt,ait,habitauit& tabernaculū fixit,hoc eſt
plantata eſt,radices egit,cū alacritate ab omnibus in-
colis ciuitatis cum laude directa eſt & perfecta.In eo-
rum immoratur laudibus qui iuſticiā priùs exercue-
rant,ſimul quidē exaggerans eorū reprehenſionē: ob
immutationē ſimul verò ſpem bonam illis obtendēs
atq; indicans facilè fore,vt poſtliminiò in integrū re-
B ſtituātur. *Nunc autem homicidæ*. Viricidæ,ait. *Argentum
veſtrum reprobum*.hoc eſt,peruerſè ſignatū,illegitimum
ſiue adulterinū,inſyncerum.*Caupones tui miſcent vinum
aqua*. Simul atq; præmiſit procemium , nō iuxta ipſo-
rum ſpeciē aut indolem , tum aperuit eorū maliciam,
nimirū quia cōtempſerunt , quia ſemen eſſent nequā
ac filij exleges . Videntur hæc mihi eſſe obiurgationis
& cōuicij verius,quàm accuſationis.Quinetiam præ-
ſenti loco ipſa proponit crimina ſecundum cuiuſque
ſpeciem.Ante omnia, quod malorū eſt & primum &
medium & poſtremū.nempe philargyriam,cōgeren-
dæ pecuniæ inexplebilē auiditatem, & quę circa com
mercia contractúſve verſatur,artem cauponariā.Cę- Orige. intelligit.
terū intelligentes quidā ineffabilem dei ſapientiam,
quod hîc dictū eſt, iuxta Anagogen, myſticū videli-
cet & ad ſuperiora prouehentē ſenſum ſunt interpre-
C tati. Nō eñ (ait ille) eximius hic intelligentiaq; ſubli-
mi ornatus Eſaias in redargutionē deſcēdiſſet aſtutiæ
numulariorū & cauponū corruptelæ : ſed hic (ait) ar-
genti nomine dei eloquia inſinuātur, pérq; vinum in-
telligit doctrinam,quàm turbulentè permiſcebāt, ſu-
peraddētes ſuopte ingenio excogitatam doctrinam.
Cōtrà , ego ne hanc quidē expoſitionem cōtempſe-
rim:alterā tamen cōfirmo eſſe veriorem . Non ſolùm
eñ iudico indignū non eſſe, vt tantus propheta hiſce
de reb⁹ exquiſitè loquaī ac diſcrepet: ſed & apprimè
dignum id eſſe prophetę coargutione ac benignitate
erga homines dei. Ecquid opus tā multis? Vnigenitus
ſiquidē dei filius quo tempore venit adferens ſecum
ſublimioris intelligētiæ doctrinā, quumq; eſſet inſer-
turus mētibus noſtris plantulas angelicæ cōuerſatio-
nis, ipſe etiamnum non pauca ediſſeruit de menſuris,
D déq; his quæ eſſe vidētur iam dictis viliora:puta de ſa
lutationibus,intermediis cōtractibus , primíſq; recu-
bitibus. Hæc enim quæ in ſpeciem videntur leuis eſſe
momēti,interim neglecta, plerunq; magna exhibent
incitamēta ad peccandū. Quòd ſi in nouo teſtamen-
to cōueniebat hęc dirigi, multò magis in vetere. quā-
doquidē nubilo craſſioris ſenſus auditores tegebant,
omníſq; vitæ eorum ratio huc rectà contendebat, vt
plebs tantò magis hiſce legibus inſtituta ab omni lō-
gius ſubmoueretur iniquitate,nec vllius proximorum
quicquā ſibi per auariciā vendicaret,neque dolo ma-
lo inſtitoriæ artis inopiam inferiorum ad perniciem
deduceret aut attereret. His ſiquidē neglectis,plerūq;
contigit ciuitates euerti,principes è ſoliis deiici.Bella ἄσπονδος πόλεμος.
inſuper citra ſpē vllam ineūdi fœderis promota ſunt:
quemadmodū è diuerſo,rebus iuſtè geſtis, pax multa
obuenit velut manuducens ad exercendam virtutem
per

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

A per optimã constitutionem legum,& earum stabilem custodiã. *Principes tui non obediunt.* Vehemētissimi morbi signum est & obliquæ peruersitatis,quando ij quorum est ex officio mederi,inferūt morbos. Principum enim est licentiosam & incūditam populi rebellionē cōprimere,& in officio continere, vtq; ad legum formulam obsequentes reddat. Iam quãdo isti deprehēduntur primi in præuaricatione legū, quo nam pacto aliis esse poterūt doctores? Illud em̄ ἀπειθοῦσι, hoc est, οὐ πείθονται non persuadentur,non inducunt in animū vt pareant legi,non exequuntur mandata. qua de re expostulat cū istis & Paulus, Qui igitur alium doces, teipsum nō doces? Vtiq; radix corrupta quum fuerit de ramis quid coniectandū est affore,quod ex vsu sit? *Participes furum.* Exaggeratio accusationis, quia adeò quæ intoleranda mala sunt, nō solùm non coërcent, vt etiã pro virili contendant in partem oppositã:fures enim non modò nō oppugnãt,sed ipsis etiam cooperantur flagitiosam malitiã exercentes ex aduerso virtutis eius quæ addecet vel maxime principē. *Diligētes munera.* Altera hęc species est pręter modū grauis cōgerendi auri,quę argumentū quidem habet plausibile & ipso aspectu pergratū, atqui pretextu istius amabilis beneuolentię probat tandē extremã delituisse auariciã. *Persequentes retributionē.* Iniuriam contumeliámve ab inimicis illatam ad memoriã reuocantes, eisq; qui se contristarũt, studiosè procurantes rependere vicē. Id quod insignis malitiæ est species. quamobrē multa cum sedulitate interdictum legimus non in nouo tantùm,sed& in vetere testamēto:malitiã enim vnusquisque(ait)proximi sui ne memineritis in cordib⁹ vestris. Maximè enim conuenit vnũquemq; popularē esse & affabilem, multò tamē magis oportet principem purum esse & immunē ab hac nequitia,vt ne per inimicitiam de his qui astant iudicandi, ferat sententiã: vt ne qui portus esse debuit,fiat scopulus. *Pupillis non iudicantes.* Hoc est,minimè defendētes iura orphanorum, vt legitimis suis facultatibus perfruantur. *Et iudicium viduarũ non animaduertantes.* Obseruandū est,quia nō additur in hac serie,flagitij quiduis aut maleficij illū admisisse: sed ꝙ nō sit exequutus bonitatē iudicij,in ordine maliciæ reponitur. Sanè & in nouo testamento eundem in modum. Qui enim esurientem nō pauisse deprehendentur, in illum emittētur gehennę ignem, nō quòd aliena rapuerint,sed ꝙ suas ipsorū facultates nō dispertiuerint in vsum egentium, quemadmodum sanè nunc hi etiã coarguuntur, non ꝙ alienis facultatibus inhiarēt,aut per potentiã opprimerent:sed quia egestosis ac pauperibus manū non porrigerent adiutricē. *Propter hoc,hæc dicit dominator dominus Sabaoth, qui præpotens est Israël.* Hoc est,qui præsidet populo. Non simpliciter apposuit dynastes,hoc est,ꝗ imperio plurimum pollet:sed & memoriã ipsis renouat beneficiorū in eos præter omniū spem collatorum,pœnarū etiam grauiū quas sustinuerant: ex quo sæpius à rectitudine aberrantes, nec tamē minore perfruentes dei patientia,in socordiã reuoluebantur: Vult hoc docere, quia illi possibile esset, reos peragere ac persequi quando vult:nec expectãda illi est vlla opportunitas rei gerēdæ,aut cōmoditas tēporis: sed ad nutū ei propēdent omnia,suntq; velut in procinctu adornata. *Væ qui fortes estis in Israël: non enim cessabit furor meus contra inimicos meos.* Quid vtiq; estis est miserius qui deū habent hostem sibiq; infensum? Porrò,nō conquiescet,dicebat, non eò vt illos ad desperationē adduceret: sed vt timorē exaugens ad pœnitentiã inuitaret. Hanc enim particulã,Non cōquiescet furor siue indignatio, formidabiliorē reddit,magísque terrificã,quod sequitur nēpe,Contra inimicos meos. Nihil em̄ sic consueuit exacuere irã dei, vt iniustitia per principū violentiam aduersus pauperes cōmissa. Vę autē fortibus,dicebat, non potentiã vllam aut principatū traducens simpliciter:sed eam fortitudinē quæ per maliciã inualescit. Hîc nanq; fortitudinē dicit,nō eam quę corporis est: sed principatū ambitu rerumq; opulētia quæsitum. *Et iudiciū faciam de inimicis meis.* De inimicis meis exigam suppliciū. Inimicos suos dicit qui inimiciter abutūtur pauperibus,dū eis insultant ꝙ tales sint. Eò hoc dicebat, vt nosse possis iniusticiæ istius magnitudinem. *Et inducã manum meam in te,& excoquã te igne ad purum.* Vt discas,qualis sit ira dei, & quæ ab eo irrogatur pœna. Nō postulo solū,vt mihi luant cōmeritas pœnas: sed B vt eruditi suppliciis ad meliorem vitæ frugem se recipiant. Et excoquã te igne,ad purum,ait. Itaq; siquando castigemur, nō tunc æquum est grauatim ferre eã castigationē:sed mox vbi peccauerimus, dolendū nobis est. Peccatum quidem fœdam eluuiem operatur, quã expurgat pœnæ inflictio. Quid illud est, Ad purgationē siue ad purum? Vt ne vllū sordis vestigium resideat penes te. Quod enim auro est ignis,hoc ignauis irrogatio pœnæ. *Inobedientes verò perdam,& auferam omnes iniquos à te,& omnes superbos humiliabo.* Qui enim(ait) insanabiliter ægrescunt animis,neq; obsequuntur pœnis eruditi,disperibunt. Ex horū enim vita quid emolumēti sperandū est affore,quando quãdiu viuunt,noxam inferūt & sibi & aliis? Cęterū qui expensa in illos animaduersione, meliores fieri possunt, perstãt. Mihi proinde hîc videtur subobscurè quidē captiuitatē insi- C nuare. *Et præficiã iudices tuos,sicut priùs:& consiliarios tuos, sicut ab initio.* Hoc loco ascensum eorū siue reditū denunciat,sublatis videlicet è medio iis qui incurabili ęgritudine laborarãt,& ad rectitudinē vitæ se recipiētibus qui poterãt specimen exhibere suæ diligentiæ. Reliquã insuper medelę speciem addit nec intempestiuè,videlicet administrationē seu pręfecturã probatorū principum & consiliariorū copiam qui boni sint: vt patres ciuitatis vndecunq; ad pristinã redeant sanitatem,dum obsequenter paret medicamentis, mediciq; adsunt ꝗ optimi. Beneficij nec mediocris loco habendū est,si cōtingat nancisci principes bonos. *Et post hæc vocaberis ciuitas iustitiæ,metropolis Sion.* Atqui nullo vnquã loco deprehendimus nomen hoc impositū esse Hierosolymorū ciuitati. Sanè hanc appellationē à rebus ipsis ei astruit:nobis verò ex vsu fuerit, siquã- D do Iudęi ex nobis reposcēt nominis isti⁹ Emmanuel, interpretationē. Esaias nanq; confirmauit Christum hoc nomine vocatū iri, nusquam verò vocatus legit. Nobis licuerit istis respondere, quia significatio rerū quas gessit,erat illi hoc nomē impositura, quēadmodum sanè etiam hoc loco. *Cum iudicio enim saluabitur captiuitas eius,& cum eleemosyna siue misericordia.* Cum iudicio,hoc est cū iusticia, supplicio & vindicta de hostibus sumendis. Cū eleemosyna,hoc est,per multa erga homines benignitatē dei. Duo hîc pollicetur eis dona,& quidē maxima. Prius, ꝙ qui eos abduxerant in captiuitatem,daturi essent pœnas. Alterum,quia fuerãt perfruituri prosperiore clementia temporis: quorum vnumquodq; sufficiebat per se illis maximã adferre animi voluptatem. Iam verò vtrunq; dum concurrit, indicibilis animo aboritur iucunditas, præsertim

ἀπειθοῦσι. γνώμη. ὁμοίωσις γνώμη memorabilis. γνώμη. עמנואל Nobiscum deus.

sertim quū cupiat ostēdere quia post longã captiui- A tatē,non luerint pœnã suis flagitiis dignã, & ꝓinde sua eraserint peccata:sed per eius benignitatem ad patriã reducuntur,quò fit vt eorū salus misericordiæ potius ꝗ retributioni asscribēda sit aut cōpensationi. Adiecit,Et cū eleemosyna. *Et conterentur iniqui & peccatores simul.* Species etiã hæc beneficij in eos collati tertia est,vt nemo supersit qui alios abducat à rectitudine& in fraudē errorémve pelliciat:sed nequitiæ magistros ꝗ lōgissimè amoliat̄. *Et qui dereliquerunt dominū, †cōsumabuntur.* Impij ait,disperibunt. *Ideo nunc confundentur per idola sua,ob quæ ipsi voluerunt.* Equidē nonnulli dicta hæc præsenti tempori accōmodare nitumtnr:sed nec illos incusabimus,magis rerum tenonem cōtinuationémq; sequemur. Sunt enim hæc quæ euentura dixit ipso statim hostium ingressu. Quo siquidem tempore barbarus regionem excursionibus depopulatus est, B ciuitatémq; circūsedit, oēs deniq; quasi medios haberet retib⁹ implicitos, nemo adfuit ꝗ suppetias ferret & vlcisceretur:nemo qui nubem illã dispelleret,ꝙ deseruisset eos deus: iure id quidē optimo. Nam ipsa rerum doctrice experientia,multa confusio aspersura eos erat qui idola colebant,ob quæ volebant,ait, circa quorū culturã studia sua collocarant. *Et erubescent in †sculptilibus suis,ob ea quæ fecerūt.* Obiurgationē ponit in ordine narrationis. Abunde em̄ poterat eos suppudefacere modus talis conficiundi sibi idola, etiam ante rerum exitum. Quid enim vsquã est indecorū magis & pudendum,ꝗ sibi deū aliquem confingere? *Et confundentur ab hortis, in quibus suam concupiscentiam expleuerunt.* Non enim statuas modò simulachráve proni venerabãtur,sed & hortenses colebant arbores. *Erūt enim quasi Terebinthus quæ folia sua deiecit.* Nū ij signãtur C qui ciuitatē incolebant? Porrò similitulitudinē arboris huius præteriit indictã, ꝙ planta eiusmodi vernacula illi patriæ sit admodū & apud eos numerosa, simul quia vbi primum adolescit,floret supra modū,& vernanti coma pullulat. Eadem mox vt folia decusserit,extremã ostentat deformitatē. *Et sicut hortus non habens aquam.* Hæc quoque similitudo secunda priore est dilucidior, fidémq; facit eorū quæ in priore dicta sunt. Horto em̄ germinante ac florulento vt nihil est iucūdius:ita destituto coma virenti nihil in amœnius. Vtraq; hęc in illa metropoli fuerūt. Vt em̄ fuerat numerata semper inter optimè institutas ac splēdore nominisclaras,innumerísq; exculta ornamētis:ita demū omnib⁹ abiectior effecta est,pręq; cæteris dedecorosior. Vsq; adeò derepēte diuitias à se excussit toti⁹ sui decoris. *Et erit fortitudo eorum quasi stipula stupæ.* Priores D quidē similitudines assumptæ sunt ad ingerēdum eorū animis mœrorē:hęc autē ad declarandã infirmitatē ipsorū inducta est. Omnesverò plurimū habēt euidētię & perspicuitatis,rēq; dilucidè &cū emphasi exprimūt. Quasi stipula stupę. Hoc est,imbelles. *Et opera eorum quasi scintilla ignis.* Ostendit hîc quia in sua quiq; domo ac familia mala operarentur, eóq; captiuitatē sibi pepererunt. *Et fornacem succenderunt.* Quemadmodū em̄ scintillæ incidentes in stupam exuscitant ignē: sic horum peccata in vnum aggesta diuinã incenderunt iram. *Igne consumentur iniqui & peccatores simul, & non erit qui extinguat.* Iterum salutem denegat propter iam dictã causam: non vt spem abiiciant suæ salutis, magis vt hac saltem ratione,crescente in eis timore à se lentorē inertiámve animi excutiant. Hîc prætereà aliud quiddã tacitè innuit,nempe inexpugnabilē esse dei potētiam,nec vllū esse qui ex aduerso se opponat, eo feriente & de peccatoribus expetente vltionē,quique valeat absoluere ab his quæ inuexerit malis. *Verbum,quod factū est ad Esaiã filium Amos.* Liquet hinc nō vno & cōtinenti tempore, prophetas sua edidisse oracula omnia:sed pro diuersa qualitate tēporis (dū numine aspirarētur)quasdã enunciabãt†incisiones,quæ tandem cōscriptæ librū vnū sua omni parte absolutū perfecerunt. Eóq; sic capit exordiū. Atqui non hinc modò manifestum nobis euadet id & euidens: sed & ex his per quæ progressus etiã tempora annotat. nūc quidē dicens annū quo ingressus est Nathan in Azotum:nunc verò, Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex, Vidi dominū sedentē super solium excelsum & eleuatū. Non em̄ quemadmodū Pauli epistolę & Euangelia in vnū contracta sunt, itidem & prophe- B tiæ: sed quod priùs dixi, pro diuersa qualitate temporum conscriptæ sunt. quare& aliud hîc sumit exordiū sui sermonis. Neque ob eam modò causam:sed & ꝓpter susceptū semel argumentū de quo erat sermonem habiturus,maximè vt prophetiæ in suas quæque classes seponerentur, essétq; earū intelligentia sublimior. Etenim de gentiū vocatione, de splendore prędicationis, de dei cognitione ꝓpaganda per vniuersum orbem,déque pace quæ terram occupatura erat, nobis edisserit. De eiusmodi dogmatis tractaturus, Iudææ interim cōmeminit & Hierusalé,nec id absurdū aut nouum. Quod em̄ dicebatur, ꝓphetia erat ꝓpriis nomenclaturis quadamtenus adumbrata: quãquã & Dauid psalmum conscripturus septuagesimum primū, eum inscripsit nomine Salomonis. Aliquantum enim progressus, Salomoni tribuit multo maiora ꝗ C conueniebat asscribere eius dignitati, veriùs autem ꝗ agnouerit omnis hominū generatio naturáve. Illud enim, Ante solem permanet nomen eius: Et, Ante lunam thronus,& quæcūque talia occurrunt,nemo eorum qui etiam vehementer delirant, fateatur dici de humana natura. Sed & Iacob. Quū nunc dicturus hęc foret Esais atque adeò plura his prædicit. Etenim cū gentiū vocatione mortem adiecit,resurrectionem simul & tempus quo affuturus erat. Nec tamen palàm ea euulgauit Iacob: sed sub inuolucro nūcupaturæ filij texit quæ fuerat dicturus,& ad hunc modū ea pręedixit quæ euentura contemplabatur, quum Iudæ loqueretur,prout testimonio fuit rerū exitus, quas præcinuerat cū laude gesturum esse Iudam. Neque enim Iudas expectatio fuit gentium. At ne tunc quidē trib⁹ Iudæ illustris fuit, quãdo publica administratio ipso- D rum exoleuit ac defecit:imò isthæc omnia aduenīete Christo facta sunt. Quòd si tantillum suppuderet Iudęos qui † particulam hanc prophetiæ dolo malo interpretantur,imò abrogãt:maximè quidem nec difficilè reuinci possent per ea quæ dicta iam sunt, modò aliquis solerter ꝓphetica ipsa oracula adimpleta, totámque sententiam decenti cum attētione examinãs, dicta accōmodet factis. Ex abundanti itaq; copia liceat istis oppilare†os,nō per ea quæ per Christū dicta sunt:sed ex iis quæ per ipsorū patriarchas sunt prędicta. Hoc vt manifestū fiat, pro virili connitar, ostendēs multa quidē à prophetis dicta esse in eos qui†ambitu grassabãtur ad occupãdos magistratus. Porrò ea oracula in ipsos reciderunt qui ex illis erant, Exempli gratia,simul atq; dixero historiam vnam & alterã, arbitror assequuturum me propositum scopum. Etenim quando Iacob Simeone & Leui ad se accitis, quę ipsis

euentura

προσέμιοι lege ἄνομοι. † συντελεσθήσονται, consentiente Aldo. Hie. habet cōsumentur. † Exemplar habet γλυπτοῖς, pro quo Ald. κήποις, et pro ἐποίησαν, Ald. ἐπεθύμησαν. Pro Terebintho, Symmachus vertit δρῦς, quercus. Incidentes subaudi, τοῦ στυππίου in stupam.

Cap. II. † περικοπάς. Deus iudiciū tuum. Gene. 49. † τῆς προφητείας τὸν νόμον legē. sanctionem, portionē. † ἀποῤῥάψαι consueuere. † φιλάρχους, forsan φυλάρχους tribuum principes, tribunos.

Universidad de Deusto Biblioteca

eventura essent,prædicit:sic dicebat, Simeon & Leui fratres.Dein eorũ iniquitate palàm traducta & increpita iniusta cæde quã exercuerant in Sichimitas,progressus aliquantũ ait,Diuidã eos in Iacob , & dispergam eos in Israël . Nemo autẽ videat hoc in Leui ac Simeone esse factũ:sed in tribubus quę ab vtroq; profectæ sunt.Etenim tribus Leuitica dispersa est, quãdo vnaquęq; partẽ ipsius tribus obtinebat decimã. Siue etiã tribus Simeonis quæ eandẽ propemodũ dispersionem perpessa est,dum se porrexit,& sortitò extendit per vniuersas alias tribus:nec vt alia quęuis tribus, accepit sortitionem suæ coloniæ coũnitã & inter sese conspirantẽ.Iacob insuper tot à patre acceptis benedictionibus,ne vna quidẽ perfruitus est.

à patre Isaac.

Ipsius enim pater illi prędixerat affuturam exuberantẽ copiã prouẽtus annui:quódq; Esau perpetuo dominaretur.Atqui vix etiã huic suppetebãt necessaria, suámq; familiã alebat cõductitia mercede. Tãtum insuper abfuit, vt dominiũ obtineret in fratrẽ , vt sibi etiã malè metueret ab illo,& extremè periclitaret,ac semel duntaxat magno cũ timore factus illi obuius , magnopere optabat posse fuga cõsulere suæ saluti. Ad hæc igitur quid nobis dicendũ?Quòd mẽdax sit prophetia?Absit.Imò quia mos hic est ꝓphetis creberrimus, vt dicant quæ euentura sunt aliis subiectis personis, & interim abutãntur aliorũ nominibus, pro aliis:id quod in Chanaan factũ cernitur.

Mos prophetis creberrimus.

Neque enim videmus illũ fratribꝰ seruiuisse,nec verò ob id inefficax fuit aut intercidit patris in illũ maledictio : sed exitũ sortita est in Gabaonitis qui ex genere Chanaan progñati sunt. Eteñ quod in serie execrationis illius dicebatur, erat prophetia. Tot itaque & istius generis permulta exẽpla quũ suppetant nobis , quæ nos edoceant,quoniã non pauca eorũ quæ dicta sunt, de aliis quidẽ dicens propheta,in alios reciderũt, quódq; nominibus abusi sint ꝓphetæ:quid mirabile videri debeat, si nũc quoque ꝓpheta nomen præferens Iudææ & Hierusalem, ad ecclesiam pręludit?Ipsi enim quum sermo esset ad eos qui erga dominũ ingrati , prophetas etiã neci cõtraderent, exurerent eorũ libros, altaria suffoderent: meritò velamen ipsis imponebatur in lectione veteris testamenti,iuxta beatum Paulum.Quòd si libri intercidissent,nunquid poterant intelligere vim ꝓphetiæ, quę de Christo erat?Nunc quando ipsum præsentem & miracula edentem,in plenitudine propriæ virtutis consistentem , argumentũ insuper ac specimen exhibentem cõcordiæ consentiẽtis cum patre:nihil veriti sunt,neq; conquieuerunt , donec illũ affigerent cruci. Imò ne ab his quidẽ sibi vllo modo tẽperauerunt qui de eo loquebãtur, quos ꝓpterea continuò opprimebant etiã lapidũ iactu. Eam ob rem propriis & vulgariter notis nominibus acquiescũt prophetæ ac immorãtur perlibẽter,tali prætextu personę suas obscurantes ꝓphetias. Nã ꝙ de Iudæa & Hierusalẽ sermo hic nõ sit:ꝓducta in mediũ magnáq; sententia,† quæ iam dicta sunt,exactè nouerimus: *Quia erit in nouißimis diebus manifestus mons domini.* Obserua exactam diligẽtiam prophetæ dicentis,nõ quæ facta modò sunt,sed & tempus adnotantis. Etenim secundũ id quod ait Paulus,Quando autem venit plenitudo temporũ. Et alio in loco rursus, In dispẽsatione plenitudinis tẽporum:ad eũdẽ sensum dicit ꝓpheta, In nouissimis diebus. Vocat autẽ nomine mõtis Ecclesiam simul & inexpugnabilem dogmatum eius traditionẽ.Quemadmodũ eñ,mõtibus licet quis obuallet & obiiciat mi-

†dictione.

Ad Gal. 4.a

Ad Eph. 1.b.

litũ milia decẽ:& hi quidẽ intorqueãt arcus, isti cuibrent hastas & eiaculentur, illi genus omne molitionis admoueant & bellica machinamenta,illa vt adsint omnia,nihil noxæ aut detrimenti inuehent soliditati montiũ. Illinc potius secedere cogentur consumpta inaniter sua fortitudine. Sanè idipsum cõtigit ad vnũ omnibus qui appugnarũt ecclesiã: hæc quidem incõcussa perstitit, illi è diuerso deperdita propria virtute, indecoris infamiæ notã incurrerunt:dum eam feriũt, euanescunt:dum iaculantur in eam , imbelles reddũtur : dũ cædunt flagris , ab his vincuntur qui malè affecti sunt. Ita enim modus hic victoriæ sanè quã admirabilis est:nec hominibus, sed soli deo(qui potest) asscribendus.Nec admodũ est mirabile ecclesiam vicisse,sed quia sic vicit.Insectationes persecutionésque perpessa est,innumeris modis contusa est,& minutim discerpta:ne tamen inferior euasit , imò emersit effusior. & eos qui aduersus eam talia moliebãtur,redigebat in nihilum,tantum erat vt illi patiẽter tolerarent, quod & Adamas ferro admotus facit,ab ipso dũ feritur tantùm,solidã illã vim ferri ipsum percutiẽtis dissoluit.Stimuli insuper aduersus calcitrones,ipsi quidẽ nihilo fiunt hinc obtusiores : pedes verò calcitrantiũ cruentant.

βαβάϊσις. Alteracõ firmatio à simili.

Sanè hanc ob rem , ecclesiã vocauit montem. Quòd si metaphoram non admittit Iudæus : vel ex domestica,sibiq; familiari scriptura accipiat argumentũ. Hic eñ idẽ ꝓpheta prædixit lupos & agnos pascua herba in cõmune vsuros,deum quoq; sibilaturum ad muscas & ad apem: & quia fluuium violentũ adduceret aduersum Iudæos, eò quod hi habere noluerint aquã Siloë.quæ quidẽ si quis pergat excutere per singulas dictiões & interpretari,intelliget vix vllo acumine ingenij , vlláve cõmentatione apprehendi posse.

Esa. 65.d Muscas ob idololatriã Aegyptos vocat Esa.7. & apem, Assyrios.

At certè quisquis approbat quę per eũ loquẽdi tropum innuuntur,multiuariam†deprehẽdet sententiarum consequentiam. Quid igitur insinuant nobis, quæ per iã dicta scripto cõsignantur?Per lupos quidẽ & agnos,hominũ mores:illi quidẽ efferati & beluę in morem agrestes,hi autem cicures ac placidi. Per muscas verò, ĩpudẽs planè obscœnitas ac turpitudo Aegyptiorũ:denique per fluuiũ,violẽta illa innuitur fortitudo barbarici exercitus : Itémque per Siloah, insinuabatur mansuetudo & placabilitas eius,qui tũ Rex imperabat populo Iudaico . Aduersum hæc occurrit nemo qui cõtrouertat, etiũ eorũ qui vehementer desipiunt. Quemadmodũ eñ illa aliis sunt expressa nominibus:sic & immotã soliditatẽ,sublimitatem,inexpugnabilem & inuictã potestatẽ ecclesiæ velut ænigmate indicauit appellatione montis.

†desit hic verbum, forsan εὑρήσει.

שלח fons perennis ad radicem montis Sion,at certis horis fluit. de quo Esa.8 Ezechiã intelligit. Ezechia nimirum.

Etenim propheta alter eos qui totã spem ac fiduciã suam in deũ proiecerunt,cõfert mõti, perspicuè volens ostendere taliũ vim esse inuictã.Res hęc dilucida adeò est, vt nulla deinceps egeat per sermonẽ interpretatione . Ipsa enim rerũ natiua indoles ad eum modũ , vocem edit tuba quauis clariùs resonantem , exhibens omnibus spectandũ decus ac splendorem ecclesiæ. Non enim iste sol tanto nitore splendescit , non item lux ex ipso emicãs illustre adeò iubar effundit,vt res gestę ab ecclesia.Eteñ domus dei super mõtes altissimos collocata est. Quo igitũ pacto queat id interpretari Iudæus? Nusquã enim legimus Iudaicum templum in summis mõtibus esse exædificatũ: Ecclesiæ verò potestas ipsos pertingit cœlos,& tanquã domus supra verticem montiũ posita omnibus se exhibet conspicuam. Vsqueadeò ipsa,multò etiã amplius omnibus inclaruit.

Psal.124. Qui confidunt.

Et

Et exaltabitur super colles. Hoc ipsum rursus interpretatꝰ est, quod nullo vnquã tempore contigit fieri in tẽplo illo:ne tunc quidẽ, quando videbantur Rempublicã q̃ optimè administrare. Quomodo eñ, quãdo & ab ipsis Iudæis nec semel affectũ est insigni ignominia, barbarorũ denique manibus ex hominum conspectu sublatũ est.Cõtrà,Ecclesiæ fortitudo oppugnata quidem est, † q̃ illud fuit, atrociùs & immaniùs multò: ne sic tamen cessit vnquam se oppugnantiũ manibus, imò sublimior effecta est & illustrior , quum hostium insidiis appeteretur.

† desit ñ quam.

Sanè tunc emicuerunt numerosę turbæ martyrũ, tunc cõfessorum frequens multitudo inclaruit , animę tũ ipsa ferri duritie rigidiores se esse declarabant, eóq; expressiùs astris ipsis suum diffundebant splendorẽ. Corpora quidẽ minutim cõcidebantur, at mens inuicta manebat, præualebat & coronabatur. Quis vidit,quis audiuit cædem gestare coronam?Iugulationem operantem victoriã? Tum etiã exercitus splendidior euasit,quãdo visi sunt plures iugulari ab hostibus : *Et venient ad eam omnes gentes.* Progressu ipso euadit ꝓpheta explanatior , suiq; sermonis retegit velamen , proinde & prophetiam exhibet dilucidiorem, oráq; Iudęorũ consuit absolutiùs. Hoc eñ oraculũ suo templo Iudæi non poterunt accõmodare,etiamsi nimisquã sint impudentes,nec sciant sup pudescere,quandoquidẽ legis edicto, gentibus interdictũ fuit ingressu templi, etiam atque etiã prohibitũ ne illud subirent:quandoquidẽ lex etiãnum multa cũ interminatione ipsis interdicebat cõmercio ac permixtione gentium,próq; eiusmodi extremã reposcebat pœnam. Certè propheta Aggęus suam omnẽ ꝓphetiam in hoc consumpsit,id intentans criminis loco,interminans supplicium, pœnas reposcens , ꝙ indecorè, nec vt conueniebat sibi asciscerent generos. Atqui nostra,talia non sunt.Ecclesia enim omni cum impunitate,expassis finibus quotidie excipit & reclinatis manibus vniuersas vndecunq; terrarũ gentes. Etenim primi illi doctores dogmatum nostrorũ hoc ipsum vt facerent,mandatum acceperunt ab vnigenito,hac confestim exaudita voce: Profecti docete oẽs gentes. Animum mihi aduerte, quomodo ꝓpheta nõ solam subindicauit gentium vocationẽ:sed & exprõptam & alacrem adiecit earum obedientiã. Non eñ dixit,onera grauatim ferent aut ingemiscent: sed venient.id quod alter propheta dilucidius ostẽdens dicebat:Nequaquã docebit vnusquisq; fratrem suũ, dicens:Cognosce dominũ,quia omnes cognoscent me à paruo vsq; ad magnũ inter eos.

(ἐκ καὶ ἀχθήσον) ἀλλὰ ἥξουσιν.

Hier.31.f.

Propter Iudæos eñ creatura etiã ipsa in primaria elementa resoluta est, assiduæ illis intentatæ sunt cõminationes, continua supplicia.Miracula alternis sibi succedentia, prophetarum varij discursus, legislatoris timor , bellorũ intentatæ comminationes , excursiones impressionésq; barbarorũ,iræ & vindictæ in eos à deo immissæ, animaduersiones è cœlis in eos inuectæ , & nihilominus persistebant prædurę ceruicis & incircuncisi, quẽadmodũ dicebat Stephanus, rigidi siue præfracti & nec facilè cõdonantes. Ad gentium verò vocationẽ satis fuit nudum ac tenue verbũ,soláq; auditio.etenim cõfestim accurrerunt omnes. Quod equidẽ Dauid ipse subindicans,dicebat: Populus quẽ non cognoui , seruiuit mihi.Proinde admirans hic tã celerem obediẽtiæ modũ , adiiciebat : In auditu auris obediuit mihi. Hoc ipsum & Iacob obscuriore multo sermone subindicãs dicebat,Ligans ad vineam pullũ suum,& cla-

Act.7.f.

Psa.17.d

Ge.49.b

τῇ ἕλικι, quæ species

uiculis hederæ seu capreolis vineæ pullum ásinæ suæ. Nam quis aliquando vidit pullum hedera adstrictũ? Et astantem vineam,& pullũ non eam obligurientem & depascentẽ? Id quod nemo de brutis cõcesserit:de hominibus id fuerit factũ multa cum sedulitate.Eteñ Iudæi innumeris obuincti ceremonialibus ligaturis, cõtriuerunt iugum,disruperunt vinculum, sicuti dicit ꝓpheta.

est hederæ. Diosc. 2 cap.195

Gẽtes verò quũ nulla tali obligatione adstrictæ essent, propensius obedierunt(quasi si pullus alligetur helici hederę) nec quicquã labefactarũt eorum quę iussę sunt facere, sed astiterunt multã ostentantes obediẽtiã: *Et ibunt populi multi,& dicent:Venite & ascendamus ad montem domini & ad domũ dei Iacob.* Vide,vt hi chorũ celebrent,festos agãt dies , mutuis se adhortãtur verbis. Doctores deniq; fiũt oẽs. Nõ vna gens,nõ altera,non tertia:sed perquã multę eò cõcurrunt. Veniẽt eñ(ait) populi multi & ex diuersis regionibus ac ꝓuinciis , quod sanè de Iudæis nunquã contigit dici posse. Sed & quidã eorũ licet accesserint, pauci quõdã ꝓselyti & hi multa cum difficultate, neq; hi vnquã dici potuere gentes , sed proselyti. Proselyti enim ad te transibunt,tibíq; erunt serui, ait scriptura. Quòd si propheta immoratur metaphoræ,vocans montẽ etiã domũ dei Iacob,ne mireris.

προσήλυτοι aduenæ peregrini. גרים

Vt enim anteuerti dicere, nunc quidẽ propemodũ explanat rem & apertius eloquitur,nunc verò suã tegit & obumbrat prophetiam. Illud quidẽ eò facit, vt iis qui perspicaciore sunt intellectu, occasiones præbeat simul intelligendi quæ dicuntur:hoc verò, vt perfidorũ impetum insolescentẽ ac tumultuariũ cohibeat.Sermonem suum nullo non loco exornat varietate mirabili. Quia verò dixit deũ Iacob , nihil est dilectissime ꝙ turberis aut interstrepas. Eteñ vnigenitus dei filius, etiã deus Iacob erat. Ipse etenim legem dedit & inter Iudæos stupenda illa miracula edidit ad vnum omnia.Idq; nosse liceat maximè ex lectione veteris testamenti. Iam quando Iudæi nullã rationẽ ineũt noui testamẽti , Hieremias siquidẽ ait:Statuã vobis testamentũ nouum, non secũdum testamentũ quod disposui cum patribus vestris, declarans quia legis vtriusque idẽ fuit conditor.Quia verò idem eos eripuit è iugo Aegyptiacæ seruitutis, hinc intulit:In die qua apprehẽdi manũ meã , vt educerem eos de terra Aegypti. Quapropter idem eos eduxit,& omnia illa quæ in Aegypto gesta sunt , & in eremo edita sunt miracula,idem ipse fecit: *Et annunciabit nobis viam suam,& ambulabimus in ea.* Vides,vt aliã quandã legẽ efflagitent? Viam eñ cõsueuit scriptura accipere pro dei mãdatis.

via dei, mandata eius.

Quod si de priore testamẽto intellexisset,vtique nõ dixisset: Annũciabit nobis. Illud eñ testamentũ prius nulli non manifestum fuit, perspectũ omnibus& familiariter notũ.Quódq; hæc dicamus non animo fallendi:quę dicta iam sunt,sufficiunt abunde illos aspergere impudenti ignominia. Non enim modò viæ cõmeminit,sed & qualitatẽ dicit istius viæ,multáque vt internosci queat , addit insignia,quippe qui adiecit:Ex Sion enim exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Ad hæc ne hiscere quidẽ poterunt Iudæi , nimisquã licet sint impudentes.Siquidem hæc ꝙ dicta sint de nouo testamento: ex loco,ex tẽpore,& per eos qui legẽ exceperunt,per rem quoq; gestam secundũ eam legem,sed &,vt ingenuè dicam , ex omni parte testamẽti illius colligere liceat & nosse.In primis quidem à loco,nempe à mõte Siõ. Lex eñ illa per Mosen data est in monte Sinai ipsorum progenitoribus.Qua igitur ratione dicit hîc

Ex,

Universidad de Deusto Biblioteca

Ex Sion? Nec illi ſatis fuit locũ modò indicaſſe: ſed & tempus adiecit. Non enim dixit, Ἐξῆλθε νόμος, exiuit lex: ſed ἐξελεύσεται νόμος, exibit lex, quòd ſanè tẽporis eſt futuri & index rei nondũ geſtæ. Lex enim per multos antè annos ꝓmulgata erat, quàm hęc diceret propheta: poſt plures etiam danda fuerat noua, qua de re nõ dixit, Exiuit ſed exibit, hoc eſt, poſt hæc. Rurſus ad eundẽ cõfugit locũ, dicens: *Et verbũ domini de Hieruſalem.* Exacta cũ diligentia hîc cõſtituit inſigne quo internoſci poſſet nouũ à vetere teſtamẽto. Etenim nũc quidẽ in monte ſedens ſublimia illa & apice cœlorũ digna prorſus mandata lege ſanciebat: nunc verò in Hieruſalem morã trahebat. Propheta igitur & locum & tẽpus indicans, eos quoq; annectit qui eã legẽ erãt excepturi, vt omni ex parte ora oppilaret reclamãtiũ. Quínã igitur erant eã excepturi? Nũ populus ille Hebræorum & Iudæi? Nullatenus, ſed qui ex gentibus. Eóq; intulit: *Et iudicabit inter gentes.* Peculiare enim munus legis eſt ſententiã ferre inter litigantes, & litem dirimere. Sanè ꝙ nõ de vetere hic ſit ſermo, ex ipſis rebus perſpicuũ euadit. Neq; enim ſabbathiſmũ illum obſeruamus, non admiſimus circunciſionẽ, non illorum item dies feſtos, ne tantillũ quidem veterum ceremoniarũ. Audiuimus ſiquidẽ dicentẽ Paulũ, Quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit. Et, Dies obſeruatis, & mẽſes, & tẽpora & annos. Timeo ne fortè fruſtra laborauerim in vobis. Vnde liquet quia ſermo hic eſt de nouo. Eſt em̃ ſui iudicij ſententiam ꝓnunciaturus inter gentes, quemadmodum ait Paulus: In die, quãdo iudicabit deus occulta hominũ. Quánam iuris formula iudicaturus eſt? dic mihi. Secũdum teſtamentũ vetus? Nullo modo. Sed ſecundũ euangeliũ meũ. Verba quidẽ vidiſti differẽtia, ſententiæ tamẽ cõſentiũt. Eſaias ait, Iudicabit in medio gẽtium: Paulus verò, iudicabit ſecundũ euangeliũ meũ. *Et arguet populum multum.* Eos nimirũ qui inter ſe bella cõciuerint, cũ trãſgreſſoribus legis. Idq; perſpicuè docens, dicebat Chriſtus. Nõ ego iudicabo vos, ſed ſermo quem locutus ſum, ille iudicabit vos. *Et concident gladios ſuos in aratra, & lanceas ſuas* (aliâs) *tela ferrea & ſpathas. Et nõ accipiet gens cõtra gentẽ, gladiũ, & nequaquã vltrà diſcent præliari.* Non acquieuit ꝓphetę animus in prioribus ſignis. Veritas em̃ opulenta admodũ eſt & copioſa. ob quam rationẽ, inſignẽ notã ponit, qua à vetere nouũ poſſet internoſci teſtamẽtũ, quod per vniuerſum orbem terrarũ ſplendeſcebat. Quod quæſo illud eſt? Pax, bellorúmq; abrogatio. Hæc em̃ quum fient, ait, tanta legitimè viuendi conditio & æquitas occupabit vniuerſum terrarũ orbẽ, vt & ipſa belli arma per fabrilẽ excuſionẽ vertẽtur in inſtrumẽta agricolationis. Id quod nemo videre potuit factũ per Iudæorũ tẽpora, imò res omnis in diuerſum abiit. Quo enim tẽpore floruit Reſpublica Iudęorũ, nullo vnquã tempore interquieuerunt, quin vel cum hoſtibus pręlio cõgrederẽtur, vel ipſi oppugnarentur, illis eos aggrediẽtibus diu interdũ, nonnunquã remiſſius. Etem̃ qui è vicino habitabant, imò veriùs qui in ipſa Palæſtina cõmorabantur, plerunq; eis faceſſebant negotia perplexa admodũ & permoleſta. Deniq; illi extremũ intentarunt periculum. Veritatẽ horum manifeſtam quidẽ reddit & perſpicuã Regnorũ hiſtoria, quæ tota in vniuerſũ cõmemoratione hoſtiũ ꝓtexta eſt. Quin & prophetiæ omnes quæ tum gerebantur, luculenter edocent, exprimentes hæc: & quę euẽtura illis eſſent, præſaga voce denũciantes, & ex ipſa, propè dixerim,

ἀνὰ μέσον. νόμου arbitror legendum κριτοῦ.

ζιβύνας.

die qua ab Aegyptiorum tyrannide ſunt manumiſſi, per vniuerſum tempus, ſuam omnem vitam in bellis conſumpſerãt. Atqui nunc non ſic, ſed perquã multa pace orbis perfruitur. Etiam ſi bella quædam gerũtur, non tamen perinde ac geſta ſunt ſub priore teſtamento. Illa enim ætate ciuitas aduerſus ciuitatẽ concurrebat, conflidegant prouinciæ aduerſum ꝓuincias, bellis collidebantur populi, populos è vicino adorti: quin gens vna in multiuarias partes per ſeditionẽ ſcindebatur. Lecto libro Ioſue ac libro Iudicum, facilè quis intelliget, quot quãtáve pręlia breui tum tẽpore Palęſtina exceperit. Nec id modò fuit illis graue ac moleſtum: verùm, ꝙ lex iuſſiſſet armaturam penes ſe recõdere Iudęos omnes: à qua ſeruitute nemo erat immunis. Nec apud ſolos Iudæos lex ea inualuerat, ſed & vbilibet occuparat orbẽ: quãdoquidẽ & Rhetores & Philoſophi aliud nihil poſſidentes, q̃ pallium breue & humero-tenus aſtrictũ, ad bellũ accerſebantur, & eò adigebãtur, vt ſcutũ tractarẽt manibus, & in acie cõſiſterent. Siquidẽ Socrates, Sophroniſci filius qui ob tranquillitatẽ vitæ & indefeſſum philoſophiæ ſtudiũ apud Athenieẽſes celebritate nominis inclaruit, ſemel & iterũ ſtetit in acie. Demoſthenes Athenienſiũ Rhetorũ vertex à declamatorio ſuggeſto ſubinde prodibat ad bellum. Quòd ſi lex nulla Rhetoras ac philoſophos ab ineundo bello exemit, vix crediderim aliũ aliquẽ è vulgo perfruitum eſſe immunitate ac vacatione belli. Atqui nunc nihil horũ fieri videat quis. Ex quo em̃ emicuit ſol iuſtitiæ: vſque adeò ciuitates, populi, gentes ad vnã omnes obhorruerũt vitã traducere inter iſtiuſmodi pericula, vt nullã nouerint tractare bellicã machinã: ſed intra ciuitates muróſve ſeſſitãtes ſua quíq; negotia diſcunt obire, à bellorũ tumultibus longè ſeiuncti. Vitã tranſigit populus omnis in tranquilla libertate, in immunitate iſtius ſeruitutis prorſus amarulentę. Sicubi autẽ nunc etiã geruntur bella, longiùs forſan & circiter fines extremos Romani principatus: non per ſingulas ciuitates, pérq; regiones, ſicuti cõtigit ſub priori teſtamento. Quemadmodũ em̃ dixi ſuperiùs, in vna eadẽ gente innumeræ eruptiones & rebellionum inſultus excitabanrur, ídq; iugiter ac multiuaria bella: nũc verò quatenus terrã ſpectat ſol à Tigride fluuio ad inſulas vſque Britannicas, terra inquam ipſa omnis, cúmq; ipſa Libya, Aegyptus & gẽs Palęſtinorum, vel potiùs ea omnis quæ Romano ſubiacet principatui. *Ipſi enim noſtis, vt tranquilla omni ſecuritate ipſæ ciuitates perfruãtur, ſolo auditu bella ſentientes. Sanè Chriſtus reliquias bellorũ è medio auferre potuit: verum eas reliquit, ceu materiã accõmodam caſtigandis his qui ſe dedũt ignauiæ, & pace abuſi relaxantur à ſtudio parandæ virtutis: permiſit, inquã, ſupereſſe barbarorũ excurſiones. Quin & propheta obſcurè quidẽ innuit hoc ipſum, ſed his qui ſingula exactè intelligere poſſunt, id quod ſuprà dixi, nõ futuras in poſterũ eruptiones inimicorũ, tantùm conciſo ac breui tempore. Non enim dixit, Non erit bellum ex toto & abſolutè. Sed quid? Nequaquã eleuabit gens contra gentem gladium. Sed & populorũ libertatem adiecit, dicẽs: Nequaquã diſcent vltrà pręliari, præter paucos ſcilicet milites ad obeundũ munus militiæ delegatos: *Et nunc tu domus Iacob venite & ambulemus in lumine domini: Dimiſit enim populũ ſuũ, domũ Iacob.* Prophetiã quæ de eccleſia eſt, ſuſpendens, deflectit rurſus ad hiſtoriam: nimirũ vt tenor conſequẽtiũ verborum cohæreret, ſibíque eſſet conſentaneus. Apud

Lege duos Macchabæorũ libros tertiũ de Philopatore tyranno, Ioſephum. Ioan. Zonaran.

Quid hac turbulenta ætate aliud fit, licet ſub lege gratiæ? ἐξωμίδος πλέον.

Lege Platonẽ, Xenophontem, Diogen. Laertium.

Et hæc hodie locum nõ habẽt, licet ſub lege gratiæ

**pẽdet ſententia, forſan deſit: In pace degunt.*

Chryſo. de ſua, nõ noſtra loquitur ætate.

Canõ prophetiæ ſcribenda.

Apud enim prophetas mos talis increbruit, vt nõ certa ſolũ confirmatione dicta ſua præmuniant: ſed & figurato quodã velamine ſuã tegant & inumbrent prophetiam. Quò factũ, vt hic ſermonẽ ſuum nequaquã expleat ſuis omnibus numeris: ſed perinde adeò ſit, ac ſi vnam aliquam ad ſe pertrahat catenã aut reſtim, pari modo ad cõmouendos Iudęos rurſus tranſit, dicẽs: Et nunc tu domus Iacob, venite & ambulemus in lumine domini. Hoc eſt, in pręceptis eius, in lege ipſius. Lucerna enim pręceptum legis eſt: lumen, vita, reprehenſio & diſciplina. Iterũ dicit Dauid, pręceptum domini lucidum, illuminans oculos. Et, Lucerna pedibus meis, lex tua: & lumen ſemitis meis. Etenim per omnẽ ſcripturam perſpiciat quis præceptum ſic innui legis nomine. Conformiter & Paulus, Cõfidis teipſum ducem eſſe cæcorum, lumen eorum qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipiẽtium. Non enim ſic oculos corporis noſtri velut manuducũt radij Solis, vt animæ oculos illuſtrant legis pręcepta. Propheta igitur, vt oſtenderet ante retributionem, ante etiã remunerationem pro plena executione mandatorũ, ipſa etiamnum eſſe penſationẽ exhibiti obſequij, vocauit ea lumen. Quẽadmodum enim oculus dum circunfunditur lumine, non medicre commodũ capit: ſic & anima dum legis imperio obſequẽter gerit morẽ, vberrimos ſibi demetit fructus. Per obedientiam enim legi exhibitã expurgatur, omníq; exempla malitię ad virtutẽ prouehitur. Sanè ſicut ex diuerſo, præuaricatores legis, interim dũ tranſgrediũtur legem, etiã ante ſupplicium de illis ſumendũ, pœnam dant illis miſerabilius affecti q̃ qui in mediis confident tenebris, timore, tremore & facinoroſa conſcientia oppleti, media etiã die timore correpti ac tremore eorũ qui ſiue ſibi ſunt conſcij, ſiue mali nullius ſunt cõſcij. Dimiſit enim populum ſuũ, domũ Iacob. Hoc eſt: Ira exacerbatus dimiſit, cõtempſit, ſuáque prouidentia ſpoliauit. Dein correptus timore dicit & cauſam, vt quæ facta prius fuerant, emendarent. Quæ quæſo ea cauſa eſt? *Quia impleta eſt regio eorũ augurijs, vt terra alienigenarũ.* Prius enim crimẽ inſtitorię artis ſiue cauponationis intendebat in eos, auaritiã obiiciebat, opprobrobat diuinationẽ ex manuũ inſpectione: hîc verò coarguit dogmata improbatę doctrinę & impietatis reliquias, quę ipſos ad erroneã dęmonũ culturam ſenſim proliciebant. Mox illos rurſus attingẽs, non dixit, vtcunq;, quia diuinaculos & augures conſulunt: ſed quia eorũ regio repleta eſt iſtis, tandémq; ait, quia eorum malitia ſuccreuit vehementius. Quemadmodũ enim dicebat ſuperius populum non vtcunque eſſe peccatorẽ, ſed plenũ peccatis: ita hîc, terra repleta eſt auguriis. At interim obiurgationem exaggerans, adiecit: Sicut ab initio. Initio? olim ſcilicet, quũ de deo nullã habuerant cognitionẽ, quũ non acceperãt legẽ, quũ eatenus nullũ ſenſerãt experimentũ diuini erga ſe beneficij, quãdo cũ gẽtibus promiſcuè degebãt, quod erat extremæ dãnationis. Nullo enim affectu meliore q̃ gentes, diſponebãtur erga deũ, etiã nunc eſt tãtam erga ſe dei prouidentiã & prouidã diligentiã, nihil dũ emolumenti & bonæ frugis inde ceperũt. Et neq; hîc ſtetit: ſed denuo perterrens eos acrius, addidit: *Quaſi alienigenarum.* Comparatione perſonæ obiurgationẽ reddit multò acriorẽ, id quod ſubinde facit pro more ſuo etiã Paulus, veluti quando dicit: De dormientibus autẽ nolo vos ignorare fratres, vt nõ contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpẽ non habent. Rurſus, vt ſciat vnuſquiſq; ſuũ vas poſſidere in ſanctificatione & honore,

ἄνομος ἐν.

Rom. 2. c

Collatio à ſimili.

1. Theſ. 4.

non in paſſione deſiderij. Neq; dicto hoc abiit cõtentus, ſed adiecit, dicens: Quemadmodũ & reliquæ gentes quę ignorant deum. Talis enim ſtructura ſermonis acerbiorẽ morſum imprimit iis qui vehementer in errores ſunt prolapſi. Iudæi quidẽ ob hæc in ius vocantur, & cũ eis grauiter expoſtulatũ eſt: quam nos veniã ſperemus eſſe aſſequuturos? Cuiuſmodi excuſationem prætexemus, noſtri purgandi cauſa, qui tãta gratia cumulati, inexplicabili etiã cohoneſtati honore ad hæc qui ſpe certa præcerpimus nobis promiſſam immortalitatẽ: & ecce ad parẽ illis deuoluimur paupertatẽ? Pleriq; enim noſtrũ in hoc genus morbi inciderunt: dum ſuã ipſorũ vitã labefactantes, abſurdiſſimę iſti captandæ diuinationis dementiæ ſe dedunt, offenſo ac repudiato deo. Quare & hinc decerpimus plurimum doloris ac triſtitiæ. Quò fit, vt labores pro parãda virtute * auerſentur ac vitẽt. Ad hoc enim nullo nõ tempore ſtudiũ omne ſuũ adhibuit diabolus, vt expertes intelligentiæ ac parũ cordatos in hanc inducat ſentẽtiam: quia opera ipſa virtutis & malitiæ ſita nõ ſunt in eorũ poteſtate, & quia minimè ſunt ornati honore liberi arbitrij. Planè duo hæc pudẽda admodũ ac plena turpitudinis magnopere cõtẽdit ex ſentẽtia perficere: labores nimirũ qui adhibẽtur parãdæ virtuti, frãgere, & donũ liberæ volũtatis aut arbitrij (quod pręſtantiſſimum eſt) è medio auferre, facit hoc per vaticinia & auguria. Hoc per ſigna procurat, per obſeruationẽ dierum, per improbatũ dogma quod eſt de fato ſiue ſortibus, per alia item permulta, morbũ hunc in vitã noſtram incentor ipſe malorũ inuexit, ſurſum deorſum euertens omnia ac permiſcẽs. Ob id ſanè propheta cũ vehemẽti acrimonia verborũ non deſtitit eos obiurgare, vt deterrimã hãc affectionẽ amoliretur & ab radice reuelleret. *Et filij multi alienigenæ nati ſunt eis.* Quid ſunt filij alienigenæ ſiue alienæ tribꝰ? Lex initiò ſtatim poſita interdixerat illis vllius hominis alienigenę promiſcua cõmunione, partim ad vitandã lubricitatẽ familiaris cognitionis, partim ne mens eorũ vllis circũueniretur dolis: vt ne per eiuſmodi cũ gẽtilibus affinitatem cõtractam, occaſio daretur ad impietatẽ declinandi. Quum enim nõ modò non præualerent gentiles ad rectiſſimã dei cognitionẽ reuocare ac dirigere, at neque noxam aut iniuriã ab aliis inuectã propulſare poſſent: deus eos ſepſit & pręmuniuit lege quaſi muro, ipſóſq; ab reliquarũ nationũ permiſtione diremptos, ceu peculiarẽ populum ſibi refingebat ac diſponebat. Abunde enim ſufficiebat, ſicq; in vnũ coacti poterant formulã inſtituendæ vitę à deo ſibi traditã cõſeruare. Atqui vt & alia præcepta ſunt tranſgreſſi: ita & hanc legis particulã parui eſſe ducẽtes trãſierunt ad contrahendam affinitatem cũ finitimis gentibus. Illinc enim ſponſas ducebant à Moabitis, ab Ammonitis, ab aliis quoq; gẽtibus impiis. Alias inſuper, cõtracta cum eiſdem affinitate, magiſtros nequitiæ iſtius blandè & comiter excipiebant, qui & illorum generoſitatem nondum eatenus violatam, corruperunt. Hoc itaque eſt, quod cum pleriſque aliis inſimulat acriter propheta. *Impleta eſt regio eorum* (ait) *argento & auro, & nõ erat numerus theſaurum eorum. Et impleta eſt terra eorũ equis: & non erat numerus curruum eorum.* Fortè dicat quis, Quænã culpa eſt hæc facultates habere, poſſidere equos: ea potiſſimum ætate ac generatione, quãdo philoſophia nõ admodum ſynceriter & exacta diligentia excolebatur? Ad hoc igitur quid reſpondemus? Nimirum, quia nõ vſum ipſum traducebat, ſed immodicam animi affectionem,

**pro ἐκλύονται lege ἐκκλίνονται.*

Aſſertio liberi arbitrij.

Quæſtio.

Solutio.

Universidad de Deusto Biblioteca

ctionem, qua ipsis indecorè abutebãtur. Queãdmodũ enim quãdo dicit, Væ qui potentes estis. non vtiq; potestatẽ ipsam dat crimini, sed eos incusat qui indulta sibi authoritate abusi sunt in malũ: sic sanè etiã hîc, nõ quod possederint facultates, dãnat, sed quia quũ immodica opulentia affluerent, præter etiam necessariũ vsum opes cumulatim congerebant. Non erat (ait) numerus thesaurorũ eorum. Atqui ne ob id quidem solùm, sed quia exuberãtia opũ, equorúmq; viribus freti ac turgẽtes sensim transuersi abibant, & auocabantur à spe qua in deum tendimus, quod & alio loco de iisdem dicebat propheta: Væ qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Rursus alibi, Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ. Iterumq; in alio psalmo, Non in fortitudine equi volet, neq; in tibiis viri beneplacitum erit. Beneplacebit domino super timentes eum: *Et impleta est terra abominationibus operum manuum eorum, & adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum.* Propheta perinde adeò se cõparans, ac sapiens quispiã medicus cõmemorat & causam morbi, & eius illisionẽ seu plagã. Palam enim delaturus eorũ impietatẽ, & præuertẽs eorum obiurgationem, causas cõmemorat istius aduersę valetudinis, nimirũ inexplicabilem auaritiam, superciliosam arrogantiã, indecẽtem ac promiscuã cum gentibus communionem. Palam est per hęc paulatim supplantatos corruisse in barathrum perditionis. *Et idola adorauerunt.* At interim perstringens insolentẽ & absurdã eorum culturã, intulit: Opera manuũ eorum. Quid enim mirum, si sermo fiat solitò magis diridiculus, quũ homo fiat opifex dei? Sanè scriptura pro more suo, Idola vocat abominationem: hinc abominatio desolationis dicitur statua viri quæ stat in templo. Ait enim scriptura, Cũ videritis abominationẽ desolationis stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. Auocatis illis à stupore admirationéve rerum sensilium, interdicto cauit, ne quã depingerent imaginẽ aut simulachrũ. Nam & hoc vocauit βδέλυγμα, abominationẽ, execrabile idolum, cupiens eos amoliri & auocare q̃ longissimè ab idolorum impietate. Βδελύττεσθαι enim est vehementer odisse, vt spurcissimam ac vehementer obscœnam, vt execrabilem & cum primis detestandã. Abominatio igitur hęc odio prosequenda, & dignam esse quam auersemur, dicitur in scripturis. Atqui idolum omne tale est. *Et adorauerunt quæ fecerunt digiti eorum: & incuruauit se homo, & humiliatus est vir.* Quemadmodum enim adoratio dei hominẽ prouehit in sublime: ita & cultura idolorũ humiliat ac deiicit in imum. Quid minus generosum, quídve abiectius homine qui à spe salutis vltroneus decidit, deúmq; vniuersitatis opificẽ sibi infensum & hostẽ habere promeruit? Qui capite prono in rerram inanimata ac lapides veneratur? Deus quidẽ ad tantũ nos promouit honorẽ, vt ipsis etiã cœlis nos reddiderit sublimiores: è diuerso, diabolus toto annisu studuit homines malè persuasos in tantã deturbare abiectionem, vt plus insensatis stupidiores ac sensu vacuos effecerit, eóq; ait propheta: Humiliatus est vir. Hæc increpatio abunde sufficiebat auocare à morbo tali eum qui mente esset præditus. Cæterum quando tã multi non sic peccata exhorruere, atq; pœnã peccati vltricẽ, adiecit & suppliciũ, dicens: *Non dimittam eis.* Nequaquam condonabo, ait: non remittam, peccatum hoc non perfunctoriè & neglectim transmittam: sed luent mihi pœnas & eorũ quæ in me admiserunt, reposcam

ἄξων lege ἄξιον.

A vltionem. *Et nunc introite in petras & delitescite in terra à facie formidinis domini.* Idoneè obiurgata istorũ amẽtia, qui venerabundi procidunt idolis, & similitudine ex arte fabrili assumpta ostendit vecordem illorum insaniam, quódq; idola nihil possint, docet. Rursus sermone contendit simul & ipsa rerũ experientia, permittẽs ipsis liberã inquisitionem eorum quæ dicta sunt. Ac si diceret: Mihi vtiq; sufficiebat per hoc ipsum q̃ ea gesta sunt ab hominibus, ostendere eorum imprudentiã qui stulta persuasione sunt circunuenti. Iam quando prolapsi in impietatẽ, (perinde atq; hi qui per ebrietatem graui sopore degrauantur) cæcutierunt ad perspicuam adeò claritatẽ rerum gestarũ, tales ideo malorũ euentus apprehendent ciuitatẽ, qui etiam supra modũ sensus expertes queant edocere, quanta sit infirmitas idolorum: e diuerso, quãta virtute deus præpolleat. Ob B id sanè prius q̃ bellum commemoret, indicat quæ ex ipso euẽtura essent, cohortans vt ingrediantur petras, subq́; ipsa terra delitescant. Non quidẽ vt hæc faciãt: sed vt per hæc discant quàm sit intoleranda dei indignatio, & quæ tum irrogabitur vindicta. *Abscondimini*, inquit, *in terra à facie formidinis domini, & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terram.* Non vtcunq; dixit, A fortitudine eius: sed, A gloria fortitudinis ei⁹. Tales enim dei actiones sunt laude omni dignissimæ, talia eius trophæa sunt cum primis spectabilia ac plurimum habentia splendoris. Hîc mihi videtur significare victoriã sub rege Ezechia diuinitus partam, terram vocans numerosam hominum turbam: collisionem insuper siue plagam illatam dicens ruinam: surrectionem verò dei, eius egressum vt ferret suppetias ac propugnaret, quando etiam & Dauid ad hunc ait *Psal. 81.*
C modum: Surge deus, iudica terrã: ab humanis actionibus ac describendi figuris exprimens dei operationes. *Oculi enim domini sublimes, homo autem humilis.* At interim ne quis auditorum dictis tunc fidem abroget, aut suspecta habeat. Non enim pauci, quod euenturũ erat & expectatione omni superius, desperantes, refugiebant ad potentiam opificis, & ad eorum qui patiebantur abiectionẽ. Ait ergo, Neq; enim deo est quicquam sublimius, neque homine quiduis deiectius. Nihil itaque hæreas dubius, num eximius hic & præpotens poterit momento vno sic abiectos reddere, humiles? Et ad iudicium eos aduocans ait: Oculi domini sublimes. Non dixit, potentia: sed oculi domini, q̃ vel solo aspectu facilè possit vniuersa sibi reluctantia demoliri & euertere, quod & Dauid alio loco dicebat, *καλῶν. εἶπεν.* Qui respicit super terram: & facit eam tremere. Alter D rursus propheta, Aspiciam ad eam & potero. † *Et humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur dominus solus in illa die.* *† hic quidam desydero.* Confecta enim illa admirabili nec prius audita victoria, erectísque splendidis & omni admiratione dignis trophæis, dæmones conuicti & perenni dedecore aspersa sunt idola, oppilatum est & pseudoprophetis os, barbarorum tyrannis iit pessum, & è medio sublata est. Deniq; os omne quod aduersabatur deo, obturatum est. Eam ob rem ait, Exaltabitur dominus solus. Nemo deinceps qui contradicat, aut qui de dei potentia hæreat dubius, quando rerum gestarum demonstratio euidentissima est. Celsitudo enim hęc perpetua est naturæ diuinæ, vt quæ nunquam cepit initium, sed est semper. Exaltari autem dicitur in mente siue intellectu hominum, quando qui contradicunt & aduersantur, ipsa demonstratione operum persuasi sedunt & caput inclinant, ita vt competentem de-

mum ac

mũ ac decorã benedictionẽ reportent. *Dies enim domini Sabaoth aduenit super omnẽ violentũ † oppressorẽ & superbũ, & super omnẽ sublimẽ & elatũ (Et humiliabũtur) & super omnẽ cedrũ libani sublimẽ & elatũ, & super omnẽ arborẽ † libani Basan, & super mõtẽ excelsum, & super omnẽ murũ sublimẽ, & super omnẽ turrim sublimẽ, & super omne nauigiũ maris, & super omnẽ speculationẽ pulchritudinis nauium. Et humiliabitur altitudo hominũ, & exaltabitur dominus solus in die illa.*

† ὑβριστὴν siue arrogantem.
† editio 70. habet βαλάνου, glandis.
† δρῦν.

Hoc loco murũ, cedrum, collem, & † quercum homines dicit, qui pro potestate agunt & funguntur magistratu. Per celsitudinẽ harum arborũ metaphorica similitudine declarat eorũ potestatem. Per nauigium & speculationem pulchritudinis nauigiorũ, eos insinuat qui in his sunt opulẽtiores. Quod porrò vult dicere, hoc est: quia omnis qui robore pręualet, pręfect⁹ omnis & pro potestate agens, omnis qui ductãdo exercitui præest, quisquis auidius iusto ambit diuitias, omnis (propè dixerim) hominum decor atq; ornamentũ simul & fortitudo tunc euanescet ac dissoluetur: nihílq; eorũ quæ ipsius fuerãt, tum supererit, cuius patrocinio elabi possit ac vitare iram dei. Non tunc suppetet corporis robur, non ipsa gerendi belli peritia, nõ exuberans copia facultatũ, nõ ambitus imperij aut potestatis, nõ numerosa militũ multitudo, prorsus horum nihil aderit. Cedros autẽ dicit libani, q̃ illic ea arbor vberrimo prouentu succrescat, aut quia opulẽtiores solent proximis negocia facessere. Speculationem verò pulchritudinis nauigiorũ, ipsum decus elegantiámve ducũ qui gloriã captabãt à profusiore luxu diuitiarũ, armorũ & hastatorum militũ insigniter exornatorũ. Mihi proinde videtur (obscurius licet) innuere discessum barbarorum longo post tẽpore euenturum. *Et manufacta idola omnia reconditúros clam omnibus, inferentes ea in spelæorũ anfractus, in scissuras petrarum, denique in cauernas terræ à facie formidinis domini & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit percutere terram.* Ac si diceret, Dij tantũ aberunt à ferendo præsidio, vt ab hominibus imploraturi sint & opem & locorum tutelare refugiũ, ne ad cruciatus captiui abripiãtur, à facie formidinis domini & à gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terrã. Ne quis enim hęc adscribat excursioni barbarorum, neq; timorẽ hunc arbitretur aliquis illorum fortitudini tribuendum esse: ob id reuocat sermonẽ ad vniuersorum deũ. Ipse siquidẽ istius belli dux est, ínque tanto periculo exigendæ pœnæ de prius cõmissis ab illo pendet imperiũ ac fortitudo. *Die enim illa eiiciet homo abominationes suas argẽteas & aureas, quas fecerunt sibiipsis, vt procidẽtes adorarent vana & vespertiliones. Quare ingredimini solidas petras, & scissuras petrarũ à facie formidinis domini, & gloria fortitudinis eius, quum surrexerit percutere terrã.* Idoneè traduxit Iudæorũ perfidiam, ostendens illos cum suis diis se coniecisse in latebras, terrámque introgressos: at ne sic quidem vastissimam amplitudinem materię terrestris potuisse quiduis emolumẽti adferre, aduersus impendẽtem illis calamitatẽ. Quin & idola vocauit vespertiliones, siue exprimendæ imbecillitatis ipsorum causa, seu propter tenebricosam caliginem erroris, & q̃ à dæmonibus fiunt omnia clàm & obscurè. Quemadmodũ enim verspertilionibus infestũ quiddã infert Sol quidẽ, lux quoq;, nox autem ac tenebræ sunt illis amabiles: ita & dæmonibus, iis etiã quos illi in errores pellexerunt, improbãda malignitas, omnísq; legis diuinę transgressio familiaris & amica est, virtus verò ac lucis opera prorsus inimica sunt. Simul enim atq; Sol & lux splendorem suũ exerunt, tenebris circũfundun-

Pro solidas petras, Aldus habet: εἰς τὰς τρώγλας, τὰς στερεὰς πέτρας.

A tur vespertiliones, q̃ id genus animalis ad parandam virtutẽ nullo labore, nulla eget defatigatione. Et quidem deo abunde sufficit semel aspexisse, & cuncta illa in nihilum abeunt. *Quiescite vos ab homine qui respirat in naribus suis: quia in aliquo reputatus est ipsis hic.* *Aspexit & dissoluit gentes.* Hîc sub inuolucro ænigmatis mihi videtur innuere Ezechiam præ timore & angore animi in extremo halitu constitutum. Quum enim Barbari præsumpta spe existimarent quasi prædam venaticam se habere ipsum mediis retibus interceptũ, ciuitatẽ insuper nullo labore posse expugnari: barbaris illis res ipsa in diuersum abiit. Ob hoc ait, Quiescite vos in homine, cui est anhelit⁹ in naribus eius, quia in aliquo reputatus est. Hoc est, in nullo reputatus est. *Vide Hiero. in hũc locum.* Etenim spe præsumpserant se omnia, vnica excursione demolituros. Atqui res ipsa omnis cessit in diuersum. Nam quia apud barbaros nihili esse ducebatur, quippe expugnatu facilis: hic ope diuina B perfruitus cunctis illustrior apparuit. *Ecce dominator dominus Sabaoth auferet de Iudæa & de Hierusalem validum & validam.* *Cap. III.* Quemadmodum medicus qui sit artis peritissimus, nunc quidẽ vrens, nunc autẽ secans, nunc verò amara offerẽs medicamẽta, solerti artificio prospicit instaurãdæ sanitati ægrotantiũ: sic sanè deus quippe clemẽs & perquã humanus, quod in Iudæis diffluxu quotidiano deperibat, & ex parte iã erat ꝓlapsum, diuersis & multiformibus pœnis pressius adstringens, nunc quidẽ ingratos illos terrore percellebat, per excursionem barbarorũ, nunc autẽ ante illorũ inuasionẽ aliis plerísq; comminationibus eorũ tumorem supprimit, & in officio cõtinet, multiformi hac varietate minitationũ, timorẽ conseruans in eis coalescentẽ. Nunc vero infirmitatẽ intentat immissurũ se in ipsos, famem C simul & siccitatẽ: non q̃ fruges terræ vtiles solùm sint: sed quia conseruandę vitæ nostræ sunt etiam necessariæ. Equidem fames non modò atrox est & peracre malum: sed & administrationẽ Reipublicæ suis destituit rectoribus, id quod consueuit ostẽdere correctionem ipsa fame tantò esse acerbiorẽ. Quid enim adfert emolumẽti, vniuersi cõseruatio per eas plagas, si quãdo intestina bella oboriuntur? Quando mare insanis fluctibus exagitatur, nullo præsente nauclero, nemine proram moderante, ac ne alius quiuis adest, qui possit eam Reipublicæ fluctuationẽ compescere & in tranquillitate constituere? *βεβαίωσις à simili petita.* Recogites, quæso, quanta hinc suboriatur exuperantia malorũ, si quando cum his occurrerit & fames. Hæc itaq; omnia interminatur deus. Et est quidem primũ cæteris omnibus acerbius multò. Ait enim: Ecce dominator dominus Sabaoth. Di- *Ecce, apud prophetas.*
D ctione hac, Ecce, continenter sunt prophetæ vsi, quoties auditori pleniorẽ fidem eorũ quæ dixerant facere voluerunt, non hîc verò solùm. Quin & superius, & ab initio conditi orbis liquet peccata plerunq; fuisse primigenias causas corporeæ infirmitatis: patet hoc in Cain. Is enim q̃ non esset vsus robore corporis, vt cõueniebat, meritò illius nerui sunt resoluti: sic & qui imminebat piscinæ. Quòd em̃ peccata fuerint fons istius lãguoris testatur Christus qui dixit illi: Ecce sanus factus es, noli amplius peccare. Paulus itẽ, Propter hoc, inter vos multi infirmi: quandoquidem peccabant, q̃ participes fierent mysteriorum non expurgata ad purum conscientia. *Legãt hoc Oecolamp. Zuingl. & Musculani.* Quin idem fornicarium illum infirmitati corporis tradidit, hanc pro peccatis reposcens pœnam. Haud tamen vbique scripturarum eiusmodi mulcta & correptio inditur peccatis. Sed est, vbi etiã occasionem præbet cumulandæ coronę res hæc: vt in

Universidad de Deusto Biblioteca

Lazaro & Iob.Nõ infirmitates corporis solùm:sed & alia incõmoda,ceu sunt sugillationes, mutilationésve inflictæ corpori ex peccatis contingere solent,vt lepra Oziæ ob impudentem inuerecundiam inconsultæ voluntatis, vt manus regis Hieroboam ariditatẽ perpessa ob ipsius temeritatem & arrogantiam.Porrò lingua Zachariæ non alia ex causa castigari meruit,q̃. ob animæ peccatum.Quum igitur Iudæi supra modum turgerent fastu,sibiq; placerent per occasionem, ꝙ temperata pollerent constitutione corporis, & se intelligerent cõsistere in vegeto ac viuaci ætatis flore, adde his, quia suppetebat illis rerum omniũ exuberans copia:radicẽ istius arrogantię subtraxit deus,interim admonens eos & ad meliorẽ vitæ frugem reuocans,deniq; impartiens illis maiora q̃. fuissent,quæ abstulerat. Quid enim iniurię aut detrimenti,si per corporis infirmitatẽ erudiatur & resipiscat anima?Ad hæc,ne quod fiebat,putarẽt eã esse inuectã infirmitatẽ à natura:prędixit affuturã propheta. Nec virorũ tenus substitit ea cõminatio:sed & ad muliebre genus eã transmisit vindictam, ꝙ vtraque natura ac sexus sese corrupisset: & propter exuperantiã improbitatis tã absurdæ progrediens ad ipsas vsq; mulieres se extẽdit,obiiciẽs eis crimina, ob quæ ipsa ciuitas excisa est, & à fundamentis euersa. Sanè hac de causa etiã ipsas pestili lue implicuit.Etenim innuere mihi videtur pestẽ dicens: *Auferam robustũ & robustã*, aut aliam quãlibet infirmitatem corporis,quę nõ cedat arti medicorũ.Tales enim sunt plagæ à deo inflictæ: *Robur panis & robur aquæ.* Vindicta hæc atrocissima est,quando non ipsam quidẽ substantiã tollit,sed quæ ipsi tuendæ innata est, potentiã, ita vt nunquã exatiati ipso etiã prospectu cruciẽtur,& suopte sensu simul & perspicuè intelligant vltionem eiusmodi à deo esse emissam.*Gigantem & potentẽ.* Gigantẽ nullo non loco scriptura cõsueuit exponere per valentẽ viribus & robore potentẽ,aut per eũ qui proportione membrorũ multis antestat.Etenim scriptura quum diceret in articulo creationis : Hi erãt gigantes, *Gen.6.a* homines nominati,enumerans hæc, non aliud dicit q̃. generationẽ illam natã tum fuisse:sed nobis quoq; tacitè innuit eos fuisse viribus præstãtes, valentes solida mẽbrorũ firmitate,&per ętatẽ vegetos ac succulẽtos. *Et hominem bellatorem & iudicẽ.*Quæ dicta sunt, pœnam indicant intolerabilem,suntq; argumentum extremæ perditionis. Ciuitatẽ vtiq; vnà cum viris ipsis tradere hostibus potuisset, stabiliter licet manẽtibus muris ac turribus.Stabilis enim firmáq; protectio ciuitatũ neutiquam cõsistit in lapidibus, lignis & mœniũ ambitu: sed in prudentia & sagacitate eas incolentiũ, qui tùm quidem si adfuerint,licet præsente hostiũ exercitu,ipsam tamẽ cæteris omnibus tutius cõmuniunt ac propugnãt.Tales verò quũ abfuerint, vt nullus obturbet, incolę tamen eã exhibent quauis obsessa miserabiliorem,ita vt & illi, & qui auditu percipiũt ad vnum omnes,non aspernabile reportent dogma sapientiæ. Per hæc propheta eos erudiuit, suadens ne vnquam spem suam cõfirmarent in amplitudine ciuitatis,non in vallis aut aggeribus collocarent fiduciã,neq; audaciã sumerent à bellicis molitionibus & machinis:sed confiderent in virtute virorũ degentiũ in æquitate ac mansuetudine. Terrorem igitur eis iniiciẽs ait, quia dominus destituet ciuitatẽ sua protectione & custodia,non modò sublatis è medio bellãdi peritis: sed abreptis etiam eis qui pro potestate nouerant exercere iudicia, qui quidem iudices nihil minus sunt vsui moderandis ciuitatibus,atq; eisdem tuendis sunt bellatores. Dum enim pacem æquis legibus attemperant, sæpenumero & in tempore non defuerũt propulsandæ eruptioni hostium. *Proborum iudicum laus.* Hostes enim quum continenter suboriantur ab radice peccatorum, non difficile est legum custodes ac eos qui præsident iuri dicundo omni cum diligentia plura è medio tollere ac supprimere peccata, quæ occasionem præbent excitandis bellis. *Quæstio.* Qua igitur causa deus eos à terra reuellit? *Solutio.* Quòd ij superstites adhuc,minus decorè suo functi sunt officio. Quẽadmodum enim salutares doctrinæ plurimum vtilitatis conferebant iis qui se in disciplinam dabant:in cõcione verò apud Iudæos verba faciens, multa cautione quæ à se dicebantur tegebat,ꝙ quæ dicebat,minus attentè aduertebant: ita sanè & deus dona etiam hæc eximia& multam salutem nobis conferentia,plerunq; è medio tollit: si quando ij qui accipiunt, nihil per ea voluerint fructus vberioris adaugere: *Et prophetam & coniectorem siue interpretem.* Non parua est species hæc indignationis diuinæ, ꝙ prophetarum oracula defecerint:quandoquidem & deus auersatus est Iudaicum populum propter peccata filiorum Heli, obq; populi nequitiam defecit prophetia. Verbũ enim preciosum erat,ait scriptura:& nõ erat visio † distinguens preciosum:hoc est,perrarum, infrequens eóque preciosum, quod & contigit regnãte Ozia. *† ὅρασις διασέλλουσα. 1. Reg.3.a* Quòd si hi voluissent, vtiq; vel hinc poterant nõ parum frugis bonæ decerpere. Doctrina enim eorum quæ prodeunt ex ore dei, præparatio item ad excipiendos futuros graues euentus, déque incertis sedula percunctatio, vtque conueniat quidem aliquando cum hostibus cõserere manum & adoriri, nonnunquam bello abstinere & conquiescere, quo etiam pacto cuncta nobis ingerentia mœrorem ac tristitiam sint propulsanda. Horum pręnotio multam attulisset eis parandę saluti dexteritatẽ. Sed quando doctrinam quam perceperant auribus, nequaquam explebant opere:ob hoc horum disciplinam etiam eis ademit,quod non mediocris est diuinæ erga homines clementiæ argumentum, ꝙ eis præuidens futura, & quia non essent congruè ac decenter vsuri suis donis. Hæc igitur cuncta,quæ illis præexhibuerat,sustulit.Cum propheta verò dicit se auferre & cõiectorem.Hîc mea opinione στοχαστὴν, coniectorẽ siue interpretẽ vocat, qui multa vi intelligentiæ præditus & ab ipsa rerũ gestarum experientia,coniecturis futura colligit. Aliud quidem coniectura est, aliud itẽ prophetia. *Att. quò coniectura differat à prophetia.* Qui quidẽ diuino afflatus spiritu loquitur, ex sese nihil infert:qui autẽ materiã occasionésve prędicẽdi quiduis futurũ,à rebus sumit prius gestis suámque extimulans intelligentiã multa futurorum euentuum pręuidet,& vt par est credere, potest homo peracri intellectu præditus nõ pauca prænosse. Atqui inter hoc & illud adeò multum interest, tãtúmq; discriminis intercedit: quãto humanus intellectus inferior est gratia dei,vtq; sententiam hanc reddam dilucidiorem collatione,ad mẽtẽ reuocemus Salomonẽ & Eliseũ. Arcanas enim res & quæ in abditis fuerãt gestæ, *ὑποδύμα.* vterq; in medium produxit ac reuelauit occulta. Ambo tamen non vsquequaq; virtute eadem. *3.Reg.3.c.* Sed ille quidem discursu humanę prudẽtiæ & sagacitatis,arreptis ab ipsa natura argumẽtis circa meretrices illas mulieres:hic verò nulla vsus ratiocinatione. *4.Reg.4.* Cuiusmodi enĩ ratiocinationis discursu potuisset reuelare furtũ Giezi?Dei autem gratia præuẽtus quæ procul facta erant, præuidit: *Et presbyterum & principem super quinquaginta.* Cum his

Cum his etiam se ablaturum pronunciat & presbyterum & quinquagenariũ principem : Presbyterum, id est seniorem,nõ eum dicit qui vtcunq; consenuit, sed qui vna cum canicie maturam conseruat prudẽtiam. Pentecõtarchum autẽ commemorans,non vnum aliquẽ qui præsit quinquaginta, sed hoc nomine principes omnes insinuat. Nihil vsquã est, nihil est intractabilius Republica quę vacat principatu:quemadmodũ neq; periculosius quicquam est naui suo destituta gubernatore. Neq; hic sistit oraculum: sed aliam magni momenti tutelã interminatur se ab eis ablaturũ,nempe eos qui cõsiliis edendis prestarent,qui nihilominus beneficium adferebant ciuitatibus atq; arma bellica. *Auferam enim*,ait,*admirabilem consiliariũ & sapientẽ architectum.* Non ædium substructorem aut cæmentarium intelligit: sed qui multa scit,& qui vsu didicit administrare Rempublicã,qui multa callet, qui negocia omnia ciuitatis nouerit moderari solerti prudẽtia. Cúmq; his etiam prudẽtem auditorẽ minatur se sublaturum. Hoc si sanè abfuerit, vt omnia alia adsint, nihilo plus vtilitatis accedit ciuitatibus supersint licet prophetæ, quãuis cõsiliarij,vt superstites sint magistratus & optimates,auditurus tamẽ eos si nemo adsit,frustra omnia & incassum abierint. Hic mea opinione per verbum ἀφελῶ,auferã, quasi dicat, patiar ac permittã & relinquam:sicuti est illud Pauli, Tradidit eos in reprobum sensum,non hoc sensu quasi amẽtiam ac stoliditatem eis inseruerit : sed ꝙ passus sit sic esse parũ cordatos ac sanæ mentis inopes. *Et instituã adolescentulos,principes eorum.* Hoc malum vtiq; est molestius ac toleratu atrocius publica licentia,quę oriri solet per vacationẽ magistratus. *Memorabilis locus* Qui enim non habet principẽ,præduce vię à quo regatur,priuatus est:quí verò malignũ sortitus est ac reprobę vitę,habet à quo protrudatur in pręcipitia vitiorũ. Per adolescentulos præsenti loco non est intelligẽdus eam ætatulam subiicere vlli calũnię simpliciter: sed ex redundanti ostendit principũ amentiam. Cõtingit enim iuuenes esse cordatos ac prudẽtes: contra,videre licet qui vna cum stoliditate & deliriis consenuerint. Cęterũ quãdo cõsueuit hoc quidẽ rarius cõtingere,illud autẽ diuersum in vsu est frequenti,quare *Probat exemplis.* mẽte captos principes nominauit adolescentulos. Nã *Timotheus.* &Timotheus iuuenis erat:is tamẽ ecclesias innumeris *Salomon.* qui senio incanuerant,sapientius moderatus est. Salomon quoq; annos natus duodecim disertè cũ deo sermocinabatur,multa fretus dicẽdi fiducia:& præconis voce celebratus regali corona insignitus est † nonnũquam mulieres è longinquis nationibus aduenientes. *† Καὶ θέα τρουλοι corruptus maximè.* Nec viri solũ,sed & hoc solo prætextu,vt docẽrentur, eiusq; audirent disertudinẽ. Et is iam senio confectus, plurimum detraxit de pristina virtute. *Dauid.* Sed huius etiã pater, beatus ille Dauid graue illud cõmisit peccatũ, non puer quidẽ & adolescentulus, verum eam supergressus ętatẽ peccauit:quũ alioqui pusio† adhuc esset, *† παιδίον μικρόν.* admirabile illud trophæum erexit,barbaro illo in terram deiecto,omnémq; exhibuit philosophiã,nec ętas iuuenilis fuit impedimẽto,quo minus cũ laude pręclaras hasce actiones cõficeret. *Hier.* Hieremiæ insuper munus propheticũ deprecanti,obtentu tenerioris ętatulæ,nõ consensit neq; approbauit deus:sed emisit ad Iudęorũ plebem,pronuncians hinc nihil illi esse impedimento teneritudinẽ ætatis, modo mens fuerit sana & confirmatus animus. Hanc agens ætatẽ, quin potius etiã illa *Dan.13. Iosias.* inferiorem Daniel in presbyteros illos sententiã ferebat damnationis. Sed & Iosias nondũ decem ad plenũ annos natus ad regale soliũ conscẽdit.Is iam tum quã optimè audiebat,omniũ ore celeber. Post hæc, in socordiam aliquãtum delapsus, corrupit pristinam animæ virtutem. *Ioseph.* Quid verò Ioseph? Nõne iuuenis & admodum iuuenis durissimũ illud strenuè depugnauit bellum?Non quidem aduersus homines, sed aduersus ipsam naturæ tyrannidem pugnãs, è medio camini ac flammę persica illa multo vehementioris exiliuit illæsus & incorruptus, grauẽ alioqui vitæ perpessus iacturam nihilo inferiorem tribus illis pueris.Quemadmodum enim illi corpora vna cũ capillis suis incorrupta ostenderũt tunc educti è fornace,quasi è plagis seu retibus exeuntes verius q̃. ex camino: sic sanè & hic medio in certamine è manibus ereptus Aegyptiæ se explicuit, *Allusiõ ad fornacẽ Babylonicam.* nihil noxæ contrahens ab eius attactu,neque à verbis,neque ab aspectu, neque à vestium splendore, non denique ab aliis innumeris quæ accendere solent concupiscentię flammam tantò molestiorem sarmentis siue molleolis ac pice. Ab ipsa demum iuuenili ętate ne tãtillum quidem passus est eorum, cuiusmodi verisimile est pati potuisse eũ qui sit homo.Quin & hi tres pueri in ætatis flore cõsistentes iam euaserãt superiores vẽtris ingluuias, & à se excusserant mortis timorẽ, qui multò est fortior, tanto licet exercitu, Rege, ipsa etiam fornace. Denique regem vicerunt aduersum se erumpentẽ ad vindictam,nihilq; eos exterruit:sed assiduè perseuerarunt, mentis constantiam minimè seruilem retinentes. Non igitur ætatem ipsam traducit Esaias. Nanq; Paulus cum dicat, Non neophytum, vt *1.Tim.3.* ne inflatus in iudicium incidat diaboli:nõ ætate iuuenem intelligit,sed eum qui quasi plãtula,sit recens insitus,hoc est,instructus. Etenim φυτεῦσαι plantare seu *φυτεῦσαι* cõserere,capitur & pro κατηχῆσαι καὶ διδάξαι, hoc est, pro instruere &docere,ad quem sensum est illud,Ego plantaui,Apollo rigauit.Quinetiam tale quiddam vocat hoc nomine φυτείαν plantationẽ,ipse Christus dicens:Omnis plãtatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Nã si Paulus Neophyti nomine intellexisset ętate iuuenem,Timotheũ vtique apprime iuuenem,& sic iuuenem:vt diceret: Nemo adolescentiam tuam contemnat,nunquã sustulisset ad tantam amplitudinem,tantúmve fastigium dignitatis ecclesiasticæ, nõ item permisisset tot onera ferre amplissimarum ecclesiarum: *Et illusores dominabuntur eis.* Vides,vt nõ simpliciter traducit ætatẽ, sed mentem corruptelis vitiorum contaminatam. Hac enim illatione reddidit sententiam dilucidiorem. Atqui hic illusores dicit malesuados impostores, cauillatores siue dissimulatores, ꝑfidiosos quoq; assentatores qui ad captãdam gratiam, lenociniis verborum vsi quasi obtentu poculi tradunt auditores diabolo. *Et corruet populus,homo ad hominẽ, & homo ad proximum suum.* *προσπίνονται.* Quemadmodũ enim ligna quę ædificiorum substructiones suffulciunt & continent, quum senserint putredinẽ, aut certè sublata illinc fuerint,necesse est etiam illidi parietes & perrumpi, ꝙ nihil supersit quo fulciantur. Sic & iuxta formulã prius dictorum,sublatis è medio principibus, cõsiliariis,iudicibus,prophetis:nihil iã reliquũ fit ꝙ prohibeat populum inter se collidi,multámq; suboriri confusionẽ. *Irruet † puerulus aduersus senem, & ignobilis contra nobilem.* *† τὸν ἔνδοξον.*

Aduersabitur,ait, iuuenis ei qui senio incanuit,contemptim fastidiet,aspernabitur. Hæc etiã ante hostiũ incursionẽ,bello omni erant atrociora. Si quãdo enim senectus quidem à iuuentute exhonoratur,vilesque & abiecti eos proculcant ac deprimunt qui prius honori

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuerant & venerabiles:ea ciuitas nihilo habẽda eſt in-
ferior,nec in meliore conſtituenda loco atque ea quæ
hariolos habet. *Quia apprehendet homo fratrẽ ſuũ, aut do-
meſticũ patris ſui dicens:Veſtimentũ habet, princeps noſter eſto,
& epulæ meæ ſub te ſint. Et reſpondens in die illa dicet:Non ero
princeps:nõ enim eſt in domo mea panis,neque veſtimentũ.Non
ero princeps populi huius.* Hic(vti opinor) aut obſidionẽ
quandã ſuboſcurè innuit multo atrociſſimam,quæ eſ-
ſet Iudęos deductura ad extremã anxietatem,aut cer-
tè, ꝙ citra obſidionem euentura illis eſſet intoleranda
fames, & oppido q̃ multa raritas alimentorum tranſi-
gendæ vitæ neceſſariorũ eoſdem oppreſſura. Vſus au-
tem eſt cõmuni loquendi cõſuetudine,ac ſicut pleriq;
aſſolent : Aut contingit ciuitatem vniuerſam diſtrahi
obolo,aut ſi nõ occupem eam,redimi,per hoc, extre-
mam indicans paupertatem. Sic & propheta ait, quia
principatus proponẽdus eſſet venalis veſtimẽto vno,
vnóq; pane,ſi tamẽ ſupereſsẽt.Nemo alioqui erit,qui
emat. Tanta illos apprehẽſura eſt & tam rara parcitas
neceſſariorũ. *Quia diſſoluta eſt Hieruſalem.* Hoc ſignifi-
cat,Derelicta eſt & habitatore deſtituta,Dei prouidẽ-
tia ſpoliata eſt.*Et Iudæa concidit.* Turbelis tumultuatio-
néq; impleta eſt, & confuſione: nihilq; in ea quod ſui
ſtatus tenorẽ conſeruet. *Et linguæ eorũ cum iniquitate,nec
his quæ domini ſunt,obtẽperãt.* Dein cauſa ſubnectitur ma-
lorum,nempe linguæ peruicax incõtinentia. Id quod
πισὰ. Ozee coarguit dicens:Ephraim in interitum abierunt
in diebus coargutionis: in tribubus Iſraël oſtendi fide
Mala.2.d digna.Malachias eadẽ repetẽs,Prophetę maledicẽtes
eis qui prouocauerũt deũ in ſermonibus.Et dixiſtis,In
quo prouocauimus eum?In eo quod dicitis vos, Om-
nis qui facit malum,bonus eſt in conſpectu domini,&
in eis ipſi bene cõplacuit.Et vbi eſt deus iuſtitię?Equi-
dem hoc inſimulat ipſe,duplex prodens crimen:ꝙ nõ
modo cõtumaces ſunt & increduli:ſed & legem præ-
uaricantur . Siquidem quum debuiſſent ob hoc vere-
cũdia ac rubore ſuffundi,præ pudore manũ admoue-
re ori,ac deiectis in terrã oculis incedere : ex aduerſo,
iſti prioribus peccatis adiicere contendunt, vt ne ex-
Simile. pleant quę iuſſi ſunt facere,mãdata. Verba inſuper in-
tolerãda ac plena cõtumaciæ loquentes, perinde atq;
ſi famulus quiſpiã vernaculus & idem ingratus,ſui do
mini mandata prętermittat,ad hæc etiam aduerſus eũ
efferatur animo & inſoleſcat: *Idcirco nunc humiliata eſt
gloria eorum,& confuſio vultus eorum reſtitit eis.* Iuxta legẽ
prophetis familiarẽ & conſuetam,futura tanquã præ-
terita pronũciat . Humiliationem gloriæ vocat capti-
uitatem . Nõ enim fortuitæ aut vulgaris infamiæ erat,
eos cogi in ordinẽ qui in aliquanta orbis parte , in di-
gnitate conſtiterant regnantium, & ſub iugum mitti à
prophanis ac barbaris.Cõfuſionem verò ſiue infamiã
dicit eum ruborem vultus qui oboriri ſolet cõſidera-
tione admiſſi peccati. Talis enim erat vitæ eorũ ratio.
Quũ igitur ſe prius dignos reddidiſſent omni genere
dedecoris, per flagitia quæ admiſerant : ſanè hanc ob
cauſam deus eos deiecit à ſplẽdore prioris gloriæ,eos
addicens minori vindictæ q̃ ipſi ſibi intulerant. Ter-
μητρόπο- ram enim incolẽtes alienam non vſq; adeò flagitioſè
λιν *vocat* degebant & infames,vt quum metropolin ſuam inha-
Hieruſalẽ bitarent,pręſcripta legis trãſgredientes.In captiuitate
enim degentibus exciſæ erãt radices malitię:in patria
verò maiorem in modum ſe efferebant . Vehementer
itaque eos propheta coarguebat ſuam vbique inferẽs
ſententiã,qua ſuadebat,vt vitata omni improbitate &
nequitia pœnam imminentẽ euaderent,prius admiſſa

A obuelarent,& eorum contemplatione ſuppudeſcerẽt
tunc,non quum barbari iam captos abriperent in ſer-
uos,nimirũ priuſquã violenta peccãdi cõſuetudo eos
detineret captiuos: *Peccatum autem ſuũ perinde ac Sodo-
mitæ,prodiderunt nec abſconderunt.* Quòd à me pleriſq; in
locis dictũ eſt, id ipſum repeto etiam nunc . Propheta
nanque dei erga illos clementiam declarans,non quæ
paſſuri erant,prædicit:ſed quæ digni fuerant , vt pate-
rẽtur.Inter eos enim,vt in Sodomitis olim , ſuccreue-
rãt peccata.Hæc tamẽ minore vltione vindicata ſunt.
Non enim ab radice eos prorſus abripuit aut ſuſtulit,
neq; reliquias gentis ad nihilum vſq; perduxit. Quod Ἀνήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν.
autem dixit : Annunciauerunt & palam fecerunt ſiue
non abſconderunt,expreſſius dictum eſt hominũ mo-
re.Tunc enim quæcunq; fieri contigerit,nõ diſcit pri-
mũ deus. Quo enim pacto , is qui nouit omnia priuſ-
quam fiant?Sed vt oſtenderet futuræ calamitatis ma-
B gnitudinem, ſic eſt loquutus . Quemadmodum enim
alio loco ait,Aſcendit clamor nequitiæ eorum ad me.
Hæc quidem dicit, non in vnum aliquem locum pro-
cul deum, velut in coloniã relegans , & intra cœli am-
bitum cõcludens: ſed peccati magnitudinẽ luculẽter
ediſſerẽs.Ita planè etiã hîc, Ἀνήγγειλαν,annũciauerũt,
prodiderunt,dicit indicans flagitij grauitatem,vt hinc
ediſcere poſſent inflicta ſupplicia lõge eſſe ſuis pecca-
tis minora.Nam ꝙ modum exuperarent , eſſentq; ni-
miſquam grauia,vt pote omnibus explorata & omniũ
oculis ſubiecta,etiamſi nemo coargueret, quanuis ne-
mo reprehenderet . Satis enim ſupérq; eorum flagitia
ſeipſa prodebant ac manifeſtabant, eóq; propheta vo
lens hic palam euulgare malorum exuperantiam, ait:
ἀνήγγειλαν καὶ ἐνεφάνισαν,annũciauerũt,& publicitus ſpe-
C ctanda præbuerunt ſiue prodiderunt . Hoc eſt, multa
cum redundantia,cũ immodico faſtu ſua perficiebant
flagitia,ne ſic quidẽ illos pudebat,nec abſcondebant:
ſed præconceptã animo nequitiam perpetrabant. *Væ
animæ eorum,quia inierunt conſilium malignũ contra ſemetip-
ſos dicentes: Alligemus iuſtum,quia inutilis eſt nobis.* Exagge- γνώμη.
ratio fit nequitiæ , quum non modo peccauerint,neq;
cum ſecuritate ſolũ ac licenter peccauerint:ſed quãdo
eos à ſe propellunt qui poſſunt talia flagitia emẽdan-
do ſupprimere,& ad rectitudinẽ reuocare. Quemad- βεβαίωσις *à ſimili ducta.*
modum enim phrenitide correpti plerunque medicũ
pulſarunt verberibus: ita planè iſti morbo immedica-
bili laborãtes.Huius dicti argumentũ re ipſa exprime-
bant vel maximum , ꝙ iuſtos à ſe abigebant.Sic enim Ἀρετή.
comparatũ eſt natura , vt virtus vel ſolũ in vno aliquo
ſe viſendam exhibens ſufficiat ei ingerere triſtitiam ac
D mœrorẽm,qui vitę eſt flagitioſę.Tale quid eſt malitia, Κακία.
vt ne verbo quidem increpita,ſæpenumero etiã certa
deſtinatione affligetur,& grauatim ferat eorũ pręſen-
tiam qui in manſuetudine & æquitate ſuã inſtituũt vi-
tam. Hîc duplex ſcribitur reprehenſio, ꝙ alligant iu-
ſtum, & quia vt inutilẽ . Si quando igitur vnus aliquis
ingrata habet,nec admittit ea quæ vehementer cõfe-
runt,ſed quæ ſibi vſui eſſe poſſent,cenſet noxia eſſe &
detrimentoſa : quæ deinceps relinquitur occaſio vel
prætextus futuræ correctionis ? Quamobrẽ propheta
quum vidiſſet populum iam ad extremum malorum
appuliſſe,ſermonem redorditur à lugubribus lamẽtis,
nõ item ab increpatione & criminum obiectione, di-
cens:Væ animæ eorum,quódq; ordine ſequitur,mul-
tam requirit intelligentiam : Quia inierunt conſilium
malum aduerſum ſe.Etiamſi quæ facta ſunt, in ſpeciẽ
videantur aduerſus iuſtum temerario auſu aggreſſi:ta-
men

men ſiquis exitum accuratius excutiat,nimirum intel-
liget rem totam non in patientem , ſed in conſultores
eſſe detortam.Hic docemur quidẽ,quia bonus innu-
meris licet afficiatur malis,nihil noxę aut detrimẽti ab
ingerẽtibus accipit:ſed contra , qui iuſto nectunt inſi-
dias,hi aduerſum ſe potius exerunt enſem,quẽadmo-
dum & iſti. Iuſtum enim adſtringendo vinculis,illum
quidem nihil lædebãt,ſeipſos verò denſioribus inuol-
uebant tenebris , & in vaſtitatem ac deſolationem re-
digebant,lucernam à cõſpectu ſuo amouentes. *Igitur*
τὰ γεννήματα φάγονται. *fructus operum ſuorum comedent.* Quiddã nõ abſimile eſt
malitia.Ipſa in ſe pœnam continet ſui vltricem.Quod
autem hic ait,hoc eſt: Recipiẽt fructus ſuos,in maiori
deſolatione & vaſtitate ſeipſos conſtituentes,multáq;
† pro νόμῳ lege ἀνόμῳ. præcipitia in quæ corruãt,adornãtes. *Væ † iniquo,mala
enim contingent ei ſecundũ opera manuum eius.* Vides,vt ſem
per à nobis dimẽſiones proueniãt pœnę vindicis pec-
B catorum,& principes cauſę.Hanc ob cauſam in luctus
ac lamẽta propheta iterum erumpit, ſéq; excruciat ac
pertundit, ꝙ Iudæos præuideret aduerſum ſeipſos ar-
cana inituros cõſilia, & atrocius omni hoſte ſuammet
ſalutẽ ad perniciẽ deducturos. Qua vna re quid vſquã
καλαμῶνται, ἀπαιτοῦνται. fiat calamitoſius ? *Popule meus,exactores veſtri concerpunt
ac demetunt vos.* Longè optimi doctoris argumentum
eſt, quando ſermonẽ ſuũ diſtinguit varietate ſentẽtia-
rum,quibus auditorẽ non exaſperat ſolũ,non itẽ iuſto
placidiorẽ reddit orationẽ: ſed nunc ſermonẽ tractat
ſecundũ ſpeciẽ hanc docendi , nunc verò iuxta illam,
ita vt permiſtitione vtriuſq; nõ mediocris vtilitas ac-
cedat auditoribus.Eã ob rẽ propheta nõ exprobrat &
coarguit ſolũ,ſed & luget ac lamentatur, ꝙ quidẽ ob-
iectione criminũ eſt etiã grauius : minorẽ verò adhi-
bet dolorẽ, quod quidẽ admiratione dignũ eſt.Nã in
C profundiore ſectione cruciatus per hoc infertur pla-
cidior.Ne luget modo, ſed & medetur. Rurſus alterũ
promouet doctrinæ modũ,& eum ſanequam admira-
bilem.Quẽnam hunc? Quòd non ſimul collectis om-
nibus intẽdit crimina : ſed ſeorſim populum dirimit à
principũ ſenatu , & in illorũ caput deflectit criminum
obiurgationes . Ex ea enim docẽdi formula tãtũ lucri
reſilit,vt & Moſes ipſam obſeruarit plenius,Hic enim,
quũ omnes eſſent rei criminũ,in principes detorquet
ſermonẽ.Moſes autẽ quũ deprehẽdiſſet tum maximè
legẽ de colendo ſolo deo. populum eſſe tranſgreſſum legem illã, Aaronem verò
nequaquam tanta dignũ increpatione, omiſſa populi
Exod.29. multitudine, rea alioqui , in ipſum Aaronem non vſq;
adeò reum commiſſi criminis detorſit reprehenſionẽ:
ob quod crimen,maiorem aduerſus illum pronũcian-
D do pœnam,dum eidem tanquã conſcio adſcribit rea-
tum admiſſi criminis,quod quidẽ factũ eſt.Non enim
opus fuit deinceps aliis ſermonibus ad populũ: ſed a-
φιλαέστερα. bunde ſuffecerunt verba illa ad Aaronem dicta,parca
quidem ſed ſubtilia:per quę tot millia quaſi vnum ho
minem ad officium reuocauit ac repreſſit, & à tãta re-
bellione ad pauorẽ , extremámq; anxietatem delapſi
ſunt , quæ vtiq; præuidens Moſes confeſtim vt deſcẽ-
dit,& tabulas perfregit,& Aaroni dicebat: Quid fecit
tibi populus hic , quia feciſti eum eſſe gaudiũ & inſul-
tationem inimicis? Quin & hic propheta quiddam ſi-
mile facit,ſanctum illum imitatus, modo quidem du-
plici. Neq; enim Moſes tunc obiurgauit ſolùm, ſed &
aſſumpta perſona quæ cum populo lamentaretur , ad
eum modum intendit in illos criminationẽ . Ita & hic
vtrunque imitatus eſt,dicens: Popule meus,exactores
veſtri demetunt vos . Etenim quum illos coarguiſſet

A commiſſæ impietatis,& quaſi vnà cum populo collu-
geret hæc dicebat. Hîc autẽ πράκτορες mea opinione
dicit ἀπαιτοῦντας exactores,repetẽtes: ego alioqui ea
dictione innui raptores etiã exiſtimo,& eos qui per im
modicam cupiditatem aliena extorquẽt, quod ſi hoc
non eſt, certè φορολογοῦντας tributorum exactores ſiue
collectores deſignat. Hîc quoq; eius agnoſce pruden-
tiam. Non enim rem ipſam ablegat,ſed redundantem
mẽſurã excludit. Nõ enim dixit, ἀπαιτοῦσιν repetunt,
exigunt:ſed καλαμῶνται nudãt, ſpoliãt ac priuant vos καλαμῶνται.
facultatib° vniuerſis,obtẽtu exactionis tributorũ. Di-
ctionẽ proinde hãc dixit,ducta metaphora ab his qui
remanẽtes ſpicas & culmos in agro colligebãt. Καλαμᾶσθαι enim dicitur σταχυολογεῖν collectionẽ facere ſpi
carum,nẽpe poſt meſſorũ terga ſpicas decerpere quæ
metentiũ manus fugerint , ita vt in aruo prorſus nihil
B ſuperſit reſidui, quod equidẽ tum exactores iſti facie-
bãt,fortunulas omnes per rapinã extorquebãt , ſinen-
tes nudos abire ipſos. *Et exactores dominantur veſtri.*
Equidẽ etiam hoc atrocius,quia ne eo quidẽ immo-
dicę cupiditatis prouecti,perſtiterunt: ſed & ſuam ty-
rannidem amplius multò promouebant, cuius tuẽdæ
gratia eos qui liberi eſſent, in ſeruorũ ordinẽ redige-
bant. *Popule meus,qui vos dicunt beatos,decipiunt vos.* Meo
quidem arbitratu, hîc tacitè innuit pſeudoprophetas,
aut certè eos qui ſermones ſuos cõponunt & adornãt
ad captandã vulgi gratiã , id quod nullo nõ loco cau-
ſam pręſtat extremę corruptelæ. Quid vtriq; detrimẽ-
ti contingat per hanc iniquitatẽ,volens indicare,intu-
lit: *Et ſemitam pedum veſtrorum conturbant.* Hoc eſt,Auo-
cantes vos de via,diſſoluẽtes,& relaxantes animos,nõ
ſinũt vos rectà ingredi. *Sed nunc conſtituetur† ad iudicium* † καταστήσεται.
C *dominus:& ſtatuet populũ ſuũ ad iudicium. Ipſe dominus ad iu-
diciũ veniet cũ ſenioribus populi & cum principibus ſuis.* Per-
ſtat adhuc in eadẽ correctionis formula, à populo de-
flectẽs increpationẽ ad ſeniores principéſq; ciuitatis,
& formidabilius ſuũ degerens ſermonẽ . Ipſum porrò
introducit deũ iudicio diſceptantẽ ſimul & condem-
nantẽ,eóſq; acriter increpantẽ pro peccatis in populũ
cõmiſſis,quibus populũ ipſum exacerbarunt, eóq; di-
cebat:Et nunc cõſidebit ſiue cõſtituetur ad iudicium
dominus. Sermone enim cõſumpto in expoſtulatione
criminum,illis tamen nihilo melius affectis,ſed veluti
omni ſenſu captis & quidẽ tales criminari & in ius vo-
care nõ admodũ graue eſt: in tales autẽ animaduerte-
re,terribilius,idcirco ait,quia & res ipſæ nõ accuſatio-
ne tenus conſiſtent, ſed & pœna ſequetur cõſentaneè
reſpondens peccatis, ipſo ſententiam dãnationis pro-
D nunciãte,ac deinceps ſupplicia de eis exigẽte, qui ad-
uerſus peccatores eſt diſceptaturus,id quod etiã oſtẽ-
dit quàm ſe demittat deus longè infra ſuam dignitatẽ,
vt qui ſuſtineat cum illis ſubire iudiciũ , ac diſceptare
& texere ſermonẽ quo eos obiurget & ſuffundat pu-
dore,id quod cõſueuit in magnã protrudere anxieta-
tem eos qui intellectu præditi ſunt. Nec ſolũ ob illam
quam prius dixi , cauſam, aduerſus principes & ſenio
grauatos deflectit ſermonem:ſed vt vniuerſos doceat,
quia atrociores pœnæ principibus imminent , q̃ ſub-
ditis . Subditus enim pro ſe & ſolo, princeps autẽ pro
ſe & pro populo ſuæ fidei cõmiſſo repoſiturus eſt ra-
tionẽ. Atqui à ſenioribus non immeritò tantundẽ ex-
actę diſcuſſionis exigetur. Quod enim illis fuit princi-
patus,hoc & ſenioribus ætas. Etẽm iuuenis ſiqua in re
grauiter deliquerit,dignus planè obiurgatione eſt:ſe-
nem verò per ætatem vitioſum eſſe,tótq; & tãtis æſti-
bus

Universidad de Deusto Biblioteca

† pro ἀτεχίαν lego ἀτελείαν † εὐκολώτερον καὶ ῥᾷον.

bus perturbationum obsideri † mirum est: quando is potest non magno negocio se recipere ad meliorem vitæ frugem, & alia temporariæ huius vitę incommoda ferre tolerabilius, quãdo per rerum doctricem experientiam sibi comparauit prudẽtiam longè ampliorem. Is senio iam cõfectus si opere exhibeat quę lasciuientium sunt iuuenũ, meritò iis omnibus debet atrociorem excipere sententiam. *Vos autem cur incẽdistis vineam meam, & rapina pauperis est in domibus vestris?* Nullo non loco scripturæ declaratur esse Deo multa prouidentia de iniuria affectis, nec illi est minori curæ atq; eorum quæ in ipsum iniquè admittuntur: imò etiam inuenire liceat, vbi etiã grauius exasperatur, nimirum pro iniuriis in cõseruos admissis. Etenim ei qui haberet vxorem cõpertam fornicationis, permisit à se expellere, ei verò qui gentilem coniugem haberet, non item concessit: etiamsi peccatum perfidiæ gentilis in ipsum redũdet, illud verò resilit in hominẽ. Et proposito sacrificio, iussit relinqui munus, nec prius offerri illud: quàm is qui proximum contristauit, cuncta quæ fratrem concernerent, rectè disposuisset. Et quando illum qui decies mille talenta debebat, addixit restituendæ summæ, coarguens eum in se commissorum, ne tunc quidem seruum vocauit improbum aut nequam: sed & illi exempto pœnis debitum omne dimisit, pro centum autem denariis à cõseruo debitis eundem seruum nequam vocauit, & tortoribus tradidit cruciandum, nec prius dimissurum se dixit, q̃ debitum omne resoluisset. Quin & Christus quum ipse quidẽ in faciem colaphis cæderetur, in seruum qui colaphũ impegerat, nihil (durius) fecit: sed tantum respondit clemẽter: Siquidem malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cædis? Hieroboam insuper quum extenta manu con aretur apprehendere prophetam, à quo coarguebatur, manus illi exaruit: per hęc te erudiens, vt quę tibi quidem ipsi inuehuntur, cum mãsuetudine feras: quæ verò in dominum ingeruntur, multa cum vehemẽtia vlciscaris. Ob hoc & legislator etiamsi secundam dixit esse speciem charitatis siue dilectionis quæ est erga proximũ, † sed similem dixit priori. Et quemadmodum priorem obseruari vult, † ita & hanc. In illa enim ait, Ex toto corde tuo & ex tota anima tua: In hac verò, Sicut teipsum. E diuerso scire quidẽ aliquis possit ex locis scripturæ aliquam multis, quantam deus, quámq; exactam diligentiam exigat, vt si iusti esse velimus, nos ipsos complectamur amore mutuo. Obserua igitur quàm acriter instet hic propheta, vtq; verbis acerbissimis exaugeat obiectionem criminum: Vos autem, ait, cur igne succendistis vineam meam? id quod si hostes & immanes quidam barbari perpetrassent † vos autẽ his calamitatibus propinquos ac familiares affecistis. Vineam vocat populum, quòd pro eo tuendo & promouendo plurimum studij ac diligentiæ impenderit abusq; prima origine gentis. Expostulationẽ proinde exaggerat. Non enim dixit, Cur conseruos, proximos, fratres: sed ait, quæ erant mei peculij perdidistis, corrupistis quæ mei iuris fuerãt. Dein ostendẽs quę species fuerit istius incẽdij, ait: Rapina pauperis in domibus vestris. Neq; enim tãta calamitate euertere vineas cõsueuit grando, vt animã pauperis mẽdici & inopis vrere solet iniustitia. Ipsa anxietas & ægritudo se in secessu animi effundens morte omni acerbior est. Equidem per rapinam extorquere aliena, nullo non tẽpore malũ est, maximè verò tum, quando is qui incessitur iniuria, ad extremã

ὁμοδόλους lege ὁμοδούλους.

Ioan.18.d

2.Reg.13.b

† arbitror hic deesse, non æqualem, dein legẽdum, sed similẽ.

† οὕτω ita non æqualitatẽ, sed similitudinẽ dicit.

† hic supplendum quiddam, forte fuisset tolerabilius.

Incẽdium dominicæ vineæ, est rapina pauperis. Collatio.

A fuerit deuolutus paupertatem. Nec solo sermone facinus hoc increpat: sed & corrigit, eos transmittens ad contemplationem rapinę: Pronunciata sententia hac, abũdè sufficiebat ipse pauperũ aspectus ob oculos positus eum compungere, cui sensus aliquãtulum superesset. *Cur vos iniuria afficitis populum meũ?* In eodẽ rursus perseuerat dicendi genere. Vt enim illic dicebat, Vineam meam, ita & hic, Populum meum. *Et facies humilium confunditis?* Quos conueniebat vt afflictos, erigere: hos impressione facta deturbatis. Quos debueratis in integrum restituere, hos in frusta cõscinditis & disrũpitis. Præterquam enim, q; per rapinã eos spoliebant, etiam despuebant ceu vilissimos & auersabantur, ipsisque abutebantur crudelius quã quibuslibet mancipiis, ad cumulum suæ inexplebilis auaritiæ iactãtiam adiicientes, & per diuitias iniquè partas multã insuper sibi B vendicantes superbiam. Superbię enim vitiũ inexplebili auaritiæ coniunctũ & affine est. Quanto enim cumulatius quis diuitias adauxerit, tantò fixius cordi impresserit morbum superbiæ. *Hoc dicit dominus, dominus, dominus, inquam, exercituũ.* Quidnã indicat vox στρατιῶν exercituum? Angelos vtiq;, Archangelos, supernas illas virtutes. Cupiens auditorem à terra ad cœlum vsq; sustollere, menti eius inserit magni illius regni cogitationem atq; intelligẽtiam. Equidem eo facit, vt auditore admiratione perterrito, rem ipsam conficiat moderatius, doceátq; tantam dei sustinentiam non infirmitatis esse, sed longanimitatis. *Hæc autem dicit dominus: Pro eo quòd exaltatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerũt elato collo, & nutibus oculorũ, & incessu pedũ trahentes simul tunicas, simúlq; pedibus ludẽtes: & humiliabit deus dominatrices filias Sion, & dominus denudabit habitũ earũ in die illa. Et auferet dominus gloriã vestimenti earũ, & ornatũ earũ, & † decentẽ contexturã crinium ac plexilem earum comam & vmbellas & gemmatũ monile, ornatúmq; faciei earum & cõpositionem quæ spectet ad ornamentũ gloriæ, & brachiola & armillas & annulos & dextrocheria & bullas & inaures, vestes itẽ vndiq; purpura pertextas, ac mediè purpura tẽperatas, vestémque diuersicolorem per domũ dispositã, soleas Laconũ ritu renidentes ac pellucidas, indumenta byssina, hyacinthina, coccina, byssum quoque auro & hyacintho contextã, subtilia palliola & auro astricta. Et erit pro suaui odore, † puluis: & pro zona, funiculo cingêris. Et pro ornatu capitis tui † aureo caluiciũ habebis propter opera tua: & pro tunica mediè purpurea circuncingêris sacco. Hæc erũt tibi pro studio te adornandi. Et filius tuus pulcherrimus quẽ diligis, gladio cadet: & fortes vestri gladio cadent & humiliabuntur. Et lugebunt thecæ ornatus vestri, & derelinqueris sola & terræ adæquaberis.* Cap. IIII. *Et apprehendent septem mulieres hominẽ D vnũ in die illa dicentes: Panem nostrũ comedemus, & vestimẽtis nostris induemur: tantũ inuocetur nomen tuũ super nos, aufer opprobrium nostrũ. In die illa splendescet deus in consilio cũ gloria super terrã: vt exaltet & illustret gloria quod relictum est in Israel, & erit quod relictum est in Israel in Sion, & quod relictum est in Hierusalem, Sancti vocabuntur omnes qui scripti sunt ad vitam in Hierusalem. Quia abluet dominus sordẽ filiorum & filiarum Sion: & sanguinem Hierusalem purificabit de medio eorum, spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et veniet dominus, & erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius erunt, obumbrabit nubes per diem: & instar fumi & instar luminis ignis incensi per noctem omni gloria protegetur. Et erit in vmbrationem ab æstu per diem & in protectionem & in absconsionem ab asperitate & à pluuia.* Hæc dicit dominus, pro eo q; exaltatæ sunt filiæ Sion. Nouum planè hoc & præter cõsuetudinem fecit ipse propheta. Aduersus enim mulieres inuectus sermonẽ reddidit solito prolixiorem,

Hebraica habent dicit dominus deus exercituũ, pro quo Aldus φησὶ κύριος, κύριος στρατιῶν.

Hui' clausulæ enarrationem habes post initium cap.4.

† καὶ τὰ ἐμπλόκια καὶ τοὺς κορύμβους.

vide Phalorinum.

† κονιορτός.

† τοῦ χρυσίου habet Aldus.

lixiorem, id quod nullo scripturarum loco perspicimus sic contigisse. Quæ igitur causa est nouę istius rei? Existimo id esse factum ob immodicã molliciẽ vxorum ac luxum profusiorem: per quẽ viros maxima ex parte inducebant ad rapinæ nequiciam. Ob hoc sanè aduersus eas etiam seorsim ab increpatione coniugũ inuehitur, grauissima impingens eis crimina. Sermonem initio statim promouet ex persona dei: quem in hũc repetit modum: Hæc autem dicit dominus, Propterea quod exaltatæ sunt filiæ Sion & ambulauerunt collo in sublime erecto. Cardinem totius mali summámve eis impingit, nempe † vitam flagitiosam ac superbiam. Et quidem hoc in nullo non sexu graue esse deprehẽditur: maximè si quando se inserit naturæ muliebri. Mulier enim mirè turget redundanti fastu atq; ptinacia: siquidẽ suapte natura & leuior est viro, & minùs q̃ vir habet rationis, quare leui ex causa vacillat & in errorẽ inducitur, submergitur ac patitur naufragiũ, instigante quôuis maligno spiritu, nẽpe fastu superbiáve eam demergente. Videtur verò intendere sermonem in Hierosolymitanas, quare eas vocauit filias Sion. Et ambularunt elato collo. Hîc quoque easdem perstringit ac fastum muliebrẽ omnibus reddit conspicuum, quando earum elatio nequit in sola cogitatione se continere, sed & in publicũ erumpit per corporis motus se ostẽtans. Nec modò propter superbiã sed & per effrænem lasciuiã eas traducit, hoc dicens ac manifestans per cõsequentia. Adiecit igitur, nutibus oculorum. Quod est mulierum procaciũ, scilicet pupillã oculi obliquũ deflectere, & per eam obliquationem oculi exprimere molliciem, & ad lasciuiam, procliuitatẽ. Nec vllum aliud indicium est, æquè atq; istud, certius: quo se declarent illices esse ac propensas ad voluptatem captandam ac lubricã molliciem. Et incessu pedũ simul trahentes tunicas. Crimen hoc non mediocre, quãlibet videatur leuis esse momenti: imò argumentum extremę est perditionis, ad eũ modum delicias facere, peruertere decorum naturæ, ac dissolui, dum conuerrunt humum circumactu vestiũ. Certè vnus aliquis externorum comicorũ hoc obiecit actori dicens: Et tunicam demittens vsque ad talos. Et pedibus simul ludentes. Rursus & hoc specimẽ exhibet obscœnæ istius turpitudinis. Per hæc enim omnia, puta per oculos, per vestimenta, per pedes, per incessum ipsa vel castitas, vel certè impudicitia se cõspicuã exhibet. Hæ enim motiones organorum sensilium dum intus assident animæ, se habent perinde ac feciales siue præcones, ac veluti pictores qui tẽperata ac permista varietate colorũ, quas volunt, exprimunt imagines. Ad hunc sanè modũ motiones etiã membrorũ corporis formas animæ impressas ꝓdunt, extrinsecus & palàm exerunt, óbq; oculos nostros exponunt. Ob id alter quidã sapiens dicebat: Amictus viri & risus dentium & incessus pedis renunciant quæ de eo sunt. Et humiliabit deus dominatrices filias Siõ: &, Dominus denudabit habitum earũ in die illa: & auferet dñs gloriam vestiarij earum. Constituta obiectione duorum criminum, superbiæ & luxuriæ, suum cuique cõgruens adhibet remedium. Priori, quod prius est: alteri quod ei curando consentaneũ est. Et quidẽ curandę superbiæ medelã opponit humiliationis: immodico studio exornandi habitus, ipsius ablationem admouet. Ait enim hæc omnia disperitura, simul atq; ingruerit bellum. Quæ enim intumuerãt superbia, & quæ in contumaciam rebellẽ prolapsæ erant, timore

Ἀπόνοιαν καὶ ἀλαζονίαν.

Aristophanes, ni fallor.

Eccl.19.d

A hostium suppresso tumore ab hoc affectu vitioso sunt exemptæ: quæ itẽ iugiter lasciuiebant priùs & profusiore luxu deliciarum diffluebãt, quũ in id iugum inciderint captiuitatis, omni illa inerti mollitie à se excussa liberabũtur. Sermonẽ itaq; vt redderet asperiorem, auditorúmq; mẽtes perstringeret peracriùs: singula enarrat per suas quæq; species, superuacaneam curam vestimentorum, puta aureorũ, quæ itẽ ab aspectu essent, quæ rursus ad corporis reliqui ornatũ pertinerent. Is etiam cultus transit ad decorandã familiã. Etenim hæ nõ modò corpora superfluo cultu exornabãt, sed & extẽdebant profusiorẽ luxum ad parietes vsq; expoliendos superuacaneis sumptibus præter decorũ, capillos obtorquebant, † vela quædã consimilis imposturæ quaquauersum porrigebant. Siquidẽ etiam hoc coarguit dicens: Quia auferet gloriam ve- B stiarij earũ & ornatum earum, & cincinnos intortos, plexilésq; mulierum comas. Κορύμβους autẽ dicit ornatum quẽdã circa caput muliebre aut frontale, reticulum, siue vittam, habitum insuper, vmbellas itẽ lunatas, alium quoque cultum in speciẽ lunæ semiplenæ ad cohonestandã ceruicẽ, torquem seu monile ad pectus demissum, subtilem & æstiuam vestem, ornatũ deniq; faciei earũ. Hîc mihi innuere videtur confricationes & delineationes instar artis pictoriæ, compositionẽ totius ornamẽti ac splẽdoris, quod & dicit aureis bracteolis circunquaq; detextum, armillas aureas ad decorẽ brachiorum circumpositas, aliud itẽ genus brachialis, alia item ornamenta circa manuum iuncturas, textile illud crinibus implicandis accõmodum, cultum aureũ ornando capiti circumpositum, annulos item & dextrocheria, quæ & dexiaria vocãt. C Inaures insuper & prętextatas tunicas ac purpura circuntextas siue particulis purpuræ intertextas & assutas, vestes quoque extimas sparsim domo tota disiectas, transparentia deniq; & pellucida Laconica. Tantum superfluæ curæ adhibebant exercendæ suæ vni petulantissimæ libidini, vt non indigenis solùm vterentur vestibus: sed & è longinquo, ex aliena regione aduectas sibi eas asciscerent, próq; eis cõparandis trãsadirent maria. Intermedium enim Palestinæ & Lacedæmonis vastum est. Pelagus siquidem immẽsum interiacet. Nõ temere igitur eam apposuit patriã omissa nomenclatura vestimentorum: sed vt palàm traduceret ipsarum exuberãtem lasciuiam, ceu sunt byssina, hyacinthina, coccina, quódque byssum vnà cum auro & hyacintho assutam limbo & fimbriis attextã gestarent: theristra quoque ferrẽt velut incrustata & D inclusa bracteolis aureis. Nullã enim speciẽ in vestimentis, non in reliquo cultu intentatam reliquerunt: sed omnẽ viam rationémve profundẽdarum opum sunt aggressæ, velut debacchantes tyrannide libidinis ac petulantiæ. Porrò si crimina hæc tanti fiebãt tum, ante aduentum gratiæ ac tantæ cognitionis sapiẽtiæ: quam hæ sperent se consequuturas veniã, quę ad cœlos inuitatæ iam sunt, & ad productiora certamina? Vocatæ inquã & attractæ ad imitationẽ angelicæ puritatis, &, vt pleniore cum exuberantia animi, victoriã reportent ex deuicta hac petulanti lasciuia, dum eas corporis partes contegunt qualicunque ornatu? Iam planè quod grauius est, ne se quidem existimant peccare: quamobrem necesse erat, vt aduersus istas distringeret hanc sentẽtiam propheta. Neq; eñ in illas solùm competit: imò magis aduersus has quæ dicetur, hæc quadrat inductio, Quia erit pro odore suaui,

† πέρας, lege περιπετάσματα.

τοὺς χλιδῶνας καὶ τὰ ψέλλια. τὰ περιδέξια καὶ δεξιάρια.

λακωνικὰ διαφανῆ.

pro αἰσθήματα lege ἐσθήματα.

τοσαύτης φιλοσοφίας.

Universidad de Deusto Biblioteca

ui,puluis. Vides,vt ab illis excludat delibutionẽ linitu rámve vnguentorũ? proinde & illi ſtatuit non mediocrẽ pœnã. Κονιορτὸν, hoc eſt excitatũ puluerẽ hoc loco dicit eũ, qui in aërem ſublatus eſt ab effoſſa & ſolo adæquata ciuitate per impreſſionem à barbaris factam. Eam enim tunc & igni & ferro expugnarũt atq; euerterunt, partem hanc quidẽ ſuffuſione demolientes, illam verò tradentes incendio. futura igitur hæc præcinens dicebat: Quia pro odore ſuaui, erit puluis: & pro zona funiculo cingêris. Videlicet ſub eorũ aſpectũ ponẽs habitũ figurámve captiuitatis, atque ipſorũ abreptionem in regionẽ barbarorũ. Et pro ornamento capitis tui habebis caluicium. Aut defluentibus capillis per inopiam victus neceſſarij, ſiue etiã id in eas admiſerint hoſtes, aut certè ſibi ipſę crines auulſerint. Etenim apud veteres, mos hic inolerauerat: vt luctu & calamitate quapiam oppreſſi tonderẽtur, ſeq; glabros redderent & recaluaſtros. Iob enim audita liberorum calamitate, ſibi totondit caput. Progrediens propheta ait: Cum ſacco & planctu. Raſuram illam & glabriciem capitum quæ facta eſt, intelligit. Alter item ait, Et raſura & detonſio fiet ſuper filios tuos molliculè ac delicatè viuentes. Et pro tunica purpuræ intertextæ præcingeris ſacco. Hæcne quæſo terribilia eſſe & intoleranda videntur? Atqui cruciatus vobis infligẽdus non ad hanc vſque menſuram ſubſiſtet: ſed virulentus ille vermis & circunfuſæ tenebrę vnæ alias excipient. Si enim illis captiuitas, ſeruitus & extema pernicies repoſita erãt, pro immoderato ornatu corporis, (Hoc etenim exigebat pœnã, quare peculiari quadã pœna hanc ſpeciem peccati puniebat.) † Audi, quo pacto enumeratis criminibus illis, ſubiecit & cauſam. Hæc eadem te manent pro exquiſito ornatu. Quòd ſi igitur Iudaicæ illæ vxores ob immoderatum cultũ tantam pœnam ſubiere, vt patria à fundamentis exciſa, & eædem multis perfruitæ deliciis poſteà ſeruæ, captiuę & extorres ac patria orbatæ in alienã deportatæ ſunt regionem, fami inſuper ac peſti innumeriſq; mortibus traditæ: nunquid non perſpicuum eſt nos multo atrociora paſſuros, ſi in eadẽ peccata reuoluimur? Honores enim vt ſunt cumulatiores: ita & pœnæ grauiores accedunt. Quòd ſi nulla mulierum in hanc vſque horam ſimile aliquid paſſa eſt ob immodicum ſe adornandi ſtudium, nolim nimium confidat. Conſueuit enim deus præſtituere pœnas peccatis debitas in vno quopiam & altero item, & per illos legem ſancire in vniuerſum omnibus de his quæ & illos apprehenſura ſunt, ſuppliciis. Vt autem quod dico, reddã dilucidius: peccatum nimiſquam graue commiſerunt qui tũ Sodoma incolebant. Hi delapſo è nubibus violento fulmine, extremam dederunt pœnam, vnà cum ciuitatibus & populis, terra ipſa cœleſti igne deflagrauit cum vniuerſis corporibus. Quid igitur eſt? Nemo ad illorum exemplum, poſteà ſimilia quædam auſus eſt admittere? Equidẽ multi adeò, & pleriſque in locis terræ habitabilis. Qua igitur ratione nihil tale paſſi ſunt? Quia alteri longè atrociori ſupplicio aſſeruantur. Ob hoc enim ſemel inflicta eiuſmodi pœna, deſtitit deus: vt qui eadẽ flagitia perpetrare auſi fuerint, etiamſi hic nullã luãt pœnã, nihil tamen obſcurè nouerint ſe nũquam effugituros. Quomodo enim cõſentaneum rationi eſſe poſſit talia perpeſſos, qui peccarũt quidem, ſed ante aduentũ gratiæ, ante legis promulgationem, qui neque prophetas audierant, neq; vllum alium qui prohiberet: illis verò poſteriores qui poſt perfruitionẽ

Hic in exemplari pars ſententiæ trunca eſt vt locis aliis quã multis.

λιμῷ καὶ λοιμῷ.

Canõ iuſtitiæ diuinæ.

A tantæ dei ꝓuidentiæ, ne ſic quidẽ tali exemplo facti ſunt continentiores (id quòd multò maximè intendit grauitatem peccati) quis hos, inquam, ſperet pœnam huic facinori impoſitam euaſuros? Quid ni igitur adhuc & in hodiernum vſque diẽ hi pœnas dederunt? vt intelligas eos reſeruari ſupplicio lõgè atrociori ac multo grauiora paſſuros. Sodomitis illis, audi Chriſtũ ꝓnunciantẽ, Tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæ in die iudicij, q̃ ciuitati huic. Mulieres igitur immodico ſtudio ſe cõponendi deditæ ſi non eadem nunc patiantur quę & illæ ob immoderatum ſui corporis cultum paſſæ ſunt, ne hinc ſumãt audaciam. Ipſa enim tolerantia & dei longanimitas fornacẽ illam quotidiano cumulo reddit acerbiorem, efficitq; maiorem flammã. Quin & hoc in Anania contigit & Saphira. Illi enim initio ac in prooemio prædicationis ſublata parte pecuniarum, repentina morte prærepti B ſunt. Quàm multi poſt illos talia auſi, nihil perpeſſi ſunt? Qua igitur ratione dixeris iuſtũ iudicem & omnibus quæ æqua ſunt, diſtribuentem, qui eos quidem plectit qui minùs delinquerunt, eos autẽ qui grauiora admiſerũt, ſinit abire impunes? Idne etiam perſpicuũ eſt? Nam quando dominus diem conſtituit in qua iudicaturus eſt orbem terræ, ob hoc pœnã cuiq; decernendam in illũ reiecit diem, vt vel per eius longanimitatem meliores efficiantur, aut certè ſi in iiſdẽ facinoribus permaneãt, atrociora ſuſtineant tormenta. Nos igitur ſiquando eadem illis admittimus qui priùs deliquerunt, & pœnas luerunt commiſſorum, nec tamen eadem atque illi, patiamur: ne hinc vllã præſumamus fiduciam: imò tãtò magis nobis malè metuamus. Pœna eñ illis inflicta, Deus quaſi legẽ cæteris obſeruan- C dam promulgauit, omnes in commune admonens ac dicens, quia eum, qui initio peccauit, ob hoc ſcelus puniui, vt tu quoque qui illis poſterior delinquis, eadem expectes, aut certè muteris fiaſq; melior. Iſtiuſmodi enim peccatis tales conſtituuntur pœnæ, etiamſi non mox à commiſſo peccato contingant. Nec fruſtrà hiſce rebus ſum immoratus: ſed quia vitiũ iſtud planè noxium domos hominũ penetrauit per eneruẽ molliciem vxorum, ipſe nimius amor corporis ornandi (qui iuſto vehemẽtiùs diſpergebat opes in intempeſtiuos hoſce ſumptus) viros impellens, occaſionẽ ſuggerebat belli, ſeditionis & controuerſiarum, quę quotidie exoriebantur, & ventres pauperum atterebãt. Si quando enim vxor ſubſtantiam omnẽ, aut certè plus facultatum (q̃ ſuppetebat) cogebat virũ inſumere ad proprij corporis contumeliam (planè contumelia fit D corpori, dum auro vndique conueſtitur) neceſſe tum fuit manum contrahere à benignitate eleemoſynæ in pauperes erogandæ. Quàm multæ hinc oriantur ſpecies peccatorũ, cuiuis noſſe liceat. Cæterum omiſſis his quæ norunt hi qui doctrice experientia perſpicuè norunt quid hac cauſa patiantur, ea attingamus, quæ ſequuntur proximè. futuræ enim captiuitatis repræſentato habitu, dixit, quia eam illis inferret pro nimio cultu, ſimul & acriter intendit imminentem calamitatem dicens, *Et filius tuus pulcherrimus quem diligis gladio cadet. Et fortes veſtri gradio confident*. Eſt & hoc captiuitate atrocius. Etẽ vita ipſa eſt morte amarulentior. Nanque cum iugo ſeruitutis, etiã lamentari quũ adigantur indecenti luctu, tecum reputa quanta iſtius afflictionis ſit magnitudo, quum videant aduerſum ſe tot calamitates plenas amaritudinis, continuata ſerie vnam alteri ſuccedere. Etenim, vt ſola adſit captiuitas, moleſtum

Matt.10. b.

γνώμη.

Acto.5. a.b.

Cõfirmat. τῷ παραδείγματι.

Solutio quæſtionis.

moleſtum tamen fuerit & vix tolerabile malũ. Quòd ſi in libertate viuentibus luctus eiuſmodi contingant: ipſa morte fuerit vita acerbior. Nũc verò pronunciat vtraque hæc cõiunctim affore. Hanc proinde calamitatẽ meliùs conuenit dicere duplam, imò triplã, adde & quadruplam: quando & filius & is præſtantia formæ inſigniter conſpicuus, eóq; deſiderabilis & hic à barbaris cæſus, neque iuxta communem naturę legẽ, finem accepit vitę. Cum hoc, reliqui advnũ omnes in ætatis flore erant conſtituti: ita vt nihil ſuperſit bonæ & vtilis ſpei, quod ad humanam opem atq; præſidiũ attinet: *Et humiliabuntur & lugebunt thecæ ornatus veſtri: & relinqueris ſola, & ad terram proſterneris*. Per hęc omnia amplificat luctum, timorem vehementiùs intendit, efficit vt animorum inualeſcat ſolicitudo, ſub oculos exponit quæ illas manerent grauia, enarrationẽ venturę calamitatis † amplificat, quoquouerſum recurrẽs, B vndequaque cogens quæ auditoribus mœrorẽ ingererent, ob eorum ſtoliditatem. Abũde enim ſufficiebat, vt hæ tantis concuſſæ cõminationibus reſipiſcerent, ſenſúq; perciperent in quas vẽturæ eſſent anxietates. Ob hoc ſanè ſubtexuit, quod illis cõmiſeratione dignũ videri queat, nempe videre ſe thecam auro exhauſtam, in monimentum ſuperioris fortunæ, ipſo aſpectu cõſiſtentem, vbique eas retinens, in mœrore. Etenim tunc vel maximè perſtringere nos conſueuerunt, & acrius extimulare afflictiones, quando eas cõferimus cũ priore fœlicitate. Collatio enim eiuſmodi vlcus ipſum efficit moleſtius. Siquidẽ & Iob eximius dicebat hoc, lugens: Quis me ponat iuxta mẽſem priſtinorũ dierũ quibus me deus cuſtodiuit? Et ſuas opes vniuerſas enarrat ac bona quaſi è fontibus vbertim affluentia, honores, annuos prouentus, omnem deniq; C generis ſplendorem, ita vt collatione eorum doceret præſentem afflictionem multò eſſe moleſtiorẽ, & his quæ acceperat, bonis grauiorem. Quod equidẽ nunc etiam fecit ꝓpheta cõmemoratione thecarũ. Nec his ait cõtẽtus, ſed & eas introduxit lamentãtes. Hæc eñ docendi formula euidentior redditur & ſignificãtior, ſiquãdo fiat per eiuſmodi proſopopœias, hoc eſt, cõfictis perſonis. Et quidem prius vineas induxit lugentes, vinũ item, vt auditorũ animos acrius percelleret, eorúmque ſtupidam craſſitiem attingeret preſſiùs. Quid autem eſt, Derelinqueris ſola? Nullos habitura es qui tibi auxiliẽtur, prouidentia dei deſtituta, & alio omni ſplendore gratiæ ſpoliata, & parte omni cincta hoſtium exercitu, inſultãtibus tibi vndique barbaris. Sub hæc volens conſpicuam reddere magnitudinem humiliationis earũ, ait: Et ad terram proſterneris. Ne- D que enim ait, cades, nõ item defereris: ſed alia vſus dictione eſt quæ omnẽ eius imbecillitatem lucidius exprimat: *Et apprehendent ſeptem mulieres in die illa, virũ vnũ, dicentes, Panem noſtram comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur. Tantùm, nomen tuum inuocetur ſuper nos. Aufer opprobrium noſtrum.* Eam hominũ raritatem innuere vult quæ contigit atrocitate belli, quóve pacto ad minimũ numerũ redactus Iudaicus popul' ſuperſtes fuit. Neque eñ dixerunt opus eſſe, vt à viris exhiberetur mulieribus ea decẽs pręfectura: ſed vt permiſſa ei tenuitate adminiſtrationis ipſæ eũ obſeruarẽt ac diligerẽt, ſiquidem ea ſimpliciter, & vt contigit, liberaret nomine ſterilitatis ſiue viduitatis. Senſum eñ hunc indicat illud: Aufer opprobrium noſtrũ, quandoquidem in vetere teſtamẽto opprobriũ eſſe videbatur. *In die illa ſplendeſcet deus in conſilio cum gloria ſuper terram, vt ex-*

† θυρίνει lege θυρύνει.

Iob.ca.29 a.

Principiũ cap. 4. enarratur.

Deu.7 c.

A *altet & glorificet quod reliquum eſt Iſraelis*. Mente iſtarum concuſſa peracri cõminatione impendentium eis anxietatum, ſimul etiam atque ſatis inſtantẽ calamitatem tragico boatu deplorauit, enarranſq; plena terroris, ſermonem etiam fuſius extendit, quod reliquũ eſt aſſumens cõuertit ad humaniora. Medicinę eñ multò optimę ea eſt ratio ac modus. Non ſola ſectione, nõ item vſtione tantũ vtitur: ſed dolores illinc inuectos ſolatur ac leuat lenioribus pharmacis, quod etiam hic obſeruat propheta. Neque enim ſermonem integrũ conſumere voluit in his quę inamœna ſunt, & ingerunt mœrorem: ſed & ſublatis è medio malis tradit benigniora. Neque enim prædicit eximendos ſolùm perplexis iſtiuſmodi moleſtiis: ſed & multa perfruituros celebritate nominis & eximię dignitatis ſplendore, id quod vocat illuſtrationem ſiue ſplendorem dei, B tenebras diſpellentem totius anxietatis, lucemq; diurnam exilarantem, eos etiam per hæc illuſtriores reddentem. Proinde additur & illud: In conſilio, ac ſi diceret, circũſpectè & intelligenter cũcta peraget, cúmque decẽti ſapiẽtia eorũ: *Et erit quod reſiduũ fuerit Iſraelis, in Siõ: & quod relictũ fuerit in Hieruſalem, ſancti vocabuntur omnes qui ſcripti ſunt ad vitã in Hieruſalem*. Vt diſcas non fuiſſe vllius fortuiti caſus, quòd reliqui iſtius belli diſcrimen effugerint conſeruati, ſed cœleſtis ſententiæ decreto quaſi muro cõmuniti: quòd quum alioqui in mediis conſiſterent malis, capti non ſunt eoq; ait, Sãcti vocabũtur omnes qui ſcripti ſunt ad vitam in Hieruſalem. Deſignati (ait) ſiue definiti, certa morũ exploratione commendati, vt nihil aduerſi paterentur. Nec ab re eos vocat ſanctos. Per hoc enim oſtẽdit nõ fortuita ſepoſitione diſtinctos fuiſſe atque exemptos cõ- C muni aliorũ internecioni, nec ſimplici ex cauſa deum eis præſentem atq; propiciũ: ſed per ſpectatam morũ probitatem illos nonnihil contuliſſe, ſiue ea præceſſerit, ſiue poſteriùs ſubſecuta fuerit. Vt enim fuerint vtiles quidã & æqui, attamen per eas calamitates quę cõtigerũt, effecti ſunt meliores & magis ſtrenui. Quẽadmodũ eñ aurum igni traditum ſcoriã omnem deponit: ita & qui in mediis tentationum ꝓcellis cõſtituuntur, ſi ſolertes admodũ ſunt & ſtudioſi, omnẽ ſocordiam abſtergunt, & à ſe depellunt. *Quia abluet dominus ſordem filiorũ & filiarum Sion, & ſanguinẽ expurgabit de medio earũ, ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris*. Mihi hîc videtur duplicem dicere expurgationem, & ꝙ pœnã luerent eorũ quę perperam cõmiſerant, & quia in futurũ illinc euaſuri eſſent ſtrenui magis. Sanguinẽ verò Hieruſalẽ homicidia dicit, cædẽſq; iniuſtas. Deinde D intẽdens atrocitatem criminis ait: De medio earum. Neque enim hominũ cædes quas ſceleratè ſunt auſi perpetrare, clàm abſconderunt: ſed quàm ſicarij aut publicorum itinerum obſeſſores ſceleratiùs. Etenim hi in tenebris & ſolitudinibus conſueta facinora aggrediũtur: Iudæi autem medio in foro, media in ciuitate, in ipſis conciliis & tribunalibus quæ prædonum ſunt, flagitia præter ius fáſq; admittebant. Sed & notã hanc illinc exortã (ait) bellũ ex inopinato irruẽs abolebit & cõſumet. Etenim in tempore bonorũ reſpondet ea repẽſa eſſe pro moleſtiis priùs illatis, quia illi ipſi euentus qui acciderunt, ob hoc contigere eis, vt ablueretur, vt expurgarentur, vt ſordiciem à ſe omnem reiicerent, vt denique probrum quod ex admiſſis peccatis cædibúſq; iniuſtis cõtraxerant, abſtergerent. Quid autem eſt, quod ait: In ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris? Vtique in metaphora perſiſtit ab his deriuata

Maledicta ſterilis.

Simile elegans.

Cõfirmat collatione.

Universidad de Deusto Biblioteca

deriuata qui cōflant metallicas materias. Quãadmodum enim illic aspiratio venti incidens in conflatoriã fornacem,& flammã ipso afflatu excitans, carbonésque redaccendens scoriam omnẽ absumit,itidẽ & hîc vindicta à deo emissa. Vt em̃ hostium impressio semel adorta est ciuitatem,instar ignis in eam grassatur,ignis inquam non in totum disperdentis, sed incendentis, sed expurgantis,punientis & ad rectitudinẽ reuocantis. Hunc enim sensum habet illud: Spiritu iudicij & spiritu ardoris. Hoc est,punitione,vindicta,vltione. *Et veniet dominus.* Aduentum eius vocat ipsius vim operatoriam. *Et erit omnis locus montis Sion, & omnia quæ in circuitu eius sunt, obumbrabit nubes per diẽ, & quasi fumo & quasi luce ignis ardentis in nocte,omni gloria protegetur. Et erit in vmbraculum diei ab æstu, & in protectione & abscondito, ab asperitate & pluuia.* Per nubem præsenti loco eã innuit consolationẽ que ex tolerantia aduersitatis se inserit patienti animæ:

πυρὰν δὲ

per struem verò lignorum accẽsam,eũ insinuat splendorem qui vnà cũ consolatione interuenit. Quod em̃ in ęstu est nubes, hoc in tenebris & profundissima nocte accensa ignis splendore pyra. Etenim nubes sitũ terræ æstúmq; retundit & propellit:accensa autem pyra discutit caliginem. Porrò illustrem eius aduentum splendori accensæ pyrę: liberationem verò eorum cōparauit nebulæ vmbratili. Docens deinde mala hæc dissoluenda non quidem sensim,sed derepente, quia in ipso infligendæ aduersitatis articulo, mutatio fieret: vt illinc discerent illã status publici repentinam in melius permutationẽ non esse factam ex rerũ reuolutione & fortuito euentu siue fato,sed totum id superna virtute esse confectũ,ait instar ignis flammantis in nocte,hanc affore mutationem. Et erit in vmbraculũ diei. Quæ hæc erit vmbra?

A simili petita collatio.

Dei auxilium,ait,& in sustinendo conflictu cōmilitiũ. Nam quemadmodũ in ęstu vmbra,& vt hiatus absorptæ terræ aut certè latibulum sub exesa rupe ac spelunca, quam disrupit vis pluuiæ vehementioris, eum illic in tuto conseruat qui ad se confugit: ita sanè dei auxilium quem tutandum semel susceperit,nihil sinet pati intolerabile,tantóq; erũpente bello, initio statim eos tuetur ac seruat clementer, quorũ miseretur.

Cap.V.

Cantabo dilecto canticum dilecti mei vineæ meæ. Propheta simulátq; eos exterruit tristium cōminatione, bonorũ atque vtiliũ promissione exhilarauit, denique operatus multiformem medelam,rursus sermonem reducit ad alterum principiũ,principium inquã consentiens procemio suæ huius prophetiæ. Quemadmodũ enim initio statim recensuit beneficia à deo in eos collata dicens,filios genui & exaltaui,transgressiones insuper legis temere & per contumaciam ab eis cōmissas inferens & in mediũ proponens. Quia ipsi spreuerũt me Et,quia Israël me non cognouit, & populus meus me non intellexit: sic sanè etiam hîc,aliis quidem dicendi formulis,at iisdem sensibus eadẽ consentaneè ante dictis edocet. Cæterum quam ob causam eos reprehensurus,eam reprehensionem vocat canticũ?

Exo.15.a. † δεδόξασται.

Et quidem Moses cum Maria hoc fecit iure optimo,vt pote carmen illud victoria modulaturus. Nec ab re sic exorsus dicebat:

דכרח a pis verbũ.

Cãtemus domino,gloriose enim† glorificatus est: equũ & ascensorẽ deiecit in mare. Quin &

Iudicũ.4.

Debbora erecto illo admirabili trophęo partaq; ꝑter omniũ opinionẽ victoria meritò ꝑtexuit triũphale cãticũ,laudem totius vni deo asscribens. Hic ex diuerso, crimina eis obiecturus, quũ ad hoc præstãdum foret opus vehemẽti verborũ acrimonia, & animo nequaquàm lentescẽte aut remisso, pollicetur nobis modulaturum se cãticum, ídq; vocat criminũ obiectionem. Atqui non hic solus, sed & eximius ille Moses tunc quum triumphale carmen, in sugillationẽ Iudæorum prolixum carmẽ cecinit, cōmemorans eorum crimina ac dicens: Hæccine domino redditis? Hic populus stultus & non sapiens.

Deu. 32.d

Et cōscripta multorũ criminũ obiurgatione sanxit lege, vt iidem in posterũ cum cãtu hæc depromerent, quin & eadem nos etiã cãtu ꝓsequimur. Qua igitur causa, criminum obiectiones eiusmodi describunt sub cantici nomine? Nimirum quia vsu spiritualis sapientiæ didicissent & cuperent multum inferre emolumenti animabus auditorum. Nam quando aliud nihil est tam frugiferum, & adeò vtile: vt est eorum iugiter meminisse quæ nequiter cōmiseris,eam autem memoriã nihil ita stabilẽ ac firmam reddit,vt melodia: hinc ne per acrimoniã obiurgationum vehementiorem isti effecti cunctatiores renuerent audire, vitauit illã cōtinentem memoriam peccatorum, modulatione cantici tegens interim, & suffurans à memoria metum infamiæ & intolerandã animi deiectionem releuans,eóq; cantica hęc scripsit, vt desiderio concinnæ modulationis inducti continenter eadem proferrent,iugiter eorum meminissent, penes se perpetuò retinerent doctrinã quandã ad opera virtutis promouẽtem , nempe assiduã peccatorũ memoriam. Nostis quippe alios quidem libros ne de nomine ipso esse permultis familiariter notos: Psalmorum verò opus ad vnum omnes vel ore circunferunt: & per ea cantica ipsis etiam operibus declaratur hactenus,quantum ex eorũ melico concentu resiliat lucri.

ἐγκώμιον Psalterij Dauidici.

Sanè ob hoc hic quoque: Cantabo iam dilecto meo canticum dilecti mei vineæ† meæ. Canticum dilecto ait, vineæ. De dilecto ipso canam. Etenim ipsum cantu prosequar ac celebrabo. De ipso argumentum cãtici se mihi exhibet,déq; ab eo gestis.

ἀμπελῶνί μου.

Quòd si insimulaturus eũ & crimina obiecturus, amabilẽ * tamen vocet & dilectũ,ne mireris. Siquidẽ hoc vel maximũ est cōpendium,viámq; pręstruit ad obiurgationem: quando dilecti & tam munifica benignitate à deo collata perfruiti ne sic quidem meliores effecti sunt.

† ἀγαπητὸν καὶ ἀγαπώμενον.

Simile quiddam ꝓpheta alter sed obscuriùs innuens dicebat: Quasi vitem in deserto inueni Israël, quasi speculatorẽ in ficu,præcocẽ noui patres eorum. Per horum fructus ostendens quid in ipsorũ patribus sibi charũ fuerit & cum primis amabile. Charũ quidẽ seu desiderabilem & præamabilem vocat,non ob ꝓpriam virtutem, sed propter dei benignitatẽ. Quod autem dicit, hoc est: Quia ego quidem ad hunc modũ dilexi, quasi si quis vuam inuenerit in deserto, aut quasi siquis offenderit speculatorem in ficu. Vt enim hæ similitudines prorsus indignæ sint quæ deo accōmodentur,at certè illorum ingluuiei consentaneè respondebant. Ipsi verò (ait) tantã consequuti dilectionem abalienati sunt, ingressiq; sunt ad Beelphegor.

Mich.7.a

בעל פעור: beel-phegor idolũ Moabitarum, Mars creditur.

Sanè ad eundẽ sensum etiam hîc ipsum vocat dilectũ & amabilem,ostendens quia deus quidem reipsa exhibuit omnia quæ suam decebant ergo illos dilectionem,non quòd priores dilexissent, sed quia ipse dilexit. Illi autem post hęc non exhibuerunt se eius beneficentia dignos: sed opere ipso omnia exhibuere contraria: *Vinea facta est dilecto,in cornu,in loco vberi.* Nomini vineę,omnẽ insinuauit prouidentiã,diligentiã omnem excolendis eis exhibitam repræsentauit. Nec tamen eo vsque prouectus restitit,sed & alia in eos pręrogata beneficia recenset.

Deut.4. Nume.15. Osee.9.

Orditur in primis id à situ loci, quod indicat illud: In cornu, in loco vberi siue pingui. Et hoc quidem dicit approbans natiuam terrę indolem, per illud verò commendat loci situm,quod & Dauid psallens dixit: Non commouebitur in æternum,qui habitat in Hierusalem,Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui. Ait etenim dominum eam se pręmunisse mœniũ ambitu & loci positura. Nec tamen eo dicto abiit contentus: sed adiecit quia dominus factus sit ei murus vel fortissimus,quod certè etiam abscurè quidem innuit, dicens: In cornu. Neque enim hostili manu capi tum poterat ea ciuitas,simul indicans inexpugnabilem fuisse locum. Per hoc etiam indicat opem à deo illis fuisse auxiliarẽ, à cornu bubulo ducta metaphora.

Psal.124.

Cornu bubulum, inde fortitudinis.

Etenim talis adagio in vulgus exiit de his qui ad tutum aliquem locum cō fugiunt. Nam quando iumentorum omnium fortissimus est taurus, id quod fortius est eo animali consueuerunt plerique appellare,nempe cornu. Sed & scriptura plerumque eos qui in tuto cōsistunt,vocat cornu monocerotis. Itaq; in cornu perinde est hîc, atque in securitate,in fastigioso ac sublimi loco,in quẽ sensum initiò dicebat: filios genui & exaltaui: In loco vberi siue pingui,quod sanè Moses cōfirmauit: Terrã fluentẽ lac & mel: *Et sepem circumposui & circumuallaui.* Sepem siue maceriã dicit seu munitionem mœnium, aut legem,aut certè dei prouidẽtiã. Lex etem̃ muro quouis tutiùs eos vndiq; cingebat. Et vallo circundedi. Hoc est,fortẽ illi custodiã imposui. Quando enim maceriæ inuaduntur & plerunq; deiiciuntur, ait se altero forti præsidio cinxisse vineam. *Et plantaui vineam Sorek.* In eadẽ persistit metaphora, quam verbo tenus enarrari nihil est necesse: tantũ quæritur vt nouerimus mẽtem prophetæ. Sorek præsenti loco veram fuisse cōfirmat & generosam,nō item ex illegitimis & inferioris notę propaginib' prognatã vineam: sed ex probatis & quę cum primis cōmendantur. Siquidem vinearum quã multa sunt genera.

μονόκερως vnicornis, lycorne. ἐν τόπῳ πίονι.

שרק De vide Hieron.

Et ædificaui turrim† siue torcular in medio eius. Quidam turrim interpretantur templum: torcular vero altare,nimirũ quia illic offerebãtur fructus pro vniuscuiusq; virtute, collecti ab vniuersis item sacrificiis. Ego vtique quod dicere cœperã, etiam nunc confirmo,oportere animum adhibere intẽtioni istius metaphoræ. Per hæc em̃ omnia significare vult, quia quę meam vnius operã desiderabant,impleui omnia, omnem exhibui diligentiam. Nō attriui eos molestis fatigationibus, non laboribus confregi & collisi. Nequaquam iussi,vt eam turrim exædificarent, vt eã tegerent & communirent,non vt vineam plantarẽt: sed opus ipsum omni sua parte absolutum eorum manibus tradidi. Neque eatenus solùm stiti metas meæ erga illos benignitatis: sed & tantisper expectaui,donec faceret vuã,prẹstolatúsque sum accōmodũ tempus & opportunũ fructificationi,multa vsus longanimitate. Illud enim ἔμεινα sustinui,hunc exprimit sensum. *Fecit autem spinas.* Et hoc luculenter ostẽdit vitam illorum nullius fuisse bonę frugis,sed spinis aculeatam ac pręduram. Qua igitur venia digni esse cẽseantur, qui post tantam agricolationis diligentiam, hosce fructus suos rependunt agricolæ? *Et nunc homo Iuda & habitatores Hierusalem iudicate inter me & inter vineã meam.* Vt multiplex superfit copia allegationum tuẽdo iuri suo necesse est: si quis demum aliquando eos iudices constituit de à se gestis,qui obnoxij erant reddendæ rationi de malè commissis. Nec iam cōmemoro vetera, ait, quin etiam hodie paratus sum iudicium subire. Quũ adeò nunquam destiterim explere quæ meam decebant clementiam, vos ex diuerso quæ debuistis, nunquam implestis. *Quid faciam ampliùs vineæ meæ?* Sanè reportata de illis victoria simul atq; illos ostendit cōuictos ingratitudinis & perfidiæ: tũc deinceps in medium producit sententiam, & quæ facturus sit ei,pronunciat. Non quidẽ vt condemnet, sed vt timore intẽtatæ cōminationis perculsos moderatiores reddat.

† Aldus, πύργον ἐν μέσῳ προλήνιον αὐτοῦ, καὶ ὤρυξα.

Auferam sepem eius: & erit in direptionem & destruam murum eius & erit in conculcationem. Dirimam & auocabo ab ea auxiliũ meum,ope mea omni nudabo eam, efficiã vt tanta hac mea prouidẽtia destituatur,vt doctrice experientia cōtrariæ aduersitatis agnoscãt quibus antè bonis sint perfruiti, quũ fuerint ad rapinã expositi omnibus. *Et dimittam vineam meam & non putabitur, neque omnino fodietur.* Rursus dico eum esse vsum metaphora,si quis tamen acuratiùs voluerit eam expẽdere quæ à doctrina pendet,quę item ab executione mandatorum proficiscitur,ait. Non enim in posterum iisdẽ sunt perfruituri bonis quæ priùs sunt consequuti,non habituri doctores,nō principes,nō prophetas,qui itidem vt antè, eos reuocent ad rectitudinem vitæ, qui peræquè solertẽ obeant curã ipsorum. Quemadmodum enim ij quibus cura est excolẽdæ vineæ, pastino eam fodicãt,palmites succidũt inutiles: ita & qui collapsas animas erigunt & moderantur, comminationes intentant, terrore percellunt, docent. Verum hi in vastitate erunt(ait)in alienã ablati regionẽ.

Collatio.

Et ascendet per eam,quasi per incultam terrã spina: & nubibus mãdabo ne pluant in eam imbrem. Aut ciuitatis innuit futurã desolationẽ,aut certè suorum & vniuscuiusq; animę desertionẽ. Nubes autem hoc loco quidã interpretãtur prophetas,quippe qui excepta è supernis pluuia oraculorũ, eam quæ sibi dicitur, doctrinam, in populum transmittunt. At neq; hi (ait) facturi sint,quæ consueuerant. Vt vnus fortasse & alter hinc emigrassent: sed & reliqua multitudo prophetarũ conticiscebat. *Vinea enim domini Sabaoth, domus Israel est & homo Iuda nouella plãtatio dilecta. Expectaui,vt faceret iudicium,fecit autem iniquitatem & non iustitiã sed clamorem.* Multa quum sit vsus tralaticia cōparatione nominum,cōmemorãs nũc vineam,turrim,torcular,sepem siue maceriã,vineæ pastinationẽ & putationem: vt ne quis eorum qui ea ætate erant,intelligentię expertium,existimaret ad literam dici,sub finem sententię totius summã continuò interpretatus est: Vinea enim domini exercituum,domus Israelis est. Nō enim vlla initur mihi ratio plãtarum,neq; sermo est de natura inanimata,† nō item de lapidib' & muris: sed de populo vestro. eóq; intulit,& homo Iuda,nouella plantatio dilecta. Quod videlicet tribus Iudæ quiddam obtineret præ cæteris decem. Erat enim illic è vicino situm templum & reliqua supellex diuini cultus, præq; aliis florebat, quare regalior,proinde & viribus præstantior. Dilectum autem dixit, eos rursus perstringẽs quod se tales exhibuissẽt erga eum qui ipsos amasset vehementer. Planè lex ea est diligẽtium, vt ne in ipsis quidẽ obiectionibus criminũ,tegant suę dilectionis vehementiã. Hinc aliud nec mediocre documentũ elicimus. Quale, obsecro, est hoc? Nimirũ oportere nōnunquã aliquot scripturæ diuina loca allegoricè interpretari, quando earum quidem legum ipsi nequaquam auctores sumus: quin potiùs conuenit nos more pedario subsequi mentem scripturę & ad eum modũ vti allegoriæ tropo. Quod

† περὶ ψυχῆς, lego φύσιος.

Canõ memorabilis.

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dico,tale eſt.Cõmeminit ſcriptura nũc vineæ, ſepis itẽ ſiue macerię & torcularis.Nõ alioqui permiſit, vt penes auditorẽ eſſet authoritas accõmodandi à ſe dicta, quibus vellet,rebus, aut perſonis:ſed ſcriptura ipſa pręuertens ſeipſam interpretata eſt,dicens:Vinea em̃ domini exercituũ,domus Iſraël eſt . Ezechiel item aquilã vocat magnam & magnarũ alarum quæ ingreſſa libanũ auulſit ſummum verticẽ Cedri . Is interpretationẽ iſtius allegoriæ neutiquam ſinit ſuſpenſam eſſe ad libidinẽ auditorum: ſed ipſe ediſſerit, quẽ per Aquilã intelligat,quem rurſus per Cedrum.Idem hic rurſus progrediẽs, fluuium quendã violentũ educit in Iudæã . Atqui ne liceret vni cuipiã auditori pro ſuo captu & volũtate quod dictũ eſt,perſonæ adaptare,cui luberet,addidit quẽ fluuium vocarat,eſſe regẽ. Proinde hæc lex vbicunq; locorum diuinæ ſcripturæ eſt, ſiquando allegorico ſenſu quiduis tegit,ſubnectere conſueuit & interpretationem allegoriæ : vt ne qui volunt pro ſua intemperanti libidine,citra delectũ, & vt ferè contigit, trahere omnia ad allegoriã,in errore verſentur, & quaquauerſum ferantur præcipites.Ecquid miraris,ſi prophetæ & ipſe parœmiaſtes hoc obſeruãt? Quum enim dixiſſet, Cerua amicicię & pullus equi tuarũ gratiarum conuerſetur tecũ.Et, fons aquę tuæ ſit tibi ſoli, mox interpretatus eſt, qua gratia hæc dixiſſet , nimirũ de legitima ac libera vxore, te prorſus auocans à contactu fornicariæ & alienę. Sanè pari modo & hic loco pręſenti expreſſit,quam dixiſſet eſſe vineã.Ad hęc prolatis eorũ criminibus,attexuit & pœnas.Demum cauſam ſub finem reddit hanc:Expectaui,vt faceret iudicium,fecit autem iniquitatem, & nõ iuſticiam ſed clamorẽ. Quamobrẽ (ait) iuſtè repoſco de ſic ingratis pœnã.Expectaui enim,vt faceret iudicium,hoc eſt,iuſticiam. Ipſi è diuerſo exhibuerũt contraria,iniquitatem,iniuſticiam & clamorem.Clamorẽ hic innuit auaram & immodicã acquirendi cupiditatem,iniuſtam indignationem , iram ſenſus rationiſve expertem,pugnas,contentiones. *Væ qui coniungunt domum ad domum,& proximè agrum agro copulant,vt à proximo auferant aliquid.* Dicto,quia clamorem fecit,hoc eſt, inexplebilem acquirendi aliena auiditatem , rapinas: ſubiicit & ipſam ſpeciẽ iniuſticię vtiq; plenam multis facinoribus & maleficiis.Ab his item redorditur quæ ab humanitate abhorrent, magnitudinẽ oſtentãs peccatorũ, eos interim inſinuans qui immedicabili morbo ægrotabãt . Quæ autẽ temerario auſu ab iſtis tentata ſunt, noſſe quis poſſit deſignaſſe ea eſſe iſtorũ qui opes ſuas prodegerãt in profuſiores & improbos vſus. qui animũ adiecerant ad inuadẽdam loci propinquitatem,nõ quidẽ ad ſui tutelare patrociniũ , ſed vt per eam inſidioſam molitionẽ à ſe depellerẽt proximos, †inſtar ignis ſemel arreptam viam obambulantis : ita & hi vicinos omnes depaſcebantur: *Nunquid habitabitis ſoli ſuper terram ? Audita ſunt enim nũc in auribus domini exercituum hæc.* Oſtendit illos parũ fuiſſe cordatos qui anxiè laborarunt nullo ſuo fructu & in caſſum. Quod enim conſuetudo prorſus obtinuiſſet tales non ſtatim rapi ad ſuppliciũ luendum,abduci ad exoluendã pœnam:vt exactiùs noſſent ſe nequaquã perfruituros rapina,hanc in eos infert comminationem,dicens,quia ſuccũbent labori,inſignẽ aliquã accipiẽt cladem,fructúſq; percipient ſuæ rapinæ debitos , & excidẽt ſperata fruitione . Non enim (ait) inſomnis ille & peruigil oculus acquieſcit talibus factis. Illud proinde,Audita ſunt nunc, non vtique eò dicit, quaſi tunc primũ

Ezech.17 a.

Origeni id volunt contigiſſe Græci penè omnes.

Prou.5.d. iuxta.70.

†ὁμοιώσις.

A ei innotuerint quę fiebant: ſed q; pœna deinceps ſenſim & quaſi veſtigiatim eſſet ſubſequutura, inſtarétq; retributio: *Si enim fuerint domus multæ, in ſolitudinem erũt, magnæ & pulchræ, & non erunt qui habitẽt in eis.* Tale quid operatur inexplebilis cupiditas congerendarũ opum. Mox enim vt cumulatiores diuitias comparat iam habentibus, etiam ab his quas priùs poſſederant, eos depellit & exigit , quem ſanè ſenſum etiã hic innuit, dicens. Siquando enim magnificè ædificaueritis , etiam eę ędes quas veſtro iure conſtruxeratis, ſtabunt quidẽ nullos incolas habituræ, vocẽ edentes tuba omni clariùs intonantẽ aduerſus eos qui illas initiò per rapinã extorſerant, ídque deſolatione in longam tempus exporrecta, vt vice trophæi cuiuſdã, omnium oculis cõſpicuæ ſint. *Vbi enim operantur decem iuga boum , faciet lagunculã vnam : & qui ſeminat artabas ſex, faciet mẽſuras tres.* Sermonem è ciuitate educit ad exprimẽdam impen-

B dentem regionis vaſtitatem, vt auditoris animũ prorſus terrore compleat. Neque enim domus(ait) habituræ ſunt inhabitatores, ſed neq; terra ſuam vim operatoriam exeret. Etenim initio conditi orbis propter peccatũ Adæ, ſpinas & tribulos protulit. Secundum hũc etiam, propter Caini ſcelus in fratrem, multò exhibuit prouentum minorem q̃ exigebat agricolatio illius aut natiuæ virtutis vbertas. Sed enim aliàs etiam noſſe poteſt quis plerunque contigiſſe, vt propter hominum peccata, ſua fœcunditate orbata ſit terra. Ecquid miraris vim eius genitalẽ oblæſam fuiſſe & fœcunditate fœtus ſui imminutam, iniquitate hominum id exigente, quando etiam propter nos ſubiacuit corruptelæ ? Ad incorruptionem alioqui demum etiam propter nos perducenda. Ex quo enim ſemel accepit,

C vt eſſet noſtri cauſa & ad noſtrum in commune miniſterium: & reuera eadem rurſus hinc etiam ſuę corruptionis mutuatur & originem & radicem. Sanè nihil diuerſum contigit per ætatẽ Noë, quum humana natura ad extremam vſque maliciã appuliſſet, nec quicquam ſupereſſet in rebus non confuſaneum & permiſtum, ſemina, plantę, beſtiarum genera, terra ipſa, mare, aër, mõtes, ſaltus ſyluoſi, colles, ciuitates, muri ſiue parietes, domus, turres: deniq; vt ſemel finiã, omnia illa formidabili inundatione adoperta ſunt. Humanũ tandẽ genus ad tantam raritatem redactũ quum opus haberet incremento, terra tunc ſui ſtatus ordiniſq; elegãtiam reſumpſit, & priſtino decori reſtituta eſt. Intelligere poſſit quiuis aliqua ex parte id factum, vt hominum honori conſuleretur. Etenim pelagus è conſpectu ſe ſubtraxit, idem rurſum ſe palàm ſpectãdum

D exhibuit. Sol & luna ſe repreſſerunt, & ſuum deſeruere curſum. Ignis quæ propria aquæ erant, opere ipſo præſtitit. Terra officio pelagi, & pelagus munere perfunctum eſt terræ. Vtq; ſemel dicam, omnia ſe transformant & immutantur ad hominum vtilitatẽ. Quũ igitur homo omnem creaturam viſibilẽ exuperet honore, propter quẽ vniuerſa hæc condita ſunt, hinc factum, vt nunc quoq; populus Iudaicus quòd grauiter deliquiſſet, cohibuit deus ac repreſſit vliginoſam illã terræ fertilitatem: immò ne poſt quidẽ exhauſtos labores multos ac ſudores permittit, vt eius viſcera cõſuetã proferãt annonę copiã: nimirũ vt vel hîc diſcerent, quia nõ ars ipſa agricolandi, nõ boues & aratrũ, non ipſa terræ natura, nõ deniq; quicquam tale aliud, ſed vniuerſorum dominator ipſe eſt qui cuncta hæc benigna & liberali manu effundit. Idem è diuerſo ſiquando voluerit, in anguſtum contrahit vniuerſa.

Væ qui

Væ qui ſurgunt mane & ſicerã perſequũtur , qui manent vſque ad veſperã. Vinum enim ſuccẽdet eos. Etenim cũ cithara & pſalterio & tympanis, & tibiis, vinũ bibunt: opera autẽ† domini nõ reſpiciũt, & opera manuũ eius nõ cõſiderãt. Immodicã iſtorum auariciã qua per vim aliena extorquebant ſimul atque palàm perſtrinxit, eamq; eſſe cẽſet radicẽ toti° malitiæ: ſupererat & ebrietas traducẽda, innumerabilium malorũ fons ac fundamentum , præſertim quoniam præter omnẽ modum, nullũ nõ ſuſtinet aggredi facinus. Obſerua igitur, qua ratione, quanq; diligẽter eos increpet. Diẽ enim totũ aſſerit eos cõſumpſiſſe in hoc. Nec enim quũ eſſet prãdendũ, hoc faciebãt ait: ſed omnẽ temporis particulã arripiebant ceu opportunã ſectandę ebrietati, ídq; ab initio diurni diluculi. Quo pręſertim tẽpore ſuę ſaluti attẽti eſſe debũerant: tunc vino meraciori ſe dedebãt & quidẽ immodico, vltro etiã exigẽtes reliquũ temporis adusq; veſperã, vicio huic peſtilenti immanẽtes. Siquãdo enim ſemel ad id perueniſſent, vt in profundã voraginem iſtius intẽperantię ruerẽt præcipites, proinde & exciderẽt de naturali mẽtis intelligẽtia: vtiq; animã ſuam in captiuitatẽ abducendam exponebant intolerandæ iſtius temulentię tyrannidi: quemadmodũ nauis fundum non habens, gubernatore itẽ deſtituta & nautis, quoquouerſum circunacta cõfuſaneo aquę impetu temere fertur & fortuitò. Eundẽ in modũ & iſti ſe gerebãt, qui ſe gurgiti ebrietatis immergebant; eóq; dicit. Vę qui cõſurgunt mane, & ſicerã perſequuntur. Non enim neceſſitatẽ ipſam explebant, neq; ſuſtinebãt eatenus, vt ſupplerent inopiam excitati appetitus: ſed in vnum hoc opus incumbebant, vnam hanc curã exercebant : vt ad ebrietatem vſq; ſe iugiter vino proluerent. Idcirco addit, Qui ſicerã perſequuntur. Nomine Sicerę hîc indicat ſuccum ex palmis expreſſum quem conficiebãt & ſtudioſè accurabant, contrito primum fructu & confracto minutim , vt in vini naturã transformarẽt, quod genus potionis tẽtat caput, ſopore vehementi deprimẽs, & ad excitandam ebrietatẽ eſt mirè efficax. Sed enim illi nihil horum obſeruabant, voluptatẽ nullo non loco perſequentes, manentes vſque ſub ſerum diei. Vinum enim ſuccendet eos. Ebrietatis enim natura eiuſmodi eſt , aliquantũ prægreſſa exauget ſitim, eamq; reddit minùs tolerabilẽ . His deinde adnectit & aliud crimen nõ minoris notæ quàm erat priùs, dicẽs: Cũ cithara & pſalterio & tympanis & tibiis vinum bibũt . Hoc & alter propheta dat crimini, dicẽs: Qui bibunt defecatum vinum, primis vnguentis delibuti : qui plaudũt ad vocem organorum, quaſi ſtantia reputauerũt, & non quaſi fugiẽtia. Etenim hoc index eſt extremę indolẽtię, & quia talis nullo tangitur ſenſu ſuę miſerię, quódq; anima ſit languẽti & diſſoluta, ædes ſuas patefaciẽs & exponens publico ſpectaculo, ſeq; addicens talibus cantilenis . Quod enim ebrietas deſignat offuſa caligine: hoc & muſica vigorẽ mentis emolliẽs perfringénſq; virile robur animi, & ad maiores abducẽs laſciuię petulãtis ſpecies. Opera autẽ dei nõ reſpiciebant: & opera manuũ eius non cõſiderabant . Aut mirabilia eius deſignat opera, aut certè contemplationẽ conditę creaturæ . Quomodo enim contemplari talia potuiſſent qui interdiu noctis opera exequebãtur , noctu verò nihilo melius afficiebãtur atq; mortui ? Quónam pacto potuiſſent iſti ſolem ſpectare exorientẽ , illuſtre ac ſplendeſcẽs decus cœli, chorúmq; multiformẽ aſtrorum, reliquam inſuper diſpoſitionẽ cõditę creaturę pulcherrimo ordine

† pro κυρίου exemplar habet θεοῦ.

πλεονεξίαν.

A ſimili βεβαίωσις.

Sicera hic, ſuccus ex palmulis expreſſus.

Amos.6. b.

A digeſtam, ac miniſterium eius, qui acie deſtituebãtur oculorum & exteriorum & interiorũ? Non igitur mediocris culpæ fuerat et in deũ iniurię, quòd è pręſenti vita emigrarint nulla cõſideratione habita admirabiliũ dei operũ , ſed tẽpus omne defodiſſent & obruiſſent tenebris temulẽtię. *Propterea ductus eſt populus meus in captiuitatem, quia ipſi non cognouerunt dominũ.* Quod futurũ erat rurſus exponit, quaſi iam ſit factum, ſimúlq; pœnã delicto huic impendentem infert. Siquidẽ ipſa ſibi abunde ſufficit pro omni ſupplicio, per hoc quòd obſtreperam ac turbulẽtam intemperiem inſerit animę, tetra caligine circunfundit mentẽ , eam in captiuitatẽ redigens, & innumeris viciis internis pariter & externis iſtos adimplẽs ebriacos. Nouerat & hoc Paulus, nempe maliciã hanc ſibiipſi abũde ſatisfacere, vice ſupplicij. Idcirco ait: Et mercedẽ (quã oportebat)

B erroris ſui in ſemetipſis recipiẽtes. Cęterũ quãdo hoc etiã erat ſtolidę cuiuſdam & torpentis naturę eorum, quòd animaduerſione in ipſos facta ne intelligebant quidẽ ſe ægreſcere, neq; nouerant vllo ſe tẽtari morbo: quare inducit etiã nõ defore externam vltionem, dicens : Propterea captiuus factus eſt populus meus: quia ipſi nõ cognouerunt dominum, & multitudo facta eſt mortuorũ propter famem & ſitim aquæ. Vide, q̃ multa correptio inſerta ſit intẽtatę huic vltioni. Nũ enim derepente audet illã quæ grauiſſima inſtabat, in mediũ adducere pœnam , non item confeſtim futurã captiuitatem intulit: ſed famem præmiſit & terrã ſitu ſqualoréque exhauriendam , vt in ſua quique domo manentes ad melioris vitæ frugem ſe reciperent, neq; ita immedicabiliter ægreſcentes à patria diſtraherentur per barbarorum exercitum. Denique quum ne ſic

C quidem cederent admonitioni , nec proinde quidpiã emolumenti caperent ex ea comminatione , demum inducit in eos extremam vltionem. Attamen præ illis hanc effert & degrauat ſermone, eam commemorans euenturam vehemẽtia famis. *Dilatauit infernus animam ſuam.* Non quòd infernus animam habeat: ſed cupiẽs ſermonẽ reddere ſignificantiorem, ad exprimendam comminationem euidentiùs tali vtitur aſſimilatione perſonę: ídq; etiã facit volens timorẽ in auditorũ animis inualeſcentem fixiùs imprimere . Idcirco in proſopopœia perſiſtit dicẽs, *Et aperuit os ſuum, non deſiturus.* Narrationẽ ſuam texit perinde atque de fera quapiã loquuturus, & è vicinio eorũ ſimilitudinem rerũ quas geſſerãt producit. Quodq; his atrocius eſt, quia os nõ modò aperuit: ſed & manet exerto ore, prædę inhiãs, nec ſatietate expletur eorum quos iam penes ſe deti-

D net cõditos . *Et deſcendent ad eum glorioſi & magnates & diuites & peſtilentes eius.* Ad hæc, vt noueris quæ fiebãt, non eueniſſe conſequentia & ordine naturæ, ſed q; ea plaga à deo immiſſa eſſet , & decreto cœlitus delato: eos qui ſplẽdore nominis inclaruerant, qui pro poteſtate agebãt , qui permiſcebant omnia, rempublicam Iudæorũ ſurſum deorſum ſubuertentes, hos cõfirmauit illò eſſe diſcẽſuros. λοιμοὺς peſtẽ ſiue contagiũ ciuitatis meritò eos vocat , quippe qui nõ ad ſuam ſolũ perniciem tuẽtur malicioſam nequitiem , ſed ad alios quoque eum tranſmittunt peſtilentem morbum. Talis vtique eſt peſtilentiæ natura. Ab vno corpore vt cœpit primũ, recta pergens, reliquam depaſcitur multitudinem : *Et exultans in ea .* Qui deliciis vacat , laſciuit, ſuáq; bona, immobilia deputat : is in laqueum cadet & capietur: *Et humiliabitur homo & cõtemptui habebitur vir, & oculi ſublimes deprimẽtur. Et exaltabitur domin⁹ ſolus Sabaoth*

Ad Ro.1. d.

προσωποποιεῖ τὴν ἀπειλήν.

Ariſtid. λιμοὶ καὶ φθόροι πόλεως, *in eundẽ ſenſum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

las Sabaoth in Iudicio. Vide rursus dei prouidam curam. Non enim perducit ad extremã internecionem, ita vt nihil superfit: neq; populum vniuersum è medio abripiendũ permittit, sed quosdã, vt emigrantium timore perculsi resipiscerẽt, finit superesse. Hoc equidẽ insinuat illud: Quia humiliabunt. Hoc est, manẽtes, derelicti. *Et exaltabitur dominus Sabaoth in iudicio: & deus sanctus glorificabitur in iustitia.* Duo bona proponit, quia illi essent à tumore superbiæ releuãdi & proinde futuri meliores: quódq; deus omnib⁹ foret habẽdus admirationi ac prædicãdus. Hũc enim sensum illa indicãt: Exaltabitur & glorificabit, animaduersione in eos facta & sumpta de peccatorib⁹ vltione. Quid porrò est, in iudicio? Per iustã malorum retributionẽ. *Et pascentes dispersit, quasi tauri, & diserta eorum qui capti sunt agni comedent.* Paucitatẽ eorũ qui derelicti sunt, hîc obscurè quidẽ innuit, simul & effusam atq; exporrectam solitudinẽ regionis. *Væ qui attrahũt peccata sua, quasi funiculo longo* †*quasi igni corrigia vitulæ iniquitates suas. Qui dicunt, citò appropinquent quæ faciet deus vt videamus: & veniat consilium sancti Israël, vt sciamus.* Quo tẽpore continuò intẽtabant cõminationes prophetæ & afflictiones plenas horroris prædicebant venturas, ex contrario pseudoprophetæ ad captandã vulgi gratiã concionantes, diuini timoris robur quod superat populo, dissoluebant, cõminationes prophetarum quidem asserentes mera esse mẽdacia, suas verò ipsorum cõciones asseuerãtes veritate niti. Multi proĩde seducti suspecta habebant quæ à prophetis prædicebãtur, oracula. Dein quia prophetię nõ vno tempore edebãtur, & eueniebãt. Ea enim natura prophetiæ est, multo antè tẽpore prędicere quę certo euẽtura sunt. Prophetæ igiĩ continẽrer quidem dicebant fames, pestes, bella euẽtura, nec tamẽ ea demonstrabãt operib⁹ ipsis: quare ex sera cunctatione tẽporis, arrepta quadantenus occasione deflectendi ad perfidiã isti aliquam multi & dolo circunuenti dicebant: Veniant quæ dicuntur, si quidem vera dicitis: Propiùs adsint res ipsæ. Exhibitote nobis ipsis operibus consiliũ dei. Posteaquã igiĩ isti dei longanimitatẽ, materiam efficiebant perfidiæ, atq; hinc adiiciebãt suis prioribus peccatis, vt increduli essent, & per eam incredulitatẽ ad virtutem obeundã fierent segniores, meritò eos deplorat propheta dicẽs: Quia quasi funiculo longo, sic aduersum vosmet attrahitis iram dei, cumulũ nequitię vobis exaggerãtes. Quum enim his quę dicuntur, minimè fidẽ cõmodetis: deinceps supereſt, vt subsequẽs experiẽtia operũ vos eruditat. Itaq; vobis mala hęc accersitis & cõciliatis malè creduli respõsis prophetarũ. quare ait: Væ qui attrahunt peccata sua. Hoc est, retributionẽ peccatorum. Quasi funiculo longo. à lõgiore initio pertrahitis, ait, definitã peccatis vestrã pœnã. Et quasi iugi corrigia vitulę seu vaccæ subiugalis: vt exprimeret eorũ pertinaciam, & quia studio atq; industria peccarent, quasi siquis ad se quiduis pertrahat tenaci loro ac forti: ita & vos vestra ipsorũ incredulitate iram dei cõcitatis & attrahitis aduersum vos. Deinde addit etiam rationẽ, qua indignationẽ sibi ascisc̃unt, dicẽtes: Citò appropinquent quę facturus est deus, vt videamus. Idipsum & propheta alter eis vicio vertit & insimulat: Væ (ait) desiderantibus diẽ domini: Vt quid vobis etiam ipsa dies? Ipsa est tenebrę & non lux, & caligo non habens splendorem. Etenim illi quoq; peruersè creduli dicebant: Quãdo veniet dies ille animaduersionis & vltionis? *Væ qui dicunt quod malum est bonum & quod bonum est, malum: qui ponunt lucem ipsam, tenebras: & tenebras ipsas, lucẽ. qui ponũt quod dulce est, amarũ: & quod amarũ est, dulce.* Rursus de iisdẽ edisserit. Quum enim prophetas quidem incesserent cõtumeliis, eósq; vocarent perfidiosos impostores, è diuerso pseudoprophetas honore prosequerent: vtiq; tenorẽ rerum ordinémq; peruertebãt, quare miseros eos prędicat ob iudiciũ corruptũ dicẽs: Vę iis qui dicunt quod malũ est, bonũ, hoc est, cõmenticiam & falsò excogitatã prophetiã. Et quod bonũ est, malum, prophetiam scilicet. Qui ponunt lucem ipsam, tenebras: & tenebras ipsas, lucẽ. Qui ponunt quod dulce est, amarũ: & quod amarũ est, dulce. Etiã si verba prophetarũ, ait, toleratu sint difficilia & auditores onerent, sed & his nihil vspiã inuenitur suauius. Per hoc eñ quod intentãt pœnas, ipsam propellunt & auertũt rerum experientiã. E diuerso conciones pseudoprophetarũ, quanlibet sint in speciem dulces, nihil tamen illis amarulentius, q̃ ij ad fauorẽ gratiamq; populare sermocinantes, ipsis operibus vobis concilient & inferant intẽtata supplicia. †En prophetæ sapientiam, vt eorũ conuertit ac permutat mentes. Quum enim prophetis attenderẽt minimum, q̃ pronunciarent acerbiora & plena amaritudinis, pseudoprophetis essent attẽtiores, vt qui verba depromerent multò iucundiora, multúmq; habentia dulcoris, ait: quia totũ id in diuersum abiret. nimirũ à prophetarũ sermonibus multũ dependere mellitę dulcedinis, cõtrà ab assentationibus pseudoprophetarum multum scaturire fellitæ amaritudinis. De luce ac tenebris ad eundẽ sensum nobis tractandus venit sermo. Siquidẽ pseudoprophetę ad errorẽ eos inuitabant, at prophetæ ad cõplexum veritatis quasi manu deducebant. Et illi quidẽ eos tantum nõ manibus obuinctos tradiderunt tenebricosæ captiuitati: hi autem nihil non moliebantur ac tẽtabant quo isti acquiescerũt degere in luce suæ libertatis. Quum igitur de his cõtrarias sectarentur opiniones nec sibi consentiẽtes, meritò ad rectitudinem reuocat dicẽs: Qui ponũt lucem, tenebras & tenebras, lucem. *Væ* †*qui intelligentes sunt apud semetipsos, & coram se scientes.* Et hoc vtiq; vicium nõ est exigui momẽti, quo vnus aliquis se existimat esse sapientem, & suismet cogitationibus nihil non indulget ac permittit. Etenim hinc cõtingit quod ait Paulus cum externis à fide philosophis expostulans, illísque vicio vertẽs, Quia dicẽtes se esse sapientes, stulti facti sunt, Sed & sermo ille puerbialis rursus huic sentẽtię conc init: Vidi hominẽ qui apud se videbatur esse sapiens: spem tamẽ habet stultus prę eo. Hoc ipsum coarguit & Paulus dicẽs, Nolite esse sapientes apud vosmetipsos. Rursus, Siquis sapiẽs videtur esse inter vos, in hoc seculo stultus fiat, vt sit sapiẽs. non se permittens arbitrio proprię sapiẽtię, neq; acquiescens suis cogitationib⁹: sed cõsopitis illis ac repressis, vni alicui spirituali doctrinæ addicat animã. Quum igitur tales apud Iudæos essent quidã, prophetas ceu ouium pastores & caprarios illi quidem fastidienter & cõtemptim eos transmittentes: cupientes alioqui videri sua ipsorum industria sapientes, quod planè superbię indicium eis fiebat occasio aspernandi prophetica oracula, quare meritò eos deplorat dicens: *Væ, qui prudentes sunt apud semetipsos, & coram semetipsis scientes. Væ qui potẽtes sunt inter vos, qui vinũ bibunt, qui dominantur & hi miscent sicerã.* Ne mireris, si quũ paulò antè tanta de ebrietate dixerit, rursus inculcet sermonẽ eadem de re. Nam quando vlcus id perplexũ est, nec facilè vlli medelæ cedit,

ob hoc

ob hoc cõueniebat ipsum iugi aspergine sermonis infundere. Equidem ea propter est permolestum nec facilè cedens, q̃ plerisq; videatur minimè esse peccatũ, quum sit cæteris omnibus difficilius toleratu, & ex se innumerabilium vitiorũ germina propaget. Ob id ait, Væ qui vinum bibunt, & qui dominãtur miscentes siceram. Malum enim quod violentia ebrietatis & potentatus magnitudine exprimitur, duplex est præcipitium. Quum enim nulli non mortalium, circunspecta rerũ ratiocinatione sit opus, iis vel maximè necessaria est, qui amplitudine dignitatis pręcellunt & agunt cũcta pro potestate. Ne igiĩ tumore sui principatus, ceu impetu quodã inundãtium aquarũ elati in præcipitiũ irent, qui iustificabant impiũ pro muneribus, & quod erat ius iusti, auferebãt ab eo: duplex rursus illis intẽdit crimen, quod obnoxiũ culpæ absoluerẽt, & insontem condemnarẽt. Vtriusq; peccati radix, corruptela erat & acceptio munerũ: *Propter hoc quemadmodum succenditur stipula à carbone ignis, & succendetur à flamma remissa.* Hac similitudine celeritatẽ exigendæ vltionis, & facilitatem sumendi de eis supplicij demõstrat, perspicuè docẽs eos ad extremã perniciem esse deducẽdos. vniuersa enim hæc flãma, carbones, stipula & quæ sequũtur, nobis subindicarunt. *Radix eorum quasi puluis erit: & flos eorum quasi puluis ascendet.* Quæ fixa sunt & firma, disperibunt & resoluentur: quæ splendidè & magnificè substructa, ibunt pessũm ac defluẽt. *Non enim voluerũt legem domini Sabaoth facere, sed eloquiũ sancti exasperauerũt.* Eloquiũ siue responsum diuinũ dicit legem. *Et iratus est furore dominus Sabaoth aduersus populum suum: & iniecit manum suam in eos, & percussit eos, & exacerbatus est aduersus mõtes.* † *Et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio viæ. Et in omnibus his non est auersus furor eius: sed adhuc manus eius excelsa.* † Loco pręsenti innuit affuturã grauẽ adeò vindictã peccatorum, vt ne eorũ quidem corpora permissurus sit tradi sepulturæ: vt futuri superstites nõnihil saltem ex sua malitia pręciderent, contemplatione alienæ calamitatis. Mihi nunc vide, vt atrociorẽ reddiderit sermonem. Non enim dixit, quia non sunt mandati sepulturę: sed quia vilissimo quolibet stercore ignominiosius erant disiecti qui prærmortui erant, quod & præ cęteris omnibus horrorem viuis incutere posse videbatur, imò morte ipsa atrocius apparebat. Adde etiam his, quod suapte malitia omnia vincit. Ne his quidẽ gestis resipuerunt aut facti sunt moderatiores: sed in iisdem pertinaciter hæserũt peccatis. Quòd igitur nihilo essent meliores effecti, rursus eis intentat grauissimã illam plagã, nempe impressionẽ barbarorum, eóq; infert dicens: *Quapropter leuabit signum in nationibus procul.* Vt ne interim tepescerent, sęque dederent ignauię propter viæ prolixitudinẽ, addit quia deo tam esset facile adducere eos, q̃ est leuare signũ, & ad ineundum cõflictum milites procinctos & instructos iam educere, quod vtiq; fit equitibus ad decertandum instructis. Simul enim atq; signũ emissionis in sublime erigitur, è repagulis confestim & carceribus exiliunt. Propheta igitur duo hîc insinuat, quia deo eos inuitante, nullus illis labor superfit vt veniant, iámq; venissent pridem, nisi eorum animos repressisset multa dei longanimitas. Deinde inter enarrandum pleniorem ostendit facilitatẽ, dicens: *Et sibilabit ad eos ab extremitate terræ.* Ne mireris autem, si de deo edisserens sic fit vsus istis crassissimis dictionibus. Verba enim ipsa figuratè attemperat stolidæ ruditati auditorũ, per hæc omnia vnũ volens indicare, nimirũ id perquam facile

esse deo, & quia ad id persequẽdũ essent, se accinctos oblaturi & obuios. Idcirco subiecit dicens: *Et ecce citò velociter veniunt. Non esurient, neque laborabunt, neq; dormitabunt.* Hæc hyperbolicè sunt dicta. Qui enim fieri poterat, vt qui homines erant, nõ sentirent famem, nõ item dormirent, cõmunem cæteris sortiti naturę conditionem? Cæterũ hisce omnibus verbis exprimit vẽturi exercitus velocitatẽ, alacrem & expromptam facilitatem, quod & anteuerti vt dicerem: *Neque soluent* †*zonas* †*suas à lumbis suis, neque disrumpentur corrigiæ calceamentorum eorum, quorum sagittæ acutæ sunt, & arcus eorũ extenti. Pedes equorum eorum, vt solida petra reputati sunt: rotæ curruum eorum, quasi procellosa tempestas: impetum concitant, vt leones: & adstiterunt, vt catuli Leonum. Et apprehendet & clamabit quasi fera, & eiiciet, & nõ erit qui liberet eos. Et vociferabitur propter eos die illo, sicut vox maris fluctibus exæstuãtis. Et aspicient in cœlum sursum, & in terram deorsum, & ecce tenebræ duræ, tenebræ in desperatione eorum.* Hisce omnibus sermonem suum exaggerauit, & sensim vnicuiq; eorum incussit timorẽ, ea enarrans quæ decreta erant, quæ de fortitudine, de armis, de curribus, adeò vt eorum multitudo quæ intulit, abundè sufficeret multam illis inferre anxietatẽ: vtque perspicuitatem inductarũ similitudinum res ipsas è propinquo affuturas eis repræsentaret. Quare hostes etiam ipsos confert leonibus. Neq; in hoc conquieuit† exemplo, sed vocẽ quoque affingit, & peracrem impetum ferę, inq; metaphora perstat, multam & argutam sermonis † reuolutionẽ connectit. Hinc deniq; sermonem educit ad mare, dicens: quia tumultus tantus erit, támq; turbulenta infestatio, quanta fieri consueuit vesaniente & exasperato mari, fluctúsq; ciente. Modis omnibus adnititur, vt timorem adaugeat, ad hoc vt ne intentatas pœnas rebus ipsis cogantur experiri. Quódq; his grauius, quia nemo (ait) affuturus est auxilio, non à terra, non item à cœlis: sed destituti superno præsidio simul & inferiorum ope spoliati dedentur hostibus. Tenebras autem præsenti loco dicit quæ illis essent euenturæ per magnitudinem futuræ calamitatis, non item q̃ ex eorum conspectu tollendus esset radiosus splendor Solis: sed quia pro affectu miserè patientium, medio etiam die tenebras pro luce se videre arbitraturi essent, id quod contingere consueuit his qui miserè anguntur doloribus & afflictantur. Vtq; nosses istiusmodi tenebras nõ ab aëris natura esse obortas, sed ab illorum miserabili affectu, subiecit: *Tenebras duras, rudes, asperas, strigosas siue callosas, per inopiam consilij ac desperationem ipsorum.* *Factum est anno, quo mortuus est Ozias rex.* Ecqua tandem ratione propheta quum dimensiones aliorum temporum describat à vita cuiusque regis, hoc verò à morte nunc designat? Non enim ait: factum est in diebus Oziæ, non item regnante Ozia: sed, factum est quo tempore mortuus est Ozias. Id cur tandem in hoc vno faciat, non simplex est & qualiscunq; ratio: sed nobis innuit quiddam arcanę & latentis energiæ. Quid tandem est hoc? Ozias hic prosperiore rerum quas gesserat, successũ ebrius ac tumidus commodiore tranquillitate temporis, quiddam affectauit sua dignitate angustius. Quódque rex esset, arbitratus est sui iuris esse fungi etiam sacerdotio, proinde irruit in adytum templi, & sancta sanctorum ingressus est, sacerdote licet prohibente, & ne eò ingrederetur, interdicente. Is non cessit sacerdotis impetio: sed præconceptæ insaniæ acquieuit pertinaciter, parui ducens sermonem sacerdotis. Istius temeritatis cau-

sa immisit

Universidad de Deusto Biblioteca

A ſa immiſit ei deus lepram in fronte. Quum enim voluiſſet honorem ſua dignitate ampliorem arripere, ea etiam ipſa regia adminiſtratione quam obtinebat, excidit. Etenim non modò nõ eſt adeptus ſacerdotium: ſed & compertus immũditiæ lepræ exactus eſt adminiſtratione regni, ínq; domo ſeorſim habitauit, deliteſcens toto vitę tempore, dedecus & infamiam non ferens. Populus inſuper vniuerſus vnà cum eo nõ leuem iacturam ſenſit indignante deo, quod leges eius parui pendiſſet, nec vltionem expetiuiſſet de cõtumelia ſacerdotio irrogata. Quo igitur pacto incõmodum cepit ex ea indignatione? Donum prophetiæ retractum eſt & repreſſum. Iratus enim eis deus nulla de re omnino reſpondit. Hoc verò nõ vſquequaq; fecit, ſed tantiſper dum vixit rex, modũ iſti vindictæ impoſuit. Igitur ille ſimul vt tranſegit vitã rex, & deus conceptam in eos indignationem præcidit, & rurſus fores adapeB ruit prophetiæ. Itaq; propheta hoc innuens, memoriã renouauit temporis quo ſuum diem obiit rex, eóq; ſic

Ioan.1.c orditur prophetiam dicens: Factũ eſt anno quo mor-

Quæſtio. tuus eſt Ozias rex, *Vidi dominum ſedentem.* Atqui Chriſtus ait, Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui eſt in ſinu Patris, ille enarrauit. Rurſus, Nõ quia Patrem quis vidit, niſi qui eſt à deo, hic vidit Patrẽ. Ideóq;

Solutio. dixit Moyſi, Nemo videbit faciẽ meam & viuet. Quo igitur ſenſu hic aſſeuerat ſe vidiſſe dominũ? Ait enim, Vidi dominum. Vtiq; hoc dicens nihil ait quod cum dictis Chriſti ex contrario pugnet, ſed quæ magnopere eis conſentiãt. Etenim Chriſtus de abſoluta dei cognitione loquitur, quã nemo nouit aut vidit. Nudam enim illam dei maieſtatem, eſſentiámq; modis omnibus ſynceram nemo exactè perſpexit, præter vnigenitum: propheta verò profitetur ſe vidiſſe, quatenus eã C videre poterat. Quod enim eſt deus, is nequaquam videre potuit: ſed velamine quopiam & inuolucro decenti opertum contemplatus eſt, & eatenus ſe demittentem, quatenus infirmitas contemplantis poterat euſque aſſurgere ſpirituali aſcenſu. Nam quod dei maieſtatem nudam non viderit, ex iis perſpicuè elicitur quæ etiam hoc exprimunt. Vidi enim (ait) dominũ ſedentem. Neq; enim ſedet deus. Habitus enim talis corporum eſt. Nec vtcunque ſedentem deſcribit, ſed ſuper ſolium. Deus verò nullis circunſcribitur locis. Quî enim poſſet, qui nuſquam non præſens eſt, adimplens quæ ſunt, omnia? In cuius etiam manu fines terræ conſiſtunt? Prorſus quod videbatur, erat dei euſq; ſe demittentis. Hanc eandem loquẽdi formulam obſcurius inſinuans propheta alter, ex dei perſona dicebat: Ego viſiones multiplicaui. Hoc eſt, multifariam D multíſq; modis me exhibui conſpicuum. Ipſa ſiquidẽ dei nuda eſſentia ſecreta eſt, & è cõſpectu ſublata: neque aliquando ſub diuerſis formis cuipiam ſe ſpectandam præbuit. Cæterũ, ſiquando ſe demittit, nunc quidem hoc modo, nunc autem illo ſeipſum oſtendebat prophetis, conſentaneè aſſimilans ſubiectæ qualitati temporum figuram & imaginem. Et in hunc ſenſum dixit: Viſiones multiplicaui: & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum. Non ait, quemadmodum ſe nobis exhibuit ſpectandum: ſed aſſimilatus ei formę quã contemplãtes ipſo viſu agnoſcere poterant. Vides igitur ipſum quidem nunc ſedentem, armis nunc accinctum, nunc autem cano admodũ capillitio aſperſum, nunc item in aura ſe exhibentem, nunc rurſus in igne, nũc verò ab auerſa & poſteriori parte cõſpicuum, deniq; ipſis Cherubinis ſpiritibus inſidẽtẽ, & ad ſplẽdo-

A rem metallicarum materiarum (quę omnium maximè tralucidæ ſunt & trãſparẽtes) radioſam oculorũ aciem cõformantem. Quam ſanè ob cauſam nunc quidẽ ap- *Cõfirmat prius dicta, anadiploſi.* paret armis cõmunitus, & cruore cõſperſus, nunc autem in igne, nunc partẽ tantum exhibens viſendã poſteriorem, nunc rurſus in cœlo, nunc in throno, deniq; nunc ipſis inſidens Cherubinis: cauſas reddere harum aſſimilationum intempeſtiuum eſt, vt ne corollarium fiat opere ipſo maius. Quadantenus tamen profuerit, hac de re ſermonẽ texuiſſe pro intelligentia pręſentis viſionis. Qua igitur ex cauſa, ſic ſe nunc exhibet cõſpi- *Quæſtio.* cuum, in ſolio ſedẽs & cum Seraphim? Quandoquidẽ *Solutio.* illi ſermo erat ad homines, morẽ imitatur humanum. Quia enim ſentẽtiam prolaturus erat aliis de rebus, de vniuerſo terrarum orbe déq; etiam Hieroſolymis: duplex ponit decretum dei. Vnum quidẽ quo pœnã irrogat ciuitati & genti vniuerſæ: altero autẽ pollicetur B nõ mediocre beneficium, cuius aduẽtu orbis erigatur in ſpem ampliſſimam, & honorẽ immortalẽ, mos proinde obtinuit apud iudices, vt de quauis controuerſia pronunciaturi nõ hęc faciant clàm: ſed pro ſublimi & eleuato tribunali cõſidẽtes, aſtãtibus vniuerſis, & cortinis vndiq; contractis, iudicia exercent, Hos imitatus ſcribit adſtitiſſe deo Seraphinos ſpiritus: & quia in ſublimi ſolio conſidet, & ita ex eminenti loco hanc profert ſententiam. Et vt diſcas rem geſtam omni carere ſuſpicione, ſed quia hęc cõſuetudo fuerit ei familiaris, adnitar & hoc reddere perſpicuum ex alio propheta. Etenim apud Danielẽ, quo etiã tempore ibi erat ſen- *Dan.7.d* tentiam magni certè momẽti pronunciaturus de pœnis & cruciatibus populo Iudæorum irrogandis, déq; bonis vniuerſo orbi impertiẽdis, etiam illic cõſpicitur C thronus ſplẽdidus ſanè & circũquaq; ſpectabilis, multitudo item adſiſtentium angelorum, ſocia agmina archangelorũ, ſimul & vnigenitus cõſidens. Adaperiuntur libri, tractu vario decurrunt igniti fluuij, habitus formæq; tribunalis cõſtituitur. Et quæ illic deſcribuntur, in vniuerſum affinia ſunt & cognata iis quę hîc dicuntur: aut etiam apertius ille ea denũciat, quippe qui vicinior tẽpori erat quo hæc geſta ſunt, iãq; deinceps prophetia ipſas pulſabat fores. Cæterũ hæc ſolerti induſtriæ ſtudioſorum relinquimus, vt in vnum colligant, & ex collatione ediſcant quàm ſit vtriuſq; prophetiæ cõſentanea cõmunio. Vti cœperam dicere, exactè iam propoſitum nobis argumentum attingamus, ac ſi fieri poteſt, vnamquanq; dictionem ediſſeramus. Ita enim & nobis & vobis quæ dicuntur, fient dilucidiora. Quid igitur eſt, quod ait, Vidi dominum ſeden- *Pſal.9.a* D tem? Sedere ſuper thronum, ſymbolũ eſt vbique Iudicij, quemadmodũ & Dauid ait: Sediſti ſuper thronum qui iudicas iuſtitiam. Et Daniel, Throni poſiti ſunt, & iudiciũ ſedit. Illa autem ſeſſio abſolutè accepta alterius iudicij ſymbolum eſt, iuxta prophetam. Cuiuſnã eius? ſtabiliter fixi, permanẽtis, confirmati, inuertibilis, nullum ſortituri finẽ, vitæ interminæ & perenniter duraturæ. Ob hoc ait, Simul conſidens in ęternum. Et, Nos qui perimus in ſeculũ. Ait enim, Tu autẽ manẽs viuis, ſemper eodem modò exiſtens. Nam quòd nõ dixiſſet de cathedra, ipſa diſtinctio perſpicuè docet. Nõ enim dixit, nos erecti & ſtabiles, ſed qui perimus. Illa proinde ſeſſio ſuper thronum, iudicium inſinuat. Ob id videt deum ita conſidẽtem ſuper ſoliũ excelſum & eleuatum. Aut hoc innuit aliud quiddam, aut certè illud. Etem̃ thronus erat excelſus, hoc eſt, eximiæ magnitudinis, & ὑπερμήκης, hoc eſt in ampliſſimam longitudinem ex-

nem exporrectus: & ἐπηρμένος, eleuatus, hoc eſt ineffa- A bili altitudine conſpicuus ac eminens, & ſublimis. *Et plena erat domus gloria eius.* Quænam domus? Dic mihi. Templum. Nam ex quo illinc exoriebãtur inimicitiæ, meritò etiam in hac admirabili viſione ibi cõſpicitur ſeſſitans. Sed enim gloriã hîc vocat ſplendorem ac lucem nulli explicabilem: quam quum nõ poſſet verbis enarrare, hanc gloriam appellauit, nec vtcunque dixit gloriã, ſed gloriã dei. *Et Seraphim ſtabant in circuitu eius.*

Quoſnam hos inſinuat eſſe Seraphinos ſpiritus? Virtutes vtique incorporeas ſupernę illius ac numeroſiſſimæ multitudinis, quarum virtutẽ, & beatitudinem per

ἐμπυρισμάτα. eorum nomẽclaturã noſſe quis poſſit. Seraphim enim iuxta interpretationẽ Hebraicæ linguæ dicuntur Ora ignita ſiue ardẽtia. Quid igitur doctrinæ ex hac interpretatione colligimus? nimirũ puriſſimam eſſe eorum ſpirituum ſubſtantiã, peruigilem, mirè excitatam, per- B nicíſſimam & agilẽ maximè. Vim habet operatoriã, omnis maculę immunis eſt. Cõſimili ratione propheta etiã Dauid cupiẽs nobis ob oculos exhibere eorum ſuperiorum virtutum adminiſtrationem impedimẽti omnis eſſe liberrimã, quantáve agilitate polleat in obeunda ſui officij functione, quàm item efficax ſit, dicebat: Qui facit angelos ſuos, ſpiritus: & miniſtros ſuos,

Pſa.103.a ignis flammam. Hiſce verbis indicat nobis eorũ velocitatem, leuitatem, induſtriam efficacem ex elemẽtorum moderatione. Talibus virtutes hæ vacãtes, labiis puriſſimi hymnos concinunt dominatori, opus hoc vnum iugiter proſequẽtes, fauſtas acclamationes gloriæ ad deũ tranſcribentes, miniſterium ſibi impoſitum citra interruptionem explentes. Eorũ proinde dignitatem per hoc declarat, quia proximè adſiſtũt throno.

Cõfirmat τῇ ὁμοιώσει. Quemadmodum enim apud reges terrę, qui dignitate C præpollent, proximè adſiſtũt regali throno: ad eundẽ ſanè modũ Seraphicę virtutes propter præeminentiã virtutis, ſublime illud ſolium vndequaq; cingunt, aſſiduè perfruentes ineffabili illa beatitudine, ídq; beata illa ſorte delegatæ ſibi functionis acquieſcentes. *Sex alæ vni, & ſex alæ vni. Et quidem duabus velabant pedes ſuos, duabus autẽ velabant facies ſuas, & duabus volabãt. Et clamabant alter ad alterũ, & dicebãt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, dominus Sabaoth. Plena eſt omnis terra gloria eius.* Quid alę iſtę nobis innuere volunt, quid item alararum cõploſio ac volatus? Sanè enim nõ putem alas attribuẽdas eſſe incorporeis illis virtutibus. Verũ enimuero per eiuſmodi rudes & craſſas deſcriptiones propheta rurſus nobis ſubindicat arcana quędam & recõditæ intelligentiæ, ſe quidem demittens & attemperans eorum infirmitati qui ipſum tunc temporis audiebant. Vtcunque D tamen ſe demittit, omnẽ alioqui ſenſum tranſcẽdens, ſententias exhibet, attẽtiore ſtudio nobis excutiẽdas.

Quæſtio. Solutio. Quid tandem iſtæ alarum cõploſiones ac volatus innuunt? Nimirũ præcelſam ac ſublimem earum virtutum naturam. Ad hunc modum & Gabriel volãs conſpicitur, & è cœlo labẽs: vt diſcas eius velocitatem atque alacrem agilitatem. Ecquid miraris, ſi in explicãdis hiſce adminiſtratoriis virtutibus, verbis eiuſmodi ſit vſus, quandoquidẽ & de ipſo vniuerſorum deo, nõ refugit tractare cõſimili dicendi formula hanc demiſſionem erga nos, dei? Volens enim exprimere eius ſiue incorpoream naturam, ſiue citam eius quocunque in loco præſentiam Dauid ait: Qui obambulat ſuper pẽnas ventorum, quamuis venti pennas nõ habent, neq; ambulat ſuper pennas. Quomodo enim is, qui nuſquã non adeſt? Sed quod præuerti dicere, ad imbecillitatẽ

A auditorum ſe demittens, ad ea erigebat mẽtes auditorum, quorum capaces eoſdẽ videbat eſſe. Rurſus idem volens oſtendere auxiliũ à domino pendẽre, & per id tutelam ac ſecuritatem, iiſdem dictionibus vſus ſic ait: In tegmine alarum tuarũ proteges me. Hoc ſanè loco propheta per haſce alas ſiue colliſionem alarum nõ ſolùm nobis inſinuat ſublimitatem ac velocitatẽ: ſed & aliud quiddã terroris plenum. Declarat enim, quia id quod videbatur etiam ſi eſſet dei ad nos ſe demittẽtis, ſicuti certè erat, neque tamen ſupernæ illæ virtutes ad eam vſq; menſuram pertingere poterant quantalibet ſua capacitate. Nam ꝙ velabant pedes, quódq; operiebant terga, vtrunq; indicat eos admiratione fuiſſe perculſos, & ad fulgorem tãtæ maieſtatis intremuiſſe, nõ ferẽtes eiaculationẽ tanti ſplẽdoris è throno proſilientis. Quamobrem facies ſuas obtẽtu alarum, quaſi B pariete quodã ſiue tegumento obumbrabant, id quod pro more ſuſtinemus facere, cum aut tonitru cum vehemẽti fragore decidit, aut fulgetris erũpentibus, terrã verſus prono vultu inclinati. Tale quid ſuſtinebant & illę virtutes. Quòd ſi Seraphim, eximię & admirabiles illæ poteſtates deum ſedentem & ſuper thronũ ſedentem intrepidè & citra tremorem cõtueri non poterant, ſed & facies & pedes obuelabant: quis tandem ſermo ſatis ſupérq; repræſentet illorũ inſaniam qui ſe profitẽtur manifeſtè vidiſſe deum, quíq; illam dei immortalem eſſentiam caſſo labore explorãt & perſcrutãtur curioſius? *Duabus volabant & clamabãt.* Quid tan- *Quæſtio.* dem inſinuat per hoc, volabant? Quid itẽ deſignat ille volatus? Quia nimirum iugiter adſtant deo, nec quo- *Solutio.* quam ab eo ſecedunt: ſed hæc eis eſt viuendi ratio & inſtitutum, nempe ad dei laudẽ aſſiduè hymnos emo- C dulari, ſuúmq; creatorem lætis acclamationibus iugiter benedicere. Non enim dixit, clamauerunt, ſed clamabãt. Ac ſi diceret, functio hæc, hoc opus eſt perẽne illis. *Alter ad alterũ, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus.*

Hoc planè indicat concinnam numeríſq; omnibus moderatam ipſorum ſymphoniam, laudẽmque multa cum concordia attributã conditori. Hymnus hic non ſolam cõplectitur laudem, ſed eſt & prophetia eorum quæ apprehenſura erant orbem terrę, bonorum, ſimul & exacta dogmatum traditio. Rurſus quamobrem nõ *Quæſtio.* dixerint ſemel duntaxat, & tacuerũt, nõ item ſecundò & ſteterunt: non deniq; tertiò, & adiecerunt, non ſatis liquet, eos id feciſſe vt ad trinitatem hymnũ referrent. Ob hoc Ioãnes quidem aſſerit dictum eſſe de filio: Lucas autẽ de ſpiritu ſancto, propheta verò de Patre. Equidem hanc nobis inſinuãt intelligentiam quæ D ſequũtur. Ab hymno enim mox ſubiecit, Plena eſt omnis terra gloria eius, id quod proprium erat prophetiæ diligenter conſcriptæ, nimirũ vt prædicerent futuram de deo cognitionem per quam impleta eſt terra habitabilis gloria dei. Nã tunc etiã olim & quo tẽpore hęc dicebãtur, non ſolùm reliqua pars orbis terræ, ſed ipſa quoq; Iudęę regio multa flagrabat plenitudine impietatis, & nemo vſquã erat qui deum glorificaret. Teſtis hic idẽ propheta dicẽs, Quia propter vos nomen meũ *Eſa.52.b* blaſphematur in gentibus. Quando igitur impleta eſt *Quæſtio.* terra gloria eius? Quo ſcilicet tempore hymnus hic in *Solutio.* terram eſt delatus, & homines infimæ regionis incolæ cum illis virtutibus ſupernis vnum & eundem conſtituere chorum, vnam melodiam retulerunt in ſublime, & in cõmune deũ celebrarunt. Quòd ſi Iudęus aduerſum hęc impudẽti ore oblatret, doceat quo olim tempore terra omnis impleta fuerit domini gloria, gloria inquam,

Universidad de Deusto Biblioteca

inquam, quæ ab ipsis cognitione proficiscitur. Cęterū ne id quidē docere potuerit, etiam si millies respōderit impudentissimè. *Et eleuatum est superliminare à voce, qua clamabant.* Vidisti expromptam prophetiæ facilitatem, nimirū res ipsas sibi inuicē consentaneè respōdētes. Dicto enim hoc hymno & quia impleta est terra omnis gloria eius, ceremoniæ Iudæorum omnes & victimę desierūt, quod luculēter expressit per eleuatū superliminare. Erat enim hoc desolationis & euersionis templi signū. Templo autē à fundamentis euerso, alia insuper pessum ierunt omnia. Vtq; intelligas nouum testamentū obliterasse vetus, ait: A voce clamantium, eleuatum est superliminare. Hoc est, Mox vt hymni istius glorificatio aduenit & affulsit orbi gratia, Deiq; gloria toto terrarū orbe effusa est, vmbrę Iudaicæ procul submotæ sunt. *Et domus impleta est fumo.* Hoc insuper videtur mihi etiam signum præferre captiuitatis quæ eos apprehensura erat, & ignis barbarici atq; omnium atrocissimi incendij: *Et dixi, O me miserū, quia sum compunctus, quia homo quum sim & immunda labia habeam, & in medio populi immunda labia habentis ego habitem, etiam dominum Sabaoth vidi oculis meis.* Visio hæc immodica admiratione perculit prophetā, eius animum expergefecit, perterrefecit, ad confessionē suæ indignitatis perpulit, vtq; vilitatem propriæ materię agnosceret, effecit. Etenim tales sunt sancti omnes. Si quando quopiā cumulatiore potiuntur honore, tūc demissius se deiiciūt. Ad hunc modū se gessit Abraham, sermonem enim faciēs cum deo, se vocabat terram & cinerem. Hoc pacto & Paulus, quo tēpore dignus est habitus insigni illa visione, tūc se nominauit abortum. Sic sanè etiam hic miserū se profitetur prius à naturę conditione, dicens: O miserum me, quia cōpunctus sum, quia homo quū sim. Deinde à propria destinatione & voluntate: Et immūda labia habeam. Sua autem labia polluta siue immūda vocauit (vt ego sanè arbitror) ad comparationem labiorū Seraphim, hoc est, ignitorū siue ardētium, eximiæ puritatis virtutum & absolutissimi illius apud deum famulatus atque obsequij. Sed enim non hîc perstitit, verum & pro populo vniuerso confitetur hac vsus inductione, ac dicēs: In medio populi immunda labia habētis, ego habito. Qua tandem causa hîc expostulat cū labiis eáq; vocat in ius? Nimirū, vt insinuaret se destitutū fiducia loquēdi. Nāq; tres illi etiādū pueri quū in medio fornacis cōsisterent, idē propemodū dicebant: Nō est nobis aperire os. Et nūc quādo instabat articulus depromendæ hymnodiæ ac laudis, videbátq; supernas virtutes hoc faciētes, meritò ad labia deflectit sermonē, quando ad eā obeundā functionē inuitantur vel maximè. Sed sua quidē labia eam ob rem vocauit immunda, populi autē labia non eadem ratione, quādoquidem immodica onerabatur transgressione legis & iniquitate multiplici: Et regem dominū vidi oculis meis. Ob hoc (ait) ingemisco & lamentor, quia tanto sum honore cohonestatus, alioqui eo indignus, honore inquā, meum meritum transcendente, naturæ meæ conditionē prętergrediēte. Quando autē dicit, Vidi: nolim existimes insinuare voluisse absolutam illā dei cognitionem siue contemplationē, sed quatenus fuit eius capax. Tecum reputa quantum lucri resiliat ex confessione. Seipsum accusauit, & confestim expurgatus est. Simul enim atque verba hæc protulit, subiecit: *Missus est ad me vnus ex Seraphim, & in manu sua habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua &*

Locus sanè intelligēdus. — *Quæstio.* — *Solutio.* — *Dan. 3. c. iuxta. 70.* — *Vis quāta sit confessionis.*

A *auferet iniquitates tuas, & peccata tua perpurgabit.* Nonnulli quidem hæc etiam asserunt symbola esse futurorum sacramentorum, puta, Altare, Ignem altari adiacentē, virtutem administratoriā, quódq; admotum est ori ad expiationem peccatorum. Nos porrò historiæ interea acquiescimus, dicentes cuius gratia sit hoc factū. Mittendus enim erat ad populum Iudęorum, vt quædam renunciaret plena terroris & permolesta. Itaq; è Seraphim vnus mittitur, vt ipsum timore, † ac præsenti loquēdi fiducia compleret. Et ne Mosen imitatus excusaret esse se exilis & gracilentæ vocis, & exemplo Hieremiæ causaretur se esse iuniorem, quanquam hîc pariter obtendit se habere labia immūda, quare minimè etiam se posse his inseruire quę dicebantur: venit vnus è Seraphim vt expurget eius peccata, nec id propria virtute: (Hoc enim soli deo, Patri, filio & spiritui sancto competit.) Sed imperio & admotione carbonum. B Non enim dixit, Ecce auferam ego: sed, ecce hoc auferentur iniquitates tuæ, & peccata tua perpurgabit, eius nimirū imperio qui misit. Cæterum quamobrem vnus ille è Seraphim carbonē accepit forcipe? Siquidem incorporea virtus nullam à carbonibus sensura erat exustionem. Quam igitur ob causam hoc tenore res gestæ sunt? Vt doceret, q̄ se demitteret deus. Ob hoc etiam & ab altari accepit, super quo hostię offerebantur, & expiationes fiebāt peccatorū. Quòd si obiicias, Quî factum est vt os prophetæ non conflagrarit incendio? Maximè quidem. Quod ignis ille qui Esaiæ fuerat cōspicuus, nō subiacebat sensui corporis. Alias autem, si quando deus quidpiam operis confecerit, de ratione ne curiosius inquiras, aut superfluam sumas operā. Actiuus enim iste ignis & sensibus subiacēs, qui C circa corpora versatur, ea non efficit quæ competunt igni spirituali. Licet enim † ibi sarmenta & pix iniecta sint igni, flāma tamē oblita est proprię naturæ. Ecquid miraris, si nunc quoque rebus tantis præter hominum opinionē gestis, os expurgauit, nec tamen exussit ignis ille? *Et audiui vocē domini dicentis hoc, Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc?* Vides quātum visio hæc attulerit cōmodi, & perfecerit, quatenus cum laude direxerit timor, quāquam circa Mosen tale aliquid gestum sit. Nisi enim ipsi Seraphim deus quoq; insidens throno visi essent. † Attamen aliud spectaculum etiam tunc demonstratū est prophetę, sane quam admiratione dignum. Tale erat, vt nemo posset aciem fixius intendere in id quod apparebat. Ardebat em̄ rubus (ait) & nō cōburebatur. Attamen tātus ille Moses post signa illa, multámq; dei admonitionem cunctatur ac subterfu- D git, causificatur, & perquam multos colores excogitat reiiciendæ legationi idoneos, puta dum dicit: Gracilioris sum linguæ & tardiloquus. Et, Delige tu alium quem cum mendatis emittas. Quin & Hieremias excusat teneritudinem ætatis. Ezechiel quoque post acceptum mādatum, dies septem deterit circa fluuium, deprecās legationem & ob id extrahens tempus, quo factum, vt deus adiecerit illam parabolam: Speculatorem dedi te domui Israël. Et, Quia animam eorum de manu tua requiram. Ionas insuper non modò excusauit legationem, sed & se constituit refugam dominici mādati. Quid igitur? His ne omnibus cōfidentia maiore pollebat Esaias? Num eximio etiā Moyse? Ecquis hoc dicat? Qua igitur ratione contigit, vt Moses quidem recusarit delegatam sibi prouinciam: hic autem non apertè iussus prosiliuit? Neque enim dixit, Abi: sed deo dicēte, Quem mittam? iste verbum rapuit vice man-

† Deest hic quoddam in exēplari, forsan, ἀπαλλαχθῇ liberet. — *Hoc scilicet carbone.* — *Quæstio.* — *Responsio.* — *Quæstio.* — *Solutio.* — *† apud Babylonem.* — *† desiderē hîc quiddā in exēplari.* — *Quia puer ego sum.*

ce mandati. Porrò quidam asserunt ipsum peccasse, q̄ Oziam temerè ausum irrumpere in adyta templi non coarguerit: cupiēs verò idem pro illo peccato satisfacere, post hæc multa cū alacritate prosiliuit vltroneus ad obedientiam, vt deum sibi hac animi propensione redderet placabilem. Propter enim hoc dicebat labia sua esse immūda, quod nō libertate loquendi vsus esset. Atqui talia effutientes nequeam tolerare. Est enim Paulus tantò illis fide dignior, qui hunc ipsum vocans audacem dicit: Esaias autē audet & dicit. Sanè eam ob rem, vti aiunt, neq; iuxta cōmunem naturę legem, vitę finem accepit, sed cruciatū sustinuit multò acerbissimum, Iudæis nō ferentibus ipsius in increpādo libertatem. Exceptis hisce nugacibus, nusquā scriptura cōmeminit, quia vel præsens tum fuisset, quo tēpore hæc præter dignitatē Oziæ tentata sunt, & q̄ præsens siluerit. Sed talia proferētes, ex propriis & suamet cōmentatione collegerunt coniecturā. Quid igitur ad hęc liceat respōdere? Quia Moysi & huius dispar erat cōditio. Moses enim in barbaram regionem mittebatur, & ad tyrannum vecordi insania ac rabie percitum: hic ad domesticè notos, & qui eū audierant subinde docentem, quíque ab ipso fuerant non exiguo tempore eruditi. Quibus de causis, vtriusq; obedientia hîc & illic nō requirebat virilem cōstantiam & ex æquo parem. Quidam autem dicunt aliud quidpiam intercessisse, quod ipsius animo hanc inseuerit alacritatem. Quum enim pro suis, próq; populi peccatis esset confessus, ac vidisset Seraphim ad se mitti & ex eis vnū, qui sua expurgaret labia, spe etiā præsumpsisset eadem euentura esse populo, & hæc abiret renūciaturus, exprompto & alacri animo dictū verbum rapuit ex ore dei loquentis. Etenim sancti illi quàm erant præ cæteris hominibus amātes dei, tā erant bene cupientes populo, quasi filiis. Is igitur quum sperasset se renūciaturum populo aliqua ex parte abolitionem malorum, incunctāter in mediū prosiliuit & ait: Ecce ego sum. Mitte me. Aliâs verò animā profectò habebat mirè propensam & expositam subeūdis periculis. Morem hunc fuisse Esaiæ, vel lectione totius eius ꝓphetiæ colliquescit. Quū igitur spopōdisset se abiturū, nec iam deinceps auderet pactū abnuere, tunc audit quæ essent allatura populo peracrē molestiā & anxietatē. Siquidē deus ipsum moderatus sapiēter direxit. Non enim initiò statim dixit: Abi & dic populo, sed prius suspendit mandatū, & incertum reliquit modū suę missionis. Ex quo iussis tam facilè paruit, ea prænunciat populo Iudæorū quæ eos apprehensura essent mala. Quæ porrò hæc erant? *Vade* (inquit) *& dic populo huic:* † *Auditu audietis & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierūt & oculos suos cōpresserunt, ne fortè videāt oculis & auribus audiāt, & corde intelligant, & cōuertantur, & sanē eos.* Quod ad eos attinet qui exactè callēt scripturas, arbitror hæc enarratione nulla egere, quādo præsertim eadem & Ioannes tonitrui filius, Paulus item nouæ iuxta ac veteris scripturę exquisitè cōscius pręuerterūt edisserere. Hic enim Romæ quidem quum esset inter cōcionandum apud eos qui cōuenerant, & illi resilirent, nec sustinerent quæ dicebantur, dicebat: Bene dixit spiritus sanctus, Aure audietis & nō intelligetis. Tonitrui item filius, quum illi ne visis quidem miraculis persuadebantur, vt crederent, dogmata itē audiebant nec eis aures adhibebāt attentas. Lazarū excitauit ad vitā Christus, & ecce eūdem moliebantur è medio auferre. Dæmo-

Rom. 10. d — *† ἀκοῇ vel aure.* — *Act. 28.* — *Act. 28. g.* — *Ioannem Euangelistam intelligit.*

A nes abigebat, & dæmoniacum appellabāt. Eos conciliabat Patri, & seductorē nominabant. Ioannes enim, quū illi contrarias de Christo opiniones cōcepissent, huius cōmeminit prophetiæ dicēs, Bene dixit Esaias, Aure audietis, & nō intelligetis: videntes videbitis, & non perspicietis. Nam quum interiores oculos mētis haberēt oblęsos ac deprauatos, nulla iam eis supererat vtilitas ex sensorio organo exteriorū oculorū, corrupta mēte. Ob hoc videntes nō videbant, & audientes non audiebāt. Simul adiungit & causam, Non enim ipsa sensuum organa erant corrupta, non natura oblæsa erat aut vlla sui parte mutila: sed cor excæcatū. Incrassatum est enim cor populi huius, ait. Ista mentis crassities concrescit multitudine peccatorū, à cōncupiscentia gignitur rerū temporaliū. Hanc crassitiem enarrās Paulus dicebat: Nō potui vobis loqui quasi spiritualibus. Nondū enim poteratis: sed neq; adhuc potestis. B Causam annectit dicens, Cū enim sint inter vos zelus & contentio, nōne carnales estis? Itaq; illi quū inuidia non modica, perturbationibúsque liuoris & odij intabescerēt: oculū vtiq; mentis inpinguabant crassitudine ignorationis & inscitiæ, nec iam deinceps valebāt quæ syncera sunt recta cōtueri: eóq; de his quę in omnium cōspectu à Christo edebantur, miraculis, diuersas & secū pugnantes sententias cōcipiebant. Hęc igitur propheta acie mentis nō inscite cōtemplatus prædicit & causam tanti istius morbi. Mihi iam animum adhibe, quum duæ hîc assignentur prophetię, vnā quidem quæ de ecclesia est, déq; bonis orbi terrarū affuturis ipsi spiritus Seraphini in se receperunt, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Sabaoth. Plena est omnis terra gloria eius: alterā verò quæ de captiuita- C te est, & pœnis Iudæorū populo irrogandis, reliquerūt prophetę promulgandā, vt hinc etiā discas quāta amplitudine, quámque excellenti prærogatiua ecclesia polleat. *Et dixi, Vsquequo domine?* Vides nos nō frustra, sed certis cōiecturis collegisse, quanta cum alacritate propheta paruerit diuinæ voci. Ipse enim quū audiisset cōtraria his quę se auditurū sperauerat, nēpe desolationem regionis, extremā hominum cladem, rogat saltem se edoceri modū mensurámve pœnæ populo irrogandæ, nō ausus precari vt ab omni prorsus seueritate vindictæ eruerētur, q̄ prius eum docuisset deus populum admisisse flagitia quæ nullā promererentur veniā. Quæ enim sustinuerant cōmittere facinora non à direptione solùm, neq; à voluntate nequitet insultādi proximis: sed opus animæ peruersè obedientis, & ingenij ad cōtētiones nati & quasi pręmeditatò oblu- D ctantis his quæ à deo fiebant. Et quidē hoc tacitè innuens, dicebat: Ne fortè videāt oculis, & corde intelligant, & cōuertantur, & sanē eos. Perinde enim atq; ij qui magno timore corripiūtur, ita profert hoc: Ne fortè quiduis discant eorū quæ decētia sunt ac suæ saluti opportuna. Sic enim mentē suā excęcarāt studio peruersitatis. Quū igitur superesset acerbissima increpatio simul & vltrix facinorū pœna planè inexorabilis, etiam affectat doceri, sed ordine discēdi infert supplicationem. Ex quo autem neq; palam audebat pro hoc offerre supplicationem: ob hoc sub colore disciplinæ, excogitat interrogationē, dicens: *Vsquequo domine? Et dixit, Donec desolentur ciuitates, vt non habitentur: & domus, vt non sint homines. Et terra relinquetur deserta: & post hæc longè faciet deus homines. Et multiplicabuntur qui derelicti fuerint super terram. Et adhuc in ea est decimatio. Et rursus erit in deprædationem, sicut terebinthus: & sicut glans, quando exci-*

Ioan. 12. f. — *Hæc non vsquequaque respōdēt textui Ioannis.* — *1. Cor. 3. a*

Universidad de Deusto Biblioteca

derit ex theca ſua. Semen ſanctum erit, erectio columnæ eius.
Suſpenſa ſuperiore prophetia, ſermonē rurſus educit
ad hiſtoriā & captiuitatem decē tribuū prędicens cō-
memorat longanimitatem dei exhibitam eſſe duabus
tribubus per illam decē tribuum captiuitatē. Tandem
hos etiam ipſos in captiuitatē præcinit abducendos,
quod minimè eſſent vſi dei longanimitate ad id quod
ex officio conueniebat, proſperitatē inſuper temporis
ſucceſſuram eis qui relicti fuerint. Nam quando dicit:
Donec deſolentur ciuitates vt non habitentur, verbis
his innuit captiuitatē decem tribuum. Etenim ad vnū
omnes penitus exterminati ſunt, ac multa cum imma-
nitate abrepti omnes in alienā ſunt abacti regionem,
ſic vt ciuitates etiā vniuerſæ ſtarent quidē, ſed vacuæ
hominum, terra quoque ipſa deſtitueretur cultoribus
ad eorum vtilitatem qui relinquendi erant. Et quidem
quando dicit: Donec deſolentur ciuitates, vt non ha-
bitentur: & domus, vt non ſint homines, vtiq; inſinuat
captiuitatē: quum verò addit, quia poſt hæc longè fa-
ciet deus homines, aut omnimodā omnium fœlicita-
4.Re.18.c tem, ínq; agēdis dexteritatē innuit, aut certè proſper-
rimum tēporis curſum qui ſucceſſit duabus tribubus,
aliis decem in captiuitatē abactis. Liberati enim à Sē-
nacherib & eius barbarico exercitu, proinde, & illam
conſequuti admirabilē victoriam, rurſus ſuccreuerunt
in numeroſam multitudinē, & ad vitæ longitudinem
progreſſi ſunt, nullo eos interturbante bello. Quando
autē dicit, quia longè faciet, aut copioſam indicat ho-
minum multitudinē, aut certè prolixitudinem innuit
annorum. Vtq; intelligas, quia de duabus tribubus di-
cit hæc, ſubintulit: Quia in ea eſt decimatio. Decima-
tionem dicens id quod ſupra decem tribus excreſce-
ret, quod præter decem eſſet reliquū & amplius, quod
ἐπάνω. vtiq; duæ illę tribus erāt. Dictione hac vſus eſt & Pau-
lus dicens: Pluſquā quingentis fratribus, hoc eſt, Plu-
ribus quàm ſint quingenti. Et rurſus erit in depræda-
tionē, ſicut Terebinthus. Hoc eſt, Duæ iſtæ tribus.
Et ſicut glans, quum exciderit è theca ſua. Nam quē-
admodum fructus ille dum è ſua theca ſiue locula ex-
cidit, inamœnus cōſpicitur, triſtis ac tetricus: Ita & hi
erunt deridiculi probríſq; paſſim exponentur, mox vt
exciderint ciuitate, & priore gloria nudati fuerint. Se-
men ſanctū, erectio columnæ eius. At non inſanabiles
erunt, quæ in illos deuoluentur, calamitates, ait, neque
æternum duraturæ: ſed ſemē eius ſanctum erit. Et erit
erectio columnæ, hoc eſt, ſtabile, quid cōpactum, im-
mobile & aduſq; rerum permutationem perſeuerans.
Siquidem ea etiam rerum fœlicitate demum excidēt.
Ipſi tamen non omnimodam rerum perniciem ſuſti-
nebunt: ſed manebunt, & conſtabilientur, quouſq; ad
Cap. VII. priſtinam redintegrentur ſanctimoniam. *Et factum eſt*
Canon pro intelligētia prophetarum. *in diebus Achaz, filij Ioathan, filij Oziæ regis Iuda.* Quod
mihi crebrò dictū eſt, id ipſum repetam: éſtq; hoc pro
more veteri. Prophetica oracula non in hoc edeban-
tur, vt Iudæi futura vtcunq; prænoſſent: ſed vt per ea
quæ didiciſſent, lucrum luculentū reportarent, ac pro-
inde redderentur modeſtiores timore perculſi pro-
pheticæ comminationis, & pollicitatione bonorum
ad obeundam virtutem efficerentur alacriores, & vt
vtraq; ex parte edocerentur, & potentiam dei & erga
eos ipſius prouidētiam. Quæ enim ſuperius dicta ſunt,
hac vtraque ratione dicuntur. Et ne exiſtimarent quæ
adfutura prædicebantur, ea temere aut fortuito caſu
euentura iuxta naturæ curſum, aut communem rerum
permutationē: ſed vt certiſſimè ſcirent, quia supernè,

A dei ſcilicet decreto vtraq; hæc fierent, quod quidem
vtrūq; maximopere erat eis cōducibile ac plurimum
adferebat emolumēti ad dei cognitionem. Sed enim
quia vti ſuperius anteuerteram dicere, prophetia quo
tempore proferebatur, nullum exhibebat ſpecimē rei
futuræ, ſed verba quidē tunc edebātur, res autem ipſæ
in longū poſtea tempus extrahebantur: hinc nonnulli
auditorum, eorum etiam qui è vita migrarant, nec hi
poterant iam iudicio de talibus cōtendere. Vide quid
faciat deus, quámve adhibeat curam. Prophetiā con-
nectit prophetiis in longius tempus euēturis vicinio-
rē, quæ & in generatione auditorū facta ſit, vt hoc ar-
gumento arroget fidem vel maximam his quæ euētu- *Canon pro intelligētia euangelicæ doctrinæ.*
ra ſunt. In euangeliis verò, ſpeciem hanc vtilitatis tra-
dendæ auditori aliter quidem proſequitur, ſed ſoler-
tiori artificio. Etenim cōnectit miracula prophetiis &
B hac copula alterutrum confirmat probatione alterius.
Tale eſt, quod dico: Adiit Ieſum leproſus aliquādo, is
purgatus eſt. Secundum hunc, rurſus filius Cēturionis
liberatus eſt à graui illa infirmitate. Et quidē ſigna vti-
que magna erant, attamen non his vſq; inſtitit ſignis,
ſed & propheticum adiecit oraculum. Poſtquā enim
Cēturio fidem illam ſingulari magnitudine & admi-
ratione dignam exhibuit (cuius merito puer ab ægro-
tatione ereptus eſt) intulit Chriſtus: Multi ab oriēte & *Matt.8.b*
occidēte venient, & recūbent cum Abraham & Iſaac
& Iacob: filij autem regni eiiciētur foras. His dictis fu-
turam inſinuabat eccleſiam ex gentibus colligendam,
ſimul etiam præcinebat Iudæos regno cœlorū exclu-
dendos, quod ſanè reipſa eueniſſe videmus nunc, vni-
uerſiſq; nobis Sole ipſo illuſtrius declaratur. Et quidē
tunc id erat quadantenus obſcurum, nec multis com-
C pertum quid diceret, neq; infideles illi facilè admiſiſ-
ſent. Sanè ſigno iſto (quod tunc accidit) aſſumpſit, vn-
de nobis ipſi de re aliquando futura cumulatiorem fi-
dem aſciſceremus: quēadmodum ipſa etiam prophe-
tia quę ipſis nunc operibus vera conſpicitur, ſigno illo
quod tunc geſtū eſt, in fide magnopere nos cōſtabilit
ac firmat. Quid enim opponat iam infidelis? Nō emū-
datum eſſe leproſum? Vel ipſis oculis cernat Chriſti
prophetiā de futura eccleſia fuiſſe verā, & ea intellecta
fidem cōmodet ſignis. Quid porrò dicere poterant il-
lius ætatis Iudæi? Quòd quæ futura prędicebat, nō ſint
vera? Cernant expurgatum leproſum, & ab eis quę ge-
ſta in illo ſunt, fidem mutuētur qua credant & his quę
prædixit futura, tam inſigni accepto pignore. Illi qui-
dem credant verum fore prophetiæ ſignum: qui verò
nunc, prophetiā ſigni. Vidiſti quo pacto alterutrū cō-
D firmatur probatione alterutriꝰ. Hoc & in vetere teſta-
mento videat quis obſeruatum eſſe. Quo enim tēpore
Hieroboā perditiſſimā illā inſaniuit inſaniā, vitulóſq; *3.Re.13.a*
aureos erexit, propheta eò profectꝰ prænūciauit futu-
ra, ſimul & cōfeſtim dedit ſignū. Ne quis enim diffide-
ret his quæ poſt trecentos annos euētura erant, altare
mediū perfregit, opimámq; ſacrificij pinguitudinē ef-
fudit, arefecit inſuper regis manū: per ea quę tū fiebāt,
ob oculos omniū exhibens ſpecimen nulli nō conſpi-
cuū eorū quæ tanto poſt tēpore euētura erāt. Permul-
ta eius generis & in nouo & in vetere teſtamento fa-
cta eſſe quis videre poſſit, Deo ſingula diuerſis modis
diſpenſante ad noſtram omnium ſalutem: quod ſanè
etiam hîc factū eſt, ídq; pleniore cum redundātia. Si-
gnum nanq; non ſolùm conſignatum fuit, ſed & vnà
cum ſigno coniunxit & prophetiam. Cæterum vt quę
dicuntur, perſpectiora fiant, exacta cum diligentia ip-
ſam per-

ſam percurramus hiſtoriā. *Et factū eſt in diebus Achaz* A
† ſiue Syria. *filij Ioathā, filij Oziæ regis Iuda, aſcēdit Razin Rex Arā † &*
Phacee filius Romeliæ Iſrael, in Hieruſalē, vt oppugnarēt eam,
nec potuerūt expugnare. Et nūciatū eſt in domo Dauid à dicēti-
bus: Cōſenſit Aram ad Ephraim. Quę proximè dicta ſunt,
planè hiſtoria eſt & rei geſtæ narratio. Cæterum qui
dexteritate intellectus præditus eſt, & acriter eam in-
troſpicit, haud mediocre emolumentū eſt etiam illinc
decerpturus, hinc ediſcens multam dei eſſe ſapiētiam,
quantáq; fuerit eius prouidētia pro ſalute Iudæorum.
Neq; enim ſtatim initio repreſſit bellū, neq; cominus
ingruens ſiuit præualere aduerſus ciuitatē: ſed verbo-
tenus permittens fieri cōminationē, eius experimen-
tum vetuit, ſimul quidē expergefaciens illos, & iiſdem
adimens ſocordiā, ſimul etiā ſuam declarās potentiā,
nimirum quia poſſit eos eripere qui iam prouecti ſunt
ad extremū finem malorū, perinde atq; eos qui nihil
dū ſenſere quiduis mali, ſic & eos qui iam in periculū B
prolapſi ſunt, integros cōſeruare poteſt & incolumes:
quod & eū ſubinde feciſſe videre liceat, cuiuſmodi fe-
cit in fornace Babylonica, in lacu leonū, ídq; aliis re-
bus geſtis innumeris. Etenim venerūt reges iſti, ciuita-
tem obſidione cinxerunt, attigerunt mœnia, proinde
concuſſis timore incolentiū ciuitatē animis nihil præ-
terea eualuerūt. Vel hinc etiā liceat perpendere, quāta
fuerit illarū decem tribuū iniquitas. Neq; enim inte-
ſtinum modò delegerāt bellū, neq; quia aduerſus fra-
tres conciuerant ſeditiones: ſed ꝙ viris alienę tribus &
gentis ſe coniunxiſſent, nec vtcunque quia his adieciſ-
ſent, vt in eorū communionē venirent, ſe vocantes il-
† pro συνεφώνησε lege συνεβουλεύοντο. lorum cōmilitones. De obeunda pugna † ſimul cōſul-
tabant & aduerſus ciuitatē iam cōſiſtebant. Et hi Ra-
zin ſolicitarant aduerſus metropolin ſuam, quū eſſet C
externæ gētis: erátque pugnæ inæqualitas. Apud illos
enim multitudo erat infinita, & ciuitates & gentes &
populi: Hieroſolymis verò nihil horū tale ſuppetabat,
ſed ciuitas vna, Metropolis quidē, ita vt dei fortitudo
exuberantius eniteſceret. Nullo enim arma mouente,
neq; aduerſus illos exeunte aut accincto ad conflictū,
victoria ex hoſtiū manibus elapſa eſt, eorúmq; mali-
gni conatus in nihilū abierunt. Ait enim: Non potue-
runt expugnare eā. Iam verò quid intercedebat impe-
dimenti? Aliud nihil, præterquā manus dei quæ inuiſi-
bili fortitudine propulſabat illos. Attamen quod cœ-
peram dicere, bellum quidē profligatum eſt, incuſſum
verò illis timorē non cōfeſtim ademit. Ait enim, An-
nunciatum eſt in domo Dauid, ꝙ conſpiraſſet Aram
cum Ephraim, & emota eſt anima eius & anima popu-
καινὸν memorabile. li eius. Deus enim quidpiā operis cōfecturus quod ſtu- D
pendum ſit & admiratione dignum, non ſtatim initio
inducit admirationem, ſed eos qui ex eo opere decer-
pturi ſunt emolumētum, ſinet tangi prius ſenſu malo-
rum: vt exempti impendētibus malis, omnem erga aſ-
ſertorem ſuæ liberationis declarent animi gratitudi-
nem. Quū enim pleriq; hominū mox vt ſunt defuncti
ingruentibus malis, non iam meminerunt quibus fuiſ-
ſent obnoxij periculis, partim quidem per ſuperbiam,
partim verò incogitātia quadā huc prouecti. Aut cer-
tè nō obliti quidē, ſiqua præclarè geſſerunt, ſibi ea vo-
lūt aſſcribi. Prius igitur ſinit eos cōcuti eorū ſenſu quę
infeſta ſunt & ingerunt mœrorem, tum demum ab his
vindicat & aſſerit quæ obturbabāt, quod ſanè etiā hîc
effecit. Siuit eorum cor emoueri, permiſit in agoniam
prolabi nec modicā, tum deniq; infert abſolutionem.
Hoc & in admirabili Dauide fecit. Quū enim ipſum

eſſet educturus in aciem ad prelium accinctā, & ſplen-
didū illud & cum primis illuſtre trophæum excitatu-
rus per manus illius, non in ipſo belli prēludio hoc fe-
cit, ſed quadragenario excurſu dierū ſiuit eos cōfici ti-
more, donec de ſpe propriæ ſalutis deciderent. Et quū
innumera opprobraret † barbarus ille & ne ſic quidē *† Goliath intelligit, de quo. 1.Re.17.a*
vllus auſus fuit cooriri in aduerſariū, & excipere collu-
ctatorē: tunc ſane, tunc quum exercitus confeſſus eſſet
ſe inferiorem, ſuámq; infirmitatem palàm euulgarēt,
produxit deus in medium hunc adoleſcentulū ad cō-
fligēdum cum hoſte, & eo vſus illā perfecit ſane quam
admirabilem victoriam. Rex ipſe etiamſi huius opera
cōſequutus ſalutem, victus tamē faſcino inuidiæ ac li-
uoris poſt hęc & tam apertā ſuam ſuiq; exercitus vni-
uerſi infirmitatē, ſubſeruiebat ipſi Dauid, totus in mē-
tis perturbatione conſtitutus, & planè ingratus erga
tam bene de ſe meritum. Quòd ſi non exhibuiſſet tam
inſigne argumentū & ſuæ & totius ſui exercitus infir-
mitatis, quid nō feciſſet? Videre quis poſſit deū ſecun-
dū ſuperius dicta hoc ipſum facere, quod ſanè in præ-
ſenti hiſtoria factum legitur. Soluturus enim bellum,
eóſque exempturus iſtis mœrorem ingerentibus, ſiuit
prius tangi ſenſu grauiū & imminentiū periculorum.
Ait enim: *Emota eſt anima eius & anima populi ipſius, quē-*
admodum in ſyluis condenſis lignum à vento moueri ſolet. Et
hoc prophetiæ proprium erat, vt eorum regū arcana
cōſilia in mediū produceret. Nobis enim enarrat quo
cuiuſq; animus tāgeretur affectu. Et quò res ipſa fieret
omnibus dilucidior, addit ſimilitudinem: vtq; doceret
quāta fuerit anxietas, ait: Emota eſt enim anima eorū.
Illa prior eorū ſuperbia deiecta erat, plane animū de-
ſponderāt abiecta ſpe ſalutis, in extremo vitæ periculo
teneri ſe arbitrabātur, nihil iam clemētiæ opperiebā-
tur, ſua quiſq; cogitatione cenſebat ſe eſſe hoſti prodi-
tum. Quid tandē deus? Liberationē prædicit, eámque
conficit momēto, vt ne cuipiā alij poſthac adſcriberēt
ciuitatis liberationē. Delegat prophetā, qui prænun-
ciet futura. Ait enim, *Dixit dominus ad Eſaiam: Egredere*
in occurſum Achaz tu & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus ad
natatoriam aſcenſus agri fullonis, & dices ad eum: Obſerua, vt
ſileas, & ne timeas, neque anima tua elangueſcat aut conſterne-
tur, neque formidet à duobus lignis titionum fumigantium horū.
Cū enim ira furoris mei facta fuerit, medebor. Quid eſt, Egre-
dere in occurſum? Non vtiq; rex quietem agebat, nec
ſuſtinebat domi vt maneret: ſed iuxta morem obſeſſis
familiarē, ſuſtinebat. Egrediebatur iugiter, muros cir-
cunſpectans, iuxta item portas deerrās, ſingula quæq;
curioſius diſquirens, animúmq; macerans anxiis & ſu-
peruacaneis quæſtionibus, quo in ſtatu ſint res hoſtiū.
Quare ait: Egredere in occurſum. Quid porrò eſt, Tu ישוב
& relictus Iaſub filius tuus? Iaſub Hebræa lingua eſt
ἀναστροφὴ καὶ διαγωγὴ, hoc eſt, conuerſio & formula in-
ſtituendę vitę. Eam ob rem & Ieſſe mittēs Dauidē, di-
cebat: Et, † Iaſub eorū accipies. Hoc eſt, Eorū conuer- *† corruptꝰ eſt hic locus.*
ſationem renūciabis mihi, ecquid agentes degāt. Mi-
hi itaq; hîc videtur propheta mandatum accepiſſe, vt *1.Re.17.e*
ſecum aſſumeret multitudinē adſiſtentium, ne qua re-
gi relinqueretur occaſio excuſandæ immemoriæ aut
ingratitudinis, quaſi nihil horū quæ eueniſſent, audiſ-
ſet à propheta. Quod igitur ait, hoc eſt: Egredere in
occurſum tu & qui tecū familiariter verſantur, qui re-
licti ſunt ex populo. Quòd autem ſcriptura filiū ipſius
vocat populū, nō eſt quod mireris. In progreſſu enim
operis ait: Ecce ego & pueri, quos mihi dedit deus. Et-
enim ſancti illi charitate & ſolerti prouidentia, officiū

Universidad de Deusto Biblioteca

ordinémve patrũ ſuſtinebãt, imò ſuperiores erant his omnibus qui natura vocãtur patres. Relictos verò dicit, ꝙ nõ pauci ab hoſtibus fuiſſent abducti. In via agri *Quæſtio.* fullonis. Et hęc particula non paruum ſcrupulum inieciſſe mihi videtur. Siquidem cõcluſi quum eſſent, vallati & obſidione cincti, ita vt ne auderent quidem terram verſus reſpicere, quónam pacto conſpici poterãt extra portas? Etenim via eadem extra muros eſſe etiã nunc conſpicitur. Quæ igitur eſt iſtius ambiguitatis ſo- *Solutio.* lutio? Nimirum hæc, ea ciuitas altero vetuſtiore muro ambiebatur. Duplici ſiquidem muro muniebatur, id quod ex alio propheta facilè quis perſpiciat, modò attentus eſſe velit. Egreſſus igitur propheta vires animorum populi collapſas & deiectas erigit, iubétq; bono vt eſſent animo de futuris. Quietem, ait, age & noli timere. Reges illos vocat torres ſiue titiones lignorũ, per hoc oſtendẽs ſimul quidẽ peracrem eorum vehemẽtiam & intentionẽ, ſimul verò declarans quàm facilè poſſent opprimi. Ob hoc enim adiecit, fumigantium: hoc eſt, qui in proximo erãt deinceps extinguẽdi. Ad hæc, manifeſtans, quia non illorum virtute: ſed indulgente dei prouidentia, excurſio hæc contigit, ait: Quũ enim ira furoris mei facta fuerit, rurſus medebor. *Et filius Aram & filius Romeliæ, quia inierunt conſilium malum Ephraim, & filius Romeliæ contra te, dicentes: Aſcendamus ad Iudæam, & † affligamus eam, & colloquuti reuocemus eos ad nos, & præficiamus ei regem filium Tabeel. Hæc autem dicit dominus Sabaoth. Non manebit conſilium hoc, neque erit: ſed caput Aram, Damaſcus: & caput* Damaſci, *Raſin. Et adhuc ſexaginta & quinque anni, & deficiet regnum Ephraim à populo, & caput Ephraim Samaria: & caput Samariæ, filius Romeliæ. Si non credideritis, neque intelligetis.* Validiſſimum ſuæ prophetię argumentum rurſus exhibet propheta. Timore enim concuſſis eorũ animis, ac periculis impendentibus ob oculos poſitis, quę tandẽ bona ſperari debuerant? Atqui omnem tranſcendebant ea expectationẽ, nec ſatis erant creduli auditores. Vide nunc, quid faciat. Maximum conſignat ſignum eorum quæ euentura erant. Cõſultationes hoſtiũ in medium profert. Eorũ enim molitionem & cõmune decretum aperit, quibus aduerſum ciuitatẽ acies inſtruxerãt, quid item inter ſe cõſeruiſſent ſermonũ, cur rurſus conſpiratione ex pacto inita redierint, quódq; fiebat oſtẽdit aliud non eſſe quàm proditionẽ. Colloquuti enim dixerunt: Auocemus eos ad nos. Aut certè multa amẽtia fuiſſe ebrios, quippe qui cẽſerent ad parandã victoriã nullis ſibi eſſe opus armis, nõ item vllo apparatu exercitus aut conſultatione ad occupandã ciuitatẽ. Abunde enim fuerit nobis, aiũt, ſi modò nos in illorum proſpectum venerimus, nóſq; viderint colloquẽtes. Eis enim in captiuitatẽ omnibus abductis illinc abibimus. Pręterea quid arrogãtes iſti & hac ſpe tumidi, paterẽtur, déq; cõſtituendo rege cõſultarent, quaſi iam capta eſſet ciuitas, & quẽ oporteret in regem præficere metropoli, explicat. Et illorũ quidẽ molitiones ſic ſe habebant, quas omnes ad perniciem dei prouidẽtia erat perductura, eóq; ſubiunxit: Hęc autem dicit dominus. Nec ĩ dicto hoc ſubſtitit, ſed adiecit, Sabaoth. Denũciaturus enim propheta inſigne quiddã & eximię virtutis, meminiſſe ſolet dei, regni cœleſtis, illius item admirandi principatus quíq; omnem omnium trãſcendit exiſtimationẽ. Quid igitur ait deus? Non manebit conſilium hoc, neq; erit: ſed caput Aram, Damaſcus. Principatus eius (ait) & poteſtas in Damaſco cõſtituetur, nec vltrà progredietur. Et caput Damaſci, Raſin.

† κακώσωμεν.

A Et princeps (ait) atq; dominator Damaſci, Raſin erit: hoc eſt, in his quę iuris ſui ſunt, manebit, nec ampliorẽ ſibi adſciſcet poteſtatẽ. Et adhuc ſexaginta & quinque anni, & deficiet regnum Ephraim à populo. Maximè euidens eſt veritatis demonſtratio, quando prophetæ etiam articulum tẽporis prędicunt, per hoc declarantes quãta ſit vis prophetiæ, his qui eã ſedulò exquirere velint. Et nunc quidem ait, quia è ciuitate retrocedent: poſt verò annos quinq; & ſexaginta, de integro ea gẽs diſperibit, peſſumq; ibit regnum Iſraël, hoſtéſq; ad vnũ eos omnes intercipient. Et quidẽ nunc Iſraëlitæ ad illã vſq; ſuã captiuitatẽ, nihil præter ea quę iuris ſunt ſui, acquirent. Id attexuit, ne rex audito quia poſt ſexaginta quinq; annos diſperituri eſſent, ſecũ reputaret. Quid igitur, ſi nobis nũc abreptis in captiuitatem, illi tunc ſunt diſperdẽdi? Quid hinc in nos emolumẽti reſiliet? Spẽ bonã ſume (ait) & de præſentibus. Omni- B no enim tũc emigrabũt in captiuitatẽ. Et nunc quidẽ nihil interim habituri ſunt, pręter ea quæ ſuo iure poſſident: ſed erit caput Ephraim (hoc eſt, decẽ tribuum) Samaria. Regia enim illic eis poſita erat, nec iam vlterius regnũ exporrigetur. Et caput Samariæ rex Iſraël. Quod de Damaſceno dicebat, idem & hîc indicat, nimirum amplius nihil ſibi vẽdicaturos, q̃ quæ nũc obtinent. Ad hæc, quãdo res eas dixit quæ ſermonẽ humanũ tranſcendebãt, & quauis ſerie ratiocinationum erãt ſuperiores (quod enim dicebatur, prophetia erat) haud ab re intulit: Niſi credideritis, neq; intelligetis. Ne quęras, (ait) Quo pacto quóve modo fiẽt hęc? Deᵒ enim eſt, qui operatur. Tu, quæſo, tantũ fidẽ præſta dictis: & quæ ſit opificis virtus intelliges. Enarrationem eorũ quæ dicta ſunt, omnẽ accepiſti. Eóq; Dauid pro- C pheta ait: Credidi, propter quod locutus ſum. *Pſal. 115. a* Et Paulus aſſumptã hanc ſententiã ad maiora nõ ab re pertraxit, dicẽs: Habentes autem eundẽ ſpiritũ fidei, ſicut *2. Cor. 4.* ſcriptũ eſt: Credidi, propter quod & loquutus ſum. Et nos credimus, propter quod & loquimur. Quanuis enim teſtimonia aſtruendæ fidei ſit mutuatus è vetere teſtamẽto, ipſa tamen tantum ab his quæ in nouo, diſtant, quantò inferior cœlo eſt terra. Præcellit enim multò magis cognitio dogmatũ ſic ſublimiũ, vt nulli vnquã contigerit ea intellectu aſſequi, quod equidem id manifeſtans, dicebat. Quę oculus non vidit, nec auris audiuit, & in cor hominis nõ aſcenderunt, quę pręparauit deus diligentibus ſe. *Et adiecit dominus loqui Achaz: Pete tibi ſignum à domino deo tuo in profundum ſiue in excelſum. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit Eſaias. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parũ* D *eſt vobis agonem exhibere hominibus? Qua ratione etiam domino exhibetis agonem? Propter hoc dabit dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filiũ: & vocabunt † nomen eius Emmanuel.* Multa hîc oſtẽditur dei ad nos demiſſio, ſimul & ingrata atq; contumax perfidia regis. Cõueniebat enim audito ꝓpheta, nihil addubitare de his quę ab eo dicta eſſent. Quòd ſi dubitabat, ſaltẽ credere debuerat ſigno accepto, quod & pleriq; Iudæorum fecerũt. Deus enim erga homines benignus quum ſit, ne hoc quidẽ plerunq; renuit exhibere iſtis craſſiori ſenſu & humi repẽtibus, affixíſq; materię terreſtri, cuiuſmodi fecit in Gedeone. Is em̃ minor quũ erat omnibus, & per omnẽ modũ rudis. Rurſum mihi vide quo ſe deᵒ demiſerit. Ipſe ad ſe pollicitatione Achaz allicit. Hortat̃, ſignũ vt petat. Etiãſi id qualiſcunque foret momẽti, abunde ſuffeciſſet prodere deliteſcentẽ eius ſuperbiã, ínq; mediũ producere omnem ipſius

Pro moleſtia. 70. habent. ἀγῶνα certamen luctã, contẽtionem, difficultatem. † χαλέσουσι.

ipſius voluntatẽ, ſimul & detegere fucatã illius hypo- A criſin. Quum em̃ dixiſſet ꝓpheta: Pete tibi ſignũ, ille autem ementitus ſe ac ſimulans vehementer fidelem, dicebat, Non petam, neq; tẽtabo dominũ. Vide, quo nunc pacto ꝓpheta, quámq; acriter plagã infligit iſti hypocritæ, ídq; meritò: præoſtenſa eius hypocriſi, acriorẽ imprimit obiurgationẽ. Sanè ob hoc, ne vllo quidem dignatur eũ reſpõſo. Ad populũ em̃ conuerſus ait: *ἀγῶνα παρέχειν.* Audite domus Dauid, num parũ vobis eſt moleſtiã laborémq; perplexum exhibere hominibus? Et quomodo dño moleſtũ etiã laborẽ exhibetis? Quod dictũ eſt, liquet admodũ: quare ipſa perpetua oratio diligenter explicanda venit. Quod autẽ dicit, hoc eſt. Nanq; verba hæc, non ſunt mea: ſententia hæc, nõ eſt mea. Porrò ſi graue eſt omnino nolle commodare fidem hominibus, & obiurgatione dignũ: quanto magis nolle credere deo? Illud igitur ἀγῶνα παρέχειν, contentionem & moleſtiã præbere aliud nihil eſt, q̃ nolle B credere & ſuſpectũ habere. Itaq; hunc habet ſenſum: Non paruum eſt crimen, nõ qualiſcunq; reprehenſio ei debetur qui fidem nolit prębere hominibus. Quod ſi hoc moleſtũ & graue eſt: multò magis deo. Atqui ſecundũ hoc, dicebat: Vt nouerint omnes prophetam falli non poſſe, nec vllis verborum impoſturis circunueniri: quin potius ſuffragiũ veritatis reportabat per ea quæ in animo reuoluebat Achaz. Hoc & Chriſtus feciſſe identidẽ legitur in Euãgeliis. Priùs enim q̃ exhiberet vllã demõſtrationẽ ſignorũ, in medium proferebat maliciam in Iudęorũ mente obambulantem. Vtique hoc facto ſignũ nec mediocre edebat, cuiuſmodi fecit in cura paralytici. Huic em̃ quũ dixiſſet: *Matt. 9. a* Confide fili, remittuntur peccata tua, Illi apud ſemetipſos dicebant, Blaſphemat. Qui & priuſquã reſolutos neruos aſtringeret, ait illis: Vt quid cogitatis mala in C cordibus veſtris? Quòd em̃ arcana animorum noſſet, vel hoc argumẽto maximo diuinę ſuæ maieſtatis docebat. Ait enim ſcriptura, Tu ſcis corda vel maximè *† μονώτατος.* ſolus. † Rurſum Paulus, Qui ſcrutatur corda & renes deus. *Rom. 8. e.* Plerũque etiã deus id gratiæ ſuis impertiebatur prophetis, vt & ea noſſent in hoc, vt auditores ediſcerẽt eorum quæ dicebantur, nihil eſſe humanũ: ſed ſupernè & è cœlis delatũ eſſe hoc omne decretum. Eã ob rem hic Eſaias maximè omniũ canorus ſimul atque regẽ eſt multa cũ moderatione alloquutus eundem exemit metu impendentiũ malorũ, ac iuſſit animo eſſe pręſenti & confirmato pro præſentibus periculis, ad hæc argumenta iſtius liberationis non vulgaria eidem præbuit. nimirum denunciando eorũ conſultationẽ qui aduerſus ciuitatẽ copias eduxerant, ar- D gumentis docendo proditionem, prædicendo futurã captiuitatẽ Iſraëlitici populi, omni vtiq; ex parte & ad cõſummationẽ vſq; perducendã, quo item euentura eſſet tẽpore, adiiciendo: non his tamen abiit contẽtus, ſed vlterius ꝓgreditur. Nõ iam in hoc cũctatur, vt is ſignũ poſtulet, quin etiã illũ nolentẽ per exuperãtẽ perfidiã adhortatur, nec vtcunq;: ſed illi permittit liberã eligẽdi ſigni poteſtatẽ. Neq; enim ait: hoc ſignũ pete, aut illud: ſed vndecunq; vis fieri. Diues enim eſt dñs. Nihil nõ pręualet eius potentia. Eius poteſtas inexplicabilis. Id è cœlis poſtules, licet, dari, nihil eum prohibet: è terra ſi flagites, quo minus id faciat, nihil intercedere poteſt impedimenti. Hunc enim indicat ſenſum. Siue in profundũ, ſiue in excelſum. Quũ autẽ ne ſic quidem adduceretur ad petendum, nõ hîc iam ſiluit propheta: ſed acriter reprehendit eum ad audi-

A toris emendationẽ, vtq; oſtẽderet ſe nequaquã in fraudẽ impelli potuiſſe. Neq; enim ſecum reputauit, quia eſſet rex eam arcanam prophetiã detorturus in prauũ ſenſum, quæ pro totius orbis ſalute euentura erat proque moderãdis rebus vniuerſis. Negat deinceps ſignũ vllũ reddi ipſi Achaz, ſed in cõmune populo Iudæorum. Excepto enim principio, ſermonem non intendit in eũ. Nam quando propheta ſecũ ſtatuit indignũ eſſe eum quo cum loqueretur: ad populũ cõuerſus in cõmune texit ſermonem. Quamobrẽ ait: Dabit, non tibi: ſed vobis ſignum. Vobis.. Quibus? Vobis qui eſtis ex domo Dauid. Etenim illinc exortũ eſt ſigni iſtius prænobile germẽ. Ecquod tãdem iſtud eſt ſignũ? Ecce hæc virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel. *ἡ παρθένος.* Obſeruandũ quod & ſuperiùs dixi, nullũ deinceps reddi ſignũ ipſi Achaz. Neq; ad id coniectura ducor, quando & ipſe ꝓpheta B id illi criminis loco intendit & palàm obiecit dicens: Non parũ vobis eſt moleſtiam exhibere hominibus? Adiecit inſuper, Propter hoc dabit dominus vobis ſignum. Ecce hæc virgo in vtero habebit. Quod ſi virgo non fuiſſet, vtiq; non fuiſſet ſignũ. *Signi ratio ac finitio.* Signũ enim vt ſit quiduis, conuenit, vt cõmunẽ rerũ ſeriem prætergrediatur, ſimul & conſuetudinẽ tranſcendat naturę, nouúmq; ſit nec priùs auditũ, ita vt illud ſinguli quique & ſpectatores & auditores approbẽt ſuo applauſu ac fauore. Hac em̃ ratione dicitur Signum, quod à cæteris inſigni nota diſtinctum ſit. Inſigne autem id non fuerit, ſi delituerit intra communitatẽ aliarũ rerum. Itaq; ſi de muliere iuxta communẽ naturæ legẽ pariente, fuiſſet ſermo hic, qua gratia id ꝓpheta vocaſſet ſignũ, quod quotidie videmus fieri? Sanè ob hoc C ſermonẽ exorſus nõ ſimpliciter dixit, Ecce virgo: ſed ecce hęc virgo, cum adiuncto articulo ἡ hæc, nobis inſinuans rem eiuſmodi eſſe factã quæ inſignis ſit & eadem ſola. *ἡ παρθένος.* Nam ꝙ eadẽ acceſſio articuli hoc indicet nec obſcure, poteſt quis lectione Euangeliorũ edoceri. Ad Ioannẽ em̃ Iudæi quũ miſiſſent, vt eum interrogarent, Quis es? non dicebant: Tu es Chriſtus? ſed, ſi tu es ὁ Χριστὸς, ille Chriſtus? *Ioan. 1. e* Neque dicebant, Tu es propheta? Sed, ſi tu es ὁ προφήτης, ille propheta? Quorum vnũquodque eximium per ſe erat & prærogatiuæ ſingularis. Ad id conſignandũ etiã Ioannes exorſus Euangelium non dicebat, In principio erat λόγος, verbum: ſed ὁ λόγος, illud ſingulare Verbum, & hoc Verbum erat apud deũ. Planè etiã hîc eadem loquẽdi formula ſeruata eſt. Non dixit, Ecce virgo, ſed ecce hæc virgo, ídq; cum adiuncto, quod nihil dedecebat D prophetã, nimirũ, Ecce, quod vtique erat propemodũ perſpicientis ea quę fierent, & cogitatione informantis, plenámq; fidẽ retinentis eorum quæ à ſe dicerentur. Illi etenim quę non videbantur, noſtris hiſce oculis perſpicacius cernebant. Senſili enim iſti organo viſus nõnunquã imponi, probabile eſt: Sancti autẽ Spiritus gratia illis ſuggerebat vim nullis impoſturis fallibilẽ, qua de rebus ꝓnunciarent. Quæſierit aliquis, *Quæſtio.* Qua tandẽ cauſa non appoſuit partum virginis, opificio Spiritus Sancti affuturum? *Solutio.* Quod dicebatur, propheticum erat oraculum, quare conueniebat illud enunciari adumbratè, & id (quod à me nõ ſemel dictũ eſt) ꝓpter perfidiam & ingratitudinẽ audientiũ: vt ne quum cuncta lucidiùs didiciſſent, Biblia etiam omnia igni exurenda contraderent. Si enim ne ipſis quidem prophetis pepercerunt, multò magis non ſibi temperaſſent ab eorum ſcripturis. Quod ab his dicebatur, non vtiq;

Universidad de Deusto Biblioteca

non vtiq; erat cōiectura. Aetate Hieremiæ alius quidam† rex arreptos in manū libros diſcidit, & minutim conſciſos igni contradidit. Vidiſti intolerabilē inſaniā? Vidiſti irā totius rationis expertē? Illius vecordi iræ non ſatis fuit obliteraſſe ſcripturam, niſi etiam incendio diſperderet, cupiēs exatiare prçconceptā perturbationē omni prorſus ratione vacantē. Atqui propheta hic ſane q̃ admirandus per hæc † perſpicuè dicta, rei totius in futurū gerēdæ ſpecimen edidit. Permanſit eñ vſq; dum virgo. Vndénā poterat aliunde concipere, niſi obumbrāte Spiritu Sācto? Soluere eñ naturæ legē, nullius vtiq; eſt alterius, q̃ eius qui condidit naturā. Dicto igitur quia virgo foret paritura, oraculi totius ſummam indicauit. Proinde dicto partu, adiicit & eius nomen quē erat virgo editura, nō quod poſteà natus accepit, ſed quod à reb⁹ ipſis ſortitus eſt. Quemadmodū eñ Hieruſalem vocat ciuitatē iuſtitiæ, tametſi nuſquā legatur hanc ſortitam eſſe nomenclaturam, ſed à rebus hāc ſibi aſciuit appellationem, quod in futurum foret in melius permutanda, ídque propter iuſti iſtius prælationē. Etenim quando eandē vocat fornicariā, ſiue meretricē, nō vtiq; ꝙ fuerit aliquādo hoc nomine vocata, ſed à malicia acceptā nomenclaturā ei imponit. Sanè ad eandē dicēdi famulā poſt hæc à virtute vocata eſt. Et de Chriſto igitur idipſum dicendū, ꝙ à rebus nomē ipſum illi impoſuerit. Tunc eñ maximè nobiſcū fuit deus, quando ſuper terram viſus & cum hominibus cōuerſatus, multam noſtræ ſalutis ꝓuidentiā declarauit. Non eñ iam angelus, non itē archāgelus nobiſcū, ſed ipſe ſuo deſcenſu dominus omnē in ſe recepit medelā & correctionē. Cū meretricibus loquitur familiariter, cū publicanis recūbit, domos ingreditur peccatorū, latronibus ſe conueniendi liberam concedit fiduciam: ad ſe magos aduocat & pertrahit, perluſtrat omnia, nihil non in melius reformans. Deniq; noſtrā hanc naturā ſibiipſi coüniuit. Planè cuncta hęc propheta præcinit: vnà eñ cū partu, vtilitatē etiā aperit ex† eo partu prouenturā, inenarrabilē & immenſam. Deo enim hominibus adſiſtente, nihil iam relinquitur homini formidandū, & quod illi incutiat tremorem: magis verò, vt de vniuerſis fiduciā ſumat, quod & reipſa cōtigit. Illa enim mala à progenitoribus inuecta, & quæ immota videbantur, diſſoluta ſunt. Sententia aduerſus cōmune hominū genus prolata, ſubmota eſt. Quin & nerui illorū peccati reſecti ſunt, & diaboli tyrānis deperiit. Paradiſus omni humano generi caten⁹ inacceſſus, homicidæ & latroni primùm nunc patuit. Illi cœlorum conuexi orbes reſerati ſunt, & angelorum choris permiſtim homo interſeritur. Ad illū vſq; regalē thronū natura noſtra ſubuecta eſt. Inferni carcer nulli iā vſui eſt† futurus. Mors, nomen quidē retinet deinceps, ipſa re ſpoliata. Martyrū chori & fœminæ etiā ſpicula inferni perfregerunt. Idcirco ꝓpheta omnia hæc præuidens, prę gaudio exultabat agēs chorū ac tripudiās. Quæ omnia nobis vnico verbo repræſentauit, dū ipſum nobis prædicit affore Emmanuelē. *Butyrū & mel comedet. Antequā ſciat ipſe vel præeligere mala, eliget bonum. Propter quod antequā ſciat puer bonum aut malū: reprobat malum, & eligat bonū.* Puerulus iſte recens natus quandoquidē neq; ſimplex aut nudus homo erat, neq; itē de⁹ ſolùm, ſed deus in homine deliteſcens: meritò etiam propheta artifici varietate ob id exornat ſermonem, nunc quidē hoc, nūc verò illud cōmemorans, dúmq; proponit quæ hominū opinionē exuperant, nō finit

† Sedechias. Hier.36.e
† σαφῶς
Chriſtus à rebus ipſis prænominatus eſt Emmanuel. Cōfirmat ſimili.
† τὸ κέρδος τῶν ὠδίνων.
† de pię in Chriſto viuētib⁹ intelligendū eſt.
προελέσθαι πονηρά. ἀπειθεῖν ſuadet renuit vel nō obtemperat maliciæ.

interim diſpenſationē carnis à verbo aſſumendæ vlla aſpergi perfidia, propter exuperantiā miraculi. Dicto enim, quia virgo eſſet paritura, id quod naturæ tenorē tranſcendebat, & quia eſſet vocandus Emmanuel, quod & ipſum erat hominū expectatione maius: vt ne quis audito Emmanuelis nomine, cū Marcione malè afficeret, pérq; Valētini delira dogmata morbū perfidiæ cōtraheret, propter carnis diſpēſationē, palàm induxit manifeſtiſſimū aſſumptæ diſpēſationis argumentū, id ipſum cōfirmans à menſa. Quid eñ ait? Butyrū & mel comedet. Neq; eñ hoc eſt opus diuinitatis, ſed naturæ noſtræ. Ob hoc neq; ſimpliciter hominē formatum inhabitauit, ſed & tolerauit conceptionē, eámq; excurſu menſiū nouē voluit parturiri, pannis inuolui ſuſtinuit, eámq; ſumpſit alimoniā quæ illi tenellæ ætati congruebat: vt per hæc omnia, oppilaret ora his qui conantur abnegare diſpenſationē aſſumptę carnis. Propheta igitur gratia cœleſti inſpirāte præuidens hanc multiplicem perfidiā, non ipſam modò dicit parturionē, nō illū admirabilem partum ſolùm cōmemorat: ſed & alimoniā ediſſerit illi primę ætati conuenientē, quæ & ipſis faſciis inuoluta eſt, nihil enarrās à reliquis hominibus, neq; quiduis admittens peregrinū aut nouū † quatenus attinebat ad humanæ naturæ veritatem. Neq; eñ in eo ſingula quæque euariabant, & neq; in eodē omnia nobiſcū communia. Nam quod ex muliere natus ſit, cōmune eſt omnibus: ꝙ autē ex virgine, in noſtra omniū conditione eſt auguſtius. Rurſus ꝙ adoleuerit, educatúſque ſit iuxta communem naturæ legem, & hoc permultis cōmune eſt: templū autem illud quod nulli maliciæ peruium fuerit, nec vllius nequitiæ ceperit experimētum, hoc planè nouum eſt & admirabile, & ei ſoli cōpetit. Sanè ea de cauſa & illā adiecit & hanc particulam. Non eñ ait, quia ſumpto ſemel experimēto maliciæ, à malicia deſciuerit, ſed ꝙ ab initio & primigenia præluſione cōceptionis ſuæ omnem exhibuerit virtutē, quod & ipſe dicebat, Quis ex vobis arguet me de peccato? Et, Venit prīcepsmūdi huius, & in me non habet quidquam. Quin & hinc ipſe propheta in progreſſu operis ait: quia peccatum non fecit, neque dolus inuentus eſt in ore eius. Planè & hoc confirmat præſenti loco dicens, Quia priuſquam ſciat puer aſſumere aut pręeligere mala, quòd nimirum nullius vnquā maliciæ experimentum ceperit, ab illa ætate prima, & quia ab ipſis ineuntis vitæ primordiis aduerſus peccatum eſſet præualiturus, quidquam habiturus commune cum malicia. Quamobrem priuſquā ſciat puer bonū aut malum, auerſatus maliciā, eliget quod bonum eſt. Rurſus iiſdem verbis eandē innuit ſentētiā, & in eodem verſatur ſermone. Quod eñ dicebatur, quum arduam requireret & vehementer ſublimem intelligentiā, fidem ei arrogat & aſtruit continuatione narrationis. Quod eñ ſuperiùs manifeſtauit dicens, Antequā ſciat ipſe præeligere mala, id ipſum in ꝓgreſſu innuit his verbis: Antequā ſciat† puer ille. Et rurſus enarratione vſus eſt, dicens: bonum aut malum, vitata malicia eliget bonum. Hæc ipſi & ſoli congruebat peculiaris prærogatiua. Quare & Paulus idipſum continenti ſermone obuerſat. Ioannes rurſus eo mox viſo pronunciauit & hoc: Ecce agnus dei, qui tollit peccatum mundi. Nam qui aliorum tollit peccata, vtique immunis eſt peccati omnis, nec poteſt peccare. Et Paulus quod & præuerti, vt dicerē, idipſum continēter inclamat. Morti enim quum ꝓpin-

quaret

Lege Epiphanium.
† τῷ τοῦ
Ioan. 8.f.
Ioā.14.d.
Eſa.53.c
† τὸ παιδίον.
Ioan.1.d.
Ἀναμάρτητος.

quaret, vt ne quis infidelium cenſeret per eā mortem ipſum luere pœnā proprio peccato debitam, iugiter cōmemorat Chriſti τὸ ἀναμάρτητον, hoc eſt, liberrimā immunitatē peccati omnis, & (ſiquidē dicere liceat) impeccabilitatem, vt oſtēderet eius mortē noſtri eſſe peccati purgatoriā. Quare & dicebat: Chriſtus reſurgens ex mortuis non iam moritur. Eteñ quod mortuus eſt, peccato mortuus eſt. Neq; ait, quòd ſit mortuus quaſi obnoxius eſſet morti quia peccaſſet, ſed in cōmune pro delicto vniuerſorū. Si igitur per hoc noſtrū delictū neutiquā erat priori quā ſuſtinuit, morti obnoxius, ex abundanti demonſtratū eſt, quia ampli⁹ nō morietur: *Et derelinquetur terra quā tu times à facie duorum regum.* Quod perpetuò facit ꝓpheta, hîc quoq; fecit. Enarrata ꝓphetia, ad hiſtoriā educit ſermonem. Hoc etiā eū inſtituiſſe in explicandis Seraphim perſpicuè oſtendimus, quod & hîc fecit. Enarratis enim bonis quæ ſuperuentura erant vniuerſo orbi, ſermonem deinceps ad perſonā regis reflectit, eóq; inductione hac vſus eſt, dicens: Et derelinquetur terra. Quid eſt, derelinquetur? libertate donabitur, & intacta erit, nihil iam patietur inamœnū ſibíve moleſtū, nullā ſuſtinebit belli impreſſionem. Et derelinquetur terra quam tu times. nimirū à qua malè tibi metuis, pro qua intremiſcis. A facie duorum regum. Damaſceni & Iſraëlitę. Ad hęc, ne Achaz intellectus ſpe bonorum quæ ꝓphetia pollicebatur, torpeſceret à bono opere, intumeſcerétque ſuperbia expectatione pacis certò ꝓmiſſæ, rurſum animū eius perſtringit, dicens: *Sed & adducet deus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui dies qui nondū venerūt, ex quo die abſtulit Ephraim à Iuda, regem Aſſyriorum.* Hiſce verbis indicat aſ futuram barbarorū impreſſionē, per quam à fundamentis ciuitatē ac radicitus ſunt demoliti, eíſq; in captiuitatē abreptis, illinc abierunt. Et hæc quidē non eo animo prædicit futura, vt fiāt: ſed vt eorū timore moderatiores facti ac reſipiſcētes, à ceruicibus ſuis eā propulſarēt comminationē. Ex quo autē gratuita col latione bonorū quæ præter ſuū meritum acceperant, nō eſſent meliores effecti. Nā ꝙ præter ſuū meritum indultis ſibi bonis perfruiti ſint, luculenter docuit ferox animus regis & eiuſdem redundans perfidia, & neque exterritus terribiliū cōminatione à ſua prauitate immutatus eſt populus, ſed aduerſus vtranque ſalutarē medelam pertinaci rebellione reſtiterunt.) deniq; inducit inciſionē prioribus atrociorem, exſcindens purulentū vlcus ac prorſus interſecans immedicabili morbo laborantes. Quídnā iſtud eſt? A die qua abſtulit Ephraim à Iuda, regē Aſſyriorū. Adorti ſunt Ephraitas barbari, omnes in captiuitatem abducturi: ſed & hi omiſſo Iuda, duabus nimirum tribubus conuerſi ſunt aduerſus regnum Iſraël. Quod igitur dicit, hoc eſt. Ex qua die decem tribus aduerſum ſe pertraxerunt barbarorū exercitum (vobis relictis) propter exceſſum ſuæ iniquitatis. Quúmq; eos conciuiſſent contra ſe, è medio ſublati ſunt. Ab illa ergo die & deinceps oportuit vos timore cōcuti vobíſq; malè metuere. Eadē eñ via ꝓgreſſi aduerſum vos coorientur, niſi tranſmutemini ab inolita prauitate. Et ait, A die illa adducet eos. Non eñ vnà cū Iſraëlitis è terra ſua abductis, etiā illi capti ſunt: ſed aliquantū intermedij temporis interceſſit. Quod igitur dicit hoc eſt, ꝙ ex eo tū tēpore, ſuo decreto dies ſuperadduxerit ſuſtinens eorū emendationē, & proinde lōganimiter agens, tametſi ex eo iam tum vindictā repoſceret peccatorum magnitudo, id quod ſubinde facere conſueuit, cunctando & retractādo aduenientē ꝓpriū diem, id quod vel maximū erat ſuæ erga eos clementiæ argumentū, ſimul & euidentiſſima declaratio illorū ingratitudinis ac perfidiæ, qui noluerāt vti dei longanimitate ad id quod decuerat. Idem etiā hîc ait, quia ab eo tum tempore, cōminatio, à quo & ſententia data eſt, tunc tēpore etiā cœlitus excitata eſt indignatio, vt vltione peccatorū ꝓximè & in ianuis ꝓpoſita eos ad pœnitentiā excitaret, redderétque meliores, & poſt Iſraëlitarum captiuitatē eos conſtitueret in ſolicitudine vitæ melioris. Neq; ex quo illi quidem ablati è medio erant, hi vero effugerant eatenus vitæ diſcrimen, hac ratione fierent ſegniores. *Et erit in die illa, ſibilabit dominus muſcis quæ dominabuntur parti fluminis Aegypti.* Vides non ab re à me eſſe dictum, quia is cupiens cumulatius intendere timorē, ab illa die addet comminationem. Quæ eñ deinceps ſequuntur, hoc manifeſtāt, per quę exacuit & cōcitat timorē acrimonia ſermonis, ſimul & caſtra exterorū eis reddens manifeſta, quæ vel maximopere formidabant, indicans inſuper q̃ illis eſſet in prōptu excurrere aduerſum eos, quod vtique eis timorē & vehementē incutere poterat, gladiúmq; exercitus inſinuans id quod eis mentē ſufficiebat eripere. Hæc autē vniuerſa per ea quæ ſequuntur, innuit. Quæ autē dicit, animaduerte. Et erit in die illa, ſibilabit dñs muſcis, Hiſce verbis vocauit Aegyptios, quippe qui pudorē omnē & verecundiam à ſe depulerint, quódq; cōtinenter ſummoti, cōtinēter etiā redierāt, ita vt ne vel tantillum reſpirare permitterent, ſed moleſtias nulli numerandas crebrò inferrent eis, perinde ac muſcæ vulneribus imminētes, ita & illi aſſiduè Iudæorum calamitatibus inſidentes. Hos igitur habiturus eſt deus, ait. Non dixit, augebit: ſed ſibilabit, inſinuans facilitatē aſcenſus eorū, ſimul & innuens inexpugnabilē eſſe dei potentiam, quódq; ſatis ſupérq; ſit ad ſe accerſere vel ſolo annutu, & omnia ſuccedunt ꝓſperè. Et meritò ab his priùs orditur ſermonem cōminatoriū, à quibus iā præcerpſerant qualecunq; rudimentū. *Et api, quæ eſt in regione Aſſyriorum.* Syrus & Hebræus (vti fama eſt) nō dicūt μελίσσας apes, ſed σφῆκας veſpas ſiue fucos & crabrones. Nam quia eatenus nō admodū multo vſu cepiſſent eorum experientiā, collatione illius animalculi multā illis incutiebant anxietatē. Erant illis Aſſyrij in vehementē acrimoniam, aculei inſtar mordicus pungebant, erant eis dati ad vltionē perfidiæ, ingerebant peracrē amaritudinē eorū vulneribus, vel momento aderant: ꝙ feſtinatò imminerent eis, vix ſibi cauere poterāt. *Et venient & requieſcent omnes in vallibus regionis & in cauernis atque foraminibus petrarū & intra ſpeluncas, & intra omnem terræ fiſſuram, & in omni ligno.* Terrore qui à gentibus imminebat, explicato, quódq; ea barbarorū expeditio ꝓximè eſſet adfutura, deinceps dicit q̃ eſſet numeroſæ multitudinis. Non dixit eos ſtatiua habituros aut caſtra metaturos, neq; venturos quaſi in regionem hoſtilem: ſed tanquā in propria conſiſtentes vacaturos eſſe deliciis indigeníſq; inſultaturos, nec quaſi vlla opus ſit fatigatione aut labore, ſed velut ad apertā victoriam prodeāt ſumpturi rapinā ſibi paratā. His de cauſis ait: venient & requieſcent. quod eorum eſt, qui parta iam de profligatis hoſtibus victoria trophęū ſibi ſtatuunt, quiq; exhauſto nō mediocri ſudore, ſedibus etiam hoſtiū editis ſe ad ocium & quietē recipiunt. Nec iam in cāpeſtri ſolùm planicie (ſed quòd aduē-

tura

Rom.6.b.
ἐπιθυσ.
Muſcarū cōditiones

Universidad de Deusto Biblioteca

tura esset immẽsa multitudo, nec suffectura regio excipiendis tanti numeri corporibus) valles, petræ, mõtes, saltus ac syluosa loca deniq; omnia operiẽda essẽt barbarorũ corporibus. Quinetiã vt demus illos non futuros fuisse vehemẽter atroces, neq; ad pugnã adeò expeditos: ipsa tamen multitudo abũde sufficiebat ad incutiendũ eis terrorẽ. Iam quando suppetebant ambo hęc tanta nimirũ multitudo, támq; pręstans virtus belli, quódq; omnib⁹ his atrocius erat, indignatio dei præuia ac prædux exercitus hostilis, quæ demũ poterat Iudæis superesse spes salutis consequendæ? Illud proinde, Intra omnẽ terræ fissurã & in omni ligno, hyperbolicè dictũ est. Neq; eñ in arborib⁹ erãt requieturi, sed vtrũq; cõiũctim, ceu dixi, per hyperbolen adumbratè dixit, & in metaphora à vespis ducta perseurauit. *In die illa radet dominus nouacula inebriata.* Timore aucto à numerosa multitudine hostiũ, rursus terrorem intẽdit ac vehemẽtiorẽ reddit, ad cœlũ vsq; sermonẽ ꝓuehens. Declarat eñ quia nõ barbari quidã Aegyptij aut Persæ: sed deus ipse est aduersum Iudæos pugnans. Nouaculã autẽ hoc loco intolerandã dicit esse dei iram & quã nemo queat sustinere, omni cum facilitate & adorientẽ & cõsumentẽ. Quẽadmodũ eñ pili corporis nequeunt sustinere nouaculæ aciem, sed cedũt momẽto atq; abeunt: ad eundẽ planè modum, res ipsæ Iudæorũ nunquã sustinere potuissent irã illã à deo immissam. Itaq; per nouaculã inebriatam nobis indicat inualescentẽ & inebriatã dei iram, iámq; cõpletã eius sententiã. Quod autẽ ait, Trans flumẽ regis Assyriorũ. Trãs scilicet Euphratẽ, vt erat Iudæa ipsa & Palęstina omnis à Perside redeũtibus. Itaq; vniuersa hæc (ait) prorsus concident, & ad internecionẽ deducentur. Capitis autẽ pilorúmq; nomine, barbæ ac pedũ, totã illorũ regionẽ dicit, parabolica vsus collatione corporis, hac loquendi formula circũplectens vniuersam eorũ gentẽ, quẽadmodũ & initio operis dicebat: Omne caput ad laborẽ, *& omne cor ad dolorẽ. * A pedibus vsq; ad caput, nõ est in eo sanitas. Et hæc quidẽ nõ de vno aliquo homine dicit, sed regionem ipsam omni sua parte cõfert vnius hominis corpori. Idipsum profectò ait etiã hìc, ꝙ nimirũ terra omnis subitura esset atrocẽ vindictã. Et hoc quidẽ innuit per nouaculã: quod verò per corporis imaginẽ insinuauit, declarat eã vltionẽ fore multò acerbiorẽ acie omni nouaculæ, quódq; sentẽtia à deo lata consumptura esset homines, pariter & quæ ex terra gignũtur, & quia nudã ipsam atq; habitatoribus destitutã esset derelictura. Ad hæc, eandẽ terræ vastitatẽ fore altera similitudine edocet. Eò autem hoc facit, vt ne timor qui in eis vtcũq; inualescebat, inaresceret, & extingueretur ipsa anxietas ac solicitudo, ꝓlixitudine sermonis. Et quidẽ sermo hic parũ attẽtis lectoribus videtur bona quædã polliceri: qui autẽ accuratiùs singula excutiunt vtique norunt hinc elici argumentum indictæ desolationis Quid eñ ait? *Et erit in die illa, nutriet homo vaccam boum & duas oues, & erit ex eo quo faciat plurimũ lac, *comedet butyrũ. Quia butyrũ & mel comedet omnis relictus super terram.* Vti anteuerteram dicere, verba hæc multã indicant futurã terræ desolationem. Terra eñ hæc, quæ vberẽ prouentũ ꝓferre solebat frumenti & hordei, destituta incolatu hominũ, ouibus effusam & abundantem pabulationẽ suppeditatura est: & ideò copiosam, vt per fœcunditatẽ mensæ sic apparatæ, vel duæ oues & vacca vna abunde sufficiant suo possessori exhibere copiosum fontẽ lactis. Itaq; exu-

Simile.

*εἰς πόνον

*εἰς λύπην vel mœrorem.

*πλεῖσον γάλα.

A berans & præfertilis pabulatio iumẽtorũ propria est vel maximè nota solitudinis hominũ. Quinetiã hoc coarguit, nempe mel. Apes eñ in desertis locis naturali quadã consuetudine perlibenter cõmorantur, ꝙ illic multa perfruuntur pabulatione, illic quoq; interstrepit aut obturbat nemo. Vtq; docearis quia præscriptã vastitatẽ hęc innuunt, declarant sequẽtia: *Et erit in die illa, erit omnis locus vbi fuerint mille vites, mille siclis, in terrã incultã erunt & in spinã. Cum sagitta & arcu ingredientur illuc, quia terra inarata & spina erit omnis terra.* Et hoc futuræ calamitatis nec mediocris erat insigne. Quia nõ mõtes, nõ saltus siue loca syluosa, sed & ipsa tellus ꝓfundior ac fœcunda, priúsq; culta diligẽter spinas ꝓferet. Neq; eñ temere vinearũ æstimationẽ adiecit, sed vt naturã terrę demõstraret, simul & doceret quãta fuerit agricolarũ sedulitas. Veruntamen quę priùs tanta frugũ fœcunditate exuberabant (ait) B manibúsq; agricolarũ excolebãtur, in tantã desinent vastitatem, vt spinas quidẽ pro vineis progignant: tantum verò ingrediẽtibus incutiant horrorem, vt nemo nudus & inermis ausit eò ingredi. Hoc autem dicit insinuare volens loci solitudinem, ac numerosam illis in locis fututã cõmorationẽ ferarũ. Itaq; eorum animis horrore concussis, quũ subiecisset timori posthac sermonis acrimoniã sensim remittit, intermiscẽs humaniora, simul inuitans vt in melius permutentur, & vtrinq; doceantur quanta sit dei fortitudo. Cæterùm in his potissimũ versatur, quę formidinẽ ingerunt auditoribus, ab his autẽ quę benigniora sunt, sibi temperat, mox vt enarrauit. Qua id tandem ratione? Quòd istis op⁹ fuerit peracri medicamẽto obiurgationis, vel tunc maximè. Sanè eã ob causam mox vt ampliter & C abundè eis admouit acrimoniam istius medicamenti, sensim remittit acerbitatẽ, ac sinit aliquantũ respirare, & hac demũ ratione inuitat ad virtutẽ, permiscétq; humaniora, dicens: *Omnis mons proscissus aratro, arabitur.* Quemadmodũ eñ irato deo, tellus (ceu dictũ est) vliginosa ac profundior in solitudinẽ redigetur: ita eodẽ ꝓpicio & in pristinã gratiam redeunte, rursus & quæ salebrosa fuerat & aspera, opimam terræ vliginem exhibebit, poscissa aratro simul & accepto semine. Hæc verò simul atq; facta fuerint & quæ per hæc, vniuersa obtingent, pax erit, securitas, confidentia, nec iã vllus timor, sicut antè. *Non veniet enim illuc terror. Erit autẽ ab inculta terra & à spina in pascua ouis & conculcationem bouis.* Hisce verbis rursus affore opimam terrę fœcunditatẽ innuit, quẽadmodũ & in vlteriore ꝓgressu operis *dicit: Beatus qui seminat super omnẽ aquam, D vbi bos & asinus calcant. Quemadmodũ eñ si quãdo voluerit solitudinẽ veluti spectandã ob oculos ponere, sua loquendi formula in medium producit Sirenas & Onocentauros: sic pacẽ & securitatẽ repręsentaturus, animalia inducit quæ manu cõtrectari se sinant, cicuria & quę etiam subleuent operosos labores agricolarum, vbiq; nobis exhibet conspicua, ab his etiam innuens tacitè ea quæ horum sedulitate cõficiuntur, nempe agricolationem, aliam insuper ex eis tralatitiam intelligentiam insinuans. *Et dixit dominus ad me. Sume tibi librum nouum & magnum, & scribe in eo stylo hominis, vt velociter deprædationem faciat spoliorum. Adest enim, & testes mihi fac fideles homines, Vriam sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Et accessi ad prophetissam, & in vtero accepit & peperit filium. Et dixit mihi dominus, Voca nomen eius: Cito spolia, velociter prædare. Quia antequam sciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet fortitudinẽ Damasci, & spolia*

*cap.32.d

Cap. viij.

& spolia Samariæ coram rege Assyriorũ. Quatenus attinet ad istius sententiæ tenorẽ, duo quę hic iubẽtur, in speciẽ à se videntur distrahi, nec quicquam habere quod cõmune sit vtriq;. E diuerso, si quis vim sententiarum expẽderit accuratiùs, is vtiq; perspiciet, q̃ cõsentaneè vnũ alteri cooperetur, ínque vnũ conspirent scopum. In primis tamẽ operæpreciũ fuerit differere, quánam de causa species hæc prophetiæ inuecta sit in hominum vitam. Sanè profuerit enarrare causam, qua sit introducta. Ad reposcendã de peccantibus meritã vltionẽ consueuit deus esse cũctantior, moras nectere & extrahere tempus, sicuti est exprõptus & alacer ad conferenda in eos beneficia, qui quiduis operis cõficiunt virtute & laude dignũ. Illud quidẽ eos qui toti desident, plerunq; facit, vt per ignauiã cõcidant animis, ꝙ pœna vindex delictorum nõ è vestigio sequatur. Vt igitur deus suam quoq; longanimitatẽ ostenderet, B nihilo tamen hinc illi segniores redderẽtur, hoc confecit medicamentũ prophetiæ, delinquentes erudiens quadantenus præscientia pœnarum, non item doctrice experientia earũ: vt si quidem resipiscerent cõminationibus auditis, experimentũ euitarẽt intentati supplicij. Quòd si velut sensus omnis vacui pertinaciter in consuetis sceleribus perdurarent: tunc demum eis pœnam inferret. Istius medicamenti non nescius diabolus, secúmque reputans q̃ ingens lucrũ hinc resiliret, immisit pseudoprophetas, qui ꝓphetis minitarẽtur inuecturos se esse *famem, pestem, bella, barbarorũ excursiones, qui bona populo annũciãtes in faciem contradicerẽt ꝓphetis. Quẽadmodum eñ deus cupiebat terrore verborũ propulsare pœnã quæ ipsa experientia sentitur: ita & diabolus operabatur ordine præpostero, vim dissoluens prophetici sermo- C nis blãda quadã illecebra voluptatis, & segniores reddens ad eã redigit necessitatẽ, vt opere ipso pœnã cogantur sustinere. His confectis vbi illi qui fidem cõmodant pseudoprophetarũ mendaciis, nullámq; ineunt rationem virtutis obeundę, sed in suis persistẽtes peccatis ad suppliũ ꝑtracti fuerint, & per hũc rei exitũ veritas ꝓphetarũ inclaruerit, è diuerso pseudoprophetæ palam fuerint cõuicti mendacij, aliã rursus ille artifex molitur & adornat machinam ad eorum perniciem qui sinũt intercipi se ab illo & expugnari. Eos enim quibus facilè imponitur, instigat, deniq; & persuadet grauia hæc quæ contigere, illata esse dæmonũ ira, ꝙ ab eis neglectui sint habiti & contemptui. Hãc sanè illecebrã è medio auferens deus, iampridem ante multa tempora ꝓphetas submonet eorũ quæ euentura essent, quinetiã quæ populos apprehensura forẽt D mala, prædicit: vt ne locus istis qui eos in errorẽ pertrahebant, relinqueretur secũ cogitandi hæc accidere per iram dæmonũ. Quod hęc dicam, nullam sequutus coniecturã, audi Esaiam dicẽtem: Scio, quia durus es: & neruus ferreus collũ tuum, & frons tua ænea. Et annunciaui tibi olim, antequã venirent super te, auditum feci tibi ne diceres, quia idola mihi hæc fecerunt, & sculptilia & conflatilia mihi fecerunt, neque nosti neque exaudibilia facta sunt tibi. Quãdo igitur (quod cœperam dicere, vti etiã videre licet inductione testimonij) dæmonibus ascribebant suas calamitates, per prophetiã præuertit hunc ab eis errorem è medio auferre, quæ vetaret multis ante tẽporibus eam dæmonum culturam. Sed quando etiã sic pręmonitos verisimile erat malè memores pactæ fidei, dicturos: Non prędixistis, & hac de re nihil prius audiuimus: Nunc

Prophetia cur introducta.

*λιμὸς, λοιμὸς.

Cap.48.a

A quiduis dissimulando post euentũ rei, Non eñ nostis quæ euentura fuerant. Vnde igitur hoc liquet, quia dictũ est? Vide, quo pacto aduersus eos perspicuè adornat ineuitabilẽ reprehensionem, eorũdem ora impudentia consuens. Non enim sinit ꝓphetã, tãtùm vt dicat: sed & quæ dicuntur, iubet inscribi chartæ, nec vtcunq; scribi, vt ne vllus eis relinqueretur locus obiiciendi, ꝙ postea secum confinxisset hæc, sed & testes scripturæ aduocat viros fide dignos, quũ à dignitate, tum ab integritate morũ. Ait eñ, fac mihi testes fideles homines, Vriã sacerdotẽ & Zachariã. Vt quando exitus rerũ contigerit ac dixerint, Quia multis ante tẽporibus nõ sunt pręostẽsa, ori sic impudentiũ silentium imponant, & liber in mediũ prolatus & qui adsunt, testes. Ob hoc ait, Sume volumen chartæ nouũ, vt ne si vetus iam sit, literę depereãt: sed tẽpore multo B duret interim efficax ad reuincendos eos per eiusmodi scripturã. Et scribe stylo hominis, hoc est calamo scriptorio, quæ futura sunt. Quænã tandẽ sunt futura? Bellũ, Barbarorũ victoria, †distributio prędarũ è viuis, exuuiarũ è mortuis rapina. Sanè ait, Hęc vniuersa scribe, vt velociter deprędationẽ faciat spoliorum. Adest enim. Quid istud indicat, Adest eñ? Sentẽtia hęc duo notat, quod iam tũ pœnã reposcebat peccatorũ magnitudo, eratq; in ianuis exigẽda de eis vindicta. Cupiens alioqui deus sua lõganimitate eos reddere meliores, cũctabatur, vt ab eis modestiorib⁹ factis depelleret suppliciũ. Et quia facile ei esset & expromptum cuncta vel solo annutu ad fœlicẽ exitũ ꝓuehere. Quũ eñ sermo esset exort⁹ de barbaris copiosum exercitũ aduersus eos educturis, ne (ait) existimetis eos affore cunctãtius ob longiorẽ viæ tractũ, atq; numerosam C multitudinẽ educendi exercitus, quod vtrunq; consueuit nectere moras apud homines. Adstat eñ deo etiã is qui dissitus & disparatus ab eo longiùs videtur. Peræquè eñ facile est deo & ad manũ illi obuiũ, vno eodémq; minimo tẽporis momento ab extremis terrę limitibus (quãtolibet numero plures fuerint) confestim adducere ac sistere, præsto vt sint: Et testes mihi fac fideles homines, Vriã sacerdotẽ, & Zachariam filiũ Barachiæ. Testes inquã, tẽpore scriptę sint literę, vt si quã patiãtur calumniã, qui viuũt homines, & quũ scriberentur, pręsentes aderant, & tẽpus quo hæc dicebantur, perspicuè sciãt, possint os obturare istis qui sic impudenter loqui conantur. Quódq; sequitur, cõsentaneè huic argumẽto ac ꝓposito obiurgationẽ infert tantò manifestiorẽ. Quo pacto & sub quánam dicẽdi formula, verba ipsa audire possimus? Accessi eñ D (ait) ad ꝓphetissam. Hoc forsan nomine suam vxorẽ vocauit, ꝙ spiritu ꝓphetico habita esset digna. Non eñ in viris modò se stiterant eiusmodi gratiarum dona: sed ad genus vsq; mulierum transierat. Non enim quemadmodũ in administrãdis secularibus negociis, sexus distincti sunt, vt alia sint studia quæ viris peculiariter cõpetunt, alia exercitia quæ solas decent mulieres, ita vt hæ functiones discretæ nullã inter se permittere possint ꝑmutationẽ: itidẽ & in spiritualibus sit, sed æquales agones, cõmunes proponuntur coronæ. ídq; nosse possit quis, modò diligẽter excutiat & nouum & vetus testamẽtum, quod & cõtingit per vitam hanc omnẽ. Hac igitur ratione iuxta legẽ cõiugij cõgressus fecit, vt illa conciperet. Puerulo recẽs in lucẽ edito nomẽ imposuere nouũ & admirabile, quod in se historiam complectebatur futurorum euẽtuum. Quid igitur ait dominus? Voca nomen eius, Citò spolia,

† λαφύρων διανομὴ, σκῦλον ἁρπαγή.

Universidad de Deusto Biblioteca

lia detrahe, velociter prædare: Vt siquidē literis in volumine positis tanquā suspectis noluerint fidem habere, ipsa tamen pueruli appellatio futurorū euentuum continens historiam, & ante rerū exitum ei imposita ac nullo nō tempore repetita, abundè sufficiet ora cōsuere quālibet impudēter loqui conantiū. Nā q̄ propheta hæc minimè confixerit, post rerum euentū, sed cœlesti aspiratione ea præuiderit, hi etiam qui vehementer pergunt esse ingrati & pactæ fidei immemores, vtiq; persuaderi potuerunt, quū videant puerum ante rerum exitū sic vocari, suiq; nominis præconio futuras calamitates docentem. Eam ob rem interpretatur vim ipsam prophetiæ, tēpúsque ipsum cū diligentia cōsignat, sic dicens: Quia antequā sciat puer vocare patrē aut matrē, accipiet fortitudinē Damasci, & spolia Samariæ corā rege Assyriorū. Quod autē dicit, tale est: In tempore ætatis puerilis, nec adhuc maturæ & necdum cōpotis loquendi, quæ ad victoriā & trophæorum erectionem spectant, fient. Non q̄ puer possit aduersum hostes aciē instruere & bella dirimere: sed q̄ ea ætate infantis, hoc est illo tempore, priusquam scilicet puer disertè loquatur, vniuersa tradentur manibus hostiū: *Et adiecit dominus loqui ad me adhuc, dicens: Pro eo quòd non vult populus hic aquā Siloe quæ vadit cum silentio: sed vult habere Rasin & filium Romeliæ regē super vos. Propter hoc, ecce adducit dominus super vos aquā fluminis fortē & multā, regē Assyriorū.* Deus pro more suo, non pœnas solùm prædicit, sed & annectit causas, vt hac ratione auditores castiget & erudiat, quod & loco pręsenti facit. Simul em̄ atq; intimauit alienigenas dispertituros inter se spolia eorū, & prædicit nō defore barbarorū excursiones, istius belli causā reddit. Quænā hæc est? Nimirū ingratitudo ac perfidia incolentiū ciuitatē. Quū enim regē haberent, ait, placabilē, humanū ac mitē, ab eo resilierunt, prælegerunt tyrannos, & occasionem quæsierunt transfugiēdi ad externum principatum, suam in rebus agendis non ferentes fœlicitatem. Quare ego pleniore cum affluentia, cupiditatē adimplebo eorū, barbaro quopiā & immiti homine ad eos adducto. Porrò metaphoricè vsus est dictionib⁹ quibus exprimeret & mores regis indigenę, simul barbari potentiā. Hoc autē eò facit (qđ & semper dicebam) vt sermonem reddat euidentiorē. Huiusce rei gratia ait: Pro eo, q̄ ipsi noluerunt aquam Siloe. Non de aqua loquens: sed quia *fons sensim & citra strepitum, submisse progreditur, tranquillitatem morésq; placabiles eius qui tū regnabat, confert requieto decursui aquarū, eóq; Siloam ipsum vocat, q̄ citra vllius molestiā trāquillus ac mitis degeret. Hoc planè maximā inurebat notā subditis & multa reprehensione dignam, qui quum nullo graui premerentur iugo, animum adiecerūt ad tentandas res nouas, séq; vt dederent vltro externis regibus. Ait igitur, Quādo isti regem repudiant mansuetū & clementē, sed Rasin & filium Romeliæ præponunt: inducam eis Babylonium. Eiusq; violentiam exercitus confert aquæ fluminis multā dicens & fortē. Ad hæc, ipsam interpretans metaphorā, indicat regem esse Assyriorū. Vides, vt formula sermonis incorruptā nec vspiam intercisa appareat, qđ & superiùs à nobis indicatū est. Scriptura em̄ quoties in tralationibus versatur, consueuit seipsam dilucidi⁹ explanare, quod sanè etiā hîc fecit. Inducto em̄ in mediū fluuio, nō perstitit in metaphora, sed adiecit quémnā subindicaret fluuium, nempe regem Assyriorum & omnem gloriam eius: *Et ascen-*

ἐφ᾽ ὑμῶν

* שלה *mittens, missus fons est ad radices Sionis, & piscina in Hierusalē*

Ioan. 9.a.

A *det super omnem vallem vestram, & deambulabit super omnē murū vestrum, & auferet à Iudæa hominē qui posset leuare caput, quíve moliri possit & perficere aliquid. Et erit series tentoriorū eius cōserta, sic vt impleat latitudinē regionis tuæ.* Docens quia quæ prenūciantur, euētura essent nō vlla humana virtute sed ira dei in eos desęuiēte. Nō q̄ hostē copiis in acie instructis accinctū ad pugnam pbaret, sed q̄ prodiret ad paratam sibi rapinam. Non em̄, ait, certo in loco cōsistet & aduersum te pugnaturus instruet aciem: sed numerosa multitudine corporū terrę faciē adoperiet. Omni cū alacritate potietur victoria. Ad hæc, etiā si eis indignaretur, locū tamen relinquit nec mediocrē suæ erga illos clementiæ. Non em̄ interminatur iam se eorū ciuitatē à fundamentis demoliturum: sed nōnullā speciē captiuitatis & à patrio solo ablegationē prædicit passuros, vt animaduersa eorū pœna qui obita morte defecerant hi in vita re- B licti ad meliorem vitæ frugem se reciperent. Auferet em̄ à Iudæa (ait) hominē qui posset leuare caput. Eos indicat in captiuitatē abducēdos qui publica potestate fungebantur, cunctáve Reipublicæ moderabantur negocia, ipsósq; hostium multitudine oppressos, & in captiuitatē abreptos erat Assyrius redacturus in seruitutē, ad hoc vt tum inferiores possent nonnihil respirare, & timore eorū qui erāt abducti, ac securitate tuendæ pprię libertatis fierēt meliores. Ad hoc innuēdū ait, Et qui moliri quidpiā posset & perspicere, Hoc est, validū, potentē aliquid efficere, valentem exequi quiduis operis. Quin & ante illorū abductionē poterat satis supérq; barbarus deterrere vos, vel solo aspectu quū terrā omnē vestrā compleret tot corporibus barbarorum. Quamobrē intulit: Et erit series castrorum eius conserta: ita vt impleat latitudinem regionis C tuæ, *Nobiscum deus. Scitote gentes, & vincimini: exaudite vsque ad extremū terræ, & pollētes viribus vincimini. Si enim iterū præualueritis, iterum vincemini. Et quodcunque consilium inieritis consultando, dissipabit dominus: & verbum quodcunque loquuti fueritis, non manebit in vobis, Quia nobiscum deus.* Præsenti loco, mea quidē sentētia, eā prædicit victoriam quæ cōtigit regnāte Ezechia, simul & splendidū illud ac spectabile trophæum, causam insuper promit habitæ insignis victoriæ. Vt donemus (ait) arma suppetere apud illos, numerosam atq; adeò infinitā militū multitudinem, quamplurimā belli peritiā: his tamen omnibus longè potētius subsidiū nobiscū est, hoc est, deus. Venit em̄ barbarus ille, quasi in prospectum insultaturus, & multis ciuitatibus captis abiit. Secundū hęc, is educto aduersus ciuitatē militari pcinctu, contraria præsumptæ spei perpessus est. Itaq; hæc præ- D dicit ppheta, idémq; suo præconio authorē celebrat istius victorię, & aduersus hosce barbaros fusius intēdit sermonē. Ne em̄ fiducia freti ob priorem victoriā, & hanc etiā spe præsumatis. In hodierna enim excursione, nobis suppetit validissimū & auxiliare subsidiū. Hoc ipso igitur cognito retrocedite qui quasi imbellibus bellum infertis. Ad hæc, auctorem admirabilis illius victorię reprǫsentare cupiens & quia fama euulgans quæ præclarè gesta essent, ad extremas vsq; terræ plagas peruasura erat, ait: Exaudite vsq; ad extremū terrę. Eorū em̄ quæ tūc euenerūt, nemo nō exaudiuit gesta esse Hierosolymis. Quāobrē ait: Exaudite vsq; ad extremum terræ. Et qui viribus valetis, vincimini. Insignē enim gloriam ob validū robur exercitus barbarus ille tum obtinuit. Validos autem ac fortes hîc confirmat, non eos qui præcellerēt solùm bona habi-

ἀφέξεται lego & interpretor ἀποφεύξεται.

na habitudine corporis: sed & eos qui insigni pollerēt opulentia facultatū, & illustri splēdore gloriæ essent spectabiles. Si em̄ rursus prǫualueritis, ait, rursus vincemini: & quodcunq; consilium captaueritis, dissipabit dominus. Quodcunq; verbū loquuti fueritis, nō manebit in vobis, quia nobiscū deus. Hi enim quum arcana inter se agitassent consilia, spéq; præsumpsissent ciuitatem à fundamentis esse demolituros, & ita ad ppria redituros: horū clancularias consultationes detegens propheta, in medium adducit, ac dicit: Verbo tenus vniuersa hæc consilia subsistent. Deinde expositis hisce rebus quæ humanam transcenderent naturam texit sermonem dignū planè cui fides habeatur: & ad magnificentiam eius amplitudinemq; confugit, qui nihil non prouehit ad fœlicem exitum, continenter repetens, Quia nobiscum deus, & quia vniuersas hasce molitiones idem ad nihilum esset redacturus, Quare ipsi gloria.

Hactenus excurrit exēplar corrogatū, nobísq; precariò ęxhibitum è regia Bellofontis bibliotheca.

Esa.1.e.

Sermo diui Ioannis Chrysostomi super illud Esaiæ, Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis &c. Incerto interprete.

☞ SI volueritis & audieritis me, bona terrę comedetis: si autem nolueritis, & nō audieritis me, gladius vos consumet. Os em̄ domini locutum est ista. Si velle aut nolle vestrū nō esset: hoc est, si viuendi rectè, an secus libertas adempta nobis fuisset: nec bonus vnquā cœleste munus dignè pciperet, nec malus supplicium competens inueniret: sed totū deo deputaretur authori, qui alios impingeret in contemptum, formaret alios in obsequiū. Sed cùm diuinæ legis edicta in ecclesia pēdeant: quib⁹ quid fieri deus aut velit, aut nolit, eius familia instruatur, vt liberæ quis voluntatis arbitrio præcepta aut impleat, aut cōtemnat: vnde sibi quisq; quod meretur, instituat: nec posse aliud mereri, q̄ velit: quippe cui legis propositus tenor sit: ex quo quod velit, eligat: & quod nolit, contemnat: vt iudicio hominis dei iudicium celebretur vt qui libertatem concessam in obsequium dederit, muneretur: qui in contemptū duxerit, condemnetur, dicente domino: Si voluerit, & audieritis me: bona terræ comedetis. Si autem nolueritis, & non audieritis me, gladius vos consumet. Os em̄ domini locutū est ista. Ostendit dominus hominē se liberū condidisse, ostendit viuendi compotem, ostendit propriæ voluntatis autorē. Sed beata voluntas est, quæ seruiendo cōparat libertatē. Misera seruitus, quā generat libertatis excessus. Beata inquam libertas, quæ seruit legi: obtemperat iudici, paret authori, quę humilis deo est, subiecta Christo, quæ imperata tenet, iussa complet, præcepta conseruat, contendit vt placeat: vt promereatur, instat: timet offendere, veretur delinquere, amat diuina monita frequentare. Vt enim obsequia legis obtinent libertatem, ita contemptus generat seruitutem. Domini vox est: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Cessat em̄ culpæ defensio, vbi legis præcessit cōtemptio: nec facilè seueritas iudicis flectitur, vbi edicti admonitio annullatur. Inexcusatus est reus, cui per contemptum legis, iudex fuerit inimicus: nec in iudicio merebitur veniam, qui audacter contraxerit culpam. Quare iudex admonet, ne peccetur: dum obseruari iussa persuadet, dum se obseruantibus, pa-

Liberū arbitrium.

Esa.1.e.

Ioan.8.d.

A trem contemnentibus, iudicem cōminatur. Ama patrem præstruentem, time iudicem cōminātem. Vtrūque enim salutare & bonum est. Si enim amas, obaudi: si times, deserui. Promissi præmij, & destinati supplicij, ante oculos diuersa constitue. Nullum momentum sit, quo non ista pertractes: nullū tempus, quo nō, quæ destinata sunt, cogites. Dum enim hæc iugiter meditaris ac loqueris, teipsum instigas. Præsto est lectio, quæ persuadeat. Non potest cogitare peccatum, qui supplicium cogitando veretur: non potest delinquere, qui futura prǫmia meditatur. Sint ista in corde, & nunquam delinquitur: frequententur in ore, & nūquam peccatur. Obliuio mandatorum, causa est delictorum: formido supplicij, abolitio est peccati. Cæterùm cōtemptio legis, conditio est seruitutis. Non em̄ idcirco seruus liber efficitur, vt ab eodē iussa dn̄i con- B demnantur: aut ideo filius potestate patria liberatur, vt beneficia patris contumeliis ab eodem dispungātur. Vnde sic inter homines mos iste obseruatur, vt libertus ingratus grauiore seruitio addicatur, aut filius contumax potestate patria abdicetur. Libertatis em̄ indignus, qui dominū liberalem offendit, hæreditatē capere non potest, qui filij nomen per contemptū patris amittit. Sic & homo liberæ voluntatis effectus, datam libertatē amittit, si dominū cōtemnendo despexerit. Sed dicet aliquis: Cur me deus liberę voluntatis fecit, qui legem mihi, secundum quā viuam, præstitit? Aut cur mihi ordinem viuēdi lex ipsa præscribit, si natura mihi viuendi libertatem attribuit? Nulla libertas recipit conditionem, nulla conditio non affert seruitutem. Aut enim liberum mihi est facere ex natura, quod velim, & lex mihi imponere necessitatem C non debet: aut si necessitas mihi per legē imponitur, cur naturæ libertas, quæ data est, imputatur? Sed ita hoc ipsum ô homo verè dixisses, si lex cū natura pugnaret: id est, si aliud lex, aliud natura præciperet. At cùm lex naturam procuret, & natura ipsa legis instituta conseruet: & legis præcepta seruare, sit naturaliter viuere, (Quicquid enim lege præcipitur, hoc naturę iure seruatur: & quicquid natura geritur, hoc pręcipi legibus demonstratur.) Cur itaque putes esse diuersa, quæ cōspicis ex ratione esse similia? Cæterū ad hoc homo liberæ volūtatis à natura formatur, vt quę natura genuit, sibi exercēda cognoscat: & quæ natura non nouit, fugienda esse defendat. Vt enim bona natura formauit: ita mala interpolator hostis inuexit. Et vidit, inquit, dominus omnia quæ fecit esse bona valde. Vnde qui liberę voluntatis institutū se meminit, & D ingenuitatē suā docente natura cognouerit, quod natus est, seruet: quod factus est vindicet. Aliud em̄ velle esse, q̄ factus est: non est liberè viuere, sed conditionem seruitutis excipere. Nam si personam tam Christiane pertractes, libertatis collatę duplex à te debetur obsequium. Alterum, potestate seruitutis, qua & peccando addictus es: alterum, libertatis collatæ, qua & filius adoptatus es, vt & quid fueris, seruiēdo testeris: & quid à domino cōsecutus sis, maiore seruitio fatearis. Non enim pprio merito consecutus es libertatē: sed liberalitas domini te liberum fecit. Quare si liber ante meritum factus es, acquire maius per obsequia meritū, vt ex tuo seruitio, à domino merearis & præmium. Tene obsequendo, datam à domino libertatem, & per te acquire domino promittēte, mercedē. Prouocet liberalitas domini in obsequium, quem adoptando deus destinauit in regnum: vt dum totum

Gen.1.d

illi

Universidad de Deusto Biblioteca

illi dicamus obſequium,& liberalitas data ſeruetur,&
premia ꝓmiſſa reddãtur. Perdet eñ quod meruit,qui
diuina mandata contempſerit. Seruitutis aſtringetur
iugo, qui non paruerit redemptoris imperio. Ingra-
tus eſt libertatis, qui peccando conditionẽ exceperit
ſeruitutis. Nec cum filiis poterit numerari, qui con-
temnendo patrem,meruit abdicari.

EIVSDEM HOMILIA IN LAVDEM

eorum qui comparuerunt in eccleſia, quæque moderatio ſit ſeruanda in laudando. Item de hoc quod ſcripſit Eſaias: Vidi dominum ſedentem in throno excelſo, &c. D. Eraſmo Roterod. interprete. Authore damnato.

COnſpicio vos multo ſtudio adnitentes, vt ad
effectum perducatis quæ heri à nobis dicta
ſunt, eóq; nunc haud grauatè ſemen doctri-
nę iacimus,quòd hinc bona ſpes alit animum noſtrũ.
Simile. Nam & agricola,quum nõ ſine labore quidem ſemi-
na depoſuit, ſed videt terrã feracem ſegetémq; pro-
uentu exuberantem, ſuperiorũ laborũ obliuiſcitur,
atque ad reliquum operæ cõſeruationémq; priorum,
lucri expectatione excitatur. Verùm hæc agricolatio
quanto feracior quantóque lucroſior eſt? Nã illa qui-
dem frugum ſenſibilium copiam adferens, corpori-
bus reponit alimoniam: hæc verò dum ſermonũ de-
ponit doctrinam,ſpiritualiúmque donorum abundã-
tiam adfert,animi diuitias recondit, alimoniam quæ
nec conſumi,nec vitiari poteſt, reditus qui neq; pe-
reunt, neq; corrumpũtur,ſed arcana quadã & ineffa-
bili prouidentia conſeruantur, quorum vſus fructus
mente percipitur. Hic eſt meorum laborũ prouẽtus,
hæ ſunt opes quas veſtræ charitati recondimus. Has
itaq; quum cõſidero in vobis augeſcere,gaudeo ſem-
per,vt qui non fruſtra ſementem fecerim, vt qui non
incaſſum labores pertulerim, vt qui frugiferam pin-
guémque terram,& ad fructificandum idoneã,ſemen
iecerim. Vnde igitur hoc lucrũ fore coniecto: vnde
perſpicio ſermones ad opus proficere? Nimirum ex
hoc concurſu, ex eo ꝙ eccleſiam omnium matrẽ ſtu-
dioſè amplectimini, ex hac pernocte perpetuáq; ſta-
tione, ex eo ꝙ angelicorũ ordinum ſtationẽ imitan-
tes,ſine ceſſatione laudes & hymnos offertis condi-
δοξολογία. tori. O mira Chriſti dona. In ſupernis exercitus ange-
lorum canũt gloriã,in terris homines in eccleſiis cho-
ros agentes ad illorum exemplũ eandem canunt glo-
riam. In ſupernis Seraphim ter ſanctum illum hymnũ
reſonant,in terris eundem hominũ ꝓmit multitudo,
cõmunitérque tum cœleſtium, tum terreſtriũ plaudit
celebritas,vna gratiarum actio,vna exultatio,vna be-
neuolentis,gaudentíſq; choreæ ſtatio. Hanc enim in-
ineffabilis domini ſeſe ad nos demittẽtis bonitas cõ-
probauit, hanc electam ſpiritus congregauit ſanctus:
huius vocũ concentus paterno beneplacito congruit:
è cœlis habet modulorum conſonantiam, dum à tri-
nitate velut à plectro quopiam mouetur, delectabile
illud ac fœlix reſonat melos. Illam angelicam cãtio
nem,illum deſinere neſciũt cõcentum, hoc eſt ſtudij
præſentis alacritatíſq; vectigal, hic conuentus noſter
fructus. Eóq; gaudeo talem cõſpiciens in vobis ꝓba-
bilẽ affectum: gaudeo dum animorum veſtrorum be
neuolentiã alacritatémq; cõſidero,dum gaudium ſpi
Eccleſiaſtici conuentus laus. rituale,dum iuxta deum exultationẽ. Neq; enim vlla
res tantum adfert gaudij vitæ noſtræ, quantum hoc
quod ex animo gaudetis in eccleſia congregari. In ec-
cleſia gaudentium conſeruatur gaudium, in eccleſia
animo deiectorum,animorum eſt recreatio. In eccle-

A ſia dolentium eſt voluptas, in eccleſia defatigatorum
reſpiratio,in eccleſia laborantiũ requies. Venite eñ, *Mat.11.d.*
inquit,poſt me qui laboratis & onerati eſtis,& ego re-
ficiã vos. Quid hac voce poſſit eſſe deſiderabili⁹? quid
hac inuitatione iucũdius? Ad epulum te vocat qui in
eccleſiam te vocat dñs. Ad reuelationem pro labori-
bus adhortatur,ad relationẽ à moleſtiis transfert põ-
dus peccatorũ aleuans,deliciis animi moleſtiam,gau-
dio mœrorem ſanat. O mirã eius curam, ô vocationẽ
cœleſtẽ. Feſtinemus itaq; dilecti, vt eandẽ alacritatẽ
in longum tempus porrectã exhibeamus, & cum cõ-
ueniente modeſtia,conſiderationéque decente hanc
conſumemus. Etenim de hoc vobis hodiernũ ſermo-
nem mouere volo,in ſpeciem quidem moleſtũ, cæte-
rũ leuem,vtilémq; veritate. Sic enim & amantes libe- *Moleſta eſſe nõ debent quæ proſunt.*
rorum patres faciunt, non ſolum ea que ad breue tẽ-
B pus delectant,verum etiã quæ moleſtiã adferunt filiis
adhibent: nec ea modo præcipiunt eis quæ ſtatim o-
ſtendunt vtilitatem, ſed quæcunque videntur quidẽ
eſſe moleſta, ſalutaria tamen ſunt, ſi perficiantur, &
hæc multa cura docent, diligentérq; flagitant ab eis
vt conſeruentur. Atque hunc ſermonẽ in lõgum pro-
ducimus,ne præſentem laborem fruſtra inſumamus,
ne ſuſtinentes vigiliæ neceſſitatẽ inutiliter in pugilũ
certamine verſemur, ne voces in aërem diſſolutæ, ad
detrimentum ſonent potius ꝙ̃ ad lucrum. Neq; enim *ſimile.*
negociator è longinquo merces importans, vehemẽ-
tem ventorũ incurſum, vndarúmque exorientiũ pro-
cellas ſuſtinẽs,fruſtra & incaſſum ſuſciperet eiuſmo-
di labores,verũ ideo maria ſecat, & audax eſt aduer-
ſus pericula, locáque locis commutat, totáſque no-
ctes ducit inſomnes, vt negociatione diteſcat. Quod
C ſi non contingat, ſed cum lucro etiã ſortis iacturã fa-
ciat,ne ſoluere quidem ancoram poterit, nec illa va-
ria perferre diſcrimina. Hoc itaque ſcientes cum de-
cente circunſpectione huc accedamus,ne pro pecca-
torum remiſſione,etiam acceſſionem peccatis adiun-
ctam domum referamus. Quid autem eſt quod quæ-
ritur,quódq; à nobis repoſcitur? Vt dũ diuinos hym-
nos reſonamus, multo tremore contracti, multáque
religione ornati,ita demum eos offeramus. Nam ſunt *Acclamationes indecoræ.*
quidã inter hos qui hîc adſunt, quos ne veſtræ quidẽ
charitati arbitror eſſe ignotos,qui cõtemnentes deũ,
ac ſpiritus eloquia pro vulgaribus ac prophanis du-
centes,incompoſitas voces emittunt, nihilóque me-
lius ſe gerunt his quos habet inſania,toto corpore tu-
multuantes ac circumacti, moréſque præ ſe ferentes
à ſpirituali ſtatione alienos. Miſer & infœlix oporte-
D bat te cum tremore ac reuerentia angelicam glorifi-
cationẽ reſonare,cúmque terrore confeſſionem red-
dere conditori,ac per hanc delictorum veniam poſtu
lare. Tu verò mimorum & ſaltatorum mores huc in-
ducis,dum indecenter manus iactas, pedibus ſubſul-
tas,totóque circumageris corpore. Et quî fit, vt non
metuas, neque horreſcas hæc audens aduerſus talia
eloquia? Non cogitas ipſum hic inuiſibiliter adeſſe
dominum,qui vniuſcuiuſque motum metitur,& con-
ſcientiæ rationem habet? Non cogitas ꝙ angeli huic
ſtupendæ aſſiſtunt menſæ,cúmq; reuerentia hanc cir-
cunuallant? Verùm tu iſta non cogitas,quoniã ea quę *Tetrici mores in eccleſia.*
in theatris audiuntur, quæque ſpectantur, mentem
tuã obſcurarunt: & ideo quæ illic geruntur in eccle-
ſiæ ritus inducis, ideo clamoribus nihil certi ſignifi-
cantibus animum incompoſitum euulgas. Quomodo
ergo veniam poſtulabis tuorum delictorũ? Quomo-
do in

do in domum tuam recipies dominum: qui vſq; adeò
cõtemptim offeras precationem? Miſerere mei deus,
inquis,ac mores à miſericordia alienas declaras. Cla-
mas,ſerua me,& ſpeciẽ à ſalute alienã exprimis. Quur
ſe extendunt manus ad ſupplicandum,quæ ſemper ad
ſublime iactantur & indecorè circumaguntur, quæq;
vehemẽti clamore violentíq; impulſu ſtrepitũ habent
nihil certi declarãtem? An nõ iſta quidem partim ſunt
mulierum in triuiis meretriciam artem exercentium,
partim verò eorum qui in theatris vociferantur ſunt
exempla? Quomodo igitur audes angelorum deum
glorificantium hymnis,dęmonum admiſcere ludicra?
Quomodo autem nõ vereris hanc vocem, quam illic
Pſal.2.c profers dicens: Seruite domino in timore, exultate ei
cum tremore? Hoccine eſt cũ tremore ſeruire, ſic diſ-
fundi diſtendíq;,vt nec ipſe ſcias quę loquaris incom-
poſito vocis boatu? Iſtud verò contẽptus eſt nõ timo-
ris,arrogantiæ non modeſtiæ,iſtud ludentium eſt po-
Seruire domino cum tremore, quid. tius quàm cõfitentium. Quid eſt ergo ſeruire domino
in timore? quum omne præceptum perfecerimus,cum
tremore contractionéque hanc confeſſionem facere,
corde contrito mentéq; ſubmiſſa preces offerre. Nec
ſolùm ſeruire in timore, verũ etiam exultare cum tre-
more,ſpiritus ſanctus per prophetã iubet. Nam quo-
niam pręcepti impletio gaudium gignere ſolet in ani-
mo virtutem exercentis,& hanc,inquit,confeſſionem
cum tremore facere cõuenit,ne ſi depoſito metu con-
fundamur ac diſſoluamur, ſimul & laborum iacturam
faciamus,& deũ in nos prouocemus. Sed quomodo,
inquis, fieri poteſt, vt quis exultet cum tremore? nam
impoſſibile eſt ſimul hæc duo accidere,quũ inter hæc
plurima ſit differentia. Gaudium enim eſt eorum quæ
deſiderat animus,expletio,rerúmq; iucundarum frui-
tio,ac moleſtarum obliuio. Metus autẽ expectatorum
malorum incurſus, cooriens aduerſus condemnatam
conſcientiam. Quomodo igitur licet exultare cum ti-
more, nec ſimpliciter cum timore,ſed etiam cum tre-
more,qui eſt timoris vehementia, & immodicę cuiuſ-
dam anxietatis ſignum? Quomodo igitur,inquis,hoc
fiet? Ipſe te Seraphim docent,re ipſa tale miniſterium
implentia. Nam illa ineffabili gloria conditoris fruun-
tur incomprehẽſibilem eius pulchritudinem contem-
plantia. Non dico illam vt eſt natura,hæc enim inco-
gitabilis eſt,nec ſpectari poteſt,nec figura exprimi,ab-
ſurdúmq; eſt ſic de illa opinari: ſed quantùm conceſ-
ſum eſt,quantũ ex illo ſplendore poſſunt comprehen-
dere. Quoniam enim aſſiduè famulantur in circuitu
throni regalis,in iugi gaudio perſeuerant, in ſempiter-
na delectatione,in exultatione finẽ non habitura,gau-
dentia,ſaltantia,citra vllum ſilentium gloriam canen-
Fruitio viſionis diuinæ. tia. Nam ſtare in conſpectu maieſtatis illius,déq; ſplẽ-
dore illinc refulgẽte illuminari, hoc illis eſt gaudium,
hoc illis exultatio, hoc illis voluptas, hoc deniq; glo-
ria. Fortaſſis ſenſiſtis aliquid voluptatis, & cupiditas
quędam illius gloriæ vos cepit. Agè,vtinam velitis ad-
hortantem auſcultare,præſentémq; gloriæ diuinæ ce-
lebrationem religioſè peragere. Nam nõ deſtituet vos
huiuſmodi gaudium, ſiquidem ipſe eſt ille dominus,
qui & in cœlis & in terris glorificatur,pleníq; ſunt cœ
li & terra gloria eius. Quomodo fit igitur, vt illa Sera-
phim quum eiuſmodi voluptate fruantur, hanc cum
Eſa.6.a timore miſceant? Audi quid dicit propheta: Vidi do-
minum ſedentem in throno excelſo & eleuato. Quam
ob cauſam, quum dixiſſet, excelſum: adiecit, eleuatũ?
An nõ ſatis erat per celſitudinẽ rem totam ſignificare,

A declararéque dignitatis eminentiam? Quapropter er-
go addidit,eleuatũ? Vt cathedram incomprehenſibi-
lem demõſtraret: quandoquidem apud nos quod ex-
celſum eſt,cogitationẽ quandam prębet comparatio-
nis ad ea quæ humilia ſunt ac ſubmiſſiora. Veluti ex- *Valles dicit ſupinas.*
celſi ſunt mõtes ad cãpeſtria locáq; terrę ſupina cõpa
rari,excelſum autẽ cœlum ſuper omnia terrena ſubla-
tum eſt. Cæterum hæc eleuatio ſublatióq; ſolius eſt il-
lius naturæ incomprehenſibilis,quam neq; cogitatio-
ne concipere,neq; verbis eloqui quiſquam poteſt,eó-
que dicit: Vidi dominum ſedentem in throno excelſo
& eleuato. Sed quid pręterea vidiſti ô propheta? Quid
circa illum ſpectaſti? Et Seraphim ſtabãt,inquit,in cir-
cuitu eius. Quid faciebant & quid dicebant,qua fidu-
cia fruebãtur? Fiducia quidem,inquit,nulla, verùm ti-
moris ac ſtuporis erãt plena, ipſa etiam ſpecie metum
B ineffabilem declarãtia. Duabus enim alis velabant fa-
ciem,ſimul excludentia radiũ è throno prodeuntem,
eo ꝙ ferre nõ poſſent immenſam illius gloriam,ſimul
autem & ſuam religionem ac reuerentiam ſignifican-
tia quam habent ergo dominum. Tali gaudio gaudẽt
illa, tali lætitia exultant, nec ſolùm facies velant,verũ
& pedes. Quamobrem hoc faciunt? Facies quidẽ me- *Seraphim quare faciem & pedes velant.*
ritò velant,propter metuendum ſpectaculum,quódq;
nõ poſſint inacceſſam gloriam obtueri. Verùm pedes
quare ſimul velant? Ac volebam quidẽ vobis hoc re-
linquere,vt ipſi circa huius ſolutionẽ laboraretis, cir-
cáq; ſpiritualium rerum veſtigationem vigilaretis: cę-
terùm ne veſtram cogitationẽ circa huius inquiſitio-
nem intentam relinquens,incipiam admonitionẽ ne-
gligere,neceſſe eſt vt hoc obiter diſſoluam. Quare igi-
tur pedes velant? Inexplebilem erga cõditorem reue-
C rentiam exhibere ſtudent, multámq; anxietatem tum
ipſo habitu,tum voce,tum aſpectu, deniq; ipſa ſtatio-
ne. Quoniam igitur id quod deſiderant, quódq; con-
ueniebat non aſſequuntur, declarant eo ꝙ vndiq; ve-
lantur. Nam ita defectum circuntegunt. Vtrum intelli-
gitis quod dictum eſt,an operæprecium eſt,vt idẽ de-
nuò repetam? Agè vt hoc faciam dilucidius, ex rerum
noſtrarum exemplis manifeſtum facere conabor. Aſ- *ſimile.*
ſiſtit aliquis terreno regi,omnibúſq; modis molitur, vt
quàm plurimam erga illũ reuerentiam exhibeat, quò
per hoc maiorem illius erga ſe cõciliet beneuolentiã.
Cuius gratia non ſolùm ſpecie capitis,verùm etiã ipſa *Geſtus aulici.*
voce,ipſa manuum compoſitione,ipſa pedum cõiun-
ctione,totiúſq; corporis contractione,talem reueren-
tiam conatur oſtẽdere. Hoc & ab illis incorporeis vir-
tutibus fit. Quum enim plurimam habeant erga con-
D ditorem reuerentiam, & hanc vndiquaque conantur
præſtare: deinde quoniam non aſſequuntur quod ex-
petunt,quod deeſt affectui, hoc velo obtegunt. Hanc
ob cauſam igitur facies ac pedes tegere dicũtur. Quã-
quam eſt & alia quædã magis myſtica ſpeculatio quæ
circa hoc conſideratur,non ꝙ pedes ac facies habent:
ſunt enim incorporea quẽadmodũ ipſum numen, ſed
vt hoc humanus ſermo declaret,ea vndiquaque metu
ac reuerentia contracta ſeruire domino. Sic oportet
nos aſſiſtere, talem deo glorificationẽ offerentes, me-
tuentes,ac tremẽtes, ac tanquam illum ipſum mentis
oculis intuentes. Adeſt enim hîc omnino,nec tamen
vllo modo circumſcribitur, vocéſq; noſtras recenſet.
Sic igitur contrito corde & ſubmiſſo, laudem depro-
mentes reddamus eam acceptã,& velut incẽſum bo-
ni odoris ad cœlũ ſubmittamus. Cor enim,inquit,cõ- *Pſal.50.d*
tritum & humiliatum deus nõ deſpiciet. Verùm pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pheta,inquis,exhortatur vt cum iubilo glorificationẽ
Psal. 65.a peragamus:Iubilate, inquit, domino omnis terra.Verùm neq; nos talem iubilationem prohibemus,sed vocem prohibemus nihil significantẽ.Neq; prohibemus vocem laudis, sed vocem absurditatis & inconditam, ac mutuas inter vos contentiones,manus incassum temereq; sublatas in aërem , pedes supplodentes, indecoros effœminatósque cantus , qui sunt eorum qui in
Spectacula pernicio-sa. theatris & hippodromiis ociantur, lusus : Illinc nobis pernicioſa inuehuntur exempla, illinc irreligioſæ vulgaréſq; voces,illinc manuum absurditates,contentiones,concertationes,moréſque incompoſiti. Nulla res enim æquè eloquia dei adducit in contemptum, atq; ſpectaculorũ quæ illic proponuntur admiratio . Proinde frequenter vos hortatus ſum , ne quis eorum qui huc aduenium,diuináq; doctrina fruuntur,quíq; horrendæ ac myſticæ victimæ participes ſunt, ad illa iret ſpectacula,neu diuina cum dæmoniacis commiſceret myſteria. Attamen nonnulli vſque adeo inſaniunt , vt etiã quum ſpeciem religionis circunferant, & ad profundam caniciem peruenerint,nihilo ſecus currant ad illa,neq; noſtris ſermonibus auſcultantes , neque propriam reueriti ſpeciẽ. Verùm quoties eis hunc ſermonem ingerimus, & vt caniciem religionémq; vereantur adhortamur , quod ibi illorũ frigus ? quàm ridiculus ſermo?Exemplum,inquiunt,victoriæ quæ in futuro ſeculo erit & coronarum ſunt illa, plurimámque illinc vtilitatem referimus. Quid ais homo ? Putris iſte ſermo eſt ac fallaciæ plenus . Vnde vtilitatem iſthinc ferre licet?Ex innumeris cõtentionibus,ex temerè factis deierationibus,malè loquentiũ? An ex contumeliis,conuiciis,ſcommatibúſque, quibus ſpectatores ſe mutuò cõſpergunt?Verùm ex his nihil,cæterùm omnino ex incompoſitis vocibus,& nihil ſignificãte clamore, éque puluere qui ſubmittitur , tũ ex his qui impellunt, qui vim faciunt , qui acciſſant ac diſſimulant
κατένωντι, aliàs coram mulieribus. exemplo mulierũ,† vtilitatem colligis. Atqui hìc quidem ipſum dominũ angelorum, omnes prophetę doctoréſq; ſuper thronum excelſum & eleuatum oſtendunt,iiſq; qui digni ſunt brabia & coronas diſtribuũt, indignis verò gehennam aſſignant : atque ipſe etiam dominus hoc confirmat.Deinde hæc quidẽ contemnis,in quibus etiam cõſcientiæ terror eſt, & factorum redargutio & pœnarum accuſationúmq; anxietas , & ſupplicium ineuitabile . Verùm vt abſurdam inuenias tuorum ſpectaculorũ quibus ſuſpenſus inhias excuſationem , dicis te vtilitatem capere ex his,ex quibus iacturam pateris irrecuperabilem.Rogo etiã atq; etiam obſecróque, ne excuſationes excuſemus in peccatis. D
Prętextus enim iſta ſunt ac deceptio,quibus nobis ipſis damnũ accerſimus. Verùm de his quidẽ hactenus, tempus autẽ eſt vt iam ad priorẽ recurramus admonitionem, atq; vt paucis de ea loquuti debitũ orationi finem imponamus.Neq; enim hoc ſolùm peccatur,q̃ quæ hìc fiunt parum pro dignitate peraguntur,verùm etiam alius quidam grauis obambulat morbus . Quis tandẽ iſte? Quòd,qui propoſuerũt cum deo colloqui eíq; ſeruitium exhibent,mox hoc omiſſo ſuum quiſq; vicinũ arripiunt ordinantq́; res domeſticas,queq́; fiũt in foris,quæq́; in populo, quæq́; in theatris, quæq́; in exercitu,& quomodo alia quidem ſunt adminiſtrata, alia rurſus neglecta,& quid in gerendis rebus plus ſatis fuerit,quid diminutum: in ſumma, de rebus omnibus vel publicis,vel priuatis hìc colloquuntur. Et qua
ſimile. tandem venia digna ſunt iſta? Atqui qui cum rege terreno colloqpitur,de his tantùm verba facit de quibus A ille voluerit audire,& de quibus rex fuerit percõtatus. Quòd ſi quis auſit iniicere ſecus quàm ille velit,extremo ſupplicio afficietur. Tu verò cum rege regum colloquens,cui cũ horrore ſeruiunt angeli,omiſſo cũ illo cœpto ſermone,de luto, de puluere, de telis aranearũ loqueris. Nihil enim aliud ſunt huius vitæ negocia. Et quomodo ſuſtinebis iſtius contẽptus pœnã?Quis autem te ab hac vindicta liberabit? Verùm haud rectè ſe habent,inquiunt,reipublicæ negocia, de his plerunq; loquimur. Ingens periculũ. Quid autẽ in cauſa? Eorũ, inquiunt,qui principatũ gerunt incogitantia . Non eſt *Principũ negligẽtia ſæpe naſcitur ex culpa populi.* principum incogitantia,ſed noſtra iniuſtitia,pœna eſt pro noſtris ſceleribus exacta. Illa cuncta ſurſum deorſum miſcuerũt, illa quicquid eſt calamitatum inuexerunt, illa armarunt hoſtes,illa fecerũt vt victi diſcederemus,non aliunde nobis malorũ examen inundauit, B quàm ex hac cauſa. Proinde quãuis Abrahã quiſpiam eſſet qui imperaret,quãuis Moſes,quãuis Dauid,quãuis Solomon ille ſapientiſſimus,quanuis omnium hominum flagitioſiſſimus : ſi nos malè viuimus , nihil intereſt qualis ille ſit,quãtùm ad cauſam malorum. Quî fic,inquis,aut quo pacto ? Quoniã ſi trãſgreſſor legum fuerit,ſi temerè nullóq; cõſilio feratur, noſtra incogitantia noſtráq; temeritas talem genuit principem,noſtra commiſſa plagam accerſierunt. Nam q̃ iuxta corda noſtra accipimus principes , nihil aliud eſt niſi q̃ prꝛterita peccata noſtra talem nobis dedere prꝛfectũ, ſiue quis fuerit ex cõſecratis, ſiue ex eorũ numero qui mundanas adminiſtrant dignitates . Quanuis autẽ iuſtus fuerit , adeóq; iuſtus, vt vſq; ad Moſi virtutẽ pertingat,haud tamẽ illius vnius iuſtitia, immenſa rebelliũ peccata valebit obtegere, ídq; poterit quis ex ipſo C Moſe certò cognoſcere . Quũ enim ille multis modis afflictus fuiſſet prꝛ Iſraël,inſtantérq; apud deum ſupplicaſſet,vt terram repromiſſam in ſortem illis tradꝛet, tamen quoniam ſe populus ſuis peccatis reddidꝛat ab hac promiſſione alienũ , nõ potuit Moſi deprꝛcatio iuſtam dei ſententiã immutare, quò minus totus ille populus in deſerto ꝓſterneretur. Attamẽ quis Moſe iuſtiõr, aut quis plus valuit apud deũ? Dictũ eſt, valere iuſti deprecationẽ,ſed efficacẽ: hoc eſt, pœnitentia conuerſionéq; adiutam eorũ pro quibus funditur. His verò quibus mores manẽt ſine pœnitentia citráq; bonam conuerſionem, quomodo poſſit auxiliari iuſti deprecatio,quum illi ipſi ſuis factis obſiſtant ? Et quid commemoramus hoc accidiſſe toti populo peccãti, quum & paucorum inobedientiũ peccata, imò vnius, D iuſtè imperantium gratiam ſuperent? Atq; hoc rurſus ex eodẽ populo Iſraëlitico perſpicias licebit,qui Moſe rempublicam adminiſtrãte, quum in terram alienigenarum irrupiſſent, pugnámq; cum illis cõmiſiſſent, quomodo quidam illorum inſaniẽtes in illorum mulieres,totius populi cladem exitiúmq; inuexerũt. Hoc autẽ quod dicam in vno accidit , videlicet Achar qui quum variam ex anathemate ſtolam ſuſtuliſſet, etiam aduerſus populũ iram dei ſuccendit. Verùm, vt coniicio,nonnulli præſentiũ ignota eſt hæc hiſtoria.Quam ob rẽ neceſſe eſt,vt paucis de hac loquutus,& ſcientes commonefaciam, & neſcientes docea̅ . Achar itaq; fuit vnus ex eorũ numero,qui cum Ieſu Naue tranſiꝛe Iordanẽ, qui Ieſus fuerat antè dei iudicio delectus, vt Moſi ſuccederet , quíq; typum ac figũram gerebat veri ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quemadmodum enim ille è deſerto per Iordanem in terrã repromiſſam

Num.20.b. & Deut. 1.f. & 3.a.

Iacob.5.d.

2. Eſdræ 10.b.

Ieſus Nãue figura Ieſu chriſti.

Ioſ.3.d

perduxit

perduxit populum,Sic & ſeruator noſter,ex ignorantiæ & idololatriæ deſerto per ſanctum ac ſalutiferum A baptiſmum in cœleſtem Hieroſolymam nos traduxit, ad matrẽ primogenitorum , in qua veræ quietis paratæ ſunt manſiones,vbi vita ſeditionis neſcia, pacificáque . Hic itaque quum eius virtute qui ipſum populo præfecerat,Iſraëlitas tranſmiſiſſet,iámque admouiſſet exercitum Hiericho , nouam illã & admirandam obſidionem moliens,mox ruituris mœnibus,quid loqui-
Iſue.6.c tur apud populum?Erit anathema hęc ciuitas,& quicquid eſt in ea,domino Sabaoth,excepta Rhaab meretrice,Hanc ſeruabitis:Cauete igitur ab anathemate ne quando cõcupiſcentes ſumatis ex eo,ac perdatis nos. Conſecrata ſunt , inquit , omnia quæ ſunt in ciuitate:
Anathema quid. Nam id ſonat anathema . Ne quis igitur ſuffuretur ex his quæ conſecrata ſunt domino deo, nóſq; diſperdat è terra. Periculoſum erat præceptum,multa diligentia tum dei præcipientis,tum legẽ ferentis Ieſu. Vix enim B fieri potuit,vt in tanta multitudine non violaretur hęc lex quum multæ res eſſent quę huc impellerent. Nam vel inſtabilitas eius populi lucriq; cupiditas,vel q̃ non omnes audiſſent edici præceptum, vel ſpoliorum varietas velut eſca obiecta , habendíq; auidos illectans, facilè ad legis tranſgreſſionem perpuliſſet. Et tamẽ ea lex erat lata:ac tranſgreſſoris capiti periculum imminebat. Quid igitur poſt hæc? Conciderunt mœnia , & quicquid erat in ciuitate venit in manus obſidẽtium. Itaq; quum vniuerſus populus ſeruaret hoc prꝛceptũ, vnius prævaricatio in vniuerſam multitudinem con-
Iſue.7.b citauit iram dei. Peccauerunt,inquit, filij Iſraël peccatum magnum , & ſuffurati ſunt & ſumpſerunt ex anathemate , & ſumpſit Achar filius Charmi ex anathemate, & indignata eſt ira domini filiis Iſraël . Atqui vnus erat qui peccauerat. Quomodo igitur peccauerũt filij Iſraël,ac deus iratus eſt filiis Iſraël? Vides quomodo vnius peccatum toti populo vindictam accerſit? Quomodo deum aduerſus multitudinẽ hoſtem reddidit ? Quoniam igitur fuerat perpetrata legis tranſgreſſio,neq; quiſquam erat cõſcius,prꝛter ſolum deũ qui nouit occulta,vltio quidem differebatur:cæterùm qui hoc perpetrarat,tametſi videbatur latere, tamen à conſcientia velut ab igni vrebatur . Venit igitur tempus quo fieret quod comminatus fuerat deus, quóque peccatũ veniret in propatulum. Miſit,inquit, Ieſus vi-
Ibidem.d. ros ab Hiericho in Gæ . Et aſcenderunt illuc viri ferè ter mille,fugerúntque à facie virorum Gæ , & occiderunt ex illis viros triginta ſex,& perſequuti ſunt eos,& conciderunt illos, & expauit cor populi, factúmq; eſt velut aqua. Vide vnius peccati pœnam , vide plagam acerbiſſimã,vnus peccarat , & in populum vniuerſum mors ac trepidatio irruit . Quid hoc ô bone domine? *Pſal.118.c* Tu ſolus iuſtus,& recta iudicia tua. Tu cuiq; iuxta pro-
Rom.2.a pria facta reddis iudiciũ . Tu humani generis amator,
4.Reg.14.a. dixeras in ſuo quenq; peccato moriturum , nec alium pro alio daturum pœnas . Quod igitur hoc eſt tuũ iuſtum iudicium?Bona ſunt tua omnia domine & valde bona,& ad noſtram vtilitatem diſpenſata . Lues quædam,inquit,eſt peccatum, per vltionem euulgetur ac traducatur apud omnes,ne corrumpat omnes , vt vbi cognorint quãtas minas vna pepererit tranſgreſſio,fugiant vltionem,de multis alioqui ſumẽdam æternam
Ioſ.7.b vindictam. Videns igitur,inquit, Ieſus fugam ſiſti non poſſe , diſcidit veſtimẽta ſua ac proſtratus eſt in terrã, ea lugubriter lamenta proferẽs quę narrat diuina ſcriptura . Quid igitur illi reſpõdit dominus? Surge,quur ita proſtratus iaces?Peccauit populus tuus,trãſgreſſus eſt pactum meum,nec poterunt ſtare filij Iſraël contra faciem hoſtium ſuorum, donec ſuſtuleritis anathema ex vobis ipſis. Prædicat igitur hoc in populo,& à deo proditur qui hoc perpetrarat, ille fatetur. Reſpõdit enim,inquit,Achar Ieſu dicens: Verè peccaui in cõſpe- *ibid.d.* ctu dei Iſraël,ſic & ſic feci: Videbam in prꝛda pallium variegatum vnum pulchrum, ducentáque argenti didrachma , & linguam vnam auream quadraginta didrachmorum,& cõcupiſcens cepi,& ecce hęc defoſſa ſunt humo in tabernaculo meo. Omnia iam in apertũ profert,poſteaquam perſpexit illum omnia ſine mendacio indicaſſe,nec diffuſus eſt teſti ſeipſum prodẽti. Vide autẽ probroſam ac perniciоſam illam mortem: Subduxit,inquit,Ieſus Achar in conuallem,filios & fi- *ibidem.* lias eius,& vitulos eius,& iumẽta eius , & omnes oues eius,& tentorium eius, & omnia quæcunque poſſidebat,& lapidibus obruit ea omnia populus. Hoc tranſgreſſionis prꝛmium,talis dei vindicta, quæ per corruptelam euitari non poteſt. Hæc itaq; ſcientes, cogitemus moleſtias à noſtris peccatis inuehi,ſingulíſq; diebus noſtra examinantes crimina, nõ aliis ſed nobiſipſis cauſam aſſcribamus. Nec enim principũ modò negligentia,ſed multò magis noſtra delicta, mala accerſierunt. Proinde ſi huc aduenientes ſua quiſq; examinet delicta,nec alium incuſabit,& prꝛſentem glorificationem reſonabit. Quod autẽ exigitur ad decentem modeſtiam, hoc eſt primum,corde contrito accedere ad deum:proximùm,cordis affectum ipſo viſibili habitu declarare,ſtatu manuum decora compoſitione,placida contractáq; voce:Nam id facile eſt,& poteſt quiſquis voluerit. Quî fiet igitur, vt omnes ſuo fungantur C officio?Ponamus nobis ipſis legem,dicamúſq;,In publicã vtilitatẽ lex prodita eſt , & huius vtilitatis oportet nos oẽs eſſe participes . Quapropter & indecoras voces premamus,manuúmque geſticulationes corripiamus,has coniunctas exhibentes deo,nec incompoſitis motibus attollantur. Odit enim hoc deus & auerſatur,ſicut cõtrà,compoſitum ac modeſtum amat,expetitque: Ad quem,inquit, reſpiciam, niſi ad manſue- *Eſa.66.a* tum & quietum & trementẽ verba mea? Dicamus aliis alij,non vult deus, vt ſimul cum ipſo loquamur, & inter nos fabulemur,nec patitur, vt omiſſo cũ ipſo colloquio,præſentiũ colloquia ſuſcitemus, cœnóq; margaritas contaminemus. Siquidem hoc ſuam contumeliam eſſe ducit,non glorificationem. Quòd ſi quis voluerit hoc præceptũ prꝛterire , obturemus illi os,tanquam noſtrę ſalutis inſidiatori expellamus,ex eccleſię D ſanctę caſtris eiiciamus. Hoc ſi fecerimus , noſtra quidẽ peccata ſuperiora facilè diluemus, ipſum autẽ dominum habebimus in medio noſtrũ vnà cum ſanctis angelis choros agentẽ , & cuiq; modeſtiæ coronas diſtribuentem. Quoniam enim eſt humanus ac munificus, gaudẽs noſtra ſalute, oblectans ſeſe bonis noſtris, propterea & cœlorũ regnum promiſit , & vitæ incorruptibilis conſortium,omniáq; bona prꝛparauit, volens nos in his habere tabernacula. Quæ nobis omnibus cõtingat aſſequi,gratia & humanitate domini noſtri Ieſu Chriſti,quem decet,gloria,imperium,honor, & adoratio cum patre & ſancto ſpiritu, nunc, & ſemper,& in ſecula ſeculorum,Amen.

Eiuſdem homilia ſecunda,de eo quod dixit Eſaias,Factum eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex,Vidi dominum ſedentem in throno excelſo & eleuato.

Universidad de Deusto Biblioteca

γνώμη ex ſimili. GAudeo conſpiciens vos ad audiendum concurrentes. Quemadmodum enim appetentia cibi corporis bonam valetudinem declarat, ſic & ſermones appetere ſpirituales, animæ ſanitatem arguit. Gaudeo quidem igitur propter hoc, cæterùm vereor ne fortè nõ poſſum aliquid adferre dignũ *ſimile notum.* iſto veſtro deſiderio. Sic & mater amans quoties lactantem habens puerum, non poteſt illi largiter præbere lactis fontem, attamen quãquam lacte caret, mãmam tamen dat. Ille verò acceptam trahit ſugítq;, ore vexatam papillam calfaciẽs, plus quàm erat elicit alimenti: mater verò dolet quidẽ dum ipſius diſtenduntur vbera, nec tamen repellit puerum, mater enim eſt, & omnia prę optat perpeti potius quàm vt partum ſuũ contriſtet. Itaq; ſi matres erga fœtus ſuos tantà charitate afficiuntur, multò magis oportet nos erga veſtram *Matt.25.c* charitatem ſimiliter affectos eſſe. Nam ſpiritus nixus flagrantiores vehementioréſq; ſunt quàm naturæ. Itaque tametſi nobis menſa multam habet penuriam, ne ſic quidem tamẽ eam occultabimus, ſed omnia in medium proferentes apponemus vobis. Quòd ſi paucula hæc ſunt, viliáq;, præbebimus tamen. Nam & ille cui talentum erat creditum, non quia quinq; talenta non attulit ob id incuſatus eſt, ſed q̃ vnum illud detinuerit, dedit pœnas. Siquidem hoc eſt quod quæritur apud deum & apud homines, nõ multáne aut pauca deponas, ſed ne oblationem offeras facultatibus inferiorẽ. Audiſtis heri quũ nobis datum eſſet hoc honoris, vt apud charitatem veſtram diſſereremus, pſalmum illũ legentibus nobis qui peccatorem è ſacrorum ambitu eiiciens, angelos ſupernáſque virtutes hortabatur ad laudandum omnium deum. Vultis igitur & hodie, idẽ myſticum melos audiamus, propè illic alicubi aſtãtes? *ſimile.* Mihi videtur. Nam ſi homines ſcelerati dum choreas agunt in foro, in profunda caligine, noctéq; intempeſta meretricias cantilenas, molléſq; canentes cantiones, totam ciuitatem nobis aperiunt, & ad ſeſe conuertunt: nos cœleſtium populorum ſupernis choris regẽ vniuerſi celebrantibus nõ occurremus, nõ audiemus diuinam illam ac beatam vocem? Et quæ nobis dabitur venia? Sed quomodo inquis licet audire? Si ipſum aſcenderimus cœlum, modò fieri poſſit, etſi non corpore, certè mente licet: etſi minus præſentia, certè cogitatione. Nam corpus quoniã terreſtre eſt ac graue, natura manet in terris. Anima verò ab hac neceſſitate eſt, facilliméq; ad altiſſima longiſſiméque ſemota loca aduolat, etiam ſi velit ad extremos orbis terminos peruenire, aut in cœlum aſcendere, nihil eſt quod vetet, adeò ipſi leues cogitationum alas dedit deus. Nec tantum alas leues dedit, verùm & oculos largitus *Animæ vis.* eſt, multò quàm corporis perſpiciatores. Nam corporis aſpectus ſiquidem per vacuum aërem appareat aliquid, ad longum interuallum progreditur: quòd ſi in exiguum corpus impegerit, nõ aliter quàm fluxus qui ferebatur, obſtaculo repulſus, denuò retrorſum auertitur, verũ animi oculi etiamſi parietes, etiãſi mœnia, etiamſi montium moles, etiamſi cœlorum corpora compererint obſtantia, omnia facilè prætercurrunt. Attamen quum tantam habeat celeritatem, & oculorum aciem anima, non eſt ex ſeſe ſufficiens ad intelligentiam rerum ſpiritualium, ſed opus habet qui ipſam manu porrecta deducat. Faciamus igitur quod in re*ſimile.* gum aulis facere ſolent, qui cupiunt eas videre. Quid autem illi faciunt? Vbi quæſierint eum cui claues commiſſæ ſunt, illum adeunt, alloquuntur & ſupplicant,

A frequenter & pecuniam numerant, vt ipſis gratificetur. Adeamus ergo & nos vnum eorum quibus cœleſtes portæ commiſſæ ſunt, appellemus, ſupplicemus, pro pecunia promptam voluntatem ſyncerúmque affectum exhibeamus. Et ſi ille mercedem hanc acceperit, manu noſtra apprehenſa per omnia circunducet, non ad iſtam ſuppellectilem regiam, ſed ipſum regem in throno ſedẽtem aſtãtibus exercitibus exercituúmque ducibus, aſſiſtẽtibus innumerabilium angelorum & archangelorum millibus, breuiter omnia diligenter nobis oſtendet quatenus nobis videre fas eſt. Quis igitur eſt iſte cui hęc functio commiſſa eſt, ſi quando volumus ingredi? Eſaias prophetarum vocaliſſimus. Ergo neceſſe eſt, vt hunc alloquamur. Agitè, ſequamini compoſito gradu incedentes, multo cum ſilentio: ne quis ingrediatur curis onuſtus mundanis, ne quis elaB tus, ne quis attonitus: verũ hæc omnia foris ante oſtiũ *Scripturæ quomodo audiendæ.* deponamus omnes, atq; ita demum ingrediamur. Ingredimur enim in regnum cœlorum, conſcendimus in regiones ſtellis fulgurantes. Quæ intus ſunt miro ſilentio plena ſunt, myſteriiſque non efferendis referta. Sed animaduertite: nam ſcripturarũ lectio, cœlorum eſt reſeratio. Et factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex, vidi dominum ſedẽtem in throno excelſo & elato. Vidiſti probi famuli beneuolẽtiã humanitatémq;. Illico nos ad thronum induxit regium, nec prius circumegit poſt longos ambitus, ſed ſimul atque portas aperuit è regione ſedentem dominum oſtẽdit: Et Se*Eſa.6.a* raphim, inquit, ſtabant in circuitu eius, ſed alæ vni, & ſex alæ alteri, ac duabus quidem velabãt faciem, duabus pedes, & duabus volabant, & clamabant alter ad alterum dicẽtes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus ſaC baoth. Verè ſanctus qui noſtram naturam tantis ac talibus myſteriis dignatus eſt, qui nos talium ſecretorũ conſortes fecit. Atque interim me horror ac tremor corripuit huius cantilenæ gratia. Et quid mirum ſi me corripuit luteum ac terrenum, quum etiã ipſas ſupernas virtutes ſemper maximus obtineat ſtupor, ea propter auertunt facies aláſq; vice murorũ obiiciunt, non ferentes radios illinc proficiſcentes, & tamen id quod apparebat, ad noſtram imbecillitatẽ ſeſe demittebat. Quur igitur non tulerunt? Mihi iſta dicis? Dic iſtis qui curioſè ſcrutantur ineffabilem ac beatam naturam, his qui audent non audenda. Ipſa Seraphim ne de*Diuina natura nec angelis cõprehenſibilis.* miſſionem quidem dei ſuſtinuerunt intueri: & homo auſus eſt dicere, imò potius homo auſus eſt animo cõcipere, q̃ naturam ipſam ſummam poſſit ad plenum claréque videre. Horreſce cœlum, obſtupeſce terra, D hoc audere maius eſt iis quæ auſi ſunt illi. Nam quæ tum illi per impietatem audebãt, eadem nunc per impietatem audent iſti. Nam creaturam ſimiliter adorant: quod autem nunc iſti commenti ſunt, nullus eius ætatis hominum neque dicere, neque audire ſuſtinuit. Quid ais? Demiſſio erat quod videbatur? Erat, ſed dei. Etenim ſi Daniel cui multũ erat familiaritatis ac fidu*Dan.8.c* ciæ apud deum, nõ ſuſtinuit angelum ſeſe ipſi demittentẽ videre, ſed cecidit iacuitq; pronus, vinculis oculorum illius diſſolutis: quid mirum ſi Seraphim expauefacta ſunt non ſuſtinentia maieſtatem illam intueri? Neque enim tantum diſcriminis eſt inter Danielem & angelum, quantùm inter deum & virtutes illas. Verùm ne nos plus quàm ſat eſt his miraculis immorantes veſtros animos in ſtuporem adigamus, agè ad initium hiſtoriæ cõuertamur, humilioribus enarrationibus veſtros animos ad eius intelligentiam adducẽtes.

Et factum

Et factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex. Operæprecium eſt inquirere primũ, qua gratia propheta nobis tempus deſignarit: Neq; enim hoc fortuitu temerève facit. Nã prophetarũ ora, dei ſunt os. Tale verò os nihil dixerit obiter & extra rẽ. Ne igitur nos obiter *ſimile.* & aliud agẽtes audiamus. Etenim ſi ij qui fodiũt metalla ne minima quidẽ fruſtula prætereunt, verùm vbi nacti fuerint aliquam venam auri, meatus omnes exactè circũſpiciũt, multò magis hoc facere nos oportet in ſcripturis. Et tamen in metallis difficile eſt inuenire quod venãtur. Etenim quũ & metalla ſint terra, & aurum nihil aliud ſit quàm terra, ipſa quoq; naturę communio ſimilitudóque celat aſpectum eorum quę quęruntur. Attamen ne ſic quidẽ deſiſtunt illi, ſed omnem *Pſal.11.b* adhibent diligentiã, etiamſi poſteaquam inſpexerint, ſciãt quid verè ſit terra, quid verè aurum. In ſcripturis autem nõ eſt eadem ratio: Neq; enim proponitur aurum terræ cõmixtum, ſed parum eſt aurum: Eloquia, inquit, dei pura, argẽtum igni exploratum, probatum terræ. Siquidẽ ſcripturę nõ ſunt metalla quæ indigeãt operariis, ſed theſaurum præbẽt paratum iis qui quærũt opes in ipſis reconditas. Satis eſt enim introſpexiſſe, vt omni expleti fructu diſcedatis, ſatis eſt tãtũ aperuiſſe, vt illicò videas gemmarũ ſplendorem. Hæc autem mihi non temerè dicta ſunt, neq; fortuito produxi ſermonem, ſed ob id q̃ ſunt homines quidã opifices, qui poſtea quã ſacros libros in manus ſumpſerint, deinde reppererint vel annorũ numerum poſitum, vel nominum recenſionem, illicò prætercurrunt, & incu*Scriptura nihil habet ſuperuacuum.* ſantibus reſpondent, nomina tantùm ſunt, neq; quicquam habent vtilitatis. Quid ais? Deus loquitur, & tu audes dicere, nulla eſt dictorum vtilitas? Etenim ſi ad nudam ſcripturã aſpexeris tantùm, dic mihi, nõne reſiſtes cũ ſtudio, repoſitáſq; ſcrutaberis opes? Sed quid loquor de temporibus & nominibus tituliſque, diſce quantùm valeat vnius tãtùm literulę adiectio, ac de*Abrã dionymus. πεοβάτης* ſine tota cõtemnere nomina. Patriarcha noſter Abrahã (noſter enim potius eſt q̃ Iudæorum) hic prius dictus eſt Abram, quod interpretatũ ſonat, tranſitorem: poſt hæc verò nomine cõmutato dictus, Abrahã, pater factus omnium gẽtium, & vnicum elementũ adiectum, tantum principatum vindicauit iuſto. Quemadmodũ enim reges pręfectis ſuis aureas porrigũt tabellas principatus ſignũ, ſic & deus iuſto illi honoris ſignum dedit literam. Verùm de nominibus alio tempore diſſeram. Quantus autem ſit fructus ſi cognoſcatur, rurſum *ſimile.* quãtum damnũ ſi ignoretur, aperiendum eſt. Ac primùm quidẽ id à rebus temporariis demonſtrabo. Teſtamenta tabulæq; de nuptiis, de debitis, déq; reliquis contractibus, niſi in frontiſpicio conſulum annos habeant præſcriptos, nullam ex ſeſe vim habent. Hoc eſt enĩ quod illis robur addit, hoc eſt quod cõtrouerſias dirimit, hoc quod à lite liberat, hoc quod ex inimicis facit amicos. Proinde qui talia deſcribũt, non aliter q̃ lucerna in candelabro poni ſolet: ſic in frontiſpicio literarum, addunt conſulum nomina, vt omnibus quæ ſubiiciũtur præluceant. Quæ ſi ſuſtuleris, lumen ſuſtuleris, omniáq; tenebris multáq; turbatione compleueris. Propterea, omne dati acceptiq; negocium ſiue cũ amicis ſiue inimicis, ſiue cum famulis, ſiue cum procuratoribus & œconomiis agatur: hac eget cautione, & vbiq; mẽſes annos ac dies ſubſcribimus. Quòd ſi tantùm valet ea res in negociis tẽporalibus, in ſpiritualibus multò amplius pfuerit. Siquidẽ hoc declarat prophetias eſſe prophetias. Neq; enim aliud quicquã eſt

A prophetia quàm rerum futurarum enarratio. Proinde qui neſcit tẽpora eorum quæ dicta ſunt quæúe euenerunt, qui poterit homini cõtentioſo demonſtrare prophetiæ certitudinẽ? Hinc nobis & aduerſus gẽtes certamina contentionéſq;, quum noſtra demonſtramus antiquiora, quàm quæ apud illos habẽtur: hinc nobis aduerſus Iudæos infœlices multis opus eſt demõſtrationibus ad euincẽdam veritatem. Aduerſus Iudæos, *Iudæi obſtinati.* inquã, infœlices ac miſeros, qui ob temporũ ignorantiam in grauiſſimũ errorẽ prolapſi ſunt. Nam ſi audiſſent patriarchã dicẽtem, Non deficiet princeps ex Iu*Gen.49.b* da, neq; dux de fœmoribus eius, donec venerit cui repoſitum eſt: Síq; obſeruaſſent exacta diligẽtia aduentus dominici tempora nõ incidiſſent in Antichriſtum à Chriſto dilapſi. Quemadmodum & ipſe Chriſtus eis *Ioan.5.g.* prædixit, Ego veni in nomine patris mei, & nõ recepiſtis me: Si venerit alius in nomine ſuo, illum recipietis. B Vidiſti quantus error inciderit ex inſcitia temporum. Tantam igitur vtilitatem ne negligas. Quemadmodũ *ſimile.* in agris termini columnæq; non ſinunt arua cõfundi, ſic tẽpora non ſinunt confundi res geſtas, ſed dum dirimunt alias ab aliis, & in ordinem cõgruentem digerunt, multa nos liberãt turbatione. Operępreciũ igitur eſt exponere vobis quis fuerit hic Ozias, & quo tẽpore regnarit, & quibus imperarit, & quãto tempore durarit illius principatus, poſtremò quomodo vitam finierit. Imò potius iam ſilendum eſt, eo q̃ neceſſe ſit in immenſum hiſtoriarum pelagus orationem ſoluere. Qui verò per tale mare ſunt iter facturi, neceſſe eſt non fatigatis ſed integris remigibus viã capeſſant. Nam hãc ob cauſam paſſim per mare port⁹ inſulęq; poſitę ſunt, vt & gubernator & vector refocillentur, hic quidẽ reC mo depoſito, ille verò exurgẽs à clauo. His de cauſis & diuerſoria cauponęq; vbiq; p vias excogitatæ ſunt, vt iumenta ſimul cum viatoribus à labore recreentur. Eóq; & doctrinæ ſermoni, ſilentij tẽpus præfinitũ eſt, vt neq; nos ipſos deteramus verborum multitudine, neq; vos delaſſemus. Atque hæc tempora nouit Solo*Eccleſ.3.a* mon dicens, Tempus tacendi & tempus loquendi. Sit *Chryſoſtomus dixit præſente epiſcopo.* igitur nobis tempus tacendi, quo detur & præceptori tempus loquẽdi. Nam quæ nos afferimus, ſimilia ſunt vino quod recẽs è lacu hauſtũ eſt: quæ verò dicuntur ab illo, ſimilia ſunt vino, quod quoniam vetuſtatẽ ſeniúmq; collegit, multam adfert tum vtilitatẽ tum vim iis qui opus habẽt: Nobíſq; accidit hodie illud euan*Ioan.2.b* gelij, Poſt deterius vinum id quod melius eſt infertur. Et quemadmodum illud vinum nõ vitis genuerat, ſed virtus Ieſu Chriſti fecerat: Ita & huius ſermonem non D humana profundit cogitatio, ſed ſpiritus ſancti gratia. Quoniam igitur huius liquoris fluxus copioſus eſt & ſpiritualis, ſtudioſè excipiamus, cautè ſeruemus, vt aſſiduè irrigati tempeſtiuum adferamus fructũ deo, qui hæc largitus eſt, cui gloria, honor & imperiũ cum domino noſtro Ieſu Chriſto ſanctóque ſpiritu, nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Eiuſdem in ſecundum librum Paralipomenon, vbi dicitur. Elatum eſt cor Oziæ, déque modeſtia, tum quòd hominem virtute præditum non oporteat eſſe confidentem, denique quantum malum ſit arrogantia. *2.Paralip. 26.c. & 4.Re.15.*

Homilia tertia.

BEnedictus deus, & noſtra quoque ætas progerminat martyres, & nobis hoc honoris cõtulit dei dignatio, vt conſpiceremus homines occidi pro Chriſto, homines qui ſacro ſanguine

diſtillant,

Universidad de Deusto Biblioteca

distillant, ecclesiam vniuersam irrigante: Sanguine, inquam, distillãtes, dæmonibus quidem terrifico, angelis verò desiderabili, nobis porrò salutari. Largita est nobis hoc dei dignatio, vt spectarem⁹ pro pietate belligerantes, vincentes, coronatos. Neque verò solùm contigit hæc spectare, verumetiam ipsa athletarũ corpora accipere. Ac nũc quidem victores illos, & corona insignes apud nos habem⁹. Sed in pręsentia de martyribus sermonẽ reseruemus martyrũ æmulatori, mihique vobiscum communi doctori. Ipsi verò nunc de Ozia differemus, iam pridem debitum ęs alienũ dinumerãtes, diuturnósq; audiendi nixus soluentes. Nam parturit sat scio, vnusquisq; vestrum, cupiens illam audire historiam, atq; parturitionem nixúmq; nos interim distulimus, non ob id ꝙ cuperemus vobis intendere cruciatum, sed ꝙ studeremus vestrum accendere desiderium, vt vobis à me conuiuio acceptis, meus apparatus q̃ lautissimus ac suauissimus videretur.

Episcopo defert Chrysosto. sibi cum populo cõmunẽ vocãs doctorem.

Homœosis

Nam opulentis conuiuatoribus, si conuiuas acceperint saturos, licet apparatus lauticia, & eduliis opiparis, illorum appetentiam excitare: cæterũ pauperem mensam nõ alia res æquè facit videri splendidam lautámq;, quàm si qui ad illam accubituri sunt, obtingãt famelici. Quis igitur est Ozias, & ex quibus ortus maioribus, & quorum rex, & quanto tẽpore regnauit, & quid cum laude gessit, quid secus, postremò quo pacto vitã absoluit. De his omnibus in præsentia apud vos differemus, imò potius quantùm de his dicere licebit, sic vt multitudine non confundamus vestram memoriã, id quod in lucernis accẽsis accidere solet. Nam si paulatim ellychnio instillaris oleum, satis alimoniæ dederis igni. Sin simul totũ infuderis oleum, non solùm non alueris ignem, verumetiam flammam quæ erat, extinxeris.

Hic Ozias idem qui Azarias, idem & Zacharias trinomius nimirũ legitur.

Altera homœosis non inelegans, etsi ab humili re ducta.

Hic igitur Ozias è stirpe Dauid duxit genus. Rex autẽ erat Iudęorum. Regnauit annis quinquaginta duobus, quúmq; initio cum laude gessisset principatum, pòst in scelera prolapsus est. Quum enim altiores spiritus sustulisset q̃ pro sua dignitate, principatum inuasit sacerdotij. Tantum malum est arrogantia, quæ persuadet, vt quisq; semet ignoret, póstq; multos labores virtutis thesaurum exhaurit. Ac cętera quidẽ mala nobis negligenter agentibus solent exuperare, hæc autẽ ipsis rectè factis nostris adnascitur. Nihil enim perinde gignit superbiã, vt bona conscientia, nisi aduigilemus.

γνώμη.

Vnde & Christus sciens quòd post benefacta nos hic morbus adoritur, dicebat discipulis suis: Quum omnia feceritis, dicite, inutiles serui sumus. Quum enim hæc noxia bestia parat inuadere nos: tunc, inquit, per hæc verba fores illi occludite. Neque dixit: Quum omnia feceritis, inutiles estis: sed, vos dicite, inutiles sumus. Dic, ne metuas, non ex tuo iudicio fero sententiam. Nam si tu teipsum dixeris inutilem, ego te vt vtilem coronabo.

Luc.17.c

Aduersus arrogãtiã subnascentem διδαχὴ salutaris.

Esa.43.d.

Sic & aliâs loquitur, Dic tu prior peccata tua, vt iustificeris. In mũdanis siquidem ac forensibus iudiciis, post accusationem, & criminum confessionem restat mors: cæterum apud diuinum tribunal, post accusationem & cõfessionẽ criminum datur corona.

Eccli.7.a.

Vnde & Solomõ dicit: Ne iustificaueris teipsum in cõspectu domini. Verùm nihil horũ audiuit Ozias, sed irruit in templum, vt thymiama incenderet, ac ne sacerdote quidem prohibente abstinuit. Quid igitur deus? Immisit illi leprã in fronte, hoc modo impudentem faciem puniens, docensque illum, ꝙ hoc esset dei tribunal, & quòd illi bellum esset, non aduersus homines, sed aduersus deũ. Ac de Ozia quidem hactenus.

A Agedum iam ab integro historiam hãc percurramus. Nam hac de causa & ipse præoccupans, cõpendio vobis exposui, quæ Oziæ acciderũt omnia, vt quum audieritis scripturam, hæc eadem narrantem, rerum seriem summo cum animi studio consectemini. Sed attendite. Et fecit, inquit, Ozias quod rectum est in conspectu domini.

2.Paral.26.a

Hoc testimonio magnã illius virtutem declarauit. Nõ enim modò fecit quod rectũ erat, verumetiam fecit in cõspectu domini, non apud homines ostẽtans, quemadmodum apud Iudæos faciebant illi, qui ante eleemosynam tuba canebãt, & in ieiuniis facies suas obscurabãt, qui precabãtur in cõpitis, quib⁹ rebus quid potest esse miseri⁹, vbi post toleratos labores, omni præmio frustrabantur? Quid facis homo? Alij redditurus es rationem factorũ tuorum, & alium testem citas eorum quæ facis? Alium habes iudicẽ, & alium adhibes spectatorẽ?

Quo animo studiũ boni operis persequare, ex simili docet.

Non vides aurigas qui pręB tercurrentes totam illã stadij partem qua vniuersa ciuitas è sublimi spectat sedẽs in equestri certamine, ibi contendunt concertatorũ currus subuertere, vbi Cæsarem viderint sedentẽ, & vnum oculum digniorem cui fidant, ducũt quàm tot hominũ vultus? At tu quũ videas ipsum angelorum regem tuo cursui agonothetam, hoc est certaminis iudicem, & pręmiatorem pręsidere, eo prætermisso ad conseruorum fugis oculos? Atq; ideo sanè post innumeras luctas incoronatus recedis, post sudores plurimos absque brabiis venis ad agonothetam. At non talis erat Ozias, sed in cõspectu domini faciebat quod rectum est. Quî factum est igitur, vt post vitam tam perfectam supplantatus sit, cecidéritq;? Nam hoc & ipse demirans hæsito. Quin potius nihil hìc esse debet hæsitatione dignum, quando-

C quidẽ homo erat, res ad peccandũ lubrica, & ad malitiam propensa. Neq; id solũ est difficile, verumetiam illud quod incedere iussi sumus per viam angustam, & vtrinq; præcipitio minacem. Proinde quoties & voluntatis facilitas, & vitæ difficultas in vnum coëunt, ne postea mirare de lapsu.

A bono in malum lapsum esse procliuẽ per ἐπίδειγμα.

Quemadmodum enim in spectaculis qui per funem ab imò in altum tẽsum ascẽdere ac descẽdere meditãtur, si paululũ deflexerint oculos, inuerso corpore deferuntur in orchestrã, pereúntque: Itidem qui per hanc incedunt viã, si vel paululum cessarint præcipitãtur. Et tamẽ hæc via tum angustior est, tum magis ardua ac prærupta, multóque excelsior, quàm illa per funem, vt quæ sursum ad ipsum vsq; cœlum protensa est: ac tum nobis maiore cũ periculo ponuntur vestigia, quum ad summum & ad ipsum vsque fastigium accesserimus, eo ꝙ in sublimi stantes multus

D occupat tremor. Atq; vna tantùm via tuti sunt à lapsu, ne deorsum aspiciant, néve in terrã demittant oculos. Nam illinc spectare deorsum tum difficile est, tum periculosum. Hanc quidem ob causam propheta nobis assiduè inclamat dicens: In fine ne corrumpas: animæ nostræ socordiam retrahens, iámq; collapsuram sulfulciens ac retinens. In initio quidẽ non egemus multa exhortatione. Quur ita tandem? eo ꝙ quilibet homo etiamsi fuerit omniũ pigerrimus, aggressurus negocium plurimam in principio adhibet diligentiam, dúmq; & animi viget alacritas & vires integrę sunt ac recentes, facilè ad id quod propositũ est pertingit: cæterùm vbi maior viæ pars nobis peracta est, iámq; alacritatis vigor emarcuit, viréſq; nostræ defecerunt, nec aliud superest, quàm vt decidamus: tũc nobis in tempore adest ꝓpheta, veluti pro baculo quopiã alloquiũ suum nobis porrigẽs ac dicens, In fine ne corrumpas:

Tunc

Homœosi probat finem religiosi operis nixũ animi maiorẽ desiderare quàm ingressum.

Tunc enim diabolus spirat vehementius. Et quemadmodum piratæ qui mare nauigiis infestant, non tum vbi cõspexerint naues è portu exeuntes, inuadũt: quid enim hinc fructus caperẽt si scapham inanem demergerent? sed vbi redierint onusta plenáq; sarcinis, tum demum omnes expediunt artes: ita sceleratus ille dæmon, simul atq; videt aliquas multa collegisse, videlicet, ieiunia, preces, eleemosynam, castitatem, reliquásque virtutes omnes, vbi videt nauigiũ nostrũ esse plenum preciosis pietatis lapidibus, tũc irrumpit vndiq;, thesaurum perfodiẽs, vt in ipsis portus ostiis scapham demergat: iámque nudos nos ad eum portum eiiciat: eóque propheta cunctos admonet dicens, In fine ne corrumpas: ꝙ ab eiusmodi ruina, non facilè se quis reflexerit, vt surgat, propterea ꝙ qui in profundum malorum venerit, contemnit.

Prou.18.a

συγγνώμη.

Tum in principio lapsis venia datur ab omnibus ob imperitiã, sed eum qui post

B multos cursus conciderit, nemo venia dignum iudicauerit, eo ꝙ tum cadere, non tribuitur imperitię, sed negligentiæ. Nec id solùm hìc est mali, verumetiam ꝙ complures talium ruinis offenduntur, & ad lapsum sollicitantur, vt rursus hoc quoq; nomine peccatum reddatur irremissibile. Hæc quum sciamus, auscultemus prophetæ, & in fine ne corrumpamus. Nam hac de

Ezech.3.c

causa, & Ezechiel clamat dicens: Si quis fuerit iustus, deinde lapsus peccauerit, non proderit illi recordatio iustitiarum eius, sed in peccato suo morietur. Nam & hìc propheta metuit de fine: Neq; hinc modò, verũetiam ex cõtrariis declarat in fine plurimum esse momenti. Si quis, inquit, fuerit peccator, ac postea mutatus factus fuerit iustus: non nocebit illi memoria iniustitiarum illius, in iustitia sua viuet. Vides & hìc prophetam de fine vehementer solicitũ. Siquidem vt ne-

C que iustitiæ suæ confidens iustus ad socordiam versus pereat, per finem incutit illi terrorem: neque peccator ob delicta despondens animum, iugiter perseueret in ruina, erigit illum per finem. Peccasti, inquit, multa, ne desperes: est enim vnde resurgas, si finem exhibueris non discrepantem ab initio. Rursus ad iustum: Multa, inquit, rectè fecisti, verùm ne fidas: subindicans illum casurum, nisi per fidem, eandem adhibeat curam. Vides vt alterius quidem socordiam, alterius verò desperationem sustulerit. Nihil horũ audiuit Ozias, ideóq; per confidẽtiam decidit ruina periculosa & insanabili. Neque enim quiuis lapsus eandem adfert ruinam: Sed quædam peccata condẽnationi tantùm obnoxia sunt, quædam grauissimo supplicio puniũtur. Proinde

1.Cor.11.e

Paulus increpans eos, qui in communibus cœnis non expectabãt fratres, ita loquitur: Hoc denuncians non

D laudo. Vides peccatum intra reprehensionẽ consistere, nec aliud habere præmium, quàm probrum obiurgationis. At vbi de incesto loquitur, non itidem facit.

1.Cor.3.e

Sed quo pacto? Si quis templum dei violat, perdet hũc deus. Hìc non est probrum aut reprehensio, sed pœna

Prou.6.d

grauissima. Nouit & Solomõ peccatorum discrimen, qui furtum cũ adulterio cõferens sic alicubi loquitur: Non est mirum si quis deprehẽdatur in furto, Furatur enim, vt animam expleat esurientem: Sed adulter, ob inopiam sensus, exitiũ animæ suæ cõciliat. Et illud, inquit, peccatũ ęst, sed alterũ minus, alterum maius: ꝙ alteri præbuerit occasionẽ peccãdi, fames, alteri omnis adempta sit excusatio. Verùm hic quoque, dixerit aliquis, compellitur naturali cõcupiscentia. At non permittit elabi vxor quę illi sorte obtigit, sed instat eripiẽs illi veniã. Ob id enim matrimoniũ & huius legitimus

A vsus permittitur, ne quid horum excusare possit maritus. Hanc ob causam data est illi mulier adiutrix, vt efferuescẽtem naturã coërceat, vt cõcupiscentiæ fluctus sedet.

A simili.

Itaq; quemadmodũ gubernator in portu faciẽs naufragiũ, haudquaquã vllam impetraret veniam: sic nec is cui quũ per cõiugium cõcessum sit quò lapsum effugiat: tamen aliena perfodit matrimonia, aut qui quancunque fœminam curiosis aspicit oculis, habere quicquã posset quo semet excuset, nec apud homines nec apud deum, etiamsi decies millies allegarit naturę voluptatẽ. Imò quæ possit illic esse voluptas, vbi metus, vbi discrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorũ expectatio, vbi tribunalia, vbi accusationes, vbi iudicis ira, vbi gladius & carnifex, vbi barathrum, ac deportatio? Omnia pauet metuítq; qui talis est, vmbras, parietes, ipsos lapides, tanquã vocẽ emittẽtes: omnia

B obseruat, oẽs habet suspectos, famulos, vicinos, amicos, hostes, eos qui norunt omnia, eos qui nihil norũt. Quin potius si voles, tollãtur hæc omnia: ponam⁹ nulli notũ esse flagitiũ præterquã ipsi vni, & mulieri, quã adulterauit: quomodo feret conscientiam redarguentem, acerbam & amarulentem accusatricem vbiq; secum ferẽs? Quemadmodum enim seipsum nemo potest effugere, ita nec illam eius curiæ sententiam. Hoc enim tribunal nõ pecunia corrumpitur, non adulationibus acquiscit, eo ꝙ diuinum est, & à deo nostris impositum mentibus. Verè adulter, per inopiam sensus,

Prou.6.d.

exitium suæ ipsius animæ cõciliat. Tametsi ne fur quidem immunis est à supplicio, qui dat quidem pœnam, sed minorem. Nec enim iudicia in diuersum ordinem extrudunt ea quæ comparantur, sed permittentia suo queq; manere loco, diminutionem inducunt aut exu-

C perantiam. Fortasse non intelligitis quod dictum est, itaq; necesse est idem explanatius dicere: Bonum est coniugium, sed melior est virginitas: nec quoniã melior est virginitas, ideo malum est cõiugium, sed illud quidem inferius, alioqui bonum & ipsum similiter & hìc: Malum est furtum, sed adulterio minus, quãquam & ipsum est malum. Vides peccatorum differentias?

Bonũ quidem coniugiũ, sed melior est virginitas

Consideremus itaq; quale peccatum hic peccauerit. Elatum est, inquit, cor illius. Periculosum vulnus: est enim arrogãtia malorũ omnium fons. Et vt compendio discas morbi malitiã, illud audi: cætera quidẽ peccata circa nostrã versantur naturã, at superbia virtutẽ incorpoream è sublimi detraxit ac deiecit, eo ꝙ diabolum quum diabolus non esset, vt hoc esset effecit, nimirũ diabolus. Quòd si testem adducam Esaiam ita

Esa.14.d.

de illo loquẽtem, In cœlũ ascendam, & ero similis al-

D tissimo: qui non libenter recipiunt allegorias, calũniabuntur nostrũ testimonium: Sin verò Paulum illi adhibuerimus accusatorẽ, nemo iam habiturus est quod cõtradicat. Quid igitur ait Paulus? Timotheo scribẽs, ꝙ qui nuper professus est euangelium, eum non oportet ad summã episcopi dignitatem euehi: ita fermè loquitur, Non neophytũ, ne inflatus incidat in condemnationem, & in laqueũ diaboli: ne eadem, inquit, peccans cum illo, eadem cum illo patiatur.

1.Tim.3.b

Hoc verò non hinc solũ est perspicuum, verumetiam ex his quæ scelestus ille dæmon cõsuluit homini, qui primus omniũ factus est. Quemadmodum bonis hic mos est, per quę ipsi facti sunt boni, ad eadẽ exhortari proximos: ita & malis his est mos, per quę ipsi facti sunt improbi, eadẽ vicinis inuehere. Nam vna hæc est illorũ malitiæ species vt solatium existiment sui supplicij, si alios in exitium attraxerint. Quid igitur diabolus? Suasit Adã, vt

Alienam improbitatem solatio esse improbis.

Gene.3.a

Universidad de Deusto Biblioteca

conciperet cogitationem sua conditione maiorem, sibíque cum deo speraret æqualitatem: Si enim, inquit, hęc res me cœlo expulit, multò magis eadem hũc eiiciet è paradiso. Quapropter & Sirach dixit, Deus superbis resistit: non dixit, deus superbos dimittit, & in peccatis deserit, suóque nudat auxilio: sed, aduersatur, inquit: non ꝙ instructa acie aut pugna deo sit opus aduersus superbũ. Quid eñ esse possit superbo infirmi⁹? Nam vt qui orbatus est oculis, omnium oppositus est iniuriæ, ita & superbus qui non videt dominum: Nam superbia, vt inquit scriptura, est non nosse dominum: etiam ab hominibus facilè superatur, posteaquã excidit ab illius luce. Quòd si etiam validus ac potẽs esset superbus, nihil opus esset deo exercitu aduersus illum, quãdoquidem & voluntas illi sufficiebat ad inuertenda omnia, multò magis sufficeret ad tollendos illos. Quur igitur resistit? Quò vehemẽs odium declaret erga superbũ. Itaq; superbiam esse vulnus periculosum, tum ex his quæ diximus, tum ex aliis perspicuum est. Quòd si vultis, etiam causam ipsam vnde vulnus hoc accidit, discamus. Si quidem hic scripturæ mos est, si quando parat accusare quempiã, non modò peccatũ illius narrare, verumetiã docere nos quę fuerit peccati causa. Id autem eò facit, vt qui sani sunt, eos reddat tutiores cautiorésq;, ne in eadem incidant mala. Similiter & medici ad ægrotantes ingressi, antequam curẽt morbum, inquirunt vestigantq; vnde morbus sit inflictus, vt ab origine coërceant malum: propterea ꝙ qui manente radice, ramos tantũ execat, nihil aliud quam inanem sumit operam. Vbi igitur scriptura & peccatũ & peccati causam eloquitur? Reprehẽdit eos qui præcesserunt diluuiũ, ob inconcessas mixturas. Atq; audi quomodo causam exprimat. Quum vidissent filij dei filias hominum esse formosas, acceperunt illas sibi in vxores. Quid igitur? Nũ pulchritudo causa est peccati? Absit. Est enim diuinæ sapiẽtiæ opus, opus autẽ dei nũquam possit esse causa peccati. Sed videre fuit causa peccati? Ne id quidẽ. Nam & hoc naturæ opus est. Sed quid tandẽ? Malè videre, nam hoc est deprauatæ voluntatis. Eóq; sapiens quidam admonet dicens, ne cognoscas pulchritudinem alienam. Non dixit, ne videas. Id enim nõnunquam fit vltrò, sed ne cognoscas, inquit, illud tollens ne studio animaduertamus, ne curiosè intueare, ne vitiosę contẽplationi immoreris, quę ab animo corrupto & cõcupiscentia proficiscitur. Sed quid, inquiet aliquis, hinc mali possit oriri? Ex hoc inquit amor velut ignis excitatur. Vt enim ignis, vbi fœnum aliquid aut culmum arripuerit, nihil moratur, sed simul vt attigit materiam, lucidam accẽdit flammam: Itidem & ignis cõcupiscentiæ quæ est in nobis, simul atque per oculorum intuitum elegãtem ac venustam attigerit formam, protinus exurit animũ. Proinde ne spectes tẽporariam illam, quę ex aspectu proficiscitur voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui nascitur ex concupiscentia. Nam illa inflicto vulnere plerunq; celeriter auolat, at vulnus nõ auolat, sed plerunque manet & interficit. Et quemadmodum cerua confixa iaculo in vitali corporis parte, etiamsi venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucri: Sic & animo accepto cõcupiscentiæ iaculo è lasciuo curiosóq; aspectu, etiamsi cum iaculo permittatur abire, tamen ipsa per se corrumpitur ac perit, vbique videns hostem, & insequentem habẽs. Sed ad id quod dicere cœperam. Neq; enim committendum est vt in hoc tam longas sermonis digressiones faciamus, ꝙ scriptura cum pec-

1. Pet. 5. et Iaco. 4. b non dissimile apud Sirach. c. 10.

Modis omnibus fugiendam esse superbiæ occasionem à simili.

Gen. 6. a

Prou. 6. d

Homœosi probat à specie mulierũ oculos esse auocandos.

A cerua iaculo confixa.

A catis simul & peccatorum causas soleat commemorare. Audi igitur & hîc quid dicat de Ozia. Neque enim hoc modo nos docuit, ꝙ fuit elatum cor eius, verùm addidit vnde fuit elatum. Quum potens esset, inquit, elatum est cor eius. Non ferebat principatus magnitudinem, sed quemadmodũ ex edacitate nascitur ignea inflatio, ex inflatione gignitur febris, deinde ex febri plerunq; mors: itidem & hîc, ex actionum eminentia nata est superbia. Nam quod in corporibus est inflatio, hoc in animis est superbia, mox ex superbia nata est appetentia rerum ipsi non congruentium. Hæc nõ temerè producimus in longum, sed ne vnquam existimetis hos esse suspiciendos, neque fœlices ducatis qui principatum gerunt, quum sciatis, quantum habeat negocij conditionis dignitas, nec vnquam illos iudicetis miseros, qui in egestate & afflictionibus viuunt, sciẽtes hanc vitam esse multò tutiorem. Vnde & pro-
B pheta clamat dicens: Bonum est mihi domine ꝙ humiliasti me. Vide igitur quantum ex eminentia natum sit malum. Elatum est, inquit, cor eius vsque ad corruptionem. Quid est, vsq; ad corruptionẽ? Vsque ad prauas cogitationes, quæ prorsus non ascendunt in animum nostrum, si nos ipsos tutamẽto circunsepiamus: sed eadem si negligẽter egerimus, nascuntur in nobis germinántque: sin occupentur, protinus præfocantur & obruuntur. Aliæ simul & gignuntur & adolescunt, atque ad prauas actiones euadunt, omnémque mentis nostræ sanitatem corrumpunt, si quando vehementer cessauerimus. Hoc itaq; dicit, Elatum est cor eius, neque se intus continuit concupiscentia, neque extincta sed vt prorupit, & ad opus vsq; prauum progressa, totam illius virtutem corrupit. Beatitudo est igitur cogi-
C tationem improbam prorsus nõ admittere, quod & à propheta dictum est, Domine nõ est elatũ cor meum: non dixit, elatum quidem est, sed illud cohibui, verùm non est omnino elatum: hoc est, iugiter seruaui animam meam inaccessam malitię. Hoc igitur est fœlicitatis, huic proximum illud est, malas cogitationes iam ingressas celeriter repellere, neque sinere, vt illic diutius immorentur, ne in nobis mala pascua, malámque sibi gignant alimoniam. Quòd si & huc vsq; cessauerimus, est per dei bonitatem & huius socordiæ solatium, multáque ab illa summa bonitate talibus vulneribus parata sunt remedia. Sed agè sermonem hunc missum faciamus, ne quod in initio verebamur, nunc accidat nobis, rerúmq; turba vestram perdat memoriam. Quapropter necessum est vt quę dicta sunt, summatim paucis repetamus: Sic & matres facere solent
D quum poma, aut bellaria, aut aliud simile quippiam in puerilem immittunt sinum, ne per puerorum negligentiam excidat aliquid eorum quæ data sunt, contractam vndique tuniculam, cingulo subiiciunt quò sint in tuto. Idem nos faciamus, orationem in longum porrectam contrahamus memoriæque custodię deponamus. Audistis quomodo nihil agendum sit ad ostentationem apud homines, quantúmq; sit malum socordia, vt etiam in perfecta vita versantem facilè supplantarit. Didicistis quanta nobis opus sit cura, potissimum sub vitæ finem, vtq; nec desperandum sit de eo qui mutatus inciderit in peccata, neque qui bene vixit eum oporteat per socordiam in rectè factis confidere. Disseruimus vobis de differentiis peccatorum, ne simus vehementer intenti ad eximias corporũ formas, quantúmque hinc oriatur mali demonstrauimus. Quæ de superbia vobis diximus meministis, quęq; de prauis

Quod in corporibus inflatio, hoc in animis superbia.

Psa. 118. i.

2. Paralip. 26. c.

Psa. 130. a

Memoriæ cõfirmatio à pueris sumpta similitudine.

prauis cogitationibus. Hęc seruãtes redeamus domũ, quin potius hæc seruantes excipiamus perfectiorem doctoris exhortationem. Nam nostra quidẽ qualiacunque sunt, habent iuuentutis ostentationem: huius autem qualiacunque fuerint, maiore prudentia sunt ornata. Ac nostra quidem similia sunt torrenti, qui cũ strepitu fertur, illius autem oratio similis est fonti magna tranquillitate fluuios effundenti, qui olei magis ꝗ aquarum cursum imitentur. Excipiamus igitur ea fluenta, vt fiant in nobis fons aquæ salientis in vitã æternam: quam nobis omnibus contingat assequi, gratia & bonitate domini nostri Iesu Christi, per quem, & cum quo patri, simul cum sancto spiritu, gloria nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

Vel hinc etiamnũ collige quãtũ sit nõ ita pridẽ delatũ episcopis, Lutheri discipule, dicere volui Luciferi imitator.

Eiusdem de eo quod scripsit Esaias, Factum est anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominũ, déque ciuitate Antiochiæ, & aduersus eos qui prohibent nuptas.

Homilia IIII.

PRæclarum nobis theatrum obtigit, magnificus alacrísque concursus. Quid tandem est in causa? Sementis heri factæ fructus, hodierna messis est. Heri plantauimus, hodie colligimus vindemiam. Non enim terrã inanimã colimus, vt tardè fructificet, sed animas ratione præditas. Non est natura, quæ contatur, sed gratia, quæ accelerat. Cõpositus ac tractabilis est nobis populus, audiẽdi studiosa plebs est. Heri vocati sunt, hodie coronantur. Admonitionis hesternæ fructus, hodiernũ est obsequium. Vnde nos quoq; libenter semina iacimus, quia purum videmus aruum, haudquaquã spinã quæ suffocat, neque viam quæ calcatur, neque petrã sterilem, sed ꝓfundũ ac pinguem agrũ, qui simul & semen recipit, & mox aristã nobis exhibet. Hæc eò semper loquor, nec lo-
qui desino: quoniã hæc nostræ ciuitatis laus est, non quòd senatum habet, non ꝙ cõsules numerare possumus, neq; ꝙ statuas cõplures, neq; ꝙ mercium copiã, neque quod situm habet cõmodum: sed ꝙ populum habet audiendi studiosum, ꝙ tẽpla dei differta, quódque congregationis deliciæ magis ac magis crescunt in dies, quódq; sermonẽ habet profluentem, desideriúmque nunquam satiabile. Siquidẽ ciuitas non ab ædificiis sed ab inhabitantibus admiranda redditur. Ne mihi narres, quòd Romanorũ vrbs magnitudine speciosa est, sed ostende mihi illic populum æquè cupidum audiendi. Nam Sodomę turres habebant, quũ Abraham in tugurio moraretur. Attamen venientes angeli, Sodomas præteribant, ad tugurium diuertebant. Non enim ædificiorum splendorem quærebãt, sed animæ virtutem quærentes circumibant. Ita sanè aliâs desertum habebat Ioannem, ciuitas Herodem, eóq; desertum nobilius erat ciuitate. Quur ita tandẽ? Quoniã non in structuris sita est prophetia. Hæc dico ne quando ciuitatẽ prædicemus, quæ moribus dissoluta dirutáq; est. Quid mihi narras ædificiorum structuras, quid columnas? Hæc vna cum pręsenti vita diruuntur. Ecclesiã ingreditor, vt ciuitatis videas claritudinẽ. Ingreditor, inquã, vide pauperes à medio noctis vsq; ad lucẽ perseuerantes, vide sacra peruigilia, noctem cum die copulantia, vide neque noctu neque interdiu vel somni tyrannidẽ, ac violentiam metuentes, vel inopiæ necessitudinẽ formidantes. Magna ciuitas ac totius orbis metropolis. Quot episcopi, quot doctores huc venerunt, & à populo docti discedunt, ac legem illam nõ scriptam sed cordibus insitam, hic discunt? Quòd si mihi narres dignitates & opũ abun-

Ciuitatis præcipua laus.

Romæ præfert suã ciuitatem.

Gen. 18. a

Ibid. 19. a

A dantiam, à foliis nõ à fructibus arborem laudas. Hæc autem loquor haudquaquã assentãs charitati vestræ, sed virtutem vestram prædicans. Beatus ego propter vos, beati vos propter vos ipsos, beatus qui loquitur ad aures audientium, sic ego beatus factus sum. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Videte quomodo vos beati propter vos ipsos estis facti: maximè verò beatus est vir amans sermonũ spiritualium. Hoc nos distinguit à brutis. Non enim nos ab illis separat corporis ratio, neq; ꝙ alimur aut bibimus, neque ꝙ pascim⁹ aut viuimus: hæc enim omnia nobis cum brutis communia. Sed quare distinguitur à brutis homo? Sermone, & ob id animal dicitur λογικὸν: hoc est, sermonis particeps. Vt enim aluntur corpora, sic aluntur & animę, sed corp⁹ pane, anima sermone: proinde si videas hominem vescentem lapide, num illum dixeris esse
B hominem? Itidem si quem videris qui non alatur sermone, sed sermonis ac rationis inopia, nimirum hic & hominis naturam amisit, siquidem vita declarat hominis nobilitatem. Quoniã igitur theatrum nobis differtum est, itémque mare positis vndis tranquillitatis plenum, ac rursum pelagus sedata tempestate quietũ ac placidum: agè iam nauem detrahamus, veli loco expandentes linguam, pro Zephyro spiritus gratiam inuocantes, pro temone clauóq; cruce gubernatrice vtentes. Nã mare quidẽ illud habet aquã salsam, hoc autem aquam viuam. Illic eñ sunt animalia rationis expertia, hîc verò animæ rationales. Illic qui nauigãt è mari in terrã, hîc verò qui nauigant è terra in cœlũ appellũt. Illic nauigia, hîc eloquia spiritualia. Illic in naui tabularum strepitus, hîc sermonũ applausus. Illic velũ, hîc lingua. Illic Zephiri flatus, hîc spiritus præ-
C sentia. Illic homo gubernator, hîc verò gubernator Christus. Eóque sanè iactatur quidem nauis, at non mergitur. Poterat quidẽ & in trãquillo nauigare, verùm non passus est gubernator, quò simul & nauigãtium perspicias tolerantiã, & gubernatoris prudentiã plenius cognoscas. Audiãt gẽtes, audiãt Iudæi benefacta nostra, audiãt instans ac feruens ecclesię studiũ. A ꝗ multis oppugnata est ecclesia, nec vnquã tamen victa. Quot tyranni, quot duces, quot imperatores? Augustus, Tyberius, Caius Claudius, Nero, homines literis ornati, potentes, tot modis oppugnarũt recentem ac teneram, at non deiecerunt. Quin potius ij qui oppugnarunt silentur obliuioni traditi, illa verò oppugnata cœlum transcendit. Neq; enim illud mihi spectato, ꝙ in terris sita est ecclesia, sed ꝙ in cœlo versatur. Vnde hoc dilucidũ est? Nimirũ ipsæ res demõ-
D strant. Oppugnati sunt vndecim discipuli, totus orbis oppugnabat: verùm qui oppugnabantur vicerunt, qui oppugnabant sublati sunt. Oues deuicere lupos. Vidisti pastorem oues in medium luporum emittentem, vt ne fuga quidem salutẽ consequerentur. Quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit, quò tibi demõstraret quæ rectè geruntur non accidere iuxta nostrarum actionum tenorem, sed præter naturam, prætérque rerum tenorem. Nam ecclesia radices in cœlo fixas habet potius ꝗ in terra. Verùm fortassis ethnicus meam despicit arrogantiã, sed maneat donec harum rerum probationem attulero discátq; vim veritatis, quomodo facilius est Solem extingui ꝗ ecclesiã obscurari. Quis, inquis, ista prædicat? Is qui eã fundauit. Cœlum & terra transibunt, sed verba mea non transibunt. Hæc non modò dixit, sed & cõpleuit: siquidem latius illam fundauit quàm cœlum. Est enim cœlo

Matt. 5. a.

λόγος.

Metaphora.

Nauis ecclesiæ demergi non potest.

Christianorum cõuersatio quomodo in cœlis.

Ecclesiæ radix in cœlo.

Mat. 24. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

cœlo honoratior ecclesia. Quare conditum est cœlũ? propter ecclesiam. Ecclesia nõ est cõdita ꝓpter cœlum: cœlum conditum est propter hominem, non homo ꝓpter cœlum. Id perspicuum est ex his quæ fecit Christus. Nõ em̃ cœli corpus assumpsit, sed hominis. Verũm ne in longũ ꝓducto sermone, rursus hodie vobis debitores discedamus (scitis enim q̃ multa fimus heri polliciti nos exhibituros) quod polliciti sumus, repræsentabimus. Nam ꝓpter eos qui non aderant, distulerã. Quoniã igitur qui defuerant, suo sunt officio perfuncti, suáq; præsentia nobis mensam exhibuerũt sumptuosam, agè sanè, apponamus obsonia, obsonia quidẽ haud putria quanuis hesterna sint, sed hæc obsonia non putrescũt. Quamobrem tandẽ? Nõ sunt carnes vt corrũpi queant, sed sententiæ semper florentes. Carnes em̃ quoniã corpus sunt, corrumpũtur: cõtrà sententiæ si maneant, reddũtur fragrantiores. Quid igitur erat quod heri diximus? Siquidem & ita nos heri participes mensæ fuimus, vt qui non adfuerunt, nihil detrimẽti sint passi. Et factũ est in anno quo mortuus est Ozias rex, vidi dominũ sedentem in throno excelso & elato. Quis hæc loquitur? Esaias ille spectator cœlestium Seraphim, qui cum cõiugio cõmercium habuit, nec tamen extinxit gratiã. Auscultastis prophetã, & audistis prophetã, hodie, Exi tu & Iasub filius tuus. Nec ista oportet prætercurrere, Exi tu & filius tuus. Itáne filium habebat propheta? Si filium habebat, habebat & vxorẽ, vt intelligas nõ esse malas nuptias, sed malam esse scortationem. Sed quoties cũ quibusdã de vulgo disserimus dicentes, Quur non rectè viuis? Quam ob rem non præstas mores absolutos? Quî possum inquiunt, nisi diuertam ab vxore, nisi vale dixero liberis, nisi valere iussero negocia? Quamobrem? Num obstat matrimonium? Adiutrix tibi data est vxor nõ insidiatrix. An non habebat vxorẽ propheta? Neque tamen spiritus gratiæ obstabat coniugium sed cum vxore conuictum habebat, & erat nihilominus propheta. Moyses nónne vxorẽ habebat? Et tamen is petram dirupit, aërem immutauit, cũ deo colloquebatur, diuinã irã cohibuit. Abraham nónne habebat vxorem? Et tamen pater factus est gentiũ & ecclesiæ. Sustulit em̃ filiũ Isaac. Et hic illi fuit egregiorum facinorũ materia. Nónne obtulit filium, coniugij fructum? Nónne fuit pater & idem amans dei? Nónne licuit videre sacrificiũ è suis visceribus fieri? Sacrificium inquam simul & patrem, vinci naturã, vincere pietatẽ, viscera cõculcari, piáque facta superare, patrem deiici, dei amantem coronari? An non vidisti totũ, & filij amantem & dei? Nunquid hic obfuit matrimoniũ? Quid autem Macchabæorũ mater, nónne vxor fuerat? nónne septẽ filios addidit sanctorũ choro? Nónne vidit illos martyrio coronatos? Nónne veluti spectatrix astabat, nihil animo labascens? Nónne astabat obtestans illorum vnumquenq;, & mater martyrũ, septies ipsa martyriũ præstitit? Dum em̃ illi torquebantur, illa plagam accipiebat. Neque em̃ adeò sine affectionib⁹ quæ gerebãtur, spectabat: mater erat & naturæ illata vis propriam virtutẽ declarabat, at illa non vincebatur. Mare quidem erat & vndæ: Cęterùm sicut mare quũ insanit, sedatur: ita & natura cõmota, metu dei refrenatur. Quomodo eos aluit? quomodo eos vnxit? quomodo septẽ templa deo exhibuit? statuas aureas, imò potius auro pretiosiores? Neque em̃ tale quippiam est aurum qualis anima martyrũ. Stabat tyrãnus, atque ab vna muliere superatus discedebat. Ille armis oppugnabat, hæc animi prõptitudine superabat: ille fornacem incẽdebat, hæc virtutẽ spiritus: ille exercitum mouebat, hæc ad angelos applicabat animũ. Videbat infernè tyrannũ, & in animo versabat illum in supernis regnantẽ: videbat infra se tormenta, ac numerabat superna brabia: videbat præsentem cruciatum, & cogitabat futurã immortalitatem. Si nos spectaremus non ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur: num quid obstaculi adferret matrimoniũ? Quid autẽ Petrus basis ecclesiæ, ille vehemens amator Christi, ille sermone inductus & rhetorũ victor, ille imperitus qui tamen philosophis obturauit os, ille qui Græcanicam sapientiam non aliter quàm aranearum telam dissoluit, qui terrarum orbem peragrauit, qui sagenũ misit in mare & piscatus est orbem? Quid autem ait euangelium? Ingressus est Iesus ad socrũ Petri febricitãtẽ: Vbi socrus, ibi & vxor, ibi & cõfilias? Vbi verò quatuor filiæ, illic & vxor & matrimoniũ. Quid igitur Christus? A virgine quidẽ natus est, verùm ad nuptias accessit, ac donum attulit. Non habent, inquit, vinum: & aquã vertit in vinũ, virginitate nuptias honorans, dono id quod fiebat cõmendans: vt ne abomineris nuptias, sed oderis scortationẽ, meo periculo, nam ego spondeo tibi salutem, etiamsi vxorem habueris. Prospice tibi ipsi. Mulier si proba fuerit, adiutrix tibi est. Quid igitur si non fuerit cõmoda? Fac illam cõmodam. An non fuerunt vxores bonæ simul ac malæ? Ne haberes excusationem. Qualis erat illa Iob? Sed Sarra erat bona. Ostendã tibi mulierem & malam & improbam, neq; tamẽ nocuit viro. Vxor Iob praua erat & improba, suasit illi vt blasphemias proferret. Quid igitur? Labefactauit turrim? Dejecit adamantẽ? Superauit petram? Depulit militem? Cõminuit scapham? Eradicauit arborem? Nihil horum, sed illa impellebat, & arbor reddebatur stabilior: illa fluctus excitabat, at nauis non submergebatur, sed secundo nauigabat vento: fructus eius decerpebatur, & arbor cõmota non est: folia deciderunt, & radix mãsit immota. Hęc loquor, ne quis excuset vxoris improbitatẽ. Mala est, corrige eã. Sed ais, è Paradiso me expulit: Verùm eadẽ te in cœlos induxit. Eadem quidẽ natura, mens tamẽ diuersa. Sed illa Iob erat mala, verùm Susanna bona, sed illa Aegyptia erat impudica, verùm Sarra erat modesta. Vidisti illam, vide & hanc, quandoquidẽ etiã inter viros, hi quidẽ mali sunt, illi verò boni. Bonus erat Ioseph, seniores autem impudici. Vidisti omnibus in rebus vitium ac virtutem, non natura diiudicari, sed animo distingui. Ne mihi prætexas accusationes. Sed ad eorũ quæ debemus, solutionem ꝓperemus. Et factũ est anno quo mortuus est Ozias rex. Dicturus sum quã ob causam ꝓpheta desygnet tempus: siquidem his qui quærebant herî, quam tandẽ ob causam quũ omnes ꝓphetæ atq; in his aliàs hîc quoq; tempus regum enarrare soleant quo vixerint, hoc loco ea cõsuetudo prætermissa sit: Nec enim dicit, in diebus Oziæ: sed, in morte Oziæ, hãc quæstionem hodie soluere volo. Quanquam enim ingens est æstus, tamẽ maior est sermonis refrigeratio: quanquã vis fit corpori fathiscenti, tamen anima vigens delectatur. Ne mihi narres æstum ac sudorẽ. Si sudaueris corpore, inungis animam tuam. Tres illi pueri qui erant in fornace nihil detrimenti perpessi sunt, sed fornax illis fuit refrigerio. Quum cogitas sudorẽ, cogita simul & mercedem & præmium. Etem̃ homo vrinator

Metaphora.
Dissimile.
Esa.3.a
Esaias vxorem habuit.
Matrimonij laus.
Laus Machabæorũ matris.
Petrus vxorem habuit.
Matt.8.b
Philippus vxorem habuit.
Ioan.2.a.
Vxor mala corrigẽda, aut fugienda.
Iob.2.c.
Esaias cur de morte Oziæ meminit.
Dan.3.c.
Simile.

tor nullam aliam ob causam audet seipsum in profundum aquarum demittere, q̃ ꝓpter margaritas, bellorũ causam. Quanquã non materiã reprehendo, sed mentẽ intemperantẽ. Et tu, vt accipias thesaurũ deficere nescium, plantésque veniã in anima tua, non sustines æstũ neque sudorẽ? Nõ vides istos qui sedent in theatro, quomodo sudent, nudóq; capite Solis radiũ excipiant, quo fiant captiui mortis, quò scorti mancipia? Ad exitium illi laborant, & tu ad salutem segnis ac remissus es? Athleta es, miles es. Quis igitur est ille Ozias, & quam ob causam mortẽ hanc illius expressit propheta? Hic Ozias rex erat, ac vir iustus, multis florens egregiis factis: verùm postea tandem ad superbiam venit, ad superbiam inquam malorũ matrem, ad arrogantiã tumultibus plenam, ad elationem, qua diabolus homines in exitiũ trahit. Nihil enim arrogãtia peius, eóque totum sermonẽ in hoc herî consumpsimus, superbiã eximentes ac molestiã docentes. Vis tibi dicam quantũ bonum sit modestia, & quantum malum arrogantia? Peccator iustum superauit, publicanus Pharisæũ, & verba factis fuere superiora. Quomodo verba? Publicanus dicit: Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Pharisæus dicit: Non sum sicut cæteri homines rapax, auarus: sed quid? Ieiuno bis in sabbato, decimas do de facultatibus meis. Pharisæus opera iustitię prestabat, publicanus verba dicebat modestię, & verba plus potuerũt q̃ facta, tantúsq; thesaurus cũ cõtumelia reiicitur, & tanta inopia in diuitias cõmutata est. Venerunt duæ naues habentes onus ambæ portũ ingressæ sunt, sed publicanus pulchrè in portum appulit. Pharisæus autem naufragium perpessus est, vt discedas, quantũ mali sit animi tumor. Iustus es, ne deiicias fratrem tuum. Flores rectè factis, ne probra iacias in proximũ, tuásq; laudes contrahe. Quantò maior es, tantò magis submitte teipsum. Attende quod dicit chariſſime, magis iustus metuere debet arrogãtiã q̃ peccator: hoc heri dicebam, & hodie dico, propter eos qui heri aberant, eo ꝙ peccator habet conscientiã velit nolit humilem ac submissam, iustus autẽ ob benefacta extollitur. Quemadmodũ igitur fit in nauigiis, qui vacuã habent nauem, non metuũt piratarum insultum. Non em̃ veniũt vt conterant nauem nihil vehentem: cæterùm ij qui nauem habent onustam, metuunt piratas. Nam pirata illuc properat, vbi aurum, vbi argentum, vbi lapides pretiosi: Sic & diabolus non facilè persequitur peccatorem, sed iustũ potius, vbi mulrę sunt opes. Quoniam igitur frequenter per arrogantiã insidiatur diabolus, vigilandũ est. Quantò maior es, tãtò magis submitte teipsum. Quũ ascẽderis in altum, opus est vt tibi ꝓspicias ne cadas. Quamobrem & dominus noster dicit: Quum omnia feceritis, dicite: Inutiles serui sumus. Quid efferris animo quum sis homo, cognatus terræ, eiusdem substantiæ cum cinere, tum natura, tũ animo, tum actionum delectu? Hodie diues, cras pauper: hodie sanus, cras ægrotus: hodie gaudes, cras doles: hodie in gloria, cras in ignominia: hodie iuuenis, cras senex. Nunquid in rebus humanis consistit, ac nõ potius omniũ præterfluentium cursum imitantur omnia, simul atq; apparuerũt, citius nos q̃ vmbra relinquunt? Quid igitur cristas erigis homo, fumus & vanitas? Homo enim vanitati similis factus est, veluti fumus dies eius. Exaruit gramen & flos decidit. Hæc dico non vt substantiam deiiciam, sed vt arrogantiam refrænẽ. Alioqui & magna res est homo, & preciosa res vir miseri-

Exemplũ.
Superbia quantum malum.
Luc.18.c.
In portu naufragiũ.
Superbia maximè cauenda ruſtico.
Simile.
Stabile nihil in rebus humanis. Psal.143. &c.
Rex sacerdotio vsurpãs dignitatem.
Sacerdotiũ cœleſte regnum. Mat. 18.c
Sacerdotio nõ detrahendum, ob vitia quorũdã.
Similia.
Officia regis ac sacerdotis.
Sacerdotũ maior dignitas quã regis.
Sacerdotio libera vox
Rex absq; diademate sacerdos
Num. 16. & Psal. 105.c.

lis

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis ſacerdotibus filiis Aaron. Nõ dixit cogita quid paſſi ſint qui tunc illa patrarũt, ſed nominato Aarone cuius vicem vltus eſt deus, eum ad hiſtoriæ recordationẽ adduxit. Noli audere quæ auſus eſt Dathan, ne patiaris eadem, quæ tẽpore Aaron acciderunt. Rex autẽ Ozias nõ ſuſtinuit admonitorẽ, ſed arrogantia inflatus aperuit templũ, ingreſſus eſt ſancta ſanctorum, volens adolere incenſum. Quid autem deus? Vbi igitur ſacerdos contẽptus eſt, dignitáſque ſacerdotij cõculcata, nec quicquam præterea potuit ſacerdos (Nã ſacerdotis tantum eſt arguere, liberámq; præſtare admonitionẽ, non mouere arma, non clypeos vſurpare, nõ vibrare lanceã, nec arcũ tendere, nec iacula mittere, ſed tantùm arguere ac liberã præſtare admonitionem) Poſteaquam igitur arguiſſet ſacerdos, rex autem nõ ceſſiſſet, ſed arma moueret, clypeos & haſtas, ſuáq; vteretur potentia, ibi ſacerdos deo: Ego, inquit, quod erat mei officij pręſtiti, nihil amplius poſſum, ſuccurre ſacerdotio quod conculcatur, leges violãtur, fas ſubuertitur. Quid igitur ille hominũ amator? Et continuò effloruit lepra in fronte illius. Vbicũque eſt impudẽtia, illic eſt vltio. Vidiſti humanitatem vltionis diuinę: non fulmen emiſit, non terram concuſſit, non cõmouit cœlũ, ſed effloruit lepra, non in alio loco quàm in fronte, vt facies præ ſe ferret vindictã, vt tanquam in columna literæ eſſent impreſſę. Non enim propter illum factum eſt, ſed propter eos, qui ſequũtur Dathan. Quum enim poſſet pro meritis pœnã infligere nõ inflixit, ſed ceu lex poſita eſt, velut in loco ſublimi dicẽs: Nolite facere talia, ne patiamini ſimilia: Extat lex viua & frons vocem edidit tuba clariorem: literæ erant inſcriptæ fronti, literæ quæ deleri non poterant. Non enim erant attramẽto inſcriptæ, vt aliquis poſſet delere, ſed naturalis erat lepra, eumq́; reddidit immũdum vt alios faceret mundos. Et quẽadmodum iure damnatos poſteaquam funem acceperint, educunt funem ore geſtantes: ſic & hic abducebatur, pro fune lepram ingeſtans, eo quòd ſacerdotium affeciſſet cõtumelia. Hæc loquor non inceſſens reges, ſed eos qui arrogantia iráque ſunt ebrij, vt intelligatis ſacerdotium regno maius eſſe. Semper enim deus vbi peccauit anima, punit corpus, Itidem fecit & in Cain. Anima peccauerat admiſſo parricidio, & corpus illius paralyſi tactũ eſt, ídque iure optimo. Quam ob rem? Gemẽs ac tremẽs eris ſuper terram. Et circũibat Cain, omnibus loquẽs, ſilentio vocem edens ſilentióq; erudiens. Lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cũctíſque exponebant, quur gemeret, quur tremeret: Fratrem occidi, parridium admiſi. Quod poſtea Moyſes ſcripto narrauit, ille rebus ipſis omnibus loquẽs obãbulabat: Nõ occides. Vidiſti os ſilens, & rem vociferantem, vidiſti legem viuam ferri, vidiſti columnam eminentem, vidiſti vindictam vindicta tolli, vidiſti ſupplicium verſum in eruditionis materiam, vidiſti peccantem animam, & carnem dantem pœnas, ídque admodum cõgruẽter? Itidem accidit in Zacaria, anima peccarat & lingua vincta eſt. Hic ille Zacharias qui vocẽ illã genuit. Sic & iſte lepra correptus eſt. Et egreſſus eſt rex, omnib⁹ exemplũ factus, purgatúmq; eſt templum, & eiectus eſt nemine propellente, quúmq; ſacerdotium ſibi vellet ſumere, & hoc quod habebat pdidit. Et exiuit è templo. Vetus erat mos omnẽ leproſum è ciuitate eiicere, nunc verò non idem fit. Quur ita? Nam quum deus veluti puerorum curam agebat, tum lepra erat corporis. Nunc autẽ animæ lepra quæritur. Exiuit igitur rex cum lepra, nec tamen eiecerunt eũ è ciuitate, diadema illius regiámque dignitatem reueriti: ſed cõcedit in throno rurſus legẽ trãſgrediens. Quid ergo? Deus iraſcens Iudæis interrupit pphetiã. Hæc autem omnia dicta ſunt ppter verbum prophetæ, vt exoluã quod debeo. Ego quod erat mei muneris feci, vos populares metuitis impurum eiicere, reueremini regiam dignitatem, dei legem violantes. Quid igitur? Deus auerſus eſt ab illis. Non amplius loquor prophetis veſtris, nõ amplius mitto ſpiritus gratiã. Et verbũ tunc nõ erat in precio, nec erat ſermo vaticinans. Silet ſpiritus gratia, nõ oſtenſus eſt deus, eo q̃ ſub impuro illo, non erat gratia. Non adueniebat deus, non apparebat, non viſiones exhibebat, nõ prophetæ loquebãtur quæ debebãt: ſed perinde quaſi dicas, Poſthac nõ miſceo tecũ ſermonẽ, poſthac non loquor tibi: ſic deus videt & iraſcitur. Non eñ vindictã intulit, pœnámq; inflixit in ciuitatem mãſuetudine plenam, neque exuſſit eam, ſed quid ait? Non vultis vlciſci vicem meam, nõ colloquor vobiſcum. Neque eñ non poteram illum eiicere, verùm quod reſtabat, vobis relictum eſſe volui. Non vultis? Neque ego colloquor vobiſcum, neq; excito prophetarũ animũ. Non agebat in eis ſpiritus gratia, ſilentium erat, ſimultas inter deũ & hominẽ. Quum igitur ille poſt eſſet mortuus, ſimul ſoluta eſt & impurorum materia. Ergo vbi propheta multo tempore deſiiſſet prædicere, illóq; ſilentio ſoluta fuiſſet ira dei, rediit propheta. Hinc pppheta neceſſariò deſignat mortis tempus dicens: Et factũ eſt anno quo mortuus eſt Ozias rex, videbam dominum ſedentem in throno excelſo & elato. Quum ille mortuus eſſet, tum vidi dominum. Nam antea deum non videbã nobis iratum. Venit mors impuri, & ſoluit iram. Hanc ob cauſam quum vbiq; regum vitam cõmemoret, hîc mortem dixit Oziæ: Factũ eſt in anno quo mortuus Ozias rex, vidi dominum ſedentem in throno excelſo & eleuato. Ac rurſus hîc contẽplare dei bonitatẽ. Mortuus eſt impurus, & deus reconciliatus eſt hominibus. Quam ob rem hoc factum eſt, quum nihil eſſet benefactorũ, ſed tãtùm ille mortuus eſt? Quoniã humanus eſt dominus, nec in talibus agit ſeuerius, tãtùm quærebat, vt exiret impurus. Hæc itaque quum ſciamus, arrogantiam abiiciamus, modeſtiam amplectamur, ſolitam gloriam reuocemus patri & filio & ſpiritui ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Sacerdos nihil aliud quàm monet. — *Vltio dei clemens.* — *Simile.* — *Cain vltio* — *Ge. 4.a.b* — *Luc.2.b Baptiſtæ pater.* — *Prophetarũ ſilentiũ ſignũ iræ diuinæ.* — *Eſa.6.a.* — *Mortuo impuro recõciliatur dominus.* — *Peroratio.*

EIVSDEM DE EISDEM Eſaiæ verbis, & quòd Ozias iure ſit affectus lepra, Homilia quinta.

AGè expoſitioni de Ozia cœptæ, hodie finem imponamus, faſtigiũ ſermoni iam addamus, ne quando nos quoque derideamur, quemadmodum euangelicus ille, qui aggreſſus ædificare turrim, perficere non potuit, ne quis aliquando prætereuntium de nobis quoque dicat: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit perficere. Verùm quò vobis dilucidiora fiant quę dicẽtur, ex his quę dicta ſunt pauca prius repetamus. Id eñ pariter & iis qui audierunt memoriæ renouatio, & his qui nõ audierũt eruditio. Heri igitur diximus q̃ fuerit impius Ozias, & quàm vir improbus, & vnde orſus, & quo ſuperbiæ plapſus ſit. Hodie verò dicendũ erit, quomodo templum ingreſſus ſit, quomodo tentarit adolere incenſum, quomodo prohibuerit illum ſacerdos, quomodo ille non ceſſerit, quómodo in ſe puocauerit iram dei, quomodo lepræ obnoxius vitam finierit, & quam ob cauſam propheta prætermiſſis vitæ illius diebus, mortis fecerit mẽtionẽ ita loquẽs: Anno quo mortuus eſt Ozias rex. Hoc eſt eñ, ob quod totã ab exordio mouimus hiſtoriam, ſed auſcultate diligenter. Quum inualuiſſet Ozias rex, elatũ eſt cor eius, donec corrumperetur, & iniuriã fecit in domino deo ſuo. Quis iniuriæ modus? Ingreſſus eſt, inquit, in templũ domini, vt adoleret incenſum ſuper altare thymiamatis. O audaciam, ô impudentiã. Aduerſus ipſa ſacra adyta ſumpſit audaciã, in ſancta ſanctorũ irrupit, qui locus omnibus erat inacceſſus, pręterquam primario ſacerdoti, hunc pphanare conatus eſt. Tale monſtrum eſt anima in arrogãtiam ſublata. Semel eñ deſperata ſalute nequaquam deſinit furere: verùm habenas laxans irrationabilibus cupiditatibus quôuis rapitur, nec aliter q̃ equus ferociens, vbi frænum ore, ſeſſorem tergo excuſſit, fertur quôuis vento velocius, omnibus obuiis intolerabilis, diffugientibus cunctis, neq; quoquã audente cohibere: Sic & anima quæ dei timorem ipſam refrenantẽ excuſſit, vbi rationem habenas moderãtem eiecit, ad quęuis malitię loca decurrit, donec in exitij barathrũ delata, præcipitarit ſuam ipſius ſalutẽ. Quapropter oportet illam refrænare ſemper, ac pietatis ratione ceu fræno quodã irrationabilẽ illius impetum inhibere: quod non fecit Ozias, ſed aduerſus ipſum omniũ ſupremũ principatũ, legem tranſgreſſus eſt. Siquidẽ ſacerdotiũ, principatus eſt, ipſo etiam regno venerabilius ac maius. Ne mihi narres purpuram, neq; diadema, neq; veſtes aureas, vmbrę ſunt iſthæc omnia, verníſque floſculis leuiora. Omnis eñ, inquit, gloria flos graminis, etiã ſi ipſam gloriã regalem dixeris. Ne inquã mihi narres iſta, ſed ſi vis videre diſcrimen, quãtùm abſit rex à ſacerdote, expende modũ poteſtatis vtriq; traditæ, videbis ſacerdotẽ multò ſublimius rege ſedentẽ. Quanquã enim nobis admirandus videtur thronus regius ob gemmas affixas, & aurũ quo obcinctus eſt: tamen rerum terrenarũ admonitionẽ ſortitus eſt, nec vltra poteſtatẽ hanc præterea quicquam habet authoritas. Verùm ſacerdoti thronus in cœlis collocatus eſt, & de cœleſtibus negociis pronunciandi habet authoritatem. Quis hæc dicit? Ipſe cœlorum rex: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erũt ſoluta & in cœlis. Quid cũ honore conferri poſſit? A terra iudicandi principalem authoritatem ſumit cœlum. Nam iudex ſedet in terra, dominus ſequitur ſeruum, & quicquid hic in inferioribus iudicarit, hoc ille in ſupernis cõprobat. Itaq; medius ſtat ſacerdos inter deũ & naturã humanã, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & noſtras petitiones illuc perferẽs, dominum iratum reconcilians vtrique naturæ, nos qui offendimus eripiens ex illius manibus. Eóque deus ipſum regale caput ſacerdotis manibus ſubiecit, nos erudiẽs q̃ hic princeps eſt illo maior. Siquidẽ id quod minus eſt, benedictionẽ accipit ab eo quod præſtantius eſt. Verùm de ſacerdotio quantáque ſit illius dignitas, alio tempore declarabimus. Interim conſideremus quanta ſit regis vel tyrãni potius iniquitas. Ingreſſus eſt in templũ domini, ingreſſus eſt & Azarias ſacerdos poſt eum. Non temerè dicebam ſacerdotẽ rege maiorem eſſe. Neque enim vt regẽ eiecturus, ſed vt profugum & ingratũ famulum expulſurus cum auſteritate ingreſſus eſt, non aliter q̃ generoſus canis incurrit ád impuram beſtiam, vt illam exigat ex ædibus hærilibus. Vidiſti ſacerdotis animũ multa fiducia plenum, excelſiq; ſpiritus. Non aſpiciebat principatus faſtum, non expendebat quanta res eſſet animum cupiditate temulentum cohibere. Nõ audiebat illud Salomonis: Minæ regis ſicut ira leonis, ſed ſublatis oculis ad verum regem cœlorum, ádque illud tribunal, eáſq; pœnas cõſiderans, & his cogitationibus ſeſe muniens, impetũ fecit in tyrannũ. Nouerat eñ, nouerat, inquam, certè q̃ cõminatio regis ſimilis ſit iræ leonis duntaxat iis, qui terrã ſpectarent. Verùm homini qui cœlum haberet præ oculis, quíque ſic induxerat animũ vt vitã citius in ipſis ſacrificiis deponeret, q̃ ſacras leges conſpiceret violari, quôuis cane vilior erat ille. Nihil enim eo imbecillius qui diuinas cõculcat leges, vt contrà nihil potentius eo qui leges diuinas defendit. Nã qui peccatũ cõmittit, ſeruus eſt peccati, etiãſi decẽ millia coronarũ habeat in capite. Rurſus ſi quis facit iuſtitiã, ipſo rege regalior eſt, etiamſi fuerit omnium infimus. Hæc ille præclarus apud ſeſe philoſophabatur, adortus eſt regẽ: Ingrediamur & nos, ſi videtur, cum illo, vt videamus quid loquatur regi: licet eñ neque mediocrem adferet vtilitatẽ, ſpectare regẽ à ſacerdote redargui. Quid igitur dicit ſacerdos? Nõ licet tibi Ozia adolere incenſum domino. Nõ appellauit eũ regẽ, neq; titulo principatus appellauit, propterea q̃ ipſe pręueniens ſeſe dignitate deiecerat. Vidiſti fiduciam ſacerdotis, proinde diſce & manſuetudinem. Non eñ fiducia nobis tantùm opus eſt in reprehendendo, verũ multò magis opus eſt manſuetudine q̃ fiducia. Neminem eñ mortalium ſic auerſantur oderúntq; hi qui peccant, atque eum qui parat redarguere, captántq; occaſionem vt elebantur, cupiẽtes effugere reprehenſionem. Neceſſe eſt igitur vt eos manſuetudine humanitatéque retineamus. Obiurgator enim non ſolùm quũ vocẽ promit, verùm etiam quum videtur grauis eſt peccãtibus: Grauis enim, inquit, nobis eſt etiã aſpectu. Quapropter plurimã mãſuetudinem præſtare oportet, eóq; nobis ſermo propheticus ob oculos poſuit & eum qui peccarat, & eũ qui corrigere parabat. Etenim ſapientes medici quoties membra putrefacta ſecturi ſunt, aut lapides in meatibus affixos extracturi, aut aliud aliquod naturæ vitiũ correcturi, nõ id faciũt eo qui laborat in angulũ abducto, ſed eo in mediis foris depoſito, cõglomeratóq; prætereuntiũ ſpectaculo ita demũ admouent ſectionem. Hoc autẽ faciunt non q̃ velint humanas traducere calamitates, ſed vt vnicuique proprię ſanitatis cõmẽdent curam. Itidẽ & ſcriptura facit, vbi quẽ arripuit peccantium, proponit eũ in ſublimi ſuggeſto, non in mediis foris, ſed in media terra: & poſteaquã totius orbis circunſteterit theatrũ, tum curationem adhibet, erudiens nos, vt circa propriã ſalutem cautiores ſimus. Videamus igitur quo pacto ſacerdos tũc illum corrigere ſit aggreſſus. Non dixit ô impie, ô ſceleratiſſime, omnia ſubuertiſti cõfudiſtiq;, ad extremã impietatem prorupiſti: neque ſermonem accuſationis in longum produxit, ſed quemadmodũ hi qui ſecant, hoc breuiter facere ſtudent, celeritate ſectionis cruciatus ſenſum fallentes: Itidem & hic aſperitatẽ obiurgationis paucis verbis conſtringens, regis iracundiam cohibuit. Quod enim eſt in his qui laborant ſectio, hoc eſt in his qui peccant redargutio. Denique præter alia etiam ipſa breuiloquentia declarat nobis humanitatẽ. Quòd ſi cupis verborum quoque ſectionem

ὁροφὴν ἐπιθεῖναι. — *Luc.14.f.* — *Repetitio vtilis.* — *Tranſitio.* — *1.Paral. 26.c.* — *Simile.* — *Sacerdotiũ regno ſublimius* — *Mat.18.c* — *Sacerdos medi⁹ inter deũ & hominem.* — *Sacerdotis fiducia.* — *Simile.* — *Pro.19.d.* — *Timida ĩpietas.* — *Ioan.8.d.* — *2.Paral. 26.c.* — *Sacerdos quomodo debeat corripere principem.* — *Sacerdotis mãſuetudo.* — *Sapie.2.c.* — *Simile.* — *Simile.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctionem videre,& vbi ferrum occultarit audi. Nõ licet,inquit,tibi adolere incensum domino,sed solis sacerdotibus filiis Aaron cõsecratis. Hic inflixit vulnus. Quomodo? Ego dicã: Eo q̃ non simpliciter dixit,sacerdotibus:sed addidit, Aaron. Is primus fuit põtifex, similèq; facinus illius temporibus quidam ausi sunt.
Num.16. Dathã enim & Chore & Abiron, coniurati aduersus illum cũ aliis aliquot,voluerunt ipsi præripere sacerdotium:sed alios quidem terra dehiscens absorbuit, alios verò cœlitus emissus ignis exussit. Huius ergo historiæ volens illum commonefacere, mentionem fecit Aaron, qui tunc erat iniura affectus, vt ad calamitatem eorum qui fecerant iniuriam, huius cogitationem transmitteret. Quanquam nihil iis profectum est,nõ propter sacerdotem, sed ob regis asperitatem.
Impœnitẽs animꝰ. Quum em̃ deberet laudare sacerdotem,proq; consilio gratias agere:ille inquit, indignatus est, & vulnus reddidit acerbius. Neq; em̃ perinde mala res est peccatum,atq; post peccatum impudentia. Atqui nõ eodem modo Dauid,sed quomodo? Postquã à Nathan
2.Reg.12. incusatus esset de Betsabee, Peccaui,inquit,domino. Vidisti cor contritũ, vidisti submissam animã, vidisti vt etiã lapsus sanctorũ sint egregij. Quemadmodũ em̃ præclara corpora etiam in aduersa valetudine, multa
Peccata in sanctorum cedũt in bonum. nobis formæ vestigia ostendunt: Sic & sanctorũ animæ in ipsis etiam erratis suæ virtutis signa præ se ferunt. Et tamen ille in media regia accusabatur à propheta multis præsentibus,hic verò intus in adytis nullo teste redargutus est:verùm ne sic quidẽ tulit increpationẽ. Quid igitur?insanabilis permansit? Nequaquã, propter dei humanitatẽ,quemadmodum de lunatico quũ discipuli non valerẽt eiicere dæmonium,
Mat.17.c dicit Christus: Adducite mihi eum huc. Sic & hic, quum sacerdos non posset morbũ quouis dæmonio C fæuiorem nempe peccatũ eiicere, ipse deus laborantem aggreditur:& quid facit? Lepram immittit fronti ipsius. Factũ est,inquit,quũ ille minaretur sacerdoti, lepra effloruit in fronte eius,iámq; exibat sicut hi qui ad mortem abducuntur funẽ ore gestantes damnationis signũ,sic & ille ignominiæ signũ in fronte gestans, non carnificibus ipsum trahentibus, sed lepra loco carnificis ipsum præcipitem agente. Ingressus vt sacerdotium vsurparet,etiam regnũ perdidit. Ingressus est vt fieret venerabilior,& factus est execrabilior. Nam quouis homine priuato posthac erat execrabilior:adeò res est mala non manere intra fines nobis à deo præscriptos, siue honoris, siue cognitionis res fuerit. Nónne vides hoc mare q̃ est ob violentiam intolerabile,quantis insurgat vndis, attamen postea quã vehementer insurrexit, multóq; cum rumore progres D sum est,vbi venerit ad terminũ ipsi à deo præscriptũ, fluctibus in spumã solutis,in sese redit. Et tamen quid arena possit esse infirmius,verũ nõ illa est quę phibet, sed dei metus terminum posuit. Quòd si hoc exemplum non te reuocat ad moderationẽ, quæ Oziæ acciderunt erudiãt te, quæ nunc à nobis dicta sunt. Ve-
Vindicta mãsuetudine temperata. rùm quoniã iram dei vidimus,dignámque vltionem, agè & humanitatẽ eius multámque æquitatem commonstremus. Neque enim ea tantùm dicenda sunt, quæ pertinent ad iram, verùm etiam quæ ad moderationem, vt neq; in desperationem coniiciamus auditores,neq; in socordiã. Sic & Paulus facit, ex vtraq; temperans admonitionẽ,hũc in modũ loquens: Vide
Rom.11.c. igitur bonitatem ac seueritatem dei quò simul & terrore & bona spe excitet eũ qui lapsus est. Vidisti seueritatem dei,vide & bonitatem. Quomodo igitur videbimus bonitatem? Si cognouerimus quare dignus fuerit Ozias. Quibus igitur erat dignus? vt simul atq; intra sacrorũ vestibulum tanta cum impudentia irrupisset,mille fulminis ictibus,extremo supplicio cruciatúque afficitur. Quando quidem illi qui hæc primùm sunt ausi hanc dedere pœnam,videlicet Dathã,Chore,& Abiron,multò magis hunc ad eũ modum puniri oportuit,qui ne illorũ quidẽ calamitatibus fuerit castigatus. Vtrùm hoc non fecit deus, sed prius illi sermones admouit per sacerdotem,multa plenos humanitate: quódque Christus adhortatus est, vt facerent homines quoties inuicẽ peccauerint, hoc deus fecit erga hominem. Quoties enim,inquit,peccauerit in te frater tuus,abi argue eum inter te & ipsum solũ. Sic& regem hunc redarguit deus. Et Christus quidẽ dicit: Si te nõ audierit,sit tibi velut ethnicus & publicanus.
Nu.16.a. *b. Monitio Christiana.* *Mat.18.c* *Ibidem.*
B At deus humanitate proprias supergrediẽs leges, nec sic quidem illum resecuit, nec audire nolentem,indignantémq; deiecit, sed iterũ aggreditur castigatque, modo correctionẽ habente potius q̃ vltionem. Neq; enim fulmen vibrauit è sublimi, neque exussit impudens caput,sed tantùm lepra castigauit. Atque quæ Oziæ quidẽ acciderunt, sic habent. Ego verò si vnũ quiddam adhuc addidero,dicendi finem faciã. Quid autem hoc est? Quod pridem ab initio quærebamus, quamobrem in rebus externis inq; prophetiis, quum omnes soleant designare tempora,quibus reges vixerint, hic eo prætermisso tempus sumat quo mortuus sit Ozias, ad hunc loquens modum: Et factum est anno quo mortuus est Ozias rex. Et tamẽ poterat re-
Esa.6.a gis tempus exprimere, quemadmodũ omnibus propheticis mos erat. Verùm id non fecit. Quam ob causam igitur non fecit? Mos erat vetus leprosum è ciuitate expellere,vt & hi qui in ciuitate viuebãt melius haberent,& ipse leprosus non obiiceretur prõptis ad inferendam cõtumeliam,scommatum ac derisionis occasio: sed vt extra ciuitatem commorans, solitudinem veli loco haberet obtentam aduersus iniuriã calamitatis. Hoc & regem hunc perpeti oportuit post lepram, sed nõ perpessus est, his qui in ciuitate erant illum ob principatum reuerentibus, verùm manebat domi suæ clanculum. Hoc ad iracundiã prouocauit deũ,hoc prophetiã inhibuit, quódq; tẽpore Heli factum est,verbum precio sum erat nec erat visio præcipiens. Tu verò mihi hic quoque cõsidera dei humanitatem. Non em̃ subuertit ciuitatem, neq; perdidit inhabitantes,sed quod amici faciunt erga æquales amicos,quoties habent aliquid q̃ merito expostulent, obiter silentio ferunt, expectantes, hoc & deus erga gentem fecit maiore pœna supplicióque dignã. Nam ego quidẽ,inquit, eieci illum è templo,vos autem ne è ciuitate quidẽ: ego illum vinctum lepra è rege priuatum reddidi,vos autem ne sic quidẽ superastis, sed à me condemnatum nõ sustinuistis è ciuitate propellere:& tamẽ fortassis factum hoc rex placidè laturus erat. Sed nequaquam funditus ciuitatẽ subuertit,quũ videret eum extra præscriptos fines demigrare iussum,cõmorari in ciuitate. Verùm deus hoc non fecit, deus enim erat,nõ homo. Vbi verò finita est huius vita,simul & iram aduersus illos deposuit, ac rursus ad eos rediit. Tu verò ex reconciliationis modo considera dei humanitatẽ. Nam si deus expendisset iustitiæ rationem,ne tum quidem reconciliari debuit. Quam ob causam? Quia non illorum erat rectè factum quòd

iectus est Ozias. Neque em̃ illi arreptum abegerant, A sed mors naturæ lege superueniens,eũ tunc è ciuitate eiecit. Verùm nõ huc vsq; deus minutias excutit erga nos,sed tantùm hoc quærit,speciem modúmq; reconciliationis erga nos. Proinde super his omnibus gratias agamus illi,glorificemus illius humanitatem, qua nos omnes dignos haberi contingat,gratia & misericordia vnigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, cui cum patre gloria, honor simul cum spiritu sancto, nunc & semper,& in secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST in Esaia propheta cap.ix. Potestatis & pacis eius non erit finis: Homilia. Incerto interprete.

CHristus vnam cum patre habẽs substantiam B & essentiam,connexa sibimetipsi pietas, virtus,& saluatio:via, veritas,& vita: leo,agnus, & petra declarata est à prophetis:quia antea viderunt futura,& quasi prẽterita demonstrabant,& præsentia pro futuris canebant. Aperiebatur enim eis secretum verbi,vt agnoscerent reuelationem trini temporis, id est præteriti,præsentis,& futuri: vt exinde manifestaretur,quia non ipsi loquebãtur, sed deus per ipsos loquebatur. Nam modò cum cantaremus hos versiculos in vna modulatione, quid dicebamus? Potestatis eius non erit finis. Hoc dixit propheta, quod perfecit in aduentu suo dominus prophetarũ. Potestates eius audite. Quanta fuit possibilitas,vt miraculis variis ac diuersis repletet totum mundum ore euagelico. Quæ miracula,si ad singula annalibus libris scriberẽtur,puto ne ipsum mũdum capere eos, qui scribẽdi erant libros: tamẽ pauca dicam̃ de potestate eius. Natus est, quia voluit: potestate animam suam posuit, potestate eam assumpsit,potestate passus est, potestate medicus phreneticos tolerauit: potestate cæcos, claudos, mutos,aridos,ab spiritu immundo captiuos curauit, non accipiẽs ab aliquo,sed sua potestate perfecit. Potestatis & pacis eius non erit finis. Quantã pacem mõstrauit nobis, vt ipsam principalẽ hæreditatem donaret
Ioan.14.d nobis,dicens: Pacem meã do vobis,pacem meã relinquo vobis. Quam pacẽ potuit meliorẽ donare, quàm vt carnem spiritui subiicere discereмus? Quam pacẽ potuit donare,nisi vt ij qui eramus inimici dei, & longè positi,per ipsum recõciliaret nos patri? Quam pacem potuit dare,nisi vt ex populo Iudęorũ inimicorũ, & crucifixorũ eius applicaret fidei suæ, & gẽtes æquè D sociaret sibi,vt faceret vtraq; vnũ, & populum pacificaret inimicum sibi, & nobis gratiam donaret confirmatis sibi? Potestatis & pacis eius ergo non erit finis, quia hodie cũ patre æquè operatur, vsq; in finem se-
Esa.9.21.b culi. Sedet super thronum Dauid, quasi homo perfectus rex Iudæorum. Et verè rex est, hodiéq; Iudæorũ, id est circunciforum, qui spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex deo: in circuncisione cordis,non corporis. Rex est,quia sedet super sedem Da-
Rom.1.a. uid patris sui,hoc est secundum carnem,demonstrante Apostolo,qui dixit,Paulus seruus Christi Iesu, vocatus apostolus,segregatus in euangelium dei, quod antè ꝓmiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem. Sedet super sedem patris sui. Quid est,Sedet, nisi manet & permanet? Quia quamuis ecclesia confiteatur esse filiũ dei, dominũ nostrum Iesum Christũ: tamen quia creditur corde ad iustitiam,ore autem cõ- *Ibid.10.b* fessio fit in salutem: etiam ex semine Dauid natum secundum carnem confitetur, hoc est, sedet super sedẽ Dauid patris sui. Semper eum confitetur ecclesia natum ex virgine Maria, crucifixum sub Pontio Pilato, sepultum, resurgentem, in cœlis ascendentem. Ergo hoc quod confitetur ecclesia, quasi sedes Dauid est. Cõfiteatur ergo ecclesia omnia opera eius, vt omnes sancti eius benedicent eum. Cõseruet rex milites suos, præliatores suos, perducat ad victoriam, ad palmam supernæ vocationis suæ. Cõfirmet quos initiauit,perficiat quos de vetusta vita seperauit,coronet quos gubernando perduxit. Non ergo adhuc pigri in tanti sapientis domo inueniamur, sed quasi exerti & succincti ambulando proficiamus in via vitæ. Et quod accepimus, conseruemus: vt coronet in nobis deus,non merita nostra,sed dona sua, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Esaia propheta,cap.xlij. Cantate domino canticum nouum,laus eius in extremis terræ: Homilia. Incerto interprete.

VIta innouata, correcta anima spiritu feruens, ab omni torpore & praua cogitatione seperata,semper cantat,vt modò cantauimus,cãticũ nouum. Nouum canticum non in lingua tantum constat,sed in incorrepta vita. Cum enim immutatus homo in melius fuerit, cãtat canticũ nouum:cũ verò in vetustate permanserit, canticum nouum in lingua habet,in corde non habet. Et vbi non est vna lingua, & vna conscientia, deprauata dicitur vita. Puritatem
C deus nunquam despicit, simplicitatẽ à se non abiicit: de se cogitantẽ semper munerat,sapientia replet, bonitate dilatat,fama cõseruat,ad se perducit. Hæc vita verè est dicenda vita, quæ mortẽ nunquàm inueniet, ad pœnam non accedet. Cantemus ergo canticũ nouum non lingua tantum,sed vt dixi, sancta vita. Laus eius(ita sequitur versiculus)ab extremis terræ. Vbi nõ prædicatur Christus, vbi non clamat veritas, vbi non salus cucurrit vbi,non populus peculiaris ad eius deũ accessit? Deus qui voluit in omnem terram exire so-
num suum, & facere præstolatores suos seruos, vten- *2.Tim.2.c.*
tes præsenti vita & transitoria. Scit enim deus, qui sunt eius:nouit qui in illo confidunt, qui toto ardore ad eum accedunt, qui in proposito perseuerant, qui sanctitati studeנt, qui calcãt delectationes & cupiditates mundi,qui carnis affectus cõprimunt,qui in om
D nibus suggestionibus manu cordis repugnant, qui in visceribus pietatis semper grauidantur:hi tales cultores dei sunt,prædicatores apostolorum,imitatores perfequi beatitudinis. Laus ergo eius ab extremis terræ. Quæ sunt extrema terræ? Possunt & in nobis esse extrema terræ. Extrema terræ est in nobis, quando vita nostra finitur,& iam terra carnis nostrę nõ seminatur verbo, non corrigitur admonitione, sed quomodo peruenit,ita iudicatur: ibi ergo erit laus ab extremis terræ,quia cùm cõsummauerit homo,tunc incipit. Consummauit vitam temporalem,incipit æternam mereri. Ergo ibi erit laus,vbi extrema terræ, vbi extrema vitæ nostræ. Ibi est ergo laus. Qualis erit illa laus,qualis erit illa lætitia,quanta iucunditas, quanta exultatio? Audite qui nõ scitis,gaudete qui sciris,quã do dicturus est sanctis,Intrate in gaudium domini ve-
stri. Quando habent repudiari impij,quibus dicturus *Mat.25.b*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidē.d. est. Discedite à me,nō noui vos:Ite in ignē æternum. A
Psal.111.b Ista est ergo salus ab extremis terræ, bene viuentibus.
Quia in memoria æterna erit iustus, ab auditu malo
nō timebit. Quod est auditū malū?vt modò dixi, Ite
in ignem æternū.Malū auditū auertat ab auribus san-
ctis,auertat deus à cultoribus suis, illa condonet quæ
p̄misit.Illam repræsentet, in quam credidimus,vt di-
Mat. 25.b catur nobis pro beata vita in illa beatitudine,Euge ser-
ue bone & fidelis: custodisti cor à cogitatione malig-
na, quieuisti ab opere nephario, iam post laborem
requiesce ab operibus,intra in gaudiū dñi tui. Præstet
deus suis, qui hoc audiunt,vt imitentur, vt delectētur,
vt tantum ardorem sancti patiantur. Nullus negligat
vitam,cum potest viuere in vita. Videte quid cantaui-
mus. Canticum nouum cantauimus, à vetustate iam
recessimus. Quem eñ fructū habuimus tunc, in quo
nunc erubescimus. Nunc autem liberati à pecca-
to, serui autē facti deo habemus fructū nostrū in san- B
ctificatione,finem verò vitam æternā.Stipendiū pec-
Rom. 6. c. cati,mors. Timete,compungimini, corrigite,redite,
p̄uaricatores ad cor, scitote quoniam ipse est deus.
Vacate,& cognoscite.Vacate à malis cogitationibus:
Ezec.18.g cognoscite,quia non vult mortē morientis, tantùm
vt reuertatur, & viuat. Sufficiat diei malicia sua. Pec-
casti,quiesce,ne adiicias vltrà:& de cætero deprecare
dominū,vt auertat irā suā à te. Currat populus voca-
Matt.6.d tus, cōuertatur populus in disciplinā, vt sit vnus grex,
& vnus pastor.Vos autem genus electū, regale sacer-
dotiū,gens sancta,populus acquisitionis. Videte quid
Ioan.10.c estis,videte quid eritis. Estis modò filij ecclesiæ, estis
1.Pet.2.b. modò membra Christi,estis modò in agone seculi pu
gnantes,cum capite vestro gaudentes:ibi victores, ibi
triumphatores,ibi palmam supernæ vocationis acci- C
pientes, nullus victus muneretur, nullus victus audet
petere retributionem.Non habet hic victus dicere in
2.Tī.4.b. illa vita æterna vbi ventura est omnis pia anima: Bo-
num certamen certaui,cursum consummaui,fidē ser-
uaui:de cætero reposita est mihi corona iustitię,quam
reddet mihi dominus in illa die iustus iudex:non tan-
tùm autē mihi,sed & omnibus qui diligūt manifesta-
tionem eius. Videte quātus erat iste, qui hoc dicebat,
quantùm præsumebat, quantùm de suis viribus nihil
sperabat,nihil sentiebat. Nam qui dixit, Bonū certa-
men certaui,alibi agnoscens fragilitatem suam quid
Ro.9.c clamauit? Gratias deo, qui præstitit mihi certamen
per dominū nostrū Iesum Christum. Qui dixit, cur-
sum consummaui:in alia epistola quid dixit, gratiam
dei in se agnoscens? Neque volentis, neq; currentis,
sed miserentis est dei. Qui dixit,fidem seruaui: in alio D
loco epistolæ suæ quid dixit? Misericordiam conse-
2.Tī.1.c. cutus sum,vt fidelis essem. Ecce quomodo exhorta-
tur perfectos, & reuocat superbos, ne sua superbia nō
ambulent in via arcta & angusta,humili & secura, red
dens eliquatos ciues,& mittens per fluuium dei,id est
per generationē religionis. Et iste fluuius quid facit?
Psal.45.a Fluminis impetus lętificat ciuitatē. Ibi currat omnis,
qui non claudicat: ibi perseueret omnis qui de deo
bene sentit in bonitate,& cantet canticum nouum, vt
perseuerans vsq; ad finem saluus,laus eius sit in extre-
mis terrę.Quanta dominus donauit,quāta potuimus,
quantum subministratum est, tanta diximus, & non
tacuimus.Et nunc currite boni,pij,fideles: nolite ne-
gligere quod estis,vt perueniatis ad illam lęticiā sem-
piternam, quod nondū estis, vt spes vestra repræsen-
tet vobis rem vestram. Quæ est res vestra?chorus an-
gelicus, vbi coronatur omnis qui ibi applicatur. Hîc
cantate,hîc proficite, hîc perficimini, vt ibi exultetis
cum salute,Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST IN Esaia propheta cap.lxij.(de aduētu domini.)Gaude Sion, ecce rex tuus venit:homilia. Incerto interprete.

QVoniam tempus venit, vt de aduentu & in-
carnatione domini loquamur sanctæ charis-
tati vestræ: ideo tacendū non est diebus his.
Hoc agit ecclesia voce prophetica de aduentu eius
futuro, inde lectiones & psalmi proferuntur in aures
audientiū.Et quia hos versiculos cantauimus,de qui-
bus tractaturi sumus:intenti ergo estote, vt fundamē-
tum fidei maneat in vobis. Agebantur à spiritu sancto
prophetæ, præcones saluatoris nostri, vt agnosce-
mus dominū præsciū esse futurorum, vt nihil vetustū B
apud ipsum,nec aliquid nouitatis: sed totum sempi-
ternum,æternitate plenum, nec initium habens, nec
finem:cantabamus ergo, Gaude Sion. Hoc gaudium
non est risus oris,vocis, atque buccarum, sed gaudiū
cordis: de quo gaudio clamabat euangelista, dicens: *Luc.2.b.*
Annūciabo vobis gaudiū magnū,quod erit omni po-
pulo:quia natꝰ est nobis hodie saluator,qui est Chri-
stus dominus. Hoc gaudiū non est temporale, sed æ-
ternum.Quale gaudium?vt sciret mundus quod non
nouerat,miracula,signa, & ꝓdigia virtutū: & mortui
resurgerent, cæci viderent, claudi ambularent, muti
loquerentur,surdi audirent,aridi sanitatē acciperent,
paralytici curarentur: & cætera miracula, quæ longū
est enarrare:hoc quod etiā ipsi optimè nostis,qui legi-
stis, & in lectionibus diuinis agnouistis. Gaudiū hoc
prædicat omnis ecclesia cum magna lęticia & exulta- C
tione. Nec enim & nobis gaudium sempiternū non
generatur, quoties superamus impugnationes carnis
nostræ. Cōuenitur hoc castellū quod dicitur Sion, vt
gaudeat.Sion enim (sicut ij, qui eruditissimi fuerunt
ante nos exposuerunt nobis)speculatio dicitur.Quo-
ties oculis cordis speculamur domū illam, quæ initiū
non habet,nec finem.Ergo gaudeat Sion, id est mens
nostra,speculans futura bona,respuēs à se mala. Sub-
sequitur versiculus,dicēs: Ecce veniet habitator in te.
Quis est iste habitator,nisi q̄ nos habere voluit,& sibi
cōgregare,peculiarémq; populū confirmare? Iste ha-
bitator ipse est,de quo alio loco cecinit propheta, di- *2 Cor.6.d*
cens:Quoniā deambulabo & inhabitabo in eis,& ero
illorū deus,& ipsi mihi erunt populus. Iste habitator
cùm possiderit omnia interiora nostra,aget oīa sancta
in nobis,perfecta,irreprehensibilia. Iste ergo habita- D
tor possideat quos redemit, perficiat quos inchoauit, *Matt. 5.b*
perducat quos de terra Babylonica eiecit. Ergo iste
habitator noster requiescit in nobis, glorificaſ in me-
dio nostrū,cū viderint homines bona nostra opera,&
glorificarint patrē nostrum qui est in cælis. Cuius fa-
cti sumus filij,non pro obsequiis nostris, aut meritis,
non pro bona actione,quam nō fecimus: sed pro eius
misericordia & libertatē accepimus, & in adoptionē
filiorū annumerati sumus.Ergo taliter glorificatur deꝰ
in medio nostri,quando in affectu charitatis proficimus, & facimus quæ præcepit, & persistimus in eis
quę iussit,glorificatur in medio nostri. Subsequitur &
dicit, Quia dominus misit me ad te. Nunc cognosci-
mus, quia dominus missus est ad nos redēptor,vita &
salus,pietas & gratuita gratia. Et quādo nos videmꝰ è
limo terræ erigi ad cœlestia præmia,gaudeat cor cre-
dentium

dentium & lætetur: quærat dominum, vt non mor-
tua,sed sicut viua anima nostra. Pro iis donis domino
quid retribuemus,nisi tantùm depositā ceruice,subie-
cto collo pectus tundamus, dicētes quod dixit publi-
Luc.18.c canus,Deus propitius esto mihi peccatori? Qui se pro
ficere scit,nō superbiat:qui verò agnoscit se non pro-
ficere,sed à bonis deficere,tantùm corrigat, & nō de-
sperer:quia deus noster & perfectos videt, & imper-
fectos: Perfectos adducat ad se, & imperfectos corri-
Psal.138.c gat,& faciat perfectos.Quia ita ei vox prophetica cla
mitat in quodam sacro psalmo,dicens: Imperfectum
meum viderunt oculi tui. Et quia pietate sua perficit
& imperfecta,subsequitur dicens, Et in libro tuo om-
nes scribētur. Exultate de tantis muneribus eius, gau-
dete de tantis bonis eius:nō vobis assignetis bona,quę
ab eo accepistis,ne perdatis quod habetis: sed scitote
quia nihil habetis quod non accepistis:& si accepistis, B
nolite gloriari quasi nō acceperitis, vt ea quæ accepi-
stis cōseruentur in vobis, & quæ minus habetis de bo
nis,perficiantur in vobis,Amen.

SERMO DIVI IOANNIS CHRYSOstomi de Hieremia propheta,Incerto interprete.

MAgnum Hieremiæ sanctissimi meritum,ma
gnum in eum collatū est diuinitus donum.
Magnum,inquam, Hieremiæ est meritum,
qui antè promeretur, quàm nascitur: antè
sanctificatur, quàm edatur:ante propheta cōstituitur,
quàm mundi exordio potiatur. Dicuntur eius merita,
& ab eo necdum exercentur officia: dona narrantur,
nec tamen donorum causę tractantur:promotio dici-
Hier.1.b tur, & necdum promotionis negociū aperitur. Noli, C
inquit dominus,putare Hieremia,q; hodie te prophe-
tam constituo:aut nunc primùm,ad istam gentē cor-
rigendam præmitto. Olim enim, olim mihi probatus
ac notus es,olim consecratus ac dignus,olim prophe-
ta gentibus institutus.Te mihi apertū, te idoneū præ-
scientia ipsa monstrauit:tibi propheta dei præsagium
& fiduciā prædicandi attribuit.Per te,prophetiæ offi-
cia,& meæ dispositionis nuncia,perferri ad illos insti-
tui.Te tamen nemo deterreat, nemo tibi formidinem
vanā immittat.Inter me & ipsos tu eris mediꝰ,qui ius-
sa perferas,præcepta ostendas,mādata edicas, nec po
teris reticere,quæ loquor: Neq; enim filētio possis ad-
ferre salutē.Quid est,inquit,dominator domine? Cur
minori mihi tam onerosum pondus imponis? Cur ad
corrigēdum populum,ætatem paruulam dirigis? Cur
Hier.1.b prophetādi mihi tantā credis prouinciam? Ego enim, D
nec ad exequēdum idoneus sum, quia ætate premor,
sermone impedior,officio terreor. Noli,inquit domi-
nus,dicere,quia iunior ego sum.Hoc enim per te fieri
volui,hoc per te impleri præcepi,vt iunior senes, & in-
eloquēs eloquentes obiurges.Te mihi dignum:meri-
tum,nō ætas constituit.Te idoneū sanctitas, non qua-
litas sermonis asseruit.Apud me enim non ætas iunior
impeditur,aut senior collaudatur: sed actus,& vita, &
morum dignitas commendatur. In te, quod amo, in
alio nō inuenio.Eloquentes plurimos video,sed pro-
bos inuenire nō possum.Senes innumeros cerno, sed
degeneres omnes aspicio. Quare te ad gētes & popu-
los mittam,vt corrigantur praui,digressi redeant,con-
temptores obaudiant. Nec aliud poteris velle, quàm
volo:quia propterea dilectus es, dū efficis, quod exo-
pto. Procedit Hieremias ad populū:iussa domini con-
stanter edicēs.Loquitur ad plebē, aggreditur omnes, *Ibid.1.d*
dei verba insinuat.Hæc,inquit,dicit dominus. Quod
inuenerunt patres vestri in me delictum, quia recesse-
runt à me?Proh dolor, dominus cum cōtemnentibus
fabulatur. Vult enim inter ipsos & se, iudiciū celebra-
ri, vult offensionis authorem detegi, vult delicti cau-
sam & cōtemptus materiam denudari. Cur me sacri-
lega mente deseritis?Si vobis nunquam cōtraria intu-
li,si prosperа denegaui,si vos in aliquo deserēdo offen
di,narrate.Si verò cūcta præstiti,quæ optatis, nec vn-
quam vobis aut solatia abstuli,aut beneficia denegaui?
vos deniq; ipsi,cur bonis mala rependitis? Quare vos
in prosperis læsi?Quare muneribus offendi?Quare be
neficiis desertores exhibui?Cur beneficiis cōtraria ir-
rogatis? Aut nunquid, vt seruiatis, nocendum est:aut
vt reuertamini, vindicandum est? Puto enim, melius
spontè quàm coacti seruitis.Melius siquidē illęsos be- B
nignitas corrigit, quàm læsos censura conuertit. Me-
lius vos vtilia reuocant,quàm pœnæ discruciant.Pro-
pter vos,Aegyptios pressi,Pharaonem deleui, Amor-
rhęos extinxi,in terrā vos repromissionis induxi.Deos
suos gentes nunquam deserunt, nunquam immutant,
nunquā in alienos cultus trāsiliunt. Quod natio quæ-
que colere instituit,hoc formidat,hoc tremit,hoc in-
stanter defendit,hoc veneratur ac suspicit. Perseverat
colere,quod colit:ne mutato ritu errasse dicatur,dum
quod coluerat,deserit. Ille suum defendit errorem,&
tu tuam Israël nō ita vendicas veritatem? Ille perseue-
rat in falso,& tu non perseueras in vero? Ille figmen-
tum veneratur & colit, tu deum auersaris ac despicis?
Ille sua castra defendit, tu tātum imperatorem offen-
dis,dum deseris?Proh nefas,figmentum nihil præstat,
& colitur:deus cuncta largitur, & à prophano populo
declinatur. Si tibi Israël, ita quispiam ex ipsis diceret,
ego semper quod colui,colo:quod defendi,defendo,
quod venerari institui, nunquā destruo. Cur tu dese-
ris tua?cur exempla nō sequeris mea, vt ita tua retine-
re contēdas,vt me mea cōspicis retinere? Aut cur quē
colebas dominū,deseris,cum me figmentū,nunquam
deseruisse cōspexeris? Aut quare nō poteris meo pro-
uocari exemplo, cum tuo ego debuerim prouocari?
Quam defensionem salutis poteris obtendere, quam
vindicationem poteris inuenire,qui nec aliena opprī-
mis,nec tua defendis,nec reos redarguis,nec te inno-
centem ostendis?reuertere,quæso:reuertere ad domi-
num. Reuertere,inquam,ad deum: quia præter illum
inuenire non poteris alium. Reuertere ad eum, quem
indignè offenderas.Reuertere ad eum, quem crude-
liter deserebas.Reuertere ad eum,qui idcirco causam
ꝓponit,vt purget: qui idcirco obiurgat, vt saluet: qui
idcirco antè præstruit,ne condemnet,dicendo:Quod *Hier.2.d*
inuenerunt patres vestri in me delictum,quia recesse-
runt à me?O veneranda pietas dei, ô detestanda con-
tumacia populi. Dicite, inquit dominus, quid pecca-
uerim, quidve deliquerim, cur à vobis contemnar ac
deserar:cur post beneficia talia nō agnoscar, nec post
innumera dona à vobis vniuersis attendar. Aut meam
culpam edicite, aut contemptus pœnas exoluite, aut
me vobis in aliquo defuisse mōstrate, aut vos mihi pa-
ruisse ostendite.Quid agis homo,quid angeris? Quid
respōdere poteris,qui incusaris?Prouocaris à deo, qui
sue offensæ à te,causas expōscit:qui tui cōtemptus ra-
tiones exquirit:qui te sua beneficia duxisse in irritum
recognoscit. Quia de ipso non habes,quod quæraris:
de te iam iudica,quod mereris. Confitere ergo, confi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tere quod verum est:& dominum in suo præstito non A
cessasse,& te indignè ipsum ac sacrilegè cõtempsisse.
Confessio criminis venia est contemptoris. Citò flectitur,vt ignoscat:quia ad hoc improperat,vt non defendas. Non te deus contemnit, si redeas, etsi tu contempseras, cum abibas. Non te despicit reuertentem.
qui aliquando horruit desertorem: tuos non aspernabitur reditus, qui vt redeat, suos demonstrat affe-
Mala.3.b ctus. Reuertimini, inquit, ad me, & ego reuertar ad
Ezec.18.g vos. Et iterum: Nolo mortem peccatoris, tantùm reuertatur, & viuat. Cupit ignoscere, desiderat misereri desertoris: præuenit preces, dum ipse hortatur, vt homo, qui deseruerit, reuertatur. Desertores desertus inuitat, contemnentes reuocat. Offensus se reis ingerit,vt ignoscat. Quare desertor redeat,cõtemptor seruiat, fidem fidelis exhibeat, vt desertori indulgẽtiam, & contemptori veniam, & fideli gloriam cœlestis tribuat imperator. B

DE TRIBVS PVERIS,
Homilia, Incerto interprete.

TRIVM puerorum sermo tractabitur, quorum fides, quali laude intonet gloriæ, salutis flammæ testantur. Ecce in tribus pueris non anni faciunt sapientiam, non membra colligunt vires,habentes scilicet talem in sacrario pectoris fortitudinem,quam armatus rex exhorruit,& ignis expauit:quorum infantiam fidei constantia gloriosam de-
Dan.3.a cursa libri paginula paucis exponam. *Anno octauodecimo Nabuchodonosor fecit imaginem auream, altam cubitis sexaginta,& latam cubitis sex, & statuit eam in regione Babylonis.* Singula exponenda sunt singulis respon- C
dendo: postea ad fortiora veniamus. Fecit, inquit, imaginem auream. Qualis deus nouo honore monstretur, quem abstrusa metalla generarunt? Quid ergo dicemus: Durus fossor sudauit, palluit, laborauit, ne minus fortia cupidus deus membra susciperet. Alta, inquit, cubitis sexaginta. Hæc verò omnia ridiculis transigenda. Et stabat in conspectu imaginis præco fortiter clamans: Qualis deus, qui vt disci possit, publicè præconatur, & tanquam nouæ religionis indicium. Aureus postea ponitur, quem cultum fore Gentibus monstrat insanus vates, quem contremenda species delectet, aut terreat. In fornacem ligna iniiciuntur interea, quasi ad consumenda corpora contemptorum: crescit captiuis constantia,& amplius furit tyrannus, cum de gloria plus miratur. Pueri ergo iactantur in flammam, ibat circa innocuos pedes nouo libramine temperatus artifex ignis,& tot circunuolans pastus, sola consumere vincula laborauit: circa damnatos suos innocens pœna blanditur. Et stans Azarias precatus est,& aperiens os suum in medio ignis, dixit:
Ibidem.d. Benedictus es domine deus patrum nostrorũ. Et aperuit os suum. Non audet ignis inuocantis dominũ fauces irrumpere, nec nubilo ductu vaporans eloquentis ora conturbat: innocẽtis oratione prolata, & quasi facto impetu sermonis, tremula flamma subducitur. Et
Ibidem. diffundebatur, inquit, flamma super fornacem cubitis sexaginta & nouem. O dei potentia clarius luce monstrata. Furatur pastus alienos incendium, nam consumpsit quos propè inuenit, quia ieiunat in suis. Custodiam suã vehementer horrescens, ne iam faciat vel ipso fumo sanctis quos tuetur iniuriam, foris tantùm ducit vrere. Bene constanti vindicta innocentia defenditur, liberantur inclusi, & pereunt spectatores. Mira etenim ratione vis horrida commutatur in solo loco: vbi incenditur, illic refrigerat, aut tepescit, vt eodem loco scriptura testatur. Angelus autem domini simul descendit cum illis, qui erant in fornace cum Azaria,& discussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, vt spiritum roris sibilantem. Incedebant ergo pueri per medium fornacis cum angelo, & murmure fugitiuo replicabatur incendium, ac velut amicus ignis sanctis viris præbebat obsequiũ. Rex autem cum audiret eos benedicentes,& laudantes dominum,miratus est,& surrexit in festinatione,& dixit *Ibidem.f.*
principibus suis: Nõnne tres viros misimus in medio ignis vinctos? Ecce video viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis,& aspectus quarti similis est filio dei. Ecce, inquit, video viros quatuor. Exclude si potes adhuc demens eum, qui crescit ad numerum. Non poteris iam tuos finire damnatos, qui soli esse non possunt: mala tibi ratione creuit quæstio, fortior est quẽ claudis. O quibus te incorrupta fides triumphis extendis. Adest tibi amica maiestas, vt innocentia liberetur. Patitur se deus cum pueris in supplicio numerari, & potest dominum videre sacrilegus, sed non permittitur nosse, vt crescat gloria puerorum: insana enim mens in suis flammis parum crederet fortasse, si talem non discereret defensorem. Tunc exiit rex ad ostiũ fornacis ignis ardentis, nec cum propè fuerit positus flamma contingitur. Necessariò enim ab ipso igne cognoscitur, quia dominum cœperit confiteri pro hoc,& dixit: Benedictus deus Sedrach, Misach, Abdenago, qui liberauit pueros suos. O magna misericordia deitatis, quod C
exultabile dictum est, sanantur rei, & redimitur qui torquebat. Inter hęc qui tale potuit inanis imago mõstrare? Ecce dominus non in auro lucet, sed in flammis ostenditur. Sed quibus flammis? Quæ illuminant, non quæ incendunt. Vnde vos fratres charissimi, omni fide dominum Christum venerari debemus altissimum,vt possimus indubitanter ad regna cœlestia peruenire. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat cum deo patre, & spiritu sancto,in secula seculorum, Amen.

DE SANCTA SVSANNA,
Homilia, Incerto interprete.

DIVINAE lectiones, & sancta oracula dei, D
quæ insonuerunt auribus vestris, nidum faciant in mentibus nostris. Non volent, & transeant: aut sedeant, & descendant. Nam si passer *Psal.83.d*
inuenit sibi domum, aut turtur nidum, vbi ponat pullos suos: quantò magis passer verbum dei? Audiuimus de Susanna lectionem. Aedificetur pudicitia cõiugalis,& tam firmo fundamento innitatur, muróque valletur, vt & insidiantes repellat,& falsos testes conuincat. Remãserat casta mulier moritura, nisi adesset, qui videbat, quod iudicantes latebat. Cõscripta sunt ver- *Dan.13.c*
ba eius: O angustiæ mihi sunt vndique, si enim hoc fecero, mors mihi est: si autem non fecero, non effugiam manus vestras: melius est autem mihi manus vestras non euadere, quàm me peccare in cõspectu dei. Cõtemnebat quod audiebat, quia timebat eum, quem nihil latebat. Ait ergo, Angustiæ mihi vndique. Sed expectabat eum, qui saluam faceret à pusillanimi tempestate falsorum testium, tanquam ventum malorum.

In

In illis tamen ventis & fluctibus naufragium castitas A
non fecit, quia dominus gubernauit: affuit precanti, exaudiuit quam nouerat, nec deseruit, ne moreretur: cui subuenit,ne adulteraretur. Excitauit deus spiritum sanctum Danielis,adhuc nouelli ætate, sed robusti fide. Et quia erat in eo propheticus spiritus, continuò nequissimorum seniorum vidit fallaciam. Sed quod
Ibidem.f. ille intuebatur, prouidendum erat quomodo cæteris monstraretur. Falsi, inquit, testes sunt, redite in iudicium. Quid pluribus? Apparuit falsitas, Susanna ergo religiosa mulier, & pudica coniunx erat vtique quandoq; moritura,& ipsa quandoq;. Et si tunc esset mortua, pudicitiæ quid obesset, dum caro conderetur sepulchro, & castitas redderetur deo, Putastis enim fratres tanquam ad magnum meritum pertinere, si falsi testes non prœualeant super innocentem. Non est magnum meritum, si non prœualeat falsum testimonium aduersus innocentem, si aduersus dominum non præ- B
ualeret. Ipse dominus noster Christus per linguã falsorum testium est crucifixus. Sed etiam ipsi quidem falsi testes ad horam prœualuerunt, resurrecturo quid nocuerunt? Demonstrauit ergo seruis exemplum, ne falsos testes perhorrescant: & cum creduntur, non
Dan.3.c timeant. Possunt enim facere malam famam, nam non possunt interficere conscientiam. Liberati sunt tres viri de camino ignis ardentis, affuit deus eorum: & in ipsa deambulatione laudes dixerũt deo, affuit deus eorum. Nunquid defuit deus eorum? Illi euaserunt, illi mox arserunt, vtrique tentati. Hi carne consumpti, hi carne illæsi, sed vtrique coronati. Qui ergo liberauit Susannam mulierem castam, coniugem fidelem à falso testimonio seniorum, ipse liberauit &
Matt.1.c virginem Mariam à falsa suspicione. Inuenta est er- C
go & virgo illa prægnans, ad quam vir non accesserat: vterus quidem fœtu tumuerat, & virginalis integritas manserat. Seminatorem fidei fide conceperat, dominum in suum corpus assumpserat, non eius corpus violari permiserat. Meritò tamen tanquam homini venit in suspicionem, Aliũde esse credebat, quod de se non esse sciebat, & ipsum alium de adulterio suspicabatur. Quare dignus fuit ab angelo corrigi, quia nonnulla erat maleuola suspicio. Maleuolæ suspiciones sunt calumniantium, beneuolæ suspiciones sunt gubernantium. Licuit cuiquam de filio malè suspicari, sed filio non licet calumniari. Vtique suspicaris malum, sed optas inuenire bonum. Qui beneuolè suspicatur, vinci cupit. Tunc enim bene lætatur, quando falsum inuentum fuerit, quod malè suspicabatur. Talis erat Ioseph circa coniugem suam, cui corpore non D
erat mixtus, sed tamen fide iam fuerat copulatus. Venit ergo & virgo in falsam suspicionem: sed sicut pro Susanna affuit in Daniele spiritus, sic pro Maria domini fuit angelus. Ad Ioseph inquit angelus: Noli ti-
Ibidem. mere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim de illa natum fuerit, de spiritu sancto est. Gaudebant paulò antè coniugatæ ad Susannam, gaudent virgines ad Mariam, vtræque teneant charitatem: illæ coniugalem, istę virginalem: vtraque enim castitas habet apud dominum meritum. Ergo vnusquisq; fratres mei pro dono quod accepit, certet in hoc seculo, vt vincat in futuro, per Christum dominum nostrum, qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto, per omnia secula seculorum, Amen.

Tomus primus.

DIVI IOANNIS CHRYSOSTOMI,
de Iona propheta, homilia. Incerto interprete.

FACTum est verbum domini ad Ionam, dicens: *Ionæ.1.a*
Surge & vade in Niniuem ciuitatẽ magnam. Statim prophetam de vocabulo ciuitatis hortatur:& vrbem laudando, prædicit futuram veniam. Nam ipsius prædicationis hoc verba significant. Adhuc triduum † est, inquit,& Niniue subuertetur. Cur *Ibid.3.b*
futura prædicit, atque denunciat, nisi vt prædicta non faciat? Ideo & gehennam minatur, vt gehennam non inferat. Terreant & nos, inquam, verba prolata: rerum non contristet austeritas. Sed cur plagæ dilationem tam breui tempore coarctauit, nisi vt virtutem animi gentium barbararum possis addiscere, Niniuitarum scilicet, qui triduani temporis angustiis imminentia valuerunt mitigare supplicia? Et vt dei misericordiam admireris, qui ad pœnitentiam breuis B
temporis exoratus, multorum laxauit veniam peccatorum: sed & tibi beneficium benignitatis ostendit:& licèt ingenti peccatorum mole suppresso, lenitatem remedio pœnitentiæ pollicetur. Nam sicut is cui tardus atque tepidus animus est, etiam si multi temporis curricula ad sui pœnitentiam mereatur, nihil firmum atq; robustum poterit promereri, nec deum facilè ad misericordiam commouebit, propriis desideriis occupatus: Sic vigilans atque sollicitus, etiam spacij dilatione suppposita, in ipsis temporis angustiis constitutus, auxilium facilè diuinę benignitatis agnoscit,& ingenti sarcina liberatus exultat. Et vt ad plenius addiscas, *Mat.26.g*
peruide quòd Petrus eum tertiò denegauit: tertiò & cum iurciurando ad vilissimæ puellæ verba formidauit,& ad pœnitentiam suam nõ multorum spacia postulauit annorum, sed ipsa nocte qua cecidit, ipsa quoque surrexit: ipsa nocte, qua meruit plagam, meruit & medelam: ipsa nocte, qua vulnus sensit, sensit & remedium sanitatis:& planctus illi subsidiũ fuit. Nam flens, inquit,& lachrymans: & non solùm lachrymans, sed cum omni affectione. Et ideo euangelista non eũ sim- *Luc.22.g*
pliciter, sed cum omni dolore fleuisse testatur. Et illarum lachrymarum quãtum meritum fuerit, nullus poterit verbo explicare: sed rerum demonstrat euentus. Post lapsum enim illius denegationis, cui nullum malum poterit comparari, priori eum reddidit ecclesiæ, & totius orbis ecclesiæ sollicitudinem curámq; commisit:& quod plus est, vltra omnes apostolos erga dominum, eum ostendit habere charitatem. Petro nanq; ait, Amas me? Quid hoc verbo gloriosius? Sed ne di- *Ioan. 21.c*
cas, q; Niniuitis tanquam Barbaris & à cõmuni sensu D
extraneis veniam dedit: seruus, nanq; dictum est, qui nescit voluntatem domini sui, & non facit: plagis va- *Luc.12.f*
pulabit paucis. Et ne hoc dicas: Ideo tibi & beati Petri testimonium protuli serui, qui nouerat domini voluntatem. Sed & iste post tam grande peccatum, post tanti criminis reatum: vide ad quantam excellentiam culminis eleuetur. Idcirco nec te terreat tuorum conscientia peccatorum, cum pœnitentia deleãtur. Tunc enim grauius crimen peccatũ est, cum in peccato duratur. Hoc & Paulus deflet, hoc ingemiscit, hoc lu- *2.Cor.12.*
ctum meritò nuncupat: ne fortè, ait, veniens ad vos *g.*
humiliet me deus,& lugeam multos non peccantium simpliciter, sed non pœnitentium in turpitudine & in immunditia, quã gesserunt. Ad veram igitur pœnitentiam quid aliud, nisi ieiuniũ necessariũ est? Sed ad historiã redeamus. Posteaquam audisset propheta hæc

† *Hoc loco lxx. sequitur Chrysostomus, vt fere solet. qui pro* אַרְבָּעִים *et à Ionata Chaldæo* אַרְבָּעִין *id est, quadraginta, verũ tres.* τρεῖς.

R ij verba,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ionæ 1.a verba, Descendit in Ioppen, vt fugeret in Tharsis à facie domini. Quò fugis propheta? Non audisti, quod
A Psa.138.a Dauid ait, Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? in terrā? Sed domini est terra, & plenitudo eius.
Ibid. 23.a Psa.138.b Ad inferos? Et ibi virtus tua non deerit. Ad cœlum? Ibidem. Ibi quoque te esse cognosco. Et in mare? Et eò tendit dextera tua. Hoc & circa istum factum est, qui præcepta domini posse se declinare arbitratus est. Nam sicut ij, quos nimia ebrietate confusos ad præcipitium
A similiargumentum. casus aliquis attulerit, cęca quadam caligine deferuntur, nec pedis tentatione suo gressui prospiciunt, potus nimietate turbati: sic & ij, qui peccatorū mole opprimuntur, improuisa cupiditate, propria præcipitantur insania. Nunquid à domino fugis Iona, & eius iussa quadam putas tergiuersatione posse contemni? Ipsis fluctibus poteris edoceri. Quum enim nauem fuit ingressus, turbantur maria, fluctus eleuantur, & pro-
Simile. fundi pelagi arena monstratur. Et sicut fidele mancipium cum seruum fuga lapsum nonnullis etiam communi domino preciosis ablatis, omni animositate contra eius retentores insistet, nec antè derelinquit, nisi eum præsentauerit domino: sic & mare conseruum agnitum non alieno patrocinio, nullius postulato subsidio, sed propria virtute commotum, vt sibi redderetur, exposcit. Sed nautæ nondum agnita causa naufragij, nauem aliquantarum rerum iactatione subleuari arbitrabantur: & nihilominus nauigium turbabatur.
Apud se enim periculi sarcinam retinebant, & magis magisq; prophetæ corpore grauabantur: non corporis magnitudine, sed peccati. Nihil enim graue æquè
Zach.5.c & onerosum inuenies, quàm peccatum. Et ideo Zacharias plumbo peccatum figurauit: & Dauid naturā
Psal.37.a eius describens, ait: Iniquitates meæ superauerunt caput meum, sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Christus autem ad eos qui in peccatis vixerunt, dicit:
Mat.11.d Venite ad me, qui laboratis & onerati estis: & ego requiem dabo vobis. Peccatū naufragiū præparabat, & Ionas somno premebatur: sed sopor ille tristitiæ fuit, non requies. Nam idonea benignáque mancipia culpam suam non tardè cognoscunt. Hoc & propheta sustinuit. Admisso peccato crimen peccati cognouit: quia huiusmodi natura peccati est, post partum dolo-
Ionæ 1.b res incutit, & natum plus afficit mentem, vnde prolatum est. Igitur nauta proximat ad Ionam, & ait: Surge & deprecare dominum tuum. Sciebat iam non naturam suam exercere elementum, sed diuino motu vniuersa turbari, & artem nauticam tantis procellis resistere nulla posse virtute, nec gubernatoris manus vndique circumuallantibus fluctibus reluctari posse credebat. Maior enim gubernator necessarius fuit, scilicet qui cuncta gubernare consueuit: & aliud nihil nisi cœleste flagitabatur auxilium. Ideo & illi cōtemptis remis velisque depositis, & omne nauticum subsidium abdicantes: manus tendebant ad cœlum, dei misericordiam postulantes. Sed cum se in eadem desperatione nihilominus aduiderent: reum & tempestatis causam sorte voluerunt cognoscere. Quo facto, propheta proditur sorte: & nautæ vt in summa tranquillitate positi, vt serenis flatibus nauigantes non illicò eum præcipitare festinant: sed habita communione colloquij, seruantes, velut iudicij disciplinam cum omni diligentia maturas interrogationes proferebāt, & responsa poscebant: tanquam & ipsi prolatæ sententiæ maiori cognitori daturi responsum. Audi nanque eos interrogantes, audi iudiciariam quæstionem.

Vnde tibi profectio? quò festinas? de qua gente? De qua plebe productus es? Accusant maria fluctibus inquieta, sortis attestatur incertum: reus omnibus declaratur: & tamē illi cognitorum ordinem imitantes, qui non ante sententiam proferunt, nisi testium verba ipsius rei fuerint confessione firmata: ita & ij dissimulata inquietudine procellarum, & ignauia suæ naturæ deposita, seruant iudiciariam disciplinam, & sententiam proferunt communi consensu. Et hæc omnia diuina prouidentia gerebantur, vt propheta pius & māsuetus existeret: & ita eum deus rerum corrigebat documentis, tanquam si ad ipsum clamitaret, & diceret: Humanitatem imitare nautarum: qui ne vnius quidē animæ salutem despiciunt, nec vnius corporis curam prætereunt. Quantum autem ad tuam solicitudinem pertinet, vniuersa ciuitas infinitis hominibus ampliata morti donata est. Et isti quidem calamitatis suæ reum
B sorte monstratum, non passim præcipitare voluerunt: tu autē Niniuitas prodidisti, quorum nulla fueras læsione laceratus. Et tu quidem mea præceptione contempta tantam plebem prædicatione sanare noluisti: isti autem nullo iubente conatibus omnibus elaborāt, à mortis te sentētia liberare. Nam accusante mari, attestante sorte, ipso etiam confitente, & suæ fugę tergiuersationem non denegante, miranda lenitate, prophetæ morti parcere cogitabant, & ad incommodum suum gurgitibus eum nō dare tentabant. Sed non patiebantur maria, imò dei prouisione gerebatur: vt & nautæ ei parcere cogitarent, & belua consumere formidaret. Nam eo dicente: Tollite me, & in mare præ- Ionæ 1.e
cipitate, & tempestas à vobis temperabitur. Littus magnopere postulabant, sed fluctibus ire prohibebantur
C ad terram. Et tu si vidisti prophetam fugientem, audi eum, & de ventre beluæ confitentem. Nam illud, vt homo, pertulit: hoc, vt propheta, monstrauit. Igitur susceptum eum mare, custodiæ vētris beluæ commendauit, fugacem domino seruaturum, & ne fluctibus læsus, nec rapaci morsu consumptus est, sed beluæ atque elementi natura mutata, propheta redditur ciuitati. Ingressus itaque vrbem, vt imperiale præceptum, quo contextum supplicium continetur, ingenti voce dominicam sententiam prædicabat: Ad- Ibid.3.b
huc triduum, inquit, & Niniue subuertetur. His audi-
tis Niniuitæ auditum nulli contemptui manciparunt, sed verba prolata suis cordibus intimarunt. Et statim viri atque fœminæ, serui & domini, senes & iuuenes, iudices & ministri, graues & pueri, vno concursu, vna mente, vna lamentatione ad auxilium ieiunij con-
D uolarunt: sed & ipsa animalia huius ministerij tenebantur obsequio. Vbique saccus, vbique cinis, vbique lachrymæ, vbique gemitus. Nam & ipse, qui tenebat imperij potestatem, excelsa sede derelicta, regali pompa renunciata, indutus cilicio, capiti cinerem imposuit: & sic valuit ciuitas liberari. Et res totius admirationis gerebatur, cilicio purpuræ cedebat ambitio, & cinis diadematis obruebat ornatum. Videtis, quàm non inaniter proclamabat, ebrietatem declinandam, non ieiunium formidandum? Nam ebrietas & luxuria stantem euerterunt ciuitatem: commotam, ieiunium solidauit. Cum ieiunio Daniel in lacum leonum Dan.6.
ingressus est, & eorum tantam mansuetudinem sensit, & 14.c
vt simplicitatem ouium arbitraretur. Nam bestię in illa feralis ardoris rabie, furoris sui natura lenita, oblato sibi cibo parcebant: & aliquanto tempore fame defectæ, præparatam satietatis copiam respuerunt. Nam

diebus septē eis fuerat cibus denegatus, vt in ipso oblationis aspectu prophetæ carnibus auida cupiditate
A inhærentes, consumpto se corpore satiarent. Cum ieIbid.3.c iunio & tres pueri Babylonium fornacē ingressi sunt, & ingenti flamma spacio aliquanti temporis erogato, intacti egressi sunt, & eorū corpora ignis lumine splēdidius micuerūt. Quid igitur est? Nempe si hæc flamma erat, mōstrabat flammæ naturam: & illa, si corpora erant, subiacebant corporis passioni. Sed hanc admirabilem quæstionē nullus poterit, nisi ipsum ieiunium, explanare. Quæstio etenim ardua est. Humana corpora cum igne pugnabant, & victoria corporum monstrabatur. Vidisti admirabilē pugnam, vidisti admirabiliorem victoriam. Mirare igitur ieiunium, & illud cum omni auiditate tuis amplexibus festina susciIeiunij vis quam efficax. pere. Quando enim & in flamma prodest, & in lacu
B leonū subuenit, & spiritus propulsat immundos, & diuinam sententiam mitigare nouit, & ad libertatem reuocare consueuit: quis huius insaniæ reperitur, qui velit ieiunij tātorum bonorum materiam declinare? Sed dicis: Corporibus exinde generatur infirmitas. Sed quantum exterior conteritur, tātum interior renouatur de die in diem. Imò si diligenter scrutari volueris, inuenies ieiunio corpora validius roborari. Et si meū sermonem respuis, medicorū te doceat disciplina: qui parcitatem, salutis nominant matrem. Nam pedū dolores, capitis vertiginem, subitaneas mortes & cætera, quibus febris atque languores corporis comparantur ex luxuriis atque voluptatibus aiunt generari, & tanquam de fonte noxio riuos ad corporum læsionem, & ad animarum perturbationem commeare testantur. Non igitur ieiunium timeamus, & ideo nos frequenter admoneo ad ieiunium, veluti mitigationē, ne multo nos vino & luxuria saginemus. Et ideo deprecor ne
C ieiunij meritum deliciosis voluptatibus prę occupatū, Simile. non mercatur effectum. Nam sicut ij, qui medicinali remedio potari disponunt, si non fuerint diligenti abstinentia præparati, fructum remedij sentire non possunt: ita & ij qui post crapulam ad ieiunium veniunt, remedium non agnoscunt. Et ideo sobrio animo ad ieiunium confugiamus, vt misericordiam consequamur: gratia domini nostri Iesu Christi, cum quo patri gloria & honor, vnà cum spiritu sancto, & nūc & semper, & in secula seculorum, Amen.

DE EO QVOD SCRIPTVM EST

Zach.6.d *in Zacharia propheta, cap. vj. (de præparatione aduentus domini) Ecce vir Oriens nomen eius. sub vmbra eius orietur sol: ipse veniet ad saluandum populum suum: Homilia. Incerto interprete.*

Nobilis genere atq; ditatus spiritu Zacharias inebriatus non vino erroris, sed verbo veritatis futura dicebat: præsentia non tacebat, præterita non ignorabat: quia locuples spiritus totum demonstrabat, qui propria dona singulis impartitur, sicut modò hos versiculos ex contexione prophetiæ eius vna modulatione cecinimus, dicentes, Oriens de Oriente. Oriens venit, vt sibi adoratores in spiritu & veritate confirmaret. Iste ergo Oriens nomen eius.
Phil.2.b Quanquam non fuit sine nomine, & non qualicunq; nomine, sed illud nomen quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur,

quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Oriens ergo nomen eius. Magnum beneficium, singulare donum, sequestratum munus, vt donaretur nobis vnde beneficium obuenisset nobis. Quale nomen Oriens? Delectabile, dulce, suaue. Hoc semper appetamus, vt conuersi ab Occidēte, intenti ad Orientem agnoscamus deum omnipotentem. Subsequitur ver-
Esa.9.b siculus, dicens, Sub vmbra eius orietur sol. Et verè sub vmbra eius orta est claritas diuinitatis eius, qui in sole posuit tabernaculum suum. Quia lux venit in mundum, radiauit mentibus nostris obscuris, declarata sunt tetra, manifestata sunt occulta, tenebrosa aperta, vt lux oriretur nobis: Quia qui sedebamus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est nobis. Sol iste nō est nubilosus, nec obtectus, non ascendēs & descendens: sed ille sol iustitię, qui totum cardinem mundi aduentu suo splendificauit: quid aliud egit, nisi vt patri & sibi faceret populum peculiarem, dato pignore spiritus sancti, qui est pignus hereditatis nostrę, vt ad instar hereditatis illius, & odoris, non aromatici, sed pietatis: non transitorij, sed æterni, perduceret nos ad thuribu-
Esa.6.c lū illud, quo Esaias perductus est propheta? Vnde carbonē in labiis accepit, vt à vaniloquiis, ab ociosis sermonib⁹ separatus, de forcipe tacta labia carbone ignito immutaretur ex carnali intellectu in spiritualē sensum. Et qui loquebatur ex humano sensu, inciperet ex
Ibid.7.c dono loqui diuino, vt clamaret & diceret, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscū deus.
Ibid.53.a Aequè dicebat, Vidimus eum non habētem speciem, neque decorem. Illic natiuitatem demonstrabat, vbi dicebat, Ecce virgo in vtero concipiet: & hic passio-
C nem vbi dicebat, Vidimus eum non habentem speciē neque decorem. Vnus atq; idem spiritus agebat omnes vates, qui vaticinio nō tacebant aduentū eius. Di-
Zach.6.d cit Zacharias, Ecce vir Oriens nomen eius: sub vmbra eius orietur sol, ipse veniet ad saluandum populum suum. Dicit Esaias, Ecce virgo in vtero cōcipiet, & pariet filium. Vterque vnum dixerunt, quia de vnico locuti sunt. Ergo subiunxit sanctus, suprà memoratus Zacharias, dicens, Ipse veniet ad saluandum populū suū, cùm sciamus eum iam venisse. Tamen cum dicitur, cum in memoria recolitur, quasi præsens videtur. Infirmus enim cum loquitur de medico sanitatē sperat. Cū dicitur ei, Ecce veniet archiater, renouatur, innouatur, ad spem reducitur salutis. Ecce venit totum. Ecce aliquādo veniet. Et quandiu adhuc negligitis desidiosē, inordinatéque animas vestras? Ecce veniet, prę-
D parate locū quò veniat. Dicite cum propheta, Si de- Psal.131.a
dero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, & requiē temporibus meis. Quandiu sancte Dauid, quandiu non dormis, quandiu requiē temporibus tuis nō das? Si enim non dormieris, sensu immutato aliud loqueris. Dic ergo nobis, quandiu non dor-
Ibidem. mis? Donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob. Sed primitus tollam omnia impedimenta mentis meæ. O tabernacula sancta, ô stabulum hospitale, ô latissimus mente: quali conscientia præparas ex tāto talis locum domino, tabernaculum deo Iacob: & inuenis ei locum, quem totus non capit mundus? & si apud te erit, alibi non erit: si totum habebis, alij eum nō habebūt: si ad te veniet de secreto cœli, absens erit à patre? Quid? Quia & ibi apud te est, quia eructas verPsal.44.a bum bonū, & dicis opera tua regi. Quia bonus homo
Mat.12.a de thesauro cordis sui profert bona. Apud te erit, & à

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulis non recedet,& in sede sua permanebit. Parate ergo locum domino,suspẽdite vela orationis: aperite ianuas cordis,triclinium animæ sit splendidum odoribus:Quia Christi bonus odor estis vos.Sed sit vobis odor vitæ in vitam, orate pro eis,quibus est odor mortis in mortem. Sed ad hæc quis idoneus? Nullus de se præsumat: veniat saluifactor, discumbat in corde ecclesiæ suæ, quia fuit vnus discipulus, in cuius pe-
Ioan.13.c ctus discumbebat Iesus. Nunquid acceptor est personarum, vt in vnius pectus discumberet saluator mundi? An fortè pectus Ioannis agnoscitur virginitas, castitas: quia qui castum habet cor,ibi discumbit Christus.Nec enim sola castitas corporis sufficit ad integri
Mat. 25.a tatem cordis. Considerate insulsas quinque virgines. Virgines enim erant, sed castum cor non habebant. Castitas discordiæ non conuehit ebrietati,impudicitiæ,iracundiæ,malitiæ,adulationi,subdolæ menti,laudibus humanis inhærenti,voluptatibus insistenti, cupiditati, auaritiæ,dissentioni,zelo,liuori,inuidiæ,con-
2.Cor.6.c tentioni, his vitiis non coniungitur castitas. Quæ enim societas luci cũ tenebris,quæ pars fidelis cum infideli? Separate filios ancillæ, remaneant filij liberæ, charitas, pax, gaudium, longanimitas, bonitas, benignitas,mansuetudo,vt sitis hæredes & comparticipes virginibus illis, quæ lampadibus splendidis oleo sapientiæ plenis, flammante spiritu feruentes meruerunt ingredi in aulam regiam,in thalamum sponsi. Eia fratres videte quis venit & saluos fecit, qui aperuit oculos cæci nati,qui claudũ fecit ambulare sicut ceruum, qui planam fecit linguam mutorum. Tantum medicum nullus negligat, ne remaneat infirmus. Ideo per circulum anni iste dies agitur, vt mentes Christianorum immutẽtur. Quando paterfamiliâs habet natale, tunc serui sibi relaxari sentiunt largitatem, sperent patroni sui in honore natalis,mutatis vestibus officio suo
Coloss.3.b præparati sunt,vt nitor vestimentorum impertiatur illis præmium.Et nũc cum auditis,Ecce venit,expoliate vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum: vt veste in nouitate vitæ vestræ induta,ad natale eius occurratis nitidi,splendidi,puri, immaculati, vt relaxentur angustiæ vestræ,& dicatis illam singularem laudem, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος sine cessatione domino deo nostro,Amen.

DE NATIVITATE SEPTEM Machabæorum,homilia.Incerto interprete.

QVàm speciosa,& grata ciuitas nobis enituit, & totius anni diebus splendidior dies hodierna præfulget, nõ de vsitatis Solis radiis illuminata præclarius, sed de lumine martyrum,supra coruscum fulgoris micantem illustrata sublimius.Multis etenim solibus illustriores sunt martyres,& magnis luminaribus clariores. Propterea hodie si dici potest, cœlo ipso ornatior terra lætatur. Sed in hac comparatione non attendas cinerem sanctorum corporum,nec fauillam reliquiarum carnis, omniáq; ossa consumpta temporibus, sed aperi oculos fidei,& vide eos diuina virtute, & gratia spiritus sancti amictos,& diuini luminis claritate radiantes. Hi ergo ipsi de superno Solis circulo in terram radij Christo emittente iaciũtur,& à corporibus eorum prosilientes coruſca luce fulgoris,sicut speciem ecclesiæ gaudẽtis illustrant,ita faciem diaboli inuidẽtis obcæcant. Nam vt audaces latronum duces, siue impij sepulchrorum effossores, si fortè dum prædas agunt, aut spolia capienda conquirunt,in arma, vel ornamenta imperatoris incurrerint,quamlibet cupidi prędarum:tamen ita agnitis regis insignibus deterrentur, vt fugiant, neque cominus accedere,vel attingere audeãt. Vnde sibi non compendium procedere, sed periculum prouident imminere, si quid inde audeant vsurpare: Ita profectò & dęmones,qui verè latronum & principes, & magistri sunt, vbi coronatorum martyrum corpora viderint posita,longè illico à conspectu eorum pauidi fugiunt, & absiliunt. Non enim ad naturam eorum intendũt,sed in arcanam dignitatem, & gloriam Christi,qui in agone certãtium induta corpora martyrum suorum, sicut arma portauit. Huiusmodi enim armis nõ angelus,non archangelus,non vlla alia creaturæ virtus induta est, sed ipse dominus virtutum, &
2.Cor.13. angelorum,sicut Paulus clamat dicens:Si experimentum quæritis,præliantis in me Christi. Preciosa enim
4. sunt corpora martyrum, quoniam plagas pro domino susceperunt. Et quia stigmata propter Christum membris suis impressa ferunt, & sicut corona regalis vndique decorata fulgores varios emittit: ita & sanctorum martyrum corpora, sicut preciosis lapidibus acceptis pro Christo vulneribus distincta, omni regum diademate preciosiora,& spectabilia redduntur, & illi quidem secularium spectaculorum præsides, siue arbitri,quos Græci agonothetas vocant,proponẽtes certamina, magnum muneris ambitum esse existimant, quando iuuenes & robustos luctatores in stadium introduxerint, vnde prima ostentatione miraculum spectatoribus præbeant studio.Hoc verò spirituali in agone non ita est,sed omnia è contrario. Agonem enim proponens Christus,non talem,qualem illi terreni agonothetæ, sed horribilem, & plenum timoris. Non enim hominum contra homines luctamen,sed hominum aduersus dæmones pugna est. Tale ergo certamen nobis proponens Christus, non iuuenes exercitatos ad luctamina athletas,sed primęuos adolescentulos, & cum ipsis senem Eleazarum,simulque mulierem anum matrem septem adolescentium vult considerare.Quid hoc noui est?quid paras inutilem & adhuc teneram in bellum, in arenam vel prælium ducis ætatem? quis enim ante hanc diem vidit, vel audiuit mulierem in vltima senectute positam dimicasse, & terribilem mortis adisse conflictum? Nemo huiusmodi factum audiuit vnquam. Sed ego, inquit, admirabile hoc, & nouum, quod neque auditu aliquãdo perceptum est,ipsis operibus demonstrabo. Nõ enim talis agonotheta ego sum,vt certaminis exitium in aliquo certantium virtute constituam, sed ipse assisto luctantibus, & auxilium præbeo, & manum præbeo athletis meis. Et quod ex proprij arbitrij libertate suscipiunt,de bonæ voluntatis affectu, vt prolegibus meis,& nomine meo dimicẽt,id in victoriam ipsis procedere,mei est auxilij. Ergo cum videris mulierem annis confectam,senio tremulum,baculo indigentem induci,& congressam prælio passionis dissoluere crudelem tyranni furentis insaniam, & de incorporeis virtutibus triũphantem, & diabolo prævalentem,& facilè vires illius concidentem eum potestate maiore, admirare diuini agonothetæ gratiam, obstupesce ad intuendã Christi virtutem, cuius athletæ nõ corporis robore, sed fidei virtute luctantur. Infirma eorum natura,vel vetus est, sed quæ eos vnxit gratia, potens est. Resoluta sunt corpora senectute, sed solidatæ

lidatæ sunt mentes desiderio pietatis.Non est sensibilis hæc pugna,neque insensibile certamen. Noli ergo istos athletas extrinsecus considerare, sed ingredere sensu rationabili ad interiorem eorum habitudinem: conspice fidei eorum fortitudinem,vt intelligas,quoniam qui contra dæmones pugnat, nõ robore corporali,neque valida compage membrorum indiget, nec de ætate iuuenili fiduciam sumit: sed & si tener adhuc adolescentulus in flore primæuo agit, & si senex ad extremas ætatis suæ metas peruenerit, animam verò fortem habeat, & corroboratam fidem, nihil de ætate, vel modica, vel extrema ab effectu certaminis impeditur. Et quid dico senem & iuuenem, quando etiam mulieres expeditæ ad hæc prælia cucurrerunt,& illustres coronas adeptę sunt?Nam illi extranei nobis, id est, mundani agones, & ætatis, & formæ, & generis dignitatem requirunt. Vnde & seruis, & mulieribus,& senibus,&pueris ad eos aditus denegatur:isthic verò apud nos omni personæ, omníque ætati,& vtrique sexui indiscreta facultate studium patet,& agonis adeundi commune ius, & vna libertas est, vt prompta omnibus sine inuidia bonitate ineffabilem saluatoris nostris virtutem cognoscas,& apostolicũ sermo-
1.Cor.12.c nem opere confirmari videas? Quia virtus in infirmitate perficitur.Quando enim pueri,& senes supra naturam valent, & internis viribus modos ætatis extendunt, euidenter operantis in ipsis gratia manifestatur: & vt plenius appareat,quia infirmitas athletarum nostrorũ,quæ in exteriori est, clariores faciat esse victores,& senem,& pueros relinquentes, infirmiorem ipsis producamus in medium mulierem,illam anum, & septem puerorum matrem.Nam labores partuum nõ vel modicè huic certamini impedimento sunt. Quid ergo eius prius aut potius mirabimur?Quod ex natura infirmum,aut quod de ætate habuit prælii inutile, & immaturum,aut necessariæ cõpassionis affectum?Mater enim erat, vnde facilè eam potuisset in tormentis viscerum suorum vincere materna pietas, nisi diuina pietatis altior virtus virili fide anile pectus armaret. Magna etenim hæc impedimenta sunt ad eum cursum, cuius intentio summa indiget patientia.Ego verò,& aliud his maius habeo dicere, quò & virilẽ mulieris fortitudinem, & callidã diaboli versutiam consideretis.Quid autem hoc est,diligenter inspicere debetis. Immundi dæmonis maligna calliditas,non primam eam traxit in agonem, sed post filios eam duxit in prælium.Qua causa hoc?Ob hoc vtique, vt præuenientibus in cõspectu eius septem filiorum suppliciis, deiiceret sensum eius, cum virtutem mentis in matre fregisset,varia crudelitate propositis ei spectaculis orbitatis suæ,cum iam eneruatam, & consumptam maternis doloribus facilè vinceret, & in ruinam mentis impelleret. Ne ergo hoc consideres, q; illata sibi tormenta tolerabant:sed illud magis contemplare,quòd mater per singulos eorũ duriores sustinebat dolores. Et hoc quod dicitur, bene norunt quęcunque pariendi dolores expertę sunt mulieres,& matres factę sunt. Nam sæpe & mater,si videat filium suum febribus æstuare, ita perturbatur, vt ardores illius in sua cupiat membra trãsferri, & mutata in se si possit ægritudinis vice transfundere in filium sanitatem suam.Ita omnibus domesticis malis eas,quę de filiis malis acciderint, ærumnas grauiores existimant, & intolerabiles fiunt, quæ matris sunt. Sicut ergo vera in cunctis matribus altis affectio,ita profectò manifestũ est,quia mater illa grauius in suppliciis filiorũ puniebatur, quàm si ipsa pateretur: & maior erat passio in visceribus matris, quàm in corporibus filiorũ.Si ergo vnius filij nunciata est ægritudo,auditu solo viscera materna turbãtur. Hic autem non vnum tantum filiorum chorum vno tempore pariter interfici vidẽs mater, nec absens per auditum suscipiens passiones eorum:sed prędens oculis hauriens vulnera omnium, quos pepererat, quid non patiebatur?Quomodo nõ excidit mente, vnumquenq; horum spectans horribilius, & diuersis pœnarum ingeniis cruciari, & per incisiones membrorum tam crudeli, quàm lenta morte consumi? quomodo tam ferali spectaculo non dissilierunt viscera eius, & desumpto corpore anima excussa est?Quomodo non & prima filij passione in ipsos ignes, quibus filius cremabatur,insiluit vt simile,vel deterius filiorũ spectaculum compẽdio mortis euaderet?Nam etsi sapiens esset,sed mater erat: etsi amãs deum, sed carnem portabat:etsi prompta esset fide, attamẽ fœmineum sexum gerebat:etsi zelo diuinę pietatis prompta ferueret,sed & maternę affectionis vinculo memor partuum tenebatur.Si enim nos qui viri sumus, frequenter cum videmus reum per forum duci refrænato ore in mortis damnationem,& eum trahente carnifice, de solo eius aspectu frangimur,cum tamen sufficientem habemus consolationem ex ipsa conscientiæ securitate, qua ab illius pœna mortis discernimur: facilè metiri possum⁹ quid illa pertulerit, quæ non reum aliquem & extraneum, & damnatione commerita duci videat,sed septẽ filios simul in vna die non ista morte consumi, sed variè laniatos pœnis videbat interfici.Si enim lapidea quidem fuisset,& si viscera adamãte compacta gessisset: ita fortè potuisset inconcussa durare, & nihil eorum sentire,quæ & mulierem, & matrem perpeti, vis ipsa naturæ,pietatisque cogebat. Deniq; cogita, quo-
Gen. 22.b modo admiremur patriarcham Abraham, quòd filiũ suum offerens deo,ipse vinxit in apparatu hostiæ manus eius,pedésque constringens, & cum paterna manu immolandum altari imposuit, & sapienter conferens: tunc videbis quanta mulieris huius virtus extiterit. O amarissimum illud, simul & dulcissimum matris spectaculum:ô amarissimum quidem propter naturam affectionis humanę,& propter ipsorum faciem tormentorum:dulcissimum verò propter virtutem fidei,qua delectabatur domesticarũ spectaculo passionum: quo impiam sacrilegi regis crudelitatẽ confessio glorioſa vincebat. Vnde fortissima illa mater non frangebatur spectaculo orbitatum suarum, sed confortabatur: quia non prosluentem eorum sanguinem aspiciebat, sed magis ad coronas eorum quæ texebãtur in cœlis intentã gaudebat. Non videbat ad receptaculũ temporale cauari petrã sepeliendis, quia prouidebat æterna ędificari tabernacula coronandis.Nõ considerabat circunstantes populos,quia videbat adstantes angelos. Oblita est dolores partuum suorum, cõtempsit naturam sexus sui, nec memor etiam senectutis,ipsam quoque naturæ tyrannidem animo superante calcauit:naturæ,inquam,tyrãnidem,quæ,& bestiarum feritatem subigere consuecuit.Sępe enim difficiles capi beluæ,per amorẽ tamen suæ sobolis capiũtur. Dum enim natorum suorũ dilectionem vitæ suæ præferũt,ita affectu pietatis incautæ in manus incidũt venatorum:qui prius catulos eorum venantur, vt per affectionis captiuitatem perueniant ad capturam parentum. Nullum est animal, nec ita infirmum, quod

Universidad de Deusto Biblioteca

non pro filiis ſuis defenſandis robur aſſumat: neque ita manſuetũ,quod abreptis catulis nõ irritetur,& aduerſus rapientem quanta poteſt virtute deſæuiat. Sed iſtam totam ipſam,& per homines rationabiles,& per animalia irrationabilia pari iure porrectam,atque diffuſam naturæ tyrannidem fidei virtute diſſoluit:& nõ ſolum non inſiluit capiti ſæuientis tyranni, neq; lacerauit faciẽ eius,vt beſtia videns catulos ſuos diripi:ſed tantam magnanimitatem fidelis animi omnem philoſophiam ſupergreſſam monſtrauit,vt immolationẽ filiorũ ſuorũ prępararet hortatu ſuo,& ingereret perſecutori. Et cum adhuc priores punirentur, reſiduos ad ęmulationẽ eorũ exhortantibus verbis in palęſtra paſſionis iungebat. Audiāt hæc vniuerſæ matres,& æmulentur virilem mulieris huius fortitudinem, & veram circa filios dilectionem,& ſecundum illã ſeptem martyrum matrem nutriant filios ſuos. Nõ enim educatio filiorum hęc naturæ eſt,ſed educatio matres facit:hęc enim volũtatis eſt. Et vt diſcas, quia nõ pariendo tantum,ſed magis bene nutriẽdo ſit mater, audi beatiſſimum Paulum, quomodo honorificet, & coronet viduam:non propter partum,ſed propter educationem
1.Tim.5.a bonam filiorum,dicens enim: Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta,teſtimonium habẽs in operibus bonis,vt horum bonorũ laudẽ conſummaret, adiecit: Si filios enutriuit:non dixit,ſi peperit. Quid ergo æſtimabimus illam mulierẽ pertuliſſe,ſi tamẽ mulierẽ iſtam dici oporteat, cũ videret in filiorum mẽbris viſcera ſua cruciari,alterius auulſos à ſuis manibus digitos ſuper prunas igniũ ſpargi,& vnus caput clauis configi,alterius capiti cutẽ detrahi, & totũ corpus extracta pelle nudari,& eũ qui talia patiebatur ſtãtem fortiter,inſuper & ipſi tyrãno pœnas æternas voce libera comminantem? Quomodo mater hæc expectans eleuauit vultum ſuum,& os aperuit, & linguam mouit in verba,nõ in verba materni doloris affectu mollia, ſed verba virtutis? Quomodo non receſſit à carne anima eius? Quomodo ego dicam? Nõ enim in terrena præſtantia intẽdebat,ſed in futura cœleſtia pręparabatur, in his omnibus filiorũ ſuorum præliis & tormẽtis vnũ timebat,ne cuiquam tyrãnus parceret, & inuidiã diaboli ſoluto certamine triumphantiũ ſcinderetur chorus filiorum eius,ne quis eorum ſine corona maneret. Et quoniam hoc timebat,minimũ eorum, qui iam ſolus agoni ſupererat,tantum ꝙ non manibus apprehẽdens in ignem ipſa incenſum impulit:verũtamen pro manibus eũ verbis exhortationis impulit, & armauit cũ magna trepidatione pietatis, voce patria obſecrãs eũ,ne callidi perſecutoris ſęuioribus crudelitate blanditiis emollitus,euelleretur à fratribus glorioſis,& cõfortantium immarceſſibilem coronam victus amitteret. Nos citra dolorem alienas ærumnas audire non poſſumus,ſed illa proprias & domeſticas paſſiones citra dolorem intuebatur. Hæc non negligenter,neque in ambuſtione audiamus,ſed vnuſquiſque eorum qui audiunt in filiis ſuis totam hanc rem ſibi depingat, in corde ſuo præponens virtutem eorum quæ dicimus, de ſuis affectionibus metiatur: quanuis nec ita poſſit, quia naturales paſſiones ſermo non poteſt explicare, experimẽtis autem tantum percipi poteſt humanę affectionis expreſſio. Quàm bene igitur ad eam matrẽ congruit ſermo ille propheticus,vt poſt ſeptem filio-
Pſal.51.b rum coronas dicamus: Tu autem ſicut oliua fructifera in domo dei. Nam Olympiacis ſpectaculis cum innumerabiles ſæpe conueniant luctatores, vnum tan-
A tummodo manet corona victorem: iſti verò de ſeptẽ fratribus ſeptem emicuerunt coronæ. Et quam mihi oſtendis regionem ita fertilem, quem nidum tam numeroſa prole fœtoſum? Nũquid ſimiles habuit parturitiones mater filiorum Zebedæi? Glorioſa quidem & ipſa apoſtolorum mater, ſed duorum tantùm. Septem verò martyres neſcio vnquam vnum protuliſſe vterum,& ipſam eis matrem gloriæ ſociam in conſortio paſſionis appoſitam: & quidem nõ vna,neque ſimplici adiectione meritorum atque virtutum. Nam filij eius ſeptem martyres erant,tãtum autem corpus matris appoſitum eſt. Corpus quidem erat vnum,ſeptem verò martyrũ legio implebatur in matre. In qua dilatata eſt gloria paſſionis,& coronas martyrij,in ea omnium virtus & gloria cõfluebat: quia per vnumquenque filiorum ſuorum paſſa eſt, & quoniam illos ipſos
B tales ipſa perfecit:hęc eccleſiam nobis integram martyrum peperit ſeptem filios enixa ſublimiter,quorum neminem peperit terræ, ſed omnes cœlo, magis autem regi cœlorum,cui omnes eos in vitam peperit æternam. Ergo callidus omnis malitiæ machinator diabolus vltimam eam duxit ad certamẽ,ea cauſa, quam ſuprà expoſui, vt virtute eius fracta, & in ſpectaculo filiorum per tormenta morientium debilitata, facilè poſteà debellaret afflictam. Si enim ſępe ſanguinis humani fuſionem videntes homines conſueuerunt pauore percelli,& non modicæ curationis eguerunt, vt & deficientem vitam reſumerent,& labãtem animam reuocarent: tantos illa videns ſanguinis riuos non ex aliena,ſed de filiorum ſuorum carne manantes, quod non ſuſtinuit,aut quam perturbationem mente ſuſcepit? itaque diabolus,vt ſuprà dixi, propter quod eam
C poſt filios ſuos, quaſi perfractam orbitatibus, & facilè vincendam in vltimum certamen induxerat, id totum in contrarium ſibi cecidiſſe perſenſit, & mulierem per hæc ipſa quibus vincendam putauerat, vincente confuſus eſt. Maius enim, confirmata mater exemplis filiorum,aggreſſa eſt certamen. Quamobrem per orbitates ſuas non fracta eſt,ſed fortior facta eſt. Non enim iam reliquerat ſibi pro quibus angeretur, vel quibus timeret, ne fortè infirmitate fraudarentur coronis,ſed omnes ſicuti vnum reponens promptuarium,ad ſupernos præmittens triumphos,& ad inconcuſſa perennis gloriæ regna, gaudebat, confidens de cætero, & ſecura cum magnanimi voluntate. Et ſicut coronæ quædam precioſiſſimis lapidibus compoſitę eminentem gemmam: ita carnem ſuam choro filiorum coaptãs, ad deſiderabilem Ieſum pullos ſuos, vt
D aquila ſubſequens euolauit:magnum nobis relinquẽs ſolatium atque conſilium,per id quod in ſemetipſa opere paſſionis probauit. Quod filiis valido ſermone perſuaſerat, vt corroborata anima, & ſublimi ſenſu inſtructa audeat omnes ingredi paſſiones,& omnia ſiue tormentorum, ſiue diſcriminum viſibilium dura contemneret. Quis enim vir, quæ mulier, quis ſenior, aut quis iuuenis,de cętero veniam poſſit accipere,aut excuſationem habere fragilitatis carnis, & timiditatis humanæ, ſi propter Chriſtum ſibi pericula videat inferri:quando mulier ſenectute confecta, & tantorum filiorum mater, & ante tempus gratiæ congreſſa, ſuſtinuit multis virorum per idem tempus metu mortis inclinatis in ſacrilegia perfidiæ, nec dum in domini ſaluatoris aduentu extincto peccato, neq; morte deuicta, tantis animis, & tanta virtute, tantas propter deũ pœnas ſuſtinuiſſe cernitur,& viciſſe cognoſcitur,

vt

vt euangelicam perfectionem in tẽporibus legis impleuerit? Vnde hæc ergo omnia cogitantes, & mulieres,& viri,& iuuenes,& ſenes, exemplum agonis huius,tãtorúmq; in filiis,in matre luctaminũ, ſicut in tabula,ita in corde veſtro deſcribite, aſſidua vobiſcum exercitatione meditamini. Cõtra omnẽ ſpiritualium inimicorum armaturam illius patientiã proponamus ad inuictæ virtutis exemplũ,vt iſthic æmulantes fortitudinem ſanctorum illorum, ſimiliter illic eorũ coronam poſſimus adipiſci. Quantam illi patientiam in periculis corporalibus oſtenderunt,tãtam nos in paſſionibus irrationalibus continentiã demonſtremus: id eſt contra iram & auaritiã,vel inanis gloriæ concupiſcentiam diuino timore muniti, ſenſibus repugnãtes,& conſilia diaboli deſtruẽtes in nobis. Si enim cupiditatum ignes vicerimus,ſicut illi tyrannidis ignem vicerunt,poterimus iuxta ipſos & matrẽ eorum, pari gloria conſtituti ſimiles haberi. Potẽs autem eſt deus, vt præſtet vos omnes per eandem fidem ad parem gloriam peruenire:per charitatem & gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, per quem, & cum quo eſt deo patri regnum,gloria, cum ſpiritu ſancto; & nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, de Publicano & Phariſæo,ac de humilitate & oratione,concio,Ioachimo Perionio Benedictino Cormœriaceno interprete.

Principium videtur deeſſe.

QVemadmodũ enim nubium concurſus principio quidẽ caliginoſum aëra facit,poſtquam autem ſe inter ſe contigerunt nubes, depoſita omni pluuia,totum cœlum mundúmq; tranquillum, & lætum reddit:ſic etiam inertia & deſidia,quandiu intus in animo verſatur, rationi mentíque noſtræ tenebras offundit:poſteà verò q̃ orationis verbis & lachrymis,quæ illius ſunt comites, expellitur, & foras eiicitur, magnam infundit alacritatem in animũ, dei præſidio, quaſi radio quodam relicto in mente eius qui precatur. Sed aliquis frigidus dicet, Non audeo multis verbis orare:pudore,cuius plenꝰ ſum ꝓhibeor: neq; os aperire poſſum. Ab hoſte ꝓficiſcitur hæc religio & metus: deſidiæ ſunt iſtæ excuſationes. Fores eñ aditus ad deum tibi vult diabolus occludere. Nõ audeo, inquit, loqui. Magna quidem certè eſt fiducia, teipſum nõ audere loqui exiſtimare:quẽadmodũ ſumus pudor eſt,& condemnatio, exiſtimare te habere fiduciã. Si enim multa in te rectè facta ſint,nec vllius ſceleris te angat conſciẽtia,& te fiduciam habere putes,omnem ſalutẽ amiſiſti. Et,ſi innumerabilibus peccatis te inquinatum eſſe ſcias,atque hoc vnũ tibi perſuadeas, te poſtremum eſſe omniũ, magna tibi apud deum eſt fiducia. Atqui non eſt hoc humilitas,eũ qui peccator ſit,peccatorẽ ſe eſſe profiteri. Humilitas & modeſtia eſt, cùm aliquis ſciens in ſe multa & magna pręclarè facta ineſſe, nihil magnũ de ſe ipſe ſentit. Neque eñ eos modò qui demiſſo animo ſunt,ſed eos etiã q̃ peccata ſua ex animo atq; ſimpliciter enumerãt,recipit & ꝓbat deus, éſtq; propicius & clemẽs iis qui hoc ſunt animo cõſtituti. Vt autẽ diſcas quãta virtus ſit,nihil magnũ de ſe ſentire,duos mihi aurigas conſtitue,qui ratione ad curriculũ venerint, currúſq; iugauerint & coniunxerint, alterum iuſtitiam & ſuperbiam,alterum peccatum,& modeſtiam:tum vide-
A bis peccati iuſtitiam vincere, non vi ſua, ſed vi paris ſuæ modeſtiæ: contráque illud ſuperatũ non iuſtitiæ imbecillitate,ſed pondere ac mole arrogantię. Vt eñ modeſtia præſtanti ſua lenitate peccati grauitatem & pondus ſuperat,& ad deum properat aſcẽdere:ſic arrogantia magno ſuo pondere ſummã grauitatẽ vincere poteſt,ſéq; facile deorſum trahere. Atq; vt hoc iugum illo craſſius intelligas,age verba Euãgelij quæ modò à nobis recitata ſunt, proponamus. Homines Luc.18. duo aſcenderunt in templum,vt orarent,vnus Phariſæus,alter Publicanus, Aurigæ duo in ſtadium peruenerunt: Phariſæus iuſtitiã ſiue virtutẽ cum ſuperbia cõiunxit,Publicanus peccatũ cum modeſtia. Orabat Phariſæus hæc dicens, Deus gratias ago tibi,quòd nõ ſum vt cæteri homines,raptores, iniuſti, aut etiam vt hic publicanus. O amentiam: ô ſummam arrogantiã: ô exuperantem iactationẽ. Non ſatiauit eius inſaniam
B & amẽtiam omnis natura hominum ad probra obiiciẽda,ſed in publicanũ etiam qui in propinquo erat, cùm magna dementia inuaſit. Quid igitur ille? ꝓpulſauítne probra? nõ acerbè tulit accuſationem,ſed maledictum quod iactatum eſt,æquo animo accepit: ex inimici telo medicinã, ex vituperatione laudem, ex accuſatione coronam conſequutus eſt. Deus, gratias ago tibi, ꝙ non ſum quales ſunt multi homines, vel etiam qualis hic publicanus. Ieiuno bis ſabbato: decimam do eorum quę poſſideo. Quid miſer loqueris? Gloriaris in ieiunio & non ſentis tantam morborum contentionem? Arrogantiæ tuæ immodicæ magnitudinem non vides? Culicem excolas, & camelũ deuoras: & cùm legis te dicis diſcipulum, quod ſcriptũ eſt ignoras. Laudet te proximus,nõ os tuum: alienus,
C non labia tua. Publicanus autẽ à longè ſtans, nolebat etiam oculos leuare in cœlum,ſed percutiebat pectus ſuum, dicens, Deus propicius eſto mihi peccatori. Audiuit humanitatis plenus deus humilia abiectáque verba:ſtatímq; corona illũ donauit. Dico vobis, Deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam. Tantũ eſt bonum modeſtiæ:tantũ eſt lucrũ,non morderi aliorum conuiciis,nec efferari ad cõtumelias proximorũ. Licet eñ tibi etiam magnum generoſúmq; fructũ, qui etiam publicano euẽnit, decerpere. Acceptis enim ꝓbris peccata depoſuit & eluit. & cùm dixiſſet, Propicius eſto mihi peccatori,deſcẽdit iuſtificatus in domum ſuam ab illo: ſermóq; facta ſuperauit, & actionẽ verba vicerunt. Ille enim iuſtitia amictus erat, & ieiuniis atq; decimis:hic autem nudũ verbũ protulit, & peccata deleuit omnia. Neque enim verba tantùm
D deus audiuit,ſed etiã mentem, ex qua hæc promebãtur:inuentáque mente quę adiecta contritáque eſſet, miſertus eſt,humanũq; ſe prębuit. Hęc autẽ nõ eò dico,vt peccemus,ſed vt demiſſo animo ſimꝰ. Si enim publicanus homo audito ſummo improbitatis genere,cùm non ſolùm ſe ſummiſſe geſſiſſet,verum etiam æquo animo peccata dixiſſet,atq; id quod erat, ꝓfeſſus eſſet,tantam à deo beneuolentiã ſtudiúmq; impetrauit:quantũ præſidium & auxiliũ ij qui magna præclaráque facinora perfecerunt, nihilque magnũ de ſe ſentiunt ab eodem accipient? Itaq; admoneo, vt aſſiduè confiteare. Neque enim te ad theatrum duco cõſeruorum tuorũ:nec te cogo peccata tua hominibus enunciare:conſcientiã tuam deo expone: ei oſtende facta & vulnera. & ab eo medicinã pete. oſtẽde te nõ exprobranti,ſed curanti. Vt eñ taceas,tamen ſcit ille oĩa. Dic ergo,vt lucrifacias: dic, vt depoſita ſarcina,

Hæc de cõfeſſione publica intelligũtur.

illuc

Universidad de Deusto
Biblioteca

illuc liber atq; ſolutus à peccatis abeas, & ab illa publicatione intolerabili liberere. Pueri tres in fornace viuebãt, vitámq; pro domini cõfeſſione profuderãt, & tamen poſt tot & talia facinora dicunt, Nõ eſt noſtrũ os aperire: pudor & probrũ ſeruos tuos oppreſſerũt. Os igitur noſtrũ aperiamus, vt hoc ipſum dicamus, non eſſe noſtrũ aperire os, atque hoc ipſo dñm attrahamus. Vis precum vim ignis reſtinxit: leonum furorem repreſſit: bella ſedauit, pugnas diremit, tempeſtates mitigauit: dęmones expulit, cœli portas aperuit: mortis vincula dirupit: morbos profligauit, calumnias diſſoluit: ciuitates motibus agitatas cõſtituit: & plagas atque mala quæ ex ſuperiore loco delabũtur, & hominũ inſidias, mala denique omnia ſuſtulit. Orationẽ rurſus dico, non eam quę omnino ore profertur, ſed eam quæ ex imo pectore mittitur. Vt enim arbores omnes quæ altas radices egerunt, ſi etiã mille ventorum impetus recipiant, non franguntur, nec euelluntur. ꝙ radices tuto terræ altitudine coërcentur: ſic etiam preces quæ deorſum ex imo pectore emiſſę ſunt, nixæ fibris, tutò ad ſuperiora contendunt, nec vllo cogitationis incurſu deflectũt. Itaque propheta ait, De profundis clamaui ad te domine. Hęc dico nõ modo vt laudetis, ſed vt etiã in operibus ſpecimẽ veſtri edatis. Si enim hominibus ſuarũ calamitatũ enũciatio, & malorũ quæ oppreſſerũt, deploratio, iis qui in dolore ſunt, quandam affert conſolationẽ, ꝙ oratione ipſa quaſi quædam reſpiratio pariatur: quantò magis ſi cũ domino tuo animi tui morbos cõmunicaueris, oblectationem quandã capies magnámque alacritatẽ? Nam homo quidẽ eum qui ſecum dolet atque lamentatur, offendit doloréque eius auget, & pellitur: Deus autẽ nõ ita facit, ſed admittit, & allicit: ac ſi totos dies cũ eo miſerias maláq; tua cõmunicaueris, tum magis gaudet & annuit precibus tuis. Hoc igitur Chriſtus ipſe oſtendens, dicebat, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Vocat, ne ſurdos nos præbeamus: Allicit, ne diſcedamus. Vt enim ſexcentis peccatis ſceleribúſque contaminati ſimus, tamen faciliùs atq; ocyùs accuramus, præſertim cum tales vocet, Non enim veni, inquit, vocatũ iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. Vocat eos, qui toto corde & ex animo dicunt, Deus propicius eſto mihi peccatori: atque hîc eos qui onuſti ſunt, eos qui laborant, eos qui ex immenſitate peccatorũ laborant. Deus cõſolationis dicitur, Deus miſericordiæ. Quoniã hoc ſemper eius officiũ eſt, eos qui doloribus afficiuntur conſolari, etiam ſimile peccatis inquinati ſint, tantùm nos promoueamus, tantùm ad eum confugiamus, nec diſcedamus: tum deniq; eorũ quę dicta ſunt re ipſa veritatẽ intelligemus, neque res vlla nobis doloré atq; triſtitiam poterit afferre, ſi cõtentam, & diligentem accuratámque orationem habeamus: quod ſi acceſſerit, facilè ea duce repellemur. Ecquid mirum ſi mala & pericula quæ homines opprimunt, vis orationis ſolet tollere, cùm etiam peccatorum naturam facilè cõficiat & deleat? Quapropter vt facilè huius vitæ curſum conficiamus, omniáque ea peccata, quæ contraximus, deponamus & abiiciamus, atque cum fiducia ſtemus pro tribunali Chriſti: hanc quaſi medicinam ſemper & aſſiduè nobis paremus, eámque conficiamus & condiamus lachrymis, ſtudio, continuatione & perſeuerantia. Sic enim ſemper ſalute perfruemur, eáq; bona quę futura ſunt, aſſequemur, quæ vtinam nos omnes aſſequamur domini noſtri Ieſu Chriſti munere & humanitate, cum quo & patri & ſpiritui ſancto & nunc & ſemper ad omnẽ æternitatem gloria tribuatur, Amen.

Matth. 11

Matth. 9.

Mũ videtur deeſſe.

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI, *in precioſæ Vitaliſque crucis Veneratione media hebdomada ieiuniorum, ſermo: Ioachimo Perionio interprete.*

VEnit nobis anniuerſarius dies omni religione colendus, atque illuſtris ſanctorũ ieiuniorum, qui & ter beatam vitalémque cõſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti crucẽ profert, & ad venerandum ꝓponit, & eos qui eam ſyncero corde caſtiſque labris labris venerantur, atq; ſanctos efficit, ad ſtadij ſanctorũ ieiuniorũ curſum paratiores robuſtioréſque declarat. Quia igitur hodiernus dies precioſæ crucis venerationi cõſtitutus eſt, huc adeſte omnes, eam cũ metu atq; deſiderio amplectamur. Reſurrectionis eñ Chriſti ſplendorẽ emittens, donis muneribúſq; ſuis omnes illuſtrat & ſanctificat: ob eámq; cauſam eã cõplecti in animis noſtris gaudio ſalutemus. Hodie cœli atq; terræ incolæ ingenti lætitia afficiuntur, ꝓpterea ꝙ illuſtris vitaliſq; Chriſti crux proponitur, cuius vi dæmones fugantur, morbi profligantur, caliginoſę obſcuræq; tenebræ pellũtur: omnéſq; orbis terræ fines illuminãtur. Hodierno die Chriſti eccleſia, alter paradiſus eſſe monſtratur, quæ & ſanctum precioſæ crucis lignũ proponit, & paſſionis Chriſti præſidium crucem facit, & eiuſdem reſurrectionis præmiũ. Hodie propheticũ verbũ completũ eſt, Adoramus enim in loco in quo dei noſtri pedes ſteterunt. Lætare ergo & geſti gaudio Chriſti eccleſia, liberóſq; tuos fac adducas perturbationũ cõtinentia, ieiunióq; expiatos, ſplendidiſque virtutibus fulgentes, atque choreã ducas nouo inauditóq; genere ſalutationis. Quemadmodum enim in ſolitudine ij qui vulnerati erãt, aſpecto ſpectatóque ęneo ſerpente à morte liberabãtur: ſic etiam nunc ij qui medium ieiunij curſum confecerunt, huius contactu, ſerpẽtem qui animo cernitur & intelligitur, mortuum præferunt: iidémq; immortalitatem aſſequuntur, ſociíq; eorũ quę Chriſtus pertulit, cõtinẽtia declarati, ſoeij atq; participes eius reſurrectionis eſſe mõſtrantur. Neq; hoc modò, verùm etiam ad id quod ſequitur, fortiter currẽtes, victrices laudes deo afferunt. Crux enim domini arma ſunt victricia, & trophæum reportantia, quæ regum armis vinci bello non poſſunt: eadem eſt cornu eccleſiæ, hoſtiũ expugnatrix, ſalus fidelium. Beatíq; verè ſunt, atque admodũ beati ij, qui caſtis labris, ſanctóq; ore eam vt amplexentur, exeũt. Re eñ vera illud domini verbũ implent, Si quis me ſequi vult, ſe ipſe abneget, tollátq; crucem ſuam, & me ſequatur. Vide quemadmodũ nullam neceſſitatem verbis ſuis adiungit. Non eñ dixit, velitis, nolitis, hoc vobis perferendũ eſt. ſed quomodo? Si quis vult me ſequi, non vim affero, non cogo, ſed ſui quemquã iudicij ac voluntatis dominũ facio: ob eámq; cauſam dico, Si cui in animo eſt me ſequi. Ob bonũ enim, & honeſtatem, non ob malum & moleſtiam, non ob ſupplicium & pœnam. Ipſa eñ natura rerũ ſatis virium habet ad trahendum. Si quis vult venire poſt me, ſiue vir, ſiue mulier, ſiue is qui præeſt, ſiue is qui alij paret, & ſeruari vult, hãc ingrediatur viam. Tria ſunt quæ commemorat, abnegare ſeipſum, crucẽ portare, & ſequi: ſed primùm quid ſit ſeipſum negare, videamus. Diſcamus quid ſit alterũ negare,

negare, ac tũ deniq; negare ſe quid ſit, intelligemus. Quid ergo eſt negare alterum? Qui alium negat, exẽpli cauſa, filium, vel fratrem, vel amicũ, vel vicinũ, aut quemuis aliũ, ſiue flagris eum cędi videat, ſiue in vincula coniici, aut quiduis aliud perpeti, non præſto eſt, non fert auxilium, non vicẽ eius dolere ſe lachrymis teſtatur, nullũ ſenſum doloris eius ſentit. Omnes enim alieno ab eo ſunt animo. Sic ergo vult nos deus corpus noſtrũ negligere, vt ſi qui nos ipſius cauſa vel verberent, vel ſupplicio afficiant, vel exagitẽt, aut aliquid aliud faciant, negligamus. Hoc eſt enim negare, id eſt, nihil rei ſecum habeat, ſed ſe ipſe periculis obiiciat, & certamini: atque eo modo affectus eſto, quo ſi quis alius patereẽ, eſſet. Nec dixit, Neget ſeipſum, ſed abneget, hac parua adiunctione magnã declarans exuperantiã. Et tollat crucem ſuã. Vides quemadmodũ cũ militẽ, qui ipſum ſequitur, rex cœlorũ armauit: nõ ſcutum dedit, non galeam, nõ ſagittam, non thoracẽ, non ocreas, non quippiam aliud eiuſdem generis, ſed quod his omnibus eſt fortius, præſidium quod à cruce proficiſcitur, ſignum victoriæ quæ contra dæmonia parta eſt: hoc gladius eſt, hoc ſcutum, hoc thorax, hoc galea, hoc ocreæ, hoc tutum certúmque præſidium, hoc portus, hoc perfugium hoc corona, hoc certaminis præmium, hoc bonorum omniũ theſaurus, & quæ nũc ſunt, & quę ſunt, inquã, futura. Vt eñ aliquis ſumptis armis quibus facilè ſe tueri poſſit, ea etiã dat militibus ſuis: ſic etiã Chriſtus, Videte, inquit, omnia quę crux mea pfecit: facite etiã vos arma eiuſmodi, & perficite eiuſmodi quæ vultis. Quanquã alicubi his etiam maiora pollicitus eſt his verbis, Qui in me credit, is etiã opera quæ ego perficio, perficiet, atque his maiora pręſtabit. Quid autẽ vult ſibi hoc verbũ, tollat crucẽ ſuã & me ſequatur? An vt lignũ vnuſquiſq; noſtrũ ferat? certè nõ. quę enim hæc virtus eſt? ſed vt ad pericula inſtructi ſimus, & ſanguinẽ in animis noſtris circunferentes, ad cædẽ & mortem quotidie parati, ita omnia faciamus, vt ſi ad veſperum nos victuros eſſe non ſperaremus, quaſi planè morientes. Id quod etiã Apoſtolus Paulus dicebat, Quotidie morior. An non tibi à natura mors conſtituta eſt? Et tamen licet tibi, ſi libet, millies pro domino mortem oppetere. Hoc eñ munus eſt, egeſtatẽ quę apud amicos manet, dñi benignitate ad magnas diuitias perducere, qui non rerũ modò euentu, verùm etiam certantiũ propoſito & voluntate coronas metitur. Quid autem illud eſt, Tollat? Ita eſto, inquit, paratus ad cædem & crucẽ, vt is qui eam portat: ita paratus, vt is qui eam in humero ſuſtinet: ita vicinus morti eſſe exiſtimetur. Omnes talem mortẽ extimeſcunt, neque eñ adeò mille armis inſtructos homines, & hac fortitudine fretos ac munitos pertimeſcimus. In hoc libertas ſita eſt. Nihil enim tantopere mortem fugat, vt mortis contemptio. Sed ne quis exiſtimaret hoc vnũ ſatis eſſe, paratos eſſe ad mortẽ: (ſunt eñ & latrones, & venefici eiuſmodi, & parricidæ omnes) ob eã cauſam addidit, Et me ſequatur. Nõ fortẽ, inquit, modò quæro, nec eũ qui appropinquante morte nõ horreſcit, ſed etiã bonũ, continentẽ, moderatũ, omniq; virtute prædituũ. Vidiſti crucis miniſteriũ, nec in domino tantum, verùm etiam in ſeruis tantũ valere. Hoc Petrum principem fecit, hoc Paulum talẽ reddidit. Itaq; dicebat, Quis nos à Chriſti charitate ſeiunget? oppreſſio? an angor? an periculũ? an gladius? Hoc etiam eos qui ieiunio ſunt ſtomacho, & ſe abſtinẽt nõ ab eſculentis modò, verùm etiã à perturbationibus fortes efficit. Armemus nos chariſſimi, vi crucis, atq; muniamus: armatiq; ad id quod reliquũ eſt, ad ieiuniũ venia mus paratiores, cõtemnamúſq; omnia voluptatũ genera, quæ hæc vita ſuppeditat. Etenim diuitiæ, gloria, potentia, amor, omniaq; eiuſdẽ generis propterea iucunda ſunt, noſtróſq; ſenſus mouent, ꝙ nimia vitæ cupiditate ducimur, & hac vita deliniti ſumus. Hac autem contempta, nullã illorũ rationem ducimus. Bona enim hæc vita eſt, bona & iucunda: (eſt eñ dei donum) ſed cùm futura apparuit, tum æquum eſt eam contemnere. Ne igitur pudore afficiamur magnificis ſalutis noſtræ ſignis, nec magnũ caput bonorũ, quo & viuimus & ſumus, depellamus, nos deliciis, crapulæ, ingluuieíq; dedentes, ſed pro corona, Chriſti crucem feramus, id eſt, mortẽ perturbationũ. Etenim ea quæ per nos fiunt, & nos attingunt, ea perficiũtur omnia: ſiue renaſcendum eſt, crux præſto eſt, ſiue myſticus ille cibus ſumẽdus, ſiue in clerũ aliqui cooptãdi ſunt, ſiue quiduis aliud faciendũ eſt, vbique ſignum nobis crucis adeſt. Ob eámq; cauſam & in ędibus & in muris, & in foribus, & in frontibus, & in animo atq; mente eam ſtudioſè depingimus & inſculpimus. Salutis eñ noſtræ, cõmuniſq; libertatis, & bonitatis domini noſtri hoc ſignũ eſt & certiſſimũ & clariſſimũ. Hinc ſignaculum ſiue ſignũ appellata eſt, ꝙ teſtamenta & ſtatuta diuina omnia quæ accepimus, hac, quaſi ſigno quodã regio atque anulo obſignamus. Nec quicquã mali iam audet accedere. Si præfecturã alicui de populo mandemus, eúmq; ad ſacerdotij dignitatẽ prouehamus, poſteà q̃ innumerabilia precati ſumus, ac ſpiritus ſancti munus appropinquãs euocauimus, hac obſignamus, quaſi certo firmóq; in loco donũ quod donatum eſt, includamus. Sic etiã in ſacrificiis ſumitur. Chriſti enim crux gladius eſt & lignũ, quo interfectus eſt à dei interfectoribus Chriſtus, & diaboli opera deleuit, ipſúmq; diabolũ deiecit, noſtris in eo fixis criminibus. Ob eámq; cauſam in ſacrificiis ſumitur, quaſi gladius quidã & flagrũ regiũ, quod omnem diaboli aduentũ, ſatanæq; impetũ profligat & fundit. Hinc diuini pontifices quaſi ſtipatores quidam regio flagro ꝓpoſito, eò omnem hoſtium exercitum fundunt & fugãt, cùm diuina regiáq; munera iis qui initiantur tribuunt, in quo vnà cum eis regem Chriſtum colunt atq; venerantur. Cũ ergo ſignaris, tibi in mẽtem veniat omnis vis quã crux continet, ac tum iram omnéſq; à ratione auerſos animi impetus extinxeris. Cum frons conſignabitur, cum pectus, cũ oculi, cum reliqua mẽbra, fac te ipſe vt hoſtiam deo gratam offeras. Hoc eſt enim à ratione profectũ obſequiũ. Hoc etiam ſignũ fores clauſas maiorum noſtrorũ memoria aperuit: hoc noxia mortiferáque venena extinxit: hoc cicutæ vim eluit: hoc deniq; beluarũ venenatarũ morſus curauit. Si eñ inferorũ portas aperuit & cœlorũ orbes laxauit, paradiſiq; aditũ renouauit, & diaboli neruos fregit: quid mirum videri debet, ſi noxia venena vincit & ſuperat? Hoc ergo in mẽte tua inſculpe, animorúmq; noſtrorũ ſalutẽ amplectere. Hęc eñ crux orbẽ terræ conſeruauit, errorẽ expulit, veritatẽ reuocauit, terram cœlũ fecit, homines fecit angelos. Ob eámque cauſam dæmones non iam horribililes ſunt, aut metuendi, ſed contemnendi: nec mors eſt mors, ſed ſomnus & vigilia. Hinc carnis non recti impetus qui eis qui ieiunant, aduerſantur & obſiſtunt, obruũtur. Quod ſi quis Iudęus, hoc tibi dicat, Eũ qui

cruci

Universidad de Deusto
Biblioteca

cruci suffixꝰ fuit, adoras & veneraris: ei alacri magnáque voce, ac læto vultu respõde, Certè adoro, nec finem adorandi faciã: etsi rideat, luge eum, q̃ amens sit nec sciat, quid loquatur. Christóque dño age gratias, q̃ eiusmodi in nos beneficia contulit, quę sine cœlesti diuináq; enunciatione discere nemo possit. Ob eam enim causam iste etiam ridet, quòd homo qui corporis voluptatibus deditus est, ea quæ sunt spiritus, minimè capit & probat. Sed quídnã ait amẽs, ingratus, perfidúsq; Iudęus? Si ergo Christus est deus, vt defenditis, ac dei filius, salutísque hominũ causa venit: cur tali morte quæ inhonesta est, in crucẽ actus est? Cui paucis respódebimus, quæ ex ꝓphetis collecta sunt. Oportuit Christũ cruci affigi, ô legisviolator, & ingrate Iudæe, ꝓptereà q̃ lex & prophetæ ita prędixerant, fore vt genus hominũ à Christo conseruaretur. Primus enim Moses dicit, Videbitis vitã vestram suspensam in oculis vestris, nec vitæ vestræ fidem habebitis. Et Esaias, Tanquã ouis ad cædem ductus est, & quasi agnus corã tũdẽte, obmutescet. Itẽq; Hieremias, Venite, inquit, immittamus lignũ in eius panẽ. Et, Dederunt precium eius in agrũ figuli, quemadmodũ mihi dominus cõstituit. Deũ autem esse Christum qui in crucem sublatus est, audi Esdrã asserentẽ, Laudandus est dñs, qui manus suas extendit, salutémq; Hierosolymis spectantibus nobis dedit. Iam verò cum serpentes populũ interficiebant, iussúq; dei Moses in ligno serpentem sublimem proposuisset, monebat populũ, vt serpentẽ intuerentur: ita fore, vt minimè morerentur. Rursúsq; Hieremias ex eorũ persona, qui eũ cruci suffixerũt, Venite, inquit, & eum ex viuorũ terra exterminemus. Et rursus Christus per eundẽ prophetam, Ego verò, inquit, quasi agnus innocẽs, qui ad victimã cædémq; ducitur. Dauid quoq; ex Christi persona, Foderũt manꝰ meas & pedes meos, diuiserúntq; inter se vestimenta mea, & sorte egerunt, cuius esset vestis mea. Idémq; rursus, Expandi manus meas toto die ad populũ incredulũ & cõtradicentẽ, qui via bona & recta non incedebant, sed peccata sua sequebãtur. Colendã autẽ adorandámq; esse Christi crucem, eiúsque figuram & effigiem: hoc etiam prophetæ docent, Date significationẽ in frontibus eorũ qui ingemiscunt & dolore afficiũtur ex peccatis suis omnibus cædite, discerpite, nec parcite: senẽ, iuuenẽ, mulieres, & infantes lactẽtes delete: ad eos porrò qui signũ habuerũt, ne acceditote. Salomon quoq; his verbis, Laudate lignum, quo iustitia oritur. Esaias etiã vnde esset & qualia crucis ligna essent, exponit his verbis, In cupresso, picea & cedro simul locũ sanctum celebrate. Quinetiã Moses demisso ligno in Merram, amaras aquas dulces reddidit in figurã crucis Christi, qui mũdum ex diaboli amarore dulcem effecit. Mosis etiam virga, quæ silicem discidit, crucẽ Christi significabat, qui corda voluntatémque hominũ diuisit, spiritúsque sancti munus in eis insęuit. Hæc etiã verę vitæ via est: omnésq; qui eam tenent, viuunt: qui autem eam reliquerunt, ab eáque deflexerunt, mortẽ suppliciúmq; æternum habebũt. Lex enim & prophetæ sanctã trinitatem prædicant: veréq; hic est, qui à lege ꝓphetísque prædictus est, Iesus Christus dominus, qui domini nomine venit: nec est aliꝰ, nisi is qui Bethleemi Iudææ oppido ex virgine & dei parente Maria Augusto Cęsare imperatore natus est. Quòd si quis eum nõ recipit & probat, nec ei credit, is dei desertor est. Itaque Esaias de vobis qui erratis clamat his verbis, In captiuitatẽ populus meus abductus est, q̃ dominũ minimè norũt. Ex quo enim Christus venit, vis exercitus vestri, Iudæi, dissoluta est, sublatúmq; sacerdotiũ, & à Romanis dispersi estis. Ait enim Esaias de iis qui Christum in crucem egerunt, Propter peccata nostra auertit faciem suã à nobis, & reliqui nostrũm in peccatis. Si enim ipse Christus non esset, is qui ex Maria natus, qui à deo electus est, verúsq; eiusdem filius, qui à lege & prophetis prędictus est, natio vestra Iudaica in honore & nomine esse, séque erigere atq; regnare potuisset, vt quę dei hostem & inimicũ, impostorémque morte mulctasset. Verùm iã ex eo tempore cùm crux nata est, & à maioribus vestris ei Christus suffixꝰ est, adhuc cum ignominia & dedecore perit: vobisq; deus grauius succensęt, q̃ in captiuitate Babylonica. Tum enim sexagesimo anno pòst deus misertus est, vósque reuocauit. Hoc vero tempore omnino repulit, patérque vester: idémque propheta & patriarcha verũ prædixit, iura vestra omnia conciderunt: ex Iudæa patria vestra excessistis: in diuersa loca dispersi estis, atq; in orbe terrarũ ab oriẽte ad extremũ terræ vos omnes & cõtemnũt & ridẽt. At res nostræ Christianorũ in dies magis florent, crescunt, & corroborãtur. atq; per omnes mundi angulos religiosę fidei nostræ prædicatio peruasit: nos Christus regit, & in nobis regnat: eiúsq; preciosam atq; vitalẽ crucẽ adoramus, & pro thesauro magni precij tenemus. Etenim crux dñi omni regia corona splendidior est & præclarior: quid dico, regia corona? imò verò ipsos solis radios pulchritudine multum superat. Ac quondã quidem improbæ vitæ prauorúmq; factorum condẽnatio, hęc res fuit: nunc autẽ diuini muneris significatio, nobilitatis spiritalis signũ, thesaurus tutus ac certus, donum quod eripi nõ potest: sanctimoniæ documẽtum. Hanc & immẽsa, & in lecto, & quocũque in loco sumus, præferimus. Vt enim plerique milites sine armis nec prandent, nec dormiunt: sic nunc pro gladio eam in lecto suspendamus, pro repagulo in ostio depingamꝰ, pro muro & pariete omni domui circũdemus: partes intimas & extimas hac muniamus. Hęc enim mortẽ deleuit, cœlos aperuit, terrã expiauit: naturam nostrã in soliũ regium reduxit: atque tyrannidem diaboli dissoluit. Huius forma est duplex: vna ex materia, exempli causa, ex auro, vel margaritis, vel gẽmis, quæ sæpe à barbaris vel furibus aufertur: altera sine materia. neq; enim ex materia est ei subiecta res, sed à fide est eius natura & essentia: à dispositione autem quæ eã facit, materia. Hæc dormientes custodit, hæc vigilantibus est præsidio: hæc in periculis cõseruat: hac bellum dirimitur, & pax confirmatur. Quare laudo tuum domine, patientiæ & clementiæ plenũ in me prouidẽtiæ mysterium: veneror preciosam tuam & vitalem crucẽ: amplector mala quæ pertulisti: amo clauos, membrorúmque foramina saluto: arũdinem, lanceam, & spongiã suspicio: pro regia corona, coronam ex spinis ad caput accommodo, & sputis tanquã splẽdidis gẽmis ornor: pro clarissimo ornatu colaphis glorior: téq; verũ deũ esse profiteor, vnũ sanctæ trinitatis, Iesu Christe, qui mea causa mortẽ perpessus es, in linteo inuolutus fuisti, & à Iudæis legis violatoribꝰ irrisus, qui tãdẽ sepultus fuisti, & tertio die pòst excitatus es à mortuis, qui rediturus es iudicandorũ viuorum mortuorũq; causa. Tibi enim gloria est & potẽtia vnà cum patre, sanctóq; & vitæ largitore tuo spiritu, & nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

D. IOAN-

D. IOANNIS CHRYSOSTOMI CONstantinopolitani Archiepiscopi oratio, qua docet non esse verendum confiteri sanctã crucem, & per eam nos à Christo esse conseruatos, & in ea esse gloriandum: de virtute etiã agit & de eleemosyna, Perionio interprete.

ESt signum hoc illud, fratres, quod dominus datorum se omnibus promisit his verbis, Natio improba & adulterina signum quærit, & ei signum non dabitur, nisi signum Ionæ prophetæ: crucem intelligẽs, mortẽ, sepulchrum & resurrectionem. Rursus aliter vim crucis declarans, dicebat, Cùm exaltaueritis filium hominis, hinc cognoscetis quòd ego sum. Cùm me, inquit cruci suffixeritis, & me victum existimaueritis, tum maximè vim meam intelligetis. Posteà enim quàm Christus in crucem actus est, Iudæorum consuetudines finem & terminum habuerunt, prædicatio floruit, ad fines terminósque orbis terrarum verbum peruasit: eiúsque vim terra & mare tam ea quæ habitantur, quàm quæ, non habitantur, semper prædicant. Neminem igitur gloriosorum salutis nostræ signorum pudeat, summæque bonorum, qua & viuimus & sumus, sed vt coronam, sic Christi crucem feramus. Etenim nostra omnia, per illam perficiuntur: siue regeneratione & renouatione opus est, crux præsto est, siue mysticus ille cibus sumendus est, siue in ordinem ecclesiasticum aliqui cooptandi, siue quiduis aliud faciendum est, vbique victoriæ nostræ signũ adest. Ob eámque causam illã & in ædibus, & in muris, & in foribus, & in fronte & in mente cum magno studio depingimus, & insculpimus. Nostræ enim salutis communisque libertatis & bonitatis domini nostri hoc signum est. Tanquam enim ouis, ad cædem ductus est. Cùm ergo insigniris, tibi in mentem veniat vis omnis quam in se crux continet: ac tum deniq; iram omnésq; à ratione auersos animi impetus extinxeris. Cùm signaris, magna fiducia frontem imple, animum tuum fac liberum. Scitis autem planè quænam nobis libertatem afferãt. Itaque Paulus nos ad hoc ipsum incitans, ad libertatẽ dico quæ nobis digna est, dominicę crucis ac sanguinis recordatione inuitat hoc modo, Precio enim, inquit, empti estis, nolite serui hominum effici. Cogita, inquit, precium quod pro te dissolutum est, & nullius hominis seruus eris: quibus verbis precium, sanguinem qui in cruce profusus est, appellat. Non enim omnino digito imprimenda & consignanda est, sed prius voluntate ac iudicio cum magna fide, qua sic in oculis vultúque impressa, impurorum sceleste rúmq; dęmonũ nullus ad te accedere aut in propinquo stare vnquam poterit, cernens gladium quo vulnus plagãque accepit, vidénsque ensem quo mortem accepit. Si enim nos cum loca in quibus damnati secantur videmus, exhorrescimus, cogita quid euenturũ sit diabolo, cùm arma videbit, quibus vim potestatémq; eius omnem Christus dissoluit, serpentísque caput amputauit. Noli igitur committere, vt te tanti boni pudeat, ne tui etiam Christum pudeat, quando cum maiestate sua veniet, & signum coram apparebit, superabitque solis radios lumine. Crux enim tum apparebit, mittétque vocem aspectu suo, atq; pro domino apud omnes orbis terrarum homines verba faciet, docebitque nihil ab eo prætermissum esse, quod ad illorũ salutem pertineret. Hoc etiam signum ianuas clausas maiorum nostrorum ætate aperuit: hoc noxia morti-

Hæc in superiore cõtione sunt vt plerąque alia huius.

feráque venena profligauit: hoc cicutæ vim diluit: hoc deniq; venenatarũ bestiarum morsus curauit. Si enim inferorum portas aperuit, & cœlorũ orbes laxauit, paradisiq; áuditũ introitúmq; restituit, & diaboli neruos fregit: quid mirũ videri debet, si mortifera venena & alia eiusdem generis vincit & superat? Hoc igitur in mente tua insculpe, animorúmque nostrorũ salutem amplectitor. Crux enim hæc orbem terrarũ conuertit, errorem expulit, veritatem reuocauit, terrã cœlum fecit, homines angelos reddidit. Hinc dęmones non iã horribiles sunt aut metuẽdi, sed contẽnendi: neque mors est mors, sed somnus. Hac abiecta sunt humi, conculcatáque omnia quæ nobis aduersantur. Quòd si quis Iudæus hoc tibi obiiciat, Eum tu q̃ cruci suffixus est, colis atq; veneraris: ei alacri magnáque voce ac læto vultu respõdeto, Certè veneror & colo, nec colere eum desistam: & si rideat, dole eius vicem cum lachrymis, q̃ amẽs sit: Christo domino age gratias, q̃ beneficia eiusmodi in nos contulerit, quæ sine cœlesti diuináq; enũciatione & patefactione discere nemo possit. Iste enim propterea etiam ridet, q̃ homo corporis voluptatibus seruiens, ea quæ ad spiritũ animúmque pertinent, non capit: quandoquidẽ hoc etiam pueris vsuuenit, cùm aliquid magnũ & admiratione dignum intuentur: ac si puerum ad mysteria introduxeris ridebit. His igitur pueris gentes sunt similes, verò pueris, vt ita dicam, imperfectiores sunt, ob eámq; causam misericordes, q̃ non in immatura ętate, sed in absoluta & constante in illos eadem quæ in pueros cadunt. Itaque ne venia quidem digni sunt. Nos verò clara magnáq; voce clamemus atque dicamus, ac si omnes gentes adsint cũ magna fiducia profiteamur, crucem esse nostram gloriationem, summamq; bonorũ omniũ, & fiduciam omnem atque coronam. Vellem autẽ possem etiã cum Paulo dicere, Mihi mundus cruci suffixus est, & ego mundo, sed nõ possum variis impeditus constrictúsque perturbationibus. Itaq; cùm vobis, tum mihi ipse suadeo, vt mũdo in crucem agamur, nec quicquã habeamus cũ terra cõmercij, verùm cœlestem illã patriã amemus, & gloriã quam illinc expectamus, bonáq; sempiterna. Sumus emptiꝰ cœlestis regis milites, armáq; spiritꝰ & animi sumpsimus. Cur ergo cauponũ & medicorũ, atq; adeò vermium vitã traducimus? Nam vbi rex est, ibi etiam miles esse debet. Milites enim effecti sumus, nõ eorum qui procul absunt, sed eorum qui sunt in propinquo. Terrenus enim rex nunquã omnes in regiis esse patiatur, nec latera sua cingere: cœlorũ autẽ rex omnes ꝓpinquos vicinósq; solio regio esse vult. Sed quomodo fieri potest, dicet aliquis, vt nos qui hìc sumus, ad solium illud stemus? Quia etiam Paulus cùm in terra esset, ibi erat, vbi & Seraphim, & Cherubim erant: viciniórq; hic Christo erat, q̃ regi sint isti stipatores. Hi emptiꝰ sæpe oculos in multa loca conuertunt: illum autem nihil obiecta specie distrahebat, sed omnem mentis aciem in rege ac domino defixam habebat. Quocirca si velimus, nos quoq; hoc possumus. Si emptiꝰ loco disiunctus esset, rectè quæreres. Si verò vbiq; adest & præsens est, ei qui studiũ adhibet, animíq; cõtentionem, est propinquior. Itaq; propheta etiã dicebat, Nõ timebo mala, quoniã tu mecũ es. Et deus ipse rursum, deus appropinquans & accedens ego sum, nõ deus remotus. Vt igitur peccata nos ab eo disiungunt, sic nos cũ eodẽ coniungunt virtuti cõsentaneæ actiones. Cùm etiã, inquit, loquẽre, dicã, En adsum?

Quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis tandem parens sic posteris vnquam obediat? quæ mater ita parata est, státque semper, si fortè ipsam appellent liberi? nemo est, nec pater, nec mater. At deus præsto est semper expectans, si quis fortè seruorum se appellet: neq; vnquá nos, si ipsum vocabamus, , vt par erat, neglexit. Ob eámque causam ait, Cùm etiam loquêris, non expectabo, dum compleas & absoluas orationem, sed statim audiam. Appellemus ergo eum, vt vult vocari. Quo autem modo vult? Solue, inquit, omne vinculũ iniustũ: dissolue obligationes contractuum qui vi facti sunt: omnem syngrapham iniquã discindito: frange esuriẽti panem tuum: egentésque & vagos introduc in domum tuam. Si nudum aliquẽ videris, eum cooperi: & propinquos generis tui ne cõtemnito: tum erumpet ante tempus lumen tuum, & sanitas tua citò orietur: & antecedet te iustitia tua, & gloria domini te colliget: tunc me inuocabis, & te audiã, etiã loquente te dicã, Ecce adsum. Ecquis dicet quispiã, facere hæc potest omnia? Quæso te, quis est qui ea prẽstare nõ possit? Quid enim difficile est eorũ quę cõmemorata sunt? quid arduũ? aut quid non facile? Sic eñ non solùm fieri possunt, sed etiam facilia factu sunt, vt multi etiã vltra modum & finem constitutũ progressi sint, qui nõ solùm tabulas syngraphásq; nõ legitimas discíderunt, sed sua etiam omnia erogarũt: egentésq; non solùm domum suam receperunt, & mensæ adhibuerũt, verùm etiã hoc facientes sudore corporis laborẽ testificati sunt, vt ipsos alerent, non solùm propinquos & cognatos, verũ etiã hostes afficientes bonis. Quid verò omnino difficilè est eorũ quæ dicta sunt? Neque enim dixit, Supera cursu montẽ: traiice mare: perfode terræ tot atque tot iugera: abstine à cibo semper: cilicium sume: sed domũ tuã cõmunica, impertire & eroga panẽ: tabulas & syngraphas non legitimas nec iustas discidito. Quid his, quæso te, facilius est? Quòd si etiam difficilia esse existimas, intuere præmia, & tũ tibi facilia erunt omnia. Quemadmodũ eñ reges in ludis & certaminibus quibus de equorũ præstantia decurrendo contenditur, coronas, tunicas & præmia iis qui certant, proponunt: sic Christus in medio curriculo prę-mia, prophetæ verbis quasi multis manibus ea explicans, proponit. Et reges quidem cùm homines sint, abundantiámque rerum habeant quæ profunditur, & liberalitatem quæ consumitur, ea quæ pauca & parua sunt, multa magnáque ostendere student: ob eámque causam singula singulis ministris tradentes, sic in medium prodeunt. At rex noster contrà, cùm vniuersa portauit, quoniam valde est locuples & copiosus, nihilque ostentationis causa facit, sic in medio proponit ea, quæ explicata, innumerabilia infinitáque erũt, & multas manus quæ contineant desyderant. Atque vt hoc intelligas, vnũquodque eorum accuratè considera: Tunc erũpet, inquit, quasi mane lumen tuum. An nõ tibi vnum quoddam esse donum videtur? At non vnum est. Etenim multas intrinsecus & coronas habet, & brabia, & alia præmia: & si placet vobis, proferentes diuitias omnes ostendemus, quantum quidẽ possumus ostẽdere, modò ne molestum sit vobis. Ac primum intelligamus quid sit, erumpet. Celeritatem & largitatem nobis declarat & exprimit, quantopere & salutem nostram cupiat: & bona ipsa, & addat nec quicquam erit, quod præsidium eius quod explicari nulla oratione potest, impediat: quibus omnibus eorum copiam infinitámque abundantiã indicat. Quid autem sit πρόιμον, dicam. Significat autem non posteà quàm in malis fueris, nec post malorum accessum, sed antè quàm existant. Quemadmodũ enim in fructibus præcoces dicimus eos, qui ante tempus existunt: sic etiã hoc loco celeritatem rursus significans, ita auxit, vt suprà dicebat, Adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. Quod verò lumen dicit, & quid hoc lumen est? Non hoc, quod sub sensum cadit, sed aliud multò melius, quod cœlum nobis ostendit, nempe Angelos, Archangelos, Cherubim, Seraphim, Thronos, Dominationes, Principatus, Potestates, exercitũ omnem, vrbes regias, tabernacula. Si eñ dignus habitus fueris, qui lumen illud videas, hæc videbis: & à gehenna, & à verme qui venenum iaculatur, & à stridore dentium, & à vinculis quæ dolorem afferunt, & ab angoribus, & à malis, & à tenebris lumine carentibus, & à diuisione, & ab ignis fluminibus, & ab execratione, & à locis dolorum plenis liberabere, eóque venies, vbi nihil loci relictũ est dolori & molestiæ, vbi magna viget gratia, pax, charitas, voluptas, & lætitia: vbi vita est sempiterna, & gloria pulchritudóque quã nulla oratione consequi quisquam potest: vbi æterna sunt tabernacula, regísq; gloria & maiestas, quæ exprimi non potest, eáq; bona, quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec cor animúsq; hominis cogitauit: vbi est sponsus qui animo cernitur & intelligitur, thalami cœlorũ, & virtutes quæ lucernas ardentes tenent, iíq; qui vestem habẽt nuptiarũ: vbi palatia sunt domini, & cubita regia. Vidisti quæ & quot præmia vno verbo demonstrauerit, & quemadmodum omnia simul portauerit. Sic etiã si singula verba quę sequuntur, explanauerimus, magnam abundantiã atq; immensum mare reperiemus. Quare ne differamus, neque pigri simus ad præstanda officia benignitatis egentibus, ne simus, hortor: sed si oĩa etiam abiicienda nobis sunt si in ignem cõiiciendi sumus, si in gladiis saltandum est, si quiduis perferẽdum: omnia facilè & æquo animo feramus, vt regni cœlorum amictum gloriámque illã consequamur, quã vt omnes consequamur, det pro sua benignitate & humanitate dominus noster Iesus Christus, cui gloria & potestas æterna tribuatur.

Tomi primi finis.

Quaternionum index.

† ã ẽ ĩ õ ũ ãã a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes sunt quaterniones, præter † ternionem, & ãã quinternionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca